



400840
MADE IN SPAIN




26-30

30

Maria L. Miro







116

11-12336

*Es de el Mayor y N.º Colegio de la Ciudad de
Granada, y lo dió el Atmo. J. D. Martín de Henríquez.*

REVERENDI PATRIS
P. HIEREMIAE
DREXELII
SOCIETATIS IESV PRESBYTERI
OPERA OMNIA
DVOBVS VOLVMINIBVS COMPREHNSA
INDICIBVS MORALIBVS ILLUSTRATA.







Reuerendi Patris
P. HIEREMIAE DREXELII
 e Societate Iesu



Opera omnia
 Duobus nunc Voluminibus comprehensa,
 & libellis ante hac non editis
 aucta.

ILLVSTRATA, INDICIBVS
 Morahibus, Locorum S. Scripturae, Capitalium
 Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum
 quouis anni tempore habendarum.

CONGESTIS ET COMPOSITIS
 Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata:


SED
 Theologis, Parochis, Catechisis, Concionatoribus,
 Pietati fouendae, Impietati auouendae,
 firmandae fidei, extirpandae Heresi,
 magis accommodata.


Studio ac labore R. P. PETRI DE VOS Schiedamensis
 S. T. L. Eremitae Augustiniani.



ANTVERPIÆ
 Sumptibus et prelo,
 Viduae, et Hæredum
 IOANNIS CNOBBARI
 Anno 1643.







PERILLVSTRI AC REVERENDISSIMO

DOMINO

D. NICOLAO DE HAVDION,

OCTAVO BRVGENSIVM

EPISCOPO,

PERPETVO AC HÆREDITARIO FLÅNDRIÆ

CANCELLARIO, &c.

PERILLVSTRIS AC REVERENDISSIME DOMINE,

ROMANI olim rerum Domini certò persuasum sibi habuerunt, eapropter victrices sese aquilas per totû quàm latè patebat mundû circumferre posse, quia pertinacem Deorum suorum, quorum credebant indulgentiam, pro eo semper imperio custodiendo, augendo què excubare: quod tam scrupulosa

pulosa cura, paruula quoque momenta Religionis examinaret, nec vnquã, vt scribit Valerius Max. remotos ab exactissimo cultu ceremoniarum, oculos haberet. Quamobrem sicut omnium suarum victoriarum successum, iis acceptum referebant: sic vicissim non solum obseruandæ, sed etiam amplificandæ Religioni tam sedulo studebant, vt è florentissimâ, tum & opulentissimâ ciuitate, (vti idem Valer.) decem Principum filij singulis Etruriæ populis, percipiendæ sacrorum disciplinæ gratiâ traderentur. Rectè equidem: si verò, & viuenti potius, quàm infamibus illis Deorum simulachris ac portentis, sese tam superstitiosâ obseruantiam confecerant: & vnum Deum, vt S. P. noster Augustinus inquit, meliori compendio coluissent. Illum, inquam, quem nos sancto fidei lumine illuminati: quiq; nos in Ecclesiæ suæ agro plantatos, & pretiosi sanguinis sui rore irrigat & fœcundat. Sed quia nihil in humanis tam sanctum, quò prauorum desideriorum pestes non penetrent, leuis sæpè credo, Ecclesiasticæ huic segeti internascitur, & vel in herbis enecat: nisi Diuini verbi præcones, quos tanquam spirituales operarios, supremus ille Pater familias in messem suam mittit, verbo & exemplo veluti irpicibus quibusdam, impigrè instent; vt infelix lolium, steriles auenas, & tristes carduos, germinis optimi pestes euellant, agrumq; alioquin fertilem, suis zizaniis quæ inimicus homo bono semini interseminat, exherbēt. Quos inter non ignauus est, sed solers & industrius Pater Hieremias Drexelius magnus ille è Societate IESU vitâ, voce, calamo, Ecclesiastes. Quē Perillustri ac Reuerendissimæ D. T. venimus vnâ cum matre, patre orbi, patris hæredes consecratum; quando suaptè sponte ad aras Beneuolentiæ Tuæ properabat, certus non ingratum sese futurum illi Præsuli, cui numquam solet displicere quidquid publico bono putatur expedire, & tam anxie rerum ecclesiasticarum satagit, vt inclytum istud tuum pectus, choragium vocare possimus omnium pastoralium virtutum, & veram integritatis panopliam. Vt enim omittam insignem illam clementiam, quæ ex vultu vel eminè conspicientibus sic elucet,

vt sedem inibi totā fixisse non dubiis signis coniciant. Prudentia, probitas, omnibus in actionibus ita se produnt, vt manifestè sit videre Perillustrem ac Reuerendissimam Dominationem tuam ad sacras insulas esse selectam, non tam humanis quàm diuinis, & maximarum virtutū suffragiis. Quibus iam inde à teneris maioribus & sanctioribus officiis ita præludebas, vt nihil miri sit, si id ætatis magnifico ac sacro Gandauenſium Canonorum Senatui fueris accensus, quā alij vix prima Philosophici studij rudimenta cœperunt delibare. Vbi gradatim ad omnia omnino munia conscendens, omnibus ita fungebarris, vt pedum & mitram, antè vnanimis omnium sententia adiudicaret, quàm cælum & Rex dedissent. Admirabantur enim omnes iam tunc in Iuene plusquàm virilem animum, & verò tam inclytâ stirpe dignam constantiam, prudentiamque. Porrò ne tanta probitas domi delitesceret, vnica vrbi aut Orbi solùm nota, ad Apostolorum limina Romam iter instituit, ipso sacro Iubilei anno: protegente vbique inter multa viarum discrimina, manifestâ numinis prouidētia, vt locis sacrosanctis salutatis redux, aliquando tandē Pastor optimus gregem Brungenſem ita custodires, vt ne male Vicinię scabiem timere deberet.

Porrò, nisi Pythagoricam *Μετεμψύχων* à fidelium cordibus Ecclesia proscripsisset, auderem dicere omnes raras Illustrissimorum Maiorum Prænobili HAVDIANO genere animas in vnū hoc corpus commigrasse: si tamen non animæ (quod saluâ fide licet) virtutes commigrarunt. Quarum quasdā (omnes non posse, res enim belli domiq; gestæ tam multæ sunt, vt certo numero cōprehendi nequeant) recitarem, nisi modestiã illam timeremus offendere, quâ laudanda facere mauis, quàm laudari: eapropter vt vetera, ita taciti præteribimus Nobilissimos Dominos Germanos Tuos Lãcilottum & Conrardū, qui variis bellis Regi Deoque non cōtemendam operam præstiterūt: quorum hic nimis cheu! præmaturè non ita pridē vitâ defunctus est, lōgiore profectò dignissimus. Ille inter Illustres Hannoniæ Ordines deputati munere, etiam nunc rempubl. sibi pergit demereri. Etiam taceo gemina illa belli fulmina Grobbendoncquios Comites, Patrē & Filium: quorū Alter

tot

tot victoriis inclytus, & conspicuus, quot canis fuit oblitus; vitâ simul & innumeris quos pro patria exantlarat laboribus, abhinc quinquennio defunctus, in senectute bonâ quieuit: postquâ paulò antè duos potentissimos hostes, qui intima Belgicæ viscera depascebantur ante Louanium cum exiguâ suorum manu stitisset: Alter semper & vbique ad pugnam primus, in receptu postremus, non indecoro puluere quotannis fordidus, multo sanguine fluens, & non vno vulnere saucius, ex quouis conflictu viuus & victor redit; tanquam si Heroëm fortissimum mors ipsa timeat, aut potius benigna propitij Numinis Prouidentia fortunæ Belgicæ depositum; ad maiora custodiat. Omittimus etiam Daubermontios, aliasque perillustres ex hac stirpe animas:

*Nam genus est proauos, est quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra vocas.*


Satis utpote tuis titulis & factis gloriosus, in summo honoris fastigio *omnibus omnia*, cum Apostolo, *factus*, talem Te omnibus exhibes, ut quicumque ad Benignitatis Tuæ alloquium non difficilè admissi, tantam in tanto animi demissionem admirentur, & obstupescant, felices Brugas deprædicantes, cuius industriâ clamant futurum, ut ouibus huic Pastori commissis, nihil noceant malæ vicinæ Slusæ, & pessima aliorum Hæreticorum contagia. Porro nos minimi Clientuli Tui vnâ cum Matre orbâ marito & patre, pio silentio tot virtutum ingentem cumulum, proni veneramur, & cum sacrarum manuum osculo, sese nos Pupilli, & Mater, quos amara mors, nimis eheu! citò parente orbauit, humillimè commendamus: utque debitæ obseruantia aliquod saltem specimen ostendamus, Drexelianos hos flores Indicibus moralibus illustratos & exornatos, Perillustrissimæ & Reuerendissimæ Dom. Tuæ offerimus: sperantes fore, ut hoc quantulumcumque, eo quo, quantumuis tenue, soles oculo aspicias. Ita Deum ter Opt. Max. oramus, ut Perillustrem ac Reuerendissimam D. T. nobis Pupillis & Viduæ Matri, & toti Reipub. Christianæ diu seruet.

Perillustris ac Reuerendiss. Dom. Tuæ Serui

Humillimi Pupilli & Heredes Ioannis Cnobbari.

NOBILISSIMVS ET ADMODVM REVERENDVS
DOMINVS
D. ANTONIVS A BVRGVNDIA
ECCLESIAE CATHEDRALIS BRVGENSIS
CANONICVS ET ARCHIDIACONVS
R. PATRI PETRO DE VOS
S. TH. LICENTIATO ORD. EREMIT. S. AVGVSTINI
INDICVM IN OMNIA OPERA
R. PATRIS HIEREMIÆ DREXELII
SOCIETATIS IESV PRESBYTERI
AVCTORI S. P.

REVERENDE PATER,



A est animi tui, quem à multis iam annis in D. Augustini Asceterio feliciter exercuisti, submissio; ut operis tui abs illo censuram postules, qui tuâ pro suis indiget. Abnuerem id certè, & quâ beneuolè licet, excusarem, nisi amicorum preces imperia crederem, & pudorem hunc mihi percommodum, publico noxium scirem. Pareo itaque, sed inuitus, & unico comparationis unius argumento rem omnem absoluo.

Qui vnus & idem creatis in omnibus semper est Deus, nusquam tam vnice varius increatae suae pulchritudinis vestigia figit & imprimit, quàm in vilibus conchyliorum testis, quas ex informi penitus elemento, tamen si sine semine, formae tamen numero pariter, ex elegantia prodigiosa ignotâ mortalibus arte quotidie format.

Etenim, si qua Plinio natura diuino prorsus aruspici fides, sunt illis tot colorum differentia, tot figurae planis, concauis, longis, lunatis, laeuis, rugatis, reticulatis, striatis, denticulatis, in orbem circumactis, medio orbe cassis, in dorsum elatis, breui modo ligatis, solo latere connexis, ad plausum apertis, ad buccinam recuruis, vertice muricatum intorto, margine in mucronem emissis, foris effuso, intus replicato; ut naturam earum fabricam admirari facilius possis, quàm arte vel ingenio consequi.

Superant profectò quamlibet hominis industriam, superant manum, ne dicam fidem. Verùm, quod à mensibus non ita multis vidi Bergis S. VV. moci altare, ad symmetricas architecturae rationes ex sola conchyliorum varietate per quemdam è D. Francisci familia (Capucinos vocitant) religiosum, non ingenioso minùs, quàm felici labore perfectum; id non modò fidem omnem superat, sed mutat, quâ valet, eloquentiâ prater hæc fateri nos cogit, quod artis humana subsidio fiat ipsa diuina diuiniore.

*Referebat peristylum tota substructio, hierotheca podium, scenam pavementum, opus intestinum omnia, subinde tamen reticulatum, subinde coronarium. Non deerat suum azaroto pavimento testaceum marmor è rudere, non tessera, non scutulæ, non faui, non emblemata: erat stru-
ctilibus columnis stylobata, erat spira, erat plinthus, erat astragalus, erat torus, erat scapus,*

††

erant

erant stryges, erat epistylum, erat pulvinus, erant volute: ornabant zophorum nutili, triglyphi, guttae, meropa taenia: efferebant tympanum proieitura, efferebant cymatia: coronabat podium lorica, penetrabat transfenna, fulciebat telamon, vallabant acroteria, suspendebat tholus, tegebant lamella. Illustrabant insuper pegma tam nobile candelabrorum paria, si memini, quatuor; sed è conchis similiter tam affabrè elaborata, ut Alcoris aut Mentoris torèuma putares.

Prætexebat verò totius basim operis peristroma tam insolens, ut quos habebat è conchyliis florum implexus, vel natiuos omnino crederes, vel doctissimâ phrygionis acu ad miraculum usque depictos.

Videres hic ex iride, narcisso, rosa, ligustro, pulsatilla, lychnide, & leucôio seruias; videres ex sanicula, philosella, xyride, balauistiis, anemone, gariophyllis, pæoniaq, lemniscps. Videres florum genus omne suis cum pericarpis, geniculis, sinibus, umbellis & nymphis.

Quid plura? videres hæc omnia, & nihil tamen, nisi viles concharum atrégias præ manibus haberes & oculis. Vsq; adeò Ascetes hic in tam informi matéria omnes omnium artium formas eleganter expresserat, & vno in opere se architectum, polionem, flammearium, tornionem, polymitarium, phrygionem, aurificemq, monstrarat.

At quorsum hæc omnia? non alio, quam ut doceam, tuâ pariter vnius industriâ reddi DREXELIVM DREXELIO meliorem, pene dixero, diuino diuiniorem. Quam diuinè, quam piè, quam disertè, quam ad mores instituendos accommodè, quam ad vitia eradicanda strenuè, quam ad virtutes animis inferendas religiosè, quam ad proximi Deiq, amorem accendendum feruenter scripserit R. P. HIEREMIAS DREXELIVS, eruditus in paucis Societatis IESV clericus, nemo non videt.

Quidenim Trif-megistus ille, quem primùm edidit: an non perquam efficaciter conscientie, Calitum, corporisq, cultum nos docet? Quid Amuffis: an non, ut hæc ipsa feliciter exequamur, rectam in omnibus intentionem precipit? Quid Nicetas, quid Phaëton, quid Aurifodina: an non tres omnium in nobis malorum radices perniciosissimas, incontinentiæ nimirum, linguæ & otij vitia euellere stirpitus? Quid Aloë, quid Rhetorica cælestis, quid Rosa: nihil profectò, nisi, quò predicta facilius euincamus, contrariis animum virtutibus diligenter excolere? Quid Patientiæ gymnasium, quid Heliotropium? Nihil, nisi, quò patiendò reddamur apathi, eî nos conformare, qui pati non potest? Quid Deliciæ generis humani, quid Horologium tutelaris Angeli, quid Architectus Noë, quid Propheta Daniel, aliq, Sanctorum non pauci? nisi Deorum exemplis atque subsidio, quasi geminis quibusdam alis euectos, terrena transcendere, cælestibus adspirare? Quid Æternitatis Prodromus, quid Zodiacus, quid Christi tribunal, quid Damnatorum carcer, quid Beatorum ciuitas, quid Æternitas ipsa? quam, ubi pallidus præforibus apparitor steterit, expendere sedulo, an quos nobis Deus elargitus est soles, per hunc beatitudinis asserta Zodiacum rectè decurrerint? ac proinde ad incorrupti Iudicis horrendum tribunal, aut vitæ aut mortis, & quidem æternæ sententiam operiri.

Quare, tametsi non paucas doctissimorum virorum lucubrationes, quæ lampadem & demorsos ungues saperent, volui & reuolui quam sapissimè. Ingenuè tamen fateor me illos interparem fortasse DREXELIO aliquando vidisse, at superiorem certè numquam. Quid enim in tantis tanti viri Commentariis desiderari possit, difficile dictu est. quot sententias tot oracula, quot capita, tot miracula numero.

Vidisti tamen REVERENDE PATER, quid ad famam, quid ad pretium DREXELIO commode iuxta atque utiliter superaddi posset, vidisti inquam, & ingenio iudice simul, ac indice calamo demonstraisti, quid DREXELIVM DREXELIO utilem magis ac celebrem, atque adeò seipso maiorem reddere posset.

Deerat nimirum illi, quæ temere sparsis in littore conchis insolens ex arte substructio; deerat, quæ nascitur interlectis ex omni genere floribus in seruiæ vel reticuli figuram grata commixtio.

Compo-

Compositis itaque, in commodiorem totius operis usum, diversis Indicibus, tam congruè, tam fructuosè elegantissimos DREXELII Commentarios, in Sententias, in Moralia, in Historias, in Catechesin, in Conciones substruxisti pariter ac miscuisti; ut quantum (cuius antè me-
mini) testaceum pegma sparsas temere conchas, quantum encarpa ignaros ordinis flores supe-
rant, tantum DREXELIVS Indicibus adeo commodis illustratus, DREXELIO prius incom-
posito antecellat.

Nec enim quidpiam vel ad generis humani delicias, vel ad caelestis doctrina, patriaq; aptius excogitari potest, quàm immensi operis tam officiosa simul ac brevis epitome. Falsi me argue, ni fidem facio.

Quàm singularis industria, quàm nobilis emolumentum, quàm arcta necessitatis munus sit, pueritiam necessariis ad salutem præceptis instruere, docet, quæ hæreseos antidotum, basis religio-
nis pietatis gymnasium, morum amussis, anchoraq; salutis est Catechesis.

Vis munus hoc facile, vis appositè, vis eloquenter obeat Catechista? non illi Casareo, non Makeblydio, non Outermano, non Daueroitio opus, sufficit vnus, quem addidisti DREXELIO Catechistus Index, hunc consulat, & excellat.

Vis homines in omni consuetudine duos, incultos, horridos, immò vix homines quispiam morum præceptor egregius ad omnem humanitatem, & dignos politico Christiano mores infor-
met? consulat, quàm hîc exhibes Moralium tabulam, & quidquid Politico-Christiani Scri-
banius, quidquid suis in Tacitum lucubrationibus Commentator non vnus edisserit, compen-
dio demonstratum inueniet.

Vis atatem suam modernus historicus repetitus iam inde ab orbe condito ad hoc usque tem-
pus exemplis oblectet, & instruat? consulat, quem describis illorum Catalogum.

Vis obscurioris è sacra pagina pronuntiatæ perspicuam germanamq; sententiam Interpres ostendat? consulat, quam designas eorum epitomen.

Vis denique Parochum, vis sacrum Ordinis alicuius Oratorem, cui vel librorum, vel tem-
poris, vel industria curta supellex est, quacumque demum Dominicâ vel Festâ totius anni die,
ad populum ornatè, grauitè ac copiosè verba facere? vis non aliter, quàm si omnes, qui adhuc
editis vulgò concionibus claruerunt, mente ac memoria complexus esset docere, delectare, moue-
re? consulat vnium pro omnibus, quod ex DREXELIO tam feliciter concinnasti mille supra sex-
centos circiter concionum compendium, & palmam feret.

Sic nempe mi PATER & Catechistam, & Politicum, & Historicum, & Interpretem, & Con-
cionatorem breui operis vnus epitome formas ex tempore. Felix epitome, quæ vnus libri pretio
tot de materia tam multiplici scriptorum pretiosa volumina redimit! felix (quod pace tuâ di-
xerim REVER. PATER) felix inquam huius auctor epitomes, qui HIEREMIAM DREXELIVM
tam eruditè prælectionibus, tam disertis concionibus feliciter immortalium, feliciter multò cathedra reddit & pulpito:

Omne, nimirum, tulit punctum qui miscuit vtile dulci.

Itaque quisquis abhinc P. HIEREMIAM DREXELIVM, ut aui nostri scriptorem eximium iure
suspiciet, suspiciet quoque meritò R. P. DE VOS, ut tanto Doctore, tanto Verbi diuini præcone
post mortem doctius in lucem edito gloriosum. sic vouet, sic sperat, imò verò sic fide iubet Idibus
Iulii M. DC. XLIII.

REVERENDE PATER

R. V. ^{RE}

Humilis Seruus

BURGUNDIA Archidiaconus Brug.

†† 2

F. P. E.

F. PETRI DE VOS SCHIEDAMENSIS

ORD. EREMIT. S. AVGVSTINI

S. THEOL. LICENTIATI,

DE

ELVCIDARIO INDICVM A SE FACTO

IN OMNIA OPERA

REVERENDI PATRIS HIEREMIÆ DREXELII

SOCIETATIS IESV PRESBYTERI

VOLVMINIBVS HIS DVOBVS COMPREHENSAS;

AD OMNES VERBI DEI PRÆCONES,

Qui inde quot-diebus Dominicis, Fests, de quacumque etiam proponenda
materia formare, aut formatas sibi voluerint

CONCIONES

MONITORIA.

RR. DD.



QVOD ego REVERENDI PATRIS HIEREMIÆ DREXELII Operibus, cum iam auctis, tum in duos Tomos digestis, manum tandem admouerim, miraberis fortasse, quasi qui falcem miserim in messē alienam. Sed præter innumera eorum exempla, qui quid simile, alienis in Auctoribus, sæpè sæpius attentarunt, iisdemque suum præfixere nomen: vel quia in distincta redigere Capita, vel aucta edidere Indicibus, vel quavis ingeniosa industria effecere; vt ea politiore vel stylo, vel serie, prodirent in publicū: Præter, inquam, id promiscuè hac tempestate factitantium auctoritatem, repono & illud Senecæ: *Optima est vltimò scribentis conditio, parata verba inuenit, quæ aliter instructa nouam faciem habent, nec illis manus iniicit tanquam alienis, sunt enim publica.* DREXELII viri summi Volumina, posteaquam perennis prælii beneficio, in omnium vt aliorum auctorum deuenerunt manus, fontis adinstar publici fuere mihi visa; ex quo quantum haurias, tantum possis tuum iure dicere. Nec ipse credo Reuerendus cum pietate, tum eruditione Pater (talem eum ex scriptis, mihi iam ab annis familiaribus, perbellè noui) si superstes etiamnum foret, arduis hisce meis conatibus indignaretur: qui suâ & modestâ religione probare, aliena nunquam carpere visus est: cum non aliud mihi omnino propositum sit, illius, quam vt præclaros labores, imitandos fortassis paucis, à nemine superandos, quibus hætenus sacro incumbens concionatorio munere, cum meo, tum publico Ecclesiæ commodo & fructu vsus sum, quos legi, relegi, volui, reuolui, imò incorporauī (absit verbo inuidia) aliis concionatoribus faciam commendatissimos. Non quod vino vendibili, vt proverbio fertur, opus sit suspensâ hedera: sed quò aliorum in concinnandis concionibus, & conquirenda materia molestiam subleuem: sicque piè laborantibus vnà collaborem viam quasi complorando, quò recto faciliq̃ue tramite quibus etiam mediocriter exercitati in illâ raræ eloquentiæ adyta, doctrinæque Drexelianæ arcana penetrare possint: improvisa quamuis subitaque quavis aliqua, quemquam è domo, ad sacram euocaret cathedram, vel festiuitas, vel occasio. Quidquid hîc florum, quidquid auri, quidquid gemmarum inuenies, omnia ab vno (paucula si digneris excipere) sunt DREXELIO. Nam nihil hîc nisi exiguam aliquam operam & industriam, quam non semel adhibere rogatus sum, attuli. illos plectendi in corollas, istud diducendi in icunculas, has in contextum, filo quodam orationis nostræ redigendi, Senecæ quasi
monito

monito obtemperandò. *Quaedam, inquit ille, diuersis locis sparsa iacent, quæ contrahere in exercitata mens non potest: itaque in vnum conferenda sunt, & iungenda ut plus valeant, animumque magis alleuent.* Ad hæc ergo Volumina quisquis excurrat, & accurrat, velut ad pingue quoddam pænuarium, & officinam mercibus variis instructissimam, quod allubescit sapiat huc inuenies pro omni loco, & tempore, statu, sexu, materiâ, personâ, ad dicendum è cathedrâ genus aptissimum. Pro doctis sublime: pro rudibus humile: pro mediocriter versatis temperatum. Siue ergo sermo habendus sit ruri ad villicos, siue intra muros ad ciues, publicè aut priuatim, ad Ecclesiasticos vel seculares, viros aut feminas, Religiosos aut Virgines, in Inuestitionibus aut Primitiis, siue ad Clerum; in Episcoporum inauguratione, Abbatum vel Præpositorum; in Iubilæis, Sanctorum beatificatione aut canonizatione, ne sollicitus, ne anxius sis: vnus si tibi ad manum fuerit DREXELIVS omnia præsto fuerint; quæ optes, quæ probes, per me optimo ordine digesta, nec minùs eleganti discursu illustrata, in quauius materiâ & sensu, vel Politico, vel Morali, vel Historiali. Indices hos tantùm iustra, & quæ præscribo methodo, singula inuestiga. Exempli gratiâ, de mysterio Resurrectionis discurrendum est, verbum require *Resurrectio*; de Deo, v. *Deus*; de virtute Castitatis, *Castitas*: sicque ordine Alphabeti seruatò de quauius virtute, quòve vitio, ad quamuis materiam verborum (ita spondeo) Indices te Lector fidâ manu ducent. Securus igitur per me accede, & datam accipe fidem. Nihil in super in suâ doctrinâ DREXELIVS habet ab Ecclesiâ Catholicâ alienum, nihil contortum aut perplexum. Clarus est, disertus, pius, modestus: nullibi partialis, nullius arbiter, censor, zoilus: sua sic approbans; aliena vt non reprobet, magni illius Doctoris Hieronymi in Epist. ad S. Augustinum, in hoc mentem secutus, qui solitus fuit, dum superstes erat dicere, *Sufficit mihi probare mea, aliena non carpere.* Aliena etiam sua non æstimans: hinc aliorum Patrum, aut Scripturæ testimonia, quibus sua scripta elegantissimè farcit, alio aut distinguit charactere, aut signum aliud interserit distinctiuum. Laudandus in hoc, in quo meritò olim ab Hieronymo Epist. 3. ad Eliodorum Nepotianus, dum scribit: *Ingenuo pudore qui ornabat ætatem, quid cuius esset simpliciter confiteri, atque hunc in modum, eruditionis gloriam declinando, eruditissimus habebatur. Illud aiebat Tertulliani, istud Cypriani, hoc Lactantij, illud Hilarij est. Sic Minutius Felix, ita Victorinus, in hunc modum locutus est Arnobius: me quoque quia pro sodalitate auunculi diligebat interdum, proferebat in medium, lectioneque assiduâ, & meditatione diuturnâ pectus suam bibliothecam fecerat Christi.* Sic conformiter DREXELIVS, quod experimento didici. Interim si quid minùs sapidum offenderis (omnes enim cæcutimus) id est S. Scripturæ locis & SS. Patrum interpretationibus non ita forsitan conformè pro prudentiâ tuâ excusa, & transe: & quod maximè contendo pro salute Auctoris, vt in commodum tuum plura præstet Deum precare. Vale. Dabam XXVIII. Augusti, M. DC. XLIII. in Conuentu nostro Eremit. S. Augustini August. Brugarum.



ANTVERPIÆ, SVMPTIBVS SÆ ET PRELO VIDVÆ ET HÆREDVM IOANNIS CNOBBARI A. M. DC. XLIII.
 Cum gratia et privilegio Cesario et Regio.

INDEX PARAGRAPHICVS

LIBER PRIMVS

DE ÆTERNITATE.

CONSIDERATIO PRIMA.



VIDE sit Æternitas?

fol. 1.

SECTIONES CONSIDERATIONIS.

1. Varii Veterum sensus & picturæ de æternitate. 1
2. Arcanus scripturæ sensus aperitur. 2
3. Æternitatis locus cur mansio dicatur. 3

CONSIDERATIO II.

In quibus natura repræsentet æternitatem. 3

SECTIO CONSID.

1. Quænam apud inferos sit æterna. 4
2. Cur gehenna sit æterna. ibid.
3. Alii ad æternitatem naturæ ductus. 5

CONSIDERATIO III.

In quo potissimum æternitatem suam Romani veteres collocarint. 6

SECT. CONSID.

1. Quantum Romani à verâ æternitatis viâ aberrarint. 7
2. Melior priore ad æternitatem via. 8
3. Hanc viam sollicitè indagandam. 9

CONSIDERATIO IV.

Quomodo S. David æternitatem sit meditatus, & quæ illius in hoc imitandi ratio. 10

SECT. CONSID.

1. Diversæ ad æternitatem cogitandam admonitiunculæ. 11
2. Æternitas omnes Arithmeticæ numeros & leges transfilit. ibid.
3. Consideratæ æternitatis effectus. 12

CONSID. V.

Quomodo alii etiam improbi æternitatem sint meditati. 13

SECT. CONSID.

1. Hominis & aranæ labores collati. 14
2. Quæ in mundo omnium optima sit quæstio. ibid.
3. Quomodo Deus hic punitur, ut ibi parcat, inauditum exemplum. ibi.

CONSID. VI.

Quomodo Sancti Patres, Ecclesia, Scriptura, æternitatem meditan-
dam indagant. 15

SECT. CONSID.

1. Sancti Patrum & Ecclesiæ circa hoc responsa. 15
2. Scripturæ divinæ clara de æternitate testimonia. 17
3. Omnia modica sunt præter æternitatem. 18

CONSID. VII.

Quomodo Christiani pingant æternitatem. 19

SECT. CONSID.

1. Christus invitans. 19
2. Adam lamentans. ibid.
3. Corvus crocicans. 20

CONSID. VIII.

Quomodo Christianis non tam pingenda quàm meditata sit æter-
nitas. 22

SECT. CONSID.

1. Non rem tantum, sed & spem omnem æternitas præcindit. ibid.
2. Æternitas mare est, Triceps hydra est, sed & fons est omnis gau-
dii. 23
3. Æternitatis gustus quanti sit, illustri exemplo declaratur. ibid.

CONSID. IX.

Conclusiones aliquot dictorum de æternitate. 24

SECT. CONSID.

1. Æternæ mortis supplicium. 27
2. Æternæ vitæ præmium. 28
3. Epilogus dictorum omnium. 30

Tom I.

LIBER SECVNDVS.

PRODROMVS ÆTERNITATIS

Mortis nuntius.

CAPVT I.

Mortis memoria proponitur fanis. 33

SECT. CAP.

1. Lectori lux & ingressus ad sermonem. ibid.
 2. Quotidiana mortis memoria. ibid.
 3. Memoria mortis potens in omnia peccata Pharmacum. ibid.
 4. Bonæ vitæ clausula quanti sit, à Senecâ. ibid.
 5. Omnis homo nullus homo, ex Arbitro. 34
 6. Morales unius dieculæ. ibid.
 7. Idem confirmatus redditur. ibid.
 8. Longæ vitæ spes & vota inania. ibid.
 9. Homo pulvis. ibid.
 10. Homo verè miser. 35
 11. Quid igitur est homo? ibid.
 12. Ad rei funebres ofores. ibid.
 13. Omnis vita lacrymæ. 36
 14. Lacrymas solatur Deus. ibid.
 15. Mors nativitas. ibid.
 16. Ubique mors. ibid.
 17. Mors sua cuique domi est. 37
 18. Mors inexorabilis. ibid.
 19. Mors certissima est incertissima. ibid.
 20. Mors plurimis est repentina, pæne omnibus insperata. ibid.
 21. Mortis repentinæ antidotum. 38
 22. Dies vitæ pauci & mali. 39
 23. Quâ ratione juvenis possit mori senex. ibid.
 24. Paradoxum quisquis voluit, diu vixit. ibid.
 25. Moriendum est. ibid.
 26. Mortis memoria vitæ refrigeranda. 40
 27. Novum indusium, nigra litteræ. ibid.
 28. Omnis dies observandus. 41
 29. Sandapila ultimum superbæ nostræ solium. ibid.
 30. Quid est vita. 42
 31. Vita Mimus. ibid.
 32. Vitæ humanæ typus. ibid.
 33. Vitæ prologus, narratio, Epilogus. ibid.
 34. Omnis vita brevis etiam longissima. 43
 35. Non longissima, sed honestissima vita optima. ibid.
 36. Magnam vitæ partem non viuimus. ibid.
 37. Maxima vitæ labes procrastinatio. ibid.
 38. Venatus mortis. 44
 39. Cur quotidiana spectantes funera, mortem non cogitemus. ibid.
 40. Compendiosissima & optima mortis præmeditatio. ibid.
 41. Hodie mihi, cras tibi. ibid.
 42. Ergo dum vivis vive. 45
 43. Si cras, quare non hodie. ibid.
 44. Cur mors horribilis. ibid.
 45. Inopina, sed formosa mors. ibid.
 46. Vigilandum & orandum. 46
 47. Deo fidendum. ibid.
 48. Quando Domino visum. ibid.
 49. Ad Deum in omnibus recurendum. ibid.
 50. Orationes tres pro felici exitu ex hac vitâ. 47
- Coronis primi capitis ad lectorem. ibid.

CAP. II.

Mortis memoria commendatur ægrotis.

SECT. CAP.

1. Ingressus ad sermonem, & an morbus malum. 48
2. Ægrotus ad amicos, ad morbum, ad morbi læthalis initium, ad
mortem, ad Christum. ibid.
3. Mæroris antidotum. 49
4. Non semper mulsim. ibid.
5. Christiana generositas mortis contemptus. ibid.

6. Mortis

Index Paragraphicus.

6. Mortis contemptæ specimen. 49
7. Animus ad mortem promptus. 50
8. Mortem timent, qui non prævident. ibid.
9. Mortem timent, qui vitam negligunt. ibid.
10. Tria morbi genera. ibid.
11. Morbus virtutum ludus. 51
12. Morbus corporis, animi salus est. ibid.
13. Morbus æternitatis monitor. ibid.
14. Morbus igitur optandus. ibid.
15. In morbo quid legendum. 52
16. In morbo semper orandum. ibid.
17. In doloribus, & aliis per diem quid cogitandum, quid dum. ibid.
18. Aliter sani, aliter sentimus ægroti. ibid.
19. In omni agrimoniâ pia ad Deum suspiria. ibid.
20. Ægroti quædam vitia. ibid.
21. Tres theses omnibus viribus ægroti propugnandæ. 53
22. Ægroti situs qui curanda. ibid.
23. Ægroti sudarium. 54
24. Ægroti lectulus. ibid.
25. Ægroti delitæ, Christi hortus. ibid.
26. Christi inter olivas lectulus. ibid.
27. Mater Domini ad ægrotum revivens his eum compellat. 55
28. Humanæ voluntatis cum divinâ consensus & conspiratio. ibid.
29. Desperationi occurrendum. ibid.
30. Spes vitæ melioris miseras mitigat. 56
31. Spes vera vitæ beatissime. ibid.
32. Tranquillitas è verâ spe. ibid.
33. Solatium è doloribus. ibid.
34. Dolores omnes frangit patientia. 57
35. Patientiæ specimen mendicus. ibid.
36. Patientiæ typus Princeps magnus. 58
37. Patientiæ speculum rex maximus. ibid.
38. Patientiæ specimen, typus, speculum, exemplar absolutissimum Christus Dominus. ibid.
39. Panoplia ægroti, patientia. 59
40. Tandem migrandum hospites sumus. ibid.
41. Certus vitæ terminus. ibid.
42. Prima ægroti obstructiuncula. 60
43. Contra alias ægroti querimonias. ibid.
44. Ægrotus ad seipsum, contra seipsum. 61
45. Ægrotus ad Deum. ibid.
46. Ægrotus cum Deo paciscitur. 62
47. Deo gratias sit assiduum ægroti canticum. ibid.
48. Ægroti vera in Deum fiducia. 63
49. Constantiter fidendum. 64
50. Orationes aliquot ægrotis, & moribundis dicendæ. 63, & 64 & 65.

CAP. III.

Mortis memoria repræsentatur moribundis.

CAP. SECT.

1. Ars bene moriendi compendio traditur. 66
2. Tempus perditum quomodo recuperandum. ibid.
3. Brevis vita quomodo extendenda. 67
4. Finis rerum omnium æternitatis nullus. ibid.
5. Hominis moribundi consideratio. 68
6. Stantes quidam mortui. ibid.
7. Ante mortem quidam mortui. 69
8. A seipsis quidam sepulti. ibid.
9. Consideratio sepulchri. 70
10. Testamenta novem. 71
11. Epitaphia novem. 72
12. Cur æquo animo moriendum, causæ novem. 73
13. Mors igitur non formidanda. 74
14. Quomodo sancti mortem desiderant, & mortem formident. 75
15. Mors mala vitam malam sequitur. 76
16. Mors bona vitam bonam sequitur. 77
17. Qualis vita talis mors. 78
18. Bonæ mortis votum. 79
19. Somnus mortis frater. 80
20. Mortis prodromi. 81
21. Quid ad mortis nuntium respondendum. 82
22. Mors dulcissima sed pessima. 83
23. Mellior mors quam vita amata. 84
24. Beatitudo mortis. 85
25. Valedictio morientis ad vivos eadem viâ sequuturos. 86
26. Morientium extrema monita. 87
27. Christus invitatur. 88
28. Moribundus animatur. 89
29. Resurrectionis fides. 90

30. Spes resurrectionis solatium maximum. ibid.
31. Spes cœli. 78
32. Suspiria ad cœlum. ibid.
33. Solatia adversus mortem compendio dantur. ibid.
34. Contra invitè morientes. 79
35. Moribundi scopulus dilatio. ibid.
36. Moribundi dolores, & terrores. 80
37. Moribundi promptus animus. 81
38. Moriturus se fide, spe, & charitate armat. 82
39. Ægroti moribundo quid semper corde, ac ore, versandum. 83
40. Moribundo singulariter observanda. ibid.
41. Moribundo quid faciendum è Blosio. 84
42. Moribundum refrigerantia. 85
43. Moribundi ad Deum suspiria. 86
44. Moribundi vera in Deum fiducia. 87
45. Moribundi cercus. 88
46. Moribundi verba ultima. 89
47. Humanæ voluntatis ad divinam conformatio summi momenti est sub vitæ finem. 90
48. Moribundus alterum in Golgotha latronem imitetur. ibid.
49. Heliotropium contra omnes morbos & mortem pharmacum. ibid.
50. A moribundo dicenda, aut moribundo prælegenda. 85
- Epilogus & monitum Lectori.

LIBER III. TRIBUNAL CHRISTI. LIBER PRIMVS.

CAP. I.

Certum est in cuiusvis hominis morte arcanum peculiare iudicium exerceri, seu reddendam esse rationem. 86

CAP. II.

Quid secretum peculiare iudicium, seu quid sit rationem reddere. 88

CAP. III.

Incertum esse annum, mensem, diem, horam secreti peculiaris iudicii, seu reddendæ rationis. 90

CAP. IV.

Quis moror, angor, terror, secretum peculiare iudicium soleant præcedere, seu quid rationem redditurus præcipue pertimescat. 93

CAP. V.

Quæ causæ in hoc iudicio ventilentur, seu de quibus reddenda sit ratio. 96

CAP. VI.

Quo loco, & quo tempore arcanum singulare iudicium sit futurum, seu quando & ubi reddenda sit ratio. 98

CAP. VII.

Quis in arcano hoc iudicio sit iudex, seu cui reddenda sit ratio. 100

CAP. VIII.

Quis in hoc iudicio sit reus, quis accusator, & cuiusmodi sententia pronuntiari soleat, seu quis hic rationem reddere cogatur. 103

CAP. IX.

Quæ præcipue iudicium hoc exasperarent, seu quæ rationem reddendam potissimum turbent. 106

CAP. X.

Quæ potissimum iudicium istud mitigent, seu quinam in ratione reddendâ imitandi. 109

DE CHRISTI TRIBVNALI LIBER SECVNDVS.

CAP. I.

Theodorus juvenis Ægyptius Æternitatis & iudicii arcanum animo pertractat, & reddendæ rationi se parat. 114

CAP. II.

Quoties iudex ipse iudicium imminens cogitandum proponat, seu quam variè moveamur de reddendâ ratione, & quis hic futurus sit patronus. 117

CAP. III.

Quam variè iudicium hoc innovetur, dum læsus lædenti diem dixit, & iudicio arcessit, seu quam crebrò alter alterum ad rationem reddendam evocaverit. 119

CAP. IV.

Quare arcanum hoc iudicium omni vitâ metuendum, seu cur assidue summoque studio aditendum, ut vitæ ratio bene reddatur. 124

CAP. V.

Quantam sanctissimis viris formidinem iniecerit arcanum hoc iudicium, seu quanti trepidantur in reddendâ ratione. 127

Index Paragraphicus.

<i>Quæ præparatio remota ad subeundum hoc iudicium fit necessaria? seu, quomodo modo se omnes parent ad reddendam rationem.</i>	130
<i>CAP. VI.</i>	
<i>Quæ præparatio propinqua huc requiritur, seu quid faciendum instanter tempore orationis reddenda.</i>	133
<i>CAP. VII.</i>	
<i>Arcani peculiaris iudicii Hypotyposis, seu reddenda rationis exemplar.</i>	136
<i>CAP. IX.</i>	
<i>Arcani iudicii memoriam jugiter instaurandam, seu reddenda rationis nunquam obliviscendum esse.</i>	138
<i>CAP. X.</i>	
<i>Epilogus dictorum omnium utroque libro.</i>	141

LIBER IV.

INFERNVS DAMNATORVM,

Carcer, & Rogus.

<i>QVò hic liber collinet, & instructio libri.</i>	145
<i>CAP. I.</i>	
<i>Primum æternitatis tartaræ tormentum, tenebræ.</i>	147
<i>CAP. II.</i>	
<i>Alterum æternitatis tartaræ tormentum, sicutus.</i>	150
<i>CAP. III.</i>	
<i>Tertium æternitatis tartaræ tormentum, fames.</i>	153
<i>CAP. IV.</i>	
<i>Quartum æternitatis tartaræ tormentum, fætor.</i>	155
<i>CAP. V.</i>	
<i>Quintum æternitatis tartaræ tormentum, ignis.</i>	159
<i>CAP. VI.</i>	
<i>Sextum æternitatis tartaræ tormentum, vermis conscientiæ.</i>	161
<i>CAP. VII.</i>	
<i>Septimum æternitatis tartaræ tormentum, locus, & societas.</i>	164
<i>CAP. VIII.</i>	
<i>Octavum æternitatis tartaræ tormentum desperatio.</i>	167
<i>CAP. IX.</i>	
<i>Æternitas piorum iuge suspitium.</i>	169
<i>CAP. X.</i>	
<i>Æternitas sceleratorum formidabile suspitium.</i>	171
<i>CAP. XI.</i>	
<i>Æternitas damnatorum inexplicabile ac novum supplicium.</i>	174
<i>CAP. XII.</i>	
<i>Conclusiones tres in præmissa capita.</i>	178
<i>CAP. XIII.</i>	
<i>Quæ ligna, quodve pabulum ignis sit æterni, ubi de peccati mortificatione in explicabili gravitate.</i>	180
<i>CAP. XIV.</i>	
<i>Cur unica lethalis noxa supplicio afficiatur æterno.</i>	187
<i>CAP. XV.</i>	
<i>Humanae gentis cæcitas incredibilis & horribilis stupor, tam in peccatis, quam in suppliciis peccati æternis expendendis.</i>	189
<i>CAP. XVI.</i>	
<i>Compendium dictorum & Epilogus.</i>	192

LIBER V.

COELVM BEATORVM CIVITAS.

LIBER PRIMVS.

<i>Partitio descriptionis, & Lectori documenta.</i>	197
<i>CAP. I.</i>	
<i>Ad beatitudinem rectius explicandam Præceptiones novem.</i>	198
<i>CAP. II.</i>	
<i>Aliæ novem præceptiones ad cælum crebrius meditandum.</i>	202
<i>CAP. III.</i>	
<i>Totidem aliæ præceptiones ad cælum ardentius desiderandum.</i>	204
<i>CAP. IV.</i>	
<i>Memoria cæli omnium malorum est pharmacum.</i>	208
<i>CAP. V.</i>	
<i>Memoria cæli quotidie instauranda.</i>	209
<i>Tom I.</i>	

<i>Memoria cæli quibus modis quotidie instauranda.</i>	211
<i>CAP. VI.</i>	
<i>Cælum propriè beatorum sedem ac mansionem dici, ubi aliquid de mundi fallaciis.</i>	214
<i>CAP. VII.</i>	
<i>Quo pretio cælum beatorum sedes comparanda.</i>	217
<i>CAP. VIII.</i>	
<i>Cur cælum tam frigidè desideremus.</i>	219

DE COELO

LIBER SECVNDVS.

<i>Primum in cælo gaudium, voluptas oculorum.</i>	224
<i>CAP. I.</i>	
<i>Secundum in cælo gaudium, voluptas linguæ & gustatus.</i>	226
<i>CAP. II.</i>	
<i>Tertium in cælo gaudium, voluptas odoratus.</i>	228
<i>CAP. III.</i>	
<i>Quartum in cælo gaudium, voluptas tactus.</i>	230
<i>CAP. IV.</i>	
<i>Quintum in cælo gaudium, voluptas aurium.</i>	231
<i>CAP. V.</i>	
<i>Sextum in cælo gaudium, voluptas è quatuor corporis gloriosi dotibus.</i>	233
<i>CAP. VI.</i>	
<i>Septimum in cælo gaudium, voluptas intellectus, voluntatis, & memoria.</i>	236
<i>CAP. VII.</i>	
<i>Octavum in cælo gaudium, voluptas è beatitudinis loco.</i>	238
<i>CAP. VIII.</i>	
<i>Nonum in cælo gaudium, voluptas è Beatorum societate.</i>	241
<i>CAP. IX.</i>	
<i>Decimum in cælo gaudium, voluptas ex omnium deliciarum affluentia.</i>	243
<i>CAP. X.</i>	
<i>Vndecimum in cælo gaudium, voluptas è perfectissima omnium desideriorum satietate.</i>	245
<i>CAP. XI.</i>	
<i>Duodecimum in cælo gaudium, voluptas è gaudiorum omnium securitate.</i>	247
<i>CAP. XII.</i>	
<i>Decimumtertium in cælo gaudium, voluptas ex aureolis.</i>	250
<i>CAP. XIII.</i>	
<i>Decimumquartum in cælo gaudium, voluptas ex aspectu seu visione Dei.</i>	252
<i>CAP. XIV.</i>	
<i>Viso Dei summum omnium gaudiorum fufius explicatur.</i>	255
<i>CAP. XV.</i>	
<i>De Dei visione plura explicantur, maxime quid in Deo visuri sumus.</i>	258
<i>CAP. XVI.</i>	
<i>Decimum quintum cæli gaudium, æternitas gaudiorum.</i>	260
<i>CAP. XVII.</i>	
<i>Epilogus.</i>	265

LIBER VI.

ZODIACVS CHRISTIANVS.

Primum prædestinationis signum.

1. S ymbolum, cereus ardens.	267
2. Cranium.	268
3. Aurea Eucharistiæ Hierotheca.	269
4. Altare nudum.	271
5. Frutex rosarum.	272
6. Ficus.	274
7. Frutex Tabaci.	276
8. Cupressus.	277
9. Hastis per oleaginum sertum conjunctis representatur dilectio inimicorum.	278
10. Flagellum & virga.	282
11. Anchora.	284
12. Cythara.	285
Paucitas Prædestinationum.	287

Index Paragraphicus.

LIBER VII. HOROLOGIVM AVXILIARIS Tutelaræ Angeli. DIEI HORÆ.

HORA I.

Disce mori, id te doceat mors certissima. 290
 Discite vivere, id te doceat lex patientiæ. ibid.
 Discite orare, id te doceat actus contritionis. ibid.
 Admonitiunculæ ad contritionis actum. ibid.

HORA II.

Discite mori, id te doceat mortis incertissima hora. 291
 Discite vivere, id te doceat lex obedientiæ. ibid.

HORA III.

Discite mori, id te doceat penitentia procrastinata. 292
 Discite vivere, id te doceat lex temperantiæ. ibid.
 Discite orare, id te doceat officium parvum custodis Angeli. ibid.

HORA IV.

Discite mori, id te doceant damnatorum inania vota. 294
 Discite vivere, id te doceat lex fiducia in Deum. ibid.
 Discite orare, id te doceant SS. Angelorum Litaniz. ibid.

HORA V.

Discite mori, id te doceat assidua mortis rapina. 295
 Discite vivere, id te doceat lex justitiæ. ibid.
 Discite orare, id te doceant tres orationes. ibid.

HORA VI.

Discite mori, id te doceant quotidiana plurimorum funera. 295
 Discite vivere, id te doceat lex misericordiæ. 296
 Discite orare, id te doceant orationes de S. Michaële Archangelo. ibid.

HORA VII.

Discite mori, id te doceat temporis jactura irreparabilis. 296
 Discite vivere, id te doceat lex mansuetudinis. ibid.
 Discite orare, id te doceant orationes ad custodem Angelum, Christum, & Christi matrem. ibid.

HORA VIII.

Discite mori, id te doceat imminentiæ judicii metus. 297
 Discite vivere, id te doceat lex veritatis. ibid.
 Discite orare, id te doceat Oratio exercendis divini amoris actibus. ibid.

HORA IX.

Discite mori, id te doceat maximus debitorum numerus. 298
 Discite vivere, id te doceat lex charitatis. ibid.
 Discite orare, id te doceat oratio S. Francisci. ibid.

HORA X.

Discite mori, id te doceat usitatus defunctorum Psalmus. 299
 Discite vivere, id te doceat lex humilitatis. 300
 Discite orare, id te doceat commendatio animæ in manus creatoris. ibi.

HORA XI.

Discite mori, id te doceant repentinæ mortis insidiæ. 300
 Discite vivere, id te doceat lex charitatis. ibid.
 Discite orare, id te doceat oratio pro felici fine vitæ. ibid.

HORA XII.

Discite mori, id te doceat improvisa mortis irruptio. 301
 Discite vivere, id te doceat lex familiaritatis cum Deo. ibid.
 Discite orare, id te doceat examen conscientiz quotidianum practicum. ibid.

HORÆ NOCTIS.

Causæ cur SS. Angeli præ cæteris Beatorum Ordinibus summè venerandi. 301

I. HORA NOCTIS.

Discite mori, & cogita, &c. discite Orare, discite vivere, &c. Hic habet Auctor exercitia usque ad duodecimam horam noctis. Maxime verò agit in iis de Angelorum cultu, gloriâ, vestitu, canru, reliquisque eorum moribus, usque folium 321

LIBER VIII. NICÆTAS

SEV

TRIVMPHATA INCONTINENTIA. LIBER PRIMVS.

CAP. I.

Sermonis ingressus. 322

CAP. II.

Illustrissimi Nicææ facinus paulò fufius narratum. 322

CAP. III.

Primum incontinentiæ invitamentum, otium. 323

CAP. IV.

2. Incontinentiæ invitamentum, mensa lautior, saturitas, gula. 324

CAP. V.

3. Incontinentiæ invitamentum, impuri & obscæni libri. 325

CAP. VI.

4. Picturæ inhonestæ. 326

CAP. VII.

5. Oculi curiosi emissivi. 327

CAP. VIII.

6. Verba prætextata & impudica. 330

CAP. IX.

7. Mali socii. 331

CAP. X.

Incontinentiæ primi effectus: corpus debilitat, opes perdit. 333

CAP. XI.

Incontinentiæ effectus alteri: animam necat, ingenium impedit. 334

CAP. XII.

Incontinentiæ effectus tertii: famam inquinat, virtutes omnes extirpat. 335

LIBER SECVNDVS NICÆTÆ.

CAP. I.

Geminus Nicææ Benedictus, Illustrissimo itidem facinore. 336

CAP. II.

Pugna Nicææ & victoria Episcopi descripta. 338

CAP. III.

Primum incontinentiæ Pharmacum est lectio Sacra. 340

CAP. IV.

Secundum, corporis afflictatio. 342

CAP. V.

Tertium, preces & orandi studium. 345

CAP. VI.

Quartum, crebra peccatorum confessio. 348

CAP. VII.

Quintum, jejunia & abstinentiæ exercitium. 350

CAP. VIII.

Sextum, labores & amor exercitii. 351

CAP. IX.

Septimum, sollicita sensuum exteriorum custodia. 354

CAP. X.

Octavum, assidue cogitata Dei præsentia in omni loco. 357

CAP. XI.

Nonum, novena æternitatis supplicia. 361

Lacrymæ æternitati sacræ. ibid.

Distorum de triumphanda incontinentia Epilogus. 367

LIBER IX.

TRISMEGISTVS CHRISTIANVS. LIBER PRIMVS.

Rationem docet erudiendæ conscientiz per quotidianum illius examen.

CAP. I.

Ingressus ad sermonem de animi cultu & examine conscientiz. 372

CAP. II.

Examen conscientiz qui olim & quomodo fecerint. 373

CAP. III.

Index Paragraphicus.

Examen conscientiae quantae sit utilitatis, & quam id à Sanctis impensè commendatum.	374
CAP. III.	
Examina conscientiae quantae sit necessitatis.	376
CAP. IV.	
Examinandae conscientiae quis sit modus.	377
CAP. V.	
Examinandae conscientiae quot & quae sint partes.	380
CAP. VI.	
Examine conscientiae obijci solita diluuntur.	384
CAP. VII.	
In examine conscientiae quò potissimum collineandum, & quanta humanae voluntatis sit inconstantia.	386
CAP. VIII.	
Examen conscientiae commendatur Religiosis.	391
Beatissimae Virginis Sodalibus.	392
Et aliis quibuscunque.	393

LIBER SECVNDVS

DE CVLTV COELITVM.

CAP. I.	
Ingressus ad sermonem.	395
CAP. II.	
Cultus Coelitem contra opiniones asseritur.	395
CAP. III.	
Quanam coelitem præcipue colendi.	396
CAP. IV.	
Quanam potissimum ratione colendi coelitis.	398
CAP. V.	
Origo mensurae sortitionis divorum coelitem.	402
CAP. VI.	
Coelitem nomen in mensura scheda expressum, quid sibi velit.	ibid.
CAP. VII.	
Quo sine mensuris coelitis sententiosum dictum addatur.	403
CAP. VIII.	
Quo consilio preces indicantur in mensum proximum.	405
CAP. IX.	
In charta mensurorum coelitem adscripta virtus, quid moneat.	406
CAP. X.	
Inconstantia in animi & coelitem cultu, exemplo inaudito coarguitur.	407

LIBER TERTIVS

DE CVLTV CORPORIS.

CAP. I.	
Animae potius an corpori cultus debeat?	411
CAP. II.	
Quid sit corpus, & unde tam dignum coli.	412
CAP. III.	
Quantus noster hostis sit corpus.	413
CAP. IV.	
Quantus labor impendatur à nobis corpori, hostium nostrorum maximo.	414
CAP. V.	
Quam varius sit cultus corporis exterior.	416
CAP. VI.	
De cultu corporis quid sacrae paginae & Sancti Patres sentiant.	421
CAP. VII.	
Cultus corporis nimius quam à ratione & prisci nostrique aevi legibus alienus sit.	423
CAP. VIII.	
In cultu corporis quanta maximorum virorum fuerit modestia.	424
CAP. IX.	
Cultum corporis sanctissimi homines quam & oderint & fugerint.	427
CAP. X.	
Cultus corporis quantum malorum sit causa.	429
CAP. XI.	
Dictorum ratio, confirmatio, coronis.	434

Tom I.

LIBER DECIMVS.

RECTA INTENTIO,

Humanarum actionum amussis.

LIBER PRIMVS.

CAP. I.	
Quid sit recta Intentio.	441
CAP. II.	
Quid sit Intentio rectissima.	442
CAP. III.	
Quam necessaria sit recta Intentio.	444
CAP. IV.	
Nullam humanarum rerum actionem Deo placere sine recta Intentione, ubi strictim de vanâ gloria.	446
CAP. V.	
In quo potissimum consistat recta Intentio, ubi aliquid de actu & habitu Intentionis.	447
CAP. VI.	
Vtrum bona, seu recta Intentio possit opus malum facere bonum.	450
CAP. VII.	
Quanam gradus sint pure rectaeque Intentionis.	452
CAP. VIII.	
Quid sit mala Intentio.	454
CAP. IX.	
Qua ratione malam Intentionem prodât operis publicatio.	456
CAP. X.	
Quam varia sit, & multiplex mala Intentio.	459
CAP. XI.	
Exemplar nobile Intentionis mala fuisse Herodem Magnum Aescalonitam.	462
CAP. XII.	
Quid indifferens, quid nulla Intentio à nobis vocetur.	464

DE RECTA INTENTIONE

LIBER SECVNDVS.

CAP. I.	
Rectam Intentionem esse, bonam illam voluntatem, ab Angelis laudatam.	467
CAP. II.	
Rectae Intentionis actioni à solo Deo posse perfolvi præmium.	468
CAP. III.	
Recta Intentio quantum à diabolo impugnetur.	470
CAP. IV.	
Rectae Intentionis hostem maximum à cacodemone esse vanam gloriam.	473
CAP. V.	
Quid demum sit vana gloria, & quam ea rectam Intentionem foedè jugulet ni præveniatur.	478
CAP. VI.	
Aliquot quaestiones super rectâ Intentione.	480
CAP. VII.	
E dictis circa rectam Intentionem, quae consequuntur, ubi uberius de temerario iudicio.	484
CAP. VIII.	
Quae sit rectae Intentionis praxis.	491
CAP. IX.	
Quae sint signa rectae Intentionis.	496
CAP. X.	
Aliquot conclusiones de rectâ Intentione.	500
CAP. XI.	
Adhortatio ad Religiosos, ad Aulicos, ad omnis Ordinis homines, rectae Intentioni exercendae.	501
CAP. XII.	
De rectâ Intentione dictorum Epilogus.	505

Index Paragraphicus.

LIBER VNDECIMVS.

HELIOTROPIVM,

SEV

Conformatio humanæ voluntatis cum Divinâ.

LIBER PRIMVS.

De divinæ voluntatis cognitione.

CAP. I.

Hypotyposis omnia quinque librorum, duplex etiam fundamentum ponitur, & omnes omnino pœnas à Dei voluntate provenire ostenditur. 509

CAP. II.

Quid, quomodo, quare, hoc illudve, permittat Dei voluntas. 512

CAP. III.

Quomodo per arcanissima judicia Dei cognoscenda sit voluntas divina. 514

CAP. IV.

Quomodo Dei voluntas in rebus omnibus agnosci possit. 516

CAP. V.

Quotuplex Dei voluntas, & quibus potissimum in rebus illa sibi velit conformari nostram. 518

EX HELIOTROPIO

LIBER SECVNDVS.

CAP. I.

Ingressus ad conformationem humanæ voluntatis cum divinâ. 520

CAP. II.

Quæ voluntas hominis ad hanc cum Dei voluntate conformationem sit maximè idonea. 521

CAP. III.

Quomodo voluntas hominis ad Dei voluntatem sit conformanda. 523

CAP. IV.

Quo animo precandum, fiat voluntas tua sicut in celo & in terrâ. 526

CAP. V.

Quæ sint judicia & signa humanæ voluntatis ad divinam conformationem. 528

EX HELIOTROPIO

LIBER TERTIVS.

CAP. I.

Quamvis animo tranquillitatem conciliet humanæ voluntatis ad divinam conformatio. 532

CAP. II.

Fieri ne possit, ut quis nunquam tristetur, & an id arte illa impetrandum, quâ nostram divinæ voluntati conformamus. 533

CAP. III.

Humanæ voluntatis cum divinâ conformitatem Deo gratissimum esse sacrificium. 536

CAP. IV.

Omnem hominis perfectionem consistere in conformatione humanæ voluntatis cum divinâ. 538

CAP. V.

Conformationem humanæ voluntatis cum divinâ summum vitæ bonum esse. 539

CAP. VI.

Conformationem humanæ voluntatis cum divinâ cælum esse extracælum, & veram vitæ beatitudinem. 542

EX HELIOTROPIO

LIBER IV.

CAP. I.

Conformationem humanæ voluntatis cum divinâ quæ maximè impediatur. 543

CAP. II.

In quod exitium pertrahat voluntas propria si non patiat se frangi. 545

CAP. III.

Voluntas propria quâ ratione subiungenda sit divinæ voluntati. 548

CAP. IV.

Exemplum illustrissimum hominis recusantis divinæ voluntati suam subiungere. 550

CAP. V.

Quæ voluntatis propriæ contumaciam maximè confirmat. 551

CAP. VI.

Nihil voluntatis propriæ retinendum esse, tam in omnibus rebus arduis ac difficilibus quàm in ipsâ morte. 553

EX HELIOTROPIO

LIBER V.

CAP. I.

Conformationem humanæ voluntatis ad divinam consistere non posse sine magnâ in Deum fiduciâ. 555

CAP. II.

In quo fiducia in Deum consistat. 557

CAP. III.

Quâ ratione in adversis firmanda & erigenda sit ad Deum fiducia. 558

CAP. IV.

Quantâ in Deum fiduciâ omnes Sancti fuerint. 561

CAP. V.

Quantis præmiis Deus humanam in se fiduciam remuneretur. 563

CAP. VI.

Fiduciam in Deum sine cognitione divinæ providentiæ vacillare. 565

CAP. VII.

Quanta Dei providentiæ sit circa vitæ necessaria. 567

CAP. VIII.

Quanta Dei Providentiæ sit in amicos. 570

CAP. IX.

Quanta Dei providentiæ sit tam in amicos quàm inimicos. 572

CAP. X.

Quanta nihilominus plurimorum hominum de Deo sit diffidentia. 575

CAP. XI.

E cognitione divinæ providentiæ magnam in Deum fiduciam, è fiducia veram cum Deo divinâque voluntate concordiam nasci. 579

CAP. XII.

Epilogus, seu omnium in his quinque libris dictorum compendium. 582

LIBER XII.

ORBIS PHAETON.

HOC EST,

De universis vitis lingue.

CAP. I.

Adulatio quàm promulgatum sit vitium, & quibus titulis Adulatores afficiendi. 589

CAP. II.

Adulatio & Adulatores melius depinguntur; simul exponitur quàm istud adulandi artificium nostro ævo sit excultrum & subtile. 593

CAP. III.

Adulationis damna maxima explicantur. 595

CAP. IV.

Baccha lingua, Bombilans, Blæsa, quid sit. 599

CAP. V.

Quid lingua Bifida sit & quàm noxia. 601

CAP. VI.

Blasphemia quàm grave sit peccatum. 602

CAP. VII.

Blasphemia jure divino flagellatur, & dicta firmanur exemplo. 606

CAP. VIII.

De linguâ malignè consulente, simul dictum illud explicatur, *Consilium malum consulti pœssimum.* 608

CAP.

Index Paragraphicus.

CAP. IX.	
Cæsareorum, Regionum, Principium, omniumque denique sacrorum & Politicorum Senatorum ac Consiliorum consultius lingua formatur, firmaturque contra lapsus.	611
CAP. X.	
Lingua contentiosa quam sit exitiosa & quam lites studiosè sunt cavendæ.	617
CAP. XI.	
Quæ lingua sit convicians, & quid inferat damni.	619
CAP. XII.	
Derisionis proprium esse nemini parcere.	622
CAP. XIII.	
Derisorum natura, & derisionis damna uberius explicantur.	624
CAP. XIV.	
Derisores quam graviter sæpe puniri sint.	627
CAP. XV.	
Quid detractio sit, quod duplex, & quam grave peccatum.	629
CAP. XVI.	
Quantorum malorum mater sit detractio, & de famæ restitutione.	632
CAP. XVII.	
Quibus titulis afficiendi detractores, & quibus suppliciis sæpe sint affecti.	635
CAP. XVIII.	
Auditors detractorum quam graviter delinquant.	637
CAP. XIX.	
Excusatio quam pervulgarum & multiplex sit vitium.	641
CAP. XX.	
Exprobratio quam molesta sit omnibus, & exprobrare beneficia est ea perdere.	645
CAP. XXI.	
Quid sit lingua fraudulenta, fallax, fucata, quod inter has discernimur, & quibus legibus hæ linguæ teneantur.	646
CAP. XXII.	
Fallacem seu doloſam linguam tam esse crebram quam noxiam.	648
CAP. XXIII.	
Garrula lingua quibus potissimum, & quantum noceat.	651
CAP. XXIV.	
Hyperbolica, & hypocrita lingua, quomodo utraq; noscenda, & fingenda.	653
CAP. XXV.	
Quantum lingua imprudens, impetuenta, irreverens, incommodent.	655
CAP. XXVI.	
Linguæ malæ imprecantis seu maledicæ damna ingentia, maxima proponuntur.	658
CAP. XXVII.	
Linguæ imprecantis seu maledicæ damna testimoniis & rerum gestarum monumentis consignantur.	661
CAP. XXVIII.	
Lingua juramenti afflueta quam sit exitiosa.	663
CAP. XXIX.	
Quid Sancti Patres Chrysostomus, Augustinus, Bernardus, de linguâ jurante senserint.	666
CAP. XXX.	
Quibus objectionibus juramenta soleant excusari & quibus modis ea extirpari possint.	669
CAP. XXXI.	
Quod donum linguarum sit, & quæ lingua omnium sanctissima.	672
CAP. XXXII.	
Kalumniæ depingitur & Kalumniatoris genius describitur.	674
CAP. XXXIII.	
Kalumniæ quam grave quamque pervagatum sit vitium, & quâ ratione solitum puniri.	676
CAP. XXXIV.	
Lingua lasciva quam detestabilis sit, & quas ob causas.	680
CAP. XXXV.	
Quid sit mendacium ac quod duplex, & an omne mendacium peccatum sit.	682
CAP. XXXVI.	
Quam multiplici argumento exitiosum sit mendacium.	684
CAP. XXXVII.	
Quæ soleant tuendis mendaciis objici, & quâ ratione mendacium crebris puniri.	687
CAP. XXXVIII.	
Quam variè, & quam graviter lingua mordax noceat.	690

CAP. XXXIX.	
Lingua murmurans quam ubique obvia sit, simulque supra modum nota.	692
CAP. XL.	
Quid monstri sit lingua nuggerula & quam ea mendacio affinis.	695
CAP. XLI.	
Orosam linguam diversè perniciosam esse, & de illius pœnâ.	697
CAP. XLII.	
Objurgans lingua prout par est objurgatur.	701
CAP. XLIII.	
Quam frequens, & insolens sit lingua ostentatrix.	702
CAP. XLIV.	
Quibus in rebus ostentatrix lingua se potissimum offerat.	704
CAP. XLV.	
Quæ plerumque pœna linguam ostentatricem soleat comitari.	708
CAP. XLVI.	
Quæ lingua politica sit, & de quatuor illius venenatissimis venis.	710
CAP. XLVII.	
Lingua temere promittens quibus malis nos implicet.	713
CAP. XLVIII.	
Lingua querula multiplicia suæ improbitatis dar specimina.	715
CAP. XLIX.	
Lingua revelans secreta quadruplici nos malo afficit.	718
CAP. L.	
Linguam scurrilem nominatim à Beato Paulo veritam esse.	721
CAP. LI.	
Lingua subannans & suspendens noscendæ dantur.	723
CAP. LII.	
Lingua susurrorum linguam esse pestilentissimam.	725
CAP. LIII.	
Tumultuosæ linguæ grande vitium describitur.	727
CAP. LIV.	
Turpiloqua lingua omnibus Christiani orbis finibus præscribitur.	729
CAP. LV.	
Linguam vindicantem gladium esse Deo præreptum, omnibus damnosissimum, qui eo fuerint usi.	731
CAP. LVI.	
Linguam vituperantem seu censoriam nemini non exosam esse.	735
CAP. LVII.	
Cur lingua sit ad eò custodienda.	737
CAP. LVIII.	
Modus custodiendi linguam, observare loquendi circumstantias.	740
CAP. LIX.	
Vitiosæ linguæ quomodo sanandæ sint, prima quatuor medicamenta traduntur.	742
CAP. LX.	
Alia quatuor medicamenta vitiosæ linguæ curandæ.	744
CAP. LXI.	
Ultima quatuor medicamenta ad improbam linguam emendandam.	746
CAP. LXII.	
Vitiosæ aliorum linguæ, quibus artificis tolerandæ.	749
Epilogus in Phaëtonem.	754
Cur hic liber Orbis Phaëton inscribatur.	756

LIBER XIII.

ROSÆ SELECTISSIMARVM

virtutum, quas Dei Mater Orbi exhibet,

PARS PRIMA.

Chronologia succincta in annos Beatissimæ Virginis Mariæ.	757
CAP. I.	
Aurea rosa, seu amor in homines.	758
CAP. II.	
Rosa Cereæ, seu Mansuetudo.	761

CAP.

Index Paragraphicus.

	CAP. III.	
Rosa lignea, seu silentium & amor solitudinis.		767
	CAP. IV.	
Rosa Alabastrum, seu fides.		770
	CAP. V.	
Rosa Gypsea, seu auditio verbi divini.		772
	CAP. VI.	
Rosa è faccero, seu gaudium spiritus.		774
Beatissima Virg. Matris Mariæ præcipui XV. mœores.		775
Ejusdem Matris præcipua XV. gaudia.		ibid.
	CAP. VII.	
Rosa Smaragdina, seu peregrinationis devotio.		778
	CAP. VIII.	
Rosa acu picta, ortii odium seu assiduitas exercitationis.		782
	CAP. IX.	
Rosa aromatica, seu oratio, meditatio, contemplatio.		784
	CAP. X.	
Rosa argentea, seu virginitas.		787
	CAP. XI.	
Rosa crySTALLINA, seu jejuniû & abstinentia.		792
	CAP. XII.	
Rosa plumbea, seu contemptus mundi & spiritus recollectio.		798
	CAP. XIII.	
Rosa cornea, seu fortitudo.		806
	CAP. XIV.	
Rosa è succino, seu fiducia in Deum.		811
	CAP. XV.	
Rosa è chalybe, seu perseverantia.		816
S. Mariæ Virginis Elogia pulcherrima.		820

ROSÆ SELECTISSIMARVM VIRTVTVM,

Quas Dei Mater orbi exhibet,

PARS II.

	CAPVT I.	
Rosa Trachinia, seu Prudentia.		825
	CAP. II.	
Rosa flava, seu lectio sacra.		828
	CAP. III.	
Rosa Milefia, seu diligentia.		832
	CAP. IV.	
Cœli Rosa, seu desiderium caelestis Patriæ.		827
	CAP. V.	
Rosa silvestris, seu patientia.		841
	CAP. VI.	
Rosa centifolia, seu resignatio vel indifferentia.		848
	CAP. VII.	
Rosa candida, seu sacra Communionis devotio.		852
	CAP. VIII.	
Rosa coroneola, seu Spes.		859
	CAP. IX.	
Rosa Græca lichnis, seu paupertatis amor.		865
	CAP. X.	
Rosa purpurea, seu mortificatio.		873
	CAP. XI.	
Rosa Græcula, seu Misericordia & Eleemosyna.		880
	CAP. XII.	
Rosa Alabandica, seu verecundia, modestia, pudicitia.		885
	CAP. XIII.	
Rosa Hierichuntina Germaniæ, seu obedientia.		890
	CAP. XIV.	
Rosa Spincola, seu Humilitas.		896



INDEX MORALIS SACRÆ SCRIPTURÆ

ID EST,

LOCORVM QVÆ EX OMNIBVS S. SCRIPTVRÆ LIBRIS
ab Auctore, non solum citantur, sed eleganti, & diserto insuper discursu exornantur.
Quorum singulis brevis, & subinde emblematica præfixa sententia, Lectori,
quæ eliciatur moralitas, subindicat.

Paginalis numeri tantummodo habenda est ratio.

EX GENESI.		Cap.	Verf.	Non nisi de rebus perspectis, judi- candum.	Fol.
MORALE.					
	Judicii memoria inculcatur.				
Cap. I.	1. In principio creavit Deus calum & terram.			XVIII. 21. Descendam, & videbo utrum clamorem, qui venit ad me opere compleverint, an non est ita, ut sciam.	490
	Prima linguarum fallax.			Fætor infernalis.	
III.	1. Cur præcepit vobis Deus, &c.			XIX. 24. Dominus pluit super Sodomam, & Gomorrhæam, sulphur, & ignem.	158
	ALIVD.			Securus est, qui Dei providentiam colit.	
	Inobediens est, qui obediendi rationem quærit.			XXII. 7. Pater mi ecce ignis, & ligna, ubi est vitima holocausti? dixit autem Abraham, Deus providebit sibi vitimam holocausti, fili mi.	563
	Diabolus primus mendax.			Promptæ obedientiæ Abraham exemplar.	
	4. Nequaquam moriemini.			14. Unde usque hodie dicitur, in monte Dominus videbit.	549
	Peccanti excusatio prompta.			Cælum ex parte, sed non omnino gratis datur.	
	12. Mulier, quem dedisti mihi sociam, dedisti mihi delictum, & comedit.			16. Quia fecisti hanc rem, & non peperisti filio tuo ingenito, propter me benedicam tibi &c.	217
	Custos Paradisi cur Angelus.			Voces & loquelæ Charitatis fraternæ.	
	24. Ejecisti Adam, & collocavi ante paradisum voluptatis Cherubin.			XXIV. 60. Frater noster es, crescas in mille millia, & possident semen tuum portas inimicorum tuorum.	761
	Purum & rectum Sacrificium.			Benedictionis paternæ amissio, post hanc vitam, quantum malum.	
I V.	4. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum.			XXVII. 34. Auditis sermonibus patris, irruit clamore magno, & confirmatus ait, benedic etiam & mihi Pater mi.	162
	Origo linguæ dolosæ.			Amor laborem mitigat.	
	8. Egrediamur foras.			XXIX. 20. Servivit ergo Jacob pro Rachel septem annis, & videbantur illi pauci dies, pro amoris magnitudine.	18
	Summum omnium malum.			Præparatione summâ præveniendum summum judicium.	
	14. Ecce ejicis me hodie à facie terræ, & à facie tuâ abscondar.			XXX. 25. & 30. Dimitte me, justum est ut aliquando provideam domui meæ.	130
	Luxuria immedicabile malum.			Omnia in manu Dei.	
VI.	3. Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est.			XXXI. 7. Non dimisit eum Dominus, ut noceret illi.	529
	Resurrectio & cælestis gloria intellectum nostrum excedunt.			Lingua hypocritæ mellea.	
VII.	20. Quindecim cubitis altior fuit, super montes, quos operuerat.			27. Cur ignorante me fugere voluisti, nec indicare mihi, ut prosequer te, cum gaudio, & canticis, & tympanis, & cytharis.	654
	Luxuria vitium communissimum.			Invocatus Judex Deus, statim adest.	
VIII.	21. Sensus & cogitatio humani cordis, in malum prona sunt ab adolescentiâ suâ.			53. Deus Abraham judicet inter nos.	119
	Quævis in dubium vocat querulosus.			Lingua importuna, in precibus grata.	
IX.	12. Hic erit servus homo, manus ejus contra omnes, & manus omnium contra eum, & de regione universorum fratrum sget tabernacula.			XXXII. 3. Non dimittam te, nisi benedixeris mihi.	657
	Linguæ linguâ puniuntur.			Excæcat fel, illuminat mel.	
XI.	4. Venite facimus vobis civitatem, & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum, & celebremus nomen nostrum.			XXXIV. 30. Turbasti me, & odiosum fecistis me habitatoribus terræ hujus.	213
	Maledicens alteri sibi nocet.			Primus usus cilicii.	
XII.	3. Maledicam maledicentibus tibi.			XXXVII. 34. Scissis vestibus indutus est cilicio.	344
	Intentio bona, & opus malum, discors cythara.			Dimicando servatur castitas.	
XV.	9. Sume mihi vaccam triennem, & capram triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque & columbam.			XXXIX. 10. Per singulos dies, mulier molestâ erat adolescenti.	789
				Altum & periculosum somnium.	
				XL. 8. Somnium vidimus, & non est qui interpretetur nobis.	173
				Humana taxatur ignavia.	
				XLII. 1. & 2. Quare negligitis? descendite, & emite nobis necessaria.	508

Index S. Scripturæ.

Cap.	Vers.	EX EXODO.	Fol.
		Intentio nostra potens ut virga Moſis.	
I V.	2.3.4.	Projice eam in terram; projecit. & versa eſt in colubrum. Extendit manum ſuam, & tenuit, verſaque eſt in virgam.	441
		Defectus omnes linguæ Moſis.	
	10.	Non ſum eloquens ab heri, & nuduſtertius, impeditiſſimis, & tardioris linguæ, & incircumciſus ſum labiis, &c.	682
		Via ad cælum trium milliarium.	
V.	3.	Deus Hebræorum vocavit nos, ut eamus viam trium dierum in ſolitudinem, & ſacrificemus Domino Deo noſtro.	539
		Libri obſcæni, ranæ Ægypti.	
VIII.	5.	Et ebulliet fluvius ranas, qua aſcendent, & ingredientur domum tuam, & cubiculum lectuli tui, &c.	325
		Sæpe impetratâ veniâ, augetur dein culpa.	
IX.	34.	Videns autem Pharaon quid ceſſiſſet pluvia, & grandis, & tonitrua, auxit peccatum, & ingravatum eſt cor ejus, &c.	283
		Propoſitorum bonorum oblivioſi ſunt plurimi.	
X.	16.	Peccavi in Dominum Deum veſtrum, & in vos, ſed nunc dimittite peccatum mihi, eſtam hac vice, &c.	387
		Piè dum files, vincis.	
XIV.	14.	Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.	753
		Hiè laborandum, dein quieſcendum.	
XVI.	16.	Sex diebus colligit, in die autem ſeptimo ſabbatum eſt Domini, idcirco non invenietur, &c.	229
		Sanctorum quanta in Deum fiducia.	
XVII.	9.	Elige viros, & egreſſus, pugna contra Amalecitas: cras ego ſtabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu meâ.	561
		Quò intentio purior, eò gratior.	
XX.	25.	Quod ſi altare lapideum feceris mihi, non edificabis illud de ſeſſis lapidibus, ſi enim levaveris cultum tuum ſuper eo, pollutetur.	459
		Aureolæ triplices.	
XXV.	25.	Faciesque illi labrum aureum per circuitum, & ipſi labio coronam in cornu ſalem, altam quatuor digitiis, & ſuper illam alteram coronam aureolam.	250
		Vis orationis, meditationis, & contemplationis.	
XXXII.	ſt.	Reverſusque ad Dominum ait, obſecro Domine, peccavit populus iſte, peccatum maximum, feceruntque ſibi deos aureos; aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti.	786
		Unicum eſt, quod eſt omne bonum.	
XXXIII.	19.	Ego oſtendam omne bonum tibi, & vocabor in nomine Domini coram te &c.	248
		Nemini in terris Dei intuitiva conceſſa viſio.	
	20.	Non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo & vivet.	252

EX LEVITICO.

		Quomodo Deo ſacrificandum.	
I.	4.	Ponitque manum ſuper caput hoſtiæ, & acceptabilis erit, atque in expiationem ejus proficiens.	445
		Omnia propter Deum.	
	17.	Omnis adeptus Domini erit jure perpetuo in generationibus, & cunctis habitaculis veſtris.	464
		Quæ ſit vera ſanctitas.	
III.	44.	Ego enim ſum Dominus Deus veſter, ſancti eſtoſe, quia ego ſanctus ſum.	850

Cap.	Vers.	Coram de proximo, non à tergo, loquendum.	Fol.
XIX.	14.	Non maledices ſervo, nec coram caeco ponas offendiculum.	632
		Blaphemiæ vitium ejuſque olim expiatio.	
XXIV.	16.	Qui blaſphemaverit nomen Domini, morte moriatur.	603
		Omnia hiè medicam manum pariuntur.	
XXVI.	5.	Apprehendet meſſum trituram vindemiam, & vindemia occupabit ſemenem, & comedetis panem veſtrum in ſaturitate, & abſque pavore habitabitis in terrâ veſtrâ.	191

EX NUMERO.

		Cauſas eventuum vir ſapiens non ſcrutatur.	
IV.	12.	Omnia vaſa, quibus miniſtratur in ſanctuario, involvent hyacinthino pallio, & extendent deſuper operimentum ſambinarum pellium, inducuntque veſtes.	523
		Diffidentiaæ pœnæ.	
XI.	21. & 22.	Nunquid ovium, & boum multitudo cadetur, ut poſſit ſufficere ad cibum, vel omnes piſces maris in unum congregabuntur, ut eos ſatient?	578
		Alteri, tecum rectè idem facienti, noli invidere.	
	27.	Cum prophetarent in caſtris cucurrit puer, & nuntiavit Moſi dicens. Eldad, & Medad prophetant in caſtris. Statim Joſue filius Nun, miniſter Moſi, & electus è pluribus, ait, Domine mi Moſes prohibe eos. At ille, Quid, inquit, amularis pro me? Quis tribuit ut omnis populus prophetet & det eis Dominus ſpiritum ſuum.	498
		Murmuratorum caſtigatoſ, Deus.	
XII.	2.	Num per ſolum Moſen locutus eſt Dominus? nonne & nobis ſimiliter? Quod cum auდიſſet Dominus, iratus eſt.	693
		Vir humilis, rectè gubernat.	
	3.	Erat enim Moſes vir miſiſſimus ſuper omnes homines, qui morabantur in terrâ.	765
		Qui verè amat, fortiter urget.	
XIII.	31.	Aſcendamus, & poſſideamus terram, quoniam poterimus obtinere eam.	171
		Malum inficiens, malum confortium.	
XVI.	16.	Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere ea que ad eos pertinent, ne involvaminis in peccatis eorum.	332
		Magnus morbus, filere non poſſe.	
XIX.	15.	Vas, quod non habuerit operculum, nec ligaturam deſuper, immundum erit.	651
		Aquæ dulcis terminus, mare ſalfum.	
XXXIV.	2.	Tendent uſque ad Iordanem, & ad ultimum ſiſſiſſimo claudentur mari.	94

EX DEUTERONOMIO.

		Quæri vult offenſus Deus.	
IV.	29.	Cum quaſeris ibi Dominum Deum tuum, invenies eum: ſi tamen toto corde quaſeris, & totâ tribulatione anime tuæ.	382
		Sancti mediatoſes, apud Deum optimi.	
V.	5.	Ego ſequeſter, & medius fui inter Dominum & vos, in tempore illo.	396
		In levi cauſâ nullum miſce jurementum.	
V.	11.	Non uſurpabis nomen Domini Dei tui fruſtra: quia non erit impunitus, qui ſuper re vanâ, nomen ejus aſſumpſerit.	664

Index S. Scripturæ.

Cap.	Verf.	Omnè bonum à Deo.	Fol.
VIII.	16.	<i>Postquam afflixit, & probavit te, ad extremum miserus est tui, ne dicas in corde tuo fortitudo mea, &c.</i>	530
		Abſtinentia rara.	
IX.	9.	<i>Et perſeveravi in monte quadraginta diebus, ac noctibus, panem non comedens, & aquam non bibens.</i>	874
		Cibus damnatorum.	
	33.	<i>Vva eorum, uva fellis, & bovi amariffimi: fel draconum vinum eorum, venenum inſanabile.</i>	154
		Aulicorum dii, Principum favor.	
XXXII.	37.	<i>Vbi ſunt dii eorum, in quibus habebant fiduciam, de quorum viſceribus comedebant adipem, & bibebant vinum libaminum?</i>	503
		Vincit, qui ſe Deo reſignat.	
	49.	<i>Aſcende in montem iſtum Abarim, & vide terram Chanaan, quam ego tradam filiis Iſrael obtinendam, & morere in monte.</i>	554

EX IOſVE.

		Intentio firmat & prodiit opus.	
II.	14.	<i>Si tamen non prodideris nos, &c.</i>	
	20.	<i>Quod ſi nos prodeſſe volueris, & ſermonem iſtum proferre in medium, erimus mundi ab hoc juramento, quo adjuſtaſti nos.</i>	456
		Qui ſibi fidit, concidit.	
IX.	14.	<i>Oſ Domini non interrogaverunt.</i>	528
		Sermo hyperbolicus, ingratus.	
XXII.	10.	<i>Edificaverunt iuxta Iordanem altare inſinita magnitudinis.</i>	653

EX LIBRO IVDICVM.

		Vt Sampſon, decipimur.	
XVI.	19.	<i>Philiftin ſuper te Sampſon.</i>	93
		Velle noſtrum truncum eſt manibus & pedibus.	
XIX.	4.	<i>Mane apud meteam hodie, & duc latum diem, & eras proficiſceris.</i>	390

EX RVTH.

		Conſtanter acta noſtra diſcutienda indices.	
II.	17.	<i>Collegit ergo in agro uſque ad veſperam, & qua collegit virgâ cadens, & excutiens, invenit hordei quaſi epiſi menſuram: id eſt tres modios.</i>	393
		Dum Eucharifticè eſt cenandum, lavandum.	
III.	3.	<i>Lavare igitur & ungere, & induere cultioribus veſtimentis, & deſcendè in aream.</i>	855

EX PRIMO REGVM.

		Perfectiffima Sobrietas.	
I.	15.	<i>Vinum, & omne quod inebriare poteſt, non bibi.</i>	792
		Viſcoſa manus, dedecet Conſiliarium.	
VIII.	3.	<i>Declinaverunt poſt avaritiam, acceperuntque munera, & perverterunt iudicium.</i>	615
		Etiam inimicos divina fovet providentia, & curat.	
IX.	2.	<i>Non erat vir de filiis Iſrael melior illo.</i>	573
		Dexterum oculum poſcit diabolus.	
XI.	2.	<i>In hoc feriſti vobifcum ſœdus, ut eriam omnium veſtrum oculos dextros.</i>	448
		Bonum principium, deſtruit ſinis malus.	
XIII.	13.	<i>Stultè egifti, nec cuſtodifti mandata Domini Dei tui, qua præcepit tibi &c. Nequaquam regnum tuum ultra conſurget.</i>	408

Cap.	Verf.	Bona intentio aſtuti juncta malo, ingrata Deo.	Fol.
------	-------	--	------

XV.	9.	<i>Pepercit enim populus melioribus ovibus, & armentis, ut immolarentur Domino Deo tuo, reliqua vero occidimus.</i>	451
		Parva non negligè, & interim ulcus tange.	
	9.	<i>Pepercit Saul & populus Agag, & optimis gregibus ovium, & armentorum, & veſtibus, & arietibus, & univerſis qua pulchra erant, nec voluerunt diſperdere ea. Quidquid vero vile fuit, & reprobum hoc demoliti ſunt.</i>	879
		Obedientia Alchimiſta.	
	21.	<i>Mellior eſt enim obedientia quàm viſtima, & aſſultare magis, quàm offerre adipem arietum.</i>	690
		Vita militia.	
XVII.	26.	<i>Quid dabitur viro qui percuffit Philiftæum hunc, & tulerit opprobrium de Iſrael?</i>	238
		Suſurroneſ ubique habitant & audiuntur.	
XXIV.	9.10.	<i>Quare audis verba hominum loquentium, David quærit malum adverſum te? Ecce hodie &c.</i>	726
	11.		
		Inconſideratè loquens ſæpe luit.	
XXV.	10.	<i>Quid eſt David, & quis eſt filius Iſai? Holie increverunt ſervi, qui fugerunt Dominos ſuos.</i>	656
	11.		
		Nunquam deſperandum.	
XXVIII.	15.	<i>Coarctor nimis, ſiquidem Philiftin pugnant adverſum me, & Deus recessit à me.</i>	578

EX II. REGVM.

		Conviciorum breve compendium.	
VI.	20.	<i>Quàm glorioſus fuit hodie rex Iſrael, diſcooperiens ſe ante ancillas ſervorum ſuorum, & nudatus, quaſi ſi nuderetur unus de ſcuris.</i>	691
		Aliena aggravamus, propria excuſamus vitia.	
XI.	7.8.	<i>Vovit Dominus, quoniam filius mortis eſt vir qui ſcicit hoc &c. Dixit autem Nathan ad David, Tu eſt ille vir.</i>	381
		Ingrata beneficiorum exprobratio.	
XII.	7.8.	<i>Ego unxi te in regem ſuper Iſrael, & ego erui te de manu Saul, & dedi tibi domum Domini tui, & uxores domini tui, &c.</i>	645
		Gratiarum actio Deo ſemper debita.	
	9.	<i>Quare ergo contempſiſti verbum Domini, ut faceres malum in conſpectu meo?</i>	380
		Blaphemia cladum cauſa.	
	13.	<i>Quoniam blaphemare feciſti inimicos Domini, propter verbum hoc, filius qui natus eſt tibi morſe morietur.</i>	606
	14.		
		Non ſemper exaudiuntur, etiam Sancti.	
	16.	<i>Surrexit ergo David de terra, & lotus unctusque eſt. Cimque mutaffer veſtem, ingreſſus eſt domum Domini, & adoravit.</i>	518
		Quem Deus tuetur, fruſtra perſequitur homo.	
XVI.	7.	<i>Egredere, egredere vir ſanguinum, & vir belia, &c.</i>	
	8.10.	<i>Domini enim præcepit ei ut malediceret David,</i>	
	11.	<i>& quis eſt qui audeat dicere, quare ſic fecerit?</i>	570
		Amor Struthio, omnia concoquit.	
	10.	<i>Quid mihi & vobis eſt filii Sarvia? dimittite eum ut maledicat.</i>	
	11.		761

EX TERTIO REGVM.

		Quo bono cepiſti pede, eo perge conſtanter.	
VII.	1.	<i>Domum autem ſuam ædificavit Salomon, & adperſectum uſque perduxit.</i>	819
		Mundus	

Index S. Scripturæ.

Cap.	Vers.	Mundus fugienti se, Rex Ægyptius.	Fol.	Cap.	Vers.	Quod ipse in vivis potes, moriturus aliis ne commiseris.	Fol.
XI.	22.	<i>Qua enim re apud me indiges, ut quaras ire ad terram tuam?</i>	383.	I V.	3.	<i>Cum acceperit Deus animam meam, corpus meum sepeli, & honorem habebis matri meæ, omnibus diebus vitæ ejus.</i>	134
		Dei in amicos providentia.				Qui se jactat, jurgia concitat.	
XVII.	6.	<i>Corvi quoque deferebant ei panem, & carnes mane, similiter panem & carnes vesperi, & hibeat de torrente.</i>	568	I V.	14.	<i>Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas: in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio.</i>	703
		Humana inconstantia.				Abhorrent luxuriosum Angeli.	
XVIII.	21.	<i>Vsq̄uequo claudicatis in duas partes? si Dominus est Deus sequimini, eum, si autem Baal sequimini illum.</i>	439	V I.	16.	<i>Audi me, & ostendam tibi qui sunt, quibus pravallere potest demonium.</i>	315
		Servire mundo, est velle pati.				Secreta secretò servanda.	
	26.	<i>Cùmque esset jam meridies, illudabat illis Elias, dicens, clamato voce majore.</i>	466	XII.	7.	<i>Etenim sacramentum Regis abscondere bonum est.</i>	611
		E veste vir.				Preces nostras Deo offerunt Angeli.	
I.	8.	<i>Cujus figura & habitus est vir ille, qui occurrit vobis, & locutus est verba hæc? At illi dixerunt vir pilosus, & Zona pellicea accinctus regibus. Qui ait, Elias, Thesbitas est.</i>	433	XII.	12.	<i>Ego obtuli orationem tuam Domino.</i>	309
		Misericordia, creatrix Regum.				Pauci verbis, multi verba blasphemant.	
IX.	2, 3.	<i>Vade in Ramaoth Galaad. Cùmque veneris illuc, videlis Iehus filium Iosaphat &c. Tenensque lentisculam olei, fundes super caput ejus & dices, Hæc dicit Dominus, unxi te in regem super Israel.</i>	882	XIII.	16.	<i>Maledicti erunt qui contempserint te, & condemnati erunt omnes qui blasphemaverint te.</i>	608
		Per crucem, ad cælum.				EX LIBRO IVDITH.	
X.	15.	<i>Nunquid est cor tuum rectum cum corde meo, sicut cor meum cum corde tuo? Et ait Ionadab, est. Si est, inquit, da manum tuam, qui dedit ei manum suam. At ille levavit eum ad se in currum, &c.</i>	540			Longanimitas victrix.	
		Quid sit Sinceritismus.		VII.	17.	<i>Contestamur hodie cælum, & terram, & ut jam iradatis civitatem in manu militia Holofernis, ut sit finis nosster brevis in ore gladii, &c.</i>	522
XX.	17, 19.	<i>Ecce dies venient, & auferentur omnia que sunt in domo tuâ, & que considerent patres tui usque in diem hanc in Babylonem. Non remanebit quicquam, ait Dominus. &c. Sit pax & veritas in diebus meis.</i>	711			Privilegium rarum.	
		EX LIB. II. PARALIPOM.		VIII.	8.	<i>Erat hæc in omnibus famosissima, quoniam timebat Dominum valde, nec erat qui loqueretur de illâ verbum malum.</i>	749
		Cordis secretum, soli Deo notum.				Tacita tyrannis forma.	
V I.	30.	<i>Tu enim solus nosti corda filiorum hominum.</i>	304	X.	14.	<i>Considerabant faciem ejus, & erat in oculis eorum super: quoniam pulchritudinem ejus mirabantur nimis.</i>	224
		Nil casu aut fortunâ.				Vis ignis infernalis.	
XVIII.	33.	<i>Accidit autem ut unus è populo sagittam in incertum jaceret.</i>	566	XVI.	21.	<i>Dabit enim ignem, & vermes in carnes eorum, ut urantur, & sentiant usque in sempiternum.</i>	160
		Libere sententiam ferat Judex.				EX LIBRO ESTHER.	
XIX.	6, 7.	<i>Videte, ait, quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini & quodcumque judicaveritis, in vos redundabit.</i>	716			Omnia quæ hic terminantur, in aliâ vitâ aternifantur.	
		EX LIB. II. ESDRÆ.		II.	Verbis pluribus in initio.	<i>Vsq̄ue ad annum medium.</i>	178
		Pauperes iridentur & eorum opera.				Adversa patienter excipienda.	
I V.	13.	<i>Sed & Tobias. Ammanites, proximus ejus, ait: Si ascenderit vulpes transflicet murum eorum lapide um.</i>	624	V.	2.	<i>Et extendit contra eam virgam auream, quam tenebat manum. Quia accedens osculata est summitatem virgæ ejus.</i>	144
		Impudica verba, ubique audiuntur plurima.				EX LIBRO IOB.	
XIII.	23.	<i>In diebus illis vidi Iudæos ducentes uxores Azoridas, Ammonitidas, & Moabitidas. Et filii eorum ex mediâ parte loquebantur Azoticè, & nesciebant loqui Iudæicè.</i>	680			Quæ omnium linguarum sit sanctissima.	
		EX LIBRO TOBIÆ.		I.	21.	<i>Sit nomen Domini Benedictum.</i>	674
		Læsus, Deo vulnus ostende.				Omnia eadem manu excipienda.	
III.	9.	<i>Nunquid & occidere me vis sicut jam occidisti septem viros? Ad hæc vocem perrexit in superus cubiculum domus sue, & tribus diebus & tribus noctibus non manducavit, neque bibit: sed in oratione persistens, eum lacrymis deprecabatur Deus &c.</i>	751	II.	10.	<i>Si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus?</i>	851
						E dolore solatium.	
				V I.	10.	<i>Et hæc mihi sit consolatio, ut affligens me dolore, non parcat.</i>	56
						Ingeniosi volunt omnes dici.	
				X I I.	2.	<i>Ergo vos estis soli homines, & vobiscum merietur sapientia?</i>	707
						Homo folium.	
				XIII.	15.	<i>Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam.</i>	48
						Certus vitæ terminus.	
				XIV.	5.	<i>Constitisti terminos ejus, qui præteriri non poterunt.</i>	59
						Multi cum Mose manus elevant, ac citò dimitunt.	
				X V.	33.	<i>Ladeur quasi vinea in primo flore botrus ejus, & quasi oliva projiciens florem suum.</i>	389

Index S. Scripturæ.

Cap.	Vers.	Deus ferit manu velatâ.	Fol.	Cap.	Vers.	Vita hæc ad dimensum, in cælo ad im-	Fol.
XIX.	21.	<i>Manus Domini tetigit me.</i>	534	XXXV.	9.	<i>Quoniam apud te est fons vitæ.</i>	226
		Inter tormenta lætitiæ.		XXXV.	10.	<i>Quo lumine gloriæ visuri sumus Deum.</i>	256
XIX.	25.	<i>Scio enim quod Redemptor meus vivit, & in novissimo die de servâ surrecturus sum.</i>	203	XXXVI.	3.	<i>Et in lumine tuo videbitur lumen.</i>	207
		Num aspici in hac vitâ corporeis oculis possit Deus?				Vis spci.	
XIX.	26.	<i>In carne meâ videbo Deum Salvatorem meum.</i>	257	XXXVI.	11.	<i>Spera in Domino, & fac bonitatem, & inhabita terram, & pascaris in divitiis ejus.</i>	153
		Corpus faginatum, mater vermium.				Quinam damnatorum mores in ter-	
XXIV.	10.	<i>Dulcedo illius vermes.</i>	413			ris imitetur.	
		Incognitus Angelorum numerus.		XXXVI.	12.	<i>Observabit peccator justum, & stridebit super eum dentibus suis.</i>	153
XXV.	3.	<i>Nunquid est numerus milium ejus?</i>	305			Modi os obstruendi, Quinam?	
		Mendaciæ pœna diversa.		XXXVIII.	1.	<i>Dixi, custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua meâ.</i>	653
XXVII.	3.	<i>Quia donec superest halitus in me, & spiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium.</i>	689			Cœlestis patriæ desiderium.	
		Frustra deploratur, quod plorando nunquam recuperatur.			8.	<i>Et nunc quæ est expectatio mea, nomen Domini? & substantia mea apud te est.</i>	837
XXIX.	2.	<i>Quis mihi tribuat ut sim iuxta menses pristinos? &c.</i>	163			Infirmis adest Deus per gratiam.	
	7.	<i>Quando lavabam pedes meos byrgo, & petra fundebat mihi rivus olei.</i>		XL.	4.	<i>Domini opem ferat illi super lectum doloris ejus, unversum stratum ejus versasti in infirmitate ejus.</i>	528
		Judicium erit subitum & festinum.				Ardens ad cælum suspitium.	
XXXI.	23.	<i>Semper enim quasi tumentes super me fluctus, timui Deum, & pondus ejus ferre non potui.</i>	109	XL I.	1.	<i>Quemadmodum desiderat cervinus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.</i>	221
		Angelorum cœtus continuus.				Ex rosis, odor; ex ore, animus spirat.	
XXXVIII.	37.	<i>Concentum celi quis dormire faciet?</i>	308	XLIV.	2.	<i>Eruistis cor meum verbum bonum.</i>	730
		Non admittendus tentator.				Divitias suas quidam linguæ tubâ promulgant.	
XXXIX.	10.	<i>Clamorem exaltoris non audit.</i>	878	XLVIII.	7.	<i>In multitudine divitiarum suarum gloriantur.</i>	706
		Actiones nostræ, annis singulis, examinandæ.				Aquis contritionis.	
XXXIX.	29.	<i>Nunquid per sapientiam tuam plumeis accipiter expandens alas suas ad Austrum?</i>	131	L.	19.	<i>Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non despicit.</i>	290
		Fiducia in Deum amissorum recuperatrix.				Rectissimâ intentio.	
XLII.	12.	<i>Domini autem benedixit novissimis Iob, magis quam principio ejus.</i>	815	LI II.	8.	<i>Volentariè sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est.</i>	442
		EX PSALMIS.				Ad utrumque paratus.	
		Mendaciorum pœna.		LVI.	8.	<i>Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.</i>	499
V.	7.	<i>Fœdes omnes qui loquuntur mendacium.</i>	685			Divinæ voluntati omnino obtemperandum.	
		Malum consilium, consultori pessimum.		LXI.	1.	<i>Nomen Deo subiecta erit anima mea: ab ipso enim salutare meum.</i>	550
VII.	17.	<i>Convertetur dolor ejus in caput ejus, & in verticem ipsius iniquitas ejus descendet.</i>	609		2.		
		Laus propria Christi.				De quo carperis, emenda.	
VIII.	6.	<i>Minuisti eum paulo minus ab Angelis, &c.</i>	314	LXII.	ult.	<i>Quia sic obstructum est os loquentium, de te iniqua.</i>	750
		Calumniatorum pœna.				Detractorum mores.	
IX.	16.	<i>In laqueo isto, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.</i>	678	LXIII.	4.	<i>Quia exacerunt ut gladium linguas suas, intenderunt arcum rem amaram, ut sagittent in oculis immaculatum.</i>	633
		Pluvia inferni.				Per ignem, & aquam pertranseundum alacriter.	
X.	6.	<i>Pluet super peccatores laqueus, ignis & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.</i>	156	LXV.	12.	<i>Transivimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium.</i>	201
		Linguæ fraudulentæ reclinæ variæ.				Judicia Dei, abyssus multa.	
XI.	11.	<i>Salvum me fac Domine, quoniam defecit sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates à filiis hominum.</i>	647	LXXII.	16.	<i>Existimabam ut cognoscerem hoc, labor est ante me, donec intrem in sanctorum Dei.</i>	237
		Levis jactantia, etiam Deo ingrata.				Una & eadem actio, & circa eam diversi affectus.	
XI.	4.	<i>Disperdat Dominus linguam magniloquam.</i>	710	LXXVII.	ult.	<i>Et pavit eos in innocentia cordis sui, & in intellectibus manuum suarum deducit eos.</i>	481
		Pauperes Deus commendatos habet.				Corpus mortificatum tyrannorum carneum.	
IX.	29.	<i>Tibi derelictus est pauper, orphanus tu eris adjutor.</i>	870	LXXX.	3.	<i>Sumite psalmum & date tympanum, psalterium jucundum cum cytharâ.</i>	874
		Visionis Deificæ valor.				Aure obturatâ audiendus detractor.	
XVI.	ult.	<i>Satiabor cum apparuerit gloria tua.</i>	148	C.	5.	<i>Detrahentem secretis suis hunc persequerbar.</i>	638
		Certum Dei auxilium.				Tom. I.	
XV.	1.	<i>In Domino sperans non infirmabor.</i>	564			U	
		Contine linguam, & dies videbis bonos.					
XXXIII.	13.	<i>Quis est homo qui vult vitam, diligis dies videre bonos? Prohibe linguam tuam à malo.</i>	739				

Index S. Scripturæ.

Cap.	Vers.	Utr canes ad vomitum.	Fol.
C V.	13.	<i>Citò fecerunt, oblitii sunt operum ejus, & non sustinuerunt consilium ejus.</i>	389
		<i>Optima requiruntur rarità & segniùs.</i>	
	24.	<i>Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.</i>	219
		<i>Merita & culpas discernit intentio.</i>	
	30.	<i>Et stetit Phinees & placavit, & cessavit quassatio, & repusum est ei in justitiam.</i>	486
		<i>Ægri promittimus, sani non solvimus.</i>	
C VI.	6.	<i>Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberavit eos.</i>	714
		<i>Soli Deo honor & gloria.</i>	
C XIII.	9.	<i>Non nobis Domine, sed nomini tuo da gloriam.</i>	447
		<i>Versus cælum aspiciendum.</i>	
	16.	<i>Cælum cæli Domino, terram autem dedit filiis hominum.</i>	216
		<i>Tenellulus fructus bona intentio.</i>	
CXVII.	1.	<i>Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus.</i>	453
		<i>Amoris latum mandatum.</i>	
CXVIII.	96.	<i>Latum mandatum tuum nimis.</i>	280
		<i>Cor ut libra duas habet balances.</i>	
	112.	<i>Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas in æternum, propter retributionem.</i>	237
		<i>Gaudium spiritus gustus cæli.</i>	
CXXI.	1.	<i>Latatus sum in his qua dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus.</i>	776
		<i>Novit omnia Deus.</i>	
CXXXVIII.	1.	<i>Domine probasti me & cognovisti me: tu cognovisti sessionem meam & resurrectionem meam.</i>	137
		<i>Animi carcer corpus.</i>	
CXLI.	ulti.	<i>Educ de custodia animam meam ad confitendum nominis tuo.</i>	413
		<i>Ornatus filiarum saculi.</i>	
CXLIII.	14.	<i>Filia eorum composita, circumornata & ut similitudo templi.</i>	431
		<i>Musica cælo cognata.</i>	
CXLIX.	6.	<i>Exultabunt Sancti in gloria.</i>	232

EX LIBRO PROVERB.

		<i>Bona monita statim excipienda.</i>	
I.	24.	<i>Quia vocavi & remisisti, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret.</i>	152
		<i>In malis gloriari pessimum.</i>	
II.	14.	<i>Qui latentur cum male fecerint & exultant in rebus pessimis.</i>	704
		<i>Dii & hominibus ingrati derisores.</i>	
III.	32.	<i>Quia abominatio Domini est omnia illusor.</i>	623
		<i>Aulices ut plerumque fucatos odit Deus.</i>	
	32.	<i>Cum simplicibus sermocinatio ejus.</i>	712
		<i>Pavet pueriliter qui de amicitia Dei dubitat.</i>	
VIII.	17.	<i>Ego diligentes me diligo, & qui mane vigilaverint ad me, invenient me.</i>	472
		<i>Silentii laudes.</i>	
X.	19.	<i>In multiloquio non deerit peccatum, qui autem moderatur labia sua prudentissimus est.</i>	651
		<i>Sibi nocet qui sibi fidit.</i>	
XII.	2.	<i>Qui autem confidit in cogitationibus suis, impiet agit.</i>	575
		<i>Nil sine hoste.</i>	
XIV.	13.	<i>Risus dolore miscbitur, & extrema gaudii luctus occupat.</i>	244
		<i>Dum objurgas, non emendas.</i>	
XV.	1.	<i>Responsio molliis frangit iram, sermo durus suscitatur furor.</i>	701

Cap.	Vers.	Diaboli assecta omnis superbus.	Fol.
XVI.	5.	<i>Abominatio Domini est omnis arrogans.</i>	277
		<i>Contentiosorum indoles.</i>	
	18.	<i>Homo perversus suscitatur lies.</i>	617
		<i>Ebrius garrulus quomodo sedandus.</i>	
XVII.	14.	<i>Qui dimittit aquam, capus est jurgiorum.</i>	619
		<i>Nullius interpellandus est sermo.</i>	
XVIII.	13.	<i>Qui prius respondet quam audiat, stultum se esse demonstrat & confusione dignum.</i>	658
		<i>Ad eundem locum & Versum</i>	
		<i>MORALE ALIVD.</i>	
		<i>Non semper statim respondendum aut contradicendum.</i>	612
		<i>Lingua manus habet.</i>	
XVIII.	21.	<i>Mors & vita in manibus lingue, qui diligunt eam comedent fructus ejus.</i>	674
		<i>Derisorum poena.</i>	
XIX.	ulti.	<i>Parata sunt derisoribus judicia, & mallei percutientes stultorum corporibus.</i>	627
		<i>Mala ex irrisore quæ proveniant.</i>	
XXII.	10.	<i>Ejice derisorem & exhibet cum eo jurgium, cessabuntque causa & contumelia.</i>	625
		<i>Fructus confessionis.</i>	
	11.	<i>Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum suorum habebit amicum regem.</i>	348
		<i>Politicus aliud lingua aliud pectore promptum gerit.</i>	
XXIII.	7.	<i>Comede & bibe dicit tibi, & mens ejus non est secum.</i>	711
		<i>Loquax, urbs sine muro.</i>	
XXV.	28.	<i>Sicut urbs patens & absque murorum ambitu, ita vir, qui non potest in loquendo cobibere spiritum suum.</i>	770
		<i>In actu viger virtus.</i>	
XXXI.	15.	<i>Quæruit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum.</i>	782
		<i>Vera paupertas superat divitias.</i>	
	29.	<i>Multa filia congregaverunt divitias, ut supergressa es universas.</i>	865

EX LIBRO ECCLESIAST.

		<i>Adulatorum numerus maximus.</i>	
I.	15.	<i>Stultorum infinitus est numerus.</i>	593
		<i>Apud inferos sola confusio.</i>	
IX.	10.	<i>Nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos quò tu properas.</i>	194
		<i>Operis boni vermis mala intentio.</i>	
X.	1.	<i>Musca morientes perdunt suavitatem unguenti</i>	461
		<i>Fama restituenda.</i>	
	20. & ult.	<i>In cogitatione tua regi ne detrahas, & in secreto cubili tui ne maledixeris diviti, quia & aves cæli portabunt vocem tuam, & qui habet pennas annuntiabit sententiam.</i>	632

EX CANTICO CANTIC.

		<i>Bene qui operatur non homines, sed Deum respiciat.</i>	
II.	6.	<i>Leva ejus sub capite meo & dextera illius amplexabitur me.</i>	458
		<i>Ad eundem Versum & Caput.</i>	
		<i>Quæ lava quæve dextera sponfi.</i>	169
		<i>Per ardua ad cælum.</i>	
IV.	8.	<i>Veni de libano sponsa mea, veni de libano, veni coronaberis de capite Aman, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum.</i>	218
		<i>Ineffabilis cæli gloria.</i>	
V.	II.	<i>Caput ejus aurum optimum, Corna ejus sicut elata palmarum, &c.</i>	201

Index S. Scripturæ.

Cap.	Verf.	Fol.
EX LIBRO SAPIENTIÆ.		
Luxuriosi hinc cælum condunt.		
I.	8.	205
Castitas donum Dei est.		
VIII.	21.	345
Via sanctorum semper curva & tamen recta.		
X.	10.	443
Patiendo & aggrediendo.		
X.	12.	807
Rosa pulcherrima florum.		
XIII.	4.5.	759
Horologium hoc mundi quis bene arguet?		
XIV.	3.4.	578
Obscœna ne aspexeris.		
	12.	326
EX ECCLESIASTICO.		
Spes certa.		
II.	11.	859
Tange montes & fumigabunt.		
III.	19.	296
Prius verbum per limam transeat quàm per linguam.		
IV.	34.	743
Laqueum proprium in faucibus suis gerit susurro.		
V.	16.	727
Omne mendacium vitandum.		
VII.	14.	683
Vide qui litem moveas.		
VIII.	1.	617
Questiones curiosæ inutiles.		
XI.	4.	516
Omnia à Deo solo excepto peccato.		
	14.	510
Si non vis lædi, noli tangere.		
XII.	13.	325
Tantus est homo quantum est ejus census.		
XIII.	27.	866
Impura Deo displicent.		
XV.	9.	399
Caro deceptrix animæ.		
XVII.	30.	342

Tom I.

Cap.	Verf.	Fol.
Magna laus de nullo quæri.		
XVIII.	14.	717
Affectus cæci duces.		
	30.	285
A minimis ad magna prolapsus.		
XIX.	1.	371
Quod nocet file.		
	10.	720
Facetus amicus sæpe fit hostis.		
XX.	5.	722
Intentio mala multiplex.		
	14.	459
Mendacium vitiorum mater.		
	27.	636
Facile impij non ita pii judicant.		
XXI.	25.	490
Semel diffusa vix resuuntur.		
XXII.	27.	718
Susurronis lingua avis incendiaria.		
XXIII.	23.	727
Quibus noceat calumniator.		
XXVI.	5.6.	675
Cor prodit lingua.		
XXVII.	7.	735
Susurro inquietudinis seminarium.		
XXVIII.	11.	725
Circumspectè loquendum.		
	29. & 30.	740
Auribus frequentius fruere quàm lingua.		
XXXII.	9.	746
Murmuratur in omnes.		
XXXIII.	5.	694
Cor nostrum insula fugax.		
XXXIV.	6.	818
Virtus & veritas cognatæ.		
XXXVII.	20.	297
Homo bonus sit omnibus exemplo.		
XLV.	15.16.	446
Ex examine conscientie sui notitia.		
I.	22.	376
EX ISAIA.		
Comarum nimia cura periculosa.		
III.	24.	420
Dum aliis quis consulit non sibi consular.		
V.	20.	615

b 2

Pro-

Index S. Scripturæ.

Cap.	Vers.	Prodigiosa inundatio.	Fol.	Cap.	Vers.	Ad eundem versum Morale aliud.	Fol.
V I.	5.6.7.	Regem dominum exercituum vidi oculis meis, & volavit ad me unus de Seraphim, & in manu ejus calculus, quem forpice ulcorat de altari. Et terigit os meum, &c.	854			Voluntas propria omnium radix malorum.	
		Miraculorum maximum.				Voluntas propria juguli proprii gladius.	
V I I.	14.	Eccc Virgo concipiet & pariet filium.	778	V I I.	17.	Nóme vides quid isti faciant in civitatibus Iuda, & in plateis Hierusalem? filii colligunt ligna & patres succedunt ignem & mulieres conspergunt adipem, &c.	547
X.	5.	Va Assur virga furoris mei & baculus ipse est: in manu ejus indignatio mea.	511	V I I I.	6.	Attendi & auscultavi nemo quod bonum est loquitur.	330
		Constanter examinanda conscientia.				Peccata accusanda non excusanda.	
X X I.	8.	Super speculam Domini ego sum stans jugiter per diem, & super custodiam meam ego sum stans totis noctibus.	392	X X X I.	21.	statui tibi speculam pone tibi amaritudines.	378
		Cœli immenta gaudia.				De præteritis dole, à futuris cave.	
X X V.	8.	Et auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie.	240		21.	Dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti revertere virgo Israel.	379
		Cœli suavis inhabitatio.				Amanti & beneficienti suum non deest præmium.	
X X X I I.	18.	Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducia, & in requie opulentiæ.	242	X X X I X.	ulti.	Sed eruens liberabo te & gladio non cades, sed erit tibi anima tua in salutem.	762
		Vocis moderatio index moderati animi.				Pugna duorum humilium acerrima.	
X L I I.	2.	Non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur vox ejus foris.	728	X L V I.	12.	Fortis impetit in fortem, & ambo pariter ceciderunt.	897
		Mergi nos finit Deus sed non submergi.				Non bene fit quod negligenter fit.	
X L I I I.	2.	Cum transferis per aquas tecum ero & flumina non operient te.	273	X L V I I I.	10.	Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter.	834
		Semel qui peccat, rursus peccare terè cogitur.				Custodum Angelorum patientia.	
X L V I I I.	ulti.	Non est pacis impiis dicit Dominus.	186		9.	Curavimus Babylonem & non est sanata.	316
		Ex nimio cultu corporis mala plurima.				EX THREN.	
L V I I.	9.	Et ornasti te regio unguento & multiplicasti pigmenta tua.	429			Compendium breve Passionis Christi.	
		Vult & non vult piger.		I.	12.	O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus.	58
L V I I I.	2.	Me etenim de die in diem querunt & scive vias meas volunt, quasi gens que justitiam fecerit.	386			EX BARUCH.	
		Proclivitati suæ reluctandum.				Lumen rationis magnum beneficium.	
	14.	Et glorificaveris eum dum non facis vias tuas, & non invenitur voluntas tua.	517	I V.	4.	Beati sumus Israel, quia quæ Deo placent manifesta sunt nobis.	267
		Cœli voluptas.				EX EZECHIELE.	
L X.	5.	Tunc videbis & afflues & miraberis, & dilatabitur cor tuum.	225			Memoria cœli tristitiam adimit.	
		Justus corona in manu Dei.		I.	21.	Et similitudo super capita animalium firmamenti.	208
L X I I.	3.	Et eris corona gloriæ in manu Domini & diadema regni in manu Dei tui.	218			Arca conscientiæ tuta domus.	
		Deus factus homo ut homo fieret Deus.		I I I.	24.	Ingredere & includere in medio domus tuæ.	393
L X V I.	8.	Quis audivit unquam tale? & quis vidit hunc simile.	856			Vox voluptuosi.	
		Conscientiæ vermis immortalis.		X I.	2.	Nóme dudum adificatae sunt domus, hæc est lebes, nos autem carnes.	170
	ulti.	Vermis eorum non movietur, & ignis eorum non extinguetur.	161			Adulatoris opera.	
		EX HIEREMIA.		X I I.	18.	Va qui consunt pulvillos sub omni cubito manus & faciunt cervicalia sub capite univèrse atatis ad capiendas animas.	590
		Hortus conscientiæ purgandus quandoque.				Ante merita quomodo emoriantur.	
I.	10.	Constitui te hodie &c. ut evellas & destruas & disperdas & dissipes.	376	X V I I I.	24.	Si autem avererit se justus à justitiis suis, & fecerit iniquitatem secundum omnes abominaciones &c. omnes justitiæ ejus, quas fecerat, non recordabuntur.	182
		Pœnarum mundi & inferni discrimen.				EX DANIELE.	
	17.	Quid tu vides Hieremia? virgam vigilantem ego video, & quid tu vides? & dixi Ollam succensam ego video.	169			Deus citò expugnatur.	
	& 12.			X.	12.	Noli metuere Daniel, quia ex die primo quo posuisti cor tuum ad intelligendum ut te affigeres in conspectu Dei tui, ex audita sunt verba tua.	382
		Venatores hominum Deus & dæmon.				Amanti fat non est vidisse, sed nititur visis frui.	
I I.	13.	Me dereliquerunt fontem aqua viva & foderunt sibi cisternas.	180	X I I I.	8.	Et videbant eam senes quotidie ingredientem & deambulantem & excurrerunt in concupiscentiam ejus.	256
		Quid peccans faciat.				Summa	
	20.	Rupisti vincula mea & dixisti non serviam.	181				

Index S. Scripturæ.

Cap. Verſ. Summa miſeriarum, obcœcatio. Fol.
 9. *Et evertent ſenſum ſuum, & declinaverunt oculos ſuos ut non viderent cœlum, neque recordarentur iudiciorum iuſtorum.* 151

Deus omnia videt.

XIII. 10. *Eccc oſtia pomarii clauſa ſunt, & nemo nos videt.*
 Quæ mors animæ, quæve corporis?
 12. *Si enim hoc egero mors mihi eſt; ſi autem non egero, non eſſugiam manus veſtras.* 183

Cupiditatis ſuæ ſervi plurimi.

ſ. *Semen Chanaan & non Iuda ſpecies te decepit, & concupiſcentia ſubvertit cor tuum.* 286

EX OSEA.

Infelix homo, à quo receſſit Deus.

IX. 12. *Sed & v. eis cum receſſero ab eis.* 182
 Laboris merces quibuſdam eſt gula ſolatium.

X. 11. *Ephraim vitula docta diligere trituram.* 244

Morale aliud ad eundem verſum.

Laborem ſuum quidam pro mercede volunt. 466

EX AMOS.

Veſtium luxus abominabilis.

VI. 1. *Va vobis &c. Optimates, capita populorum, ingredientes pompaticè domum Iſrael.* 433

EX IONA.

Figura hominis inobediæntis.

I. 3. *Et ſurrexit Ionas ut fugeret in Tharſis à facie Domini.* 551

Alta quorundam peccatorum ſurditas.

6. 7. *Quid in ſopore deprimeris? ſurge invoca Deum tuum ſi forte recogitet de nobis & non pereamus.* 171

Mundus occidit.

IV. 6. *Et paravit Deus vermem aſcenſu diluculi in craſſimum & percuffit hederam & exaruit.* 215

Cuncta umbracula in hoc mundo.

5. *Fecit ſibi umbraculum & ſedebat ſubter illud & latatus eſt Ionas ſuper Hederâ latitiâ magnâ.* 576

EX HABACVC.

Divites comedunt pauperes.

I. 3. *Et facies hominis quaſi piſces maris.* 866

EX SOPHONIA.

Veſtium luxus, & novæ veſtiendi adinventiones.

I. 8. *Viſtabo ſuper principes, & ſuper filios regis, & ſuper omnes qui indui ſunt veſte peregrinâ.* 419

EX AGGÆO.

Intentio facit opus.

I. 5. *Seminaviſti multum, & intuliſti parum.* 465

EX ZACHARIA.

Speranda expectanda.

IX. 12. *Convertimini ad munitionem viniſti ſpei.* 863

EX MALACHIA.

Canonicatus, aliæque eccleſiaſtica beneficia, quo fine ambiendi.

I. 10. *Quis eſt in vobis qui claudat oſtia & incendat altare meum gratuito? Non eſt mihi voluntas in vobis dicit Dominus exercituum.* 494

Tom I.

Cap. Verſ. **EX LIBRO 1. MACHAB.** Fol.

Horologium optimum voluntas Dei.

II. 53. *Sicut autem fuerit voluntas in cœlo, ſic fiat.* 284

Devictâ carne cætera ſubſidunt.

VI. 43. *Et viſit Eleazar filius Sauranum de beſtiis loricaſſam loricks regis, & erat eminent ſuper ceteras beſtias, & viſum eſt ei quod in eâ eſſet rex & dedit ſe &c.* 478

EX LIBRO 2. MACHAB.

Sancti etiamſi mortui pro nobis orant.

XV. 12. *Hic eſt qui multum orat pro populo & univerſâ ſanctâ civitate Hieremias propheta.* 396

Dei præſentia animat.

27. *Proſtraverunt non minus triginta quinque milia præſentia Dei magnificè delectati.* 359

EX MATTHÆO.

Una oratio, at diverſa intentio.

II. 2. *Et venimus adorare eum.* 462 & 463

Quid ſit Machiavelliſmus.

8. *Renuntiate mihi ut & ego veniens adorem eum.* 712

Chriſto fugienti Angeli duces.

13. *Surge & accipe puerum & matrem ejus, & fuge in Ægyptum.* 312

Videndum quò eatur.

21. *Vade in terram Iſrael.* 178

Fides noſtra dormitat.

III. 2. & 10. *Pœnitentiam agite &c. Iam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt.* 191

Diabolus Geographus.

IV. 8. *Oſtendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum.* 213

Quod tuum non eſt, alteri ne promiſeris.

9. *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraveris me.* 713

Date & dabitur vobis, ſyllogiſmus eſt ſpiritualis.

V. 7. *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* 882

Putredini vicina ſale perfrica.

13. *Vos eſtis ſal terra.* 722

Convitia toleranda & vitanda.

12. *Qui autem dixerit fratri ſuo raca, reus erit concilio.* 621

Nulla excuſatio jurantium facilè.

37. *ſi autem ſermo veſter, eſt, eſt, non, non, quod autem hiſ abundantiſſe eſt à malo eſt.* 669

Dimittere, eſt vincere.

44. *Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros, benefacite hiſ qui oderunt vos.* 278

Vana gloria vitanda.

VI. 1. *Attendite ne juſtitiam veſtram faciatis coram hominibus.* 444

Humana laus contemnenda ſemper.

3. *Te autem facienti elemoſynam neſciat ſiniſtra tua quid facias dexteratua.* 457

De gentilibus Philoſophis optimè & rectè dicitur.

5. & 10. *Amen dico vobis receperunt mercedem ſuam.* 479

Rectè diſpergendo citò diſceſcimus.

20. *Theſaurizate autem vobis theſauros in cœlo.* 276

Ex paucis S. Scripturæ vocalis miri & uberes effectus & fructus.

34. *Nolite ergo ſolicitè eſſe in craſſimum.* 403

Index S. Scripturæ.

Cap.	Verf.	Peccatori dum faves eum vivum sepelis.	Fol.
VII I.	22.	<i>Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.</i>	593
		In extremis etiam malis Deo fidendum.	
	24.	<i>Quid timidi estis modica fidei.</i>	559
		Irrationabilia etiam Deo obediunt.	
	26.	<i>Tunc imperavit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna.</i>	546
		Christus irrisus sapius.	
IX.	24.	<i>Et deridebant eum,</i>	623
		Quis timendus sit veraciter.	
X.	28.	<i>Nolite timere eos, qui occidunt corpus, &c. sed potius timete eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.</i>	170
		Sæpe intentio sola præmiatur.	
ult.		<i>Quicumque potum deciderit uni ex minimis illis, calicem aque frigide tantum in nomine discipuli; amen dico vobis, non perdet mercedem suam.</i>	485
		Sine labore nihil.	
XI.	12.	<i>Regnum celorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.</i>	251
		Taxantur Politici.	
	25.	<i>Confiteor tibi Pater Domine celi & terre, quia abscondisti hæc à sapientibus, & revelasti ea parvulis.</i>	710
		Divina providentia colenda.	
	26.	<i>Ita Pater, quoniam se placitum fuit ante te.</i>	581
		Per otiosa verba ad noxia.	
XII.	36.	<i>Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii.</i>	697
		Gentiles in salutis negotio diligentiores sæpe Christianis.	
	41.	<i>Ubi Ninivita surgent in iudicio cum generatione istâ, & condemnabunt eam.</i>	373
		Eò quis est sanctior quò Deo per voluntatem est conjunctior.	
ult.		<i>Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei qui in caelis est, ipse meus frater, soror, & mater est.</i>	851
		Ante messem noli in agrum proximi mittere falcem.	
XIII.	30.	<i>Sinite utraque crescere usque in messem.</i>	279
		Splendor justorum.	
	34.	<i>Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum.</i>	225
		Christus mercator.	
	45.	<i>Simile est regnum celorum homini negotiatori quarens bonas margaritas.</i>	102
	46.	<i>Simile est regnum celorum homini negotiatori quarens bonas margaritas.</i>	102
		Omnia possumus per Deum.	
XVII.	20.	<i>Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic transe hinc illuc, & transibit, &c.</i>	530
		Jejunium impinguat, & diabolus domat.	
	21.	<i>Hoc autem genus non ejicitur, nisi per orationem & jejunium.</i>	350
		Sic corrige ut emendes.	
XVIII.	15.	<i>Si autem peccaverit in te frater tuus, vade & corrip eum inter te & ipsum solum.</i>	702
		Maximus murmurator, pigerrimus operator.	
XX.	12.	<i>Et accipientes murmurabant adversus patremfamilias.</i>	692
		Excusationes vitandæ dum peccavimus.	
XXI.	22.	<i>Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum, & arefacta est continuo ficulnea.</i>	642
		<i>Aliud Morale ad eundem versum.</i>	
		Damnati ficus maledictæ veraciter.	179

Cap.	Verf.	Summi veri Assueti opiparum convivium.	Fol.
XXI I.	4.	<i>Ecce prandium meum paravi, tauri mei, & altitia occisa sunt.</i>	227
		Quid sit Pharisaismus.	
	16.	<i>Magister scimus quia verax es & viam Dei in veritate doces.</i>	711
		Obedientia vera, cæca.	
XXII I.	2. & 3.	<i>Super cathedram Moysi sederunt Scriba & Pharisei. Omnia ergo quæ dixerim vobis servate & facite.</i>	894
		Mala hypocritarum natura.	
	15.	<i>Ve vobis, Scriba & Pharisei hypocrita.</i>	653
		Ulcus curandum, non larva peccati.	
	24.	<i>Ve vobis, Scriba & Pharisei hypocrita, qui decimatis mentam & anethum & cuminum &c. & reliquis quæ graviora sunt legibus.</i>	386
		Judicii extremi horror.	
XXIV.	11.	<i>Erit tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi usque modo.</i>	94
		Signiferi Christi Angeli.	
	30.	<i>Tunc patebit signum filii hominis.</i>	305
		Optima vigilia, crebra confessio.	
	42.	<i>Vigilate ergo, quia nescitis quâ hora Dominus vester venturus sit.</i>	350
		Mors meritis imponit finem.	
XXV.	10.	<i>Et clausa est janua.</i>	126
		Quinam judicem stipabunt.	
	31.	<i>Cum venerit filius hominis in majestate sua, & omnes Angeli ejus cum eo.</i>	313
		Misericordibus benedicitur.	
	34.	<i>Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi: Esurivi &c.</i>	277
		Quo odio Deus feratur in peccatum.	
	46.	<i>Et ibunt hi in supplicium æternum.</i>	181
		Apostoli conscientiam suam examinant in cæna.	
XXVI.	22.	<i>Numquid ego sum Domine.</i>	378
		Hominis inconstantia.	
	35.	<i>Etiamsi oportuerit me mori tecum non te negabo.</i>	389
		Christus verus Judex.	
	18.	<i>Data est mihi omnis potestas in caelo, & in terrâ.</i>	101
		EX MARCO.	
		Cujus tenoris preces nostræ sint.	
VI.	25.	<i>Volo ut protinus det mihi in disc'o &c.</i>	552
		Rectè loquendi regulæ.	
	35.	<i>Et loquebatur rectè.</i>	747
		Fidendum Deo.	
VIII.	4.	<i>Vnde istos quis poterit hic saturare panibus in solitudine.</i>	556
		Angelorum facies & forma.	
XVI.	5.	<i>Et introeuntes in monumentum, viderunt juvenem sedentem in dextris, cooperitum stola candidâ.</i>	305
		EX LVCA.	
		Tenera pudicitia.	
I.	29.	<i>Qua cum ausisset turbata est in sermone ejus.</i>	29
		Unum non peritura regnum, peritura cetera omnia.	
	33.	<i>Et regnabit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis.</i>	260
		Prudens interrogatio.	
	34.	<i>Quomodo fiet istud?</i>	825
		Laborem perficit constantia.	
	39.	<i>Exurgens autem Maria in diebus illis abiit in montana cum festinatione.</i>	833
		Humi-	

Index S. Scripturæ.

Cap.	Verf.	Fol.
	Humilitas Deo grata.	
	48. <i>Quia respexit humilitatem ancilla sua.</i>	896
	S. Maria ab omni gente laudata.	
	49. <i>Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.</i>	397
	Cultus vestium sobrietas.	
I I.	12. <i>Invenietis Infantem pannis involutum.</i>	427
	Bona laudatur ab Angelis voluntas.	
	14. <i>In terrâ pax hominibus bone voluntatis.</i>	467
	Audita ruminanda.	
	19. <i>Maria autem conservabas omnia verba hæc conferens in corde suo.</i>	759 & 725
	Libenter audire non est sese velle emendare.	
I I I.	19. <i>Herodes autem tetrarcha cum corripereetur ab illo de Herodiade uxore fratris sui. &c.</i>	275
	Paupertas Deo grata.	
I V.	18. <i>Spiritus Domini super me propter quod unxit me evangelizare pauperibus.</i>	870
	Rara famès verbi Dei.	
V.	1. <i>Factum est autem cum turba irruerent in eum, ut audirent verbum Dei.</i>	274
	Gula pœna.	
V I.	25. <i>Ve vobis, qui saturati estis quia esuritis.</i>	153
	Lingua nuntius cordis.	
	45. <i>Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, & malus homo de malo thesauro suo profert malum.</i>	663
	Amor & dolor optimi medicamen.	
V I I.	47. <i>Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.</i>	297
	Require à temetipso quod Christus à suis requisivit discipulis.	
I X.	18. <i>Quem me dicunt esse turba?</i>	394
	Cur sic voluit exordiri preces quotidianas.	
X I.	2. <i>Cum oratis dicitur: Pater sanctificetur nomen tuum.</i>	210
	Fidendo & perseverando obtinemus.	
	9. <i>Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit invenit, & pulsanti aperietur.</i>	558
	Angeli sanos amant oculos.	
	34. <i>Si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit.</i>	315
	A L I V D.	
	Ubi recta est intentio lucidus est oculus.	444
	Maximè sani proximi morti.	
X I I.	19. & 20. <i>Anima habes multa bona posita in annos plurimos. requiesce, comede, &c. stulte hac nocte animam tuam repetunt à te.</i>	117
	Quæ sit lucerna ardens, quinam lumbi præcincti.	
	35. <i>Sini lumbi vestri præcincti & lucerna ardentes in manibus vestris.</i>	131
	Qui hæc novissimi, erunt in cælis primi.	
X I V.	8. <i>Cum invitatus fueris ad nuptias non discumbas in primo loco.</i>	212
	Ab Eucharisticâ cenâ nullus se excuset.	
	18. <i>Et coeperunt simul omnes excusare.</i>	270
	Proprium velle, propria pœna.	
	24. <i>Dico vobis quod nemo virorum illorum qui vocati sunt gustabit cenam meam.</i>	271

Cap.	Verf.	Fol.
	Sæpe quis rectè enavigato mari patitur in portu naufragium.	
30.	<i>Hic homo cepit edificare, & non potuit consummare.</i>	380
	Mercari est pro Deo depauperari.	
33.	<i>Qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.</i>	271
	Emendatio linguata fit & manuata.	
X V.	18. <i>Surgam & ibo ad patrem meum & dicam ei.</i>	282
	Decoctorum Psalmodia ultima.	
X V I.	2. & 3. <i>Iam enim non poteris villicare &c. Quid faciam, quia Dominus meus aufert à me villicationem.</i>	94
	Dum dives es, è divitiis dum potes concilia tibi amicos.	
	9. <i>Et ego vobis dico, facite vobis amicos de Mammonâ iniquitatis, ut cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula.</i>	131
	Sæpe è purpurato cubili migratur ad infernum.	
19.	<i>Homo quidam erat dives, qui inductus erat purpura & bysso.</i>	421
	Distantia cæli & inferni.	
26.	<i>Inter nos & vos, chaos magnum firmatum est.</i>	165
	Vera Dei fides in terris rara.	
X V I I I.	8. <i>Filius hominis veniens putat inveniet fidem in terra.</i>	771
	Exigua etiam Deo gratissima.	
X X I.	3. <i>Verè dico vobis, quia videte hæc pauper plus quàm omnes misit.</i>	482
	Lingua importunitas ingrata.	
X X I I.	24. <i>Facta est autem & contentio inter eos. Quis eorum videretur esse major.</i>	657
	Quomodo extinguitur gehenna.	
42.	<i>Verumtamen, non mea voluntas, sed tua fiat.</i>	546
	Orantem Christum solantur Angeli.	
43.	<i>Apparuit autem illi Angelus de cælo confortans eum.</i>	312
	Vulneratum blasphemæ vulnerant.	
X X I I I.	39. <i>Si tu es Christus salvum fac te ipsum, & nos.</i>	607
	E sudore gloria.	
X X I V.	26. <i>Nōne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam.</i>	199
35.	<i>Et ipsi narrabant quæ gesta erant in viâ.</i>	742

EX IOANNE.

	Pulchrâ objurgatio sũp̃sũs.	
I I I.	12. <i>Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si dicero vobis cœlestia creditis?</i>	211
	Macta te ipsum pro mactato filio Dei.	
16.	<i>Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret.</i>	858
	Veritas dicenda, & manifestanda.	
21.	<i>Qui autem facit veritatem venit ad lucem.</i>	616
	Quibusdam semper pro sapia est in ore.	
V I I I.	33. <i>Semen Abrahæ sumus & nemini servivimus unquam.</i>	706
	Diabolus pater mendacii.	
44.	<i>Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere &c. non est veritas in eo.</i>	684
	Facile perficitur quod libenter suscipitur.	
47.	<i>Qui ex Deo est, verba Dei audit.</i>	274
	Impudentiæ mater calumnia.	
48.	<i>Nōne benè dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes.</i>	667

Index S. Scripturæ.

Cap.	Vers.	Sæpius in Christum eadem lata sententia sed diversâ intentione.	Fol.	Cap.	Vers.	<i>Ex epistolâ Pauli Apostoli, ad Romanos.</i>	Fol.
X I.	50.	<i>Vos nescitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit vobis ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.</i>	447			Laudabiliter acta pereunt, vana si accedat gloria.	
		Oculi nostri noctuæ in divinis.					
X II.	35.	<i>Adhuc modicum lumen in vobis est.</i>	213	I.	21. & 22.	<i>Evanescent in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum: dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt.</i>	
		Non castitatis sed charitatis mandatum ligat omnes.				Dum principibus sunt adulatores, scelera multiplicantur.	
X III.	34.	<i>Mandatum novum do vobis ut diligatis invicem.</i>	763	ult.		<i>Digni sunt morte: Non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.</i>	296
		Beatorum discrimen.				Vitium luxuriæ Deo invisum.	
X IV.	2.	<i>In domo Patris mei, mansiones multe sunt,</i>	250	V II.	8.	<i>Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt.</i>	368
		A L I V D.				Solatia bonorum animant.	
		Amplum & latum cæli theatrum.	239		35.	<i>Quis nos separabit à Charitate Christi?</i>	202
		Prævia minus feriunt.				Cæli amatores non faciliè terrentur eventibus rerum.	
X VI.	4.	<i>Hæc locutus sum vobis, ut cum venerit hora eorum, reminiscamini quia ego dixi vobis.</i>	505		37.	<i>Sed in his omnibus superamus, propter eum qui dilexit nos.</i>	207
		In cælo omnia æterna.				Judicia Dei incognita.	
	22.	<i>Et gaudium vestrum nemo tollet à vobis.</i>	249	X I.	34.	<i>Quis enim cognovit sensum Domini?</i>	515
		Orant quidam, & nihil petunt.				Dum verbis ureris tacè, aur blandè responde.	
	24.	<i>Vsq; modo non petistis quicquam in nomine meo.</i>	209	X II.	17.	<i>Nulli malum pro malo reddentes.</i>	735
		Quem non potes laudare, noli vituperare.				Caro castiganda.	
X VIII.	20.	<i>Ego palam locutus sum mundo, ego semper docui in Synagoga & templo &c. Quia me interrogast</i>	736	X III.	ult.	<i>Carnis curam ne feceritis in desideriis.</i>	343
		Tumultuosus semper seditiosus.		X IV.	4.	<i>Tu quis es, qui judicas alienum servum? Domino suo fiat aut cadit.</i>	486
X IX.	6.	<i>Crucifige, Crucifige eum.</i>	730			<i>Ex epistolâ 1. ad Corinthios.</i>	
		Cæli gaudia absconsa.				Quæ visuri sint beati in cælo.	
X X.	29.	<i>Beati qui non viderunt & crediderunt.</i>	216	IV.	5.	<i>Itaque nolite ante tempus judicare, quoad usque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & consilia cordium.</i>	259
		Vestiti non nudi mori debemus.				Cælum faciliè amittitur.	
X XI.	7. & 8.	<i>Simon Petrus, cum audisset quia Dominus est, tunicâ succinxit se, (erat enim nudus) & misit se in mare.</i>	136	V I.	10.	<i>Neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri &c. regnum Dei possidebunt.</i>	202
		Vani rumores inquietant.				Maledicæ linguæ pœna.	
	23.	<i>Exiit sermo iste inter fratres, quia discipulus ille non moritur.</i>	696		10.	<i>Neque maledici regnum Dei possidebunt.</i>	660
					18.	<i>Fugite fornicationem.</i>	789
						Stabilis solus Deus.	
				V II.	31.	<i>Præterit enim figura hujus mundi.</i>	214
						Corpus servire debet.	
				I X.	27.	<i>Castigo corpus meum & in servitutem redigo.</i>	414
						Examinanda conscientia.	
				X I.	31.	<i>Quod si nosmetipsos judicaremus, non utique dijudicaremur.</i>	375
						Quid sit corpus spirituale.	
				X V.	44.	<i>Seminatur corpus animale, surget spirituale.</i>	230
						<i>EX 2. AD CORINTHIOS.</i>	
						Hilari facie vir justus cuncta excipit.	
				I.	2.	<i>Qui consolatur nos in omni tribulatione nostrâ.</i>	533
						Largiter & Hilariter.	
				I X.	21.	<i>Non ex tristitiâ aut ex necessitate, bilivrem enim datorem diligit Deus.</i>	885
						Sanctorum vox, Perieramus nisi periissemus.	
				X II.	10.	<i>Placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, & angustiis pro Christo.</i>	273

INDEX MORALIS CATECHISTICVS

HISTORIARVM, APOLOGORVM, SIMILITVDINVM,
& Exemplorum, locupletissimus: Parochis omnibus præsertim ruralibus accommodus
instituentæ iuventuti.

A.

Abſtinentia.

Abſtinentia, & ſobrietatis laudes congruis inſeris ſimilitudinibus, & exemplis variis, eleganter leges diſcurſive, à fol. 793. uſque fol. 797
Abſtinentia cibi, viſa etiam poſſe eſſe augmentum docetur exemplo. 794
Abſtinentia ſingularis Echeri Angli. 127
Abſtinentiâ fovetur caſtitas. 324

Acedia.

Quam hoc capitale vitium ſit nocivum, docetur inſigni Apologo, Exemplo, Hiſtoriis, diſcurſu amplo. 220
Acedia quomodo pellenda ſingulari docetur exemplo. 249

Adulatio, Adulator.

Adulatio quale ſit virus; hiſtoria varia, varia & ſimilitudines edocent, elegantè hæjuncto diſcurſu. 590
Omnis adulator odii ſateri veritatem, ut exemplo confirmatur & hiſtoriâ. 595
Adulatio omnis timentis Deum ſpernenda, & Adulator omnis rejiciendus: ſic te docent hiſtoria plurima etiam recentiores. 591

Adulterium.

Radix adulterii eſt concupiſcentia. 285

Alea.

Lufus Alea periculum animæ: Alea quippe, inventor & aſſeſſor eſt diabolus: lege 475

Allelluia.

Cur hoc lætitia canticum tempore Quadrageſimali, & ipſâ hebdomadâ ſanctâ omittatur. 171

Ambitio.

Ambiuntur tituli, etiam non habito rei dominio, cuius ambitionis monſtrum, fuit Sapor Rex Perſarum. 35

Amicitia.

Amicitia humana res tenerrima, facilè & quidem modis multis diſſolvitur: ita diſcurſu pro more ſuo elegantè verborum copiâ. 718
Amicitia in Aulis Principum aut rara, aut omnino exul. 712

Amor in Deum & Proximum.

Quomodo hic Amor ſeu Charitas ab Apoſtolo doceatur operire multitudinem peccatorum, reſpondetur exemplo. 760
De hoc amore ſeu Charitate ſi voles diſcurrere, & tuos docere, require Auſtoris diſcurſum. à fol. 759. uſque 764
Amor qui proximò exhibendus, quamque is proximo aut egeno, aut egro impenſus, Deo ſit gratus, colliges variis ex exemplis, hiſtoriis Sacris, & profanis. 762. & 764
Quo amore Deus & proximus ſit amandus, lege ibid.
Quando quis tenetur ad exercitium amoris divini. 297

Amor Puerilis.

Quis dicatur amor Puerilis, ſciēs ex fol. 762

Amor improbus.

Hunc deſcribit Auſtor 762

Amor impurus.

Huius exardentis amoris æſtus fervens vergens in exitium animi recitatur, hiſtoria ſatis rara. 761
Quando autem de huius amoris impuri effluvia quis diſcurrit & prædictam volet recitare hiſtoriam, procedat à ſimili, & dicat & doceat, amoris divini majores eſſe vires exemplis Martyrum, & require verbum Martyr, Martyrium.

Angelus, Angelus cuſtos.

Angeli ſunt ſæculi omnium actionum noſtrarum obſervatores, confirmatur exemplo. 317
Angelus cuius ſint natura, forma, veſtitus, quomodo in bellis opem ferant, nos excitent adorandum & plura alia vide, à fol. 302. uſque 312. & 318

Ars pigmentaria uſitata mulieribus & puellis.

Huius ſolitæ artis auſtor eſt diabolus quàm noxium huius ævi puella plurima. 420

S. Auguſtinus.

S. Auguſtini cauſio inſignis de æſermitate. 171

Frequenter hic eximius Doctör in cælum evolavit: ſi poſſimus ergo in ipſo corpore degentes & in cælo cum Sanctis ipſis degere. 221
Dulce S. Aug. colloquium cum matre ſua Monicâ. 745
S. Auguſtini doctrina de modo loquendi. 742
S. Auguſtini continentia etiam nolentis ſibi cohabitare ſorerem propriam. 356
Ejuſdem S. Patris Abſtinentiâ ſingulari à carnibus. 355
S. Auguſtini miraculoſa converſio. 341

Avaritia, Avari.

Avari ſua perdunt, dum ita affectuoſè & peccaminosè appetunt. 205
Docetur hoc dogma inſigni Apologo & diſcurſu, viſumque hoc multis commune caſtigatur. 205
Avaritia etiam quibuſdam febri & morboſo parit, confirmatur pio exemplo. 3
Avarorum mors & exitus doloroſus plerumque: ut voces quadam ab avaro quodam emiſſæ conteſtantur. 119
Avarorum que ſit jugis meditatio. 212

Auditus.

Vide in littera S. quinque ſenſus.

B.

Beati.

Vide verbo Sancti.

Octo Beatitudines.

Has hinc inde ſparſim explicat Auſtor. Pauperes Spiritu depradient S. Franciſci proponens acta diſcurſu. 272
Miſericordes qui dicantur, quique Lugentes. 272. & 277
Rurſum qui ſunt miſeres, quique Pauperes Spiritu, quique lugentes vide 8. De Paſſificis de Mundis Corde, de Tribulatis pro nomine Chriſti vide verbo Pax, Caſtitas, Tribulatio. De Eſurientibus Juſtitiâ.

C.

Calumnia, Calumniator.

Longa & lata huius vitii deſcriptio. 671
De ejus peſilentia Apologus. 676
Calumnia habet annexam reſtitutionem ſannæ. ibid.
Calumniatorum vindex Deus: ita docent exempla. ibid. & 679
Technæ Calumniatorum exemplo deteguntur. 678
A calumniatoribus nemo liber, quia nemini parcenti. Docetur exemplo adducto Scripturam S. Auguſtini, cuius ſcripta ab igne fuerunt tuta, non tamen à calumniatoribus. 679

Carcer.

Terræ quàm olim & ſocii di fueret carceres tyrannorum, quibus pro nomine Chriſti Chriſtiani plurimis annis fueret incluſi. 165. & 277
Hos tamen omnes carceres ſua ſæditate unus carcer infernalis ſuperat: ut latè docet Auſtor. 165
Idque confirmat variis exemplis, hiſtoriis &c.
Quam tetricum carcerem integris annis quatuor Carolus Spinola Marchio Societatis Iaſy Preſbyter ſuſſinuit. 157

Caro, Corpus.

Anima ſunt inſideles ſocii, ita docet diſcurſu Auſtor per amplexu, dicta conſolidans Apologo inſigni & exemplis variis. 415
& 413. addit quomodo ſint caſtiganda.
Quam verum ſit illud Apoſtoli: Corpus quod corrumpitur aggravat animam, docetur apologo duorum fratrum. 155
Corpora hic aliquando bene qua oluere animata quam foetebunt. 156

Carnes quando non comedendæ.

Non die Veneris: confirmat puniſio divina quam quidam Calvinianus expertus eſt. 660

Carthufianæ familiæ origo.

161

Caſtitas.

Huius eminentis & rare virtutis laudes, & quomodo ea ſit tenerrima, ac proinde ſingulariter cuſtodienda, vide diſcurſum. 788. & 789
Caſtitaſ ſervanda proque ea curanda acerrima quorundam Sanctorum & Piarum pugna, & corporis aſſumpta voluntaria caſtigaciones. 790
Modi

Index Catechisticus.

Modi aliquot servanda Castitatis. 791
 Oratione conservatur Castitas, docetur exemplo. 346
 Iosaphat pro Castitate certamen. 347
 Exemplo S. Benedicti acriter tuenda. 337
 Certamina pro Castitate subita varia. 343. & 344

Cæremoniæ Ecclesiasticæ.

Cæremoniæ Ecclesiasticæ Calvinianus irridens dum scilicet Ecclesia insituerat
 40. horarum peccati pro tollendâ peste, solus, aliis liberatis, peste infectus. 628

Cilicium.

Ciliciorum gestandorum usus unde. 343

Cælum.

Cælum quàm avidè quidam desiderarunt, & quomodo illud sit desiderandum Hi-
 storia varia docent. 838. & 841.

Quanta pro cælo obtinendo perpepsi plurimi. 201

Quanta sint cæli gaudia nemo dicere aut eloqui potest, docetur exemplo Petri exi-
 stentis in monte Thabor. 202

Quod sit cælum Hæreticorum & voluptuosorum, lege sol. 205

& Vulfranni Diaconi id scies exemplo & dicto. 205

Pro cælo acquirendo Michaël Imperator Orientis regno cessit terreno. 206

Multis, ut docent Historia varia, audacissima aggressi sunt & perpetrarunt spe
 præmii terreni perituri, cur non majora nos audemus spe præmii cæle-
 stis? 209. & 222.

Ad hominibus prævis cælum parvi æstimatur, additur rei ratio, firmaturque exem-
 plo hominis impuri. 216

Quid in cælo erit videndum, scilicet omnia hic etiam qua fuerit turpia ibi visuri
 sumus ea formosissima, testatur id exemplum cuiusdam Matris volentis videre
 filios suos. 226

An foret in cælo aliqua delectatio gustus, & an, ut pueris persuadetur, ibi comesturi
 sint & quare hoc dicatur? 227

Quærent in cælo socii nostri, sive qualis erit illa societas Sanctorum. 242

Cæli premia erunt diversa, quomodo autem illa sit futura diversitas, pulchrâ decla-
 ratur similitudine. 242

Quid tandem agere pro cælo obtinendo debeamus docent Apologi, Historiæ, exem-
 pla. 245. 246. & 247.

Cælum quamdiu fuerit clausum & quando fuerit apertum. 20

Pro cælo obtinendo paratissimus mori fuit Thomas Morus. *ibidem.*

Concio, Concionator.

Non debet Concionator affectare facultiam. 742

Quam necessaria sint conciones, & quis earum auditorum fructus, insigni discursu
 invenies con. matim. 275

Concionatoribus non oportet obganitare, multò minus minari ut quidam audent
 & maledicere, & irridere, ita moneatur ab Auctore Auditores exemplo quodam in-
 signi. 662

Concionibus dum quis interest, attentè cum a audiat necesse est, colliges id ex
 exemplo *ibidem* conscripio. 773

Modi optimè & cum summo fructu audiendi conciones, & poena eorum qui negli-
 genter conciones audiverunt aliquando. 774

Femina Concionatorem quendam irridens divinius punitur. 628

Confessio Sacramentalis.

Confessione Sacramentali qua præmittenda. 492

Confessio crebra, etiam si tantum unicâ præceptum Ecclesiasticum adimpleatur, sta-
 detur, additurque crebre confessionis utilitas. 348

Exempla varia docentia crebrè confitendum. 349

Crebra & accurata confessio in morte securitatem magnam parit. 356

Docetur hac securitas exemplo Sacerdotis soliti crebrè confiteri. 356

In iudicio particulari & extreme maximè panitebis nos neglectâ Confessione. 307

Docetur id exemplo insigni. *ibidem.*

Conscientia.

Quare docetur in inferno vermens conscientia nunquam moriturum, & quis ille
 vermis sit? quod Conscientia etiam sola cupiditate ledatur peccandi. 202

Consiliarius.

Consiliarii boni verè & conditiones, Consiliariorum insuper peccata describuntur in-
 serferis historiis quantum malorum Consiliariorum & aliorum iudicium sit
 Deus vindex. à fol. 613. usque 616.

Continentia.

Siratagema insignè continentia. 323

Contritio, seu, Actus Contritionis.

Res sanâ: præmittenda Confessione Sacramentali. Quomodo differat ab Attri-
 tione & formâ ipsius actionis contrite, seu, partes ad veram contritionem re-
 quisitæ. 291

Conversio peccatoris.

Quamvis ea conversio sit miraculorum omnium maximum divina misericordia,
 facilibus modis ea tamen dum Deo placet fit. Declaratur id conversione mirabilis
 Theodori Iuvenis. 23

Et Conversione cuiusdam Ioculatoris conversi solâ meditatione unicâ in-
 ferni. 166

Convitiium.

Convitiari nunquam est licitum, nec convitiium in convitiatorum retorque, ut
 olim veteres hoc laudi dicebant. 260

Convitiia plurima Christus passus fuit, & Convitiia recidit in convitiatorum
ibidem. Omnia exemplis, Apologi & Historiis confirmantur.

Cor.

Vt sine corde aliquando animal fuisse docet quedam Historia, ita multorum opera
 bona sine corde sunt: di scursum elegans. 447

Creaturæ.

Creatura quæ promptè obediatur creatori & servis eius, demonstratur exem-
 plis. 538

Crux, seu, Crucis Sanctæ signum.

Assuecunt sedulo non solum pueri, sed omnes Christiani crucis prævio signo se ante
 quasvis actiones, sive ea sint naturales, ut edere, bibere, dormire, ambulare, pro-
 ficisci, sive etiam manuales, ut quæ iudicia sunt omnium singularum opera, semper
 munire, quale enim præservativum hoc sit varia docent exempla. 623. 628. 660

Cupiditas, Concupiscentia.

Quid præcepto sexto, Non Mœchaberis docentur & veteretur, & quid septimo,
 Non furum facies. Et nono, Non Concupisces uxorem proximi tui, Es
 decimo, Non domum, non servum, ipsa scilicet etiam cupiditas. 202

Cupiditatis omnis vis refringenda est temperatè, docetur exemplo & discursu. 205

Cupiditatum moderatio bona est. 285

Curiositas.

Ea in omnibus nimia est vitanda quovis in genere, puta in adificiis, vestibus, in con-
 cionibus audiendis, &c. vide discursum fol. 433

D.

Damnatus, Damnatu.

Uret quisque ut certam faciat vocationem suam, & salutem suam operetur in
 timore & tremore. Nam plures damnandi sunt quàm salvandi, ut auctor
 prævio insigni discursu docet exemplo. 289

Damnati quanta patientur in inferno vide à fol. 190. usque 196

Vide insuper tormenta omnia damnatorum dilucidè tradita in Vo-
 lumine dicto Damnatorum rogus.

Derisio, seu, Irrisio.

Vitium inter se mutuo ageptes aut ludentes ipsis pueris & adolescentibus commu-
 ne vitium, hoc laudè describitur, adduntur exempla, quibus poena irridendum de-
 clarantur à fol. 620. usque 627

Irrisorum & Derisorum Patronus Cotorellus. 626

Desperatio.

Solis damnatis hæc est certa, at nemini viventium desperandum, unde ea nascatur
 & proveniat discus ex discursu. 167. & 168

Detractio.

Vitium omni hominum generi commune, quando verò non fit, & sit peccatum occul-
 tum proximi delictum detegere, poteris videre. 629

Detractores duo quomodo à duobus Anacoretis fuerint ob detractionem casti-
 gati. 632

Quo modis ea fiat & plura alia vide. 629

Deus.

Quomodo Simonides responderit ad hocce interrogatum: Quid est Deus? 1

Leges eodem folio plura juventuti Christiana proponenda.

Quidquid hic agimus propter Deum erit perenne; quidquid verò propter homines
 peribit. 264

Multis historiis hæc veritas docetur. *ibidem.*

Deum omnia videre quæ in mundo sunt, est fidei, ergo peccans fidem Deo ne-
 gat. 357

Deum cogitare omnia videre præservativum est à peccatis. 358

Confirmatur exemplis. *ibidem.* & 359. & 361

Propter Deum actiones omnes inchoanda sunt, ita docent SS. PP. ex quorum vitâ
 varia citantur exempla. 441 & 495. Comparatione ab Elephante desumptâ.

Deo nos subdere debemus docetur Historiâ & similitudine desumptâ à Cinoce-
 phalo. 541

Diabolus.

Diaboli recessus semper cum factore, confestatur Auctor exemplo. 156

Sancti diabolo fuere potentiores, ut habet Auctor S. Hilariionis conscribens in de-
 mones potestatem. 31

Diabolus pro cælo paratissimus quævis patit. 220

Diabolo cælum est exosum, ac proinde solo cæli desiderio ac Meditatione pellitur. 255

Confirmatur exemplo.

Facile in ore assumentes nomen Diaboli, præproperum esse diaboli accursum exemplis
 tribus probatur satis raris. 660. & 662

Dili-

Index Catechisticus.

Diligentia.		Fides.	
<i>Rebus in divinis maxime necessariis, juxta illud: Maledictus homo qui facit opus Dei negligenter. Confirmatur Paradigmatibus & exemplis variis, à fol. 834. usque 836. & 833.</i>		<i>Fundamentum gratiarum & virtutum.</i>	771
<i>Præxiæ & Regule diligentie.</i>	836	<i>Fides miracula patris.</i>	ibid.
Dolus.		<i>Fidem qui repudiant, quam male faciunt.</i>	ibid.
<i>Dolus Lacharis Atheniensis quo evasit Tarentinos equites.</i>	150	<i>Fides debet esse in corde & ore.</i>	772
<i>Si in ballis valent proverbium dolosum; Christiano agenti cum proximo semper de- testandum est. Ita exempla confirmant.</i>	650	<i>Fides sicut quorundam.</i>	ibid.
E.		<i>Quomodo fides exercenda & qua sint credenda.</i>	ibid.
Ebrietas.		Fiducia in Deum.	
Ebrii & Ebrietatis vitia describuntur: inter qua Ebrium secretorum esse reve- latorem probantur historia.		<i>Suadetur hac fiducia exemplis & historiis.</i>	529
<i>Ebrius quidam quosdam animam suam Diabolo vendiderit.</i>	600	<i>Quid de hac fiducia dixerit Alphonsus Aragonia Rex.</i>	535
Eleemosyna.		<i>Deo fidendum, varia docentur historia.</i>	815
<i>Non omnis elemosyna suum sortitur premium nisi suo fine terminetur.</i>	493	<i>Fiducia vera praxis</i>	ibid.
Elias.		Forma.	
<i>Mirabilis Dei providentia & creaturarum obedientia erga Creatorem, dum etiam à Corvo rapaci servus Dei Elias esuriens pascitur.</i>	546	<i>Res summe vana, formam corporis extolli, id quod variis docetur Historiis.</i>	705
Epistola.		Fortitudo virtus.	
<i>Chrotildis Regina Francorum ab Amalrico conjugio male habita, novum adinve- nit genus epistolæ quo fratrem illius injuria faceret certiore.</i>	53	<i>Fortitudo vera que sit describitur.</i>	809
<i>Tale genus epistolæ mittit Christus peccatori.</i>	ibid.	<i>Varia vera fortitudinis exempla.</i>	ibid. & fol. 810. & 811
Epitaphium, Epitaphia.		<i>Fortitudinis vera praxis.</i>	811
<i>Epitaphia multorum sunt marmorea & vario lapide exornata: at, qua citat Auctor vera sui & moralia.</i>	69	S. Franciscus Xaverius.	
Eternitas.		<i>S. Franciscus Xaverius quam coluerit religiosè divinam providentiam.</i>	580
<i>Quali sub imagine à Christianis omnibus proponebatur expendenda eternitas. 19</i>		G.	
<i>Quanta sit efficacia eternitatis memoria, probatur conversione Fulconis hominis vani.</i>	13	Garrigue, Garrulitas.	
<i>Eternitas quid sit, ex Boetio & aliis.</i>	1 & 3	M alum & importunum in multis vitium, ingentia auctori suo pariens dam- na. Confirmatur Historiis & discursu.	698. 699
<i>Bonifacium libidinosum suspurum convertit eternitatis.</i>	169	<i>Quomodo senex quidam garrulitatem quorundam castigaverit.</i>	651
<i>Thoma Mori exemplum eternitatem docet.</i>	170	Gloria vana.	
Eucharistia.		<i>Gloria vana omnia bona opera inficit, & illam acerrimè oppugnavit omnes vir sancti.</i>	474
<i>Res summe dignitatis: proindeq; summa opus est preparatione Eucharistiam sacra- mentum sumere. Vide Auctorem docentem quali digniore modo ea sumenda sit.</i>	852	<i>Docetur Historiis & exemplis.</i>	ibid. & fol. 476
<i>Rogavit quidam ut sibi revelaretur quomodo sumenda dignè esset Eucharistia quid ei responsum sit require.</i>	851	Gloriari.	
<i>Volenti sacram Synaxim sumere que sint ei præviè faciendæ.</i>	492	<i>Stultum est gloriari de formâ, de nobilitate, de vestitu, de ingenio, de virtutibus: stultissimum, de vitiis. Ita docent varia Historia. à fol. 704. usque fol. 708</i>	
<i>Eucharistia sumenda sapius, at hoc omnimodè omnimodò astu conatur dissuadere & impedire diaboli, novit enim is optimè Eucharistia effectus. Quique frequen- tiori hujus inibat sumptioni, signum sibi prædestinationis habet, vide Auctoris discursum.</i>	271	Gratia Dei.	
Examen conscientie.		<i>Hominem gratia Dei reddit potentem & fortem, & animam ardentissimè jungit Deo, Historico S. Stephani discursu confirmatur.</i>	467. 468. & 469.
<i>Quomodo, quando, & quoties, id fieri debeat hoc solum juvenuti est incul- candum à Pastoribus: docetur variis historiis, & More Indorum & aliis exem- plis.</i>	373 & 374	Gula.	
<i>Examen conscientie in pretio habuerunt Societatis Jesu primarii SS. Ignatius & Xaverius, item</i>		<i>Varia sunt Gula genera, varia & pœna.</i>	153
<i>B. Franciscus Borgias, habetque & modò in pretio tota præfata Societas.</i>	376	<i>Gulam omnem ciborum detestati veteres & quam sobrii prædebant.</i>	155
<i>Examen conscientie docuit quendam juvenem Anachoretam.</i>	ibid.	<i>Gulam quomodo expugnaverit Abbas quidam, & qua frenata gula fuerit merces.</i>	219
<i>In examine conscientie sibi quisque quas debeat facere interrogationes.</i>	379	<i>Plurima Gula vituperia.</i>	351
<i>Examinatio conscientiam qua observanda.</i>	ibid.	<i>Gulam cumândo quidam refrenare soliti.</i>	795
Judicii Extremi examen extremum.		I.	
<i>Mirabile exemplum & inauditum cujusdam subito extincti, & rigorosè exami- nati à Iudice cum ipso habiti ratio.</i>	164	Jactantia.	
<i>Hoc examen plurimi semper Sancti ob oculos habuerunt & plurimos terruit.</i>	170	O mne expugit meritum operis peccati jactantia, proindeque etiam in ami- cissimis sibi eam punit Deus. Contestantur id exempla & Historia.	710
<i>Hoc examen quidam ita terribile fore non credunt: ut tibi reddendum erit, horrebunt. Discent hoc exemplo.</i>	172	Jejunium.	
F.		<i>Carnes comedere die jejunii, est jejunii essentiam & animam tollere, Calvinista huic quidam veritatè resistunt & jejunium exulare jubent, jejunantes Catholi- cos iridentes, at non sine pœna, ita leges.</i>	627
Fabula.		<i>Laudabile jejunii observatio lato discursu descripta.</i>	792
<i>Asuescunt quandoque præ feris brumali tempore puella & adolescentuli nar- randis & confingendis fabulis, mos certe detestandus: fabularum quippe in- venit diabolus, ut docetur exemplo.</i>	697. & 696	<i>Quanti jejunii fuerit cultores S. Nicolaus Tollemianus Eremita, Augustinianus, S. Carolus Borromeus, & alii plurimi viri pii.</i>	792. & 793
Fama.		<i>Jejunia etiam viri Principes & Illustres (ut delicatissimi nostri avi Christiani hinc jure reprehendantur) strictissimè observant.</i>	57
<i>Fama unicuique hominum præiosissima.</i>	633	<i>Legè Exempla præferim tria fol. eodem & alibi plura nempe fol. 352. & 351 pulchra jejunii encomia.</i>	
<i>Illam qui violat, hæcq; proximo infert injuriam, etiam si mortuus foret, celo non fructur, nisi restitutione factâ. Docet Auctor id exemplo.</i>	ibid.	<i>Jejunia non temere violanda.</i>	133
<i>Qui detrahit proximo ad restitutionem same obligatur.</i>	ibid.	Jesuita, seu Patres Societatis Jesu.	
Fenerator.		<i>Societas cultrix est summa examinis conscientie, hæcque examen multiplicat.</i>	376
<i>Tres morales feneratorum perniciosissimi sunt, scilicet Avaritia, Fornicatio & Gula, ita docet S. Serapion.</i>	795	<i>Socialitatem, ut cultores summi & reverentiales nominis IESU, ad eisdem nominis gloria & reverentia majorem concitantiam propagationem & cultum, quomodo, quando, & quo sine instituerim.</i>	672
		<i>Societatem Hæretici execrantur, ejus statuta & mores explodunt, irident. At pro ea stat vindicæ acerrimus Deus, patet id exemplis etiam ex recentioribus.</i>	628
			S. Igna-

Index Catechisticus.

S. Ignatius.

S. Ignatium incendio qui iudicabat dignum igne perit. 659
S. Ignatius sapiens sui fuit hic in terris Index. 376
S. Ignatii ardens & fervens caeli desiderium. 222

Imprecari, Imprecationes malæ.

Sibi malè imprecans quod imprecatur facile obtinet, sic quidam in latrinis perit. 659
Omnis imprecatio mala, Imprecanti nocet, notent hoc Parentes, Magistri triviales, Heri, Domine, nec ita facile hocq; illudve imprecantur, potentes enim superiorum, præsertim Parentum, sunt voces, exempla hac de re habes varia, unà cum discursu. 659 & 660

Infernus.

Vnum solitus fuit Myrogenes rogare semper, pro præstitis quibusvis proximo obsequiis, rogarent nempe ut semper ab æterno non posset Myrogenes liberari igne. 10
Infernus quo loco sit, & quàm capax. 165
Inferni tormenta, quomodo ob oculos proponenda. 166
Qui semel inferni pœnas vidisset, & se dein liberari ex eo loco posset, paratus esset pati quavis, ita docetur exemplo. 179
Qualis sit futurus ignis inferni, an in unum magis aget quàm in alterum, & quomodo ignis noster elementaris huic infernali collatus ignis pius meriti dicitur, & plura alia. 160
An infernus non possit extinguï. 546

Injuria, Injuriæ.

Ars patienter ferendarum injuriarum multus est incognita, & à paucioribus prædicata: proinde prædicandam & prædicandi modos tradit Auctor insigni discursu, inter ceteros Apologis, Historiis, similitudinibus, exemplis à fol. 749. usque 756 Eandem doctrinam raro confirmat exemplo. 541

Intentio operibus præfigenda quibusvis.

Hanc doctrinam sedulo juventuti & passim omnibus Christianis Concionatores, & Catechistici inculcent, est enim intentio necessaria actionibus nostris ut mereamur. 444. lege aureum Auctoris hac de re libellum dictum, De rectâ Intentione scriptum.
Intentioni bene insidiatur diabolus, docetur id exemplo. 454
Notabile documentum hac de re traditum Ivoni ab Avo. 462
Mala intentionis damna plurima plurimis ut constat ex Historiis. 462 & 463
Snadetur insigni exemplo & à simili Historiâ, quomodo intentio bona multiplicet operis meritum. 509
Diaboli astus circa intentionem bonam colliges ex insigni discursu & Historiis. 471

Jocari, Jocus.

A jociis irritantibus proximum abstinendum, ni hoc suo malo ferids jocatores illi importuni discere velint, ut juvenis quidam Trajectensis. 206

Ita.

Quomodo deceat ut sol occidat super iracundiam nostram, & celerrimè animi distanti sui reconciliandi, docetur exemplo. 179
Ecurgens ira, quomodo domanda. 161
Ira nominatur telum, quod emissum vix retrahitur. 281
Nullus patiatur conceptam iram diurnare, ita movet exemplum. 619

Irreverentia verba.

Ea solet Deus punire in se jactata, aut in superiores suos hic in terris vicarios, ita docet exemplum. 658

Judicium extremum.

In die iudicii nullâ amplius de re, aut opere aliquo erit dubium, docet ita Auctor similitudinibus & Historiis. 86
Anima ut egressa est à corpore statim iudicio Dei sifitur. Id etiam sententia Philosphorum docent. 88
Quam subito homines ad Dei iudicium aliquando evocentur, patet exemplis. 922
De quibus omnibus reddenda erit ibi ratio lato discursu docetur. 97
Post mortem nullam patitur iudex moram, sed statim exigit rationem omnium, ita monstrat & monet exemplum Doctores cuiusdam Parisiensis. 98
Christus erit iudex omnium nostrum, & disquiritur in eodem discursu, cur nulli Angelorum hanc jurandi curam demandaverit. 102
An liceat aliquem ad iudicium Dei vocare, & citare, & si iusta de causa id fiat, res sanè horrenda, audit enim Deus iniuste oppressorum vocem & votum, exemplis & historiis valde præclaris id commonstrat Auctor, à fol. 120. usque 124
Forma iudicii extremi ex revelationibus S. Birgitta traditur. 136
Exempla varia docent eorum qui defuncti fuerunt, & rursus revertentium, quàm Dei tribunal sit horrendum. 141. 142. 143
Varia exempla Sanctorum, qui horrere etiam hoc tribunal rationi. 188
Quomodo quidam sese viri Sancti & Illustres Principes ad hoc Dei iudicium præpararint. 110

Judicia Dei.

Iudicia Dei hic in terris non esse curiosè scrutanda, mirabilibus traditur exemplis. 515

Judicari, Judicia hominum temeraria.

Quàm illa sens mala quàmque temere iudicanti nocent, patet ex illis verbis, nolite iudicare, & non iudicabimini, quod confirmatur exemplo. 143
Quàm securum alicui futurum sit post mortem neminem in hac vita iudicasse. 487.
Varia voces temere iudicantium, varia & eorundem Historia, nam hoc genus hominum crevit & multiplicatum est. lege 487. & 488

Jurare, Juramentum.

Iurare, quomodo sit licitum & illicitum. 663. & 664. lege omnia.
An liceat Iurare per res creatas, an per diabolum, responsio soluitur historis & exemplis. 665
Perjuri cuiusdam exemplum recens. 666
An, quod multi facile exigunt & ipsa juvenus in lusu pro more habet, exigere liceat à proximo suo coambulante, aut colludente juramentum. 667
Plura de juramentis. lege à fol. 663 usque à fol. 672

L.

Labor.

Quomodo quendam quidam adocuit illud rigidè servandam esse, qui non laborat non manducet, exemplum pulchrum. 783
Quomodo pueri & puella omnesq; Christiani opera sua quotidiana aggredi debeant. 784. item lege 494
Quirivis etiam molestissimi labores pro Christo tolerandi, exemplo Incononi docetur. 527
Labores pro Christo subiti à S. Francisco Xaverio Societatis Jesu. 530

Lapis.

Privilegio miraculo lapis ille exornatus est, super quem mulier illa stetit que exclamavit Christo concionante, Beatus venter qui te portavit & ubera que sustulisti. 540

Lectio sacra, seu Biblica.

Vnica pia sententia ab aliquo lecta vel audita, sæpe causa facti salutis, id probant exempla varia. 403
Exemplum inique illicitum juvenis, paucissimis verbis sacris conversi. 404
In exemplis variis utilitas lectionis pia & sacra probatur. 342
Guerrius audiens legi de sacris bibliis, Et factum est omne tempus quod vixit Adam &c. statuit mundum deserere. 14

Lectus, lecti.

Lecti & pulvinaria qualia fuerint olim Sanctorum, docetur historiis. 19

Libri pii.

Zeno Demii filius dum quarit ab oraculo quod genus vitæ duceret consultus, responsum hoc audit, veterum scripta vivorum relego. 51
Quinam libri legendi & ad quid eorum lectio proficit, & quomodo revolvendi. 341 & 325.
Varia exempla eorum qui legendo biblia, alioque pios libros vitam suam integram transigere. 829
Libros suos qui humiliter correxerint. 326
Quomodo etiam Profani & Pagani dedisti suere lectioni piorum & doctorum librorum. ibid. & 830
Libri quomodo revolvendi, & plura alia. lege à fol. 830. usque 832

Lingua.

Lingua, cum excipiat corpus Dominicum, custodienda sedulo, discursus moralis elegans. 738
Lingua custodia exemplis docetur, & à simili Historiâ. 738. & 739
De eadem materiâ historiâ jucunde. à fol. 738. usque 740

Lis, litigia.

Si cum moderamine iusta sit intentio litis juridica particularis, sive iusta, sive iniusta de causa assumpta, non sunt lites fovenda, nemo enim sibi propria in causa iudex esse potest, historiis id docet Auctor per iucundâ moralibus, & discursu elegantibus. 618. & 619

Loqui, Colloqui.

Dum loquimur pie loquendum. 745
Loquendum non clamandum tumultuosè, ita docent discursus & exempla. 729
Loquuntur interdum inter se pueri, quorum tenor verborum est castus, & sensus est venerens, ab his doceantur abstinere ita rogat Auctor, ex allatis historiis & exemplis. à fol. 730. usque 731
Quomodo loquendum, docetur eleganter. 741
Patenit Abbatibus modus colloquutionis. 743
Quomodo quidam didicerint rectè loqui. 744

Lotharingica familia.

Illustrissima familia Lotharingica, mirabilis & inaudita origo. 631

Luxuria, libido Venerea.

Vitium apud omnes damnatum. 204
Vitium ubique terrarum dominans, exemplo docetur. 204
De hoc vitio discursus lege moralem. 378. & 369
Horribile exemplum juvenis luxuriosi. 370
Libido quomodo coercenda. 156. & 161. exemplo docetur.

Luxus.

Index Catechisticus.

Luxus.

Insignis luxus Smyndryidis, cuius vita fuit (utimur quorundam Adolescentium talis non foret) otium, mensa, lusus.
Luxus vestium damnatur & huius vitii notantur Germani sive Belgae utriusque, insinuat lepidè Pictor quidam.

M.

Magia, Magus, Maleficium.

Utrum permittat Deus homines maleficis artibus vexari, imò necari, tractat discursus Auctoris & dissidentia vatum simul describit, addit & exemplum ut responso & quaesito fiat satis.

Maledicere, Maledictum.

Nemini maledicendum, sic instruitur exemplo ab Auctore, & addit maledictorum tristem efficaciam.
Maledicendum non esse pauperi, horridò Comitissæ Hollandiæ docetur exemplo.

Caveant sedulo Patres ne filiis suis quacunq; ex causâ maledicant.

Hæc Maledicta nimis magna sunt efficaciam, Exempla plurima hoc confirmant, unum refert Auctor ex S. Augustino fol. 661. aliud ex Ioanne Aretino, & denique tertium. fol. 662.

Manfuetudo.

Manfuetudo morum & dictorum corrigat & sanat, clamorosa & oburgans vox, destruit, hoc exemplo docetur.

S. Maria Virgo.

V. M. quàm sit veneranda suis moribus varii Sancti commendarunt.
V. M. quomodo coluerit S. Borromæus.
V. M. quam coluerit varii Illustissimi Principes.
Quinam libri V. M. laudes tractantes legendi potissimum.
Quantum profice singulis diebus V. M. salutare, horribile monet exemplum.
Insignis & constans cultus D. V. M. cuiusdam Religiosi & familiæ S. Dominici, ibid.
Cultus D. V. Pauli Hoffai, S. Philippi Neres, & aliorum describitur.
B. M. quàm fuerit mansueta docetur exemplo.
B. M. dissidentes Principum animos reconciliat.
B. M. omnium primò Christus resurgens apparuit, ex revelationibus S. Birgittæ.
S. M. fons gaudiorum, ita colligitur ex historia.
An sint reliquæ aliquæ D. V. & quæ ea sint, & ubi afferuntur.
S. M. Patrocinio fidendum, confirmatur exemplo.
S. M. fuit summa cultrix virginitalis, ut ex insigni colligitur historia.
S. M. fuit contemptrix mundi.
S. M. fuit fortissima & o. Lectio deditissima.
Patientissima 842. silentii tenacissima. 768. in fide constantissima. 771. laboriosissima. 782. Plura require in indice rerum.

Martyr, Martyrium.

Quale genus Martyrii sit scaphisimus, quo afficiebantur apud Persas Christiani.
Martyres fuere multi, qui plexi capite remanserunt stantes, aut recto tramite incidentes caput amputatum asportabant.
Arialdi Martyrium & patientia.
Symboriani juvenis martyrium, quod ut fortiter subiret adhortabatur mater.
In martyrio Martyres varii caneabant, Deo gratias agentes.
Martyrium horrendum Caroli Spinola. Mathæionis & Societatis Jesu Religiosi.
Diversorum Martyrium varia Martyria.
Martyrium viginti millia Diocletianus simul caelo obtulit.
Martyrium tardum S. Quintini Patricii Romani.

Mendacium, Mendax.

Quid sit mendacium docetur historia.
Quotuplex sit mendacium, & an omni sit peccatum.
Omnes nationes odere mendacem & mendacium, & quomodo, quidve S. Augustinus de mendacio scripserit.
Mendacii quis sit auctor primus.
Etiam oblato toto orbe non licet semel mentiri.
Mentiri nullâ de causâ licet ex S. Augustino.
An rectè dicant quidam mercatores afferentes, oportere mentiri ut merces suas vendere possint, colligi potest ex exemplo.
Quàm verissimum illud sit, ut quod mentitur occidit animam, variæ poenæ mendacibus insitica testatur. lege

Missâ, Sacrum.

Volenti audire Missam dignè & meritorie, quæ sint præagenda.
Quomodo Missa sit audienda.

Monasterium.

Celebre Monasterium S. Altoni in Bavariâ describitur.
Monasterii Isidori in Thebaidæ solitudo & observantia.
Duodecim mala per quæ monasteria destruantur.
Sunt quadam levicillæ Mulieres loca sacra, ut sunt Monasterii ambitus, subingredientes; at cavent ne poenitentia illas corripiat ut quondam quasdam corripuit.

Mordere, Mordacitas.

Sive dextrè sive sinistrè ne momorderis quemquam, ni tua velis vita infidari, ita compertes fieri exemplo.

Morbundus.

Morbundis advocandi sunt tempestivè Sacerdotes, hoc enim quàm profice, licet pauci sciant, vix dictè explicabile, ita confirmat Historia rara.
Morbundo innumera obveniunt tentationes, & quæ ea sint potissimum, Adjuncti & multiplici numero diaboli, ita testatur exemplum cuiusdam viri dicti Cunoro.
Habenentur isdem foliis alia plurima documenta, quibus Christi fideles instruantur quanam sint morbundis itaque assistentibus observanda sedulo.
Opportune preces sive commendationes omnes composuit Ecclesiæ, & cui bono ea preces inservant docetur exemplo.
Quid significet candela cerea, quæ manibus morbundarum imponitur.

Morbis.

Patienter Morbi, quibus omnis creatura corporea in orbe subjacet, ferendâ; in nos docet Historia Philippi II. Hispaniarum Regis, cuius corpus morborum omnium erat quasi aggregatio.
Idem documentum traditur variis exemplis S. Lidvina Virginis Schidamensis, Colæta, Serulli, & aliorum.

Mori, Mors.

Bene vivendum ut bene moriamur, docet enim verissimum dictum esse. S. Augustini, qualis vita talis mors. Auctor fol. 73. Duobus aliatis exemplis.
Vide hac de re & discursum. 108. hoc enim folio plurima alia id confirmant exempla & historia.
Mors cum bis non liceat, ut docetur à simili Historia allatâ, sic curandum ut semel bene moriamur, idque à juventute.
Mors iusti Lipsii, talis fuit qualem eam fore exoptavit.

Insolitum quoddam genus mortis.

Morti adjudicatus Georgius Clarentia Dux à fratre suo Eduardo IV. Rege Angliæ insolitum, corporaliter tamen dulce, genus elegit mortis.

Horrendæ mortis genera varia.

Crisorii cuiusdam mors horrenda.
Horrendus exitus cuiusdam Religiosi.
Matthæi Comiti mors terribilis.
Gualteri Caroli V. pia memoria aulici mors funesta.

Mors repentina.

Mortis repentina historia & exempla varia, leges.
Mors repentina Henrici II. Regis Galliarum in ludo.
Mors repentina Philomenis Comediarum scriptoris.
Insignem verò monitionum discursum de morte repentina & exempla plurima nos sanos commoneant ut tempestivè Domini noscè provideamus, vide

Mors contempta.

Mortem quomodo varii contempserint.
Mors cuiusdam Iatronicæ dura & tamen patientissimè ab eo lata.

Mortis memoria salutaris.

Varii modi refrigerandi sibi mortis memoriam à diversis viris pie adinventi.

Mors quorundam lata.

Mors lata Ludovici Cortusii Iurisperiti.
Mors lata Discipulo & aliorum plurimorum Sanctorum & Religiosorum à fol. 110. usque 113.

Mulieris memoria curiosè inspectæ aut familiaritùs habitæ non facile aboletur.

Anachoreta quidam postquam dudum laboravit, mulieris unius ut planè oblivisceretur, quali tandem modo id affectus fuerit.

Præstat mutos quosdam esse quàm eloquentes.

Documentum hoc colligere historia quondam insigni.

N.

Nativitas.

Nativitas hominis à Transis, Causis & Getis desebatur, & mors à contra Iusti symphonico colebatur, & ratio ejusdem discursu quodam traditur.

S. Nicolaus Tolentinas.

Memoria Novissimorum commendatur.

Quàm salutare hoc sit monitum quàmq; utilitatis, variis docetur exemplis.
Quomodo Cocus quidam Religiosus semper flevit horum memoratis.
Hortabatur Macarius horum semper reminisci.
Veritas huius moniti insigni docetur exemplo.
Horum refrigeratâ memoriâ convertit S. Lidvina Virgo Schidamensis peccatorem.
Memoriæ novissima & in æternum non peccabit.

Occasio.

Index Catechisticus.

O.

Occasio.

Quam occasiones peccatorum sedulo sint vitanda docetur exemplo. 748

Olfactus.

Quomodo quis Olfactu peccet, & quomodo vitia Olfactus puniantur. 158

Opus.

Quomodo omnia nostra opera Deo sint consecranda ut S. Gertrudis consecravit. docentq; laud dogmata SS. Patrum. 449

Opus bonum mala intento inficit, ut demonstratur exemplo homini cujusdam recipientis hostium diabolum. 456

Opera nostra tribus modis hostis diabolus persequitur. 471

Quinam fines operibus nostris praefigendi. 481

Quae sint & dicantur opera indifferentia. 501

Oratio.

Omnia opera nostra quomodo vim habere orationis ac proinde sine intermissione orare possimus exemplo edocetur. 482

Optima orandi methodus. 537

Exempla ead de re plurima. *ibid.*

Varia orandi ratio. 785

Effectus orationis exemplo docentur. 786

Historiae variae & exempla quibus suadet orandi assiduitas. 786

Quomodo oratio sit inchoanda. 787

Quantum sit estimanda oratio, varia subindicant exempla Sanctorum tam ex scriptura quam aliis historiis collecta. 405 & 406

Ordines, Religio.

Institutio variorum Ordinum in honorem B. Mariae Virg. 837

Ornatus.

Ornatus nimis castigatur discursus. 424

Thomas Morus quomodo allocutus sit filiam sese exornantem. 460

Reprehensio cujusdam juvenis bene vestiti sed immergeri. 430

Varia exempla nimii ornatus require. 424

Ostentatio.

Quam ostentatio omnis sit periculosa & quae ea sit, qualiter vitium describitur. 703

Ea dissuadetur exemplo viri docti. *ibid.*

Sese ostentans saepe confunditur. 704

Insignes historiae ostentationum. 708 & 709

Otiium.

Exotium vitium dissuadetur omnibus hominibus, & in quo consistat habetur, fol. 353

Otium mali effectus enumerantur. *ibid.*

Quomodo etiam nobiles dedecet, demonstratur historiae Parthorum regum, qui semper occupari debebant. 354

P.

Parentes.

Parentum quanta debent esse cura ne filii aut filiae eorum scurrilibus assuecantur verbis, explicatur discursu, confirmatur historiis & exemplis. 721. 722. 723

Pater Noster.

Cur ita exordiri voluit Christus orationem nostram quotidianam. 210

Patientia.

Patientia sunt gradus tres. 841

Quomodo quaedam Matrona virtutem patientiae coluerit. 754

Variae magne patientiae exempla. *à fol. 842. usque 847*

Patientia insignis cujusdam Olympii. 39

Andronici Imperatoris Orientis victi patientiae fortis. 14

Patientia rara Mauritii Imperatoris. 144

S. Paulus.

Singulariter coluit S. Paulum Andronicus Imperator & quomodo is cultus ei profuerit. 15

Peccatum.

Vnico qui decumbit factus peccato mortali, audacissimum sed periculosissimum committit facinus. 9

In omni peccato mortali, ut ejus gravitas peccati innotescat, duo sunt spectanda. 149

Effectus mali quos operatur in anima peccatum mortale, unde & ejus malitia agnoscitur. 180

Quomodo omnia à Deo procedant & fiant excepto solo peccato, docetur per juvenem ad historiam. 531

De naturâ peccati plurima. 511

Peccata aliena.

Habes de iis discursum Auctoris refertum historiis insynibis. 600

Tom I.

Pia peregrinatio.

Variae peregrinationes pia susceptae à Sanctis. 779 & 780 & varia ibidem Peregrinationes Illustrissimorum Principum, quibus confunduntur Haeretici pia peregrinationes cavillantes.

Quomodo suscipienda & peragenda sunt pia peregrinationes, abstinentium scilicet esse à computationibus &c. 781 & 782

Perseverantia.

Differentiaque sit inter perseverantiam & constanciam: & ejusdem virtutis & dignitatis. 816

Ad perseverantiam quomodo sese exhortabatur S. Augustinus. *ibid.*

Perseverantia varia exempla. *à fol. 819. usque 820.*

Pictor, Pictura.

Pictoris Xeusis responsum interroganti cur ita tardè pingeret. 30

Pictura obscena quomodo vitanda. 327

Quomodo quidam picturas obscenas combusserit. *ibid.*

Poenitentia.

Quomodo poenitentia non sit differenda laud docetur discursu, historiâ, & ex variis similitudinibus. 20

Vera poenitentiae conditiones. 283

Promissio temeraria.

Nil temere Deo nec hominibus promittendum traditur amplo discursu exornato historiis, & variis Apologis. 713

Multa promittentes & nihil solventes quibus assimilantur, ex Guilielmo Peraldo. 714

Propositum.

Quam sint homines in iis servandis inconstantes. 387

Sancti propositorum fuere tenacissimi. 389

Providentia Dei.

Omnia Dei Providentiâ gubernantur, & nihil à fortuna à ut multi simplices opinantur. Quam doctrinam clarè describit exemplo confirmans dicta. 524 & 587

Plurima à divina Providentiâ exempla. *à fol. 577. usque 581*

Prudentia.

De hac virtute discursus, & ejus varia exempla. *à fol. 826. usque 828*

S.

Sacerdotes.

Sacerdotes nimis lautè viſitantes quomodo castigaverit B. Aegidium. 141

Sanna.

Pueri & adulti abstineant à sanna, quales sunt exorere linguam vel alicui cornua aut aures asinas manibus asingere. 723

Nullus, quantumvis bonus, liber est omnino à subsannatoribus. 724

Sancti.

Cultus Sanctorum suadet. 395 & 396. contra opiniones Calvinistarum & aliorum haereticorum exempla, & historiae variae hanc doctrinam confirmant. 397

Vnde sumptus originem dandi consodaliibus, seu vulgè vocant, suffragia, & mensurae fortitio Sanctorum. 402

Sancti cultoribus suis sunt grati. 403

In aliquo festo Sanctorum S. Synaxim sumere, quàm gratum hoc sit sanctis. *ibid.*

In cultu Sanctorum oportet nos esse constantes ita docet exemplum cujusdam Adolescentis. 407

Gravis punitio eorum qui Sanctos irrident.

S. Germanus irrisus à Rege Danorum Horich Galliam vastantem sese vindicat. 628

Britanni punitio ob irrisum S. Martinum. 629

Secretum, Secreta non revelanda.

Quam ea sint reticenda quae alicui secreto sunt commissa, & damna provenientia ex secretorum revelationibus. 718

Quam sit illa vox ridicula revelantium secreta, Nemini dixeris. 719

De servando secreto & revelatione eorundem exempla plurima lege à fol. 716 usque 720.

Sepulchrum, Sepelire.

Multi tam Ethnici quàm viri pii viri sese sepelierunt, & quomodo. 68

Domus nostra est nostrum sepulchrum: ita jucundo exemplo docetur. *ibid.*

Quomodo sibi sepulchrum construxerint duo Anachoresae. *ibid.*

Item quale sepulchrum sibi fecerint alii. *ibid.*

Quinque sensus.

De quinque sensibus pulcher discursus Iacoponi. 356

Vitia quinque sensuum enumerantur. 354

Silentium, filere.

Silentii virtus commendatur Apologo. 650

Pambo quomodo filere studuerit. 652 & plures alii viri pii. *Silere*

Index Catechisticus.

<p>Silere regule S. Brunonis est caput. 699 Silentium etiam ignem extinguit. 755 Silentium injuriarum remedium. 752 Silentium est index Sapientis animi. <i>ibid.</i> Silentio pax conservatur. 748 Silentium est ciliium. <i>ibid.</i> Omnia hac confirmantur exemplis, & plura si de hac virtute legere velis, lege fol. 769. & 770.</p> <p style="text-align: center;">Solitudo.</p> <p>Solitudo est gratia Deo, ita docent dicta Sanctorum, Historia varia & exempla. 748</p> <p style="text-align: center;">Spes.</p> <p>Spes post hanc vitam perit. 22 Spes omnium molestiarum levamentum. <i>ibid.</i> Spes duo spectat fructum nempe & finem. 167 Plura alia de spe. 207 Spes Martyres facit. <i>ibid.</i> Vera qua sit spes & sp̄i praxis. 683</p> <p style="text-align: center;">Spes humana.</p> <p>Es spes vana est & dolosa, ita colliges ex Apologis, exemplis & Historiis à fol. 860. usque 863.</p> <p style="text-align: center;">Superbia.</p> <p>Superbia est omnium virtutum ruina. 278 Variæ sedes superbia. 277 Superbiis diaboli mores exprimit. <i>ibid.</i></p> <p style="text-align: center;">Superior Pastor.</p> <p>Boni superioris & Pastoris conditiones tres. 741</p> <p style="text-align: center;">Susurro.</p> <p>Susurrones ubique locorum sunt odiosi in Monasteriis & sodalitatibus litium sunt auctores, docetur variis historiis & exemplis. à fol. 725. usque 727.</p> <p style="text-align: center;">T.</p> <p style="text-align: center;">Temperantia.</p> <p>Temperantia rebus omnibus ponit mensuram. 292</p> <p style="text-align: center;">Templum.</p> <p>Templa frequentanda sunt pie, & quomodo Calviniana quadam dum templa Christianorum nollet frequentare dicens, timeo ne caderet super caput meum, obierit. 628 In templo non fabulandum: quod insigne docetur reprehensione factâ à Philippo II. Hispaniarum magno Monarchâ. 139</p> <p style="text-align: center;">Tempus.</p> <p>Tempus perditum maxime desunt damnati. 151 Tempus vix etiam videatur longissimum, collatum tamen aternitati brevissimum est, ita probatur exemplo. 13 David reminiscatur semper duorum temporum. 10</p> <p style="text-align: center;">Testamentum.</p> <p>Varia pia testamenta à Sanctis condita. 69 Testamentum horribile cuiusdam feneratoris. <i>ibid.</i> Testamentum condendum est tempestivè. 134</p> <p style="text-align: center;">Theatrum.</p> <p>Theatra varia pretiosissima Romanorum. 7</p> <p style="text-align: center;">Tribulatio.</p> <p>Quomodo Deus semper adsit tribulatis docetur exemplo. 813</p>	<p style="text-align: center;">V.</p> <p style="text-align: center;">Verbum, Verba.</p> <p>Verba impudica quàm passim sint in ore puerorum & adolescentum. 680 Quomodo quidam vir pius infans existens erubuerit audiens impudica verba. 681 Impudica verba quomodo infratru castigaverit Rudolphus Amistes Egubinus. <i>ibid.</i> Plura lato & insigni discursu vide de his. à fol. 880</p> <p style="text-align: center;">Veritas.</p> <p>Veritas an aliquando possit celari. 688 Veritas ubique amatur: probatur exemplo. 616</p> <p style="text-align: center;">Vestis.</p> <p>Quomodo modestia etiam servanda sit in vestibus probatur ex historiis & exemplis. 424 usque 428 Superbia vestium causa est ruina patriæ, confirmatur discursu & exemplo. 430 Thoma Mori modestia in cultu vestium. 435 Superbe vestitus à Sacerdote repulsus. 438 Ob vestium insolentiam Christianis erepta est Palaestina. <i>ibid.</i></p> <p style="text-align: center;">Vexatio.</p> <p>Vexationes plurimis profuerunt. 514</p> <p style="text-align: center;">Vigilia.</p> <p>Vigilia inaudita & rare Sanctorum 17</p> <p style="text-align: center;">Vindicta.</p> <p>Injuriis illatis ignoscendum est illatori, nec de minimis etiam ulla sumenda vindicta. 281 Item vide à fol. 732. usque 734. Deum solum vindicare posse contestantur auctoris verba, allata Historia & exempla. 734</p> <p style="text-align: center;">Virtus.</p> <p>Sola virtus aternisat, docetur similitudine & exemplo. 8 Virtutis progressus aliquando oportet an fiat expiscari, ita exemplo traditur. 161</p> <p style="text-align: center;">Vituperator.</p> <p>Vituperatores ubique plurimi & quomodo saepe illis os obstruatur qui ita faciliè proximi auctus vituperant. 736</p> <p style="text-align: center;">Voluntas Dei.</p> <p>Qua sit Dei voluntas. 518 Quis se divine conformat voluntati nullum diem habet malum aut infortunatum. 520. & 525. Regula cognoscendi voluntatem Dei. 516. usque 518 Voluntas Dei quomodo cognosci possit docetur exemplo. 583. Quomodo Christus voluerit Dei Patris sui adimpleri voluntatem. 588. & 589 Exempla varia Sanctorum qui suam Dei voluntati conformaverunt voluntatem. 547 & 549 Fiat voluntas tua, quanta sint hac verba efficacia si ore & corde dicantur, docetur exemplo. 532 Hanc divinam voluntatem sancti omnes voluerunt extequi. 536. & 543</p>
--	---

I N D E X T H E M A T V M M O R A L I V M

Q V Æ

EXPLICANDIS EVANGELIIS
IN OMNES TOTIVS ANNI DOMINICOS ET FESTOS
DIES VSVI ESSE POTERVNT CONCIONATORIBVS.

A D

Omnes tamen verbi Dei Præcones hanc duximus præfatiunculam præmittendam.

DN promissum nuper, formatarum ex operibus Drexelianis concionum sssio Indicem. Quod si arduo huic meo labori, paululum, benevole Lector, collabores; & paginarum, ad quas signatus te remittit numerus, utrasque perlegas columnas: è re tuâ erit. Præterquam enim quod ea, quæ formatarum à me concionum, Exordio, Prosecutioni, & Perorationi, subserviunt, sparsim in iisdem contineantur: uberior tibi insuper, semper illustrandi Thematîs subjicietur materia. Quod si hæc formandi conciones methodus, & ratio, tuo aliquando profuit instituto, scito & prodesse nos voluisse.

DOMINICA I. ADVENTVS.

T H E M A.

Erunt signa in Sole & Luna.

Concionis Argumentum.

Prævia signa iudicii universalis & particularis.

Exordium.

SERIA quæstione aggressi quondam Apostoli Magistrum suum, statutum iudicii futuri requirebant diem: Dic, ajunt, quando hæc erunt, & quod signum aduentus tui? Quæ postolorum propositio cum sit bimensis, pro sui primâ parte repulsam passâ est, & quidem S. Augustini testimonio satis iustè: Latet enim, inquit, ultimus dies, ut observentur omnes dies. Ne verò se putarent, nôsque omnes à iudice Christo subitò omnino aliquando opprimendos, alteri propositionis partî hodie satisfacit, dicens prognostica iudicii signa, quæ erunt in Sole, Lunâ & stellis, &c. de quibus latius acturi sumus, &c. Vide hoc Exordium. fol. 91.

Prosecutio.

Quæ hodie Christus asserit, imminente ultimo universalis iudicii die, prævia futura signa in Sole, Lunâ, stellis, &c. eadem videnda sunt & erunt in hominis morientis paulatim corpore, dum è lecto ad particulare, & in mente è tumulo, ad universale evocabitur iudicium: & ut omittam speculationes omnes astrologicas, horum fiderum immutationes latè describentes, ea, quæ divinus Spiritus per Ecclesiasten de hisce signis descripsit, refero, sic exordiens: Memento Creatoris tui, &c. Vide f. 124. & 125: Ergo cum videritis Solis, & stellarum, tenebras, scitote, quia Iudex in januis est.

Peroratio.

Consultò igitur quis ager, si ante iudicium parer justitiam, nam si nos deontis Iudex ille reperiat crinibus, ejus erimus, ut Sampson quondam, Philistinorum captivi. Diu blandiebatur suo Dalila Sampsoni & fol. 93. Ne igitur nobis idem accidat, tempestivè resipiscamus, etiam minimo ex dictis apparente signo, sive in corpore, sive in mente.

A L I A.

T H E M A.

Tunc videbunt filium hominis.

Concionis Argumentum.

Visionis hujus in mente hominis operatio & efficacia.

Exordium.

Miraculum illud, effectura hæc est visio, quod nulla unquam industria humana, quovis etiam adhibito conamine, efficere potuit.

Tom I.

Noverit nempe, extremum dum quis viderit iudicem, quis seipsum: quo miraculo in terris nullus unquam in vivis gavisus est: statimque à visione illâ, æternus erit, aut beatus, aut damnatus, faver sententiæ nostræ Ecclesiasticæ: In fine hominis demudatio operum illius.

Prosecutio.

Ut iudicandi filium hominis videbunt iudicem, simul & in iudicante seipsum videbunt. Quanti jam felices sibi videantur, & beati! expectent paululum. Mors & futurus Iudex, brevè dicent, qualis hæc fuerit beatitudo. Nostis, Auditores, qualiter nobiscum agat modò Deus? quidve acturus sit post hanc vitam? attendite ad ea quæ diciturus sum. Pictorum mos est cum exteriores ædium parietes picturis ornant, &c. Vide fol. 86.

Peroratio.

Intelligite igitur hæc qui obliviscimini Deum, ne quando rapiat & non sit qui eripiat. Arrectas ad hæc habuere etiam aures, olim gentiles plurimi, inter quos eminet Plato, Trismegistus, & ut ille Caliclem horrebatur, vos omnes horror, ut visio illa iudicis finaliter vos lætificet.

A L I A.

T H E M A.

Cum potestate & majestate magnâ.

Concionis Argumentum.

Differunt tempore, loco, & apparatu, iudicium
arcanum & universale.

Exordium.

DVplex omnis anima subitura est iudicium, unum à morte statim, alterum ab ipsâ mundi desitione. Primum arcanum, vel secretum vocant, secundum extremum & universale. Ad primum quadruplici discrimine homines ex orbe evocantur. Ad secundum unico tubæ sono citantur, omnes simul indifferenter, hocque universale iudicium multò majoris erit apparatus, quàm primum. Quare Evangelista de hoc dum loquitur iudicio extremo, particulares & has addit circumstantias cum potestate, inquit, & majestate magnâ. Pluribus hæc sumus, Audit. dicturi vide fol. 88.

Prosecutio.

Anima corpore soluta, iudicii supremi diem, non expectabit dormiendo, sed vel inter delicias cælestes, vel inter flammâs avernâles illum præstolabitur: sed certè alia erit illa iudicii universalis forma, alia iudicis tunc majestas, alius locus, & alio quoque tempore totum genus humanum, & singuli homines iudicabuntur. Et ut ordine servato discurramus de tempore universalis iudicii, nil certi statuere possumus: ita Ecclesiastes, ne scit homo finem suum. De tempore verò arcani iudicii si loquamur tribus idè temporibus futurum dicere possumus. Vide fol. 98. De loco verò, utriusque iudicii locus & fol. 88. & 99. Si verò de utriusque apparatu,

Index Thematum moralium.

apparatu, in arcæno apparebit Christus Judex, &c. *Vide fol. 101.* Ita Theologi piè sentiunt, & in universali alia erit iudicis majestas. *Vide fol. 88.* Terribilior vocis pronuntiatio. *Vide fol. 139. & 138.*

Epilogus.

Ut verò nemini illa Christi iudicis majestas sit terrori, sive in obitu, sive post obitum, arcanum dum subit iudicium, sive dum ad universale citabitur, iudici nos hic reddamus familiares, & muneribus, quibus affici solet, deliniamus, &c. *Vide fol. 143.*

A L I A.

T H E M A.

His autem fieri incipientibus, respicite, & levate capita vestra.

Concionis Argumentum.

Ingruentibus mortis doloribus quò sit respiciendum & levandum caput.

Exordium.

NE quis divinorum iudiciorum negligens, oblivioni potius, quam sibi, culpam impingeret, Christum plurimis divinis concionibus, iudicii memoriam ingessit. Imò vix unquam ad populum verba fecit, quin tribunalis divini fecerit mentionem. Et quorsum quæso, hodierna habita est à Christo concio? In quem finem hæc tam seria monita? ut scilicet diei illius simus memores. Explicatur modò sumus, Audit. Quid mysterii hæc recitata verba contineant. *Vide fol. 117.*

Profecutio.

In huic diem vigiliis opus est, & excubiis assiduissimis: quare modò in hac vitâ stultum foret meditari, quomodo hunc diem, & iudicem effugiemus, quia Judex est potentissimus: vel quomodo eum circumveniemus, quia sapientissimus est &c. *Vide fol. 137.* Sed cautius, & consultius erit Investigare quo tutiori loco, nos recepturi sumus. Monuit quondam Deus familiam Loth ne fugitans unquam respiceret, at homini cui jam in janis est iudicium monet esse respiciendum, sed ad quem locum, cum non exprimat, D. Bernardus illum expressit. *Vide fol. 136. Lege & recita omnia consequenter & Auditoris utere verbis & iisdem epigolisa.*

A L I A.

T H E M A.

Quoniam appropinquat redemptio vestra.

Concionis Argumentum.

Ratio ob quam diem iudicii quidam dixerint diem redemptionis.

Exordium.

Non foret, Audit. cuivis etiam concionatori difficile pluribus, & diversis rationibus, Auditoribus suis demonstrare, diem iudicii, rectè dici diem tribulationis, & increpationis: & quidem rectius quam rex Ezechias diem illum in quo nuntium, non faultum satis acceperat, eum diem taliter appellavit. At hodie diem illum, quem passim diem tribulationis appellant omnes, ego hodie diem quoque redemptionis vocaverò, conformiter verbis Christi. *Vide fol. 136.*

Profecutio.

Bene nominat hodie Christus de iudicii die differens eundem diem redemptionis. Quoniam beatitudo nostra, modò quæ est ambigua, tunc certa erit. Quod & olim etiam gentiles, aliquando subindicarunt. Interrogatus enim Epaminondas, quis inter militiae duces videretur omnium fortissimus, &c. rectè respondit. *Vide fol. 86. & 268.* Sed omisso profanorum testimonio, recitabo SS. Patrum verba, qui & diem hunc iudicii redemptionis diem appellant: sic enim discurret Ambrosius. *Vide fol. 87.* Clariùs ad propositum nostrum S. Cyprianus. At uti dissimillimè vivimus, dissimillimè & morimur, dissimiliter erit etiam iudicandorum redemptio. Tris quidam observarunt quæ admirandam Dei potentiam ingerunt, à paucis quamvis observari solita, sed iuste, ego addidero, quartum. *Vide fol. 133.* Illud vero singularissimè observandum, *Inustus es Domine.* *Vide fol. 144.*

Epilogus.

Interim, Audit. ita vivamus ut unicuique nostrum, dies illa extrema, verè nobis sit dies redemptionis, & non tribulationis: erit autem dies redemptionis, si nunquam in bono opere peragendo sumus procrastinatos; ita docet singularis osor omnis in bono opere procrastinationis S. P. Augustinus. *Vide fol. 130. & 131. & fol. 144. & 145.*

A L I A.

T H E M A.

Cum videritis hæc fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei:

Concionis Argumentum.

Deus nuntios præmittit iudicium, & mortem indicantes: at pauci hos nuntios, eorumque litteras admittunt.

Exordium.

O Primè S. P. Augustinus quondam dixit, *ut iustus est Deus sic & benignus.* Neminem ita subito ad se hinc è vitâ evocat, quin monitorias litteras evocationis præmiserit: ut quæ hodiernâ die asserit ætatis esse prænuntios, ita & extremi iudicii. Utinam, Audit. hos nuntios admitteremus ad penetrale cordis nostri, sic nunquam ulla mors, ulli foret repentina. Sed qui ætatis sint prænuntii scimus, videamus qui sint extremi iudicii, quos sæpe, sed malo nostro, repellimus tanquam infausta nuntiantes.

Profecutio.

Rex Hebræus, vir militaris, ac strenuus, audax, qui pluribus etiam interfuit præliis, multis & victoriis clarus, Samuelem nuntium mortis suæ habuit unicum. At complures huiusmodi nuntios quotidie Deus ad nos destinat, qui mortem & iudicium indicant. *Vide fol. 117. & 118.* Verùm plurimi huiusmodi nuntios contemunt. Vultis, *Audite*, ut breviter dicam quomodo ac ætate vivatur, die quodam sub vesperam vir opulentus & magni nominis, &c. *Vide fol. 105. & 106.* Et quamvis sæpe moneamus, impellamur, &c. nullus consilium ferre sequitur illud salutare Jacobi, qui curis suis, amicis suis, Mundo, dicit: *dimite nos iustum est, ut aliquando provideam domui meæ.* Etiam jam uno pede tymbam Charontis subintraverint. *Vide fol. 130.* Admittite rogo, Audit. Nuntios hos, huic opulento non simus similes, sed lumbos præcingamus, lucernas ardentes in manibus teneamus, &c. *Vide fol. 131. & verbis Auditoris epigolisa.*

A L I A.

T H E M A.

Cælum, & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.

Concionis Argumentum.

Cum certissima sit futura aliquando extremi iudicii dies, iustum est ut nos ad eam præparemus.

Exordium.

Dicta sua hodiernâ die Christus more Regum, litteras suas subsignantium confirmat, & sigillat his verbis, *Amen dico*, &c. Omnibus ergo mortalibus, hæc rationis dies semel est subeunda: ita nos commonet Ecclesiastes. *Vide fol. 93.* & Christus alio S. Scripturæ loco, dicens: *quod autem vobis dico, omnibus dico Vigilate.* Quomodo verò hæc vigilia instituenda sit, ut dies illa nobis foret mitior, jam dicam.

Profecutio.

Omnibus ergo mortalibus aliquando continget, ut verba Christi affirmant, quod olim contigit vati Balaam, iter facienti, eadem nos aliquando angustia comprehendent. *Vide fol. 126.* Hinc optimè, & veraciter Eleazarus jam ad mortis supplicium, *manum omnipotentis*, inquit, *nece vivus nec defunctus effugiam.* *Vide fol. 95.* Quem proinde certum, & salutarem tremorem firmiter sibi etiam viri sanctissimi, impresserunt: ut de se Job restatur, & Hebræus David. *Vide fol. 109. & 110.* Quæ assidua iudicii meditatio iudicii diem valde mitigant, sed securiores erimus, si ad id quod certo certius aliquando advocabimur, taliter nos disponamus, idque tempestivè. Primò, Testamentum, nec aliud quidquam differamus. Secundo, quidquid moribundus, &c. Terriò, Ecclesiæ Sacramentis, &c. Quæ omnia lege *fol. 134. & 135.*

Epilogus.

Hæc ergo omnia sine ulla procrastinatione perage. Iudicii enim & rationis diem ut Christus hodie docet, cum nullus sit evasurus, moneo vos, & cum Paulo finio *adhortamini vosmetipsos per singulos dies donec hodie cognominatur.* Dum vita durat nam *jacitura vita maxima est dilatio.* *V. f. 126.* *Plura sparsim lege, hæc Dominicæ ut concioneris, in Æternitatis Prodrogno, in Tribunali Christi, in damnatorum Rego, & Iudicem rerum perlege verbo, Iudicium, Extrema dies, &c.*

DOMINICA II. ADVENTVS.

T H E M A.

Cum audisset Joannes in vinculis, &c.

Concionis Argumentum.

Hominem probum Deus in delictis non nitrit.

Exordium.

Diversæ ad cælum viæ sunt: omnium tutissima quæ minimum trita est; quamque omnes præne ingredi avertantur, acmpe regia viæ crucis.

Index Thematum moralium.

crucis, ita olim loquebantur Apostoli, *Per multas, inquit, tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.* Tanquam certò sic afferentes se futuros aliquando mercedis æternæ comprehensores. Eiusdem fuere opinionis, & mentis viri omnes Apostolici, inter quos sic effatur Ludovicus Blosius, &c. Joannes verò cum electus fuerit ex utero & sacrificatus, & testimonio Christi ipsis prophetis major, quid mirum, quòd hoc electionis signo gaudeat sitque in vinculis. Si enim omnibus hoc Dei amicis hoc signo insigniri proprium sit, multò magis decebat, ut tam eximius Dei amicus illo insigniretur. Dicemus hæc lufus.

Prosecutio.

Joannem conjectum in vincula nemo miretur, hæc enim certissima sunt. Primò, ut quis dum vitis indixerit bellum, pressuris non careat. Secundò, quòd Marcus Anachoreta, dum in vivis esset, observavit, Deum nemini solere quid magni conferre, nisi præviã calamitate. Quantum ad primum atinet, quantum huic uno, cum Herode fuerit bellum. *Vide fol. 275.* Donec tandem mulier impatiens veri, vitam ei eripuit. Ad eò contrariatur hi duo medici Christus, & Hippocrates, hic animam odifese, ille fovere docuit possuntque una cum Themistocle dicere cæcites, *perieramus nisi perissemus.* Quantum ad secundum. Numeri mihi ab orbis incunabiles omnes Dei amicos, & in omnibus hanc prædestinationis notam, invenies 273. *Vide plura alia huic proposito ampliando utilia. fol. 847. & 846.*

Epilogus.

Si aliquando ergo & te Deus vinculis ærumnarum, & afflictionum constingat: noli ad instar puerorum queri, & ad omnem pæne idum expavescere. Probare te vult Deus, non jugulare: & hoc dum ad impatientiam quis afflictus provocatur, sibi ingeminet quòd S. Athanasius ab Juliano Apostata in exilium abire justus Christianis lacrymantibus dicebat. *Vide fol. 273.*

A L I A.

T H E M A.

Mittens duos ex discipulis suis, &c.

Concionis Argumentum.

Vir justus semper idem, nec adversa viri fortis immutant animum.

Exordium.

EN quod Salomon humanæ sapientiæ pelagus, & magnam portentum, liberè pronuntia vit: *Non contrislabit justum quidquid acciderit ei.* Hodiernus Christi præcursor verificat, & practicat, dum etiam vinculis compeditus discipulorum suorum non desistit saluti invigilare, eos ad Christum mittens, ut eum aliquando agnoscerent, verum mundi Salvatorem, & Doctorem. Loquitur autem sapientissimus rex, &c. *Vide fol. 533.* Quapropter Hugo illud: *Quidquid ei, sic expendit, &c.* cujus explicationem Joannes hodiè, aliique plurimi viri pii verificant, ut discutivè latius probabimus.

Prosecutio.

Dum Joannem etiam in vinculis suos docentem, & Paulum contribulatum aliquando scribentem lego, *repletus sum consolatione, &c.* *Vide fol. 533.* Gratia divinæ vires demoritur. Sentit sine dubio vir justus ærumnas: sensum enim hominis nulla exiit virtus, sed eum ærumna non immutat. Ut enim flumina non mutant, saporem maris, &c. *Vide fol. 535.* In quam felicem justis conditionem inveniunt vates Isaias, quasi nuntios mittit ad omnes probæ mentis homines. *Dicite justo, Vide fol. 535.* Nunquid ut quondam servavit Hierosolymam ab insidiis Sennacherib, eamque fecit expugnabilem, ita & potest mentem hominis, etiam in summis adversis servare constantissimam & invictam? *Vide fol. 534.* Verum o mi Isaias, huic charissima uxor mortua est, &c. *Vide fol. 535.* Vis causam scire: *Lacob sub dio dormiens, &c.* At multi sunt in orbe qui hisce dictis nostris contradicent, negabuntque famem, vincula, infamiam, carcerem, hominem posse exhilarare: & loquuntur ut quidam onerosi amici Job, &c. *Vide fol. 534.* *Poterit & interserere ea quæ habentur. f. 827.* At verò prudens, &c.

Epilogus.

At nos Joannes non sumus, Audite sed ad instar fumi vento agitati, mens nostra ob minima etiam adversa, dissipatur. A quo malo si quem forsan juvero, & liberavero. Duobus remediis id fieri potest. Primum est, &c. *Vide fol. 135.*

A L I A.

T H E M A.

Cæci vident, claudi ambulant, &c.

Concionis Argumentum.

Acta virum probant, non vota, ac promissa.

Exordium.

MIta quædam vates Isaias, de Christo prædixit, at ea omnia quæ prædixit adimplevit liberaliter Christus, & Joanni per discipulos

requerenti. *Tues qui venturus es, &c.* Illis operibus respondit, ex quibus verè poterat persona Christi à discipulis Joannis dignosci, eam essent inaudita, & rara; nos proniores sumus, ut vota faciamus, quam ut opera præstemus, promissores sumus, at promissa non solvimus, in hoc Christo dissimiles.

Prosecutio.

Hodie se mundi redemptorem, promissumque esse Messiam, Christus operibus comprobat: *Cæci, inquit Joannis discipulis, vident, claudi ambulant.* Rectè, nam ut ex operibus dignoscitur vir, ita ex talibus operibus eminentioribus dignosci poterat Christus; at nostra si spectemus operas exque iis dijudicari debeat, verusne quis sit Christianus, pauci veri Christiani dijudicabuntur, si verò id fieri debeat ex votis, & promissis, piensissimi erunt plurimi. Vultis ergo scire, *Audite,* quales plurimi in orbe reperiantur? In pharmacopoliis picturam mendacem non unam, reperire est, &c. *Vide fol. 713.* Cum Deo, ut cum hominibus, sic agunt plurimi. *Vide fol. 714.* Ita ut si quis à Deo requireret quales habeat discipulos rectè eos pſtacos vocarit, voces emittentes pius, sed præterea nihil. *Vide fol. 641.* Vota, *Audite,* amat Deus, sed opera coronat. Promissisti, hoc te obligatum & exsequere, &c. *Vide fol. 713.*

Peroratio.

Itaque cum Dei non simus Oratores, sed negotiatiores, & agricolæ juxta illud, *negotiamini dum venio,* non solum promittamus, sed promissa adimpleamus. Ex operibus enim ut Christus hodie se volebat agnosci, Christianus post hanc vitam dijudicabitur. *Vide fol. 714.*

A L I A.

T H E M A.

Illis autem abeuntibus cepit Jesus dicere de Joanne.

Concionis Argumentum.

Suos nunquam deserit Deus, proinde illi omnia nostra committamus secure.

Exordium.

MItis equidem opitulatur galea in capite, lorica in pectore, anchora in æquore. Multi nihilominus galea operiti, perimuntur. *Vide fol. 563.* At qui in Domino confidunt Desumque habent protectorem, nunquam subverrentur, ut enim afflicti hodie Joannis præcursoris sui fuit laudator, ita omnium suorum semper fidus est protector, ut latius dicturi sumus. *Vide fol. 563.*

Prosecutio.

Pauci revera norunt quid circa suos agat Deus, quosdam enim etiam sibi amicos per tam varios ducit anfractus, per tam flexos aditus, ut magis absens quam præsens esse iis videatur, à supremis tamen angelorum Seraphinis insomnes Dei curæ descendunt ad minimos in terra vermiculos, quare rectè canit David: *Eccè non dormisabit, &c.* Quod & Plato affirmat. *Vide fol. 572.* Et quamvis conclusus erat carcere Joannes, aderat illi tamen Deus auxilio, résequo illius illi curæ erant, & ut quod continebat corde, profertur ore, sic hodie in laudes Joannis prorupit. *Mallunt alii sumet esse præcones quam Deum, hominibus magis se se suamque fortunam, committentes. At quam illi decipiantur. Vide fol. 575. & 563.*

Peroratio.

O, *Audite.* Deo fidamus nosque illi committamus, ille dñm favet verè favet, dumque juvat verè juvat, & afflictos non deserit: alii dum non laudant ita laudant ut lædant eodem prosus modo, ut Jacobo contigit, qui dum implorabat auxilium coram debilem acceperit. *Vide fol. 575.* Ille te solus laudet qui te solum novit.

Aliam si velis Concionem, & inquirere cur illis abeuntibus Christus Joannem laudare coepit, Vide fol. 597. & seqq.

A L I A.

T H E M A.

Quid existis in desertum videre Arundinem vento agitatum.

Concionis Argumentum.

Quam sit propositi sui tenax homo bonus, mandanus, oblivisus.

Exordium.

MItus ille modus confidendi est, quo nos vult confidere in Domino Propheta David, *Qui confidunt, inquit, in Domino sicut vites Sion, Cur quæso, sicut vites Sion?* rationem pulchram referat ex Chrysofotomo, qui hanc appositè tractat quæstionem, *vide fol. 464.* talem hodie docet Christus fuisse virum præcurforem suum Joannem Baptistam, qui certè paucos modò habet discipulos.

Prosecutio.

Arundinem nolebat dici Christus præcurforem suum, & rectè. Nam ut bonus scriba quovis calamo pulchros efformat caractères, sit vir constans, & prudens, æquè in adversis, quam in secundis rebus, virtutem suam explicabit, nec vi, nec laude, à recto retrahetur. *vide fol. 827. &*

Index Thematum moralium.

328. Verum plurimi modò in vivis degunt magis arundines quam homines, si enim arundinem ventus agitet, & hinc flexilis dicatur arundo; nonne proprius ii tales sunt qui solo hominum habitu se, suaque proposita, vota, mutant? narrat sacra pagina Leviteu apud focerum suum diversatum, vide fol. 390. sed forsitan, dicit aliquis hoc sibi non videti mirum, cum forsitan focer ejus pluribus rationibus coegerit, quibus etiam vir constans à proposito amoveri posset, esto concedamus. Non fuerit ille arundo, nunquid arundines saltem ii sunt qui unica vanà laudis voce, unico dicto focerorum, à proposito pio desistant? vide fol. 283. & 439.

Peroratio.

O vacillantes animi! Abrahamum imitami sacrificantem & muscas illas abigite malè sudantes, & attendite ad extremam patientis Domini vocem, consummatum est, vide fol. 390. & 391.

A L I A.

T H E M A.

Qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt.

Concionis argumentum.

Reprehenditur nimius vestium cultus.

Exordium.

E veste virum noveris, ait Ecclesiasticus vide fol. 421. & ut illa probrum, sic ista laudem Domino suo conciliat. Hinc & à veste Christus laudatur Joannem, laudis sumit & argumentum, at qualis illa erat, *Audit.* ex cameli pelle, non serica, non nimium pretiosa, hæc enim odit Deus. Hinc Esther vide fol. 421. sed occasione horum verborum, de hodierno vestium luxu, differemus.

Prosecutio.

Nunquid, quod sanè deplorandum est, proclamare licet, quod olim Poëta, de suo proclamavit ævo *Auferimus cultum* Nec in alio magis assentior, vide fol. 416. 417. 418. O curas hominum. Reliqua taceo, quæ ipsa per se oculis loquuntur, aurium vulnera, & 419. aliter nos vestiri debere natura docuit, aliter quondam vestiti sancti 427. & 428. & ni ab hoc immoderato, cultu desistamus, non desistet hanc patriam nostram flagellare Deus, vindex enim est hujus labis, non tardus Deus. vide fol. 430.

Peroratio.

S. Augustinum cur non audiamus docentem, & adhortantem ut non affectemus vestibus placere sed moribus? vide fol. 440.

Pro hoc themate illustrando, tot habes conciones, quot exstant in Trismegisto Christiano Autoris de cultu vestium capita, imò sectiones, at si quas selectiores velis, vide tria posteriora capita, & eorundem sectiones, dein lege & Epilog. libri ejusdem.

DOMINICA III. ADVENTVS.

T H E M A.

Miserunt Judæi ab Hierosolymis Sacerdotes, & Levitas, ut interrogarent eum, tu quis es?

Concionis Argumentum.

Virtus possessori suo laudem, vitium contemptum creat.

Exordium.

Virtus naturâ suâ aded præstant est, ut etiam malis, qualis Judæorum erat Synagoga, sit & fuerit venerationi. Testatur id hodierna illa magnifica legatio, à Pharisæis ad Joannem adornata. Panthera virtutum Joannes erat. Siquidem illa cætera animantia, propter odoris naturalis fragrantiam, ex antris suis ad se allicit. Ita Joannes hos è civitate legatos, virtutum & gratiæ odore, quo excelebat ad se evocavit. Sed ut virtus hominem reddit admirabilem; ita vitium contemptibilem, sed & c.

Prosecutio.

Hæc, *Audito.* virtutis vis est, ut in Joanne videtis: habetque testimonium excellentiæ, & dignitatis, ita manifestum, ut venerationi etiam sceleratis sit. hinc, cum singularis esset, & eminentior Joannis in plebe vita, & virtus; aut cum supra hominem aliquid esse, aut saltem è dignitate hominum numero arbitrarentur, ira docet hæc legatio facta, quæ expiscabantur admirabundi, *tu quis es.* Habet quid simile vitium virtuti, ut hominum linguas ad se rapiat, non ut hominem laudet, sed ut contemnat. Sunt homines, quibus familiare est semper in publico confessu, de sui corporis formâ, & robore loqui. vide fol. 705. Alii de ingenii sui aut aliorum donorum excellentiâ, 707. alii de victu & vestitu. 706. sicque multi hæc ætate famam se colligere sperant, & infamiam colligunt 709. rem exemplo firmo. In convitio assederat virgo & vide fol. 708. Ita & in oppido quod sextum & c. *ibidem.*

Peroratio.

Ergo si metuas irrideri, cave gloriari, si que velis ut Joannes laudari, ama virtutem, castitatem, humilitatem & c. gloriam enim veram nunquam quis acquisiverit, virtutem qui non sedulo amaverit.

A L I A.

T H E M A.

Tu quis es?

Concionis Argumentum.

Enarratur, & reprehenditur hujus ævi hominum superbia.

Exordium.

SI, *Audito.* ad vos omnes, etiam cujusvis generis homines, non nomine hominum, sed nomine creatoris & Domini vestri Dei eandem instituerem, quam Pharisæi ad Joannem hodie legationem, & interrogarem *tu quis es?* responderetisne veraciter? dubito, rari humiles Joannes hoc ævo sunt. Interrogationes qualdam fecero, sed ipse mihi respondero ne ullum forsitan reddidero mendacem. Nemo saltem dum verum dico, aut me, aut ipsum verum odedit.

Prosecutio.

Quandoque homines ut sciant quales sint, os vulgi, sparsamque de se famam consulunt, nunquid manifestè velle decipi hoc est? Nulla cerè prior est ad deceptionem via, quam per vulgi vestigia vide fol. 708. imò nec ille ad veram pertingit gloriam, qui omnibus placet. Alii seipfos consulunt, & lambunt ut feles. Et illi decipiuntur à seipso, si tibi enim bonus es, ergo malus es 708. Vis scire quis, scis qui te nobilem ita jactas? cornicula es & parentum, & aliorum proavotum plumis volas. 704. Vis scire quis scis qui te pulchrum jactas? Forsitan virum dixero, si te impudicum dixerim, audi quid veteres hac in re fenserint. fol. 705. Vis scire quis sis qui te doctum & ingeniosum jactas? Similis es arabeæ Palladii in visæ 707. Tu qui te jactas lautè cenare, vis scire forsitan quis sis? Forsitan similis eris, si quod comedas inspicitur, virgini cuidam fatis superbiæ quæ jactabat indices se cenare 708. Plures similes ut facias interrogaciones foliis 703. 704. 705. 706. & reperies.

Peroratio.

Quid igitur è vanissimum mortalium nos effecerim & jactamus supra id quod sumus? Quid & vide fol. 708. sed si veritatem forsitan alicui vestrum dixerim, quod ante rogavi, rogo, veritatem ne odedit, sed fe emendet.

A L I A.

T H E M A.

Elias es tu?

Concionis Argumentum.

E veste vir.

Exordium.

AD hæc verba aliquando, *Aud.* horum legatorum obstupui; miratus cur Joannem præcursorem magis arbitrentur Eliam fuisse, quam alium. Diverse crediderim afferri possent rationes, cum Elias par fuerit officio. Sed dici non posset Joannis, & Eliæ vestem, hæc & illis indidisse opinionem? brevem accipite arctæ aure hæc de re discussum.

Prosecutio.

E veste virum noveris, ita Ecclesiasticus fol. 421. Quid Eliam cognitum reddidit regi Ochoziæ? nonne vestis? 433. Cum verò Eliæ, similem Joannes Baptista gesserit amictum, quid mirum eos petisse num Elias esset? hoc enim è veste vir, & ipsi Rabbini Judaicis approbatur. Sed *Audito.* non à vobis hodie petiero, dum vos ita compros video, an Elias scis? vide fol. 433. & 434.

Peroratio.

Imitemur ergo potius viros illos sanctissimos Joannem, & Eliam, quandoque horum assumamus penitentiæ symbolum, ut si nostra persona propria, ingrata aliquando ob superbiam fuerit Deo, in assumptiâ personâ Joannis & Eliæ fiat grata.

A L I A.

T H E M A.

Ego vox clamantis in deserto.

Concionis Argumentum.

Arguitur Garrulitas.

Exordium.

Humile responsum. Sed ut ille divinus præcursor, & præco, vox Dei erat, & Christi, substantiale clamans: Ita multi sunt qui hoc de se veracius dicent si ab iis requiratur Tu quis es? rectè respondebunt; *Ego sum vox*, præterea nihil, non Dominus sed diaboli. Tales sunt illi garruli, nugigeruli & c. vide hæc de re conciones integras à fol. 651. usque 652. & 695. usque 696. & c.

DO-

Index Thematum moralium.

DOMINICA IV. ADVENTVS.

THEMA.

Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus.

Concionis Argumentum.

Quomodo, & quibus lignonibus, via Domini sint præparandæ præsertim circa natalem Christi.

Exordium.

Imperatore, aut Rege, ad urbem aliquam adveniente, curatores viarum villicos, & rufficos convocant, ut confectas vias, & exætas rotis currum, reparent, & æquent. Talis viarum Domini curator est hodie Joannes Baptista, aperta, & altâ voce promulgans, vias Domini esse parandas, *Parate* inquit &c. Dicturi igitur sumus quomodo & expurgandæ sunt.

Profecutio.

Breviter docens quænam sint viæ Domini, quàmque Christus peturus civitatem, scilicet non jam, ut olim, stabulum Bethlemiticum, sed cor humanum, ad quod pervenit per sensus omnes exteriores, tanquam per vias, & semitas; quare & horum sensuum custodiam singulariter commendat S. Gregorius *vide fol. 354. & fol. 356.* optarem nos, omnes sensus nostros, eodem posse veraciter honorare testimonio, ut quondam quidam rectissimæ conscientia homo, suos honorabat. *vide fol. 356.* at cum pauci tales sint, & maxima ex parte similes simus arbori crescenti *vide fol. 377.* & ubicunque tranfit vitium, etiam remaneant vestigia turpitudinis, nam hæc certissima sunt ubi libido, ibi turpitudine. Ubi pudicitia, ibi corporis mundities, & mentis pulchritudo. Deformis &c. *vide fol. 369.* Ligonibus ergo, & scopis, aliisve purgativis instrumentis, quisque mortali indiget. Qualia sunt examen diligens conscientia, Sacramentalis dolor, & Confessio, lacrymæ, à quibus si quis longo tempore ablineat cor illius non Dei domus, sed silva erit & domicilium bestiarum. Unde quisque sibi dictum jam putet circa natalem Christi Constituit te hodie &c. *vide fol. 376.*

Peroratio.

Imitatores igitur hæc diebus estote Davidis, *vide fol. 376.* & ut falsâ aquâ germina inutilia exsiccantur, ne amplius succrescant, sic & falsâ lachrymarum aquâ, hortare *Audito.* ut utantur, ut Deum sic mundatis viis hospitem recipiant. *fol. 377.*

A L I A.

THEMA VI PRÆCEDENS.

Concionis Argumentum.

Quomodo his lignonibus & expurgativis instrumentis uti oporteat.

Exordium.

VT quidam operum adhuc ignari magis sese fatigant, quia instrumentorum, ad opus necessarium ignorant usum; ante omnia iis uti edocentur: Ita cum plurimi sint, qui se forsân mirum in modum fatigabunt, dum jam excolenda, & examinanda erit conscientia; rectè etiam fecero, si circa natalem Domini, breviter, brevem examinandi conscientiam methodum, suggererem.

Profecutio.

Ne quis forsân ad tædium sese, in examinandâ conscientia, fatiget, nève post omnem fatigationem, intentum suum non consequatur: sciat sese hoc ligone spiritali examinis uti debere, non perfunctorie, sed accuratè, dolenter, constanter, accommodatè, *vide à fol. 378. usque 380.* cujus examinis exemplar tradidit David, *Meditatus*, inquit, *sum nocte cum corde meo, & exercitabar &c. vide fol. 378.*

Peroratio.

Davidem ergo imitamini: animitusque vos omnes rogo ut unicuique vestram non satis sit hæc scire, sed & praticare, ut adveniens mundi redemptor cor nostrum præsepis loco occupet & ditet.

A L I A.

THEMA.

Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus.

Concionis Argumentum.

Dum corpus castigatur, via cordis Domino præparatur.

Exordium.

Nostis, *Audito.* hominem ebrium, rectos non posse figere gressus, pedes si cogatur incidere, neque si eques forer frena moderari equi. Nulla pene ratione uti, omnesque animi potentias quasi ligatas habentem ad quodvis opus serium ineptum. Est insitans, *Audito.* Natalis Domini.

si que unquam pietatis officijs, Christianus exerceri debeat, debet modo; at quomodo ea exercuerit, ni corpus ebrium voluptatibus castiget, ut spiritui obediat: Clarius breviter statim.

Profecutio.

Ut ab homine ebrio, nihil honesti, nihil serij, exigere possit, ni prius crapulam suam, vel edormierit, vel evomuerit. Ita ad sacram Synaxim nullus accedat nisi voluptatis vinum, omne quod hausit, evomuerit prius. Forsitan dum vos illi rei accingeris, & talem vomitum per Sacramentum pœnitentiæ procreare volueritis, horrebitis, tanquam ignorantes, unde rot serpentes, tot, inquam, peccata in vobis. Vultis scire peccatorum originem & causam *vide fol. 2.* Si cujus igitur conscientia, tale serpentinum sit antrum, prius eos expellat, & evomat, pœnitentiæ adeundo Sacramentum. Est enim hoc Sacramentum, magnarum vitium, restituitque hominem pristino statui. *vide à fol. 348. usque 350.* Et ut in super, ebrium quandoque dormientem, evigilare facit, aut aeris intemperies, puta frigus, pluvia, vel alia corporis incommoda, ut sunt verbera, convulsiones, superfusus aqua, &c. Ecclesia rectè indicit juniorum quatuor tempora, ut Jabel caro nostra obdormiscens tandem excitetur, *vide fol. 348.* & cui ardentior est pœnitentiæ affectus, ut Deo reconcilietur, dorso imponat cilicium aut flagrum: sitim, & famem, aqua & panis sedet. O si quis ita Domino præpararet viam, *vide à fol. 342. usque 354.*

Peroratio.

Voci igitur salutare hoc monitum proclamanti, *Audito.* obtemperate. Hoc offerte Domino nato votum: moriar, peream impostum potius, quàm peccem. Occidat potius, dum aliquando tandem detur æternitatem gaudere. Hoc & rogat Apostolus, *vide fol. 343.*

Vberiore si voles Lector hujus Thematibus illustrandi materiam lege Trifonegsum De cultu conscientia, singula enim sectiones & capita subjicient uberrimam.

NATIVITAS DOMINI IESV.

THEMA.

Et in terrâ pax hominibus bonæ voluntatis.

Concionis Argumentum.

Bonæ voluntatis commendatio.

Exordium.

Quæ autem hæc bona sit voluntas, cantico Angelico in tantum laudata: & quomodo eam Ioseph castissimus Virginis sponfus, quomodo ve illam castissima Virgo Maria, Domini Mater, exercuerit, docet Auctor, *fol. 467. & 468.* quod certè huc propriè spectat. Nam hæc doctrina coram Sereniss. Electore Maximiliano Bavariæ Duce, hoc ipso die publicè ab Authore tradita est, post sacri Adventus dies in tradenda *Intentione rectâ* exactos feliciter. Cujus concionis mutare formam, imò verbum addere nefas duco. *vide fol. 467.*

A L I A.

THEMA.

Videamus hoc verbum quod factum est, quod Dominus ostendit nobis.

Concionis Argumentum.

Per quam viam deveniatur ad cognitionem hujus verbi.

Exordium.

Sese mutuo lantes exhortantur Pastores, ut Verbum natum hodie vident, qualève illud sit inquirent. Nunquid luber, *Audito.* et si non detur facultas modò corpore, eò proficiscendi saltem animo congedit saepe affectuosè exclamamus: O si scirem quid Deo placeret, quam libenter illud exsequerem! sollicita est divinæ voluntatis inquisitio; ita Bernardus *vide fol. 582.* Properemus ergo ad Infantis hujus præsepe, Doctores ab hac cathedra recessuri.

Profecutio.

Pauli admiratur Ecclesia conversionem, utpote sanè mirabilem. Principio Indæus erat & *vide fol. 443.* at quæ totius, etiamque mirabilis conversionis tandem fuit eoronis? ad Ananiam mittitur, *ibi tibi dicitur*, inquit Christus, *Quid te oportet facere*, spero jam fuisse, *Audito.* vos omnes vetè pœnitentes ac proinde convertos. Quid jam tandem agendum? Ad Bethleem eundem, *ibi dicitur vobis*, quid vos oportet facere, ac primum Infans natus è cunis prædicat Humilitatem, damnat vestium pompam. *Invenietis Infantem. vide fol. 427.* & eandem nobis commendavit lectionem moriens. Docebunt deinde Ioseph, & Maria virtutem castitatis. Casti enim hi fuerè conjuges. 787. Docebuat Angeli injuriarum omnium remissionem, pacem publicantes, *vide fol. 467.* Pastores in opere bono perficendo nullam procrastinationem, sed diligentiam adhibuerit *venenunt* quippe *festinantes* 833, Doctores insignes nunquid hoc habuit stabulum?

Peroratio.

Sed nos, *Audito.* si Doctorem horum, jam audiverimus lectionem. Euntes jam ad propria, auditam doctrinam ruminemus. Cum enim jam
sciamus

Index Thematum moralium.

sciamus quale hoc verbum sit, docens nempe nos omnes humilitatem, &c. Virtuti illi adhæreamus. Optimè enim per hoc stabulum devenitur ad cognitionem divinæ voluntatis, quam semper optamus scire.

Si plures velis quis proponere Auditoribus virtutes imitandas lege f. 467. 468.

Si verò plures velis in eadem hac celeberrimâ Nativitate Christi conciones Tomum 2. confulas, & tam formatas quàm materiam formandarum habebis locupletissimam.

SANCTVS STEPHANVS.

THEMA.

Et Noluit.

Concionis Argumentum.

Voluntatis contumacia exitiosa.

Exordium.

SI cui domus aut urbis claves committantur, potestas etiam unâ committitur domus *Vide fol. 543.* Diu ambiit has claves Christus ut à Pharisæis & omni Judæicâ natione, quam tamen beneficiis cumulabat innumeris, nunquam obtinuit, ar spero vos jam, Audit. has claves voluntatis vestræ Infanti hesternâ die nato in gratiarum actionem obtulisse, ut Stephanus hodiernâ die exclamans seipsum Christo; sin minus plurima rursum nobis obveniant mala.

Profecutio.

Quam infans hic recenter natus hoc unico dono voluntatis nostræ delectetur, docerhodierna querela & exprobratio facta Hierosolymorum urbi. *V. f. 551.* Et quid ni huiusmodi quæ subjungit superventura mala aliquando supervenirent. Quid enim boni aut felicitatis illi superest homini qui Dei refragatur voluntati? paradigma rei hujus Jonas est. *Vide f. 150. & 151.* Jonam, Audit. non imitemur ne infansem illum ad lacrymas usque & querelâs provocemus. Pueruli lamentantes ubere matris aliôve parvi momenti dono pacificantur: At hic infans quamvis ubere castissimo Matris, donis Pastoralibus & Magorum aliquando pacificatus fuit jam nullo alio dono pacificari potest quàm propriæ voluntatis. Gratum quidem jejunium, grata &c. *Vide fol. 551.* sunt qui & se & alios divinam legem doceant, &c. *Vide fol. 553. & 554.*

Peroratio.

Igitur Hierosolymitanos detestemur & Stephani simus imitatores, Deo nos planè conficremus, nam magnus est animus qui se Deo tradit: pusillus verò qui oblectatur. *Vide fol. 554.*

A L I A.

THEMA.

Lapidabant Stephanum.

Concionis Argumentum.

Solus Deus boni operis potest esse condigna merces.

Exordium.

Gemmarum olim accessit homo pretiosæ illius mercis imperitissimum. *Vide fol. 468.* Sub hac specie Stephani protomartyris & Christi divinissimi infans imagine, omnem actionem bonam etiam vilissimam rectâ intentione suscipere tantum esse pretii, ut id solus Deus infinite dives possit perolvere.

Profecutio.

Satis cognita fuit D. Stephanus, Audit. illa, quæ postea scripto tradita est ab illo Theologiæ sole Thomâ Aquinate, non solum speculativè, sed & practicè. Inter preces olim è terrâ elatus, &c. *Vide fol. 469.* Et quamvis ea videantur maxima fuisse munera quæ Affuerus Esther, Herodes saltatriculæ suæ polliciti fuere, tamen actionis bonæ non possunt ea esse condigna merces. *Vide fol. 470.* Hinc Stephani animus & constantia, quæ pretiosa gemma erat, à nullo potuit convinci quàm ab hoc ipso infante recenter nato. *Vide fol. 469. & 470.*

Peroratio.

Si ergo pretium cuiusvis bonæ actionis solus Christus est; solus Deus; sola æterna merces; Christo liberalitate tantâ emere volenti opera nostra bona quàm promptissimè vendamus. *Vide fol. 470.*

A L I A.

THEMA.

Viduo cælos apertos, & Jesum stantem à dextris virtutis Dei.

Concionis Argumentum.

Remissio injuriarum cæli clavis.

Exordium.

Christophorus gente Italus subopte ingenio id invenit ut novum orbem retereget. *Vide fol. 200.* talis est inventio novi orbis, quem invenit nemo, omnes inveniunt inventum. Interim non unus Christophorus, sed plures fuere, qui admirabiles adinvenierunt inventiones

obtinendi cælum, inter quos quasi facillimam adinvenit methodum S. Stephanus. Non omnes eam Tyrannorum imperus quis se ferre posse rectè dixerit: non tamen rectè dixerit se non posse tale, quale Stephanus, ut cælum sibi adaperiret, perolvere pretium, aut adinvenire clavem, ut clarè ostendam.

Profecutio.

Qui divorum res gestas evolverit, quales Deus bone! quàmque admirandas reperit inventiones concendendi cælum! Quid tu non excogitarunt *Vide fol. 201.* Sed nulla cæli feram citius adaperit clavis quàm si quis inimico suo illatas remittit ex corde injurias, infans noster recenter natus hac de re dum idem moriens practicavit luculentum dedit testimonium. *Vide fol. 278. & 279.* Ac proinde si illa sit clavis cæli, quid miraris Stephanum cælos vidisse hodie apertos, si tamen mireris & quærere voles: Domine, Quid agis, &c. *Vide fol. 279.* Habuit & olim plures in hac arte exercitatos orbis. Fuit inter eos David, Joseph, Paulus. *Vide fol. 279.* Utinam jam orbis hac in arte aurèa exercitaretur! at ab hac discendâ plurimi sese excusant. Dicunt quidam, Ego non difficilis forem in ignoscendo. &c. Obsecro Christiani non arguemur. Munus publicum gerebat Stephanus, &c. *Vide fol. 281. & sequentia, &c.*

Peroratio.

Si ergo cælos moriens videre, mi Christiane, apertos voles, clavem hanc tibi dum vivis cude; sin minus, ito velatis oculis ad inferos. Non potest enim amare Deum, qui non cessat odisse inimicum. *Vide fol. 282.*

Plures si hoc in festo requiras conciones; vide eas quas formavimus in festis Martyrum.

SANCTVS IOANNES.

THEMA.

Vidit Discipulum illum quem diligebat Jesus.

Concionis Argumentum.

Omni ævo Deus habuit sibi amicos & familiares, sed admissionis diversæ.

Exordium.

Regis jam uncti recenter officium est ut regiam condecoreret, & stiper coronâ Alicorum, intèrque eos eligat quosdam sibi familiares. Rex noster pacificus novitamenti Salomon, omni ævo habuit inter homines quos sibi delegit amicos, quibus intimè uteretur. *Vide fol. 540.* Inter quos aliqui velut primæ admissionis sunt, & inter quos Joannes recenteretur. Sic enim, inquit Evangel. Vidit &c. *Vide fol. 540.*

Profecutio.

Quod Tiberius solebat, & solebat dum in vivis esset Christus: Amicos habebat per tribus distinctos. *V. f. 395.* At inter Amicos terræ classis, dum conviverent Christus & Joannes, rectè Joannem retereris. Si enim ille in albo amicorum dicatur primus, cui particularia favoris signa adhibentur, in dictis nostris persisteremus. Si ulli revelationes secretissimarum rerum factæ, quæ non illi revelata sunt in exilio: in quo amico Dei constituto Deus fuit non solum illius spectator, sed adiutor. Nec mirum eum quamvis à Christo dilectum tam longo tempore fuisse afflictum, quia ut Logorum Prædicamentis, &c. *Vide fol. 902.* Vel certè potius ut illi observant, amicum suum voluit exulem & manu tyrannicæ premi ut eum sicut rosam juxta allium plantatam redderet celebriorem. *V. f. 274.* Fuit & amoris singularis signum quod in cenâ Domini supra pectus ejus recubuit. *Vide verbo Castitas in Indice Rerum.* Quomodo scilicet ille Deo sint maxime dilecti, & inde contèxere perorationem.

A L I A.

THEMA.

Hic est Discipulus qui testimonium perhibet de his.

Concionis Argumentum.

Bona actio semper impugnetur.

Pro contèxendâ hac concione lege quæ habentur *fol. 470.* Quomodo scilicet Joannes parturientem feminam, & insidiantem illi draconem, viderit: quàmque recta hominis intentio impugnetur. *470.* Quod huc proprie spectat.

A L I A.

THEMA.

Quid ad te? tu me sequere.

Concionis Argumentum.

Quisnam veraciter Deum sequatur.

Exordium.

Ille verè Deum sequitur, qui in rebus omnibus, suâ semper voluntate, divinam comitatur; nec unquam aliud vult, aut non vult, quàm quod Deum velle, aut nolle cognoscit. *Vide fol. 582. & 583.*

Plures si velis & in hoc festo conciones magis proprias, Tom. 2. vide.

S. INNQ.

Index Thematum moralium.

SS. INNOCENTIVM MARTYRV.

T H E M A.

Occidit omnes pueros qui erant in Bethleem.

Concionis Argumentum.

Aut cute aut ope emendum cœlum.

Exordium.

M Ira hæc videtur Dei dispositio & permisso, qui sui causâ etiam infantes, infantes finit occidi. Ita est, *Audit*, generalis illa regula à Paulo prolata: excipiemus & congregabimus. & quod amplius est, nullam patitur exceptionem. Vestigium enim hoc & ipse Dei filius pendere debuit Deo Patri, quoniam & *vide fol. 217.* sed mirum est quod & hoc hodie tributum ab infantibus exigat.

Profecutio.

Quæstio quorundam & votum est, cur Deus cœlum suum gratis non det? Ad quod triplex do respõsum, 1. Cœlum Deus planè gratis dat, &c. 2. Omnia promerita nostra vim suam omnem à Dei gratia habent. Tertium &c. *vide fol. 217.* Nec tamen desinet esse gratuitum cum fuerit à te apprehensum. Si quæstioni nunc quæstionem addas, & requiras quâ manu apprehendes, respondeo. Milites olim soli dicari & 217. Ita est aut ære aut cute emendum cœlum. Dupliciter enim subitur martyrium, primò in gre, hoc est, si aliquo genere calamitatis exerceamur, etiam si enim nos flamma ac ferrum non tangat, dummodo ea patimur patienter; Martyres sumus. Quomodo rex David, inquit, transivimus per ignem, & *vide fol. 201.* taliter hi parvuli emere non poterant cœlum cum suæ rationis nondum essent arbitri. Infans ergo Christus noster volens Deo Patri suo sacrificium offerre, permisit lavire gladium Herodis in Infantes, qui forsitan nunquam cœlum consecuti fuissent: ita Deus non solum bonis, sed etiam malis ad bonum nostrum utitur. Unde David serumarum ita fuit tolerans *vide fol. 270.* O gratum Deo, & cœlestibus spiritibus sacrificium nullâ labe aspersum. In cœlo si omnia munda esse debeant, debeantque esse meri Castores &c. 203. tales hæc fuisse animulæ.

Peroratio.

Nos igitur, *Audit*, si non ferrum adsit tyranni, cum lex illa sit generalis, non coronabitur, nisi qui legitime certaverit, adversa ad minus, si quæ obveniant, toleremus patienter, nam gratis omnino non est cœlum venale.

A L I A.

T H E M A I D E M.

Concionis Argumentum.

Quare hanc tyrannidem permiserit Deus.

Exordium.

Forsitan quis nostrum, personam volens sustinere lamentantium Marrum, quarum proles enecabantur gladio Herodiano, dicat intra se hodie. Cur tot Innocentes occidi permiserit Deus? miserimè in permissionibus illis divinis hallucinamur. Permissio humana &c. *vide fol. 212.* Dicitur igitur, ut quæstio respondeamus, sumus causam hujus permissionis, sed prius aliqua annotabimus.

Profecutio.

Tria in omni permissione sunt consideranda, Primum est &c. 213, Secundum causa est, Tertium &c. *vide fol. 213.* in utraque columnâ &c.

Peroratio.

Sicut ergo infantibus hoc genus mortis non obvenisset, nisi in majus illis cessisset bonum, ita Deus nunquam permittitur est, ut alterius mali voluntas, quidquam in, aut circa te, mali moliat, nisi in tuum bonum, si interim tu tibi non obsis. 214.

Plures formatas in hoc festo invenies in conciones in secundo tomo.

CIRCVMCISIO DOMINI IESV.

T H E M A.

Postquam consummati sunt dies octo ut circumcideretur Puer.

Concionis Argumentum.

Circumcisio carnis Christi non necessaria necessariam docet circumcisionem animæ.

Exordium.

At tendenda est hodiernâ die non evangelica solum, sed & epistolæ recitata in sacro Missæ Sacrificio, doctrina: circumcisionem utraque docet, sed illa, eam quæ in carne Christi secundum legem Moyfi, facta est; alia faciendam, non tam in carne quam in mente. *Apparuit*, inquit, Apostolus. *benignitas* &c. Certè magna tunc apparuit benignitas, quando Deus infantulus, octo dierum factus, circumciditur. Sed hæc be-

gnitas nequaquam est otiosa, subjungit enim Apostolus. *Erudiens nos, & ad quid Audit. ut abnegantes*, responderet, *impietatem* &c. Hoc faciendum est hodie xenium hoc Deo Infanti gratissimum erit, sed quomodo? Dixerò illud brevibus.

Profecutio.

Certa est hæc circumcisionis ratio, idèoque JESVS adhuc infantulus circumcidi voluit, ut nostrâ mente cultro rationis circumcisâ abnegentis omnem impietatem: at justè quaritis, quomodo hæc mentis subeunda sit, & faciendâ circumcisio? Nam ubi affectus nostri sunt in circumcisâ, ibi, aut cœca, aut mortua est ratio, idèoque Sanctissimus David, *vide fol. 285.* In initia affectuum immoderatorum conjiciendos docet Seneca oculis &c. ergo certè ut circumcisio carnis non fiat facta in Christi infantuli corpore sine dolore, ita nec fieri potest circumcisio mentis sine pugnâ. Cur enim Deus inter bellicos tubæ clangores Moyfi &c. 285. & 286. per totum.

Peroratio.

Ergo ut pace illâ fruamur, quam jam ab octiduo Angeli promulgant, quàmque describit S. August. *vide fol. 285.* Paulum imitemur: cytharam affectuum nostrorum examinemus, fides nimis laxas contrahamus, & severius intendamus: sicque hoc anno, si diaboli aliquando fuitis, eritis cum Paulo Christi discipuli, ita, inquit, *Qui Christi sumus* &c. & sic vos emendatos, & circumcisos, Christo dare in xenium &c.

A L I A.

T H E M A.

Hæc loquere & exhortare in Christo JESV Domino nostro.

Concionis Argumentum.

Optimè auspiciabitur annum, qui suam hodie Deo, consecrat voluntatem.

Exordium.

Hæc ultima verba, recitata sunt hodie, in coronide lectæ epistolæ, quibus Apostolus quasi breviter insinuat, quid hodie Concionatores Auditoribus suis proponant. Remonstret, & exhortatus fuerat, ut abnegationem impietatum, & sæcularium desideriorum omnes suaderent. at cum hæc abnegatio fieri non possit, nisi per voluntatem; & voluntas nostra prona cum sit in malum, nisi circumcidatur hujusmodi abnegationem nunquam sit practica; docebo voluntatem nostram circumcidi brevem methodum, & talis circumcisionis emolumenta quinquæ,

Profecutio.

Voluntatem suam quandoque spiritui rebellem si quis circumcidere velit, ejus modicamen divinæ voluntati committat, sicque statim sibi concilia veritè panopliam virtutum omnium, pluribus id exemplis confirmari potest *vide fol. 285.* Quæstio quondam inter duos nascebarur super dicto Gersonis *vide fol. 284.* sed pulchre hæc circumcisionis voluntatis propriæ &c. suadet D. Prosper. *Nec aliquid in nobis*, inquit, 283. Nec gratis certè, est hæc aliquando foret circumcisio dolorosa, sustinetur: commoda enim &c. *vide fol. 285. & 286.*

Peroratio.

Itaque cum tanta hujus resignationis propriæ voluntatis & circumcisionis sint emolumenta, huic studio acriter incumbamus. Impedimenta quædam forsitan occurrent *vide fol. 286. & 287.* sed & sunt futura adjuncta, bene volentibus operari Deus nunquam deest. Hinc David tanta fiducia, inquit, *Ego autem in te speravi Domine. vide fol. 287.*

A L I A.

T H E M A.

Sit nomen Domini benedictum.

Concionis Argumentum.

In Xenium dantur Auditoribus duo brachia fortissima Deum ligantia, ne nos hoc anno obruat ira Dei.

Benedicendus Deus tam inter læta & prospera, quàm inter adversa & tristia, planè prout ille mendicorum Optimus fecit, cujus duo robustissima brachia ipsum Deum ligantia in Xenium Auditores assigno. *Poteris hanc concionem Lector contexere ex iis qua habentur fol. 520. & 521.*

Quia verd Xenia hodierno quo hac die Concionatores auditoribus offerre solent, nobis etiam ut hac in parte deesset vester Dræselius: at non eris ludicrus sed moralis & pius. Qua verd in xenia sine Indice Extraordinariarum sive particularium concionum require Tomo secundo.

EPI.

Index Thematum moralium.

EPIPHANIA DOMINI IESV.

T H E M A.

Veninus adorare eum,

Concionis Argumentum.

*Eadem Verba, sed non eadem mens Magorum
& Herodis.*

Exordium.

AD Christi pueri præsepe atque stramineas cunas tres ab Ortu magni Principes venerunt: Itinere toto tam apud Herodem hospitem, quam alibi, nihil aquè frequenter audiebantur respondere, quam illud devotum ac pium, & *veninus adorare eum*: Idem erat pronuntiatum Herodis. Sed eadem verba ab ambobus proferebantur, non tamen eadem erat mens amborum. Quod statim lætius &c. *Vide fol. 462.*

Profecutio.

Philosophorum scitum est: Ultimum in actione, primum est in intentione &c. *Recita consequenter prout hoc Magorum Iter & Herodis vassitiam describit Auctor 462. & 463. Et verbis Auctoris Epilogisa.*

A L I A.

T H E M A.

Ut & ego veniens adorem eum.

Concionis Argumentum.

Multorum alba lingua, sed atra mens.

Exordium.

Hominem Aristoteles fortunæ ludum rectè appellavit; rectius tamen dixisset Divinæ providentiæ. Nam quam ille fortunam, nos Divinam providentiam vocamus, quæ nunc hominem exaltat ad summa, nunc ad infima dejicit. Quam rei sortem Infantulus noster Christus experitur, & quod mirum est, eodem pene tempore adoratur à Magis, & ab Herode ad necem quaeritur. Nunquam fortunæ chelys tam rectè tensa ut non vumpatur: aliquando aliqua fidium. Quod & hodie ipse Christus experitur ab Herode. Sed ò Christiani nōne & modò aliquando id ipsum contingit Christo? Nōne aliquando excipitur Christus, aliis verbis & alia mente? Utinam omnes Magorum essemus imitatores! sed attendite ad ea quæ dicturus sum.

Profecutio.

Mentis ac linguæ perennis ac rara est concordia; ubique fucus, ubique mimus: sincera fides vix unquam. Laban abeuntem Jacobum generum hac voce compellabat: & Joab Amasam salutabat, &c. *Vide fol. 654.* Sed quid pluribus affirmare conor exemplis? homines sæpe aliud pectore clausum; aliud ore promptum gerere hodierna Evangelica docet historia. Fucatorum talium luculentam declarat fuisse ideam Herodem. *lege fol. 462. Vi & ego veniens, inquit, adorem eum.* Sed dolendum est cum tor habere hac ætate affectas. *Vide fol. 655.*

Peroratio.

Nos potius hos viros sanctissimos imitemur, mente sincerâ agamus quidquid agimus, Deum si cum Magis invenire velimus. Sin aliter, ut Herodes decipiemur, juxta illud Job: Non veniet in conspectu ejus omnis hypocrisis. 655.

A L I A.

T H E M A.

Intrantes domum invenerunt puerum cum Mariâ matre ejus.

Concionis Argumentum.

Perseverantia comprehendit.

Exordium.

Petrum Aldobrandinum è purpuratorum Romæ Senatu ferunt solitum dicere: Perseverantia est virtutum bæculus, quo nisi nitantur omnes, corruunt. Perpetuandum scilicet, nec facillè interruptendum cœptum bonum opus docet. Hoc hodie præstiterit Magis: certè alioquin nunquam reperitur Dominum, si vel ob Herodis minas, aut turbationem populi Hierosolymitani, à cœpto itinere destitissent. *Vide fol. 390.*

Profecutio.

Sunt qui genii humani inconstantiam considerantes, ipsum assimilant pueri stulæ. Hæc etsi jam ad supremum os fontis ascenderit, &c. 390. Ita voluntas nostra. Quare, inquit, Deo familiares viri, Isaac, Moyses, &c. se uni constantiæ parabant. Et optimè. Nam ut geminæ illæ boves ad arcam Domini, &c. sic nobis in bene cæpto itinere pergendum est. Tales erant boves, tres hi dynastæ hodierni, quos nec Herodis surbario, Rabbinoꝝ consultatio, trepidatio urbis, à cœptis potuit revocare. Promptum enim fuisset. *Vide fol. 463.* At illi continuo nullum aliud dedere

responsum, quam *Venimus adorare eum*. Sicque tandem perseverantia eorum coronata est. *Et intrantes domum invenerunt puerum, &c.* At ubi nostra perseverantia & constantia, *Audito*. Abraham sacrificio intentum subito agmine volucres, &c. At ille rursus summâ constantiâ abigere. Nos sæpe invadunt, &c. sed fatigamur abigendo, statim Bilanx est animus noster, minima quavis festucula deprimumur, & movemur. *Vide fol. 390. & 391.*

Peroratio.

Itaque in omni bene beatæque agendæ vitæ instituto, horum Magorum exemplo constare, nos nobis ipsis decet. *Vide fol. 391.*

A L I A.

T H E M A.

Responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem. &c.

Concionis Argumentum.

Non est consilium contra Dominum.

Exordium.

Magnificum Dei promissum, *Qui tetigerit vos, &c.* Quod verò præstitit Davidi Divina illa providentia, præstitit & hodiernis suis adoratoribus Magis. 570.

Profecutio.

Mirabilis est Dei providentia, præsertim in amicis quos per singula vitæ momenta ita ducit regitque, ut illis omnia in bonum cedant, etiam si hoc illi ignorent. Sanguinem & vitam Davidis, &c. 570. sic etiam non permisit ut hi Dynastæ ab Herode Rege deciperentur, aut interficerentur. Unde in somnis commoniti, *per aliam viam reversi sunt in regionem suam*, 570. 571.

Peroratio.

Ita Deus cum non possit velle nisi quod nobis bonum est, etiam quovis dubios rerum eventus, bonis successibus terminat. 571. & 572. *Explicatio trium numerum mystica. Immeris eorum descriptio. Adoratio humilis. Stella mirabilis viso, lege Tom. II.*

DOMINICA INFRA OCTAVAM EPIPHANIÆ.

T H E M A.

Remansit puer Jesus in Hierusalem.

Concionis Argumentum.

Perdit gratiam, qui admittit peccatum.

Exordium.

Anne hic casus, an mysterium? Mater alioquin sedula satis perdit filium, perditum cum dolore requirit, & dolenter quaerens, rursus invenit. Non hæc casu contingere, sed mysterio. Quam sæpe amittitur infans noster; Jesus noster! quomodo amittatur; Brevibus dicam.

Profecutio.

Mulierem prægnantem quandam vidit in exilio Joannes, sed coram hac stabat draco septiceps. *Vide fol. 470.* taliter nos sæpe sumus prægnantes; aut forsitan jam peperimus hinc festis. Infantes nostri, sunt proposita nostra bona, quorum propositorum quasi Mater est anima, Pater ipsa gratia divina, Nullius jam, *Audite*, perit adhuc infans? Tenacissime propositum hæc tenus fuistis: vix crediderim. Undequaque enim nos cingit infidiator draco diabolus. 470. Nititurque nos allicere ad peccatum. Illo enim muro gratia ab anima separatur & simul ipse Deus. Nimis enim sese mutuo hæc duò oderunt, Deus & peccatum. *Vide fol. 181. 182. 183. & 184.*

Peroratio.

Quid mirum ergo, cum à peccatis non desistamus & peccando infans noster boni propositi amittatur, me in Exordio requisivisse, num quis infantem suum nondum perdidisset fugiamus peccatum. Miratur Plinius argentum, æs, aurum à fulmine liquari. *Vide fol. 185.*

A L I A.

T H E M A.

Et ibant Parentes ejus per omnes annos in Hierusalem.

Concionis Argumentum.

Peregrinatio bona, Deo grata.

Exordium.

Non omnibus laudabilis videtur ipsa peregrinatio. Et forsitan rectè hic animum meum subit B. Francisci effatum: *Qui multum peregrinantur, rard sanctificantur.* Sed sciendum est multorum peregrinatione: vix tam honesto nomine afficiendas esse, sed curiosos rectius appellandos discursus. Cum diu vagati &c. *Vide fol. 781.* At ego ostendam peregrinationes

Index Thematum moralium.

grinationes ex primis esse virtutibus orbi unquam patefactis; sed addam dein, in quo vera virtus peregrinationis consistat, sive, quomodo faciendi sit.

Profecutio.

Devotionis nomen subinde abusui est. Verissima devotio, est prompta & sedula voluntas Deum quovis modo colendi, &c. Mater Christi Deo divinæque voluntati fuit devotissima. Hinc etiamnum, &c. *Vide fol. 278.* Dein inter primas virtutes quas orbi patefecit, peregrinationis devotio fuit, &c. 779. At quomodo eas peregrinationes susceperit? Quomodo loca illa, in quibus filius passus fuit, post ascensum filii visitavit? nonne summā cum veneratione? Illam secuti plurimi alii viti insignes, &c. At hæc ætate peregrinationis illa devotio panè perit: à quibusdam parvi æstimatur, & quorundam tanta est fortordia, ut abire domo fatale ducant, & pedem in proximum templum efferre, &c. 779. Sunt quidam alii qui peregrinationes colant, sed infructuosè. Peregrinatio debet esse pia, modesta, &c. 781. Sic in præcā lege, sic hodie à Christo & parentibus ejus est celebrata, 781.

Peroratio.

Christum ergo imitemur & parentes ejus. Subinde hæc nimium frigemus, peregrinationes longas averfamur (quas non omnibus passim fuaserim) sed breviores illas, & augendæ pietati accommodatiores, quæ duas trêve horas decerpunt. Ob unicum olim, &c. 781.

A L I A.

T H E M A.

Dolentes quærebamus te.

Concionis Argumentum.

Amisus infans gratiæ quomodo reperiat.

Exordium.

Plurimum est quod docet Chrysothomus *Homil. 5, ad populum Antiochenum*, docens quomodo ab homine expellatur peccatum, & amissa gratia rursus introducat. *Vermis*, inquit, *ex ligno nascitur, & illud rodit ac comedit, sic & tristitia ex peccato. Sed ut matrem suam, scilicet lignum, hæc filia vermis paulatim consumit; ita & tristitia expellit peccatum, ita ut quasi peccatum secum afferat medicinam sui expulsivam.* Plurimum potest dolor, plurimum possunt lacrymæ, & ut sic dicam, *Auditores*, amissum Iesum restituant.

Profecutio.

Quæri vult offensus Deus, vult & inveniri: sed quæri vult quantā possimus industriā. Ita suis quondam promissit Moyses, 382. Diligentia hæc plurimis nostrorum laborum decet, sed en formam quæstionis Dei, O homo peccator, ubi eum peccando amisisti? Amiserat, sic ordinante providentia Dei, filium hodie mater jam duodennem numquid cogitare poterat, Deus est meus filius, &c. 832. Sed alia fuit mens Virginis. Triduo quæsit, cum curā quæsit, & luctu invenit. Hæc nempe duo sunt necessaria peccatori volenti Deum suum invenire, diligentia & luctus. Hinc Rex Ezechias suis omnibus dixit, 833. Est enim ea omnium virtutum decus. 834. Sed nec sola suffecerit hæc diligentia, nisi & adit luctus. Habet quidem grave omne peccatum subsequenter comitem & famulum tristitiam naturalem, ob incommoda aliqua, puta infamiam, dilapidatas opes, &c. Sed hæc tristitia & dolor naturalis mutari debet in sacramentalem: nam injuriæ, Deo illatæ, etiam minimæ, dolore non perfunctorio expiandæ sunt, *Vide fol. 382.* Regii enim vatis monitum est, &c. Scivere hoc Sancti, &c.

Peroratio.

Ergo cui animus est Dominum Deum suum amissum invenire, Dei matrem quærendo imitetur, diligenter quærat, scidè doleat, ut sentiat se dolere, &c. *Vide fol. 383.*

A L I A.

T H E M A.

Nesciebatis, quia in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse.

Concionis Argumentum.

Illud oportet nos agere quod Deus vult.

Exordium.

Divinæ voluntatis symbolum sol, cui si humana subiciatur, talem subjectam voluntatem flori heliotropio assimilamus. Inter hunc florem & solem summa est amicitia. *Vide fol. 582.* Et quam diximus esse inter hunc florem & solem, eadem fuit, multoquæ arctior, inter Deum & Christi humanam naturam. Hoc est quod sicut Matri Virgini hodie divina sapientia Patris intimabat, dicens, *Nesciebatis, &c.*

Profecutio.

Quam doctrinale responsum hoc fuit, *Auditores*? Conpendium certè totius perfectionis Christianæ: omnis enim profectus nostri ratio in humanæ divinæque voluntatis concordia consistit, ita ut quod ista

Tom. I.

fuerit sincerior, hoc ille futurus sit uberior, &c. *Vide fol. 510.* Hæc est vox S. Hieronymi, Ut autem hæc concordia nostræ voluntatis cum divinæ inearat, sitque, quod utinam foret, eadem quæ fuit inter Deum Patrem & Christum filium, & inter nos & Deum amicitia, voluntas Dei ante omnia, qualis & quocumplex sit examinanda est, rectori ut fiat subjectio. Est illa Theologis duplex, una signi, &c. *Vide fol. 519.* Cur igitur, cum ea ita sint, multaque etiam fiant quæ sunt velimus nolimus; Christum imitemur, rebelli spiritui nocivam libertatem damnantes ingeminemus: Nescis nos interesse debere in his quæ Dei sunt? Si enim Dei filius ita fuerit obsequens, &c. 519.

Peroratio.

Optimum igitur erit, nobisque securissimum, si in omni rerum eventu dixerimus cum Davide, Joabo, Judâ Machabæo, imò cum ipso Christo: Sunt hæc, sunt hæc ex voluntate Patris caelestis: ea pati patienter necesse, &c. 519.

A L I A.

T H E M A.

Et erat subditus illis.

Concionis Argumentum.

Parendum Deo & hominibus.

Exordium.

Diversi quidem regimini est, hypocaustum plenum infantibus, Gymnasium plenum discipulis, plena domus famulis, & curare, *Vide fol. 516.* Eadem tamen in omnibus est gubernandi ratio per obedientiam, quam virtutem hodie coluit Christus duodennis, ita ut Deo Patri simul & parentibus verus filius obediens fuerit, 516. Quod suadeo omnibus, præsertim junioribus, imitari exemplum.

Profecutio.

Quemadmodum militem sui Ducis linguam aut dextram insidere convenit, ad hujus vel illius imperata promptum, ita prorsus hominem omnem, 516. Dei & Superiorum vel parentum (dummodò hæc divinæ subordinatæ sint) voluntas instar legum omnibus sit. Habuit vetus Testamentum, fateor, singularis obedientiæ rarum exemplar Abrahamum certè admirandum. Si Abrahamus alium in pariete pictum, &c. 892. At Novum singularius habuit, nempe Christum. Hinc Evangelista scribit, *Erat subditus illis.* Habuit & Ecclesia plurimam aliam hujusmodi exemplaria. *Vide 893.* At modò sterilis hæc videtur, nec alibi frequenter & promptior est excusatio, quam dumarendum est. Excusationes sunt plurimæ, dum vel Deo aut hominibusarendum est. *Vide fol. 644.* in hoc ipso rebus ratione carentibus deteriores, *Vide fol. 894.* scilicet cum homines nolunt, bestia sunt obsequio. At tamen attendite vos, præsertim juniores parentum legibus non parentes, quis sit inobediens exitus, Rem omni sæculo inauditam refero. *Vide fol. 897.*

Peroratio.

Ita est, *Auditores*, verissima sententia S. P. Augustini: *Obedientia tenet palmam, sola inobedientia invenit penam.*

DOMINICA II. POST EPIPH.

T H E M A.

Vocatus est autem & Iesus, & discipuli ejus ad nuptias.

Concionis Argumentum.

Omnes actiones nostræ uno debent gaudere principio & fine, Deo.

Exordium.

Mathematicis figura rotunda omnium est perfectissima, cujus idem & principium & finis est: illa verò actio humana nobilissima est, quæ uno gaudet principio & fine Deo, Deique honore. Qui tam puram, &c. *Vide fol. 491.* Duobus pullis ad perficiendum sacrificium est opus, scilicet opere bono, & bonâ intentione. Hoc intendere facere hodierni sponsi, proinde vocarunt Iesum, &c. Utinam sic omnia matrimonia inirentur! nulla essent inter conjuges dissidia. Utinam quivis status sic inchoarentur, vocareturque semper Iesus! *Sed de his latinis 491.*

Profecutio.

Orta est quondam inter eruditos ac Religiosos quæstio, quis omnium Ordinum sit rigidissimus. Et tandem unus, Pace, inquit, vestra dixerim; non est Ordo in orbe magis adstrictus quam Matrimonium, propter Dominam formam, aut propter Heram nobilitatem initum. Rectissime certè; hoc enim tale conjugium vivum inferorum ectypon est, ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. 494. Sed omnia evanescent dissidia, imò nulla suborientur, si priusquam Matrimonium inearat vocetur Iesus, *Tæxa hic breviter clandestinis matrimonia, illicitos concubitus ante Sacramentum, &c.* Non ita Tobias & Sara, non ita Joachim & Susanna. Sed attende quibus verbis invitavit Iesum: *Dominus tu scis, &c. 494.* Sicque omnes matrimonia que solent

Index Thematum moralium.

solent esse comites molestiæ, omnes, inquam, illæ aquæ in vinum amoris convertentur, Vultus rari amoris exemplum. *Vide fol. 504.* Pudeat vos Christiani, conjuges hi gentiles erant, nec matrimonium Sacramentum erat: nunc verò cum tale sit, & gratiam conferat, cur ab eo exulat amor sepe? Non alia de causa, quàm quia nec recta inchoatur intentione: non vocatur semper Jævus, sed forma, &c. 494. Quod verò de matrimonii statu dicimus, dicimus & observandum in quovis suscipiendo statu, puta Sacerdotii, Religionis, &c. 494. & fol. 495.

Peroratio.

Quisquis igitur vel ad matrimonium, vel ad Sacerdotium, vel ad Religionem alio venit duce vel comite quàm Deo, rectæque intentione; aut hinc ad pristina redibit, aut hic certe ireribit. 495.

A L I A. T H E M A.

Omnis homo primum bonum vinum ponit, cum autem inebriati fuerint, tunc id quod deterius est.

Concionis Argumentum.

Deus electis suis ad ultimum, bonum servat vinum, & deterius propinat prius: non ita mundus.

Exordium.

Dalila infidiis captus fuit Samson. 93. sed Dalila suis infidiis unum captivavit Samsonem. At hodierno ævo mundus suis blanditiis plures indies captivat Samsones, inebrians hic optimo vino (ut mundi potatores arbitrantur id esse) voluptatis; at in morte, & post mortem deterius servat, quod tales mundi potatores nunquam sint exhausturi in æternum, licet sint hausturi. Non ita Deus; sed hic dat deterius, suos affligens, daturus dein optimum in cælis, ut statim discursu docebo.

Profecutio.

Certum est, Christum & mundum Dictionarium habere diversissimum, diversam & docere Grammaticam. 209. At quos putatis, *Auditores*, feliciores? Illine forsân qui hic optimum bibunt vinum; jucundum, inquam, illud, volupe, mandandum, & in ejus testa non deplunt ullæ vexationes? Attendite vobis. Mundi sapientia est, cor tegete machinationibus. 626. ac proinde ne decipiâmini. Nec ita vinum illud potest suis propinare primum, quin ex parte sit felle mixturum. Mundus revera mulus est, Absalon. 115. aliquandiu blanditur, sed dein deterius offert, nec suis potest optulari amplius. En ejus rei nobile paradigma, Iudas Iscariotes. 115. Aliter suos Deus tractat, hic electis suis vinum offerens amarum afflictionis, dein oblaturus iis vinum æternæ dulcedinis. Quis enim sanctorum sine Iudâ & patientiâ coronatus est? Paulus, &c. *Vide fol. 847.* At quamvis Deus nullum nobis concederet diem sine nubeculâ, certi tamen sumus, etiam deterimus eventus lætissimis successibus aliquando commutandos. *Vide fol. 570.*

Peroratio.

Videte igitur, *Auditores*, ad ejus affideatis mensam. Si mundanæ, hic videberis gaudere, sed cito omnia in deterius commutabuntur. Si divinæ, hic videberis tristari, sed tristitia vestra commutabitur in gaudium.

Si verò concionator velit taxare hodiernam nuptiarum pompam, in cultu corporis nimiam, sive earundem lauta ad excessum convivia, legat tertium librum Trismegisti cap. 10. fol. 429. & de Temperantia fol. 292. 352. 797.

DOMINICA III. POST EPIPHAN.

T H E M A.

Et ecce leprosus veniens adorabat eum.

Concionis Argumentum.

Sibi sunt simillima, lepra & peccatum.

Exordium.

Divertsa observant in hodierno Evangelio Commentatores, & annotant. Quidam laudant hujus leprosi humilem orationem, & doctam; dum ea scilicet breviter insinuat, dicendo *Si vis*, semper in Christi medici potestate esse, dummodo velit, infirmum sanare. Quod privilegium nulli medicorum est concessum, juxta illud, *Non est in medico, semper relevetur ut ager; Interdum doctus plus valet arte malum.*

Alii latè disputant, an tangendo leprosum, legem Moysis Christus non infregisset, cum ea leprosum tangere inhiiberit. Et resolvunt tribus quasi verbis negativè: cum non militaret in Christo ratio legis, cum caro illius esset purgativa, nec infici posset. Nos verò lepram conferemus peccato.

Profecutio.

Quàm hæc duo sibi sint similia, liquet ex effectibus. Si dicas lepram & leprosum confodales suos inficere, facit idem & peccatum & peccato-

res, juxta illud: *Qui communicaverit superbo, induet superbiam.* Contagiosa, fateor, lues lepra est, sed nihil contagiosius est corruptis moribus. Vir Eva deliquit, & mox, &c. *fol. 331. 332.* Si dicas, halitus eos fœtere, vel fœtidum leprosum corpus à se dispergere odorem; idem omnino efficit peccatum in peccatore: bonam enim peccatum suffuratur famam. 333. Si dicas, eos sequestrari & civitatibus excludi; subjungo, peccatum peccatorem cælo excludere. 184. Si dicas rursus, unicâ parte, etiam minimâ, infectâ leprâ, totum infici corpus, omnemque corporis partes, & naturalem ornatum, nec hic laboravero: peccatum enim unicum mortale gratiam & omnia anteriora merita admittit: est enim coluber venenatissimus. 181. Si denique asseras, homines omnes ab hoc morbi genere summè abhorrere, & assero, Deum omnemque cœlites peccatum summè odisse, cujus odii signa, &c. 184.

Peroratio.

Vtramque ergo præstat summè declinare lepram, spiritalem tamen magis, ut anima corpori etiam præstat. Quare peccati odium, ut indies majus & majus fiat, in homine Christiano conandum est. 387.

A L I A.

T H E M A I D E M.

Concionis Argumentum.

Libri obsceni, leproforum mensa.

Exordium.

Arbitror, *Audii*, neminem vestrum convivari velle unâ cum leproso, necum etiam cibum ab illis concoctum, & eorum habitu conspersum, è manu eorundem sumere: & tamen si probem hoc quotidie, vel saltem sæpius à multis fieri, quòdque etiam nobiliores jugiter leproforum mensis accumbant, forsitan quis mirabitur: attamen id fieri verissimum est.

Profecutio.

Si, Auditores, vobis hodie salernum capaci auro vel gemmâ propinem, prius tamen fœdum araneum in hoc generosi porus carcheio commoluisse; tantine apud te esset Opimianum vinum, &c. At quot tales tamen tantè dementiæ inveniantur? Nunquid hoc ævo plurimi, diebus præsertim festis, etiam concione sacrâ omisâ, libros obscenos legunt? Ovidios inquam, Amadisios, &c. eòsque legere quibus est aliud quam salernum; & phrasîs, stylus, elocutio, velut aurea patera? 325. Scio quosdam & quosdam prætextum vanditimum afferre dum reprehenduntur, dicentes: Tantum verbis & stylo delector, hinc eloquentiam haurio. Nimirum discere volunt bene loqui, & malè vivere. 325. Mihi credite sunt hi libri lepra, & quavis sanie pestilentiores. *Surenas*, &c. *fol. 325.* Olim Hebræi, &c. nec raris malè hos obscenos libros assimilavero. 326.

Peroratio.

Si tamen quis nondum ab horum lectione velit desistere, caveat ne in morte flagelletur. Si enim sanctissimus vir Hieronymus flagellatum se asserit, quia Ciceronianus esset, &c. 326.

A L I A.

T H E M A I D E M.

Concionis Argumentum.

Picturæ inhonestæ animum, ut lepra corpus inficiunt.

Exordium.

Inhonestarum picturarum frequens est multis ornatus, dumque iis aulas & cubicula ornant, quovis ad eas accedentes, quod & leprosi solent, inficiunt. Venenum enim immittunt per oculos in animum, ut latius, &c.

Profecutio.

Multa olim idola proponebantur adoranda, quæ, &c. 326. Ab his fontibus certè tales rivuli. Cum tentatio deest, pictura supplet. Aristoteles ipse (ut referam, quàm etiam veteribus inhonestæ picturæ fuerint exorsæ) in suis Politicis, &c. sed è optimè Aristoteles! philosophia tua moralis dum exulare iusta est. Scio quidem talium picturarum cultores & suum vitio suo habere prætextum, & artificio parendum esse censere. Pictores hominem ideo sæpe fingunt in vestem, ut humani corporis enitreat artificium. 326. sunt certè tales pictores venatores. 326. sed certè Deo exosi. Narravit quidam nuper, & pene catalogum contexit. 327.

Peroratio.

Hanc igitur pictorum lepram jubete, *Auditores*, è domo exulare. Si artificium amas, ita illud cole, ut injuriis non sis pudori domum tuam frequentantium, sunt enim colloquiis malis pejores picturæ obscenæ. 327.

Index Thematum moralium.

ALI A.
THEMA.

Domine, si vis, potes me mundare.

Concionis argumentum.

Divinae voluntati omnia committenda.

Exordium.

Nec ullius Angeli, nec hominis voluntas esse potest bona, nisi divinae consentiat. 548. An forsitan haec doctrina constitit leproso, dum rogat non absolvetur, Sed conditionate, dicendo, *Si vis mundare?* De hoc voluntatum consensu loquimur 548.

Profectio.

Si D. Augustino credamus, haec oratio leprosi est perfectissima. Quae ait Augustinus qui recto sine corde; nam in hac rectitudine cordis omnis cardo Christianae vitae versari debet. Ita David hanc rectitudinem cordis coluit, ut vix sibi quempiam in ea parum habeat. Cum enim Absalonem. 548. Sed en hominem rectum corde, magnum illum Abrahamum. Nam ut orbi testatum fuerit, &c. 549, & 550.

Peroratio.

O Christiani, si hoc intelligentiam & ratione, prout par est, comprehendere tam vellemus quam facile possemus, vix amplius ulla difficultas foret, &c. Sacrificemus nos, ut Christus quondam, Deo Patri. Nam rectissime dixit pius ille scriptor Ludovicus Granatensis: Non est sacrificium majus, aut Deo gratius, &c. *Vide fol. 548, 549, & 550.*

De Centurione require Conciones nostras Quadragesimales Tom. 2.

DOMINICA IV. POST EPIPHAN.

THEMA.

Ecce motus magnus factus est in mari.

Concionis Argumentum.

Excitati motus causa peccator & peccatum.

Exordium.

Cur hunc motum Christus rex caeli, terrae, maris permiserit, quem Curique impedire potuissent, diligenter S. PP. disquirunt, & unanimiter in Iude traditoris praesentiam, omnem culpam conjiciunt, & recedunt. Quid enim mirum, mare ob peccatum turbari, cum omnia peccatum turbetur, &c.

Profectio.

Verissimè dictum est à primo Philosopho: Initium salutis, notitia peccati. Revera, &c. 180. Bene monet Hebraeus sapiens: Quasi à facie colubri fuge peccata. Quis tangit poculum, ut inquit Terullianus, &c. 180. Nihil certe habet orbis formidabilius peccato. Omnia orbis ornamenta vastat, ut & caeli & paradisi vastavit quondam Lucifer, omnis elegantiae ac venustatis miraculum, &c. 181. Furit non solum mare, sed & ipse Deus, cum in peccatum exandescit. 181. En orbis terrarum universus unius loco sepulchri quondam fuit, *vide fol. 182.*

Peroratio.

Quid ergo mirum, si ita venenatum sit peccatum, provincias aliquando turbati, bellis discerpi, &c. in quibus innumera perpetrantur in dies, etiam ab uno quandoque homine, peccata? At o miseros homines! Haec quae de peccato dixi, dicta & agitata sunt, nec manus à sceleribus retrahimus, Miramur stultitiam Esau. *Vide fol. 186.*

ALI A.

THEMA IDEM.

Concionis Argumentum.

Cur discipulos suos navigantes naufragari paene permiserit hodie Christus.

Exordium.

Permisso divina revera vix aliud est quam humana, quae nihil agendo desidet otiosa, & agere volentes non impedit, etsi possit. *vide fol. 512.*

Profectio.

Notandum primum est voluntas permittendi. 512. Quibus praenotatis, jam luber quare simul & respondere: Cur hodiernum non motum maris solum, sed & cur acerbiore permittit suis evente, sive ipsam permissionis causam? Nunquam certe bonitas. 513, 514. *Plurima enim ibidem habes huius nostrae doctrinae explicanda & servientia.*

Tom 1.

ALI A.
THEMA.

Quid timidi estis, modicae fidei.

Concionis Argumentum.

Hominum de Deo diffidentia.

Exordium.

Nil crebrius Christus, nil acerbius in suis discipulis castigavit, quam diffidentiam. Hinc illos modicae fidei, tardos corde, generationem incredulam, perverfam appellavit sapienter. 575.

Profectio.

In varias sese formas diffundit diffidentia. Sunt qui Deo, &c. 575. At tamen Deo fidendum, & quidem soli. Jacob è Mesopotamia redux, &c. 576. Scio quosdam audere huic doctrinae replicare, usu quotidiano doceri, sic sua cuique negotia succedere, prout dives, industrius, &c. fuerit. 576. Aliter nos suosque hodie discipulos docuit Christus. Nec est ferè quod tantopere displiceat Deo, quam tanta mortalium diffidentia, & in amicissimis suis graviter punivit sapienter. Moses, &c. 577. & quam hodie rari sunt qui Deo fidant, mores hominum considera, & mundum pauperum quasi navim plenam hominum de Deo diffidentium videbis, Iam frugibus metuunt, &c. 579. *et fol. 579.*

Peroratio.

Et ut concludam, etiam in desperatissimis Deo adhuc fidendum est. Regum fasti memorant. 577. Davidem imitemur, nam vera in Deum confidentia clavis est ad ararium, &c. *Vide fol. 579.*

ALI A.
THEMA.

Tunc surgens imperavit ventis, &c.

Concionis Argumentum.

Quanta sit Dei in suis providentia.

Exordium.

Magnificum Dei promissum: Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei. Et quanta Deus cura Davidem unum est profecturus, &c. 570. Eadem est & illi cura de omnibus. Quare invocatus à suis hodie, fuit etiam statim praesto fuit, & surgens imperavit ventis.

Profectio.

Sanguinem & vitam Davidis Rex Saul perpetratis insidiis petiit, &c. Quamvis autem gravissimè Semei deliquerit maledicendo, tamen ideo praecipuum ei dicitur ut malediceret, quandoquidem Deus etiam pessima Semei voluntate, quam non fecerat, optimè usus est ad corripendum Davidem. 570. Vnde rectè Hieronymus. *Omnia providentia Dei gubernantur, & saepe quae putantur poena, medicina est.* Ubi & mirabile illud observandum, &c. 571. In quem finem putatis hodie divinam illam providentiam collimasse, dum extremè excitato ingenti motu maris, sinebat eos periclitari, altum sane satis indormiens? Rationes accipite: ut Apostoli de seipsis suaque fiducia experimentum caperent, in navim eos secum deduxit. 579. Altera est, ut ostenderet fiduciam in Deum nunquam magis entescere, quam in mediis periculis. Tertiò, ut agnoscerent, dum ventis scilicet & mari imperabat, quam potens ejus sit in tribulationibus auxilium, quamque praesto sit suis. Deus enim alatos habet famulos, &c. 559.

Peroratio.

Agnosce ergo Christiane, sub hoc Apostolorum schemate, quam fiducia in Deum asylum sit securissimum. Quid enim obscuro, mi homo, cum te subitus imber opprimit, agis? in urbe tectum, credo, subis, &c. Fide Deo, & uti nautae omnia ad navigandum comparant, ventum verò à Deo praestolantur, &c. ita tu, &c. 559.

DOMINICA V. POST EPIPHAN.

THEMA.

Dum dormirent homines, venit inimicus homo.

Concionis Argumentum.

Tempus nocturnum furibus, otium demoni gratum.

Exordium.

Vt homines, praesertim mercatores, quibus officina dives est; dum advesperascit, diligentissimè undequaque fenestras & januas obsecravit mi homo, cui satis dives officina est, una qua gaudes animam, dum advesperascit, id est, dum ab omnibus rebus teris vacas, ostia animae concludit, & excubias pone. Sunt autem ostia illa, sensus nostri. 354. Nam si vel aperta vel sine excubiis ea reperit aliquando diabolus, te otiant, te dormiente, subintrabit; & quae prima fronte amicitiam praesertunt recepta, hostilem, &c. 354.

d 2

Profectio.

Index Thematum moralium.

Profecutio.

Ut fures, temporis nocturni sunt observantissimi, aliisque dormientibus ipsi vigiles ut dormientibus insidientur, & sine intento facilius potantur, ita & diabolus. Joannis illa hoc visio docet Apocalypf. cap. 12. fol. lib. 47. o. Mulier illa certe parturiens ni vigil fuisset, orba fuisset filio. Est enim otiosus homo diabololorum domicilium. Unde inter sanctos Patres, hoc in proverbium quondam abiit: Qui laborat ab uno solum dæmone &c. 353. aguntque illic liberè ubi nullus est labor, sed alium indormitur. Plerumque enim cum manus ab opere &c. 353. Hinc Hieronymus &c. & rectè Sapiens: *Iter pigrorum quasi spes spinarum* 353. sed reperias forsitan qui nequaquam ferat otiosorum titulo insigniri sese. O, *Audit*, vana etiam occupatio est otium, & otium, & tempus aprum dæmonum insidiis, &c. 352. 353. 354. & *plura alia ut hanc concionem dilates.* fol. 324. & 325. & 323. *Vide etiam fol. 492. ubi docet Auditor eum sedulo observare, ac noctis consilium, & plura alia verbo Diabolus.*

Peroratio.

Ergo vigiliam vigiliæ opponamus, sobriè vivamus, ne sur hic ingreditur infernalis. Non solet enim intrare solus, sed furum & prædonum ingens turba aliquando est concomitans. 356. & temporis simus observantissimi. Occupatos nos inveniat semper fur ille nocturnus, & concessum orium vertamus in negotium. 353.

A L I A. T H E M A.

Et superfeminavit zizania.

Concionis Argumentum.

Quæ sit superfeminata hæc zizania.

Exordium.

V Arianæ variis denotantur & notantur hoc verbo *zizania*. Quidam hæresim hoc verbo nominatam volunt. Alii verò vitium omne: alii verò peculiare luxuriæ peccatum. Hoc enim ubi semel superfeminatum fuerit adoleſcentiæ juvenum, unâ cum tritico semper succrescit, vixque ita eradicari potest, ut rursum non repullulet. Hinc Clemens Alexandrinus vitium hoc immedicabile vocat. *Vide fol. 367.* At si à me requiratis modò, *Audit*, quale, quodve hoc genus lolii sit, quod diabolus conatur agro cordis superfeminare, dicam illud brevibus.

Profecutio.

Lolium hoc diaboli, est in actione, mala intentio. Quamquam enim actio nostra in se bona sit, si tamen mala adsit intentio, jam purè bona non erit, sed zizania commixta, aur potius integrè mala. Ut enim Salamandra &c. 459. Quod Salamandra officium diligenter & cautè exequitur diabolus. Mille habet nocendi vias. Narrat Horatius de comite importunissimo. 471. Sed ut non est unum lolii genus, ita & multiplex est mala intentio in una eadèque actione. Nonne bonum semen est quod à cathedris in Ecclesiâ &c. feminatur, cur tamen, cum aliquando magno sint numero audientes, semenque hoc excipientes, fructum purum non referunt? Nunquid quia varia nos ad conciones audiendas intentione colligit diabolus? *fol. 459. 460. 461.*

Peroratio.

Videamus igitur, ne postquam semine aliquo bono agrum nostrum confeminavimus, diabolus superfeminet zizania: pura vel vanam gloriam, commodum proprium, respectum humanum, &c. Ad Salomonis tribunal. &c. 461.

A L I A. T H E M A.

Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo, unde ergo habet zizania?

Concionis Argumentum.

Vnde ortum sit peccatum.

Exordium.

D Eum omnia bona condidisse certum est, & semen fecisse egregiè feminis. Nunquid pura sunt semina, præcepta omnia decalogi volumina sacræ Scripturæ, Evangelicæ historiarum, insuper & lumen rationis quod liberalissimus Deus à suomet vulu derivatum in meliorem hominis parte collocavit? Quod lumen nos à bestiiis fecerit, & plura alia præstat in nobis. *Vide fol. 267.* Unde ergo in agro, tam bono semine confemiato, zizania, sive, (ut tribus quasi verbis dixero quæ dicturus sum) peccatum?

Profecutio.

An aliquid fortitan mali à Deo? hoc videntur indicare hi famuli dum à patrefamilias originem zizaniæ requirunt, firmiter tenentes nihil produci in agro nisi Patrefamilias id jubente aut permitteute. Unde ergo

zizania, qualia sunt calumniæ, fraudes, furta infidiæ &c. Quibus certè mundus hoc ævo scateret. Cautè hic loquendum quæſtionibus. Omnia mundi mala (peccatum excipimus) à Deo esse hac ratione docent Theologi &c. 510. & 511. & sic loquendo bona omnia & mala à Deo sunt, actionis illius quam quis peccando exercet causa est Deus, erroris autem & peccati in hoc actu causa est liberum arbitrium. 511. & lege alia plurima 586, 587. Neque diabolus peccati originem dixerim, quamvis nos ad peccandum pertrahat, & à bene captis retrahat. 389. cum diabolus nil sine Dei permissione circa nos possit. Nec proximum tuum quem tamen aliquando peccati à nobis commissi reum facimus. 587. Unde ergo zizania? accipe duobus verbis: *Inimicus homo hoc fecit*, Quis ille? Non Deus, non diabolus, non proximus. Tu ipse homo qui peccas. Dum corpus laute vegetas, genio indulges, devotio & pietas in te languescit, mater sis hujus serpentis. Eit nonnunquam cum in semet descendit quispiam &c. *Vide f. 2.*

Peroratio.

Cum ergo nos simus qui huic nostro agro probo semine à Deo confeminato superfeminamus zizaniam, servos hujus Patrefamilias imitemur, & zelosi zizaniam eradicemus: conſpergamus aquâ falsâ peccata nostra: hæc enim aquâ lolium taceſcit. Hinc David, *Lavabo per singulas noctes liliam meam.* &c.

A L I A. T H E M A. Sinite utraque crescere. *Concionis Argumentum.*

Quamvis peccatum summè odit Deus, peccatorem tamen sustinet in magnâ patientiâ.

Exordium.

P Riusquam ad ea quæ dicturus sum progrediar, hoc duxi præmonendum per peccatum nempe, summum bonum lædi summè, & similitimum esse Idololatriæ &c. Quare & Deus hoc etiam vicissim summè odit, licet tamen peccanti parcat: *sinite*, inquit, *utraque crescere.* 180.

Profecutio.

Optimè quidam dixit quondam Theologus è D. Dominici familia: Certissimum est, in eadem non dubito cum Theologo confendemus manibus & pedibus sententiam, si consideremus quantum supplicii æquifsimus Judex, vel unico peccato sepiſsimè irrogari. 181. 182. &c. sed licet aliqui ad hæc admirentur, imò & disputant, an justè post hanc vitam Deus, urpotè summè bonus, damnatos æternaliter castiget: Miror ergo magis Dei erga peccantem misericordiam & patientiam; solent enim homines & amici sui odisse mortem, & mortis illatorem. Non ita Deus. Quin imò eos etiam ad dignitates evehit. 573. secretis impulsibus ad meliora nititur pertrahere. 546. Nec statim eos quamvis morte dignos eradicat è mundi agro, sed ut hæc forsitan non mireris causam addo: solent divina providentia, nec statim omnia scelera punire &c. 573.

Peroratio.

Deum ergo huncque Patrefamilias imitemur, non statim ad has illasve malas descendamus imprecationes, dum à lolio aut vexamur, aur patimur: vellem te mortuum &c. sed patienter sustineamus. Vult enim ut succrescat nobiscum zizania, & per tales anfractus ad cœli nos inducere viridaria 572.

Si voles coram Religiosis concionari, vide duodecomplex malum, quibus monasteria turbantur ut triticum à zizaniis. fol. 696.

Vide etiam, si velis rationem examinare, cur Patrefamilias voluerit zizania eradicari. fol. 570. & fol. 574. *Docet enim illis foliis Auditor etiam mala utilia bonis, cum nullum à Deo permittatur malum, quin ex eo bonum aliquod eliciat.*

DOMINICA VI. POST EPIPHA. T H E M A.

Simile est regnum cœlorum grano synapis.

Exordium.

D Hieronymus granum synapis doctrinam vult significare evangelicam. Nec malè. Acrimoniam habent synapis grana, & lacrymas cient. Sic & jam brevi discursu demonstravero verbum Dei acre esse, & ad lacrymas commovere, sive id quandoque legatur sive è cathedra audiarur. Unde certè laudabilis illa Societarum & Confraternitarum consuetudo est, partitio scilicet illa mensura imaginum singulis Confratribus, in qua præter Patròni, aut Sancti alicujus effigiem, in cœlara quoque est aliqua sacra sententiola. Quæ est brevis sit &c. 403.

Profecutio.

Mira est *Audit*, vis ipsius hujus granuli synapis: nec minor vis est unice sententiæ sacræ, sive illa sententiæ vel excipiat à calamo, vel ab ore concionantis:

Index Thematum moralium.

concionantis : quamvis lectioni sacrae auditio sacra praestet. Quantarum enim haec sacrae sententiae fuerint & sine virium plurima testantur exempla. Sanctus Antonius etiam juvenis &c. fol. 403. & 404. O magnam efficaciam! sed si aliquando lector, aut concionum qui frequens es auditor, hujusmodi in te non experiaris fieri aliquid, memento me cum D. Hieronymo facias sententias assimilasse grano sinapis, quod vim certè suam non exerit nisi commolitum, quapropter sententiarum sacrarum si vim sentire velis, & ita legere, ut tibi propter, haec observa. Primum quantum fieri potest &c. 831. sed quid facient ii, inquit, qui legere non vorunt. 829.

Peroratio.

Igitur vel sacra aliquando legamus, vel legere si non possumus, audiamus. Volunt quidam sinapi vi vermes enecari. Quidquid de ea re sit, hoc sacrum sinapi id praestat. 340.

Aliam si voles concionem huic priori moralisationi congruam, lege quae habentur fol. 340. 341. 342. & Auctoris methodum, quam servat scribendo, imitare concionando, & erit concio pia & pulchra.

A L I A.

T H E M A.

Simile est regnum caelorum fermento.

Concionis argumentum.

Malum consortium malum fermentum.

Exordium.

VTi modicum fermenti integram fermentat massam : uti speculum etiam tersissimum maculam trahit ab aetheliu : sic quivis homo cetera optimus & castissimus, a malorum societate novos recipit, &c. 332. Haec scilicet omnium ferè vitiorum natura, nolle solum esse, sed velle cum socio atque comite perire. Videamus breviter mali consortii, quam sit ingens & serpens virus. 332.

Prosecutio.

Belgarum in usu satis est hoc proverbium: mite sibi fabricat speculum, cui proximi mala speculum sunt. An quis nostram hodie praesumat sese Petro Ecclesiae petra vel stabiliorem vel fortiorem? Petro dictum fuit tanquam petrae futurae Ecclesiae portas & machinas inferorum illi celsuras: unius tamen ancillae vocula prostratus est. 332. tantum habet momenti societas bonorum vel improborum: illa virtutis, vitiorum haec magistra. Etiam nunc verum est cum electis electi, cum perveris perveris sumus, Nominatim verò &c. 332. Egyptius servator Joseph &c. 332.

Peroratio.

Praestat igitur, *Audito*. malorum odium, quam consortium. Nemo vitiosus non aliquod nobis vitium aut commendat aut imprimit &c. 332. Fateor, difficile quandoque eos novisse possumus. Quare cum Apollonio Thyaneo &c. 333.

Qui plures hac Dominicae moralis vult conciones optimo ordine contextas legat Auctoris Praelectionem de vitii lingua, vocetque linguam scurrilem, adulatorem, Detractorem, laicivam consortium humani fermentum.

S E P T I M A.

T H E M A.

Simile est regnum &c. Qui exiit primo manè conducere operarios in vineam suam.

Concionis Argumentum.

Operandum hic est.

Exordium.

NOs Dei agricolae, vinitores & negotiatotes sumus, sua cuius negotiatio est: non est quod sumus otiosi, meminimus ergo non orandum, sed operandum esse. Nam non nisi operantibus, non nisi negotiantibus, merces datur. Et quidem negotiandum est, usque dum veniat Paterfamilias! Operandum est, donec sero fiat. Quidam certè æstivum caelum imitantur &c. 714. Inceptum & propositum peragendum opus. Nam solos tales praemiat Deus. De quo &c.

Prosecutio.

Laboribus omnia vendunt superi. Hoc dixere veteres olim, hoc hodie Christus insinuat: hoc docuit Apostolus dicens: labora sicut bonus miles. 833. In scholis nil magis decantatum, otium pulvinus & lectus diaboli molliissimus. Ubi labor non est, ibi nec virtus, virtutes namque omnes in sublimi habitant. 783. Quid est cum alioquin Deus sit liberalissimus plebi suae, non coctos caelo panes deiecit, sed manna per agros sparsit, magno labore colligendum? 783. Sed & hoc in laboribus nostris arrendendum, ne ut mundi operatores laboremus. Quam ii certè instar arrendentium operantur. 14. Quod ne & nobis fiat, neve iis simus similes, tria omnibus operantibus hic in vinea Domini sunt observanda. 458 *Vile etiam & fol. 352. usque 354.*

Tom I.

Peroratio.

Itaque hoc toto agamus animo, & omissis quae non sunt lucrando caelo, in rem unam laboremus, nec hanc temporis perniciosissimi celeritatem, quam retinere non possumus sine fructu effluere sinamus. Effluxit vero, si sine labore fluxerit. 784.

A L I A.

T H E M A.

Conventionione autem facta ex denario diurno.

Concionis Argumentum.

Merces promissa ad laborem incitat.

Exordium.

ALicubi moris est, ut vinitoribus & messoribus, quo alacrius laborarent, fidicen seu aulædus adiri qui agresti musica opus fervere faciat. Nobis Deus &c. 251. Hodiernorum verò vinitorum tibicen ipse Deus, dum denarium diurnum se promptè soluturum promittit.

Prosecutio.

Noverat nostrum velle, satis huic Paterfamilias. Quare dum ad laborem hos mittit vinitores, pretium laboris proponit, tanquam ad laborem satis efficacem incitationem. Nostrum velle simile est ægorum invalidis conatibus &c. 191. O cecitas humanae gentis! & cujus sola causa vel qua non credimus hunc denarium promissum tanti esse valoris, vel qua promissis praemii obliviscimur. Mundo fidem majorem damus. Promittit mundus temporaria &c. 191. Quanti tamen hic denarius caeli scilicet gloria, sit valoris, ab Augustino, si dubitas, require &c. 197. 198. Et certè si ad hanc quandoque gloriam hic dum laboramus aspiceremus, quavis pari cum Christo, qui propositio sibi gaudium sustinuit crucem, parati essemus. 200. Hinc suis aliquando Deus beatitudinis gustulum misit laborantibus 202. & 207. plurima.

Peroratio.

Nos igitur, qui in hoc mortalitatis prologo stamus, in modum Apocalyplici Angeli stemus: caelum aspiciamus, & labores nullos metuemus.

A L I A.

T H E M A I D E M.

V E L

Quod justum est dabo vobis.

Concionis Argumentum.

Memoria caeli omnium laborum & malorum

Pharmacum.

Exordium.

HOs è foro otiosos citò evocat Paterfamilias in vineam. Nec miror, cum tantà promptitudine praemium laboris promittat. Certè si hi vinitores attento praemio ad labores profecti ita fuere alacres, quamvis jam otio assuerit, ita ad quavis etiam inasrueta & dura patienter perseveranda unica illa praemii aeterni promissa merces attentè considerata sufficiens est, &c. 208.

Prosecutio.

Hebraeus Vates Ezechiel quatuor animalia &c. 208. Recita omnia, ut Auctor scribit, & fol. 209. & sequentibus.

Peroratio.

Cum nobis igitur tædia, & cum maeror, & dolor, &c. requiem adspiciamus. 209.

A L I A.

T H E M A.

Acceperunt autem & ipsi singulos denarios.

Concionis Argumentum.

Num discrimen futurum sit inter beatos in beatitudine gloriae.

Exordium.

Vinitoribus illis inaequalissimè laborantibus sub vespèram tamen denarius idem omnibus in mercedem est datus. Nihilò plus accepit qui toto die aestuavit quam qui horà unice laborem salutavit potius quam subit. 251. Atramen inter beatos caelites futurum discrimen Theologorum unanimi consensu, & sacrae paginae testimoniis constat. Sed ea demonstrationes luculentas. Explicaturus dein quomodo unus possit esse denarius & tamen non unum praemium.

d 3

Prose-

Index Thematum moralium.

Prosecutio.

In primis certum esse fore & esse modò dispar supplicium &c. 250. Quid denique multis opus, quid inter nos de hujusmodi controversiam: hic minimè vacillans nobis restis est Paulus, 281. Sed nunc videamus quomodo denarius unus esse possit, præmium diversum. 251. 252.

Peroratio.

Eleganter certè S. Augustinus *Triumphat victor* &c. Videris labores magni, magnum præmium; prolixior patientia, merces copiosior, ergo certemus, &c. 252.

Poterit qui alias prolixiores volent concinnare conciones, legere *Rhetoricam caelestem*, & referre singula cœli gaudia, ut sunt voluptas oculorum, *Asinium, Gulsus* &c. qui sunt omnia instar denarii. Rectè etiam huic denario diurno, quis comparaverit visionem *Deificam*. Quamvis enim omnibus beatis illa aut communis futura sit, alius tamen alio plura in Deo videbit: Sicq; erit denarius unus, at merces tamèn diversis, lege à fol. 252. usque 260. Vbi fusè hæc tractat Auctor.

Si verò ob verba illa textus. Multi sunt vocati, pauci verò electi, de prædestinatorum agere velis exili numero, si cum reproborum multitudine conferatur, lege fol. 287. usque 289.

Ad illa verba, Quid hic statis tota die otiosi. Differere contra otium malorum omnium largissimum fontem, & vide fol. 323.

SEXAGESIMA.

T H E M A.

Cùm turba plurima conveniret de civitatibus. &c.

Concionis Argumentum.

Verbum Dei quomodo excipiendum.

Exordium.

Q Vis enim credat valere animo, qui aversus à veritate aures, ad fabulas laxissimè sunt excurrere, & dum in templis vitia verbis castigantur, ille factis dōmi exercet, &c. 274. Alia certè fuit aviditas horum Auditorum, de quâ Evangelista &c. Hoc verò ævo sanè non desiderantur qui dicant, sed qui audiant, & quod dolendum est, licet plurimi sint qui audiant, pauci sunt qui quod audiunt, faciunt. Sicq; auditores verbi sunt, & non factores. Rem illam miseram, huncq; abusum castigabimus. 274.

Prosecutio.

Nescio utrum è duobus, magis, *Audit*, urgere velim, an modernorum Christianorum in divinis fastidium, præsertim in audicione verbi Dei, an verò hodiernam Auditorum ad sacram concionem confluentium, in eodem fructuosè excipiendi incuriam. Utroque hoc pede nunc homines claudicant: *Factum est*, inquit Lucas, *cùm turba* &c. Desinevit Hieremias vias Sionis lugere &c. 274. Et licet aliquando contingat, multos esse qui conciones audiant, illud tamen fatendum erit &c. 274. Imò sunt qui dicta irideant, aut contemnunt, dumq; prædicatur, alium indormiunt. Alii verò sese omnino, quia docti sunt, excusatos volunt. &c. 274. 275. 276.

Peroratio.

Non ita oculos veræ Christi, quæ ab alienis dignoscendæ, cauma, seu signum in aure gestant, verbum divinum avidè audiunt, & obediunt. Monium Sapientis illis placet. 274. & 275.

Aliam lege contextam concionem eodem præfixo themate foliis 773. 774. Insuper & aliam formatam, lege de audicione verbi Dei, fol. 594. Vide & consule indicem rerum verbo Concio.

QVINQVAGESIMA.

T H E M A.

Ecce ascendimus Hierosolymam.

Concionis Argumentum.

Suae morti Christus obviam ivit.

Exordium.

Paucos habet imitatores Christi, suiq; in itinere Hierosolymitano sequaces. Ab hoc enim itinere abhorruere discipuli memores sanè dictorum aliquando Christi, firmiterq; arbitrabantur sese unà cum magistro suo passuros; in hoc representantes quam natura humana suo semper studeat commodo. Hinc pati, hinc mori, naturæ nostræ sunt ingrata, licet eâ lege nati sumus, & eò indices eamus quò ivère omnia. Nunquid infanitiæ foret, *Audit*, Optimi Domini &c. Vide fol. 268. Aliam certè hodiernâ die Christus nos docet Theologiam, quam explico.

Prosecutio.

Quænam, quæso, hæc Theologia est, quam Christus modò coram discipulis suis proficitur longâ serie verborum? Noverant illum Deum. Hinc cum se prædicaret passibilem, jam jamque passurum, nihil horum

intelligunt. Alta igitur hæc erat nimis tradita Theologia, quæ docebat vitam exemplo Christi sic peragendam esse in patientiâ, ut mors aliquando habeatur in desiderio. Hinc octogenarius ille color 268. & quid mirum? si domus ruinam minetur nonne prompri ex eâ migramus? 269. & quod nos ad quævis patienda, imò ad mortem ipsam subeundam promprios reddere debet, postquam Christus mortem gustavit mors placido somno assimilata est. 268. Hinc ita volens in hoc benevolo non esse dissimilis medico, secundum Theophylactum prius mortem prægruitæ voluit. Hinc illi, licet in hoc discipulis displiceret, ita cordi erat iter hoc Hierosolymitanum 269. & certè si dolores doloribus assimilemus, nostri, quos patimur dolores, quos sentimus mortis angores, imagines tantum modò dolorum sunt Christi. Hinc dum dolorum suorum refricatum aliquando à nobis vult memoriâ, sic nos alloquitur. *O vos omnes* &c. *Transitis*, inquit, quia dolores &c. 58.

Peroratio.

Promptè igitur sic invitante Christo, sic nos hortantem ipsa Ecclesia, hoc Quadragesimali tempore calicem Christi epotemus: si enim Alexander Magnus dum decumberet infirmus aliquot malè amici &c. 269.

A L I A.

T H E M A I D E M.

Concionis Argumentum.

Dum pauci pati volunt, pauci & salvantur.

Exordium.

Christus paucos, ut interpretes notant, hodie habuit in hoc itinere concomites, paucos etiam qui, dum de passione suâ futurâ Hierosolymis verba faceret, ei aurem darent. Si hinc, *Audit*, salvandorum raritatem oculis vestris subicerem, qui modò ita dedisti estis voluptatibus, arbitramine me incongruè facturum? Attendite rogo. 287.

Prosecutio.

Ab salomo rebellem exercitum in patrem ducente &c. 287. recita omnia verba Auctoris consequenter & lege fol. 287. vers.

Peroratio.

Verè lugent viæ Sion, ridet nunc semitæ Babylonis. Evigilate tandem *justi* & nolite peccare: ad laborate, conamini omnibus viribus per poenitentiam Hierusalem subintrare Hierusalem caelestem. &c. 289.

A L I A.

T H E M A I D E M.

Concionis Argumentum.

Passio Christi disciplina linguæ.

Exordium.

Quærit aliqui, curiosè satis, cur nempe Christus ab Hebræo pontifice de discipulis & doctrinâ interrogatus, ad hanc quidem interrogationis partem de doctrinâ respondens &c. de discipulis penitus siluerit? &c. 736. nec verò modò silentium tantum coluit, sed & in ipsâ passione frequentius. Unde si rectè passionem Domini quidam nominent generale vitiorum remedium, ego linguæ esse docuero disciplinam.

Prosecutio.

Plurima licet sint quæ linguam humanam certè volubilem satis adstringant & coerceant, efficacius tamen non extat fixum quam atrenta Christi patientis quotidiana contemplatio &c. Constantinus Imperator. &c. 748. Nos insuper querula in ipsis doloribus statim nos linguâ armamus, nescimus silere 715. At Christus in omnibus suis suppliciis non est questus.

Peroratio.

Christum ergo imitemur, & silentium linguæ imponamus: dum scilicet vel à Deo vel à proximo nostro affligimur: Augustini consilium admittamus dicentes: *Patere quod non vis, ut assequaris quod vis*, quo enim pungimur, inde nascitur rosa quâ coronemur.

A L I A.

T H E M A.

Tradetur enim Gentibus.

Concionis Argumentum.

Vbique temerarii iudices sua habent subsellia.

Exordium.

Variis sanè modis atrentatur frequentius Christum tradere in mortem Judæi. Hinc nam crebra de eo lata fuere judicia à capratoribus Pharisæis acerrimis, Nec mitiora in discipulos ejus fuere illata: Ne ullus unquam vir, quantum præstantissimus, horum temerariorum & iudicum effugere poterit omnino subsellia, & quid dum se mutuo hinc mines iudicant intendunt aliud, quam eos tradere linguis proximorum in discerpandos, ut Judæi Christum Pilato? Vide hæc moralisationem à J. G. 486. usque fol. 491. & inde concionem contexere.

Index Thematum moralium.

A L I A.
T H E M A.

Et illudetur.

Concionis Argumentum.

Ab illusoribus nemo liber.

Exordium.

Deo siquidem non parcunt irrisores, ita nec Christo filio, nec Christi discipulis. Archisynagogi ædes &c. *Vide fol. 622. & 623.* sed omnia illa pertranscundo hodiernum introitum Christi Hierosolymitanum breviusculè contemplemur. 624.

Profecutio.

David optimorum Regum optimus variis passus est illusiones & patienter. Goliathus cavillator &c. 623. Insuper & ab ipsâ conjuge suâ Michole, quàm protervè est irrisus? Sed nunquid rectè dixerim, si hunc Davidis diem festum celebrèmq; introitum hodierno Christi Salvatoris ingressui comparem, cum Christus Dominus utrunque jam vicinus iret urbi &c. 624. sed & nunquid in suis fidelibus Christus & modò illuditur ab Hæreticis & à malis Christianis. Quàm certè irridetur justì simplicitas. *Vide à fol. 624. usque 627.*

Peroratio.

At uti Christus bene operari ob illusiones Phariseorum nunquam destitit, ita & nos surdâ aure quævis derivorum verba excipiamus, & cursum nostrum ne intermittamus, ipse enim Deus deludet irrisores tuos aliquando, & mansuetis dabis gratiam 626.

Ad illa verba, & Agellabitur. Vide fol. 756.
Si inveni velis Concionator in Chæreas Bacchinales, certè suis aliquando imputicas, à fol. 350. legat usque 351. Similiter si in luxuriosa convivio, eodem legat folio, & insuper in Indice rerum consulas verbum Gula. Plura de de Christi passionis efficiaciâ docet Tom. 2.

Quadragesimalia require Lector Tomo 2.

DOMINICA I. QUADRAGESIMÆ.

T H E M A.

Et cum jejunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, &c.

Exordium.

Quod naturalistæ ferunt, experientiâ comprobatur à multis esse, unicum Quadragesimale hodiernum Christi confirmat jejunium: Nempè jejunâ otis salivâ fugari serpentem; quiddid verò de rei veritate sit non decerno, sed stygium draconem jejunio Christi fugatum, imò quâsi enecatam, evangelica testatur historia. Proinde pace vestrâ, *Audit*, non de variis tentationum generibus, sed de unico jejunii encomio differuero. 350.

Profecutio.

Loricâ jejunii priusquam accessum tentatori infernali permittit Christus sese obarmat, quæ Christi actio SS. Patres movit cur omnes calamum in jejunii laudes armaverint. Sic enim, inquit, *Basiliana &c. sic Chrysostomus, &c. sic Hieronymus, &c. sic Athanasius, &c. ita Ambrosius, &c.* ita etiam *Origenes, &c.* Quid multa? diabolus nemo vicit sine jejunio. Jobus illud cœli spectaculum &c. 350. & 351. & fol. verso. Sed ingrata forsitan erit hæc nostra concio, & ut jejunii ingrata quibusdam est inchoatio, ingrata forsitan & erit nostra præsens admonitio. Scilicet abhorrent infirmi & infirmæ sanguinis è venâ emissionem, licet etiam ipsa morbi vehementia, lene aliud contemnit remedium. Hinc secum *Hilarium* 350. sed quæso dices comedere & bibere, quid demum mali est? 351. Si certè non latitaret sub hac pingui herbâ venenatus anguis, non ita præci, non ita recentiores nostri jejunium & abstinentiam venerationi habuissent, 351. sed vin' dicam quid mali è gulâ? luxuriæ currus quatuor habet rotas. &c. 351.

Peroratio.

Audit hæc, *Audit*. & forsitan hanc sanctam, & efficacem medicinam abstinentiam, sic tamen instanter ut ab omnibus Christi fidelibus sumatur rogante Ecclesiâ, quis ex vobis audebit repellere, *Audit*. illud amplectamur, est enim Dei arx, Christi castrum &c. 351.

A L I A.

T H E M A.

& Concionis argumentum idem.

Vide de hoc eodem concionis argumento contextam ab Authore concionem, à fol. 792. 793. & 794. & sequentibus usque 797.

Tom I.

A L I A.
T H E M A.

Et accedens tentator.

Concionis Argumentum.

Bene captis & bene morienti insidiatur diabolus.

Exordium.

EN Christo à baptisate redeunti, & in jejuniis quasi adolescente, remoram perseverantiæ injicere quasi nititur diabolus. 308. Vultis ergo ut brevibus dicam, *Audit*. quonam tempore maximè nobis insidiatur diabolus.

Profecutio.

Arbor quamvis primo vere in frondes sese induat, flore triumphet, fructusque uberrimos polliceatur &c. 389. & 390. Unde primus & ultimus est cacodæmonis aries ut à bene captis retardet &c. Quòdque sæpe in vitâ non obtinet, in ipso vitæ termino obtinere non desperat. Hinc in morte hominis triplex eum tentationum turba circumdar morientem, è quarum numero turba est infernalis. Pirata scilicet insidiatur navi, cum eâ revertitur & onusta est. *Vide fol. 94.* & si revera in ipso diei ac noctis confinio ille, ut noceat, summè semper vigil existat, in vitæ confinio certè magis urget. 492.

Peroratio.

Quapropter illas approbo Romanorum voces: vigila, vigila, Mars vigila. 46.

Ad illa verba, tunc assumpsit eum diabolus. Moralisa in vituperium vana gloria sive ambitionis, & Vide fol. 446. & verbo in Indice rerum vana Gloria, Honor. &c.

A L I A.

T H E M A.

Ostendit ei omnia regna mundi.

Concionis Argumentum.

Diabolus Geographus mendax peritissimus.

Exordium.

EN diaboli vasaframenta: nunc ad pinnaculum templi, nunc in montem excelsum Christum elevat. Semper ascensiones quamvis eæ periculosæ sint, suadet. Hinc homines videmus varia moliri, sed struunt appposito verbo quod Græci docent & nominant *ἀσκησῶν* 212. ita & diabolus hodie sese ambitiosè fingit divitiarum mundi & regnorum possessorem, sed mendacia quàm sint ejus promissâ videamus.

Profecutio.

Sunt Geographi qui orbem orbisque partes spectandas in tabulis proponant. Sunt & Astrologi qui cœli leges &c. 213. En diabolus Geographum peritissimum: & ecce artis specimen &c. 213. Rectè tē è vasaframentatorem mendacii patrem vocamus. 684.

Peroratio.

At verò Christus veræ Astrologiæ Doctor peritissimus, loquens de de regno Dei, non terram non regna promittit, sed ea contemnenda docet, & ascensiones ædificandas in cælo 213.

Vide ad Idem Thema explicandum concionem aliam integram 214. 215. 216.

A L I A.
T H E M A I D E M.

Concionis Argumentum.

Æterna qui cogitat, quædis oblata terrena despicit.

Exordium.

Quam mentitur Orcinianus veterator rem alienam superbissimè spondet in præmium. Sed esto illius sint, quàm sunt cadauca & fluxa! Transit momento mundi gloria. Igitur annos æternos in mente habeamus, & omnes ex orco larvas spernemus. *Vide fol. 10.*

Ad illa verba tunc reliquit eum diabolus, & ecce Angeli accesserunt & ministrabant. Moralisa de obsequiis Angelorum Christo, impensis, & lege fol. 312.

DOMINICA II. QUADRAGESIMÆ.

T H E M A

Domine bonum est nos hic esse.

Concionis Argumentum.

Frigidè id desideratur cujus valor ignoratur.

Exordium.

Inter omnia desiderabilia, nihil ipso cælo desiderabilius. Vita nostra peregrinatio est. Cum diu ambulaveris, denique redeundum est. Vita nostra &c. Hinc jure in nos divina fœvit indignatio, ardentius à nobis

d 4

terre

Index Thematum moralium.

tetra sordes quam cœli delicias desiderari. 219. Sed quid, oro, causæ, rem omnium desiderabilissimam tam remissè desiderari? &c. 219.

Profecutio.

Causa prima est quæ ignaviam nostram nonnihil veler. Quemadmodum infans qui nascitur & educatur in obscuro carcere &c. 219. Secunda causa est, quia hoc divinum gaudium rariùs cogitamus &c. Videte mihi Paulum Falconi simillimum permittitur volare &c. 219. Tertia causa est &c. 220. ar. quatuor desiderio illud concupière Sancti, Rex David S. August. 220. 221. 223. Nec mirum: sciebant enim certò, ibi esse, bonum esse. Quod Petrus arbitrabatur in terrâ esse posse. 223.

Peroratio.

Sequatur ergo præeuntes, imitemur ad alta prævolantes.

A L I A.

T H E M A I D E M.

Concionis Argumentum.

Cur Christus petitioni Petri non acquieverit.

Exordium.

Natura corruptior nos genuit, & liberalitatem potius amamus alienam, quam nostram. Cur Deus cœlum non concedit gratis. &c. 217.

Profecutio.

Non amat tales Petros Deus, nec has petrinæ voces audit: sed ut olim milites soli dicati, cum sacramentum dicerent, coronam à mucrone gladii pendentem accipiebant; ita & eadem ratione, & iisdem ceremoniis beata gloria acquirenda est, unde Paulo hæc res certa erat. 217. & 218.

Peroratio.

Quare ut Petrus, cœlum ardenter desideremus: sed saniores emittamus voces. Romani vetores pæne locum omnem possederunt consilio suo, & patientiâ. Igitur si possidere cœlum velimus, si consilio non possimus, patientiâ poterimus. 218.

A L I A.

T H E M A.

Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias.

Concionis Argumentum.

Nullius boni sine socio iucunda possessio est.

Exordium.

Petrus exclamasse, *Domine bonum est nos hic esse*, quid mirum? erat nempe & intererat consortio sancto, aderat enim ibi Deus Pater, &c. aderat Christus sese in aliâ formâ solito plus, scilicet clariori & gloriosiori, representans, aderat & Moyses & Elias, & duobus aliis è numero duodecim assumptis discipulis. Igitur si Phœdon inter Athenienses vir maximus &c. iure ego huic hodie cœli gloriam esse maximam probavero, ubi centena millia sunt, *quibus unum cor & anima una est omnium*, etiam licet dispar sit gloria. 241.

Profecutio.

Hebræus vates Isaias bonis omnibus gratissimum ferens nuntium, *Dicite*, inquit, *iusto quoniam bene*, homo gregarium & sociale animal, coëribus gaudet &c. hinc variæ societates: sed vix ulla unquam sine partibus, & dissidio &c. Imò Deus, ipse cum nullus sit indigus, societatem tamen affectare se simulans &c. & Christus hodie speciem aliquod gloriæ cœli exhibiturus, socios sibi in monte conquisivit. At alia erit illa perfectæ cœli gloriæ societas, cuius caput est &c. 241. Porò in hac suavissimâ, ut & hodie in monte hoc Thabor, nulla erit umbra invidiæ, licet etiam sit præriorum disparitas. Pater decem filios &c. 242.

Peroratio.

Dum igitur illi interfuerimus societati, tanta ibi propinabitur ex hac societate voluptas, ut rectius, & iustius illa Petri verba pronuntiaverimus, *Domine bonum &c.* 242.

Ad illa verba & resplenduit facies, ejus sicut sol, vestimenta autem ejus, &c. docere poteris gaudia diversa esse cœli & beatorum corporum varias, futuras decet. Ita in eodem secundo libro de Cælo per capita omnia tradit Auctor à fol. 224. usque 226.

Ad illa verba levantes autem oculos suos, noninem viderunt nisi solum Jesum, doce hunc orbem & mundum nihil solidum habere aut perenne. Et tamen & sepulchris levaverimus capita nostra, non videbimus, nisi solum Jesum in dicitur, & judicandos. Cetera verò omnia ut sunt divinita, regna &c. evanescent. Vide 214. 215.

DOMINICA III. QUADRAGESIMÆ.

T H E M A.

Et cum eiecisset dæmonium locutus est mutus.

Concionis Argumentum.

Primo de peccatis conterendum, dein confitendum.

Exordium.

A Trentio nem debitam, & sedulam hic requiro, *Audit*. & dum brevibus explico prius historia Evangelicæ litteram, alterâ mente reponite quod è litterâ promo mysterium. Obsessum Christum hodiernâ die sanas, & quidem mutum: non quod formaliter hujusmodi defectus in diabolo sint; sed effectivè: Diabolus enim optimè & callidè factis garrisquam vis cum quem possidet ex garrulo possit reddere mutum, efficere piscem. Ut & effecit hodiernum hominem, quem rursum Christus pristinæ loquelæ restituit, & quidem sanctiori. Sed sanandi servatus ordo continet arcanum aliquod, factis doctrinale, quod promo.

Profecutio.

Quid vobis videtur, *Audit*. nuaquid idem planè fuisset, si hominem hunc, & mutum, & cæcum, & obsessum, aut prius pristino visui, aut pristinæ loquelæ, & libertati restituisset? nequaquam. Prior erat ejiendus diabolus, ut subsecqueretur loquela & visus. Tradidit certè cælestis hic hodiernâ die medicus accuratam justificationis hominis in peccata collapsi methodum. Quid igitur penitenti & rectè volenti in confessione loqui, sicque justificari factio opus est? prior ejiendus diabolus, dein eo ejecto peccator loquatur, & peccati fœditatem ilico videbit. Primo, inquam, conterendum, dein confitendum, & demum agnita peccati fœditate, satisfaciendum. Ergone contritione ejiatur diabolus? Contritio certè res est pretiosa ut momento &c. 29 c. Taliter igitur actu formato contritionis, linguam statim solve, & de quibus ante conterebaris liberè prome, & rectè, nullâ additâ excusatione, nihil quod à nobis factum est negando, non alios accusando &c. 643. & addit verborum clara pronuntiatio: ne contingat nobis quod infelicibus contigit Ephraëis Jordanem transire molientibus 393. quâ confessione peractâ, satisfactio incumbet. Non satis enim est mihi homo, 382. sicque tandem oculi tui aperientur, & qui aliquando dicebas tecum murrans audiens concionatorem libidinem aut ebrietatem damnantem Euclionem illum mihi vicinum concionator hodiernus perstrinxit, insignitet dices tandem tibi ipsi te ibi tangit Ecclesiastes, *Tu es ille vir &c.* 381.

Peroratio.

O utinam Confessarii tales semper haberetis penitentes! Sed quid dolendum nunquid est plurimos alioquin factis alibi loquaces, sic obmutescere, & aliena scire, & videre promptè vitia? scilicet lamis plurimi similes sunt &c. 386. circa tua vitia, mi homo, esto austerus &c. 387.

A L I A.

Et Thema & Concionis Argumentum, & Exordium idem.

Profecutio.

Ante omnia igitur primò ejiendus est diabolus si sani omnino aliquando, id est, justificari velimus, conscientie enim accommodatè medendum est, & examine tanquam venatione aliqua infestâ, perseveranter conscientie est investigandus diabolus; id est, quodnam nos vitium maxime infestet. Quid enim juvat digitum obligare, cum stomacho labores? Quid pedi applicas malagmata, cum in pulmone sit vitium? Quid Gabonitas obfides? 379. Non minores tamen doceo negligendas noxas, sed vitia maligniora potentius subigenda, domestica vitia ante omnia sunt expugnanda 379. & 380. At nos sæpe decimamus metham & anetum. 389.

Peroratio.

Severè igitur documentum observemus docenti, ei parti precipitè medendum quam semferimus infirmissimam; hocque est prius ejiere diabolum. 380.

Vide plura de examine, & cultu conscientie, si Contritionis & Confessionis methodum rectam docere tuos velis foliis præferim 393. 380. 381. 377. 378. &c.

A L I A.

T H E M A.

Fiunt novissima hominis illius pejora prioribus.

Concionis Argumentum.

Detestatio suadet præteritorum peccatorum, seduloque cavendum ne ad vitiorum nostrorum circulum redeamus.

Exordium.

AH. quàm sæpe pluribus contingit, quod inquit & docet hodie Christus: Multorum novissima fiunt pejora prioribus. Nam sæpe sapius ut canes ad vomitum redimus, & quæ in confessione evan-

Index Thematum moralium.

mus peccata, ea relambimus. Pharaones sumus, & impetratâ veniâ culpam augemus, linguaâ valemus non opere &c. 282. Hanc decrevi hominum inconstantiam carpere, ea enim in causâ est quare multorum novissima. &c.

Profecutio.

Sæpè nos vitam meliorem incipimus &c. 282, 283. & 284. ac proinde tandem nobis frequenter emendationem promittentibus, nunquam verò practicantibus, quod contigit Pharaoni, & mari illi & balneo Iubmergimur, cujus nos effecimus peccando fontes & creatores. 283.

Peroratio.

Igitur ne nobis, dum sumus à confessione peccatâ reduces, idem contingat, emendationem promissam studeamus sedulò assequi. Quatuor animalia illa Ezechieli visâ &c. 389.

A L I A.

Thema, Concionis Argumentum, omnino idem.

Exordium.

Usurum forsitan quis irridebit quem Hebræi milles cum Deo luserunt. Quantam sæpius promiserunt obedientiam? & semper tales fuerunt post correctionem quales fuerunt antea. &c. Ita est *Audit.* sæpe post initia bona, progressus malus, pessimus exitus, *Sed de his latius.* 388.

Profecutio.

Velim, *Audit.* ut parumper jam solito prolixioris sitis parentiæ. Plerique enim Judæi sumus. In confessionali, in morbo, in periculis extremis infesti viciorum videmur inimici 388. *Audit* quid etiam Ethnici *Aristoteles* monuerit, cui certè hominum in progressu virtutum inconstantia non videretur fuisse incognita, secundo enim Ethico. cap. 4. sic loquitur: *ad virtutem requiritur firmiter & immobiliter operari.* Et rectè; arbor enim quamvis primo vere in frondes &c. 389. Ita testatur Jobus, ita sacrificaturus docuit Abrahamus 389. & 390. In aliter, novissima nostra erunt simillima Levitæ apud socerum suum hospitanti. 390.

Peroratio.

Potius eligamus feliciora novissima, non hujus Levites, non Judæorum, non Pharaonis; sed Christi. Ita vivamus ut in extremâ illâ horâ mortis dicere unâ cum Christo nobis liceat, *Consummatum est,* hæc enim sola vox paradysum aperit. 390.

Aliam require concionem, idem, ut dictum, Thema illustret fol. 505, & 506. explicans illud Tobia 4. & I. Timoth. c. 4. Attende tibi, Vide in Indice rerum & aliis verbis Confessio, Examen Conscientiæ, Diabolus, &c.

DOMINICA IV. QVADRAGESIMÆ.

T H E M A.

Est puer unus hic qui habet quinque panes hordeaceos.

Concionis Argumentum.

Arguitur Gula.

Exordium.

Christus opulentissimus convivator suis convivis unicum apponit ferculum, pisces cum pane scilicet: de vino nulla fit penitus mentio. Contra gulam hic dicendum, & mensæ lauitia jure castiganda. *Vide fol. 154. & 156. & 324. & in Indice rerum verbo Gula.*

A L I A.

T H E M A.

Sed hæc quid sunt inter tantos?

Concionis Argumentum.

Deo nunquam diffidentium.

Exordium.

Hic sermo exigit in Deum fiducia fuit. Quam exiguam fiduciam ut olim in Moysè, ita & in discipulis suis expertus est Christus & reprehendit. Moyses enim vir Deo longè charissimus, quia tamen &c. 577. similiter & Petrum castigavit ob eandem diffidentiam. Quantæ verò esset in Magistrum suum fiducia hodie Philippus, Christus examinavit dicens &c. 575. argumenta ergo aliquor recitari sumus quibus Christus in nostram diffidentiam ulus est.

Profecutio.

Optimè dixit Marcus Anachoreta qui Deo non fudit &c. 567. & primum argumentum quo Christus usus est in nostram diffidentiam &c. 567. Alterum &c. 568. & cur hæc producimus? Nunquid dum hodiernam suam ita liberaliter aperit manum, tot quæ millia hominum saturat, unicâ benedictione panem multiplicans, satis suam erga nos manifestat providentiam & curam? si verò nunc curiosius magis forsitan, quam utilius, si ita æqualiter illi cura est de omnibus, qui fit ubique tantam multitudinem hominum esse egentissimorum? Mira mi homo circa pauperem &c. 568. in ipsâ porro necessitate, aut fame, aut paupertate quantâ Deus providentiâ succurrit? &c. 568.

Peroratio.

Quamvis ergo in necessitate constituti ad Deum recurramus, eique fidamus. Regum facti memorant 577. semper Deus adest suis nec affliget Dominum animam iusti 568. verus Germanorum est proverbium 569. sed optimè Hieronymus fit homo qui esse debet, & mox addentur ei omnia per quem facta sunt omnia.

A L I A.

T H E M A.

Facite homines discumbere.

Concionis Argumentum.

Dignè communicaturo quemam observanda.

Exordium.

Quem solet hospes servare ordinem, eundem & servat & in convivando Christus. Non enim confusè hodierno ævo, & sine lege editur & bibitur, sed ratio accubitus habetur, ut sic placet & modestè quis convivetur. Vultis ut tribus quasi verbis dicam quæ dicturus sum? Priusquam pane benedicto hos sui sequaces pascat Christus per Apostolos curat eos ordinatè discumbere, cum verò panis ille figura sit. *Vide Euchariſtia.* dixerit rectè quam preparatione præviâ huic cælesti convivio omnibus sit accumbendum? altè enim nimis vociferatur Paulus: *Probet autem seipsum homo.*

Profecutio.

Hebræus vates Isaias ostento cali recreatus, *Regem Dominum exercituum,* inquit, *vide oculis meis.* Si præcis Patribus fides sit, ignitus iste calculus verbum est æternum carne velatum &c. 854. 856. sed objicis, quis tandem dignus hoc convivio? Promptissimè respondemus: moralium nemo, siquidem convivii spectem dignitatem &c. 857. hoc interim unice cavendum est, ne os vinum ardens aur allium oboleat. 857.

Peroratio.

Probet igitur seipsum homo. Probent, inquam, Confessarii, hoc jam instante Paschatis tempore, pœnitentes suos priusquam faciant hanc mensæ suos accumbere; dignè verò is accubuerit qui filium suum primo pro Christo maceraverit. Cum Rex Syriæ *Benadadus* Samaritiam præmeret. &c. 857. & 858.

Plura si vales de S. Euchariſtiâ vide in Indice rerum v. Euchariſtia.

Si pro Themate hæc assumere vales Sacri textus verba. Colligite fragmenta ne pereant, poteris requirere, Quomodo, & quibus, & quando danda sit elemosyna. fol. 880. 881. usque fol. 885.

DOMINICA V. QVADRAGESIMÆ.

T H E M A.

Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi.

Concionis Argumentum.

An veritas aliquando celanda & quando celari non possit, sed liberè sit promenda.

Exordium.

Dixit Israëlitis Moyses tam præcellentis ac divinæ fuit formæ, ut gentis illius scriptor ausus fuisset dicere. Nemo 682. Interim qualiscunque sermo, bonus sermo est cum Deus linguæ moderator est. Sed unde hoc constat, cum verum dicitur: nam mendacium sive sermo mendax, diaboli larva, veritas verò Dei imago est. Hinc Christus. *Si veritatem,* tanquam si diceret in hoc scitis me à Deo & non à diabolo esse; Occasione horum verborum de veritate agemus & dicemus pauca. 683.

Profecutio.

Mendaciorum ubique protectores plurimi, & rem omnino illicitam, licitam quandoque volunt. Ut sunt mercatores, propolæ, caupones 688. & pluximi passim obijciunt, equis aded ipse sit sibi inimicus ut grande commodum figmento non grandi respuat 689. Talis fuit Christus hodie, qui quamvis præsciret ob veritatem sæpius dictam aliquando sibi moriendum esse, eam tamen nunquam subiecit. Quare & S. P. August. moriendum potius quàm mentendum esse asserit. 689. Ergone nunquam veritas subtrahenda est, aut quandoque celanda? licet quandoque. At aliud est mentiri, & verum celare: aliud est falsum dicere, aliud est verum tacere, & profectò veritatem velle regere &c. 688. Non ita Christus veritatem qui liberè sit professus. Rursum ergo quæro nunquam subtrahenda est veritas? solus aliquando quis torrentem siftere non potest. Sint hæc ita, nihilominus tamen cum liberate promenda veritas 616. Christus itaque cum ad hoc esset constitutus ut diceret & doceret veritatem, veritatem subtrahere non poterat. 616.

Peroratio.

Itaque veritatis simus amatores & cultores præsertim, vos Judæes, Consiliarii, & sit vobis, mens ut libera est, libera lingua. 616.

ALIA.

Index Thematum moralium.

A L I A.
T H E M A.

Ego autem non quero gloriam meam.

Concionis Argumentum.

Virtutes publicare, est perdere.

Exordium.

Inter prodigia naturæ recenset Plinius, sine foliis natam fuisse aliquando vitem. 475. Inter homines prodigium hominis recenset, hominem, variis naturæ & gratiæ dotibus præditum, & tamen humilem, quique novit ita cautè has facias explicare merces, ut nihil de earum pio valore, vana gloria, ipsaque adulatio sui furentur. Ita suas explicavit merces Christus, ideoque hodie sic contestatus; *Ego autem*, sicque patro miracula, ut gloriam non meam, sed Patris queram: qui enim aliter, aliavè intentione actiones, etiam ex se summè meritorias, exerceret, actionum suarum & valorem & meritum perdit, Latius hæc dixero.

Profectio.

Struthionum, non Christi imitatores, hoc ævo sunt plurimi: & ut plurima mundanorum & aulicorum plerumque sunt pilea, ita & plurimum sic exornantur actiones etiam piensissimæ. Id est, *Audit*, videri volunt jam omnes, dumque videntur laudari, & suas quisque explicat merces. Ecclesiastes, quispiam insigniter se dixisse autumat, & forsitan nulli placuit. Ita muscus, ita pictor, dux militiae, &c. 477. Certè dico, struthionibus simillimi. Avis illa nobile symbolum stultitiæ est, mole corporis non inæqualis camelo. 478. Cainum per invidiam, Abiron per superbiam, & ad inferos ruere, nil mirum: sed bis mirum, esse non paucos, qui per abstinentiam & cleemosynam tendant ad crebum. 478. Imò per sæpe gloria spernitur, ut acquiratur. Dicam, sed nil hic meo sensu definiam. Vir maximus nostri ævi Theologus. 473. O verè miser! hoc enim perinde mori est, ut *Eleazarus* Hebræus, &c. 478. Non ita se mori velle, hodie contestabatur *Christus* hæc verbis: *Ego autem non quero*, &c. q. d. Si sic operarer, inglorius morerer; nam vana gloria actionem omnem vitiat. Quare D. Basilius hæc titulis exornat: Digni certè qui expendantur, &c. 478.

Epilogus.

Sed vereor, ne multi hæc monita non satis capiant: hos mores, hoc ævo amamus, &c. 480. & tamen certissimum illud D. Gregorii est: Omne bonum quod per concupiscentiam laudis ostenditur, oculi adversarii juri mancipatur. 480.

A L I A.
T H E M A.

Est qui querat, & judicet.

Concionis Argumentum.

Utilitas homini, dignitas Deo cedit.

Exordium.

Quid est, *Audit*, quòd *Christus*, postquam apertè satis declararat, sese per opera sua gloriam nullam humanam querere, subjungat, *Est qui querat, & judicet*? Emphatica fuit hæc *Christi* locutio, inarum plena, eam igitur discutiamus.

Profectio.

Doctissimus Liranus hæc explicans Christi recitata verba, sic scribit: Deus Pater de illis qui me modò inhonorant, aliquando vindictam sumet, sicque mihi gloria illa, quam vos mihi denegatis, restituetur. Nil enim certè magis cuerit Deus, quàm gloriam suam, eamque denegatam requirit acerrimè. Pro cuius rei clariori explicatione notandum est, in cunctis Dei operibus duo reperienda esse: dignitatem & utilitatem: homini utilitatem Deus, &c. 473. Fiat igitur bona semper à nobis divisio, gloriam enim suam Deus alteri non dabit; & si eam Deo deneges, vindictam time. *Herodes Agrippa*, &c. 473. Et cur, quæso, olim Deus sub pœna captivis sanxit rem primo intuitu minutam? Ne quis scilicet odores divino cultui, &c. 477.

Epilogus.

Ne, rogo, Christiani, ita Deo tantis donis ditati simus injurii, ex rebus omnibus rectè gestis Deo suum solvamur vctigal, ut Christus Deo suo Patri promptè & humiliter persolvit, & vigilantè curat, ut loquitur Gregorius, per cuncta opera &c. 477.

Phara si dicere voles de vanâ gloriâ, vide à fol. 473. usque 480. & fol. 446 & in Indice rerum verb. Vana gloria. De veritate, vide fol. 297.

DOMINICA VI. QUADRAGESIMÆ

SEV PALMARVM.

T H E M A.

Multi autem vestimenta sua straverunt in viâ, &c.

Concionis Argumentum.

Mundi gratia vitrea est, quæ cum splendet frangitur.

Exordium.

Adest, *Audit*, celebris illa & nota satis nomine, hebdomada sancta, seu magna, quia scilicet magna quadam, ut loquitur S. Chrysostrus *Homil. 30. in Genes.* & ineffabilia bona nobis contigerunt. In illa extincta mors, interempta maledictio, tyrannis diaboli dissoluta, vasa ejus direpta, Deus hominibus reconciliatus, cælum factum penetrabile, & Angeli hominibus convivunt. Quibus omnibus mundo, teste D. Bernard. in Serm. feriæ 5. hebdomadæ pœnosæ, nihil poterat fieri melius. Admiranda fuere prima hebdomadæ quidem mundi opera, primo nempe die &c. *Narra* si placet singulorum dierum facta à Deo opera ex *Genes. 1. & 2.* at admiranda magis ea sunt, quæ hæc diebus peracta sunt Hierosolymis. Admirabilis enim est Deum pro hominibus cruci suffigi, quàm Deum condidisse sydera, quod feria 6. contigit. Hodierna igitur triumpho gloria, in crucis ignominiam est commutata. Itane ergo mundi avolat gloria? dixero hoc statim latius.

Profectio.

O quàm dissimilis sibi facta est Hierusalem! quàm inconstans, quàmque mobilis! ita D. Bernard. *Serm. 2.* O quàm, inquit, dissimile est, Tolle, tolle, crucifige eum, & Benedictus qui venit in nomine Domini, hosanna in excelsis! Quàm dissimile, Rex Israhel, & Non habemus regem nisi Cæsarem! Quàm dissimile, Rami virentes & crux, flores & spina! Quàm dissimile, aliena sibi substrata habere vestimenta, & propriis dein exuitis nempe semper fuit mundi gloria: ita subdola, ita fallax, ita fucata, ita vana, ut rectè jam dudum proclamaverit Tarcentis Paulus, Non habemus, inquit, hic manentem civitatem, quasi dicat, Etiam quæ putamus firmissima, ruunt. Licet enim nos è chalibe strueremus domos, &c. 214. Non legisse, imò hanc Pauli penitus doctrinam ignorasse arbitror Ludovicum XI. Gallie regem, qui, &c. 214. Vis scire Ludovico causam? adjungit eam doctrinæ suæ Paulus: Præterit enim, inquit, figura hujus mundi. Elapsos centum annos, sequuntur alii, &c. 214. prolixus eodem modo ut in pompâ aliquâ processionali, sacræ circumferuntur imagines 214. scilicet nil stabile aut firmum voluit esse ille rerum arbiter, &c. 214. Multa offert spectanda, possidenda nulla, &c. 215. Quare & mundus à quibusdam opitioni confertur: at rectius carnifici. Expertus est enim id ambitiosus Absalon, Judas, Ionas, & Christus hodie. 215.

Peroratio.

Quare, *Audit*, agamus, ut agere solet quis conducturus ædes: quòd ille primò eas inspicit, si placeant, exquirat, dein singulariter, num in iis, aliquot annis stabilem figere possit sedem &c. 214. Mansiones videntur firmæ quibusdam hujus mundi, sed erant, nulla in terris mansio, Nulli hactenus regum &c. 214. Quare ad æterna, peritura hæc omnia spernentes, mentem, & oculos dirigamus: nisi quis nostrum malis hic annis paucis in Hierusalem triumphare, dein æternum crucifigi.

Vide aliam Concionem integram de vitreis hæc omnibus mundi favoribus à fol. 800. usque 801.

A L I A.
T H E M A I D E M.

Concionis Argumentum.

Cor hominis, insula fugax & saltans.

Exordium assume concionis præcedentis, dein sic proseguere.

Quid mirum hunc lussisse Hebræos ludum Christo? Eundem certè & nos ludimus in dies. Utque hæc ramorum viriditas & amœnitates carebant radice, ita proposita etiam piissima, Deoque grata, multorum hominum velleitates tantummodò sunt, vixque proposita evanescent. Insula fugax est, insula saltans est cor humanum. Vultis ut dicta explicem? Insulam narrat inventam in mari proflus admirabilem, &c. 818. Quàm multi hæc paschalibus multa castè proponunt, & ferventer aliquamdiu etiam persistent: dein proposita rescindunt, & pejora prioribus perpetuant? Nivem imitantur, 819. Cantherii fumant in porta fessili, 819. Hierosolymitani sumus penitentes, & Christo oclamantes: *Benedictus qui venit*, &c. & paulò post Christum spernimus, crucifigimus.

Peroratio.

O *Audit*, seridè resurgamus, & ubi resurreximus, maneamus stantes: virtutum enim omnium fundamentum perseverantia. Norunt hoc in castris milites excubantes sub puro ac frigido love. Norunt illud vani amatores. Noveritis & hoc vos: *Audit*, & quisque modò non solum confiteatur, sed & confessus sacramentaliter à se exigat, ut qualem se præstare instituerit, talem se ad exitum servet 819.

Vide aliam concionem de inconstantiâ humanâ à fol. 386. usque 391.

Quoniam

Index Thematum moralium.

Quoniam verò hæc palmarum Dominica, dierum Paschaliū prima est, congruenter & accommodatè Pastores omnes dācuerint è cathedrā requisitas ad confessionem Sacramentalem rectè obsequiam conditiones, quas enarrat & conscribit late Auctor in libro suo de cultu conscientia, è quibus omnibus *Barthm* ibidem conscripsit unam formatam subscribo, in Pastorum omnium levamen.

T H E M A

Multi autem vestimenta sua straverunt in viā.

Concionis Argumentum.

*Non jam vestimenta, sed se Christiani dolentes
Sacramentaliter substernant vicariis Christi.*

Exordium.

EA, quæ peracta sunt ab Hebræis, Christo urbem Hierosolymitanā. *Asina* infedenti ingredientī, optarem vos modò omnes, *Audiores*, præsertim qui hujus nostræ ovilis estis oves, & quorum salus mea salus est, præstare Christo resurgenti. Non quòd velim ut pavimentum hocce templi nostri vestibus contegatis, aut ramis tantummodo exoneretis, sed ut vos ipsi sicis templi nostri capetes, rami virides & florentes, quales eritis, si rectè sanctæ maris Ecclesiæ voto & mandato obediveritis. *Rectè* dico, non enim recta confessio in ipsa tantummodo peccatorum prolatione consistit, sed in pluribus aliis, quæ breviter dixerò, vobis omnibus ut profum, & officio meo pastorali non desim.

Profecutio.

Quod homini Christiano cuius, vesperi cubitum ituro, consultò præstandum est quotidie, sancta mater Ecclesia nunc præcipit accuratissimè peragendum, constituitque unumquemque nostrum, ut quondam *Hieronymum*, ut evellat & destruat, disperdat & dissipet, ædificet & plantet. Sed ut rectè quis evellat & destruat, loli cognitio habenda est, quam quis consequitur ex diligentī examine conscientia, quæ confessioni Sacramentali necessariò semper est præmittenda. Sed cum & hoc examen rectè peragendum sit, primò pro acceptis beneficiis pœnitens Deo gratias agat, secundo brevi oratione, qualis illa potest esse Job, *Quantas habeo iniquitates, &c.* lumen à Deo petat cernendis erroribus, tertio secum disquirat, *Quid feci, dixi, cogitavi, & non feci, omisi, neglexi faciendum. Legs fol. 380. & 381. & 382.* Quo factò examine non legitè, sed eā quæ solent iniri rationes datorum & acceptorum ab ipsis quæstoribus, de peccatis dolendum est contritionis actū, quæ res pretiosa adeò est, &c. 290. Tres verò hic actūs continet partes. 290. *fol. 380. 381. 382.* postquam excitatam pro possibili, obiturus confessionem hæc sibi quisque pœnitens proponat. 492. Percepturus denique Eucharistiam, ad hæc animum intendat. 492. & 493. sed dein post imperatam veniam ad vitiorum nostrorum circulum non est redeundum: nil enim proderit duorum aut trium dierum correctio.

Peroratio.

Si tamen recidivam quis vestrum patitur, sæpius hanc Sacramentalem medellam requirat: Concilium enim Tridentinum affirmat eos, &c. 348. si enim quis labi rursus non velit, non hoc tempore Paschali solum, sed & sæpius confiteatur, quod enim crebro sordescit, crebro mundandum est 349.

Si cui hæc Palmarum die, vel ex consuetudine, vel ex officio incumbat, Pastorem sacratissimam D. N. Jesu concionari, Tomum secundam Auctoris consulat.

RESURRECTIO DOMINI IESU.

Surrexit, non est hic, non aliā assumptā carne, quā in quā passus fuerat, docuerat, ambulaverat, miracula patriarar, cæcos, surdos, mutos, leprosos contigerat: nec aliā, quā in eadem & nos, in quā vivimus carne resurgemus. Ita pulchro discursu docet Auctor *fol. 77.* quod quidem bonis magno est solatio, malis verò pœna major. *fol. eodem.*

Lesum quartis Nazarenum crucifixum: Mirabile, lætissimo Paschatis die etiamnum crucis & crucifixi mentionem fieri, imò verò rectè, nemo enim Nazarenus; hoc est floridus, fieri potest, nisi prius crucifixus fuerit. Christus enim per crucem factus est Nazarenus, & pervenit ad triumphum gloriæ. *Vide fol. 272. 273. & 274.*

Quod hic, bone Lector, formatas, ut in aliis, diebus non legas conciones, ne mireris, cum Tomo secundam Auctoris liber integer continetur de Christi resurgenti gloriā, Tomum igitur alterum consule.

FERIA II. PASCHATIS.

T H E M A.

Et ipsi loquebantur ad invicem de his omnibus quæ acciderant.

Concionis Argumentum.

Colloquia pia Deo grata.

Exordium.

Isidorus omnia quæ loquimur, hoc discrimine judicat æstimanda. Aut enim bonum bene loquimur, aut malum malè loquimur: aut bonum

malè, aut malum bene proferimus. Malum malè in verba digerimus, &c. 608. bonum effertur malè, &c. Malum bene profert, &c. bonum verò bene loquimur, si, ut Paulus præcipit, &c. Ita certè hi dubii de Christi resurrectione discipuli locuti fuere, ac proinde dum fabulantur (non quod hic dicatur fabulari à fabulā, sed à *For. faris*, quia non vana, sed pia fabulantur) apparuit illis Christus. Pia igitur colloquia laudaturi sumus.

Profecutio.

Divinæ paginæ cælum sæpius reseratum memorant, id tamen nunquam sine gravi causā, & grandī utilitate factum. Israhel's populo arher quotidie patuit, cum manna, &c. 745. In sacris paginis homo puræ mentis confertur cælo, &c. & talis cæli janna est lingua, quam pandi non vult Deus, nisi iustā de causā: & nos sæpe cælum non esse, verba nostra confirmant. Erant tamen hi discipuli, quamvis ex parte dubii de resurrectionis mysterio: manna enim deplebant, ac proinde ad illos accurnit Christus. Tales certè socii, è juvenes l è puellæ in hisce non solum paschalibus, sed diebus omnibus, inque omni deambulatione, prandio, conquirendi sunt. Nam bene inquit Salomon, &c. & beatus Ludovicus Tolosanus Præsul. At quàm fœda multorum, præsertim juvenum & puellarum multarum, sunt colloquia. 745. quàm vana, quàm jocosa non quòd velim omnem hominem æquè semper in verbis serium, veneror etiam virtutem illam quam Eutapeliā Theologi nominant, &c. 721. Sed ne & in his limites transiliamus, monet D. Ambrosius, 721. ac parum est jocosa referri iterdum, sed quorundam lingua sepulchrum parvum est spurcitia: 330.

Peroratio.

Hos tam fœtidi oris comites quisque fugiat, qui Christum à se fugere non velit. Monitum Apostoli audite, &c. Sicut enim censorius Dei oculus ubique nobis est observandus, ita conforiæ Dei aures nunquam non retundent. 331.

A L I A.

T H E M A.

Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & hæc ignoras?

Concionis Argumentum.

Peregrinatio & prisca & novā lege semper usitata.

Exordium.

Cum multi peregrini ex diversis venissent partibus Hierosolymam ad diem festum Paschæ, ut haberet Joannis 12. hi duo dubii & pusillanimes discipuli Jesum habitu peregrino illis appropinquantem, & quarentem quòdam inter se confertent sermones, quasi corripunt. Tu solus, inquit, es peregrinus in Hierusalem, &c. quorum verborum sensus est: Cum multi peregrini his diebus venerint in Hierusalem, mirum est quòd solus inter eos ignores ea quæ omnibus nota sunt. Pium igitur peregrinandi studium hodie, *Audiores*, approbatum video, nec novum, ut quidam dicunt, Papistarum est commentum, sed & etiam à Scrvatore adhibitur &c. 781. Latius id declarare vero, simul & quomodo peregrinatio instituenda sit, aliāve remporum locorumque favorum, hisce quæ paschalibus festis Christianis est usitata satis, visitatio.

Profecutio.

Magna sæpe humana est desidia, profanus corpori. A deo peregrinationis cultum quidam non exercent, ut etiam pedem effert domo, & in templum proximum ire, non raro tædet. Sunt qui quamlibet obvium, &c. 779. Videte mihi sanctos viros, &c. & olim totus orbis Bethlemum & Hierosolymam confluit. 780. Modò verò peregrinationes non tantum longas (quas non omnibus passim iusticem) sed breviores omnes Christiani plurimi non tantum avertant, sed sæpe & vident ob unicum olim Cupidinis signum, &c. 781. Sed forsitan aliqui nōrunc illud B. Francisci effatum, *Qui multum peregrinantur, raro sanctificantur.* Sed sciendum est, mutationem omnem loci nos peregrinationem nominare nolle, sed discursum otiosum aut curiosum rectius fatemur: igitur in dicto B. Francisci verum esse, frequentiores discursus hominem neque sanctificare, nec in aliquo animum morbi tollere. Cum enim quidam diu vagati fuerint, nihilo sanctiores redeunt, &c. 781. Sed satis de vagis illis peregrinationibus, videamus quænam sit peregrinatio religiosa, qualis demandata olim erat omnibus Hebræis. Peregrinatio hæc non studio videndarum urbium, &c. 781.

Epilogus.

Vultis breviter, priusquam hunc de religiosa peregrinatione discursum concludero, devotæ peregrinationis scivisse signa, & praxim, finem, seu intentionem cumprimis habere piam, &c. 781. 782.

A L I A.

T H E M A.

Et aperti sunt oculi eorum.

Concionis Argumentum.

Non auditores legis, sed factores justificantur.

Exordium.

Quamvis supremus ille Magister & Præceptor Christus longo satis discursu eas explicaret his discipulis Scripturas, quæ tam de morte quàm

Index Thematum moralium.

quàm resurrectione Christi scriptæ erant, non quidem omnes, sed tales quæ sufficerent eos dubios stabilirent in fide resurrectionis, oculi tamen eorum aperti non sunt. At ubi eum coegerunt, id est, obnixè rogarunt quatenus unâ cum eis hospitium ingrederetur, & congeneret, aperti sunt oculi eorum, hoc est, voluntariè se eis ostendit eâ in effigie, quæ erat cognoscibilis ab eis. Grata quidem erant colloquia horum discipulorum Christo, sed gratiora & efficaciora opera fuere charitatis: hæc siquidem imperantur Dei Christi revergentis visionem. Plura de his operibus charitatis dicturus sum.

Profecutio.

Quam sit illa verax, Dei promissio, *Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur.* Vultis Deum, inquit, commoveri misericordiâ, vos ipsi prius misericordes estote. 883. Dialecticorum syllogismus est, &c. 883. Ita experiuntur discipuli in Emaus, panem dabant, misericordes erant, & misericordiam consequuntur, & dubii, & vacillantes in fide resurrectionis Christi stabiliuntur. Certè quæstionem illam si quis moveret modò, quam aliquando movit in vitâ suâ D. Chrysostomus, nempe, quæ ars omnium artium sit quaesitiosissima, scio responsum promptum. Quid vobis videtur, *Auditores?* Verum est, maximum facit lucrum Cæpimarius, &c. 882. Scivit hoc Sabaudia Dux III. Amadæus, seivere plures: sed hic, obsecro, paulò altius penetremus, oculis demum misericordiam tam affabile habeat ac decorum, unde divinis oculis tantopere placeat. Quæ enim, &c. 882.

Peroratio.

Quapropter in quavis re imperandâ, opus adhibe misericordiæ, tanquam maximè imperatorium: nam nemo potentius partes patroni agit hic & post hanc vitam, quam Misericordia. 119.

FERIA III. PASCHÆ.

THEMA.

Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati,
& resurgere à mortuis tertiâ die.

Concionis Argumentum.

*Christianorum consummatissima Philosophia est,
Bona facere, & mala pati.*

Exordium.

NARRAT Historici quidam, Principem quendam pro symbolo habuisse pictum struthiocamelum, additâ inscriptione durissimâ: *Cogit Spiritus, 845.* Ita Christus, pluresque post eum viri patientissimi, omne ferrum concoquunt. Fit nonnunquam, ut corpus alicujus hominis spectes, debile, tenerum, &c. at si sublatarem in tali corpore spectes & inspicias animum, struthiocamelum dices, &c. 845. Tales vult esse Christus hodie discipulos suos, ac proinde hæc consummatissimam Christianorum Philosophiam illis tradit. *Quoniam, inquit, sic scriptum est, &c. Tandem & nos conabimur vobis, Auditores, inculcare.*

Profecutio.

Eadem est, eritque semper membrorum lex, quæ capitis fuit. Quid caput nostrum Christus egit? Verissimus regni hæres erat, & summi Regis filius: hoc ramen tributum, &c. 217. Quod B. Leo expendens, &c. & D. Paulus, Res hæc fuit certissima, &c. & Isaias vates ad rem nostram satis accommodatè, 217. & 218: Novi satis humanam naturam: cuncta gratis malum accipere, quam dare. Sed ut olim milites Soli dicati coronam, &c. 217. Non aliter porrigit Deus beatitudinis coronam. Patendum est omnibus, ita Paulus, *Omnes qui, &c. 218.* Attende ad verbum *omnes*: Iuvenis es, & cælum vis? sustine. Servus; sênex, vidua, virgo, &c. sustine. 845.

Peroratio.

Hanc igitur, *Auditores*, addiscite unâ cum discipulis hodie à Christo traditam Philosophiam, & Christo capiti nostro conformemur. Credamus, agere bene & pati, tutissimum ad cælum esse iter, &c. 218. *Plures si quis velit formare conciones, ut hanc traditam à Christo sacram Philosophiam doceat, Indicem verum consulat verbo, Cælum, Christianus, Pati, &c.*

A L I A.

THEMA.

At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & favum mellis,
Concionis Argumentum.

*Ratio cur Christus piscem assum comederit, & vicissim
discipulis post resurrectionem suam piscem prunis
impositum apposuerit.*

Exordium.

Piscem, *Auditores*, assum refert Evangelista Christum hodiernâ die comedit: & quidem, licet aliqui hoc in dubium vocent, verè com-

edit, quia vero ore verisquè dentibus usus est, & cibi saporem percepit: quamvis stomacho eum neque concoxerit, neque in carnem converterit, sed in aërem mox commutaverit. Non ita verè comedit Angelus, quamvis aliquando vilis sit comedere, ut patet Tob. 12. Vnde Beda: Manducavit Christus potestare, non necessitate; aliter enim absorberet aquam terra sciens, aliter solis radius; terra indigentia, solis radius potentia. Sed de his satis, aliud hodie disquisitionem documenti genus, cur tempore & appositum à discipulis comederit piscem non lixum, sed assum, & favum mellis; & non alium vicissim discipulis obtulerit comedendum piscem. Secretum hoc sacrum eruemus.

Profecutio.

Quid, *Auditores*, æstimatis facilius tolerabiliusve esse, triduo pati capitis, oculorum, dentium, calculi dolores, &c. 15. & 16. Optimè cerè & veraciter S. P. Augustinus: Melius est modica amaritudo in faucibus, quam æternum tormentum in visceribus. Sed quisquam forsitan ad hæc horreat, & felleum vel assum appositum nobis à Christo piscem recuset comedere. Sed animosè Christiani, solus Christus piscem hunc comedit sine favo mellis ante resurrectionem; at postea non comedit, neque nobis comedendum offert sine favo mellis. Quid enim dolores nostri, ad dolores Christi collati, aliud sunt quam solæ imagines dolorum? Istius crucifixi verus est dolor, &c. 19. Verè, dico, comedit Christus piscem sine favo mellis felleum hunc, at nobis favo mellis conditus offertur. Vultis scire quomodo? Fit nonnunquam rideuli causâ, ut scortus thorax, seu colobium minutim concisum, adjecto pipere ita coquatur, &c. 845.

Peroratio.

Quare, *Auditores*, si nulla alicui dies abeat sine nubeculâ, & quotidie aliquid tolerandum sit, nulla quoque dies abit, quin aliquid solatii genus Deus suis propiniet pro se afflictis. Solus ille voluit calcare dolorem torculari, sed non solos nos vult calcare.

DOMINICA IN ALBIS.

THEMA.

Pax vobis.

Concionis Argumentum.

Pax bonorum omnium conservatrix.

Exordium.

POST diluvium illud orbis generale Gen. 10. ad Noë, arca propter metum diluvii inclusum, columba venit portans ramum olivæ, *Intellexitque Noë quod cessasset aqua super terram.* Similem in modum, post passionis diluvium ad discipulos propter metum ludæorum conclusos domo, venit Salvator, portans ramum pacis. O si semper ramus ille virentia sua conservaret folia! pax, inquam, si in terris vireret semper, quales inde succrescerent fructus! Ramus virens pacis conservat omnia. Vtinam non in cuiusvis vestrum, *Auditores*, horto, sed in cuiusvis animâ, ramum hunc hodierna nostra concio inferat! Hoc est quod conabor, &c.

Profecutio.

Duplex est ipsa hominis resurrectio, una animi, corporis altera: hæc in hac vitâ fit sæpius, altera in extremo die fiet semel. Sed prior est ipsa animi resurrectio, quam corporis. Vultis scire quid modò voveam? *Si iam enim consurrexistis cum Christo.* Ut resurrectio corporis erit perpetua (postquam enim corpus surrexerit, nunquam morietur amplius) ita & ipsa voveo ut sit animi resurrectio, siquæ animus in hac vitâ ex peccato sit vitam gratiæ revocatus, vitam servet, morsque peccati illi ultra non dominetur. Quam gratiæ & resurrectionis perpetuitatem, unica mater, *Pax dicta, creat & conservat: quæ inter muros animos hominum, interque Deum & hominem, resulat à radice charitatis, ac proinde pax ipsa, Charitatis ramus* rectè dicitur; utque pax esset perpetua in terris, perpetuareturque animorum reconciliatio & resurrectio, posuit præceptum Christus charitatis. *Hæc, inquit, mando vobis, &c. Deus innumera panem de velt summi Pontificis & aurea, &c. 763. Recita omnia consequenter.*

Epilogus.

Si igitur *consurrexistis cum Christo*, quod scire poteritis, si vos invicem ametis, si pacis ramum cordibus vestris insertum habeatis. Audite Ioan-nem, *Nos scimus, &c. 762.* Hunc ramum conamini conservare virentem, eritque resurrectio vestra animi perpetua, quia charitate & pacc conservantur omnia.

A L I A.

THEMA IDEM.

Concionis Argumentum.

*Quomodo pax, hodiernâ die à Christo promulgata,
inter Deum & hominem, & hominum
inter homines, conservari possit.*

Exordium.

Quid est, *Auditores*, quod Beatissimus Paulus ita omnibus votis desiderari discipulos suos impleri agnitione voluntatis divinæ? Ita

Index Thematum moralium.

enim scribit ad Coloss., i. v. 9. &c. 540. Norat utique Paulus, &c. Nam sci-
visse Dei voluntatem, suamque illi conformare nosse, altera beatitudo,
cælum alterum est, in quo pax esse perpetua, perpetuoque virens: rectaque
talis conformatio est omnis pacis & tranquillitatis mater.

Profecutio.

Qui suam omnino propriam voluntatem jam divinæ conformavit,
pace & tranquillitate omni fruatur. Certè piis illis priscis Patribus non
desere variarum ærumnarum acerbitates: nam quò quis sanctorum, &c. 547.
Heliotropio, inquit Plinius, æterna sunt folia. Idem de tali homine di-
xeris. Folium pacis ejus non defluet, & naim, ut Perlarum quispian olim,
&c. 541. Callianus narrat, &c. 541. & 542.

Epilogus.

Verissima hæc sunt, *Auditores.* Heliotropium, teste Plinio, formicas nec-
cat. Humanæ voluntatis cum divinâ consensus, &c. 542. Quicumque divi-
næ voluntati ferio devotus est, in paradiso est. *Falsisque est in pace locus
ejus, & habitatio ejus in Sion.* Utinam, ô Christiani, &c. 542.

A L I A.

T H E M A.

Gavisi sunt discipuli viso Domino.

Conclonius Argumentum.

Veri gaudii fons, visio Dei.

Exordium.

Davidis hæc est cantio, *Montes exultaverunt ut arietes, & colles sicut agni
ovium.* sed quid significet forsitan, non omnes capiunt. Quando nam
ut arietes & agni montes (quod omnium rarissimum est) exultant? Tunc
montes exultant, cum homines, qui rationis celsitudinem montibus sunt
similes, instar animantium ratione carentium exultant in rebus terrenis,
corporis, cibo, potu, aliisque similibus, & non in vero Deo. Certè nil ter-
ra habet, vera quod possit esse gaudii materia: sola ipsa Dei visio talis est,
& in cælo & in terrâ. Vnde benè discipuli viso Domino lætabantur, ut
inquit Evangelista. Hæc summa dicendorum erit, &c.

Profecutio.

Gaudet avarus viso auro & argento, sed non rectè. Neque verè gau-
det ambitiosus, propositis & delatis honoribus. Gaudet habitis deliciis,
voluptatis cultor: sed neque rectè neque verè. Gaudet hodie discipuli,
viso Domino, sed rectè & verè, nam unicus tantummodò in cælo & in
terris fons est gaudii. Sed quid sit videre Deum, sive in quo illa consistat
visio, forsitan quis requirat. Nam magni ponderis quaestio est inter Theo-
logos, num Deus, qui spiritus est, corporeis oculis videri possit. Eam si-
lentio, &c. 257. Itaque cum S. P. Augustino concludo, incorporeum
Deum, &c. 257. Nunc igitur videamus, quomodo fiat. Beatus Thomas,
& cum eo Theologorum schola, &c. 255. Triplex verò hoc præmium
correspondet tribus virtutibus. 256. Sed dicetis nunc, *Auditores,* Credimus
in cælo objectum esse veri gaudii Deum perspicuè visum, sed quomodo
in terrâ hic nobis potest esse objectum gaudiorum, cum scriptum sit, *Non
videbit me homo, & vivet?* Vera est Scriptura, sed accommodè explicanda,
Fidèle prius, &c. 252. ut Deum videre taliter possimus, ut Beati vident.
Sed est alia visio per quam & quâ Deus videri etiam à nobis in terris
possit, nempe per fidem, meditationem, contemplationem. Ita sibi, tan-
quam Deum videns, gratulabatur Rex Sion, *Conclavit,* inquit, &c. 256. Ita
verè ille gaudeat in terrâ, cum quis assiduis, &c. 776.

Peroratio.

At nos stulti aliunde gaudere querimus, & exardemus ut vetuli illi in
Sulannam, &c. Vas sterquilini amplectimur, & Deum infinitæ formosi-
tatis miraculum præterimus, ac proinde ratò gaudemus cum discipulis
Christi veraciter.

*Si quis, occasione hujus etiam thematis, loqui velit de gaudio spiritus, quod so-
lum verum est gaudium, videat Antorem à fol. 776. usque 778.*

A L I A.

T H E M A.

Et post dies octo iterum erant discipuli ejus intus,
& Thomas cum eis. Venit Iesus, &c.

Conclonius Argumentum.

Deus ex malis bona, quasi ignem ex aquâ educit.

Exordium.

Sæpe querimus inter nos, cur hoc illudve malum permittat Deus.
Pro quorum curiosorum, taliter talia inter se disquirentium, instru-
ctioe & solatio hæc annoto. Duo sunt malorum genera: Primum eor-
um quæ molestiam, &c. Alterum, &c. 512. & 513. Si verò quis vestrum re-
quirat, cur Thomam in incredulitatem labi permiserit, paucis respon-
deo. 513.

Profecutio.

Nunquam certè bonitas illa infinita tantam in orbe malitiam, &c. 513.
Saulis perfidia Davidi diadema contulit: Danielém fovea leonum altius
evexit, &c. Incredulitas Thomæ confirmatio fuit resurrectionis. *Legè D.
Bernard. Homil. super Missus est.* 513.

Peroratio.

Quare illam colamus & veneremur S. P. Augustini sententiam, *Melius
esse iudicavit Deus,* &c. 513.

Tom I.

DOMINICA II. POST PASCHA.

T H E M A.

Ego sum Pastor bonus.

Conclonius Argumentum.

Pastoris boni est, oves suas tueri & protegere.

Exordium.

Magnificum illud promissum, *Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi
mei,* verificat Deus, dum nos omnes oves suas tantâ protegit carâ,
ut nullam suis ovis desit. Fâteretur hoc de se David, &c. At nos latius
id ipsum examinabimus. 570.

Profecutio.

Sanguinem & vitam Davidis Rex Saul, instar lupi voracis, sæpius
petiit. At frustra: Deus enim eum protexit semper, de cuius manu lupus
nullus ovem vel unam rapier. Cùm enim David in *leonis* solitudine,
&c. 570. Nec mirum, Davidem sic protectum; noverat enim oris illa
divinæ voci obtemperare, & divinæ providentiæ sese committere. Cùm
enim Iesus ille juvenis rebellem filium, &c. 570. Eadem est ratio in
omnibus aliorum hominum vexationibus. 570. Hæc flagelli loco sunt:
debet enim, etiam si Pastor bonus, cùm o. es aliquando habeat rebelles,
quandoque baculo uti; nunquam tamen deserit, sed clamat, queritque
illud ovis suis inculcare, *Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.* Con-
siderate mihi, obsecro, Iosephum, &c. 570.

Epilogus.

Fidamus ergo nos Christo, fidamus nos divinæ providentiæ. *Dominus
enim regit nos, & nihil nobis deerit.*

*Circa idem Thema doce, quanta Dei providentia sit circa vita necessaria. 567.
Quanta in amicos. 570. Quanta in amicos & inimicos. 572.*

A L I A.

T H E M A I D E M.

Conclonius Argumentum.

*Quidam suiipsius volunt esse pastores, & Christo
diffidentes, alios sibi delignant Curatores.*

Exordium.

Nil crebrius, nil acerbius in suis discipulis castigavit Christus quàm
diffidentiam, &c. 575. Quàm verò & frequens & periculosum sit,
vel sibi ipsi fidere aut alteri præter Deum, dicturi sumus.

Profecutio.

Salomon hanc sui fiduciam graviter perstringens, &c. 572. sed non
tantum non in seipso ullus, sed nec in ullo altero ipè & fiducia figat. 575.
O homines, Dei summi illius pastoris opulentia ac potentia inattendum
est, &c. 576. Imò quàm zelotypus ille sit pastor animarum, alium dum
præter ipsum eligimus, patet ex punitione illâ in Moyse, &c. 577.

Epilogus.

Sed heu! quàm tamen in orbe rari sunt, qui Deo fidant toto animo.

Mores hominum considera, &c. 579.

Quam sit Christus Pastor liberalis, vide à fol. 814. usque 815.

Christi pastoris veri quatuor perfectiones. 645.

Christus Pastor suæ ovis suis imponit jugum. 320.

DOMINICA III. POST PASCHA.

T H E M A.

Modicum, & non videbitis me.

Conclonius Argumentum.

Omnia modica sunt præter æternitatem.

Exordium.

Secundùm D. Chrysostomum, per primum *modicum*, in quo dicit *non
videbitis me*, intelligitur tempus ab horâ mortis Christi usque ad re-
surrectionem, quod fuit triduum illud quo jacuit in sepulchro; tunc
enim non viderunt eum. Per aliud, sive per secundum illud *modicum*, intel-
ligitur tempus illud, quod ab horâ resurrectionis interfluxit usque ad As-
censionem, in quo apparuit illis loquens de regno Dei, ut habetur Act. I.
Sanè licet hæc verba mundo & rebus omnibus caducis accommodare,
ipsa enim suâ vanitate & corruptibilitate clamare videntur, *Modicum, &
jam non videbitis me,* &c. ut latius dicturus sum.

Profecutio.

Sapientissimus hominum, ut omnem humanæ vitæ periodum vel ad
centum annos ampliatam proprio penicillo depingeret, &c. 18. *Recita
omnia consequenter.*

Peroratio.

Certè Christiani *Auditores*, si talibus oculis cælum frequentius suspi-
ceretis, mihi credere, omnia hæc modica & pauca esse cerneretis, &c. 19.

A L I A.

Index Thematum moralium.

A L I A.
T H E M A.

Et gaudium vestrum nemo tollit à vobis.

Concionis Argumentum.

Fieri qui possit, ut quis nunquam tristetur.

Exordium.

S Alomon, humane sapientiæ pelagus, & magnum portentum, libertime pronuncia vit: *Non contristabit iustum quidquid acciderit ei.* loquitur sapientissimus Rex de rebus fortuitis, &c. 533. non quòd nulla iustus obveniat, aut obventura sit discipulis Christi calamitas, sed quòd nulla talis calamitas animi gaudium sublata sit. Rationem dabimus.

Prosecutio.

Quibusdam paradoxa videtur hæc Salomonis sententia, *Non contristabit iustum*, &c. quasi verò quis etiam in hac vitâ gaudere semper posset. Quid, quæso, Philosophi de accidentibus definiunt? quomodo de his loquuntur? Audite Hugonem atrendentem, *Quidquid ei acciderit.* 533. Itaque sentit ærumnas vir iustus, & sentiunt discipuli Christi tyrannorum verbera & tormina (sensum enim nulla exiit virtus) sed ex his non turbantur, nec animi stationem mutât. Vnde & Romanus Sapiens, *Seneeca*, Nihil accidere, &c. 535. Quemadmodum tot flumina, &c. 535. Tale erat illud nuntium quòd misit olim ad omnes probæ mentis homines Ilias vates, *Dicite iusto*, &c. Verum ô Iliasa, viro huic charissima uxor mortua est, &c. 535. Iacob sub dio dormit. &c. 535.

Peroratio.

Ergo non contristabit iustum quidquid acciderit ei. Vera erit & illa Apostoli contestatio, *Repletus sum gaudio*, &c. 533. & verissimum erit illud ad discipulos suos Christi dictum, *Et gaudium vestrum nemo tollit à vobis*, &c. Sentiet enim iustus tristitia, sed non consentiet, &c. 533.

A L I A.
T H E M A.

Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum.

Concionis Argumentum.

Visio Dei vera causa gaudii, absentia Dei vera causa mæroris est.

Exordium.

M Irabilis hæc de quâ loquitur Christus conversio, sola videtur futura visione Christi, ita ut carencia visionis Christi, causa fuerit Apostolice mæroris, ipsa verò ejus visâ ab Apostolis præsentia, gaudii. Myfterium accipite, *Audiores*. Quænam vera causa homini potest obvenire tristitiæ? non talis est amissio bonorum temporalium, imò nec vitæ. Vel quænam econtra vera alicui potest esse causa gaudii? nulla certè divitiæ, nulli honores, nulla denique voluptas. Ut breviter respondeam, unica tantum est vera causa tristitiæ, carencia scilicet visionis divinæ, & illius non ad tempus, sed in perpetuum. Unica etiam est gaudii, nempe visio Dei intuitiva. Ex his duobus fontibus omne malum & bonum. Sed quàm pauci hanc norunt veritatem? Pænas omnes infernales, ut sunt ignis, frigus, fames, sitis (*Vide Damnatorum rogam*) timemus, ac proinde de his aliquando sermocinamur, sic & de gaudiis Beatorum, ut sunt fatiuras, amor perpetuus, aliæque veræ voluptates (*Vide Celum*) at de visione Dei quis angitur, quisve de eâ sermo? Certè rarus satis. Ratio est, quia plerique ignorant, visionem Dei, & carenciam ejusdem, omnium & bonorum & malorum esse fontem. Ignorant, inquam, quid sit videre Deum. *Difensum hac de re morale & Theologicè lege fl. 147. 148. 149. 150.*

DOMINICA IV. POST PASCHA.

T H E M A.

Expedi vobis ut ego vadam.

Concionis Argumentum.

Qui terram amant, celum rarò cogitant.

Exordium.

M æstiriam Apostolorum suorum, bonus Magister lenit utilitate diffusus sui. *Expedi*, inquit. Certum est secundum Chrysostrum, Apostolos nimis corporalem præsentiam Christi dilexisse, & ideò ad susceptionem Spiritus sancti minus fuisse idoneos. Res mira certè, & notatu digna. Nunquid præsentia humanitatis Christi, ejusdemque amor, impedimento esse poterat adventui Spiritus sancti? Imò, adjumentum maximum, nam tales non inimici, nec sibi met contrarii. Quomodo, ergo, inquit, *Expedi*, &c. Quomodo vera est sententia Chrysostromi? Respondetur, fuisse aliquo modo impedimento, quia illi admodum ad hærentes discipuli, mentem in celum, atque divinitatem minus attollebant. Si ergo Christi humanitas nimium dilecta Apostolis obfuerit, quò minus cogitarent caelestia, multò magis obsunt nobis terrena, dum ita quaruntur & amantur. Nam dum nobis hic benè & abundè est, rarò celum cogitatione aut voto petimus.

Prosecutio.

Inter omnia desiderabilia nihil est in orbe hoc desiderabilius celo, Vita nostra peregrinatio est, &c. 219. Sed quid, oro, cause est quòd rem omnium desiderabilissimam tam remissè desideremus? Apostolis unica oberat Christi nimium dilecta præsentia: eâ enim dum fruebantur, rarò celum petebant. Nobis plura obsunt quæ alienant nostram à celo mentem. Sunt qui ignaviam hanc velare volunt, dicentes, *Quæ ignoratur, non amantur*. Quemadmodum infans, &c. 219. Alia causa est, rebus caducis nimium adhaeremus; spiritualis enim gratiæ plenitudinem, occupata mens non admittit, &c. *Vide 220. 221. 222.*

Peroratio.

Quin ergo sordes terræ averfati, celum toto pectore anhelemus, hoc uno scilicet probi improbi que lucentur differunt, quòd probis vita mortalitatis in patientiâ, æterna in voto est, &c. 221.

A L I A.
T H E M A.

Et nemo ex vobis interrogat me, Quò vadis?

Concionis Argumentum.

Quisque à se querat, Quò vadis?

Exordium.

D iverfimodè hæc Christi ad Apostolos suos verba à sacris Auctoribus explicantur: & omittis variis, Bedæ explicationem profero. Docet ille, Christum, cum ait, *Nemo ex vobis*, &c. indicasse discipulos non interrogare more eorum, qui discendentibus vale dicunt, eòque amicè interrogant quò vadant. Ego verò hac in re Apostolorum geram vices. Peregrinos vos, ideo omnes, alium hac, alium illac proficiscerentem, &c. Quæro, *Audiores*, Quò itis? quare sic itis? Vos hoc & ex vobismetipsis quandoque querite, ut actio omnis vestra recta sit. Statim clariùs.

Prosecutio.

Pueris trimulis aut quadrimulis quis inquietor? Toros dies huc illucque oberant, nec unquam uno loco consistunt: aunc equitare se putant, &c. 464. Hisce infantibus plurimi sunt similes, qui actiones suas, &c. & tales sunt plurimi à quibus appositè cum nebuloso Sartyico quæro, &c. 464. Quorsum ita congeritis nummos, congestos reservatis? Quorsum ita discurtitis? In templo es rarus, rarior in confessionali, rarissime cænæ Eucharisticæ, &c. dicite, quò itis? Nam certè in hac vitâ, Christiani, non licet nobis vanos ambulatores agere, & quòd pes fert excurrere. Maximi refert, &c. 465. Fidelissimè Deus per Aggæum Prophetam nos commonefacit. 465. Non est molestior certè labor, quàm labor irritus, &c. 465. & 466.

Peroratio.

Non simus itaque similes bobus triturantibus: non temporalem, sed spiritalem scopum & terminum actionibus nostris præfigamus, & aliò peregrinantem mentem revocemus: nam in alium, quàm in Deum affectus nostros dirigere, certè aberrare est. 466.

A L I A.
T H E M A.

Arguet mundum de peccato.

Concionis Argumentum.

Odio est Deo impius & impietas ejus.

Exordium.

Q uærit quidam curiosè quid sit peccatum, utrum nempe sit aliquid, vel nihil. Quòd sit aliquid, vel ex eo constar, quòd homo non damnetur propter nihil, sed propter aliquem actum, qui quidem actus non est nihil. Oppositum habetur Ioan. 1. *Sine quo factum est nihil*, id est peccatum, ergo peccatum est nihil. Et responderet ad illud diversimodè, & intelligunt illud nihil dupliciter, uno modo positivè, & sic peccatum est nihil; alio modo negativè, & sic peccatum est aliquid. Alii sic explicant, ut per illud nihil intelligatur nihil creatum, & sic peccatum rursus erit nihil, id est, non ens creatum, quia omnia entia à Deo creata sunt. Alio modo aliquod ens dici volunt non creatum, sed inventum, & sic peccatum erit aliquid, scilicet ens aliquod inventum à demone in paradiso. De omnibus quæ à Deo creata sunt, cantatur, *Nihil odisti eorum*, ô Deus, *quæ fecisti*. De hoc ente invento scribitur, *Odio est Deo impius & impietas ejus*. Quòd modò odium cõfirmat, cum dicit Spiritus sanctus, se mundum de peccato accusaturum. Hoc Dei odium in peccatum declarabimus.

Prosecutio.

Cam Romano Sapiente rectè dixerit, *Errat, si quis putat Deum nocere velle*, &c. 184. Sicut igitur Deus sanctitatem infinito amore, ita necessariò peccatum odio prosequitur infinito. Odii autem signa enumerare vò facile plurima. Severè certè arguit mundum de peccato sapius. Quantum supplicii æquisimus Iudex, 181. &c. Non parit certè Deus delinquentibus, 182. His adde, Deum seipsum suamque gratiam ei qui peccat subtrahere. Res certè dolenda. Nihil pulchrius animo, què ornat Dei gratia, &c. 182. dein jus cæli Deus admittit ei qui delinquit, &c. 184. & 185.

Peroratio.

Hanc tam severam nolite à Deo, summo peccati hoste, expectare reprehensionem, *Ne quando rapiat, & non sit qui eripiat*. Ille ipse judicabit, quò læsus est, &c. 187.

DOMI-

Index Thematum moralium.

DOMINICA V. POST PASCHA.

THEMA.

Petite & accipietis.

Concionis Argumentum.

Oratio ad omnia utilis.

Exordium.

Discedens a discipulis suis Christus, fidelem atque strenuam admiratam illis relinquit, videlicet Orationem quæ eorum petitiones ad Patrem deferat. *Petite, inquit, &c. quasi dicat, Vado ad Patrem, discipuli; quæcunque vobis opus fuerint, petite à Patre, & accipietis.* Ne verò errorem in petendo committerent, quo modo petendum sit docet, nimirum, in nomine Christi. Quia verò modus ille orandi novus erat, & illis antehac ignotus: subiungit, *utique modo non petitis quidquam.* Orabant quidem discipuli Deum, similiter & Iudæi, sed nullam in petitionibus Christi faciebant mentionem: latebat enim veteris Testamenti homines, patres si excipias, tum sanctissimæ Trinitatis mysterium, Verbiq; incarnatio, tum in nomine ejus petico. Talis autem petico, vel oratio, in nomine Christi, efficacissima est ad quævis obtinendum. Ita demonstravero præsentem discursu.

Profecutio.

Non ita coluit armâ gladiumque Goliath, quam Hebræus Rex David orationem, quam quantum sæpius iteravit, tantò perfectius semper profecit. Præterquam enim septies interdum preces ad Deum fundebat, mediâ insuper nocte surgebat *ad confitendum nomini Domini.* Erubescit, hæc referens, *Auditores,* Rex tantus, &c. 789. Sciebat nempe Prophetarum ille summus, omnia precibus agenda: Castè quæ meditatur vivere, castus non vixerit, si orare, idq; frequentius, nesciverit. Ille Paradisi hospes castissimus Paulus, &c. 785. Tenaritis; animiq; castrum impugnat demon; ora. Nam ut militiæ dux, cui castrum commissum est defendendum, &c. 346. Jurare facili, aut impudicè loqui jam assuevisti; ora: nam cuius lingue vitio oratio est remedium. Sapientiæ oraculum Salomon. 742. Infirmatis, imò jam decretoria mortalitas, naturâ sic dictante, conscripta est; ora, & vitæ obtinebis prolongationem. Rex Ezechias; &c. 786. Divos vis tibi amicos, ora. *Oratio ad omnia utilis,* &c. 399.

Epilogus.

En orationis fortissima arma. Spiritualis casta, quæ Medicis cognita, magistralis. Omnibus imperat & dominatur oratio, ad eò cælum omne & cæli conditor Deus, &c. 786.

ALIA.

THEMA IDEM.

Concionis Argumentum.

Oratio sine fiducia, corpus sine animâ.

Exordium.

Miseri nos, quam tenuem de Deo notitiam habemus! vix per rimulam aliquid divinæ lucis haurimus. Hoc scimus, Deum esse summum bonum, &c. 557. Dicturi igitur sumus, in quo hæc fiducia in Deum, cum preces sunt fundendæ: maximè necessaria, consistat, quomodo vobis sit orandum.

Profecutio.

Ante omnia notandum, primò duco, spem in hoc superari à fiducia, quòd fiducia non qualiscunque spes sit, sed, &c. 557. Quâ annotatione factâ, jam in spiciamus latius, quid sit fiducia in Deum. Rex David gymnastium instituit palæstricum, & præcepit ut docerent filios Iudæ. &c. Et cum ingens Moabiturum & Ammonitarum, &c. 557. Et quamvis hæc fiducia in actionibus planè omnibus, ut dixi, in Deum sit necessaria, maximè tamen cum preces fundendæ sunt. Audiamus, *Auditores,* disserentem de precibus mellissimum Bernardum, qui multorum orationem aut esse timidam, &c. Quàm multi, antequam incipiant orare, incipiunt desperare, 557. O exigua fidei homo, 558. Hoc tamen sepissimè fit, ut nos ipsi nobis non panem, sed lapidem, &c. 558. Et conclude cum *Auctore ibidem.*

Vide à fol. 297. usque fol. 292, pias quasdam observationes in tres ipsius orationumculas, & argue eos qui longas orationes se fundere possent negant, ob intervenientes distractiones. Facile enim has fundere poterunt, quas si ita fundant, ut Auctor eas fundere docet, efficacissime sunt. Vide insuper à fol. 526. usque 528, quibus docetur, quo animo quovis modo precandum sit. Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terrâ. Bene enim animo si id precemur, semper oratio nostra est impetratoria.

DIEBUS ROGATIONVM.

Pro hisce diebus, Lector, nullas hic formo conciones, tum quia in 2. nostro Tomo plures formatas habes, cum Auctor ibidem Rhetoricam celestem profertur, id est, methodum orandi, tum quia præcedentes nostræ formata in Dominica 5. post Pascha, & hisce Rogationum diebus subserviunt.

ASCENSIO DOMINI IESV.

Nequè in hac nostrâ, & Christi, & Angelorum solemnitate, in primo Tomo requirere conciones, sed in secundo: descripti enim ibi Auctor Christi Ascensionem latè fatis. Fateor, possem quoad huc solemnitati accommodare, eorum quæ in hoc Tomo primo continentur: sed ea vel nimis sortia forent, ac proinde Lectori

Tom 1.

ingrata, vel ad dicendum per horulam è cathedra à non sufficient. Require tamen, si voles, occasione verborum horum, Ecce duo viri aliterunt juxta illi in vestibus albis, Act. 1. De Sanctorum Angelorum in Christum obsequiis, fol. 312. & 313. & ad illa verba, Quid statis aspicientes in cælum, do cali desiderio fol. 226. & 227. Quomodo aspectus cæli, in aliorum omnium sit pharmacium, &c. Memoriam cæli quotidie insinuandam. 208: 209.

DOMINICA VI. POST PASCHA.

THEMA.

Abscque Synagogis faciet vos.

Concionis Argumentum.

Neminem in deliciis nutrit Deus.

Exordium.

Quemadmodum qui periculosum pelagus navigaturi sunt, his periculosa loca scopulique ab experto aliquo navarchâ indicantur, in quibus perique naufragantur: sic discipulis; fidei promulgationem aggressuris, pericula subeunda persecutionesque; velut periculosa in mari loca arque scopulos indicat, in quibus multi solent naufragari. *Hæc, inquit, locum sum vobis, &c. q. d. Has scyllas; has charybdes ostendi vobis, ut non scandalizemini,* hoc est, faciatis naufragium. Aderit, inquit, (quod vobis solatio esse debet) omnibus in locis Paracletus Navarchus sapientissimus, cujus auxilio semper opatum consequemini portum. Sed ò bonæ Christe, cur hæc discipulis necessarii eveniant, cum possis præveniando, vel alio quovis modo eos servare illatos. Rationes disquiremus.

Profecutio.

Fateor, admirandam se præbet divina providentia & bonitas in quotidianis rerum eventibus, sed, *Auditores,* cur angimur? Navarcham sese præbere vult expertissimum, idèque finitri aliquando plurimi sibi amicissimis obveniunt eventus. Quid enim magni esset; si è bono bonum eliceret; sed si è malo bonum fecerit, sese præbet certe admittendum, & Navarchum expertissimum. Mari tranquillo quilibet gubernator est, neque verò magnæ artis est, &c. 513. Et hæc prima causa est. Addo aliam, Ne mireris Dei amicos persequendos; neminem enim unquam ab initio mundi amicorum suorum Deus in deliciis enutrivit, nec solum hi Apostoli, sed quisquis malis indicturus est bellum, persecutionem patientur: nefas enim est, pugilem Dei vacare deliciis, &c. 272. Galenus quidem, & Hippocrates rerinere docuerunt animam & fovere: Christus odisse docuit, 273. sed quod solatio est, dum patimur, grandi passu in patriam proficiscimur. Quamvis enim diversæ ad cælum viæ sunt, hæc omnium est certissima, &c. 273.

Epilogus.

Vultis, *Auditores,* pro conclusione aliam rationem, cur electi premanur? Observant aliqui, rosam juxta allium plantatam reddi fragrantiorum: 274.

ALIA.

THEMA.

Hæc locutus sum vobis ut non scandalizemini.

Concionis Argumentum.

Que patientia vera virtus.

Exordium.

Interrogatus Demosthenes, quid in eloquentiâ judicaret præcipuum; respondit, Actio. Roganti, quid proximum; respondit, Actio, &c. Si queratur, quid homini Christiano piè volenti vivere, sit maximè necessarium, optime responderis, qui dixerit, Patientia. Si denud queratur, quid utilisimum; idem quod ante respondendum, Patientia, &c. Hinc Christus discipulos suos his armis munitos vult patientiæ, eoque sine futuris illisq; imminentes prænuuntiar persecutiones, nec scilicet, cum illis eveniant, scandalizentur, hoc est impatientes existant. 58. Magium enim sanè est malum, non posse perferre malum. Plura de his patientiæ armis, ejusdemque effectibus dicturus sum. Arma reverè omnibus necessaria.

Profecutio.

Sed ante omnia, de patientiâ dicturi, vidcamus, quoniam verè patientes dici possint; sive quid ipsa sit patientia. Nemo est in orbe; qui non patiatur aliquando adversa, at tamen non dico omnes, sed pauci, verè patientes viri aut feminae dici possunt. Multa fuere pasci olim Gætilis primarii viri; & quidem patienter; quales fuere Dionysius Junior, Socrates, Diogenes, Pericles, &c. 843. & tamen nec solida patientiæ nomen nec meritum invenere. Patientur & plurimi hodie Christiani plurima tristitia, & patienter fati. Patientur graviter & graviter alicui; illiq; aucupes gloriæ patientur famulæ & ancillæ, patientur divites & opulenti. 460. & 461. nec tamen his manet patientiæ premium omnibus, non enim propter Christum, sed propter Lazarum veniunt Bethaniam. Sed ne diutius vos suspensos teneam, *Auditores,* Quæ vera est patientia, sive quid agendum, ut patientiæ promeremur? Tribus gradibus ad eam pervenitur virtutem: singulos explicabimus. 841. Ita passus Paulus, Petrus, aliiq; discipuli.

Peroratio.

Concludo, *Auditores,* & cum sciam neminem esse sine onerosâ aliquâ cruce, feram us eam verè, patienter, & meritorie. Dicam us cum Bonaventura sitientissimo patienti, &c. 842.

e 2

ALIA.

Index Thematum moralium.

A L I A. T H E M A I D E M.

Concionis Argumentum.

Vincit qui patitur.

Exordium.

Homo ad omnem patientiam compositus, omnem Acherontis exercitum ruro ad certamen provocabit, vincet namque semper. *Lege, ut hoc concionis argumentum dilates, a fol. 842. usque 848. & a fol. 86. usque 88. & in Indice rerum vide v. Tribulatio, Adversus, Cælum, Beati, Patientia, Via, Ex quibus facile quis plures poterit contexere conciones.*

A L I A.

Venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.

Hic proprie & sub loco tractanda questio est, utrum bona intentio possit opus malum facere bonum. *De hoc lege a fol. 450. usque 452. & concludit cum auctore negativè. Ergo innocentes occidere bonâ intentione, bonum non est.*

A L I A.
T H E M A.

Hæc locutus sum vobis, ut cum venerit hora corum reminiscamini.

Concionis Argumentum.

Præmeditatio, malorum adventum lenit.

Exordium.

Optimè monet Apostolus & Tobias in virtutis tutelam sibi attendere; ostium enim pandit vitiiis omnibus, sibi non attendere. Hoc voluit & Christus ut Apostoli monitum explerent; ideoque ut sibi attendant, mala eventura prædicit. 505.

Prosecutio.

Ante bellum opus est ut quis circumspiciat arma, ne nudum latus obiciat hosti; præmeditatio enim malorum, malorum adventum lenit; & Christus hos in omne genus injuriarum & cruciatuum armaturus, hæc, inquit, locutus sum vobis; tanquam si dixerit, &c. 505. & 506. & 507. & verbi auctoris concludit.

P E N T E C O S T E.

Sperandam illam & liberalem Spiritus sancti effusionem in discipulos, factam quinquagesimâ die à resurrectione, colimus. Ipse verò Evangelii textus, prout quæ hæc de missionis Spiritus loquatur, præmittit ea quæ amoris & obedientiæ sunt. Amoris illud est, quod refert Evangelista, & Christus oretenus reulit, *Si quis diligit me, affectu scilicet, quod, cum statim subjungat, sermonem meum servabit, vult ut & ostendat hoc effectu, scilicet obedientiæ: cujus amoris & obedientiæ præmiu dñi sponder, ad eum veniamus, & mansionem apud eum faciemus, in præsentem quidem vitam per gratiam, in futurâ verò per gloriam. Sed quorsum, Auditores, amoris & obedientiæ fit mentio, eaque præmittitur missioni Spiritus sancti promissæ? Dicam breviter, quod modo latius dicturus sum. Verus Dei amor, veraque Deo præstita obedientia, dispositio est requisita ad obtinendam Spiritus sancti plenitudinem. Ita S. P. Augustinus: Charitas meretur augeri, ut iusta mereatur & perfici.*

Prosecutio.

Eadem commorantur in domo, charitas vera, & humilis obedientia, & Spiritus sanctus, qui est amor Patris, & Filii. Non querit Spiritus ille comites alios: non aliquid super quod requiescat, pulvinar, non aliam in domo cordis nostri supellectilem. Supellex quidem pretiosa, sed omni homini domestica: voluntatis enim humana est & amare & obedire; sed non quivis amor, nec quævis obedientia ad recipiendam Spiritus sancti plenitudinem sufficit, sed is amor, qui mundanos à spiritualibus, oves ab hædis distinguit. Quævis enim mala plurima iustorum sibi habeant communicata dona, ita ut etiam linguas calleant, serpentes tollant, fidem habeant, sacramenta administrent, res suas in pauperes distribuant; verè tamen simul mali esse non possunt & verè amare. Quæramus igitur, non quid sit veritas, sed quid sit amor. Theologi ajunt, &c. 760. Hic verò talis amor debet esse verax, rectus, efficax, &c. 760. & 761. Ex quo amore nascitur obedientia: quâ nata filla, statim adolat Spiritus sancti gratia. Testatur enim S. Bernardus, hæc mediâ virtute D. Virginem Mariam abyssum charitatum Spiritus sancti consecutam, 890. Vera autem obedientia est, imperium divinum, remoris omnibus excusationibus, toto amplexu recipere. O beatam animam, hæc divite supellectili dotata! non enim alium habet sui incolam & domesticum, quam Deum: a cujus verò animi domo hæc abest supellex, absens & est ille Spiritus. Civitates ille, domus ille, familie illæ, &c. que ostiaria sunt, ubi alii alios corrodunt, huius Spiritus nequaquam sunt participes: sed necesse est ut accedant omnia ad ossa: unitatem enim ille amat, animorum omnem divisionem excusat. 763.

Peroratio.

Paulum igitur audiamus, se Spiritus huius simus cultores. *Vnusquisque vobis, sicut proximo supellectis, &c. 763. Lege a fol. 907. usque 906. ubi describitur laus in verum in Deum amor.*

A L I A. T H E M A.

Si Spiritum sanctum accepistis credentes.

Concionis Argumentum.

Quæ sint signa inhabitantis in nobis Spiritus sancti.

Exordium.

Hugo de Prato docet, Apostolos fuisse plenos Spiritu sancto, quadruplici id affirmans & confirmans signo. Primum est, eos in infirmitatibus & tribulationibus non murmurasse; agi enim fuerunt, in manu maclantium luporum. Secundum est, quia fuisse constantissimi, quævis parati parati à tyrannis subire tormina. Tertium, quia hanc receptam gratiarum plenitudinem communicarunt, quia in varias dispersi regiones, quæ Spiritus ille dictabat promulgarunt. Quartum, quia jam amplius non poterant recipere. Latius nos omnia similitudine explicabimus, ita ut facile rescire possitis omnes, num plenitudinem hanc Spiritus receperitis.

Prosecutio.

Nunquid quatuor sunt, quæ plenitudinem vasis docent & testantur, nempe, si non resonet dum pulsatur & tangitur, si firmiter etiam traxum consistat, & consistentiæ suæ in terrâ exprimat vestigium; si morum, paululumque inversum, liquorem, quo referum est, statim effundat; si denique nihil plus recipere possit? Hæc plenitudinis vasis alicujus signa manifesta sunt. Redeamus ad primum, & singula dein tangamus. Murmuræ aliquid vitiofi edidit ulli Apostolorum, à tyrannis vexati sive quavis injuriâ affecti? Fabularum parens Æsopus, prout ipse est mos, hanc textit narrationem, &c. 692. Hæc Christiana virtutis indoles est, &c. Videamus an nos tales simus. Ajunt quidam, nemini pileum posse imponi ab alio, ut exactè quadret capiti, &c. 649. Mures estis, non habitacula spiritus. 694. Non ita Apostoli, ibant quippe gaudentes à conspectu concilii, &c. Sed an in patiendo firmi? firmissimi sanè, planè Deo confidentes. Post Domini reditum in cælum Petrus & Ioannes, &c. 813, at nos plumis teneriores sumus. Res est notissima. Similiter effudere hanc plenitudinem per omnes orbis plagas; ita ut illud usurpare liceat, *Fons parvus crevit in fluvium maximum, & in aquas plurimas redundavit, Esther 10.* Denique hac sacrâ plenitudine plena vasa Apostolica, nullum mundi volere recipere liquorem, puta honorum, divitiarum, &c. ut patet ex Matth. 19. Ecce, inquit, reliquimus omnia. Nimis enim altè odium illud suis voluit impressum discipulis Christus. Audite Paulum unum, nominè omnium exclamantem, *Mihi mundus, &c. 798.*

Peroratio.

Si Spiritum sanctum accepistis, Auditores, vos ipsi judicate; ubi examen illud feceritis, an scilicet hæc, quatuor in vobis reperiantur.

A L I A.

Sicut mandatum dedit mihi Pater sic facio.

Taliter facere, est manifestare inhabitantem Spiritum sanctum. Nam ille verè diligit Deum, hoc est haber in se amoris principium, quod est Spiritus sanctus; qui verè diligit, Dei voluntatem facit. Quid autem sit Dei voluntatem facere, dicamus breviter. Voluntas in primis nostra, si sit infons, si tolerans, si hilaris, si longanimis, si omniparens; talis voluntas non alium habet magistrum quam hunc Spiritum, cujus hæc sunt charismata. *Vide a fol. 521. usque 523.*

A L I A.

T H E M A.

Loquebantur variis linguis.

Concionis Argumentum.

Quid sit proprie donum linguæ.

Pro exordio Evangelii textum explica, dem sic incipe discurrere de linguæ dono.

Habemus donum naturæ linguas, sed informe ac rude, sed & noxium donum, nisi aliud insuper donum aliunde accesserit quo doceamus &c. *Lege a fol. 672. usque 674. concio curiosa & docta.*

F E R I A I I. P E N T E C O S T E S.

T H E M A.

Sic Deus dilexit mundum, &c.

Concionis Argumentum.

In amore Deus non habet parem.

Exordium.

Refert D. Mattheus, venisse quondam adolescentem ad Christum, qui questionem proponeret, &c. Optima est questio, Sed, & bone Deus, ubi hæc in mundo questio? Perpetuò ubique questiones per mundum volant, & plerumque suis se questionibus produunt homines, &c. sed quàm pauci quærent, an hæc erant ad cælum, quanta passus pro nobis Christus, quomodo Deus dilexerit mundum? Signum est certè manifestum satis, quàm sequitur & frigide amantem Deum redamemus. Si verò eadem sit ratio accentionis signis & amoris, si nempe ut carbo carbonem succendit, amor amorem & excitet; dicturi sumus quàm amaverit Deus hominè. Sed & bone Jesu, quod promitto, dicere potest? *Audietis Audi. 14. Prof.*

Index Thematum moralium.

Prosecutio.

Deum in summo gradu pulchritudinis collocant Theologi. Sex enim ordinatè summi erant pulchritudinis gradus: in summo verò Deum collocant, in proximo Angelorum & coelorum pulchritudo, &c. 225. Ut inter amantes Deum primum esse precipuum, quique parem non habeat, proclamant Evangelistæ: nec unquam ita homo hominem, aut homo Deum, ut Deus amavit hominem. Narrat tanquam inauditum amoris exemplar hominis erga hominem, Ioannes Mariana l. 9. Rerum Hispanicarum, *Invensis*, inquit, *Hispanus erat*, &c. 761. Ingens certè animorum constantia, fidelis amor, sed qui non mereatur tamen amori divino, quo profectus est hominem, comparari. Fateor, fuisse & viri olim pii, qui sui in Deum amoris testificantia orbi reliquerunt stratagemata. Vnicus erat Abrahamo filius, &c. Considerate insuper Regem Hebræorum David, &c. 902. Sed quid attinet in uno alteròve hanc purissimam amoris flammam velut digito monstrare, &c. 903. Amores rari, sed repeto, non qui tamen ullatenus conferri possint amori Dei, Fingit Poëtè circa Cupidinè, &c. ita amantes omnes amori divino necesse est ut cedant, 902. Quid igitur Deus, increatus ille inquam egit Amor? *Filium suum unigenitum dedit*. Quid hoc? hoc nunquid & Abraham, ut antè dixi, paratissimus facere fuit, &c. Machabæorum mater, &c. 903. Quid ergo amplius fecit, deditus Deus? Vultis ut aliquid referam quod amoris divini excellentiam explicet? Amarunt illi, quia Dei beneficiis ad amorem provocabantur, solus Deus amor increatus, priusquam amareur amavit. Si nunc requiras, cur pro lapsis Angelis non itidem factus sit Angelus, uti pro lapsis hominibus factus est homo. O homo hoc desine querere: Quis enim, &c. 302.

Peroratio.

Curiosas has ergo desine querere quæstiones. Prior amavit Deus, ut redamemus. Quare cum S. P. Augustino finio tract. 7. in Epist. Ioannis: Si pigri eramus ad amandum, non sumus pigri ad redamandum;

A L I A. T H E M A.

Omnis qui malè agit, odit lucem. *Ioannis 3.*

Concionis Argumentum.

Esti peccatores lucem præsentia divinae oderunt, à peccato tamen hac splendescente luce retrahuntur.

Exordium.

Cum D. Thomà per hanc quam dicit Evangelista peccatoribus exosam lucem, intellige Christum, quem Indæi, eorum dum manifestè arguebat opera, persequantur. Vel per ipsam hanc lucem Dei subintellegens præsentiam, quætionem unicam peto, num præsentissimus sit Deus, qui lux increata, illuminans omnia, etiam in impiissimis, &c. 357. Certissimum est, in omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos: eaque lux quamvis peccatoribus exosa, sapè tamen est medicina.

Prosecutio.

Si quis à me nunc requirat, *Auditores*, quissam ad omne flagitium acerrimus malis sit stimulus; credere respondeo, se non videri. Si quis verò secundo requirat, quissam acerrimus stimulus malis ad vitæ sanctitatem; respondeo & subjungo, *Deus videt omnia*. Vtrumque declarabo. *Lege à fol. 357. usque 361.*

Peroratio.

Igitur hujus nulla divina lucis & præsentia nos unquam capiat obli-vio, &c. 361.

A L I A.

Dilexerunt homines magis tenebras quam lucem.

Cum quidquid agamus, *Auditores*, volentes & scientes, desiderio consequendi alicujus finis agamus, cautè nobis prospiciendum est, quo fine, quæ à nobis aguntur, peragantur. Nam ut ræda non illuminat nisi accensa, ita actiones nostræ omnes tenebræ sunt, & nullius meriti, nisi certa eaque bona illis præfigatur intentio. Quod latius docebitur. *Lege à fol. 464. usque 466.*

FERIA III. PENTECOSTES.

T H E M A.

Fur non venit nisi ut furetur, & mactet.

Concionis Argumentum.

Scatet hoc ævo furibus orbis.

Exordium.

Hodiernà diè vatii Concionatores, qui suas habitas coram populo & explicatas conciones prælo mandant, omnes conspirant, ut vel Simoniacos vel hæreticos reprehendant. Fateor, fures sunt ovilis Christi: sunt & fures Simoniaci omnes, qui vel beneficia Ecclesiastica indebito modo sibi vel hæreditibus obtinent, solâ interveniente beneficentia & favoris gratiâ, quia non intreat in ovile per ostium secundum canonicam institutionem; sed hac meâ concione hos ego fures non reprehendam, à tali enim cimine spero vos omnes immunes: sed alia furti genera detegam, quorum fortè aliqui se fatebuntur. contestante conscientia reos.

Tom I.

Prosecutio.

Uti in exordio nostro me nec hæreticos nec Simoniacos taxaturus promissum ita & nummorum apertos pertranseo fures. Apertos dico, sed nolo ut irreprehensè recedant occulti. An non fures illi, quamvis occultè furentur, quibus omnia sint venalia, modè argentum impetrent. Sunt, quibus nulla nec salaria, &c. 614. & tales nunquid fures sunt dicendè Rectissime. At tales sunt plurimi ubique terrarum. Ajunt quidam, in curiis consiliarios esse triplici ferè discrimine, &c. 612. viduarum & pauperum oppressores, fures certè non minimi: nil dico, res illa notissima est, habetque innumeros mundus pauperum oppressores: videntur enim contendere Deus & mundus, quis divitum, & pauperum quis curam haberet. 870. Sed alii sunt fures, aliud inquam furti genus, ipsi spiritui sancto inimicissimum. Horret & abhorret Spiritus ille avaros, luxuriosos, ambitiosos, invidos, &c. Sed maximè discordes averfatur, quales sunt detractores, fures certè famæ proximi subtiles. Subinde, dum furtum suum peragere meditantur, sub initium sermonis vultum ad omnem gravitatem, &c. 630. Octo autem modis furtum hoc peragitur. 619. Qui certè fures hoc famæ furtum non minus reddere tenentur, quam moctam. 633. Nec alio nomine nominaverò revelantes amici sui secreta, amicitia enim fures sunt & pacis matrimonialis. Exemplo rem demonstro. 719. Sufurrones & inter fures connumeratos volo, Charitatis fraternæ turbatores. Aves sunt incendiaria dictæ, &c. 726. Neque sufurrones tantum fures velim, sed & eorum benevolos auditores. Dici solet, Si non haberet fur, &c. 727.

Peroratio.

Utinam ab his & similibus futibus ovile Christi liberum esset, verè tunc Spiritus illius sancti receptaculum essent: Spiritus enim ille amor est, qui inter detractores & sufurrones integer remanere non potest.

A L I A.

T H E M A I D E M.

Utrum maximum est mala intentio, furtum enim, pessimum & corruptum omnia. *Lege à fol. 454. usque 456.*

DOMINICA SS. TRINITATIS, SEV PRIMA POST PENTECOST.

T H E M A.

O altitudo divitiarum sapientia & scientia Dei, quam incomprehensibilia sunt judicia ejus!

Concionis Argumentum.

Arcana Dei non scrutanda.

Exordium.

In sacris Christianis arcana quedam sunt, quæ nemo satis intelligentiâ & ratione comprehenderit: horum quinque potissimum numeramus, &c. 187. Sed inter quinque eminentissimum est mysterium sacrosanctæ Triados, cujus opera veneranda sunt, non inquirenda, ut pote incomprehensibilia, horum ergo curiosos nimis indagatores reprehendemus.

Prosecutio.

Cernimus quidem mirabiles mundi revolutiones, continuas vicissitudines, &c. 526. In hac vitâ plurima nunquam satis indagabimus, &c. *Recita Auctoris omnia, quæ consequuntur fol. 516. & istam conclu-de.*

DOMINICA PRIMA

POST PENTECOSTEN.

T H E M A.

Nolite judicare, & non judicabimini.

Concionis Argumentum.

Temerariorum judicium subsellia nemo effugit.

Exordium.

Certissimum est, summæ meritis esse, vel ullum judicare hominem aut damnare sceleris non aperti. Accesserat olim Moyses Abbas, ut in fratrem, qui deliquerat, &c. 486. Olim Deus in præcâ lege sacerdotem de leprâ judicium ferre jussit ante diem septimum. Tantæ res morè fuit in discernendo morbo, qui tamen oculis cernebatur, &c. Quomodo permitteret bonus Deus, ut alter alterum judicaret, cum ex intentione, quæ occulta est, culpæ & merita discernantur? Tales tamen plurimos orbis, quod dolendum est, habet judices.

Prosecutio.

Ex intentione hominis, quæ soli Deo nota est, actiones vel bonas vel malas judicari debere, res est in divinis paginis longè notissima. Iacob, Isaac filius, & Phinees duos homines unâ confodit, nec tamen rotâ laceratus est, aut in crucem actus, &c. Et quantæ actiones videri possent laudatissimæ, nisi eas intentio vitiaret, &c. Cum ergo Deus non tam

Index Thematum moralium.

opus attendat quam operantis intentionem, intentio autem sciri nequeat, &c. Intolerabilis temeritas est, ullius hominis actiones, etsi peccatissimæ videantur, judicare. 486. Attamen hæc judicandi libido totum orbem turpissimè infatuat, &c. 487. Imò nemo est qui hæc temeritiorum judicium subsellia possit effugere. 488. O mortales quantum supplicii vobis immittat! Sed dixerit quis forsitan, Si quid narret fide dignissimum, si quid hisce oculis meis videam, si quid audiam? 488. Suffragane de quæ omnia veniuntur his judiciis tam temerariis, quibus & magnam Deo irrogamus injuriam. 490. & 491.

Peroratio.

Christum igitur audiamus hodie vociferantem, *Nolite judicare, & non judicabimini.* Nolite dubia dicta factive sinistrè interpretari, vel delicta leviter exaggerare, vel crimina, etsi certa, divulgare, &c. Nam aded benignus est Deus, &c. 491.

A L I A.

T H E M A.

Quæcumque mandavi vobis, Quænam illa omnia sunt?

Vnicum est, nempe, facere voluntatem Dei, seu quod idem est, suam divinæ voluntati conjugere. *Legæ Heliotropium Auctoris.*

A L I A.

T H E M A.

Estote misericordes, sicut & Pater vester cœlestis misericors est.

Ad quæ verba contextam suam satis & moralem lego concionem à fol. 880. usque 885.

A L I A.

Ad illa verba, Remittite, & remittetur vobis.

Concio est formata ab Auctore, proinde lege à fol. 278. usque 282. & fol. 276. & 277.

A L I A.

T H E M A.

Hypocrita ejice primum trabem de oculo tuo, & tunc, &c.

Rectus, *Auditores*, curandi proximi morbum modus hic à Christo præscribitur, ejectionem primò ex tuo vult trabem oculo, priusquam tibi facultatem faciat ut e proximi tui oculo eam ejicias. Optimè in hæc verba scribit Chryostomus, *post quorum verborum recitationem lege fol. 489. dein doce, eum, qui sanari aut sanare cupit, à suis debere incipere pedibus, hoc est affectibus, ut docet & Auctor congruè similitudine, fol. 491.* Homines enim prudentes semper ut apes in suo alveario, sic in sese degunt & descendunt tempore pluviali.

DIES CORPORIS CHRISTI.

T H E M A.

Hic est panis de cœlo descendens, ut si quis ex ipso manducaverit, non moriatur.

Concionis Argumentum.

Salutaris est Communionis sacræ usus frequens.

Exordium.

Oblervatum est, *Auditores*, à plurimis, quod magis communicandi mos intepuit, eò magis spiritus ardorem, charitatis ignem, & sanctitatem refriguisse. Conatur proinde infernalis ille veterator, &c. 270. Ita hebdomades eunt & mensis, & quandoque anni, cum ad Christum non niseratissimè venimus. 270. Videamus quanta hinc mala.

Profecutio.

Quæ miseria, sive potius quæ dementia! Algemus, & ignem fugimus: agri sumus, & medicum spernimus, nimirum ad cepas & allium ore parulo inhiamus, &c. 270. Edixit olim Deus per Moysen, &c. Nos nostrum habemus manna, illo frui licet dum vivimus, &c. Sed hic patriflamus miser. *Adam, ait Gerson, &c.* Nihilominus quoties Eucharistia dignè sumitur, multa nobis ex illa sacrâ sumptione proveniunt. Peccata leviora delet, graviora cavet, impetus animi viciosos enervat, intelligentiam illustrat, &c. 270. Sed dicit quis, Animus mihi aridus, vanus, frigidus, immundus, &c. Excusatio hæc nulla est aut mala, &c. Quæ præcipi possent facilior præparatio, quam affectum ad flagitia ponere, hoc est deinceps Deum odisse nolle, 271. Imò & frequens communio magnum prædestinationis signum est.

Peroratio.

O Christiani! quæ glacialis rupes, quod lethale frigus pectora vestra constringit, ut sic refugiatissimum huic solem? Non advertitis hoc metas esse technas cacodæmonum, qui omnem divini amoris ignem in nobis cupiunt extinctum, &c. 271.

A L I A.

T H E M A.

Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat.

Concionis Argumentum.

Præparatio necessaria communioni Eucharisticæ.

Exordium.

Dvo quædam Sapientia illa increata invenit, quæ non dico hominum nullus, sed nec ullus Angelorum, non tantum non invenire, sed nec inventa satis intelligere potest. Invenit Deus, quæ ratione Deus fieret homo, &c. 856. Illud interim caveamus, ne admirandum hoc invenit, ne divinum hunc cibum nudis aut impuris manibus tangamus.

Profecutio.

Altè vociferatur Paulus, *Probet autem seipsum homo, &c.* Præparatione certè hic opus est, eaque accuratè. Hebraeus Rex David ædificaturus templum, *Opus grande est*, inquit, quibus ergo viribus, quibus studiis præparanda domus illa, quæ non arcam, sed ipsum arcæ Dominum est receptura? Benè clamitat, benè monet Paulus, *Probet autem seipsum, &c.* gratia enim per hoc Sacramentum largienda respondet præparationi, &c. Quare iterum cum Paulo clamo, *Probet autem, &c.* Et quantæ, obsecro, in rebus sæpè vilissimis præparationes sunt? Narrat Plurarchus, &c. & nos representandi Christo nil præmittamus studii. Quæso, *Auditores*, Paulum audite, &c. *Probet seipsum, &c.* Pericles Philosophus, ut Ammianus refert, &c. Ipsa pulcherrimo Christo est, nec impuros aut fædos amare potest. *Probet, iterum rogo, seipsum homo.* Lupos cur non imitemur communicaturi? Lupus, ut fertur, cum frævâ urgeret fame, &c. *Probet igitur seipsum homo, & sic de pane illo edat.* Sed objicis, quis tandem dignus hoc convivio erit? Promptissimè respondemus, mortaliū nemo. &c. *Quæ omnia habentur fol. 856. & 857.*

Peroratio.

Profecutio nemo meliùs monito Pauli obediuit, & probaverit nam amet Deum, quàm si exploret, &c. 858.

A L I A.

T H E M A I D E M.

Concionis Argumentum.

Quæ præparatio debeat esse prævia communioni sacræ.

Exordium.

Primò, conviva ad hoc divinum epulum accessurus, caveat, ne vinum ardens, aut allium oboleat. Hoc ajo, nullus ad priores noxas affectus animo infideat. Sunt enim qui ore satis aperto, &c. 857. Deinde generoso animo seipsum abneget. Cum Rex Syriæ, &c. Sed quisnam, obsecro, hic filius noster. Aspiciat, digitum intendo. Suis cique filius est, &c. 857. Dein, si quis sacræ Communioni verè devotus est, in ipso accessu ad aram, &c. fidem exerceat, humilitatis & Charitatis veste induatur, &c. Cum verò hospes Christus susceptus est, &c. *Legæ à fol. 857. usque 859.*

Plura qui volet, legat 852. usque 859. poterit quæ ex eis facile Observarim colligere & contexere.

DOMINICA II. POST PENTECOST.

T H E M A.

Et cœperunt simul omnes excusare.

Concionis Argumentum.

Dum rebus sacræ vacandum est, excusationes sunt promptæ.

Exordium.

Homo iste, qui cœnam magnam hodie fecisse legitur, Christus est. At duplicem eum talem cœnam parasse, qualem describit Evangelista, constat. Primam in arâ crucis, ad quam omnes, tam bonos quam malos scilicet, ad meritum passionis suæ vocavit, volens omnino omnes esse participes cœnæ hujus. Alteram eà ipsâ nocte, quæ Icariorum prodicionem aperiebat, quâ Domino sel, acetum, &c. 854. hancque Eucharisticam nos appellamus. Sed, ut in priori cœnâ habuit sibi vocant contradictores, sic & in alterâ Eucharisticâ cœnâ, modò adhuc in Ecclesiâ persistente, &c. plurimos habet excusatores, quod parabolicè Evangelii textus subindicat. Quidquid enim vel libri clament, vel cathedræ, pars magna Christianorum tam gravi malæ consuetudinis veterino perimitur, &c. 271. prorsus ut hi ad cœnam hanc invitati Evangelici.

Profecutio.

Et cœperunt simul omnes excusare. &c. Villam emit hic, boves iste, uxorem duxit tertius: nemo vacat cum ad Christum veniendum est. Palliolata est hæc & honesta titulo, sed re non parva infania. *Et recita consequenter posita & scripta ab Auctore à fol. 270. usque 271.*

Index Thematum moralium.

A L I A.

T H E M A.

Exi in vias & sepes, & compelle intrare.

Concionis Argumentum.

*Ad temporalia prompti, ad spiritualia tardi
sumus plerique.*

Exordium.

In plerisque omnibus, præsertim ubi pecuniaria causa est, volumus esse certi: at verò cum de thesauris æternis agitur, nulla quaeritur, cum haberi tamen possit, aliqua certitudo, vel ut vocant asscuratio. Quis mutuas dat pecunias, qui non in vicem literas postulat aut pignora? Omnium hoc in ore est, &c. 22. Sed dixerit quis, Quam das aut dare potes salutis asscurationem? Respondeo, dando è pluribus unicam, nempe Communionem eucharisticam crebrè sumptam, modò sinceris ea habeat affectus, est non ardentissimos. Sed quam multi hoc salutis pignus parvi pendunt, in hoc sibi damnosissimi? 270. & 271.

Profectio.

Hebraeus vates ostento caeli recreatus, *Rogem Dominum exercituum*, inquit, *vidi oculis meis*, &c. Si præcis Patribus fides est, ignitus iste calculus est Verbum æternam carne velatum: Christum Dominum panis formâ intectum nobis repræsentat. Ut verò promisso satisfaciam exordiali, tria super hoc prodigio cælesti capita exactius consideranda sunt, &c. Primum hic Seraphicus è cælo legatus mitretur, qui vivum carbonem labris imponat, & ureat ut recipiatur quod allatum est, &c. 854. *Legè à fol 854. usque 855. & Conciones habeatis integras.*

Peroratio.

Nos verò, *Auditores*, his Evangelicis excusatoribus non simus similes, invitante non compellentem quaeramus, & audiamus Christum, & horam vescendi cum illâ veteris Testamenti Ruthâ observemus.

A L I A.

Misit servum suum horâ cœnæ dicere invitatis ut venirent.

Crebrius certè communicandum esse homini Christiano, doce, præsertim solemnioribus Domini & Sanctorum diebus. *Legè fol. 240 & 241.*

A L I A.

Et cœperunt simul omnes se excusare.

Nôn dicit, bone Lector, unus aut alter se excusavit, sed inquit, *Omnes*, ubi accipitur omnes pro majori parte, quia pauci salvantur respectu damnatorum, de quâ salvandorum paucitate doctum habet & longum satis discursum à fol. 287. usque 289.

DOMINICA III. POST PENTECOST.

T H E M A.

Et murmurabant Pharisei & Scribæ.

Concionis Argumentum.

Exosi sunt murmuratores Deo.

Exordium.

Grove oris vitium est spumare, & eos, quibuscum loqueris, velut pluviam minutim roante perspergere, &c. Talis fuit Evangelicus vinitor, &c. Nec ille solus, sed & affectus habuit, &c. Tales erant hodierni Pharisei: Dominus Jesus pro peccatoribus venerat, ut eos quos salvos fieri volebat, ad penitentiam vocaret: hincque conveniens erat, ut qui pro peccatoribus venerat, peccatores & reciperet: quoniam justis justificatione non indigent; & ecce Pharisei murmurabant, Habent & hi Pharisei sui sequaces, proinde vitium murmuris castigabimus. 692.

Profectio.

A malâ radice quid boni expectes? Numquid mala est superbia, impatentia, avaritia, invidia? Hæc radices murmuracionis sunt. Elati supercilii Phariseus, &c. 692. Judas Iscariotes, & vinitores Hebræi, & hodierni Pharisei, quos nunquam, etiam si humanissimè eos exciperet, non habuit obmurmuratores. Nec mirum: tales fuere illorum majores Judæi, quorum clamores isti assidue erant, *Forstian non erant sepulchra*, 693. At uti hodie Christus hos Phariseos obmurmuratores parabolâ quadam reprehendit, ita Deus hanc noxam murmuris dissimulavit multis in aliis noxis, licet fuerit patiens. 693. Siquidem ob hanc murmuracionis culpam, &c. Eadem & hæc divinæ vindictæ ratio in aliis luculentè cernitur, Core, Dathan, &c. At hæc Judaica & Pharisæica labe Christianos etiam nimium quantum inficit. Pronissimum est cuique contra Magistratum, Præsides, majores, &c. 693. Quotidianæ etiam sunt hoc ævo adversus Deum murmuraciones. 694. Sed neque Deo nec hominum ulli obmurmurandum est, 694.

Peroratio.

Apostolum audiamus monentem potius, *Omnia*, inquit, *facite sine murmuracionibus & hysitationibus*, &c. Nam optime dixit B. Antiochus, *Murmuratio est instar turbidissimi amnis*, &c. 695.

A L I A.

T H E M A.

Hic peccatores recipit, & manducat cum illis.

Concionis Argumentum.

Deus peccatores amat, sed peccatum odit.

Exordium.

Nomenclaturam Christus & Dictionarium longè aliud quàm mundus habet: aliam Christus Grammaticam, Syntaxin longè aliam docet. 209. Ita quoque & in doctrinâ genere, inque ipsâ conversacionis praxi dissimiles fuere Christo & Pharisei. Illi superbiæ, Christus humilitatem: illi invidiam, Christus mansuetudinem: illi avaritiam, Christus paupertatem docebant. Arcabant illi peccatores à suis palatiis, mensis, &c. Christus Publicanos vocabat, docebat, juvabat, & cum illis manducabat. Quæ dissimilitudo morum & doctrinæ causâ fuere perpetui odii Judæis. Nesciebant illi hoc Christianum esse, odisse peccatum, & amare peccatorem. Hoc Deus facit indices, hoc in teris præcavit Christus, &c.

Profectio.

Utrumque, *Auditores*, hoc demonstrabis: ac primum, quàm oderit Deus peccatum. Nunquid hæc magni & capitalis odii manifesta sunt signa? Seipsum suamque gratiam Deus subtrahit ei qui peccavit, calumniatibus variis eadem peccata punit, jus cæli illi adimit, & incendius punit æternis; & tamen, quod obfuscescendum est, citra condignum peccatum punit. *Quis omnia lege à fol. 184. usque 189.* Quis hæc audiens, non cogit dicatque, Si ita Deus peccatum oderit, si ita illud castiget, quàm certè & odit peccatorem? Audite *Auditores*. Non facit Deus peccatorem, etiam si ita capitaliter oderit peccatum, damnat, & à se perpetuò rejicit. Nonur parentes, quanti laboris sit educare filios, &c. 546. Vultis scire qualis spiritus fuerit Christus. 732. Considerate statuarium, is tragem, &c. 732.

Peroratio.

Utinam & nos tales essemus, peccatum odissemus, peccatorem verò diligere: utque Deus omnipotentiam suam, quod non credebant Judæi, parcendo maximè manifestat, ita & nos clementiâ nostrâ nos redderemus famosis orbi! 732.

A L I A.

T H E M A.

Dico vobis, quod ita gaudium erit in cælo uno peccatore penitentiam agente.

Concionis Argumentum.

Penitentia perseveranter agenda, non proponenda solum aut cogitanda.

Exordium.

Beati reverè si sunt, qui peccata sua lugent, ut quondam David ea lūxit. Hic Hebraeus Rex afflictus rogabat sæpius, *Cor mundum crea*, 282. Beati dico qui sic lugent, &c. *Et hoc qua secundum Deum tristitia est*, &c. *Nisi penitentiam habueritis*, &c. Explicatè præcipit penitentiam non agendam, sed & habendam & retinendam; nec enim ut statî temporis mutuum, &c. 282. Eadem & hæc hodierna Christi doctrina, dum inquit, futurum in cælo gaudium super uno peccatore penitentiam agente. Notanter enim inquit, *agente*, non dicit cogitante solum, aut dicente, aut ostendente. De veraci igitur penitentia dicturi sumus. *Quam concionem ut formes*, lege à fol. 282. usque 284. incipiendo Profectionem ralter: Christus paralytico quem sanavit, præcepit lectulum ut tolleret, &c. ita fecit S. P. Augustinus. Utinam hæc in parte omnes Augustiniani essemus! At sæpè quidem vitam meliorem incipimus, sed hoc tantum, nec telam illam perteximus, 282. &c. *& sic consequenter.*

A L I A.

T H E M A.

Ita dico vobis, gaudium erit in cælo coram Angelis Dei, &c.

Concionis Argumentum.

Angelorum gaudium, nostra est penitentia.

Exordium.

Laboramus quidem omnes, sed non ad quovis labores nostros ridet vel nobiscum congaudent Angeli. Labores nostros Regius vates eleganter

Index Thematum moralium.

ganter explicat, dicens, &c. *Anni nostri sicut aranea meditabuntur.* 14. Aranea laboriosè. &c. Vere tantum : plurima nos facturos tantum promittimus. 14. Alii labores sunt qui gaudium creant Angelis. Angeli enim averfantur in homine quidquid virtutum redolet. 314. & 315. At gaudent dum in peccato capitali ferimur odio. 387. Constante dolemus, non ut Pharaò, &c. 387. Si mortificationis stamus amatores & cultores, nam tantum quis proficit, quantum sibi vim infert, &c. 869. Talibus enim exornari virtutibus ad Angelorum poterimus evelli aliquando cœtus. Vultis breviter scire, priusquam finio, quomodo quis etiam illum Angelorum chorum possit conscendere, quem fortè desiderat! Beata Mechthildis divinitus edocet, &c. 392.

Vide etiam fol. 242. ubi docetur, Beatos non tam de sua quam aliena felicitate letari.

A L I A.

T H E M A.

Quis ex vobis homo qui habet centum oves, &c.

Concionis Argumentum.

Cur ovis nos comparat Christus.

Exordium.

Ovis, *Auditores*, naturâ suâ animal est innocens, cetera autem animalia aut mordent dentibus, ut canis, lupus; aut pungunt vel impingunt cornibus, ut aries, taurus; aut percutiunt pedibus, ut equus & mulus; aut dilaniant unguibus, ut leo & ursus. Quorum omnium nihil facit ovis. Quare Christianus omnis sciat, se non esse vel qui mordeat dentibus, detrahendo, ut tamen praticant plurimi. 629. usque 641. vel impingat cornibus, aut pedem non percutiat proximum, iram reservando. 382. Nec dilaceret unguibus, imprecando proximo mala. 658. Aut injuriam vi aut fraude inferendo. 649. Sed Christianus sit ovis pariens 341. manufacta. 766. &c.

DOMINICA IV. POST PENTECOST.

T H E M A

Cum turbæ irruerent in Iesum ut audirent verbum Dei.

Concionis Argumentum.

Prædestinationis signum est, libenter audire verbum Dei.

Exordium.

Neminem contristare volo. Nescio tamen, viri magnates, viri potentes, viri divites. *Cum turbæ*, inquit Evangelista, *irruerent in Iesum*. Ecce turbarum devotio. Nunquam legitur tantus Scribarum aut Phariseorum ad Christum propter verbum Dei concursus. Sed en quos elegit Dominus, nunquid quod abscondit à sapientibus, revelat parvulis, juxta illud Matth. 10. Vin' dicam verbo uno rem magnam? Nescio num salvari possit, verbum Dei qui fastidit audire. Uti enim prædestinationis signum est, verbum Dei avidè excipere. aure; ita & reprobationis, illud ipsum, dum prædicatur, fastidire. Ita docturus sum modò. 274.

Profecutio.

Quis eum credat valere animo, qui aversus à veritate aures ad fabulas laxissimè sinit excurrere, & dum in templis vitia castigantur, ille factis domi exercet, &c. Hæc signa non sunt nisi pereuntium. Longè aliis nescuntur prædestinati; &c. Deslevit Jeremias vias Sion, &c. Non sunt prædestinati, quam sollicitè monuerit S. P. Augustinus, non minus reum esse, &c. At iniquis, uti hoc ævo cuique propter excusationes, inter doctos censor: nil novi audiam: quævis dicturus est Ecclesiastes, jam antè scio, &c. *Legè à fol. 274. 276.*

Peroratio.

Ut exorsus sum igitur, & finio, *Auditores*. Initium recedendi à Deo est fastidium audiendi divina: nec Deum diligit, qui pia monita non esurit. Lapis Lydius exploraturum, Evangelium Christi revelat cogitationes hominum. 276.

A L I A.

T H E M A I D E M.

Concionis Argumentum.

Refelluntur excusationes, & respondetur iislem, quibus quidam fastidium suum verbi Dei tegunt & palliant.

Exordium.

Nemo certè eximius est ab audiendo verbo Dei. Hebræus Rex David in plurimis præceptorem habuit spiritum sanctum: adulterium & homicidium utriusque non ignoravit esse veritum, &c. 773. Christus ipse litteratorum medius sedet audiendo & interrogando, se discipulum

professus; at nos homunciones, nescio quo ducti elationis spiritu, vel concionantem si verbum Dei audiamus, taxamus, vel ut eundem non audiamus excusamus. Sed quibus & quàm frivolis excusationibus? 773.

Profecutio.

Obijciunt primò: Jam antè scio quæ dicturus est Concionator, &c. Respondemus, &c. Dicunt alii, Jam senex sum, &c. Alter verò clarior: Non video mihi tot montis obtundendus; nam nisi me valdè fallo, &c. Nasutor alius, Sed quid prodest, inquit, hæc aperta monstrare, & roties decantata repetere? Justior alius subjungit, Obliviosus sum. Versutor alius inquit, Aut probus est qui conciones audit, aut improbus. Si probus, &c. Scrupulosiores dein inquit, Multi conciones audiunt, nec tamen meliores evadunt. Esto, quid tum! &c. Infirmus in fide & suam habet prætextiunculam: Unde mihi constat, quòd ea quæ in concionibus auditurus sum, à Deo monita sint, &c. *Legè à fol. 772. usque 774.*

Peroratio.

Si quis sit inter hos omnes timens Deum, excipiet doctrinam ejus, à quocunque demum doctrina Dei tradatur, &c. Arque ut probè novimus maximi momenti esse, conciones non temerè negligere, &c. 774.

A L I A.

T H E M A.

Per totam noctem laborantes nihil cepimus.

Concionis Argumentum.

Multi sine mercede laborant, & quidem benè.

Exordium.

Quæ hoc fuerit factum de causâ, quis rescire potest? An forsitan ea fuit exorta aliqua tempestas, vel venti flantes, vel claritas aquæ, vel frigus ob quod sese pisces in fundo continuèrin? Sed hoc latè diquirere, & taliter enumerarim per has causas discurrere, non est utile. Quæramus ergo sub his sublatens mysterium verbis, & forsitan in fine concionis plurimi sibi ipsis dicere cogentur, actionibus propriis consideratis, eadem Simonis verba.

Profecutio.

Actiones uniuscujusque in triplici possunt considerari differentiâ. Vel enim bonæ sunt, vel malæ, vel indifferentes. Per malas nos nihil capere, certissimum est, imò demereri, ac proinde malè operans hæc sibi ingeminet quotidie verba, quovis finito die, *Per totam noctem*. Sed quod dolendum est, etiam benè operantes ipsam uti possunt verbis quandoque, dum scilicet omnino nihil, ob humanam receptam mercedem, vel ob malam formatam intentionem, cælestis præmii recipiunt. Benè movit ipsa Veritas: *Estote prudentes sicut serpentes*. Multi enim laborant, ut infantes, pueri trimuli aur bimuli. *Vide à fol. 464. usque 466. & conclude cum Auctore.*

Legè quoque illud Psalmi Davidici, Anni nostri sicut aranea meditabuntur, explicatum fol. 14.

Frustrâ laboramus, & in altâ nocte degimus, si nostri notitiam non habemus. 376. 377.

A L I A.

In verbo autem tuo laxabo rete. *Agere poteris de efficiâ obedientiæ. Ad verba illa, & eo sine legè à fol. 892. usque 895. Ad illa verò verba, Bxi à me, quia homo peccator sum, de humilitate. Petrus enim reputabat se indignum præsentia Christi: quæ humilitas ita placuit Christo, ut cum ad Apostolicam evexerit dignitatem, dicens: Ex hoc jam homines eris sapiens. Legè eo sine qua recitantur ab Auctore de virtute humilitatis à fol. 896. usque fol. 901.*

DOMINICA V. POST PENTECOST.

T H E M A.

Nisi abundaverit justitia vestra plus quàm Scribarum & Phariseorum, &c.

Concionis Argumentum.

Affectus omnes peccaminosi, & non solum peccata ipsa vitanda.

Exordium.

Sciendum est, *Auditores*, quòd justitia Scribarum & Phariseorum erat falsa, quia solum cavebat sibi à malis operibus, & non à malis voluptatibus, putantes præcepta Dei prohibitive esse solum per mala opera exteriora quibus unus alteri nocet, & non prohibitos esse actus exteriores, scilicet rancores, odia, malas voluntates, &c. Eodem modo dicebant de hoc præcepto, *Non occides*, quòd hoc prohiberet occidendi factum, & non occidendi propositum: at Christus aliam perfectiorem exigit justitiam, *Ego autem*, &c. tanquam si diceret, Plus impono vobis, & non solum actum homicidii prohibeo, sed & omnem malum motum inre-

Index Thematum moralium.

interiorem homicidii, odii, rancoris, &c. Occasione quorūm verborum affectum iræ, superbiæ, luxuriæ, & non solum ipsam iram, superbiā, &c. fugiendam esse docebitur.

Persecutio.

S. P. Augustinus, *Beati*, inquit, *pacisci*, &c. Cūr enim Deus inter bellicos tubæ clangores Moysi legem in manus tradidit, &c. Luctandum certē est cum omni affectu. Qui enim solum suis noxi irascitur, & affectibus indulget, is malæ arboris ramos amputat, saluā radice. Itā Chrysostrōmus illa verba Christi Matth. 5. v. 8. explicans, *Qui viderit unliierem*, &c. Itā non tantum cædes prohibet, sed & iram ad illas ducem, sed & contumeliosa verba iræ fomenta, &c. Quod de irā Romanus Sapiens dixit, idem de omni vitiorum exercitū dicendum. Quantum est hæc mala effugere, &c. 285. Quā pāuci hoc ævo talē iustitiam habent! Quā paucis gloriarī licet cum Tobīā dicente, *Mundam servavi animam meam ab omni concupiscentiā*. Saul Agagū Regem, &c. 286.

Peroratio.

Si igitur vel iræ vel libidinis affectus & ignis, &c. te urat, attende ad Medicorum monitum & scitum, *Ignis igni remediū est*. Nam cū digitus aut manus ustulatur, &c. 161.

A L I A.

T H E M A.

Vade prius reconciliari fratri tuo.

Concionis Argumentum.

Non habet concordiam cum Christo, qui discors est cum Christiano.

Exordium.

Benè exclamat Paulus: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*. Sed & rectē quis proclamaverit, dicendo, *Diligentibus proximum omnia cooperantur in bonum*. Verè enim, Domine, beatus est qui amat te, & inimicū propter te. Causa diligendi Deum, Deus est; modus, sine modo diligere, &c. Sed nec Deum amat, qui illum hominem. odit. Paulinum dogma nostis, *Auditores*, *Si charitatem non habuerit*, &c. Tota lex Christi tribus literis includitur; *Ama*. Deum & proximum tuum ama, & omnes leges servasti. Nunquam enim concordiam habebit cum Christo, qui discors esse voluerit cum Christiano. Hæc, *Auditores*, ut & exigit Evangelii textus, hodierna nostra ex hac cathedrā erit doctrina. 300.

Persecutio.

Dilectionem, *Auditores*, exigo inimicorum cum Christo monente, *Vade prius reconciliari*, &c. Sed dicit cogitabitque quis vestrum: Opus arduum exigit & difficile. Sed quod difficultus, hoc Deo gratus, & nobis utilius. 278. Sed & nobilissimum & generosissimum vindictæ genus est. 279. *Lege à fol. 278. usque 282. ex quibus omnibus non unam, sed plures poterit formare conciones*, &c.

Aliam formatam de dilectione inimicorum leges à fol. 231. usque 734.
Vide etiam qua habentur foliis 701. 702. 723. 724. 619. 620. 621. 622. 296.

A L I A.

Imbecillis ille certē stomachi est, qui verbum aliquid injuriosum non potest concoquere, quin statim obluetur & vindicet, quin cibum pænè prius revomat quàm admittat. Væ huic homini cum hoc tali stomacho, &c. 845. 846. 847. *Sitira brevis, fol. 21.*

A L I A.

Et tunc veniens offeres munus tuum.

Sed quæ munera vult Deus? Si aurum velis, seu quidquam aliud pretiosum, nunquid pauper poterit unquam altari appropinquare, cū aurum non habeat? Nobiliora quædam munera statim recitabo Deo gratissima. Varia offeruntur Deo munera. Sunt qui templa variis muneribus colant: hi ceram, illi oleum, isti cerceos, alii aras, pretiosam vestem, artificiosas imagines, &c. 319. Sed dico, nobiliora longè munera habemus & pauperum etiā arcibus depromenda: ea verò sic ordine numerat S. P. Augustinus, auro proflus & cedro scribenda, &c. 319.

DOMINICA VI. POST PENTECOST.

T H E M A.

Ecce jam triduo sustinent me.

Concionis Argumentum.

Eterna quies & quævis Dei dona vili moneta obtinentur & coemuntur.

Exordium.

Conversus ad auditores suos concionator ille eloquentissimus & suavissimus Christus jam famelicus: cibaria enim, quæ domibus

asportaverant, ut notat Lyranus, jam erant consumpta, idèd nec primā diè nec secundā miraculum hoc fecit, tūm quia alimenta habebant, tūm quia magis tunc apparuit hoc miraculum, quando eis victus omnino defuit. Ad illos, inquam, jam fame pressos conversus, quasi ingenuifcens exclamat ad Apostolos suos, *Ecce jam triduo sustinent me*. Suavissime Iesu, triduum nunc numeras quo sustinemus; & cur, Christe bone, non numeras æternitatem dierum quibus, &c. 29. En quā brevi & quidem minimā sustinentiæ cælum Deique misericordiam impetremus.

Persecutio.

Curiosa est quorundam quæstio, Num Deus cælum aliæque sua beneficia homini det gratis. An non & triplex ad hoc dant responsum? Primum, cælum planè gratis dat, &c. secundum, omnia promerita nostra, &c. tertium, cælum aliæque beneficia sua & gratias omnino gratis dare tam sui quàm nostri causā non potest, juxta illud, *Non coronabitur nisi qui legitime certaverit*, &c. Sed certamen illud non est longum, vili moneta à Deo emittit quidquid habet venale, Isaias vates optimè describit, quomodo nos Deus tractet, volens nos beare aliòve beneficio cohonestare. *Erīs*, inquit, *corona gloria in manu Domini*, &c. 217. & 218.

Peroratio.

Si igitur Romani veteres, quod sacri Codices testantur, pænè omnia orbis regna, locum omnem possederunt consilio & patientiā, poterimus & nos triduanā patientiā, hoc est brevi labore, quævis à Deo obcinere, 218.

A L I A.

T H E M A.

Misereor super turbam.

Concionis Argumentum.

Notissima virtus omnibus sanctis & electis est misericordia.

Exordium.

Quæreret quis posset curiosus, quæ omnium attium sit quæstiosissima, &c. Chrysostrōmus quæstioni tali taliter responderet, &c. 882. Hanc artem docuit discipulos suos hodiè Christus, dum turbæ famelicæ multiplicaturus panes, discipulos suos primò his verbis alloquitur, *Misereor super turbam*. Ut sic & illos, inquit Lyranus, indiceret ad pietatem, doceretque misericordiam, &c. Et reverà ipsa misericordia ita affinis est sanctitati, ut nullus fuerit vel dicatur fuisse sanctus, quin & fuerit misericors, ut dicemus.

Persecutio.

Veritatis oraculum, *Beati misericordes*, &c. Misericordia Beatis omnibus adeò innata censeri potuit, ut eam Christi & Beatorum omnium rectè sororem dixerim, &c. 881. Equis negaverit, quin omnes Sancti Spiritu sapientiæ imbuti fuerint, & discesserint? nam cælo nullus admittitur, qui Spiritum stultitiæ deserat ad tumulum. Atqui Spiritus sapientiæ Spiritus humanus est & suavis, &c. 881. Et rectè discipulos omnes & electos suos voluit esse misericordes, Ut enim olim Reges non censentur nisi legitime uncti forent, hinc Eliseus Jehu Regem creaturus, adolescentem lenticulam olei committens, &c. 881. Ita, nos Reges cæli creantur, nisi misericordes, &c. Forsitan quis quærat, quor cælum ostia habeat. Unum dico, nempe misericordiæ. Ut enim Salomon, &c. 882.

Peroratio.

Verè singularissimum quid habet misericordia præ cæteris virtutibus: hæc enim una, omnium maximè orbis fatali diè triumphabit, &c. 882.

A L I A.

Vnde istos quis poterit saturare panibus in solitudine?

Sic plerumque argumentamur miseri, omnia ad modulum humanæ rationis morientes. Cur non potius fidimus Deo, illudque aliquando Abrahami usurpamus, *Deus providebit*, &c. 565. Quantum autem vacillantem fiduciam divinæ providentiæ cognitio erigat, *lege 565. 566. 567. &c.*

A L I A.

Ecce jam triduo sustinent me.

Propter Christum doce relinquenda omnia, & amplectendam etiam paupertatem; hoc est enim discumbere super terram, quod hic etiam Dominus præcepit turbæ. *Recita qua leges 271. 272. 865. & à fol. 866. usque 872.*
Vnde istos quis poterit hic saturare panibus in solitudine?

Explica, cū Deus hanc multiplicationem bis fecerit, eamque semper in solitudine, quā Deo, sit grata solitudo, quamque ea divinis donis exceptiōis aptissima, & lege qua habentur à fol. 767. usque 770. in quibus foliis Apoc̄tor docet, solitudinem esse metropolim Spiritus sancti.

Index Thematum moralium.

DOMINICA VII. POST PENTECOST.

T H E M A.

Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos
in vestimentis ovium.

Concionis Argumentum.

*Enumerantur aliquot falsi Prophetae, vestiti
vestimentis ovium.*

Exordium.

Docet in Evangelio Dominus fideles suos sibi diligenter cavere à falsis prophetis, & perverfis Christianis, qui verbis consentiunt Deum, & factis negant. Ergo dicit, *Attendite*, Et certe si alibi, hic certe opus est summà attentione. 506.

Profecutio.

Christus æterno Patri preces allegans, *Confiteor tibi Pater, Domine, &c.* Delectum facit Servator inter homines, quos in duplicem classem paritur, sapientum & parvulorum, quemadmodum inter Angelos duas à se partes, &c. 710. Sed quinam illi sapientes sint, operosa est quaestio. Queritur olim Philippus Melancthon, &c. Itane jugum politicum tam horrendum est, & tamen hoc ævo sapiens vix quis dicitur, nemoque colligit nisi sit politicus; suntque ii politici verè lupi vestiti ovinis pellibus; suntque numero quadruplices, prout ex eorum fructibus, verbis & operibus dignoscere & colligere possumus. Primi Cretizant, alii syncretizant, tertii Pharisæismum colunt, quarti Herodianismum. Hi lupi falsi-que prophetae, præterquam quòd sparsim ubique dominantur, & universum, ut ita loquar, incolant orbem, aulas tamen pro principaliori suà schola, in quâ has subdolas suas artes profitentur, habent; &c. *Legè à fol. 710. usque 713. & à fol. 654. usque 655.*

Peroratio.

Fallunt hi passim piòs & simplices homines Christianos, & loquendo & silendo. Tribunalia fallunt omnia, at non fallent ultimum. Nemo, rogo, hanc vastitatem adducat, &c. 713.

A L I A.

Omnia arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Cur duplex arbori non ferenti fructus bonos inferri jubet Dominus supplicium, *habes conceptum mysticum & doctum fol. 148.* In omni noxâ lethali singulariter duo spectanda sunt, nempe aversio & conversio. 149. Aversio pœna damni, conversioni pœna sensus correspondet. Utramque mens instructuosa subire judicis sententiâ cogitur. Verùm ut arbori mitior pœna foret utulari parum, quàm sic eradicari, ut nunquam fructus ex eâ sperari possit; ita pœna damni gravior erit quàm pœna sensus, quantumvis ea intensa & multiplex foret. *Legè fol. 148. 149. Dein concludit, non solum peccatores sic duplici pœnâ multari post mortem, sed etiam in ipsâ vitâ, evinque concio moralis, & doctâ: sed legè diligenter fol. 148. 149. 150. leges enim, in his rationem, cur tam pauci hanc pœnam damni (cùm tamen summum omnium pœnarum sit) aestiment, similitudine falconis, &c.*

DOMINICA VIII. POST PENTECOST.

T H E M A.

Quid faciam, quia Dominus meus auferet à me villicationem?

Concionis Argumentum.

*Hæc decoctorum & hominum negligentium salutem
suam vox est, Quid faciam? &c. dum
moriendum est.*

Exordium.

Hæc multorum, ut sæpe Sacerdotes plurimi testantur, cantilena est ad finem vitæ pravè peractæ. Agimus nos Christiani & canimus, ut quondam Cato Romanus jamjam moriturus cecinit. Trium, clamabat ille, amici, jam me pœnitet: quòd arcanum alteri commiserim, quòd iter pedestre, &c. 103. Ut etiam Constantius Imp. triplex ajebat à se commissum malum, &c. Hoc est sera pœnitentia in fundo, rarissimè vera, fenestrat enim, &c. Præstat, Christiani *Auditores*, hoc idipsum nobis occurrere dum sani sumus, dum meremur, dum vivimus, &c. non desunt enim in Ecclesiâ hoc ævo, qui vobis petitis, Quid faciam modo, quia dum aliquando Dominus auferet à me villicationem, & dispensationem omnium rerum mihi commissarum, tunc non erit amplius tempus merendi, neque pœnitendi; sanum ac salubre suggerant consilium. Veritatem hujus vestræ & villici propositionis demonstrabimus, & consilium dein sanum suggeremus.

Profecutio.

Benè quaerit amovendus à villicatione villicus, *Quid faciam?* rectè & benè rogitant

plurimi jamjam morituri quid facturi sint; sed rectius & melius, dum sani sunt, idipsum rogitant. Nam ubi jam judex est in januis, exactissimam omnium rationem petiturus, quis tam vaser poterit esse alicui tali decoctori salutis advocatus, aut consiliarius, qui pro eo respondere possit? Et esto quis talis reperiat, quid juvat? Cuilibet enim villico, jam per mortem à villicatione amoro, soli, sine advocato, reddenda est ratio. fol. 96. & 103. primò de omnibus etiam occultissimis & abditissimis cogitationibus, secundò de verbis dictisque omnibus; atque adde etiam de omni otioso verbulo, tertio de actionibus, quarto de sensum exteriorum usu, quinto de operibus misericordiae, sexto de septem capitalibus noxis, septimo de decem præceptis, octavo de omnibus corporis & animi & fortunæ bonis, nonò de commissio tibi munere & officio, decimo de tempore. Sed objiciant hi decoctores & illulores, Tam pensularas Deus ac morosus rationes non exigit. Quis iste horarum calculus, &c. *Legè à fol. 96. usque 98.*

Epilogus.

Tempestivè igitur, Christiani, huic aliquando futuræ amotioni nos præparemus, & in villicatione nostrâ Philosophi colamus dictum, *Respic finem.* vel potius Ecclesiastici monitum discipulo suo traditum, Multas discipulo suo ille dederat præceptiones, &c. 98.

A L I A.

T H E M A.

Fodere non valeo, mendicare erubescio.

Concionis Argumentum.

*Nemo Christianus dicat, Fodere non valeo,
aut, mendicare erubescio.*

Exordium.

Fateor, *Auditores*, cùm moriendum est, convolvendæ sunt merces nostræ, convasanda omnia, & in jus adendum. Si cælum obtineamus, non illic merendi, seu fodendi, sed mercedem accipiendi locus erit. Obtingat si nobis tartarus, hic quoque nulla fossio, nulla mendicatio proderit, quia neque merces, neque meritum erit, sed nec ullum ibi debitum dissolvetur. Sed dum vivimus, velut in mercatu sumus; fodere, mendicare, emere, vendere tunc licet, imò qualibet horâ; &c. 126. Videndum igitur nunc est, quomodo quis fodere aut mendicare meliori modo possit.

Profecutio.

En primò hortum quem fodias, & lignonem quo fodias ostendo. Hebraeus Sapiens, quasi quondam obambulans, quid sibi contigerit refert. *Transivi*, inquit, *per agrum hominis pigri, & per vineam stulti, &c.* Ager ergo est animus, sive conscientia hominis; ligo verò quo hic hortus & ager perfodiendus est, est reatum ac diligens conscientiae examen, & errorum commissorum punitio. Certè nunquam lignonem hunc manu misere viri etiam sanctissimi. Quantis enim lachrymis crimina etiam non magna desolvere? &c. 382. Quo criminum examine, voluntariisque afflictionibus offenso Deo facile satisfacimus, & favorem illius ad ampliora ememur, Daniel vates, &c. 382. Christianus nullus dicat, *fodere non valeo.* Quid facilius, quàm quadrante unico vespertino fe suaque omnia disquirere? & dumprehendit quis forsitan hodie minus pudicum oculum, &c. 383. Quòd si verò quis Atheniensem se esse observer, qui scilicet semper decernat, & nunquam faciat quod decrevit, multas etiam addat, à seipso pœnas exigit. Quòd si necdum sic proficiat, ad mendicandum se pareat, hoc est cælum requirat patrocinia. *Legè 132. 133. & 403.*

Peroratio.

Quisque igitur hic pro virili fodiat, & emendicet Sanctorum patrocinia, & famulorum *Benadad* regis Syriæ audiat consilium. Judicem enim habemus clementem, si tamen eum tempestivè nobis devinciamus. 100.

A L I A.

T H E M A.

Scio quid faciam.

Potuit hic bonorum Domini sui decoctor, simul & Dominum suum fallere. Sed quis judicem illum supremum, lynceis oculis præditum, quibus non solum pariteret, sed cordis intima penetrat, poterit decipere? Hinc Bernardus acclamatis verbis, *Scrutabor Hierusalem in lucernis, &c. Quid in Babylone visum, si Hierusalem manet servitium?* &c. Erat hic Judex potentissimus, ac proinde nemo eum effugiet: exst sapientissimus, &c. *Legè 137. & 138. & à fol. 357. usque 361.*

A L I A.

T H E M A.

Quia filii hujus sæculi prudentiores filiis lucis in
generatione suâ sunt.

Circa Evangelium hujus Dominicæ, *Auditores*, oritur quaestio, Utrum etiam in peccatoribus reperiat prudentia. Teste Evangelistâ arguitur

Index Thematum moralium.

arguitur quod sic. *Filii*, inquit, *hujus sæculi*, &c. sed peccatores sunt filii hujus sæculi, ergo in illis reperitur prudentia. In oppositum: Duo opposita in eodem subiecto non reperiuntur, sed prudentia & peccatum sunt duo opposita, ergo, &c. Ad quod respondendum est, Triplicem esse prudentiam: una est prudentia naturæ, & est quædam solertia, quæ etiam in quibusdam animalibus brutis reperitur, proponiturque nobis imitanda, juxta illud Matth. 10. *Estote prudentes sicut serpentes*, &c. Alia dicitur prudentia culpæ, ut est prudentia mundanorum circa acquisitiones honorum, bonorum temporalium, &c. tales fuerunt olim plurimi, qui vitis parietibus sæpe fuerunt fulcra, & sibi exitum. Fabius ille Maximus, &c. Scipio Nafica, Hanno, &c. 827. Alia denique est prudentia gratiæ, five vera prudentia, quam veteres olim pinxerunt vultu triplici, ut quæ tria potissimum tempora, &c. 826. At Bernardus aliter eam describit. 827. Et talis prudentia in peccatoribus non reperitur.

A L I A.

Facite vobis amicos de Mammonâ iniquitatis. *Ad qua verba lege qua habentur fol. 132. & 276. Et vide in Indice rerum, verbo, Eleemosyna. Lege & illud Job explicatum pulchre*, Si negavi quod volebant pauperibus, 110.

DOMINICA IX. POST PENTECOST.

T H E M A.

Quia si cognovisses & tu.

Concionis Argumentum.

In rebus fluxis acquirendis industrii, pro æternis inertes & stupidi sunt plurimi mortalium.

Exordium.

Solent aurifices, & semina quæ fila ducunt aurea, minimas etiam particulas auri, ramenta & lamellas vix oculis conspicuas, religione sedulâ colligere. Hic omnis parsimonia non leviter lucrosa est. En adeo gravè sapius in lucellis tam minutulis, perenne lucrum transimus cæci, &c. Optime dixit B. Hieronymus, *Omnes sumus in minimis cauti*, &c. Ideo tam grandi micatione nos Christus commonet, *Quia si cognovisses, & tu*, &c. 126. Hanc nostram cæcitatem & ignaviam taxabimus. —

Profecutio.

Incredibile videretur, nisi testes loquerentur oculi, quàm in rebus fluxis curandis industriæ ac solertes, quàm attenti & assidui, quàm vigilantes & acuti, &c. simus, &c. Nimirum cum corporis negotium agitur, nemo non sapit, &c. Cum autem pro celo laborandum est, heu quàm inertes & stupidi sumus! &c. Hac in unâ re solutè ac negligenter agimus, languemus, cessamus. &c. 163. Hoc deflet hodiernâ die Christus in Hierosolymitanis, hoc deflent damnati. Ille ille vernis eorum est nunquam moriens, sed semper occinens, Potuisti obtrivere cælum, & nolisti. Nam, teste D. Bernardo, durante animâ durat & memoria. Priora transferunt, & non transferunt: transferunt enim à manu, & non à mente. Recordantur divinæ gratiæ butyrum sibi quondam in vitâ copiosissimè fluxisse, quò lavari licuisset, si libuisset. id tamen à se repudiatum esse. Meminerunt olei rivos, &c. clamant, sed frustra, *Quis nobis tribuat ut simus juxta menses pristinos*, &c. 163. Omnia certè ordine conscientia velut è syllabo recitabit, quæ perperam facta, quæ socorditer omissa, 162. Occasio, ut & Hierosolymitanis, nunquam defuit nobis, defuimus nos occasione semper, &c. En perditissimè inter jocos & lusus perdidisti regnum, potuisses esse felix æternum, modò voluisses: prædixi, monui, vellicavi, &c. 162. Hæ conciones erunt conscientiæ nostræ, ut & fuerunt lamenra Hierosolymitanorum, sed frustra: nam ut Esau rudis, & qui à feris, quas insectabatur, feritatem hauserat, &c. 162, ita & damnati rugient, &c.

Peroratio.

Itaque præsentem promerendi beneque agendi arripiamus occasionem; Christi audiamus rectè monentes præcones, & monitum, quale illud est Eremi Angeli Joannis, quod unicum assidue concurrentium auribus infillabat, *Pœnitentiam agite*, 162. 163.

A L I A.

Thema & Concionis Argumentum idem.

Exordium.

Flevit super Hierusalem Dominus, in suâ præscientiâ casum & ruinam prævidens civitatis. Flevit, inquam, pietate motus, instar pii parentis, & improperat beneficia illis collata, futura & denuntiat mala, nempe qualiter aliquando Romani eam circumdaturi sunt vallo. Tres enim aggeres dicuntur Romani circa capiendam Hierusalem fecisse. Qualiter eam sint coangustaturi, concludendo, & prohibendo introitum & exitum, & introductionem victualium & armorum; ita ut præ angustia famis matres proprios devorarent filios, teste Josepho. Quomodo & dejecti sint capti civitate tures, muros, & ædificia, & inhabitatores sint partim occisuri, partim ducturi in captivitatem. Quorum omnium malorum hanc unicum assignat rationem, eò quòd cognove-

rint tempus visitationis suæ, quo scilicet creator omnium per incarnationis mysterium, & per prædicationis officium eos visitare dignatus est. Nunquid, *Auditores*, cum unoquoque nostrum sic agit Deus, secretisquè impulsibus nos conatur ad scrutari? sed momenti & trahenti resistimus. Utinam cognosceremus tempus visitationis nostræ: sed de hoc latius.

Profecutio.

Mala nulla Deus sine impunita, quamvis ea non statim puniat. Ur enim ob foramen aliquod in aliquo genere vestimenti quis non statim es abjicit, sed curat resciri: ita & Christus non statim destruxit Hierusalem, sed per annos quadraginta protraxit, donec tandem eam deprehendit incorrigibilem. Breviter dixerò, *Auditores*, qualiter nobiscum agat Deus, Norunt parentes, quanti laboris sit educare filios, quorum contumacia prima non est fracta: quoties in die clamandum, &c. 546. Ita etiam cum homine superbo & arrogante agit Deus, &c. Qui autem tales sunt Hierosolymitani, & vocanti Deo repugnant, ad aquilatum & corvorum invito gymnasium. Cur quærso Deus Eliam Thesbiten, &c. 546. & 547.

Peroratio.

Hæc verò aspernatio vocantis Dei, omnium malorum est causa. Ita Isaias testatur, *Numerabo vos in gladio*, &c. 548.

Lege etiam fol. 106. & 107. Narrat enim ibi Auctor, quantorum malorum sit causa neglectus Sacramentorum.

Insuper quæ recitantur ab Auctore fol. 24. usque 29. ubi tradit, quàm suspensa & incredibilis hominum sit exciis in agnoscendis rebus calostibus & divinis, ubi & per sex conclusiones intelligentia humana eruditur.

Vide etiam ad illa verba, Quia si cognovisses, & tu, quæm cuius summe sit necessaria notitia sui, & fol. 378. usque 379.

DOMINICA X. POST PENTECOST.

T H E M A.

Deus, gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum, raptores, &c.

Concionis Argumentum.

Judicandi temeritas nulli plus nocet, quàm ipsi judici.

Exordium.

Pharisæus, qui unâ cum Publicano templum subierat, & precando quasi certaverat, victus & damnatus est, non quòd Deo pro beneficiis gratias egisset, sed quòd Publicanum temerè judicasset, impium cum arbitratus, quem pœnitentia jam expiaverat. Arque ut præceps hoc iudicio ipsi Pharisæo plurimum, ita nihil Publicano nocuit. Optimè S. P. Augustinus, &c. uti latius probaturi sumus. 490.

Profecutio.

Vera certè dixit hic orans Pharisæus: non enim probis hominibus, sicut nec huic Publicano, similis erat. Probi enim homines, plurima etiam quidem videant & observent, iudicium tamen semper continent & substringunt: ac superbi & arrogantes, pauca licet cernant, omnia tamen contumè judicant. Quo certè evidente iudicio Pharisæum à Publicano, fatuum à prudente, improbum à probo, quisque facillimè poterit distinguere. Ut enim apes celo pluvio, & sparis per ætrem nebulis, &c. 490, ita apes hic Publicanus. At aliter Pharisæus, aliterque plurimi Christiani, huic superbo iudici non dissimiles agunt. Places & domos proximi pervolvunt, de occultis asseverant, de incertis considerant, de ambiguis indubitanter, de plurimis ad eos nihil spectantibus arroganter, de omnibus denique pravè & impiè judicant. Si quis paulò lautiore vestitu, &c. Si quis tritiorè veste contentus, si quis confessionis & Communionis Sacramenta plus aliis frequenter, &c. 488. Nec mirum, hos ita pravè judicare: icterico morbo laborant. Ur enim qui hoc morbo laborat, &c. 490. & 491. Vel potius succum dixerò tales bibisse Ophiusæ Æthiopicæ, 491. Verè S. P. Augustinus: *In homine carnali tota regula intelligendi est, consuetudo cernendi*, 488. Interim sibi taliter judicando nocuit, nec descendit justificatus in domum suam Pharisæus. Nocent & sibi Christiani ita temerariè judicantes. 490. Miserat Hebræus Rex David ad Ammonitarum Principem, &c. 487.

Peroratio.

Vultis ergo cum Publicano justificari, nolite judicare, aut proximum facile condemnare. Audite Chrysostrum optimè suadentem, *Vis judicare? tua iudica*, &c. 491.

A L I A.

T H E M A.

Iejuno bis in Sabbato, decimas do omnium quæ possideo.

Concionis Argumentum.

Qui se commendat, seipsum condemnat.

Exordium.

Athenienses Beroso Mathematico, quòd multa velut vates prædixisset quæ temporis series rerumque eventus vera monstrarent, &c.

Index Thematum moralium.

&c. 702. Phariseus ille Publicani contemptor ex asse talis fuit. Dixisset aureum hominem; qui jejuniis, qui elemosinis, qui ceteris virtutibus sedulo vacet, &c. Commendabiles fuissent Pharisei actus, si eos ipse adeo non commendasset, ut dicturi sumus.

Profecutio.

Quemadmodum mercator aut propola laudat venales quas vult extrudere merces, sic hic Phariseus, omnesque ejus imitatores, merces suas expedit non sine amplissima commendatione, Habent autem hi sui ostentatores duplicis generis mercimonia. Nam aut seipfos laudant, aut stemma suum, aut familiam, dorés sibi suisque concessas; aut suam quam profiterentur laudant artem, officium, functiones, &c. Hos quidem Sophonias vocat, &c. 703. Istos irridet Paulus, &c. Optimè Paule, & consulto: nam virtutes suas publicare, est Deum irritare. Nabuchodonosor, &c. 703. Sed quæso, *Auditores*, clariùs doctrinam hanc quam propostimus, scilicet quòd qui se commendat, seipsum condemnat, explicemus Si quis res gestas pifcorum eremicolarum evolvat, quòsdam ex iis, &c. 703. Odis Deus omnem jaçantiam. Jussit Deus Moysen de sinu manum producere, &c. 703.

Peroratio.

Quid mirum ergo est, Phariseum justificatum non fuisse, cum suas propararet virtutes, &c. 704.

Poteris plures formare conciones in detestationem jaçantiae, si *Auctorem* legas à fol. 703. usque 710.

A L I A.

T H E M A.

Amen dico vobis, descendit hic justificatus in domum suam.

Quid subesse putatis causæ, *Auditores*, alterum horum duorum Oratorum tantum è templo descendisse justificatum in domum suam? Reteram tam brevibus. Ut in omni peccato duo sunt spectanda, scilicet ipsa aversio & conversio, ita ut aversio peioris sit rationis quam conversio ad creaturam: sic in quovis actu virtuoso duo quoque consideranda sunt, nempe actio ipsa, & intentio quæ ea fit. Nam si intentio mala sit, ut actio quoque mala sit necesse est. Ita docet *Auctor* fol. 449. *Dein sic perge.* Ut radix arboris, &c. *que similitudo habetur fol. 443. Recita S. Augustini & D. Gregorij quoque sententiam refer & exempla, & ex iis doce, causam actionem ex se bonam nunc bonam, nunc malam esse & fieri. Habentur ea collectim fol. 455. Concludo tandem, malam fuisse orationem Pharisei, quia non intendebat Deum, sed seipsum laudare. & roga *Auditores*, ut in omnibus sese habeant, ut quondam sese habuerunt Gedeonis milites, & clament, &c. fol. 457.*

Aliam si velis concionem eadem de re, lege fol. 454. & fol. 476. 477. 478. & Publicanum trochilo, & Phariseum accipiri alia petenti compara. Ad illa verba, Omnis qui se exaltat humiliabitur, lege de vili estimatione sui, à fol. 277. usque 278.

De justitia, quam sibi arrogabat Phariseus, pauca, sed bona, lege fol. 295. & de humilitate verà fol. 300.

De vanà gloria quæ hic Phariseus maxime laborabat, à fol. 446. usque 447. & à fol. 457. usque 459. Ex quibus plures de vitio vanæ gloriæ formari poterunt conciones. Res necessarij sapè instillanda, hoc enim morbo plurimi, vitiam aliquam pti, laborant.

DOMINICA XI. POST PENTECOST.

T H E M A.

Et adducunt ei surdum & mutum.

Concionis Argumentum.

Cur diabolus exteriores hos sensus occupet.

Exordium.

Sciendum est, *Auditores*, hunc ad Christum adductum surdum & mutum non fuisse à natiuitate talem, nec etiam ab infirmitate aliquâ superveniente, sed à damone ipsum obsidente, & ejus auditum impediens & loquelam. Si verò quæras, cur hos potius quàm alios sensus obsideat, respondeo, pelli non velle dæmonem, ideoque loca illa per quæ pellendus est, videlicet aurem & os, obstruit, surdum & mutum efficiens hominem, ne vel aperto per confessionem ore, vel audito verbo Dei, extrudatur. Per has portas peccata pelluntur, virtutes ingrediuntur. Ore quidem trahitur aër quo vivimus corporaliter, sed aure & ore trahitur spiritus quo spiritualem vitam traducimus, Has igitur portas obferatas vult hostis: iis enim obseratis, turo & quierè degit in homine. Plura statim.

Profecutio.

Oculos pudicè semper claudendos, passim docetur. Hos enim Tertullianus *libidinùs invitatores* vocat, *naphtha* certè non dissimiles, 327. & 328. Verum ut urbs illa hostem non excludit, unam quæ obseraverit portam, alijs aperit; ita & non solum oculi, sed & aures, & os, & manus custodiendæ sunt. Hostis enim ille infernalis per omnes sensus illabitur in cordis urbem. Non inveniunt Nicetas Seronius, 334. Et quamvis multa per oculos ingerat homini damnosissima, ea tamen intentum à dia-

bolo non sortiuntur effectum, nisi oris & aurium habeat dominium; quo obtento, in pace sunt omnia quæ possidet. Dæmonis enim quævis opera auditione verbi Dei, quæ excipitur aure, & peccatorum confessione, & sacra Communione quæ fit ore, destruantur, ac proinde in hoc possessio has duas obseravit portas, aures & os: aures obserans eo sine, ut fastidiret excipere verbum Dei, quod fastidium audiendi divina, initium recedendi à Deo est, quamvis etiam quis doctissimus foret; per hoc enim quòd doctissimus quis sit, antecellit quidem intelligentiâ omnibus, sed quid voluntas, memoria, &c. 275. Certè vivus est sermo Dei, Sapientissimus erat Rex David, &c. Cornelio, nuntiavit Angelus, &c. 275. Ut totum dicam, cujus sunt occlusæ aures ad verbum Dei, is diaboli rotus est, quia in eo non potest esse virtutis amor, in quo cælestis doctrinæ odium est, &c. 276. Hac verò auditis occlusâ portâ, statim conatur & alteram, videlicet oris, occludere, ut pote non minoris valoris. Ore enim fit confessio, per quam cum expellantur peccata, & intronitatur Christus, expellitur diabolus. Hinc confessionis & Communionis sacra summo est ofor. 270. *De crebrâ confessione, quæ est optima vigilia*, 350. Quare & hac frequentissimè usi sunt Sancti, 349.

Peroratio.

Quisque igitur sedulo harum portarum dominium sibi reservet.

A L I A.

T H E M A.

Et loquebatur rectè.

Concionis Argumentum.

Multi eloquentes, sed rari rectè loquentes.

Exordium.

Græculi in orbe sunt plurimi, plurimum ubique loquelæ. Habet orbis suos & modò Cicerones, Demosthenes, Ilocrates, Aristoteles, &c. maternâ & naturali eloquentiâ admirandos: sed ubi qui rectè loquantur? Habemus quidem donum naturæ linguas, sed informe, rude, sed & noxium donum, nisi aliud insuper donum aliunde accesserit, quo doceamur quando & quomodo utendum hoc linguæ dono sit. Si accidat vorum est, *Quis dabit ori meo*, &c. Ad errandum vel usius circumstantiæ defectus satis est: ad rectè loquendum sedulâ omnium circumstantiarum observatione opus est. 740. Quare, ut rectè cum hodierno hoc Evangelico homine, à Christo sanato, loquamur, loquendi rectè circumstantias adnumerabimus.

Profecutio.

Nil magnum, *Auditores*, Christus huic homini muto & surdo fecisset, loquelam dando, nisi & dedisset rectè loqui: Quod enim natura dedit homini, dedit & ars aviculis commune. Loagè certè aliud est loqui, & rectè loqui. 672. Prima rectè loquendi circumstantia est, rectâ intentione loqui. 740. secunda, circumspèctè, 740. tertia, verecundè, 741. quarta, accommodatè; quinta, voce submissâ, 741. Verum licet Evangelista nobis subindicet, huic mutum fuisse locutum, & quidem rectè, in quæ tamen verba linguam solverit, non conscripsit. Quidam opinantur, eum locutum fuisse in amaritudine animæ suæ, seipsum accusans, non ut nos, qui post culpam ad excusationes confugimus. 694. alii verò volunt illum linguam suam resolvisse in gratiarum actionem, quæ omnium lingua sanctissima est. 674.

Peroratio.

Utinam & nos hac linguâ semper loqueremur! hoc enim est rectè loqui. Joannes Avila formandis moribus magister optimus, 674.

A L I A.

T H E M A I D E M.

Concionis Argumentum.

Arguuntur omnis generis male loquela.

Exordium.

IN Thraciâ locis rigentibus vulpes, animal aliqui folerti auditu, amnes gelatos lacusque, non nisi ad pastum itura redituraque transit. Observatum, &c. 740. Quisquis ad loquendum os pandit, glaciem sicut periculossimam; idcirco, &c. Quidam sunt qui instillant, tum tantum loquendum esse, cum meliora silentio afferri possunt. Quare hos ego quoque nominavero, statim muros opto, ne loquendo noceant sibi & aliis.

Profecutio.

Cum Valentia B. Vincentius verba faceret ad umerosissimum populum natali die Joannis Baptistæ, &c. 755. Opto ego vobis omnibus *Auditoribus* panem quotidianum, sed multis non opto linguam, nisi talem qualem sibi optabat Rex David, Esther, 755. at talem linguam non habent adulatores, detractores, murmuratores, mendaces, &c. Vide in *Indice Rerum*, Linguæ vitia.

Peroratio.

Index Thematum moralium.

Peroratio.

Nunquid iuste tales opto mutos? si enim hi muti essent, omnia in quibusvis familiis in pace essent. At has linguas diabolus servat incolumes, ut in uxore Job eam custodivit, ut Job esset flagello. Linguae hae male flagellant orbem, &c. 756.

Ad illa verba, & statim aperta sunt aures ejus. *Lege fol. 12, ubi Auditor docet, illum insanabili pene laborare surditate, qui formidabilissimum illud tonitruum, Aeternum, Aeternum, non audit. Docet & ibidem, quo effectum, & quinam suo bono id audierint.*

Ad illa verba, Bene omnia fecit. In omnibus bene fecit, qui omnia facit, & fecit, excepto peccato. 531.

DOMINICA XII. POST PENTECOST.

THEMA

Diligens Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,
& ex tota anima tua, &c.

Concionis Argumentum.

Quam Deum ex toto corde ament, & quando talis amor exerceri debeat.

Exordium.

Cum virtutis laus omnis in actione consistat, amoris in Deum tendentis actiones à Theologis plerumque hæc solent assignari. Primum, Deum tanquam summum bonum, &c. 297. Circa hæc verò divini amoris actiones, duo maxime sunt notanda, de quibus jam loquar, simul & doctores, quomodo in triplici periculo homo teneatur ad hanc amoris divini actionem.

Prosecutio.

Tota lex Christi tribus his litterulis includitur, *Ama.* Causa diligendi Deum, Deus est; modus, sine modo diligere. Bene monuit Apostolus, *super omnia autem charitatem habete,* nam duo tantum sunt quæ animi letales plagas perantant (quod primum ducendum esse) videlicet *amor,* & *dolor,* sive ut Theologorum ore loquar, duo tantum sunt actus qui perditam Dei gratiam recuperent, &c. 297.

Secundum quod annotandum dixi, est, primariam divini amoris actionem esse, ferri & ex animo velle Dei omnibus præceptis parere. 297. Ad quam divini amoris actionem exercendam quivis hominum obstruitur, in triplici ferri periculo, &c. 297. & 298. *Et conclude verbis Auditoris.*

ALIA.

THEMA IDEM.

Concionis Argumentum.

Amoris divini descriptio & efficacia.

Exordium.

Ingunt Poëta, circa Cupidinem, tanquam dominum suum, mitiores alios Cupidines volitare, velut iusta & imperium expectantes. Ad rem facit Poësis hæc, quidquid amorum est, &c. Talis si in hoc legisperita fuisset amor, ut ore profitebatur sibi ineffe, Christum secutus fuisset; vera enim charitas cor Deo, & quidquid charissimum est, offert. 902.

Prosecutio.

Videte, *Auditores,* ut dominetur amor Dei verus, rebus omnibus imperet. Unicus erat Abrahamo filius, &c. 902. Plurimas nunquid David habebat delicias? plurima quibus oblectaretur? & tamen eam solum amabat quæ Dei erant. Amor Dei omnia contemnit. *Quantis,* ô superi, affectibus, &c. 902. En ipsum Patriarcham Jacob, &c. 903. Bene Chrysológus dicens, *Ama Deum, & ama totus, ut possis omnia sine labore vincere potentia.* Suidas Apologum recitans, *Sol,* inquit, & *Boreas,* &c. Quod sol in viatore, &c. 904. *Quin* imò amor verus Dei, amorem omnem expellit. Quod idem est dicere, ac, hydropicum esse aqua fatiatum aut sanarum, &c. 904. 905. 906.

Peroratio.

Amemus igitur Deum non verbis, ut hic legisperitus, de quo loquens Ambrosius dicit, *verba legis tenebat, & verba legis ignorabat,* sed operibus. Verus amor *agere, & pati* novit. Amemus, inquam, hæc enim dilectio sola discernit inter filios Dei & filios diaboli, ut docet S. P. August. 906.

ALIA.

THEMA.

Et proximum tuum sicut teipsum.

Concionis Argumentum.

Amoris veri erga proximum requisitæ conditiones.

Exordium.

Dominus **J H S V S,** Rex cæli, Deus idem & homo, docuit humanum genus, charitatem esse omnium virtutum maximam. Nec tantum

tum docuit, sed etiam præcepit. En amorem quidem in homines hæc lege imperavit, &c. 760. Quæsitur olim Pilatus, *Quid est veritas?* nos modò, *Auditores,* quid est charitas? Theologi, &c. 760. Hujus ergo amoris, & promissis stemus, requisitæ conditiones enumerabimus.

Prosecutio.

Principiò sit amor verax: qui talis est, *Non querit que sua sunt.* Exemplo sic Paulus, Dei hominumque amatissimus, qui de seipso, &c. 760. Deinde amor in hominem sit rectus seu compolitus oportet, &c. 760. Tertio sincera proximi charitas sit efficax & robusta, &c. 761. Non est autem difficile, amorem, qui terram & carnem sapit, à vero & divino discernere, &c. 762. Neque sum unquam deest præmium amoris vero. Abdemelech Æthiops. Neque inter idololatrias, hæc virtus ignoti nominis fuit, 762. Ubi vos Christiani, Christi præcepti hodierni immemores, aut voluntarii transgressores, qui *invicem mortis & comeditis,* & *in vicem* etiam, ut Paulus dixit, *consummemini?* Deus innumera paucè de veste, &c. 763.

Epilogus.

Christi igitur præcepti sumus observatissimi. Audite, qui vel scintillam odii in alium fovetis: adversum vos Joannes clamat, &c. Quod & S. P. Augustinus explicat late & luculenter. 764.

Vide etiam amoris in proximum actiones & proxim ab Audore pulchre descriptas fol. 764. & 765.

ALIA.

Hoc fac & vives.

Sapienter quondam dixit Romanus Sapiens Cordubensis Philosophus, *Imperfectum ac languidum bonum est,* &c. ejusdem ille fuit cum Salvatore mentis & professionis; virtutes illas non amabat Christus, neque profitebatur, quas speculativas vocant, sed practicas: Nam virtus quæ agere non vult, virtutis nomen non meretur. 764. proinde sic legisperito virtutem scienti & non facienti inquit Saluator, *hoc fac & vives.* Facere, non dicere, ad cælum evahit. Voluntas efficax, & in omnibus cum divina consentiens, quæ etiam pro facto reputatur, ea est quæ vitam homini confert. Quæ autem signa sint efficacis hujus voluntatis, *leges à fol. 528. usque 531.*

Ad illa verba, Samaritanus autem quidam iter faciens, &c. *Docet,* manifestum signum prædestinationis esse, proximi sui effectivè, dum pollumus, misereri, & *lege fol. 276.*

Ad illa verba, Et altera die protulit duos denarios, *reprehende hodiernorum Christianorum venacitatem, & misericordiam liberalem lauda. Lege à fol. 880. usque 885. & fol. 205.*

DOMINICA XIII. POST PENTECOST.

THEMA.

Occurrerunt ei decem viri leprosi.

Concionis Argumentum.

Mali socii viri leprosi.

Exordium.

Quodvis lethale peccatum lepræ affumilane sancti Patres: quidquid enim in carne lepra, hoc in animâ quodvis tale peccatum agit & facit. Ego, *Auditores,* modò alterius sum mentis, & malum consortium censeo magis propriè lepram, malòque socios leprosos dici posse. Videamus quam tacite hi leprosi, juvenes & puellæ, lepram suam vobis afficiant. Occurrerunt Salvatore iter facienti decem: Vobis occurrunt iudices infirmi. Rectè proinde monet Moyses, *Recedite à tabernaculis hominum impiorum,* &c. 332.

Prosecutio.

Utr speculum, etiam terribilissimum, maculam trahit ab anhelitu, sic homo, cetera oprimus & castissimus, à malorum societate nævos recipit, *Qui communicaverit superbo, induit superbiam.* In quibusdam corporis morbis vehemens est contagio, ut in leprâ, peste; ac proinde iis infecti ab civium communiõne & familiari conversatione arcentur. Sed nihil contagiosius, &c. 332. Quid, quæso, Ægyptium servitorem Joseph movit, ut nec mortuus inter improbos morari sustinuerit, nisi quod leprosum consortium omnino sit vitandum? 332. Scio quosdam audaculos adolecentes & puellas ab hoc leproso consortio proflus non timere, nec improborum mores & verba sibi astimare nocitura. Quales gigantes? quàm præsumptuosi! Cavete, *Auditores;* Audite Isaiam exclamantes? quàm pravæ vitæ juvenis unica inverecunda puella, &c. Ea enim rerum natura est, ut cum bonus improbo se jungit, non improbus à bono emendetur. 332. Socium ergo improbum aut imiteris necesse est, aut infeceris. Petro an quis vestrum animosior aut fortior? *Lege à fol. 331. usque 333.*

Peroratio.

Ne quis vestrum ergo, *Auditores,* hanc aliquando conatur canere cantilenam, *Societas me perdidit,* fugiat tempestivè & sedulo hos leprosos erroneos. Qui vitare vult farinam & vestium pullarum candidos nævos, nonne molam vitat? 333.

Index Thematum moralium.

A L I A.
T H E M A I D E M.
Concionis Argumentum.

*Vt lepra corporis naturales dotes, ita peccatum animæ
spirituales dotes aut inficit aut enecat.*

Exordium.

Refor ex aliis Auditoribus ea mala quæ causat lepra in corpore humano, & tuis Auditoribus promittit se demonstraturum eandem omnino mala, imò majora, causare in animâ peccatum.

Profecutio.

Nihil pulchrius animo quem ornat Dei gratia: nihil foedius quam animus divinâ gratiâ excusus & scelere pollutus, imò vel unico. Coluber est peccatum venenatissimum. 182. Potrò divinæ gratiæ pretium illud est, ut verissimè dicatur in urbe nil esse pretiosius. Explico, Dixerit quis de auro potabili, &c. 182. Si igitur lepram dicas obesse formæ naturali humanæ, cum eam inficiat, reddatque squalidam; Qualidiorum reddit peccatum animam, etiam omnem gratiam divinam, quæ sunt animi monilia, adimat. Addo aliud mali genus. Quisquis letaliter delinquit; omne genus miseriarum ac calamitarum sibi ulterò accersit. Quidquid in humano corpore sanitatis ac vitium, morborum & mortis pabulum ad præda est opera peccati. 183, 184. Et ut omnia dixerò, lepra leprofos segregat à conversatione hominum, peccatum verò celo nos excludit in omnem æternitatem. 185.

Peroratio.

Unicum jam est quod non satis mirer, *Auditor*, lepram & leprosum societatem fugitis; peccatum tamen non ita. Miramur stultitiam Esau, qui lentis edulio primogenita vendidit, &c. 186.

A L I A.
T H E M A I D E M.
Concionis Argumentum.

Lepra animæ est libido.

Exordium.

Lepra animæ libidinem esse, rectè quis & veraciter asseruerit. Si lepra contagiosa à Medicis dicatur, qui que facile serpit, certè ego & hoc idipsum de carnis vitio dixerim audacter. Sed horribile dictu est quod sanctissimus Rhemenfis Præsul *Remigius* de libidinis vitio pronuntiavit, &c. 367. Sed hanc lepram ego latius descripsero.

Profecutio.

In primis, ut ipsa lepra morbus dicitur incurabilis, sic & ipsa libido vitium est emendatu difficillimum. Hinc Princeps Apostolorum, *Charissimè*, ait, *obsecro vos tanquam*, &c. 367. Imò rectius dixerò, quod antè de lepra dixi, immedicabile est. Noëmi avo, &c. Nullum profecto vitium tam pertinaciter & obliquare divino spiritui resistit. Ut verò ubique leprosi inveniantur, ita & hoc vitium communissimum est. 367. *Legè à fol 367. usque 371.*

Peroratio.

Itaque hanc fugiamus lepram, & quidquid eam sapit, ut sunt verba & signa impudicæ: cacodæmon enim exercitatum furem feliciter sæpe imitatur, 371.

Ad illa verba, *Ite, ostendite vos sacerdotibus*. Cur, *Auditor*, Salvator, cum perse ab omnibus indepenter hos leprofos mundare poterat, eos ad sacerdotes mittit? Variæ à variis assignantur causæ. Primò propter legis implementationem: lex enim præcepit *Levit. 14.* ut mundatus à lepra sacerdotibus se offerret, & hoc duplici de causâ; una, quia sacerdotes debebant judicare verum talis esset verè curatus; secunda, quia pro suâ emundatione tenébantur offerre sacrificium determinatum in lege. Item, ut exemplum daret honorandi sacerdotes. Item, ut per hoc necessitatem sacramenti pœnitentiæ seu confessionis exprimeret: dicit enim Christus omnibus peccatoribus, *Ite*, quod non expectetis donec urgente infirmitate oporteat sacerdotem ad se vocare, sed *ite* dum potestis, dum sani estis, ostendite vos sacerdotibus, quibus data est ligandi & solvendi potestas. O si, *Auditor*, sciretis quanta bona ex hac sacerdotibus faciendâ ostensione proveniant, tam infrequentes non essetis in cathedrâ confessionali. Vultis scire quos crebra confessio producat fructus & effectus? enumeratum habe. Qui diligit cordis munditiem propter gratiam laborum suorum, &c. Primò nihil aquè favores divinos emeretur, &c. *Legè & ad discè qua habet Auditor consequenter à fol. 348. usque 350.*

Ad illud verbum, *Ostendite*. Cum interpretetur illud D. Augustinus, non palliate: argue sese excusantes in ipsâ confessione, vel non integrè consentientes: hoc enim non est se ostendere, & require qua habentur & scribuntur de lingua excusante fol. 641. de lingua succulci 648. hypocrisis. 654. bisphala. 602.

A L I A.

Et factum est dum irent, mundati sunt de contritionis efficacità.

In hoc, *Auditor*, ostenditur, quòd in verâ contritione peccata dimittantur peccatoribus, etiam antequam perveniant ad confessionem, juxta

ta illud Psal. 31. *Confitebor adversum me iniquitatem meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.* Quod Psalms V. Beda fix exponit: Dixi quòd in proposito meo confitebor Domino, & adhuc non erat verbum in ore, & jam auris Domini erat in corde; quia tu Domine statim ac hoc in corde proposui, remisisti mihi nihilominus, quemadmodum leprosi, quamvis sanitate jam donati, sacerdotibus se debebant ostendere, sic etiam peccatores, quamvis jam per contritionem præviâ sint justificati, commissa crimina confessoris aperire debent. Quæ leproso rum subita mundatio occasionem præbuit, quare hodie, *Auditor*, aliquid de virtute & efficacità contritionis dicitur sim breviter.

Prosequendo primò *refor* & *propone*, quæ sit distinctio inter attritionem & contritionem, quarum altera volenti confiteri necessaria est. *Contritionis partes* lege 290. & *aliquid etiam* fol. 382. Sed mavult Deus cor omnino contritum. Querunt quidam, cur inter pœsci fœderis ceremonias quas Deus ab Hebræis exigebat commendandis sacrificiis, & illa è præcipuis fuerit, victimæ manum imponere. 445. Voluit, inquit Olearter, Deus hominem integrum, cor, voluntatem, &c. Hoc verè facit verè contritus: est enim contritio quoddam sacrificium; ut etiam vult esse Chryllostomus. Eleemosynas, orationes, &c. 445. Sed ut olim inter sacrificia primas, habuit holocaustum, ita modò contritio, &c. Et quemadmodum sacrificia olim erant distincta, &c. *Accommoda Contritioni qua leges præditio* folio 445.

A L I A.

Ad illa non est inventus qui rediret & daret gloriam Deo. *Legè fol. 380. & 381. ubi Auditor agit de gratiarum actione agenda Deo pro beneficiis acceptis & etiam pro injuriis.* 674.

DOMINICA XIV. POST PENTECOST.

T H E M A.

Nemo potest duobus dominis servire.

Concionis Argumentum.

*Plures invitati cogimur pati dominos, sed uni
jubemur servire.*

Exordium.

Monet Dominus, neminem posse duobus dominis servire, contra-ria scilicet præcipientibus, quales sunt Mammon & Deus. Quilibet autem hominum habet unum illorum duorum dominum, quod sic probò. Quia omnis homo aut est in gratiâ, aut in peccato mortali. Si autem est in gratiâ, tunc habet pro Domino Deum: Si autem est in peccato mortali, tunc habet diabolum vel Mammonam pro Domino. Sed attendenda sunt sedulo Christi verba. Non utitur verbo *patri* aut *habere*, hoc enim cogimur invitati aliquando sepe, ut in domo nobili uni ancillæ & servus & herus imperat: sed utitur verbo *servire*, hoc est se totum in duorum obsequium dare. Volentibus igitur Deo servire, mundi & Mammonæ sit contemptor, etiam si Mammonam aut divitias plurimas possideat, Affectus prædominari rationi & Deo volens supprimat. Hanc sacram doctrinam trademus hodie.

Profecutio.

Nulla servitus miserior est, ac propriè magis misera servitus, quàm bestiarum, quæ omnimodè homini subjiciuntur. Dolendum certè, Christiani, cum tam bonum Dominum habeamus, nos sepe suavi ejus excusio jugo, ad instar bestiarum nos nosmetipsos subjungere tyrannico mundi servitio. Triplex vivendi genus est: vivunt Angeli, vivunt bestia, vivunt homines: sed aliam vitam, &c. 876. At si carnem & corporis appetentias quis sequatur, in consortium jam transit jumentorum, & miseræ se dedit servituti. En mi, Christiane, jam tui arbitri es, elige servire Deo, regnare; servire diabolo & mundo, perire est. Si Angelos imiteris, Deum habes Dominum; si bestias, Diabolum. 877. Eadem est salutaris & valetudinis ratio. 877. Idcirco si quis sibi consulum velit, seipsum vincat, ne seipsum cogatur aliquando patri dominum tantum, sed & sibiipsi cogatur servire. Leges naturæ sunt, adversarium odisse, pecuniam & lucrum amare, &c. 876. Sed, *Auditor*, hos dominos impugnemus, scilicet ambitionem, avatitiam, gulam, &c. *Legè à fol. 873. usque 880.* Ad tritremes damnati cetras habent, tamen breves, remorum ferias, subinde sua membris est quies; sed qui his dominis serviunt, quæro nunquam vivunt animo, juxta illud Hieremias: *Servientis diis alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem*, &c. 285. & 286. Et miseri mundicola post hanc longam multorum annorum continuam servitutem quid vobis mundani hi & corporis Domini impertiuntur mercedis. Equus annosus & decrepitus postquam Domini thedam annis traxit & vexit plurimis, tandem dividendi veterario pauperi aut aurigæ, & pro servitute fideli miseræ magis addicitur senio confectus servituti. Ita mundiculis gratus est mundus. Aman, Belilarius &c. 800.

Peroratio.

Cur non potius Domino serviamus. Rogo, *Auditor*, cervi estote imitatores: quanto enim ille plures maculavit & necaverit serpentes, tanto cupidius ad fontem currit. Ita & nos serpentes omnes hos enecemus. Consume, inquit S. P. Augustinus, serpentes iniquitatis, & tunc amplius desiderabis fontem veritatis; nam uni Domino servendum est. 875.

ALLA.

Index Thematum moralium.

A L I A.

T H E M A.

Nolite ergo solliciti esse dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus? &c.

Concionis Argumentum.

Quanta Dei providentia sit circa vitæ necessaria.

Exordium.

Explicaturus, *Auditores*, occasione horum verborum, singularem Dei erga nos, etiam circa vitæ necessaria, providentiam & sollicitudinem, moralem hanc duxi prius enucleandam quaestione, Vtrum omnis sollicitudo temporaliter sit prohibita, Martham quidem sollicitam quondam dixit Christus, sed tamen eam exercendo sollicitudinem non peccavit; igitur non omnis sollicitudo temporalium est prohibita. In oppositum tamen est, quod sollicitudo hodiernis Christi verbis prohibetur, *Nolite*, inquit, &c. Quod prohibetur, nunquid censendum est esse malum? Duplex est sollicitudo, *Auditores*, una est sollicitudo suffocans, & talis est prohibita, cum quis nempe sic sollicitus est circa bona temporalia tanquam circa bona principalia & ultimum finem. Alia est non suffocans cum videlicet temporalia sic curamus, ut sint organa & instrumeta ad promovendam bona spiritualia & talis sollicitudo non est prohibita; sed huic cooperatur Deus, ut probat diversis similitudinibus & rationibus.

Prosecutio.

Audite mundani, qui tantum Deo diffiditis, & curis vos evisceratis, *Nolite solliciti esse*. Sed unde nobis victus, vestimentum? *Nomme anima plus est quam escæ* &c. si enim Deus tam providus, &c. 567. Audite rursus tam excessivam sollicitudinem rerum temporalium diffundentem Christum: Bruta animantia nunquid circa omnem sollicitudinem pascuntur? 567. & miseri in horro Hofeuli quam non sunt solliciti de sua quâ triumphant veste? &c. 568. Cum ergo Deus, quæ ad vitam necessaria providet omnibus, &c. Dicit aliquis, qui sit ubique multitudinem esse hominum egentissimorum? Videtur Deus, &c. 568. *lege à fol. 567. usque 569.*

Peroratio.

Mihi credite, *Auditores*, Nolite vos suffocare nimis sollicitudinibus rerum temporalium: aliquid Deo credite. Verissimum est illud Germanorum vetus proverbium, Si faceremus quæ deberemus, Deus faceret quæ vellemus. Oprime Hieronymus, 569.

A L I A.

Ad illa verba, *Nomme anima plus est quam escæ* *Lego Auditorem à fol. 411. usque 413. in quibus docetur*, ut natura primam curam corpori exhibet, ita nos debere aptare animum ut præsit corpori. Longè enim dignior est animus corpore. *Concionem ex iis poteris formare integram & doctam.*

A L I A.

Ad illa verba, *De vestimento quid solliciti estis*, argue cum *Auctore superfluum illum & superabundantem corporis cultum, quam phreneticam & fultam sollicitudinem condemnantur Scriptura S. & SS. Patres unanimiter. Lege à fol. 418. usque 424.*

A L I A.

Ad illa, *Quærite primum regnum Dei, & hæc omnia adjicientur vobis*, *lege fol. 17.*

DOMINICA XV POST PENTEC.

T H E M A.

Cum autem appropinquaret portæ civitatis.

Concionis Argumentum.

Quorum mors deslenda sit, & an justè matres mortuorum filiorum funera desleant.

Cum bene Lector, appropinquaret portæ civitatis: an fors sic itineris exigeret decursus & ratio? Esto sic exegerint, mysticum tamen subdelitefcens morale en habe erutum. Erat turba concomitans in luctu funus, erat afflicta vidua, ergo his oportebat adesse Christum, juxta vaticinium David, *quod citatum lege: fol. 56*. Aliter enim vacillante curru, aut periclitante unâ cum auribus equis & populo, respicit periclitantes suos auriga, aliter Deus tribulatos, ille bonis verbis bono animo jubet esse omnes, at Deus juvat. Sed, *Auditores*, hic quaestio quædam urgenda & disquirenda est, an scilicet justè & bene hæc vidua aliæque matres desleant suorum filiorum funera. Illorum cererè flenda & deslenda mors est, ex quarum morte alia nempe vera & æterna mors subsequitur, qualis fortè fuit mors hujus adolescentis. Etas enim adolescentum periculosa est, & ni refrenetur, dedita vitis. Insuper & hic adolescens unigenitus erat, & ut vulgè dicitur, tales sunt parætum saccharati pueri. Dein mater ejus vidua erat, non solent autem adolescententes viduas matres ita retereri ut supersitit patre conjugatas. Illorum verò filiorum mors nequa-

Tom I.

quam deslenda est, ex quorum morte, ut ex cinciibus Phænicis alia longè magis duratura exsurgit etas & nativitas. Scivere hanc moralem doctrinam veteres, *fol. 56*. Oritur autem & provenit talis mors, quæ potius nativitas quam mors dicenda est, non ex vitâ longissimâ, sed honestissimâ, *fol. 43. & fol. 72. & 73.*

A L I A.

Ad illa verba, *Filias unicis matris sue, doce*, quam stultum sit hos filiolos & adolescentes sibi ipsis tam longam vitam promittere, & lege *fol. 92. quo soliareccitantur plurima mortuorum juvenum exempla.*

A L I A.

T H E M A.

Ecce defunctus deferebatur.

Concionis Argumentum.

Cum omnibus moriendum sit semel, ut bene moriamur, dum Vivimus, curandum est sedulo.

Exordium.

Tenemur, *Auditores*, omnes Deo solvere debitum mortis: huic enim debito adstricti sumus omnes, juxta illud Genes. 2. *Quæcumque die comederitis ex eo, morte moriemini*, sed non omnibus statutum est bis mori, ut huic contigit adolescenti, & Lazaro, aliisque à Christo resuscitatis. Fortè idcirco resuscitati, ne morerentur in æternum quidam ex his, sicut nec omnibus malè mortuus datum fuit tempore Christi rursus mori melius. Quod ergo statutum est semel fieri, tantum studeamus ut bene fiat, Vultis scire attem moriendi bene? En eam trado, ut vivere possitis in æternum.

Prosecutio.

Tria sunt quæ admirandam Dei potentiam ingerunt, à paucis tamèni observari solita. Primum est, neminem hominum lineamentis, &c. 133. Alterum, &c. Tertium, tot hominum millia quotvis die, imò vel quavis horâ moriantur, nullus tamen eodem penitus moriendi modo quo alter. Addere licet & quartum, nullus mortalium eandem omnino cum altero sententiam audit. Quarum rerum diversitas licet & ex diverso vivendi modo suboriatur; oritur tamen etiam sæpius ex ipso mortis genere, quod diximus antè in omnibus esse diversum. Securior moriendi modus & methodus hæc est. Primum, nec testamentum, nec aliud quidquam horum differre aut rejicere in ultimis dies. Tunc primum velle testamentum condere cum solus conscientie liber volendus est, serum nimis. 134. Dein quidquid moribundus ipse potes facere, non alius mandare post mortem faciendum. Si quid curatum velis, ipse cura. Quibus confectis, omnis cura ad animum transferenda est. S. P. Augustinum imitate, qui, teste Possidio, &c. 134. Ecclesie igitur Sacramentis ad extræmum hoc iter moribundus sese incipiat instruere, &c. Eucharistia dein jungatur Vinctio, & quod exiguum forsitan restabit temporis, sanctissimæ actiones occupent. Sit sit moriendum est. *Lege à fol. 133. usque 135. ut feliciter quam viximus aliquando resurgamus.*

A L I A.

Etiam de arte bene moriendi, lege concionem ab *Auctore formatam breviter fol. 66. Si docere vis veritatem hujus sacri Proverbi, qualis vita, talis mors, lege fol. 73. Moribundo quadam pia monita observanda lege fol. 80. & Æternitatis Prodromum per sectiones omnes, quibus plures quis facile poteris de morte contexere conciones.*

A L I A.

Ars bene moriendi traditur compendiosè.

Exordium.

Mori bene vultis & optatis omnes, malè mori timetis omnes. Vt voto omnium vestro, *Auditores*, fiat satis, uti merus omnium vestrum tollatur, observatè, dum sani estis quæ dicturus sum.

Prosecutio.

Una remora tollenda est omnibus, qui seriò boni esse volunt, & bene mori, eaque dicitur Procrastinatio boni propositi. Vos obscuro, si seriò boni esse velitis, hoc esse ne tardè velitis? fatuas virgines quæ à cæli foribus exclusiv? Distulerunt, dormitarunt, horam ex horâ traxerunt, Non malum erat consilium illarum, sed nimis tardum, 320. Quam sæpe mors improvvisa omnem subito præcindit longissimam procrastinationem? Hoc & idem profana historia docet. Adesum Alexander Macedo, ubi est cujus illud innotuit victorem fuisse, *Nihil differendo*, 321. Sed dixi & promisi, *Auditores*, me attem moriendi in compendium traditurum; Ergo *Disce mori*, & esto paratus qui necis diem neque horam. Isobeth dum suaviter meridiatur, dormiente ad ostium ancilla, &c. 321.

Peroratio.

Ut igitur compendiarîâ prorsus vos viâ ad cælum ducam ex hac vitâ hanc meorum verborum summam tenete, Primum, assidue cogitate, vos &c. Secundò, &c. 321.

f 2

DOMI-

Index Thematum moralium.

DOMINICA XVI. POST PENTECOST.

T H E M A.

Et ipsi observabant eum.

Concionis Argumentum.

Homo homini lupus.

Exordium.

Cum naturaliter homo sine cibo vivere non possit, Christus homo panem naturalem manducabat, unâ cum hominibus apud homines recumbebat, cum his bibens & comedens, nullum prohibens ad se venire volentem & perentem misericordiam, juxta illud, *Venite ad me omnes, & de Christo manducante dicit Matth. 11. Venit filius hominis manducans & bibens.* Ut & hodie facit in domo cujusdam principis Phariseorum, quamvis jam præficeret se malitiosè & non ex devotione invitatum, perfectè scilicet charitatis præbens exemplar, quod est, diligere inimicos. Malitiosus igitur hic Phariseus unâ cum invitatis ab illo sociis observabant Christum, attendentes sedulo si inter epulas aliquid diceret, aut faceret, unde eum possent accusare. Vultis scire, *Auditores*, quomodo homines se mutudè devorent, quomodo vè insidiantur? Primò quos devorare & deglutire volunt, observant, deinde ut aves incendiariæ, errorem committunt in vulgus spargunt, & tandem bonum hominis nomen, cum vulgus sit credulum, suffurantur.

Prosecutio.

Quid mirum est, nos hominum ora, ut vulgo dicimus, etiam integro fœni curru non posse occludere & obstruere: Non potuit & hoc homo Christus. Quam crebra enim actionum suarum & iniqua subititudo Pharisæi captore acerrimi, &c. Quidquid demum dixisset aut egisset Jesus, Pharisæa gens quam primùm malignissimam interpretationem apponebat. Nec meliora judicia & sententiæ in Domini discipulos ferebantur, &c. Hinc tam disertè &c. 488. Proxius eundem in modum Christiani hoc ævo sese mutudè observant & judicant. Si quis solitudinis & silentii sit amator, &c. 488. Quanti reperiantur ubique, qui ubivis locorum ceram miniaturam tanquam omnium actionum censores, secum circumferant, & ubi demum quod displiceat vident audiunt, mox cerâ minutiâ illud insignant, & in vulgus demum spargunt, rectèque ad alios deferunt. En inquit, ille hoc fecit, dixit, & contra te dixit, & ut Pharisæi & vulgus quondam exclamabant, Christum prohibuisse tributari dari Cæsari, quod apertissimè falsum erat (docuerat enim, reddenda ea esse Cæsari quæ Cæsaris erant; ita hi observatores & susurriones mendacis narrationem suam aspergunt, ut eum, cui talia narrant, gravitè in alteri inflamment. 725. Ut aves quaedam quæ incendiariæ dicuntur. 726. & cum nos in vitium credula turba simus, proximi nostri tandem bonum nomen, illorum delatorum dictis credentes, devoramus, malaque fulmina oris demittimus in proximum. *Auditores*, nostis quam pretiosa sit fama, 633. Nihilominus hi ut feroces tauri. 634. Quare homines probè orant cum Davide: *Erue à fratreâ Deus animam meam*, &c. Sed cur à manu canis, &c. 634.

Peroratio.

Tales igitur observatores invidi sunt mox susurriones, & tandem detractores, quare Christiani, cum horum subfœllia, quantumcunque nobis attendamus, effugere non possumus, agamus quod possumus, bona agere non desistamus, & animum assumamus homini Christiano dignum, quo fortiter fortuita pariamur. Optimum est pati, &c. 506.

A L I A.

T H E M A I D E M.

Concionis Argumentum.

Dum malitiosi malitiosè te observant, tu teipsum observa.

Exordium.

Quoties domi nostræ non sumus, & extra nos abimus? Hominem iracundum mihi observa, & audies quam ipse vltro fateatur se non esse apud se præ iracundiâ, &c. 505. Verum sicut priores illi, &c. 505. Et quid mirum, si ita incautè degimus, nos apud alios audire malè, sunt enim observatores morum nostrorum ubique plurimi, qui ut ii qui alicui cucurbitulas, medicas ponunt, impuriorem tantum sanguinem eliciunt, ita optimis intactis moribus pravè solummodò & minus prudenter acta in lucem protrahunt. 489. Providè Tobie datum quis consultò sequeretur consilium in virtutis tutelam, nempe, *Attende tibi*, ne laboremus in supervacuis, & assidua nostri relatio negotiis nostris omnibus præsideat. *lege à fol. 505. usque 509.*

A L I A.

T H E M A.

Vade & recumbe in novissimo loco.

Concionis Argumentum.

Humilitas Deo grata, & à Christo nobis sæpius commendata.

Exordium.

Superbos hos Phariseos Christus humilitatis Magister humilitatem docet, narrans eis parabolam, &c. Nos & hodie nil aliud docturi sumus. Virtus hæc certè Deo chara, sed in terris rara.

Prosecutio.

Sed de hac dicturi virtutum reginâ, Quæstio nobis nascitur non facilis: Quid est Humilitas? Quis est recubitus in ultimo loco? Quid est sese humiliare? Quid est demum recumbere in ultimo loco. In re omnium notissimâ vix reperio responsum quod dundequaquæ satisfaciat, &c. 897. à quo folio lege usque fol. 900. & concionum formularum etiam plurimum abundans erit materia in laudem virtutis Humilitatis.

A L I A.

Ad illa verba, Incendens quomodo primos accubitus eligerent, Narra quomodo Phariseorum proprium erat rebus omnibus pompam induere, in omnibus videri velle, &c. Quæ certè signa erant intentionis malæ, *Volvo fol. 456. & 457. 458.*

A L I A.

T H E M A.

Qui se humiliat exaltabitur.

Concionis Argumentum.

Humilitas scala cæli, ac proinde descende ut ascendas.

Exordium.

Christus, conviva super mensam præceptiones nobilissimas in nuptiis ac conviviis servandas salubriter instillans, *Cum vocatus fueris*, &c. 212. Quod docuit, hoc & ipse servavit. Si Tertulliano credimus, de Christo variatius est illud Amos, qui *ædificat ascensionem suam*. Ascensiones etiam nostras nos & sic cum Christo ædificemus hac triplici ratione, descensu tartari, contempu terræ, aspectu cæli. Explico singula. 212.

Prosecutio.

Primum est, *Descensus tartari*: hic præventum habemus Christum. Cum cælestis Pater, &c. 212. & tu Christiane cogitas ascendere, descende in tartarum prius; Hebræi Regis dictum sequere, *descendens in infernum viventes*. Recumbe prius in novissimo loco, tunc demum audies, *Amice ascende superius*. Alterum est, *contempus terræ*. S. Ignatius Loiola, &c. Narrat Homerus, &c. Qui enim ascensionem suam in cælo ædificat prius terram calcet, &c. 212. Tertium, *aspectus cæli*. 213.

Peroratio.

Hos scalarum tres conscendat gradus, & usque in cælum è terrâ pergit, sicque sese verè humilians exaltabitur.

QVÆSTIO MORALIS AD T H E M A.

Et ipsi observabant eum.

Concionis Argumentum, seu, *Quæstionis status.*

An quis professus vitam socialem, ob hominum obloquia, dum tamen rectè agit, teneatur ducere vitam solitariam.

Exordium.

Multorum est hæc animi vilis demissio, ut ob minima populi murmura à bene cœptis & ceterè actis desistant, quam vis taliter etiam agere ipsi vel ex charitate vel officio incumbant. Magna sanè imprudentia, quam ut reprehendam, præsens evangelii hodierni textus invit.

Prosecutio.

Quæro à vobis, *Auditores*, an Christus debuerit tenere vitam socialem vel solitariam; & respondeo, quòd considerato sine ad quem venerat, tunc magis decuit eum tenere vitam socialem quàm solitariam; venerat enim primò ad ostendendum se verum Deum & hominem, quod oportebat operibus comprobare publicis, & sic vitam socialem tenere. Secundò, venerat ad nos informandum moribus & exemplis, quæ non potuissent solitariè semper stando & degendo. Tertio, venerat ad liberandum nos tam ab infirmitatibus corporalibus, quàm spiritualibus, & sic eum fecisse probant Evangelistæ dicentes, *Ibat de civitate in civitatem, & in castella, & in villas, & de Iudæâ in Galilæam, & c. converso manifestando clarè se illud vitæ genus elegisse, quod esset tutius, & nobis melius & utilius. Cum verò in hac professione socialis vitæ tantas sustinuerit contradictiones, imò in actionibus his & multi fuerint scandalizati, dicere quis posset: Christo præstitisset apud amicos suos in silentio degere, & non ita passim omnibus adesse, miracula perpetrare, docere. Pusillum & imprudentium hæc sibi distantia sunt consilia. Stultissimum est, vel ob indignationem aliquam, vel aliquod indideretum & irritabile murmur ab iis sistere & desistere operibus, ad quæ exercenda vel ex vocatione, vel ex charitate, vel ex officio tenemur, verbi gratiâ. Quis est Consiliarius, Religiosus, Prætor, Pastor; si quod sui muneris est agant, nescio quæ populi debent sustinere fulmina: igitur remissè & dissimulanter agant, ne sustineant? Nequaquam, nisi peccare velint. Sed dicit forsan quis: Non sum ego Christus, est & talis forem, impetum ego furentium hominum, quidquid egero, quidve dixerò, non sistam: rectius ergo tacero, & domi mansero. Hoc non docuit Christus. Dicant te avarum religiosum, Prætorum rigidum, Consiliarium*

Index Thematum moralium.

Consiliarium nimis simplicem, tu perge. Qui sola charitatis lege tenetur, &c. At qui lege iustitiae, vel vocationis, vel professionis, &c. officii, &c. Tenetur id exequi, etiam quandoque cum detrimento sui. *Leges fol. 616.* Christus ergo cum tenebatur ex officio, ob obloquia murmurantium nullatenus tenebatur desistere à doctrinâ suâ, &c. Si quis verò soli lege charitatis teneatur ad aliquid opus recte exercendum, non etiam ob leve aliquid à corpore desistat, quamvis ipsius monita non ita blande excipiantur, quamvis subinde irideatur. Quemadmodum enim is qui se turbæ immiscet, &c. 507. Non dicat filia aliqua jam facta spiritalis, Non putabam sic mecum agendum, sperabam meliora; non fecero hoc magis, &c. Non, bona filia, si vos irideant, si vestras crebras communiones & confessiones, taxent, &c. Nolite desistere à tam piis exercitiis, sed & vos pergentes ridete dicentes cum Anaxagorâ, Prævidebam hæc, sciebam ista, &c. 507.

ALIA.

A Dilla verba, Omnis qui se humiliat, exaltabitur, *formata est concio ab Auctore fol. 277. Si voles eam require.*

DOMINICA XVII. POST PENTECOST.

LEge conciones quas formavi in Dominicâ XII. De charitate Dei & proximi.

DOMINICA XVIII. POST PENTECOST.

THEMA.

Ecce offerebant ei paralyticum jacentem in lecto.

Concionis Argumentum.

Infirmamur corpore, ut sanemur animo.

Exordium.

OMnia divina providentia sua gubernatione tam amanter quam fortiter & prudenter complectitur, ut universas vitæ & corporis misérias, puta vel cæcitate, vel claudicationem, vel hydropsin, vel paralytin, surditatem, &c. disponit & ordinet in nostrum bonum, & ipsa etiam peccata permittat ob altos & secretos regiminis sui fines. Eiusdem enim, &c. 574. Verè Deus mel de petra oleumque de saxo durissimo fugit. Non obfuit, sed profuit, sic ordinant divinâ providentiâ, hæc paralyticis paralytico hodierno. Multis certè & hodie nocet sanitas, prodest è contra infirmitas. Ergo infirmitas omnis defectusque corporales à Deo proveniunt eos immitte? Ita *Auditors*, infirmitates causâ boni? Utrumque probabo.

Profecutio.

Omnia mundi mala (peccatum excipimus) à Deo esse hæc ratione docent Theologi 510. In omni, &c. Hac autem plurimi seipfos fallunt ignorantia, &c. 511. Permissiois causâ alius tractatur. Bona ergo & mala à Deo sunt. Sed nunc videndum, quorsum mala à Deo immittantur, & nominatim morbi. Sunt plurimi, qui optant liberari à sua podagra, alii à febre, alii à cæcitate, &c. Et fortè his rectè dixero, necesse quid petatis. Infirmitas tibi hæc non est ad mortem, sed mi Christiane ad vitam. Avicula caveam quidem indignari, libertatem quaris, & reluctatur, &c. Ita, mihi crede magnum quid est Domini Dei captivum esse 49. Morbus & infirmitas est virtutum ludus & schola, in qua scholâ docet D. Bernardus, eum bene suam recitasse & addidisse lectionem, qui dum pungitur etiam compungitur. 51. Est & animi salus. Ille vir altus ex humili, ex aquis evehctus ad fideia, &c. Interrogatus aliquando cur suam ipse filiam, &c. 51. Est & morbus ille à quo liberari sæpe rogitas, æternitatis monitor. O febrium felix incendium, &c. Ex quibusdam malis remedia constantur, quare & optanda sæpe corporis infirmitas, 51.

Peroratio.

Si igitur à Deo omnis sit infirmitas, eaque ab eo nobis in bonum à Deo immitatur, velimus & sani & infirmi quod vult Deus. 55.

ALIA.

THEMA IDEM.

Concionis Argumentum.

Tria morbi gravia quomodo curentur, & quorundam egrotantium vitia.

Exordium.

VT quidam docent longè & latè artem moriendi, ego occasione huius paralytici infirmi docuero hodiernò discursu artem egrotandi, ut boni illi viri, quibus domestica est podagra & familiaris, quosque lecto affixa decinet, discant utiliter & cum senore spirituali hunc mortuum colere, quem Medicorum ludibrium vocant.

Tom I.

Profecutio.

In hoc podagrico morbi genere, uti & in omni infirmitate, tria reperiuntur infirmo patienti gravia, Corporis Dolor, Intermittio, voluptatum, & tandem future mortis metus. Quemadmodum verò calida frigidis, & frigida calidis curantur, sic & illa suis curanda sunt, antidotis. Timor amore, corporis dolor conscientia; tranquillitate, voluptatum intermissio voluptatis æternæ cogitatione alludâ curanda sunt. 50. & 51. Sic ægro-tare novisse, ars utilissima est. At aliter hodierni ægri infirmitatem & morbum excipiunt eos in lecto detinentem. Curiosa quarunt audire: non libenter de morte loqui audiunt nec loquuntur; Conqueuntur de iis qui ministrant, & eos bajulant: Cibos ut malè paratos rejiciunt: lectum ut malè statum reprobant: Credunt se non satis curati, & ideo murmurant: Rarius de Deo loquuntur aut cogitant, &c. *Leges à fol. 52. usque 55. & sparsim Prologorum æternitatis.*

ALIA.

QUESTIO MORALIS.

Si à Deo omne malum, & omnis infirmitas, ut quid morbis pharmaca opponimus?

Fateor, *Auditors*, & hæc paralyticis à Deo huic homini, & omnis generis infirmitas omnibus omnino hominibus immititur, ita in præcedentibus nostris concionibus docuimus ex mente Theologorum, divina enim providentia circa nos nostraque omnia sic vigilat, ut omnes & corporis molestias & morbos minutissimè jam decretos habeat. Ea propter quisvis hominum ad cuiusvis morbi principium secum ipse iatocinatur in hunc modum, &c. 574. Certè sanitas, ægritudo, vita & mors à Deo sunt, à Deo est omnis medela, ut quid ergo morbis pharmaca opponimus? Quid hosti armatos cunctos objicimus? cur portas non illicè pandimus, &c. 512. Deinde, quemadmodum sic nonnunquam, ut unus aliquis pater det filio gladium ligneum, &c. 512.

ALIA.

ADilla verba, Videns autem Jesus fidem illorum. Quid mirum Salvatorem nostrum, curaturum paralyticum, fidei adhibere patrandum miraculum. Sine fide impossibile est placere Deo. Christianæ enim vitæ ea fundamentum, &c. 770. Et fidei virtute ab Apostolis & aliis perpetrata sunt miracula. Propria autem fidei domus cor est. *Leges à fol. 770. usque 772.*

ALIA.

AD illud, Confide fili, doce in omniibus adversis Deo fidendum esse nunquamque desperandum. Lata sit in te sententia mortis vel à Medico, vel etiam ab ipso Iudice, idque innocentes. Ezechias, Susanna, &c. 812. Amissa bona omnia sunt, confide in Deo. Exclusus es invidia fratrum ab hereditate patris? Confide in Deo Joseph, &c. 815. Amissa est fama? fide Deo, non est fama perita, sed in vericulum divini providentiæ dilapsa. *Leges à fol. 811. usque 815.*

ALIA.

Hic blasphematur.

Maxima à Phariseis hodiernâ die Salvatori nostro, volenti curare Paralyticum, illata est injuria, dum eum judicant blasphemæ reum. Est enim blasphemia non parvum crimen divini voluminis seriem si percurrant, ubi non ea repetenda & punia? *Qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur. Leges à fol. 601. usque 606. plures ex iis que ibidem continentur facile formaveris conciones.*

DOMINICA XIX. POST PENTECOST.

THEMA.

Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores.

Concionis Argumentum.

Mors omnium promeritorum finis.

Exordium.

Verè dixit, quisque ille fuerit, Deum in hac vitâ unâ tantummodo percutere manu, eaque parente ac lentâ leniter ferire, in alterâ verò vitâ utraq; & quidem feracè rigidissimè & acerimè cadere. Eum, inquam, hic unò sæpe digito tantum impellere, omnibus illic digitis, totâ manu flagellum vibrare. Confirmat hæc dicta durissima hæc sententia lata in invitatum non habentem vestem nuptialem. Nunquid satis hoc pœnarum erat mihi in tenebras exteriores? Quorsum jubet insuper ad tenebras fletus, dentium stridorem damnato, æternaliter & pedes & manus ligare. Nempe ferire vult post mortem utraq; manu, Præter tormenta quibus damnatus adjudicatur, ei insuper spes omnium promeriti & liberationis admittit, ut latius ostendo.

F 3

Prose.

Index Thematum moralium.

Prosecutio.

In finita in hac vita, *Audiores*, Dei est beneficentia; labores, morbos, lachrymas, &c. admittitur omnes, nec mensuram ingerit odiosam. Potestis, inquit, bibere calicem? Quivis hominum suum haber caliculum ad unquam exactissimè mensuratum, &c. Mundus laboris centumpondium obrudat mercedis, &c. 226. Neque solum beneficis in hominem erit post hanc vitam, sed & est in vita. Minima hic maximis præmiis afficit. Magna vis est jejunii, abstinentiæ, lacrymarum, &c. Ex enim quandoque culpas & pœnas delent. Quare bene monet eremi ille cultor Joannes. 163. Nam dies vitæ nostræ in noctem vergit, in qua non licebit operari, aut si operemur, si lacrimemur, si ignem, si tenebras sustineamus, &c. Operationes omnes illæ erunt frustraneæ: Nam mors rebus omnibus finem imponit. 126. quare ab Ezechiele Deus promulgari iussit gladium Dei irrevocabilem. 177. Nunquam in statu merendi collocabimur, etiam post annorum milliones. Si enim cederet Deus per beneficium & gratiam (quod fingimus), & ad æternitatis captivos submitteret, &c. 177. Post mortem itaque sicut maledictæ damnati sunt omnes, nunquam ex eorum scitibus nascetur fructus. 178. Postquam protoplasti parentes, &c. 180. Hoc est quod vobis hodie ingerit & sedulo inculcat monitum, dum damnatum ad tenebras eò destinat ligaris manibus.

Peroratio.

Dum ergo, *Audiores*, dies est, & dum liberæ nobis manus sunt & pedes, præveniamus ludicem. 145. Infernus est epitome omnium malorum & dolorum, fol. 168.

A L I A.

QVÆSTIO MORALIS, THEMA IDEM.

Cur Deus unicum peccatum mortale puniat in omnem æternitatem.

Exordium.

Igatum voluit damnatum jam ad tenebras manibus & pedibus, ut ei sic præcinderetur omnis omnino spes liberationis: omnia enim quæ modò temporanea sunt, & *Nunc* suum habent & tempus, post mortem erunt æterna. 4. sine ulla lege temporis, æternitatis enim mensura est *semper*. 11. Sed hic ad rem nascitur questio à cunctis sciri dignissima, Quo modo fieri possit, ut Deus misericos ille & bonus, &c. nihilominus tamen unicum peccatum lethale, vel momento, vel solâ etiam cogitatione perpetratum, iustissimè puniat in omnem æternitatem. Hoc disquiramus fol. 4.

Prosecutio.

Ea Theologorum mens, solam morosam delectationem mortale peccatum esse: Delectationem autem morosam vocant eam, cum quis impuram & libidiniosam cogitationem animo volvens, non quidem statuit se patiare quod cogitat, sed cogitat illo suo sciens & volens immorari & delectatur. Ergo cogitationi unica rogos æternos Deus decreverit? Et quæ hæc æqualitas est, peccato momentanea, quod nemini noceat, &c. fol. 5. Tiberium Cæsarem olim narrat Suetonius in recognoscendis custodiis, &c. *Recita consequenter verba Auditoris.*

A L I A.

QVÆSTIO MORALIS THEMA.

Mittite eum in tenebras exteriores.

Concionis Argumentum.

Vtrum infernus, de quo loquitur Evangelium, Mittite eum in tenebras exteriores, id est in infernum, sit sub terrâ, & ejus capacitas.

Exordium.

Sapientiæ 11. legimus, *Per qua quis peccat, per hæc torquetur*, mali peccant super terram, ergo super terram est locus cruciatus eorum. Oppositum refert Glossa: illud enim explicans Isaiæ, *Infernus subter se conturbatus*, dicit, quod Infernus sit sub terrâ. Quid dicemus? Vera sunt verba Sapientis, sed aliud est dicere, per quæ quæ quis peccat per hæc & torquetur, & aliud est dicere, ubi quis peccat, ibi debet & torqueri. Convenientius enim est, hominem puniri per quæ peccat quam ubi peccat. Nam damnatus peccavit per amorem terrenorum, ideo punitur per terram, in quantum sub terrâ est incarcerationis, quod non esset, si infernus non esset sub terrâ. Ideo dico, non esse simile quòd homo sit puniendus ubi peccat, sicut per quæ peccat. E priscorum ergo Patrum & Theologorum placitis est, illætabiles illos inferorum recessus medio terræ sinu latere: Deus enim ordinat corpora suis in locis secundum exigentiam suorum naturalium ponderum, sicut ordinat creaturas rationales in locis secundum exigentiam suorum amorum, & ideo sicut electi sunt in cælo, quia in suo amore cælestia terrenis præposuerunt; ita & reprobi per divinam iustitiam sunt & erunt in loco infimo, id est, inferno, qui est sub terrâ, quia scilicet in suo amore infima & terrena cælestibus & superioribus præposuerunt. Hanc doctrinam sacræ paginæ affirmant. 165. Iure

fuo igitur hic improborum carcer loco infimo est, &c. De carceris auctem illius capacitate sic ratiocinor: Si ætæta mortis, &c. 165. Non opus est asserere, ut ostendamus, innumerose milliones hominum hunc carcerem posse capere, corpus illic à corpore penetrari fol. 4.

A L I A.

THEMA IDEM.

Concionis Argumentum.

Cur dicat & exprimat, tenebras exteriores.

Exordium.

Hyme in nostris regionibus longissimæ noctes sunt, æstate multâ breviores: at verò fieri potest, ut alicui nox longior videatur æstate, quam quæ longissima est hyeme, &c. 147. Nos duplices inferorum esse modò docturi sumus tenebras, non enim aliâ de causâ inquit hic Rex, *Mittite eum in tenebras exteriores.*

Prosecutio.

Tenebræ apud inferos duplices. Illas corporis voco & exteriores, has animi & interiores. Illæ corporis, tenebræ Ægyptias horribiles, crassissimas, manu palpandas, longè superant. Ignis apud inferos ardere potest, lucere non potest, &c. 148. Si verò quis quærat utra harum sint horribiliores; illæ certè, quas Theologi *panem damni* seu divinæ visionis privationem vocant, horribiliores sunt. 148.

Peroratio.

Atqui has tenebras iustissimè patitur homo, quem primum in hac vitâ corripuit mentis cæcitas, quem nec admonitiones, nec exempla, nec correctiones, nec instructiones aut conciones ulla corripuerunt. Cæcitas & animi talis furor multos corripit, lege à fol. 147. usque 150.

A L I A.

Ad illud, ibi erit fletus. Si vitior incurius borros in vite jam maturos negligat, ac tum primum ad torcular deferat exprimendos, cum jam putrescunt, &c. Ita lachrymæ pretiosus liquor vinum sanè generosum sunt, vel Angelis propinandum, si tempesti fundantur. 150. De tempestivo fletu Veritas dixit, &c. æternus illic fletus solatii omnis expers erit, & tamen amarè & semper flebunt. Quòd si damnati, &c. lege à fol. 150. usque 153.

A L I A.

Quæ sint ligna, quodve pabulum futurum sit ignis æterni lege fol. 150. ubi de peccati mortiferi inexplicabili gravitate prius Auditor agit; deinde probat, quam iuste lethalis noxa supplicio officinatur æterno, sed voluit à fol. 180. usque 189. & plurimum formandarum concionum uberrima erit legenti materia: & lege de fletu, de tenebris, de frigidore dentium, &c. plura à fol. 361. usque 365.

A L I A.

Ad illud Nolebant venire, doce, in quæ malâ quodve exitium nos pertrahat voluntas propria, si non patiatu se frangi, & vocanti Deo non annuat, à fol. 545. usque 548. & à fol. 550. usque 551 ubi Auditor exemplum adjicit hominis recusantis divinæ voluntati suam subjugare, & lege à fol. 552. usque 553.

DOMINICA XX. POST PENTECOST.

THEMA.

Erat quidam regulus, cujus filius infirmabatur Capharnaum.

Ad hæc verba ut discurras, lege qua composuimus in Domin. 18. ubi latè infirmorum vitia, & infirmitatis beneficium descripsimus.

A L I A.

THEMA.

Incipiebat enim mori.

Concionis Argumentum.

Vivere & mori simul incipimus.

Exordium.

Flos est *Hemerocallis*, cujus vita & pulchritudo diaria est, sed & volucris ad Hypanum fluvium est, &c. 34. Nunquid nos his similes esse clamat Hulfus Propheta, *Homo quasi flos egreditur*, &c. quod reverè hic Regulus de filio suo querebatur Christo, & nos quæi postumus ubi enim vivere incipimus, incipimus & simul mori, &c.

Prosecutio.

Nullius vita non brevis est: illorum brevissima, qui præteritorum obliviscuntur, præsentia negligunt, de futuris non metuunt, Optimè Jobus 34. Nunquid ergo illos ego merè stultos rectè dixerim, qui quotidie stolidos hos inquit calculos, *Quid faciam, quia non habeo quod congregem fructus meos?* Senecio Cornelius, &c. Ita fit, dum maximè agunt homines, agunt & animam. Disputant quidem, natura meliorè hominè mater, an tristior noverca fuerit. 35. Interim nos miscelli nomenclaturas ingentes teximus, speciosissimorum titularum grandia nomina operosè ambimus. 35.

Peroratio.

Index Thematum moralium.

Peroratio.

Quam ergo stultum est, aetatem disponere, qui ne castro quidem dominamur: semper enim mori incipimus. Quanta dementia est, spes longas inchoantium, Emam, aedificabo; vendam, exigam, &c. Neforis revum & Metelli fortunam speramus, cum interim ad laras mors sit, &c. 34.

Plura dixi & scripsi in Dom. 15. post Pentecost. de morte adolescentis Naim.

A L I A. T H E M A.

Nisi signa & prodigia videritis, non creditis.

Concionis Argumentum.

Fundamentum omnis Christianae vitae fides est.

Exordium.

Mira forsitan videretur alicui haec reprehensio, sed causam reprehensionis ubi viderimus esse justam, cessabimus, opinor, & mirari: Non reprehendit cum Salvator de petitione salutis filii sui, sed de defectu fidei, quia non creditit plene, sed semiplene: creditit enim in Christo esse virtutem sanandi, sed non creditit in eo esse divinitatem per quam est ubique & ubique sanare potest. Unde fides aliqualis fuit, dum petiit filii salutem, sed defectus fidei, quando requirebat praesentiam Christi corporalem. Ob defectum igitur fidei haec reprehensio ei data fuit, & recte: Nam sine fide impossibile est placere Deo. *Quod ut prosequendo probes, lege ad fol. 770. usque 772.*

A L I A.

A *Dendam verba*, nisi signa & prodigia, edisserere, qui sint gradus rectae intentionis, quomodo scilicet Deo serviendum sit, non propter miracula, nec spe praemii, nec metu supplicii, sed propter ipsum Deum solum, ejusque amorem. *lege fol. 442.*

DOMINICA XXI. POST PENTECOST.

T H E M A.

Oblatus est ei unus qui debebat decem millia talenta.

Concionis Argumentum.

Unicum peccatum lethale nullo bonarum actionum cumulo, imò nec ipsis inferorum ignibus expiari potest.

Exordium.

Magnus debito obstrictus hic erat servus. Tractabat Regis pecunias. Manibus ejus adhaerant, difficile enim est ab auro & argento manus excutere, ac proinde hac cupiditate victus procrastinavit annuam Domino suo Regi pendendam solutionem, tandemque factus est procrastinando non solvendo. Tale enim erat hoc debitum decem millium talentorum, ut nec venundatis uxore, filiis, & omnibus quae possidebat, solvere illud servus ille potuerit, sive dixerimus Christum hic locutum fuisse vel de Hebraeo, vel de Attico talento. Hebraeorum erat quatuor drachmarum, Atticorum talentum erat sexcentorum aureorum. Quid si probarem, *Audiores*, plures inter vos esse hoc tanto decem millium talentorum obstrictos. Quare miror ita suaviter hic quosdam degere. Attendite ad ea quae dicturus sum.

Prosecutio.

Magnum gravaeque debitum est unicum peccatum, debitum plusquam millium talentorum: debitum enim est infinitum: Nam quicumque mortifero se obstringit crimine, infinitas & aeternas poenas debet. Er quamvis eas subeat omnes, nunquam tamen illius noxae laetalis malitiam expiaverit. Nos anxie quandoque quaerimus, Ecur Deus unicum lethalem noxam, quae vel momento committitur, aeternis ignibus puniet? Sed qui enucleatè perpenderit, quid sit summum bonum laedere, quod sit peccando, 180. Ulterò fatebitur, capitale crimen, &c. 181. Res in aperto est, &c. Quanto persona, in quam peccatur nobilior est, &c. 181. Cum enim bonitas offendatur infinita, offenso infinitam erit malitiam, quae summum bonum tam temerario aggressu violare audeat. Et licet forsitan aliquem vestrum contristaturus sum, quod utinam ad poenitentiam fieret. Effabor S. P. N. Augustini de malitia peccati sententiam, qui lib. 2. r. de Civit. Dei cap. 12. sic inquit: *Factus est malo dignus aeterno, qui hoc in se permittit bonum quod esse posset aeternum.* Sed audiamus Theologorum Principem de hoc peccati gravi debito differentem. *Peccatum, inquit, nihil aliud est quam actus humanus malus.* In omni, &c. Urbis Itale lex capitalis est, &c. Quare infinita haec malitia nullis non solum post hanc vitam inferni ignibus expiari potest, sed & nullo bonarum actionum cumulo redimi. Nam te una divinae justitiae lanceae, &c. 188. Nos tamen saepe tam gravi oppressi debito, deliciamur ac fertimus. Mirabatur Augustus Imp. olim. &c. 385.

Peroratio.

O mortales, *ponite corda vestra super vias vestras*, vos vobiscum rationem inite, quotidie solvite, ac debitum exerceat in omnem aeternitatem, tandemque fiat non solvendo.

A L I A.

A *D illud*, Procidens autem servus, &c. *Vim & modum orationis doce.* Oratio enim unicum hujus servi ad extrema redacti fuit per fugium, & temporis procrastinationem postulat, & humiliter precando impetrat. Fecere idem omnes viri sanctissimi, qui deservere naevos etiam non grandes, &c. 382. Ut enim militia Dux, cui commissum est castrum, &c. 346. sed orandum est amanter, humiliter, perseveranter, &c. 326. Non sit tepida, temeraria, timida, ut sit sicut hujus fuit servi, imperatoria. 357. *Vale & lege fol. 785. 786.*

A L I A.

T H E M A.

Egressus autem servus, &c.

Concionis Argumentum.

De malo ad malum egrediuntur homines.

Exordium.

G *Ravi solutus* hoc debito servus prorsus novum debitum contraxit. Paulò autè coram Domino procciderat, flevrat, horruerat, oraverat: heu quam subito haec omnis humilitas & afflictio ex animo evanuit! Tempestate grassante proccidunt coram Deo navigantes, orant, multa vovent: ubi venti posuere, mox ad solita revertuntur. Ita & hic servus. Confervum reperit, qui centum denariorum debito illi erat obstrictus: quidnam faciet debitor, cui paulò antè proccidenti ac roganti decem millia talentorum remissa sunt? Nonne centum condonabit denarios tanta remissionis memor. Id quidem ratio & gratitudo postulabat, Ceterum longè aliter res evenit. In guttur debitoris involavit, & miserum suffocans centum flagitat denarios. Habet hic servus & hoc aeo imitatores plurimos. Eundem ludimus ludum, nos saepe peccatores cum Deo, etiam post impetratam veniam.

Prosecutio.

Ed spectare debet quotidianus noster coartus, ut è rebus omnibus, quae cernuntur, audiuntur, leguntur, cogitantur, majus atque majus in dies eruat peccati odium. Hoc quanto magis creverit, tanto feliciorè incremento se proderit virtus, &c. 387. Aliquid subinde decerpit boni propositi oblivio, aliquid imbecillitas hominis, & corruptior natura, aliquid pigritia, nequitia, verò plurimum. Hinc mensibus, hinc annis singulis eadem vitia saepe plura & graviora ad sacerdotis aures redeunt. Apologum recito, *Audiores*, & naturam nostram piavam & inconstantem demonstro. 387. 389. Siraides vanissimos hos promissores graphicè depingit: 713. Iuva Domine, Iuva Domine, &c.

Peroratio.

*N*e, *Audiores* servum hunc imitemur, ita monet David, *Noli amulari in malignanibus, quoniam qui malignantur, exterminabuntur.* Malignari est ingentia in os polliceri, ut hic servus fecit. 715. *& lege qua habetur in fol. 282. usque 284.*

A L I A.

T H E M A.

Sic & Pater meus caelestis faciet vobis, si non remisistis unusquisque de cordibus vestris.

Concionis Argumentum.

Dimittite & dimittetur vobis.

Exordium.

*T*heologis duplex est appetitus, concupiscibilis & irascibilis, pessimi fautores ambo, nisi rigidis imperiis coerceantur. Ille voluptates ambit, hic similitates exercet, magno hominis damno. Scarabaeus quidam est, &c. 205. En irascibilem appetitum, in capitale odium. Sed hos mores bestiis permittamus, aliis legibus homo stringitur. Odisse alterum est calum perdidisse. Quid magis serium, &c. Maximus beatiudinis hostis est odium. Parabola hodierna id ipsum manifestè docet: Dimittendum est debitum proximo, si velimus ut nobis debita dimittantur. 205.

Prosecutio.

Res insana, homini Christiano, sustinenda sunt quaevis, nos verò hodierni volumus cuncta vindicanda esse: Omni hominum ordini, aetati, sexui, patientia non decora tantum est, sed & necessaria B. Luvenis es, sustine, &c. Si senex es, si femina es, servus es, &c. 845. Consummatissima Philosophia haec est Christianorum bona facere, & mala pati. Optima & haec est consequentia: si dimittis, dimittetur & vobis, Deus enim veluti Magistratus supremus, inferiores nobis decimas omnes permittit, unigenam filium dat obidem. Equid bonorum subditis negat, vindictae tamen exceptione usus, *Mes, inquit, est ultio.* 733. Sed in eam subditam, ut servus hic immemor beneficiorum à Deo acceptorum, accenditur, ut clamare audeamus, *Domine, mes est ultio.* Contra vos furiosos & Christus clamat, *Sic & Pater meus caelestis faciet vobis,* &c. vix, quidquam est, quod dum vivimus scire malimus, quam istud, an Deus delictis nostris veniam dederit, & ad deinceps quoque daturus sit, &c. 733. Sed est forsi-

Index Thematum moralium.

est forsitan qui dicat, Vindictam non molior, sed ut has injurias oblivione sepeliam. Id nemo mihi facile persuaserit. Hoc quidem stultissima fraus est, &c. 733. Ut vero injurias tolerare possis, & nullum servare rancorem, hæc præceptiones tibi servandæ sunt. *Cùm verbis ireris, aut tace, aut jacare, &c. 734.*

Peroratio.

Vis ergo remissionem peccatorum tuorum, remitte. Ut possis remittere facilius, Abbatis Pastoris attende monitum. Interrogatus is super iis verbis, *Non reddas malum pro bono, &c. 735.*

A L I A.

T H E M A I D E M.

EX te, mi Christiane, quæro, ex te potissimum qui caelum terramque non raro misces querelis, dic, obsecro, remittere cum dicas te non posse, in homine illo, qui te læst, quid accusas, an voluntatem lædendi, an tantum potestatem, an utrumque, dices. 523, & 514.

A L I A.

T H E M A I D E M.

Res est certissima, *relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata solvantur.* Sed dices, Opus hoc arduum est, & difficile: sed quò difficilius, hoc Deo grâtius, & nobis utilius. Multa sunt genera elemosynarum, quæ cum facimus, adjuvamur ut nobis dimittantur peccata, sed eâ nihil est majus, quam cum ex corde dimittantur peccata iis qui offenderunt nos. *Lege à fol. 278. usque 282.*

DOMINICA XXII. POST PENTECOST.

T H E M A

Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces.

Concionis Argumentum.

Vbiq; fucus, sincera fides vix usquam.

Exordium.

Iudæi versuti, & Pharisei pleni iniquitate & dolo, videntes sese non posse, postquam frequenter illud incitabant, Salvatorem capere in malo opere, quia facilius capitur homo in verbis quam in factis, ardentur eum capere in sermone, socios sibi adsumentes Herodianos milites, ut eum statim, atque deprehensus foret in verbo aliquo non rectè prolato, apprehenderent: utque liberius loqueretur amicos & amatores sese veritatis simulant, sicque eum circumvenirent & fallerent. Objère jam dudum isti Phariseorum discipuli, & Herodiani milites, sed eorum hypocritis adhuc viger: Ita probò.

Profecutio.

Nolo, *Auditores*, de omni fictione aut malâ simulatione hic loqui, sed de eâ tantum quæ aliud pectore clausum aliud ore promprum habet, rursipillimâ oris & cordis dissensione. Enimvero mentis ac linguæ perennem concordiam dic quibus in terris reperire sit. Sanctus Maximus, clarissimus Martyr, &c. *Recita consequenter quæ leges in Autore à fol. 654. usque 655. & erit concio integra.*

A L I A.

T H E M A I D E M.

Horum Phariseorum discipulorum & Herodianorum lingua nunquid anguilla erat in thecâ holosericâ, utinque eam comprehenderis, elabitur? Brat enim levis, nitida, plena succi & verborum, plena gratiæ & venustatis, ad technas struendas veratissima. Venas habet talis lingua hypocritica quatuor, quas examinabimus. *Profecutionem vide à fol. 710. usque 713.*

QVÆSTIO MÔRALIS, THEMA.

Et viam Dei in veritate doces.

Concionis Argumentum.

Num semper dicenda sit Veritas.

Exordium.

VT aliquando Francorum equites chlamydes habebant plicis multiplicibus rugosissimas, ita & hi hodierni Pharisei linguas in ore habebant rugosas, & quæ in plicis plurimas sinuosa uberius sese quandoque effundebat. Interim licet fucata mente & invidiâ hæc Christo impulerint verba, *Viam*, inquam, *Dei in veritate doces*, verissima erant: verus eam ille professor veritatis fuit, sic suo affirmat ore, *Ego sum veritas*, quasi dicat, gæns humana per innumeras fraudes seducitur ad inferos: veritas sum in verbis, &c. 647. Sed ô Domine, liceat hic paululum contradicere, semperne dicenda veritas?

Profecutio.

Vita nostra ad instar fori est. In foro quidem venditur & emitur, sed cum singuli in rem suam sint attentissimi, nemo non vigilet crumena fure, aliter alterum studet fallere & decipere. Decepti semel bis terve pari reditur, imò cum fenore plerumque ad suos redeunt auctores injuriæ, &c. 647. Quod Rex David mundi ingenium considerans, *Salvum me fac*, inquit, &c. *Quoniam diminuta sunt veritates à filis humanum.* Veritati pæne idem contigit quod monetæ: quæ tot manibus tanto tempore atteritur, dum inscriptionem ac signum amittit, & ab omnibus repudietur: ita veritas passim ut nummus adulterinus rejicitur 648. Sed nunc ad te me converto & te Magistrum, non dolose non fallaciter, sed sincerâ mente veritates compello. *Questus* es quandoque per tuos Prophetas, perque tuos Apostolos te à mundo tam indignis modis acceptum, &c. 647. Sed cur venisti velut fax orbis? Nemo Iudæorum illorum facem desiderabat. Nec adhuc modo ipsa fax veritatis orbi grata est. Nunquid ergo vel præstat celare vel dissimulare? Respondeo considerandam qualitatem hinc personæ: potest enim veritas aliquando certis de causis taceri, 616. Sed nunquid mercatores & propolæ cauponos veritatem hanc tam multis invisam, domibus & officinis suis possunt protrubare? si enim, inquit illi, nobis semper in ore esset veritas, nulla crumena nostræ sapius inesser pecunia. Non placebit forsitan bonis his vitis quod daturus sum responsum ex S. P. N. August. 688.

Peroratio.

Audite ergo veritatis ofores, audiat Orbis. Rex cæli Magister veritatis vos inclamat & compellit universos: *Ego sum veritas*. Quemcunque meas partes sectari non puduerit, &c. 648.

Lege etiam quæ habentur à fol. 648. usque 651.

A L I A.

T H E M A.

Cujus est hæc imago & superscriptio.

Concionis Argumentum.

Non quævis picturæ in domibus appendendæ, nec quævis legendi libri.

Exordium.

Plurimæ merces non nisi censurata à juratis Censoribus ad forum venales afferri possunt, ut sic fraudi nullus sit locus. Sic pannis affigi solent diversi generis plumbeta, quæ fili & lanæ vel tenuitatem vel grossitiem emptori subindicant. Unde in rem suam pannum empturus facit emptor si plumbeum inspicat juratum affixum sigillum, priusquam emat. Similiter & è figurâ monetæ incisâ aut infusâ dignoscimus, cujus regis iustu quæve in patriâ ea excusa sit, & num hic aut alibi forensis & usualis sit. Rectè etiam *Sanctiss. Conc. Trid.* etiam impressis libris appositam voluit à sacris Ecclesiæ ministris censuram, quæ subindicer legentibus nil fidei orthodoxæ, nil bonis moribus contrarium in iis contineri. Reges etiam diplomatibus sanxere quibusdam in partibus ne vel picturæ, imagines excusperentur nisi prius vel ipse pictor aut sculptor ad eam excudendam privilegiaretur; ut igitur Christus, priusquam pronuntiaret cui dandus foret census, ostensum sibi voluit numisma census, ut eo viso quasi recideret curis dandus esset. Ita vos *Auditores* Christiani empturi picturas, libros, statuas, &c. videre num censurata sint, num Christi illis impressa sit imago, Res & doctrina hoc ævo populo sæpius inculcanda.

Profecutio.

Exornaturus igitur domum tuam empturus libros & eosdem secturus, vos obsecro *Auditores*, merces has sedulo prius explore, inspicite quam contineant imaginem, quam subscriptionem. An Veneris, Bacchi, an Christi, &c. Eam repudiatis vestem, quamvis pretiosam & holosericam, quæ vel unâ die pestiferus aut quis contagiosus indurus fuit. Obscena picturæ, obsceni libri è pestifera procedunt mente; cur has amplexaris? illis delectaris? ex hoc cur genus toxicæ ita liberaliter his belli temporibus propinatam bibitis? Passim jam reperimus obscenitatem in libris, non uno tantum itrepisse idioma, sed & omnibus grassari linguis. 325. Hos obscenos libros vocat S. P. N. August. flumen tartareum, in quo miserè devolvitur ad inferos humanæ gentis pars magna 325. Sed & habent hi lectores promptas & speciosas excusatiunculas. Hinc stylum, inquit, actio, &c. Si ego tibi salernum capaci auro, &c. Quod vero *Auditores*, de libris obscenis dixi, idem de obscenis picturis dico: pestes sunt, venentum immittunt per oculos in animum. Multa olim Idola proponebantur adoranda. 326. Sed & hi inquit quibus tales picturæ sunt venerationi artificium colo, &c. Apage tale artificium, quod oculis se vendit & pudorem eripit. 327.

Peroratio.

Si igitur, *Auditores*, si, inquam, infici non velitis, hos è bibliothecâ, illas è domo vestra projicite. Manibus filiorum & sitarum eripiet. Si servare velitis tamen, ita asservere ut carceri ligueo vel etiam ferreo conclusatis ne si lucem videant, rationis lucem in aliquo inficiant.

A L I A.

Index Thematum moralium.

A L I A. T H E M A I D E M: Q V Æ S T I O M O R A L I S. Concionis Argumentum.

Viram Principi seculari cuiusvis, hoc est, etiam discolori sit dandus census?

Sunt qui in hac parte Principibus obedire renuunt, cum censum dare pertineat ad quandam servitutem: cum autem adventu Christi liberti omnino facti sumus à servitute juxta illud Joannis 8. *Si filius vos liberaverit, verò liberi eritis.* Non intendentes Apostolum loqui ibidem non de quavis omnino servitute, sed solà diaboli & non hujus mundi, censum dare renuunt. Oppositum hic Christus hodie docet, dum inquit: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, si enim unusquisque de suo debeat vivere ministerio, multò magis principes & Reges nostros, qui suo regimine & officio Dei ministri sunt, à suis subditis debent justa tributa recipere, quasi stipendia ministerii. Accedit etiam ipsa justitia necessitas, quæ teneatur subditi sua jura, puta census, Principibus exhibere, sed quid multis hoc ipsam probem? Clara sunt Petri verba: Subditi, estote omni humane creaturæ propter Deum. Et Christus tributum solvit, imò ne perderet obedientiam perdidit vitam &c. Nemo autem inobedientiam suam honesto nomine veler, dicatque Dominus meus inconstans est, nihil habet prudentiæ &c. 891. lex vetus, &c. 892. 893.

DOMINICA XXIII. POST PENTECOST.

T H E M A. Et deridebant eum. Concionis Argumentum.

Quam sint inter Christianos derisores noxii.

Exordium.

Quorundam est documentum satis nobile mansuetudinis: cum ureris aut taceat aut jocare, si tacere non possis, jocare, si joculari non possis, tace. Postremum hoc tanquam priorè perfectius observavit Christus sapiens: cum enim derideretur & ostensui haberetur, nunquam respondit. Cum enim Herodes Antipa hanc ipsam æternam sapientiam, quæ filium Dei ut farum irrisit, & ut ab omnibus irideretur, farum veste donavit, eumque interrogasset multis sermonibus; nihil ei respondit. Caiaphæ, Pilato, Malchi cognato, &c. 615. Et hodie ingressus domum Principis Synagogæ Jayri, ejectaque turbâ tumultuante, id est, lachrymante, carnemque lugubre more antiquo canente, afferuisset puellam non mortuam, sed dormire; non intelligentis quod & dormiret (eadem enim facilitate poterat eam suscitare à morte, quæ homo hominem dormientem à somno) deridebant eum, sed ob eorum derisum à cæpto opere resuscitationis non desistit, imò nihil æstimans tacuit: sunt & hodie irrisores piarum mentium plurimi. Sed ò bonæ mentes agite viriliter, ob irrisum à bonis capris nolite desistere. Deus etiam iridebit eos, sed sunt tam multæ inter vos imbecilles. &c.

Prosecutio.

Sicut ab irrisoribus Deo non pariter, ita nec Christo filio Dei, nec Christi discipulis. Deo dico, *Auditores*, nunquid irrisoræ & impie sunt voces illæ, quæ crebrò & à Christianis proferuntur: Deus bonus vir est: diabolus tam ater non est, atque pingitur: Inferorum flammæ. 612. Similiter contigit Christo filio Dei, & Christi discipulis, non olim tantum sed & modò. Turba tumultuans sibilis servatorem, teste Evangelistâ, exceperunt hodie: exceptus dein fuit cachinnis in aula Herodis, Pilati: sed nec latronum alter cavillis abstinuit. Nec mitius actum cum Christi discipulis. Die Pentecostes, &c. David, Job, Paulus, &c. Idem & hodie omnibus bonæ mentis hominibus contingit. 623. Micholis enim filii & filiz ubique sunt plurimi. non solum inter hæreticos sed & Christianos 624. Si quis inter poratores dicat, non sitio amplius, nunquid exploditur sibilis? Si quis vitæ seductoris, &c. 624. O illusores quam estis in gente Christiano noxii! Gulielmus Peraldus eruditè id demonstrat, &c. Quantum enim impeditur bonorum actuum per hoc diaboli vafamentum, irrisionem? Ita enim fit ut qui non robustus pietatis est, si videat se rideri, quod tam facilis sit ad dandam inimicis veniam &c. 626. Ea ut optima leges suffocetur in semine!

Peroratio.

Sed ò piæ mentes expectate, nolite turbari, tacete, aut jocamini paratam sicut derisoribus judicium. 627.
Aliam concionem de Christi mansuetudine poteris contexere ex ijs qua leges à fol. 765. usque 767.

A L I A. T H E M A.

Recedite, non enim est mortua puella, sed dormit.
Concionis Argumentum.

Mors est frater somni.

Exordium.

Irrisionis Christi causa fuit, quia dicebat puellam non mortuam, sed dormire. O cœcæm turbam! tantumne distare & differre putaris? Nun-

quid somnus est imago mortis, præsertim bonæ? Refert Pausanias Olympiam visam à se staruam noctem figurâ habitūque muliebri. Hæc puerum album dormientem dextera tenebat, &c. Gorgias Leontius jam senio confectus, &c. 73. Mors ergo, ut Christus hodie, illique olim loquebantur, frater somni est, hoc addo unicum, modò bona sit. Nam ut à somno mane surgitur, ita tantummodo à bonâ morte fit transitus & resurrectio. Cum verò quietis causâ somno nos tradimus libenter, videamus & inquiramus qualiter æquo possimus & animo fratrem hunc amplecti mortem.

Prosecutio.

Non timeretur, sed ultroneè inclinante jam ad vesperam die quaritur somnus. Similiter annis aliquot in hoc mundi ergastulo expletis, tandem homini Christiano mors non est formidanda, sed ubi advenit saluanda & excipienda. Quidquid enim sit à volente fit levius & definit esse necessitas, ubi voluntas accesserit. Imitandum certè ille, qui vel è precibus mortis monitori minimè asper hunc dedit dialogum, dicenti quasi & momentè morti *Morieris*. Respondit ille, ista hominis natura est non pœnâ. *Morieris* rursum ille. Hac conditione intravi ut exirem. *Morieris*. &c. 71. Sed dicit quis vestrum magna peris & quod forsitan ipse præstare non poteris. Sancti enim viri hunc mortis somnum non ita placidè dormire. Arsenius vir centum viginti annorum, &c. Ezechias rex, & David, &c. Quid de Abrahamo, Jacob, Elia dicemus, &c. Vera sunt hæc, *Auditores*, sed explicare satis breviter, quomodo hi est mortem formidant, tamen eandem ut somnum desiderant, ex S. Greg. lib. 31. Moral. c. 16. Videamus, inquit ille, Paulum quomodo amet quod refugit &c. 72. Ita mortem quique optimi desiderant & formidant. Sed jam lubet videre quænam mortem ad instar suavis somni placidam & gratam efficiant. Mortem enim eam somni fratrem dixi, quæ bona est, ut igitur ea talis sit, necesse est ut bona vita præcedat. Ita S. P. August. Mala, inquit, mors putanda non est, quam bona vita præcesserit. Nimirum boni seminis bona merces est, &c. 72. Sunt & aliz causæ quæ mortem placidam & somno similem reddant, si ea bene expendantur & serit: nempe si cogiterur quandoque cœlites nos expectare. Ardens quod fuit studium moriendi martyrum. Quantis mors à malis nos liberet. Quomodo in morte paratur quasi carcer, & sit janua vitæ, &c. *Leges à fol. 70. usque 71.*

Peroratio.

Somnum ergo & fratrem somni mortem sed bonam diximus. Bona erit si quis vestrum nunquam se somno committat, quin suam prius conscientiam conveniat, & noxas dolendo decergat. Multi dormire ceperunt, & simul mori, eorum certè aliquando neque somnus, neque mors bona est. Itaque fratres si timendi, & mors & somnus, & quam cautissimè & quam castissimè adeundi. Qui non castè dormit, vix castè vigilabit. Qui castè & cautè non vigilat, vix castè morietur.

A L I A.

Ad illud, *Filia mea modò defuncta est*, doce afflictionem omnem, calamitates & pœnam, omnia mundi mala, morbi & mors, à Deo & divinitate provenire, idque in nostrum bonum, de quâ mercè alibi aliis in Dominicis contextimus conciones, ac proinde nullum hic contego, sed te legere rogo, à fol. 510. usque 514.

A L I A.

Ad illa verba, *Eccc Principes unus accessit*, Auditoribus proponere, tribulationis salutare provenit, & fructus. Sunt enim ea, ubi homini aut familiæ adveniunt, quasi nuntii salutis, signaque moralia prædestinationis, dummodo cum patientiâ perferantur. Quæ leges à fol. 272. usque 274. Nec mirari debemus etiam reges & principes affligi, commune enim est *Pati* omni statui; si enim omnes hominum status consideremus in omnibus sanè perferenda plurima inveniemus, & vos ipsi quos divites & beatos salutamus & pæne adoramus, an non molestiarum & ærumnarum satis abundè habetis? Tantum cavete ne martyres mundi sitis &c. *Leges ut hæc latius perores à fol. 460. usque 462.*

A L I A.

Ad illud, *veni impone manum tuam super illam*. Moralitâ & tactum manuum Christi fuisse salubrem, imò & vestis illius, ut & hodie docet, Evangelium. Non verò ita hominum mutui contactus, qui tamèn etiam inter dispares personas modò satis in mundo tanquam nullius periculi res familiaris est. Certè, *Auditores*, scio aures custodiendas, scio & oculos cautissimè esse reflectendos, &c. sed & tactum scio esse periculosissimum, & doceo modò. Sensus hic totum corpus permeat, omnium oblectationum vaferrimus acceps: frequenter &c. 355. Simplicis cultus munditie, gaudet pudicitia, &c. Sed hæc omnia scaturit tactionis sensus, &c. 355. Cum ferrum tangit silicem exsiliunt scintillæ, cum tangitur serpens mox caput replicat, &c. *Edithæ, Edgari Anglorum regis filia, 356.*

A L I A.

Et ecce mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur. Pessima infirmitas quæ etiam animæ & vitæ sedem suam eripit, sicque omnia membra reddat pallida deficiuntque ea officio suo naturali. Inter vitia & morbos animi talis est infirmitas ipsa luxuria seu incontinentia. Statim enim ac quis huic fit deditus vitio, corporis fortunæ & animi bona ab eo defluunt *lege à fol. 367. usque 371.* in quibus Auctor hoc luxuriæ vitium latè & animosè castigat. Utinam & è mundo castigando sustulisset.

ALLA.

Index Thematum moralium.

A L I A.

QVÆSTIO MORALIS.

Vtrum sine tactu divinæ gratiæ possit. anima resuscitari de morte peccati.

Mortæ quæstionis causâ hæc sunt Evangelii verba, *sed veni, impone manum tuam super eam & vivat.* Sunt qui afferant *Auditores*, ut contrarium probent locum illum Isaia 43. Dixit Dominus ego sum qui doleo iniquitates tuas, propter me ergo expulso, mortis peccati, videretur inquit, esse ante omnem infusionem gratiæ, cui argumento facilis parata est responsio, si dicamus Deum delere peccata effective, ipsam vero gratiam formaliter: sed oppositum est quod recitat Matth. *Impone manus,* &c. Pro majori explicatione quæstionis notandum, certissimum esse per culpam mortificari animam omniaque ejus ante merita, quæ quidem culpa ex eo mors est animæ, ex quo gratiam, quæ est vita animæ, tollit, ita ut quemadmodum nihil pulchrius est animo quem ornat Dei gratia, ita nihil est fœdus quam animus divinâ gratiâ exutus, & scelere pollutus vel unico. Est autem divinæ gratiæ pretium tantum, ut verissimè dicatur in orbe nihil pretiosius, &c. 182. Peccatum interim letale quodcumque, &c. ut antè dixi eam homini adimit. Quidquid ergo meritum, &c. 182. & 183. Vbi autem sic amissa sunt, vita & merita, sine tactu, sine infusione divinæ gratiæ anima resuscitari non potest à morte peccati. Deus enim in creaturâ rationali est principium vite spiritualis. Nec in hoc suo officio deest divina bonitas nobis peccatoribus, instar Parentum enim nostri curam gerit. 546. Utinam sic secretis impulsibus quandoque trahentem. Nam omnis nostra vita, omne meritum, &c. à Deo provenire debent. Quod verissimè affirmat S.P.N. August. Omne, inquit, meritum nostrum in nobis non facit nisi gratia, & cum Deus coronat merita nostra, &c. 469.

A L I A.

Ad illud, *Confide filius, fides tua te salvam fecit.* Efficaciam & meritum tam fidei quam fiduciæ explicat &c. *lego Auditorem à sol. 770. usque 773.* ubi agit de fide. Dein volvè folia 811. 812. 813. 814. &c. de fiduciâ enim ibi agitur latè, &c.

DOMINICA XXIV. POST PENTEC.

T H E M A.

Qui legit intelligat dicta hæc Christi, & res omnes sacræ maturo animo legenda.

Concionis Argumentum.

Lectæ ruminanda sunt.

Exordium.

Salutare certè monitum hodiernum Salvatoris! En precavere dum nos docet diem judicii, & ultionis, ne scilicet improvisos horrida signa ipsius adventus terreant, & in tentationem, & à fide in subversionem, inducant, subjungit & monet ea in Daniele legi posse & haberi. Si verò Daniele quis consulat & requiratur, inquit, consulat & legat, ut ea, quæ legerit, intelligat. Vtile monitum, parum enim prodest lectio si lecta non percipiatur à legente, sed ut percipiatur ruminanda sunt. Itaque lectores librorum instruo, & lectionem sacræ, dummodo quædam observentur, fructuosam esse doceo.

Profecutio.

Piorum libellorum lectio tam utilis quam necessaria est, ita S.P. August. *cum oramus cum Deo loquimur quando legimus Deus loquitur nobiscum.* Lectio sacræ pharmacopolium est, è quo suam cuique vitio medicinam petamus. Conciones statim duxat, &c. 340. D. Bernard. elegantis ingenii & admirandæ doctrinæ Antistes, &c. Illud ingenii miraculum Augustinus, Certè S.P. Augustinus nunquam fuisset, nisi talis esse cœpisset à sacrâ lectione. Ipse de se testis, &c. 340. Verum ut & in nobis lectio sacræ adeo sit efficax, tria duco inter legendum observanda vel potius cavenda. *Celeritas, varietas, vanitas.* Celeritas primò cavenda est. Nam non multa, sed multum legat, quæ profectum amat. Apagè mihi Lectores illos, qui per libros volant uti gallus gallinæ per pennis, &c. 341. Deinde *varietas* in omni pæne lectione improbanda. Ferculorum multitudo, &c. 342. Sed & *vanitas* in legendis libris damnanda. Vanitatem voco legere non ut facias, sed ut scias. Sed & quartum observatu dignissimum addo, libelli pii sic legendi sunt, ut lecta dirigantur ad opus. Frustra enim legit, qui non facere conatur quæ legit. Fiant è verbis facta. 832.

Peroratio.

Sic antea, ut monui, qui libros legit Salvatoris monito obtemperat, sic obtemperando proficiet. Nam recte Isidoro: *Omnis profectus ex lectione & meditatione procedit. Quæ enim nescimus lectione discimus: quæ didicimus meditatione conservamus.*

A L I A.

T H E M A.

Qui legit intelligat.

Concionis Argumentum.

Judicii memoria peccantium frenum.

Exordium.

Errot communis multorum est, *Auditores*, in librorum delectu, neque enim in libris idem esse puto, quod in cibis, ut ii plurimum nutriant qui maxime sapiant. Non ad gustum sed ad fructum legendum est: Neque ut doctiores inde solùm faciamus, sed & ut meliores. Piorum librorum hoc ævo magnus est numerus, & qui in dies augetur & varii variis ex iis lectoribus commendant. Quidam libellum illum qui inscribitur *Stimuli* virtutum: alii considerationes de eternitate: alii Thomam à Kempis, utpote qui præ milleis aliis utilissimus omnium doctorum & piorum judicio sit, ut & sunt aurei illi S.P. Augustini meditationes, quarum singula verba carbones vivi sunt. Alii denique alios: Sed quos putatis, *Auditores*, ego vobis libellos hodie legendos suaserò? non partialis ero si à me requiratis quem librorum in tanto numero lectu utilissimum omnibus censeam, Salvatoris partes sequar & Daniele legendum, suadeo id est, *Auditores*, libello illos, qui sparsim & frequentius judicii extremi memoriam legentibus reficiant. Hæc enim memoria judicii peccantium omnium frenum: ac proinde sæpius ejusdem à Salvatore facta est oretenus mentio, ut latius dicturus sum.

Profecutio.

Cujus pervellet aurem assidua & tremenda, eaque ultima judicii sententia, quæ aut in ignem æternum mictret, aut æternæ vitæ transcribet; nescio quomodo peccare possit. Ajunt in Scythiâ & Meoticis regionibus, tonitrua tam ingenti fragore fieri, ut quandoque hominem exanimem pavore, Certè nisi animus humanus immortalis non esset divinæ vocis tonitru jugularetur. Princeps Apostolorum Petrus, Ananiam, &c. 138. Itane verò vox humana hominem non summi flagitii sibi conscium sic fulminet? Quis pavor, dolor, terror, &c. 139. tantum potuit vox Petri, vox Pauli, &c. 139. Neque verò divinatorum judiciorum negligens oblivioni potius quam sibi culpam impingeret. 117.

Peroratio.

Ut autem hujus futuri judicii nulla unquam nos teneat oblivio eos quandoque legamus libros, qui crebram judicii extremi faciunt mentionem, ipsa etiam Sacra scriptura, ut quidam rectè observaverunt tam in exordio quam in epologo de Judicio injicit mentionem veluti de re summi momenti, unicuique efficax voluntatis infrenatæ frenum, &c. 139.

A L I A.

T H E M A.

Orate autem ut non fiat fuga vestra hyeme vel Sabbatho.

Concionis Argumentum.

Procrastinanda non est vitæ emendatio.

Exordium.

Postquam Salvator sub figurâ destructionis civitatis Hierosolymitanæ fidelium prædixerat futuram sub Antichristo tribulationem, convertit se ad discipulos suos, in quibus admonet nos omnes quatenus profuturo illo tempore solliciti velimus esse. Hæc verbis, *Orate ne fugat, &c.* id est, tempore incomperenti ad fugam; vel ut brevius dicam, vult nos esse paratissimos ut quavis etiam horâ vel momento, ubi Deus nos ad illud tribunal per mortem hinc evocaverit, omnium rerum reddere possimus exactam rationem. Infelices enim erunt quos imparatos reddendæ rationi dies illa extrema invenerit. Curigitur ô Christiani quotidie bona nostra propostâ, conceptamque vitæ emendationem procrastinamus? Nulla certè procrastinatio periculosa. Rem aperiam pluribus.

Profecutio.

Ut Archimedes dum Syracusæ caperentur domi suæ in pulverem circum securus rotabat. Ita modò plurimi hominum, dum illorum æterna salus agitur, pulverem illum suum illi tractant vanis litibus pecuniariis, negotiis & non profuturis laboribus distecti. Æternum illud aliquando adendum tribunal nunquam cogitant, aut rarissimè, idque perfectori tantum velut canes è nilo bibunt. Antequam profectò ullum agredimur genus laboris, nunquid nobiscum ipsi querimus, estne hic labor ad panem lucrandum? An non potiori jure Christianus cujuscunque operis in initio seipsum serius interroget: Estne hoc ad cælum, &c. Sed hoc omnium peccatorum ait S.P. Augustinus: *Omnis peccator dicit aliquando, sed non modò.* Ah cur non modò si aliquando? Dionysius Rex &c. 20. Quanta est hæc humanæ mentis cæcitas! Quam frequens fit & quam repentina mors scimus: ipsos etiam homines novimus pridie valentes qui sani cubitum icerint, manè inventi sunt mortui: forsitan è plumis, Deus scit, in flammis tracti, ipsi etiam vidimus qui subita vi tacti simul argrotare cœperunt & mori. 21. Marcellus Pontifex: Maxentii Cæsaris ævo dum in stabulo inter pecudes agit, &c. Martinus V. Casimirus Baptista Mirandulanus

Index Thematum moralium.

dulanus Ferraræ in duello, &c. 92. & 93. Hæc spectamus & tamen adhuc procrastinamus, & de die in diem (parum est hoc) de anno in annum emendationem vitæ differimus 11. & demum hoc sero cum hiems adest, cum brevis est halius, cum membra frigent, cum oppressum peccatus, cum nox & tenebræ sunt in oculis, &c. tunc ambire incipimus iudicem, penare & molles ad eum aditus investigare 118. Et tunc laborandum non hieme: Diebus ferialibus non Sabbato. Non dum mors adest quæ labori & meritis imponit finem 126. lege etiam de fol. 124. usque 125. & à 130. usque 131.

Peroratio.

Quin igitur omnes nos Christiani S. P. Augustinum imitemur, & emendandam hanc lentitudinem expugnemus, vt & ille viriliter quondam eam in se expugnauit. *Sentebam, inquit, ille, me ab eis temeri, & iactantem vocem miserabilem, &c.* attendite modò ne cuiquam vestrum sol occidat in meridie 21. Nunquam enim non obsuit emendatioris mores distulisse 144.

A L I A.

T H E M A.

Et erit tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi.

Concionis Argumentum.

Tribulationis extremæ descriptio, & questio quedam, utrum scilicet ante iudicium uniuersale stelle cadent de cælo.

Exordium.

Quam apposite certè, *Auditores*, Evangelista hodieque suis interierit, hoc nostrum à me modò rectorum thesauri, *etis ipse tribulatio magna qualis non fuit ab initio*. Scilicet vt Pharaon nunquam sauior fuit in Hebræos, quam cum abitionem molirentur: ita Diabolus nunquam truculentior in hominem insurgit, quam cum eum hinc migraturum aduertit. Verè Christiani, *Tunc vidit, & assumit septem alios spiritus nequiores se*. Narrat de *Canone oppidi Malburchensis*, &c. 95. Deus immortalis tantis diabolorum exercitus, &c. animulam vnicam corpore egressuram obidione cingat? Quò fugiat, aut ubi abscondat se, sic obestus, sic vallatus homo? Quid is faciat, cuius cor non perfectum fuit, cum Domino Deo suo? Cum Balaam vates inter vineas, &c. 95. Optime dixit B. Nilus verè terribile est mortis mysterium. Quam multi sunt qui ut Benjamin non intelligunt, quod aliquando, omni ex parte illis; circa decursum vitæ instabit incertus, &c. 94. sed hos demonum aggressus nunc prætereo, & discursum nostrum in alia, quæ subiungit Evangelista, verba dirigo. Subinsinat enim aliam longè futuram tribulationem, in ipso die iudicii extremo, sic monens: *Statim post tribulationem dierum illorum, &c.* peracta videlicet illa tribulatione futura per Antichristum, breue interstiter tempus in quo poterunt illi, qui decepti fuerint, penitere; alia longè major tribulationis fors, orbi obveniet. *Stelle*, inquit, *cadent de cælo*. Circa quæ verba oritur questio, an verè stelle, quantum ad earum substantiam, de cælo cadant, aut cadent? Corpora enim cœlestia non sunt gravia, neque corruptibilia. Igitur de nubibus versus terram descendunt, exhalationes igitur plurimæ, quæ videbuntur esse ad instar cadentium stellarum. Unde secundum S. P. Augustinum 20. de Civit. c. 24. credendum est illam locutionem tropicam esse. Hoc enim dictum est, quia lumine suo videbuntur privati superveniente claritate majori secundum Gloss. Matth. 24. ad præcitata verba, sed quia ut videretur aliis, pari ratione possent dici quotidie cadere, sic de cælo, cum quotidie per solis ortum desinant apparere, idem dicunt, quòd ante supernaturalem ignis conflagrantis productionem generabitur per actionem corporum cœlestium tam vehemens caliditas, & siccitas, quæ erunt congrua dispositio ad ignis prædicti productionem, quo desinat generari arcus nubium, qui gene-

ratur in nubis rotatione, & calix impressione humida, & generabuntur subdescendentes in tanta multitudine, ut aspicientibus videbuntur quasi stelle cadere. Tropica ergo est hæc Evangelista locutio. Sed vultis scire quandònam stelle cadant de cælo, sol obscuretur, nec luna det lumen suum? Hominem moribundum inveniunt, eo namque tempore intellectus qui in homine sol est, obnubilatur, lumen actionum, memoria hebescit, voluntas veluti luna, &c. geminæ frontis stelle oculi caligant, & hippiunt, &c. 124. Cum ergo hæc incipit tribulatio parvum quasi adhuc interstiter vitæ spatium, estque quasi in januis iudex. Parate igitur iustitiam ante iudicium, quam iustitiam malè parat, qui eam non parat assidue 125.

A L I A.

Q U Æ S T I O M O R A L I S.

Cum Christus in hoc iudicio dicatur futurus iudex, Queritur: quis ante mille sexcentos, & plures annos, fuerit in cælo iudex? Quæve maiestate iudex ille sit adfuturus?

& unde?

T H E M A.

Et tunc apparebit signum filii hominis in cælo, &c. Et videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli.

Domini Iesum reparatorem Orbis vivorum ac mortuorum omnium futurum iudicem, sacra volumina explicatissimè restantur. Princeps Apostolorum Petrus Cornelium Cenurionem in urbe Cesariæ Christiani sacris imbuens, &c. 106. Res liquida præstus & nimis quam certa. Nec solum is futurus iudex est in universali orbis iudicio, sed & singulari. Dilucidè Ioannes, &c. 101. Potestas ergo iudicandi filio tradita est, ac proinde rectè Evangelista asserit, venturum tunc filium hominis, qui est Christus: boni enim iudicis qualvis haberet dotes, non enim illi desit scientia. Principis Theologi Thomæ Aquinatis verba sunt, &c. 101. Sequitur omnino iudicaria Christi potestas naturam humanam in tali, ut se hinc loquantur, hypostasi, quatenus nimirum Christus homo Deus est. Sed nunc dubis seu quæstionibus propofitis, respondendum. Quis igitur iudex fuit ante mille sexcentos annos & plures? quis ab orbis incunabilis? Ille ipse qui in apostatas Angelos sententiam tulit, eosque ad æternos rogos damnavit, &c. 101. Fuit quidem hoc iudicium tribus SS. Triados personis commune, quamvis filio seu Verbo per appropriationem tribuatur. Nam Christus iudicarium hoc sepeperum solo sanguine, toleratis cruciatibus; animâ datâ promeruit 101. Sed queritur rursus, unde Christus venturus sit ad hoc iudicium, descendente de cælo, an verò iudicandi homines in cælum evehentur? Neutrùm necessarium 101. sed an animæ suum iudicem videant audiantque diversa hic opiniones. *Innocentius* existimat, &c. Opinio pia, quæ non videret ex toto refellenda. Nos cum Theologis, &c. Sed quæras etiamnum quâ formâ Christus iudex se spectandum præbiturus sit. *Censent* Theologi, &c. 101. Sed cur Angelis hocce iudicium non est demandatum? Verum est plurimâ Deus ab omni ævo per Angelos velut vicarios egit & etiamnum agit, &c. Verum hanc potestatem Deus soli filio reservavit. Tibi soli, Domine Iesu, arbitrium vitæ necisque in omnes homines à Patre assignatum est, tibi datus est gladius, &c. 102. Quam ob causam Christiani, *Auditores* par est modis omnibus vt in Christum Dominum iudicem nostrum devotione quantâ possumus feramur maximè. Quisquis es ne causa cadas (res capitis est) mature tibi iudicem hunc concilia, & tanto Numini, tantæque Maiestati esto devotissimus. Exclama sapius quod animitus exclamo dum finio. Tibi Christe, Tibi Domine Iesu, vivimus; Tibi morimur; Tibi facimus & consecramus omnia. 102.

SVCCINCTA IN REM LECTORIS ADMONITIO.

PRæfatiunculam huic nostro formatarum concionum Indici, ut præmittendam, in rem tuam, bone Lector, duximus: sic & hanc in ipso primi voluminis indicis fine, admonitionem ducimus, subjungendam: Præfatiunculam quidem, ut tibi constaret, quid, dum aliquando hoc nostro arduo labore frui voles, à te, ut rectius fruaris, primâ fronte exigam. Hanc verò, ne dum nullas in hoc primo volumine Drexeliano formatas in festa per annum occurrentia, legis conciones, me Græcæ fidei hominem arbitraris, & hocce Drexelianum opus, Pharmacopolarum pyxidem appelles: quæ grande titulis valetudini auxilium pollicentur, quamvis nullum servant latentem thesaurum; sed araneas, & inanias meras. Dum quod in ipso hujus primi voluminis titulo altè promitto, in eodem ipso non exequor, & solvo. Est enim ea deformis oratio, quam res promissa non concomitatur, & fidelis

Non est amici polliceri, sed dare.

Cur ergo promissa non subjungo? tribus id verbis habeo, nolo enim hîc excusationum proferre plaustra, dum unica me absolvit. Quod promisi differo, non aufero: & ut hoc primum volumen Dominicalibus, ita secundum Festivalibus, & quibusvis aliis honorariis concionibus habebis locupletissimè & exornatum, & refertum. Promissæ enim fidei non ero injurius, dum quod promisi, in altero horum voluminum persolvo cum fœnore. Secundum igitur Auctoris consule Tomum, & Vale, & fruire.

R. P. HIEREMIAE DREXELII
 E SOCIETATE IESV PRESBYTERI
 VITÆ TESTIMONIA.

PATER Hieremias Drexelius Augustæ natus, vir & scriptis virtutibusque suis & alienâ famâ, orbe nostro celebris; qui perpetuo vsu familiarem iam sibi gloriam non tam habuit quàm spreuit. De quinquaginta septem annis; quos vixit, in Societate quadraginta exegit; quarto eidem voto adstrictus. Serenissimi Electoris Maximiliani Ecclesiastes annos ipsos tres & viginti (est tenuissimâ esset valetudine) nullo tamen vnquam die, quo dicens erant, alienâ operâ vsus, constanti non tam corporis quàm animi vigore Auditorum ota meruit, non fucatus Orator; sed qui verba calenti spiritu animaret, exemplis suis mirè eloquens, quibus omnia potiùs, quàm alienis confirmabat. Domi quoque nostros; qui operam familiæ nauant, integerrimâ oratione septemdecim annos ad virtutem adhortatus, neque contentus audiri tantùm; oculis ea quotidianâ industriâ parabat subiicere, quæ pro concione dixisset, datis in vsum lucemque publicam tot libellis Latino priùs, dein vernaculo sermone conscriptis, quibus legentium desideria irritabat veriùs quàm explebat: testantur hoc maiorum virorum studia; quibus honestissima iudicia de P. Drexelij libellis addebant, velut cæterorum scriptorum, qui hodie prodire facultatem supergressis, quorum censuræ, si fidem excedat, ob viri magnitudinem, quæ facillè in amicorum oculis creuit, veniam, censuram ipsam amicitia damus. Hæc tantas laudes litteræ enarrant, quæ ad ipsum; eo plerumque augmento; ab amicis venerunt. Harum geminas à viro Clarissimo Nobilissimoque Petro Aloysio Caraffa Episcopo Tricaricensi; & Apostolicæ Sedis Legato datas subiungimus. priorum verba sunt:

ADMODVM REVERÈNDE PATER;

QUAM serò in manus meas pia opuscula Paternitatis V. venerunt; tam avidè euoluo ea quotidie; & eadem lectitando, fatigari faciliùs, quàm satiari me posse suauissimè experior; admiror in elocutionis flore pietatem, grauitatem sententiarum in verborum concinnitate. Acumina insuper & lumina, & dicendi docendi que promiscuam in eis elegantiam non magis suspicio, quàm amo. His porò artibus inuitatus volui absens cum Paternit. V. amicitiam inire, & animi mei perstudiosi officia omnia ei offerre: sicuti per interpretem hæc epistolam sincerissimè ago. Vetus mihi cum Societatis IESV hominibus consueto est, quam à puero cum litteris & moribus primis hauri ac semper colui. Ea inducit me; vt credam fore Paternit. V. gratum hoc amicitia desiderium, quod vltro ei transmittò. Spero ab ipsa benevolentia mutua vicissitudinem parem, & opto interim eidem gaudia felicium, Leodij XIX. Aprilis, Anno millesimo sexcentesimo trigésimo.

*Ad omnia seruitia paratissimus
 Petrus Aloysius Episc. Tricaricensis;
 & Nuntius Apostolicus;*

idem anno post ad eundem scripsit hæc verba:

ADMODVM REVERÈNDE PATER,

ACCEPI litteras humanissimas Paternit. V. vnâ cum vndecim exemplaribus libelli, in quo Paternitas Vestra etiam pœnas improborum narrat stylo suo per eleganti, & gehennæ tormenta ignemque eius mutare piis monitis ac documentis suis nititur in conscientia horrorem salubrem & in ignem veræ erga Deum charitatis. Hunc ego libellum inscriptum nomini meo accepi felicissimè sub ipsas Calendas Ianuarias; nec Xenio gratiore, aut magis honorifico inter hæc noui anni primordia potuisset me V. Paternitas exhilarare. Vt donum per magni æstimem, facit præstantia Auctoris eius; quem amo & colo equidem, & connumero in viris præcipuis huius sæculi. Etenim affirmare ausum Paternitati V. laud me librum alium inter manus habuisse; quo ad studium pietatis efficacius permoueret. Postquam incidi in eruditos, pios & sacros libellos Paternit. V. his commodauit omnes affectus meos; delectant enim & profunt, habentque nescio; felicem dixerim varietatem, an vnam felicitatem. Ita simul dictionis elegantia; sententiarum grauitas, copia exemplorum cum delectu, eorumque vis exposita, cum dignitate sese in eis pulcherrimè miscuerunt. Caterum quid Paternit. V. debeam; quæ ad honoris in me consulit, vt vni ex libellis suis nomen meum adscripserit; explicare satis nequeo. Glorior me à pueris educatum fuisse disciplinâ Patrum Societatis, vel ex eo capite, quod is Ordo viris eximii abundet in omni eruditionis laude; inter quos habebitur semper à me in honore præcipuo P. Hieremias Drexelius; carum & clarum nomen, & cui me nominibus pluribus obstringi fateor. Interea verò; quandoquidem mihi hoc vnum licet, Paternit. V. grates, quas possum, refero, eique me in omnem vsum amicitia offerens præcor, vt diutissimè, pro bono publico fame suæ sit superstes, &c.

P. Marcus

ADMODVM REVERENDÈ IN CHRISTO PATER,



Vis asceticis libellis, quos diligenter euolui, meminisse non possum; quidquam aliquando limatiùs perfectiùsque me legisse. Rarâ omnigenæ eruditionis & doctrinæ copiâ, selectis exemplis, elegantî stylo, dilucidâ breuitate, & quod caput est, iucundis pietatis sensibus ac sti mulis vbiq; referti, le- gentis animum suauissimè afficiunt, validissimè commouent & feliciter triumphant. Nihil in eis non amo, suspicio, exosculor. Quid quæris? planè aurei mihi videntur, & ad meum palatum con- fecti. Faxit Deus, tam locupletis thesauri opibus, extremæ virtutis ac pietatis, quâ premor inopiæ abundè prospici- ciam. Equidem nisi tam longè alter ab altero abessemus, quò te, quem vnice amo & colo, quamprimùm adire, præsentem videre & alloqui mihi liceret, cunx à Moderatoribus meis contenderem. Nunc autem, quoniam istud ipsum per longa regionum interualla non datur, quod reliquum est, vt hisce litteris te conueniam, & amo- rem obseruantiamquæ erga te meam contester, libentissimè vsurpo. Quin operam meam, etsi pertenuem ac penè nullam, prolixè tibi deferens ac dicens, illud vicissim à te pro humanitate & de aliis benè merendi fla- granti cupiditate ac studio postulare non dubitem, vt ad ea, quæ hactenùs scripsisti, diuina prorsus opuscula ge- minum adhuc adiectum velis: De Augustissimo scilicet Missæ sacrificio; & religiosâ disciplinâ, seu de Sacerdo- tum ac Religiosorum hominum obligationibus. Hoc tu munere tam præclaro non tu me solùm, sed complures etiam alios, qui mecum istud ardentissimè cupiunt, & summis à te precibus efflagitant insigniter demerere. Ad me quod attinet, illud tibi certissimè persuadeas velim, nihil mihi æquè gratum iucundumque esse posse, quàm si quid aliquando tuâ causâ posse ac præstare contigerit. Vale præsentis æui Phœnix ac Phœbe, ætatem sanam, vegetem ac benè longam, vt tuis lucubrationibus humanas mentes, quod iam diu egregiè facis, plures adhuc annos illustres, & luculenter ad pietatem incendas. Ex Placentino S. Xysti cænobio Nonis Februarij, Anno millesimo sexcentesimo trigésimo primo.

Plures doctissimorum hodie virorum epistolas hac sententiâ plenas breuitatis studio præterimus, quibus om- nibus ipsa viri fama per orbem Christianum in eo laudando legendoque copiosius versatur, cum libellis suis euulgata, qui omnibus cultioris Europæ linguis ornati Monachij tantùm ad centum & septuaginta millia exem- plarium excreuère, Hæreticorum etiam manibus cum admiratione ad voluptatem vitæque vsum triti. Sed ille tantæ existimationi ipso gloriæ contemptu & priuatis virtutibus pretium ad didit, suâ conscientiâ quam fermo- nibus hominum clarior. Adhæc sacrarum humanarumque litterarum indefesso studio, vir non summi ingenij, præter tot lucubrationes, quas viuis edidit, in multos annos copiosam dicendi materiam accuratè conscriptam reliquit. Quæ legendo audiendoque vel vsu didicisset, in libellos ad hunc finem suis titulis discretos memoriæ causâ mirò ordine referebat, in omnium rerum apparatu ne minimarum quidem incuriosus, quæ ipse peritus artifex ad magnos vsus, cum necesse foret publico seruire, parato magnis laboribus compendio colligebat, otij perpetuus osor, quod totâ vitâ suâ & cubiculo proscripsit, ne suprèmo quidem die prohibitus, quo minùs ope- ri, quod typis destinabat, vltimam reuera manum admouerët. Iam Bauariæ Principibus per omnem vitam cha- rus, in extremo morbo illorum maximè studiâ exercuit, suâ æquè gloriâ ac Principum rarâ modestiâ. Certè Se- renissimus Elector Maximilianus Medicorum suorum principi seriis verbis, commendatâ Patris salute, non du- bitauit asserere Reipublicæ Christianæ plus interesse Drexelium viuere, quàm facile cogitari possit. Ad mori- bundi lectulum etiam Serenissimus Albertus cum filijs collachrymatus, valere, beneque in illa Superùm curia, quam adiret, precari iussere; Alicis quoque & suo sensu & Principum exemplo in lacrymas solutis & astantium nobilissimi quique moribundum vel eminus intuiti, felices idè se prædicabant. Eo mortuo sacra profanaque, supellex certatim à summis in firmisque direpta & expetita. Tanti denique viri laudibus illud accedit, quod Illu- strissimus Baro Thimon Lindelo, vir & genere & bellicâ re multorumque annorum militari imperio insignis, de eò etiam scripto & iuratus assererat, vidisse se non semel, P. Drexelium, cum vltimè verba de Tutelari angelo faceret, cælesti luce circumfusum radijs toto corpore, quâ extabat, coruscare. Cuius rei fidem ipse Auctor fa- cit, omni dubitatione maior, qui suâ auctoritate etiam difficillima persuadeat.

CON-

CONSIDERATIONES DE ÆTERNITATE.

CONSIDERATIO I.

Quid sit Æternitas?

Simonides
quid senserit
de Deo



INTERROGATUS Simonides ab Hierone Rege Siculo, inquit Cicero lib. primo de Nat. Deorum, quid Deus sit, diem unum huic considerationi perit: elapso illo nondum sibi liquere dixit, & biduum in eadem deliberationem postulavit. Elapso

& biduo, triduum sibi deposcit, denique id unum respondit, quo plus cogitaret, plus cogitandum occurrere; minus atque minus expediri se, quod diutius in hac cogitatione luctaretur. Cogitaturus nobis de Æternitate, primum omnium illud se offert quærendorum principium, quid est Æternitas? Boetius libro 5. de Consol. prosa 6. ait, esse *interminabilis vita totam simul & perfectam possessionem*. Nemo ægrè feret, si dicamus id sciri non posse, & quod plus indagetur, plus indagandum relinqui, & quomodo enim definiri possit, quod nullos habet fines? si quis urgeat & vel umbratilem delineationem cupiat, negando id fieri facilius quam as-

Definitio
æternitatis.

Quid Platō
senserit
de Deo.

firmamur putamus. Ita de Deo Plato in Timæo: *Quid Deus scit*, ait, *non novi, quid non sit novi*. Ita Hipponensis Præsul August. serm. 64. de verbis Domini, veram illam apud superiores beatitudinem depingit, omnem cujuscunque mali cogitationem ab eâ removendo: *Facilius*, ait, *invenimus quid ibi non sit, quam quid sit*. In cælo non est dolor, non tristitia, nulla penuria, defectus nullus, non morbus, non mors, nullum malum. Ita & de ÆTERNITATE loqui possumus.

In cælo non
est dolor.

Quidquid enim in hac vitâ videmus, & per exteriores sensus admittimus, ÆTERNVM non est. *Qua enim videntur* (ait D. Paulus 2. Corinth. 4.) *temporalia sunt, qua autem non videntur ÆTERNA sunt*. Ita dicere licet; hoc meum gaudium, hæc voluptas mea & delicia; hic thesaurus, honor iste, hoc superbium ædificium, hæc vita mea, fluxa sunt, caduca sunt, ÆTERNA non sunt. Ita quocunque digitum intendamus, moritura ostendimus. Vulgi voces sunt: hæc structura æterna est, hoc monumentum immortale. Ita & impatiens æternos suos dolores esse queritur. Sed breves nimium sunt æternitates istæ, quas facile est verbis comprehendere, de verâ æternitate quidquid dicamus, minus dicemus. Sic Augustinus in psalmum 63. *Quidquid vis*, inquit, *dicis de æternitate: ideo autem quidquid vis dicis, quia quidquid dixeris, minus dicis. Sed ideo necesse est aliquid dicere, ut sit unde cogites, quod non potest dici*. Trismegistus in Asclepio suo: *Anima*, inquit, *horizon est æternitatis & temporis; quâ enim immortalis, æternitatis est particeps, quâ verò corpori à Deo infusa, particeps est temporis*. Antequam verò ulterius progrediamur, ordini servando videamus quid prisca ævi homines, quid Romani, Græci, Ægyptii, aliique de æternitate senserint. Certè agnovērunt hanc, & variè depinxerunt.

Anima horizon
æternitatis &
temporis.

I. Varii veterum de æternitate sensus & picturæ.

Symbola
æternitatis
I. Annulus.

Primò, repræsentarunt æternitatem per Annulum, seu Circulum, qui principio caret & fine, nullâ sui parte incipit, nullâ desinit, quod divinæ æterni-

Tom. I.

tati proprium. Ita cum Deus æternus, & ipsius duratio propriè dicatur æternitas, Ægyptiis circulus Deum significabat. Persæ olim putabant à se tunc quàm maximos honores deferri Deo, si editissimâ consensâ turri, cæli circulum, illum appellassent. Quin & Turcis in more positum (uti Pierius fusiùs docet) mane ex altissimâ speculâ vociferari: Deus semper fuit sempiternus erit: simul & Mahometem suum salutare. Sarraceni etiam Deum circulum nominabant. Mercurius ille Trismegistus, quem dixi, nominatissimus Philosophorum (qui tot libros scripsit quot nullus mortalium; si Seleuco & Menæco credimus) Deum spheram intellectualem esse dixit, cujus centrum sit ubique, circumferentia nusquam, quia nusquam majestas Dei & immensitas terminantur. Eâ de causâ veteres diis suis templa struxerunt rotunda, sic Numa Pompilius Romæ rotundam ædem fecit sacrasse Vestæ, sic Augustus Cæsar, Agrippæ nomine Diis omnibus templum rotundo ambitu dedicasse, & inscripsisse Pantheon. Hinc & Pythagoras ut Deum sempiternum ostenderet, à discipulis suis circumacta corporis adorari jubebat, & à Numâ, teste Brissonio, statutum, ut Deum adoraturi in orbem sese converterent. Ergo Deus prisca est circulus, sed circulus sine peripheriâ seu circumferentiâ & ejus centrum est ubique, quoniam omnium principium simul & finis est Deus, Iob cap. 36. meritissimè exclamat: *Eccè Deus magnus vincens scientiam nostram: numerus annorum ejus inestimabilis*.

Turcæ
Deū semper
fuisse,
& semper
esse pro-
clamant.

Templa
rotunda euz
Diis con-
structa.

Deinde repræsentarunt prisca æternitatem per spheram & globum. Ita Faustina Imperatrici moneta cussa hæc formâ & effigie: globus erat cui insidebat Imperatrix, manum alteram protendens, sceptrum tenens alterâ cum inscriptione, ÆTERNITAS. Hinc veterum multi, mundum, quia rotundus, æternum fuisse censuerunt, quibus aptè Divus Basilius responderet: *Circularis sit mundus, at circuli principium est centrum*.

Sphæram

Tertiò, ÆTERNITATEM prisca significabat, & sella, quâ æternam quietem designabant. Nafamones Africæ populi, majorem partem non tantum sedentes expirare, sed etiam hoc situ humari volebant, quasi jam æternitatem & longam illam à laboribus cessationem adissent: uti subinde hodièque Reges & Cæsares, in subterraneis mausoleis componuntur sedentes taciturnâ & lugubri majestate. Romanis etiam usitatum, mortuorum Imperatorum fusiles statuas, similibus sellis effulcire, ut qui jam fruantur æternitate. Sunt homines qui secum ipsi ratiocinentur sapius in hunc modum: En ego à curis & laboribus tam malè adhuc habitus & oppressus, quin respiro, quin paulo non nihil, quin labores hos & molestos, & longos desinor diu satis laboratum est; laborent tantundem & alii, quantum ego: quiesco jam igitur, & cesso. Ita sellas sibi ponunt & ferias sibi indicunt, sed ò non diu duras! sellam locant, & quietem amplectantur, sed nec loco suo, nec suo tempore. Quàm verè & sanctè aureus ille de Christo imitando libellus (lib. 2. cap. 12.) aurem nobis vellicat his verbis: *Dispone & ordina omnia secundum tuum velle & videre, & non invenies, nisi semper aliquid pati debere, aut sponte aut invite, & ita crucem semper invenies*. Et, *Tota vita Christi crux fuit & martyrium, & tu queris requiem & gaudium? Ergo sella in cælo locanda est, non hic; inter tot turbas quieta non stabit, & in terrâ*.

Reges &
Cæsares in
subterra-
neis Mausoleis
componuntur
sedentes.

Cur Sella
in cælo lo-
canda, non
in terrâ.

A

ut pat-

2 Consideratio I. de Æternitate.

ut parcant fellæ huic omnia, mors demum evertet. Requies vera speranda nulla est, nisi æterna. Si tamen ulla sit quies in hæc vitâ ista erit: totum se, suaque omnia Deo Deique voluntati penitus committere, illi ex toto fidere, cætera omnia vana ducere. Ita nos instruens Ecclesiasticus c. 12. *Confide, ait, in Deo, & mane in loco tuo.* extra hanc animi quietem turbæ meræ, merum mare, & magni fluctus, & præsentis inferi. Sed ad præfatos redeo.

4. Sol & Luna,

Quartò, per Solem & Lunam adumbrata est præfata ÆTERNITAS. Sol semper reviviscit, tamen quotidie videatur mori, & à seipso sepeliri; semper refurgit, licet quotidie in præceptis eat & occidat. Ita & Luna nunquã non recrescit & ditatur, post menstruatam suam paupertatem. Cæterum bene monet in suis hendecasyllabis:

*Soles occidere & redire possunt;
Nobis cum semel occidit brevis lux,
Nox est perpetuã una dormienda.*

In inferno perpetua est nox, & sine somno

Apud inferos certè perpetua isthæc nox erit, sed sine somno: nemo illic dormit, quia hic dormierunt cum vigilandum fuisset: illic ergo vigilant post somnum in peccatis non longum, quem ipsi tamen, si potuissent, longissimum fecissent, imò æternum. Alia longè ratio in cælo. Ecclesia Romana canit de Christi Martyribus: Lux perpetua lucebit Sanctis tuis, & æternitas temporum, hæc quies, hæc voluptas est, post labores & vigilias non diuturnas.

In cælo perpetua lux cum quiete.

5. Basiliscus;

Quintò, per Basiliscum monstratur à veteribus ÆTERNITAS. Animal hoc omnium venenatissimum est, & solum, ait Horus Niliacus, humana vi manûque interficari nequit. Imò tam virulentum est, ut herbas necet solo afflatu, animalia cetera fuget vel sibilis suis, aves conticescere faciat quàm primùm a de se auditur. Refert Ælianus in Africa solitudine jumentum defecisse, & ad illius cadaver, velut ad convivium complures serpentes convenisse, at solo basilisci sibilo fugatos, arenis sese abdidisse. Æternitas quæ vel in gaudiis, vel in tormentis erit, à nullo præcidi, minuique, multò minus tolli aut declinari poterit. Nec mirum si omnes, quibus est integratio, perterrefaciat vel leviter cogitata. Infinita sunt hujus basilisci volumina, immensi & involubiles gyri orbésque. Heu tremèdum draconem! Hic ad nos paululum divertamus. Fit nonnunquã, cum in semet fecerit quispiam, & instituentæ confessioni conscientiam rimatur, ut copiosos serpèum nidos, & tota viperarum agmina reperiat, mireturque secum ipse; Et quæso unde tantum veneni in meo pectore, unde tot pingues cohubi; tot gravia, tot mortalia peccata? unde tantus lacertulorum exercitus, unde tot fœdæ & libidinose cogitationes: horreo ipse tam numerosam pestem. Ne mireris, causam rei facillè pandemus. Generandis serpenti-bus valde aptus est locus & humidus & neglectus, en, duplex causâ, & humor loci, & negligentia eorum qui curare debent. Idem profusus est in animo humano: si pleraque omnis cura impendatur corpori, delicatè id tractetur, laurè nutriatur, epulis saginetur, voluptatibus mulceatur; animum, incolam illius, in humido habitare fatendum est. Si jam accedat incuria & neglectus divinatorum, vix ulla salutis ratio habeatur, modò saluum corpus, modò corpori bene sit, quidquid fiat animo; si deinde confessio sit rara, & ferè perfunctoria, quid mirum plurimos hic nasci serpentes, plurimas reperiri letales noxas? At, ô bone Christiane, immitte pectori tuo hunc basiliscum, admittè cogitationem de ÆTERNITATE, & senties paulatim evanescere vitiosas has bestias. Fateris ipse cor tuum scaterere his anguibus, signum ergo est te rarè hactenus aut nunquam de ÆTERNITATE cogitasse. Emenda, & vel jam incipe assidue illud in animo volvere: *Momentaneum quod delectat, æternum quod cruciat.*

Duplex causâ generandorum serpentiũ, & in animo humano peccatorum.

6. Antrum,

Sextò, in hunc denique modum pingebatur ÆTERNITAS: Antrum statuebatur ingens, formidabile, hoc

A circumplexu suo cingebat serpens, & in revolutione istâ caudam sibi admordebat. Ad antri dextram stabat juvenis, amœni & floridi vultus, arcum dexterâ & duplices sagittas, levâ citharam gerens. Huic in ipso antri aditu senex seder' oppositus, & ardentum in tabellam vultum desigens scriptitat, si quid vel cælestis globi motus, vel aditans juvenis diceret scribendum. Ad levam hujus spelæi matrona seder' exercitate vultu & cano capite. Ad ostium specus quatuor sunt gradus, alius alio altior, primus ferrens, secundus æneus, argenteus tertius, aureus quartus. In his ludentes & vagabundi pueruli oberrant, lapsus & periculorum securi. Hæc pictura est, picturæ sensus est iste: Antrum ÆTERNITATIS incomprehensibilitatem significat; vipera in orbem replicata, Tempus; juvenis Deum, in cuius manu cælum, terra, inferi: terra & tartarum tela Numinis excipit, cælum citharam dumtaxat novit & gaudia; senex ille fatum, seu, quod Deus ab æterno effatus est, femina Naturam; distinctas ætates & sæcula, gradus distincti. Puelli per gradus discursantes, res creatas designât, maxime hominem in rebus suis salutis ludibundum, & in ipso ÆTERNITATIS ingressu jocantem. Eheu mortales, diu fati lusimus in ipsis summis periculis; Æternitati proximissimus, in illius aditu consistimus dum vivimus. Levissimo mortis impulsu sit, & jam in totâ sumus ÆTERNITATE. Non opus est ut mors magnis viribus in nos pugnet aut longo tempore: momento præcipitatur, & è gradibus istis devolvimur in ÆTERNITATIS Oceanum. Cogitate, vos qui in gradibus his luditis, & omnia alia quàm ÆTERNITATEM cogitatis, forsân hodie aut cras in illâ futuri.

II. Arcanus scripture sensus aperitur

C Aput hoc de picturâ & typo ÆTERNITATIS, facta pagina divinâ veritate non incommodè interpellabit. Nabuchodonosor rex Babylonius, cum tres Hebræos juvenes impia jussu detrectantes, in accensam fornacem conjici jussisset, flamma super fornacem effusa est cubitis quadraginta novem. Res omnino miranda nec sine certo mysterio. Ecquis rapacissimæ flammæ volatilem altitudinem tam accuratè mensus est, quis ille ascendit, & mensuram regulam applicuit, & cubitos non quinquagenos, sed novenos tantum supra quadragenos deprehendit? Neque verò ita loqui soleamus, sed viginti, triginta, quinquaginta numeramus, etsi paulò plures sint aut pauciores quos numeramus. Hic unicus cubitus ad quinquagesimum numerum deesse dicitur. Mysterium hic est & arcanus sensus. Numerus quinquagesimus Iubilæum olim significabat: at flammæ in Orciniana illâ Babylonîâ, etsi supra omnem modum tam in corpora quàm ipsas etiam animas sæviant, & immane quantum supra omnes hujus vitæ cruciatum excresecant, nunquam tamen eò pertingent, ut Iubilæi gratiâ attingant. Apud inferos Iubilæum nullum est, nulla venia, tormentorum finis nullus. Nunc illud Iubilæum est, non singulis tantum centenis aut quinquagenis annis, singulis diebus est, singulis horis, momentis. Una pars horulæ veniam nunc impetrare potest, quam non potest tota illic ÆTERNITAS. Una jam diecula plus debitorum potest dissolvere, quàm in lustralibus ignibus ipsi toti anni, aut sæcula.

Huic & aliam divinæ paginæ explicationem addamus. Cum Jordanem Dei populus transiret, aquæ inferiores in mare solitudinis (quod nunc vocatur mortuum) descenderunt, usquequo omnino deficerent, & Ecclesiasticus: *Est, inquit, qui multa redimat modico pretio. Duo hæc testimonia scripturæ conjungit Galfridus & super iis sic disserit: Si peremmis tibi amaritudo debetur, & evadere potes, percipiens temporalem, magna utique parvo pretio redemisti. Fateor, mare est in quo navigas, sed mare mortuum, & quantas gratiarum actiones debes Deo, quod mare*

Levissimo mortis impulsu sumus in æternitate.

Cur flammâ deaurat 49. cubitis effusa.

10f. 3. Eccli. 10. Claveat. in Cant.

Adversa hujus vite mari mortuo, eterna vero supplicia mari salso comparata.

mare salsum, insanum intransmeabile mernerat, & ecce illud tibi mari mortuo miserabiliter commutavit, utinam per mare mortuum ad terram viventium valeas pertransire. Comparat hic scriptor omnia hujus vite adversa mari mortuo, æterna verò supplicia mari salso & intransmeabili. Nemo utrumque evadit, aut hoc aut illud navigandum est. Quid agis, ô homo, (exclamat D. Chrysothomus) calum paras ascendere, & interrogas ne qua tibi difficultas occurrat. Quidquid faciamus, hoc mare mortuū transcendendum est; penes nos est an in tranquillum portū beatitudinis appellere velimus. Fons sapientia, verbum Dei in excelsis, & ingressus illius mandata eterna. Per mare hoc mortuum, in regionem vivorum, via alia non patet, quam via mandatorum Dei. Oraculum liquidissimum habemus: Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Per hos fines aditur Æternitas. Quid si ab hujus ævi Theologo quaeratur: Quid est ergo æternitas? Est circulus (dicit) in se recurrens, cujus centrum SEMPER, circumferentia NUNQUAM, hoc est, NUNQUAM FINIRI. Quid est Æternitas? Est orbis undique rotundus, sui que similis, in quo non est principium nec finis. Quid est Æternitas? Rota que semper volvitur, & volvetur in omne volubilis ævum. Quid est Æternitas? Est annus jugiter revolvens, qui ubi moritur & occidit, ibi & renascitur rursū que oritur. Quid est Æternitas? Fons jugis, in quo per mæandros aquæ ad suam semper restuunt originem, ut iterum fluant. Quid est Æternitas? Perennis scaturigo, juges emanans aquas, sed aquas vel benedictionis suavissimas, vel amarissimas maledictionis. Quid est Æternitas? Labyrinthus innumeris sese gyris intorquens, qui ingressos perpetuò circumducit, circumagat & perdit. Quid est Æternitas? Est abyssus spirarum & revolutionum; est spira semper gyrans & circulus in immensum. Quid est Æternitas? Anguis orbicularis in se reflexus, caudam ore complectens, qui in sui fine rursū semper incipit, & incipere nunquam desinet. Quid est Æternitas? Est duratio semper præsens, est unum perpetuum NUNQUAM, quod non transit in præteritum, aut futurum. Quid est Æternitas? Est ævum ævorum, ait Dionysius, quod non interit, sed eodem modo semper se habet. Quid est Æternitas? Est principium sine principio, sine medio, sine fine. Est iuge interminatum, semper que inchoans principium: in quo beati beatam vitam continuò auspicantur, novisque voluptatibus perpetuò affluunt: in quo damnati semper moriuntur, postque omnem mortem mortisque luctam, rursū jugiter mori & cum morte luctari incipiunt. Quamdiu Deus erit Deus, tamdiu beati erunt beati, tamdiu regnabunt & triumphabunt; tamdiu damnati infandum ardebunt & clamabunt; cruciamur in hac flammâ, cruciandi & torquendi Æternum.

Eccl. I.

Cornelio de Lapide. Quid est Æternitas?

Cap. 10. de divinis nominibus.

Quamdiu beati erunt beati?

De quo Ledius Neap. Cyprius episcopus in vita S. Joannis Eleemosynarii c. 26. interprete Anastasio S. R. E. Bibliothecario.

Troili febris remissa.

que epulis Troilus domi dormire cepit, & suaviter meridiari. Vidit hic per somnium amplissimas ædes, & in illarum fronte super januam titulum: Mansio eterna, & requies Troili Episcopi. gaudet somnians, sed mox aliud videt & dolet. Adest qui adductis secū operis seridū impetans: Tollire, inquit, hanc ædium inscriptionem, & istam ejus loco suffigite: Mansio eterna, & requies Joannis Archiepiscopi Alexandria, empta libris triginta argenti. Horruit ad somnium istud Troilus, nec vanū esse voluit, & ex avaro atque immiti, multò liberalior in egenos præsertim, evasit. Hoc illi vel in somnis Æterna illa mansio visa persuasit.

O beata mansiones, & idèò beata, quia æterna! Quæ cupit Christus ut tabernulas nostras, & tuguriola brevè ruitura fastidiamus, illas amemus, ad illas properemus MANSIONES ÆTERNAS: In domo patris mei, inquit, mansiones multe sunt: nemo hinc arceatur nisi à seipso: locus neminem excludit, longè quæ amplissimus; tempus nemine expellit, mansio illic est, & quidè MANSIO ÆTERNA.

O æternæ, misericors Deus! ô æterna veritas! ô vera charitas! ô chara æternitas! ce citati nostræ sic medere, ut è præsentibus & brevibus erumnis agnoscamus futuras, horribiles, æternas pœnas. Duc nos & doce nos, ut bona peritura sic possideamus, ne amittamus æterna: commissas noxas sic lugeamus, ut supplicium evadamus æternum; sic nos geramus in hospitio, ne MANSIONIBUS ÆTERNIS excidamus; sic progrediamur in viâ, ne repellamur à patriâ.

CONSIDERATIO II.

In quibus natura representet Æternitatem.

Æternitatem ergo agnoverunt etiam idololatræ, idololatræ qualemcūque illam, quam & per certa signa descripserunt, Deus enim illis manifestavit, ita ut sint inexcusabiles. Quamto jam commendatior debebit esse hæc cogitatio Christianis, quibus æternitas aliter longè meliùs depingitur, propter quod inexcusabilis es, ô homo, quisquis saluberrimam hanc Æternitatis memoriam etiam monitus, tradis tamen securæ oblivioni. Sapè tibi in oculis sunt annuli & circuli, spherulæ & globi, fellæ & sessorii lectuli, sol & luna oculis identidem incurrunt. Et hæc aspecta Æternitatis tibi memoriæ ingerunt. Sed & Natura ipsa, bona mater, ea in publicum proponit, quorum aspectu auditūque ad Æternitatem meditantiam invitatis.

Memorat Solinus, Arcadiæ lapidem (Asbestos dicitur) tibi flammæ semina cœcepit, continuis pœnè ignibus ardere. Idèò in delubris olim & sepulchris ex illo lampades cœcinnabantur. Cujus etiam D. Augustinus meminit. Addo Plinium, Volateranum, Dioscoridem, plures alios qui mira referunt de lini quodam genere. Variè hoc nominis est, nam Asbestinum, Carystium, Indicum, sed & vivum vocatur. Hoc igni non tantum non consumitur, sed lavatur & extergitur. Idèò Regum aliquot cadavera rogis injicienda & cremanda, tali linteo fuerunt obvoluta, vitandæ confusio cinerum, & his ab illis distinguendis. Ex hoc lino matile habuit Nero, quod contra gemmas atque aurum pretiosum æstimabatur. hoc lino En tibi ducem & magistrâ naturam, que digito id monstret quod suam in ignibus mortem non reperiat. Ita damnati omnes ardebunt, & non desagrabunt, urentur perpetuū, & nunquam consumentur, quærent in his flammis mortem, non reperient. Rectè Amandus exclamat: O va æternum, nunquam suam habiturum! ô suis sapientia. ne sine, mors gravior omni morte, semper mori, & non posse unquam emori. Ita divinus Isaias: Ignis eorum nunquam extinguetur. Et Apocalypticus ille angelus: Desiderabunt mori, Apoc. c. 9. & mors fugiet ab eis.

Salamandram in ignibus vivam aliquanto certè tempore durare posse, præter Aristotelem, Plinium, Galenium, Ælianum, Dioscoridem, etiam D. Augustinus credit.

III. Æternitatis locus, cur mansio dicatur?

Alexandrinus Pontifex Joannes, summæ pietatis vir, ægros visebat sapiens, socium habebat quâdoque Troilum Episcopum, numotū magis quàm egrotorum amantem. Huic in aurè insuffurrans Joannes: Amabo, inquit, frater; amicos Christi juvenus. Callidus ad hæc Troilus, & animi morbū vafre dissimulans, pecuniâ omnem, quam tunc servus rebus emendis aliis secum ferebat, egenis dari præcepit. Nec ita multo post febriculâ cœpit tentari, quam ei creavit avaritia. Audiit hoc Alexandrinus Patriarcha, & morbi causam, que erat, facile conjecurâ affectus, tantundem argenti, quantum nuper inter ægros distribuit, secum ipse ad febrilentem attulit, & producto non nihil sermone: Jocabar, inquit, nuper, & te stipem ægrotis rogabâ, cum ea servo meo deesset, & en bonâ fide mutuos philippeos refero, & gratias ago. Vidit Troilus præsentem monetâ, & mox docilis illa febris remittere, & æstus mitigari, & omnia jam meliùs habere, itaque & ad prandium valentior surgere, & unâ ire ad mensam: secundum meridiem finit-

didit. Frigidiffimum hoc animal est ex imbribus natum; sol & siccitas mors illi sunt, hinc in flammis, Plinii sensu, perinde ut glacies durat. E pelle illius lychni sunt perpetuis lampadibus instruendis. Bonus Deus qui Salamandram è terrâ & luto producit, formavit & hominem ex eodem scilicet auro, sed naturâ longè nobilioris; *Minauit eum paullo minus ab angelis*: certè, idem illi quod angelis regnum assignavit, post vitæ tirocinium habitandum. Sed homo cum in honore esset, non intellexit; comparatus est iumentis inspicientibus, & similis factus est illi. Suâ ipse malitiâ talem se fecit Salamandram, quæ cit se Salamandram in flammis æternis, seu viveret semper, seu semper moreretur. In igneis illis inferorum ergastulis omnia æterna sunt, sex tamen præcipuè ista.

I. Quenam apud inferos sunt æterna

1. Damnaturnatus. **D**amnaturnatus, nec seipsum ullus poterit interimere. *Quærent mortem & non inveniunt eam.* Imò hoc ipsum moriendi desiderium, quod scient nunquam explendum, ingens illis tormentum erit.

2. Carcer. Carcer ipse æternus est: ruere non potest, non effringi, non suffundi. Montibus atque rupibus obsertatus est. Hæ seræ atque repagula nimium firma sunt, nulli concessura egressum. Si quis damnatorum ante iudicii diem inde ad nos commet, Deo id permittente fit, sed suos ille secum inferos circumfert, & cruciatu non immunis. Occurrit hîc duorum Theologorum disputatio non vana, de situlo cœque corporum apud inferos; illorum alter Geometer simul non rudis, in hunc ferè modum diserebat: Certum est è Christi ore maximam hominum partem damnandam, ita ut beatorum pauci sint futuri, ad incredibilem illum numerum damnandorum. Veritatis verba sunt: *Intrate per angustam portam, quia lata porta & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, & Multi sunt qui intrant, per eam, quàm angustam portam, & arctam via est, quæ ducit ad vitam, & Pauci sunt, qui inveniunt eam* I Quælo te, creditur ne hoc in mundo? num hæc Christi verba esse censentur? Sed ad intritum: terræ medium & centrum, inferorum sedes est, & quæ possit hæc (enimvero dicemur) tot millionum hominum satis capere, nisi dicamus corpus illic à corpore penetrari? non hoc necesse est, ait alter, sed erunt sicut haleces in dolio, inter quos arctè compressos sal tantum medius est, ita inter damnatos ignis, aut erunt sicut lateres in calcariâ fornace; alter alteri hæret, flammæ vis omnes penetrat. Divina scriptura clarè asseritur, aliâ tamen similitudine: *Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos.* Non erunt ut oves in pascuis, sed ut in macello jam jugulata, & in cumulum unum projecta. Ergo & damnatorum locus æternus.

3. Ignis. Non minus æternum est Ignis ille nullis unquam sæculis extinguendus. Christus apud Matthæum nimis quam clarè præmonet: *Discedite à me maledicti in ignem æternum.* Audis? **ÆTERNVM.** Hunc ita divina suscitavit nunquam sopiendum; Isaias attestatur: *Flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam, nocte & die non extinguetur, in sempiternum ascendet fumus ejus.* Pariter relata sunt, inquit Augustinus, hinc supplicium æternum, inde vita æterna: dicere ergo, vita æterna sine fine erit, supplicium æternum habebit finem, valde absurdum est. **Quis canctabitur plenè converti?**

4. Vermis. **Æ**què ac cetera æternum Vermis est, & conscientia ob præteritam vitam afflictissima & desperatissima. *Vermis eorum non moritur,* prædicit Isaias. Hoc olim poetæ è sacris litteris in fabulas transtulerunt; quid enim aliud Virgilius ille Tityus, qui quotidie advolanti vultu jecur præbet erodendum ac lacerandum, quodque proximâ temper nocte in novam lanienam renascitur: quid hoc aliud nisi vermis iste, & conscientia perpetuis moribus discerpenda.

5. Ad eandem spectat æternitatem gehennæ sentina. **Judicis** ultima, & omnium novissimum judicis Christi decretum, tum, decretum heu irrevocabile, immutabile, æternum. Nulla ab hoc ad alium judicem appellatio, aut provocatio, nulla quæ apud Iurisconsultos replica aut triplicia, revisio nulla, nullæ comprehenditiones, aut induciantio. Quod semel hujus judicis ore pronuntiatum, revocari non potest in omnes omnino æternitates. Mater nostra Romana Ecclesia fideliter nos monet, sepiusque illud occinit: *Peccantem me quotidie, & non me penitentem, timor mortis conturbat me, quia in inferno nulla est redemptio, nulla, nulla; sed æterna desperatio.* Sanguis Christi, etiam recens fusus in Golgothæo monte, & ad satisfaciendum efficacissimus, ad damnatos tamen non pertingit. *Si jugum Domini, inquit Bernardus, jugum penitentis, suave non creditis in seipso; vel hoc non ignoratis, quia suavissimum est comparatione illius, de quo dicitur: Ite in ignem æternum.*

6. Quod sine caret apud inferos, est pœna damni, quæ vocant, æterna divini aspectus privatio, quæ cum omnibus aliis inferorum tormentis & cruciatibus finem nullum habebit, neque enim hîc ulla esse potest satisfactio. Et quamvis hæc torméta durent aliquot mille milliones annorum, tamen nec unicus quidem dies, imò nec horula, nec momentû quieti & respirationi cœcederet. **Tormé-** In inferno quidem varietas erit & vicissitudo, sed in majorè tormento pœnâ & dolorem. Christus discretissimè præmonuit per rû varietas, Matthæum non semel: *Fili regni ejicientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium, fletus in igne, dentium stridor in frigore & glacie.* Quâ ratione igitur homo tam sui quàm Dei oblivisci, & quomodo aded in peccudem degenerare, imò in saxum & rupem indurere potest, ut cum inexplicabiles illos & infandos cruciatu æternitate totâ duraturus cogitat, nil formidet, non horreat, non sibi ipsi dicat: *Re ipsa in viâ sum ad æternitatem, & forsitan via hæc brevi finietur: in gradibus æternitatis jam sedeo, quovis levissimo impulsu hinc præcipitor, in immensam voraginem. Quod si tam molestum & intolerabile videtur, unica solum nocte vigilantibus & incônvis oculis, in molli tamen lecto, suspirare & gemitæ; ob capitis aut alterius membri, ob dentium aut calculi dolores, cum serû mane vis expectari potest, cum sol in viâ herere creditur, cû nox una videtur hebdomas: & tamen in plumis cubatur, spes est mæstioris diei, solatium & subsidium à medico expectatur. Ah! quid erit ergo in flammis, mille atque mille & iterum mille annis noctes dièsq; vigilare, esurire, sitire, ardere, membris omnibus extremè cruciari, refrigerium nullum, quietem nec minimam sperare, desperare omnia, atque sic ustulari & torqueri per infinitas sæculorû myriadas, & finem horum non tantum nullû esse, sed nec ullum sperari possè. Ibi, inquit Thomas de Christi imitatione, erit una hora gravior in pœnâ, quàm hic centum anni in amarissimâ penitentia. Ibi nulla requies est, nulla consolatio damnatis. O Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tuâ corripias me. Delicta juventutis meæ & ignorantias meas ne memineris. Perii, nisi parcas ô Deus!*

II. Cur gehenna sit æterna.

Hic ad rem nascitur questio à cunctis sciri dignissima, quomodo fieri possit, ut Deus misericors unicuque peccatorum, nihilominus tamen vel unicum letale peccatum, vel momento, vel solâ etiam cogitatione patrarum, justissimè puniat in omnem procius æternitatem, ita quidem ut illud nunquam satis puniri queat, & quotquot annorum millia peragantur, tamen nunquam dici possit: jam satis punitum est hoc crimen, jam satisfecit reus iste, jam cogitationem malignam, quâ Deum offenderat, eluit. Et hæc optimorum Theologorum mens est, solam morosam delectationem

Psal. 8.

Psal. 48.

Homo fe-

lit. Suâ ipse

malitiâ talem se fecit Salamandram,

quæ cit se Salamandram in flammis æternis,

seu viveret semper, seu semper moreretur.

In igneis illis inferorum ergastulis omnia æterna sunt, sex tamen præcipuè ista.

Inferni æterna:

1. Damnaturnatus,

2. Carcer,

3. Ignis,

4. Vermis,

5. Ad eandem spectat æternitatem gehennæ sentina.

6. Quod sine caret apud inferos, est pœna damni,

quæ vocant, æterna divini aspectus privatio,

quæ cum omnibus aliis inferorum tormentis & cruciatibus finem nullum habebit,

neque enim hîc ulla esse potest satisfactio.

Et quamvis hæc torméta durent aliquot mille milliones annorum,

tamen nec unicus quidem dies, imò nec horula, nec momentû quieti & respirationi cœcederet.

Tormé-

In inferno quidem varietas erit & vicissitudo,

sed in majorè tormento pœnâ & dolorem.

Christus discretissimè præmonuit per rû varietas,

Matthæum non semel: Fili regni ejicientur in tenebras exteriores,

ibi erit fletus & stridor dentium, fletus in igne, dentium stridor in frigore & glacie.

Quâ ratione igitur homo tam sui quàm Dei oblivisci, & quomodo aded in peccudem degenerare, imò in saxum & rupem indurere potest,

ut cum inexplicabiles illos & infandos cruciatu æternitate totâ duraturus cogitat, nil formidet,

non horreat, non sibi ipsi dicat: Re ipsa in viâ sum ad æternitatem, & forsitan via hæc brevi finietur: in gradibus æternitatis jam sedeo, quovis levissimo impulsu hinc præcipitor, in immensam voraginem. Quod si tam molestum & intolerabile videtur, unica solum nocte vigilantibus & incônvis oculis, in molli tamen lecto, suspirare & gemitæ; ob capitis aut alterius membri, ob dentium aut calculi dolores, cum serû mane vis expectari potest, cum sol in viâ herere creditur, cû nox una videtur hebdomas: & tamen in plumis cubatur, spes est mæstioris diei, solatium & subsidium à medico expectatur. Ah! quid erit ergo in flammis, mille atque mille & iterum mille annis noctes dièsq; vigilare, esurire, sitire, ardere, membris omnibus extremè cruciari, refrigerium nullum, quietem nec minimam sperare, desperare omnia, atque sic ustulari & torqueri per infinitas sæculorû myriadas, & finem horum non tantum nullû esse, sed nec ullum sperari possè.

Ibi, inquit Thomas de Christi imitatione, erit una hora gravior in pœnâ, quàm hic centum anni in amarissimâ penitentia. Ibi nulla requies est, nulla consolatio damnatis.

O Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tuâ corripias me. Delicta juventutis meæ & ignorantias meas ne memineris. Perii, nisi parcas ô Deus!

II. Cur gehenna sit æterna.

Hic ad rem nascitur questio à cunctis sciri dignissima, quomodo fieri possit, ut Deus misericors unicuque peccatorum, nihilominus tamen vel unicum letale peccatum, vel momento, vel solâ etiam cogitatione patrarum, justissimè puniat in omnem procius æternitatem, ita quidem ut illud nunquam satis puniri queat, & quotquot annorum millia peragantur, tamen nunquam dici possit: jam satis punitum est hoc crimen, jam satisfecit reus iste, jam cogitationem malignam, quâ Deum offenderat, eluit. Et hæc optimorum Theologorum mens est, solam morosam delectationem

Offic. mort. Noct. Resp. 1

Sanguis Christi fusus in Golgothæo monte ad damnatos non pertingit.

6. Pœna damni.

In inferno quidem varietas erit & vicissitudo, sed in majorè tormento pœnâ & dolorem.

Christus discretissimè præmonuit per rû varietas, Matthæum non semel: Fili regni ejicientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium, fletus in igne, dentium stridor in frigore & glacie.

Quâ ratione igitur homo tam sui quàm Dei oblivisci, & quomodo aded in peccudem degenerare, imò in saxum & rupem indurere potest, ut cum inexplicabiles illos & infandos cruciatu æternitate totâ duraturus cogitat, nil formidet, non horreat, non sibi ipsi dicat: Re ipsa in viâ sum ad æternitatem, & forsitan via hæc brevi finietur: in gradibus æternitatis jam sedeo, quovis levissimo impulsu hinc præcipitor, in immensam voraginem. Quod si tam molestum & intolerabile videtur, unica solum nocte vigilantibus & incônvis oculis, in molli tamen lecto, suspirare & gemitæ; ob capitis aut alterius membri, ob dentium aut calculi dolores, cum serû mane vis expectari potest, cum sol in viâ herere creditur, cû nox una videtur hebdomas: & tamen in plumis cubatur, spes est mæstioris diei, solatium & subsidium à medico expectatur. Ah! quid erit ergo in flammis, mille atque mille & iterum mille annis noctes dièsq; vigilare, esurire, sitire, ardere, membris omnibus extremè cruciari, refrigerium nullum, quietem nec minimam sperare, desperare omnia, atque sic ustulari & torqueri per infinitas sæculorû myriadas, & finem horum non tantum nullû esse, sed nec ullum sperari possè.

Ibi, inquit Thomas de Christi imitatione, erit una hora gravior in pœnâ, quàm hic centum anni in amarissimâ penitentia. Ibi nulla requies est, nulla consolatio damnatis.

O Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tuâ corripias me. Delicta juventutis meæ & ignorantias meas ne memineris. Perii, nisi parcas ô Deus!

II. Cur gehenna sit æterna.

Hic ad rem nascitur questio à cunctis sciri dignissima, quomodo fieri possit, ut Deus misericors unicuque peccatorum, nihilominus tamen vel unicum letale peccatum, vel momento, vel solâ etiam cogitatione patrarum, justissimè puniat in omnem procius æternitatem, ita quidem ut illud nunquam satis puniri queat, & quotquot annorum millia peragantur, tamen nunquam dici possit: jam satis punitum est hoc crimen, jam satisfecit reus iste, jam cogitationem malignam, quâ Deum offenderat, eluit. Et hæc optimorum Theologorum mens est, solam morosam delectationem

CONSIDERATIO III.

In quo potissimum Æternitatem suam Romanii veteres collocarint?

Epist. 2. ad Tacit.

Quot modis Romani nominis sui æternitatem ad posterum transmitti posse censebant.

Romani in rebus bellicis & civilibus magni, in artibus & scientiis admirandi.

Augustus suo sumptu ludos fecit.

Theatrum Nero ille vitauit.

Ejusdem gregario militi donatum.

Caligula Imp. mari fecit pontem ad tria miliaria.

Quot Romæ staturæ?

PLINIUS Secundus: Beatos puto, ait, aut facere scribenda, aut scribere legenda; beatissimos verò quibus utrumque. Ita tribus modis censebant Romani sui nominis famæque æternitatem ad posterum transmitti posse. Primò scripserunt, & præclara & multa; sed non præclara omnia, non casta & sancta uniuersa. Nauos etiam suos, turpitudines & libidines chartis commiserunt, viâ ad Æternitatem non honestâ & regiâ, Quot etiam libri, auctores suos moriendo anteverterunt, & ad Platonis animum, similes fuerunt hortis Adonidis, tam citò mortuis, quàm natis: non diu placebant, quæ citò placebant. At vivant sanè Romanorum omnium libri perpetuum, nemo tamen eorum à suo libro aliquid in se vitæ transferre poterit.

Deinde non scripserunt tantùm Romani, sed & fecerunt scribenda, facinora docto ac eleganti calamo digna, & hæc varii discriminis. Siquidem in plurimis æternitatem quæsiuerunt, in nullo inuenisse fides nostra nos docet. Magni fuerunt non negamus, in rebus civilibus & bellicis, domi forisque; admirandi fuerunt in artibus & scientiis, magnifici & effusi in spectaculis & donis, obstupescendi in ædificiis, mausoleis, sepulchris, statuis: exemplo sunt hæc pauca breuissimè perstricta.

Ludos fecit Augustus suo nomine & sumptu vices quater, expensis ærarii vices ter, nullus horum infra quingentes aut millicis HS. iterit. Sunt nostræ monete 2500000. philippeï, seu bis millicis quingenti millia coronatorum; selqui tertius millio. Et hæc tanta pecuniæ vis in unicum tale spectaculum effundebatur: infimus & paucissimus sumptus in singulos ludos ab Augusto editos, erat quingentes HS. ipsi 1250000. philippeï, hoc est, millicis ducenta quinquaginta millia coronatorum.

Nero totum theatrum illeuit auro; omne choragium & instrumenta comica fecit aurea. Accedebant millia seu sparsiones, hoc est, lignæ tessellæ in vulgus spargendæ, quibus inscriptæ totæ domus, agri, fundi, prædia, mancipia, serui, iumenta, argenti & gemmarum sæpe maximus numerus. Harum tessellarum aliquam quisquis exhibuit, mox id accepit quod inscriptio designauit.

Idem Nero gregario militi in donatum numerari iussit centies HS. sunt 250000. philippeï, hoc est, ducenta. quinquaginta coronatorum. Agrippina mater, in mensa hunc tantum pecuniæ numerum expandi iussit, ut, vel sic tacite filii effusionem reprobaret, & cetereretur. Noravit Nero se moneri, & alterum tantum addidit præcipiens; nesciebam, ait, me tam parum dedisse.

Idem Imp. Teridati regi ut hospiti, novem mensibus Romæ agenti, in singulos dies constituit viginti millia philippeorum, sunt quinque milliciones & quadringenta millia coronatorum in totos illos novem menses constituta. Abeunti dedit viaticum, millicis HS. seu duos milliciones & medium. De ædificiis quid memorè?

Caligula Imp. mari pontem fecit ad tria miliaria. Templum Romæ fuerunt quadringenta viginti quatuor, pleraque que magnifica. Domitianus in solam Capitolii inaurationem, ipsos septem milliciones impendit.

In amphitheatri faxeis gradibus commodè sedere poterant spectatorum 87000. in superiore parte per ambibum stare 12000. uniuersim 99000.

Præter plura alia, duodecim publica fuerunt balnea ab Imperatoribus structa, in quibus gratis lavabatur. In thermis Antonini fuerunt è polito lapide 1600. sella, & commodè tot homines simul lavare poterant. In balneo Hætrusci, ait Plinius omnia fuisse argentea, canales, labra, solum ipsum. Sed ad alia.

Romæ tot ferè statuarum fuerunt quot homines. Præter infinitas æreas, marimæreas, eburneas, etiam argenteas &

Aureas. Domitianus in Capitolio aureas habuit ceterum librarum; Commodus & Claudius aureas, harum singulæ mille librarum. Claudius in rostris etiam argenteam habuit. Hinc Præfectus certus, Comes Romanus dicebatur, & multus ei miles, ut tantum statuarum popululum custodiret.

Viâ Appiâ, vir expeditus quinque diebus habuit quod percurreret. Ab urbe Capuam usque protendebatur hæc via, tam lata, ut duo currus obui liberè commearent: tam firma, ut laxi nihil aut soluti appareret, perinde ac si saxum esset unicum. Plures tales fuerunt viæ. Incredendum est quod de aquæ ductibus fide digni scribunt: Claudius Imperator impendit in aquæ ductum septem milliciones auri & medium. Sexcenti homines alebantur tuendis tantum aquis. Hæc certè magna, & quædam ob nimium luxum reprehendenda. Fuit tamen quod ædificia illa splendidissima superaret, vix tamen honesti nominis. Cloacas Romæ habuerunt seu subterraneos fornices cum perfluentibus aquis ad evehendas totius civitatis fordes. Cloacarum istarum tam multæ, tam amplæ, & longæ, ut inter orbis miracula non immerito censi possint. De his in specimè satis, quæ ei, scio, minimè sunt incredibilia, qui veterum Romanorum opes & potentiam primoribus labris libavit, & testes audivit Suetonium, Dionem Casium, Plinium, Livium, alios.

Et hæc quidem, quæ commemoravi, ex se laudanda: administratio Reip. tam prudens, quàm & in bellis majorem partem invicti, in scientiis & artibus eximii, virtute quoque illustres fuerunt, ita ut Cyneas Pyrrhi legatus homo facundus & intelligens cum frustra sollicitasset urbem, ad fœdus Romanis non sat dignum, regressus suo regi dixerit: Urbem sibi templum, Senatores reges sibi videri. In his talibus quoque laudandi Romani. Sed in hoc gravissimè & toto celo aberrarunt, quod homines cebar. adeo prudentes omnem suam æternitatem in rebus minimè æternantibus locarint. Si Augustinus Romani ad Æternitatem viæ ductorem delegissent, viam eis multò certiorẽ ad ipsam Æternitatis regiam monstrasset. Neque enim nos, inquit ille, Imperatores eos felices dicimus, qui multos imperii ac vitæ annos, vel victoriæ triumphos, vel fortuna thesauros numerarunt: hæc iis etiam deseruntur munera, quibus nihil juris est ad regnum illud æternum. Et quinam ergo, Augustine, tuo animo felices censendi? Audite Imperatores, Reges, Principes: Augustini sensu vera æternæque felicitas à vobis obtinebitur, observatione legum istarum:

Lex 1. Injustitia. Iuste imperare: omnem iniustitiæ fucum & pigmenta odisse.

2. Modestia in sensu. Tor honorantium & salutarantium linguis non extolli, sed meminisse hominem se esse.

3. Dei timor & amor. Ad Dei cultum maximè propagandum, humanam potentiam omnem Majestati divinæ famulam facere, timore Numinis & amore.

4. Celi desiderium. Ardentiùs amare regnum illud æternum, in quo postestatis consortes nulli timentur.

5. Ignoscendi facilitas. Ad veniam pronum & factile esse, tardum ad vindictam, & illam solam quâ tuendæ Reip. poscit necessitas.

6. Misericors liberalitas. Asperiora decreta, misericordix lenitate, & largitate beneficiorum temperare.

7. Continentia. Luxuriam, quantum esset liberior, tanto castigatorem habere.

8. Moderatio affectuum. Malle in affectus pravos, quàm in quasvis gentes dominari.

9. Sub-

Via Appia ad Capuam usque protensa.

Cloacæ Romæ fuerunt ad evehendas totius civitatis fordes.

Cyneas Romanum templum, Senatores reges sibi videri dicebat.

Lib. 5. de Civit. Dei cap. 24.

Regulæ observandæ ad veram felicitatem obtinendam.

9. *Submissionis, & orationis studium.*

Hęc omnia non inanis glorię, sed æternę felicitatis studio facere: nobilissimum submissionis & orationis sacrificium nunquam negligere.

Ditto lib. de Civit. Dei. Has leges Augustinus ipse, ad mundi valvas suffixit, velut omnium Principum illustre speculum. Nunc vos ð Romani, quantum à janua hęc legum aberrastis? ut taceam pro uno fernē innumeros Deos in veneratione apud vos fuisse. *Roma sibi magnam videbatur assumpsisse religionem, quod nullam respuebat falsitatem, & cum penē omnibus dominaretur gentibus, omnium gentium serviebat erroribus.*

Sed ut hęc silicam omnium, quām vanum illud & ridiculum, omnem suam æternitatem post se relinquere velle in membranis & chartis, in marmoribus & faxis, in amphitheatris, pyramidibus, sepulchris ac mausoleis.

Romę penē idem quod Hierosolymis contigit. Et ubi nunc faxea hęc est æternitas? Romę penē idem quod Hierosolymis contigit. Apostolorum unus magistro Christo structuram Hierosolymę templi demonstrans: Magister, ait, aspice quales lapides & quales structurę? respondit Christus: *Vides has omnes magnas edificationes? non relinquetur lapis super lapidem qui non destruetur.* Ita nihil æternum in hoc orbe. Et ubi nunc verus urbs Roma? queritur: & dici potest, hęc fuit. Ubi qui eam edificarunt? perierunt omnes; nec cineres eorū novimus. Et nos ipsi eadem hęc viam sequemur, post aliquot annos umbra, pulvis, nihil. Heu res mortalium vel maximorum parvę! heu validissimorum instabiles! quid enim illa omnia nunc, ubi sunt? evanuerunt. Ubi supra fidem cumulata opes? defluerunt. Ubi cęlo certantia opera? non apparent. Sic cuncta quę nobis magna sunt, umbra sunt & somnium, si cum æterno & æternitate comparetur. Debile nimis & ex lato fundamentum est, super quo tota vanescentis glorię fabrica extruitur. Non ita faxis & marmoribus æternitas insculpitur. Rectę Laetantius: *Mortalia sunt opera mortalium.* Babylo-

Mortalium opera sunt mortalia. nem, Troiam, Carthaginem, Romam fuisse credimus: oculis fidem quod faciat, vix cadaveris pars superest. Ita septem orbis miracula, sic aureum Nerōnis palatium, Diocletianę theatrę, Antoninianę balnea, Severi Septizonium, Collissæum Iulii, Amphitheatrum Pompeii, vix sui vestigium & nomen in libris reliquerunt, & hoc quām diu?

I. *Quantum Romani à verã Æternitatis viã aberrarunt.*

Lug. c. 1. **N** Azarethi in arcano sanctissimę Virginis conclavi mentionem injicit angelus de regno, *cujus regni non erit finis.* Tale non fuit Salomonis, quod quadringentis tantum annis duravit, usque ad cladem Babyloniam. Tale Romanorū non fuit, sed nec Persarum, nec Gręcorum fuit tale. Ubi enim nunc regna illa sunt, olim florentissima? Ubi antiquissimę illę monarchię? Quantus olim Nabuchodonosor in Chaldęa & Syriã, & post hunc Balthasar? Ab his in Persiam migrarunt sceptras & Mediam ad Cyrum & Darium. Nec hęc diu perman-

Alexandro Macedoni ubi virtus bellica cecidit etiam fortuna defecit. serunt; in Gręciam translata ad Alexandrum Macedonem, magnum Regem & diu bellicosum, diu fortunatum, sed ubi bellica virtus cecidit, etiam fortuna defecit, & hinc in Italiam cum sceptris migravit ad Julium Cæsarem & Octavianum Augustum. At ubi nunc hi omnes? Tu, mi Christiane, regnum quære, *cujus regni non erit finis.* Numantiam, Athenas, Carthaginem, Spartam suos delevit finis; regni, quod supra nos, non erit finis, Rex illius æternus est, æterni incolę. *Dominus regnabit in æternum, & ultra.* In quę verba Origenes: *Putasne, ait, in seculum sæculi Deum regnaturum? regnabit adhuc, vel ultra, & quodcumque dixeris, illud de regni ejus spatii semper tibi propheta dicit: Et adhuc, sive ultra.* Et nunc, inquit Isidorus, regnum hoc sempiternum, immensum ex omni parte beatum, omni generi hominum promissum est, & tamen de illo altum inter nos silentium est.

Isidorus Clavus,

A Quorū enim quisque est, qui vel minimam diei particulam in hoc seculo expendendo impendat? de hoc commemorat? hoc uxori, hoc liberis, toti hoc familię inculcet? alia omnia garrimus; cęli vix ulla est mentio, aut certę rarissima. In laudando natali solo plerique omnes disertis sumus; nostram illam verissimam patriam laudare panē erubescimus. In eam nimirum pię colloctionis defuetudinem multi deveniunt, ut, nisi sterilissimas nugas, subinde etiam lascivas spurcitas turgentibus buccis effundant, inurbanos se & infestivos haberi putent. Hoc verē est toto cęlo errare. Æternis inluandum est corde, & ore, cogitibus & colloquiis, nec ulla speranda est vera gloria, nisi æterna.

Hebręi proceres, ut contra Christi potentiam, ad politicam illam æternitatē, viam sibi sternerent, si quętem senatum adesse jussissent, & solidissimā prudentia, quod maxime metuebant, in caput suum decreverunt. De his in frequenti curiã deliberantibus eleganter Augustinus: *Pontifices, inquit, & Pharisei sibi consulebant, nec tamen dicebant: Credamus. Plus perlit homines cogitabant, quomodo nocerent ut perderent, quām quomodo sibi consulerent ne perirent. Et tamen timebant, & quasi consulebant, dicebant enim: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent nostrum locū & gentem. Temporalia perdere timuerunt, & vitam æternam non cogitaverunt, ac sic utrumque amiserunt.* Ita sit, hęc nostrarum cogitationum vanitas est & affectatum ludibrium. Et qui sumus nos? quę sunt nostrę? Hodie floremus, commendamur, placeamus, cras flos languescet, displicebimus tam iis, quibus hactenus placuimus, quām Deo cui nunquam placere studuimus. Cælum negligimus, terram non retinemus; Dei favorem non acquirimus, mundi perdimus, hinc & hinc deploratissimā orbitate miserii. Si mors parceret felicibus in hoc orbe, reperirent fortasse hęc quandam gloriam, quandam, inquam, nam vera nulla est, nisi quę in cęlo & æterna: sed nulli mors parcit; in tenebris semper videt, nec videtur, expectat ut ex insidiis incautos invadat. Quò deducet, si malę viximus? ad fœvę regna Proserpinę & judicantem Æacum. Ibi neminem liberabit nobilitas, neminem teget potentia, neminem eripiet hominum applausus, sed solius domini favor & gloria illa, quę per glorię fugam comparata est. Non est vera gloria, nisi æterna.

Ioan. c. 11. v. 47. *Trist. 4.9. in Ioan. sub fin.* *Ioan. c. 11. v. 48.*

C Hebręus Sapiens, Sapientiam reginam depingit, quam pone comitantur duę famulę, dextrã ÆTERNITAS, lævã Gloria. Nullius est fœtū Gloria, si absit Æternitas, quam nos Christiani expectamus: *manentem in calis.* In memoriã æterna erit iustus. Stipem, mi Christiane, das pauperi, inhiant gule subducis escam, castitatis hosti resistis; non grandia sunt hęc opera, nec multi temporis; facti tamen memoria, sed & merces erit æterna.

Prov. 3. Duę famulę læ Sapien-tiã, Æternitas, & Gloriam. Quantillum Magdalena Christi pedibus impendit, quām citò id obsequii perfecit, & tamen orbi universo innotuit. Alitalia in Magdalena suspexissent, roseam oris pulchritudinem, blandam formę venustatem, æcennum juventutis florem; raram gratiam, opes magnas, favores maximos, gratam affabilitatem, festivos applausus: nullam hęc ei laudem, sed dedecus compararunt. At officium vel pedibus præstitum, cleemosyna non grandis, æternam illi gloriam, immortale nomen conciliarunt; *predicabitur in toto mundo,* Christo teste. Non fuit opus hoc incisum marmoris, non ære Cyprio efformatum, non ad tubas & tympana proclamatum, tamen hactenus duravit, durabitque æternum, & *predicabitur in toto mundo:* si actionem spectes, reprehendit eam avarus œconomus Iscariotes, culpavit & turgidus Phariseus Simon; si materiam, unguentum erat

Ioan. c. 11. v. 47.

Trist. 4.9. in Ioan. sub fin.

Ioan. c. 11. v. 48.

Mors expectat ut ex insidiis invadat.

Prov. 3.

Ad Heb. 13.

Matt. 24.

Magdalene Christi pedibus impensum unguentum universo orbi innotuit.

erat, ut summum 30. aureorum; si locum, privatus; si testes, pauci; si personam, infamis femina; & tamen *predicabitur in toto mundo*. Quor Imperatores victrices aequilas in hostium castris plantarunt? Quor bellicosi duces numerosissimos exercitus laudabiliter administrarunt? Quor providi gubernatores amplissimos populos sapienter rexerunt? Quanti reges, insignia, statuas, castra, civitates condiderunt? Quor viri eruditi omne cerebrum in novas inventiones, per calamum instar chymicorum distillarunt in chartas, ut inter memoriâ dignos reponerentur, qui tamen silentii nocte & oblivione involuti jacent. At opus iusti unicum, æternam cõfert memoriâ, ab omni vetustate & invidiâ immune, à sapientibus, ducibus, regibus, Pontificibus reverentiâ & silentio, auditur, legitur, *predicabitur in toto mundo*. Solum itaque bene & vivere & mori, via est ad æternam immortalitatem. Itē nunc mei Romani, & æternitatem in statuis & marmoribus querite, nunquam repereturi. Ego potiùs optem & malim quod D. Hieronymus in rebus gestis Pauli Eremitæ optans: *Hieronymi peccatoris, ait, meminertis cui si Deus optionem daret, præferret tunicam Pauli, malletque eam cum meritis suis, quam purpuram regum cum suis regnis*. Nos Christiani ne pecuniæ nostræ jacturam faciamus, versuram facimus: imò ante nos in alium orbem præmittimus, cælum illam recipit: & hoc tutò fit, & à fidissimis tabellariis eò deferuntur: sed non aliis quàm mendicis, & pauperibus. Pauca illis damus & vilia, pro his in cælo maxima recepturi. Ita Christus promisit & præcepit: *Ergo dico vobis, facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula*. Sed à Romanis ad alios transeamus.

II. Melior priore ad Æternitatem via.

Darius, clade suâ notissimus ille rex Persarum, in exercitu suo decem millia Persarum habuit, quos immortales vocavit, ideo (uti Cælius Rhodiginus explicat) non quòd planè nunquã morerentur (ubi enim illi tales?) sed si quis horum aut nece aut morbo numerum minuisset, confectum substituebatur alius, nec unquam plures erant paucioresve decem millibus. Ita & Darius immortalitatem aliquam & muneris æternitatem confixit, sed brevis admodum hæc fuit, Dario, totoque ipsius exercitu funditus pereunte. Dario Medo precantur olim satrapæ: *Dari rex in æternum vive*. Ah! quàm inane hoc votum; & quàm curta hæc est Æternitas! annis septuaginta, aut octoginta summum vivimus, æternum tamen nos vivere inter somnia optamus. Non immeritò certè Xerxes, qui ex Asiâ subjugandâ Græciæ (Herodotus narrat) duos exercitus terrâ marique secû eduxit, nimirum ter & vicies centena millia, septedecim millia, sexcentos, exceptis iis, qui militi servierunt; hos omnes cum è monte prospiciens oculis obiret, in lacrymas solutus hoc aspectu, idcirco se flere dixit, quòd post 50. aut 60. annos è tot centenis millibus vitis tam robustis & selectis, vix ullus esset superstes futurus.

Æternitatem nescio quâs fingere nobis possumus, interea tamen omnes morimur & quasi aqua dilabimur in terram.

Alius & melior beatæ typus Æternitatis excogitatus est Constantinopoli. Anno post parientem Virginem 459. Ecclesia Constantinopolitana ævo Gennadii Episcopi, aucta est novo & nobilissimo D. Ioanni Baptiste sacro cœnobio Acemetarum, hoc est, insomnium, qui iuges & pervigiles diu noctûque laudes Deo concinere consueverant, hac ratione: Cœnobitæ omnes in tres classes divisi sunt, ut ita, cum prima classis partem aliquam divinarum laudum finiisset, secunda ordiretur, secundâ quoque finire, tertia inciperet. Ex hoc pio instituto suum aliquod cælum urbs habuit: sic illic representata cœlestis Æternitas, quâ totâ Deus si-

ne ullo fastidio & nausæa inter summas voluptates latibatur. Quàm jure exclamat divinus Psaltes: *Beati qui habitant in domo tuâ Domine, in sacula seculorum laudabunt te*. Omnium tunc beatorum vox erit, quæ olim in rupe Taborejâ Petri fuit: *Bonum est hic nos esse*. Nam uti Divus Bernardus in Cantica: *Opulentia*, inquit, *multa nimis est Æternitas*. Sed & hoc addit: *Æternitas, nisi perseveranter questita non invenitur*. Sed à te beatissime Bernarde, illius querendæ modum flagitamus. Audite igitur Patris optimi documentum: **PAUPER-TATE**, **MANSVETVDINE**, **FLETU** renovatur in anima similitudo quedam & imago Æternitatis omnia tempora complectentis. **PAUPER-TATE** meremur futura: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum*. Ubi pauperes spernuntur & deseruntur, ubi cor unâ cum pecuniâ in arcâ concluditur; ubi numi ad avaritiæ regulas expenduntur, ibi paupertatis affectus & amor nullus est, sed nec ullus æternitatis. **MANSVETVDINE** verò præsentia nobis vindicamus: *Beati mites, quoniam hereditabunt terram*. Querat hic quispiam, quid homo ille in quo nihil est mansuetudinis aut patientiæ, è quo vix unquam mitius verbulum auditur, quid tandem lueri habeat è suâ illâ intrastabili impatienciâ, quid illi commodi ferat toties indignari, latrare, fremere, vociferari, tumultuari, omnia velle pessumdare, neminem vel paullò humaniùs affari? certè aut bonorum talis jacturam paritur aut famæ; frequenter utriusque. Nam quod habet opum, non possidet, sed custodit ut molossus, cuius est tantum allatrare, invadere, mordere famam, si quam habet; impatienciæ titulo, non auget; cœlum, priusquam habeat, amittit. Demum **LVCTV** præterita quoque recuperamus, quæ prodigè amissum peccando. Sed hic luctus non unius horæ aut diei sit necesse est. Quid enim de filio illo sentiamus, qui matris funus deducit humentibus nonnihil oculis & atro pallio, eodem tamen aut altero statim die, & siccis rider oculis, & pullam vestem in prasinam viridèmq; commutat. Hoc non est ferid lugere, tam brevè finire luctum. Simillimum nos facimus, ah, nimis frequenter: confessione piaculari nos hodie & communionem sacrâ munimur, dolemus peccasse, cras iterum hilariter peccamus; & sæpe gravius priorem vitam detestamur, & tamen revocamus; ejuramus commissa scelerata, & eodem die iterum patramus. Ita eadem omnino lingua, quâ Christum insontem proclamamus, hac cum cruci addicimus, germani fratres Pontii Pilatii, qui non eodemque ore Messiam nostrum & vitâ donandum pronunciauit, & in crucem rapandum: homines proptus instabiles, nec in re ullâ constantiores quàm in vitiosa vitæ consuetudine repetendâ. Heu, plurimum lungè in pectore gestamus. Subinde pietas tam ferid nobis placet, ut nulla pænè hilaritas intercedere tam sanctis officiis possit. Fronte dejectâ & ad omnem remissionem irascente supercilium induimus, sed heu non duraturæ sanctitatis. Mox odisse incipimus hanc ipsam pietatem, & in contrarium acto torrente, reperimus quem omiseramus & luxum & luxuriam. Ita tam faciles amicitiam cum Deo factam solvimus, quam inviti facimus. Dum hæc agimus, ecce tibi revocata pietas adest, tristique potentia lasciviam rursum expellit, donec etiam illius penitentia penitere nos incipiat. Ita rarò contentis studiis probitatis laboriosam imaginem intuemur; levi nutu ad pristinam immundiciam defluimus. Hinc virtutem omnium voluptatum ac vitiorum genera mentis nostræ subijcit, hæc tanta vitæ inconstantia: palam quidem **VIRTUTEM** adorare videmur; intus & in animo operoso cultu deveneramus **VITIVM**. Hæc via ad æternitatem non est, nisi ad illam, quæ meros citicatus & tormenta habet perpetua, maxima.

Sed deligamus è Christianis Catholicis unum aliquem

Opus iusti unicum æternam cõfert memoriâ. Bene vivere & mori via est ad æternam immortalitatem.

Luc. 6. 16.

In quo Darius consti-tuebat æternitatem. Lib. 8. c. 2. Et 1. 2. 5. c. 1.

Dan. 6. 6.

Quis exercitus Xerxis regis.

Et cur fleverit.

2. Reg. c. 14.

Ecclesia Constantinopolitana aucta cœnobio Acemetarum.

Ser. 2. de Omn. Sctis.

Modi tres querendi æternitatē.

1. Paupertas.

2. Mansuetudo.

3. Luctus.

Fratres Pontii Pilatii qui

Virtutem palam adorare, & intus vitivum devenerat quæ via

quem corporis voluptati deditissimum, deducamus ad succensum & flammis tumultuantem furnum, & ex eo hunc in modum queramus: Quantum tibi voluptatis deposcis pro eo, ut in hoc furno diem unum nudus consumas? respondebit indubiè: Non rotum ego mundum, non omnes mundi voluptates mercede vel dono ferrem, ut in his flammis diem unum torqueri me permitterem. At paciscamur ulterius: Quid præmii petis, & medium duntaxat diem in hoc igne duras? Pone, dicit, quidquid velis deliciarum & pretii, tantis ego tormentis hoc non emo. At ut conveniamus tandem: Quid præmii postulas aut voluptatis, & ardentem hunc clibanum ingrederis, in còque vel horam unicam perseveras? respondit utique: Da quidquid petere possit vel avarissimus, vel impudentissimus, comparandum id non est cum unius horæ infandis ejuscemodi ustulationibus, & doloribus. Quod si rectè rationique congruenter responderit, quò sit, ò Deus, quòd ob lucrum exiguum & vile, ob honorem fallacem & fugitivum, voluptatem spurcam & non longam, à tam multis parvi pendatur supplicium æternum? ut horâ unam in ignibus situs, persuaderi nobis non potest, posito in præmium terrarum orbe; & æternos inferorum ignes non formidamus, modò vel lucrum invitet, vel honor arideat, vel alliciat voluptas. Meliora, inquis, spero, & infinita Dei bonitas non tam malè ominari me jubet de futuris & æternis. Ita loqui solemus, nec impia hæc verba sunt, sed facta reclamant. Temerarium hoc est &

A scimmi Deum: Ne quando rapiat, & non sit qui eripiat. Psal. 49.

III. Hanc viam sollicitè esse indagandam.

I Deo nullus sit Christiani sanguinis homo, qui non sapit seipsum aliòsque, quos Dei loco habet, interroget: Quid faciam ut beatam aeternitatem consequar? istane vera est via, quæ eò ad illam, quam quero, Aeternitatem? operis quidem aliquid facio, sed illud quantum est quamque exiguum: aspiro quidem gaudia immortalia & æterna, sed num hæc opera mea adeò pauca, adeò languida & frigida præmio digna sunt æterno? pervenire quidem ad portum cupio, sed viam horreo paulò molestiorem, cum tamen ea via ad cælum sit rusticissima & optima, quæ asperissima & angustissima. Hæc oris divini Veritas pronuntiat; clamat Christus, & monet: *Intrate per angustam portam, quia lata porta & spatio-*

Via inspicienda, si ducatur ad aeternitatē.

Via ad cælum tenuissima quæ?

Matt. 7.

*sa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt (hec multi sunt) qui intrant per eam. Quam angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt (hec pauci sunt) qui inveniunt eam. Nec clamare desinit, aut monere: Contendite intrare per angustam portam, quia multi dico vobis, quarent intrare & non poterunt. O quam formidandum atque tremendum est illud, M V L T I, & illud P A V C I! interea miseri & in rem æternam nimis temerarii fallimus nosmet, & in PAVCIS illis cælo adnumerandos, nescio an speremus nos, an somniamus? Utinam dum dies sunt salutis & tempus acceptabile, attentiores oculum in Aeternitatem subinde emittamus, atque hunc in modum nobiscum ipsi ratiocinemur: quid tandem est hoc omne quod ego patior, aut alios pati conspicio, quid est hoc totum ad Aeternitatem? imò si cum D. Paulo enumerare possim tot labores & pericula quæ exantlavit ipse, atque iis, quæ ad Corinthios, litteris recensuit: si famam, sitimque, si graves inimicitias, injurias, si morbos & egestatem tolerem: imò si cum Paulo lapidibus insternar, si virgis cædar, si naufrager; quid hæc omnia ad supplicia æterna? In omnibus igitur adversis rebus cogitandum mihi erit: *Omnis confirmationis vidi finem.**

Psal. 118.

Daniel vates multis recentis calamitatibus subdit: *& hoc usque ad tempus.* Ubi, ubi estis ærumnosi, afflicti, calamitosi, quid vestris vos lacrymis sepelitis, quid per vanos impatientie questus vitam nobis omnem acerbo redditis? solarium habetis, & ingens, ab ipso tempore. Diversè vos calamitates exercent? ne despondere animum: erit hoc solummodo usque ad tempus. Contra meliæ vos lacerant, injuriæ fatigant, mala plurima perturbant? lamenta mittite, erunt hæc omnia non nisi usque ad tempus; non usque ad infinita secula vestri sceleris gemitus extendent: ad exiguum tempus stillabunt lacrymæ, non æterna ducetis suspiria, brevi dolore perfungetur, ad immortalem felicitatem transaturi, clarissimè id affirmat Ecclesiasticus: *Usque in tempus sistite: nebit patiens, & postea reddito jucunditatis;* Sed & vos, ò beatulidè cara Mundi progenies, ne cornua sumite, omnis vestra felicitas quæ brevi carcere, quamque angustis cancellis clausa est: usque in tempus triumphabit; usque in tempus beata vestra durabunt somnia, post tempora non longa, jubebit vos Mors fortunæ larvam ponere, & inter turbam stare coget, tantò tunc verè miseres, quanto antea brevi figmento beatiiores. Ergo usque in tempus omnia. Sola nullas temporis leges admittit Aeternitas. Sive ergo corpus meum patiar si ve animus; bona seu honores adimantur; dolores an tristitia, curæ vel alia me quæpiam afflictio interior vel exterior exerceat, picta sunt hæc omnia, & momentanea ad æternas pœnas. Nam ubi post extremum iudicii diem quinquages milleni anni transierint, supererunt adhuc quinquages milleni milliones annorum transaturi: iis etiam, ad nostram numerandi rationem, transactis, alii atque alii, & denuo alii annorū milliones transigendi

Don. c. 11. Calanitates solum ad tempus.

Ecclesi. 1.

Mundi felicitas angustis cancellis clausa.

Aeternitas nullas admittit leges temporis.

Nil æternis pœnis cõparandum.

Temerariū & periculosum vitia in vitiis traducere.

Matt. 5.

Ibidem.

Christi mi- na & monita.

Matt. 7.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

Matt. 10.

temeritas inter beatos expectare. Ad damnationem satis est vel unicum peccatū. An nescis quid Christus comminetur? Qui dixerit fratri suo satue, reus erit gehenna ignis. An nescis quid Christus prohibeat? Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mechatus est eam in corde suo. An nescis quid Christus præmoneat? Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum celorum, sed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis est. An nescis, quàm multos Christus foras excludat? Qui diligit patrem aut matrem plus quàm me non est me dignus; & qui non accipit crucem suâ & sequitur me, non est me dignus. An nescis, quàm aperte & feridè illud ingerat? Multi sunt vocati, pauci verò electi, PAVCI, PAVCI. An nescis, quoties ad vitæ emendationem hortetur? Nisi conversi fueritis & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum celorum. Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum & projice abs te, bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudū, quàm duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Si penitentiam non habueritis, omnes similiter peribitis. Et addit: *Contendite intrare per angustam portam; quia multi, dico vobis, quæret intrare & non poterunt.* An nescis etiam, quàm explicatè D. Paulus recenscat ea omnia, quæ beatam æternitatem intercludunt? *Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitia, contentiones, amultationes, ira, rixa, dissensiones, secte, invidia, homicidia, ebrietates, commestationes, & huiusmodi, quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.* Quòd si quis vel unius ex enumeratis cõsciis sibi est, nec ita dolet ut modum omnem exquirat illius peccati deinceps vitandi; interea verò vanissimum illud SPERO, SPERO, sibi ipse occentet; hujus spes nulla est, sed mera temeritas. Periculolum adire plagarum & verberum, tolerabile malum est: cætum aut mille florenos incertæ alex committere, non summa jactura est: caput & vitam in discrimine conjicere, non maximum damnum est: at verò salutem cum corporis tum animi æternam periculo tanto exponere, adeò in incertum vivere, verbis sperare, factis huic spei contraria facere, hoc omnium malorum supremum malum est, hoc summa jactura, hoc damnum verè maximum: hoc audacia & temeritas perniciosissima, hoc stultitia & demencia extrema. *Intelligite hæc qui obliv-*

B

C

D

Temeritas mera est si occentare illud vanissimū spero, spero.

Omnium malorum supremum quod.

gendi restabunt, & hoc sine fine. Et quis hæc cogitat? quis perpendit ista? Conamur quidem aliquando æterna sapere, sed adhuc in præteritis & futuris rerum motibus cor nostrum volitat plenum vanitate. Quis tenebit illud & affiger, ut paullulum stet, & paullulum ad se rapiat splendorem semper stantis Æternitatis?

Aug. lib. 11. Conf. c. 11. **M**irogenis Oportuè fecit Myrogenes, cum Eustachius Hierosolymorum Archiepiscopus ad eum munera militaret, modestè recusans: *Hoc, ait, unum pro me ora, ut liberer*

Cic. 3. Tusc. ab æterno cruciatu. Nec Tullius à vero aberrans: *Sapientia, inquit, nihil potest videri magnum in rebus humanis, cui æternitas omnis totiusque mundi nota sit magnitudo.* Sed Tullio longè melius Franciscus, paupertatis sincerus amator, & verus Æternitatis contemplator: *Modica, inquit, hic voluptas, sed poena post immensa: modicus hic labor, sed gloria post æterna: Elige, multorum vocatio paucorum electio, omnium retributio.*

Serm. 4. de Purific. Job c. 6. **Q**uifquis igitur peccato letali obstrictus est vel unico, maturet pœnitentiam; Satius est & suavius, ait Guericus, fonte purgari quàm igne. Pœnitentiæ tempus nunc est, præoccupet pœnitentia pœnam. *Qui timet primum, irruet super eum nix. Qui minora detrimenta metuit, ad maxima deveniet: qui levem pœnitentiæ laborem fugit, gravissimas tartari pœnas incurret.* Ita D. Gregorius: *Nonnulli, ait, dum temporalia adversè pertinebant, districtione se æterna animadversiois obijciunt.* Huic D. Paucianus accedens: *Memento, ait, quia apud inferos exomologesis non est, nec pœnitentiæ tunc tribui poterit, consumpto tempore pœnitendi: festinate dum in viâ estis: seculares ecce ignes timemus & carnificum unguas expavescimus. Comparete cum his æternas torquentium manus, apicè que flammarum nullâ ætate morientium.* Quæ pulchrè

Ambr. c. 3. ad virg. lapfam. **A**mbrosius ad Virginem lapfam in hæc verba consignat: *Pœnitentia non verbis agenda est, sed actu; hæc autem sic agitur. Sic tibi ante oculos ponas de quantâ gloriâ fueris, & de quo libro vitæ nomen tuum deletum sit; & si te jam credas prope ipsas positum tenebras exteriores, ubi erit stertus oculorum, & stridor dentium sine fine. Cum hæc certâ fide, fecit est, animo conceperis; quia necesse est pravariatricem animam tartareis penis & gehennæ ignibus tradi; nec aliud remedium constitutum est post baptismum, quàm pœnitentia solatium; quantumvis laborem, quantumvis afflictionem subire esto contenta, dummodo æternis pœnis libereris. Vrgente agrum morbi corporis ad corporis purgationem; urgeant etiam nos morbi ad animi purgationem, urgeat salutis aviditas, urgeat æterna mortis, æternæ cruciatus horror, urgeat æterna vite æternæque gloria consequenda spes. Quidquid animum purgat id amplectamur, quidquid inquinat fugiamus: inquinat autem imprimis lutum corpus. Fidelissima prætorius hæc D. Ambrosii admonitio est.*

Christe Iesu, da, ut omnia vana hæc & fluxa sic possideamus, ne perdamus æterna: sed viam teneamus illorum, de quibus eximè Augustinus: *Multri, ait, desiderio salutis, sub jugum liberi veniunt; & paulò antè sublimes ac elati, humilia affectant; cupiunt esse quod antè despexerant, & odisse incipiunt quod fuerant: præsertim hostes, futurorum apparitores, ÆTERNAM illam patriam suspirant: abstinentiam delictis, somno vigiliis, paupertatem divitiis anteponunt; arduum contra vitia laborem, voluptatem computant: inimicos diligunt, nullis injuriis franguntur, propter ÆTERNAM retributionem. Equis non extremè laboraret tui amore, ò ÆTERNA RETRIBUTIO!*

CONSIDERATIO IV.

Quomodo S. David Æternitatem sit meditatus, & quæ illius in hoc imitandi ratio?

Quod Deus apostatas angelos, & homines in extremo iudicio damnatos æternum sit puniturus, tam durum aliquibus & incredibile visum est, ut etiam

A Origines tanti ingenii, tam præcellentis doctrinæ, tam peritus scripturarum, ausus sit in libris Periarchon docere damnatos & dæmones gratiæ restituendos, postquam in ignibus contractam culpam satis eluissent. Hunc præter ceteros D. Augustinus erroris damnat & convincit. Reperit hic error non paucos, qui assentirentur. Per Hispaniam Aniti hæretici cum disseminarunt, diversis interpretationibus. Alii damnatos omnes, solos alii Christianos; isti Catholicos tantum, illi solos eos qui largiores fuissent in dandis elemosynis, ex Orco liberandos putabant, quos tamen si Augustinus erroris non argueret, nimis tamen aperta divina pagina refutaret. *Discedite à me maledicti in ignem æternum, Et; Ibunt hi in supplicium æternum. Et; Iusti autem in vitam æternam.* Nulla hic glossæmata, nullæ opponi possunt explanationes. Unde Plaltes divinus, rex David, duo maximè tempora cordi habuit, nec tam præteritum quàm futurum observans: *Anticipaverunt, ait, vigilias oculi mei, turbatus sum & non sum locutus.* Quid tibi somnum abruptit, beatissime Propheta? Quæ hæc antelucana negotia, unde hoc silentium & animi perturbatio? causam audite: *Cogitavi dies antiquos, annos æternos in mente habui.* En, hoc est quod illi somnum rupit, præteritis cum futuris æternisque annis contulit, neque hoc solum fecit interdiu: *Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum.* Et quod huius nocturni exercitii est incitamentum? *Numquid in æternum projiciet Deus, aut non apponet ut complacitior sit adhuc?* En, ut formidet & horreat æternitatem, ut divina judicium pertimescat, ne perpetuis in se pœnis Deus animadverat. Et quis meditationis istius est finis, aut effectus? *Et dixi, nunc coepi.* Ita momento pœnè, seipsò factus est melior, non ditulit, non procrastinavit, non in deteriores annos emendationem conjecit. Nunc coepi, nunc sanctius vivam, non post horam primum, aut diem. Si ita possem, dicat quis, meditari æternitatem, ut meditatatus est beatus David, forsitan etiam illud, **NUNC COEPI**, promptus & hilaris pronuntiamet. At ego curis quotidianis involutus, laboribus impeditus, officiis distractus in mille partes, inter homines ago, multum mali video audique, ita vix locus est apud me tam salubri de æternitate cogitationi; in circulis, in conventibus, in symposiis, ejus generis colloquia nostra non sunt, ut vagabundam per multa mentem ad æternitatis considerationem affigamus. In convivis quidem, nugis & cyathis res agitur; seria jam pridem hinc exulant: conventus & circuli tam tetrica vix admittunt. Nova ex Italiâ, Galliis, Hispaniâ percutunt: nimis vetera sunt & sæpius decantata quæ è caelo, ex inferis feruntur nova, hæc jam scimus. Quid opus talia ad fastidium toties repetere? sic æternitati cogitandæ vix aptus usquam locus, vix commodum unquam tempus reperitur. Veritas te amet, mi Christiane, quæm hæc verè dixisti!

B utinam culpam, quam agnoscis, etiam emendes. Nihil hoc clarum est, & oculis creditur, nullam pœnè in mundo æternitatis curam esse, cum tamen non desint, quæ partim illius nos sæpius, partim quotidie moneant.

C Romanæ Ecclesiæ ritualis liber in Episcoporum inauguratione, hæc illis verba recitanda esse monet: *Annos æternos in mente habe.* Cum summus Pontifex recens electus solenni ritu ad sacellum deducitur, est qui præcat, & ardentem stuppam concutiens, ter hæc ingeminet: *Pater sancte, sic transtis gloria mundi.* Quàm salubri piòque instituto quotidie ad omnium actionum initium & finem nos ipsi nobis repeteremus: *Annos æternos in mente habe;* præsertim cum est peccandi occasio, cum dæmonis suggestiones urgent, cum lætendæ conscientiæ instat periculum, ò tunc **ANNOS ÆTERNOS** in mente habe.

D In mundo nihil est, quod nos æternitatis non moneat.

I. *Diverse ad æternitatem cogitandam admonitionuncule.*

Philippus rex Macedo nunquã suã mortalitatis oblitus.

Philippus Rex Macedo, per nobile Ephemum quovis mane ter sibi dici iussit: PHILIPPE HOMO ES, suã mortalitatis nunquam oblivisci voluit, quo cautius ageret inter mortales. Censeo ego, nullum debere esse Christiani & Catholici sanguinis hominem, qui non suus ipse quotidianus sit monitor, dicatque sibi consideratius ter minimũ; ÆTERNVM, ÆTERNVM, ÆTERNVM. Quare, *dispone domui tuã, quia morieris tu,* ait Ezechia regi Propheta, & non vives. Erat vesper cuius tu postero mane visurus non sis, aut erit mane, cuius non sis habiturus sequentem vesperem. Ita ergo tu tua negotia perage, ne lædas conscientiam; cõ te rebus perituris crede, ne per eas pereas, perdãsq; æterna.

Isa. c. 38.

Mos in Germaniã bonus.

Lampas ante Eucharisticũ sacramentũ cur.

Mos est in Germaniã & bonus, ut cum sub ereptulculum lumen infertur conclavi, simul etiam addatur Christianum illud: *Deus det nobis lucem æternam.* In templis ante sanctissimum Eucharistiã sacramentum, perpetui luminis lampas excubat, nuntiãtque adesse LVMEN GENTIUM, & luminis conditorem. Quid hæc nisi admonitionuncula ad cogitandam æternitatem? Est etiam aliqua in carceribus æternitas, sed infamis & horribilis, ad perpetuas trirèmes, ad perpetuos carceres damnari grave supplicium est, & multis ipsã mortem tristius videtur. Morbis aliisque ærumnis pressi, quandam itidem sibi æternitatem imaginantur, unde & voces illas audimus sæpius: Nempe hoc assidue siccine æternum affigat lecto? perpetui dolores isti tolerandi? Itane semper vexabor & cruciabor? æternitates istæ breves sunt, & suo fine clauduntur.

Religiosis viris non difficile Dei causã mundo valedicere.

Sed ad carceres redeo cõque perpetuos, quos multo sponte & ultrò ingrediuntur, & omnem illic vitam volentes consumunt. Atque hi religiosi sunt viri feminæque, quibus non est difficile Dei causã æternũ mundo valedicere, & sacris sese ergastulis mancipare. Monasterium est Bavaricũ, quod ab S. Altone nomen trahit, & in duas classes virorum & feminarum divisum, ut sic distinctum & duplex cœnobium illud Constantinopolitanum, de quo antea, ferè æquet, in continuis diu nocturne decantandis Dei laudibus. Hic ergo moris est, cum virgo sacrum velamen in templo accipit, & Christo in sponsam initiatur; finitis publicè sacris omnibus, nova Christi nupta in monasterium deducitur per sacrariũ; præest illam quatuor è monialibus, & laudabili cœremoniã feretrum præferunt; ingressis omnibus sacris virginibus, fores clauduntur & obserantur, perinde prorsus ac si novè Christi sponsæ diceretur: Vide, mea Virgo, ut quod jam incipis, ritè constantèque perficias. Cogita te nunc viam hæc ingredi, non regressurã nisi mortuã. Mundus & quidquid est mundi, deserendum tibi est, & nec cogitationibus quidem illic amplius revertendum, tuus tibi Christus sit omnia. Et en per hanc januam transis in domum Obedientiã, nec redibis per hanc, nisi in hoc quod vides, feretro, cum ultimo iter facies ad sepulchrum, super humeros tuarum sororum; ad cælum tibi via semper aperta est, in hæc licet expatiari & excurrere, non ad mundũ, non in patriam, non in paternam domũ, vivam enim te jam sepelimus, & tu ipsa tuas is exequias. Hoc multis ex spectatoribus lugubte videtur & mœstum spectaculum. Hem, inquiunt, æternã cavẽ sic includi, uno semper loco delitescere, omnem ad parentes reditum esse præclusum, voluptatibus procul degere, ante mortem sic sepeliri? horremus nos, præcunt alii atque alię, non sequimur. At dicite vos, quæso, Mundi alumnuli, est quod ex vobis sciscitetur **Cap. 33.** Isaias vates: *Quis ex vobis poterit habitare cum ardoribus sempiternis?* Illud vobis videtur intolerabile pauculis annis ad vitam sanctè ducendam, ad cælum tutius & certius obtinendum, ad beatam in cælo Æternitatem promerendam, ad aspectum Dei æternum assequen-

Adum includi, cum tamen ii qui religiosè castèque vivunt, sincerius gaudium percipiunt, quàm qui quoridianis deliciis & voluptatibus abundant, & dissolunt. At dicite vos etiam, numquid damnatis sarcapila præferetur, quæ significet, illos jam ablegari ad rogos, & ignis supplicium, sed post aliquot annorum centurias, mortuos inferetro efferendos, ò quàm optata hæc esset & mitis sententia. At, *expectant mortem & non veniunt.* Mille & mille atque iterum mille annis expectabunt, sed necdum veniet, ipsi tamen expectant, et si sciunt se frustra expectare. Quisquis cælum & teipsum amat, maturè ANNOS ÆTERNOS in mente habe.

Qui religiosè vivit sincerius gaudium percipiunt, quàm qui voluptatibus dissolunt. **Iob c. 3.**

De non absumili monasterio, si ingressus spectetur, narrat Rufinus Aquilejensis: Apud Thebaidem, inquit, **Rufinus l. 2.** Isidorus monasterium tam amplum quàm nominatum: **f. 17.** est, laxissimis mœnibus septum, hortis, puteis, & omnibus ad vitæ usum necessariis liberaliter instructum, ne ulla cuiquam ansa detur, vel causa cogitandi excursus. Hæc enim cœnobii lex est immobilis, ut quã quis semel pedem intulit, hæc nunquam efferat amplius. Ad cælum & ad sepulchrum solum, non aliò egressus patebat. Et mirum videatur, inquit Rufinus, quòd hæc lege ingressos, non legis necessitas, sed ipsius vitæ beatitudo retineat. Opus eorum omne est, precari, Deum laudare, religiosi studiis navare operam: quæ omnia eã obeunt industriã, vitæque sanctimoniã, ut multi inter eos thaumaturgi, & qui patrandorum miraculorum gratiã polleant. Eã verò vivunt temperantiã & singulari **Interreligiosus nullus morbus est nisi ultimus.** vitæ prærogativã, ut nullus inter eos morbus sit nisi ultimus, hoc est ipsa mors, quæ omnium ubique claustrorum seras vinctesque convellit, nec se ullis quantumvis ferratis ostiis finit excludi. Et nunquid hoc etiam monasterium, aliquam Æternitatis umbram præ se tulit? Sed progrediamur.

II. *Æternitas omnes Arithmetica numeros & leges transilit.*

Communis & notissima proponi solet circa Æternitatem Arithmetica, quam infantes in scholis docentur, & hæc est, sit mons, ajunt, è minutissimis arenulis, instar rotis terrarum orbis, aut mole & magnitudine illo major, singulis verò annis non nisi granulum unicum dematur ab Angelo: quot annorum millia, & iterum millia, & denuo millia; quot centena millia; imò quot millia millionum aliquot, donec mons subsidere appareat & decreescere? sedeat jam Arithmetices magister, & calculum moveat, numerumque colligat, quot anni sunt abituri, dum mons dimidius, & dum totus abeat, sic ab angelo tã lentè ablatum. Nos quidem vix aliter istud capimus, ac si nullus esset omnino futurus finis. Sed errat gravissimè imaginatio nostra, & hallucinatur turpiter in eo, quod non satis potest assequi. Re verã istius tanti montis ultimum tandem numeraretur granum. At ÆTERNITAS longitudine incomparabili excedit, (nihil certius) quia finiti **Finiti ad infinitum nulla est comparatio.** ad infinitum nulla est comparatio. Nullos admittit limites ÆTERNITAS, nullos fines: ergo damnati tam longo tamque incomprehensibili annorum spatio utentur in asiduis flammis, dum montis tantæ magnitudinis, dicto modo posset aliò transferri. Sed tantum abest ut eo tempore futurus sit tormentorũ modus & finis, ut tunc dici possit, jam primum incipit ÆTERNITAS; nihil decepsit ÆTERNITATI, adhuc est integra. Post mille annos, post centum millia annorum, necdum finis, nec medium, nec principium est ÆTERNITATIS, sed ejus mensura est SEMPER.

Mensura æternitatis est semper.

Eandem hanc Arithmetices rationem circa Æternitatis negotiũ eodem prorsus sensu verbis paulò aliis, hujus ævi Theologus explicat, quæ tibi, Lector, omnia integrè & bonã fide admeria, neque enim hæc unquã satis aut dici, aut commendari, aut inculcari possunt. Vide, inquit, quàm longa sit Æternitas quam diu regnabit Deus

NUM NUNC, cū proluxissimo ac æterno SEMPER conferrunt, non diu deliberant, castra movent, vivunt ut peregrini, carnem stringunt, in itinere se esse meminerunt, divitias & voluptates in patriam præmittunt, malunt illis SEMPER frui in cælo, quàm NUNC in terrâ. Certum est, quiquis concisum hunc & proluxiorem clangorem hujus utriusque tube, mente seriâ attentâque percipit, & præsentia futuris, transitura æternis confert, ille mox abitum parat, sepulchrum circûspicit, funebre linteum exponit, feretrum sibi locat, sua omnia componit ad iter, ubique meminit in viâ se esse ad Æternitatem, illudque ea de causâ secum assidue pertractat: Poterone de omnibus dictis, factis, cogitatis Deo rationem reddere? & quando redditurus sum? quam ille sententiam in me pronuntiabit? NUNC ergo mihi moriar, ut & mihi & Deo vivam SEMPER. Bene homini illi, qui maturè jam, idque quotidie, Æternitatem sic cogitat. Quidquid agamus, hâc viâ perveniemus, & forsan brevî, ad portam Æternitatis, ubi totam ante nos Æternitatem videbimus: mors suprema vitæ hora, ad hoc ostium nos sistet, cogèteque ingredi. Hos nos moribundi sapius, & verbis & gestu docent.

Iustus Lipsius facile mortem exoptare consueverat.

Obiit anno Christiano MDCVI. x. Calendas Aprilis Iustus Lipsius, vir eruditione & scriptis clarissimus: sæpe si sibi cum Augusto Euthanasian & facilem mortem exoptare consueverat, liberum etiam in illâ necessitate, & intrepidum animum. Utrumque voris accidit: nam unis tantum quatuor diebus, summum hoc egit, MORI. Toro hoc tempore nec scriptorum à se, nec studiorum ullum omnino verbum fecit. Imò cum solatii à Stoicis magnam illi materiam superesse, quispian infusurraret: Illa sunt vana, respondit, digitoque in Christi crucifixi prope adstantem imaginem intentato: *Hæc est, ait, vera patientia*, mox magno spiritu subjecit: Domine Jesu, da mihi patientiam Christianam. Morbi invalescentis initio, prima illi cura fuit, sacris Pœnitentiæ, Eucharistiæ, Extremæ-Undtionis, purgari, muniri, foveri sacramentis, piorum precibus assidue ardentèrque expertis, & in altum oculis manibûsque moribundis sublati, sic piè ipse precatus est: O mater Dei, adis famulo tuo cum totâ Æternitate decertanti, & non me deferat in hâc horâ, à quâ pendet animæ meæ salus æterna.

Habemus hîc, mi Christiane, viri Catholici exemplum nobile: nos iridem à Christo Deo, & à Beatissimâ Virgine Dei parente, eadem quotidie efflagitemus, & ardente animo de die sæpius dicamus: O Christe Jesu, ô mater Dei, adis famulo tuo cum totâ Æternitate Inçerturo, & non me deferat in illâ horâ, à quâ pendet animæ meæ æterna salus.

CONSIDERATIO V.

Quomodo alii, etiam improbi, Æternitatem sunt meditati?

Religiosus aviculari cantu delinquitur longissimum tempus horam fuisse putavit.

Vetus Patrum historia narrat hominem religiosum, super Psalmo octogesimo non meditatam, ad illa demû verba devenisse: *Quonia mille anni ante oculos tuos, tanquâ dies hesternæ qua præterit.* Atque hîc hesitasse, nec illud satis potuisse capere, quâ tandem ratione mille anni, & una diecula conferri inter se possint. Hîc submissam à Deo ajunt aviculari, quæ canitibus dulcedine ita delinquit hominem, ut longissimum, quo auscultarat, tempus, vix fuisse horam putarit. *Spiritus ubi vult spirat.* Non tantum proborum multi cum sancto Davide æternitatem meditati sunt, sed & improbi, & pœnè contrâ quàm volebant.

Lib. 5. Magni Ordinis Christianor.

Refert Benedictus Renatus, hominem vanum & impium, & ad Mundi leges examulsi factum, cui Fulco nomen, qui uti jejuniis, ita vigiliis inassuetus, & ut

Tom. I.

in aliis, sic & in somno nihil sibi deesse patiebat: una tamen nox illum deprehendit, quâ ut aliàs, in utramque aurem stertere non poterat; vigilare illum cogeat inusitata prorûs insomnia; è latere in lacus se vertit, nec tamen somnum conciliare potuit; diem esse voluisset. Hîc spiritus Domini flare cœpit, quamvis in ignotâ terrâ, nam cogitationes bonæ in isthoc homine admodum erant raræ; incipit ergo è tædio vigiliarum cogitare varia. Occurrit hîc animo: Ecquid præmii poscis, & sic decumbis biennio aut triennio continuo, in tenebris, sine amicis, in leni morbo, sine ludo & comestationibus, in vinculis istis, sed tamen plumis, sed tamen etiam sine conviviali & theatri hilaritate. Et certè solus ego eximius & immunis non abibo: in morbo cubare debebo, velim nolim, nisi morte repentinâ & subitâ obeam, quod Deus nolit (bonus hic venrus, sed tamen cogitationes) quem autem lectum habiturus sum, cum ex isto me mors dejiciet? Corpus putrescet sub terrâ; ita alios, ita omnes video tractari post mortem. Quid autem fiet animâ in altero mundo? non omnes, credo, mortales uno loco conveniant: ubi ergo illi, ubi isti? an non præter cælum flammæ piacularæ, an non & inferi sunt? Ah, qualis ibi lectus erit damnatorum? quot annis illic jacebunt? quo, post initium, anno flammæ illæ cessabunt? Christus certè in ignem æternum non solùm minatur mittendos impios, sed mitti: res nimis clara, nimis certa est. Ergo æternum in flammis ardebunt? ergo mille & iterum & iterum mille anni non sufficient ad eluenda brevis vitæ peccata? æternum ergo non videbunt solem, non cælum, non Deum, æternum miserimi? ah! ah! His talibus cogitationibus adeo infomnis est factus & vigil, còque progressus, ut noctes dièsq; ceteros, hæc cogitata æternitas illum sit infectata. Voluit excutere molestos hos animi vermes; non potuit: ludos, pocula, sodales, symposia non intermisit. Ita morosas conscientia querelas, cum intrer alios fuit, minus audit; cum solus ad se rediit, non effugit. Inhærebat animo æternitas, & urgebat. Tandem statuit emendare vitam, & melioribus se studiis dare. Et quid ego, ait ipse secum, miser hîc ago? fruor mundo, nec fruor. Multa patior quæ nollem, multis careo quæ habere vellem. Servio, sed quis mihi mercedem? facile vidi hæctenus quæ sunt Mundi præmia, cum diu servieris: & fac me frui deliciis, quascunque optare possem. Et quamdiu hoc durabit? nec in craftinum quidem certus sum vitæ: satis id probant quotidiana funera. O æternitas si tu non esses, ô æternitas, si extra cælum sis, vel in mollissimo lecto injucunda eris & acerba. Ægrè quidem abstrahimur ab iis quibus insuevimus, durum est à lautioribus epulis, largioribus poculis, carioribus sodalibus sic avelli: at si cunctemur, mors prævenit, & rapit hæc omnia. Quid ergo differet? quin honestam tibi necessitatem indicis? Age, alius ero, aut nullus. Vita hæc nimis mihi brevis est, nimis est longa Æternitas. Aliò nunc eundum est. Non muto: ita pergo: Salve nunc mihi ô. Diva PERENNITAS!

Inspiratio- nes bonæ impio factæ.

Christimi- nar.

Fecit quod dixit, & sacra Cistercensium familia se addicens, probè vixit, piè mortuus est.

O æternitas, quàm pauci sunt qui sic seriò de te cogitent, quàm multò pauciores qui perpendant & inhæreant! omnia alia queruntur, sola vilis est æternitas. Divitiæ cogitantur, sed fluxæ & relinquendæ: honores ambuntur, sed brevi adimendi: voluptates amantur, sed quæ malum & acerbum habent finem: quies desideratur, sed quæ non diuturna est: amicitia expeditur, sed quam mors dirimit: conversatio passim in voto est, sed non ea quæ in cælo. Abundantia quæritur, sed eo loco ubi defectura est. Quòd si æternitatem cogitaremus sæpius, certè in res tam brevis ævi, nostra nimis calerent desideria. Testem do D. Bernardum: *Æternis inhiantibus Epist. 3. fastidio sunt transitoria.*

B

Sunt

Sunt autem qui nescio quam æternitatē ore volvant, & quædam ejurent æternū vitanda. Audiuntur quandoque ejusemodi promissa: In æternū suspectum hunc & peccati fattorem locum cavebo: hominem illum, illam feminam, illum in malo socium æternū non adibo amplius, comestationes illas, & istas choreas grernū evitabo; satis est semel, satis est toties hīc & illic, cum his & illis peccasse. Bene, mi homo, proponis, & quia peccatum metuis, etiam peccati periculum jure fugis. Sed utinā tam sanctē serves, quā facilē promittis. Aliquando vix dies aut horæ abeunt pauculæ, cū idem omnino facis quod adeo ejurasti, & extratus es. Consideratē hīc agendum est, & fortiter. Nil temerē Deo promittendum; quod verō promissum, sanctē constantēque servandum est. Exemplis admodum luculentis docemur, quā puniat Deus, si fidem illi datam frangamus.

Nil temerē Deo promittendū.

I. *Homini & araneæ labores collati.*

Alia est æternitas, sed pessima, quam sibi met pollicentur ii, qui cælum sibi struere volunt extra cælum, & beati esse antequam mortui. Propter hoc Isaias, *Audite verbum Domini, viri illisofites: dixistis enim, percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.* O infanti, quā nulla est hæc vestra æternitas! nil stabile aut perpetuum in hoc carcere. Regius vates eleganter id explicans: *Anni nostri, ait, sicut aranea meditantur.* Non potuissent brevius & melius. Quid enim aliud sunt omnes anni nostri, nisi continua exercitatio & laboriosa meditatio? totum vitæ nostræ tempus vanis laboribus, multis doloribus, variis timoribus, crebris suspitionibus, sollicitudinibus penē innumeris exercetur; sicut aranea cūm fila filis necit, catenatus & continuus est noster labor, continua suspitatio, jam ut illo fruamur, jam ut istud amoliamur à nobis. Multa facimus & laboriosa suscipimus, & heu nescimus quod aranearum telam teximus, grandi labore, raro successu, nullo effectu. *Anni nostri sicut aranea meditantur.* Aranea laboriosè telam suam orditur, diu multūque discurrit, hæc illac circuit, in idem sæpius redit, seipsam consumit, dum suam illam multiplicem filorum rotulam absolvat. Exenterat & eviscerat sese, ut suum istud perstatile tentoriolum ex arte concinnet. Quod ut subline suspendat, affigat, firmetque sexcenties it & redit, nec visceribus suis parcat, libenter ea in tenuissimam hanc texturam impendit: cū verò tralucidum hoc & subtilissimum conopeum jam pender alligatum; & textile hoc opus absolutum est, ad levem scoparum ductum omnis labor intercidit & perit; missella verò aranea vel in telā suā interficitur, vel ea velut laqueo trahitur ad mortem, pede obrerēda. Ita imprudens animalculum, aut funebre sibi ipsi lineum nevit quo involveretur, aut restim confecit quo necaretur.

Isa. c. 28.

Psal. 89.

Vitæ nostre tempus vanis laboribus exercetur.

Aranea telam suam orditur laboriosè. Alii aliud sentium: non liiigo.

Homines instar araneæ multis sese laboribus exhauriunt.

Ita prorsus homines, instar araneæ, multis sese laboribus exhauriunt, ut in altum emergant, ut voluptatibus affluant, ut opes struant, ut retineant, & augeant. Hisce conatibus omne suum ingenium impendunt, & sæpe valerudinem; discurrunt, fatigantur, sudant, enervantur; uti aranea viscerum egestu; & cū omnia fecerint, telas aranearum habent & texitrum opus, ad capiendas muscas. Sæpe suo ipsi operi immoriuntur; dies quos geniales sperabant, fatales inveniunt; sepulchrum est, quod palatium esse censebant. Sic anni nostri velut aranea meditantur: verè maximam partem meditantur tantum, plurima namque facturos nos proponimus, pauca facimus, & plerumque quæ rectius non faceremus nullam habent perpetuitatem, ad quæ tanto molimine tendimus, & plerumque non pervenimus: ita pactum cum morte, fœdus cum inferno nullum est. Tabescimus omnes & morimur. Hoc pessimum, quod ita cœci adeamus æternitatem, quam nunquam exhibimus.

Guerricus, cū audisset in templo legi è libro Genesios: *Factum est omne tempus quod vixit Adam nongenti*

Cap. 5.

A triginta anni, & mortuus est. Et facti sunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum, & mortuus est. Factique sunt omnes dies Enos nongenti quinque anni, & mortuus est. Et facti sunt omnes dies Mathusalem nongenti sexaginta novem anni, & mortuus est, &c. ita mortem concepit animo, & se quoque moriturum, tam validè impressit menti, ut demū in S. Dominici leges juravit, quo mortem sanctius obiret, & tutius adiret beatam æternitatem, quando hęc nulla est experienda ÆTERNITAS.

Mortis impressio Guerrico que.

II. *Que in mundo omnium optima sit questio.*

Refert D. Mathæus, venisse adolescentem ad Christum, qui quæstionem proponeret. Probus fuit hic adolescens, quod ex D. Marco licet conjicere, nam genu flexo venit, & Servatorem interrogavit in hæc verba: *Magister bone, quid faciam ut vitam æternam percipiam?* Præcepta nostri respondit Christus, si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Philippis in urbe Macedonia, custos carceris Paulo & Silæ ad genua accidens, querit: *Domini, quid me oportet facere, ut salvus fiam?* Optima questio; nil melius, nil & utilius potuissent hi querere. Sed, ô bone Deus, ubi hæc quæstio in Mundo? perpetuè ubique quæstiones volant, hæc una ferè nusquā. Plerumque suis se quæstionibus produunt homines, protrahuntque in lucem vel simplicitatem, vel curiositatem, vel latentem alium animi morbum. Qui adeo gravè querit, ubi venale sit vinum bonum, satis appetit quid curæ sibi sit. Querit alius, ad quod non possit non erubescere auditor: satis hīc patet, cor plenum esse eo quo os abundat. Plena sunt omnia quæstionibus, sed quā rarum est, ut alter alterum interroget: Putasne hæc via ad cælum ducat? Omnium quidem vitiorum hoc est; maximè libidinis & luxuriæ, ut cū quis profundum petit & incipit submergi, non facile serio sinceròque animo querat: Istone vivendi genere beatam æternitatem obtinebo, sicine itur ad astra?

Matt. 19.

Abor. c. 16.

Hominum hujus mundi quæstio.

Sed tamen ii omnium minimè hoc querunt, quibus jucunda & suavis est vita, qui parum mœroris sentiunt & afflictionis, aut si sentiunt, omnia agunt, ne sentiant; PATI apud illos extremum malorum: modo ipfis nunc bene sit, quidquid fiat aliis, quidquid futurum sit in illâ, de quâ nil cogitant, æternitate. Quotidianum illorum carmen est: *Cælum cali Domino, terram autem dedit filiis hominum.* Nec desunt eis, corporis & animi vires, quibus hominum conatus ad momentum effugiant: sed ut in longas illas summi judicis manus sine effugio incidant, & longissimas scelerum suorum luan pœnas. Quod si Deus arcanissimis suis judiciis hominem rejiciat, reproberque, & ex impotentis animi libidine permittat vivere, pleraque ei omnia prosperè & feliciter evenire sinit, ne miser bis puniatur, hīc & illic, & si quid boni fecit, mercedem statim recipiat. De ejusemodi inanire sinit. Ille fortunatis hominibus, verè pronuntiavit illud Psaltes regius: *In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur: ibunt in adinventionibus suis.* Et hic est miserimus vitæ status, si quis esse potest, quia quæ Deus destinavit ducere in viam beatæ illius æternitatis, huic certè non parcat, sed *asiduatur illi flagella.* Ex innumeris testibus sisto unicum, sed magnum; nil simile multis retro sæculis visum auditumque censeo.

Deus hominem reprobandus, omnia ei feliciter evenire sinit.

Psal. 72.

Ecclesi. c. 30.

III. *Quomodo Deus hęc puniat, ut ibi parcat; inauditum exemplum.*

Anno post Virginis partum millesimo centesimo octogesimo quinto, Andronicus Orientis Imperator, tertio imperii sui anno, ab Isaacio Angelo victus, duabus gravibus ferreis catenis collo injectis, & compedibus oneratus, verbis contumeliosissimis exceptus; ita demum ornatus ad Isaacium perductus est. Hic illi servitres & tyrānis exprobrata, facta omnibus licentia, quidlibet in illum audendi. Jucundum fuit irritatis, ab hoste vindictam sumere. Itaque impinguntur ei colaphi, tergum

Andronicus Orientis Imperator ab Isaacio victus;

Omnium
ludibrio
exponitur,

tergum ignominiosè pulsatur, barba vellitur, capilli trahuntur, dentes excutiuntur: in publicum deinde protrahitur. Omnium ludibrijs exponitur, etiam à mulierculis pugnis cœditur: pòst dextra ei præciditur, & sic mutilus in furum & latronà ergastulù detruditur, sine cibo, sine potu, sine cuiusquã officio. Paucis elapsis diebus alter ei oculus effoditur, ipse sic foedè habitus, & uno tantù oculo unàq; manu deformis, curtà insupèr breviq; tunicella malè amictus, capite raso & glabro infans, scabioso camelo averfus imponitur, ludicrà ex alio coronà caput præcingitur, cameli cauda pro sceptro lævæ inferitur: sic per forum triumphi formà, lentà pòpà deducitur. Hic plebs petulantissima, & circumforanea sordida turba, effertis animis in eum fecit impetum, nullà habità ratione, quòd is nudius tertius fuisset Imperator, regio diademate redimitus, ab omnibus laudatus, cultus, celebratus, adoratus, quòdque & ipsi iurejurando fidem suã & benevolentiam erga illum obstrinxissent: furor omnibus ministravit arma, clavas alii in caput impeerunt, sordibus alii nares opplerunt; alii spongias, hominum, pecudùmque excrementis & oleo plenas in faciem expresserunt, verubus alii latera pupugerunt. Illi lapidibus, hi luto petiverunt, isti rabidum canem, fungum alii & bardum proclamarunt. Impudens muliercula, ollam è culinà raptam bullientis aquæ plenã, in transeuntis istius Imperatoris caput effudit: nemo erat qui ei non malè faceret. Ita denum fummo ludibrio in theatrum perductus, & mox camelo detractus, inter duas columnas pedibus suspensus est. Qui sexcenta mala jam perpessus fuerat, virtù tamen & heroëm se gessit planè Christianù. Lamentari, & ejulare, aut fortunam accusare auditus non est; & frustra id fecisset: cum Deo cœpit rationes ponere, & noxarum veniam orare, illud enim solù identidem ingeminabat: *Domine miserere, Domine miserere.*

Et in malis
se planè
Christia-
num gessit.

Miser Andronice, quòd tãta ferre cogaris, felix, quòd patienter feras, & agnoscas peccata sic esse expiãda. Sed nec suspensio furibunda turba, dum vixit, pepercit: dire-
ptã tuniculã, variè manibus agitarunt, & lacerarunt. Fero-
tior unus ensem per pendentis alvum ad intestina ad-
egit. Duo alii periculù facturi, utrius gladius esset acu-
tior, ambabus annexi manibus, aversum corpus transfi-
xerunt. Hic miserissimus Imperator, mutilatam dexterã
ægrè admovuit ori, calidum ex eã sanguinè, ut multi pu-
tabant, ob recentem plagam, adhuc stillantem, exactu-
rus; sic miserè vitam abruptit. Diebus aliquot interjectis,
ex infami furcã detractus, sub theatri fornitem pecudis
instar projectus est, dum humaniores aliqui in locum
alium transtulerunt, eum tamen à nemine sepeliri per-
miserit Isaciis. O Andronice, ò Imperator Orientis,
quantam tibi Deus fecit gratiam, qui hæc te pati voluit
paucis diebus, ne perires omnibus diebus: brevi tempo-
re miser fuisti, ne esses æternum. Nec dubitem quin AN-
NOS ÆTERNOS in mente habueris, cum hæc tam forti-
ter toleratis.

Ejusdem
erga D.
Paulum
devotio.

Scrisit hæc qui evo illo vixit Nicetas Choniates, qui
& Andronicum ab eo commendat, quòd fidei Catho-
licæ tenacissimus fuerit, simul & devotissimus D. Paulo
Apostolo, cuius Epistolas præ manibus, & nunquam
non apertas habere consuevit. Neque verò Apostolus
istud obsequii gratis sibi deferri est passus; curam gessit
sui cultoris Andronici, cui cum exitum immineret, ima-
go Apostoli auro exornata & in æde sacrã collocata, u-
bertim illacrymassè visã est, quod ostentum, ipse statim
Andronicus, non aliter atque venturæ cladis nuncium
accepit.

O Christiani, ANNOS ÆTERNOS in mente habetes,
sic, quidquid malorum ferendum est, longè facilius per-
feretis: breve videbitur, quidquid cum æternitate con-
ferretis. Id enim quod in præsentibus momentaneum & leve tri-
bulationis nostræ, supra modum in sublimitate, æternum gloria
pondus operatur in nobis. Hinc tam seriò clamat & preca-

3. Cor. 4.

Tom. I.

atur Augustinus: *Domine hic ure, hic seca, modò in æternum
parcas.* Et D. Fulgentius, etsi sanctissimus, morti vicinior
septuaginta diebus antequã finiret, idèdem clamabat:
Domine da mihi modò patientiam, & postea indulgentiam. He
illius voces & vota fuerunt, usque dum exhalaret. Certè
Deus iis omnium minimè parcit, quos per totam æter-
nitatem secum retinere decrevit.

Deus iis,
quos reti-
nere dece-
vit minimè
parcit.

CONSIDERATIO VI.

Quomodo sancti Patres, Ecclesia, Scriptura æter-
nitatem meditantam ingerant.

Itus Catholicus est, statim anni diebus supplicare &
circumire, Dei & Divorù honori augendo. Æmu-
latur id dæmon, habet & ipse suos qui supplicent & cir-
cumeant. Vidit hos regius vates: *Impiù in circuitu ambulat. P. sal. II.*
Vitam suã sic instituunt, ut à convivio ad convivium,
à deliciis ad delicias, à scelere in scelus. Hic illorum cir-
cuitus est; & cum putant hunc nequitia circuitù panè
completum, & utriusque circumarum libidinis fug orbem,
denovo incipiunt, ad priora & antiqua redeunt, dum
mors ita circumventibus non vocata occurrit.

Liberi Iob hanc inter se legem statuerunt, ut in orbè
transirent dies cõviviij; alteri ab alteris invitarentur. Op-
timus illorum parens probè advertebat, orbicularem hunc
conviviorum transitù sine peccatis vix futurum: *Propter
ea mitrebat ad eos, & sanctificabat illos, conjurgensque diluculo
offerebat holocausta pro singulis. Uti ergo impij voluptatum
circuitione gaudet, & in bonis dies suos ducit, ita Deus
circuitum illis instituet, sed perpetuum, sed in tormetis,
sed æternum. Idem hoc beatus David prævidit; *Etenim
sagittæ tuæ transeunt, vox tonitru tui in rotã.* Fames, bellù,
pestilentia, ærumnæ, morbi, calamitates, mors ipsa, ad-
verfa denique omnia, quæ ante mortem primam nos
premunt, Dei sagittæ sunt; sed tranvolant; alatae sunt,
celerimè ab his ad illos atque alios transliunt. At verò
vox tonitru, vox iræ & furoris divini in inferorum erga-
stulis, velut rota circumageretur, idque æternis sæculis; ro-
ta hæc veluti si pulvere tormentario stipata sit, ubi se-
mel succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni no-
visima. Est alius hic circuitus, isque etiam æternus: ab
inexplicabili frigore ad immensos ardores, & ab his ad
illud iterum regressus erit. *Adnimum calorem,* inquit Iob,
ab aquis nivium transeat. Quod expressius & stridor den-
tium, & oculorum fletus designat. Horribilem hanc &
incomprehensibilem Æternitatis rotam, quo plenius de-
pingamus, ordo postular, ut quã ratione sancti Patres
cum Ecclesiã, hæc cum divinã scripturã in hoc conveni-
ant, ostendamus. Variæ ab his admonitiones sunt, quas
si attendamus, æternitatis non faciliè obliviscemur.*

Liberi Iob
in orbem
transierunt
dies convi-
vii.
Iob 1.
Psal. 76.
Sagittæ
Domini
quæ?

I. Sanctorum Patrum & Ecclesia circa hoc responsa.

Omni numero Sanctorum Patrum, quinque po-
tissimum audiendi sunt, qui diversis temporibus vi-
xerunt: Augustinus, Chrysostomus, Gregorius, Bernar-
dus, Laurentius Justinianus.

Prima hic est quæstio, sed quæ vana & stulta videatur.
Quid facilius aut tolerabilius sit, triduo pati capitis, o-
culorum, dentium vel calculi dolores, vel viscerum tor-
mina, vel (si quid alii sunt acuti dolores) noctes dièsque
somnia nò videre, sine omni panè respiracione torque-
ri; aut certè de pisce, in quo fel cõpressum est, frustillum
edere. Ridicula profus & otiosissima quæstio. Multò
quàm suavius est, totum ejusmodi felleum piscem de-
vorare, quàm diem duntaxat unicum tantos perpeti do-
lores: illi piscis amarities nec vitam auferet, nec ex se
morbos creabit; os solùm, quod acerba respuit, maxi-
mè cõqueretur. Rectè responsum est. Interea verò quot
hominum millia primum eligunt seu verbis, seu factò
ipso: quoties in exhortationibus, in confessionibus, con-
tentionibus

cionibus clamatur, quàm disertè & apertè prædicitur: En, agitur de animæ vestræ salute æternâ; æterni vos cruciati: s manent, si hac viâ porro eatis: Christus aliam monstravit, aliam ivit: redite, respicite, satis diu aberratum est. In voluntate vestrâ situm est cælo frui, aut excludi: Deus volentibus non deest. Habent quidem amarotus aliquid abstinentia & jejuniu, criminum confessio & corporis castigatio, sensuum custodia & victoria sui; vita casta & continens, non est negotium cuius facillimum: quidquid id est, ferendum est aliquid.

Deus volentibus non deest.

Nonne oportuit & Christum pati, & sic intrare in gloriam suam? ne terreat brevis labor: pauculis annis, aut forsitan diebus tantum, fortia & AGERE & PATI necesse est, quies & gaudiu erunt æterna. Vincit omnia qui se vincit, qui se continet, qui pravis affectibus suis violenter resistit, id quæ propter celu, propter Christum, propter beatissimam æternitatè: Christus suis post resurrectione apposuit piscem prunis impostum, quo doceret quantum forent adhuc sustinenda: vitam æternam & suavem non esse cogitandum: lapidandos, flagellandos, crucifigendos, excoriandos, hanc enim viam esse ad lætam olim resurrectionem, & æternitatem inter beatos ducendam: omnia quæ videmus modica esse & exigua, nec comparanda cum immortalitate, & quæ nondum videtur, beatitudine. Hæc dicuntur, sed hæc non curantur. Et hic ille fellis piscis est, qui toties in concionibus, in libris apponitur, nam hæc aliæque his similia late sapienter ingeruntur & inculcantur, leguntur atque audiuntur, & tamen non creduntur, parvi penduntur, curis aliis & oblivione sepeliuntur. Et quoties ipsa etiam conscientia concionatoris vices agit, & salubria hæc monita obrudit; instat, dehortatur, vellicat; nihil efficit: frustra omnia. Nam multis nec concionator persuadet nec conscientia. Contra obducunt illi, & sua etiam axiomata regerunt: *Modo hic bene: futura sunt incerta: presentia modo commodè habeant: nullus mortuorum revertitur, non enim est qui agnitus sit reversus ab inferis: venite ergo fruamur bonis.* Hæc illorum sunt cantilenæ: Sed propostam quaestionem definit Augustinus: *Melius est, inquit, modica amaritudo in faucibus, quam æternum tormentum in visceribus.* Ita profertur, verè melius est in hoc quàm altero mundo contracta debita solvere: longè satius est sexaginta aut septuaginta hæc annis corpus exercere continuis & quotidianis jejniis, flagellis, ciliciis; quàm illic vel uno die in tormentis detineri. Sed aliud est SS. Patribus succedat.

Omnia quæ videmus modica sunt.

Melius est in hoc modo quam in alio debita solvere.

Hom. 20. ad pop.

Hom. 28. in ep. ad Hebr.

Peccatores resurgent ut in tormentis permanent.

S. Chrysostomus secundam proponit quaestionem. Si quis, ait, intra centum annos, unâ solùm nocte suavè lætumque somnium vidisset, centenis ob id annis puniretur, an somnium hoc appetendum esset? quod autem, inquit, est somnium ad centum annos, hoc est presens vita ad futuram, imò multò minus; & quod est gutta ad pelagus, hoc anni nullè sunt ad futuram æternitatem. Et alibi hoc confirmans: *Tempori, ait, infinito quid conferes? quid sunt decem millia annorum, cum sæcula cogitas infinita? nonne quantum est stillicidium minimum, abyssò comparatum? Noli post hanc vitam spectare finem, ubi penitentia remedium nil valet, ubi lacrymæ cadunt, sed nihil profutura; verum etiâ quis ibi dentibus fremat, et si linguam ardentem exerat, digito guttam instillabit nemo, sed audiet illa quæ dives audivit. Detur igitur quod per totam vitam nostram voluptati vacaverimus, sed quid hoc ad sæcula infinita? hic enim & bona & mala finem habent, illic autem immortales pœnæ; hic si ardeat corpus, egreditur anima, illic verò incorrupto corpore resurgente, semper anima comburetur: peccatores enim incorrupti resurgent, non ut honorentur, sed ut immortaliter permanent in tormentis.*

Post Chrysostomum D. Gregorius respondet ad illud cum quæri solet, An non celestior sese inliquet ebrietas

cum in cellâ bibitur ad dolia, quàm cum in triclinio? Gloriatur celestis sponsa Salomonis ore: *Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem.* In quæ verba S. Gregorius ita differens: *Quid per cellam, inquit, vinariam congruentius quàm ipsam arcanam æternitatis contemplationem accipimus? Et certè quicunque cogitationem hanc de æternitate paulò altius in animu demiserit, gloriari poterit: Ordinavit in me charitatem; nam meliorem servabit ordinem amoris, seipsum minus, plus atque ferventius Deum, & propter Deum, ipsos etiam inimicos amando. Sed & hoc habet isthæc cogitatio, ut qui eam paulò largius delibet ebrius fiat, sed ebrietate optimorum desideriorum, quæ non eant nisi ad emendationem vitæ, ad celestem patriam, ad æternas voluptates. Apostolis exprobratum est, ebrios esse multo; erant certè, sed ex hac cellâ. Quavis autem D. Gregorius æternitatis sapius meminerit; illud tamen ab ipso brevissimè simul & verissimè dictu est: *Momentaneum quod delectat, æternum quod cruciat.* Hic merito quis optet cum Iob: *Quis mihi det ut exarentur* Iob 19. *in libro stylo ferreo, nimiru hæc ipsa verba: Momentaneum quod delectat, æternum quod cruciat.* Liber huic scripturæ aptus, cor hominis est; calamus aut stylus ferreus, seria meditatio; liquor purpureus, Christi sanguis. Et hæc verba sic insculpta pectori, tum maximevolvenda sunt, & crebrius iteranda, cum voluptas ablanditur, cum seriatim medicò stimulat, cum invitat luxuria, cum refragatur caro, cum spiritus flaccescit, cum peccati occasio est aut periculum.*

Qui æternitatè largius delibet ebrius fit.

Cor hominis est liber scripturæ aptus: stylus ferreus, seria meditatio.

S. Bernardus quarto loco venit, paulò post ad præmittendam quaestionem responsurus. Vita humana ea est, ut homines sint diversissimi sensus, quemadmodum diversissimi sunt vultus. Reperiuntur qui continuè & graviter affligantur, ut pœnè succumbendum putent afflictioni. Hunc egestas, illum morbus, istum occulta debita, curæ alium, hunc injuriæ aut calumniæ ita premunt & perturbant, ut qui pusillanimes sunt & impatientes, nonnunquam mortem sibi optent, ad flumen aut ad restim properent, sic enim miseri finem ærumnis imponendum arbitrantur, cum earum faciant initium, cui nullus concedetur finis. Contra probi alii & ad omnem Dei voluntatem paratissimi, nec citò mori cupiunt, nec diu vivere. Vult Deus illos mori eadem volunt & ipsi. Vult citò mori: hoc ipsum & illi volunt. Vult diu vivere: non resistunt, ita idem illis cum Deo velle & nolle est. Præter duo hæc hominum genera, pars maxima est, quæ longam vitam desiderat, nec ullus ferè tam senex, qui speret & cupiat annum adhuc unum vivere, apud hos nulla ferè satietas est vitæ, mors istis nimium properat, nimis adest matura, & ante tempus venire creditur. Hic jam quæri posset, quinam hominum vivant aut victuri sunt diutissimè? D. Bernardus in divinum hoc promissum: *Longitudine dierum replebo eum,* admirabundus exclamat: *Quid tam longum, quàm quod æternum est, quid tam longum, quàm quod nullo sine prædicitur? bonus finis vita æterna, bonus finis qui finem non habet.* Addit: *Verus dies qui non novit occasum, æterna veritas, vera æternitas, ac proinde vera æternæque societas.* Ita dicendū est, illos solū vitæ verè longâ victuros, qui nunquâ morietur in cælo: & illos morte eheu nimiu prolixâ morituros, qui sæper morientur, qui nunquâ vivent in tartaro, et si semper vivât.

B. Laurentius Justinianus, ultimū nobis quaesitum explicabit. Plurima sunt in hoc orbe, quæ natura ita afflignavit loco, ut in aliis reperiri non possint, aut non nisi pars illorum. De floribus novi orbis solūm potest haberi semen; de multis animantibus sola pellicula. Æternitas, ita res est alterius Mundi propria, ut illius non nisi semen hic habere possimus. Quod ergo semen est æternitatis? Semina æternitatis, ait Laurentius Justinianus, sunt hæc: CONTEMPTVS SVI, CHARITATIS DONVM, c. 26. OPERVM CHRISTI GVSIVS. Contemneret alios, arbor est

Vita humana est, ut homines sint diversissimi sensus.

Hominum pars maxima longam vitam desiderat.

In Psal. 90. form. 17.

Æternitas res est alterius Mundi.

Contemere seipsum semen est ignotum mundo.

bor est quae totum tegit mundum, & pro inferorum incendiis exerecit amplissimè. Contemere seipsum, & minimum est semen, & ignotissimum mundo: istud è caelo attulit Christus, qui exinanivit semetipsum, formam servi accipiens & factus obediens non tantum usque in stabulum, in praesepe; sed usque in Calvariam; usque in crucem, ad mortem, in sepulchrum, in limbum propter quod & Deus exaltavit illum. Et, crevit hoc semen in latissimam propaginem, in arborem omnium altissimam.

De disciplin. & convers. monast. Luc. 7.

De CHARITATE idem beatus Patriarcha mentionem faciens; iuxta CHARITATIS, inquit, mensuram, aeternae retributionis est gloria. Nam cui minus dimittitur, minus diligit. Minus obtinet gratia, qui minus habet charitatis, ubi verò minor est gratia, minor erit & gloria. Ita omnino, quanto magis Deum amas, tanto magis aeterna tibi praemia cumulas. Totà lex, est AMOR, sed purus, castus, divinus. Tertium erat, GYSTVS OPERVM

Qui dicatur in virtute progredi.

CHRISTI. Scitum est de iis qui student Rhetoricæ, proficere censendos esse illos, quibus Cicero sapit, ita prorsus affirmari potest, in virtute progredi eos, quibus divina Christi documenta non desipiunt. Quisquis in Christi verbis, factis, vitâ vix quidquam gustus invenit, non afficitur, non delectatur, non movetur iis quæ ad animum & pietatem, quæ ad beatitudinem & divina spectant: at verò comedere, bibere, ambulare, ridere, joculari, ludere, perquam sapiunt; is tunc sibi ipse dicat: O mi Deus, quam nullum est in me semen aeternitatis! cum enim in memet descendendo, manifestè in me deprehendo, quos ego patiar manes, quò meus me invitet affectus: choreas ducere, conviviis hilarescere, ad pocula vigilare, fritillum & tesseras movere, inaniis & fabulis aufcultare, impuras pagellas lectitare, ad cantiunculas venereas plaudere, focis paria facere, & possunt, hoc mihi jucundum est & volupe. At verò multa de Christo, de divorum vigiliis & jejuniis audire vel legere, hoc injucundum est & insuave; ægredè totâ duro concione, una illius horula ceteris longior videtur, & ideo vel somno vel colloquio fallenda. De hoc tali homine sententiâ pronuciare facile est: OPERVM CHRISTI nullus est hinc GYSTVS. Sed Ecclesiæ de Aeternitate sensum videamus.

Psalms, precatio, hymnus nullus est, quem non finiat aeternitatis memoria.

Tanti facit Ecclesiæ memoria Aeternitatis, ut nullus sit psalmus, precatio, hymnus, quem non finiat Aeternitatis memoria; hinc perpetuæ & solennes psalmorum clausulae: Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio (ante omne scilicet principium ab aeterno, absque omni principio) & nunc, & semper, & in secula saeculorum, innumera, incomprehensibilia. Taceo vestes, ritus atque caeremonias sacras, quarum non paucae eandem Aeternitatis memoriam ingerunt, sed à rivulis ad ipsum fontem progrediamur.

II. Scripturae divinae clara de Aeternitate testimonia.

Tres solum testes produco: Prophetam, Apostolum, Evangelistam.

Quanti quotidie gemitus eunt hominum abjectorum & despectorum ab omnibus? passim reperias qui dicat: Miserum me, quam paucos ego, quia pauper, amicos numero; apud omnes in honoris jaceo, ubique spernor, omnium pæne pedibus proteror: expecta, mi homo, paulisper, & patere, nondum omnium dierum soles occubuerunt: promissum divinum attende; Baruch pronuciat: Circumdabit te Deus diploide justitiae, & imponet mitram capiti hominis aeterni.

Cap. 5. v. 2.

Sunt alii qui naturam accusent, & vitam cornicibus longam, brevem nimis concessam homini querantur. Audite queruli, adhuc alia superest vita, tibi brevis haec & vana desierit; Beato Paulo credite testificant: Scimus quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quòd aedificationem ex Deo habemus, domum non manu factam aeternam in caelis. Quæ ergo tanta jactura est, si luteum hoc tugurium nostrum corporis corruat, cum pala-

2. Cor. 5.

tium aureum nobis paratum sit, nunquam ruiturum? Prophetæ & Apostolo testis accedit Evangelista Matthæus, cujus ore in hæc verba Christus loquitur: Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscinde eam & projice abs te; bonum tibi est ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quam duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem aeternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum & projice abs te; bonum tibi est unum oculum habentem in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. O ignis! ò gehenna! ò Aeternitas! quodcumque damnatum temporis; ad damnatum Aeternitatis collatum, lucrum est, non damnatum. Hoc sensu dat Christus oppugnationis seu stipulationis chirographum D. Matthæi verbis cõsignatum: Et omnis, inquit, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet & vitam aeternam possidebit. An non hæc clara satis est promissio de beatâ aeternitate, cum in pignus detur illud centuplum? Cum verò Christus apud eundem Evangelistam de supremo judicio præmonet, aeternitatis ter facit distinctam mentionem; supplicii aeterni, ignis aeterni, & aeternæ vitæ.

Matth. 18.

Matth. 19.

Expendit hæc profundiore meditatione Pachomius, qui post tot labores in vastâ eremo susceptos, novum dormiendi, imò potius vigiliandi genus excogitavit. Quindecim annis nõ admisit unquam somnum, in tugurio suo decumbens aut jacens; neque ulli fulcro incumbens, sed in medio cellulae suæ sedens, undequaque liber, adeo ut nec tergum aut latus parietis acclineret, sed, si quidem somnus vincere vellet, sic vinceret non delectum, non suaviter recubantem, & recusantem vinci. Plurimum quidè, hæc vigiliarum obstinatione vir sanctus affligebatur, æquo tamen ferebat animo difficillimam hanc contra somnum luctam, spe praelibans aeternam illam in caelo requiem. Ed Pachomium perpetuæ quietis meditatio deduxit, ut etiam humi cubare, & terram pro lecto habere, inter delicias numerari.

Pachomius profundiore meditatione aeternitatem expendit.

Et ei humi cubare deliciae fuerunt.

Cum ergo sancti Patres, Ecclesiæ, & Scriptura variè nobis Aeternitatem proponant perpendendam, nostrarum nunc partium est, ut quisquis aeternum esse vult in caelo, feridè cogitet: O mi Deus, quam raro hæctenus & quam frigide de Aeternitate cogitavi, præterquam quòd horis singulis Aeternitati siam vicinior. Deinceps in rem serâ minus ludam, & si quidem mihi multa ex voto fluere, relique meas prosperè & feliciter evenite advertero; proximum erit, ut cogitem: & quamdiu hoc durabit? eritne semper tam serena tempestas, itane semper Phœbus & fortuna ridebunt? Et quid mihi mercedis rependet securitatem mox Aeternitas pro hac sua sed brevi, pro gratâ hæc sed periculosâ felicitate? quòd si verò res meæ sint turbidæ, si multa contra votum eveniant, si affligat, si cruciet, si hinc illinc mala & infortunia in me cõjurent, irruant, exagitent, illud unicum assidue cogitabo: Sine, tantum, sine, peragat mandata factorum tempestas, inhorrescat hoc mare magnû & iratum, fremant afflictionis venti, impellant turbationû undæ, nubes tentationû minètur, tenebræ meroris involvât, fractus licet illabatur orbis non semper ruine, non semper procellæ: hi venti aliquando ponent, subident fluctus, nimbus & grâdo dispellètur; quidquid demû hinc patiar, non durabit aeternum: cadet mea crux, saltem cum ego morti cecidero victima: at verò procellis omnibus procellosus est, flammis addici aeternis, hoc longum tormentum est: alia omnia quæ extra Aeternitatem sunt, æternis dici longum tormentum.

Cogitatio aeternitatis cui necessaria?

Flammis aeternis addici longum tormentum.

Ad Hebr. 6. 10. 37. centum id annis patiat. Adhuc enim modicum aliquantulumque qui venturus est, veniet & non tardabit. Sic igitur pergam, & illud porro unum iudicabo esse necessarium, ut nihil agam contra conscientiam, nil contra Deum. Omnia ei salva sunt, cui salva est beata ÆTERNITAS.

III. Omnia MODICUM sunt, præter Æternitatem.

Tract. 101. in Ioannem. V. Erè nimis quam MODICUM est, quidquid hic seu laboris seu doloris perferendum est. Augustinus: Hoc modicum, inquit, longum nobis videtur, quoniam adhuc agitur, cum finitum fuerit, tunc sentiemus quam modicum fuerit.

Sapientissimus hominum, ut omnem humanæ vitæ periodum, vel ad centum annos ampliatam, proprio penicillo depingeret, minutissima retum sibi sumpsit exprimenda; ita enim dilucidè affirmat Ecclesiasticus:

Eclii. 18. Numerus dierum hominum, ut multum-centum anni: quasi gutta aqua maris deputati sunt, & sicut calculus arenæ, sic exigui anni in die ævi. En, quid vobis, ô longævi & centum annorum senes plauditis? omnes anni nostri quid sunt? lapillus arenarum & marina guttula. Et quid lapillus ad altissimos arenæ montes? Et quid est guttula ad profundissimam maris voraginem? Ita quinquaginta, sexaginta, ita centum anni vestri, ô senes, MODICUM sunt, nihil sunt ad illum ævi & æternitatis diem. Et tamen cum hoc lapillo, cum hac guttula sic triumphamus. O vani & miserii lapillus est vita nostra, at non pretiosus lapillus, non auri & gemmæ, sed arenæ: guttula est vita nostra, at non dulcis aquæ guttula, sed salis maris: Cuncti dies ejus doloribus & ærumnis pleni sunt, nec

Eclii. 3. In Psal. 36. per noctem mente requiescit, ait Ecclesiasticus. Verè Augustinus: Recole, inquit, annos ab Adam usque in hodiernum diem; percurre scripturas: heri pene Adam ille de paradiso lapsus est. Vbi enim sunt præterita tempora? si toto illo tempore viveres, ex quo Adam de paradiso dimissus est usque in hodiernum diem: certe videres vitam tuam non fuisse dururnam quæ sic avolasset, unius autem cuiusque hominis vita quanta est? Adde quantos libet annos, duc longissimam senectutem, quid est? nome aura est matutina? Verissima sunt hæc omnia. Dic enim quæso, ubi nunc Adam? ubi Cain jam? & ubi longævus Mathusalem? ubi Noë? ubi Sem? ubi Heber? & ubi obedientissimus Abraham? ubi Jacob? ubi Joseph? vixerunt: fuerunt Troës. Sic transit vita, sic transit mundi gloria. O ros! ô vanitas! quid ambis? quid longa speras? Breve est, MODICUM est, vile est, punctulum est quidquid hic vides. Verè dixit Gregorius Magnus: Omnis longitudo vitæ præsentis punctum esse cognoscitur, cum sine terminatur. In istu oculi clauduntur omnia: omnis consummationis vidi finem, larum mandatum tuum nimis. Quid ergo tempus ullum dicimus esse longum? præteritum enim jam non est; futurum nondum est, præsens verò quodnam est? Ipsa una hora

Lib. 15. mor. c. 19. Vitæ longitudo punctum est.

Aug. lib. 11. Conf. c. 11. præteritum est; quidquid ejus restat, futurum. Ubi ergo tempus quod longum vocamus? Non immeritò suis Bernardus (& ego tibi, mi Lector) inculcavit, verissimum illud Divi Hieronymi monitum: Nullus labor durus, nullum tempus longum debet videri, quo gloria Æternitatis acquiritur.

Quantumcunque verò modicum sit vivendi spatium & breve, ad æternitatem collatum, damnatorum tamen nemo Deum accusare poterit, quòd vitam non dederit longiorem; seipsos damnabunt quòd vitam non vixerint meliorem. Non enim est in inferno accusatio vitæ. Satis diu vixerent damnandi, si satis piè.

Eclii. 41. In inferno non est accusatio vitæ. Hiclibet, mi Christiane, liberiùs paulò ac fidentiùs tecum agere, & rem oculis clarissimè cernendam subijcere. Ais, te cælum sæpius cogitare, & magnis votis Æternitatem aspirare. Ais tu hoc? Ego verò nego & per-

A nego id te facere, mihi ipsi hoc de me affirmanti iuberè te non credere. Et qui fieri possit, ô mi bone Christiane, ut ego rûque cælum sæpius & seriò cogitemus, & tantis, uti nos jactamus, votis Æternitatem aspiremus, interim tamen vivamus tã torpidi & frigidi, tã lenti & fracti ad bonum, tam vivaces & fervidi ad malum, tam parati ac lubentes ad omnem perulantiam; homines queruli & ôseitabundi, nãquam minus segnes quàm cum irascendum est, nunquã magis pusilli animi quàm cum patiendum est: quãvis afflictione, quo vis verbo turbamur & dejicimur, ad unam voculam omnis nostra patientia liquefcit; & defluit; nunquam desperatioris quàm cum multà contra voluntatem accidunt. Tacebo cæteras libidinis & invidiæ larentes in animo vomicas. Et tamen nos tales, tam belli homines; tam timidi cum audendũ, tam audaces cum timendum esset, nihilominus gloriamur, sæpe nobis Æternitatis gaudia in mente & in votis esse. Crede mihi, creditu hoc difficillimum est, nos cælum & Æternitatem in animo crebrìus volvere, & interim moribus non melioribus vivere? da veniam verbo, hoc impossibile est. Et istud jam demonstrò.

Jacob Patriarcha avunculo suo Labano pro filiâ Rachel septem annis servivit, & videbantur illi pauci dies, præ amoris magnitudine. Audis hoc, homo queribunde? tu servis non impostori, qualis Laban, sed Deo conditori & promissori fidelissimo. Nec pro uxoriculâ servis, sed pro toto cælorum regno; non pro uxoriâ formâ, sed pro aeterno Dei aspectu; non pro uxoriis blandimentis, sed pro cælestibus, æternis deliciis. Et tamen vel unius dieculâ molestia te sic enervat, ut subinde tuus omnis in cælum, in Deum amor frigere incipiat: quàm primùm adversa ingruunt, mox in fustissimas querelas prorumpis, cælum & terram inclaimas, spiras vindictam, fortè nec ipsi semper divine justitiæ querimonia tua parcat: quandoque verò sic te ablandinis voluptas emollit, ut servitii divini oblivis, & peccati labyrinthum à fronte amœnum ingressus, in letalem somnum resolvaris. En, hæc tua est vigilantia? En, hæc amoris tui heroica magnitudo est? Ubinam arduum illud septennium in divino servitio exantlamus? O Simon, Simon! sicine nõ potes unã horã vigilare cum tuo domino? Sed audi plura de Jacob Patriarchâ. Deceptus hic à Labano perlippientis Liæ conjugium, pro desponsâ sibi Rachel servivit apud eundem impostorem septem annis aliis, nec dubium, quin & hi septem anni, vili sunt illi pauci dies, præ eadem amoris magnitudine. Et credibile est cum subinde ab opere fatigarum, in Rachelis formam obliquasse oculos, secumque tacitè dixisse: Digna est certè hæc forma, quamvis molestâ & septenni servitute, atque si necesse, aliis insuper septem annis, illius gratiâ duram hanc servitutem servire non recusabo. Ita amoris impetus omnem laboris sensum mitigabat.

D Capis ista delicate Christi miles? & adhuc murmuras? tu Deo, pro Deo ipso servire, pro aeternâ quiete juberis laborare; ad tolerantiam atque patientiam provocaris pro immortali beatitudine, & adhuc ignavus dormitator conquereris? Numera sis quæso annos, quos in Dei famulatum totos expenderis; vide num annis viginti ita tu Deo, sicut Jacob Labano fideliter & industriè servieris: vix totidem menses aut dies reperies: numerata pervigilatas in precibus noctes, recensè dies in laboribus piis exhaustos: poterisne tu Deo, quod Jacob locero dicere: Die noctique astu urebar & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis: sicq; per viginti annos in domo tuâ servivi tibi, quatuordecim pro silibus, & sex pro gregibus tuis. Tunc ita, mi Christiane, annis viginti Deo servivisti? nosti, quæ tui laboris futura sit merces; non silix Labani, non greges ovium: sed servitutis tuæ præmium Deus ipse erit, animi corporisq; beatitudo; unde quaque tibi erit optimè, deliciis affluis innumeris, maximis sine

Jacob pro Rachel servit septem annis. Gen. c. 29.

Deus animi & corporis beatitudo.

sine omni defectu, sine ullo fastidio, sine fine; nata-
bis quasi liquidissimis immerfus voluptatibus. Et tamē,
aspice manus tuas ad opus languidissimas; intueri pe-
des tuos ad templum lentissimos; inspicere cor tuum in-
vidiā rabidum, irā & vindictā astuans, spurcis cogita-
tionibus verminans, socordia & impatientiā ignavum.
Siccine Deo servis pro cælo, pro immortalī vitā, pro æ-
ternā beatitate? quā faciās quod Jacob, & promissam
tibi Rachelem aspicias, cum suscepti laboris radium ob-
reperit. Quotiescunque igitur egrē tibi est, & vel adversa
premunt, vel prospera seducunt, vel labores oneri sunt,
oculos cælo attolle, & te ipsum sic solare: En, illa tua Ra-
chel est, formosa nimis & decora! tota pulchra est, nec
macula in eā ulla est. En cælum, en domum quietis &
voluptatis æternę, sustine nunc paullulum non summos
dolores, non maximos labores, & brevī illie eris, tantō
tunc lætior & beatior, quāndō nunc tristior & afflictior,
tunc quies illa tibi erit jucundior, quōd nunc vita fuit o-
perosior. Ergo & AGE fortiter, & PATERE constanter;
digna est his omnibus beata ÆTERNITAS. Sic sic, mi
Christiane, te ipsum sapius animares, si talibus oculis
cælum frequentius suspiceres, hoc affectu Æternitatem
quotidie cogitares, crede mihi, pauci tibi servituti dies
viderentur *pre amoris in ÆTERNITATEM hanc magnitudi-*
ne: laborem omnem tibi facilem diceret, molestias om-
nes gratiam computares, adversa omnia inter lucra
numerares. Viram præsentem hoc quisque sanctius in-
stuit, quōd attentius futuram Æternitatem expendit.

CONSIDERATIO VII.

Quomodo Christiani pingant Æternitatem.

PER tenebrosam domum pedetentim incedendum
est, parietesque palpani si humanus intellectus
in æternitate sese velit immittere, iter reperiet tene-
bris & caligine obseptum, nec unquam in hac vitā
penetrandum, via quidem ad eam brevis est, sed exitus
interminabilis. Et quamvis nemo hominum Æternitatem
sic animo conceperit, ut, quid ipsa sit, liquidō
possit dicere, ejus tamen immensitatem similitudinibus
& picturis, quasi quibusdam umbrarum lineis licet
proponere. Umbra profus est, & umbrarum umbra,
quidquid vel scribitur, vel pingitur de Æternitate.
Neque enim omnia tempora in unum coacervata,
ejus latitudinem exhaurient: non horæ, non dies, non
hebdomades, non menses, non anni; non lustra, non
olympiades, non Indictiones, non Iubilæa, non sæcula,
non anni Platonici, & tardissimi octavæ spheræ
motus. Et si hæc per quemvis numerum numerantem,
millenarium aut millionem multiplicentur, aut cui-
cunque numero numerato comparentur, ut stellis cæ-
li, arenulis Oceani, herbulis terræ, fluviorum guttulis
Æternitatis tamen numerus non indagabitur.

Nemo hominum quid sit Æternitas potest dicere.

Naturæ bo-
lide maris
profundita-
tem explo-
rant.

Imago à
Christianis
proposita
ad expend-
endum
profundum
æternitatis.

Naturæ demissā bolidē, maris profunditatem explo-
rant; nos item submissā & reverenti cogitatione, impe-
nerrabile profundum Æternitatis tentemus, & quo id
melius expendamus, hæc à Christianis proposita ima-
go juvabit. Ea sic habet:
Christus puerulus, quasi à præsepi & cunis pænē nu-
dus, ego & investis, stat inter nubes, aptam humeris suis
fert cruculam; nubibus unicum hoc verbum inscriptum
visitur, ÆTERNITAS. Infra Christi pedes in terrā hu-
mi sedet cadaver oseum, pilis & cute nudum, solā bar-
bā dignoscendum, levā membranam tenet, in quā
per scriptum, MOMENTANEVM QVOD DELECTAT;
dextrā pomum extollit. Juxta corvus est, rostro co-
chleam admordens, sua illi vox adscripta: C R A S,
C R A S. E terrā hiante flamma sese in altum emergit,
in quā voces illæ descriptæ: ÆTERNVM QVOD CRV-
CIAT. Christum ex æthere procedentem, flexis geni-

bus adorant è dispari sexu gemini homines, loco om-
nium hominum: pone hos fluens clepsýdra, & aper-
tus geminā facie liber est: alterā pagellā scriptum: *Du-*
cunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernā descendunt.
Alterā verò: *Quis me liberabit de corpore mortis hujus?*
Juxta stant cælestes genii & cernentium oculos manu
regunt, eòsque ad divinum puerum erigere jubent, hæc
pictura est, sensus illius iste.

Du-
cunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernā descendunt.
Ad Rom. 7.

I. Christus invitans.

CHRISTUS, æterni Dei æternus filius, non aliā quā
nos veste, hoc est, nudus in hunc orbem ingres-
sus est. Vestem immortalitatis & innocentiam per ino-
bedientiam nos amisimus. Nunc omnes heu quāni ma-
lè vestiti, in hanc lucem prodimus? Christus nobiscum,
imò pro nobis luit, quod non deliquit. Sed quid crux
in humeris divinisissimi hujus puelluli? lectulus est, in
quo in mortem obdormivit, pro cubiculo Golgotha,
pro cervicali spinæ, pro toro crux fuit. Multi è sanctis
hoc exemplo ducti, ultro per annos aliquot voluerunt
incommodè cubare, & malè parcissimè dormire,
modò læti ad diem æternum surgerent. Certè D. Bo-
nonius abbas, pro culcitrā plumē terram, pro lodice
cilicium, pro cervicali faxum habuit. S. Lupus Episco-
pus, viginti annis, S. Edmundus Archiepiscopus trigi-
nta annis, extra omnem lectum dormierunt. Tace-
bo Nicolaos, Basilios Udalicos, aliòsque quā pluri-
mos, quibus operæ pretium visum non est, talibus de-
licii somnum paucorum annorumovere. Alia illis
quies & longior in mente fuit: ideo nec ad fatietatem,
nec ad delectationem, extra cælum quiescere placuit.
Quot feminis etiam idem animus fuit? S. Clara pro
pulvillo ligneum trunculum capiti subjecit. S. Heldwi-
gis calcitram stramentitiam non nisi pro deliciis admi-
sit. S. Birgitta ab obitu mariti, triginta annis & cili-
cium assidue gestavit, & nunquam nisi humi dormi-
vit. Omitto alias.

Lectulus
Christi,
Cruis; cubi-
culū, Gol-
gotha; cer-
hoc exemplo ducti, ultro per annos aliquot voluerunt
incommodè cubare, & malè parcissimè dormire,
modò læti ad diem æternum surgerent. Certè D. Bo-
nonius abbas, pro culcitrā plumē terram, pro lodice
cilicium, pro cervicali faxum habuit. S. Lupus Episco-
pus, viginti annis, S. Edmundus Archiepiscopus trigi-
nta annis, extra omnem lectum dormierunt. Tace-
bo Nicolaos, Basilios Udalicos, aliòsque quā pluri-
mos, quibus operæ pretium visum non est, talibus de-
licii somnum paucorum annorumovere. Alia illis
quies & longior in mente fuit: ideo nec ad fatietatem,
nec ad delectationem, extra cælum quiescere placuit.
Quot feminis etiam idem animus fuit? S. Clara pro
pulvillo ligneum trunculum capiti subjecit. S. Heldwi-
gis calcitram stramentitiam non nisi pro deliciis admi-
sit. S. Birgitta ab obitu mariti, triginta annis & cili-
cium assidue gestavit, & nunquam nisi humi dormi-
vit. Omitto alias.

Et quid veteres narramus? quot hodièque viri reli-
giosi, semese stramini libenter & suaviter indormiunt,
nec plumas perunt cum beatam Æternitatem sperent,
quam quotidie cogitant. Sed ad Christum redeamus,
mortem is oppetiit, eamque & acerbissimam & igno-
miniosissimam, sed ut mortem æternam à nobis arce-
ret. Omnes quidem morimur, sed mors hæc brevissi-
ma est. Ictu oculi, momento à corpore divellitur ani-
ma, & totum hoc factum est, quod MORI vocamus.
Non ita res agitur apud inferos. Tormenta illa omnes
mortis angores & dolores longissimè superant, non tan-
tū quia multò graviora, sed quia incomparabiliter
diuturniora, cū sint æterna. Itaque illic ista pati, est
continè mori. Er ab hac perpetuā morte liberavit nos puer
ille, qui in nubibus pictus progreditur. Sub pedibus di-
vini hujus pueruli exelsum cadaver sedet, quod primi o-
mnium parentis esse, pluribus indicis sciri potest. Au-
dite nunc posteri, & seri nepotes Adami, parentem ve-
strum vos sic affantem.

Christus
ut mortem
æternam à
nobis arce-
ret, mortē
oppetiit
ignomi-
niosissimā.

II. Adam lamentans.

OLII, felices futuri, si patens vester scivisset fe-
licitate uti: nunc verò miseri hoc ipso, quod mei
filii, ego vos necavi prius quā genui, propter me an-
tè damnati estis, quā nati; Deus esse volui, vix homo
mansi: omnes in me periistis, antequam perire possētis:
ita nescio, patrem me appelletis an parricidam & tyran-
num; vitiosos vos esse quid miror, aut conqueror? à me
tales esse didicistis: inobedientes vos esse doleo, sed ta-
men esse docui, ipse Deo inobediens: intemperantes &
gulosos vos averfantur superi; ah, patrem nunc hoc est
vitium: superbia vestra exosos vos Deo facit: ego pri-
mus vestrum, ab hoc monstro triumphatus cecidi,
factaque est superbia à me victo superbiior: hoc à me

Adam hæreditatem hominum bolo unico abligurivit.

patrimonium habetis, miseriarum cumulum, celum A vobis magni Dei nutu transcriptum erat, & legatum certissimâ sponione: ego turbavi omnia, & hæreditatem omnium vestrûm abligurivi bolo unico: uxorem & pomum pluris ego feci quam vos omnes, quam cælum, quam Deum: hem malum & execrandum prandium, post quod aliquot millibus annorum, mihi cœnandum fuit apud inferos! In horto degebâ supra quam; cogitari & fingi potest amœno: omnibus quæ animo collibissent, frui ibidem licebat, unicam si stirpem declinasset. Omnium animantium rex eram, sapiens & pulcher, valeps & robustus: deliciis innumeris affuebam; cælum æquabili clementiâ novis conjugibus favebam; & in cæuleâ veste nitidum, continûte ridebat: soles non nisi purissimos illic vidimus, nil nisi amœnum & floridum incuterebat oculos; aures, suos habebant muscicos, aviculas; terrâ cœcum & cinnamomum halabam; undique me voluptras incredibilis ambiabat: vivebam procul omni curâ, tædio, metu, labore, morbo, morte: Deus aliquis eram in terrâ, hanc felicitatem cælitès ipsi mihi gratulabantur; ego unus eam mihi maxime invidiebam: & quia divinæ legi non parui, & vetitum malum admordi, omnia in me mala irruerunt: Paradiso exturbatus, à Deo profugus, pudore plenus lateras captavi. Labor, dolor, mœror, pavor, lacrymæ, calamitates, mille miseriæ fatigare me cœperunt, vos sentitis, quotquot ex meâ familiâ estis, & quod finis æternarum esse creditur mors, sæpe est initium, & quidem æternarum. O mei filii, meo vestrôque damno sapire, & vel unum hoc à me discite, PECCATVM ODISSE. En prorumpentem juxta me flaminam; hæc eodem quo peccatum tempore cœpit urere, nunquam in æternum extinguenda, omnia alia supplicia in levi ponenda sunt, & brevî finiuntur, hæc reos semper cruciabit; sed eam evadere jam possumus, modò ipsi velimus. Ultra quinque millia annorum mihi meisque liberis omnibus porta cæli occlusa fuit: nunc resarata est per illum, qui, quod ego liber malè rapui ex arbore, ipse suffixus in arbore, totum liberalissimè persolvit, & nobis omnibus moriendo restituit rem. Cunctis jam cælum pater, sed eò non inducit nisi via pœnitentiæ, non admittit nisi porta crucis: qui hac viâ, & per hanc portam venit ad gaudia, securus venit, & certus habitationis æternæ, non excludetur illinc amplius: nemo illic lædi potest aut lædere. O posterî ÆTERNITATEM cogitate, brevî immortales futuri, aut inter damnatos, aut inter beatos. Hæc ad posteros monita sunt Adami, qui,

Thom. Sta-pler. in vitâ illius c. 16.

Quam meruit penam solus digestit in omnes. Thomas Morus, Angliæ Cancellarius, vir qua pleraque omnia summus, cum re nullâ flecteretur ad assensum regis libidini præbendum, submissa est ad eum in carcerem uxor, si ea fortè virilem animum, qua precibus qua lacrymis emolliret; preces ergo quam blandissimas admoveere cœpit, & per sacra omnia rogare, ne se, ne liberos, ne patriam & vitam, quâ multis annis insuper liceret frui, sic iret perditum. Cùm verba lacrymis etiam commendaret, & plura de prolixiore vitâ ingere-ret; Et quamdiu (subjungit Morus) ô mea Aloysia, frui hac vitâ potero? tum illa: O mi optime marite, inquit, ipsis facillè viginti annis. Cui Morus: Vis ergo, inquit, ut æternitatem viginti annis commutem? nã tu imperitæ es mercatrix: si viginti millia annorum dixisses, aliquid tu quidem dixisses, & videri posses cum ratione insanire: sed hæc ipsa viginti millia annorum ad æternitatem quid sunt? modicum & breve quid, punctum, momentum, nihilum. Ideo ego carcerem, & quidquid malorum in me conjurarit, totâ vitâ perpeti malo, quam Æternitatis beatæ vel tantillam jacturam facere. Sic Æternitatis objectu & hunc arietem inconcussus sustinuit. Sed nigrum alitem jam consideremus.

III. Corvus crocicans.

P R oximè hoc protoplasti cadaver, corvus appictus est, qui non leviter facit ad Æternitatem integrè re-præsentandam. Notum D. Augustini dictum est: Cras, cras, corvi vox est, geme ut columba & tunde pectus. Hanc ferè ob causam, beatam Æternitatem plurimi amittunt, quòd illam hodie quærendam, cras quasituros se statuunt, nihil enim promptius in incertissimum CRAS rejicimus ac pœnitentiam, quam ut à nobis honesto nòmine amoliamur, identidem promittimus:

Cras causa amissionis beatæ æternitatis,

Cras hoc fiet. idem: cras fiet. quid, quasi magnum Nempe diem donas? sed cum lux altera venit, Iam cras hesternum consumpsimus. ecce aliud cras Egerit hos annos, & semper paulum erit ultra.

Perf. sat. 5.

Ita CRAS illud tam longâ sponione cunctatur, dum vitæ tempus eripitur, & repentè miseri ad Æternitatem sed horrendam & subterraneam devolvuntur. Ipsa est, ait Augustinus, que multos occidit, cum dicunt: CRAS, CRAS, & subidè clauditur osium. Salomon identidem Eccl. 5. inlclamat: Non tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem, subidè enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. Verè dixit Romanus sapiens Seneca: Magna pars vitæ elabitur malè agentibus; maxima nihil agentibus; tota, aliud agentibus: atque veluti Archimedes, dum Syracusæ caperentur, domi suæ in pul-dum circinum securus rotabat: ita plurimi hominum, dum illorum æterna salus agitur, pulverem illi suum tractant vanis litibus, pecuniariis negotiis, & non profuturis laboribus distenti. Æternitatem nunquâ cogitât, aut rarissimè, idque perfunctoriè tantùm, velur canes è Nilo bibunt. O Martha, Martha, quam vanè turbaris & distraheris in plurima, porro unum est necessarium beatitudo, sed nò hæc brevis in terrâ, sed illa in cælo ÆTERNA.

Archimedis factum dum Syracusæ caperentur.

Antequam laborem sumamus, notam illam regulam sæpe applicamus, & nobiscum ipsi quærimus: Estne hic labor ad panem lucrandum? An non potiori jure Christianus cujuscunque operis initio, seipsum seriùs interroget; Estne hoc ad cælum lucrandum? conducitne istud ad beatam Æternitatem promerendam? sed nos has tales curas in aliud atque aliud tempus rejicimus, nimirum istud de labore nostro tunc quæsituri, cum non amplius poterimus laborare. Sed hoc omnium peccatorum est, ait Augustinus; omnis peccator dicit, aliquando, sed non modò. Ah, cur non modò, si aliquando?

Dionysius Rex Siculus, Apollini auream chlamydem abstrahens: Nec æstati, inquit, nec hyemi vestis hæc convenit; in æstu gravat, in frigore non calefacit. Siculus autem Sic multi, ait Ambrosius, cum animâ suâ ludunt, & ream chlamydem Deo. Juveni dicunt, ad mundi leges vivendum mydem est: ad calices & choreas, ad equos & palæstram exercitatus sit, aprico gaudeat & focis: eremum & templâ tetricis senibus permitimus; & cùm senectus adreple-rit frigida & morbida: Non hæc, inquit, à senibus postulanda; per vires non licet: quies illis indulgenda: valetudinem curent, & satis agunt. Ita & æstas ætatis nostræ transit, & hyems, & ad futurum æternum ver nihil laboratur. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum, nec per corvinum illud, CRAS, CRAS, & hodiernum, & craftinum, & æternum elabi sinamus. Craftina dies non est nostra, sed hodierna. Ecce nunc, inquit Apóstolus, qui dicitis, hodie aut crastino ibimus in illam civitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus, qui ignoratis quid erit in crastino. Quis est enim vita vestra? vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Recèntè Messodamus, quod Guido Bituricensis narrat, invitanti ad epulum posteræ lucis: Mi amice, inquit, cur in crastinum vocas? ab aliquot jam annis diem secururam mihi nunquam polliceri sum ausus, quia in horas singulas mortem expecto. Nemo certè mortem satis cavet, nisi qui semper cavet. Nimis ille temerarius est, & Æterni-

Cur Apollini Dionysius rex Siculus autem Sic multi, ait Ambrosius, cum animâ suâ ludunt, & ream chlamydem Deo. Juveni dicunt, ad mundi leges vivendum mydem est: ad calices & choreas, ad equos & palæstram exercitatus sit, aprico gaudeat & focis: eremum & templâ tetricis senibus permitimus; & cùm senectus adreple-rit frigida & morbida: Non hæc, inquit, à senibus postulanda; per vires non licet: quies illis indulgenda: valetudinem curent, & satis agunt. Ita & æstas ætatis nostræ transit, & hyems, & ad futurum æternum ver nihil laboratur. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum, nec per corvinum illud, CRAS, CRAS, & hodiernum, & craftinum, & æternum elabi sinamus. Craftina dies non est nostra, sed hodierna. Ecce nunc, inquit Apóstolus, qui dicitis, hodie aut crastino ibimus in illam civitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus, qui ignoratis quid erit in crastino. Quis est enim vita vestra? vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Recèntè Messodamus, quod Guido Bituricensis narrat, invitanti ad epulum posteræ lucis: Mi amice, inquit, cur in crastinum vocas? ab aliquot jam annis diem secururam mihi nunquam polliceri sum ausus, quia in horas singulas mortem expecto. Nemo certè mortem satis cavet, nisi qui semper cavet. Nimis ille temerarius est, & Æterni-

Inc. 4.

Æternitatis manifestus contemptor, qui cum letali peccato ita cubitum, & in plumas sese abjicit, toroq̄ue proflat de peccatore somnum. Ah! quanta est humana mentis & cæcitas & temeritas? quam frequens sit & crebra mors repentina, scimus; ipsos etiam homines novimus, qui pridie valentes & sani cubitum ierint, mane inventi sunt mortui, forsân è plumis, Deus scit, in flammis tracti: ipsi etiam vidimus, qui subitâ vi tacti, simul egrotare cœperint & mori, intra partem horæ sani, ægroti, vivi, mortui, & tamen adhuc procrastinamus, & de die in diem (parum est hoc) de anno in annum emendationem vitæ differimus, interim mors adest non expectata, toti nos tradit Æternitati.

Viventer in se cunctabundam hanc lenitudinem expugnans Augustinus: *Sentiebam*, inquit, *me ab eis teneri, & jactabam voces miserabiles, Quamdiu, quamdiu eras & eras? Quare non hac horâ finis turpitudinis meæ? dicebam hæc & flebam amarissimâ contritione cordis mei.*

Magnus ille Antonius, teste D. Hieronymo, suos ad virtutem exhortatus, jugi meditatione aiebat retinendum esse monitum illud: *Sol non occidat super iracundiam vestram.* Neque tantum super iracundiam solem occidere non debere dicebat, sed & super peccata alia omnia, ne unquam scelerum nostrorum testes Sol & Luna discedant.

Ephes. 4.

Leont. Cypr. Episc. in vitâ illius c. 14. Joannis Alex. cum Nicetâ Patricio litigium.

Ioanni Alexandrino Patriarchæ, litigii quid fuerat, cum Nicetâ Patricio urbis primatè: ad forum res spectabat, in quâ ille potius pauperum, hic numerum magis curam gerebat. Fuit ut unum in locum convenirent, pacem, si quâ ratione possent, initari. Clamatum est diu acriter, nec sine stomachi aut bilis indicio, neuter suas partes deferere æquû sebat: ita in seras horas confictus hic verborum abiit, nec amplius profectum est, quàm ut animi paullo quàm antea essent offensiores. Quando ergo nevirus animus ad alterius conditiones accedere voluit, discessum est lite pendente & integrâ. Patricius jure pecuniario cedere iniquum putabat, Patriarcha Dei causam sibi agere videbatur, nihilominus tamen, cum jam abiissent, Patricius pertinaciâ seipsum damnans integerimus Præsul: Nec in optimâ quidem causâ (ait ipse secum) hanc inflexibilem iræ contumaciam Deo placere putes: & jam etiam adulta nox imminet; itâne solem super iracundiam nostram occidere sinemus? Impiorum hoc est, & contra præceptum Apostoli: nec quievit optimus antistes, & quàm primùm sacerdotes primarios complures ad Nicetam Patricium submisit, eiq̄ue renunciari iussit hæc solum: *Domine, Sol ad occasum est.* Quæ paucula verba Patricii animum improviso aggressu sic immutavit, & adeo pervicaciam omnem expugnaverunt, ut turgentibus oculis prorupturas lacrymas ægrè in statione contineret: nec distulit; abeuntes clericos è vestigio secutus, ad suum Pontificem Ioannem, quàm importunus tam gratus irruit, & statim: Sancte Pater, exclamat, in tuâ posthac ero potestate: quo dicto in muruos amplexus, & unâ in concordiam iverunt ambo; ita pacem, quam longa verborum velitatio nequit, unicum hoc dictum integravit: *Sol ad occasum est.* Ita omnino, quisquis peccati mortalis conscius sibi est, vesperi hoc ipsum sæpius apud se animo revolvat: *Domine, Sol ad occasum tendit;* fortassis & vita tua. Atque si hac nocte moriaris, quod nec novum, nec rarum est, in quâ te futurum putas Æternitate? divorum an damnatorum? Conscientia tibi tua hoc diceret; quare age quod agis, *Sol ad occasum tendit;* fortassis & vita tua. Super libidinem & luxuriam tuam, super tuam invidiam & blasphemiam, super detractionem tuam & furtum, super peccatum tuum mortale vel unicum. Deus bone, si vestis, si vultus, si pileus levi forde maculetur, mox abstergimus aut eluimus; ergo vestis aut pilei, ergo vultus maculam tolerare non possumus, & animi turpissi-

mos nævos tamdiu toleremus? is dies, ea hora expiationis esto, quæ est peccati, agenda est pœnitentia, ait Ambrosius, non solum sollicitè, sed etiam maturè, ne forte Evangelicus ille paterfamilias, qui arborem sicum plantavit in vineâ suâ, veniat, & quaerens fructum in eâ, si non inveniat, dicat cultori vineæ, *succide illam.* Hoc ultimum vulnus arbori influctum, prorsus est immedicabile. Ergo quibus licet, & dum licet, medeamur. Ipsæ animantes hoc docent, cervus sagittâ confixus, ad dictamnum notam sibi herbam properat. Hirundo si pullos excœcaverit, novit illos oculare rursus de suâ chelidoniâ. Nos, heu, miseri penè quotidie vulneramur, & sæpe letaliter, & tamè medicinæ cura nulla est. Ad mentem, ad confabulationem, ad lectum, uti affuevimus, properamus: & quis ad pœnitentiam, ac confessionem?

Lib. 2. pœnit. cap. 1.

Medicinæ nobis cura nulla est.

Si tutelaris Angeli (nam & hi in hoc Æternitatis typo expressi adstant) monita audierimus, nunquâ nisi prius Deo reconciliari cubitum abitemus, custos hic noster sæpius monet cleydyra ad finem defluentis, monet iudiciû jam imminenti: at nos viâ, quâ cœpimus pergitur; fluat cleydyra, imminet iudiciû, Orcus minetur, moneat Angelus, mors instet, nos verò pergitur, & in dulcem declinamus lumina somnû. O miser qui quis es, -- potes hoc sub casu ducere somnos?

Virgil. 4. Æneid.

potes Conscientiam peccati mortalis ream ad lectum deferre: potes in tanto æternæ mortis periculo soporem mortis fratrem admittere? Possunt, inquit, possunt, nec aliquid mali mihi unquam evenit. Ne fidas, unicâ horâ evenire potest, quod mille horis non evenit; nondum evasisti, & cogita obsecro, quanto spatio anima tua distet à morte, ab inferis, ab æternitate: unico certè habitu. Verissimè tu quoque dices: Uno tantum gradu, uno gradu ego, morsque dividimur. Non magno apparatu opus à morte dividimur, ut mors te sterneret, neque tota telorum pharetra evasit, ut cor tuû transfigat: unius sagittule mucro vitâ te omni spoliabit. Ecce aura malignior & corruptior te afflat, vel humor aliquis è cerebro in pectus subsidit, vel aliquod alicubi ostiolum in corpore obsepitur, aut cordis calor subitò suffocatur, aut arteriæ pulsus intercipitur, & totum tuum vivere concidit, riq̄ue te prius ad æternitatem abreptum esse miraberis, quam metueres abripiendum. Mille sunt non tantum tardæ, sed repentinæ mortis viæ. Mors illa maximè improvisa est, cujus vita præcedens non fuit provida. Mors impræmeditata, mors pessima: ideo salubriter consultum est omni ætati, ut omnem diem sibi credat ultimum, imò omnem horam putet extremam. Quot hominum subitò sunt extincti, lapsi, laqueo, veneno, gladio, flammis, undis, leonis unguibus, aprorum dentibus, equorum calcibus? mille mortis causæ; quotquot corpori sunt, non dicâ sensus, sed & pori, tot & morti sunt fenestæ, per quas irreat & jugulet. *Natus es,* ait Augustinus, *certum est quia morieris: & in hoc ipso, quia mors certa est, dies mortis incertus est.* Nemo nostrum scit, quàm propè veretur terminus *Nescio,* ait Iob, *quamdiu subsistam, & si post modicum tollat me factor meus.* Mediâ vitâ in morte sumus, quàm in sinu semper circumgestamus, & cui exploratum est se ad vesperam victurum? Huic hominum latroni, Morti dico, mille sunt nocendi artes, innumera fulmina, tonitrua, ignes Phrygii & Græci, sagittæ, gladii, falaria, falces, fundæ. Exemplis opus non est: quæ à priscis petamus, sat recentium habemus: nonne multi nobis non ignoti, dum dormierunt, in mortem ipsam obdormierunt, non excitâdi ante supremum diem. Non semper mors nuntios aut Feciales mittit, qui adventum suum significant: sæpius adest inexpectata, & sine omnibus cæremoniis inermem hominem invadit, In inferno sternitque. Vigilare itaque, quia nescitis neque diem neque horam. Est quidem in inferno pœnitentia, sed non niteucia, vera, & sera nimis. Nunc tempeltivus clamor est: *Facite Mat. 3. fructû dignû pœnitentiæ. Venit nox quando nemo potest operari: Iob. 9,*

Uno gradu à morte dividimur.

Mille tantæ tardæ quæ repentinæ mortis viæ.

Morti milia sunt nocendi artes.

In inferno sera est pœnitentia.

Mat. 3.

Iob. 9,

opera-

Orig. hom. 10. in Mat. operamini ergo dū dies est. *Dies*, inquit Origenes, *hujus seculi spatium est; qui quidem dies nobis longus, sed si cum Æternitate conferatur, est brevissimus, quam tamen diei brevitate infinita sequitur Æternitatis prolixitas.* O mi homo, tu præsertim, qui peccati gravioris conscius tibi es, Æternitatis ostium contemplare, & mortem cogita. Incertissimum est quo te illa loco expectet, tu itaque illam omni loco expecta. Qualem te invenerit Dominus cum vocaverit, talem pariter & judicabit.

CONSIDERATIO VIII.

Quomodo Christianis non tam pingenda, quam meditanda sit Æternitas.

O Rdo postulat, ut à Psalte regio, aliisque æternitatem meditantibus, in nos ipsos descendamus, nobiscum ipsi habitemus, & saltem subinde domi, & apud nos sumus; nimis procul à se suaque salute abit, qui quod transit, videt; æternorum obliviscimur.

Norunt jurisconsulti, jus illud quod de solis tribus obolis est, deferendum non esse; si jus sit perpetui & æterni census, magnum inesse censetur pretium tribus tantum quadrantibus; si singulis ii annis sunt suo domino pendendi, tanti est rei vel vilissimæ perpetuitas: quod si jus trium obolorum persequeris, mi homo, & qui sit quod in hæreditate regni æterni adipiscendâ tam focorsus & occitabundus? de tribus obolis bellū alteri moves, & prolixum institutis litigium, cælum aliis rapiendum permittis? nimirum res vilis est cælum; certè apud te, qui tam parum pro cælo laboras. Omnia alia tanto queris ambitu, tanto conatu & sudore: de æternis, ut que procul distare videantur, vix cogitare vacat; & cum vacat, non libet. Res morosa videtur, menris oculum fatigare in iis quæ pervidere nequeunt. Vicina & præsentia magis delectant.

Hic si sapimus, mirabimur nostrâ ipsi cæcitate, aut verius insaniam, quod cum in plerisque omnibus præsertim ubi pecuniaria causa est, velimus esse certi, at verò cum de thesauris æternis agitur, nulla quærat, cum haberi possit aliqua certitudo, vel, ut vocant asscuratio. Quis mutuas dat pecunias, qui non in vicem litteras postulet, aut pignora? Omnium hoc in ore est: Certus esse volo, cupio asscurari; viam quoque tutiorem, aleam subire non placet: præsentia & certa ubique, præpollent incertis & longè distitis; melior est passer unus in manu, quàm decem aut viginti in recto: charior nobis est regulus in cavèâ, quàm aquila in nubibus. Nimirum cum Plauto sentimus, & tum credunt manus nostræ cum sunt oculatæ. Itane, ô mortales, certitudo vobis quæritur rerum incertissimarum, & tunc maxime fallentium, cum manu tenentur; de vitâ æternâ tam non curatis esse certi? Norunt Christiani quam hic asscurationem aut certitudinem posuerit Rex cæli, Christus: *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.* Qui servat, ingreditur: res certissima, via securissima est: at verò qui vel in unico ex his præceptis peccat, pœnitentiam insuper differt, nec eadem quâ peccavit horâ, offenso se Deo reconciliat, is se suaque omnia, is corporis & animæ salutem æternam, aperto committit discrimini. Tribus digitis (sed nec tantum) à morte abest, cum mille mortis causas intra se contineat, & tamen in illo damnationis statu temerarius persistit, in quo si mortè obiret, periret in omnem æternitatem. An non hoc est temerariè agere, & alex periculossimæ, quam facile vitare posset, æternas divitias committere?

Quod si tot anni in inferorum cruciatibus essent explendi, quot peccata quis parasset, aut etiam quot horis vixisset, quàm id esset tolerabile? at reverâ sic plures viverent inimici hostes Dei, si ad certos tantum annos ignis ille duraret; nam plurimi ne sic quidem terren-

tur, cum sciant supplicia illa æternum, & infinitos annos duratura, eaque esse tanta tamque immania, ut pars horæ in iis consumpta videatur annus. Nam si conflaretur in unam quali massam id quod homo centenis annis in hac vitâ perpeti potest, putâne annum unum apud inferos exigendum æquaret? sicarii, latrones, parricidæ, & quorumcunque scelerum rei triduo aut quadriduo omne sibi debitum supplicium exhauriunt: diuissimè quidem torquentur, sed intra paucos dies omnis hæc stat tortura, & tota unius circumactū hebdomadis absolvitur. At verò damnatorum tormenta non uno anno, nec sæculo uno alteròve concluduntur: Deus hos semper punit, neque unquam satis punit, etsi totâ puniat Æternitate.

I. Non rem tantum, sed & spem omnem Æternitatem præcudit.

S Pes in hac vitâ sic habet, ut sæpe sola hominem in miseris soletur: ad sublevandam enim hominum lassitudinem, spe nihil est efficacius. Et divina lenitas plerumque aliquam in adversis spem salutis reliquam facit. Egrotò dum anima est, spes est. Post hanc vitam, hoc ultimū rerum adversarum solatium dānatis penitus ademptum est: spe sublata, sola remanet æterna desperatio. Vidit & audivit Daniel Propheta clamantem angelum: *Succidite arborem, & præcidite ramos ejus: excutite folia ejus, & dispergite fructus ejus. Veruntamen germen radicem ejus in terrâ sinit.* Florem, inquit, Ambrosius, & folia decuit, radicem servat; deliciae hæc auferruntur, pœnæ infliguntur, spes tamen non adimitur: en, radix servatur, spes manet. Apud inferos radicitus & stirpitus evulsa est. *Non relinquet eis germen, neque radicem,* clamat Malachias. Iobus etiam dolens: *Et quasi Ervum, c. 10. avulsa,* inquit, *arbori abstulit spem meam. Spes impiorum peribit.* Ergo dum possumus, sed simul etiam id quod debemus, speremus. Ovidius olim monet:

*Omnia sunt hominum tenui pendencia filo,
Et subito casu, qua valere ruunt.*

His ergo fidendum non est, nec sperandum in his. Bernardus viam monstrat meliorem, his verbis: Dicit fides, parata sunt magna, inexcogitabilia bona à Deo fidelibus suis: dicit spes, mihi illa servantur: jam tertia, charitas: curro ego, ait, ad illa. Spes vera, uti D. Gregorius affirmat, in æternitatem animum erigit, & idcirco nulla mala exterioris, quæ tolerat, sentit. Spes vera, omnia modicum quid, & momentum esse non nescit. Sed ô momentum, à quo tota pedit ÆTERNITAS! hora mortis & extremi agonis dies propriè momentum illud est, & illapretiosa margarita, ob quam prudens mercator omnia vendit, ut illam emat. Sed pauci norunt hujus unionis pretium. D. Hieronymus affirmat, & Pro æternâ salute, inquit, omnis admodum homo negligens est, sed unde neglectus iste in re summi momenti? Oculos miseri habemus imbecilles & malos, cominus satis videmus, eminus vix quidquam. De adultis & senibus non loquar: pueri puellæque à cunis recentes, & quibus nondum omnes dentes nati, vitiorum elementa accipiunt, & minimas avaritiæ sordes ediscunt: mox acquirendi docentur insatiabile vorum; norunt itaque quid lucro, quid crumenæ, quid penori faciat; de mercimoniis loqui possunt, & vina judicare, & vestium peregrinas formas dictare norunt, nimirum:

*Hoc monstrant vetula pueris poscentibus assen,
Hoc discunt omnes ante alpha & beta puella:
Inde ferè scelerum causses;---*

Inde etiam tanta rerum æternarum incertia, aut oblitio; juvenes, senesque numi pretium probe intelligunt, cæli & Æternitatis ignorant. Sed pergamus ulterius.

Spes in hac vitâ solatur hominem:

Damnatis verò penitus est sublata. Dan. c. 4.

Malac. e. 4. Iob c. 14. Ervum, c. 10.

Serm. 10. in Ps. 91.

Homo pro æternâ salute negligens est.

Juvenalis Satyr. 14.

Pro thesauris æternis nulla queritur asscuratio.

Matt. 19. Luc. 18.

Ignis inferni cur non durat ad certos annos?

II. Æternitas mare est, triceps hydra est, sed & fons est omnis gaudii.

A crata instar puncti est: æternorum bonorum gaudium est æternum.

III. Æternitatis gustus quanti sit, illustri exemplo declaratur.

Ex te potissimum, mi Christiane, qui concioni sepe interes, sed fortasse rarò attentus es, queritur: Si tu ad mare ftes, illudque minuto cochleari exhaurire instituas, in proximum à latere vicino rivulum, qui tamè ipse etiam mare influat, & sic omnia quæ mari ademerat, à mari resorbeantur: dic jam, quamdiu in exhauriendo mari laborabis? quod si dolio haurire liceat, & in flumen aliorum derivatum effundere, quot annis vel hac ratione hauriendum tibi esset, dum in alium alveum mare transfunderes? interea temporis in flammis sedere, infandum esset tormentum, damnatis tamen gratissimum pactum, & moram dicerent non longam, modò demum sic finiendam, ut evadere liceret Æternitatem.

Finerunt prisci tripitem nescio quam hydram, cui B resecto uno capite, mox aliud atque aliud subnasceretur: hydra hæc verè apud inferos est, si est usquam, illic enim æternitas triceps, quæ ad pœnam damni, pœnam sensus, & vermem conscientia nunquam moriturum, velut trigemina capita præfert. Heu miser nos & rerum maximarum improvidos, qui vitam habemus tam brevent quam periculosam, in eâ tamen adeo hilares sumus & petulanter læti, perinde atque si per paradisum & amoenissimam tempe deambulemus, securi ab hostibus, jam jam in patriâ tutò locandî, Nescire tamen sine culpa non possumus, perventuros nos demum ad geminas portas duplicis Æternitatis, quarum illa beatorum, hæc damnatorum est; per harum alterutram ingrediendum, prout nimirum in viâ nos gesserimus.

Laurentius Justinianus hanc hilarem viatorum insaniam miratus: O mortalium, inquit, lugenda conditio, quæ cum sit exul à patriâ, exultat in viâ! differamus tantisper vanissima gaudia, dum patriam contingamus, & hoc unum agamus, ut per illam admittamur portam, quæ principium est æternæ beatitudinis. Creavit nos quidem Deus ad delicias potius quam ad labores, verum hinc neque locus, neque tempus est deliciarum, sed laborum. Æternitatem Deus delictis assignavit, hujus verò vitæ spatium ad delicias illas promerendas concessit. Et quo, inquis, obsequio eas promerebor? Oratione nostri? Regnum celorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Cogita tecum: Egone violentus ille? nimirum in plumis, in poculis, in tripudiis, in deliciis. Ah! certandum est generosè, currendum strenuè, dum vivimus & vigemus, ut in ultimo vitæ articulo, in ipso Æternitatis horizonte, qui nos in perpetuum ab hac vitâ determinabit, & in aliam, quæ totius Æternitatis est, transcribet, de vitâ transactâ gaudere, de futurâ optime sperare possimus. Laboremus ergo, laboremus, & vim nobis inferamus, sic latentem in tempore sempiternam quietem, & æternam sub paucis diebus occultatam gloriam assequemur.

Verum solidumque gaudium non in vanis his delictatiunculis, sed in æternis voluptatibus querendum est. Ascendit hederâ super caput Ionæ, ut esset umbra super caput ejus. Et latatus est Ionas super hederâ, latitâ magnâ. Et quid demum est omnis hujus Mundi seu voluptas, seu vanitas? an non virens hederâ, quæ textili silyâ per parietem inserpit, lætamque supra caput mundi umbram explicat? Lætantur opulenti latitâ magnâ, sub umbrâ suæ hederæ, suarum opum: lætantur gulosi & ebriosi sub umbrâ suarum mensarum: voluptuosi sub umbrâ deliciarum suarum. At extrema lætitia, hinc occupat. Paravit Deus vermem, & percussit hederam, & exaruit. Ubi nunc, mi Iona, tua est hederâ, & ubi lætitia tua? exaruit & illa, & ista, ita prorsus hederæ nostræ exarescunt, simulque cum illis omne illud umbratile gaudium. Gaudium enim hypo-

Vidit hoc, & maturè, Theodorus, annis adolescentens, sed certè judicio senex, Christianis ortus parentibus. Hic, die toti Ægypto festâ, cum in amplissimâ parentum domo risus, cachinni, tripudiâ personarent, cum geniales mensæ ad epulas invitarent, ipse clauso sed casto ingemiscens vulnere, secum ipse sic ex-postulare cœpit: Infelix Theodore! & quod inde tibi lucrum, si mundum lucreris universum? Multa habes, & quamdiu habebis? abundas, epularis, tripudias: & quamdiu hæc omnia? equidem placeret & saperet hæc vivendi ratio, modò diu placere posset & sapere. Ecquid autem? delicias has retineam, perdam æternas? Dic Theodore, num hoc Christiana legis est, in terrâ sibi cælum effingere, & per delicias ad delicias transire velle? aut ego me valde fallo, aut Christus per spinas eundem dixit. Abrumpe, & brevibus gaudiis præfer æterna. Dixit & madentibus oculis in penetralem domum se recipiens, ibique se alternens, sic precari cœpit: Deus æternæ, cor meum tibi patet, meus ad te orator, meus est gemitus. Quid à te petam, aut quo modo, vix ipse satis scio: hoc unum, ô mi Deus, unicè deprecor, ne me mori sinas æternâ morte. Domine, tu scis, quia amo te, & cupio esse apud te, & laudare in æternum: Domine miserere. Dum hæc orat, intervenit mater, & rubicundulos madidòsque oculos curiosa observatrix statim animadvertit, &: Unde, inquit, hic mœror mi fili? & quæ hæc tua solitudo hoc die? jam mensâ te vocat, tu unus desideraris. Cui Theodorus: Quæso te mater, inquit, meam à mensâ absentiam honesto purga nomine: nauseanti stomacho cibum vel potum obtrudere, nec ipsâ tu suaseris. Ita clementi dolo matrem à se removit, ipse solus cum solo Deo penitus in æternitatis adyta est ingressus, cœpitque vitæ suæ statum omnem attentâ cogitatione rimari; & Quis (inquit ipse secum) hæctenus fui, aut potius, quis deinceps esse volo, si quidem Æternitatis regno nolim excidere? Varia ad cælum via est, alius hæc

it, alius aliâ, modò perveniatur, quid refert quâ? quando tamen non omnes viæ similes, & nos quoque dissimiles, deligenda cuique ea est, quam sibi solvit commodam. Alia brevior, alia longior ac periculosior. Si timeam in longâ ac periculosa, superest brevis ac secura, quam si eligam, sine dubio mecum gaudebunt Angeli. At mei tristabuntur? initio quidem, postea verò forsitan & ipsi gaudebunt. Age Theodore, modò non in longum differ, & noli nimis cedere. Spero sanè me fore fortem, ubi fortes adversarios invenero. Quid si habiturus sim molles, blandientes, illacrymantes? hinc plus mihi metuo. Sed obfirma animum, & quem à naturâ flexilem habes, à Christo infractum impetra. At quid si mater ubera ostendat? scis, quid S. Hieronymus dicat; ad vexillum crucis evola, virtus est in hac re esse crudelem. Aliam habes & majorem matrem, quæ sua pariter ostendit, & est illa patrona tua Beatissima Virgo, quæ tibi deinceps instat mille matrum erit, si tu fueris ejus filius. At res ardua est, hæc vitæ mutatio, præsertim in ipso ævi flore. Est ardua factòr. Sed experientia loquitur; Plerique hoc ipso malè Deo serviunt, quòd serò serviant. Rectissime omnium illi, qui ab adolescentiâ Domini jugum portare didicerunt. At, delicatè hæctenus nutritus sum, nunc asperam vitam ingrediar: ferre potero? Spero, sed quamdiu? in annum unum alterumve? hoc satis non erit, ultra tendendum est, ad finem vitæ. Perpende itaque, & aut non incipe, aut fini. Puto me in his superandis solum non fore, sed cum socio Deo. Verum id quidem est, at

Vita S. Pn-
choinic. 29.

Via ad cæ-
lum varia.

Apud inferos
triceps
æternitas.

Mat. 11.

Verè gaudium
quibus in rebus
querendum.
Ion. 4.

Mundi vo-
luptas que-

Iob 20.

contra

contra affueta tendere difficillimum est. Hactenus vitam duxi nobilem & liberam, nunc humilem & seruillem ducam? quâdiu ducam? non licet brevè hinc comediam cogitare, ut unum aut alterum diem hanc personam sustineam; hinc ultimus actus agitur, cum agitur anima. Longa erit theatri hujus molestia, & ad sericium aut purpuram redire non concessum, nisi ubi indueris immortalitatè & vestem gloriæ. O Theodore, quid facies in hac tam diurnâ scenâ? Ad alios actores attendam; inter ceteros video Christum Dei filium, ignobilem, humilem, ac simplicem quavis servilia pati & agere; quid mihi faciendû, nunquid illò sum melior? An reverè durum est in has scè angustias redigere, & quemdam quasi carcerem ingredi: Vide, voluntas tua in posterum erit altius, & facies quod volet alter. Hinc quoque quem sequar Christum habeo, qui non venit suam facere servitutem, sed Patris qui in cælis est. Nec mihi difficile fuerit, alienum sequi ductum, si ducentem intuear. Quis est, qui jubet? homo vocem profert, Deus imperat, cui si obedientiam non promitterem, deberem. At profectò nimis alta hæc philosophia est, à locuplete in pauperem transire vitam: quid facies? Mendicandum tibi erit, qui mendicantibus dare poteras; delicias quas non habebis, noli querere.

Quid tamdiu mecum ipse litigo? quid fluctuo in hoc spei & timoris Euripo? Exemplum Domini mei non ante me cerno? Non in oculis est Christus cruci suffixus, illulus, infanda passus? Ille cælestibus relictis thesauris in hanc inopem venit terram. Quid habuit? ortus & casus ejus ostendunt; in illo non habuit, quò diverteret, in hoc non habuit quo se teget: Nudus obiit. Per vitam qualis? in fugâ, in itinere, in siti, in æstu: quàm agendo indefessus, quàm patiens perferendo? quæ docuit, hæc & fecit. Quis tam attentus ad pauperatam, tam promptus ad labores, tam mitis ad contumelias? Istius me ducis pudeat, inter hujus me comites cenferi erubescam? aut Theodorus non ero talis, qualem me esse vult Dominus meus Jesus. Paratus sum amore illius & algere, & esurire, & sitire; paratus contemni, vinciri, uri, scari: brevia sunt hæc, nec possunt esse diurna: sola Æternitatis vel gaudia vel tormenta verè sunt diurna. Ire caduca, flocci vos facio, sola mihi in voto est ÆTERNITAS.

Adeo incaluit hoc cogitationem æstu, ut jam solam arderet Æternitatem in cælo. Itaque decrevit, numis, parentibus, deliciis longum & æternum dicere vale. Firmamando huic decreto non tam præcipitanter egit, quàm constanter. Non statim is fuit qui esse cupiebat, sed tandem fuit, hoc est Pachonii discipulus. Tragœdia hunc prologum non una est scècuta, sed contra morem tragœdiæ, post triste principium læto exitu. Ita Theodorus, ipse Æternitatem medullis combiberat, ut mundo fieri fabula non recusaret, modò ille non crederet cum mundo fabulam esse Æternitatem.

Vultis, mei Christiani, à Theodoro, imò à magno Paulo, imò ab ipso Christo audire verbum verum & serium? Sic plerique vivitis, ac si fabula sit omnis Æternitas. Lata porta est & spatiosa via, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam: certè non intrant per hanc, si crederent, illic quâ intrarunt æternum se permanuros. Ita vobis pia fabula est Æternitas. At credimus (dicetis) Æternitatem, speramus, cupimus. Quæsit vos, quantilla hæc spes, aut fides, quam frigida hæc est cupiditas? præsens voluptas, moneta in manu, blandimenta carnis tam ingeniosè fallunt multos, ut in eis omnem Æternitatis amorem suavi oblivione paulatim extinguant. Millies quidem clamatur: *Hæc dicit Dominus, hæc præcipit Deus*: millies hoc auditur, sed & millies negligitur. Dicat Dominus, præcipiat Deus, hæc via nobis placet, post cogitationes enim nostras ibimus, & unusquisque pravitatem cordis sui mali faciemus.

Via spatiosa est quæ ducit ad perditionem.

Eccl. c. 18.

A Ideo hæc dicit Dominus: *Interrogate gentes, quis audivit talia horribilia?* An illi sine Deo populi, si hæc ÆTERNITATIS arcana scissent, eadem sic contempserent? Bene est, mei mortales, clamavi & non audistis; vocavi, & tenuistis; extendi manus meas, & non aspexistis: ego quoque in interitu vestro ridebo, cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit, cum tota vos oppresserit ÆTERNITAS. Si vos hoc in statu mors feriat, jam lata est sententia, jam clausa est janua: abite, æternum miseri, æternum damnati.

Evigilate itaque, Christiani, evigilate: ad januam stat judex: momento fiet quod tota doleat æternitas. Magnus ille Antonius in quadam ad suos concione: Hic, ait, mei fratres, sunt æqualia rerum pretia, in vendendis rebus & emendis. Tu mihi decem das aureos, tantivis pretii tibi do aromata. Quinquagenos ego tibi florenos numero, tantidem tu mihi frumentum rependis. Alia longè ratio est, in iis, quæ æterna sunt, comparandis. Æterna vita, vili proflus stat pretio: obolus unicus cum toto auri millione justius comparari potest, quàm omnis labor noster cum cælesti beatitudine. In Psalmis lego: *Dies vite nostræ septuaginta anni*, si multum, octoginta: quidquid reliquum est, labor & dolor: quocirca si octoginta, aut si centum ut plurimum annis Deo fideliter & ferventer servierimus, omnium sæculorum regnum obtinebimus, & non centum dumtaxat annis regnabimus: cælum hæreditabimus non terram. Ergo, filii, non vos aut tædium fatiget, aut vanæ gloriæ delectet ambitio. Non enim sunt condignæ passionibus hujus temporis, ad superventuram gloriæ, quæ revelabitur in nobis. Nemo, cum mundum deseruerit, ingentia se reliquisse arbitretur, omnia enim terrarum spatia ad cælorum infinitatem comparata, brevia sunt & angusta: & licet opes retineamus, lege mortis ab illis divellemur invitati, quin ergo virtutem teximus è necessitate, vel brevè amittendâ, sponte amittimus uti exigua,

B maxime recepturâ? Hæc fufius narrat Athanasius. Vita æterna stat vili pretio. Psal. 89.

S. Pachomio usitatissimum fuit, & perpetuum, ut, quotiescunque mentem illicita titillaret cogitatio eam Æternitatis memoria repelleret: recurrenti opponeret æternas pœnas, dolores sine fine urentes, ignem inextinguibilem, & vermem nunquam omnino morientem, quare considerationem istam hic ipse D. Pachomius verbis suis finiat: *Ante omnia, inquit, præ oculis habeamus diem ultimum, & momentis singulis supplicia timeamus dolorum ÆTERNORVM.*

Terrarum spatia ad cælorum infinitatem comparata brevia sunt & angusta. In S. Antonii vitæ c. 15.

CONSIDERATIO IX.

Conclusiones aliquot dictorum de Æternitate.

I. Conclusio.

D Non tantum non eloqui, sed nec cogitatione fatiscere non potest ullus hominum infinitam ÆTERNITATIS longitudinem. Inter hominem verum & sculptum, ignem verum & pictum maxima est differentia, & tamen etiam hæc suo sibi modo simillima dicuntur: at inter nostrum & tartareum ignem, inter nostros & tartareos dolores nulla est, nulla penitus comparatio, nam illorum mensura TEMPVS est, istorum ÆTERNITAS. Christus id in palmitate eleganter exprimens: *Si quis, inquit, colligent eum, & in ignem mittent, ET ARDET.* Hic ÆTERNITAS brevissimè, unico nimirum verbo, optimè descripta est: omnia alia Christi verba futuri habent discrimen; arefceset, colligent, mittent; non ardebit, sed ARDET. Iste damnati hominis status erit: Ibunt mille anni, ET ARDET: iterum mille anni transibunt, ET ARDET, sicut in principio: iterum atque iterum milleni

milleni anni præteribunt, ET ARDET, sicut cœpit: A quod si post aliquot annorum milliones quaeratur: homo ille ante tot millia annorum damnatus, quid facit, quid eo fit? responderi aliud non poterit quàm hoc ipsum, ARDET, ardoribus continuis, infandis, æternis: ex ævo in ævum sic erit. In hunc locum pulchrè Augustinus: *Vnum de duobus palmis congruit, aut vitis aut ignis: si in vite non est, in igne erit; ut ergo in igne non sit, in vite sit.*

Tract. 81. in Ioannem.

II. Conclusio.

SI scirent, qui in peccato mortali sunt, quàm vicini sint ÆTERNITATI, & tormentis æternis, cum possint unico Dei nutu (sic loquimur) morti, & ab hac diabolo tradi, totum Hispaniarum regnum, omnes Asiæ thesauros, totum mundum donari sibi nolent eâ lege: ut vel unicam horam confessionem & penitentiam differrent, multò minùs ut cum peccato talicubitum facerent. *Quid enim prodest homini si totum mundum lucretur, anima verò sue detrimentum patitur?* Omnia si perdas, ô homo, animam servare memento. Omnia penè membra amisit Arialdus, Mediolani diaconus, homo patriâ nobilissimus, nam Marchionis frater fuit, sed & vitâ sanctissimus, ut qui constantissimè hæreticis aliisque flagitiosis hominibus resistit, demum ad necem ductus est: aures ei præfectæ, superiora labra mutilata, præcisæ nares, lingua sub gutture evulsâ, oculi effossi, dextra amputata, ræco cætera: hic Divus in corpore verè perditissimo servavit animam; & vitam ut acquireret, vitam perdidit. Anno à pariente Virgine, millesimo sexagesimo sexto.

Matt. 26.

Syrus presb. in eius vitâ, ad Rudolph. Abb. Vallis-mob.

Seneca Consol. ad Helviam sine. Aug. 10. 10. serm. 109. de Temp.

Hic talis generosus athleta, Æternitatis suæ memor (uti Seneca loquitur) in omne quod fuit, futurumque est omnibus sæculis, vadit. Præclarissimè dixit Augustinus: *Quid ergo faciamus Patres, nisi ut, dum tempus est, vitam mutemus, & facta nostra, si que sunt, corrigamus? Vt quod sine ulla dubitatione venturum est peccatoribus, nos non inveniat super quos veniat: non quia non erimus, sed ut non tales inveniat, quilibet venturum esse prædictum est. Totum quod audivimus per scripturas, vox est Dei dicentis, OBSERVA. Et totum quod patimur, tribulationes in hac vitâ, flagellum Dei est corrigere volentis, ne damnet in fine. Quasi dura sunt, molesta sunt, horrent quando narrantur; que quisque gravia valde patitur in hac vitâ, in comparatione æterni ignis, non parva, sed nulla sunt.*

III. Conclusio.

Christianorum magna pars gehennæ æternitatem esse non credunt. Luc. 18.

ARS magna Christianorum, etiam Catholicorum gehennæ & cæli ÆTERNITATEM esse non credunt, certè aliter viverent, si id verè crederent. In hos illud convenit: *Filius hominis veniens, puras fides invenit in terrâ? Sunt qui videri velint id credere: verbis ajunt, factis negant. ÆTERNITATEM aut nunquam, aut rarissimè cogitant, & cogitant tantum non perpendunt, non inhaerent, non examinant, intellectum & voluntatem non concitant, imaginationi nil imprimunt: vix incipiunt, & mox aliud evagantur, & si quid forsân scintillæ bonæ ex hac cogitatione natum est, id omne prorinus curis, negotiis, voluptatibus, velut aqua suffocant. Ira plurimi clausis oculis, & obturatis auribus, viam ineunt ÆTERNITATIS ad mortem; quod sancti Patres in Evangelico epulone observant, cum tunc primum levassent oculos, cum esset in tormentis: rotâ vitâ oculos habuit clausos, maximè pauperibus, sed & omni pietati: apud inferos primum apertis, sed nimis serò. Nec est quod miremur, multos ita cæcos manibus & pedibus properare in domum æterni luctûs: via admodum ampla est, amena, lata, plana: in viâ hac nemo errat, sed in viâ sine; via pluribus placent, sed displicet, terrè que viæ termi-*

Evangelicus epulone tunc primum levavit oculos cum esset in tormentis.

Tom. I.

nus: ideo prudenter malunt viam aliquam diu asperam, quæ tamen ducat ad hospitium perpetuè beatum, quàm viam brevi amœnitate ridentem, sed quæ ducat ad carcerem, perpetuis lacrymis & cruciatibus destitutum. Verè Iob: *Sicut, inquit, consumitur nubes & pertransit, sic qui descendit ad inferos non ascendet, nec revertetur ultra in domum suam, neque cognoscat eum amplius locus ejus.*

Iob 7.

IV. Conclusio.

QUIS quis subinde serò in ÆTERNITATIS cogitationem descendit, is non tantum non licenter & petulanter vivere, sed nec effusè læpide ridere & cachinnari deprehenditur: quotquot ex mortuis, alterius vitæ rationem inspexerunt, & redivi ad nos redierunt, non facile risisse visi sunt. Id singulariter in illo Christi amico è Bethaniâ Lazaro esse observatum. Potuerunt hi omnes cum Ecclesiaste de se affirmare: *Risum reputavi errorem, & gaudium dixi, quid frustra deciperis? Iute timidum in hoc fatetur se Cyncillus Alexandrinus, & Gehennam, inquit, timeo quippe interminatam, pestiferum vermem formido, quippe perennem. Vitam sperent, & intelligerent, ac novissima providerent! Quem hæc ÆTERNITATIS cogitatio ad meliora non impellit (dicam breviter, sed dicam verè) aut is fidem non habet, aut si fidem habeat, cor certè & sensum non habet. Non absurdè olim vir doctus affirmavit, nuptias esse brevem & lætam cantionem, sed habere longum & mœstum epiphonema. Sic verissimè dicemus: Peccati voluptas omnis brevis & hilaris est cantioncula, sed longissimum habet & tristissimum epiphonema, tormentum ÆTERNVM: ô Æternitas, ô Æternitas, Æternitas!*

Eccles. 6. 2.

Deut. 32.

Peccati voluptas brevis cantio est, longissimum habens epiphonema.

V. Conclusio.

CVm de Æternitate sermo est, nemo nimium dicere, aut rem nimium augere potest: quidquid dicatur, nulla est hæc exaggeratio, nulli nimis extensa numeri, semper minùs dicitur, quod de infinito & æterno dicitur. Nam hoc habet ÆTERNITAS, integra est quidquid inde demas: demantur tot anni quot sunt stellæ cæli, guttæ maris, arenæ granula, folia arborum, terræ gramina; adhuc tota est: addantur tot, non erit major; quamdiu Deus erit, tamdiu damnatos puniet. Hoc aliquot similitudinum umbris supra demonstravimus, addamus nunc aliam è D. Bonaventurâ. Si damnatorum quispiam ita ploraret, ut singulis centenis annis, non nisi unam lacrymulam funderet: hæc autem guttulæ tot annorum centuriis asservarentur, ut demum mare aliquod æquarent; cheu, quot annorum milliones erunt revolventi, dum vel rivulus, ne dicam Oceanus, fiat: & tamen tunc verè dici poterit: ÆTERNITAS primum incipit; sed fiat hoc iterum, & alius seu fluvius, seu mare, ex his tam raris guttulis colligatur, iterum toto illo tempore exacto dicendum erit, nunc incipit ÆTERNITAS, & sic deinceps in infinitum. Nihil hæc est quod quis addubitet. Nam finiti ad infinitum nulla est proportio. At hoc nobis ideo mirabile videtur & incredibile, quia id imaginatio nostra non capit, nequit assequi tam remota, non penetrat hæc, infinitum est, impenetrabile est; & hæc etiam causa aliqua, quod intellectus noster ad cogitandam ÆTERNITATEM tam difficulter adducatur, quia erubescit quodammodo, aut indignatur, in eo se fatigari, quod penetrare non possit: sed huic malæ verecundiæ cedendum non est, impellendus & cogendus est intellectus ut saluberrimam hanc cogitationem quotidie suscipiat, & saltem in his talibus similitudinibus perpendendis sese exerceat, nunquã errabit, nunquam nimis multos, nunquã tot annorum milliones cogitabit, quin sint plures atque plures in infinitum; res hæc certa est & extra controversiâ.

Bonavent. de Infor. 6. 49.

Intellectus noster cur ad cogitandam æternitatem difficulter adducitur.

Daniel

Daniel vates quo ÆTERNITATIS incomprehensi-

Dan. 12.

bilem extentionem melius efferret, hoc pronuntiavit:

Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam eruduerint multos, quasi stelle in perpetuas Æternitates. Quod ita enuntiavit, ac si dixisset:

Ad explicandam ÆTERNITATEM verba non suppetunt; non possum plus dicere, etsi plus esset dicendum. In quo tamen, auxesin duplicem verbis addidit Propheta, cum ÆTERNITATES dixit, & PERPETVAS: & quidem si una est interminabilis, quid erunt duæ, decem, centum, mille, imò perpetuæ? quòd si annum, aut annos MAGNOS millicies multiplicatos ÆTERNITATI conferamus, ecquam illius partem explicabimus? Ajunt octavum cælestem orbem plusquam lentissimè moveri, & licet quotidie primi mobilis raptu circumvolvatur, suo tamen motu non nisi singulis triginta sex millibus annorum, in orbem plene circumvolvendum; & hoc temporis spatium, *Annum Magnuum, annum vertentem & Platonium* appellant: comparèmus hoc totum cum ÆTERNITATE, & ad illam non nisi momentum, instans, horologii minutum erit.

Verè dixit Boëthius: Instans seu punctum temporis, & decem millia annorum, sibi similia sunt, quàm decem millia annorum & ÆTERNITAS. S. Ioannes: *Filii, inquit, novissima hora est.* & tamen hoc ante mille sexcentos annos dixit. Verissimè ergo dixit D. Augustinus: *Omnis res que finem habet brevis est.* ÆTERNITAS in verbo, quatuor syllabis constat, in se sine fine est. Ama æternitatem; nullo fine regnabis cum Christo, si finis tibi Christus est.

1. Epist. c. 2.

In Ps. 145.

VI. Conclusio.

REDIBILE non est hominem, præsertim priscâ religione imbutum, tam impotentis & effrænati animi reperiri (modò non vivat ut pecus, & studio in præceptis eat, nam, *Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit*) qui semel de die, vel horulæ partem huic ÆTERNITATIS meditationi tribuat, imò si quavis hebdomade vel semel de ÆTERNITATE seriò cogitet, non mutet vitam in longè meliorem, & homo fiat alius, è superbo submissus & modestus, ex iracundo mitis & mansuetus, ex impuro castus & continens, ex ebrioso temperans & sobrius: imò hic talis, verè religiosus fiet, animo certè, si non veste. Sed non raptum, non obiter & perfuntoriè hic transeundum: trutinanda res est & perpendenda, affigenda est cogitatio, & animò revolvendum identidem ÆTERNVM, ÆTERNVM, quod nunquam habebit finem, nunquam, nunquam; quod sæculis innumeris, incomprehensibilibus, infinitis durabit, & non cessabit unquam durare. Hoc, inquam, attentius considerandum, & velut cibus ruminandum: cibus etsi presus & salubris, si non teratur dentibus, & digeratur, venenum est, non alimentum; omnis generis morbos creat, hæret aliquamdiu in corpore, sed nihil boni succi generat. Itaque prorsus salubres sunt & sanctæ cogitationes de morte, de iudicio, de celo, de inferis, longè tamen saluberrima est cogitatio de ÆTERNITATE, quæ meritiò dici potest quinta essentia: sed hæc

Prov. c. 18.

Æternitas trutinanda,

Velut cibus ruminanda,

Et nõ tantum ingerenda, sed & digerenda.

Luc. c. 2.

Beatissima Virgine Dei matre discimus: *Maria autem conservabat omnia verba hæc, conferens in corde suo.*

VII. Conclusio.

Nemo credit, aut certè nemo intelligit & perpendit hæc Christi clarissima verba: *Intrate per angustam portam, quia lata porta & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta & arcta via est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inveniunt eam!* Et repetit hoc idem per os D. Lucæ: *Contendite intrare per angustam portam, quia multi, dico vobis, querent intrare, & non poterunt.* Quicumque, ait Augustinus, irridet hanc fidem, ut ideo putet non sibi esse credendum, quia non videt: quando venerit quod non credebat, erubescit, confusus separatur, separatus damnatur.

Matt. c. 7.

Luc. 13.

Serm. 64. de verbis Domini.

Referet Hieronymus Platus, non longè post institutam à D. Francisco novam familiam, Bertoldum ejusdem familiæ virum insignem, eâ dicendi vi atque libertate, contra certum quoddam vitium, pro suggestu discernisse, ut femina ejus sibi conscia, in mortuam conciderit; mox universâ concione in preces procurumbente, exanimem revivisse, & cur in vitam redire sit iustâ, & quid in orbe alio viderit, in hunc modum narrasse: Cum stare ad tribunal Dei, steterunt unâ mecum sexaginta millia animarum, quæ ex omnibus undipartibus, diverso timoris genere ad iudicem evocabantur; ex omni hoc numero tres solùm piacularibus flammis sunt addictæ, in reliquis omnes æterni supplicii lata est sententia. Eheu! huic femina narranti non crederem, nisi prius credidisset Christo tam seriò affirmanti: *Spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam: arcta via est quæ ducit ad vitam, & pauci inveniunt eam.* Quis verò credat, non sexagenis, sed tot aliis millibus hominum æternum supplicium à Deo decretum esse, nisi hoc persuaderet summa & infinita Dei majestas, & peccati contra hanc inexplicabilis malitia, & divina scripturæ apertissima testimonia. Iobus trepidat: *Vbi nullus ordo, sed semper terminus horror inhabitat.* Mathæus affirmat: *Discedite à me maledicti in ignem æternum.* Ecclesia pronuntiat: *Peccatorem me quotidie & non me penitentem, timor mortis conturbat me, quia in inferno nulla est redemptio, NULLA, NULLA; sed nec nulla consolatio, nec aquæ guttula, extremo digito pendula, illuc inferri permittitur.* Quod si & ii, qui in gratiâ Dei vivunt, bonæ mentis & voluntatis homines satis caperent, quantis tormentis essent die iudicii, per iudicis sententiam liberandi, & quantis gaudiis æternum permanens cumulandi, nec horam quidem differrent, quin vana vanis, mortuos mortuis, & suis mundum amatoribus relinquerent, & ipsi eam potissimum religionem amplecterentur, in quâ Deo maximè placerent, Deumque plurimum & amarent & laudarent per omnem vitam, ob illud conferendum sibi æternum, duplex beneficium in liberatione à gehennâ, in donatione paradisi. Affirmat hoc D. Gregorius: *Mala, inquit, vitæ presentis tantò durius animus sentit, quando pensare bonum, quod sequitur, negligit: & quia non vult præmia considerare quæ restant, gravia æstimat esse quæ toleras. At si semel quisque ad æterna se erigat, atque in his quæ incommutabiliter permanent, oculum cordis figat, prope nihil esse conspiciat, quicquid ad finem currit.* Idem: *Carimen in nocte, inquit, est lætitia in tribulatione. Quia etsi presentis temporalibus affigimur, spe tamen de æternitate gaudemus.*

Lib. 1. de bono stat. re. lig. c. 5.

Matt. c. 7.

Iob. c. 10.

Cap. 25.

Offic. mort.

Lib. 10. in

ral. c. 10.

Lib. 26. in

ral. 102. in

c. 35. Iob.

Eodem prorsus modo ratiocinatus est disertè Augustinus: Cum attenderis, inquit, quid sis accepturus, omnia tibi erunt vilia quæ pateris, nec digna æstimabis pro quibus illud accipias; nam utique fratres, pro æternâ requie, labor æternus subeundus esset: æternam felicitatem accepturus, æternas pangsiones sustinere deberes. Sed si æternum sustineres laborem, quando venires ad æternam felicitatem? ita si ut necessariò

In Psal. 36.

tem-

temporalis sit tribulatio tua, quâ finitâ venias ad felicitatem infinitam. Et; Appendè mille annos contra æternitatem: quid appendis cum infinito quantumcunque finitum: decem millia annorum, decies centena millia, si dicendum est; & millia millium, quæ finem habent, cum æternitate comparari non possunt. Huc accedit, quia non solum temporalem voluit laborem tuum Deus, sed etiam brevem: aliquot dumtaxat dieularum est tota vita hominis. Licet ergo quis per omne vitæ spatium laboribus, æruminis, doloribus variis atteratur; carcerem, & plagas, famem & sitim nullo non die toleret ad diem usque ultimam; exiguè temporis molestiam subisse dicendus est: pauci dies sunt tota vita hominis, & levis & brevis labor est, quo transacto, regnum æternum succedet, sine fine felicitas; venit æqualitas angelorum, venit hereditas Christi, venit coheres Christus. Pro quanto labore quantum mercedem accipimus?

Pauci sunt dies tota vita hominis.

In Psal. 91.

Idem Augustinus alibi: Nimis profundæ factæ sunt cogitationes Dei. Ubi est cogitatio Dei? ad præsens habenas laxat, sed postea astringet. Noli gaudere ad piscem, qui in escâ suâ exultat, nodum traxit hamum piscator: nam ille jam habet hamum in faucibus; & quod tibi videtur longum breve est: omnia citò transeunt. Quid est longa vita hominis ad Æternitatem Dei? vis esse longanimis? vide Æternitatem Dei: nam attendis ad dies tuos paucos, & diebus tuis paucis vis impleri omnia? ut damnentur omnes impii, & coronentur omnes boni; istis diebus tuis vis hæc omnia impleri? implet ea Deus in tempore suo: æternus est, tardat, longanimis est: tu autem dicis: Ideo ego non sum longanimis, quia temporalis sum. Sed in potestate habes: junge cor tuum æternitati Dei, & cum illo æternus eris. Si jam Christianus es, & bene eruditus, dicis: Deus judicio suo reservat omnia. Boni laborant, quia flagellantur ut filii; mali exultant, quia damnantur ut alieni. Duos filios habet homo; alterum castigat, alterum dimittit, facit unus malè & non corripitur à patre: alter mox ut se moverit, colaphis cæditur, flagellatur. Unde ille dimittitur, & ille cæditur? nisi quia huic casu hæreditas servatur, ille autem dimissus exhereditatus est: videt eum non habere spem, & dimittit eum, ut faciat quod vult. Puer autem qui flagellatur, si cor non habuerit, & imprudens fuerit & stultus; gratulatur fratri suo qui non vapulat, & gemit de se, & dicit in corde suo: Tanta mala facit frater meus: quidquid vult facit, contra præcepta patris mei, & nemo facit illi durum verbum, ego mox ut me movero, cædor. Stultus est, imprudens est: attendit quid patitur, & non attendit quid illi servetur.

In Psal. 93.

His ex eodem sanctissimo & doctissimo præfule, rectè jungamus ista; tanquam hæcenus dictorum epitomen. Qualis misericordia Dei? non dicit, decies centena millia annorum labora: non dicit, vel mille annos labora: non dicit quingentos annos labora: cum vivis, labora: in paucis annis, inde jam requies erit, & finem non habebit. Et paucos annos laboras, & in ipsis laboribus non deest consolatio; non desunt gaudia quotidiana. Sed noli gaudere in sæculo: gaude in Christo, gaude in verbo ejus, gaude in lege ejus. Verum est ergo quod dixit Apostolus: Etenim quod præsens est, temporale est, & leve tribulationis nostræ, iuxta incredibilem modum, & in incredibilem modum æternum gloria pondus operatur in nobis. Ecce quantum pretium damus, quodammodo unam siliquã, ad accipiendos thesauros sempiternos: siliquam laboris, ad requiem incredibilem. Gaudes ad tempus? noli ibi fidere: tristis es ad tempus? noli desperare, non te corrumpat felicitas, & non frangat adversitas, promittit Deus vitam æternam, contemne temporalem felicitatem: minatur ignem æternum, contemne dolores temporales.

Tom. I.

Concludamus hæc cum eodem divino scriptore: Ergo amicum vitam æternam, & ex eo noverimus quantum pro vitâ æternâ laborare debeamus, cum videmus homines amatores præsentis vitæ temporalis atque finienda; sic pro illa laborare, ut quando venerit metus mortis, quidquid possunt faciant, non ut auferant, sed ut differant mortem. Quantum laborat homo, quando mors imminet, fugiendo, latendo, quidquid haber, dando, & se redimendo, laborando, cruciatus molestiâque sustinendo, medicos adhibendo, & quidquid aliud homo potest. Videte quam consumptis laboribus & facultatibus suis, ut aliquantum vivat potest facere, ut semper vivat, non potest. Si ergo labore tanto, tanto conatu, tantis impediis, tantâ instantiâ, tantâ vigilantâ, tantâ curâ agitur, ut aliquantulum plus vivatur: quomodo agendum est ut SEMPER vivatur? Et si prudentes dicuntur, qui omnibus modis agunt ut differant mortem, & vivant paucos dies, ne perdant paucos dies: quam stulti sunt qui sic vivunt, ut perdant diem æternum.

Cogitate hæc, ô mortales, & antequam æterni sitis, sive in gaudiis, sive in tormentis, ÆTERNITATEM prævidete. Omnia transeunt, sola restat, nec transibit ÆTERNITAS.

I. Æternæ mortis supplicium.

Carcerem habuerunt Messenii subterraneum, autem lucifugæ ignarum, plenum Hygii horrore: sed ut locum funestissimum eleganti velarent titulo, *Thesaurus* is vocatus est; nullæ huic carceri fores erant, sed reus per funem demissus, immani saxo claudebatur. In hunc *Theaurum*, etiam magnus ille Græciæ Imperator Philopomen Græciæ Imp. eo reconditus est, ibique vitam veneno finivit. Et Deus *Theaurum* habet sub terrâ, sed heu qualem? eo reconditiorum, damnatorum, desperatissimorum hominum.

Carcer thesaurus vocatus.

Philopomen Græciæ Imp. eo reconditus.

Actiolinus Patavinorum olim tyrannus (Iovius natus) multos habuit carceres, sed omni miseriarum & cruciatuum genere aded infames, ut in iis mors inter delicias haberetur, nec facile prius veniret, quam sapius vocaretur: quotquot eò detrusi, multo ferro onusti, fœtore, fame, squalore, miserabilem in modum, & lentè necabantur: verè sentiebant se mori. Hic nemo non miserimus censebatur, nisi cui mori contigisset; morte gravius supplicium erat, cum cogentur vivi inter mortuos habitare: nam cumulabantur illic in acerbo putrescentia cadavera, tantâ narium peste, ut verè diceretur: *Hic mortui vivos occidunt.*

Paul. Iov. l. eleg. in Actiolino.

At horum carcerum teterrimus, cum inferorum ergastulis collatus, paradus est & amicum palatium. Quæcunque toleres in Actiolini carcere, tolerabilia inferno cur sunt omnia, quia breviora sunt, quia suum sibi finem proficiunt, quia cum vitâ desinunt, quia in morte omnia evanescent. At verò ille *Theaurus* damnatorum, qui Dei carcer est, nullam habet à cruciatuum brevitate solatium, mortem excludit, exitum nescit, nullum admittit finem, nullam, eheu nullam. Verissimè Cassiodorus: *Vti mortalium, inquit, nemo intelligit, quid præmium sit æternum; ita nemo capit, quid tormentum sit sine fine duraturum.*

Actiolini carcer colatus cum palatium. inferno cur sit paradus.

Apud Persas talis fuit carcer, ut in eum facilis quidem ingressus, egressus perdifficilis, aut nullus concederetur, ideòque *Lethe* dictus est. Ad inferos facilis descensus, sed semel ingressis exitus nullus reperitur; gratum inde nemo unquam revocavit. Hic Dei carcer, vero nomine *LETHE* dicitur, seu *OBLIVIO*, sic enim Deus damnatorum obliviscitur, ut eorum ad gratiam recordatur non sit in omnem ÆTERNITATEM. Infernus verè oblivionis terra est, idque (quod pius & eruditus scriptor observat) duplici de causâ. Quia, inquit, qui illic sunt non sunt amplius Dei memores in bonum,

Carcer apud Persas Lethe dictus.

Infernus oblivionis terra, cur. Franc. Tizelman. in Psal. 87.

bonum, neque ullam habent priorum memoriam, nisi quæ affligat. Omnium enim pomparum, voluptatum, deliciarum, aut obliuio est, aut sine cruciatu recordatio. Sed & à Deo atque Angelis flammea hæc damnatorum regio obliuioni data est, quia qui illic degunt, nunquam inde sunt educendi. *Inter nos & vos, clamat Abraham, chaos magnum firmatum est, ut hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transire.* O chaos metuendum! ò tormentorum æternitatem horrendam! *Sepulchra eorum, domus illorum in æternum.* Talia sibi ipsi struunt palatia impii: *mortuus est autem & dives, & sepultus est in inferno.* O profundum sepulchrum! hoc mansolæo hic Lazari tortor est conditus, cui pro lectulo flamma, sicut pro nectare, pro dapibus sulphur, pro tripudiis est desperatio. Carcere dicuntur clausi sperare salutem; hic nulla salus, sed nec spes salutis ulla, sed desperatio ÆTERNA.

Concionem non tam longam, quam horrendam dictavit Ezechielus Deus, in hæc verba: *Et dices sicuti meridiatio: audi verbum Domini, hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego succendam in te ignem, & comburam in te omne lignum viride, & omne lignum aridum: non exstinguetur flamma succensionis: Quot nunc cedri, quot impii homines in hac vitâ & virent fortunæ successu, & arent virtutû inopiâ. Audite ergo vos, & virentia, & arida ligna, succendentur ignis, & flamma succensionis non exstinguetur. In gehennâ, quò vos prosperatis, nulli dies festi sunt, quibus succensa fornax interquiescat: æternus dolor, æterna mors, æternus luctus, nullis intermiscendus unquam solatiis. Noctes atque dies insopita, pervigil, inextincta in vos flamma vindicabit; vivetis ad assiduam, perpetuam mortem. Augustino id credite, tam disertè quam*

Tom. 10. ser. 112 de Massa candida.

Vita nomen laudis non est mortis.

Beata vita non est nisi eterna.

Lib. 9. mor. c. 49.

Numerus luctuosorum annorum adhuc in te gerit restat Caino.

graviter momenti: Habebunt, inquit, impii in cruciatibus vitam; sed qui vivunt in tormentis, cupiunt (si fieri possit) finire talem vitam, & nemo eis dat interitum, ut nemo auferat cruciatum. Sed vide scripturam loquentem & discernentem, non est dignata talem vitam vocare vitam. In cruciatibus, in tormentis, in ignibus sempiternis, noluit appellare vitam, ut ipsam nomen vitæ laudis sit, non mortis; ut ubicunque audis vitam, tormenta non cogites: nam in tormentis esse semper, æterna mors est, non aliqua vita. Ipsam vocant scripturæ mortem secundam, post hanc primam, quam omnes humanæ conditioni debemus. Etiam mors secunda mors vocatur, & nemo tamen ibi moritur: factus & melius dixerim, nemo ibi vivit: in doloribus enim vivere, non est vivere. Ergo illa vita in tormentis, non est vita; & illa vita sola est, quæ beata; nec beata esse potest, nisi fuerit ÆTERNA. Hoc ipsum alibi sic confiteor: Si anima in pœnis vivit æternis, quibus & ipsi spiritus cruciabuntur immundi; mors illa potius æterna dicenda, quam vita: nulla quippe major & peior est mors, quam ubi non moritur mors.

Simillimum huic testimonium fert Gregorius: In gehenna miseris erit mors sine morte, finis sine fine, quia ibi mors vivit, & finis semper incipit. Idem submoneus Innocentius: Tunc, inquit, erit mors immortalis. O mors quam multò dulcior esses, si vitam adimeres, quam cum cogis sic vivere! Sic est: numerus annorum apud inferos absque numero est, nulli numerabilis. Deus ipse annum ejus ultimum in numerando illo non inveniet: post mille millia millionum annorum numerata, totidem supererunt numeranda; his etiam enumeratis, non solum ultimum non invenietur, sed singuli erunt, quasi essent primi. Caino post quinque millia annorum, quos illic vixit, assidue moriendo, tam adhuc integer restat luctuosorum annorum numerus, ac si hoc primum die in flammæ istud ergastulum detruderetur. Et post aliquot annorum milliones, ex hoc numero consumptos, non magis decreverit ipse numerus, quam si hæc primum horâ inciperet ardere. Et

A quamvis Evangelici illius opulenti heluonis tormenta ad duo millia annorum accedant, tamen ardet adhuc & æternum ardebit, & nec guttulam pridem postulatam æstuanti linguæ impetrabit unquam.

Hæc audimus, hæc cogitamus, & ridemus? nimirum res levis est, æternis flammis immori. Hic quæri posset non immeritò: *Vbi lacryma vestra, ò ridiculi mortales! tales certè sumus: ob paucos obolos, ob parvam jacturam, lacrymarum grandes guttas fundimus: immensum, irreparabile damnum hilari cachinnò decoquimus. Ad judicem hominem evocati trepidamus; ad Dei tribunal magnis quotidie passibus vel nolentes imus, & in viâ liberè jocamur; mare navigaturi, pericula formidamus, ad ipsam totam ÆTERNITATEM ridibundi curimus.*

Votum est B. Bernardi æquissimum: Utinam, inquit, saperent, utinam, utinam. Et quorūm hæc nobis, Bernarde, sapientia? Ut æternitatis imago reformetur in nobis: videlicet ut præsentia moderemur per sapientiam, præterita per intelligentiam, dijudicemus per novissima provideamus ad cautelam.

Divini Pauli non votum hinc habemus, sed præceptum, nec enim Ephesius optat, sed imperat: *Videte Ephes. 5. itaque fratres, quomodo cautè ambuletis: non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.* Circumspectè, diligenter, accuratè negotium salutis curandum est; insipientissimi sunt, qui breve hoc tempus felici Æternitati comparandæ concessum, non expendunt, sed prodigunt in vanissimas oblectationulas; jocando, ludendo, otioso cælum mercantur.

Non fabulis redimendum est tempus, non otio vel potius, sed crebris precibus, serio labore, constanti industria. Augustinus, profanis etiam negotiis non nihil temporis suffurandum docens: *Quando, inquit, aliquis tibi litrem infert, perde aliquid, ut Deo vaces, non litibus: id enim quod perdis, pretium est temporis. Sicut enim das nummos, & pavem emis: sic perde nummos, ut emas tibi quietem, & tempus vacandi Deo, hoc est enim tempus redimere.*

Ita quarumvis rerum dispendio, bene agendi opportunità est comparanda, quoniam dies mali sunt; dies vitæ hujus plenissimi sunt doloribus, periculis, tentationibus, ærumnis, quæ bene agendi occasione vel adimunt, vel minuunt, inquit Anselmus. Quòd si occasionem istam elabi, & vitam nostram in meris melioris vitæ propositis sinamus effluere, non erit momentum amplius, quo neglecta reparemus. Vita nostra, inquit Nazianzenus, quasi remarcus est, cujus dies cum abierit, tempus amplius non erit emendi quæ velis. Nunc ergo emendum est, dum sunt nundinæ, nunc piè vivendum est, dum vires suppetunt. Hoc ipsum Ecclesiastes identidem inculcat: *Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare.* Hoc ipso temporis & occasio-

nis stimulo sæpius nos urget Apostolus: *Dum tempus habemus, bonum operemur ad omnes, quia hora est jam nos de somno surgere.* Tu dormis, inquit Ambrosius, & tempus tuum non dormit, sed ambulat. Bene illi, bene illis omnibus, qui hæc non cogitant tantum, sed & opus monstrant, & ita vivunt uti vixisse se volent, cum moriendum erit, faciuntque ea, quæ in æternitate constituti fecisse se gaudebunt. LEVIS NVNC NEGLECTVS, ÆTERNVM FIT DISPENDIVM. Semel cogitatum, factumque semel ÆTERNVM est.

II. Æterna vita premium.

V Ita in cælo verè vitalis, & perfecta vita est, qua animalis, qua humana, qua angelica, qua divina est. Vivit ibi memoria, recordatione omnium præteritorum: vivit intellectus, cognitione & visione Dei: vivit ibi voluntas, omnique bono fruitor, idque sine omni amittendi metu. Pari modo vivit ibi appetitus tam concupiscibilis, quem vocant, quam irascibilis; vivunt

Ser. de SS. Apost. Petro & Paulo.

Tempus non est redimendum fabulis, sed precibus.

In somniis. Vita nostra est quasi mercatus.

Eccles. 10.

Gal. 6. 6. Rom. 6. 13.

vunt sensus omnes, suisque fruuntur delicijs: nullus illis gemitus, nullum lamenti aut lætitudinis indicium vel minimum est, merilimum ibi melius gaudiorum, omni tristitiæ felle ejecto: tacete hic oculi, nil simile vidistis; tacete hic aures, nil simile audistis; tace cor, nil huius vitæ cogitasti simile. Hæc vita delicias omnes, opes, honores & omnium vitarum, sensuum, potentiarum oblectamenta includit. Sûmo huius vitæ desiderio estuans

A *homines vivere in hac terrâ, promissa est illis vita: & quia multum timent mori, promissa est illis æterna vita. Quid amas vivere. Hoc habebis. Quid times? mori. Non patieris. Sed & illi qui torquebantur in panis, velle habent mori & non possunt: non ergo magnum est, diu vivere, aut semper vivere, sed magnum est BEATE VIVERE.*

Ergo in cælo vives, non moriturus: illic beatè vives; nam nec mala patieris, nec pati poteris. Ibi quod oprabis possidebis, & possidere desiderabis; pelli possessione non poteris, & hoc te satiabit. Eo certè famem & sitim suam omnem differens David: *Satiabor; in- Psal. 16.*

quit, cum apparuerit gloria tua. Nova & mira vox in regge: mensam cibus offertissimam habet, & quasi famelicus saturatorem sperat, ex mensâ non suâ: profusus esurietat David alienas dapes, & ardentè sitiebat cælestè nectar. Quid enim est omnis regum omnium luxus? inopia merilissima, & mendiculorum ollulæ, si cælestè cogitetur epulum. *Comedite dicit rex cæli, & bibite, & inebriamini charissimi. Convivium hoc finem non habet; nihil illi triste succedet: quod hodie est, æternum erit.*

Neque hic se continet Augustinus, quin iterum exclamet: *Manuali O vita vitalis, vita sempiterna, & sempiternè beata; ubi gaudium sine merore, requies sine labore: opes sine anxietate, sanitas sine languore (verè nil tale in hac vitâ) abundantia sine defecione, vita sine morte, perpetuitas sine corruptione, beatitudo sine calamitate, ubi omnia bona in charitate perfectâ, ubi plena scientia in omnibus & per omnia, ubi presens magister Dei conspicitur, & hoc vita cibo, mens intuentium satiat; vident semper, & videre desiderant, sine anxietate desiderant, & sine fastidio satiantur.*

Et ut scias mi Christiane, hanc tam excellentem gloriam, has tam sublimes opes, hoc regnum emi posse, audi eundem Augustinum: *Venale est, ait Augustinus, In Psal. 93: venale est, quod habeo, dicit tibi Deus: eme illud. Quid habes venale? Requiem, inquit, venale habeo; eme illam, dicit ei: quantum valet? pretiû ejus labor est: quanto labore digna est requies, qua non habet finem? Si verum vis comparare, & verum judicare, æterna requies æterno labore rectè emitur. Verum hoc est: sed noli timere; misericors est Deus. Si enim haberes æternum laborem, nunquam pervenires ad æternam quietem. Ergo, ut aliquando pervenias ad id quod emis, non in æternum laborandum est, non quia non valet tanti, sed ut possideatur quod emitur. Digna est quidem emi labore perpetuo, sed necesse est ut labore temporali ematur. Ergo ad laborem ð Christiani, nos ipsos cum eodem exhortemur.*

Ponamus nobis ante oculos talem vitam, cum promittitur Deo vobis ÆTERNA, ut removeamus ab illâ quidquid hic molestum patimur: *facilius enim inveniemus quid ibi non sit, quàm quid ibi sit. Et tamen venale est; eme si vis, nec nullitum exasues de re magnâ, propter pretiû magnitudinem: tantum valet, quantum habes, noli querere quid habes, sed qualis sis. Res ista te valet: tantum valet, quantum es tu. Te da, & habebis illam; quid exasues? quid turbaris? nunquid questurus es te, aut empturus es te? Ecce tu qui es, qualis es, da te & habebis illam. Sed malus sum, inquit, & forte me non accipiet. Dando te illi, bonus eris. Ut hinc fidei promissionis, te des, hoc est bonum esse. Cum autem bonus fueris, pretium ipsius rei eris, & habebis non quod dixi solum, salutem, incolumitatem; vitam, & sine fine vitam: non hoc solum habebis, adhuc alia tollo. Non enim ibi erit lassari & dormire, estirare, & stirare, crescere & senescere, quia nec nasci erit, ubi numeri integri manent. Numerus qui est, ipse est, nec opus est ut augeatur, quia non ibi fit ut minuat. Ecce quanta tui, & nondum dixi quid ibi erit, quia illud nec ð oculis vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. Vnde enim ascendit in cor meum, ut dicerem, quod in cor hominis non ascendit.*

Et quia hîc per Augustini libros, quasi per hottos ad cælestem paradysum deducti sumus, ejusdem discertissimi & sanctissimi doctoris verbis priora consignemus. *Si quotidie, inquit, oporteret omnia nos tormenta per-*

Lib. 22. de Civit. Dei t. 30.

In beatâ civitate inferior non invidet superioriori.

Tom 3. opusculum S. Augustini c. 60.

Perpetua felicitas à quolibet homine comparari potest.

Deus minima obsequia in pretio habet.

Isa. 26. Serm. 64.

Augustinus exclamat: *Quanta erit illic felicitas, ubi nullum erit malum, nullum latebit bonum: vacabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus. Beati qui habitant in domo tuâ Domine, in secula seculorum laudabunt te. Omnia membra & viscera incorruptibilis corporis proficient in laudibus Dei. Vera ibi gloria erit, ubi laudantis nec errore quisquam, nec adulatione laudabitur. Verus honor, qui nulli negabitur digno, nulli deseretur indigno, sed nec eum ambiet ullus indignus, ubi nullus permittetur esse, nisi dignus. Præmium virtutis erit ipse, qui virtutem dedit; & qui seipsum, quo melius aut majus nihil possit esse, promisit. Quid est enim aliud quod per Prophetam dixit? Ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi plebs, ego ero quicumque ab omnibus honestè desiderantur, & vita, & salus, & victus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & omnia bona: sic enim & illud rectè intelligitur, erit Deus omnia in omnibus, ipse finis erit desideriorum nostrorum. Atque id etiam beata civitas illa magnum in se bonum videbit, quod nulli superiori nullus inferior invidet, sicut in corpore non vult oculus esse qui est dignus; cum membrum utrumque contineat totius carnis pacata compago. Et subdit: Ibi vacantes in Sabato requies, videbimus, quoniam suavis est Deus, quo pleni erimus, quando ipse erit omnia in omnibus. O ergo chara veritas, vera Æternitas, æterna felicitas, Deus meus!*

Auctor libro de spiritu & animâ eamdem hanc vitam sic compellat: *Non est in te corruptela, nec defectus, nec senectus, nec ira, sed pax æternis, gloria solennis, latitia sempiterna, solennitas continua. Vere tantum gaudium & exultatio, & spes & decus juventutis, & perfectæ salutis. Non est in te heri nec hesternum, sed est idem hodiernum. Tibi salus, tibi vita, tibi pax est infinita, tibi Deus omnia. Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei: sicut enim latantium omnium habitatio est in te. Nullus in te timor, tristitia nulla: desiderium omne transit in gaudium, dum præsto est quidquid optatur, & quidquid desideratur abundat. Inebriantur ab ubertate domus tuæ, ð Deus, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te est fons vite, & in lumine tuo videbimus lumen, cum videbimus te in te, & nos in te, & te in nobis, visione continuâ & felicitate perpetuâ.*

Hæc tamen perpetua felicitas, brevissimo tempore, & labore non adeo magno, à quolibet hominum comparari potest. Ingemiscens Christus in plebem: *Miserere, inquit, super turbam, quia ecce jam triduum sustinent me. Suavissime Jesu, triduum nunc numeras, quo sustinemus, & cur, Christe bone, non numeras æternitatem dierum, quibus in cælo perpetuaturus es nobis immortale gaudium? en, quàm facile sit, brevi labore, æternam mereri gloriam? minima Deus obsequia numerat & in pretio habet: pilos numerat per caput sparsos, & guttas sanguinis pro se fuisi, non numerabit?*

Liceat ergo cum B. Hieronymo proclamare: *O quantâ beatitudo, pro parvis magna recipere, æterna pro brevibus, & habere dominum debitorem! At durum est, inquit, tam multa quotidie pari, durum est mori, sint licet cetera facilia omnia. Quid, mi Christiane, & inaniter quereris, & pueriliter? an nescis illud? scio me ascendere, ut descendam; virere, ut arescam; adulescere, ut senescam, vivere ut moriar; mori autem, ut sim beatus æternum: Spera ergo in Domino, in seculis æternis, in Domino Deo forti in perpetuum. Augustinus adhuc mihi in mente est, cum de verbis Domini: Concludit, inquit, Dominus, cum hæc verba diceret, sic: *Ibunt isti in ambustionem æternam justii autem in vitam æternam: hæc est vita æterna que nobis promittitur, quia amant**

Regum luxus est inopia merilissima. Cant. c. 5.

Manuali O vita vitalis, vita sempiterna, & sempiternè beata; ubi gaudium sine merore, requies sine labore: opes sine anxietate, sanitas sine languore (verè nil tale in hac vitâ) abundantia sine defecione, vita sine morte, perpetuitas sine corruptione, beatitudo sine calamitate, ubi omnia bona in charitate perfectâ, ubi plena scientia in omnibus & per omnia, ubi presens magister Dei conspicitur, & hoc vita cibo, mens intuentium satiat; vident semper, & videre desiderant, sine anxietate desiderant, & sine fastidio satiantur.

In Psal. 93: venale est, quod habeo, dicit tibi Deus: eme illud. Quid habes venale? Requiem, inquit, venale habeo; eme illam, dicit ei: quantum valet? pretiû ejus labor est: quanto labore digna est requies, qua non habet finem? Si verum vis comparare, & verum judicare, æterna requies æterno labore rectè emitur. Verum hoc est: sed noli timere; misericors est Deus. Si enim haberes æternum laborem, nunquam pervenires ad æternam quietem. Ergo, ut aliquando pervenias ad id quod emis, non in æternum laborandum est, non quia non valet tanti, sed ut possideatur quod emitur. Digna est quidem emi labore perpetuo, sed necesse est ut labore temporali ematur. Ergo ad laborem ð Christiani, nos ipsos cum eodem exhortemur.

Domini sermone 64. c. 2.

1. Cor. c. 2.

Man. c. 15. ferre,

ferre, si ipsam gehennam longo tempore tolerare, ut Christum in gloria sua videre possimus, & sanctis eius sociari, nonne dignum esset pati omne quod triste est, ut tanti boni tantæque gloria participes habere possimus? Insidientur ergo demones, parent suos tentationes, frangant corpus jejuniâ, premiant carnem vestimenta, labores gravent, vigiliâ excitent, clament in me iste, inquietet me ille, frigus incurvet, conscientia murmuret, calor irat, caput doleat, pectus ardeat, inflatur stomachus, pallescat vultus, infirmitas torus; deficiat in dolore vita mea, & anni mei in gemibus, ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat, ut requiescam in die tribulationis, & ascendam ad populum accinctum nostrum. Quæ enim erit justorum gloria? quam grandis sanctorum leticia, cum unaquæque facies fulgebit ut sol? cum ordinibus distinctis populum suum dominus in regno patris sui ceperit recensere, & meritis atque operibus singulorum promissa præmia restituat, pro terrenis celestia, pro temporalibus sempiterna.

Cogita ergo dies antiquos & annos æternos in mente habe; ÆTERNITATEM COGITA, ô mi homo, COGITA, COGITA æternantes pœnas & æternantia gaudia, nec unquam (securus polliceor) de illâ re adversâ conquereris; vox illa tibi nunquam excidet: hoc grave nimis, hoc intolerabile, hoc nimis durum est; omnia tolerabilia esse dices & facilia, nec unquam tibi magis placebis, quam cum eris afflictissimus.

Refert Joannes Moschus, Olympium singularis patientiæ fœnem, in cœnobio Gerasimi ad Jordancem quascunque molestias patientissimè tulisse, inruit æternorum; cumque eum de viâ nescio quis religiosus hospes convenisset, nec sine admiratione objecisset: Et quomodo tandem, mi Olympi, in hac cavêâ, in tanto æstu, inter cyniphes & mulcatum examina, durare potes? subjecit Olympius, & Fili, inquit, hæc levia sunt: ista tolero, ut cruciatos illos intolerabiles, æternos evadam; cyniphes patior, ut vermem effugiam immortalem; hos æstus perferre facile est ei, qui ignem meruit æternum: hæc mea etsi molesta sint, sunt tamen brevia, & finem habebunt, illa nullam. Veritas te amet, Olympi, & sapientiâ; tam enim hæc sapienter, quam verè dixisti. Utinam essent multi qui hæc tecum cogitarent, multi quoque forent qui hæc tecum tolerarent.

III. Epilogus dictorum omnium.

Zeuxis pictoris responsum.

Zeuxis inter præfici ævi pictores laudatissimus, operi suo morosius & diutius quam artificii tam eximio conveniret, immorari dicebatur; cumque interrogaretur; Cur tam exactè quaquaversum omnia, & tam moroso leatòque penicillo effingeret? *Dixit, respondit, pingo, quia æternitati pingo.* Et nos quoque omnes æternitati pingimus, quidquid enim operum facimus, sic ad æternitatem spectat, ut quisque verè dicere possit: *Æternitati scribo, lego, canto, oro, laboro; quidquid facio, dico, quidquid etiam cogito, Æternitati cogito.* Quod si hæc nostrorum laborum omnium est ratio, non ergo volante aut descitante, sed attentè pingamus manu, ut perfectè elaborata opera, in Æternitatem transmittamus: omnia certò eò mittenda sunt, vel ad supplicium, vel ad præmium. Repeto millies repetenda & inculcanda: semel cogitatum, dictum, factumque semel, Æternum est.

Omnia opera in æternitatem ad præmiū vel ad supplicium mittenda sunt.

Lib. II. in Job.

S. Gregorius: Vigilanti curâ, inquit, per cuncta opera, intentio nobis nostra pensanda est, ut nihil temporale, in his quæ agit, appetat, sed totam se in soliditate Æternitatis figat. In omnibus ergo operibus tuis esto perfectus: ora, stude, patere, certa, labora Æternitati: vive Deo, vive caelo, vive Æternitati.

Serm. 15. ad Cler.

Verè D. Bernardus: Non transeunt, inquit, opera nostra ut videntur, sed temporalia quæque, veluti Æternitatis semina jaciuntur: stupebit insipientis, cum ex hoc modico semine copiosam viderit exurgere messem, seu bonam, seu malam, pro qualitate sementis. Hoc

A qui cogitat, nullum parvum putat esse peccatum, eò quod futuram messem potiùs æstimet quam fementem.

O periculosam & miserabilem filiorum Adæ infamiam! ad infinitorum ac æternorum bonorum possessionem conditi sumus, ut quid nos ipsos toto affectu ad fugaces vanissimâque regulas abjicimus? Deus nos caeli hæredes, Æternitatis possessores scripsit, quid tam avidè terram inhiamus, in vanitatum nostrarum involucris miserè perituri? Sapiamus, dum licet, & vivamus Æternitati, magnificque quotidie passibus ad eam tendamus. Via brevis & angusta, terminus est amplissimus.

Sed ô miseros nos, aut fatuos! Æternam obtinere vitam volumus, & nolumus viam insistere ad vitam: illic esse cupimus, illuc ire refugimus. Nemo est qui beatus esse nolit. Nemo est, inquit Augustinus, quocunque genere vitæ electo, qui non beatam vitam cupiat. *Beata ergo vita communis est omnium possessio: sed quæ veniatur ryribus, qui ad eam, quæ tendatur, quo itinere perveniatur, in controversiâ est: ac per hoc si queramus beatam vitam in terris, nescio utrum invenire possimus; non quia malum est, quod querimus, sed quia non in loco querimus. Alius dicit: beati, qui militant. Negat alius, & dicit: beati qui agrum colunt; & hoc negat alius, & dicit: beati qui in foro, populari claritate versantur, causâque defendunt; & hoc alius negat, & dicit: beati qui judicant & potestates habent audiendi & discernendi; negat hoc alius & dicit: beati qui navigant multas regiones, discurrunt multa, colligunt lucra. Videris, charissimi, in omni illâ multitudine generum vivendi non placere unum omnibus, & tamen beata vitæ placet omnibus.*

Vita beata omnibus placet.

Ser. de mart. Massa candida vocatur, c. 2. & 3.

Beatitudo ergo non hic expectanda, sed alibi querenda, nec nisi per bonam mortem invenienda. Etiam mali bonam mortem appetunt, sed bonam vitam fugiunt. Bene mori felicitatis est; bene vivere laboris: illud sine isto non obtinetur. Æternitas à morte pender, mors à vitâ bonâ vel malâ. Elige nunc: periisse semel, Æternum est periisse.

Bene mori felicitatis est, bene vivere laboris.

Anni sunt non multi, cum vir alti sanguinis, & perspicacis ingenii, sed religionis novitiæ, interrogatus, Quid de austerâ religiosorum hominum, quid de aliorum licentiore vitâ sentiret, respondit: Cum istis mallem vivere, cum illis mori malle. Argutè hoc quidem; sed etiam Christianè sic respondere potuisset: Cum iis vivere volo, quibuscum moriturum me censo. Sic & Balaami votum non malum fuit: *Moriatur anima mea morte justorum.* Sed prudentiùs, sibi que utiliùs dixisset Balaam: *Vivat anima mea vitâ justorum, ut moriatur morte justorum.* Quisquis enim vitam piorum vivit, mortem quoque piorum obibit: quisquis vitam degit impiorum, eorumdem & morte interibit, idque semel & semper, & ÆTERNUM.

Serm. c. 25.

Lamachus Centurio admisi erroris increpabat militem, qui ut culpam dilueret, deinceps nil tale admitturum se promissit, cui Centurio: In bello, inquit, bone vir, non licet bis peccare. In morte, cheu, nec vel semel quidem peccare licet: nam hoc tale peccatum est irrevocabile; semel mortuus es, semper mortuus es: semel malè mortuus es, semper damnatus es. Hanc mortem corrigere, hanc damnationem excurrere, per omnem æternitatem non poteris.

Plur. in Lat.

Turpem, ajebat Iphicrates, Imperatoris esse hanc vocem, *Non putaram.* Turpior est & longè damnosior hæc Christiani: *Non putaram* inter castam & voluptariam vitam tantè interesse; *Non putaram* ab eâ totam pendere Æternitatem, tam citò me moriturum sanè Christiano non putaram. Eheu quam somnolenter Æternitatis negotium agimus! cum mortalis hæc vita nostra, nec momentum quidem sui certum habeat: certòque sit certius hinc esse emigrandum, & quidem incertissimâ horâ, cumque hora illa venerit, non tam vixisse tibi videberis, quam momento ad mortem evolasse. In-

Vox, Non putaram, Imperatori turpis est.

quinius

Aug. in Ps. 148. quilibet es, non possessor: domus locata est tibi, non a donata; et si nolis, migrabis. Non habemus hinc manentem civitatem.

Cap. 3. Quærit Baruch divinus vates: *Vbi sunt principes gentium, & qui dominantur super bestias quæ sunt super terram qui argentum thesaurizant & aurum, & non est finis acquisitionis eorum?* nunquid regna sua & gloriam adhuc retinent? Et respondet ipse sibi propheta: *Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alii loco eorum surrexerunt.* Migrarunt, inquit, nam inquilini erant, non possessores; domus eorum aliis locatae sunt, illis ejectis & ad inferos ablegatis. Si quaeratur, ubi sint cæli principes, qui empyreum illud sublime spatium incolunt, responderi non potest, exterminatos esse, & alios eorum loco surrexisse, sed in regno celesti permanere, nec ab ullis unquam successoribus extrudendos.

Sap. 2. *Coronemus nos rosis*, ajunt illi soluta & deplorata vitæ homines; nimirum rosis se coronant perituri, quarum & decor & odor die uno evanescit: at gemmis coronantur beati, & lapillis pretiosissimis, quarum venustas non perit. In capite admirandæ illius feminæ corona est non rosarum ex horto, non gemmarum è mari, sed stellarum de cælo. Sicut ergo cælestes orbis sunt incorruptibiles, ita qui illos habitant, stabiles & immortales: *Iusti autem in perpetuum vivent.*

Apo. c. 12. Mundana omnia caduca, cælestia sunt sempiterna. Hic labor nos fatigat non longus, illic quies nos excipit æterna. Et quid quietem ambimus ante finem laboris? adhuc in arenâ, in pulvere, in cursu sumus; sudandum, perripendum, eluctandum est.

Hom. l. 37. in Evang. Optimè D. Gregorius: Si consideramus, inquit, quæ & quanta sunt quæ nobis promittuntur in cælis, vilescit animo omnia quæ habentur in terris. Quæ autè lingua dicere, vel quis intellectus capere sufficit, illa superne civitatis quanta sint gaudia; Angelorum choris interesse, cum beatissimis spiritibus gloriæ Conditoris assistere, præsentem Dei vultum cernere, incircumscriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuæ munere lætari? Sed ad hæc audita inardescit animus, jamque illic cupit assistere, ubi se sperat sine fine gaudere. Sed ad magna præmia perveniri non potest, nisi per magnos labores. Unde & Paulus egregius prædicator dicit: *Non coronabitur nisi qui legitime certaverit.* Deleat igitur mentem magnitudo præmiorum, sed non terreat certamen laborum. Progrediendum est, & in progressu perseverandum, nec vitæ asperitas, sed patriæ beata æternitas consideranda: quod idem sanctus doctor eleganter explicans: Hoc, inquit, speciale specimen electorum esse solet, quod sic sciunt præsentis vitæ iter carpere, ut per spei certitudinem noverint jam se ad alta pervenisse, quatenus cuncta quæ præterfluunt, sub se esse videant, atque omne quod in hoc mundo eminet, amore æternitatis calcant: hoc enim est quod sequenti se animæ Dominus per Prophetam dicit: *Sustollam te super altitudines terræ.* Nam quasi quædam inferiora terræ sunt: damna, contumelias, egestas, abjectio, quæ ipsi quoque amatores sæculi, dum per lateæ vitæ planitiem ambulat, vitando calcare non cessant. Altitudines autem terræ sunt, lucra rerum, blandimenta subditorum, divitiarum abundantia, honor & sublimitas dignitarum, quæ, quisquis per imâ adhuc desideria incedit, eo ipso alta æstimat, quo magna putat. At si semel cor in cælestibus figitur, mox quam abjecta sint, cernitur, quæ alta videbantur. Nam sicut qui in montem conscendit, eò paulisper cetera subiacentia despicit, quæ ad altiora gressum amplius tendit; ita qui in summis intentionem figere nititur, dum annis ipso nullam præsentis vitæ gloriam esse deprehendit, super terræ altitudines elevatur, & quod prius in imis desideris positus, super se credidit, post ascendendo proficiens, sibi subesse cognoscit.

Tract. 3. de gustini documentum non erit incongruens: Quod ali-
12. abut. quando per necessitatem amittendum est, pro æternâ
grad. remuneratione sponte distribuendum est. Diu vixit
Deut. c. 34. Moses, & sanus vixit, tandem vivere desuit: diutius vixit
Mathusalem, sed & istandem è vivis abiit, & mortuus est. Hoc omnium nostrum epitaphium: *Et mortuus est.* Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur. Epitaphium
2. Reg. c. 14. Animus immortalis est & æternus, in æternum vivet, vel ad præmium vel ad supplicium. Hic aleam jacimus, aleam
omnium: ÆTERNITATIS irrevocabilem. O felix æternitas, o æterna felicitas! quæ fit quod tam raro, tam modice, tam obiter de te cogitemus? Quis sit quod tui causâ non magis laboremus, non magis solliciti simus? O Deus meus & omnia, aperi oculos nostros, ut cognoscamus quid sit, quam immensa sit, quam felix vel misera sit Æternitas. Creasti nos ad te, creasti nos ad Æternitatem, quia tu es Æternitas, tuæ nos Æternitatis participes facere voluisti, iustiti, sanxisti; da ut momentum hoc temporis piæ sanctæque expendamus, ut in eo laboremus Æternitati, patiamur & certemus Æternitati; utque idem omnibus inclamemus, & quotquot possumus, animas in æternum perituras servemus. Audite Christiani, audite Pagani, audite Reges, & Principes, audi Germaniam, audiat Orbis. Nulla satis magna securitas, ubi periclitatur ÆTERNITAS.

O longa, o profunda, o abyssalis, o æterna ÆTERNITAS! Beati qui habitant in domo tuâ Domine, in montibus æternis, per infinitas sæculorum myriadas laudabunt te.

Moses funeri suo jam proximus, faustis Israëllem precepcionibus Deo commendans, ultimo loco Aleritarum genti sic valedixit: *Benedictus in filiis Aser, sit placens fratribus suis, & tingat in oleo pedem suum, ferrum & æs calcamentum ejus: sicut dies juventutis tuæ, sic & senectus tua. Non est Deus alius, ut Deus rectissimi: Ascensor cæli auxiliator tuus. Magnificencia ejus discurrunt nubes, habitaculum ejus sursum, & subter brachia sempiterna.* Ita per cælum Deus in immensum protendit potentie suæ brachia, & sub hisce ejus brachiis, omnis hic mundus, omne tempus, omniæque res hujus mundi continentur, decurrunt & diriguntur: ita Deus ab initio imò ab æternitate prædestinationis suæ, habitaculum fuit omnium proborum, quos & complectitur, protegitque quasi quibusdam æternis, & continuis brachiis. Ascende igitur & ingredi hoc habitaculum tuum, o anima, quæ hinc cum gleba & luto luctaris; extende te & ascende ad ascensorem cæli; ad Deum tuum qui habitat in altissimis montibus Æternitatis. Ibi in tuto locata, in terram despicere, & vide quam modica sint, quæ hinc te sui vel cupiditate alliciunt, vel terrore percellunt: vide quam exilia sint omnia, quæ hoc terræ puncto continentur: vide quam præ Deo, præ Æternitate creata omnia sint vana, sint infirma, sint brevia, imò grande nihilum sint OMNIA. Unum ergo summum & immensum bonum ambi, cetera parvi æstima: Deo nitere, in Deo dilatare: pedibus tere quidquid sub sole, sub lunâ, vel blandum allicit, vel terribile minatur, æterna cogita; illudque beati Hieronymi apud animum tuum assidue revolve: *Nullus labor huius, nullum tempus longum debet videri, quo gloria Æternitatis acquiratur.*

Cacodæmon olim camelum obsidens, ad divinum illum Hilarionem adductus, terribilem in modum cepit furere, quasi vitum sanctum jamjam devoraturus. Cui Hilarion: Non me terras, inquit, diabole, tantâ mole corporis; in vulpeculâ & in camelo idem & unus mihi es. Mox ferociens hic camelus, coram eo corruit, & in ridiculam mansuetudinem abiit omnis prior truculentia. Talia sunt omnia blandimenta, omnia tentamenta Mundi, & terculamenta omnia. Quid speras?

C 4 Quid

Ad magna præmia non pervenitur nisi per magnos labores.

Lib. 31. moral. c. 34.

Inferiora terræ quæ.

Altitudines terræ quæ.

Deut. c. 33.

Deus est habitaculum omnium proborum.

Nullus labor durus, quo æternitatis gloria acquiratur.

S. Hieron. in vita Hilarion, c. 18.

Quid times? Quid amas? Ascensor cæli auxiliator tuus: ipse brachiis suis sempiternis te complectitur: iidem & hostes tuos, qui te vel alliciunt vel territant, sic arctè stringit, ut omnes uno nutu, velut musculas possit elidere. Ergo libidinis aut gulae voluptas te sollicitat? modica est, despice, æternam voluptatem cogita. Terrent te minæ, premunt ærumnæ, contemptus affligit, infestat morbus, fatigat occulta paupertas? Modica sunt hæc omnia, & quod acerbius in te sæviunt, hoc & brevius: despice hæc, & cælum suspice, æternitatem cogita, *Non contristabit iustum quicquid ei acciderit.* Si vel

Prov. c. 12.

Psal. 33.

Stipendium peccati mors æterna. *sed quæ non videntur.*

2. Cor. c. 4.

cælum ruat, impavidum illum ferient ruinæ. Ergo nunquam tristis iustus? ergo nulla illum incurfat tribulatio? Nequaquam; *Multa tribulationes iustorum*, sed illi mala ejuscemodi omnia, pro ludicris habent; solum illud verè malum existimant, quod æternum est, quod à Deo separat, uti separat peccatum, & peccati stipendium æterna mors. *Non contemplantibus nobis, quæ videntur, sed quæ non videntur* (ait doctor gentium) ea demum verè magna sunt, seu bona, seu mala.

At nos qui tam rarè contemplamur quæ non videntur, quàm adulti, aut quàm senes pueri sumus? ob excuslam manibus glaciem ploramus, quam retinere non possumus: circa umbras attoniti stamus, & in somniis alium sapimus; tabescimus in iis, quæ non tantùm transibunt paulò post, sed & jam transeunt. Non præterit figura hujus mundi, sed jam præterit: in ipso est transitu: & sicut bona ista omnia, quibus hîc afficimur, instabilia sunt, sic mala omnia quibus premimur, non diuturna. Sola illa quæ non videntur, per-

ennem habent statum, finem ignorant, terminum non admittunt, mutationem nesciunt, stabilia immota, æterna sunt. Repeto millies & usque millies repetendum Hieronymi monitum: *Nullus labor durus, nullum tempus longum debet videri, quo gloria æternitatis acquiritur.*

Symphorianus, Christianus adolescens, non simpliciter flagrorum lanienâ defunctus, cum jam ad ultimum supplicium Augustoduni duceretur, occurrit in viâ mater, sed salvis capillis, sed tecto pectore, nec muliebriter ejulans, verùm prout heroidem decebat Christianam: Nate, exclamat, mi nate, memento æternæ vitæ, cælum suspice, & ibi regnantem intueri: non eripitur tibi vita, sed mutatur meliore. Maternâ hæc voce animatus juvenis, ferro jugulum constanter præbuit.

Et nos, ô mei Christiani, jam *ducimur*. Ad mortem, supplicium supremum, omnes jam imus, sed passu lentiore; cuncti nobis cælites acclamant: *Memento æternæ vitæ, cælum suspicite: & hîc regnantem intuemini.* Hîc te Symphorianum gere, quisquis Christianus es: te ipsum labori & luctu ne subtrahe, & vel ferrum, si opus, pro Christo tuo fortiter excipe. Hîc aude, hîc animum ostende, & cum tentaris, cum doles, tristaris, angeris; cum contemneris, rideris, infamaris; cum spoliaris, varièque supra Iobum cruciaris, Symphorianum & mille Christianos alios imitare, & constanti pectore, vel milles in hanc vocem erumpe: *Quidquid hoc est, MODICVM est, BREVE est, valete mihi OMNIA, tu sola jam salve ÆTERNITAS.*

Finis Æternitatis nullus.



PRODRROMVS ÆTERNITATIS MORTIS NVNTIVS.

CAPVT PRIMVM.

Mortis memoria proponitur fanis.

§. 1. *Lectori lux, & ingressus ad sermonem.*



MORBO & Morti solatia innumeris scripsere. Idem ego facere meditor: sed tantum abest, ut illi me abstergeant, ut etiam provocent ad scribendum. Aliqui horum scriptorum (cum venia dixerim) prolixi nimis sunt, & ægrotum aut ægotaturum infinitis præceptionibus onerant. Alii brevitatis non adeo oblit, sed ordinis, quem nimis concinnum volunt & accuratum, minus offendissent, si fuissent manum amovere de tabulâ, quod in Protogene Apelles desiderabat. Alii multa præclare disserunt, sed non satis, sic dicam, practicè: Theoriam alibi commendemus; hæc agere oportet, & pro verbis monstrare facta. Alii ægris aut moribundis meros panem terrores, formidines meras obijciunt, & exanimant etiamnum spirantes. Voti tui, mi Lector, scio esse, ad Mortem præparari quàm fieri potest levissimis impendiis. Voto tuo respondere conabor, & *Breviter, Ordine, Hilariter*, ad Mortis ostium te ducam, ut pænè non sentias te duci. *Breviter* quidem; nam libellum scripturum sum, non librum; & libellum manuarium, qui suo domino numquam non ad manus sit. *Ordine* non stricto illo & exquisito, sed, ut ita dicam, confuso. Ordo viæ est, etiam cum per ambages itur, præsertim si sint amœnæ. *Hilariter*; nec enim religioni ducam, etiam versuculos & epigrammatica rei opportuna miscere: stilum jacentem illum & flaccidum subinde temperare expediet erectiore, & hilaritatem non abhorrente. Hæc in antecessum debui præmonere.

§. 2. *Quotidiana mortis memoria.*

BEATUS ille, qui semper & ubique sic vivit, ut ultimam quamque lucem tamquam non redituram consummat. Epicæterus sapientissimè hoc docens, *Mors*, inquit, & *exilium*, & *omnia quæ in malis habentur, ob oculos tibi quotidie versentur; omnium verd maxime mors*. Sic nihil unquam humile cogitabis, nec impensè cupies quidquam.

Miselli homunculi, quid longas spes præcipitis? quid tantam suscipitis rerum molem? cras forsitan futuri favilla & cinis. Cautos fige pedes, ô homo; illa atra Diva cuique nostrum super caput quotidie stat, & ultimas vitalis clepsydæ arenulas insopito & pervigili oculo expectat, & tu non expectes illam?

Ortum quidquid habet, sinem timer;

Ibimus omnes,

Ibimus; immensis urnam quatit Æacus umbris.

Necque ætas ulla delinit mortem. Cum nascimur, subijcitur huic tributo, & mortis finis stipendiarii: imò:

--- cum tremuli sese oculi exerunt,

Primævamq; avidi percipiunt diem,

tunc sanè incipimus mori. Eadem mors reginæ immi-
ner, quæ ancillæ. Itaque

Nulla ætas delinit mortem.

Mors eadè reginæ & ancillæ.

A *Omnen crede diem tibi diluxisse supremum.*
Dic omni vespere: Hodie sto ad ostium æternitatis.

*Horat. l. 1.
epist. 4.*

§. 3. *Memoria mortis, potens in omnia peccata
pharmacum.*

OMNEM sensum voluptatis excutit feria mortis recordatio, & in abyrtium mella vertit. Chryso-
stomus id asserens, *Mortis futura expectatio*, inquit, *haud-
quaquam sinit, ut quas in manibus habent voluptates, seu de-*
licias sentiant. Et verò quid non potest, non extremis
digitis, ac quasi per capillum, sed toto mors corpore
cogitata? Nulli hæc ætati parcat, nulli dignitati. Hic
decedit iuvenis, infans alter, senex alius. Ille serro, ve-
neno alius aut lapsu; lento alius stillicidio, celeri alius,
& tamquam valido imbree aut fluctibus oppressus, aut
fulmine tactus jacet. Inter tam dubia, tam varia, tam
subita, quæ securitas? aut quis peccandi animus inter
tam incerta? Quid? quòd quotidie morimur? Clepsy-
dræ cogita, sive veterem aqueam, sive recentiore
arenariam: nōne per stillicidia & arenas pars superior
evacuatur, impletur inferior? Idem de vitâ cogita: de-
labitur momentis singulis aliquid, & evacuat præ-
sens vita, ac aliò diffluit. Nihil hæc tutum, non hora ho-
ræ, non momentum momento. Beatus, cui omnis dies
postremus; beator, cui omnis hora; beatissimus, cui
omne momentum. Abstinebit à scelere manum, quis-
quis omnem horam decretoriam putat, quisquis om-
ne momentum ultimum. O spes inanis, quantos in
fraudem impellis? quantos, dum promittis senectam,
in medio tollis cursu? Evenire proinde credas posse ti-
lere.

De vitâ
singulis
momentis
aliquid de-
labitur.

Multi in medio sce-
lere à mor-
te occu-
pantur.

Multi in medio sce-
lere à mor-
te occu-
pantur.

Serbanus
in Felis. Ch.
lib. 1. c. 27.

Stultus est
qui aude-
ca quæ af-
ferit mor-
tem.
Eccli. c. 7.
v. 40.

§. 4. *Bona vita clausula, quanti sit; è Senecæ.*

DIC, mi Seneca, quem magnus ille Plinius Princi-
pem eruditionis invidendo elogio appellat, dic
quid sentis de morte, præsertim immaturâ? Audite ju-
venes, audite queruli senes: *Quomodo fabula, sic vita; non Senec. epist.
quàm diu, sed quàm benè acta sit, refert.* Nihil ad rem per-
tinet, quo loco desinas, quocumque voles desine: tan-
tùm bonam clausulam impone. Non aliter Epicæterus,
Memento, inquit, *actorem te esse fabule, qualem doctior voluit;*
si brevem, brevis; si longam, longæ. Nec aliter Varro di-
xit;

Lib. 14. c. 4.
med.

77 sine om-
nino.

Ench. c. 23.

xit, non eos optime vixisse, qui diutissime, sed qui modestissime vixerint. Planissime sic est: non refert, Vbi, & quando aut quomodo desinamus. Cum Deus volet, desinendum est; modò nos clausulam apponamus bonam.

§. 5. Omnis homo, nullus homo: ex Arbitro.

Hec, heu nos miseros, quam totus homuncio nil est. Verè sic est. Sed heu miseres multò, quò minus agnoscimus esse miseros! Nil est totus homuncio (ur rectè priscus Satyricus) sed ausim dicere, tunc aliquid esse incipit, cum se nil esse cognoscit. O homo nosce teipsum; nosce, & sape, mors namque lilia sentibus aequat.

Homo incipit esse aliquid, cum se nil esse cognoscit.

O miseri & vani, quid nos, doctrina, fama, sumus? Ipsi pulvis, illa opinio, ista ventus. Et nos quoque qui vivimus, qui vigemus & floremus, dicemus brevi: *Vivimus*. Hic omnes exitus unus habet. Vita nostra crescendo decrescit: & hunc ipsum quem agimus diem, cum morte dividimus; quotidie enim demitur aliqua pars vitæ. Quemadmodum clesydram non extremum stillicidium exhaurit, sed quiddam antè defluxit: sic ultima hora, quæ esse desinimus, non sola mortem facit, sed sola consummat.

Vita nostra crescendo decrescit.

Seneca epist. 24. post mediam.

§. 6. Mortales vnius dieculæ.

Flos est Hemerocallis, cuius vitæ & pulchritudo diaria est. Sed & volucris ad Hypanim fluvium est, Hemerobios dicta, quæ non ultra diem vivit, sed eadem omnino luce, quæ lucem inchoat, finit; morientique soli commoritur: eodem die pueri, juvenis, senis ætatem experta. Manè nascitur, meridie, viger, vesperi confescescit, & moritur. Sed & hoc magis mirum in hoc alato quadrupede, quòd non minùs unica die culæ alimentata provideat, quam si corvi aut cornicis annos esset visurum. Animalculo huic simillima est humana vita. Ad fluvium illa est perpetuò fluentis temporis; sed & volucris est magis, quam avis ulla vel sagitta: & sæpè omnis sùg pompæ diem unicum, terminum, habet, sæpè horam, sæpè paullò productius momentum. Quid ergo annos meditamur & sæcula, sæpè brevioris avi quam flores, aut florum umbræ, aut si quid umbræ vanius, brevius?

Plin l. 17. c. 36. Hec culicum genus etiam in Arvarina scitur, eodemq; die mortui aquis imant, piscibus avidissimè confectantibus. Legendus gnones piscatores vocant de la manne.

Vitæ brevitas à divinis vatibus proclamata.

Isa. c. 38. v. 12. Psal. 101. 12. Job c. 14. v. 2.

Vita est umbræ fuga.

Grande profectò mirum est, hanc vitæ volucerrimã brevitate à tot divinis vatibus proclamari, ab omnibus omnium sæculorum scriptoribus confirmari; nihilominus miscellos homunciones adeò ad omnium voces obfuscescere. Clamat Ezechias per Isaiam: *De manè usque ad vesperam finies me*. Clamat regius Psaltes: *Dies mei sicut umbra declinaverunt*. Clamat Hussæus Princeps: *Homo quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra*. En homo bulla, vitæ tua omnis, umbræ fuga est, & tu mansionem cogitas, ac quietam habitationem? *Quid avare congeris? quid corradis, velut annos Nestoris victurus? Mors tibi à tergo hæret*. Abibis hinc, priusquam abiturum te metuas, ni metuas maturè. Accelera, instat Æternitas.

§. 7. Idem confirmatius traditur.

Nvllius vita non brevis est, illorum brevissima, qui præteritorum obliviscuntur, præsentia negligunt, de futuris non metuunt. Optime lobus, *Et qui cum, inquit, viderunt, dicent: Vbi est? Velut somnium avolans non invenietur* (somnia inanisissimum, volare celerissimum) *transiet sicut visio nocturna*. Idem de seipso, *Dies mei, ait, velociores fuerunt cursores, fugerunt, & non viderunt bonum* (hoc dixit hominum opulentissimus). *Pertransierunt quasi naves poma portantes, sicut aquila volans ad escam*. Hæsterni quippe sumus, & ignoramus, quoniam sicut umbra dies nostri sunt super terram. Verè, dies nostri sicut umbra super terram, & nulla est mora. Nos epulamur & choreas ducimus & nulla est mora: nos quieti liberalissimè indulge-

Quorum vita brevissima. Job c. 20. v. 7. & 8.

Idem c. 9. v. 25. & 26.

Et c. 8. v. 9.

mus, & ad ipsam usque meridiem sterimus, & nulla est mora; nos temporis prodigi fabulamur, & aliud ex alio delicatum ortum commiscimus, & tamen nulla est mora: labuntur, fugiunt, avolant anni. Nemo tam Divos habuit faventes unquam, ut sibi craftinum posset polliceri. Ita dum somniamus, ad æternitatem transimus, vel illam cælitum, vel inferorum alteram. Præclare dixit Suidas; *O mortales unius dieculæ, quotidianorum gnari, futura non prospicientes, pendente, ad quam tenditis, Æternitatem*.

Nemo tam Divos habuit faventes, ut sibi craftinum polliceretur. Verbo Ephe. meriti bo. tri, mihi p. 358.

§. 8. Longæ vitæ spes, & vota inania.

Quid faciam, dicebat apud animum suum opulentus ille, *quia non habeo quod congregem fructus meos? Hoc faciam, destruiam horrea mea, & majora faciam*. Miser, heu! bis miser. Tunc horreum ampliabis? lepulchrum habitabis craftinã, & ðsi non tartarum. *Hac nocte anima tua repetetur à te, que autem parasti, cuius erunt?* Virtus, si quam amasti, vitia, quæ parasti, tecum ibunt: nec alios hinc habebis comites. Huic divitis fato simillimum illud. Senecionis apud Senecam, qui vitam hanc volucrem, quam per momenta singula precariam ducimus, sæpius reputans, *Omnis dies, inquit, omnis hora, quam nihil sumus, ostendit, & aliquo argumento recentri admonet fragilitatis oblitus, cum æterna meditantem respicere cogit ad mortem*. Senecio Cornelius, eques Romanus, homo summa frugalitatis, non minùs patrimonii quam corporis diligens, cum per totum diem amico graviter affecto, & sine spe jacenti, usque in noctem affedisset, cum hilaris cœnasset, genere valetudinis præcipiti abreptus, anginã, vix compressum arctatis faucibus spiritum traxit in lucem. Intra paucissimas ergo horas, postquam omnibus erat sani ac valèris officiiis functus, deceffit. Ille, qui & mari & terrã pecuniam agitabat, qui ad publica quoque, nullum relinquens inexpectum genus quæsitus, accesserat in ipso actu benè cedentium rerum, in ipso procurrentis pecuniæ impetu raptus est.

Luc. cap. 12. v. 18.

Virtus, vel vitia post mortem comites.

Seneca epist. 101. inii.

Senecionis Cornelii mores.

Ita fit, dum maximè agunt homines, agunt animam: uti venti, qui cum vehementissimè flant, efflant vim suam, tunc plerumque celerimè posituri, cum plurimum sævierunt. Admirandus Iob à Deo quærit, & efflant. penè conqueritur: *Et sic repente precipitatus me!* Pulchrè Tertullianus, & verè, *Vis est, inquit, & illa navigiis, cum longè à Caphareis saxis, nullis depugnata turbibibus, nullis quassata decumanis fluctibus; adulante flatu, labente cursu, latante comitatu, ineflino repente percussu cum totã securitate desidunt. Non secus sunt naufragia vitæ, & tranquilla mortis eventus*.

Venti cum vehementissimè flant, vim suam efflant. Iob cap. 40. v. 8. Lib. de Animã.

Quam ergo stultum est ætatem disponere? Ne craftino quidem dominamur. O quanta dementia est spes longas inchoantium! Eman, ædificabo, vendam, exigam, honores geram, tum demum lassam senectutem in otium referam. Omnia, mihi credite, etiam felicibus dubia sunt. Nihil sibi quisquam de futuro debet promittere: id quoque quod tenetur, per manus exit; & ipsam, quam premimus horam, casus incidere potest & abrumpere. Nos verò navigationes longas, & feros in patriam reditus proponimus: militiam, curiam, lentas actiones, prolixa negotia, longam laborum sætatem, officiorumque per officia processus desinamus; avum Nestoris & fortunam Metelli speramus, cum interim ad latus mors est, & è vitæ colliculo in mare nos præcipitat Æternitatis.

Nihil sibi de futuro promittendum.

§. 9. Homo pulvis.

Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem revertèris. Triste hoc carmen, nostra nobis mater occinuit Ecclesia, cum filiorum capitibus cineres inaspergit, monèturque mortalitatis, & eo quidem tempore, quo illa plerumque minimè cogitatur. Aquilam hinc imitatur Ecclesia: illa cervum prælio aggressura, multum pulverem

Gen. c. 3. v. 19. Plin. lib. 10. c. 4.

Ecclesia imitatur Aquilam.

pulverem alarum volutatu collectum, excutit in oculos cervi, cornibus media infidens, & pennis ora verberans, donec præcipitet in rupes. Sic Ecclesia hominem in verita ruentem, mediâ quasi viâ adoritur, sternitque ferali hoc pulvere. Idem sacerdos facit, cum ad exequiarum epilogum, cadaveri jam intra suum conditorium reposito, ter glebam injiciens, Memento, inquit, homo, quia pulvis es, & in pulverem revertêris. Hæc non jacenti jam & mortuo, sed vivis, & etiamnum circumstantibus, opportunè & suo loco occidit.

Sapuit in hoc & Philippus Vancdo, qui quotidiano illo carmine monitus, Philippe homo es, moderatiorem se gessit.

Grues in excubiis lapillum pede sustinent.

Sed & grues hoc nos doceant. Hæc cum nocturnis temporibus excubias habent, lapillum pede sustinent, qui lassatis somno decidens, indiligentiam sono coarguat. Eodem, cum Pontium tranvolant, arenam ferunt gutture. Mortales vanitatis arguat sepulchrale saxum, & arena quâ conteguntur. Vitulus ab Hebræis adoratus, aureus quidem fuit, sed in pulverem redactus: Statua Nabuchodonosori visa, terribilis fuit; sed ictu lapilli contrita: Poma Gomorrhæa pulchra quidem sunt, sed cum franguntur, in vancum pulverem fatiscunt: formam & opes ostentat fastuosus homo, decimum hæc omnia in cineres rediguntur. Hoc humanæ pompæ principium, hic finis. Ergo age quod agendum est; instat Æternitas.

Poma Gomorrhæa cum franguntur in pulverem fatiscunt.

§. 10. Homo verè miser.

Plin. præmio in lib. 7. Hist. nat. Natura meliorne homini mater an tristior noverca fuerit?

Non est satis æstimare, Natura meliorne homini mater, an tristior noverca fuerit. Ante omnia unum animantium cunctorum, alienis velat opibus: ceteris variè tegumenta tribuit, testas, cortices, coria, spinas, villos, fetas, pilos, plumam, pennas, squamas, yellera. Truncos etiam arborè que cortice, interdum gemino, à frigidibus & calore tutata est. Hominem tantum nudum, & in nudâ humo, natali die abicit ad vagitus statim & ploratum, nullumque tot animalium aliud ad lacrymas, & has protinus vitæ principio. Ab hoc lucis rudimento, vincula excipiunt, & omnium membrorum nexus: itaque natus, manibus pedibusque devinctis jacet, flens animal ceteris imperaturum; & à supplicis vitam aspiciatur, unam tantum ob culpam, quia natum est. Heu demeritâ ab his initiis existimantium ad superbiam se genitos! Prima roboris spes, primùmque temporis munus quadrupedi similem facit. Quando homini incessus: quando vox: quando firmum cibus os? quamdiu palpitans vertex, lumina inter cuncta animalia imbecillitatis indicium? Iam morbi tor, atque medicinæ tor contra mala excogitata, & hæc quoque subinde novitatibus victæ. Videmus animalium cetera, mox naturam suam sentire, alia nare, alia ire, alia volare, alia serpere: hominem sine doctrinâ nihil scire, non fieri, non ingredi, non vesci, breviterque non aliud naturæ sponte, quam flere. Vni animantium luctus est datus, uni luxuria, uni ambitio, uni avaritia, uni superstitio, uni immensa vivendi cupido. Nulli vita fragilior, nulli rerum omnium libido major, nulli pavor confusior, nulli rabies acrior. Denique cetera animantia in suo genere probè degunt: congregari cernimus, & stare contra dissimilia. Leonum feritas inter se non dimicat: serpentum morsus non petit serpentes: ne maris quidem belluæ ac pisces, nisi in diversa genera, sæviunt. Homini plurima ex homine sunt mala.

Animalia mox suam naturam sentiunt.

Leones inter se non dimicant.

§. 11. Quid igitur est homo?

Arist. Trifm. Plauto. Sophoc. Pindaro.

Si priscas gentes audiamus, Homo est Fortunæ lusus, Inconstantiæ imago, Corruptionis speculum, Temporis spoliolum, Mortis mancipium, veritatile Sepulchrum, fragile Simulachrum, tenuis Umbra, Umbræ

somnium, Spirans cadaver, Vivamors, Pila quâ ludit Deus.

Si Senecam interroges, Quid est homo? respondebit Imbecillum corpus & fragile, nudum, suapte naturâ inerme, alienæ opis indigens, ad omnem fortunæ contumeliam projectum, cuiuslibet pabulum; cuiuslibet victima, &c.

Consol ad Marciam c. 11.

Si sacros scriptores interrogemus, Homo est efca vermium, saccus stercoreum, calamitatis ludibrium, imbecillitatis exemplum; est nuntius præcurrens, navis pertransiens, avis tranvolans, fumus evanescens, gracilis spuma, invidiæ trutina, stilla sicula, momentum stateræ, gutta roris antelucani, hospes unius diei; est flos, fœnum, universa vanitas, pulvis & cinis, inane & nihilum.

Isai. David. Bern. alios. Arist. adscribit hæc Homo quid est? Imbecillitatis exemplum, fortuna ludibrii, &c.

Interim nos miselli nomenclaturas ingentes teximus speciosissimorum titulorum: grandia nomina operosè ambimus, & sine omni aurium vulnere audimus Magnifici, Perillustres, Felices, Pii, Potentissimi, Augustissimi, Invictissimi, Optimi, Maximi. † Quid restat, nisi ut Saporem Persarum Regem imitemur, qui epistolam, quam ad Constantinum Imperatorem dedit, licet exorsus est: Rex Regum Sapor, particeps siderum, frater Solis & Luna, Constantino fratri meo salutem plurimâ. * Aut si malumus, nomina trahamus ab rege Bithageni, qui salutabatur, Sponsus bonæ sortis, Magnarum provinciarum Deus, Regum potentissimorum Rex, omnium equitatum Dominus, Magister & doctor loqui nescientium, trium Imperatorum Imperator, omnium, quæ vider, Conquisitor, conquistorum Conservator; quem octo mundi partes metuunt, Eques cui nemo par, & fortissimorum quorumque Debellator, elephantorum Venator, Dominus Orientis, Austri, Septemtrionis, Occidentis & maris. Hæc Petrus Jarricus percenset. Nunquid titulorum satis? Si lubet, addamus elogiorum seriem, quam Soldanus in litteris præmisit hunc in modum: Salmander omnipotens ante Carthaginè, Dominus Jordanis, Dominus Orientis, Dominus Bethlehem, Dominus paradisi, Præfectus inferni, maximus Imperator Constantinopoleos, Dominus aridæ ficus, Dominus quâ Sol & Luna meant, Protector primi sacerdotis Joannis, Imperator, Rex Regum, Dominus Christianorum, Iudæorum, Turcarum, Amicus Deorum. Non multo aliter Solymanus nostro Casari scripsit his verbis: Carolo Quinto Imperatori semper Augusto, Belgæ, coævus Soliman, ex vitrici nobilissimâq, Ottomannorum prosapia ortus, Imperator Turcarum, Rex Regum, & Dominus dominantium, Imperator Trapezuntinorum ac Constantinopolitanorum, Dominator mundi, & terre dominator, &c. Quid vultis amplius? O verè splendida miseria! ô cinis & nihilum! ô vanitas vanitatum! Turpissima est ignorantia, cum homo se hominem esse obliviscitur.

In hac verba Georg. Poff. Mucus cornicem, egregiam edidit cautionem in suo Orpheo mixto. † Marcellin. lib. 17. * Iarric. 10. Theophrasti. rer. Indicar. mibi pag. 653.

Elogiorû series in litteris à Soldano præmissa.

§. 12. Ad rei funebris ofores.

Bite igitur non homines, sed milvi, qui etsi rapacissimi, semperque famelici, nihil tamen esculentent rapiunt unquam ex funerum ferculis: vos, etsi cetera curiosissimi, nihil tamen, quod funus oleat aut pollincturam, facile unquam tangitis. Gravior vobis est quævis cœna sub quacumque arbore, quam vel lautissima sub taxo aut cupressu. Omnem Libitinæ apparatus pessimè odistis, nec quidquam malletis quam omnem mortis memoriam abolere. At videte quam hic largiter deliretis, cum sacra pagina clarissimè moneat: melius esse ire ad domum luctus, quam convivii. Vobis verò alia omnia potius agere lubet quam sanctè lugere, & mortis meminisse. At cavete, ne, dum brevem luctum cauetis, non caveatis æternum.

Oblivio sui, ignorantia turpissima est.

Eccles. c. 7. v. 3.

§. 13. Omnis

§. 13. Omnis vita lacrymæ.

Serm. de Patentiâ. Homo cũ nascitur lacrymatur. Vnusquisque nostram, inquit Cyprianus, cum nascitur, & hospitio mundi hujus excipitur, initium sumit à lacrymis. Quis de se dixerit: Ut lacrymis cepi, lacrymis ita finio vitam;

Totum penè meum vivere, flere fuit. Sic omnes vitam ordimur, sic claudimus omnes, Ad sterum flentes nascimur, & morimur. Naufraga nos istis tempestas mergit in undis, Quisque suis mersus sic sepelitur aquis. Ille unus felix, qui sterum jam egerit omnem, Ne lacrymas stillet post sua fata novas.

Serarius in rebus Mogunt. mibi pag. 942. Daniel 97. Episc. 57. Archiep. 41. Elector Mogunt.

Vis totius humanæ vitæ summam & epitomen? Daniel Archiepiscopus & Imperii Romani Elector Moguntinus, in precum libello, suâ manu hæc vivendi monita scripsit:

- 1. Vita brevis. 2. Forma decipiens. 3. Pecunia fluxa. 4. Imperium invisum. 5. Bellum perniciosum. 6. Victoria anceps. 7. Concordia fallax. 8. Senectus misera. 9. Mors felicitas. 10. Sapientia fama perennis.

Illius utique cælestis sapientiæ, quæ regna donat, nunquam desitura, nemini expugnanda, æterna.

§. 14. Lacrymas solatur Deus.

Pf. 90. v. 15. Cui ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Et verè, iuxta est Dominus is qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu salvabit. De his promissis luculenter Augustinus, Noli timere, inquit, quando tribularis, ne quasi non tecum Deus sit: iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde. Adjuvat certamen (considera) qui certamen indixit. Non te sic spectat Deus in agone certantem, ut populus aurigam; clamare enim novit, adjuvare non novit: coronæ veniam parare potest, vires subministrare non potest. Homo enim, non Deus est: & forè dum spectat, plus laborat sedendo, quàm ille luctando. Deus quando spectat certatores suos, adjuvat eos invocantes: nam vox athletæ ipsius est in Psalmo: Si dicebani, Mortus est pes meus, misericordia tua adjuvabat me. Cùm ergo turbari cœperis, erige fidem tuam, & noveris, quia te non deserit. Sed ideo putas te deseri, quia non quando vis, eripit. Eripuit treppueros de igne; Quis eripuit tres pueros, de igne, Machabæos? absit. Et illos eripuit, & istos: illos corporaliter, ut infideles confunderentur: istos spiritualiter, ut fideles imitarentur. Iuxta * est Dominus is qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu salvabit. Altus est Deus, humilis est Christianus. Si vult ut altus Deus vicineret illi, ille humilis sit. Magna mysteria, fratres: Deus super omnia est. Eri-gis te & non illum tangis. Humilis te & ipse ad te descendit. Hunc ergo fidissimum adiutorem in vota voca, aderit-que vocatus, gemitu etiam unico, modò serio. Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum: & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt. Verissimè dixit idem Augustinus: Cum quantè suavitatè plorat in gemitu qui orat! Dulciores sunt lacryma orantium, quàm gaudia theatrorum.

Cur tres pueri ab eripit. Machabæi verò non crepti.

* Idem in Psal. 33. conc. 2. post med. Apoc. c. 21. v. 4.

In Pf. 117. circa med.

§. 15. Mors nativitas.

Valer. Max. l. 3. c. 2. & l. 2. c. 6. Non finis (ait moriturus Thebanus) vitæ meæ, sed altius initium & melius advenit. Nunc enim, commilitones, vester Epaminondas nascitur, quia sic moritur. Etenim quid attinet, aut humano dolori indulgeri, aut divino Numini invidiam fieri, quòd immortalitatem suam nobiscum partiri voluerit.

Herodotus l. 5. hist. Valer. l. 2. cap. 1. Quini. l. 5. insit.

Traus gens Thracibus finitima, quæ cum Thracum moribus cetera quidem concordat, unum illud habet peculiare, quòd, edito infante, propinqui circumfidentes cum ploratu commoerent, quantum calamitatum illi sit perferendum, vitam ingresso. Contrà, defunctum hominem cum lusu lætitiæque efferunt, re-

A censentes quàm multis malis subductus sit. Sapientiæ laudem meritò sibi vendicaverit hæc natio, quæ natales hominum flebiliter, exequias cum hilaritate celebravit. Idem Causiani & Getæ dicuntur fecisse, qui puerperia luxerunt, funera plausu profecuti. Removeatur itaque naturalis dulcedo vitæ, quæ multa & facere & pati turpiter cogit, & vitæ finis beatorum principio reperietur. Mors non timenda, ut malum, sed ut malorum finis, excipienda. Sanè Plinius Secundus: Itaque, ait, multi existere, qui, non nasci optimum conferent, aut quàm occisimè aboleri. Ita Silenus, à Mida captus, rogatus est, quid esset homini optimum? Diu tacuit. Tandem ut diceret adactus, respondit: Optimum est numquam nasci, proximum, quàm celerrimè extingui.

Stobæus i. Encomio moris. Causiani & Getæ luxerunt puerperia. Prefat. in l. 7. hist. Quid optimum homini.

Illud non omiserim ter mirum, inauditum, & narratu jucundum. Ludovicus Corvulus Iureconsultus Paravinus, lamentationes & lacrymas testamento suis omnibus interdixit, voluitque adesse ad funus aulcedos, & omnis generis musicos, qui unà cum candidato clero funeris pompam partim præirent (numero quinquaginta) partim sequerentur: singulis dimidium aureum dari præcepit. At feretrum portari iussit à duodecim innuptis puellis, quæ prasinâ aut viridi veste indutæ, altâ voce cantarent, quidquid lætitia suggereret. Harum virginum singulis certa pecunia dotis loco destinata. Ita sepultus est in templo S. Sophiæ Paravii; centum funalibus, dum efferretur, stipatus, præeunte omni Clero, & totius urbis monachis, iis tantùm exclusis, qui nigri habitus essent, hos enim testamento à suo funere amovit, ne hilaritatem publicam atris cucullis funestarent. Atque hac ratione exequiæ in nuptias migrarunt. Obiit nuptialis hic homo, an. Christiano 1418. 17. Iulii, die D. Alexii.

Ludovicus Corvulus ad funus voluit adesse aulcedos, & citharædos.

Præclare dixit Bernardus: Illi mortuos suos lugeant, qui resurrectionem negant: illi sunt plorandi, qui post mortem à demoniis sepeliuntur in inferno, non illi, qui ab angelis collocantur in celo. Pretiosa mors Sanctorum, pretiosa planè, tamquam finis laborum, tamquam victoriæ consummatio, tamquam vitæ janua, & perfectæ securitatis ingressio. Apertè Hebræus Sapiens: Melior est, inquit, dies mortis, die nativitatis.

Monachos nigri habitus excludi.

De modo vivendi ne vivendi serm. 70. Idem de trans. Mah. Eccles. c. 7. v. 2.

§. 16. Vbiq; mors.

Torqueant se miseri, quibus extingui quàm superesse utilius est, trepido & anxio consilio, quam nam ratione vitæ exeant, quærentes: Ferrum acuant, venena temperent, laqueos apprehendant, vastas altitudines circumspiciant, tamquam magno apparatu aut exquisitâ molitione opus sit, ut corporis atque animi infimum vinculo coherens societas dirimatur. Nihil horum Coma ille Diogenis frater, sed intra pectus inclusa anima finem sui reperit. Enimverò minimo studio retinendum bonum est, cuius caduca possessio tam levi afflatu violentiæ concussa dilabitur. Ubique mors est, omnibus locis, omnibusque momentis insidiatur, quaqua venias, paratam invenies; nusquam non præsto est, occurrit undique.

Miseris utilius extingui quàm superesse.

Coma frater Diogenis.

Mors est ubique.

Cùm verò una tantùm mors uni homini sit optenda, quid est quod ante mortem illam ultimam, tot misellum hominem mortes iugulent, ut quis non immeritò quærat:

Gutcula cum mihi sit vitæ tantùm unica, cur me mille necis species, funera mille premunt? Bernardum audi: Summa tibi sit philosophia, mortis meditatione assidua. Et ideo varia te mors vellicat. Quidquid illis accidit, ait Bernardus, tibi accidere potest, quia homo es. Homo de humo, limus de limo. De terra es, & de terra vis, & in terram reverteris, quando venerit dies illa ultima, quæ subitè venit, & forsitan hodie erit. Certum est quia morieris, sed incertum quando, aut quomodo, vel ubi. Quoniam mors ubique te expectat: tu quoque, si sapiens fueris, ubique eam

Lib. de habitate vitæ. Idem in med. c. 3. de dignit. an. ma.

Epist. 26. post med.

eam exspectabis, Nec aliter Annæus: Incertum est, inquit, A. rimus, faciemus hoc aut illud. quæ te loco mors exspectet. Itaque tu illam omni loco exspecta.

§. 17. Mors sua cuique domi est.

N *V*gamur, mortemque procul, procul esse putamus; At mediis latet, hæc abdita visceribus. Scilicet ex illâ quâ primum nascimur horâ, Prorepunt juncto vitæque morisque pede. Partem aliquam furtim, qua se meritur & ipsa, De vite, filo qualibet, hora rapit. Paullatim morimur; momento extingui mur uno, Vt lampas oleo deficiente perit. Vt nihil interimat, tamen ipso in tempore mors est: Et nunc in terra dum loquimur, morimur.

Lib. 10. de subtilitate mibi p. 338. Corpus nostrum vivarium est, in quo aliter cur mors.

In Boreali oceano iuxta Moscoviam piscis est, cui nomen Mors. Hæc maris bellua maximè dentata est, id eò ejus dentibus, quod Cardanus refert, gladiatorum capuli conficiuntur. Corpus cuiusque nostrum, ô mortales, vivarium est, in quo piscem hunc, Mortem, alimus. Ideo non procul nobis hæc bellua querenda est; Mors sua cuique domi est.

§. 18. Mors inexorabilis.

S *V*rda sit & cautes, & cæca tigridis ira, Sit licet & rabidi vis furiosa frevi. Hanc Zephyri mulcent, componitur illa receptis Pignoribus, scopulos unda manusque domant. MORS habet indomitos præcibusque minisq; furores, Et saxo, & pelago, & tigride saxa magis. Parcas, in quarum colos, licia, stamina, fortices, vitæ necis que mortalium jus omne transfulere superi, inexorabiles esse, profana finxit antiquitas. Cum enim Certo veniant ordine Parca Nulli jussu cessare licet, Nulli scriptum proferre diem.

Mors caret auribus, oculis, &c. cur?

Sed nec Lanificas ulli exorare sorores fas est: quem statueret diem, ad amissum observant. Atque hoc ingenio Mortem, omnis, ut ita dicam; hominis expertem, & pictorum pingunt pueri, & alii fingunt artifices. Caret auribus, ne precantes obaudiat; caret oculis, ne lugentium miseratione moveatur; caret fronte ac genis, ne sævitiam ipsa suam erubescat; caret lingua ac labiis, ne solatiolum aliquod vocale ab eâ expectes; caret denique carne, ut humanitatis sensu careat; soli nervi, & artus, & musculi, sola ossa supersunt, arcus videlicet & sagittæ, spicula & amenta ad miseros mortales ex destinato feriendos. Et sanè, si quando, tunc maximè eâ se feritate ostentavit, adeoque insultavit orbi ea Bellua, cum Christum filium Dei, vitæque omnis auctorem, frustra gementibus saxis, trepidante terrâ, lugentibus stellis, expallescendo sole, mœrentibus Angelis, infando ausu sustulit, heu in ipsius Vitæ vitâ dirissimè paratragœdians. Quisquis es, si homo es, mors tibi inexorabilis est. Ergo, Vive memor lethi, fugit hora, hoc quod loquor, inde est. Ergo, dies omnis velut ultimus ordinandus est, aut velut primus æternitatis.

Perf. sat. 5.

§. 19. Mors certissima, est incertissima.

De Conv. ad Clericos c. 14. Prov. c. 27. Horat. l. 4. ode 7.

Q *V*id in rebus humanis certius morte? (exclamat Bernardus) quid horâ mortis incertius invenitur? Senibus quidem in ianuis, adolescentibus in insidiis est. Ergo, Ne glorieris in crastinum, ignorans quid superventura pariat dies. Sed nec Venuusin vates hoc nescit: Quis scit, an adjiciant hodierna crastina summa Tempora Dis superis --- Cap. 4. v. 13. Jacobus Apostolus luculentissimè, Ecce nunc, inquit, qui dicitis, Hodie, aut crastino ibimus in illam civitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus (qui ignoratis quid erit in crastino. Quæ est enim vita vestra: Vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur) pro eo ut dicitis: Si Dominus voluerit: & si vixere.

Tom. I.

Omnes ibimus; omnes, omnes. Siquidem, Omnes 2. Reg. c. 14. morimur, & quasi aque dilabimur in terram, qua non revertemur. Neque tu ignorare potes, ita te esse procreatum, nemo moritur qui non memineris à rerum naturâ, & accipiendi spiritus, & reddendi, eodem momento temporis legem dici atque nec vixerit, nec vivit, ut mori nemo solet qui non vixerit; ita nec vivere qui, nec vivit, dem aliquis potest, qui non sit moriturus; quando qui non sit moriturus incertissimum. Idecirco Christus fidelissimo præmonitu nos excitans: Videre, inquit, vigilare & Marci. 13. orate: nescitis enim quando tempus sit. Et hoc ipsum mox v. 33-35-36. repetens: Vigilate ergo, inquit, (nescitis enim quando dominus veniat: serò, an mediâ nocte, an galli cantu, an manè) ne, cum venerit repente, inveniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico, VIGILATE.

§. 20. Mors plurimis repentina; penè omnibus insperata.

Q *V*is non stabit in vigiliâ contra impetus mortis, quæ omnibus horis imminet, quæ & nullum sibi destinavit tempus quo debeat occurrere? quæ repit, volitat, insilit, nixq; tacito, gradu suspensò, nullis antecedentibus signis, nullâ causâ, nullâ cautione, in morbo, in valetudine, in periculo, in securitate; ita nihil ab ejus unguibus sanctum est aut tutum.

Sanus erat & hilaris Tarquinius cum pisciculi spiritus suffocatus est. Sanus quoque Fabius, cum ei tenuis pilus, quem cum lacte hauserat, vitæ resefidit lumen. Mufstela Aristidem momordit, & momento temporis extinxit. Cæsaris Dictatoris pater hilariter surgebat è lectulo, & dum caleatur, egit animam. Alius Cæsar dum pede impingit in limen, propterantem spiritum excutit. Legatus Rhodiorum causam in senatu magnâ cum admiratione oraverat, in limine curiæ protinus expiravit. Anacreontem poetam, & (si fides Luciano) Sophoclem etiam uxæ acinus necavit. Luciam Marci Aurelii filiam acus punctiuncula occidit. Cn. Behius Pamphilus, præturâ functus, cum à puero quæssisset horas, sensit illico horam sibi ultimam adeste. Multorum animas præceps & insperata læticia excussit, quod Chiloni Lacedæmonio, & Rhodio Diagoræ contigisse accepimus, qui cum filios in ludis Olympicis victores completerentur, eodem loci & temporis vestigio sunt exanimati. Denique mors infinitos habet aditus, quibus in Mortis aditus, quibus in cedes nostras irrumpat, & irreparat. Modò enim per fenestras, modò per hypogæa; modò per projecturas, modò per regulas sese trajicit, & nisi in urbe aut ædificiis proditores repererit, humores dico corporis, mortuifinii. bos, catarrhos, pleuritides, & ceteras causas, quibus ad sua consilia tamquam ministris uti solet; tormentario pulvere portas convellit, igne, aquâ, peste, veneno, belluis, hominibus, cunctis denique machinis tentatam hanc vitam eripit.

Miphiboseth Saulis regis filius à domesticis latronibus, cum meridiaret in lecto, est interfectus. Fuleo rex Hierosolymorum cum leporem venaretur, equo lapsus est, cuiusque pedibus conculcatus, egit animam. Iosias omnium regum Iudæ (Davidem excipio) pietate, sanctimonîâ, liberalitate facillè princeps, cum Nechao Ægyptiorum Regi, exercitum duces occurrisset, inopinato sagittæ ictu vulneratus, in castris mortuus est. Divus Ludovicus annum agens quinquagesimum septimum, in orâ Africæ, in medio exercitu, quem pestis populabatur, extinctus est. Egillus Rex Gotthorum, princeps optimus, à furiali tauro, quem facinorosi populares, qui legum severitatem ferre non poterant, emiserunt, crudeliter necatus est. Malcolmus primus Rex Scotorum post multa justitiæ specimina, noctu cum regnum lustraret, suffocatus est. Nonne multi sani dormierunt, & obdormierunt reperti mortui? In prociactu stet animus necesse est.

D

Oza,

Oza, vir in Davidis satellitio non ignobilis, tantentem Arcam, cum Hierosolymita triumphali curru veheretur, objectis manibus fulcire tentabat, repente tactus est de celo: In prophetam qui cibum injusta Dei sumptu erat, eductum è silva leonem: Domini manus armavit, à quo est interfectus: Ananiam & Saphiram Christo primùm iniuriatos, repentinè vox Petri quasi fulmen in delicti expiationem perculit. Quorum animas æternis supplicii hæc pœnâ subductas; bona pars Theologorum sentit. Omittam vetera.

Jacob. Gordan. Chron. in hunc annum.

Anno 1559. Henricus II. Rex Galliarum in ludis, in triumphis, in communi hominum lætitiâ est interfectus: Dum enim Parisiis filiae nuptias celebravit, in æquestri certamine, pars fractæ lanceæ per illius oculum eâ vi adacta est, ut expulsetur animam: Anno 1491. Alfonso Joannis II. Lusitani regis filius, annum agens decimum sextum splendidissimi ingenii, & summæ expectationis princeps, Isabellam Ferdinandi Hispaniarum Regis filiam duxit uxorem, cujus dōs erat amplissima paternorum Regnorum hæreditas: Celebrantur nuptiæ sexcentorum triumphorum apparatus; ubique ludii, Trojæ, equestres pugnae, convivia; tantus autem erat luxus, ut calones & medastini in Attalici vestibus fulgerent, quibus subserica & holoserica vilioris videbantur pretii. Sed pro dolor! vix mœnatis erat septimus, cum miser adolescens ad ripam Tagi fluminis in equo juveniliter exultans excussit, & lethali plagâ obruto capite datu ad terram, defertur in casam piscatoris, quæ vix illum cum duobus famulis caperet. Decumbit in stamenticâ culcitâ, ibi efflat animam: Accurrit Rex adolescentis pater cum Regina matre: vident spectaculum miserabile, versas in lamentationem pompas, fangentem filii adolescentiam, virtutes opesque, quasi nascentes flosculos, ab improvilo Boreâ, decussas, infesto tumulto sepeliri omnia. O subitos rerum turbines! ô præcipites vel simillimorum lapsus!

Hippolytus Guar. l. 6. de Abominandis generis hum. c. 20.

Vide Iustitiam Henrici 4. Regis Gall. à Ludovico Richeomo scripta.

Poti corporis sunt ostiola mortis. Sen. ep. 101. med.

Quid alios memorem? Basilium Imperatorem certus inter venandum, ramolo cornu impetum trajecit, quo vulnere non multò post extinctus est. Vetus monumentum, in castro Ambrosi, prope Oenipontum, testatur equum ab ephebo nobili subditis calcaribus admissum, ut fossam viginti pedes longam transiliret; transiit, sed eques & equus subitâ & unâ pœnâ morte conciderunt. Id equi exuvie ephebi vestes hodieque loquuntur.

Sed repentinum hoc fatum probis cum improbis commune est, neque infelicem animæ arguit statum nisi forte quempiam in ipso flagrantis sceleris concursu divina vindictæ feriat telum. Talis fuit Darhani & Abironis exitus, quos in Mosen perduelli animo obfirmatos hiatu discendens terra miserabiliter absorpsit. Talis mors Absalonis, quem majestatis pertinacem reum feralis hasta confixit. Tale quinquaginta satellitum, quos in Eliam parum reverentes cælum flammaram globis armatum devoravit. Tale fuit Hebræi hominis exitium, quem cum infami Madianitide vindex trajecit gladius, & leetulum genitalem miscuit cum funebri.

Quot poti corporis, tot ostiola sunt mortis. Non ubique se mors propè ostendit; ubique tamen propè est. Quid autem stultius, quam mirari id ullo die factum, quod omni potest fieri. Stat quidem terminus nobis, ubi illum inexorabilis fatorum necessitas fixit: sed nemo scit nostrum, quam propè versetur. Sic itaque formemus animum tamquam ad extrema ventum sit: Nichil differamus.

NOTÆ IN PRIOREM PARAGRAPHVM.

MORS INFINITOS HABET ADITVS] Itaprofus est; & dictis addo. Quidam, ut memorant, somnavit leoninis faucibus se necatum. Surgit, somni negligens, ædem sacram cum sociis adit, & in vestibulo

vider leonem faxeam hiantem rictu; qui columnam fulserat. Hic ille somnium inter comites non sine risu narrans: Et en, inquit, hic ille leo est, qui me hac nocte laeceravit. Cum dicto manum in faxeas fauces immittere: Et, hic habes, ait, tuum hostem, stringe dentes, si potes, mi leo, ac manum hanc præmorde. Vix ista dixerat, & lethale vulnus accepit in hoc innocio, ut putabat, hiatu: siquidem latebat imâ faxeæ abstrusus scorpio, qui ubi manum sensit, aculeum exseruit, tergit, extinxit. Itane lapidi etiam sur bilis est? aut ubi mors non est, si vel faxei leones perimunt? Simili fato perit Hylas adolescens, quem in faxeæ urse faucibus delitescens vipera occidit. Quod lethi gentis Martialis describit libro 3. epigrammate 19.

Quid memorem puerum stitit è recto in subeuntis caput decedente occisum: Quem idem Martialis eleganti hoc carmine deservit:

Lib. 4. Epigram. 18.

Qua vicina pluit Vipsanis porta cotumnis,
Et malet assiduo lubricis imbrè lapsis,
In jugulum pueri; qui roscidâ rempla subibat,
Decidit hiberno progravis unda gelu.
Cumque peregrisset miseri crudelia saxa,
Tabuit in calido vulnere micro tener.
Quid non saxa sibi voluit fortuna licere?
Aut ubi mors non est, si singularis aqua?

Sic omnino mors infinitos habet aditus, tunc sæpe vicinissima, cum minimè putatur.

§. 21. Mortis repentinæ antidotum.

Hic ego, Lector, extra ordinem tres tibi precatio- nes velut paradigma propono, repentinæ morti deprecandæ factas. Tui arbitrii est, aut omnes, aut unam solùm quotidie ex animo pronuntiare. Eò numero facte sunt, ut velut supplices ter ad Christi Domini genua provolvamur, tanti momenti rem petiti, Atque hoc sciamus, hic posse neminem, aut satis cautum, aut nimis esse providum.

Ad repentinam mortem avertendam.

ORATIO PRIMA.

O Misericordissime Domine IESV, per lacrymas tuas; per agoniam & sanguineum sudorem tuum, per mortem tuam rogo te, à subitaneâ & improvisâ morte libera me.

SECUNDA.

O Benignissime Domine IESV, per acerbissimam & ignominiosissimam flagellationem ac coronationem tuam; per crucem & passionem tuam amarissimam, per omnem bonitatem tuam, humillimè te precor, ne permittas me sine Sacramentis morte repentinâ ex hac vitâ migrare.

TERTIA.

O Mi amantissime IESV, ô Dominus meus, & Deus meus, per omnes labores ac dolores tuos, per pretiosum sanguinem tuum; per sacrosancta vulnera tua, per illas tuas, ô mi dulcissime IESV, supremas in cruce voces: Deus meus, Deus meus, ut quid reliquisti me, per validum illum clamorem tuum: Pater in manus tuas commendo spiritum meum; ardentissimè te rogo, ne subito hinc tollas me. Manus tuæ, ô mi Redemptor, fecerunt me, & plasmaverunt me totum in circuitu, ne quaeso, sic repentinè præcipites me. Da, oro, spatium penitentiae; da felicem & in gratiâ tuâ obitum; ut ego te totâ mente diligam, laudem, & benedicam in æternum.

Verum tamen, ô bone IESV, in manu tua sita sunt omnia, nec est qui tuæ possit resistere voluntati. Vita mea pendet à tuo nutu: desinet illa cum tu volueris. Neque ego aliud volo; mi amantissime Deus, quam hoc ipsum tuum velle. Quocumque loco, tempore, morbo extingui me volueris, ita fiat: hæc omnia sum-

mæ bo-

mæ bonitati tuæ & diuinæ providentiæ committo. Nullum locum, tempus, nullum mortis genus, quantumvis ignominiosum & acerbum excipio. Illud unicum rogo, Christe Deus, ne improvisâ & subitariâ morte finiam. Verumtamen non mea, sed tua voluntas fiat. Si ita placitum est in cõpõctû tuo, ut morte subitâ tollar, non reculo. Fiat voluntas tua in omnibus, ô Deus. Spero enim & confido per spagnam misericordiam tuam (per quam hoc ipsum unice precor) me tunc in gratiâ & amicitia tuâ moriturû; in quâ si moriar, non me mors quantûvis subita separare à te poterit. Nam,

Sap. 4. v. 7.

Quod si ergo spatium mihi & tempus futurum non sit (tibi soli, ô Deus, hoc notum) quo me tibi commendem: ecce illud jam facio, & quàm possum submississimè atque ardentissimè ad te in cælum de profundis clamo: Misere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam; Fiat voluntas tua, Domine, sicut in celo, & in terrâ: In manus tuas commendo spiritum meum; redemisti me Domine Deus veritatis. Benedicant, & laudent te Deus, creata omnia. In te, Domine speravi, non confundar in æternum.

Psa. 30. v. 1.

§. 22. Dies vite pauci, & mali.

QVOR es annorum? Sexaginta. Et quot tui? Septuaginta. Dic, & quotum tu agis annum? Octogésimum. Ah, ô boni, ubi sunt vestri anni? Vbi sunt tui sexaginta? Vbi tu tuos septuaginta reliquisti? Er ubi tu octoginta tuos invenies? Quid numeratis jam amissos? Eleganter Lælius ille sapiens dicens cuidam: Sexaginta annos habeo: Hos, inquit, dicis sexaginta, quos non habes? Nec quod præterit, nec quod futurum est, tuum est. In puncto fugientis temporis pendemus, & magni est, modicum fuisse.

Genes. 47. v. 8. & 9.

Ægyptius Rex Pharao patriarcham Iacob interrogans: Quot sunt, inquit, dies annorum vite tuæ? Respondit senex: Dies peregrinationis mee centum triginta annorum sunt, parvi & mali. Audite Tanitali, qui sititis perituræ vitæ extensissimos annos: Peregrinos vos scitote, non incolas. Sed neque diuturni itineris peregrini estis. Via vestra & brevis, & mala est: brevis, quia forsitan prius finienda, quàm hæc ipsa, quàm cum morte dividitis, hora: malam esse nescire non potest, quisquis etiamnum in illâ est. Rubos sæpius, quàm rosas offert calcandos. Et tamen infelli adhuc hæretis, & immoramini his vepretis, tam immemores patriæ! Egregiè docet Gregorius, vitam hanc esse ad cælum; viatorum autem multos viam amœnitare sic pacis, ut magis eos diu pergere, quàm citius pervenire delectet. Heu nos deliros homulos! sterculis capimur, & speciosiores lapillos legimus, negligimus immensas gazas. Terræ fordes & cavernarum spumam cotradimus, obliti quantos & quàm veros thesauros perdamus, dum falsos querimus. Miseri & vani! Quid peregrino cum sterculis & lapillis, si ad patriam non perveniat? quid hæc reliquissè oberit, si patriam contingat? Laborare in hac viâ, lassescere, sudare, molestiarum quàm plurimum pati, in maximo lucro ponendum. Tantò enim patria placebit magis quantò displicuerit exilium.

Lib. 23. Moral. c. 24. Hæc vita via est ad cælum.

§. 23. Quâ ratione juvenis, possit mori senex.

VTI senes non senes, sed pueros, ita juvenes repertas non juvenes, sed ætate provectos. Barlaam eremicola, senex septuaginta annorum, Iosaphato Regi de ætate sciscitanti, annum quadragesimum quintum se agere respondit, ac miranti adjecit, tacuisse se studio viginti quinque annos; quòd eos in mundi vanitates impensos, crederet omnino periisse. Ita Similius qui curis Curie sepultus, & potiùs Imperatori suo vixerat, quàm sibi, sepulchro suo inscribi iussit: Hic jacet Similius

Barlaamus eremicola cur. 45. annum agere se respondit.

Tom. I.

Regum facti de Saul Hebræo rege hæc memoriæ prodiderunt: Filius unius anni erat Saul cum regnare, cepisset; duobus autem annis regnavit super Israël. Saul regni principio, tam sceleris purus fuit, atque infans est unius anni; in hac tamen puritate vitæ, unico tantum anno perstitit, licet universè viginti annis imperarit. Senium multi maturè, & ante senectutem, adipsicuntur; plerique numquam, qui etiam senes vitia retinent puerorum. Hinc pueri centum annorum moriuntur. Vita bonum non est postum in spatio ejus, sed in usu: potest fieri, imò sæpè fit, ut qui diu vixit, parum vixerit. Regere nihil turpius est quàm grandis natu senex, qui nullum aliud habet argumentum, quo se probet diu vixisse, quàm ætatem. Eleganter S. Ambrosius de Agnere virgine: Computabatur, inquit, in annis infantis, sed erat senectus mentis immensa. Divinæ Sapientiæ oraculum proclamât: Senectus venerabilis est non diuturna, neque annorum numero computata: canis autem sunt sensus hominis, & atas senectutis vita immaculata. Idcirco motes potiùs quàm crines venerandi. Reverentiâ planè uberiore dignus est, quisquis ante annos fit senex. Proba vita, senectus optima.

1. Reg. 13. v. 1.

Cur filius unius anni erat Saul cum regnare cepit.

Sen. ep. 49. ad finem. l. desir. 1. 6. 3.

Ser. 90. qui est de sanctâ Agnæ.

Sap. 4. v. 8. & 9.

Reverentiâ dignus est, qui ante annos fit senex.

At potuit, inquit, tam imaturè mortuus evadere vir magnus, & Reipublicæ perquam utilis. At potuit etiam (quod justius timetur) fieri pluribus similis. Aspice juvenes quos luxuria in omne vitium propellit quibus nullus dies sine aliquo insigni flagitio exit. Ergo ille raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne scitò deciperet animam illius. Consummatus in brevi, explevit tempora multa. Quicumque ad extremum sui facti venerit, hic moritur senex. Sæpè in longissimâ vitâ minimum est quod vivitur. Gloriosius multò est suâ virtute quàm temporis dono tenuisse. Satis diu vixit, qui bene vixit: satis diu pugnavit, qui vicit.

Sap. c. eod. v. 11. & 13.

Gloriosius est virtute quâ temporis dono tenuisse.

§. 24. Paradoxum: Quisquis voluit, diu vixit.

BEVE tempus ætatis, satis longum est ad bene vivendum, inquit Tullius. Nemo nimis citò moritur, qui diutius aut melius victurus, quàm vixit, non fuit. Satis annorum vel ephesus numerat, qui virtuti, qui æternitati, ad quam natus est, vixit. An non satis locutus est, qui verbulo aut ntu persuasit? An non satis ecurrit, qui palmam obtinuit? An non satis navigavit, qui in portum feliciter pervenit? Optimè enim omnium, qui citissimè. Modò mors præmeditationem nostram non præveniat; quò velocior, ed felicior erit.

Lib. 1. Tusc. 21.

Verùm ego (ait apud Curium Rex Macedo) qui non annos meos, sed victorias numero; si numeras, fortuna bene computo, diu vixi. Quanto verius is, qui vitam suam omnem Deo consecrat, suòque solùm Domino placere studet & servire, fidenter dicat: Ego, qui non annos meos, quibus Deo servio, sed desideria mea numero, si beneficia Domini mei bene computo, diu vixi.

Lib. 9. c. 12. med.

Sic est profecto: Centum, imò mille annos, imò sæcula vivit, & Deo servit, quisquis ex animo verèque cupit centenis vel millenis annis, aut multis sæculis Deo servire, si vivere tot annis liceret. Nam apud Deum voluntas pro facto sumitur, apud quem seridè voluisse apud Deum facere, sæpè tantumdem est, quantum fecisse. Sic & martyr esse potest, sanguinemque Christianâ nobilitate profundere, licet sua morte in lectulo defungatur: sic & diu vivere, atque pro Christo fortiter & agere & pati potest, quisquis ardentè cupit ideo diu vivere, ut multum & agat pro Christo & patriatur. Nemo non suo die moritur, quisquis divinæ voluntatis decreto moritur.

Voluntas pro facto sumitur.

§. 25. Moriendum est, moriendum.

AVGUSTUS Imperator captâ Perusâ in plurimos a-

Suet. in August. c. 15.

Die ait 400.

D 1 ad aram

ad aram Julio Cæsari exstructam, hostiarum more ma-
ctari iussit.

Inlin. Mar.
in Typ.
Iren. l. 5.
e. intra heres.
Psalms. 89.
v. 4. c.
2. Pet. c. 3.
v. 8.

Iustinus & Irenæus è priscis nobilissimi scriptores,
acutè observant, post latam mortis sententiam in pro-
toplastum, mortalium omnino neminem, secundum
Dai Calendarium, diem integrum vixisse. Nam Prophetis
& Apostolis testibus, *Vnus dies apud Dominum sicut mille
anni; & mille anni, sicut unus dies*: Atqui nullus hominum
mille annis vixit; ergo nec diem totum ullus. *Moriendum
est*, et si ad nongentos & amplius annos ætatem produ-
xerit, *Moriendum est*: Hoc ab oraculis divinis, humanã
ratione, & experientia certissimum. Oracula divina sex-
centies proclamant, *Moriendum*. Ratio seipsam demon-
strationibus evidentissimis convincit, rem è contrariis
compositam, interitui obnoxiam, adeoque *Moriendum
esse*. Experientia, stultorum ac sapientum magistra, di-
gitum in immensis mortuorum cumulos intendens, vel
oculis persuadet, hæctenus neminem unum ex omni nu-
mero, mortis impetum elusisse, *Moriendum esse*. Sole
ipso clarus est, *Moriendum esse*. Sed an ullum cæli tonitru
tam validè aures omnium percellit, atque hoc ipsum?
Moriendum est. Hic nemini licet esse sùdo. Velis nolis,
admittere cogeris has voces; vel invitas aures penetrat
hoc tonitru: *Moriendum est*, irato Deo propitiòque.

Res è con-
trariis cõ-
posita in-
teritui ob-
noxia.

Nat. qq. 1.6.
in fine.
Mors est
mortalium
tributum.

Æschylus olim: *Sola, inquit, Dearum mors manera
non amat, non admittit dulcis partem spei. Quare fa-
pienter Seneca: Hoc, inquit, affigamus animo, hoc nobis sub-
inde dicamus: Moriendum est. Quãdo melius hoc nescies.
Mors naturæ lex, mors officium tributumque mortali-
um est, tunc dandum, cum exigitur. Quapropter om-
nibus ommissis, hoc vnum meditare, ne mortis no-
men reformides: effice illam tibi cogitatione multã fa-
miliarem: ut si ita tulerit, possis illi vel obviam exire.*

§. 26. Mortis memoria variè refricanda.

Mortuorum
ostium cõ-
templatio
animi per-
stem sanar.

S. Hieronym.
hujus memi-
nit in c. 10.
Mat.

Epist. 2. de
itinere in
Pales. mihi
pag. 134.

Ægyptii
memotiam
mortis in-
ferunt mē-
sis.

Baron. 10.7.
an. 565.

Antea Oritho
Columna di-
ctus.

A iunt cranium in furno arefactum, & pi-
stillo in farina redactum, admixto oleo,
gangræna ac carcinomati felicissimè mederi. Calvas
& mortuorum ossa seriã contemplatione velut com-
molere, & unguenti loco adhibere, omnem animi pe-
stem persanat.

2. Plato tantò aliquem evadere sapienterem cense-
bat, quantò vivaciùs consideraret mortem. Ideo disci-
pulis suis philosophiæ studiosis hanc legem dixit, ut iter
ingressi pedes nunquam operirent. Voluit vir sapiens
hoc ritu significare, extremum vitæ assidue cogitandum.

3. Nicolaus Christophorus Radzivilius, Princeps
Polonus assumat, in Ægypto eos qui prudentiã & arate
ceteris antistarent, oblonga mortuorum ossa, ebore
aut ligno efficta, aut etiam vera, hodièque circumgesta-
re, muro sibi monstrare, & ad meditandum obitum
cohortari. Mensis etiam memoriam mortis inferunt

Ægyptii, copiviãque claudunt tristi hoc acromate: *Me-
mentote mori.*

4. Calipha Rex Tartarorum in urbe Bagdad, die
festo, quem ipsi Ramadam vocant, conspiciendum se
populo daturus, mula vehens, & vestibus ex auro &
argento contextis conspicuus; fulgentibus in cidari
gemmis pretiosissimis progreditur. Supra cidarim verò
nigram calanticam gestat; quò quidem ritu, omnè cor-
poris ornatum, mortis tenebris occultandum significat.

5. Iustiniano Imperatori mortuo, instrata vestis stra-
gula, in qua opere Phrigio, victarum urbium, & bar-
barorum Regum, quos ipse debellarat, effigies textæ.
Ecce tibi inter pugnas, triumphos, victorias, mortis
simulacrum. Ludit certè mors in imperiis, & æquo
pullat pede pauperum tabernas, regumque turres. Mar-
tinus V. summus Pontifex, hoc habuit symbolum lo-
quentis picturæ, seu tacentis poticois: In pyra jam ac-
censa jacebant, brevi etiam arturã Pontificis tiarã, Car-
dinalium galcrus, Antistitum insulæ, Imperatoris dia-

dema, Regum coronæ, Ducum pileus & gladius. Ad-
scriptum lemma: *Sic omnis mundi gloria.*

6. Nautæ, nescio cuius, responsonem probo, quem
cùm quidam interrogasset: *Vbi nam pater ejus obiisset?*
in mari, dixit. Cùmque ille idem de avo & proavo,
atque atavo nominatim quæssisset ex ordine, respon-
sumque idem de singulis accepisset, subiecit: *Et num-
quid tu, ait, mare ingredi non times?* Responsum nau-
ta dissimulans, *Et ubi nam, inquit, tuus obiit pater?* Suo,
ait iste, in lætulo. Sed ubi avus, ubi proavus, ubi ceteri
maiores tui? *Omnes, inquit iste, suis in lætulis obie-
runt.* Tunc nautæ: *Non tu, inquit, times lætulum con-
scendere, omnibus maioribus tuis fatalem?* Elegan-
ter quidem, aliquantòque plus quàm nauticum fert in-
genium. Quotidiana sit cogitatio nostra, quæ Iusti Li-
psii fuit; fuit correptus morbo decubiturus dixit: *Ad
lætum, ad læthum.* Sæpe qui dormiunt, ducuntur ad mor-
tem, somni sororem.

De remede
utriusque
fort. l. 1.
dial. 12.
Franc. Pe-
træ. cujus
opera sepius
hic mē. 10. n.

7. Joannes, Patriarcha Alexandrinus, qui ab ecclēmo-
synis nomen traxit, superstes & sanus monumentum si-
bi exstrui iussit, sed ideo non absolvi, ut diebus solen-
nioribus, præsentè jam clero, rem sacram facturus, ab
uno aliquo sic moneretur: *Domine, sepulchrum tuum im-
perfectum est, jube igitur inchoatum absolvi, nescis enim quã
horã sur veniat.*

Leont. Cyp.
Epist. c. 18.
in vitã 10ã.
Cur Ioan-
nes Alex.
momentũ
absolvi nõ
iussit.

8. Imperatorem Orientis recens creatum nemini
priùs alloqui licebat, quàm latomus aliquot diverfi co-
loris marmora exhibuisset, interrogassetque: *E quo ge-
nere lapidum?* Majestas Tua monumentum sibi vult
fieri? *Quid hoc aliud erat, quàm dicere: Ne superci-
lium tollas Imperator, homo es: morieris, sicut po-
stremissimus mendicorum.* Sic ergo regnum administra
quod perditurus es, ne regnum perdas æternum.

Idem ibid.

9. Domitianus Imperator primoribus Senatorum
& equestris ordinis, epulum dedit hunc in modum. Ap-
paravit ædes omni ex parte nigerimas. Laquearia, pa-
rietes, pavementum, sedilia, atra omnia, & lætum
spirantia. In hoc mortuale triclinium nocte introducti
convivæ, absque comitibus; iuxta singulos collocatum
feretrum, inscripto cujusque nomine: *additus & lych-
nuchus, qualis in monumentis solet.* Ministri mensæ
ipsi colorem noctis vultu & veste referebant, cœnan-
tesque saltatione funebri cingebant. Cena interim ma-
gno silentio peragebatur; Domitiano insuper sermo-
nem de iis, quæ ad mores & funera spectarent, super
mensam ingerente, convivis extrema metuentibus, me-
tùque pænè jam exanimatis. Quid itaque? *Salubre sibi
& Senatoribus documentum parasset Domitianus; sed
montes parturiebant, natisque demum ridiculæ mus.*
Rectius Ægyptii, qui convivii risus lugubri castigant
epilogo.

Xiphilinus
in Domiti-
ano, qui hoc
epulo non
moris me-
moriã, sed
risum vani-
tatis qua-
sit.

§. 27. Noyum indusum, nigra littera.

C Ayri in Ægypto templum Turcicum (Molcharam
vocat) hac ratione ædificatum est. Assanus Bas-
cha vir tam vasti quàm avari ingenii, nomen suum in
Orbem vulgaturus, grandi aliqua substructione, sed
nullis ferè suis sumptibus, hoc invenit consilii. Vbivis
locorum proclamari jussit, constituisse se ingens Deo
templum condere. Vt autem hoc opus feliciorè succes-
su ear, omnibus undecumque adventantibus libera-
lissimam stipem erogatum iri; dictũque est certus &
dies & locus partiendæ ecclēmosynæ. Evocavit hæc res
immensum populum ex Ægypto univèrsa: sed & aliis
è regnis Cayrum plurimi confluerunt. In adventum
horum Assanus maximum indusiorum & tunicarum
numerum parari jussit. Eos autem qui stipem acceptu-
ri venerant, ex amplissimo atrio in aliud æquè amplum,
per aliquot ostiola, & non nisi singulos transire voluit.
In hoc transitu singulis suæ vestes ademptræ, & indu-
sium tunicaque nova vi obtrusa. Hoc eo actu factum,
ut quid-

Radz. ep. 3.
Itineris in
Pales. mihi
pag. 176.
Allani va-
rities &
avaritia
quæ?

ut quidquid à tot millibus hominum, in viaticum fuisset assumptum id omne dicto loco relinqueretur. Solent enim illic locorum pecuniam, quam itineri destinant, indutiis aut pileis insiere. Et quamvis nemo non maluisset suam indusium & tunicam etsi laceram retinere, cogebantur tamen universi suis relictis, nova sed vacua tunica superbire. Ploratus tandem ingens & ululatus populi coortus, veteres ab Assano vestes petiit. At ille irrisus plebecula clamoribus & lacrymis, quidquid vestium collectum est, rogo uno comburi iussit. Pecuniae vis tanta è busto sublata, ut ea ædificio tam nobili succederet. Simillimè nobiscum mors agit, vestem vererem vel invitis eripit, & novam sepulchralem obtrudit. Nos quidem, uti Paulus loquitur, ingemiscimus gravati, ed quod nolimus expoliari, sed supervestiri. At frustra renitmur. Clamores & lacrymas nostras mors ridet. Velis, nolis, exuendum verus amicum. Exue, & abi. Omnes eadem conditio devinxit: Cui nasci contingit, mori restat. Intervallis distinguimur, exitu æquamur.

Mors vestem vererem eripit, & sepulchralem obtrudit. 2. Cor. 5. 5. v. 4.

Assani crudelitas vindicata.

Fatalium epistolarii summarii.

Sed audite, quomodo avarissimi hominis crudelitas sit vindicata. Imperator Turcicus Assani nequitia intellecta, Imbraimum Bascham ad eum misit cum litteris, quibus Assano serid præcepit: Quamprimum ab Imbraimo litteras accepisset, ipse suum caput Constantinopolim mox mitteret. Fatales ejuscemodi epistolas Turcarum Imperator ipse sua manu solet scribere, & holoserico nigro obvolvete. Harum epistolarum semper summarium est: *Mitte mihi tuum caput.* Quisquis es, Rex an Cæsar, quando Imperator cæli nigras ejuscemodi litteras tibi miserit, resistere non potes, excusare non licet, deprecari nil iuvat, effugere non vales, tergiversari nequis, actum est. Hoc ergo age, & ipsam calca necessitatem: quod invitus facere cogeris, fac illud sponte animi. Mitte caput tuum, non tyranno, sed patri, non homini, sed Deo. Non tahtum morete, sed & velis mori. Cur enim quod necesse est, voluntas non occupet? Acquiescere necessitatis, velle virtutis est.

§. 28. Omnis dies observandus.

To. 10. l. 50. homil. hom. 13. int.

MVsonius apud Stobæum: Non est, inquit, presentem diem rectè transigere, nisi statuis eam quasi ultimam transigere. Et Augustini sapientissimum monitum est: *Læter ultimis dies, ut observentur omnis dies.* Diem mortis incertum salubriter constituit Deus, ut ultimum suum quisque salubriter cogitet. At, inquit, tristis hæc cogitatio est super morte, & ipsam adducit mortem. Falleris. Sapiens cum tranquillitate de ea cogitat: non aliter quam in mari aut navi ventos & vela spectat, quibus fertur in portum; nec tamen ipsa cogitatio eum transferit. Hæc stulticia & omnis error noster est. In fluctibus & inter undas jactari volumus, reformidamus, quò naturâ & ratione ducimur, pervenire. De natura scimus:

Sapiens est tranquillitate de morte cogitat.

Omnes eodem ducimur, Omnium Versatur urna--

Sed & de ratione, quis ejus compos abnegabit? Quid hæc nisi iactationes, curæ, miseriae, corporis atque animidolores? Ecce finem: quid reformidas? Ecce portum: cur non intras? Sed revera, ut ii qui in carcere sunt, elabi vellent, & subinde possent, nisi custos carceris teneret; sic in hac vitâ nos impedit phylacista ille, Amor vitæ. Pellendus est, & ut possit, sæpè cogitandum est, quod semel faciendum est. Et quia incertus ac ignotus est ultimus dies, suspectus sit omnis dies. Animus hoc modo fortior, vita emendatior, imò & lætior, quid enim terreat aut turbet quem

Cur omnis dies suspectus esse debeat.

--- ille timorum

Maximus haud urget, lethi metus.

Prævisum jaculum minus ferit; mors sæpè cogitata mollius sternit.

Tom. I.

§. 29. Sandapila ultimum superbie nostræ solium?

Abrahamus ille magnus cum Dei jussu peregrinatus huc illuc commearat, nihil potius habuit, quam ubi stabilem locum reperisset animum adlicere sepulchro emendo. Hoc ita voluit esse suum, ut id omni iure modòque possideret. Hinc omnem pecuniam à venditore designatam sine cunctatione adnumeravit, probatâ moneta publicâ. Nec illi satis emptio nem publicè transigi, voluit insuper omnes loci incolas adesse testes emptio nis. Quâ in re vit fidè plenus monstravit, sepulchrum esse hominis locum proprium, quem is verè, si quidquam aliud, suum diceret. Abrahami exemplo, optimus quisque inter primas curas numerat, rem sepulchri curare.

Gen. c. 13. Abraham de emendo sepulchro fuit sollicitus.

Sepulchrum est hominis locus proprius.

Maximilianus I. Imperator Austriacus, triennio ante mortem, capulum funebrem è querno ligno, arcæ viatoricæ inclusum, circumferri secum iussit: cavitque testamento, ut exanime corpus suum, rudi linco involutum sine ulla exenteratione, illi imponeretur, natisque ore, auribusque vivâ calce oppletis. Quid sibi voluit magnus vir? nisi monumentum illud assidue in oculis habere, quod diceret, *Cogita mori.* Quod amplius diceret: Quid te dilatas & extendis, quid multa possides, plura appetis? Quem tot provinciarum & regna non capiunt, locus iste capiet. Cur autem & calcem cavis illis partium immisit? En aromata, quibus condiretur. Maximiliane magnus fuisti! & res tuæ dicunt, tum & hæc circa mortem.

Maximilianus I. Imperator triennio ante mortem capulum secum circumferri iussit.

Quid memorem de feretro Ablavii, qui Præfectus Prætorio, inter Constantini Magni aulicos princeps; auri insatiabilis vorago, aurum sæpius cogitavit quam tumulum, quam cælum. Hunc manu prehensum affatus Constantinus: Quousque tandem, o bone, inquit, thesauros accumulamus? atque simul cum dicto, hæc stâ, quam manu tenebat, feretri figuram in terrâ descripsit, &: Orbis, inquit, opes universas habeas, non maiorem tamen post funus locum possidebis, aut loculum, quam ego hic depinxi. Si tamen tantum terræ spatium sis occupaturus. Vares fuit Constantinus, nam Ablavins frustatim dissectus, non habuit quod daret tumulo.

Bayon. 10. 3. Anno 326. n. 96. Ablavins aurum potius quam tumulum cogitans non habuit quod daret tumulo.

Carolus V. Augustæ memoriæ Imperator, Maximilianum, quem dixi, sanctissimè æmulatus, diu ante mortem Reipublicæ administratione se sponte submovit: & cum in filium jam validum ævi & animi curas transfuisset, in Hispaniâ S. Iusti monasterio se abdidit, cum duodecim dumtaxat familiaribus, Deo & quieti vacaturus. Interdixit autem aliter se quam Carolum appellari, Cæsaris atque Augusti nomina cum rebus animo exuens, quidquid honorarii est contempsit. Imò hoc amplius ferunt, diu ante Imperium abdicatum, sarcophagum sibi construi iussisse cum funebri suppellectile, deportandum, clanculum tamen, quocumque iret. Hunc apparatus mortualem habuit apud se quinquæ annis, ubicumque locorum esset, etiam dum Mediolanum contra Gallos proficisceretur, illi tumque diligentissimè singulis noctibus in suo cubiculo reponi iussit. Arbitrabantur quidam qui circa eum erant, thesaurum illic asservari, alii nonnihil librorum, in quibus historiæ veteres continerentur, alii aliud quidpiam magni. Cæsar verò sibi conscius quo animo eam arcam circumferret, subridendo dicebat: In rei sibi charissimæ usum, id secum deferri. Sic assidue mortem cogitabat Carolus, poteratque diebus singulis dicere, vixi. Ita quotidie ad lucrum surgebat.

Carolus V. nomina Cæsaris & Augusti animo exuit & sarcophagum sibi construi iussit.

Carolum Imperatorem complures alii felicissimè imitati, qui sandapilam mortis suæ monumentum quot diebus religiosè sunt contemplati. Genebaldus Laudunensis Antistes, instar sepulchri lectulum habuit se-

Zach. Ippel. 10. 3. in vii. s. Remigii prenio 1. Octob.

ptennio toto, quo quidem tempore in magnâ asperitate vitam traduxit.

Idem 10. 3. in vitâ S. I. de 4. Sept.
 Ida probatæ sanctitatis femina, diu ante supremum diem feretrum sibi construi curavit, quod quotidie bis pane & alimentis implevit, idem in pauperes bis liberalissimè depletura. Virtutis studium, optimus ad mortem apparatus est: Virtutem nulla mors inquinat. Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat esse moriturû.

Hier. ep. 103

§. 30. Vita quid est

Vide P. Max. Sædæi Symb. vitæ humanæ. An. 1626. edita Fræncofurti.

Vita somnium umbræ brevissimum.

Plin. 75. v. 6.

Quid sit Vita.

Epigram. 34.

Comœdia est omnis vita.

Enchirid. c. 23.

Sueton. in Aug. c. 99.

Epist. 80. med.

Flos est, Fumus est, Umbra est, & Umbra umbrat Bulla, Pulvis, Spuma, Ros, Stilla, Glacies est. Iris id arcus, deficiens Cereus, Sacculus pertusus, ruinosus Dominus, Cinis dolosus, Dies vernus, Aprilis constantissimus, unicuius testudinis Tinnitus est; Hydria fracta, fontis Rota, araneorum Tela, maris Gutturula, vilis Stipula, solstitialis Herba, brevis Fabula, volucris Scintilla, tristis Nebula, Vesica vento plena, tutilans ad solem Columbulula; Vita, Vitrum tenerimum, Folium levissimum, Filum subtilissimum, Pomum aureum est, sed intus purgidum, &c. Si nihil est umbra, dic quid umbræ somnium? Sexcenta mille talia, de vitâ humanâ rectè pronuntiantur. Mihi omnium rectissimè videntur dixisse, qui Vitam vocant, *Somnium umbræ brevissimum.*

Compendio rem dicamus: Vita est, *Somnium, Bulla, Vitrum, Glacies, Flos, Fabula, Fœnum.*

Umbra, Cinis, Punctum, Vox, Sonus, Aura, Nihil.

Alii, miseril quas opes struere, quantos honores gerere, quas & voluptates percipere nobis videmur? quidquid horum est, Somnium est; sed heu quàm breve & quàm ludicrum! *Dormierunt somnum suum, & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.* Divites & beatos, ô viri, vos esse somniastis, sed exiis omnibus quæ habuistis, quæ sperastis, quid rerum obsecro retinuitis? hæc vigilantium somnia, hæc somniantium ludicra erant merissima. Oculos nunc aperit pœna, quos olim clauserat culpa.

Vita igitur quid est? Compendio dicam. Vitæ humanæ tempus, punctum est: natura, inconstantia; sensus, obscuritas; corpus universum, concretio putrescere facilis; animus vagus; honores, fumus; divitiæ, spinæ; voluptates, venenum. Et ut verbo dicam, omnia, corporis quidem, fluvius; animi verò somnium: Vita, bellum, & hospitis in peregrinâ civitate mora, & innumerabilem miseriarum officina; fama post obitum, est oblitio. Hoc Ausonio credamus:

Miramur perisse homines momenta fatiscunt, Mors etiam saxis nominibusque venit.

Ante mortem consummare vitam virtute, res pulcherrima est.

§. 31. Vita Mimis.

Comœdia est omnis vita. Nos histriones sumus; Regem hic agit, ille mendicum; iste principis personam sustinet, ille medici, hic rustici. Quamcumque Deus imposuerit, eam decore exequi oportet. Neque in eo laus sita est, ut Imperatorem agas vel Ducem, quamcumque egeris, plausum feres, modò eam bene agas. Opportunissimè hoc Epicæterus submonens: *Actorem, inquit, esse fabula talis, qualis magistro probata fuerit, te memento: si mendicum agere te voluerit, fac eam quoque personam ingeniosè repræsentas. Ita si claudum, si principem, si plebeum. Hoc enim tuum est, datam personam bene effingere: eam autem eligere, alterius.*

Augustus Imperator, supremo vitæ die, admissos ad se amicos percunctatus est, *Ecquid iis videretur minimum vitæ commodè transigisse? Adjecit & clausulam: Ergo plausum dare, &c.*

Seneca præclare de hac vitæ comœdiâ: *Sapius, inquit, hoc exemplo mihi utendum est: nec enim ullo efficacius exprimitur hic humana vitæ mimus, qui nobis partes has, quas*

(nostrâ culpâ & insitiâ) malè agimus, assignavit.
 Laërtius in Zenone, bono histrioni similem esse sapientem ait, qui sive Theristæ, sive Agamemnonis, personam acceperit, utramque decenter exprimit & imitatur.

Non igitur attendendum est, qui jam sumus, sed qui futuri sumus, ubi larvam & personam posuerimus: nec refert, primi an ultimi actoris partes susceperimus, modò bene agamus.

§. 32. Vita humanæ typus.

Iosaphato Regi Barlaamus senex, humanæ vitæ fallacia gaudia proponens: *Unicornem, inquit, ferocè belluam fugit quispiam. In fugâ foveam irruit ingentem, in ipsâ verò ruinâ, protensis manibus apprehendit arborem, & ita lapsum præcipitem stitit. Dum in arbore hæret, sui periculi jam contemptor, duos mures conspicitur, album unum, atrum alterum: hi arboris radicem certante morsu vellicarunt, jamque ad ipsam pæne medullam penetrarunt dentibus. Sed oculis insuper in imam serobem dejectis, horribilem vidit draconem igneas minas spirantem. Dùmque miser huc illic oculos circumvolvitur, quatuor aspidum capita è pariete prominentia observat. At his ille omnibus neglectis attollit vultû, & aliquid mellis ab arbore stillantis cernit. Quare sui securus, jamque & unicornis insectantis, & draconis minantis, & murtium rodentium, & serpentû imminentium, & brevî casuræ arboris oblitus, melleam dulcedinem avidissimè lambit. Et hæc, inquit Barlaam, præsentis vitæ sunt ludibria, quæ sic explico. Unicornis mortè repræsentat, quæ humanam gentem ubique insequitur. Scrobs, hic orbis est calamitatum refertissimus. Arbor, quam, pressis manibus tenemus, vita est certis limitibus conclusa. Duo mures nox & dies, qui arborem illam paulatim excindunt rotdendo. Quatuor aspides, quatuor elemèta sunt, quorum pax si turbetur, animus corpore pellitur. Igneus ille ac truculentus draco, inferorum fauces designat, quæ nunquam non aperte ad glutendum. Mellis guttulæ, puridas corporis voluptates, & lethalem vitiorum dulcedinem significant. Hæc noxiâ promulside inescati, nec inferos horremus, nec caelum aspiramus, contenti suaviter perire. Hæc Barlaamus Josaphato. O vera, verissima omnia! Si sapimus, omnem horam credimus extremam. Ab omni vitæ momento pendet æternitas.*

§. 33. Vita prologus, narratio, epilogus.

Humanæ vitæ prologus est *Nasci*, narratio *Dolere*, epilogus *Mori*. Orationis hujus lumina sunt, gemitus & fletus, aut gaudium fletu deterius. Egregiè Seneca: *Omnes aegedum, inquit, mortales circumspice: larga ubique stendi & assidua materia. Alium ad quotidianum opus laboriosa egestas vocat: alium ambitio nunquam quietâ sollicitat: alius divitiis quas optaverat, metuit, & voto laborat suo: alium sollicitudo, alium labor torquet, alium semper vestibulum obsidens turba: hic habere se dolet liberos, hic perdidisse, ille nunquam habuisse, lacrymæ nobis deerunt, antequam causæ dolendæ. Non vides, qualem vitam nobis rerum naturâ promiserit, quæ primum nascentium omen, fletum esse voluit? Hoc principio edimur, huic omnis sequentium amorum ordo consistit, sic vitam agimus.*

Illud lacrymis dignissimum, nec ullis unquam satis eluendum, quòd nemo nostrum ferid cogitat, quandoque sibi ex hoc domicilio migrandum. Cogitamus hoc quidem, sed obiter, & velut somniantes. Hinc, vivimus tanquam semper victuri; vix unquam fragilitas nostra profundius subit animum, nec observamus, quantum temporis transferit; sed velut ex pleno & abundantanti perdimus tot & horas, & dies, & menses, & annos. Profusissimi sumus in tempore, nec illius irreparabilem jacturam estimamus, cujus unius honesta est avaritia. Sic magna pax

Ioann. Damasc. hist. de his c. 13. ad finem. Gaudium fallacium humanæ vitæ propositio.

Nasci humanæ vitæ prologus. Dolere narratio, Mori epilogus. Consol. ad Polyb. c. 23.

Natura primum omen nascentium fletum esse voluit.

Solius temporis avaritia est honesta.

gna pars vitæ malè agentibus elabitur, maxima nihil agentibus, tota ferè aliud agentibus. Quis est qui tempori pretiù ponat, qui diem æstimet, qui intelligat se quotidie mori? Hinc præteritorù obliuiscimur, præsentia negligimus, futura non prævidemus. Cùm ad extrema venerimus, ferò intelligemus miseri, tam diu nos, dum nihil agimus, malè occupatos fuissè. Hoc ergo agamus, singulas horas amplectamur, tanquam hodie moriturù, sic vitæ nostræ narrationem tractemus, tanquam statim peroraturi. Dum differtur vita transcurrit.

§. 34. Omnis vita brevis, etiam longissima.

Narratio vitæ tractanda tanquam peroratio.

Epist. 77. fnt.

V. Erissimè Annæus: Nulla, inquit, vita non brevis est. Nam si ad naturam rerum respexeris, etiam Nestoris & Statilie brevis erat, que monumento suo inscribi iussit: se annis nonaginta novem vixisse. En, ut avicula gloriatur senectute longâ, quis eam ferre potuisset, si centesimum impleisset.

Amaranthus (ut est in fabulis) rosâ aditus dixit: O qualis flos rosâ, quàm formosus, quàm amabilis beatam te jure dixerim, ob odorè, ob formam, & ob colorem, ô regina florum! Cui Rosâ: Ego quidem, inquit, ô Amaranthe, formâ præniteo, sed tempus brevissimû vivo; & quamvis nulla me manus violer, nihilominus tabesco.

Tu verò continuò flores, sempèrque recens visis: malim ego minùs habere formâ, & plus vitæ. Mortaliu vita est quæ rosæ, brevis & fluxa. Et licet aliudè vis nulla eâ extinguat, suo tamen defluxu sensim evanescit. Iure medicorum maximus exclamat: Vitam brevem esse, artem longam. Vitam ire non intelligimus, sed transissè sentimus. Temporis nobis concessi spatia tam velociter, tam rapidè decurrunt, ut exceptis admodum paucis, ceteros in ipso vitæ paratu vita destituit. Exiguu temporis habemus, & ex hoc multum insuper per luxum aut negligentiam perdimus. O mortales improvidi, corpus quod circumferimus, non domus est, sed hospitium, quod relinquendum, ubi te hospiti gravem esse videas. Ideò, mi Christiane, propterea piè vivere, & singulos dies singulas vitas puta. Qui hoc modo se aptaverit, cui vita sua quotidie fuerit tota, mortem securus provocabit. Malè morietur nemo, qui vixit benè.

Mortalis vita est que rosæ, brevis & fluxa. Hippocrates in libro Aphorismorum.

Corpus non domus, sed hospitium.

§. 35. Non longissima, sed honestissima, vita optima.

Vita longa est si plena, & quando impletur.

Non ut diu, sed ut satis vivamus curandum est. Sat longa est vita, si plena est. Impletur autem, cùm quis suâ voluntate in divinam plenissimè transit, & quantumcunque temporis, quod datur, bene impendit. Quid illum octoginta anni juvant, per inertiam exacti? Non vixit iste, sed in vitâ moratus est. Nec ferò mortuus est, sed diu. Nam imprudenter & impiè vivere, non tam est malè vivere, quàm diu mori. Sed, ais, octoginta annis vixit. Interest, mortem ejus ex quo die numeres. Alius viridis & in medio cursu raptus est, sed officia boni civis, boni Christiani exsecutus est: licet ætas imperfecta sit, vita tamen perfecta est. Ille alter octoginta annos numeravit, cerè tot annis non vixit, sed fuit: nisi fortè sic eum vixisse dicas, quomodo arbores dicuntur vivere. Actû & virtutum officii metienda est vita, non tempore. Laudemus itaque & in numero felicium reponamus eum, qui quod vitæ habuit, bene colavit. In memoria æternâ erit justus: Memoria justis cum laudibus. Vidit enim veram lucem, non fuit unus è multis. Et vixit, & vivit nunc in cælo. Quid queris, quamdiu vixerit: vixit ad immortalitatem, transiit scûla, & se in memoriam dedit. Et quemadmodum in minore corporis habitu potest homo esse perfectus, sic & in minore temporis modo potest esse perfecta vitâ. Bonum non est in temporis diurnitate situm, sed in virtute: neque enim qui plurimum citharâ cecinit, sed qui benè, commendatur. Quamdiu sis, alienum; quamdiu bonus Christianus sis, hoc tui est. Id à te ipso exigere, ne ignobile ævum per vitia emetiaris; ut agas vitam, non ut præterveharis. Queris, quod sit amplif-

Impiè vivere, est diu mori.

Vita tempore non est metienda.

Pf. 11. v. 7.

Sen. ep. 93. paucis minutis.

Vita perfecta potest esse in minore tempore.

simum vitæ spatium Usque ad veram sapientiam vivere. In omnibus velle, quod vult Deus, verissima est sapientia: qui ad illam pervenit, quocumque moriatur, attingit non longissimum finem, sed maximum. Mors it per omnes, nec magno spatio alter alterum præcedimus. Qui occidit, consequitur occisum. Minimum est de quo sollicitissimè agitur. Quid enim ad rem pertinet, quamdiu vites, quod evitare non potes? Optima vita, non quæ longissima est, sed quæ honestissima.

Amplissimum vitæ spatium quod?

Vita optima, que honestissima.

§. 36. Magnam vitæ partem non vivimus.

Quod à prisco poetâ dictum est, verum esse non dubitem:

Publio Valerio Maximo in libro de moribus.

Exigua pars est vitæ quam nos vivimus. Ceterum quidem omne vitæ spatium, non vita, sed tempus est. Urgentia nos circumstant cùm negotia, tum vitia, & in cupiditatibus infixos premunt. Vix unquam nobis ad nos recurrere licet: nobis ipsi rarissimè vacamus, sed aliis: nemo ferè suus est. Qui pecuniam suam dividere velit, nullus est, vitam miserè laceramus, & modò in hæc, modò in illa negotia partimur, sæpe vana & inutilia. Ita magnam partem exigimus non vivendo; cerè non cælo, non Deo vivimus. Et quàm multum temporis mensa, relaxatio, lusus, colloquia, somnus, otium, quantum lites & morbi nobis eripiunt? Heu quot hostes vitam nostram suffuratur, nobis non sentientibus, quid perdamus. Hoc versiculi, licet parum teretes aut delicati, ad calculum sic revocant:

Magnam vitæ partem exigimus non vivendo, cur?

Vivit homo octoginta (haud plus communiter) annis, Ex quibus ille decem in mensâ, potuque, ciboque, Ac rotidem ludo, viginti insunere somno Dicitur, atque novem & septem puerilibus annis Nil opera facient; dein morbis quatuor: Ergo, Qua studeat Musis, studeat quæ rebus honestis, Illi quarta datur totius portio vitæ.

O quàm exiguum nobis de nostro relinquitur! Multos respirare vix sinunt mala sua, plurimos sua bona. Non enim apprehendimus tempus, nec retinemus, nec velocissimæ omnium rei moram facimus, sed abire ut rem supervacua ac reparabilem sinimus. Quis est qui nullum non tempus in usus suos conferat, qui omnes dies tanquam ultimum vitæ ordine? Ecquis custos temporis tam parcus, ut nihil reperiat dignum, quod cum tempore suo permutet? Cum re omnium pretiosissimâ luditur, & pænè nullum ejus pretium habetur, quod satis æstimari non potest. Quemadmodum qui in navigiis dormiunt, à ventis celerrimè aguntur, etiam si nihil sentiant; cùm evigilaverint, mirantur se jam in portu exponi: ita vitæ nostræ custos propeat, provehimur velocissimè, dièisque annique recedunt; nos interrim dormimus, & pretium temporis inæstimabile negligimus. Cùm ad meliorem vitam evigilandum est, miramur nos jam ad exitum perductos. Mors est homini quod naviganti portus. Bene navigavit, qui in hoc portu naufragium non facit.

Tempus est res velocissima.

Et pretiosissima. Similitudo.

§. 37. Maxima vitæ labes procrastinatio.

Omnia differuntur exceptâ nequitia, quæ plerûque Nequitia hodiernum diem occupat, non crastinum. In ceteris semper promissores sumus, & dicimus, Cras hoc fiet, alterâ hebdomade nulla erit mora, sequenti anno istud expeditur. Ita dies, ita menses, & anni labuntur, dum procrastinamus, dum promittimus, & nunquam promissis stamus. Optimè Seneca: Audies, inquit, plerosque dicentes: A quinquagesimo in otium secedam: sexagesimus annus ab officiis me dimittet. Et quem tandem longioris vitæ prædem accipis? quis ista sicuti disponit, ire patietur? Non te pudet reliquias fœcè quæ vitæ referre Deo, & id solum tempus bonæ menti destinare, quod in nullam rem conferri possit? Quàm seruum est, tunc

Lib. de brevitate vite c. 4. ad justis paucis.

est, tunc vivere incipere, cum desinendum est: quæ tam stulta mortalitatis oblitio; in quinquagesimum & sexagesimum differre sana consilia; & inde velle vitam inchoare, quod paucicam perduxerunt.

Sigismundus 2. Rex crastinus vocatus cur.

Moriendi negotiorum moram non fert.

Serm. 125. med.

Ad mortem quibus gradibus pervenitur.

Iamb. vet.

Quod solatiū mortis.

Basil. gener. Cone. capti an. 1431. & duravit ad an. 1441. Ioan. Nider l. 2. Form. c. 3. qui que narrat. probè sibi cognita affirmat.

Diabolus ita pingit quod proximum nobis est, ut putemus remotissimum.

Sigismundus II. Rex Poloniæ, ob perpetuam cunctationem ac segnitatem in gravissimis negotiis, Rex crastinus vocabatur. Tales certe nos sumus, homines crastini: Omnia differimus, omnium libentissimè, si liceret, dilaturi etiam mortem. Sed moriendi negotium moram non fert, dilationes non admittit: Cum mors pulsaret, illicò trahendum est pessimum. Ergo, quod veteri verbo dicitur: Si diu senex esse velis, maturè fias senex, quod esse potes, nihì differendo. Rex Macedo ad tantum victoriarum pervenit hac unâ re nihil differendo. Nos optima quæque differendo, omnia perdimus. Verè dixit Chrysologus: *Semper homo bona facere tunc cupit, quando mors faciendi tempus ademit.* Ad mortem his plerumque gradibus, velut qui ambulando dormiunt, pervenimus. Primò salubria differre quotidie ac procrastinare incipimus, dein aliquanto lentius agere, postremò penitus oblivisci & omittere faciendâ, ita suaviter obdormire & perire.

O mortales, fera nimis vita est crastina, vivite hodie: stipem hodie date, de peccatis hodie dolete: quis enim vobis spondit crastinum? Quod hodie fieri potest, cur in alios fors nunquam secuturos dies differtur? Differre honesta, semper ferum ac noxium fuit.

Lætura vite maxima, est dilatio: Noluisse visus interim est, qui distulit. Propretemus ergo & cogitemus, quantum celeritati addituri essemus, si à tergo instaret hostis, si equitem adventare suspicaremur, ac fugientium premere vestigia. Fit hoc. Premimur, acceleremus & evadamus. Perducamus nos in tutam, & subinde consideremus, quam pulchra res sit consummare vitam ante mortem. Maximum mortis solatiū est, NIHIL DISTULISSE.

§. 38. Venatus mortis.

Vilielmus III. Dux Bavariæ, pater pauperum, honoratissimeque religiosorum omnium tutor, quem vitam functum, etsi omnium voces siluissent, pro funere satis laudassent tot complorantium voces & lacrymas. Hic, inquam, laudatissimus princeps, ubi è Concilio Basileensi, cui Cæsaris loco præerat, Monachium rediit, somnium tale habuit. Videbatur sibi videre eminentissime se staturæ cervum, qui altero quidem cornu capanulas, altero accensos cereos præferret. Fugientem hanc feram venator & canes certatim insequerantur. Interclusis omnibus evadendi viis territurum animal in cæmeterium Dive Virginis profugit. Hic sepulchrum inhumando homini aperit, præcipiti cursu irruens cervus, captus & occisus est. Evigilavit his princeps, & quid sibi hoc somnii vellet; secum ipse disquisivit. Altero die, quid somniasset, suis etiam proceribus narravit. Varias habuit interpretationes hoc somnium. Quibus auditis, Dux Guilielmus: Ego, inquit, sum cervus ille, mortalem hanc vitam brevè finiturus; in illo ipso beate Virginis templo humari volo. Omnia ordine facta, & prælagia eventum habuerunt. Brevè morbus & mors Guilielmi principis corpus in sepulchri larebras coegerunt, animo utique in carnèas illas oras evolante. Bona mors initium est æternitatis beatissimæ.

§. 39. Cur quotidiana spectantes funera, mortem non cogitemus?

Diabolus, pector peritissimus, ita pingit ad Optices legem, ut quod ante nos & proximum nobis est, putemus remotissimum. Hinc quasi mille annis victuri, longissimam nobis securitatem à morte pollicemur. Hinc funera spectamus & ridemus quasi nos nunquam futuri funus. Quotidie morimur, tamen nos esse æternos credimus.

Thomas Morus, illud Angliæ fidus, ne ulla cuiquam ætas liberaliùs vivendi spatium promitteret, hac hypotyposi submonens: Sicut qui è carcere, ait, ducitur ad patibulum, etsi longiore ducatur viâ, non tamen idè patibulum metuit minùs, quia eò perventurus est tardius: & licet sit firmis pedibus, vegetis oculis, valido pectore, cibus potùsque etiamnum ei sapiat, hoc tamen illum extremè angit, *Tam in viâ esse*: Et nos onanes ducimur ad mortis patibulum, in viâ jam sumus omnes, & intervallis exiguis disjungimur. Non deserunt nos morientes, sed antecedunt. At dicas: Sanissimus sum, nec quidquam mortis sentio. Quidquid dixeris: In viâ es; & nos unâ tecum in viâ sumus, jam imus. At ego, ais, annum tricesimum nondum excessi. In viâ jam eras anno vicefimo, imò decimo, imò & primo anno, primâque horâ; perge tantum brevè eris in termino. At somnus, cibus, potùsque adhuc mirè sapiunt. O delirè, hæc mors non curat: Jam in viâ sumus, respice, jam tibi minatur patibulum; ducetis, exiguum superest temporis, & exspirasti, recumque omnis tua pompa, aut luxuria. Omnis nostra vita, ad mortem est viâ.

Ad mortis patibulum omnes ducimur.

§. 40. Compendiosissima & optima mortis præmeditatio.

Vt tibi mors felix contingat, vivere discite: Vt felix possis vivere, discite mori.

Hæc summa rerum; hæc ars artium est. Bene vivere, Sen. de brev. totâ vitâ discendum est, & quod magis fortasse quis miretur, totâ vitâ discendum est mori. Tot maximi viri, relictiis omnibus impedimentis, cum divitiis, voluptatibus, officiis renuntiaissent, hoc unum in extremam usque ætatem egerunt, ut vivere scirent: plures tamen ex his, nondum se scire confessi, è vitâ abierunt. Et quâ ratione hoc illi sciunt, qui nunquam id discere conati sunt? Plurimi mortalium non curant, quàm bene vivant; sed quàm diu; cum omnibus possit contingere, ut bene vivant; ut diu, nulli. Quidam tunc vivere incipiunt, cum desinendum est. Hinc inanes omnium bonorum fumus, quorum desiderio, in fine vitæ laboramus, timidi mortis, insci viæ. Quisquis igitur discere cupit artem vivendi, discat priùs moriendi. Supervacaneum forsitan putat quis illud discere, quo semel tantum est utendum? Hoc ipsum est, quare omni studio in hanc curam incumbere debeamus. Semper enim discendum est, quod an sciamus, experiri non possumus. Res magna non est vivere, res magna est mori.

Bene vivere totâ vitâ discendum.

Ars moriendi priùs discenda quàm vivendi.

§. 41. Hodie mihi, cras tibi.

Franciscus I. Rex Galliarum à Carolo V. captus, Dolrii Adæ cum Madriti in pariete legisset Caroli Symbolum: Plus ultra, adscriptit: Hodie mihi, cras tibi. Non succensuit victor, sed intellexisse se restatus, subscripsit: Homo sum, humani nihil à me alienum puto.

Elegantè Gregorius Nazianzenus: Caput, inquit, jam canescit, propè est æstas vitæ: in nos fortè saltè acuitur, & rimeo ne nobis dormientibus, & in unâ spe occupatis, repente accedat messor terribilis. Sed dices: Senes metuunt, ego juvenis sum. Noli decipi, non definitur mors certo tempore ætatis. Idem ferretur hodie senem, cras elegantem adolescentem, perendie virum robustum, dein virginem aut vetulam effert. Ad rem Annæus Philosophus: Mars, inquit, tam juveni ante oculos debet esse quàm seni. Non enim citamur è tabulis censuralibus, in quibus juniores senioresque notati, & cuiusque ad eò ævum. Talis autem citatio in militiâ & delectu obtrinebat; at non in morte. Omnium morientium supra salutarum hoc carmen est, qui è tumulis acclamant: *Mihi heri, tibi hodie.* Memento mortis, memento æternitatis, quam ego hæternâ, tu luce hodiernâ incipies aut crastinâ, uterque nullâ finiturus.

Orat. contra baptismum dilatum.

Epist. 12. Mors ante oculos ponenda.

Morientiù salutatio

§. 42. Ergo dum vivis, vive.

A rar, alterius mors somno continuatur, aliquis in ipso flagitio extinguitur: hic ferro transfoditur, ille aquis praefocatur, iste in flammis sinit: aliqui serpentum morsu exanimantur, aut ruinâ franguntur: alii per longam nervorum contractionem minutarum extorqueatur anima: aliorum vita in medio flore praescinditur, aliorum interrumpuntur principia: alter adolescens decedit, alter senex, alius praeter hos infans, cui nihil amplius contingit, quàm vitam salutâ esse. Aliquorum melior, aliquorum pejor dici potest exitus. Sed quantumcunque placida sit & mitis mors; semper tamen aliquid horro- ris adfert, idque ob eam causam, quia videtur multa nobis bona eripere, & nos ex hac, cui assuevimus, rerum copiâ educere. Hoc sui amor, & permanendi consue- tandique se insita voluntas, valde refugit. Naturalis praeterea tenebrarum metus est, in quas adductura mors creditur. Hinc multorum ingeniis certatum est ad augendam mortis infamiam.

Mors est mitis sit, tamen ali- quid hor- rois adfert- cur?

B Illud autem morti nos maximè alienat, quod praesentia hæc jam novimus; illa ad quæ transiituri sumus, nescimus qualia sint, & horremus ignota. Ideo multâ exercitatione durandus est animus, ne horreat, ad quam transcendendum est, æternitatem. Æternitas diu noctûque cogitanda est, sicut qui famis tolerantiam vult condi- scere, quotidie non nihil esuriat necesse est: sic animus è fluxu hujus temporis in stabile regnum transferendus, ad æternitatem quasi patendam quotidie seipsûm as- sueticiat: æternitatis ostium quotidie saluter, in di- gulis momentis ad illud se stare credat: quidquid operis facit, æternitati faciat, ut actionum suarum hanc unam unicam habeat formulam: Æternitati lego, æternitati scribo, æternitati pingo, meditator, vigilo, loquor omnia, operor æternitati. Quisquis triumphos aspirat æternos, pugnature discat æternitati.

Quid à morte nos alienet?

Æternitas diu noctû- que cogi- tanda.

§. 43. Si cras, quare non hodie?

C Hremon, uti Palladius Helenopoleos Episcopus testatur, dum sedet, dum opus facit, dum omnia pro sano agit, moritur: ita sedens, & opus manibus tenens, reperiens est, sed mortuus. Omne genus mortis honestare potest virtus.

Hist. l. 92.

D Philemon vetus Comœdiarum scriptor, fabulas cum Menandro in scena dictavit, certavitque cum eo, fortasse impar, certè æmulus. Hic fabulæ partem quam recens fecerat, in scena recitabat. Cùmque jam tertio actu, quod genus in comœdiâ fieri amat, jucundiores affectus moveret; imber repentino coortus, differri auditorii cærum & auditionis cœptum coëgit. Reliquum autem variis postulanti- bus sine intermissione, die sequenti dixit se periturum. Postridie igitur maximo studio ingens hominum frequentia convenere. Sese quisque exadversum quàm proximè collocat. Serus adveniens amicis annuit; locum sessui impertiunt. Extimus quisque excuneari queruntur: Facto toto theatro, ingens stipatio. Occipiunt paullatim inter se queri. Qui non affuerant, percontari antè dicta: qui affuerant, recordari audita: cunctisque jam priorum gnaris, sequen- tia expectare. Interim dies ire, neque Philemon ad con- dictum venire. Quidam tarditatem poëtæ murmurari, plures defendere. Sed ubi diutius æquo sedetur, nec Philemon uspiam comparet, missi ex promptioribus qui accirent. Atqui eum in suo sibi lectulo mortuum of- fendunt. Commodùm ille animâ editâ obriguerat, ja- cebatque incumbens toro, similis cogitanti. Adhuc manus volumini implexa, adhuc os recto libro impressum. Sed enim animæ jam vacuus, libri oblitus, & auditorii securus. Steterè paulisper qui introierant, percussit tam inopinata rei, tam formosè mortis miraculo. Deinde regressi ad populum renuntiare, Philemonem poëtam qui expectaretur, ut in theatro factum argumentum finiret, jam domi veram fabulam consummasse. Enim-

Maad. Philos. In floridis mihi pag. 199.

Philemo- nis mors formosa.

Non Genio, non corpori, non voluptati, sed vir- tuti, sed celo, sed Deo. Vive & age, tam patien- do pro Deo, quàm faciendo & laborando. Nescis enim quândiu subsistas, & si post modicum tollat te fa- ctor tuus. Saluberrimè monet sapientissimus concio- natorum: *Quodcumque facere potest manus tua, instanter o- perare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quod tu properas. Bonum ergo facientes non deficiamus, (hortatur Apostolus) tempore enim suo mere- ritus non deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. Cœpisti laborare? laborem cœptum in- dustriâ urge continuâ: nunquam quiesce, nunquam ne interrumpes quidem laborem illum qui cælum potest mereri. Nam vitæ tuæ momentum nullum est, quo non possis lucrari, & cælestem tibi thesaurum augere. Hoc igitur modo sine cessatione labora; veniet tempus quietis, quam labor nullus unquam interrumpet. Militia est vita hominis super terram, & sicut dies mercenarii dies ejus. Mercenarius, inquit Gregorius, quod grave perpendit ex la- bore, leve estimat ex remuneratione. Mercenarius, ne dies ab opere vacuus transeat, sollicitè curat, nam noctem quieti, diem verò labori scit esse destinatum. Tu ergo labora dum dies est, dùmque licet laborare; venit nox. (clamat Veritas) quando nemo potest operari. Ergo dum operi sol faveret, operare. Est qui reddat labori tuo præm- ium. Habes operis tui perpetuum & attentissimum inspectorem Deum, qui uti capillos tui capitis habet numeratos, ita & minimas noxas tuas, ita & minima opera tua, quæ ipsius honori facis: ne dubita, cunctos gressus tuos dinumerat. Uno salu; imò passu unico per- egisti totum iter ad æternitatem. Sed vide ut pedem bene ponas. Talis eris in omne ævum, qualem te in morte gesseris.*

Iob 3 2. 2.

Ecdes. 9. 10

Gal. 6. 9. 9. & 10.

Vitæ mo- mentum nulli est, quo non possit cæ- lestis the- saurus au- geri.

Iob 7. v. 1. Mercena- rius ne dies ab opere vacuus transeat, cu- rat.

Ioan. 9. 4.

Iob 31. 4.

Amor vitæ catena est pondero- sissima.

Possidionis in vitâ Augu- stini c. 27.

Mors om- nes vocat.

Supplicii capitale in omnes est constitutum.

Mors om- niu par est, diversa sūt ea, per quæ venit.

V Na est sed ponderosissima catena, quæ nos alliga- tos tenet AMOR VITÆ, qui ut non est abjicien- dus, ita semper minuendus est: ut si quando res exi- get, nihil nos detineat, nec impediatur, quo minus para- ti sumus, quod quandoque faciendum est, statim facere. Vita non est imperfecta, si honesta est. Ubicumque de- fines, si bene desinis, tota est.

Hipponensis præsul Augustinus, ad alium sibi fami- liarissimum Præsulem, in extremis fatiscentem revise- bat, cùmque æger elatâ manu ad superos se migraturum significaret, subjecit Augustinus; Eum Ecclesiæ necessarium, vitâ longiore dignum. Ad hæc respondit æger: *Si nunquâ, bene: si autem aliquando, quare non modo.*

Mors omnes æquè vocat. Eodem citius tardiusve veniendum est. Hoc scimus: nec de re, sed diè querimus. Quid ergo? Non tibi timidissimus omnium videtur & insipientissimus, qui magno ambitu rogat moram mor- tis? Nonne indignareris illi, qui inter perituros consti- tutus, beneficii loco peteret, ut ultimus præberet cer- vicem? Hoc ipsum nos facimus. Magno estimamus, mori tardius. In omnes constitutum est capitale sup- plicium, & quidem constitutione justissimâ. Nam, quod maximum solet esse solatium extrema passuris, omnium causa eadem est. Quid jam interest, priores aliis an pos- teriores è vitâ, tanquam è theatro, exeamus: exeu- dum est. Si ergo aliquando, quare non modo? Hodie forsitan mors parit? Non effugisti: cras irruet. Peteret te gladius, peteret lapis, peteret febris. Nunquam & nullo lo- co tutus es. Exeundum est. Si ergo cras, quare non ho- die? si aliquando, cur non modo?

§. 44. Cur mors horribilis?

M Ors quidem omnium par est, ea tamen per quæ venit, diversa sunt. Alius inter cenandum expi- enit.

verò jam dixisse rebus humanis VALERE ET PLAVDRE; suis verò familiaribus dolere & plangere. Hæsternum imbrem lacrymas illi auspitarum: comœdiam ejus prius ad fanebrem facem, quam ad nuptialem venisse. Proin quoniam poetâ optimus personam vitæ deposuerit, rectâ de auditorio ejus exequias eundem; legenda ejus esse nunc ôssa, mox carmina.

Optatissima mors est sine metu mortis mori. Lippeloo 14. Septemb. m. hi p. 920.

Si vitam solum præsentem spectemus, optatissima mors est, sine metu mortis mori: longè tamen optatior est, agendo agere animam, & operi suo immori, ut mors ipsa non sit otiosa. Cypriani Martyris votum fuit, dum de Deo verba faceret, jugulari pro Deo. Maximæ profectò laudis est, non tantum à diabolo nunquam, sed nec à morte otiosum inveniri.

§. 46. *Vigilandum, & orandum.*

Quia nescitis quâ horâ filius hominis venturus sit. Romani in armis vigilarunt, aliquando tamen sine scuto, ne haberent quo fulcirentur ad somnum. Vigilandum tibi ô homo, & armato vigilandum. Ardenti ad Deum vota, vera Christianorum arma sunt. Scutum quod somnum suadet, vana longioris vitæ spes est. Fuerunt & illæ Romanorum militum in vigiliis frequentes voces: *Vigila, vigila, Mars vigila*. Hoc se mutuo horratu ad vigilandi cõstantiam incitauerunt. Hæc te voce, ô mea mens, omnes superi ad lacram insomniam animant. Cælum ipsum noctes atque dies pervigil, ac laborans sine quie, vigiliarum te monet. Obsurdescis aut in somnum declinas? Christum ipsum audi proclamantem: *Vigilate & orate*. Beato Marco narrante, Christus concionem habuit, in cuius solum epilogo, hoc ipsum ter pronuntiavit: Primò, *Videte, vigilate, & orate*. Secundò, *Vigilate ergo; nescitis enim quando dominus domus veniat, serò, an mediâ nocte, an galli cantu, an manes ne cum venerit repente inveniat vos dormientes*. Tertiò denarium. *Quod autem vobis dico, omnibus dico, Vigilate*. Idem

Marci 13. v. 32, 35. & 37.

Matth. 24. v. 42. & c. 25. v. 13. & cap. 26. v. 41.

Luc. c. 21. v. 36.

Farum Ægyptiorum: Sots decem virginum:

Et Stulticia servi hœliantis.

Supremi iudicis tubam mediâ nocte audiendam putat Bar-radius ro. 3. Cõcord. Em-ang. lib. 10. c. 16. mihi pag. 653.

Iob 17. 3.

scipius monens, & quidem Matthæi ore nos inclamat: *Vigilate ergo, quia nescitis quâ horâ dominus vester venturus sit*. Et repetit: *Vigilate itaque, quia nescitis neque diem, neque horam*. Nec aliud ad clivum Olivarium inculcati: *Vigilate & orate, ut non intreris in tentationem*. Hoc ipsum beato Lucâ præconie promulgat: *Vigilate itaque, omni tempore orantes*. Ipsissimum istud *Vigilate*, & quoties Paulus ingeminat? In nos fragores hi tonant, ut soporem nobis & torporem excutiant. Stulti sumus, imò mortui, nisi ad has voces evigilamus. Quicunque vitis indormis, evigila. Farum Ægyptiorum nosti? Mediâ nocte pereunso Angelus Ægyptum ingressus est, & stragem immensam dedit. Sortem illarum decem virginum recordaris? Mediâ nocte clamor factus est, & quæ paratæ, à sponso ad nuptias admittæ, stertentes aliæ sunt exclusæ. Stultitiam servi illius heluantis meministi? Venit dominus illius die quâ non speravit, & horâ quâ ignoravit venturum. Bonum patrem familiæ consideras? Omni horâ vigilar, ut nullâ horâ fur suffosor domum irrepat. Servatorem tuum cogitas? Mediâ nocte natus est. Idem post mediâ noctem (quod credibile) ad supremum orbis iudicium venturus est. *Vigila itaque, vigila; & omnem diem tibi puta ultimum.*

§. 47. *Deo fidendum.*

Cui Deus adest, ster ille licet mediis irati maris fluctibus, forti pectore procellas excipiet: molestias vexent, dolores lancinent, diabolus frendeat & fremat, mors minetur & spiculum dirigat; non est quod expayescat animus Deo confisus; moveat Acheron, ruat orbis, impavidum ferient ruina; victor emergat, & ut cautes Marpesia inanes pelagi minas despiciet. Ita Iobus, ita David se gellerunt. Deum Iobus animo fidentissimo allocutus: *Pone me, inquit, iuxta te, & cuiusvis manus pugnæ contra me*. Provocat, in-

sultat, exprobrat castis hostium Dei: veniat qui volent, prodeant gigantes, duello depugnabimus. David autem: *Nam est, ait, ambulaverò in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es*. En, fiducia! *Quamvis in summo vitæ discrimine sim; erit me, ait, noctis æternæ nigror horridus undique involvat, & mors jam autem vellicans, tam propinqua ster, quàm est umbra corpori, securus, solâ Dei præsentia fretus, contemnam illa omnia*. Certissimum sum, in hæc præsentia tutissimum mihi refugium, validissimumque esse præsidium. Nam quia *Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mihi homo. Dominus illuminatio mea, & salus mea; quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Si cor sistit int adversum me castra, non timebit cor meum: si exurgat adversum me prælium, in hoc ego sperabo*. Deo fidendum est, idque tantò magis, quantò minùs sibi ipsi. Sub hostium muris aciem stuit, qui Deo sincerè fideat. Deo fidere, est omnibus hostibus superioriorem esse.

Psal. 22. 4.

Psal. 26. 7. 1

Deo fidere quid?

§. 48. *Quando Domino visum.*

Ad beatam vitam nil facit longa series annorum: neque enim annis aut rugis æstimanda est vita, sed actionibus præclaris. Verum illud *quando*, pleorque omnes homines ægrè habet. Moriendum sibi sciunt, & mori volunt, sed nondum; cupiunt naturæ solvere quod debent, sed nondum; desiderant solvi corporis vinculis, sed nondum. Ad eò miselli ingeniosè infanimus, ut cupiamus desinere esse miseri, sed nondum; ut felices & beati esse velimus, sed nondum. Ita mori nolumus, qui mori optamus. Iniqui profus sumus, qui simul dolemus, & miseròs nos esse, & miseriam nostram desinere. Non est dolendi, non est flendi locus, ubi desinis esse quod invitus eras. Quid, homuncule, tam altum ipse tibi patibulum ædificas, ut multos gradus habeas, per quos ad mortem te ire diutius scias? quid vitæ tue tot aptas annos, quibus finis tuum prospicias, cogitationum lento tormento? Eundem est seu hodiernâ, seu crastinâ.

Vita annis non æstimanda, sed præclaris actionibus.

Tobias laudatissimi senis, non degener filius & cognominis, sed & ipse senex, ætate processit usque ad annum nonagesimum nonum. Sacræ paginæ testantur: *Et completis annis nonaginta novem, in timore Domini, cum gaudio sepelierunt eum*. Potuisset Tobias, sensu nostro expostulare cum Deo & queri: Cur Domine jam mihi abrumpis vitam, cur non pateris me complere annos centum? Quid hic aliud Deus responderit, quàm hoc ipsum: *Sic mihi visum; tu jam morere, & annos omnes præteritos in lucro pone*. Ergo moriendum, quando Domino visum, non quando Tobias, aut Ragueli, aut Ananias, aliisve placet.

Tobias filius 99. ann. noni fuit. Tob. 14. 16.

At scio, quid multos decipiat: cum mors pulsata, ante tempus accessit importunum exactorem. Stulti; tunc tempus est, *Quando mortis Domino visum est*. Quid tergiversaris, mi homo, quid immaturam ætatem obtendis, quid inducias poscis; quid moram rogitas? Ad mortem maturus pridem fuisti: sed nec concessa mora te paratorem faciet aut promptiorem. Nam & post hanc morari voles, minùs forsan paratus, quo plus moratus. Induciæ non paucos deterioros fecerunt. Mala ad mortem præparatio est, mori nolle. Facti dimidium habet, qui tunc vult, quando is, qui nihil mali vult. Excutienda vitæ cupido est, discendumque nihil interesse, quando patiaris, quod quandoque patientium est. Quàm bene vivas, refert, non quàm diu; sive autem in hoc est bene, nec diu. Ergo tergiversatione tolle, & dic ex animo: *Quando Domino visum, sic fiat.*

Quid multos decipiat?

Mori nolle ad mortem mala præparatio. Senec. epist. 101. fin.

§. 49. *Ad Deum in omnibus recurendum.*

Heu nos misellos! imò, heu nos stultos! Cum nobis ægrè est, sepe totum orbem cogitationum nostrarum alis pervolamus: à rebus creatis solariola mendicamus

camus, planè pudendâ mendicitate. Amicos, inimicos, in nostri subsidium laceessimus; opem omnium imploramus: solum Deum præterimus, aut omnium adimus ultimò, aut sæpe nec adimus quidem rogando solatio. Quæ hæc insania est, iuvare velle à quibus non possis; ab eo iuvare non cupere, à quo uno & possis & debeas?

Primus gemitus ad Deum tendens. Ps. 39. v. 8. lege totum.

10 Ps. 9. 14.

Mat. 5. v. 25. & 26.

Regel. 3. de Imi. Christi cap. 35. & 43.

Ergo quancumque & quotiescumque tibi male est, primus omnium gemitus, primæ preces, primæ quærelæ & voces ad eum cant: Deo exponere tuam causam, tuæque omnia quæ pateris. Quid discursas per orbem, & ante mendicorum ruginosa mendicis stipem flagitas? Quid transvolantibus rhedis blanda iactas basta incassum? Ad divitis illius januam procumbere, qui salutare possit animam tuam de necessitatibus. Ita Moses fecit, qui in omnî dubio recursum iteravit ad tabernaculum, in quo Deum audiret consultorem. Sic Iosue deceptus à Gabaonitis est; quia os Domini non prius interrogavit. Ad Deum in omnî re, præsertim adversâ, recurrendum. Mulier illa quæ erat in profluvio sanguinis annis duodecim, & fuerat multa perpeffa à compluribus medicis, & erogaverat omnia sua, nec quidquam profecerat, sed magis deterius habebat; tandem ad medicorum medicum venit; à quo uno, momento unico impetravit, quod à pluribus non potuit per totum duodecennium. Maximi refert scire, à quo beneficium postules. Extremæ inopiæ argumentum est à mendicis mendicare.

S. 50.

Diximus recurrendum ad Deum in omnî re. Ergo etiam felix obitus, non ab alio quam à Deo petendus. Ejus rei brevissimum paradigmata subijcimus.

I. ORATIO.

OCTO VERSICULI E PSALMIS DAVIDICIS à S. Bernardo selecti, quos ipse quotidie pro felici mortis horâ dixisse traditur.

- Ps. 12. v. 4. Illumina, Domine, oculos meos ne unquam obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus, prævalui adversus eum.
- Ps. 30. v. 6. In manus tuas commendo spiritum meum: redemisti me Domine Deus veritatis.
- Ps. 38. v. 5. Locutus sum in linguâ meâ; notum fac mihi, Domine, finem meum. Et numeram dierum meorum, quis est: ut sciam quid desit mihi.
- Ps. 85. v. 17. Fac mecum signum in bonum, ut videant qui oderunt me, & confundantur, quoniam tu Domine adjuvisti me, & consolatus es me.
- Ps. 115. v. 7. Dirupisti Domine vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini invocabo.
- Ps. 141. v. 5. Perii fuga à me: & non est qui requirat animam meam.
- Ps. 104. v. 6. Clamavi ad te, Domine, dixi, Tu es spes mea, portio meâ in terrâ viventium.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui Ezechie regi te lacrymabiliter deprecanti, vitæ spatium protendisti; concede mihi indigno famulo tuo ante diem mortis meæ: tantum vitæ spatium, ut omnia peccata mea valeam deplorare, & veniam ac gratiam, te miserante, merear accipere.

Omnipotens, benigne ac misericors Deus, te oro humiliter per mortem Filii tui, concede mihi horam felicem ac beatam, cum anima meâ discessura est è corpore.

Domine Iesu Christe crucifixe, per illam amaritudinem mortis, quam sustinisti pro me in cruce, maxime cum anima tua egressa fuit de corpore tuo, miscrere animæ meæ in egressu suo. Qui vivis & regnas cum Deo Patre & sancto spiritu, &c. Amen.

II. ORATIO.

PRO FELICI EXITU EX HAC VITA.

Misericordissime Domine Iesu, si sic agitur cum homine morituro, & in talibus periculis & angustis erit vita spiritus mei ex hoc seculo migraturi, quò fugiam nisi ad te Deus meus? tu cruce animam meam, ut non pereat in horâ illâ tremendâ: præsta mihi obsecro secundum multitudinem miserationum tuarum, & per illum amoris æstum & dolorem, quò ipse, qui vita es, mori pro me voluisti, ut mortis corporalis agonem semper præ oculis habeam; & hoc agam modò vivens, quod moriens optarem me egisse, utque nullâ in re tantum operæ ac studii ponam, quam ut mihi ipsi spiritualiter moriar, & cunctas sensuum meorum mortificem passionés, sicque tecum posthanc vitam felix ac beatus vivam in æternum.

III. ORATIO.

EFFICACISSIMA HUGONIS DE S. VICTORE, pro obtinendo SS. Eucharistia viatico in extremis.

Odulcissime ac benignissime Domine Iesu Christe, ob tui sanctissimi corporis reverentiam, quod ex intactâ Virgine Mariâ sumpisti, concede mihi misero peccatori, ut corpus tuum pretiosissimum animæ meæ finalis sit refectio, Amen. Pater noster, &c. Ave Maria, &c.

O dulcissime & amantissime Domine Iesu Christe, propter nomen tuum sanctissimum, concede mihi misero peccatori, ut gloriosissimum hominem tuum, quod est Iesus, sit meâ finalis locutio. Amen. Pater noster. Ave Maria.

O dulcissime ac clementissime Domine Iesu Christe, propter Passionem tuam acerbissimam, concede mihi misero peccatori, ut tuum in cruce ineffabile tormentum sit meâ finalis cogitatio, Amen. Pater noster. Ave Maria.

O dulcissime ac misericordissime Domine Iesu Christe, propter tuam omnem sanctissimam vitam concede mihi peccatori miserissimo omnes affectiones, cogitationes, & operationes meas in sancta tua vulnera defigere, Amen. Pater noster. Ave Maria.

O dulcissime ac piissime Domine Iesu Christe, propter omnes miserationes tuas, imprime cordi meo tuæ mortis exinanitionem, & omnium vulnerum tuorum passionem. Amen. Pater noster. Ave Maria.

CORONIS PRIMI CAPITIS.

AD LECTOREM.

Hoc age, hoc cõgita, mi homo, & dum sanus es, discite ægrotare, discite mori. Utrumque rare artis est, quam utrum scias, experiri non licet, nisi cum errare non licet sine dispendio æternæ felicitatis. Moriendò semel tantum erratur, sed hic error nunquam emendatur in omnes æternitates.

Quapropter tanquam migraturus semper habita: ex parte verò maximâ tecum habita, & quotidie omnes conscientie tuæ latebras explora. Quidquid circa te jacet rerum, tanquam hospitalis loci sarcinam spectata, Non licet plus efferre, quam intuleris. Ergo age & sat-age, Deo te proba. Transcundum est. Omnimomento ad ostium æternitatis te stare cogita. Transcundum est. Tota nobis imminet ÆTERNITAS. Brevis est voluptas, supplicium æternum; modicus est labor, præmium sempiternum.

Sanum ergo instruximus: mortem contemendam, sed mortis memoriam nunquam deponendam esse monuimus. Idem nunc monebimus Ægrotum.

† Ioan. Gozdes. Hamb. & Herbipol. Episc. qui an. Christi 1622. die 29. Decemb. Ratisp. in Comitibus illi obijt. Hic optimus Antistes, æternitatis assidua memor, discere solebat:

C A-origo est.

CAPVT SECVNDVM.

Mortis memoria commendatur Aegrotis.

S. 1. Ingressus ad sermonem, & an Morbus malum?

Sitab. l. 14. CAYNVS, Caræ oppidum est, pestilente celo, & iniquo incolis. Hos Stratonicus citharædus, homo facetus, cum esset intuitus, Homeri versiculum in eos recitavit.

Iliad. 6. Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum. Nimium ludidos omniū vultus, pallidōsque fugillabat. Cæcū verō cum hominē inhumanis saluassent, quod eorum urbem ut morbidam infamaret. Stratonicus eis iterum: Ego, inquit, morbidam dicere non ausim, ubi & mortui ambulat. Urbanus multo falsiusque illos notavit quam ante.

Sed quid negamus, aut quid supercilium attollimus? foliis simillimi sumus. Dilucidè Iobus: Contra folium, inquit, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam. Ac si dixisset: Cum folium sim, quod vitæ incommodis obnoxium est, quod ventos omnes timet, & vel ad levissimam aëris commotionem tremat ac distatur, ne tu, o Deus, indignationis tuæ vento me præcipites; cadam ultro, te etiam non impellente. An non folia sunt homines, quos morbi tanquam exsuccos flores aëridaque folia huc illuc vario ludibrio impellunt? Nec aliter Clemens Alexandrinus hæc de re sentiens: Agere, inquit, obscura vitæ homines, generationi foliorum similes, imbecilles, vix signata, gens instar umbra, evanidi, involucres, unius tantum diei vitam habentes. Certè folia sumus, ad omnem auræ motum decutimur. Unica quādoque febricitas; Quid dico? rursicula, imò guttula unica ostiolo suo non illapsa, hoc tale folium perfundat, & in tumulum abjicit.

Homines sicut folia à morbis huc illuc impelluntur. Lib. 4. Stromatum ex Aristoph.

Lib. 3. dist. fert. 6. 40. Sanctitas quādo bonum, quādo malum est.

Sed nunquid sanctas bonum est, morbus malum? Non, nisi homo, non est, inquit Epictetus. Quid ergo? Rectè sanctitate uti, bonum est; male malum. Licet ergo vel è morbo capere fructum Deo tuo. An non è morte? De morbo quid statuas? Ostendam ejus naturam, excellam in eo, tranquillus ero, bene mecum agi putabo, medico non adlabor, mortem non optabo. Quid requiris amplius? Quidquid mihi dederis, id ego efficiam beatum, prosperum, honorabile, expectandum. Sed est qui abnuat, dicatque: Cave ne ægrotes, mala res est. Cui denuò Epictetus: Perinde, ait, istud est, ac si quis diceret: Cave ne quando tibi singas tria esse quatuor; malum est. Quomodo malum? Si de eo sic existimaro, ut decet, quid porro mihi nocebit, ac non potius proderit? Si ergo de paupertate, de morbo, de perturbatione status publici, ita senseris, ut decet, nōne id mihi satis est, nōne profuturum?

Veritas te amet, Epictete, quā hæc omnia verè, & ad amulsum Christianæ legis! Hoc fundamento posito, nos hîc docebimus, in morbo mortis meminisse, & adventum ejus non expavescere.

Sed quæso, te Lector, ne hæc ed scripta putes, ut solum ea legas ægrotus: tu sanus lege, ut tibi profint ægroti.

S. 2. Aegrotus ad Amicos, ad Morbum, ad Morbi lethalis initium, ad Mortem, ad Christum Dominum.

Ad Amicos.

A Bite cum vano luctu intempestivi. Non hîc querelis locus aut precibus. At immaturus à vobis abeo. Immaturus? videre ne erreris. Maturus ad mortem sui, quā primū natus, imò antequam natus. Quid enim querat? Quid natus sim, scio: imbecillum corpus, fragile, ad omnem contumeliam projectum,

A morbi pabulum, mortis victima. En quisquis es, fume spes, aut res, animo cras non future, aut alibi future.

Ad Morbum.

Ergo ne jam ægrotandum? Venit tempus quo experimentum mei caperem. Non in mari tantum, aut in prælio vir fortis apparet. Exhibetur etiam in lectulo virtus. Aegrotandum itaque? Non potest istud toto sæculo fieri. Aut ego febrim relinquam, aut ipsa me. Semper unà esse non possumus. Hactenus fruebar sanitate; nunc cum morbo mihi res erit. Morbus, non nescio, primus mortis nuntius est. Gregorio id credo, qui pie ac xore: Dominus pulsar, inquit, cum per ægrotitudinis molestias mortem vicinam esse designat. Cui, confestim aperimus, si huc cum amore susceptus.

Hom. 13. in Evang.

Primum hunc mortis nuntium æquo animo admittere, etiam apologi me docent. Senem ajunt graviter decubuisse. Cū quæ jam mors raptura hominem adficeret, rogavit eger, feralem manū tantisper à se abstineret, dum testamentum conderet, ceteraque pararet quæ tanto itineri forent necessaria. Cui mors: Eho silicernium, inquit, parare te non poterat tot annis, toties à me admonitus? Ad quæ fenex: Obsecro, ait, fidem tuam, non commemini me unquam à te monitum. Cui mors iterum: Ut audio, etiam fenex mentiuntur: Centies, sexcenties, millicies te monui, cū non solum æquales tuos, quorum vix ullus superest, sed & junenes, pueros, infantes te spectante, te ingemiscente raperem. Sed & ego tuam fidem appello, obliviose fenex, non te monui, cū oculi tui hebescerent, pili canescerent, nares stillarent, aures surdescerent, ceterique sensus deficerent, omnè que corpus tabesceret? Hi nuntii mei sunt, hi fores tuas pulsarant, sed tu negaras te esse domi. Sat crebro, fat diu, monitus es: nil differo; Veni, & unà mecum choreas ingredi. Ad mortem raro bene se parat, qui se parat tam serò.

Mortis initius æquo animo admittendus.

Ad Morbi lethalis initium.

Cum vitam meam cogito; cū vitiorum meorum multitudinem, raritatem virtutū considero; eheu, Deus, coarctor nimis, & angustia mihi sunt undique. Sed melius est, ut incidam in manus Domini (multæ enim misericordiæ ejus sunt) quam ut annos augeam, & simul vitia. Quis futurus essem, tu o Deus, nosti. Fortassis gratiā tuā exciderem, si non jam vitā. Mors ades; irue in me: vitam promptus, paratus amittam, modò servem Dei mei gratiam, aut illa me servet potius; quod unum toto pectore à te, Christe Iesu, & per te flagito.

Ad Mortem.

Q Vid lenta me tabe necas, mors seva? parati Non opus est tanto; vincere nolo; feri. Cur in me pharetram sic vis consumere? vita Ferre potest spolum sola vel aura mea.

Quid enim est homo? Navis quassa & rimosa, quæ solâ jaçtatione vehementiore solvitur. Non magnâ tempestate opus est; ubicunque arietaveris, dissipatur. Humanum corpus ex infirmis fluidisque contextum, lineamentis exterioribus nitidum, frigoris, æstus, laboris impatiens, ipso rursus situ & otio iturum in tabem, alimenta metuens sua, quorum modò inopiâ, modò copiâ rumpitur, soli semper sibi nutrimentum virtuosum & inutile, anxie tuendum & servandum, precarii spiritus, & male hærentis, morbis innumeris obnoxium. Et absint morbi, à seipso paullatim depascitur, & ad mortem defluit. Miramur hoc semel mori, in quo mille reperias mortis latibula? Nunquid enim ut concidat, res magni molimenti est? Odor illi saporque, & lasirudo, & vigilia, & humor, & cibus, & sine quibus vivere non potest, mortifera sunt.

Homo est navis quassa.

Corpus humanum ex infirmis contextum morbis innumeris est obnoxium.

Ad Chri-

Ad Christum Deum.

Christe mori nolo, sed vivere. Vivere queris; Christe tuo quisquis querit amore mori. Non sanè sum in metu eorum, quæ ex decreto, ð Deus, immittis. Sequor te, benigne parens, sequor. Et quidni faciam, cum propius ad te vocas? Dissolvi & esse cum Christo, multò magis mclius. Et hoc ipsum desidero. Mibi enim vivere Christus est, & mori lucrum.

Philipp. c. 3. vers. 23.

§. 3. Meroris antidotum.

Quid turbaris, aut quid angeris? In manu Dei es; & ipsi de te cura est. Atqui malè afficeris & agrotas? Quid hoc tandem mali, cum sit à summo Bono? Deus est summus esse vult, & ideo quibusdam quasi morbi cancellis sepiet & coërcet, ne abeas in diversa, & à viâ aberras, quæ ad calum.

Deus hominem morbi cancellis sepiet, cur?

Avicula cavam quidem indignatur, libertatem querit, & reluctatur: at dum in cavèa capta est, ab hero suo & amatur, & alitur. Quis liberè errantem ab aucupis seu visco seu laqueo secutam dicat? Ita mihi crede, magnum quid est, Domini Dei captivum esse, uti est agrotus. Maximi beneficii loco censendum, exiguo tempore, vinciri, uri & secari ab eo, qui vult æternum parcere.

Captivum esse Dei magnum quid est.

§. 4. Non semper mulsum.

Deus tibi, mi æger, calices nunc ingerit amariores; mulsum biberas, dum sanus eras; jam bibendum est absinthium. Quid os torques, & averfariis hoc poculum? amarum est, fateor, sed salubre. Illud Jobi cogita: Si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus? Ingrati mortales, bona nostra vix aliter cognoscimus quam perdendo: amissæ valetudinis bonus æstimator eris in posterum. Et meministi utique, quòd dum valeres, sepius te plusculum invitaveris, subinde etiam sobrietatis metas egressus. Nunc ergo, me faulore, amarulentum hoc poculum lætus capies, & comestrationibus anteaotis honorarium hanc multam irrogabis: Olim Latinarum ferriis (teste Plinio) cum quadrigæ certarent in Capitolio, absinthium bibit, qui vicit; tu jam bibe, ut vincas.

Job cap. 2. vers. 10.

Lib. 26. nat. hist. cap. 7. ante med.

Dulcia non meruit, qui non gustavit amara.

§. 5. Christiana generositas, mortis contemptus.

Nemo vitam bene rexit, nisi qui contempsit. Tam imperiti non sumus, ut nesciamus nobis quandoque moriendum esse, tamen cum propius mors accesserit, tergiversamur, tremimus, ploramus. Sed nonne tibi stultissimus videbitur, qui fleverit, quòd ante annos mille non vixerit? æquè stultus est qui flet, quòd post annos mille victurus non sit. Hæc paria sunt: non fuisti, nec eris. Utrumque tempus alienum est. In istud, quo vivis, punctum conjectus es, quod ut extendas, quousque extendes? Quid fles? quid optas? perdis operam. Eò ibis, quòd cuncta omnia. Quid tibi novum est? ad hanc legem natus es: hoc patri tuo accidit, hoc majoribus, hoc omnibus ante te, hoc omnibus post te. Ratum & fixum est; Mors grassatur in omnes. In hoc nascimur ut defungamur. Cerne animo longam præeuntium, longamque sequentium te, & hac ipsâ horâ tecum obeuntium catervam. Multa millia hominum & animalium, hoc ipso momento, quo tu mori trepidas, animam variis lethi generibus emittunt. Pulchra hæc contemplatio est & vera. Totum orbem vide, notum, ignotum: multa millia omnibus momentis nasci, mori, certum est; & quosdam eodem mortis genere. Tu autem fortasse non putabas te aliquando perventurum ad id, ad quod semper ibas? Nullum sine exitu iter est. Mors ad quietem perpetem tutum est iter; nec in morte aliquid mali est, nisi timor mortis. Proinde si volu-

Seneca epist. 77. Vitam nemo bene rexit qui mortem non contempnit.

Mors in omnes grassatur. Seneca epist. 77.

In morte timor mortis aliquid mali est.

Tom. I.

Amus tranquillè degere, anima in expedito est habenda. Ego mei finem timeam, cum sciam me sine fine non esse, imò cum sciam omnia esse finita? Ego ultimum suspirium, quod finem dabit omnibus suspiriis, formidem? Eccc reddere dubitem, quod eâ lege accepi ut reddam? At difficile est, inquis, animum perducere ad contemptum animæ. Est facile, sed scienti vivere.

Summum diem probus nec optat, nec timet.

Quin mors habeat aliquid terribile, non negamus, sed Mors haideo dicendum quâ ratione mortem non timeamus, ber aliquid terribile. Nemo dicit, ut æquo animo in rosâ jaceat, ut hilâris ad offertam mensam accumbat, sed in hoc duratur, ut doloribus non cedat. Hilâris venientem mortem excipit, qui se ad illam diu composuit. Et hoc maximum animi generosioris argumentum est, si exire non metuit. Scit enim quòd exiturus sit, qui unde venerit meminit. Theodosius Imperator talis, de quo Ambrosius dicere solebat: *Dilexi virum, qui cum moreretur, magis de Ecclesiarum statu, quàm de suis periculis agebatur.* Tu ergo mortem ut nunquam timeas, semper cogita.

§. 6. Mortis contempta specimen.

Ninachus, prætor Malacensis in Indiâ, jussus magistratu se abdicare, non tulit ignominiam, veri honoris & solidæ virtutis ignarus. Confestim ex aloè alitque odoratis lignis extructâ pyrâ, quadratum juxta suggestum nobilissimis aulais, ceteraque pretiosa veste contravit. Ex eo suggestu ipse aureâ togâ gemmisque præfulgens, ad circumfusam concionem de rebus ab se gestis totòque vitæ suæ cursu disseruit: expositisque beneficiis, quæ in captivos Lusitanos difficillimo tempore contulisset, nullo suo delicto, spoliari se dignitate, dolenter admodum & acerbè conquestus est. Tum Lusitana ingenia detestatus (adèd funestas humano pectori subdit faces ambitio) se in ardentem rogam injecit, mortis contemptor.

De non abimili mortis contemptu Ælianus est; Ælia, lib. 5. inquit, & Calani finis dignus quem laudemus; alius dixisset, quem admiremur. Fuit autem ejusmodi. Calanus sophista Indus, cum Alexandro, Macedonibus, insuper & vitæ longum vale dixisset, in pulcherrimo Babylonis suburbio pyrâ è lignis odoratis cedro, thyo, cupresso, myrtho ac lauro extruxit, obitòque consueto cursûs exercitio, pyrâ conscendit, mediâque strue lignorum stetit coronatus, affulgente, quem ipse adorabat, sole. Quo factò signum Macedonibus dedit, ut pyrâ incenderent. Ardente jam rogo, flammis involutus Calanus, constitit immotus, neque antè collapsus est, quàm expirasset. Alexander viri animum obstupescens dixisse fertur: à Calano potentiores hostes debellatos quàm à se. Nam Alexander cum Poro, Taxilâ, Dario bellum gesserat, Calanus cum Labore & Alexandre.

Ergone tantum robur vanissimis hominibus fuerit in mortem, & Christiani Deo adjutore freti trepidant concidantque animis? Non est malum mors, sed malum est, mortis metus. Obsecro res ipsas examinemus, non umbras rerum. Si Senecæ credimus, mors optimum naturæ inventum, malorumque omnium remedium est. Quid ergo ad extrema trepidamus? Excipiet nos magna & immortalis pax, voluptas æterna. Invidiam esse possumus. Transeundum est. Ex ipsâ igitur longioris ævi desperatione sumendus est animus. Fiat virtus quod foret necessitas. Certè Christianus sapiens nihil facit invitus, necessitatem omnem effugit, quia vult quod ipsa coactura est. Ergo libenter faciamus, quod non possumus non facere: æquo animo expectemus nostri aut finem, aut potiùs initium. Sereno semper est animo, qui mortem scit contemnere.

E

§. 7. Animus.

§. 7. *Animus ad Mortem promptus.*

Suidas mihi pag. 155. col. 1.

Cur Zenoni famas amicissima.

Cur homines brevis ævi, & incertæ sunt valetudinis.

Vide Leon. Lestii Hygia. vita. Sed ad lineam.

Greg. lib. 4. dist. 11.

Natura mater est, non nocet.

Lib. 8. ep. 17.

Chrysof. hom. 3. in epist. ad Ph.

Via nulla longior quam Mori.

Zeno Citicus, ut Suidas memorat, scholâ exiens impiegit, digito pedis vulnerato. At ille vocari se ratus ad plures, terram manu pullâvit, hac voce adjectâ: *Venio, quid me vocas?* Ita nonaginta annorum senex, nunquam ægrotus, deceffit. Famæ Zenoni amicissima fuit, nam eâ se incediâ frequenter confecit, ut deficeret. Sed libenter sic ægrotabat Zeno, ne ægrotaret, & ut senectutem obtineret tranquillam atque à morbis immunem. Utrumque assecutus est ex voto. Ne miremur nos brevis ævi, & incertæ valetudinis esse, nimirum inter mensas & pocula valetudinem ac vitam consumimus. Neque enim cognasse nos credimus, nisi venter ad omnem satietatem factus tumeat ut tympanum. Ridiculi, imò infani homines, quo vitam producere debemus, eo præsciudimus. Sed hoc inde est, quia persuaderi nolumus, tantas esse vires abstinentiæ ad extendendam ætatem. Sed quotidiana loquitur experientia, optimè dictum esse: *Quantum adimus esse, tantum adijcitis*

Urfinus sacerdos (beato Gregorio teste) in morbo cælestibus visis recreatus, sæpius exclamavit: Venio, venio: gratias ago. Cùmque adstantibus, quos cælitates videret, exposuisset, casdem voces iteravit: Ecce venio, ecce venio. Inter quæ verba abiit è vitâ.

Promptus ad mortem animus ita loquitur: *Venio, ecce venio.* Hic diu tricitâ velle, serum nimis est. Frustra reluctamur. Natura mater est, non nocet. Ecquid naturam accusas, mi Theophraste, quasi minus homini quàm bestiis faventem? magis certe huic quàm illis voluit. Quid enim melius, citò pati quod non timeas amplius, quàm diu timere quod tardè pariaris? Longum homini tormentum demit natura, cùm vitam ei concedit brevem.

— scilicet omnibus una

Expectanda dies semper —

Quid ergo cohortes? vita tibi eripitur? sed simul & mortis metus, & mala vitæ plurima. In omni panè re, omnibus hic sensus est: malè citò pati, pati quod debeat, quàm patiendâ tamdiu timere, quamdiu differre. *Parvulum differt*, ait Plinius Secundus, *patiaris adversâ, an expectes: nisi quoddam tantum est dolendi modus, non est timendi: dolens enim quantum scias accidisse, timeas quantum posse accidere.*

Ergo adis, ô mors, habes me tuum stipendiarium: solvam quod debeo, quandocunque Deo meo visum me debere. Ergo libens volens

— explebo numerum, redderque tenebris:

è quibus tamen ad lucem eamque immortalem me rediturum erectissimus spero. Non mors malum est, sed post mortem pœnas dare, hoc malum est.

§. 8. *Mortem timent, qui non provident.*

Res certa est: Nil aquè terret quàm inopia moriendi necessitas. Aspice, quemadmodum qui alieno imperio parent, subito iussi longum iter agere, solliciti ac tristes complicandis raptim sarcinulis inhiant: vide quàm queruli & indignantes abeant, quòd non maturius moniti: dum discedunt, sæpè in tergum se vertunt, & nunc hoc nunc illud obliti murmurant. Atqui nulla via est longior quàm *Mori*, nulla durior, nulla obscurior & iniecitior, nulla suspectior & latronibus infestior: quæ ut cuncta cessarent, certè irremediabilis via est. Tanto igitur attentius providendum, ne quid obliviscamur, quoniam hinc digressis, non subsistere, nec divertere, ajebar dux Romanus; unde redire non est necesse. Unum hinc remedium est, ut parati animo simus semper, & vocati respondere, & iussi obtemperare, compositisque omnibus ad primum ducis imperium, iter illud

A ingredi. Heu! quàm malè sibi consulunt, qui præparationem ad iter hoc inter minimas curas habent; cuticulam curant, & ut sibi bene sit, cetera committunt alea.

Smindyrides, perditissimus ille juvenis, iactare solitus est, se à viginti annis solem nec oricatem nec occidentem vidisse: assidue scilicet in læto aut in mensa occupatus. Nescio an non illi similes reperias inter Christianos, quorum maximum negotium, mensa, lusus, otium. Nimirum, ita nos morti paramus, sic æternitati præludimus. His eveniet, quod Bruto in epistolis verè olim vaticinatus Cicero: *Mihi crede, inquit, opprimemini, nisi provideritis*: Sic accidet incautis omnibus qui futura non provident. In cunctis quidem rebus necessaria est providentia, in iis tamen maximè, quæ amplius quàm semel fieri nequeunt: ubicunque pes lapsus fuerit, actum est: unus error multa trahit errorum millia. Hac ratio mortis est; unicus in ea error, infinitos trahet errores; hinc semel errasse, æternùm est periisse. O cæci mortales! Eveniet vobis, quod his qui contra hostilis ferri aciem oculos claudunt, quasi periculum quod non vident, nec sensuri sunt. Feriemini, moriemini, senectis. An cæci autem, an videntes, id in vestrà manu est. Recufatis ecce mortem cogitare, quam brevi & cogitare oportebit, & pati. Ejus perperio facilius sequetur, si cogitatio præcessisset.

§. 9. *Mortem timent, qui vitam negligunt.*

Neque hic res dubia est: Illi potissimum mori metuunt, qui vivere nesciunt; quibus omnis felicitas est in corpore; quibus hoc unum sapit, bene comedere, bene bibere, bene dormire; qui cælum suum interpretantur nunquam extra voluptatem esse: homines certè obedientissimi, sed suo ventri, non divinæ voluntati, quorum maximum est negotium, cuticulam in bonâ pace curare, & indulgere genio, dum licet. De his verè dixit Gregorius: *Defulerium cælestium nesciunt, qui c. 13.*

C. cor in terrenis voluptatibus desigunt.

Christianus sapiens, cui non alia corporis, quàm vilis mancipii cura, mortem non aliter quàm digressum matutinum è nocturno quopiam inamæno & incommodo prorsus hospicio spectat. Quisquis es, posses vitæ hujus exitum non timere, si alterius ingressum sperare posses; tuus hic timor inde oritur. Quamvis enim formidati vulgò exitus multæ tradantur causæ, omnes tamen spe beatoris vitæ propositâ evanescent. Qui cælum seridè aspirat, ad hæc ludicra non trepidat. Huic tali homini labor, mœstitia, dolor, contemptus, ignominia, damnatum, orbis, servitus, paupertas, senium, mors ipsa nihil aliud sunt nisi experientia scholæ, campus patientiæ, gloriæ palæstra.

§. 10. *Triâ morbi gravia.*

In omni ferè morbo gravia sunt, *Mortis metus, Dolor Seneca corporis, Inermisio voluptatum.* Quemadmodum verò epist. 78. calida frigidis, frigida calidis curantur, sic & illa suis curanda sunt antidotis. Videat hic æger, ne erret, & æstum æstu mitiget. Adolescens fuit qui medicamentis egebat frigidis, hinc tamen clam medicis, domesticorum suasi, diebus non paucis jus bene piperatum jejuno stomacho transmisit, & pectus balsamo inunxit, aliæque calidissima fomenta suo morbo adinovit, & seipsum panè morti. Ergo *Timorem mortis*, amore curabimus, sed *Timor divino: modicum divini amoris omnem vanam formidationis fumum dispellit. Qui Christum amaverit, minus amabit vitam, Christumque sentiet redamantem.*

Hoc non sit verbum: Marce, ut ameris, ama.

Dolor corporis demulcendus est conscientia tranquillitate. Mens bene sibi conscia ægrum mixticè solatur: corporis, si quidem pura conscientia potens est pharmacum in omnes cruciatus. Illud etiam dolorem lenit, quod Gregorius suggerit his verbis: Mitigat vim doloris, conscientia pura est pharmacum in omnes cruciatus.

Smindyrides solem orientem nec occidentem vidit.

Providentiâ necessaria est in iis quæ solum semel fieri possunt.

Mori metuunt qui vivere nesciunt.

L. 14. mor. c. 13.

Causæ formidati exitus spe beatoris vitæ evanescent.

Mort. l. 6. epist. 11.

2. Dolor conscientia pura est pharmacum in omnes cruciatus.

derata equitas serientis. Longè facilius dolores æger tolerabit, si altè in animum admiserit hoc unum: Iustissimus Deus vult me hoc pati.

3. Inter-
missio vo-
luptatum.
At voluptatum *Intermissio* nihil affliget eum, qui voluptates cogitaverit æternas. Illæ, quas relinquimus, vanæ, breves, & plerumque scædæ sunt, & sæpissimè priusquam deserantur, ipsæ suos amatores deserunt: eæ, quas patria pollicetur, immensæ, stabiles, æternæ sunt. Facile spernit voluptatem fluxam, qui sincerè sperat æternam.

§. 11. Morbus virtutum ludus.

3. In psal. 31. Morbus virtutum schola, & vitiolorum macellum. Valetudo virtutum macellum & schola vitiolorum.
Bene pungeris, inquit Bernardus, si compungeris. Moribus, virtutum schola, vitiolorum quoddam veluti macellum dicitur. Quisquis ægrotus est, in hoc ludo discipulus est. Valetudo contra plurimis virtutum macellum est, & schola vitiolorum: dum valent, furunt; si malè valerent, rectè agerent. Dum sani sunt, sexcentis negotiis intrincantur, Dei negotium in postremis habent. Quàm multi casti sunt dum ægroti sunt: cum convalescunt, in pristina libidinum sordes revolvuntur. Hi longè tutius ægrotant, quibus tam periculosa & pestilens sanitas est. Hos ergo Deus in lectum compingit, ut sibi vacent, & rem salutis curent; vana vanis relinquunt, & calum suscipiunt. *Infirmus gravis sobriam facit animam.* Ut ad calculum res redeat; Morbus multus quidem tædiis implicat corpus, sed multis explicat animum. Divini Pauli vox est: *Et licet is qui fortis est nosse homo, corrumpitur; tamen is qui intus est, renovatur die in diem.* Hinc quamvis mala, quamvis pessima ægritudo videatur, optima esse incipit, cum ægrotum sanctiorem efficit. Multi cum sentiunt pœnam, corrigunt culpam. Nusquam prius quam in sano corpore æger animus habitat.

§. 12. Morbus corporis, animi salus.

2. Cor. 1. 4. vers. 26.
Petrus Apost. post.
Valetudo misera comes injucunda.
Orat. ad civis.
Invalida valetudo hortatrix parsimonie, dehortatrix libidinum, & magistra est modestie. Tu pone sollicitudinem, quidquid corpori evenierit, salvis es, si modò valetudo animi sit bona. Enimverò plurimis ad animi valetudinem profuit ægritudo corporis. Ille vir altus ex humili, ex aquis evectus ad sidera, calique claviger, cuius vel sola umbra molestias morbosque corporum pellebat, interrogatus aliquando, cur suam ipsè filiam gravi morbo pressam sineret, respondit: *Sic expedit ei.* Tu quid scis, an non & tibi sic expedit? Ille idem, de quo loquitur, filiam mox ut tutò sanam fieri posse cognovit, & sanavit, & sanandis aliis habilem fecit. Et tu quoque facito, ut tua tibi secunda sit sanitas, fortasse sanaberis. Denique quod tuum est, animum ante omnia cura, eumque cælesti medico curandum offer. De reliquo, si non quod optas, at profectò quod expedit, spera. Misera valetudo comes est quidem injucunda, sed fidelis, quæ te crebrò vellicet, iter signet, & conditionis tuæ admonet. In periculis tutissimum est præsidium fidus monitor. Quòd si morbus sine remedio sit, sile & gaude; de carcere ruinoso facilius ac citius egredieris. Optime dixit Gregorius Nazianzenus: *Anima morbo affecta, Deo propinqua.*

§. 13. Morbus æternitatis monitor.

Vix ad mortem diversæ.
Quantum hoc boni est, quòd mala vitæ præsentis, brevi gustu perennis admonet supplicii? Æger itaque infinitas amaritudines declinare studeat, quando horis pauculis tam impatienter hæc amariuscula tolerat; doloribus non longis discat evadere sempiternos, quibus nec pharmacopola, nec medicus, nec herba, nec dies criticus, neque mors ipsa medebitur; malorum hæc omnium medicina. Vix ad mortem diversæ, unus omnium terminus est æternitas.

Anaxagoras peregrè moriens, An in patriam referri

A vellet, amicis interrogantibus, *Nihil necesse est*, inquit, & adjecit causam: *Vndique enim ad inferos tantundem via est.* Hoc responsum non minùs convenit ad cælum adscensuris, quàm casuris ad inferos. O februm felix incendium ac utile, quia breve! O inferorum rogi formidabiles, quia æterni!

Ex quibusdam malis remedia constantur, & sæpè parvus præsentisque dolor, ut venturis ac gravibus occurreretur admonuit, fuitque utilis qui molestus erat: ita morbus quicumque, quò magis infestat & torquet, eò magis æternitatis admonet, sive in deliciis, sive in flammis ducendæ. Videant sani, attendant ægri quò eant. Voluptas omnis, sed & omnis mæcor brevissimè clauduntur spatiis. Mortale est omne mortalium bonum; eodem hoc circo mala omnia coërcentur:

*Carceres metusque necit gloriosa æternitas;
Comparatum æternitati tempus omne perbreve est.*

§. 14. Morbus igitur optandus.

Optanda sæpè est, inquam, corporis imbecillitas, quo maturius liber sis ac victor. Optavit hanc qui dixit: *Pro me autem nihil gloriabor, nisi in infirmitatibus.* Cum enim infirmior, tunc potens sum. Nam virtus in infirmitate perficitur. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus. Ut in vaginà lacerà sæpè bonus gladius, sic in corpore imbecilli ac morbidò fortis subinde animus lateret. Hoc robur est optabile, quod nec dies minuit, nec fortuna. Ægrotus non quidem idoneus est vectandis oneribus, aut arvo fodiendo, sed exercendæ patientiæ, sed erigendæ fiducia. Sic in navi robustior quisque remum agit, ac prudentior clavum regit. Vita quasi navis, retum fluctibus & mundi pelago jactata, suos remos habet, sicutque gubernaculum: si à vilioribus repulsus es officii, ad nobiliora convertere. Vera & generosa vis hominis in animo est. Corpus animi domus quàm robusta, quàm fragilis sit, nihil ad hospitem, paucorum præcipuè dierum: si domus corruat, migrandi necessitas in aliud, idèq; perpetuum, domicilium hinc exclusos transfert. *Virtus in infirmitate perficitur.* Et quamvis morbus videatur deterrimus, optabile tamen hoc malum est, quod mali remedium sit majoris. Plurimorum sanè valetudo tunc est prosperrima, cum maximè adversa.

§. 15. In morbo quid legendum.

Zeno Demii filius, quem proximè nominavi, cum oraculum consulisset, quâ ratione optimam vitam duceret, responsum ei ferunt: Si mortuus concolor fieret. Vel, Si mortuorum consuetudine uteretur, hoc est, ut Suidas explicat, si veterum scripta legeret. *Suidas mihi pag. 366.* Cum libris habitare, est inter mortuos degere. Atqui hæc cum mortuis consuetudo, vita optima. Sed sicut ægrotis plena macella aut penora, sic & plenas iis bibliothecas aperire, & grandia obrudere volumina infania est: jusculum illis aut olusculum quandoque satis est in lautissimam cœnam, sic & libellus unus alterve in aliquot menses. Subinde legendum aliquid est, etiam ægrotis, si morbus aut dolor id ferat: sed legendum iis sicut comedendum. Quod comedunt, non statim glutiant, sed prius mandant, & cibum panem in ore, velut stomacho primo, concoquant: sic etiam quod legunt, non oscitanter transiliant, sed unam alteramve sententiam expendant, & velut digerant. Aliter legere, est negligere. Sed ut ægrotis librorum, quos lecturi, delectus sit, syllabum subijcio brevissimum.

E Latinis.

Robertus Bellarminus de Arte bene moriendi.
Aut de Gemitu Columbæ.
Aut de Æternâ felicitate Sanctorum.
P. Stephani Bineti Scholæ & Recreatio ægrotorum.
P. Antonii Balinghemii solatium afflictorum.

Morbus æternitatis est admonitor.

Vita navis est mundi pelago jactata.

Morbus est optabile malum.

Suidas mihi pag. 366.

Ægrotis plena penora & grandia obrudere volumina infania est.

E Germanicis.

Academia Ægrotorum Neoburgi Anno 1625.
edita.

Liber de Imitatione Christi, omnium pænè lingua-
rum, omnibus utilis.

Ex horum librorum aliquo æger velut apes libare poterit quæ solentur, quæ erigant, quæ doceant pati. Si morbus aut vitæ ratio alios libros respuat, liber ægroti unicus sit, **JESVS** Christus crucifixus. Hunc ille librum assidue legat, tot in eo reperitur solatia, quot verba, quot vulnera.

§. 16. In morbo semper orandum.

ITa ajo: Semper orandum in morbo. Neque hoc difficile morbo, si velit. Aut enim linguâ (si eâ tam potens) ad Deum divòsque fundendæ preces: aut, si linguâ torpeat, vel vocem dolor intercludat, animus ad Deum atollendus supplex & obsecrans, quieto corpore: nisi quoddam ardentes subinde gemitus tam secreta cum Deo colloquia rectè distinguunt. Sed is sæpè morbus est, qui non solum vocem impedit, sed & animum deprimat, jubèatque sibi pænè soli attendere: atque tunc patientia & tolerantia dolorum pro precibus offerenda sunt Deo. Gratum illi sacrificium est Dolor, cui jungitur Patientia. Benè precatur, qui benè patitur. Neque orare tantum, sed & exorare Deum credendus est is, qui ad illum legatos mittit tam disertos **DOLOR** & **PATIENTIAM**. At sit ægrotus, cujus vocem quandoque supprimat, & animum frangat, & patientiam vincat dolor, etiamnum tamen modus est quo oret. Circumspiciat saltem; videbit assidentes, adstantes paratos juvare, promptos succurrere. Quam facile tunc ægro unam alteramve voculam mittere: Quæso te, mi amice, mi frater, linguam meam dolor hebetat, tuam tu mihi commoda, & has preces percutte, hos & hos psalmos recita, hoc aut illud è libello prælege. Quis tam durus sit, qui hanc operam neget decumbenti? Ergo, cum æger suis ipse verbis precari non poterit, poterit alienis. Ergo & repeto: *In morbo orandum semper.* Nunquam Deum importunè adire possumus.

§. 17. In doloribus, & aliis per diem quid cogitandum, quid agendum.

HOmo Deo fictus, tamen æruminis pressus, doloribus plenus non malè dixerit: Dum spiro, spero, & semper meliora, quod mea scilicet fini propiora cerno. De dolore optimè philosophatus Seneca: *Nemo, inquit, potest valde dolere, & diu. Sic nos amantissima nostri natura disposuit, ut dolorem aut tolerabilem, aut brevem Notum illud faceret. Nam summi doloris intentio invenit finem. Hoc itaque solatium vasti doloris est, quod necesse est desinas illum sentire, si nimis senseris. Illud autem est, quod imperitos in vexatione corporis malè habet: Non assueverunt solo animo esse contenti, nimis multum negotii eis cum corpore est. Quocirca, mi ægrote, afflicte paulatim animum à corpore deducere, & multum cum meliore ac divinâ tui parte versari; cum corpore, parte fragili & querulâ, non plus quam necesse est. Et quia rarò tam assiduus dolor est, ut non subinde intermittat, subinde etiam remittat, ideo non statim omne animi exercitium omittendum censè, cum in morbo cubas, cum dolores sentis. Ante omnia, vide, ut si ullo modo possis, preces matutinæ, & aliquod conscientia examina vesperi suum habeant progressum: si vox langueat, oret animus. Rei divinæ interesse non potes, & Deum panis albedine velatum cernere? in lectulo tuo tempus tibi destina, quo Deum animo præsentem aspicias. Noctem verò & somnum nunquam ordire, quin prius conscientiam per nota quinque capita discusseris. Interdiu, cum nullus dolor, aut remissior est, piam libellum cape, unam alteramve*

Dolor cum patientia gratum est Deo sacrificium.

Epist. 78. anis. med.

Notum illud faceret: Si longus, levis est; si gravis ille, brevis.

Nox & somnus nunquam ordiendus sine conscientia examinae.

A periodum perlege, & lecta expende. Quotidie, unam saltem horulam tibi selige, quam ordiaris orando, & labentem illam piis gemitibus aut jaculatoriis precatiunculis distinguas, eamdemque orando finias. Sic horam integram orasse censeberis in celo. Si nec hoc potes (quod vix ullus dolor cogere non posse) saltem mediam tibi horulam defini, quâ aliquoties ad Deum mentem erigas, & per intervalla caelum suspires; hoc enim dolorem (quemcumque tandem) & mitigabit & minuet.

Ad omnium precum tuarum principium & finem, Principiæ divinæ voluntati te totum & ad omnia paratum consecra. Hæc omnia tam non difficilia sunt, ut ea vel moribundus præstet, ne dum is qui in dolore est non adeo sævo. Quod si horum omnino nihil possis, aut rectius, nihil velis; saltem unicâ illâ horâ, eum quem pateris dolorem, fer patientius. Noli, obsecro, mala tua facere tibi ipsi graviora, & te querelis onerare: levis dolor est, si nihil illi opinio adjecerit. Contrâ, si exhortari te cœperis, ac dicere: *Nihil est, aut certè exiguum est, duresmus, jam desinet*: levem illum, dum putas, facies. Omnia ex opinione suspensa sunt; ad opinionem etiam dolemus. Tam miser est quisque quam se esse credit.

§. 18. Aliter sani, aliter sentimus ægri.

LAcides philosophus, cum plurima rei domesticæ amississet: *Nos, inquit, aliter in scholis disputamus, aliter domi vivimus*: ita sani solatorum copiam ægris suggerunt; ubinam est æger ille qui seipsum satis soletur? Nimirum, tu si hîc sis, aliter sentias. Ah, quam vitrea est virtus nostra, levi collisû frangitur! *Ænei nobis videtur, cum sani sumus: dicta fundimus speciosissima, & dolores pænè provocamus: cum adsunt; fugimus, cadimus, jacemus ante ullum cum hoste congressum. Sumus homines, inquit, & moribunda corpuscula vim doloris ferre non valent. Humana corpora non negem fragilia, sed non usque adeo, quin ad tolerantiam omnibus adversi sit virium habitura sint, nisi multò major infirmitas esset animorum. Hæc nostra mollities est, quæ virtutis innumeros deferrores facit, dum omne difficile tamquam intolerabile respuitur. Virtus petiit, si tollatur ejus materia, difficultas.*

§. 19. In omni ægritudine, pia ad Deum suspiria.

Domine, fortitudo mea, & robur meum, & refugium meum in die tribulationis. Dominus est: quod bonum est in oculis suis faciat. Pater mi, probetur servus tuus usque ad finem; ne desinas ab homine iniquitatis. Bonum mihi, quia humiliasti me, ut discam justificationes tuas. Placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. Cum enim infirmor, tunc potens sum.

Nunc Domine, secundum voluntatem tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi spiritum meum.

O **JESVS** & Maria, amor meus, finite me pro amore vestri, & pati & mori: non sum meus amplius, sed vester **TOTVS**.

Sic orabat bonæ memoriæ * Alphonfus Rodri-
quesius. *Qui obiit anno 1617 ipis nocte Sanctorum omnium, dum ultima hac verba pronuntiaret: Ah, JESVS, annuum vitæ 87. compluit.*

§. 20. Ægroti quedam vitia.

Primum. Libenter audire curiosâ, nova, nugatoria.
II. Non libenter audire mortis monita.
III. Conqueri de iis qui sui curam gerunt.
IV. Cibos ut malè paratos non probare, rejicere.
V. Lectum ut malè stratum exprobrare.
VI. Credere non satis se curari, idèò murmurare & indignari.

VII. Ratiis

VII. Rariùs de Deo & divinis cogitare & loqui.
VIII. Non in omnibus Resignatum; seu divinæ voluntati subiectum esse.

IX. Quaedam censere intolerabilia, nec omnia Christianâ patientiâ concoquere.

Et quælo, quid ad te, mi æger, quid in Galliâ, Belgio, Italiâ aut Hispaniâ fiat? Tu potius quære, quid fiat in cælo, quid inter Divos, quid rerum agatur apud inferos. Hoc tu quære, quidquid deum alii inter se fecerint.

Matt. c. 8. vers. 12.

Senes, quibus, de morte loquentes, mors fuit, non sunt imitandi.

Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Jam tibi curæ sit, cura salutis tuæ unica; Unum enim est necessarium. Quid tibi cum curiosis illis aut novis plebimque factis? Tibi his non prodes, aliis offensio es. Et quid eos averſaris, qui vicini te periculi momentè agnosce illos, faciales sunt mortis. Obsecro te, senes illos, quorum fors plures novisti, ne imiteris, quibus de morte loquentes audire, mors fuit, Et amabo te, non plus hæctenus profeceris, quam sic pueriliter mortem timere? Non didiceris tot annis, libenter, tranquillè, & imperterritè mori? Quid trepidas? Voluntati Dei quam, integerrimè te committe, & negotium hoc pænè omnè contfecisti. Si velis credere alitùs veritatem intuentibus, *Omnis vita supplicium est.*

Seneca Consol. ad Pol. c. 28. 29. & 30.

Romanum sapientem hîc tibi opportune ingero: *In hoc, inquit, profundum inqueritumque projecti mare, alternis assibus reciprocum, & modò allevens nos subitis incrementis, modò majoribus damnis defrens, asidueque jactans, nunquam stabili consistimus loco: pendemus & fluctuamur, & alter in alterum ilidimur, & aliquando naufragium facimus, semper rimemus. In hoc tam procelloso, & in omnes tempestates exposto mari navigantibus, nullus portus nisi mortis est.*

At sua quemque credulitas seducit, & in eis quæ diligit, voluntaria mortis oblivio. Quotidie præter oculos nostros tranſeunt notorum ignotorumque funera: nos tamen aliud agimus, & subitum id putamus esse, quod nobis totâ vitâ denuntiat futurum. Non est ista Naturæ iniquitas, sed mentis humanæ pravitas, rerum omnium insatiabilis, quæ indignatur inde se exire, quò admiffa est precariò. Iniquus est, qui muneris sui arbitrium danti non relinquit: avidus, qui non lucri loco habet quod accepit, sed damni quod reddiderit. Ingratus est, qui injuriam vocat finem voluptatis: stultus, qui nullum fructum esse putat bonorum, nisi præsentium. Nimis angustat gaudia sua, qui eis tantummodò quæ habet ac videt, frui se putat. Citò nos omnis voluptas relinquit, quæ fluit ac tranſit, & pænè antequam veniat, aufertur. Gaudeamus ergo omnes eo quod datur, reddamùsque id cum reposcemur. Alium alio tempore mors comprehendet, neminem præteribit. In excubiis ster animus, & id quod necessarium est, nunquam timeat, quod incertum est, semper expectet. Utrumne stultius sit, nescio, legem mortalitatis ignorare; an impudentius, recusare. Omnes, imò omnia in ultimum diem spectant. Quisquis ad vitam editur, ad mortem destinatur, ad æternitatem præparatur.

Quis iniquus, Avidus, Ingratus, Et stultus.

Ad mortem destinatur, quid ad vitam editur.

§. 21. Tres theses omnibus viribus, ægrotò propugnandæ.

Prima. Circa Deum.

Nefas est contra Deum queri.

NEfas contra Deum, optimum parentem, quidquam queri, quasi morbum aut nimis molestum aut intemptivum immiserit. Cum Jobo potius dicendum: *Sicut Domino placuit, ita factum est: Sit nomen Domini benedictum.* Et cum piâ turbâ succlamandum: *Bene omnia fecit.* Sive enim vulneret, sive sanet Deus, semper benignissimi patris erga nos curam gerit, & adfectum.

Secunda. Circa ipsum ægrum.

Morbus gravior assiduam vult patientiam.

Morbus gravior, non longas aut assiduas vult præces, sed longam & assiduam patientiam, quâ factum.

Tom. I.

Acile sit, quidquid difficile censetur. Morbi condimenta sunt, crebri ad cælum gemitus, malorum à Sanctis omnibus tolerantium memoria; iteratè & jaculatoriæ precatiuncule, quibus modò sanctissimæ Trinitatis, modò soli Christo; nunc beatissimæ Virgini Mariæ, nunc aliis Divis, supplicandum pro constanti patientiâ, & felici ex hac vitâ transitu.

Tertia. Circa alios homines.

Medicis tam corporis, quam animi parendum intergrè. Ad ægrotum revisentibus, patientiâ, & animi bene compositi specimen, præbendum. Er licet morbus affligat, multa turbent, quædam displiceant, plurima non sapiant, aliqua ad nutum non fiant, nunquam tamen murmurandum; sed omnia molesta, spe præmiî condicenda; dicta factaque omnia submissiõne & patientiâ commendanda.

Omnia molesta spe præmiî condicenda.

§. 22. Ægroti sitis qui curanda.

Ægrotorum plerique eruciantur siti, præsertim febrientes: nos, illis fontes monstrabimus, unde hauriant pro libitu.

Latro plurimorum cæde nobilis, in Austriâ inferiore in rotam actus est, crucibus solum contractis, producendæ morti in gravius reo supplicium, & testatius exteris exemplum. Sed virum se præstitit hic reus, & religiosissimus Christianus esse cepit in tam diris suppliciis: nam quidquid dixit, patientiam spiravit & patientiam. Assiduis vocibus Deo supplicare, scelertum veniam orare, patronos cæcites implorare, imò & concionatorem agere, arque à flagitiis adstantes dehortari instituit. Jamque dies in vesperam ibat, cum numerosus populus affluere: aderant etiam, suâ opinione solatores tam gravia patientis, reipsa tam generosa patientiâ spectatores. Nam ille in pœnas suas pronus, ut vitam quæteret meliorem, spe futurorum dolorem mitemscere jubebar præsentem: sed & gratias Deo agebat, qui dum irasceret, clementiæ meminisset, & sic castigaret ut parceret. In illo tamen tam lento tormento, quod ultra triduum putabatur duraturum, alterutrum orabat, vel maturitatem obitus ad finiendos dolorum furores, vel imbris opportunitatem ad mitigandos saltem æstus & sitim. Utrumque auxilium adfuisse observatum est. Nam sub occasum solis copiosa defluxit pluvia, & ipse paulò post pœnâ simul & vitâ defunctus est.

Latro in diris suppliciis religiosissimus esse cepit.

En, mi Christiane, & tu tuam hîc rotam habes, sed longè molliorem, tuo tu lectulo, velut rotæ, implexus es. Neque dubium, quin non tantum dolor, sed & sitis te premat. Quare ut opportunus in te imber defluat, in Golgothâ monte lectulum tibi parari jube, ad pedem illius crucis, in quâ pendet Servator Orbis, è cuius toto corpore cruenti depluunt imbres. Hîc bibe, hîc reficere, hîc saturare: tantò futurus sanior, quanto hîc d biberis intemperantiùs.

§. 23. Ægroti sudarium.

Chrouldis Regina Francorum, uti Gregorius Turonicus refert, ab Amalarico conjugè crudeliter habitata, Regi Childeberto fratri candidum linteum missit suo sanguine infectum, quod loco litterarum esset, & hoc quasi fratri diceret: Vidésne hæc Childeberte, & pateris? cernisne quid soror patiat, & connives? non vindicas, non defendis?

Lib. 3. hist. Franc. c. 10. initio.

En, ægrote, Christus sudarium tibi quoque mittit, & quidem duplex; alterum ad Oliviferos colles, crurore suo liberalissimè pinxit, in altero faciem suam sudore, sputis, sanguine, lacrymis, plagis deformatam impressit, dum sub cruce in Golgothaum montem duceretur.

Ægrotò sudarium duplex Christus mittit.

Hoc geminum tibi sudarium mittit Christus, qui utrumque suo ipse sanguine purpuravit, & hæc quasi

verba inscipisti Hunc mihi sudorem, o mortales, scelera vestra, expellerunt: videtis ista, & vitam priorem improbam non desinitis? Utinam nos Childeberti nunc sumus, & in nostram ipsi vindictam animemur. Certè patientem Christum nemo luger verius; quam qui ea, ob quæ passus est Christus, odisse incipit.

§. 24. Ægroti lectulus.

VRit ægrotum lectulus, etiam si supra Sardanapali plumam, supra Smindyridis rosam sit mollis. Smindyridem Sybaritan nemo non novit mollitie vitæ infamem juvenem, quem cum mollissimæ plumæ indolemētis fodicarent, experiri voluit, mollissime indormirar solutis rosarum foliis. Sed hic etiam odoratissimus juxta & mollissimus torus, rigidus nimium erat & asper in renerissimum lectulum. Nam bonus juvenis questus, per proximam priorē noctem adeo dura sibi fuisse lectisternia, ut etiam cicatriculas pustulæque, intractabilis strati argumenta possit monstrare.

Ælia. lib. 9. var. hist. c. 24. Smindyridis mollitie vitæ infamis juvenis quis lectulus.

Laurentius martyr pro lectulo craticulam habuit.

De quo vide Anton. Gallonum de martyribus, c. 1. mihi pag. 21.

Æger tamen si cabet in culcitris quæ vel pilum leporium, vel plumas perdicum habeant, tamen rigidum dicit accubitum. Venia illi danda est; dolores hanc querelam extrudunt. Sed alios lectulos monstramus longe duriores. Laurentius Martyr cadentem pro lecto craticulam habuit, post illum Vincentius Martyr, & alii complures hoc ipso repositi sunt lecto, heu nimium quantum aspero; eum tamen amor percussit esse tolerabilem.

Supplicium olim de Christianis horribilissimum sumebant Persæ, quod Scaphismus dicebatur. Nam Christianus excarnificandus geminis scaphis; velut cista oblonga & arcta supinus includebatur, capite solum, manibus ac pedibus extantibus. Pro cibo mel & lac vel invito infundebatur, protrahendæ vitæ & augendis cruciatibus immanissimus. Nam interdum ardentissimo soli opponebatur inclusus, oculi vi deducebantur, caput insuper, manus, pedesque melle ac lacte perungebantur, hinc culicum ac muscarum ingentia examina partes illas velut atro panno tegebant; porus autem ingestus vitam quidem servabat, quia verò facile perfluebat, fœdam in ipsa cista putredinem, & inde vermes generabat. Ita hominem in hoc lectulo jacentem foris crabrones & vespa, intus lumbrici & vermes miserimè laniabant. Hinc fiebat, ut cum mortui corpus aperiretur, fœdè à vermibus erosum inveniretur. Atque hoc inauditum tormentum ad quindecim, ad septemdecim, ad plures etiam dies producebatur inter immanissimos Martyris dolores. Hunc mihi lectulum, mi æger, hoc Martyrum cubile heu miserabile, & cruciatibus plenissimum considera. O quam suaves sunt dolores tui ad istos, quam mollis est tuus lectulus ad istum, quam nihil est morbus tuus ad hæc tormenta? Sile igitur, & patientiam persevera. Qui socius est crucis, socius erit & paradisi. Et optimè dixit beatus Salviamus: *Mihi genus quoddam sanitatis esse videtur; hominem interdum non esse sanum.*

§. 25. Ægroti delitæ, Christi Hortus.

HÆc cum dixisset JESVS, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat Hortus, in quem introiit ipse & discipuli ejus. In hunc Hortum, mi ægrote, omnes Cælestes te invitant: hic audies mira, videbis mirissima. In hoc Horto ipsa cœpit Lætitia tristari. Tristis est, ait, anima mea usque ad mortem: Sustinere hic & vigilare necum. Permite, obsecro, mi æger, ad te quoque spectare hæc verba; Sustine hic & vigila paulisper cum tuo Domino. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Atque jam orantem audi: *Pater mi, si possibile est, transcat à me calix iste: verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* Paullò post hoc ipsum repetens: *Pater, inquit, si vis transfer calicem istum à me, verumtamen non mea*

Ionn. c. 18. v. 1. Mat. c. 26. v. 37. Marci c. 14. v. 23. Luc. c. 22. v. 42.

Socius crucis qui est, socius erit & paradisi. Epist. 5.

A voluntas, sed tua fiat. Sed & tertium eandem precationem ingeminat: *Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua.* In supremis his angustiis, nemo unus hominum est, o Christe, qui dolorem tuum vel minimum recoillet, nullus qui vicem tuam participet, qui mœrorem tuum verbulo soletur. Etiam amicissimi deserunt, ipsi etiam discipuli lingua quam animo meliores destituunt, paullò antè vincitur tecum & morti parati, jam stertunt, brevi & fugam circumspiciunt. Solus, o Christe vigilas, solus precaris, sudas, & laboras. O felicem te, Hortule à Domino tuo purpurate, & sanguineis notis velut rosis stellate; tu arcanas illas voces atque gemitus, tu suspiria lacrymis distincta, tu preces singulibus interruptas audivisti, conscius microris, qui Christum; soporis, qui socios oppresserat. Garrulant alii Adonidis aut Alcinoi hortos; nugæ sunt, & metra dumeta ad te comparati: Elysi campi, elysii non sunt præ tuâ dignitate. Non errem, si te feliciorum

B primo illo paradysum dixerim. Et quis me transferat, ut olim Adamum, in nova hæc & beata tempe? Sed & o felicem te terram, quæ Domini tui cruorem combibisti, nunquam tam pretioso rore irrigata. Quis mihi det ut læxentis oculis fatigem locum quem Servatoris vestigia presserunt, genua contigerunt, cui sese os, oculi appresserunt. Sed o terra, an non erubuiti te premi tam sacro pondere, te aspergi tam nobili liquore? imò certè rubere cœpisti, minio nimis pretioso purpurascens, postquam rubentem tibi stillam novus hic hortulanus irroravit. Ab hoc hortulano dicat precari æger: in hoc Horto flores legere, est actus patientiæ varios conjungere. Sed hoc jam explicatius docebimus, ad istius Horri lectulum.

§. 26. Christi inter Olivæ lectulus.

Ægrotum vix quidquam efficacius soletur quam ille Christi in Olivifero viteto lectulus, sed heu rigidus nimis & plenissimus dolorum. Videte & attendite. Vix hortum Christus ingreditur, & mox pavere, pallere, angi, gemere; tristitiam aperire, tædium non diffiteri, angores vultu prodere, vigiliarum & precum societatem poscere, à focis abire & redire sæpius, quietem tamen aut solamen nuspiam reperire. Et en, ut avellatur à suis, propumbat in genua, terræ faciem allidat, iratum Patrem exoret, verba suspirii distinguat, precationem perseveret, imminetent sibi mortem averti postulet, non tamen suæ potius quam summæ voluntati satisfieri flagitet, preces easdem ter repetat, ad suos ter revisat, toties se terræ alternat, cruentum denique liquorem membris omnibus manantem exprimat, in hoc rigido terræ lectulo. O spectaculum hominibus, & vel ipsis Angelis luctuosum! *Et factus est sudor ejus, sicut gutta sanguinis decurrentis in terram.* Ita Christus toto plorabat corpore: undique prorumpabant lacrymæ, & quidem sanguinæ. Ita nimirum amor divinus festinabat in nostram salutem, ut illi tarda nimis visa sint vincula, columna & flagra cunctari, morari vepres & clavi, crux ipsa nimium differri videbatur. *Sic Deus dilexit mundum.* O amorem immensum, cui explendo mors una satis non fuit, qui ante mortem vitam ipsam morti cœgit, ita quidem ut nostri amantissimus JESVS membratim interire, guttatim contabescere, & per lenta sanguinis stillicidia diversis viis animam abire voluerit: & tamen plus diligebat ille quam perferebat, plus perfere cupiebat, quam per humanam naturam valebat. Mors, illi pœnaram ejus levissima videbatur; nec ei sufficiebat, si semel tantum moreretur in Golgothæ cœmeterio, nisi prius fuisset etiam mortuus in Gethsemani viridario: parum ei erat si inter latrones expiraret medius, nisi & ante sudore sanguineo sic fumarer, ut jam flagellatus videri potuisset. O Christe! nondum hic ullus est è Brutorum gente Romanus carnifex; nondum

In Christi horro flores legere, est actus patientiæ varios conjungere.

Christi lectulus in Olivifero viteto quis.

Luc. c. 22. v. 44. Christus toto plorabat corpore:

Ionn. c. 3. v. 16.

Et ei parum erat inter latrones expirare.

nondum hamata te flagella lacerant; nondum aculeati sentes divinum verticem perfodiunt; nondum prægrandes clavi manus pedesque configunt; & tamen jam nunc tam uberes cruoris fonticuli fluunt. Quid cras fiet, cum totum corpus unum erit livor, vulnus unum? nimirum hodie rivuli currunt, cras dabis cruoris maria; atque hic lectulus inter Olivæ cespitæ stratus, mollis videri potest, præ illo crucis rigidissimo.

In alterutro horum te ipsum, mi ægrote, colloca, & mox omnes dolores tuos senties mitemcere. Longè suavius tuos perferes, si tui Domini cruciatus æstimaveris.

§. 27. Mater Domini, ad ægrotum revivens, his cum compellat:

Rigere, & surge; ambulandum est. Et, nisi possis aliter, in hac lecticulâ tuâ ab angelis tutelariis deferri te curabo ad montem, in quo mundi medicus habitat, qui pharmaca non è pharmacopolio emit, sed è corpore suo promit, imò corpus suum porrigit in pharmacum, & sanguinem suum propinat in medelam omnium non tantum morborum, sed & mortis. In Golgotham ergo deferri vis? En, delatus jam es, quia deferri voluisti. Hic mihi solos præbe oculos: nullum aliud membrum à te postulo in opus; nullum laborem impero: solum hic vivere, laborare est. Attolle igitur oculos, & en oculos tui Creatoris sanguine & lacrymis plenos; in morte natantes. Sed & ceteras capitis partes vide. Nares fœtore, os felle & aceto, aures ludibrio, vertex vepreto cruciatur. Vulvum jam dignoscere difficile est, per hoc palloris, cruoris, livoris velum. Cetera membra omnia numerata, vulnus unum reperies. Nihil hic sanum, nihil dolore liberum.

At tu, mi cliens, dolores sentis? Hic meus filius majores. Angeris? Filius meus magis. Parum solatii habes? Minus tibi. Multum pateris? Plus iste. Non aded multum tibi videris peccasse? Nihil iste: & tamen quidquid peccatis omnium debebatur, unus iste & solus excepit. Vide caput, brachia, pedes; vide totum corpus: nullum membrum, pars nulla cruciatus vacat. Non tantum manus pedesque clavorum tormenta sentiunt; sui sunt & auribus, & linguæ, & oculis clavi. Nec quidquam in eo designare est, cui non suum sit tormentum. Vide ergo, fili mi, filium meum, & ipsius doloribus tuos mitiga. Cruciatos tui guttulas, cum hoc tormentorum Oceano misce. Ita dolores tui plus habebunt præmii, minus tormenti.

§. 28. Humana voluntatis cum divina consensus, & conspiratio.

VTi sanis, ægrotis, moribundis nihil est factu facilius, ita nil omnino utilius, quàm, *Velle quod vult Deus.* Hoc dies noctesque, hoc mane, meridie, vesperti, hoc horis omnibus, hoc assidue, hoc sanis & ægrotis, hoc nemini non inculcandum. Epictetus solâ præceptrice naturâ sapientissimus hac in re magister effectus: *Melius, inquit, illud judico quod Deus vult, quàm quod ego. Adhæreo illi ut minister & pedissequus: cum illo desidero, cum illo expeto: denique quod ille vult, idem & ipse volo.* Atque ut modum ostendat, quo in rebus humanis omnibus voluntas divina est sequenda, istud insuper addens: *Semper, inquit, illud potius volo quod fit.* Quidquid enim fit (peccatum excipimus) divina voluntate fieri certum est. Hoc ergo fieri potius velimus quod fit, quidquid denique nobis ipsis vel aliis quibuscumque fiat. Eâ de causâ hic ipse sapientissimus philosophus quemlibet monens: *Ne postules, inquit, ea quæ sunt, arbitrari tuo fieri. Sed, si sapias, ita fieri quæque velis, ut sunt.* Nec cessit qui probè se accommodat, sapit; estque rerum divinarum conscius.

Hoc ipsum de humanâ voluntate ad divinam conformandâ longè confirmatius docens Epictetus; *Mihi*

A quidem, inquit, *optabile est à morte invadi, nullâ aliâ re nisi voluntate mea curanda occupatum, ut perturbazione vacuus, & citra impedimentum dicere possim Deo: Nunquid præcepta tua violavi? Nunquid ad alia sum abusus facultatibus quas mihi dedisti? num sensibus? num te unquam incusavi? num gubernationem tuam reprehendi? Ægrotavi, quia voluisti. Ægrotarunt & ceteri, sed ego volens. Pauper fui te volente, sed læsus. Non imperavi, quia tu voluisti. Nunquam appetivi imperium. Nunquid me unquam hac de causâ tristiores vidisti? Nunquid unquam vultu nimis hilari te accessi? Paratus, si quid mandes, si quid imperes. Vis me nunc ludorum celebritate abire? Ab eo. Gratiâ quàm possum maximam habeo, quod me dignatus es ad ludos tuos admittere, & ad spectanda opera tua, & ad ministracionem tuam intelligendum. Hac me cogitantem, hac scribentem, hac legentem occupet mors.*

Superi! quàm hoc Christianè, quàm hoc sapienter, quàm divinè! Quid agimus, Christiani, aut quæ frons nostra, si ad hæc talia non erubescimus? Bruta sumus pecora, imò faxa sumus & durissimæ cautes, si sensus nobis non redeat ad luculentissimam hanc Naturæ informationem. Sed audiant divinæ voluntati rebelles, audiant & respondeant Epicteto æquisima postulanti: *Ostendite mihi aliquem, inquit, qui ægrotet, & beatus sit: Lib. 2. ista qui & in periculo sit, & beatus: qui & moriatur, & sit beatus. c. 19. rus: Animum ostendat aliquis vestrum hominis, qui idem cum Deo sentire velit, posthac nec Deum nec homines culpaturus, qui nulla re frustretur, qui nullo casu ledatur, qui non irascatur, qui invidet nemini, qui non emulatur: qui (quid enim ambagibus est opus?) ex homine Deus fieri desideret.*

Certè fieri licet hac voluntatum conjunctione. Quocirca ægrotus cum eodem Epicteto sapere non recuset, dicatque: *Duc me, ô Deus, & tu voluntas divina, ed quod sum à vobis destinatus. Sequar enim alacriter. Quod si noluerò, & improbus ero, & nihilominus sequar coactus. Ergo, si Deo ita visum fuerit, ita fiat.*

C Aut igitur velimus in rebus omnibus, in morbo etiam & morte, quod vult Deus, aut fateamur, nos datâ operâ quod bonum & rectum est, averfari & nolle. Malus esse vult, qui studio recusat esse bonus.

§. 29. Desperationi occurrendum.

Nihil desperatione periculosius, nihil pejus salutis hostis invenit. Cetera enim suis cuncta remediis leniuntur, hoc malorum maximum atque ultimum, ubi abeuntem animam oppresserit, nullus jam remedio locus est. Huic ergo cum semper, tum in fine vehementius obstendum est, quod & tunc urgere acrius solet, & nihil jam est reliqui quo salutis consilia cunctando rejicias. Extremæ horæ negligentia prorsus irreparabilis est: non refurget, qui hic lethaliter ceciderit. Ergo vel tandem evigila, ægrote. Pejus est numquam quàm ad vesperam expergisci, & omnino quidquid malè differatur, pejùs omittitur. Oculos in altum erige, cerne parvulum crucifixi Domini pectus, aperta ad amplexum brachia, parata ad medendum vulnera. Neque hic oratione longâ est opus: Pœniteat te errasse, & perorasti. Dic ex animo, *Peccavi, Deum tibi propitiasti. Emendationem sponde, & veniam impetraſti.* Nullum tam magnum est hominis peccatum, quin multò major sit Dei misericordia. Hanc spera; spes non confundit: *Suavis Dominus universis, & miserationes ejus super omnia opera ejus.* Ipsum Dominum audi: *Nunquid abbreviata, inquit, & v. 5. parvula facta est manus mea, ut non possim redimere? aut non est in me virtus ad liberandum?*

Sed nos frequenter omni ex parte fallimur: in peccato fervidi, post peccatum gelidi, peccando quidem exultamus, memorando peccata desperamus. Multi spe veniæ peccant, cum peccaverint, veniam desperant. multi veniæque malè, sed hoc alterum multò pessimè. Ergo infauftam peccatorum sarcinam quàm primùm abjice,

In Christo nullum membrum cruciatus vacat.

Velle quod vult Deus nil utilius.

Epist. lib. 4. differ. c. 7. circa med.

Idem Ench. cap. 13. cap. 78.

Lib. 2. ista qui & in periculo sit, & beatus. c. 19. post med. Ench. c. 77. c. 79.

Malus esse vult qui studio recusat esse bonus.

Desperatione nihil pejus.

Negligentia est: non refurget, qui hic lethaliter ceciderit. Ergo vel tandem evigila, ægrote. Pejus est numquam quàm ad vesperam expergisci, & omnino quidquid malè differatur, pejùs omittitur.

Ex homolog. non neglecta.

Misericordia Dei major omni peccato.

Rom. c. 5. v. 5. parvula facta est manus mea, ut non possim redimere? aut non est in me virtus ad liberandum?

Isa. c. 50. v. 2.

Peccatores spe veniæ peccant, cum peccaverint, veniam desperant. multi veniæque malè, sed hoc alterum multò pessimè. Ergo infauftam peccatorum sarcinam quàm primùm abjice,

est qui exoratus ab humeris illam tuis transferat, qui graviora jam transtulit: cui nil grave, nil difficile est. Tu tantum ne differas. Et quamvis pigra dilatio excusatione careat, laude tamen non caret vel fera emendatio. Satius est sero quam nunquam respicere. Ergo animo praesenti utere, & respira; pauca lacrymulae inferorum incendium extinguunt. Cor contritum & humiliatum Deys non despiciet.

§. 30. Spes vite melioris miseras mitigat.

Utm Seneca ex te quaero, mi aeger, Quid miraris miseras tuas? Ad hoc genitus es, ut perderes, ut perires, ut sperares, inmereres, alios teque inquietares, mortem & timeres & optares, & quod est pessimum, nunquam scires, cuius esses status, nec unquam in eodem statu durares. Praeter hoc quod omne futurum incertum est, & ad deteriora certius: facilius ad superos iter est, animis citò ab humana conversatione dimissis, sic enim minus foecis ponderisque trahunt. Nempe leviores ad originem suam revolant, si liberentur antequam altius terrena concipiant. Nec unquam magnis ingenii chara in corpore mora est. Exire atque erumpere gestiunt: aegre has angustias ferunt, vagi per omne sublime, & ex alto affluenti humana despiciere. Inde est quod Plato clamat: Sapientis animum totum in mortem prominere; hoc velle, hoc meditari, hoc cupidine ferri in exteriora tendentem. Et quam illud clare Plato de meliore vita? *Mihi videtur, inquit, vir qui revera vitam in studio sapientiae posuerit, cum fiducia moriturus, plenus bonae spei, quod magna ibi praemia consequetur, si obierit.* Hoc praesens viderint in tenebris, tu in sole id non vides? Quid ergo, mi aeger, res terrae te turbant? brevis caelum habitabis. Illuc aspira, & quidquid miseriarum sentis, minus senties.

§. 31. Spes vera vita beatissima.

Poetas aut philosophos tibi hic non ingero: res seria est. Ex ipso divini eloquii fonte propinabo tibi purissima fluenta. Ergo moerorem mitte, speque certa dic cum Doctore orbis: *Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem.* Quid trepidas curae spei homo? Siracidem etiam audi: *Qui timet Dominum, nihil trepidabit, & non pavebit: quoniam ipse est spes eius.* Timentis Dominum, beata est anima eius. Ad quem respicit, & quis est fortitudo eius? *Oculi Domini super timentes eum, protector potentiae, firmamentum virtutis, regimen ardoris, & umbraculum meridiani, deprecatio offensiois, & adiutorium casus, exaltans animam & illuminans oculos, dans sanitatem & vitam & benedictionem.* Regius vates etiam hic fortis, quam intrepidus, quam funus suum prospiciens: *In pace, inquit, in idipsum dormiam & requiescam, quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.* Quanam illa? alibi exprimit: *Quia factus es spes mea, turris fortitudinis à facie inimici: inhabitabo in tabernaculo tuo in secula: protegar in velamento alarum tuarum.* At dicas: Impatientia mea male me jubet sperare. Hic iterum tibi remedium, cum Davide clama: *Quoniam tu es patientia mea Domine, Domine spes mea à juventute mea.* Neque satis huic regi, frequentissime exclamasse: *Spes mea in Deo est; Deus spes mea.* Sed & alios ad idem hortatus: *Sperate, inquit, in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra.* Cur tu non sequaris, toties voce praeventem? dic ergo animo: *Memor esto verbi tui servo tuo, in quo mihi spem dedisti, hac me consolata est in humilitate mea.* Et cum Hieremiam vate: *Et ego non sum turbatus te pastorem sequens, & diem hominis non desideravi, tu scis. Non sis tu mihi formidini, spes mea tu in die afflictionis.* Eundem alibi monentem audi: *Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis, quia est merces operi tuo, & est spes novissimis.* Jobus in hoc confidentissimus: *Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo.* Idem jam vers. 15. & in mortis viciniâ degens: *Rursum, ait, post tenebras spero lucem.* Scitote, clamat Siracides, quia nullus speravit in

Pigra dilatio excusatione caret.

Pf. 50. v. 19

Seneca ad Marciam conso. c. 17. & 25.

Iter ad superos quod est facilius.

In Phocâ.

1. Tim. c. 1. v. 12. Eccli. c. 34. v. 16. usque ad 21.

Timor Domini dat vitam & benedictionem.

Psal. 4. v. 9.

Pf. 60. v. 5.

Pf. 70. v. 5.

Pf. 61. v. 9.

Psal. 118. v. 50.

Hier. c. 17. v. 17.

Idem c. 31. v. 16.

Job. c. 13. vers. 15. & 6. 17. v. 12.

A Domino, & confusus est. Quis enim permansit in mandatis Eccli. c. 2. ejus, & derelictus est? aut quis invocavit eum, & despectus illum? quoniam pius & misericors est Dominus, & remittit in die tribulationis: & protector est omnibus exquirentibus se in veritate. Et Oseas: *Spera in Deo tuo semper.* Nam, Omnes qui sperant in eum, non infirmantur. Siquidem, Bonus est Dominus sperantibus in eum, anime querenti illum. Bonum est cum silentio prestolari salutare Dei. Verè, bonus Dominus, & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se. Sed & nos scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est. Et omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Spem ergo firmillimam concepe de Dei bonitate; & ille sperantem in se non deseret. Videbis Deum in regione vivorum. Pf. 114. v. 9.

§. 32. Tranquillitas è verâ spe.

Convertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi. Quid fatigaris per tam varia laborum genera? En, adest Dominus, omni labori tuo finem impositurus. Define ergo, mea anima, velle misera esse, & tot laboribus intabescere. Quietis tuae initium morbus & mors. Laboriosa, inquis, initia. Ita est. Sed seis; pleurumque nulli dies minus quieti quam qui quieti proximi: nulli minus festi, quam qui festos antecedunt. Idem hic. Requies tua, aeterna requies: Nunc Paraceve te fatigat; brevis sequetur Pascha nunquam finiendum. Age, & brevem adhuc seu laborem, seu dolorem exhauri: jam portam spectas, non tantum illam per quam è vitâ hac egressus, sed & per quam ingressus est in illam aeternam. Et si vix laborare cœperis, tunc tamen satis est laboratum, quando id ille censet, cui laboratur. Tu ergo, mea anima, vanis vana dimitte, & ad Deum te verte, qui benefecit tibi. Beneficia illius in te summa & innumera: arenam maris citius numeraveris quam ista; quibus utique ad caelum tibi viam (ita bene spera) non ad inferos voluit aperire. Bernardus Clarevallensis hoc ante obitum suis unice commendavit, ut in tutissimo divinae clementiae sinu spei anchoram firmarent. Illud igitur carmen regium in corde & ore versemus assidue: *In Domine speravi, non confundar in aeternum.* Pf. 30. v. 1.

§. 33. Solatium è doloribus.

Et hac mihi sit consolatio, ut affligens me dolore non parcat, nec contradicam sermonibus sancti. Hoc igitur latio, interim dum me dolores urunt, incallescant, & animum virisque colligam, quando cruciatuum magnitudo certam mihi mortis spem est allatura. Scio enim dum me dolores velut parturientem excruciant, fore ut tandem salutis & incolumitatis spiritus, vitæque alterius requies atque tranquillitas parata mihi sit, ut Dei misericordia super me resplendeat, sive cum mortem infert; sive cum vitam tuetur. Nulla igitur mei commiseratione retardetur Deus, nam si moriar, liber & securus à peccandi metu evadam, nec unquam deinceps Dei voluntati resistam, ut qui ex hujus vitæ & mortaliū inconstantia recesserim. Valde videlicet imbecillitati meæ timeo, ne forsan in viâ rectâ & proposito sancto deficiam. Cum itaque haec tenus, per summam Dei misericordiam & gratiam, in bono permanerim, aut inde avulsus, citò redierim, nollem ab vitæ innocentia recedere; quamvis spes mihi firma sit fore ut nunquam Deo contradicam. Non est igitur cur mortem timere debeam, sed potius est cur eam constanter expetere ac expectare possim: quam cum tandem immittere in me voluerit Deus, tantum abest ut illam deprecari velim, ut pro magno potius beneficio eam sim habiturus. Sanctus enim esse, cum conari debeam, à sanctissimo & purissimo spiritu, Deo, nihil iniqui, aut parum mihi utile accipere possum. Adest igitur dolores, exercete me, prout vobis à Deo concessum. Incipere mori & non dolere, vix ulli contigit. Scio, hæc sacra aliter non constant.

Pf. 114. v. 7.

B

Dei in nos beneficia, sunt innumera.

C

Pf. 30. v. 1.

D

Mors non est timenda.

constant. Per dolores ad mortem itur: hæc via regia est. Exiguo tempore dolemus, ut non doleamus æternum.

§. 34. Dolores omnes frangit Patientia.

Dolor, res acerba, immitis, horrida, amara; naturæ adversa, sensibus odiosa, sed quæ virtutis ope si non dulcescere, certè leniri frangi que, fors etiam, si virtus animum armaverit, aut sentiri parcius, aut quodammodo nec sentiri quidem possit. Ita dico: qui in hac luctâ non volens terga dat, sed toto nisu ac bonâ fide resistit, semper est superior; semper abit victor. Quid ò lutum murmurans contra tuum figulum? illi ab æterno destinatum, vas istud in honorem, hoc in contumeliam, aliud in alium usum, omnia tamen fragilia fingere & mortalia. Quid ergo indignaris? Querelæ & indignatio nil aliud quam accessio mali sunt: Nihil enim tam exasperat fervorem vulneris quam ferendi impatientia. Omnis indignatio in tormentum suum proficit. Sic laqueos fera dum jaçtat, astringit: sic aves viscum, dum trepidantes excutunt, plumis omnibus illinunt. Nullum tam arctum est jugum, quod non minus lædat ducentem, quam repugnantem. Unum est levamentum malorum etiam ingentium, PATI, & necessitatibus suis obsequi. Quid igitur morbo corporis, animi morbum addere juvat, tæque miseriorem facere murmurando, & illum tibi reddere infestior, qui labores hominum ex alto videt, patientiamque considerat, remedio illam compensaturus & præmio.

Sed objicit æger: Quidquid dixeris, non facies ut non sentiam quod sentio. Mi delicate æger, saltem in tuis auribus, si non alibi apud te, permittite habitare patientiam. Non ego dolorem, dolorem esse nego, sed cum opprimi posse dico patientiâ. Hæc si non omnem doloris sensum eripit, at doloris certè victoriam concedit, dum vires sufficit ad illum viriliter ferendum. Quapropter excitandus & armandus est animus, contraque suos hostes in aciem educendus. Lentus, imparatus, atque impatiens animus sæpe minimis dejicitur. Sicut pavidi miles qui hoste viso diffugiens abjicit arma, & ipse sibi periculum facit, ubi periculum non fuisset impavido: sic ignavum animum, & sensibus obsequentem sola cogitatio doloris exanimat, qui si patientiam, ut fortum objecisset, doloris victor evasisset. Patientia non modo animi vim auget, sed ipsam doloris asperitatem imminuit. Quod si dolor sit acerrimus & maximus, sperare incipe, ipsa doloris magnitudo finem promittit: quod jam supra demonstratum est. Nam sicut ad extrema gaudii pervenisse principium est doloris, sic extremitas in dolore, principium gaudii sit oportet. Contrariorum hæc lex est; alterum ex alterius fine nascitur.

Sed an non erubescimus, tot è Christianis pueros ac puellas tulisse cum gaudio, quod nos viri sine fletu & questibus non ferremus? Nos ergo non possumus, quod isti & istæ?

Quid trepidas? erige te anime, spera in Deo: mox erit finis. Gravia sunt ista; sed sunt brevina. Noli, oro, succumbere. Pulcherrimum est & verè Christianum nec voluptati cedere, nec dolori.

§. 35. Patientia specimen, Mendicis.

Vide mihi, obscuro, ad Hierosolymæum illum probaticum amnem, jacentem mendicum. Mendicum tantum ð ægrotum etiam. Heu! ipsa ex se sola paupertas, & diuturnus & gravis morbus est: si corporis dolores accedant, geminatur malum, quod tolerari non potest nisi geminatâ patientiâ, qualis certè in hoc paralytico. Pauper fuit & pænè extra legem aliorum. Nam adeo aris & opis inops erat, ut hominem non habuerit, qui ipsum turbatis undis admoveret. Servulum sibi conducere non poterat, omni Codro & Iro pauperior.

A Sed nec fuit qui misericordiâ se moveri sineret, ut tam indigenti opem ferret, aut manum suam commodaret. Nullus miserabatur, nemo solabatur; nemo juvabat, respiciebat nemo; deserebant omnes, quisque rem suam agebat. Ad hoc paupertatis malum accessit sæva paralytis. Ah! quàm difficile est simul & pauperem, & ægrotum esse! Neque morbus istius hominis, unius mensis aut anni fuit: ipsos triginta & octo annos, membrorum usu destitutus, gravissimè jacuit, quid nisi spirans cadaver, & funus ante mortem, & pænè dum viveret, sepultus? Ægrotis plerumque dies unus mense stat, mensis anno, annus sæculo. Quor ergo sæculis putes stertisse huic ægrotò tot annos? Et tamen (vide patientiam & imitare) animi mansuetudinem non perdidit, postquam omnia perdidit. Dignissimus erat cui alii primas deferrent in piscinæ moræ accessu, & cujus valetudini suam omnes alii postponerent, & tamen nullus cessit: omnes properarunt morbum suum primi in undas excutere, & qui secundus esse vellet, nullus erat. Neque tamen hic desperata valetudinis homo spem omnem & patientiam consumit: sed nec ulli invidet, nulli indignatur, nulli convitiatur; neminem acculat, neminem crudelitatis damnat, nulli alteri sortem suam imprecatur: sed nec sibi malignus est; non se diris devovet, non execratur suum ortum, non turpiter lamentatur, non culpat fortunam, non suos parentes: multò minus in Deum est impius, non obmurmurat, non superos nimis rigidos clamat, non se immerentem affligi queritur, non mortem lentam increpat, non laqueum parat; sed opem patienter expectat, post longam desperationem etiamnum sperat; non importunè sanitatem à Christo postulat, non contumaciter urget, contentus æumnas suas Servatori non celasse. Tu, qui ægrotas, imitari hæc potes, imò debes, aut cælum non speres.

§. 36. Patientia typus, Princeps Magnus.

QVeri posses: aut nimis cælestes, aut etiam nimis viles & plebejas animas tibi in exemplum patientiæ proponi. Quid jam, mi homo? Christum in cruce imitari non potes, aut Laurentium in craticulâ? imitare Lazarum semetis stipulis immorientem: æmulare Alexium angustis latebris immorantem, & in iisdem finientem. Nimium, inquis, duri lætuli, & exempla nimis prisca. Ergo recentia vis? Non desunt certè quæ sequi possis. Scio te tam delicatum qui craticulas & cruces æquo animo non tantum non feras, sed nec aspicias quidem vel audias. Ergo blandius tecum agam, & docebo in rebus arctioribus non queri.

Sunt (fortassis tu illorum unus es) qui ut valetudinem fervent, aut læsam reparent, nullos sumptus, nullas aliorum molestias, sed nec decorum aut leges ullas pensâ habent; modò illi sani sint, etsi leges violatæ.

Vide mihi magnos principes, qui paucis abhinc annis, sic corporis sanitatem quærebant, ut animi non amitterent.

Wolfgangus LVIII. Archiepiscopus Moguntius, Serarius de Elector XLII. extrema in valetudine laborabat. Incidit hæc in commodum in ipsum annum jejunium. Carnes morbus posebat, lex Ecclesiæ prohibebat. Suadebant amici monebant, medici pænè præcipiebant, Pontifex ipse annuebat, ut morbi causa potius carne quam pisce vesceretur. At ille solus suæ causæ adversarius, maluit offensiorem habere * Hygejam quam Ecclesiâ: & ne sibi plus quam aliis sacræ leges indulgere viderentur, nihil ille indulsit corpori.

Idem fecit, in eodem sacro folio proximus ante ipsum, notus ille cælo terræque Daniel. Hic in tanto divitiarum & dignitatis fastigio, in tantâ curarum & negotiorum mole, & in tanto morbi & dolorum incurfu, sibi hoc persuadere non potuit, ut vernum illud jejunium vel unico aviculæ aut oviculæ frustillo minimum violaret,

Hegef. l. 2.

Seneca l. 3. de Ira c. 16.

Pari est levamentum malorum etiam ingentium.

Patientia opprimere dolorem.

Er animi vim auget asperitatemque doloris imminuit. Extremitas in dolore est gaudii principium.

Ioan. 6. 5. & v. 1. ad 16. Paupertas gravis morbus est.

rebus. Mo. gum. mihi pag. 968. Wolfgangus valetudinem offensiorè habere maluit quam Ecclesiâ. * Valetudinem.

violaret, praesertim cum per morbum vel naturam, nec piscibus quidem vesci posset. Ovis igitur & iusculis contentus tantus princeps, omnem aliam aulæ lautitiam mensâ suâ excludit; voluitque non solum non alius, sed nec sibi esse offensionem. Sic Ecclesiam matrem, se verò filium professus est, cuius scilicet esset, matris leges sanctissimè potius servare, quam eas explicare in suum favorem. Ergo in lethali morbo ab omni pecude tam squamosâ quam pilosâ constanter abstinit. Atque hoc primum: Alterum; in eodem morbo preces Canonicas nunquam omisit. Sed & illud in illo praclarum: Cum querela esset ad ipsum delata; feras segetibus nocere: Bene est, inquit, faciliè huic incommodo medebor: malo ego ferinâ omni carere, quam propter illam subditos in damno esse.

Ubi jam illi queruli agroti, sibi que tam indulgentes, qui cum non omnia ad nutum fluunt, caelum terrarum miscent. Vel saltem purpuras sequantur, si nolunt centones. Menducios nudâ humo cubantes amulari renunt? duces & principes in lectulis decumbentes imitentur. Lazari aut Laurentii exempla nimis antiqua sunt aut ardua? Tantorum praesulum recentissimis factis paria facere conentur. Nimis ignavi militis est, non tantum non commilitonis, sed nec ducis exemplo moveri.

§. 27. *Patientie speculum, Rex Maximus.*

Bono animo nulli cruciatus corporis sunt extimendi, ac ne mors quidem. Cur hanc vel illos metuar? qui sibi probè conscius est, novit homini nihil hic timendum praeter peccatum. Mortem desiderant boni, ut portum naufragii, ut finem dolorum, ut belli diuturni ac periculosi lauream; sciunt se probati hac ratione, non damnari.

Philippus II. Hispaniarum Rex, grande posteris exemplum, tam iniquâ valetudine conflictatus est, ut omne genus deterrimorum morborum in eum unum conjunctum videri potuerit: totius corporis doloribus gravissimè oppressus jacebat, quid nisi spirans cadaver. Dixisset hunc Principum Regumque maximum, *Calamitatis trutinam & Morborum tabernam* congruè vocari. Morbi, quibus simul eodemque tempore conflictabatur, hi praecipuè numerantur. 1. Arthritis, seu morbus articularis. 2. Manuum pedumque ulcera. 3. Apostema genu & dextri musculi. 4. Febris continua. 5. Hydrops, & sitis perpetua, maxima. 6. Febris Tertiana. 7. Dysenteria. 8. Insomnia. 9. Accessit, quod nullam in partem moveri potuerit. Horum morborum pænè singuli satis fuerint ad cruciatus & mortem inferendam: quid non fecerit omnium simul incurtus? Sed ille animo, quo valebat, generosissimo, & verè Christianâ patientiâ, hos omnes morborum impetus sustinebat, tantò sanior ac vegetior mente, quanto minus corpore, illustrissimum profus patientiæ Christianæ speculum. Hoc Philippus à Jobo didicit, magno illo in terrâ Hus principe, quem tot abacti greges, tot ademptæ opes, tot ruinâ oppressorum pignorum inopinatus interitus, statu movere non potuerunt. Nudum ipsa nuditas, miserum ipse miseriam quasi oblectabant. Nudum se ingressum, nudum egressum caneat, & tanquam pro beneficiis Deo gratias agebat, & laudes psallebat: *Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum*. Non illum criminationes amicorum, non aliorum contemptus, non uxoris blasphemia irrisio, & acerbissima insultatio vincebat: hanc increpabat, illos refellebat, omnes monebat: diceret etiamnum in throno sedere regnarem. Plagâ pessimâ totum corpus percussum scatebat ulceribus, sanies defluebat, omnibus membris velut cavernulis erodentes vermiculi erumpebant, vivum erat cadaver: his cruciatibus nec cantillum frangebatur: saniem velut otiosus sui spectator testa radebat; putredinem fororis, vermium agmina fratarum loco amplexabatur;

Ignavi militis est, ducis exemplo non moveri.

Homini nil timentum praeter peccatum.

Describit hoc Cervera Turrianus de felici excessu Philippi II. Hispaniarum regis. Idioma re Hispan. Franciscus Guillimannus Latino.

Morbi quibus confictabatur Philippus II. Rex Hispan. Eius patientia.

A & (Tertullianum agnosce) erumpentes bestiolas in eodem specus & pectus foraminosa carnis revocabat. Unde murus hic aeneus, & robur triplex circa pectus tam calamitosum? Quia nihil sibi malè confcium erat, nullis culpis pallesebat. Fortunæ illud regnum diabolus abstulerat; proprium animæ patientis & æquæ imperium nec abstulerat Jobo, nec ulli nostrum potest auferre. Vis videre & audire Jobo potentiorum? Attende, nam & ipse attentionem postulat.

§. 38. *Patientie specimen, typus, speculum, exemplar absolutissimum, Christus Dominus.*

Vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte, *Thren. c. 1.* *si est dolor sicut dolor meus:* ad te Christus de cruce clamat. Per viam hanc Calvariae transis, cum adversa pateris; sed transis tantum, quia dolores tui quicumque, ad hoc dolorum æstuarium ac pelagus nihil sunt, doloris imagines sunt. Istius crucifixi verus est dolor, in quo

B toro nihil est quod dolore sit liberum. Ossa, nervi, venæ, & si quid horum à flagris & spinis illæsum, per funium ultimam extensionem, immaniter jam cruciatur. Nec est qui hæc tormenta tanta vel verbulo molliat. Amici plorantes (& quor eorum?) nil profunt; fugitivi discipuli deserunt; insultantes inimici affligunt, & quem antea clavis, jam probris & linguâ configunt. Sed nec afflictißima mater juvare potest. Ipse Pater iratus derelinquit in tormentis filium; cuius oculi sputis, tabo, lacrymis pleni nil nisi lacrymantem matrem & triumphantes hostes aspiciunt; aures contumeliis saturæ nil nisi sarcasmos & blasphemias audiunt; lingua felle corrupta, siti exusta, frigidam rogat, nec impetrat; nares cadaverosus fœtor ad extremum usque halitum cruciat; flagella & vepres recentissimos etiamnum rivulos sanguinis protrudunt; membrorum compagine luxata ossa numerari cupiunt; purpurati clavi dimissuros se negant nisi mortuum. Quidquid designes toto corpore, certum cruciatum ostendis; animum extremè afflictum omne solamen destruit. Et tamen in tantis suppliciis non questus, non indignatus, nulli malè imprecatus, imò veniam deprecatus est omnibus; tot patientiæ dedit documenta, quot tulit vulnera, quot injurias. Attende jam & vide, si sit dolor tuus, sicut dolor tui Domini, tui Servatoris. Christum non amas, si pari recusas.

§. 39. *Panoplia egroti Patientia.*

Interrogatus Demosthenes, quid in eloquentiâ judicaret præcipuum, respondit: *Actio*. Roganti, quid proximum? respondit: *Actio*. Roganti, quid tertium? Nil aliud respondit, quam *Actio*. Ita primum præmium actioni; sed & alterum ac tertium eidem attribuit. Si egrotò quaeratur, quid egrotò maximè sit necessarium? optime respondit qui dixerit: *Patientia*. Si denuo quaeratur quid utilissimum egrotò? Idem quod ante respondendum: *Patientia*. Iterum quaerenti quid decentissimum in morbo? Hoc ipsum repetendum: *Patientia*. Una sibi Patientia triplex hic præmium deposcit: uni eidemque prima, & altera, tertiæque est assignanda laurea. Hoc ori divino credamus. *In patientiâ vestrâ possidebitis animas* *Luc. c. 21. vers. 19.* *vestras*. Nec aliter Paulus: *Patientia, inquit, vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes reportetis promissionem.* *Eccl. vers. 36.* *quid tibi vis ò impatiens? Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.* *Act. c. 14. vers. 22.* *de nascitur rosa quâ coroneris.* Veritas proclamatur: *Qui non bajulat crucem suam & venit post me, non potest meus esse discipulus.* *Luc. c. 14. vers. 27.* *Igitur Augustini consilium admittite, & Augustinus Patere quod non vis, ut assequaris quod vis.* Hoc ipsum Salomon inculcat: *Disciplinam Domini, filii mi, ne abicias: nec prodes deficiat cum ab eo corripieris, quem enim diligit Dominus, corripit: & quasi in filio complacet sibi.* *Prov. c. 3. vers. 11. & 12.*

A Tutelari tuo Angelo idem tibi quod Tobia dicitur: *Tob. c. 12.* *Etum crede: Quia acceptus eras Deo, ideo necesse fuit, ut tentatio*

Christus in suppliciis non est questus.

egrotò necessaria est patientia.

Tob. c. 3. & ratio probaret te. Hoc autem pro certo habet omnis, qui te co-
u. 21. ad 24. lit (ô Deus) quid vita ejus si in probatione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & si in correptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit. Non enim delectaris in perditionibus nostris: quia post tempestatem tranquillum facis, & post lacrymationem & sletum, exultationem infundis. Sit nomen tuum Deus Israël benedictum in secula.

Luc. cap. 6. Ergo, Beati qui nunc sletis, quia ridebitis. Vasa figuli probat fornax, & homines justos tentatio tribulationis. Egrotus
vers. 21. igitur ad omnem patientiam compositus dicat: *Tram Domini portabo, quoniam peccavi ei: donec causam meam judicet, & faciat judicium meum, & educet me in lucem, videbo justitiam ejus.* Quod si divina ira tam gravis est quæ purgat, quàm erit gravis quæ damnat? Hanc nulla, illam vel mediocrius flecit patientia. Quapropter, mi ægrote, ad omnigenam te patientiam componere: Patientia tibi ante omnia summè necessaria est. * Cibus tibi fortasse non sapit? Patientia: commune hoc ægrotis est, & plerumque primum, eduliorum gustum non habere. Somnus tibi brevis & interruptus? Patientia, ægroti vix unquam tam bene dormiunt ac sani. Dolores te urunt? Patientia: hoc morbi proprium, hoc ægrotare est. Fortasse negligentis tibi ministratur? Patientia: ægroti in omnibus satisfacere, difficillimum. Fortasse delinunt qui recerent & solentur? Patientia: Christus Dominus consolator est optimus. At multa defunt, quæ necessaria videntur? Patientia: desunt omnia, unica modò addit Patientia, & salva exiit omnia. Ad Carolum V. Imperatorem articulari morbo laborantem Elector Brandenburgicus Joachimus revellit, monuitque medicorum operâ utendum. Cui Carolus: *Optimum hic remedium, inquit, est patientia.* Ita profusus: *Ægroti Panoplia est Patientia, hac ille se armet, & nec morbum, nec dolores, nec mortem nimium formidabit.* Cum his ille hostibus fortiter congregietur, & certò vincet: Nam Patientia vincit omnia.

* Si illud fortasse minus elegans, cerè prudens Anton. Guevarai dictum est: Non exit clamor in valetudinario, si patientia fuerit in infirmo, & charitas in infirmario.

Patientia amatus nec mortem nec dolores timet.

§. 40. Tandem migrandum est, hospites sumus.

Cic. in Cat. Vita nostra hospitio similis. Nos in domo alienâ & precariâ versamur, vix in eam admitti dimittimur, & cum abeunte abit recordatio, tanquam memoria hospitiis unius diei præterierit. Non credis? redi post dies pauculos, & narra te ibi pridie hospitarum, negabit diversitor, se tot supervenientibus ullius meminisse: sic fluctus fluctum elidit, nubes nubem. Luculentissimè Augustinus: *Omnes, inquit, peregrini sumus. Ipse est Christianus, qui ser. 31. sine, & in domo sua, & in patria sua peregrinum se esse cognoscit.* Patria nostra sursum est, ibi hospites non erimus. Nam unusquisque hic & in domo sua, hospes est. Si non est hospes, non inde transeat. Si transurus est, hospes est. Non se fallat, hospes est: velit, nolit, hospes est. Sed dimittit illam domum filiis suis, hospes hospitibus. Quare? Et in stabulo si esses, non alio veniente discederes? Hoc facis & in domo tua. Cessit tibi locum pater tuus, cessurus es locum filii tui. Nec mansurus manes, nec mansurus relinques. Si omnes transimus, aliquid quod transire non potest, operemur: ut cum transierimus, & illò venerimus, unde non transcamus, opera nostra bona tibi inveniamus. Quando igitur hospites sumus, migrare non reculemus. Non est lætius iter peregrino quàm in patriam.

§. 41. Certus vita terminus.

Iob cap. 14. Veneris mensum ejus, apud te est. Constituisi terminos ejus, qui præteriri non poterunt. Quidquid agas, ô homo, quidquid moliaris, vitæ tuæ dies jam annumerati sunt tibi. Orbis medicos ad te convoca; Podalorios, Machaonas, Esculapios, Hippocrates & Galenos omnes reviviscere jube, non hi omnes vel horulam annis tuis apponent, ultra quam velit Deus, * Pharmacopolia exhaurias, aurum & uniones glutias, ut vitam extendas, tamen terminos qui præteriri non poterunt, non promovebis. Cautus sis, quantum velis, vitæ pericula om-

* De ultimo vita termino sermo est.

nia declines, morborum principiis obstes, numerum mensum tuorum non augebis. Optes, voveas, roges, nihil agis; vitæ tuæ termini jam constituti sunt, nec unquam (quidquid resistas) præteriri poterunt. Arcnam maris tu quidem innumerabilem credis, sed & hanc numeratam habet is, qui vitæ tuæ annos, menses, dies, horas, momenta habuit numerata jam ab æterno. Quidquid vel ars tua, vel industria tibi promittant, spatium vivendi nec unico momento tibi reddent auctius. Ciborum tibi præstantissimorum copia sit & selectus; vini florem bibas; nunquam labores nisi ad sanitatem; tantum somni capias quantum & lex arcliatrorum, & ratio valetudinis poscit; ad numerum & caleas & algeas, nihilominus mortalis eris, & ubi vitæ tuæ metam (quam Deus ab æterno prævidit) contrigeris, age vale dicte rebus humanis, & ad rationem reddendam te para; tribunal te vocat. Nullam hinc moram, nullas inducias, nullam comperendinationem quaere. Evadendum est; ne tergiverses: ratio reddenda est; ne excusa: mora omnis præcisa est; ne dilationem postula. Numerus mensum cujusvis hominis apud te est, ô Deus: constituisi terminos ejus qui præteriri non possunt, non possunt, non possunt. Neque Senecam hoc latuit; *Nemo, inquit, unius citò moritur, qui victurus diutius quàm vixit, non fuit. Tulit suum, metaeque dati pervenit ad ævi.*

Fixus est cuique terminus: manebit semper ubi positus est: nec illum ulterius diligentia aut gratia promovebit. Lecticam tuam centum medici, sexcenti amici, mille cognati sepiant, eorum tamen nemo juvare te potest, unus & solus Deus potest. Actum est de te, ô homo, actum est, & quidem actum est in æternum, si tunc hostem habebas Deum. Æternum periisti, si hoc mortis momento à Deo recessisti, aur, si prius recesseris, ad Deum non accessisti, receptus in gratiam. Ultimum vitæ tuæ momentum sententiam de te pronuntiat. Qualis moreris, & cadis, talis resurges, talis vives in omnem æternitatem. Ah! sapere incipe, & Deo vivere. Quidquid agis, memento æternitatis.

§. 42. Prima ægroti Objectioncula.

Facile me ipsum solari potui cum sanus & valens fui: facile provocabam mala albertia: ecce dolor, quem tolerabilem esse dicebam: ecce mors, contra quam multa animosè locutus sum: Nunc animis opus Ænea, nunc pectore firmo. Nimirum aliud sensi cum steti, aliud nunc sentio cum jaceo, in lectum dejectus. Extra arenam hostem lacescere facile est; in hanc inferte animum illum quem extra hanc conceperis, difficile. Mortem passim contemnimus, sed cum extra mortiferi reli jactum nos esse credimus. At verò cum homo se in eodem cum morte circo conclusum videt, hostem quem speraverat, timere incipit. Atque adeo aliud est, luctam meditari, aliud luctari: illud etiam timidi norunt, hoc non nisi fortium est.

Quid ais, mi ægrote, quid contra te ipsum quereris? quid pristinam eamque bonam mentem mutas? Quasi verò pugilis sit, cum in umbrâ est, sapere, & animos alios gerere; cum luctæ suæ pulverem ingreditur, desipere & animo collabi. Bonus gladiator etiam in arenâ consilium capit, etsi prius inops consilii. Stas, mi homo, & aude: vicisti, si velis vincere; si possis non desperare. Editorem & Munerarium tuum Christum aspice te aspicientem. Cerraminis tui non spectator tantum est, sed & adjutor: & omnia arma quibus ipse usus, quasi manu non tantum cerraminis spectator est, sed adjutor, Deo committe. Nosti illud Abrahami ad filium: *DEVS PROVIDEBIT.*

Ars vel industria spatium vivendi non potest reddere auctius.

Nulla inducia querenda. Consol. ad Marcianum cap. 20.

Ultimum vitæ momentum sententiam pronuntiat.

Homo mortem contemnit cum extra reli mortiferi jactum se esse credit.

Christus non tantum cerraminis spectator est, sed adjutor, Gen. c. 22. vers. 8.

Objection-

Obiectiuncula altera.

Spatia hujus vitae imparia & incerta sunt.

Iacobi c. 4. vers. 15.

Mori est rectum iter ad premium.

Aegrotum querela sunt innumeræ.

Epist. 78. med.

Dolores præteritos retractare miserum est.

Prov. cap. 3. quem enim diligit Dominus, corripit, & quasi pater in silio complacet sibi: flagellat autem omnem filium quem recipit.

Seneca epist. ead. 78.

Ibidem.

Ecce morior, qui diutius vivere poteram. Imò certe non poteris: nam si posses: puto viveres. Sed hoc dicere vis, volebam seu sperabam. Et hoc tibi crediderim, prout animus mortalium vitæ avidus, spei credulus est. Modicum vixi, ais. Quid si plus vixisses, nunquid ideo non vixisses modicum? Spatia vitæ hujus imparia & incerta sunt, cuncta tamen breviter: vixit aliquis octoginta annis, quid hic quæso plus jam habet, quam qui octo: nisi forte curas, laboresque, & dolores, & tædia ac peccata in lucro ponimus. Aut quid plus haberet si vixisset octingentis? nisi virtutes illius numeremus, non annos. Certe etiam Mathusalæ nongenti sexaginta novem anni, quid fuerunt nisi vapor ad modicum parens? Nullus omnino tam diu vixit aut tantum, ut non sibi modicum vixisse videatur, & est planè modicum quidquid hîc vivitur: itaque si diu vivere delectat, vita illa quærenda est, ubi semper vivitur, quæ etsi hîc non sit, tamen hîc quaritur. Sed ego morior, inquis, dum bene agere cogitabam. Quid agere cogitabas, nec agebas? Sic forsitan in perpetuum cogitasses. Sunt qui bene agere semper cogitent, nunquam tamen incipiant, nunquam agant. Tu, credo, unus illorum eras. Quod si bene agere cœperas, ne dubites, quamvis boni operis finem mors præverrat, apud infallibilem rerum æstimatorem nil tibi subtrahitur; integra merces tuâ est, non actuum modò, sed & votorum. Bono sis animo. Rectum & breve iter ad præmium est, MORI.

§. 43. Contra alias ægroti querimonias.

Aegrotum innumeræ plerumque querelæ sunt. Vix loquuntur, quin simul & querantur. Quoties illæ voces ægroti audiuntur? Heu me miserum, me afflictum, me oppressum doloribus? quoties ex alto suspensiosum Ah, & Heu, æger ingeminat? Sed si rem ad veram rutinam examinarit, stilum vertet, dicetque sapius: Bene est, bene habet: sic Deo placet, sic meo Creatori visum est: me felicem; beatum me inter verbera nontyranni sed patris: Deo laus, Deo gloria: cælum sit in præmium omnibus mihi bene facientibus. Sic, ægrote, sic decet, sic oportet. Seneca sapienter hoc monens: Noli, ait, mala tua facere tibi ipsi graviora, & te querelis onerare. Detrahendas præteritorum dolorum conquestiones puto, & illa verba: Nulli unquam fuit pejor. Quos cruciatus, quam mala peruli nemo me surrecturum putavit. Quoties deploratus sum à meis, quoties à medicis relictus? In equuleum impositi non sic disstrahuntur. Etiam si sunt vera ista, transierunt. Quid juvat præteritos dolores retractare, & miserum esse, quia fuerit? Quid, quod nemo non multum malis suis adjicit, & sibi ipse mentitur. Circumcidenda igitur duo sunt, & futuri timor, & veteris incommodi memoria: hoc ad te jam non pertinet, illud nondum. Quid ergo frustra quereris, & dolores ipse tuos impatientiæ ungue fodicis? Miser sum, inquis. Imò beatus es: Bono loco res humanæ sunt, quod nemo nisi vitio suo miser est. Beatus homo qui corripitur à Deo; quem enim diligit Dominus, corripit, & quasi pater in silio complacet sibi: flagellat autem omnem filium quem recipit. Incrèpationem ergo Domini ne reprobes: quia ipse vulnerat & medetur, percutit, & manus ejus sanabunt. An necis, vulnus quod à chirurgo est, medicamentum esse & initium valetudinis? Tu ergo non vulnus, sed manum vulnerantis attende, & fateberis te jam esse multò saniores (certè animo, si velis) quam cum esses sanissimus. At dolorem, inquis, gravem sentio. Quid ni sentias, si illum muliebriter tuleris? Quemadmodum perniciosior est hostis fugientibus, sic omne incommodum magis instat cedenti & averso. Sed gravis est cruciatus. Non est fortium, levia tantum tolerare. Cogita, non dicam tot centena millia fortissimorum martyrum; sed alios tibi non ignotos doloris victores. Narrat Seneca fuisse

A quemdam, qui dum varices præberet excandans, legere librum perseveravit. Martyres afflicti, mutilatos, lectos, laceratos, ustos, confossos, fixos, stillatim ac guttatim mortuos vides. In hos memoriam sparges, & mirare te illis cetera simillimum, illorum tamen patientiam dissimillimam esse impatientiæ tuæ. Sed nihil, inquis, agere me sinit morbus. Itane, nihil omnino? Vide quæso: corpus tuum invalitudo tenet, non animum. Itaque, si cursor sis, tibi pedes sunt ligati; si sutor aut faber, manus impeditæ. Quod si animus tibi esse in usu solet, suadebis, docebis, audies, disces, quæres, recordaberis etiam ægrotus. Quid porro? nihil agere te credis, si temperans æger sis? si ostendas morbum posse superari, vel certè sustineri. Est, mihi crede, virtuti etiam locus in lectulo. Habes quod agas; bene luctare cum morbo, & satis egisti.

Virtuti locus est in lectulo.

§. 44. Aegrotus ad seipsum, contra seipsum.

Quid ago? sicce ante canos morior, nec mihi, quod aliis, conceditur, senescere? nimirum in hoc omnes errore versamur, ut non putemus ad mortem, nisi senes inclinatosque jam vergere: cum eò statim infantia, & juvenus, etatque omnis nos ferat. Aetas senectutis vita immaculata. Senectus omnium pulcherrima est. Probæ vita. Melius est, cani sint senfus hominis quam caput. Senectutis dotibus abundè dives est, qui coluit Deum, qui prudenter vitam instituit, qui bene vixit. Et porro gloriosus est, virtute suâ quàm temporis dono fenuisse. Quicumque ad extremum fati sui venerit, diu vixit, & senex moritur. Stat sua cuique dies, ad quam cum venerit, metam attingit. Sed ea vitæ avaritia est, ut, cum moriendum, omnes nobis juvenes, hoc est, immaturi ad mortem videamur, etiam octogenarii senes. Sed quid frustra annorum tuorum paucitatem numeras? Deus tibi vivendi spatium scripsit in tabulis providentiæ suæ, istud tu non ampliabis. Hoc judicium à Domino omni carni; & qui supervenient tibi, in beneplacito Altissimi: five decem, five centum, five mille anni. Non est enim in inferno accusatio vitæ. In Orbe altero, nulli Deum accusant quod vitam non dederit longiorem; seipfos accusant, quod vitam non vixerint meliorem. Tu igitur hoc age, & annos æternos in mente habe. Nulla est jaçtura punctum temporis amittere, & æternitate lucrari. Generosissime dixit Rex Macedo: Ego me melior non ætatis spatio, sed perennitate. Tu quoque te metiaris, non annorum termino, sed æternitate, quæ nullum habet terminum.

Aetas senectutis vita immaculata.

Senectutis dotibus quis sit dives.

vitæ quæ?

In inferno accusatio vitæ.

Chr. lib. 9. cap. 12.

§. 45. Aegrotus ad Deum.

Deus meus, & desiderium cordis mei. Ego misellus homuncio, & vermiculus vilissimus, hîc lectulo affixus jaceo, sine manuum & pedum usurotiosus, iners, torpidus, inutillis servulus; terræ grave pondus, nullos pro te labores perfero. Desidero tamen, ô Deus, desidero tui causâ quàm plurimum laborare: desidero pro te algere, æstuarè, fatigari, vexari, cruciari pro te: famem & sitim, molestias pro te quàm plurimas perferre, dolores pro te acerbissimos tolerare desidero.

Hoc me desiderare docuit beatus Dominicus, qui cum maximis doloribus solito gravius urgeretur, monitus est à socio, rogaret Deum mitissimum agi. Cui vir sanctus subiratus: Nisi, ait, de tuâ simplicitate mihi constaret, te protinus hinc expellerem, quod hæc dicere non veritus sis. Et mox in nudam humum se abiciens: Gratias, inquit, tibi ago, mi amantissime Deus, pro his quæ mihi dedisti perferenda. Auge dolores, multiplica cruciatus, da centum morbos: dabis etiam, sar scio, simul patientiam.

Chronicon S. Dominici.

Ecquid ego aliud dixero, quàm hoc ipsum: Exiguum nimis est quod patior, ô Deus, his doloribus (alios, atque alios adde. Saviora longè verbera sum meritis, quàm tu mitissime Deus parcente manu infligis. Hic Domine

Domine ne parce, hinc ure, hinc seca, hinc lacera, modo a parcas æternum. Si mihi sint centum corpora, centum ego cruces, tui amore, vestire velim: modo tibi placeam, modo inter tuos numerem, ð Pater amantissime, quidquid mihi tandem doloris aut laboris sit sustinendum. Nullos labores, nullos dolores respuo, nullos excipio. Tua in me voluntas, Domine, integrè fiat. Scio enim, quàm bonum sit & facile, tibi, Deus, servire; apud quem opus, & operis faciendi voluntas æquali sæpe præmio afficiuntur: apud quem voluisse facere, & fecisse, ejusdem esse pretii & meriti potest.

Ego jam ad quietem, à te, ð bonitas, componor: nox mea mihi venit, quàm nil ampliùs operari possum. Sed tamen, licet posse operari morbus mihi eriperit, non tamen eripuit velle operari. Volo, Domine, volo, & dum in me superest vel halitus, tui amore & facere & pari paratus sum quidquid centum, quidquid mille famulorum tuorum tuo amore flagrantissimi faciunt & patiuntur. Dic tantùm Domine, quid me vis facere? quid pati me vis? Plenos ego tibi bonorum desideriorum Mundos offero. Ad Indos curram & extremos Japonas, sed voluntate curram & desiderio: non obstant huic montium juga, non præcipitia vallium; illa conscendam, hæc subibo: animum meum non morabuntur nivium cumuli, non eluviones aquarum; hos transmeabo, illas pertrampam: non saxa, non ignes revocabunt; illa percalcaturum, hos suppreffum ibo. Irrisiones etiam, contemptum, convitia, falsas accusationes pro te lubens volens patiar; propter te, ð æterna Sapientia, stultus haberi non tantùm non recuso, sed ambio; sed & verbera pro te & tela accipere affecto, milles pro te mori ardentè concupisco. Nihil nimis arduum, nil nimis acerbum; nihil nimis difficile, nil erit inexpugnabile. Omnia sperare; pervincam & expugnabo omnia, te duce & adjutore. Et quidquid per vires non licebit, quocumque pedibus aut manibus perrepere non poterò, illuc desiderio accedam, eò expeditis cogitationibus pertingam, id voluntate saltem & animo evincam.

Sed nunquid hæc tanta desideria, si in opus prodeant, cælum mihi referant? nunquid si hæc omnia factis præsentato, aspectu Dei dignus ero? Ah! Domine Deus meus, si patiar & faciam, quidquid omnes unquam sanctissimorum hominum passi sunt & fecerunt, quidquid etiam pati aut facere voluerunt, non tamen ideo dignus sum qui vel momento te fruatur; quantum minus ero, cum hæc exigua & opere cassâ desideria tibi offero. Quibus ergo modis iter ad cælum mihi expediam? O infinita bonitas, si me misereri nolis, actum est de me: in cælum nunquam admittar, si tua misericordia excludat. Unicum ergo mihi asyllum restat, unicum refugium ab irâ tuâ & iustâ in me indignatione. Misericordia tua, Domine, Oceanus est & immensissimum mare, in hunc ego me Oceanum, in hoc mare præcipitabo, cum me voluerit mors de hoc vitæ colliculo dejicere. Sed etiam nunc dum colliculum hunc occupo, in inexhaustum tuæ, ð Deus, infinitæ misericordiæ pelagus me abjicio, certâ spe, in his aquis tutum me fore ab inferorum incendiis. Clamo igitur cum Davide:

Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.

Sed & in extremis meis angustiis, in supremâ & ultimâ vitæ meæ horulâ, cum anima meæ jam erit è veteri suâ tabernulâ migrandum, hoc ipsum pro me clamare volo singulas respirationes meas: imò jam superstes & sanus deliberatissimè & ardentissimè volo, & jubeo, ut in ipso mortis meæ momento, aut proximo ante illud tempore, singulantis spiritus meus, tam Angelis quàm hominibus vel singulando significet, se ad te, ð Deus, clamare, neque verò aliud quàm hoc ipsum:

Tom. I.

MISERERE MEI DEVS, SECUNDVM MAGNAM MISERICORDIAM TVAM.

§. 46. Egrotus cum Deo paciscitur.

Svmmum illud ac panè ultimum Ecclesiæ Africanæ decas, Fulgentius, Ruspensis Pontifex, doctrinâ & vitæ sanctimoniâ conspicuus, septuaginta diebus ante obitum, assiduè ingeminabat has voces:

Domine, da mihi modò patientiam; postea indulgentiam.

Hoc vir sanctissimus contra vim morbi, velut scutum objiciebat. Imò quò vehementiùs urebat dolor, eò ardentius precabatur hic præsul:

Patientiam, ð Domine, patientiam; postea da indulgentiam.

Hoc est cum Deo suavissimè pacisci, nec præmium ante laborem, nec triumphum capere ante victoriam, nec amoenissimum montis jugum sine sudore velle conscendere. Obiit Fulgentius ipse Januarii Calendis, novum utique animum exorsus in cælo nunquam finendum.

Beatus Richardus Cicestrensis Antistes, ille aliis tam benignus, sibi rigidus, qui tria millia pauperum panè unico refecit, qui non hispido solum cilicio, sed & ferreâ corpus lorica domuit: hic in fatali morbo, jam ultimâ linæ admotus, illud Christi Domini creberrimè repetiit:

In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.

Subinde & Matrem Domini his vocibus inclamabat:

Maria, Mater gratias, Mater Misericordiæ, Tu nos ab hoste proteges, Et horâ mortis suscipe.

Inter quas voces animam reddidit Conditore. Nimirum quibus dura vita est, vix dura mors est. Et quemadmodum mori, pœna improbis, sic portus est probis, & ingressus ad immortalem vitam. Ita mors invitis imperat, volentibus servit.

§. 47. Deo gratias, assiduum sit egroti canticum.

Virgo beatissima, Domini mater, MARIA, ne unquam Deum benedicere cessaret, uti Bonaventura loquitur, illud unum in ore semper habuit: Deo gratias. Neque aliud ferè respondere solita est, quàm hoc ipsum, Deo gratias. Hanc loquendi consuetudinem Ecclesiæ in tali auctore piè reverita, suis omnibus voluit esse usitatissimam. Hinc illa Christianis olim, uti jam Religiosis, in omni salutatione & congressu familiaris vox: Deo gratias.

Divus Cyprianus cum à Proconsule Galerio interrogatus brevissimè respondisset, recitatâ tandem è tabellâ sententiâ: *Thysium Cyprianum gladio animadverti placet: num. 30.* dixit Cyprianus, Deo gratias. Spiculatori verò aureos viginti quinque numerari iussit à suis diaconis. Laurentius Martyrum antesignanus, in candente craticulâ affatus gratias egit. Thelica quoque fortissimus martyr dum unguis laceratur, hoc ipsum inter carnificum rabiem ingeminavit: Deo gratias. Euplius etiam martyr, qui de mum suspensò ad collum Evangelio plexus est capite, sæpius iteravit hoc unum, Deo gratias. Bonifacius itidem martyr, in sævissimis cruciatibus: Gratias, inquit, tibi ago, Domine JESU. Beata Clara continuè viginti octo annis, morbo intabescens, assiduè Deo gratias recitavit. Anima qua benedixit, impinguabitur. Verissimè dixit Augustinus: Quid melius & animo geramus, & ore promamus, & calamo exprimamus, quàm Deo gratias? Hoc nec dici brevius, nec audiri latius, nec intelligi gratius, nec agi fructuosius potest. Deo gratias, qui te tam fideli pectore ditavit.

&c. In adversis, inquit Chrysostomus, infideles maledicunt, Christiani gratias agunt. Vide quanta sit hæc philosophia, cum Deum laudat, diabolum putescat, quod malè sit. Etum est, nihil esse facti. Nam & tu simul gratias agis, & Deus dolorem amputat, & diabolus abscedit. Nihil hac lingua sanctius est, quâ in adversis Deo gratias agit. Certè non est inferior

Prov. c. 11. vers. 25. Tom. 2. epist. 77. ad Avel. Pont. To. 4. hom. 8. in c. 3. epist. ad Coloss. mibit. 1159.

Tom. I. F. lingua

Morbus non potest eripere velle operari.

Misericordia est unicum asyllum ab irâ Dei.

Mori pœna improbis, portus probis est.

De Patient.
cap. 13.

lingua Martyrum; utraque pariter coronatur. Tertullianus A Jobum commendans: *Cum ille homo, inquit, ad omnem acerbum nuntium, nihil ex ore promeret, nisi Deo gratias.*

Unum Deo
gratias in
arumnis
dictum
quantum
valeat.

Joannes Avila peritissimus interioris hominis magister, dicere solebat: Plus valet in arumnis & doloribus unum Deo gratias, quam sex millia in rebus prosperis & bonâ valetudine. Nam Deo gratias agere, inquit, tempore consolationis, est omnium; atqui tempore calamitatis, propriè proborum.

Gratiarum
actio inter
adversâ est
musica

Deo gra-
tissima.

2. Theff. 4. 5.
vers. 17.

Morbis est
majus be-
neficium,
quam si
omnia ad-
natum
fluant.

2. Theff. 4. 5.
vers. 17.

Quare, mi optime ægrote, per tuam te salutem oro sic animum, sic linguam forma, ut quo pejus tibi est, hoc tu promptius dicas: Deo gratias. Tum denique imitator crucifixi Domini censeberis, cum etiam in doloribus audebis dicere: Fastidia vexent, mœrores angant, desint plurimæ; Deo gratias: Saviant dolores, augeantur cruciatūs, tormenta crescant; Deo gratias: Discepar, dilanier, occidar; Deo gratias. Hæ voces cælum penetrant, hæc musica Deo gratissima; gratiarum actio inter adversâ & tormenta. Ad hoc hortatus Paulus: *In omnibus, inquit, gratias agite: tam in morbo, quam in valetudine commoda, tam in inopia, quam in copiâ, tam in perturbacione quam in tranquillitate, tam in adversis quam in prosperis. In omnibus gratias agite.* Non enim minus, imò plerumque majus beneficium Dei est, morbus, inopia, solatii destitutio, honoris privatio, quam si omnia ad nutum fluant. In omnibus ergo agende gratias. In quacunq; mentis positione sit ægrotus, dicat tamen: *Benedicam Dominum in omni tempore; semper laus ejus in ore meo.* Nullum sit momentum, nulli sint dolores, in quibus ægrote grave sit dicere; Deo gratias. In omnibus gratias agite. Tantò gratiarum actio nobilior, tantò patientia est gloriosior, quò morbus aut dolor vehementior.

S. 48. Ægroti vera in Deum fiducia.

Mori est
serium ne-
gotium.

MORI, serium est negotium, & ars minime ludicra. Et meritò possit ex ægrote quaeri: Visne te totum æternitatis alex committere? Viam iniis & longam & ignoram, & quò pervenies? His optimè responderit æger qui non miserorum illud mullitarit; *Debeo, Cogor.* Sed illud potiùs erectâ mente dixerit: Spiritum meum Deo meo libens volens impendam: ita me committo æternitati; ita lætus abeo.

2. Theff. 4. 5.
vers. 17.

Sic profusus, sic & sani sentiant, præsertim ii qui velut moribundi obeunt. Ex horum numero rectè quis dixerit: Jam pridem mori cœpi, jam morior, jam delibor & consumor, jam iter ad æternitatem infisto. Et quia Dei misericordia finem nescit, & mensuram omnem excedit, sic pergo intrepidus: *In te, Domine, speravi, non confundar in æternum* (sic spero) in æternum, in æternum. Et quamvis è divinis paginis mille me oracula confirmet, largissimam tamen rationis lucem, quam hic Romanus sapiens allucet, non sperverim. Quid de morte, & verò etiam quid de reditu à morte ad vitam sit sentiendum, à præcis sic docemur.

Seneca
epist. 102.
post med.

Cum venerit dies ille, qui mixtum hoc divini humaniq; fecernat, corpus hoc, ubi inveni, relinquam: ipse me Deo reddam. Nec nunc sine illo sum, sed gravi terreniq; detineor. Per has mortalis ævi moras, illi meliori vitæ longioriq; proluditur. Quemadmodum novem mensibus nos tener matrem uterus, & præparat non sibi, sed illi loco, in quem videmur emitti, jam idonei spiritum trahere, & in aperto durare: sic per hoc spatium quod ab infantia patet in senectutem, in alium naturæ summum partum. Alia origo nos expectat, alius rerum status. Nondum cælum, nisi ex intervallo, pati possumus, proinde intrepidus horam illam decretoriam prospice: non est animo suprema sed corpori. Quidquid circa te rerum vides, tanquam fascinas non asportandas aspice. *Transendum est.* Dies iste quem tanquam extremum reformidas, æterni natalis est. Depone onus.

Spatium ab
infantia in
senectute
in alium
naturæ par-
tum nos
sumit.

Vitæ dies
extremus,
æterni na-
talis est.

Quid cunctaris? tanquam non priùs quoque, relicto, in quo latebas, corpore exieris? Hæres & reluctaris: tum quoque magno nilu matris expulsus es. Gemis, ploras; & hoc ipsum flere, nascens est. Sed tunc debebat ignosci; rudis & imperitus omnium veneras, ex mater-

Nascens
est flere.

norum viscerum calido molliq; fomento emissum efflavavit aura liberior. Deinde, offendit durâ mânus tactus; tenèrque adhuc & nullius rei gnarus obstupuit inter ignota. Nunc tibi non est novum separari ab eo, cujus ante pars fueris: æquo animo membra jam supervacua dimitte, & istud corpus diu inhabitatum pone. Scinderetur, obruetur, abolebitur. Quid contristaris? ita solet fieri. Percunt semper velamenta nascentium. Quid ista sic diligis, quasi tua? istis operatus es. Veniet, qui te revelet dies, & ex contubernio facti arque olidi ventris educat. Hinc nunc quoque tu, quantum potes, subvola: utique etiam necessariis, quæ cohærebunt, alienus. Jam hinc altius aliquid sublimiusq; meditare. Aliquando tibi naturæ arcana retergentur, discuntur ista caligo, & lux undique clara percutiet. Nulla serenum umbra turbabit: æqualiter splendebit omne cæli latas; dies & nox aëris infimi vices sunt. Tunc in tenebris vixisse dices, cum totam lucem totus aspexeris, quam nunc per angustissimas oculorum vias obscure intueris, & tamen admiraris tam procul: Quid tibi videbitur divina lux, cum illam suo loco videris? Hæc cogitatio nihil sordidum in animo sublidere sinit, nihil humile, nihil crudele. Deum omnium rerum esse testem ait. Illi nos approbati, illi in futurum parari jubet, & Æternitatem proponere, quam qui mente concepit, nullos horret exercitus, non terretur tubâ, nullis ad timorem minis agitur.

Quis obse-
cro Seneca
hæc mysteria
expofuit

Quid quæso sanctius Christiani? Hæc cogitemus, hæc meditemur. Nemo bonus malè moritur, nemo malus, bene. Brevis ad æternitatem via est mors.

Æternitas
mèta conce-
pta nul-
los exerci-
tus timet.

S. 49. Constantia.

Constantia, obsecro, constantia. Nulla est patientia, si desit Constantia. Sed erit qui dicat: Hæc jam altera, jam tertia, jam quarta vel quinta, jam nona hebdomas est, quâ decumbo. Objiciet alius: Hic jam sextus, jam decimus, jam decimus sextus mensis agitur; ex quo malè haberi cœpi. Non deerunt qui querantur jam se altero, jam tertio, jam octavo, jam decimo tertio anno, & pluribus in morbo esse. O boni! non valde patientis est animi, ad calculum tam exactum, diès, & menses, & annos revocare. Durate, quæso, durate & vosmet rebus servate secundis. Verè patientis, etsi annos plurimos decubuerit, Temporis punctum est, inquit, quo morbus me tenet, cum æternitatem spero. Omnis labor brevis est, requies sempiterna. Fuerunt qui pænè tam diu ægotarunt, quam diu vixerunt.

Nulla est
patientia si
desit con-
stantia.

Patientis
animi non
est ad cal-
culum diès
& annos
revocare.

Beatus Servulus, qui Gregorium Magnum habet encomiastem, à primâ ætate usque ad finem vitæ plurimis annis paralyti detinebatur; ita quidem ut nec manum ad os movere, nec in alterum se latas versare poterit: nihilominus tota pænè Biblia memoriæ mandavit audiendo. Istius vivere quid erat, nisi diu mori? Dumque sic quotidie tot annis moreretur, illud unum, Deo gratias, assidue usurpabat. Huic omnes in morbo anni, licet tam ærumnosi, nihil esse visi sunt ad æternitatem.

Greg. lib. 4.
dial. c. 14.

Beata Lydwina virgo Schiedamensis, ipsos triginta octo annos diversis morbis conflabatur, mendicum illum ad probaticam piscinam emulata. Hanc virginem rectius dixisses mori quam vivere, tot illis annis quos inter gravissimos, inauditos, & pænè continuos dolores exegit. Omnis cruciatuum varietas in illam conjuravit. Annis triginta vix tantum panis comedit, quantum viro robusto in triduum suffecerit; vix etiam tribus noctibus aliquid quietis cepit. Accessit ad tantam morborum sævitiam extrema paupertas, gravis & ipse morbus.

Sen Lydwina
da. Ita Zach.
Lippeloo, &
Franc. Ha-
ras 14.
April. obiit
hæc virgo
anno 1433

* De quo,
hoc cap. 2.
s. 35.

In hac

In hac ærumnarum congerie Lydwina hoc unum affi-
duè pronuntiavit: *O bone Jesu, miserere mei.* Huic etiam
virgini triginta octo anni per maximos dolores acti, vix
punctulum videbantur ad æternitatem.

*Alii Nico-
laam nomi-
nant, de qua
Sarius 25
Hareus 6.
Martii,
obit anno
1447.*

Sed est quæ & Servulum & Lydwina annorum in
morbo consumptorum numero superet. Beata Coleta,
virgo Corbejana incredibilem dolorum vim annis
amplius quinquaginta patientissimè sustinuit. Subinde
octiduo toto vix horulam unam dormivit. Festis ac do-
minicis diebus dolores plerumque augebantur. Quan-
doque tam corporis quam animi ægritudine quætieba-
tur. Et, quod illa singulares Dei favores interpretabatur,
omnia sanctorum martyrum tormenta sanè horrenda
gradatim experta est, aliis cruciatibus super alios divi-
nitus immisit. Inter hos illa sæpius dixit: *O si ego una
omnium febrim astus ac frigora pati possem!* Thea-
trum esse cupio, in quo genus omne morborum ludat,
ut inde Angelis & Deo spectaculum fiat. Lectulus, alio-
rum ægrotorum fomentum, clavis illi ac vepribus spar-
sus videbatur. Hanc illa formidabilem dolorum conti-
nuationem ac seriem, annis, ut dixi, amplius quinquaginta,
admirabili patientiâ toleravit. Verùm & huic
virgini tot anni vix momentum visi sunt ad æternita-
tem. Potuit & hæc virgo cum beato Bernardo dicere:
*Opus meum vix unius est hora: & si plus, præ amore non
sentio.*

*Bernard.
serm. 14. in
Cant. mech.
sero.*

Quare, mi ægrote, si dies & annos tui morbi com-
putes, momentum voca; si patientiam atque constan-
tiam, Beatorum æternitatem spera, labor est exiguus,
brevis dolor, æterna merces.

§. 50.

VT tam sanus quam ægrotus ea quæ sanctè apud
animum suum statuit, in opus possit producere,
& è verbis facere facta, sequentes orationes addimus,
animo confirmando.

I. ORATIO.

Sanis, Ægrotis, Moribundis assidue dicenda.

Divissime Domine Jesu Christe, in unione illius
charitatis, quæ te ipsum Patri obtulisti in mortem,
offero tibi cor meum, ut de me & per me fiat beneplacitum tuum. Dulcis Jesu, hoc beneplacitum tuum
eligo & desidero, quantumlibet adversa, morbus & mors,
insistent, & me totum fidelissimè Providentiæ, sanctissi-
mæque Voluntati tuæ committo. Spero enim, & rogo,
ut me, & omnia quæ circa me sunt, tu dirigas ad glo-
riam tuam, & animæ meæ salutem.

II. ORATIO.

Ad conservandam cum divinâ Voluntate Conformitatem.

Domine Jesu Christe, qui ad gloriam tuam, &
salutem nostram læta permisces tristibus, & ad
profectum nostrum secunda adversaque evenire per-
mittis, bonitati tuæ gratias ago, quod mei fueris recor-
datus, & hac exigua cruce servum inutilem visitaveris.
Peto autem gratiam ut ex hac qualicumque visitatione
tuâ, fructus & proventus, quem tu desideras, conse-
quatur, neque impatientiâ vel ingrati tudine meâ impe-
diatur. Tuam, quæso, manum porrigas, infirmo mihi,
mèque sicut Petrum Apostolum; cum mergi cœpisset
marinis fluctibus, potenti dextrâ erige, ne sub hac cruce
labascam & cœcidam. Quod autem potes, id velis etiam
rogo, ut præsentem & amarum, carni que molestum ca-
licem à me transferas, sicut Regem Ezechiam cum la-
crymis orantem exaudivisti, & lethali morbo mirabiliter
liberasti. Verumtamen non mea, sed tua (quæ semper
justa est & sancta) voluntas fiat. Penes te stat omnis
auctoritas de filiis judicandi atque decernendi, nec

Tom. I.

quispiam te rectius novit, quæ pharmaca morbis no-
stris curandis conveniant. O mi amantissime Pater, ar-
gue, corripe, castiga, ure, seca hoc tempore, ut in æternum
parcas, neque in furore tuo peccata nostra inferni
flammis exuras. Scio multis prodesse virgam tuam, cum
dilectos filios corripis, & corripiendo purgas, exerceas,
probas, priusquam electos coronas. Paratum cor meum
Deus, paratum cor meum, quomodo & quamdiu tibi
placuerit, me virgæ tuæ paternæ subijci meamque pa-
tientiam in cruce probari. In te Domine speravi, non
confundar in æternum. Me totum sanctissimæ volun-
tati tuæ submitto, atque committo. Etiam si me occi-
deris, tamen in te vitæ fontem sperare non desinam. In
manibus tuis sunt fortes meæ.

III. ORATIO.

Ad acquirendam Patientiam.

NOsti Omnipotens Deus, quam vile sit & fragile
hoc manuum tuarum figmentum, quod ex pul-
vere formatum, à levi vento concutitur, frangitur, &
tandem iterum in pulverem evanescit. Adeo nihil est
quod meis ego viribus fidam, qui carne contra spiri-
tum semper reluctante, tot sentio motus indignationis,
impatientiæ, pusillanimitatis, diffidentie, aliarumque
perturbationum, quando vel leviter tangor. Tuam igitur
opem imploro, cælestis medicæ, divinum tuum
pharmacum, quod PATIENTIA dicitur, mihi cupio
communicari. Summum nempe in morbis etiam acer-
bissimis levamentum est PATIENTIA.

Da mihi, quæso, Domine, præsentem & æquo esse ani-
mo, ut velut ambidexter læta & tristia, suavia & aspera
non aliunde quam de paternis tuis manibus profectâ
fuscipiam, mihi que divinitus esse immisâ certissimè
credam, quoniam ad filiorum tuorum exercitationem
ac profectum dirigit omnia.

C Doceat me, obsecro, spiritus tuus, quo confortante
possumus omnia, ut sciam animam meam in patientiâ
possidere usque ad mortem. Tu es Dominus qui aculeos
& dolores omnium & singulorum laborantium
consideras: ego verò licet nondum ad sanguinem usque
restiterim, tamen carnis imbecillitatem & recalcitrantis
naturæ vim sæpe vel invitus experior. Tantò igitur ma-
gis adjuva, Domine, imperfectum meum, ut virtus in
infirmitate perficiatur, & ego sincerè testari possim,
Virga & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Ad hæc
gratiâ tuâ duce respiciam sæpe in faciem Christi mei, &
Filii tui crucifixi, qui se patientibus omnibus absolunt
PATIENTIÆ speculum & exemplar præbet. Sed &
lectissimi ac fidelissimi amici tui in cruce meâ me con-
solentur, qui tanquam aurum in ardenti fornace à te
probari ac purgari, atrocissima quæque supplicia pro te,
uti patientissimè, ita & fortissimè pertulerunt, tantò
nunc Capiti similiores in caelestibus delitiis, quantò an-
tea patientiores fuerunt in gravibus tormentis.

IV. ORATIO.

Ad augendam Patientiam.

VIta hæc nostra peregrinatio est ab exilio ad pa-
triam. Et ne detineat nos amœnitas viæ, quo mi-
nus ad te, DEVS, rectâ & celeriter contendamus, exci-
tas nos stimulis, & spinis pungis, ut concupiscamus re-
quiem & finem itineris. Sunt ergo morbi, fletus, luctus,
mæror, adversa omnia, velut calcæria quibus segnis hic
equus, vel verius, asinus urgetur, ne semper in viâ sub-
sistat. Fac nos, Domine, oblivisci viæ, meminisse patriæ,
atque si adjicis pondus adverstorum, adde etiam robur
ne succumbamus oneri, ad te perpetuè intenti & cre-
cti. Ceterum, tua, Domine, sunt omnia; fac de omni-
bus sine exceptione, quod inscrutabili tuo judicio vi-

F 2

sum

sum fuerit, hoc uno dempto, ne me tibi inimicum esse a patiaris.

V. ORATIO

*Resignationem sui in divinam voluntatem complectitur,
à Ludovico Blesio.*

Dulcissime Domine Deus meus, memor esto, quæso, benignèque considera me pauperem creaturam tuam esse, te verò Dominum & creatorem meum. Ecce ego me in æquissimum iudicium tuum offero, & gratissimæ voluntati tuæ integrè resigno, paratus hunc & alium quemvis cruciatum, quamdiu tibi placuerit, sustinere. Uttere me sicut vis, in tempore & æternitate. Quidquid tu parer calescis in me & de me facere decreveris, facito, nam ad omnia quæ possum humilitate, me totum tibi offero, trado, & resigno. Libenter patiar pro te quidquid super me venire volueris, indifferenter enim volo de manu tuâ bonum & malum, dulce & amarum, lætum & triste suscipere, & pro omnibus gratias agere. Custodi me solum, ô Deus, ab omni peccato, & non timebo mortem, nec infernum, dummodo in æternum me non projicias, nec deleas de libro vitæ, non mihi nocebit quidquid venerit tribulationis super me. Adesto mihi Domine **JESU**, in omni loco & tempore, sitque hæc mihi consolatio, libenter pro te velle carere omni humano solatio. Et si tua mihi defuerit consolatio, tua voluntas & iusta probatio erit mihi pro summo solatio. Sit nomen sanctum tuum nunc & in æternum super omnia benedictum.

VI. ORATIO

Ejusdem sensus, sed brevior.

O Amor ineffabilis, ô dulcissime **JESU**, Deus meus, si mihi dares optionem & promitteres, quæcumque peterem, te daturum, non aliud peterem, quam hoc ipsum quod patior, hoc millies peto, ut laudabilissima Voluntas tua secundum optimum beneplacitum tuum in me, de me, per me, & in omnibus semper fiat.

Hic legi possunt in Imitatione Christi lib. 3. c. 29. & c. 50.

VII. ORATIO.

*Litanie Aegrotis & Moribundis accommodata
à sacris litteris.*

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison, Christe audi nos, Christe exaudi nos.
Pater de cælis Deus,
Fili Redemptor mundi Deus,
Spiritus sancte Deus,
Sancta Trinitas unus Deus,
Qui sanas contritos corde,
Qui vulneras & mederis,
Qui mortificas & vivificas,
Qui deducis ad inferos & reducis,
Qui orantes in suâ infirmitate curare consuevisti,
Qui propter misericordiam tuam magnam, salvos facis omnes sperantes in te,
Qui Job ulcere pessimo percussum sanasti,
Qui Ezechiam ad te clamantem à morbo liberasti,
Qui dæmonium à Sarâ depulisti,
Qui Tobiam lumen cæli videre fecisti,
Qui Chanaanem pro filiâ deprecantem exaudivisti,
Qui socrum Petri à febre liberasti,
Qui mulierem spiritu infirmitatis annis octodecim inclinaram, ad sanitatem perfectam crexisti,
Qui filium Principis jam mori incipientem à febre salvasti,

Miserere nobis.

A Qui puerum Centurionis verbo sanasti,
Qui paralyticos & leprosos curasti & mundasti,
Qui à spiritibus immundis vexatos & obsessos liberasti,
Qui mulierem per tactum fimbriæ tuæ à sanguinis fluxu sanasti,
Qui surdos audire fecisti,
Qui claudis gressum restituisi,
Qui mutorum ora aperuisti,
Qui cæcos illuminasti,
Qui omnes infirmos & ægrotos tangendo sanasti,
Qui omnes oneratos & laborantes rescis,
Qui omnes languores nostros portasti,
Qui filium mortuum matri viduæ vivum restituisi,
Qui filiam Archisynagogi ad vitam revocasti,
Qui Lazarum quadriduam à mortuis resuscitasti,
B Qui ægrotos visitasti, & visitantibus præmia æterna promissisti,
Qui per umbram Petri multos ab infirmitatibus suis liberasti,
Qui per sudaria & semicinctia Pauli multos infirmos curasti,
Qui per ossa Elisæi mortuum ad vitam revocasti,
Deus adjutor & protector noster,
Susceptor & liberator noster,
Refugium nostrum, & cornu salutis nostræ,
Fortitudo & Patientia nostra,
Salvator & Redemptor noster,
Propitius esto,
Propitius esto,
Propitius esto,
Ab omni malo,
Ab omni peccato,
C Ab omni morbo & languore,
Ab omni impatientiâ & pusillanimitate,
A peste & omni contagione,
Ab insidiis diaboli,
A periculis mortis,
A doloribus inferni,
A subitanâ & improvisâ morte,
A damnatione perpetuâ,
Per tentationem tuam,
Per lacrymas & ærumnas tuas,
Per labores & defatigationes tuas,
Per tristitiam & tædium tuum,
Per pavorem & mærorem tuum,
Per sitim & famem tuam,
Per agoniam & sanguineum sudorem tuum,
Per sacrosanctâ vulnera tua,
Per pretiosum sanguinem tuum,
Per crucem & Passionem tuam,
D Per mortem & sepulturam tuam,
Per gloriosam Resurrectionem tuam,
Per admirabilem Ascensionem tuam,
In die iudicii,
Peccatores,
Te rogamus audi nos.
Ut nobis parcas,
Ut nobis indulgeas,
Ut spatium veræ penitentiae nobis concedas,
Ut compunctionem cordis, & fontem lacrymarum dones,
Ut nos visitare & consolari digneris,
Ut sanitatem mentis & corporis largiaris,
Ut indulgentiam & remissionem omnium peccatorum impertias,
Ut gratiam & consolationem sancti Spiritus infundas,
Ut veram ac Christianam patientiam tribuas,
Ut nobis

Miserere nobis.

Parce nobis Domine.
Exaudi nos Domine.
Libera nos Domine.

Libera nos Domine.

Te rogamus audi nos.

Te rogamus audi nos.

Ut nobis

Ut nobis in omni tribulatione nostrâ succurras,
 Ut nos in horâ mortis contra omnes insidias diaboli protegas,
 Ut nos in tuâ gratiâ mori, & ad finem usque perseverare facias,
 Ut extrema nostra benedicas & sanctifices,
 Ut spiritum nostrum in manus tuas suscipias,
 Ut post obitum nostrum paradisi januas nos gaudenter introire jubeas,
 Ut nos exaudire digneris,
 Fili Dei,

Te rogamus audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi, parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi, exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi, Misereere nobis. Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster, &c.

ψ. Salvos fac servos tuos.

ꝛ. Deus meus sperantes in te.

ψ. Adjutor noster esto, ne derelinquas nos.

ꝛ. Neque despicias nos salutaris noster.

ψ. Adjuva nos Deus auxiliator noster.

ꝛ. Et propter gloriam nominis tui libera nos.

ψ. Domine exaudi orationem meam.

ꝛ. Et clamor meus ad te veniat.

Q R E M V S.

DEus, qui Unigeniti tui patientiâ antiqui hostis superbiam contrivisti, da nobis quæsumus, quæ idem pro nobis pertulit, dignè recolere, sicque exemplo ejus cuncta nobis adversantia æquanimitèr tolerare.

Deus, humani generis benignissime conditor, & misericordissime reformator, qui hominem invidia diaboli ab æternâ felicitate dejectum, unigeniti Filii tui pretioso sanguine redemisti, vivifica nos famulos tuos gratiæ tuæ vigore, & jacentibus manum porrige salutare: reple nos gaudii cordis & lætitiæ spiritus; expelle à nobis omnes hostiles insidias, & mitte nobis medicum salutis, Angelum pacis, qui nos in angustiis positos consolationibus tuis attollat, quibus in præsentem consequamur auxilium, & in futuro præmia obtineamus æterna.

Misericordiam tuam humiliter deprecamur, omnipotens Deus, quæ amissam gratiam nobis reconciliet, atque munus patientiæ in illatis omnibus, semper & ubique protegendo impertiat. Deus, sub cuius nutibus vitæ nostræ momenta decurrunt, suscipe preces humiliter ad te clamantium, ut de omni adversitate & ægritudine liberati, perpetuâ te gratiarum actione laudemus. Per Dominum nostrum JESUM Christum filium tuum, &c.

VIII. ORATIO.

Ad stabilendam humane voluntatis cum divinâ conformitatem.

ODulcis JESU, neque vitam, neque mortem, sed tuum beneplacitum desidero, te expecto: fiat mihi secundum voluntatem tuam. Si vis ut moriar, dulcis JESU, suscipe spiritum meum. Et licet ad vesperam venerim omnium novissimus, da mihi, ut tecum, & in te requiem accipiam sempiternam. Si verò vis, ut diutius vivam, dulcis JESU, hoc propono, & pro hoc gratiæ tuæ suffragium rogo, reliquum vitæ meæ corrigere, atque in holocaustum tibi totum offerre in gloriam tuam, & secundum beneplacitum tuum.

IX. ORATIO.

Ad hoc idem impetrandum, quod summè & unice est necessarium.

Domine JESU Christe, obsecro te per amorem quo omnium hominum onera portasti, ut facias me unus tristitiæ meæ cum gratitudine suscipere de manu providentiæ tuæ, & de voluntate paterni cordis tui, & pro tui amore, quamdiu tibi placuerit, cum plenissima mei ipsius resignatione, longanimitèr sustinere, ita dumtaxat, ut me tuâ gratiâ confuties, ne unquam te vel in modico offendam, aut à sanctissimâ voluntate tuâ vel minimùm recedam, Atque utinam possem omnium & singulorum, qui pro te passi sunt, hominum pressuras solus suffere, ut qualemcunque vicem redderem infinitæ charitati tuæ. Eja benignissime JESU, ita quæso unius voluntatem meam cum sanctissimo beneplacito tuo, ut aliud optare nequeam, quàm quod tu vis.

X. ORATIO.

Ad impetrandam Patientiam.

O Domine Deus meus, confiteor me non vixisse, proh dolor, sicut debuissè & per gratiam tuam potuissè. Unde jam toto corde doleo, & me non satis dolere doleo. Obsecro igitur te Domine, & suppliciter rogo, ut non facias mihi secundum peccata mea, sed secundum magnam misericordiam tuam, quæ superat peccata totius mundi. Tu Domine, qui exterius flagella irrogas, da interius indeficientem patientiam, ita ut laus tua nunquam recedat de ore meo. Misereere mei Domine, misereere mei & adjuva me, sicut tu nosti quod mihi necesse est in corpore & animâ. Scis omnia, potes omnia, qui visis in sæculorum sæcula.

XI. ORATIO.

Post sumptam in morbo sanctissimam Eucharistiam.

Ad JESUM Christum mundi Salvatorem.

GLoria tibi Christe, qui in dulcedine tuâ pauperem meam animam visitare & refocillare dignatus es. Nunc dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Jam te teneo, dulcis amor, jam ulera non dimitto te. Jam mundo & omnibus quæ mundi sunt, lubens valefacio, jam gaudens ad te venio, Deus meus. Nihil amodo, nihil, ò bone JESU, me separabit à te: tibi enim Christe conjunctus sum, in te vivam, in te moriar, & in te, si volueris, in æternum permanebo. Vivo jam non ego, vivit verò in me Christus. Tædet nunc animam meam vitæ meæ; cupio dissolvi, & esse cum Christo: mihi enim vivere Christus est, & mori lucrum. Jam non timebo mala ambulans in regione umbrae mortis, quoniam tu mecum es Domine, & sicut desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus: sitivit anima mea ad Deum fontem vivum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei mei?

Benedic mihi, JESU amantissime, & nunc in pace dimitte me, quoniam verè tuus sum ego, & in æternum ultra nunquam dimittam te. O si felici tibi copulâ nunc socier in æternum, ò si totus in te immergi, totus absorberi & sepelivi in te mereat, ò si anima mea inter amplexus tuos suaviter requiescens absorbeatur tota in te, & felicissimè fruatur te Deo amatore suo. Quid mihi jam ultra cum Mundo, mi amantissime JESU? Ecce nec in cælis quidquam præter te volui. In manus tuas, Domine JESU, commendo spiritum meum. Recipe me, dulcis amor, ut in æternum mihi bene sit in te, & in pace suaviter in te obdormiam & requiescam.

XII. O R A T I O.

Ad Beatissimam Virginem Mariam, matrem Domini.

Mater misericordiæ, mater æterni Regis, perveniant ad te preces meæ. Scio me peccatis meis graves pœnas commeruissè, sed tamen impetra mihi à Filio tuo misericordiam, ut antequam moriar, ex animo converter, & sinceram agam pœnitentiam. O mater Domini, assiste mihi & adjuva me patrociniis & meritis tuis, in omnibus doloribus meis & præsertim in ultimâ necessitate meâ succurre mihi. O mater afflictorum non me defetas in horâ mortis meæ.

Ad sanctissimos Angelos.

Purissimi spiritus, Angeli beatissimi, assiste quæso mihi migranti ex hoc sæculo, & potenter eripite me ab immundorum spirituum insidiis, & animam meam in vestrum consortium assumite. Tu præcipue Angele bone, qui custos es meus fidelissimus, defende me in prælio, ut non peream in tremendo iudicio. O vos omnes sancti Angeli Dei, vestris obsecro intercessionibus defendat, ut infernalis canis mihi non noceat, & ut anima mea ad suum Creatorem pura perveniat.

Ad Patronum, aut Patronos cælestes.

Patrone optime, sancte N. etiam in te spem aliquam subsidii & confidentiam collocavi. Tuis obsecro deprecationibus apud Deum, & nunc mihi adis, & præsertim in extremæ necessitatis articulo. Impetra mihi quæso benignam sententiam, ut à iudice meo audire merear: Veni benedicte Patris mei, accipe regnum quod paratum est ab initio Mundi. Ut ita tecum ô sancte N. communem & immortalem Dominum glorificem in sæcula sæculorum.

CORONIS CAPITIS SECUNDI ad Lectorem.

Hæc eò diximus, sanis & ægrotis partim recreandis ut respirent, partim excitandis ut vigilent, partim roborandis ut vincant, ad omnem mortis occursum parati. Cuncta profectò experiri præstat, quam mori malè. Mala mors errorum omnium non solum pessimus, sed indebilis, & inexpiabilis error est. Itaque nunc moribundos accedimus, & iis documenta scribimus, non ut ea tunc primum legant, cum moriendum, sed ut à sanis lecta profint moribundis.

Mors mala errorum pessimus error est.

C A P V T I I I.

Mortis memoria repræsentatur moribundis.

§. 1. Ars bene moriendi compendio traditur.

Nescire mori, inscitia omnium miserima est. Ut ergo id discamus, quod tota vita discendum est, quinque potissimum observanda sunt, quæ mortem faciant bonam.

Quinque faciunt mortem bonam.

1. Animus liber & intrepidus. 2. sal. 53. v. 8. Generosa in Deum fiducia. Deo placet.

Primum, Animus liber & intrepidus. Res summi momenti hoc est, & ex quo pendeant cetera. Magna pro noxiis satisfactio est, rem omnium charissimam tam promptè dedisse. Ideo David: *Voluntariè*, inquit, *sacrificabo tibi*. Nihil hîc æquè Deo placet, & hominem juvat quam impeterritus, liber, promptuque animus, & generosa in Deum fiducia. Tergiversatio hac in re signum est voluntatis humanæ: cum divinâ non consentientis. Ergo, si aliquando, cur non modò? Huic animo ad promptè moriendum comparandus facit singularis affectus ad *Domini Passionem*, quæ singulis diebus Veneris, certis precibus ac operibus colenda.

A Alterum, Testamenti ac debitorum expeditio. Error est 2. Testam. de Testamento non cogitare, nisi cum mors in fori- menti ac debitorum expeditio. *Ver. Iamb.*

Disporre de bonis, dum adhuc mentis tue es.

In iis porro legandis quæ nostri arbitrii sunt, regulam divus Ambrosius hanc suggerit: Fides sincera sit, & providentia perspicax: seu, Charitas cum prudentiâ, prudentia cum charitate. Videat etiam qui dat cleemosynam, aut dari curat, ut apud Deum bono loco sit, & in gratiâ.

Tertium, Cura salutis unica. Hic illud maximè locum 3. Cura ha- habeat: Porro unum est necessarium. Beatus Augustinus luitis unica. exemplat bene morientium, decem ante mortem die- bus neminem ad se admisit, nisi statâ horâ medicum, Luc. c. 10. vers. 42.

& eum qui cibum deferret; ipse in continuas preca- riones, gemitus, lacrymas effusus, cum Deo de vitâ suâ pertractabat, monebaturque nos alios omnes his verbis: Nullus Christianorum hinc emigret sine dignâ & competenti penitentiâ.

Quartum. Sacramentorum trium petitio, nimirum 4. Sacra- Confessionis, Communionis, & extremæ Unctionis. mentorum trium peti- Non cogi velit ægrotus, sed ultro hæc petat, nec eo rem ditio.

differat, dum animus in extremis labris hæserit. Multi malè moriuntur, quia videri nolunt brevè morituri. In In nego- hoc negotio salutis distulisse, semper fuit noxiom. Ergo qui de malè actis seriò vult dolere, maturè doleat. Hîc crebra & robusta Contritio locum habet, de quâ consule Bellarminum, de arte mor. lib. 2. cap. 6. mihi pag. 181.

Quintum. Suimer in divinam voluntatem oblatio quàm 5. Suimer integerrima. Animus intrepidus forsan non æquè ab om- in divinam nibus exhiberi potest, sed animus cum divinâ voluntate voluntate consentiens à nemine non potest. Quocirca millics, oblatio in- etiam uno die, repetat ægrotus illud Christi Domini: tegerrima.

Ita Pater, quoniam sic fuit placitum ante te. Ita Pater, Ita 6. Mat. c. 11. mi Pater &c. Vix perire potest, qui suum sibi iudicem vers. 26. tam efficaciter conciliat, ne preat.

§. 2. Tempus malè perditum, quomodo recuperandum.

Amissum tempus quisquis revocare cupit, avertat se totis viribus, ab omni loco & tempore, sèque in illud Æternitatis Nunc recipiat, in quo Deus: hîc in Deo deperdita omnia reperiuntur; hîc in Deum homo se immergat hoc modo:

O Æterne Deus, utinam, ô utinam omni eo tempore, quod à mundi origine ad usque finem durabit, tam purè, obedienter, & sanctè vixissem, sicut omnes ii homines vixere, qui in omni virtutum exercitio, in ærumnis & laboribus assiduis tibi placuerunt. Utinam ex gratitudine & amore in te, omnes pelagi undas per oculos meos deducere, egenos omnes opportunè juvare, mœstos universos consolari, & te Deum meum iis laudibus, eoque amore prosequi possem, quo te Beati omnes, & Angeli tui prosequuntur. Hæc enim omnia, Domine, amoris tuo promptissimè impendere par esset. Nunc autem, mi Deus, miserere mei, sicut scis, & sicut vis.

De his talibus jam olim pronuntiavit Psalmographus: Pf. 72. v. 10. Et dies pleni invenientur in eis. Plexus dierum moritur, inquit Gregorius, qui per hac transcurrit tempora, id quod non transit, operatur. Amissas horas reparavit, qui amississe sincerè doluit.

§. 3. Brevis vita quomodo extendenda.

Bonæ mentis homini videndum, non quamdiu juvat, sed quamdiu oportet. Sapientia clamat: Con- Sap. 4. v. 13. summatas in brevi, explevit tempora multa. Bene multa, quia & universâ complectitur. Quomodo enim non exple- Bernard. vit omnia tempora, qui transit ad æternitatem? Quanta epist. 253. sanè tempora non longævitate sed longanimitate, hoc est, non annorum ferie, vel dierum numero, sed mentis devotione, & inextinguibili semper proficiendi deside- rio

rio percurrere potuit, tanta sibi in meritis non immerito vindicavit. Retinet quippe virtute quod amisit in tempore. Merito multorum, imò omnium temporum recipit vicem, qui nullo tempore voluit mutare bonam voluntatem & *Intentionem*. Itaque indefessum proficiendi studium, & jugis conatus ad perfectionem, perfectio reputatur.

§. 4. *Finis rerum omnium, æternitatis nullus.*

A pud moribundum etiam hilarescere, & lætum canere quid vetat? præsertim si id ex usu nostro sit. Beatus Jacoponus vir festiva sanctitate præditus, versiculos scripsit, quibus mundi deliria, & mortis præcipitia non illepidè descipisq; exiis & hi sunt.

1.
*Cur mundus militat sub vanâ gloriâ,
Cujus prosperitas est transitoria?
Tam citò labitur ejus potentia,
Quàm vasa figuli, quæ sunt fragilia.*

2.
*Dic ubi Salomon olim tam nobilis,
Vel ubi Samson dux invincibilis,
Vel pulcher Absalon vultu mirabilis,
Vel dulcis Ionathas multum amabilis?*

3.
*Quo Cæsar abiit celsus imperio,
Vel dives Epulo totus in prædio,
Dic ubi Tullius clarus eloquio,
Vel Aristoteles summus ingenio?*

4.
*Tot clari proceres, tot rerum spatia,
Tot ora præsulum, tot regna fortia,
Tot mundi principes, tanta potentia,
In ictu oculi clauduntur omnia.*

5.
*Quàm breve festum est hæc mundi gloria,
Vt umbra hominis sunt ejus gaudia,
Quæ semper subtrahunt æterna præmia:
In ictu oculi clauduntur omnia.*

Omnia hæc vera sunt, illud longè quàm verissimum:

In ictu oculi clauduntur omnia. Vox beati Gregorii est: Omnis longitudo temporis vitæ præsentis punctum esse cognoscitur, cum sine terminatur. Quod idem Gregorius confirmans: Parum est, ait, quidquid finitur. Longum quippe nobis videri non debet, quod cursu sui temporis tendit, ut non sit: quod dum per momenta ducitur, ipsa hoc momenta sua quæ differunt, impellunt: atque unde teneri cernitur, inde agitur, ne teneatur. Augustinus explicatissimè, Totum hoc tempus, inquit, non dico ab hoc hodierno die usque in finem sæculi, sed ab Adam usque in finem sæculi, exigua gutta est comparata æternitati. Rerum omnium exitus est, æternitatis nullus, heu nullus. In Orbe nihil est cui non suus immineat finis: convivia & choreæ finiunt, lusus omnis & risus finiunt, nunquam finiet æternitas. Momento, ubi luserunt, sorbentur navigia; momento confertissima hilaritatis theatra corruunt: momento unico jucundum omne evanescit; unicum momentum, rerum omnium sepulchrum est. Quid ergo tam vana sectamur & breviter? Magnum animum delectare non potest, quod non duret. In ictu oculi clauduntur omnia. Quidquid cœpit, finiet, sola non finiet æternitas.

§. 5. *Homini moribundi consideratio.*

M Agister patientiæ Jobus: *Lapides, inquit, excavant aqua, & alluvione paulatim terra consumitur, & homines ergo similiter perdes. Roborasti enim paululum, ut in perpetuum transfret: immutabis faciem ejus, & emittes eum. Quàm non multis cæremoniis utitur Deus, hominem ex hoc in alium Orbem emissurus: immutat faciem ejus, & aliò jubet proficisci. Tunc certè cum mors evocatur, facies tota immutatur (& ut Hippocrates in suo*

prænotiorum libello) sibi ipsi maximè contraria redditur: Acutus fit natus, oculi cavi & reconditi, tempora collapsa, aures contractæ, aurium extremitates averte, èutis in fronte durâ & rugatâ, color totius faciei pallidus, cereus, aut etiam plumbeus, niger, lividus, labra resoluta, pendentia, albicantia, dentes adusti, collum excessum & gracile, mutata omnia, ita ut nova homini persona videatur inducta. Sic ubi Deus hominis, vultum mutaverit, emittit eum. I nunc homo, I modò in domum æternitatis tuæ. A tantillo mortis punctulo, tot scæulorum pendent volumina, nullis evolvendâ sæculis.

§. 6. *Stantes mortui.*

V Espasiani Imperatoris scitum est: Imperatorem non decere nisi stantem mori. Ego dixerim, nec decere Christianum aliter mori quàm stando. Sed quænam hîc optima standi ratio?

Anno millesimo sexcentesimo quinto Viennæ ipsa nascentis Christi nocte miles excubitor in lignæ ædificiâ, frigore obriguit, mane stans quidem, sed non vigilans repertus est, jam enim & noctis & totius vitæ vigiliam finierat. Simili fato alius quispiam obiit, gelu itidem exanimatus, qui vivere desitit antequam equitare. Nam equus vitæ gnarus fideliter Constantiam in publicum hospitium, pervexit suum dominum, sed mortuum. *Q. Curt. lib. 8. Curtius attestatur, quosdam ex Alexandri Macedonis militibus applicatos arborum truncis obriguisse frigore, eos tamen non viventibus solùm, sed etiam inter se colloquentibus similes esse conspectos, durante adhuc habitu, in quo mors quemque deprehenderat.*

Leodegarius martyr capite plexus erexit sese, & ultra horam immortus stetit. Petrus itidem martyr decusso jam capite, submissis genibus corpore reliquo mansit erectus. Sancta Osrha virgo regia suum ipsa caput jam amputatum recto tramite ac sçimis vestigiis incedens ad ædem Apostolorum ad tria pæne stadia tulit. Severinus

Boëthius & ipse martyr, cum regius spiculator vulnus ei lethale infixisset, ille utraq; manu divulsam caput sustinuit, & interrogatus, à quo percussus esset, respondit: Ab impiis; progressusque est in templum vicinum, ubi flexis ante aram genibus sacra percepit & paulò post expiravit. Dionysius Ateopagya inter primos martyr, caput suum cervicibus abscessum, suis ipse

manibus velut præmium accepit, & obviam mulieri in manus tradidit. Idem hoc fecerunt ævo Diocletiani & Maximiani, invicti martyres, Ursus & Victor, cum sexaginta fociis, quorum quilibet caput suum à cervicibus resectum, ad certum viæ spatium suis manibus gestavit. Atque hi profectò non tantùm stantes sunt mortui, sed & steterunt post mortem. His accensendus beatus Simeones, de quo Theodoretus admiranda commemorat, quæ vitæ probavit exitus. Siquidem hic ipse Simeones stans mortuus est, manlitque in statu suo post mortem immobilis: animus quidem jam cælum penetrarar, corpus ab inquilino suo desertum, ne sic quidem cadere sustinuit, sed locum sui certaminis mole pressit erectâ, tanquam si invicti athletæ victorias & triumphos loqueretur. Sic & Benedictus numerosissimæ familie laudatissimus pater, animam Deo stans reddidit, verè magnus Imperator, qui, quod gloriosissimum, in se maximam potestatem habuit, & seipsum inter spinas triumphavit æternâ victoriâ.

Christianum non nisi stantem decet mori. Standum & pugnandum est morienti. Rectè stetit, bene pugnavit, quisquis Deo nixus, mori non timuit.

§. 7. *Ante mortem mortui.*

Sapiens Alexandriæ dictum est: Moriendum esse, antequam mori cogaris. Tarcentis Paulus, non semel dumtaxat aut sæpius, sed quotidie mortuus est. De seipso id affirmans: *Quotidie, inquit, morior.*

Bona voluntas non mutata recipit omnium temporum vicem.

Hos versus elegantibus modis missicis inclisit Sebastianus Evetius.

Lib. 15. moral. c. 24. initio. Et l. 7. mor. cap. 14. post mod.

August. in Psal. 101. Cæc. 2. med. Æternitatis nullus est exitus.

Unicum momentum rerum omnium sepulchrum.

Poggins l. 1. de miserâ lum. qui hoc è se visum nit.

Curt. lib. 8. cap. 9.

Lippello 2. Octob. Baron. 10. 3. An. 310. num. 10.

Lippello Octob. 7. Baron. 10. 7. Anno 526. num. 7.

Sur. tom. 5. die 30. Sept. Th. Boëthius de sign. Eccl. lib. 15. cap. 9.

Theod. 26.

Lippello 21. Mart.

Christianè stantem mori decet.

1. Cor. c. 15. v. 31.

Gregorius Magnus, qui, quantum sublimius occupavit A folium, tanto clariore sanctitatis emisit radios; hic vigilantissimus pastor sepius ante mortem fuisse mortuus videtur. Siquidem non multo ante obitum, suam ipse conditionem describens: *Me, inquit, amaritudo animi & astidua exacerbatio, atque podagra molestia sic afficit, ut corpus meum tanquam in sepulchro siccatum sit: unde fit ut jam raro de lecto surgere valeam.*

Epist. ad Rusticum patri.

Optimum mortis genus quod.

Epist. 27. initio.

Cosmus Medices, jam morti vicinus, cum à conjugē interrogaretur, Cur ita clauderet oculos, etiam vigilans, Respondit: Cuperem eos assuefacere, ut diutius claudi non molestè ferrent. Optimum hoc genus mortis est, oculos tunc præsertim claudere, cum eos mortifera voluptas illicet. O claudere & vel sic morere, ne moriaris, quisquis pudicitiam amat. Sapientissimè suavitè Seneca Lucilio: *Hoc denique tibi citra diem mortis præsta: moriantur ante re vitia.*

§. 8. A seipis sepulti.

Peacivius Tiberii Cæsaris procurator in Syria, vino & epulis tam largiter sibi quotidie parentavit, ut à cenà in cubiculum ferretur, inter famulorum plausus, qui ad symphoniam velut mortuo istud accinebant: *Vixit, vixit.* Quid hoc aliud erat, nisi quotidie seipsum efferre, & sepelire? Optimè Seneca: *Hoc, ait, quod ille ex malà conscientia faciebat, nos ex bonâ faciamus, & in somnum intri, læti hilarisque dicamus: Vixi. Crastinum si adjece- rit Deus, læti recipiamus, ille beatissimus est, & securus sui possessor, qui crastinum sine sollicitudine expectat.*

Epist. 12. med.

Col. Rhodi- gin. lib. 11. Amiq. c. 13.

Labiens, quia omnes dicaci ore lacerabat, Rabienus dictus, eò exorsus fuit, ut omnes ejus libri fuerint combusti. Non tulit hoc Labienus, nec voluit suo ingenio superstes esse, sed in monumentum suorum majorum se jussit deferri & includi: nec tantum finivit ipse se, sed sepelivit. Itaque Labienus à seipso sepultus est. Sed plura habet admirationis, *Vivus sepultus, insepultus mortuus.* Storax Neapolitanus, paucis abhinc annis, homo locuples, delicatus, fastuosus annonæ præfectus, cum malà fide munere suo fungeretur, plebs famis impatiens in hominem irruit. Ille latebras quærens in divi Augustini æde sepulchro sese abdidit: inventus tandem, lapidibus peritus, & frustillatim discerptus est, adeo ut sanguinem ejus non pauci lamberent, & ossa decissent sepulchro. Epitaphium illi hoc scriptum est:

* De præst. qui vivus sepultus, iterum in auras emerit. Greg. Tivo. lib. 4. hist. Franc. c. 11. Vivi sepulti sunt SS. Chrysanthus & Daria, S. Marcellus, S. Castulus, de quibus vide Baron.

*Storax qui vivus subijt sepulchrum, Mirum defunctus caruit sepulchro.**

Sed profanæ sunt hæc sepulturae, misceamus sacras. a Albertus Magnus avi sui miraculum, depositâ ultro Ratisponensi mitrà Coloniam reidit, ad suæ Religionis eruditam paupertatem. Hic omnium penè rerum memoriam, uti ei olim prædictum, amisit. Tam obliviosus tamen non fuit, quin quotidie felicissimè meminisset, sepulturae suæ locum accedere, ubi pro seipso ceu mortuo preces funebres diebus singulis, octoginta septem annorum senex recitavit.

a Ferdinad. Castillus in hist. S. Dominici & ord. Prædic. part. 1. lib. 3. c. 47. med. b Rosoveid. lib. 11. mibi pag. 230. c Palladius cep. 13. Heraclides cap. 32. d Pet. Mas- sejus lib. 4. Epist. Indic. mibi p. 115.

b S. Severus Ravennas præsul, vivus conditorium ingressus, seque medium colloans inter filiam & uxorem, quam olim habuerat, expiravit.

Macarius Romanus collo tenuis in terrâ stetit sepultus triennio.

c Philoromus Galata presbyter annis sex in sepulchris mortuorum habitasse dicitur, ut mortis formidinem superaret.

Seria hæc est & admiranda suiipsius sepultura, cui seriam simul & ridiculam attexo.

d Bonziorum in Japoniâ princeps Combendaxis nomine, jam maturus avi, seipsum ultro defodit scrobe cubitorum quatuor profundâ quadratæ formæ, hanc appetiti severissimis verbis vetuit, nec enim in præsentia mori se; post aliquot milles millena annorum, virum quandam doctrinæ laude præstantissimum in

Japonis regna venturum nomine Mirozu, tum se quoque demum è foveâ proditurum: interea diuturnis laboribus fessum corpus velle reficere. Circa ipsius sepulchrum lampades complures ardent è variis eò missæ provinciis, fatuâ prorsus superstitione.

Polemon Laodicensis, Suidâ teste, Timocratis philosophi discipulus, Aristidis oratoris magister, cum annum ageret quinquagesimum sextum, se ipse in sepulchrum coniecit, ob arthritidis cruciatum, inediâ solutus. Cum autem amici & propinqui lugerent cuperentque sic sepultum refodere, dixisse fertur: *Date mihi aliud corpus, & ascendam.*

Suidas r. Polemon.

Sed sanctioris exempli est, quod addo. Duo anachoretæ in rupe Pterigiâ prope fluvium habitabant. Horum alter jam senex obiit, à socio sepultus in monte. Paucis post diebus defuncti senis discipulus ad agricolam, dum is araturum duceret, descendens: *Oro te, mihi frater, inquit, hanc mihi gratiam præsta, ligonem ac farculum sume, & sequere me præeuntem: Non gravatè securus rusticus, in montem pervenit cum duce. Anachoreta sepulchrum senis digito monstrans: Hic, inquit, fode, dum ego interim oro. Effosso sepulchro finitiquæ precibus anachoreta complexus agricolam: Ora, inquit, pro me frater, & vivum se super magistram suam injiciens, à seipso sepultus, animam efflavit.*

Io. Mosch. in præto spir. cap. 90. Rosoveid. lib. 10. mibi pag. 882.

Mirari hæc licet, non item imitari, nisi hac ratione, quam divinus Paulus ingerens: *Mortui estis, inquit, & vitæ vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Optimum est illud philosophi monitum: *LATENS VIVE.* Siquidem bene vixit, bene qui latuit, Hic talis à seipso honestissimè sepelitur, & magno suo bono plerumque. Qui notus nimis omnibus, ignotus moritur sibi. Quietissimè vivit, quisquis seipsum vivus ita sepelivit.

Coloss. c. 3. vers. 3. Ovid. Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, & intra Fortunam debet quisque manere suam.

§. 9. Consideratio sepulchri.

Tertia me Phthia tempestas læta locabit: Dicebat Socrates jam de morte suâ præfagiens, & verè. Phthia hîc civitatem non aliam significat, nisi illam quam in lignea turri jacentes subimus & supini, hoc est, sepulchrum, quod quidquid spirat, properat. De magno Macedonum Rege Alexandro vetus poëta cecinit:

Cum tamen à sigulis munitam intraverit urbem, Sarcophago contentus erit. Mors solâ faturur Quantula sint hominum corpuscula

Juvenal. sat. 10. vers. 175.

Nulla domus nostra, tam verè nostra est atque sepulchrum. Hoc beatus Jacoponus vir tam religiosus quam facetus reipsa sic docuit. Civis Tudertinus parvulorum gallinaceorum emerat, domum missurus fortè Jacoponum in foro conspexit, ad quem versus: *Quaeso te, inquit, hanc mihi gratiam gratificare, & hos pullos domum meam defer: sed cave mihi imponas. Jacoponus excipiens: Tu verò mihi fide, ait, domum tuam, uti jubes, hos deferam. Et rectà in templum S. Fortunati abijt, ubi civis illius sepulchrum fuit. In hoc Jacoponus pullos, ut potuit, abscondit. Civis domum reversus, primo ingressu de pullis quaerit, domesticis omnes negare, se quidquam horum vidisse. Ita in forum recurrit civis, conspectoque Jacopono: Nimirum hoc verebar, ait, ne faceres quod soles, & mihi illuderes: sed dic ubi pulli mei sunt? Huic Jacoponus: Domum tuam, inquit, detuli prout jusseras. Atqui, ait civis, domesticorum nullus id faturur te fecisse. Hic Jacoponus: Veni mecum, ait, virorum optime, & vel oculis tuis fidem faciam. In templum ergo hominem deducit ad notissimum sepulchrum, & sepulchrali saxo nonnihîl levato: Amice mi, ait, *Nunquid non tua hæc est domus? Civis negare non ausus, & pullos recepit, & animum optimis cogitationibus imbutum. Jobus ergo vestissimè dixit: Scio, quia morti trades me, ubi constituta est domus omni viventi.**

Domus nostra est sepulchrum. Mart. Bader. par. 2. Verid. mibi pag. 203.

§. IO. Testamenta novem.

Verissimè dixit Plinius Junior: Falsum est nimirum quod creditur vulgo, testamenta hominum, spectare esse morum :

D. Guarizonius l. 2. Abominand. cap. 31.

1. Ziska notæ improbitatis miles, pellem suam tympano, carnes volucibus ac feris testamento legavit, simulque suis præcepit ne templis aut monasteriis parcerent. Imperio hic nullo fuit opus; injussi & sponte animi hoc fecissent hæredes. Peste Ziska obiit anno Christiano 1424. Ita Tabulæ supremæ affectus veros indicant.

Miss. de viris illust. Cisterciensium.

2. Femina fuit quæ feli suæ testamento legavit quingentos philippeos, videlicet ut honestâ semper mensâ frueretur felis. O ridiculas hominum insanias, ô quantum est in rebus inane? De Herode olim Augustus dixerat: Herodis ego porcus esse malim quàm filius: Quis hîc non simili voto præceat: Hujus ego feminae felis esse malim quàm famulus.

3. Illustri fœnerator mortî proximus, Notario & testibus accitis, supremam voluntatem conceptissimis verbis sic scribi voluit: Corpus meum reddatur terræ, è quâ sumptum est: mea verò anima dæmonibus detur: Cohortuerunt amici ad tam diras voces; monuerunt, & increparunt. At ille iterum ac tertium: Mea, inquit, anima detur dæmonibus, quia injustè plurima corrafi. Iisdem debetur anima uxoris meæ, & animæ filiorum meorum, qui, ut haberent quod in vestes, in epulas, in luxuriam infumerent, in fœnus tam varium me impulerunt. Iisdem debetur anima confessarii mei, qui tam miti silentio improbitatem meam animavit. Dixit, & efflavit animam. O miser! hæredes quidem habebis quos voluisti, funus autem & exequias, quales meruisti?

Hieron. de primo comment. in Isa.

4. Divus Hieronymus hæredum avaritiam perstringit hoc apologo: Procellus parentis sui mortem acerbo grunnitu flevit. At cum lectis testamenti tabulis, glandis acervum & aliquot farinæ modios sibi legatos audisset, obrucuit. Rogatus, cur tam subito fletum omnem comprimeret? Farina, inquit, & glandes os mihi obstruunt. Verè hîc hæredis fletus, sub personâ risus erat. Ea mens est hodie plurimorum hæredum; legata inhiant, supellectilem asportant, monetam numerant, quidquid Manibus fiat legatoris: quiescat, ut meruit. Sed tabellas testamentarias sanctiores inspicimus.

Lippeloo 7. Novemb.

5. Sanctus Hieron martyr, quarto die antequam ad mortem educeretur, matri & forori facultates suas, Rusticio autem, qui Ancyra Republicam administrabat, suam manum jam abscissam testamento legavit. Sic Nicodemus Gamalieli ligneam Christi crucifixi statuam, legatum nobile reliquit.

6. Sanctus Hilarion cum annum ageret octogesimo, hæredem ex alio scripsit Hesychem absentem holographâ hac scripturâ. Omnes divitias meas, Evangelium scilicet & tunicam sacceineam, cucullam & palliolum Hesychio amantissimo relinquo. Hæc totius supellectilis nomenclatura.

S. Athanas. in vita Ant. cap. 58.

7. Antonius Magnus testamentum nuncupavit in hæc omnino verba: Locum tumuli mei, præter vestram dilectionem, nemo noverit. Vestimentorum autem meorum sit ista divisio: Melorem & pallium tritum, Athanasio episcopo date, quod mihi novum ipse detulerat. Serapion episcopus aliam accipiat melorem; vos cilicinum vestimentum. Et valere viscera mea, Antonius enim migrat. Vix verba finit, ruentibus in amplexum discipulis, pedes paullulum extendens, mortem hilari vultu admisit.

Leont. in vita Ioan. cap. 49. Refuseid. mibi p. 203.

8. Sanctissimus Alexandrinus Patriarcha Joannes Eleemofynarius, ultimæ voluntatis tabulas in hunc sensum conscripsit: Gratias tibi ago, Deus, qui me moriente non nisi unum tremissem ex omni thesauro, quem habui, superesse voluisti. Cum Alexandria me suum

A dixisset antistitem, inveni octoginta centenarios auris: his addiderunt amici Christi pecuniam panè innumerabilem, quam omnem, ut quæ Dei erant, Deo darem, in pauperes erogavi. Unde qui remansit tremis, isdem dandus est. Hæc illud verissimum: Expeditissima testamenti ratio est, si priusquam finias, omnia in stipem conferas.

9. Hæc addendum cujusvis Christiani hominis testamentum: solum mutetur nomen, annus, dies; cetera omnia omnibus sunt æqualia.

Ego Achatius Victor, curro ad æternitatem ab anno 1581. à mense Augusto, à die 15. Augusti, & annos æternos in mente habui. Nunc spiritum commendo Deo; & quia rem suam terræ negare non possum, corpus tibi & vermibus lego. E bonis nihil jam mecum, nisi bona voluntas, quam mecum defero ad Dei tribunal. Cetera sic dispono:

1. Inimicis meis omnibus IGNOSCO de corde meo.
2. De peccatis meis omnibus sincerè DOLEO.
3. CREDO in Christum Jesum redemptorem meum amantissimum, & in hac fide Ecclesiæ sacramenta expeto.
4. SPERO à Dei bonitate vitam æternam.
5. DILIGO Deum meum ex toto corde meo, super omnia, & in sanctissimam Dei voluntatem me totum plenissimè RESIGNO.

Valere, ægrotare, vivere, mori, quandocumque Domino visum, paratissimum: Fiar voluntas Dei.

Nisi Christianus quilibet, & vitam, & suprema sua sic ordinet, malè vixisse, pejùs mortuus fuisse censendus est. Consummat hora mortem extrema, non facit.

§. II. Epitaphia novem.

Epitaphia, Nevii superbissimum, Plauti vanissimum, *Gell. lib. 1. Pacuvii modestissimum scriptor Articarum No-* *cap. 24.* ctium proponit legenda. Nos ad alia.

C * 1. In primariâ Germaniæ civitate duo sunt sibi proxima sepulchra; senis & juvenis, arque idem, quod multi putent, epitaphium habent. Senis tumulus hanc habet inscriptionem: ET MORTVVS EST. Quod & Adami, *Gen. cap. 5. pluribus versibus.* & complurium aliorum cenotaphium est. Idem hoc etiam juvenis tumbæ inscriptum: ET MORTVVS EST? Sed observa Lector, huic alteri additum interrogandi signum, quod à priori abest. Proinde prudens scriptor hoc voluit de senè dicere: Senex iste, plurimas ætates, hiemes quoque plurimas vidit, tanquam ei mors paritura videretur; expertus varia, per humanas demum miserias & ætatis fluxum, redactus est ad capulum, ET MORTVVS EST.

At verò juvenis epitaphium, ET MORTVVS EST? sic interpretandum: Hic juvenis ab opibus, à formâ, à corporis viribus præstans, Musis & Apollini charus, Gratiarum & Fortunæ pullus, nondum annos viginti natus, mortis securus, tanquam immortalis, omnèque **D** Parcas decepturus vixit, ET MORTVVS EST? Captivum illum senem esse mortuum pauci dolent, nemo miratur: florentissimum hunc juvenem à morte abruptum mirantur omnes, plurimi dolent. Ergo mortuus est, quærent, tam formosus, tam vegetus, tam gratiofus juvenis? heu dolor! quàm Parca neciunt ulli parere!

Huic sepulchralem inscriptionem addo, inter ceteras non numerandam, ideo illam velut in margina notas rejicio, curioso solum lectori spectandam.

Extat epitaphium antiquum Bononiæ, quod multotum fatigavit ingenia; verba epitaphii hæc sunt.

A M. P P. D.

Elia, Lelia, Crispis, nec vir, nec mulier, nec Androgyna, nec puella, nec juvenis, nec anus, nec pudica, nec impudica, nec omnia, sublata neque fame, neque serro, neque veneno, sed omnibus; Nec calo, nec aquis, nec terris, sed ubique jacet.

Lucius

Lucius Agatho Priscus, nec maritus, nec amator, nec ne-
cessarius, neque marrens, neque gaudens, neque flens, hanc nec
molem, nec pyramidem, nec sepulchrum, sed omnia, scit &
nescit, quid posterit.

Hoc est sepulchrum intrus cadaver non habens: Hoc est ca-
daver, sepulchrum extra non habens: Sed cadaver idem est,
& sepulchrum sibi.

Sunt qui hoc anigma interpretentur animum homi-
nis, alii nubium aquam, alii Nioben in saxum mutatam,
alii alia. Commentarios in hoc epitaphium scripserunt
Joannes Turius Brugensis, & Richardus Vitus Bafin-
stochius Jusitconsultus, Anglus, cujus liber editus Dur-
drechti apud Joan. Leonem Berewout, Anno 1618.

Sed mittamus has umbras & nebulas; feliciter exer-
cet ingenium in sole. Hæc autem ideo miscemus, ne
mecos luctus & pavores sedulo Lectori objiciamus, &
ut subinde fesso fastidium detrahamus. Quod si mores
spectemus & salubria mortuorum monita, en aliud epi-
taphium, quod Neapoli tale visitur:

Hæc mihi lapidea memoria posita est; imò tibi, qui hæc
legis. Quisquis es, vigila dum vigilas; & in rem tuam maturè
propera. Hæc scit nemo. Vale.

3. Cajetæ brevem hanc inscriptionem saxum ex-
hibet:

Fui, non sum: esis, non eris;
Silyius Palladius,
Vt moriens viveret,
Vixit ut moriturus.

4. Non omiserò brevissimum illud, sed sensu non
infæcundum.

Quod vadam nescio.
Invitus morior.
Valete Posthumi.
M. Posthumius Eques.

5. Præ ceteris sapere nos doceat, & vana spernere,
epitaphium hoc, viro religioso & gente nobili scriptum:

Hæc viator, adha & pellege; pauca te volo.

Hoc saxum vivus morituro mihi posui, qui hic angustè jaceo,
& te hospes atque fatalem Angeli tubam in tenebris expecto.
At fors queris meam prospiciam? Ab Adami purpuræ serus
nepos sum. Fors rogas & patriam meam? Mundus fuit. Do-
ctriam meam? umbra fuit. Famam meam? fumus fuit.
Ætatem meam? heu punctum fuit, aut paulò productius
momentum. Nosse vis & opes meas? Paupertas fuit. Honores
meos? Contemptus fuit. Libertatem meam? Obsequium fuit.
Votum meum? Mors fuit, & post mortem VERA VITA,
quam ego tibi, viator, tu mihi reciproca prece seridè adprecare
& abi, LETI MEMOR.

6. Addo mœstissimum illud & verè lacrymabile,
fratris à fratre occisi epitaphium:

Heu, Heu!

Hæc ante annos juvenis jaceo, marti ludibrium, Fratri fu-
nus, Patri meror, Matri lacryma. Musis luctus, Iuvenibus
exemplum, Senibus suspirium, Mihi tabum, cinis, nihil: Deo
quid? Ah! viator cur rogas? Eheu jam audiam quod timeo,
quod spero. Tu cras scies. Curiose civis abi.

7. Richardus de Marisco Dunelmensis antistes, fu-
nebrem epigraphen ipsè sibi sanè piam scripsit, nec sine
illius ævi usitato lepore; inscriptio hæc est:

Culmina qui cupitis, laudes pompasque stitit,
Est sedata suis, si me pensare velitis;
Qui populos regitis, memores super omnia stitit,
Quod mors inimitis, non parcat honore potitis.
Vobis prepositis similis fueram; bene scitis.
Quod sum, vos eritis, ad me currendo venitis.

Nempe hæc præci sæculi venustas amabilem spirat
simplicitatem. Sed addo viri doctissimi monumentum.

Sim. Majol.
to. 1. Canic.
sine libri,
mibi pag.
548.

8. Justus Lipsius è scriptis notus, è sepulchro cum
vivi ita loquitur:

Quis hic sepultus, queris? Ipse edisseram. Nuper locutus &
stylo & lingua sui, nunc altero licebit. Ego sum Lipsius, cui
litteræ dant nomen & tuus favor: Sed moriens ipse abivi, ab-
ibit hoc quoque; & nihil hic Orbis, quod perennet, possidet.
Vis altiore voce me tecum loqui? Humana cuncta sumus, ubi-
bra, vanitas, & scæne imago, & verbo ut absolvam, NIHIL.
Extremum hoc te alloquor; Æternùm ut gaudeam, tu adpre-
care. Justus Lipsius vixit Annos 59. Obiit Anno Christiano
1606. ipso die Christi morientis.

Ita demum docti indoctique, opulenti ac pauperes,
unum omnes habent epitaphium, quod illis Moses Gen. cap. 5.
scripsit: ET MORTUUS EST. Imperatores olim recens sepius.
inaugurati rogabantur, quod saxi genus placeret in se-
pulchrum. Ego penè idem ex te, Lector, quæro: Quæ
forma placet epitaphii? Elige. Velis, nolis, hoc officii
præstabant alii vel invito, & linguam apponent tibi
mortuo, si vivus tacere malis quàm loqui funebria.
Unam insuper formam sepulchralis inscriptionis exhi-
beo, quam ego mihi, quam tibi, quam Christianorum
plurimis accommodatam censeo, si pauca mutantur:
ea hæc est:

Quisquis es, Lector, est quod ex te queram.

9. Nostim' quis hoc arcto subterraneo carcere habitat?
Ego, putredinis filius, & frater vermium. Hæc stirps mea. No-
men meum ne quære, evanuit cum vitâ, quam post lacrymas
& cunas in libris consumpsi, quos penè simul cum vitâ clausi.
Iam etsi vivere, non desii tamen vivere. Ah! hospes: quam
vellem plus virtuti, & minus me permissem vitii: quàm cu-
perem, sapius ante mortem, fuisset mortuus affectui! Nunc
ista mihi non nisi optare, tibi etiam præstare licet. Quisquis es
(nam te non video in tenebris) dum potes, tuam ante mortem
maturè more. Hoc vita tua erit probator, quod in illâ ista
crebrior. Vale, Lector, usque dum cali canat classicum, ad
quod ut lætus reviviscam, tu jam precare. Anno à pariente
Virgine 1617.

Sed ne istud nesciamus: Mortem beatam non fa-
ciunt purpureæ exuvie, non funebres pompæ, non te-
men holocaustum, non longus ordo comitantium, non
sexcentæ faces, non numerosæ imagines, non inverfi
clypei, non lugentes cognati, non vulgi præconia, non
conjugis lamenta, non funereus laudator, nec defuncti
titulus in marmore victurus, donec sua quoque lapidi-
bus mors veniat: sed virtus, sed animus inter mortis mi-
nas infractus & imperterritus. Bene vixisse, pulcherri-
mum omnium epitaphium est. Sed virtus
& animus.

§. 12. Cur equo animo moriendum, causa novem.

Causa I.

ANTE omnia Servatoris tui mortem cogita, & tuam Causæ cur
feres æquissimo animo. Confer, obsecro, tuum æquo ani-
lethulum cum ipsius cruce; culcitras tuas cum ipsius spi-
ri- mo mo-
noso diademate; cibos tuos cum ipsius felle, potum riendum.
tuum cum aceto illius; dolores tuos cum illius tormen-
tis. Tu inter amicos & solantes, ille inter inimicos &
convitantes obiit. Tu inter tot auxiliares manus, ille
desertus ab omnibus expiravit. Pro tuâ valetudine tot
pharmaca laborant, illius extremæ sitî ne quidem frigi-
da succurrit. Et ille tamen Dominus, & summus; tu fer-
vus, & quidem infimus atque vilissimus. Illi hæc omnia
insonti & immerito, tibi fonti eveniunt & meritissimo.
Quare quod conqueraris, sanè non habes.

II. Maximus supremi Regis favor est, Bona mors. 2. Bona
At bene mori, est effugere malè vivendi periculum. mors.
Bene autem moritur, qui moritur libenter. Quis è rigi-
strato non promptè surgit? ii solum cunctantur qui
plumeo calore molliùs fori, ægrè deserunt calentem ni-
dum. Si tibi ægrè fuit in hac vitâ, quippe ni ad meliorem
lubens transeas? Si bene; tempus omnino est ut finias,
ne

D

ne te prosperitas, ut multos, præcipites; serâ quidem sed gravi ruinâ. Difficillima est mors felicium. Ad rogum non pervenisset Cræsus, si non ad senium. Plurimi servorum, si in juventute, fuissent etiam in libertate mortui. Heu quot & quanti mortalium ad æternos rogos damnantur, quibus pueris aut juvenibus si vitam mors rapuisset, contulisset cælum.

Mors felicium difficillima.

1. Cælum invitatio.

III. Cælites, & charissimi quique ad se nos invitant. Atqui, ais, à sociis & amicis abeundum. Improvidè: adeundi sunt. Parentes tui ubi? In cælo speras, nonne? Sed & te quoque illuc perventurum. Multos tuorum seu amicorum seu cognatorum in cælo esse non credis? Atqui & tu ideo vivis, ut eò è vivis ad illos transferaris. At hæc certâ non sunt; sperata sunt tantùm. Rectè. Neque enim quicquam sperat, quod videt, aut certum habet. Et ideo Deus, etiam hujus virtutis materiem tibi suggestit. Sperare te iussit cælum, nunquam illud certâ securitate tibi polliceri voluit. Sed & hoc scias, te certâ spe ferri, etsi in rem tibi adhuc incertam. Fidei debitori non habet quod diffidat creditor. Deus, se tibi, affirmatè dico, debitorem constituit. Vide tu, cujus sis creditor. An non ille hoc ipso lætus qui clamat: *Scio cui credidi.*

Homini Deum se debitorem constituit. 2. Timoth. 1. vers. 12.

4. Ardens moriendi studium divorum martyrum.

Malum est mori turpiter.

Mors est tributum ab omnibus pendendum.

In Esal. 11. 4.

5. Longus mortis metus.

Caput omnium malorum mortis metus.

6. Malorū per mortē liberatio. Lib. 2. 5. nat. hist. cap. 23. & lib. 2. 8. cap. 1. fine.

IV. Cogita, parvi animi homo, egregiam animi alacritatem, & ardens moriendi studium divorum Martyrum, qui omnem mortis apparatus contempserunt, qui sævissimos quosque cruciatus ore renidenti subierunt. Certè non mors aut labor est terribilis, sed laboris aut mortis timor. Propterea laudamus eum qui dixit: Mors non est malum, sed turpiter mori. Pueri larvas horrent ob imperitiam. Mors quid est? Larva. Inverte, & ita esse cognosces. At verò nec infantes, nec pueri, nec mente lapsi mortem timent; turpissimum ergo est, si eam securitatem nobis ratio non præstat, ad quam stulticia perducit. Mors tributum & vectigal est ab omnibus pendendum. Quid ergo tristaris, cum pendis quod debes, & facis quod nemo non facit? Neque quicquam hinc ullum sibi fingat privilegium: nullus hæcenus ab lege eximius fuit, nullus erit. Non est unus omnium qui evadat. *Mundus*, inquit Basilus, *mortalis est, & regio morientium.*

V. Longus mortis metus, quid nisi longum tormentum est? Diu vivis? diu etiam torqueris. Non possum, inquis, non timere malum, quod imminere video, tamen lento passu. Ergo saltem tunc timere cessa, cum in eo res est, ut tibi omnis timor adimatur. Optimè dixit Tertullianus: *Non est timendum quod nos liberat ab omni timendo.* Atqui, ais, res formidolosa est, in morbo sic prævidere mortem sensum adrepentem. Homo vermicule, quid tibi vis? An non tuus Servator triginta tribus annis, & amplius, suam ipse mortem, & eam quidem acerbissimam prævidit? tunc illo melior? Sed quia non solam mortem, sed prævia mortis incommoda times, Epicetum audi: Tu vero, inquit, non animo firmo egredieris, sed tremens, propter vestimenta tua, propter vasa argentea. Infelix, itane hæcenus omne tempus perdidisti? Quid ergo si ægrotârò? Ægrotabis honestè. Quis me curabit? Deus, amici. Duriter decumbam. Sed ut vit. Domicilium commodum non habebò. In incommodo ægrotabis. Quis autem mihi victum parabit? Qui etiam aliis parant. Quis verò erit morbi exitus? Quis nisi mors? Non igitur cogitas, caput hoc malorum omnium, & degeneris animi, & timiditatis esse, non mortem, sed mortis metum: adversus hunc igitur te exercere: huc inclinent disputationes omnes, omnia quæ audis, quæ legis. Tum scies, hac solâ ratione asseri homines in libertatem.

VI. Quantis heu malis per mortem liberaris? Mori, est officinam omnium miseriarum claudere. Optimè dixit Plinius: *Ea vitæ conditio est, ut mori plerumque etiam optimis portus sit, & præcipuum naturæ bonum.* Quapropter

hoc primum quique in remediis animi sui habeat: ex omnibus bonis quæ homini tribuit natura, nullum melius esse tempestivâ morte. Cæsar apud Sallustium. In luctu atque miseris, mortem arumnarum requiem, non cruciatum esse asserit; eamque cuncta mortalium mala dissolvere. Ideo sapiens semper cogitat, qualis vita, non quanta sit. Nam commorandi nobis natura, non habitandi diversorium dedit; & vitæ usuram sicut pecuniæ, nulla præstiturâ dic. Quid est igitur quod querare, si repetit, cum vult? eâ conditione acceperas.

Cic. lib. 1. Insc. 99.

VII. In morte carcer panditur, quid trepidas exire? Gaude potius & gestis; hucusque captivus fueras, nunc liber eris: pater jam carcer; evola. Quid hæcenus philosophatus es, si hanc philosophiam mori tantopere reformidas? Ideo hoc corpus accepisti ut redderes, & ideo reddes ut & denuo recipias cum amplissimo freno. O quam fatuum est illi spei, illi beatitudini non inniti, ut hinc lætus excas ad id quod semper maneat, & morris compendio mutes, quod in perpetuum non tollatur. Patet carcer; evola ad meliora.

7. In morte carceris apertio.

VIII. Mors via est; imo janua est per quam admittimur in patriam, ad æternam vitam, ad immortale gaudium. Mors enim non tam vitæ finis, quam ad vitam transitus est. Præclare dixit Bernardus: Moritur quidem & justus, sed securè: quippe cujus mors, ut præsentis est exitus vitæ, ita introitus melioris. At dixeris: Diu vivere quàm jucundum est? sed ah quàm incertum est, an divina gratia non prius tuâ culpâ te sit deseruam quàm vita. Et quis est qui non subinde trepidet de suâ perseverantiâ, quam nullâ vitæ sanctimoniam mereri potest. Donum est hæc, & gratuitum. Ideo qui donum hoc ambit, donantem sibi conciliet.

8. Via per quam admittimur in patriam.

IX. Causarum causa est, voluntas Dei, cui ab æterno placuit te hoc tempore, hoc loco, hoc morbo, naturæ concedere. Quid vis amplius? Deo sic placet, ita Deo visum est. Hæc illa est voluntas quæ nil velle potest mali. Ergo, quod Siracides suadet, *In tempore infirmitatis ostende conversationem tuam.* Sed has omnes causas in compendium sic confero. 1. Mors Christi. 2. Gratia Dei. 3. Invitatio Cælum. 4. Exempla præeunium. 5. Finis timendorum. 6. Finis omnium malorum. 7. Egressus è carcere. 8. Ingressus in paradysum. 9. Voluntas Dei.

9. Voluntas Dei.

Eccl. c. 18. vers. 21.

§. 13. Mors igitur formidanda non est.

Fac ergo libens, mi Christiane, quod vel nolens faceres. Quidquid sit à volente, sit levius, & desinit esse necessitas, ubi voluntas accesserit. Sapiens sic instructus est, ut, quibus non potest obistere, consentiat. Ergo securus, nil timeas. Natura parens benignissima, nihil fecit horrificum; mortem adeo formidabilem error hominum facit, non natura rei provida. Mortem exhorrescimus, non quia mala, sed quia hominibus non est nota. Si quid magnum volvis animo, si quid altum

Cur homo mortem exhorrescat.

struis, humiles & ineptas vulgi voces despice; verum illos suscipe, quorum imitatio ad veram gloriam via est. Apud nos latè felicitèrque morientium innumerabilia sunt exempla. Non te treteant illorum verba, qui mortem vicinam affirmant. Imitare vel illum è pñcis, qui mortis monitori minime asper hunc dedit dialogum. *Morieris*: Ista hominis natura est, non pœna. *Morieris*: Hac conditione intravi ut exirem. *Morieris*: Gentium jus est quod mutuum acceperis, reddere. *Morieris*: Peregrinatio est vita, cum multum deambulaveris, domum redendum est. *Morieris*: Putabam te aliquid novi dicere. Ad hoc veni, hoc ago, huc me singuli dies adducunt. Nascenti mihi Natura protinus hunc posuit terminum. Quid habeo quod indignè? in hæc verba juravi. *Morieris*: Stultum est timere, quod vitare non possis. Istud non effugit, etiam qui diu distulit. *Morieris*: Nec primus, nec ultimus. Multi me antecesserunt, omnes sequentur.

Excerpta Seneca in lib. pag. 793.

Morieris:

Morieris: Hic est humani officii finis. Quis sanus aucto-
rari molestè tulit? Quò transit Orbis, ego transibo. Ad
hanc conditionem cuncta giuguntur. Quod cœpit, de-
sinet. *Morieris*. Non adeo grave est, quod tantum semel
pariendum est: æterna verè cruciant. Nunc certè minùs
mors formidanda quàm olim: siquidem olim obstructo
cæli aditu, hoc unum omnes ingemiscabant:

Noctes atque dies patet atri janua Diis.

Nunc verò læti canimus:

Noctes atque dies patet atri janua cali.

Ingenti itaque animo mors provocanda est, sive nos
horribili vastòque impetu aggrediatur, sive quotidiano
& vulgari exitu: nihil refert quàm minax veniat, quod à
nobis perit minimum est. Nunquam malè de morte
sentit, qui bene vixit; neque aliquid perdit, qui acquirit
omnia,

§. 14. *Quomodo Sancti mortem desiderant,
& tamen formidant.*

De morte
non malè
sentit qui
bene vixit.

Lib. 31. mo-
val. cap. 16.
ante med.
Cur Pau-
lus carne
expoliari
formidat.

Isaia c. 38.
vers. 10.

Isal. 101.
vers. 25.

3. Reg. c. 19.
vers. 4.

a Sub um-
brâ crucis
Christi.

Surtus in
vitiâ Arsenii
c. 27. die 19.
Iulii.

L. 2. de Irâ.
cap. 3.

b Sûma, hoc
est, extrema
partes, ma-
nus, pedes,
labia.
c Cuius Zo-
notar. lib. 5.
de vita Ca-
rolis V.

Videamus Paulum, inquit Gregorius, quomodo
amet quòd refugit; quomodo refugiat quod
amat. Ecce & mori desiderat, & tamen carne expoliari
formidat. Cur hoc? quia est victoriam in perpetuum læ-
tificat, ipsa nihilominus ad præsens pœna perturbat: &
quanvis vincat amor subsequentiis muneris, tangit tam-
en non sine mœrore animum pulsus doloris. Sicut
enim vir fortis cum vicino jam belli certamine armis
accingitur, & palpat & festinat, tremet & lævit: quasi
pavere per pallorem cernitur, sed per iram vehementer
urgitur: ita vir sanctus cum passioni se propinquare
conspicit, & naturæ suæ infirmitate concutitur, & spei
suæ soliditate roboratur, & de vicinâ morte trepidat, &
tamen quòd moriendo veritùs vivat, exultat. Ad regnum
quippe non potest nisi interpositâ morte transire: &
idcirco confidendo quasi arripit, & quasi ambigendo
confidit: & gaudens metuit, & metuens gaudet, quia
scit quòd ad bravium quietis non perveniat, nisi hoc
quod interjacet, transcendat. Hinc etiam sanctissimi
viri ad mortis occursum non nihil trepidarunt. Eze-
chias Rex invalescente ægitudine tabescens flebiliter
lamentatur, quod in dimidio dierum suorum vadat ad por-
tas inferi: Quid? nonne ab ipso Davide, vocem illam
expressit mortis formido: *Nè revoces me in dimidio dierum
meorum?* Quid de Abrahamo, Jacob, Eliâ dicemus: qui
etiam, ut è paginis sacris discimus, mortem timerunt,
sed moderatè. Elias mortis fugitans, mortem tamen
sub a junipero invitavit.

Arsenius, vir centum viginti annorum, nullo unquam
morbo tentatus, postquam annis quinquaginta quin-
que servivisset Deo, jam migraturus è vitâ, non nihil tre-
pidare cœpit, imò & lacrymis madere. Præsentes hoc
mirati: Etiam tu pater, ajunt, mortem metuis? At ille:
*Revera, inquit, ex quo monachum indui, hanc horam for-
midare nunquam desii.* Ad rem præclare dixit Seneca:
Itaque & fortissimus plerumque vir, dum armatur,
expalluit: & signo pugnae dato, ferocissimo militi paulu-
lulum genua tremuerunt: & magno imperatori, ante-
quam inter se acies atterarent, cor exiit: & oratori
eloquentissimo dum ad dicendum componitur, b summa
riguerunt. c Hoc profus videtur evenisse Carolo V. ma-
ximo Imperatori, qui in omnibus bellicis expeditioni-
bus animosissimus, ad omnia pericula impavidus; qui
ad nullum curulis tormenti tonitru expalluit, nec caput
submisit: nihilominus cum ante prælium thorace ferreo
armaretur, non nihil cohortescere solebat, & pallore
suffundi. At verò ubi jam galea capiti, gladius lateri,
lorica corpori harebat, leonem spirans, in hostem velut
ferreus gigas ferebatur.

Ita mortem optini quique & desiderant & formi-
dant, cupiunt exire & metuunt. Sed præstat cum Cato-
ne mori quàm cum Antonio vivere. Mortem vicit qui
dextra passus est à morte se vinci,

§. 15. *Mors mala vitam malam sequitur.*

Quemadmodum arbor incisa illac ruit quâ pro-
pendet: ita plerumque quâ propendemus dum
vivimus, illac cadimus cum morimur: pede quo cœpi-
mus, semper imus. Monstro simile, si vitam pessimè
actam mors claudat laudabilis. Quæ viventi fuere in
deliciis, eadem recurrant morienti. Aulicus Regis Cœn-
redi famulus qui magis suo domino, quàm Servatori
Christo placere studuit, cum ad extrema venisset, con-
scientiæ curam non tam negligere quàm differre videri
voluit. Demum ubi cacodamones cum ingenti flagitio-
rum codice triumphantes vidit, desperans salutis obiit.
Dum impius Chrysaorius, *Inducias* clamat, *inducias vel
usque mane*, negatis induciis expirat. Herotles Agrippa
prout flagitiis vitam implevit, sic & mortem. Herodias
salsatrix quæ Baptistæ caput carnifici secundum objecit,
etiam suum caput glaciè sectum amittit. Sic Jezabel &
Athalia Regina, sic Reges Benadad & Balthasar, sic
Antiochus, sic alii execenti, qualem egerunt vitam, talem
habuerunt & mortem.

Mors sapientum gemenda, sed multò magis stulto-
rum vita. *Mors peccatorum pessima*, & æternitatis luctuo-
sissima ingressus sine ullo exitu irrevocabilis. Stultè
mortem timet, qui vitam negligit. Qui luxuriæ vivit,
vividus moritur.

§. 16. *Mors bona vitam bonam sequitur.*

Verrissimè dixit Augustinus: *Mala mors puranda non
est, quam bona vita præcesserit. Neque enim facis ma-
lam mortem nisi quod sequitur mortem.* Nimirum boni
seminis bona messis est. Regia ad bonam mortem via
est, vita bona: is gradus ad eam primus, is medius, & ad bonam
ultimus est. Vita & mortem non malè syllogismo
comparare: syllogismi finis, conclusio est; vitæ, mors.
At vero conclusio vera est aut falsa, pro antecedentium
naturâ: sic omnino mors bona vel mala est, prout an-
tecesserit bona vel mala vivendi ratio. Ita divinus Pau-
lus severè pronuntians: *Quorum finis, inquit, erit secundum
opera eorum.*

Memoranda mors fuit sanctissimi martyris Felicis,
qui, cum ad supplicium duceretur, sibi ipse gratulaturus
altâ voce: Virginitatem, inquit, custodi divi, Evangelia ser-
vavi, veritatem prædicavi, nunc flecto cervicem Deo vi-
scissima. Narrant religiosissimæ vitæ virum subitâ morte
occupatum, repertum esse mortuum in musco, illo qui
dem corporis habitu, ut digitum servaret intentum sa-
cris bibliis, & illi etiam paginæ, in quâ Sapientia præ-
monet: *Iustus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.*
*Preiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus, seu lenta
seu subita.*

Mellissimus ille Bernardus æternitati jam vicinus, suos
ultimum affatus: Quia, inquit, non magna religionis
exempla vobis relinquo, tria tamen, quæ magis à me ob-
servata memini, sedulo imitanda commendando. 1. Minus
sensui meo quàm alterius credidi. 2. Læsus à lædente
vindicam non expetii. 3. Neminem unquam offende-
re volui: quidquid contra evenit, sedavi ut potui. Jam
proximus morti, epistolam tamen ad Arnaldum Bonæ-
vallis Abbatem dictavit in hæc verba: Spiritus promptus
est in carne infirmâ. Orate Salvatorem, ut tempestivum
jam exitum non differat, sed custodiat. Curate munire
votis calcaneum nudum meritis: ut is qui infidatur,
invenire non possit ubi figat dentem, & vulnus infligat.

Gerardus & genere & religione Bernardi frater, hoc
ipsum quod affirmamus (mortem bonam bonæ vitæ
conjugi) affatim demonstravit, sed de hoc Bernardum
ipsum, quem ipse dolor disertum fecit, loquentem au-
diamus: Utinam, inquit, non te amiserim sed præmi-
serim, utinam vel tardè aliquando sequar te quocumque
jeris. Non enim dubium quin ad illos icris quos circa
medium

Beda lib. 5.
hist. Angl.
c. 14. inni.

Greg. ha. 11.
c. 1. 4. diu.
cap. 38.

Baron. 104.
an. 46. m. 4.
c. 5. c. 4.
no 33.

Vita bonæ
torum stu-
menda.
Psal. 33.
vers. 22.

Lib. 1. de Or-
vit. cap. 16.

2. Cor. 6. 11.
vers. 15.

Baron. 102.
anno 302.
n. 12. 4. v. 2.
Joan. Raul.
theol. par. 1.
serm. qua-
dragesim.
pag. 345.
cap. 4.
vers. 7.
Psal. 115.
vers. 15.

Aut. vita
lib. 5. cap. 24.

Serm. 26. m.
Cap. profum.
finem.

medium extremæ noctis tuæ invitabas ad laudem, cum in vultu & voce exultationis, subitò erupisti in illud Davidicū, stupentibus qui afflutebant: *Laudate Dominum de calis, laudate eum in excelsis.* Jam tibi, frater mi, nocte adhuc mediâ diefcebat, nox sicut dies illuminabatur. Accitus sum ego ad id miraculi, videre exultantem in morte hominem, & insultantem morti: Ubi est mors victoria tua? ubi est mors stimulus tuus? Jam non stimulus, sed jubilus. Jam cantando moritur homo, & moriendo cantat. Usurparis ad læticiam mater mæroris, usurparis ad gloriam gloriæ inimica, usurparis ad introitum regni porta inferi, & fovea perditionis, ad inventionem salutis, id quæ ab homine peccatore. Justè nimirum, quia tu iniquè in hominem innocentem & justum potestatem temerariam usurpasti. Mortua es ô mors & perforata hamo quem incauta glutisti, cujus illa vox est in Prophetâ: *O mors ero mors tua, morsus tuus ero inferne.* Illo, inquam, hamo perforata, transeuntibus per medium tui fidelibus latum lætūque exitum pandis ad vitam. Gerardus te non formidat, larvalis effigies. Gerardus per medias fauces tuas trāsīt ad patriam, non modò securus, sed & lætabundus & laudans. Cùm ergo supervenissè, & extrema jam Pſalmi me audiente clarè voce compleſſet, suspiciens in cælum, ait: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et repetens eundem sermonem, ac frequenter ingeminans, Pater, Pater, conversus ad me exhilaratâ facie, Quanta, inquit, dignatio Dei, patrem hominum esse? quanta hominum gloria, Dei filios esse & hæredes! sic cantabat, quem nos lugemus, in quo & meum (fateor) lætū pænè in cantum convertit, dum intentus gloriæ ejus, propriâ ferè mixtâ obliviscor. Mori malè non potest, qui non malè vixit.

§. 17. Qualis vita, talis mors.

VEnator defessa toro cùm membra reponit, Mens tamen ad silvas & sua lustra redit. Nimirum quæ diurnis agitamus curis, recursant nocturnis. Eodem prorsus modo, quibus in vitâ insuevimus, ea placent & in morte. Hinc talis plerumque mors est, qualis præcessit vita.

Aurifabrum ajunt fuisse, cui etiam in ipsâ fati lineâ libuit esse negligentem salutis, & plus curare argentum quàm cælum. Huic argentea Christi crucifixi statua veneranda atque osculanda porrigebatur, monebaturque mortem illius cogitaret, qui humanam gentem ab interitu revocasset tam acerbo leti genere. At ille inferorum ac cæli, ille sui atque Dei, ille omnium sanctorum cogitationum oblitus: Et quæso, ajebat, quot pondo esse cenſeris hanc imaginem? Aurifex miserrime, non sanctiora cogites, in hoc æternæ salutis punctistitio, in illo quo vita & mors distinguitur momento. Ita prorsus quod diurnis versamus studiis, id nocturnis somniamus ludibriis, & quod in vitâ agimus, in morte cùm agimus animam, rarò desinimus. An non hos tales vulpi similes esse dixeris? quæ cùm ad patibulum duceretur, ultimùm adhuc plateam anserum transire cupiebat: ita qui aurum amant, qui voluptates inhiant, oculis jam morte pressis, & spiritui supremos anhelitus redente, etiamnum aurum, etiamnum voluptates somniant. Sic vivimus, sic perimus.

Quandò meliùs Socrates, qui nec ipso quidem excessu vitæ, sui & honesti potuit oblivisci? Quandò sanctiùs ille Christiani sanguinis, nec infimæ sortis famulus? Aulicum erat servitium Oenoponti graviter decumbens; jamque rationes cum sacerdote purat, cum usu venit ut sui levandæ frigidam posceret. Datur: & cum porrecto poculo, dicit causâ, jubetur ei, quem amicissimum haberet, propinare. Le cæulum fortè aulica turba coronabat. Tum ille circumferre oculos, & ex adverso Christi patientis iconem contemplant, acque: Christo, in-

quit, propino charissimo meo, qui me ab inferis vindicavit. Cujus dicti suavitas omnium animos mirè permulſit, at ille postredie ad amicissimum feliciter migravit. *Non sic impii, non sic.*

Antiochus Rex Syriæ Judæos immaniſſimè vexavit: Maximinus verò Imperator crudelissimis edictis & atrocissimis cruciatibus funditus Christianos delere statuit, quorum uterque tandem divinâ se exerente justitiâ in morbum deterrimum lapsus, cùm aliunde nulla se auxilii spes ostenderet, ille Judæos, hic Christianos enixissimè rogavit, ut pro salute ipsorum supplicarent Deo suo, simillimi planè corvo Æsopico, qui cùm lethali morbo urgeretur, matrem assidentem monebat, ne apploraret sibi: quin potiùs sanitatem suam precibus commendaret Diis. Cui illa: O mi fili, quem Deorum tibi propitium fore confidis, cùm nullus sit, è cuius arâ, victimæ partem non sis furatus.

Ergo quales vivimus, tales morimur, tales & judicamur, tales aut Orco asserimur, aut Cælo.

§. 18. Bona mortis votum.

MOriatur anima mea morte justorum, & sicut novissima mea horum similia; exclamat vates Balaam. Quantò rectiùs vovisset: Vivat anima mea vitâ justorum, ut & mori possit morte justorum. Ridiculum est, mortem bonam appetere, & bonam vitam fugere. Bene vivere laboris, bene mori felicitatis est, sed istud ab illo pender. Qui recusat rubrum pelagus transire, non poterit manna comedere; qui Ægyptiam servitutem amat, terras beatas non continger. Piè hîc & eleganter Bernardus: *Vitam, inquit, hac morte ego frequenter cadam, & evadam laqueos mortis, ut non sentiam vitæ luxuriantis mortifera blandimenta, ut non obstupescam ad sensum libidinis, ad æstum avaritiæ, ad iracundiæ & impatientiæ stimulos, & angores sollicitudinum & molestias curarum. Bona mors quæ vitam non aufert, sed transfert in melius.*

Nimirum hæc illa mors est, quam sibi votis omnibus expectat, qui vitam ambit mortis ignaram. Ante mortem mori vitis, mors omnium optima est.

§. 19. Somnus Mortis frater.

Refert Pausanias, Olympiæ visam à se statuam, NOCTEM, figurâ habitūque muliebris: hæc puerum Noctis filium dormientem dexterâ tenebat, levâ nigrum dormientem similem. Horum primum appellari Somnum, alterum Letum, utrumque autem Noctis esse filium. Hinc Maro consanguineum Leti soporem facit.

Gorgias Leontinus, jam senio confectus, & ad vitæ metam spectans, adversâ valetudine correptus est. Ad hunc amicorum quidam revisit, reperitque optimum senem in somnum prolapsū: evigilantem interrogavit, quâ haberet? Cui Gorgias respondit: Jam somnus incipit suo me fratri tradere.

Quisquis est Christiani sanguinis, nunquam se somno permittat, quin suam priùs conscientiam conveniât, & noxas dolendo detergat. Multi dormire ceperunt & simul mori, qui priùs vitam quàm somnum finierunt. Itaque ipse etiam somnus Leti frater timendus, & quàm fieri potest, non cautissimè tantùm, sed & castissimè adeundus. Qui non castè dormit, vix castè vigilabit.

§. 20. Mortis prodromi.

ÆTERNITATIS prodromus mors, mortis prodromi mi notissimi, dolores & signa letalia. Letale signum, si Plinio credimus, in furoris aggritudine, risus est; in aliis verò morbis, inæquabilis & fornicans venarum percussus, sed & oculi ac nares indubitata mortis signa exhibent. Cum Plinio experientia quoque loquitur, vicinæ mortis esse indicia, cùm periculose egroti itinera disponunt, & fugam moliantur è lecto; cùm

Offic. 13. v. 14.

Thom. 240. vus.

Valer. 1. 7. v. 2.

Anno Christi 1614.

Psal. 1. v. 4.

Antiochus rex Syriæ & Maximinus Imperator.

Corvo Æsopico simillimi.

Num. c. 23. v. 10.

Bene vivere laboris, bene mori felicitatis.

Serm. 52. in Cant. med.

Mors optima quæ?

L. 1. Æliæ. Noctis filium.

Lib. 6. Æneid.

Ælia. 1. 2. varior. hist. c. 35.

Somnus timendus.

Mortis prodromi. Lib. 7. nat. hist. c. 51. 100.

stragulam vestem plicant, aut operimenti quasi villos decerpunt. Præter hæc subinde quedam velut prælagia sunt que mortem appropinquantem non vanè nunciant. Augustus Imperator ante efflatam animam subito pavescens, à quadraginta se juvenibus abripi questus est. Id quoque magis prælagium, inquit Suetonius, quam mentis alienatæ signum fuit. Siquidem totidem Prætoriani milites, eum mortuum in publicum extulerunt.

Plutarch. & Arrian.

Cùm Alexander Rex Macedo ad Babylonem navigaret, exortus ventus regium capitis ornamentum & alligatum ei diadema rapuit, ornamento in aquas delapso, palustri arundini adhæsit, diadema. Hoc è navitis quidam allatum iit, sed ne illud natando madefaceret, capiti imposuit, atque sic Alexandro retulit. Muneris loco talentum accepit nauta, sed mox Chaldæorum monitu capite plexus est. Sed nec Alexander mortem effugit, quam ei ablatum diadema proximam portendit.

Bavon. rom. 12. anno 1185. Vide consider. de Æternitate Confid. 5. §. 3. Cap. 1. §. 38. supra. Chronicon Monasterii Monach.

Anno Christiano 1185. cùm ingens, idque ultimum Andronico Comneno Imperatori exitum immineret, Constantiopolim in templo statua beati Pauli, quam ei Andronicus posuerat, ubertim flevit. Nec vanæ fuerunt lacrymæ quas Imperator sanguine suo diluit.

Prælagium somnium Guilielmi Ducis Bavariæ jam supra narravimus. Huic sanguinis cognati virginem adstitimus. Barbara Bavariæ princeps, quinquennis cœnobium virginum Monachii est ingressa. Hanc Rex Galliæ conjugem sibi petiit à Duce Alberto fratre germano Barbaræ. Hòc cùm innovasset puellæ, triduum petiit deliberationi. Et isto quidem tempore remotis à se arbitris, cum solo Deo egit, ardentè sapius precatà in templo, divinæ voluntati explorandæ. Elapso triduo respondit: Mei parentes me Deo donarunt, hoc ego donum non revocabo. Ita in cœnobio permansit. Inter alia sibi concessa habuit amaracum tam prodigiosæ magnitudinis, ut huic portandæ vix duo viri suffecerint. Grandem deinde caveam avibus plenam aluit. Sed & torquem aureum sub sacro velamine, nudo corpori applicitum gestavit. Verùm quattuordecim diebus ante obitum Barbaræ, amaracus omnis exaruit; nocte alterâ omnes aves repertæ sunt mortuæ; tertiâ demum nocte medius torques rupit. Barbara prælagi animi virgo, Antilitam conveniens: Hæc omnia, inquit, me petunt. Et paucis post diebus, cùm annum ageret decimum septimum, obiit, die Divo Joanni Baptiste sacro, anno 1472. Post illustrius hujus virginis mortem decimo quarto die; alia è monialium numero defuncta est, hanc iterum al. & atque aliq̄ secute sunt moriendo, dum viginti virgines, ex eadem sacra familiâ certis intervallis obierunt.

Habent subinde viri principes feminaeque mortis suæ prælagia, insolitos larratus canum, rugitus leonum, intemptivos in horologiis sonitus, nocturnos in arcibus tumultus, aliæque propinquæ mortis indicia. Rectissime dixit Plinius: Cùm innumerabilia sint mortis signa, saluus securitatisque nulla sunt. Quid verò illa omnia monent, nisi hoc ipsum: Memento te esse hominem, ò homò! Æternitatem cogita ad quam properas: Brevi est eundem, nam hospes. es quare viam: Age sis, para te, ad Dei tribunal reorum omnium scopulum vocaris. Qualis vixisti, talis judicaberis.

§. 21. Quid ad mortis nuntium respondendum.

Paulinus in vita Ambrosii.

Beatus Ambrosius, accepto mortis nuntio, cùm amici lugenter rogarentque ut longius vitæ spatium à Deo posceret: Non sic vixi, ait, ut me pudeat inter vos vivere: sed nec mori timeo, quia bonum Dominum habemus.

A Sapientissimum hoc responsum Augustinus plurimum suspexit, & apud suos tanquam elimata proflus & librata verba maximopere commendavit. Ideo enim dixisse censemus, *Nec mori timeo, quia bonum Dominum habemus*, ne crederetur de purgatissimis suis moribus præfidentius sentire, qui magis Domini bonitati, quam suis meritis fidebat.

Ipse Augustinus, ad mortis nuntium nil turbatus: *Possid. in vi. c. 27. Non erit magnus, inquit, magnum putas quòd cadunt ligna & lapides, & mortales moriuntur.*

Aurei oris orator Chrysostomus paulò ante mortem, exul ad Innocentium scripsit: Nos tertium jam annum in exilio versamur, expositi pestilentia, fami, bello, continuis incursionibus, solitudini inenarrabili, quotidianæ morti, Mauricis gladiis. Cùm verò jam esset acturus animam, clarè pronunciauit: *Gloria tibi Domine, de rebus omnibus.*

Divus Cyprianus ob Christianam religionem capite damnatus, ingenti spiritu dixit: *Deo gratias*, qui me à corporis vinculis dignatur absolvere.

Hos sanctissimos viros imitetur moriturus, dicatque hoc ipsum sapius: *Deo gratias, Gloria tibi Domine, de rebus omnibus.* Sat mihi vigilatum inter spinas, sat lufum inter feras, sat laboratum inter procellas. Nunc, quia vigiliarum, & lufus, & laboris finem video, *Deo gratias, Gloria tibi Domine, de rebus omnibus.* Nimirum, quibus vita est tædio, mors est lucro.

§. 22. Mors dulcissima, sed pessima.

Georgius Clarentiæ Dux à fratre Eduardo IV. Angliæ Rege ob suspicionem affectati regni iustus est mori, datâ tamen mortis optione. Ille sua viissimam mortem electurus, labrum vino Cretico impleri præcepit, in hoc ipse se collocavit, atque ut alii per stillidiam emittunt animam, sic ille dulcissimum liquorem sorbendo, stillatim admisit mortem, submersus tandem in hoc tam suavi, sed letali balneo.

Si mores spectemus, ah quanti sic moriuntur! Voluptatum melleam portionem tam intemperanter bibunt quam sitiunt, nec ullum faciunt aut sitiendi aut bibendi modum. Ita dum sugunt, dum lambunt, dum sorbent, dum totâ animâ in se trahunt voluptates vanas, breves, fœdas, pœnitendas, heu miseri guttatim exitium combibunt, ventris aclibidinis mancipia. Atque quò avidius melleam hanc mortem hauriunt, eò citius se submergunt. *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.*

§. 23. Melior mors quam vita amara.

Præstat semel mori, quam ad mortem sapius accedere. Quotidie morimur, infantiam amissimus, deinde pueritiam, deinde adolescentiam; usque ad hesternum, quidquid transit temporis, perit, nec sine labore, ac ærumnis plurimis. Has Gregorius Nazianzenus compendio complexus: Nullum, inquit, inter homines bonum est, quod non aliquid habeat admixtum vitii; opes, sunt invidiæ; pauperas, pedica est; dignitatum saltus, mera sunt insomnia. Imperare, periculosum; alterius imperio subesse, molestum: juvenus est temporis fervor; canities, tristis vitæ occasus. Gloria, est acri; nobilitas, vetus sanguis; matrimonium, est vinculum; liberi, sunt seges curarum: fatieras petulantiam, egestas impatientiam suadet. Omnia denique mortalibus laboriosa sunt; omnia humana merus metus, risus, fluctus; merus flatus, fumus, volatus. Quidquid in orbe cernitur orbis quidam est perpetuâ conversione similia omnia volvens, qui modò videtur stabilis, modò dubius est, modò labilis, diebus, noctibus, laboribus, moribus, mæroribus, voluptatibus, calamitatibus semper incertus ac varius. Et quid demum post illa tam incerta? Mors certissima. Eleganter proflus Augustinus: Mors Mors est sola, certissima.

Singule enim gutta jugulant. Job c. 21. v. 13.

Tract. de vitia itineribus. Extra sub nem operum illius. Nullum bonum est aliquid vitii non sit admixtum.

folä, inquit, certa est, cetera sunt incerta omnia. Conceptus est puer, forte nascitur, forte non nascitur, sed abortu perit. Si natus sit, forte crescit, forte non crescit; forte senescit, forte non senescit; forte dives erit, forte pauper; forte honoratus erit, forte abjectus; forte uxore ducet, forte non ducet; forte habebit filios, forte non habebit; forte ægrotabit, forte non ægrotabit; forte à bestia devorabitur, forte non devorabitur. Nunquid possimum dicere: forte morietur, forte non morietur.

Divinæ paginæ Regis Alexandri fatum ita depingunt: *Et post hæc decedit in lectum, & cognovit quia moreretur.* O quanta vis verbulo, *Post hæc, & illi, decedit,* sed & isti, *quia moreretur.* Orbem, imò orbés plures victoriarum spe jam devoraverat Alexander; Æternis annalibus dignissima gessisse sibi visus est: nihilominus post tot tantisque victorias, victus cecidit, non modò in lectum, sed & in tumulum, sarcophago contentus. Refert Petrus Alfonsus, Alexandro jam vitâ functo, complures philosophos confluisse, qui super regio funere varia pronunciarunt. Fuit, qui diceret: En, modò quatuor ulnarum spatium ei satis est, cui spatiosissimus terrarum orbis non suffecerat. Subjungit alter: Heri potuit Alexander quos voluit à morte liberare, hodie non potest seipsum. Aureum defuncti loculum contemplatus unus: Heri, ajebat, Alexander ex auro fecit thesaurum, jam mutatis vicibus thesaurum ex Alexandro facit aurum. Ita dictis eruditè certatum est; omnium tamen una erat vox, quæ divini oraculi: *Post hæc decedit in lectum, & mortuus est.*

En, in quantas sæpe cogitationes, obliiti conditionis nostræ venimus! Immortalia (utinam cælestia) volumus animo, & in nepotes pronepotésque disponimus, cum interim longa conantes mors opprimit, & hoc quod senectus vocatur, pauci sunt circuitus annorum. Ecceur, obsecro, morti fidimus? Circumspicite quàm levibus causis amittamus vitam: non cibus nobis, non humor, non vigilia, non somnus sine mensurâ quadam salubria sunt. Morti ad nos aditum pandunt pes leviter offensus, auriculæ dolor, dens verminans, cibus stomacho parum obsequens, humoris corrupti guttula. Nunquid ut extinguamur, res magni molimenti est? Odor, sapor, lassitudo, nutrimentum ipsum, & sine quibus vivere non possumus, mortifera sunt. Humanum corpusculum, imbecille, fluidum, pure, morbidum, quocunq; se movet, infirmitatis suæ statim conscium, non omne cælum fert, aquarum novitatibus, statûque non familiaris auræ, & tenuissimis causis læditur. Ergo Siracida credamus. Ergo *melior mors est (ò mortales) quàm vita amara, & requies æterna quàm languor perseverans.* Ergo, melior habitatio est in cælis, quàm peregrinatio in terris.

§. 24. Beatitudo mortis.

Scribe: *Beati mortui qui in Domino moriuntur: amodo enim illorum sequuntur illos.* In Domino mori, idem est, quod mori servum Domini, uti de Mose sacre paginæ loquuntur: *Moses servus meus mortuus est.* Quasi Dominus diceret, inquit Cajetanus, Licet quandoque peccaverit, & peccando non fuerit servus meus; attamen mortuus est servus meus; mortuus est in statu servitutis meæ; mortuus est sic, quod quidquid erat, & quidquid operabatur, meum erat; servus enim totum quod est, domini est. Et talis servus Domini, illud Simeonis carmen in ipsâ morte moduletur: *Nunc dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace.* Omnino in pace, eaque æternâ, ad cujus statim initium, omnium proborum hominum bella finiuntur, æternùm non resuscitanda. Tales etiam servi Dei in Domino moriuntur, qui in Domini sinu quasi morientes conquiescunt, & sic quiescendo suaviter in mortem ob-

A dormiscunt. Ita Stephanus inter ipsos saxorum nimbos, *Act. c. 7.* in tanto lapidantiâ tumultu & fremitu, obdormiuit in Domino. Ita & Lazarus amicû suum Christus dormire dixit. Sic & Moses servus Domini mortuus est jubente Domino, vel ut alii exponunt, super os Jehovah, seu, ex osculo Jehovah; hoc sensu: Sicut mater infantulum brachiis suis indormientè deosculatur, & sic in lectulo blandè reponit; ita Mosén, ceu dormientem infantem, Deus per osculum & amplexû in sinu Abrahamæ quasi in lectulo collocavit. Nimirum, *Cum dederit dilectis suis somnum,* *Psalm. 126.* ecce hereditas Domini. Beati ergo tales mortui, & nimirum beati, quia nunquâ amplius futuri miseri. Bona, inquit Bernardus, mors justî propter requiem, melior, propter novitatem, optima propter securitatem. Beati, iterique beati tales, opera enim illorum sequuntur illos: sequuntur tanquam famuli suum dominum, tanquam filii suum patrem, discipuli suum præceptorem, milites suum ducem, nobiles suum regem; sequuntur usque ad tribunal Dei; deducunt & comitantur usque ad supremam Dei curiam, quò hi soli nobiles famuli admittuntur. Atque uti quantum quisque dives sit ac nobilis, ex famulorum cum numero, tum ornatu cognoscitur: ita qui ante Regem gloriæ dignè apparere cupit, sibi de tali familiâ provideat, curétque ut ea se stipet, sitque quàm numerosissima & ornatissima. Et licet bona opera nostra præcedant nos merito, sequuntur tamen præmio; labor qui in illis, prærit; merces quæ ab illis, subsequitur.

§. 25. *Valedictio morientis ad vivos eadem viâ securus.*

Quorum me pœniteat, multa sunt; virtutis sapius neglecte, & temporis malè consumpti. Quàm potuissim, imò debuissim fuisse patientior, submissior, & quotidianæ mortis studiosior! quantillus in me divini amoris igniculus spiravit! Miserere mei Deus, miserere mei, secundum magnam misericordiâ tuam: parce peccanti, ò infinita bonitas, per filii tui sanguinem & mortè te precor. Sed & vos quoque offendi dictis vel factis, ignoscite; fatentem habetis reum & dolentè: atque hoc mihi abituro viaticum habetis reum & dolentè: atque hoc omnium veniam. Ne quæso exemplo meo, quod sæpe pravum fuit, vestra decrescat virtus. In oculis vobis sunt sanctiorum mores & vita, ad quam & vestra sese cõformet: illorum patientiam, submissiõnem, obedientiam accèsis studiis æmulamini. Sed & vobis gratias ago maximas, quotquot mihi benefecistis; quotquot me juvistis seu manu & opere, seu curâ, consilio & amore. Deus, bonorum fons inexhaustus, & amoris pelagus immensum, vicem reddat amori vestro. In eos certe bonus hic Deus liberalissimus esse solet, qui toto se ipsius sanctissimæ providentiæ committunt. Præclarissima quidem virtus est Obedientia, & sine quâ reliquæ in homine religioso, nec virtutes quidem sunt. Summè necessaria est Patientia. Excellentissima est submissio, sui que ipsius contemptus. Christo charissima virtus est paupertas: Virtutum regina Charitas est. At verò præ cæteris virtutibus omnibus singulare quid & eximium habere mihi videtur *Fiducia* in Deum, & plena suimet in divinam providentiâ *Resignatio*, quam & sacra pagina adeo commendat, quæ & regio vari continuo in ore est; quam demum Christus tot argumentis, à floribus etiam & aviculis petitis persuadere conatur. Hujus fiduciæ vires, & quæ illam animi tranquillitas sequatur, nec nosse, nec aliunde notas credere potest, qui non semper atque in omni re, maximâ, minimâ, perfectissimè Deo fidit, divingque Providentiæ ac voluntati se totum integerrimè permittit. Neque hominum ulus est, puto, qui hac in Deum spe fiducia que fuerit, & non sæpius arcana in se miracula deprehenderit. Fidamus Deo, nòsq; totos divinæ dispositioni, quâ possimus plenissimè, credamus: ipse providebit, ipsi curæ est de nobis.

Ego quidem, quod cernitis, ad Dei tribunal citor, rationem

1. Machab. 6, 1. v. 6.

Vnus Pelao juvenis non sufficit orbis. Lucan. sat. 10, v. 168.

Quæ pandunt aditum morti.

Zech. c. 30. v. 17. Greg. Naz. orat. 19.

Apoc. c. 14. v. 13. In Domino mori quid sit. Iosue c. 1. v. 2. Mortuus est Moses servus Domini.

Fiducia in Deum præ cæteris virtutibus habet aliquid singulare.

tionem redditurus de sexaginta annis. Omnia mea, facta, dicta, cogitata illi iudici sunt apertissima; nihil latere poterit: omnes vitæ meæ actus sententiam decretoriam accipient. Heu horreo; nam verè horrendū est iudici Deo sistere. Sed est quod me in tā arctis rebus soletur. Licet ergo servus sum improbus, bonus est tamen Dominus meus, & infinitè bonus, qui servulum quantumvis malam, suam tamen fuisse agnosceret. Non parum etiam præsidii pono in Divis illis quos ad mortem meam & ultimum certamen invitavi, cum diebus ipsorum honori festis caelestem mensam hoc sine accumbere, ut mihi Divos illos Divasque propitiarem, volentes redderem ad ferendum in morte auxilium. Sed & causæ meæ, subsidii plurimum & patrocinii spero à sanctis Angelis, quos singulariter venerari, mihi que demereri, licet officiis non dignis, quotidie conatus sum. Hos tutelares purissimos spiritus, cum omnibus Sanctis, jam iudici sistendus, corde & ore invoco. Vos verò universi etiamnum superflites salvere, meque suo quisque ordine secuturi Valere.

S. 26. *Morientium extrema monita.*

VTi sol ad occasum tendens amœnior est, sic homo morti vicinus, plerumque sapientior. Hinc illæ morientium orationes à sapientia laudatissimæ. In specimen pauca dabimus.

Xenophon in Cyro. Alii ajunt, acie vidit à Teomyride Maf sagetarium reginã, qua mortui caput in suam humanam crure plenum demiserit, his verbis insulans: Filii mei sanguinem haufisti, & meum stitisti, Cyre: ac ego crure te saturabo. a Lærtius, b Zelius Spartianus, c Baron. 10. 2. an. 306. d Robertus Gaguinus l. 7. histor. Franc.

Cyrus Rex moriturus: Corpus meum, inquit, ò filii, cum diem supremum clausero, nec in argento, nec in ullo alio metallo condite, sed rem suam terræ reddite. Postrema ejus vox fuit: Si in amicos benefici fueritis, etiam in hostes animadvertendi facultas non deerit. Valere filii charissimi, atque idem matri meis verbis renunciate. Vos itidem amici, qui adfectis salvere. **M**ultra dulcia mentitur vita, obtenta gloriæ, cujus amore nihil est vanius. **H**uc spectat Severi Imperatoris morientis dictum: Omnia fui, sed nihil prodest. **C**onstantius Imperator Constantini Magni parens jam moriturus imperiū filio transcribens, mirā hilaritate animi: Nunc, inquit, mortem propè pluris quam ipsam immortalitatem æstimo: filium imperatorem relinquo. Hic vir hic est, qui post ducentos septuaginta annos, Christianorum lacrymas absterfit, & tyrannorum crudelitatem vindicavit; Christus cum Constantino verè in armis fuit.

Rex Galliarū Ludovicus in extremis filio hæc præcepit. Cave, mi fili, ne unquam letale peccatum admittas: potius omne tormenti genus perfer, quam talem culpam perpetres. Peccata crebrò confitere, eòque tibi confessarios delige, qui agenda docerè, cavenda sincerè audeant monere, & vitia reprehendere. Parentibus obedientiam, amorem ac reverentiam exhibe.

Clotarius Rex in villi villā moriens: Quid putatis, inquit, quantus ille Rex est, qui tantos reges interficit?

Carolus V. Imperator augustissimus, morti jam vicinus, vocato ad se filio Philippo II. hirtum ei cilicium & cruentum flagellum, quibus in se usus, asservanda tradidit, non sine præclaris monitis.

Philippus II. Hispaniarum Rex vitam pariter clausurus, ubi ex arcano scrinio illud ipsum parentis cilicium & flagellū, quibus etiam ipse corpus domuit, Philippo III. filio munus protulisset, hæc insuper adiciens monita: Magnam, inquit gratiam tibi fecerit Deus; si te illud gloriæ fastigium evexerit, cum præcuntem habuisti. Sed ex animo te obtestor, cum id assecutus fueris hujus etiam lecti, in quo me jam vides, memineris; hæc, ut cernis, subsistit omnis mundi gloria. Dein commendando tibi sedis Apostolicæ obedientiam, fidei Catholicæ protectionem, Religionis Catholicæ zelum, Reipublicæ pacem, & in subditos justitiam. Si Deus his

A meis consiliis subscripserit, suum regem non amittere hoc regnum, sed utiliter commutabit.

Ferdinandus Magnus Castellæ Rex mortem obiit memoratu dignissimam. Egrotare cepit ipso Christi natali die, jam facti sui è B. Isidori monitu certus; posttridie cultu profusus regio, præfulibus comitantibus, delatus est in templum. Hic singula regum ornamenta deponens, Deoque sua velut restituens, ad aram remisit, ipse cilicio indutus, & cinere aspersus, in terram se abjecit cum lacrymis, dixitque: *Domine, regnum quod à te accepi tibi restituo: colloca me, queso, in æternā luce.* Altero ab hoc die sacramentis munitus, in eodem templo vitam sanctissimè finiit, ubi annis quadraginta regno præfulset.

Carolus Rex Siciliæ cum in ultimis esset, hæc locutus est: O vanas hominum cogitationes! Ah, miser! honoribus delectamur, aurum acervamus, & negligimus cæli tribunal. Beatam pauperum sortem, qui tenui salino contenti, somnos ducunt tranquillissimos. Quid me regnū, quid omnium obsequia jam juvant? miser esse potuissem sine tantis impendiis. Nondum cepi vivere, & jam cogor vivendi finem facere. Ubi nunc vires imperii mei eadem me necessitas involvit quæ vilissimum mendiculum. E tot millibus famulorum, clientum, adulatorum, ne quidem unicus est, qui comes ire velit aut possit ad Dei tribunal. Ite nunc mortales, & magnis cogitationibus pectora implere. Ite cauti & opes anxie captas per mille annos disponite, hodiernā vel crastinā morituri. Vale igitur terra: utinam dicere liceat, Salve caelum.

Sed ne silentio transeamus opulentissimum regum, & sanctissimum, solem Hebrææ gentis Davidem, qui è vitā discessurus: *Ego, inquit, ingredior viam universæ terræ.* Et ad filium Salomon filii sui, ait, *scito Deum patris tui, & servi ei corde perfecto, & animo voluntario. Omnia enim corda scrutatur Dominus, & universas mentium cogitationes intelligit. Si quaesieris eum, invenies: si autem dereliqueris eum, projiciet te in æternum.* Terribilis exhortatio, & quæ vel adamantinum pectus penetret. Hac ultimā concione suā David, optimæ vitæ capita exactissimè complexus est, scilicet, Dei præsentiam ubique cogitandam; Deo fidelissimè serviendum; obedienti præmium fore ipsum Deum; prævaricatori æternum imminere supplicium.

Ita mors devorat omnes, ducit reges, trahit populos, impellit gentes; non precibus flecitur, non divitiis placari, non lacrymis persuaderi, neque ullis unquam viribus superari potest. Sed æquo animo sapiens, stultus iniquo vitam deserit.

S. 27. *Christus invitatur.*

Mane mecum Domine, quoniam advesperascit, & inclinata est jam dies. Dies vitæ meæ in noctem præceps vergit, nec ullus est Iosue, qui propterantem hunc solem sistat, & diem extendat: lux mea jam jam occubura in terrā sinum festinat. Sed uti sol quotidie terrā se pelitur, & ipse suas ite exequias, & tamen quotidie velut redivivus è suo illo tumulo emergit: sic & ego, sic & omnes quotquot vivimus, in terram quidem abibimus, illius gremio condendi: sed redibimus è terrā, sole ipso clariores.

Ergo, ò Christe, ò mi amantissime Servator, mane mecum, en advesperascit: oculi, aures, sensus omnes à me deficiunt & abeunt in singulas pænè horas; nec abeunt morari possum aut retinere. Tu solus oro, ne me deseras, Jesu benignissime, & cetera libens dimittam. Abite omnia alia; missionem do, & veniam. Meus creator mecum est, satis est; omnia bona mecum sunt. Sed ut mecum in ipsam usque noctem, in ipsam usque mortem permaneat, identidem clamo: Mane mecum Domine, quoniam advesperascit. Sed & cum vox mihi omnis hæserit, cum omnis sensus defecerit, & solus

Henr. Span-dan. è Baro. anno 1065. sine.

Lucius Marinus de rebus Hispan. l. 18. prope finem.

1. Par. c. 28. v. 2.

David ultimā concione suā optimæ vitæ capita complexus est.

Luc. c. 24. v. 29. Dies vitæ in noctem vergit.

solus isque tenuis in me halitus vixerit, volo ut singula respiraciones meæ ad usque ultimam, pro voce fiat, illudque iussu hoc meo significent & flagitent: Mane mecum Domine, Domine mane mecum.

§. 28. *Moribundus animatur.*

Cum non lubet multa legere, en tibi paucos versiculos, levando fastidio, & animo firmado non parum utiles. Cogita Cyprianum hæc tibi velut in aurem intulurare: Cum motimur ad immortalitatē transgredimur; nec potest vita æterna succedere, nisi hinc contigerit exire: non est exitus iste, sed transitus, & temporalis itinere decursio ad æterna transgressus. Quam præposterum est, quàmque perversum, ut cum Dei voluntatem fieri postulemus, quando evocat nos & accersit de hoc mundo Deus, non statim voluntatis ejus imperio pareamus? Nitimur, reluctamur, & pervicacium more servorum ad conspectum Domini cum tristitiâ & mœrore perducimur, exeuntes istinc necessitatis vinculo, non obsequio voluntatis. Et volumus ab eo præmiis cælestibus honorari, ad quem venimus inviti? Quid rogamus & petimus, ut adveniat regnum cælorum, si captivitas terrena delectat? Quid precibus frequenter iteratis rogamus & poscimus, ut acceleret dies regni, si majora desideria & vota potiora sunt, servire istic diabolo, quàm regnare illic cum Christo?

Mors est ad immortalitatem transgressus.

Hæc inquit morientibus occidendum.

Cypri. serm. de mortalit.

Gaudere, est Christum videre.

Mors est mortalium portus.

Tunc est pax Dei servis, tunc libera & tranquilla quies, quando de istis mundi turbinibus extracti, sedis & securitatis æternæ portum petimus, quando expunctâ hac morte ad immortalitatem venimus. Cum videre Christum, gaudere sit, nec possit esse gaudium nostrum, nisi cum viderimus Christum, quæ cæcitas animi, quæve dementia est, amare pressuras, pœnas & lacrymas mundi, & non festinare potiùs ad gaudium, quod nunquam possit auferri?

Mors ergo mortalium omnium portus est. Felix litus, securus portus! in quo nemo, nisi volens, naufragatur.

§. 29. *Resurrectionis fides.*

Caro hæc nostra jam vivit, brevî reditura ad argillam suam, ad vagum pulverem; etiam in sterquiliniæ bestias, in quibus & venena ruminet; etiam post naufragia in aliquem picium censum; in, culices, tinea, locustas & formicas; in subterranea, in subaquanea, in vesperugines & noctuas; demum in quas non refingitur bestias? Et post hæc omnia eadem caro surget: quæque ante per tormenta laniata, quæ per ignes abierat in favillas, coronabitur. Nec tu mihi hæc cogita aliam carnem à priore, nisi Deum velis injustum, qui aliam mercede donet, quàm quæ vicerit: aliam considerare secum faciat in cælestibus, quam quæ suda verit: quasi alterius sint præmia, quàm cujus fuerint agones & certamina. Eadem per omnia anima quæ in hac carne pugnavit, stetit, Deum didicit, Christum induit, salutis spem seminavit, fructum meter. Eadem omnino caro quæ omnem hunc vitæ ordinem cum animâ decurrit, alit, æstuavit, sanguinem fudit, cum eadem sociâ animâ præmium accipiet. Idem fuit Lazarus post quadriduanum sepulchrum, & ante. Idem filius post siccitatem matris lacrymas, & ante. Idem Christus post monumentum, qui ante. Nec ullum sepulturæ senium, Deo aut potestatem admittit, aut bonitatem tardat. Eadem est divitis lingua quæ deliciis pascitur, & quæ flammis punitur, ac de digito animæ felicitatis expectat solatium roris: ita eadem per omnia caro, quæ sæculo gaudente luxit, sæculo lugente gaudebit, ut nulla jam sit de scelere fortunata, de probitate misera, cum singula restituantur, ut pro meritis demeritisve in hac vitâ, supplicii vindicentur aut præmiis donentur in futurâ. Inspice figuram, argillam vario ignis temperamento, in robustio-

Caro cum animâ præmium accipiet.

rem laxioremve recoquit materiam, aliâque ex aliâ fingit formam. Non poterit Deus eandem argillam, eadem quâ quondam spiritus sui aurâ, erigere in vitam? aut qui olim musculos ut glebas, ossa ut saxa, papillas ut calculos, venarum ramosos discursus, nervorum trauduces, medullarum thesauros, ex illâ ipsâ argillâ formaverat, non poterit eadem ex eadem effingere? aut major fuit divini vis Numinis in virgine adhuc argillâ, minor in viduâ, post rescissum serchel animæ conubium? cur eadem quâ antè formatâ manu, non eodem animetur quo antè afflatus? An quia quod perit semel, semper perire necessum sit? quâ id lege? Intuere, ne te ad sublimiora deducam, universum hunc revolvibilem rerum ordinem; testatio is est redeuntis hominis. Intuere, omnia redeunt eum abcesserint. Hinc redornantur lunæ specula quæ mensuræ numerus attriverat: revolvuntur hyemes & æstates, verna & autumnâ cum suis vicibus: reducuntur solis & stellarum radii, quos matutina represserat claritas, aut nocturnæ texerat tenebræ. Vites juraveris mortuas, & non nisi lignum ignibus aptum: sed has denuo animari videmus, & post spolia densius etiam vestiri: & ferè quæ frigus exterminaverat, ea restituit ætas cultiora, fœneratio quodam interitu. Etiam in alite nobili documentum. Phœnix de singularitate miraculum, natali sine decedens, succedit iterum Phœnix. Non quod hæc per omnia expriment humanæ vicis reparationem, sed quod nos manu quasi ducant ad illam. Vis signatus documentum? Habemus pignus in Christo, in quo usurpamus cælum & Dei regnum. Vis in homine? Caro propè computruit in Lazaro, caro surrexit: sanè sine animâ jacuit, surrexit cum illâ. Et in illo Dominici montis secessu, Moyses & Elias Apostolis agnoscibiles facti, alter in imagine carnis nondum receptæ, alter in veritate nondum defunctæ, eandem tamen valetudinem corporis etiam in gloriâ perseverare docuerunt. Imò & ipsæ anime jam solitaria, licet è gurgustio aperitis eruperint in apertum, ad meram puramque suam lucem, tamen nihil aliud, suæ felicitatis jam securæ suspirant, quàm superindui hoc pulvere, continuare cum hac connubiali sociâ, carne, vitam nullâ pugnâ solvendam: ut qui simul pugnarunt, finiant in præmii & gloriæ paritate, eum hic pulvis immortalitatem induet nobili demutatione, Christo dūce, qui vexit in cælum carnem & ossa, pignus & documentum futuræ integritatis.

Non disputo, quid de hac ave sentiam.

Quomodo Moyses & Elias Apostolis agnoscibiles facti.

Christus est pignus futuræ integritatis.

Non igitur tristemur, cum vetusta domus corrui, resurgat longè pulchrior. Non solum sine causâ credit, sed & sine causâ vixit, qui se ad hoc solum natum credit, ut periret.

§. 30. *Spes Resurrectionis, solatium maximum.*

Obus innumeris ærumnis pœnè jam sepultus, ingenti tamen alacritate animi cantans: Scio, inquit, quod redemptor meus vivit, & in novissimo die de terrâ surrecturus sum. Et rursum circumdabor pelle meâ, & in carne meâ videbo Deum Salvatorem meum. Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspiciuntur sunt, & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Christus velut per dialogismum respondens Jobo: Ego sum, inquit, Resurrectio & vita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet.

Veniet iterum, veniet qui nos in lucem reponat dies (nil certius) & ideo equo animo debemus exire redituri.

In ulteriore Indiâ volucrem esse narrant, cui nomen Semenda, ortu simillimam Phœnici, trifido rostro, sentirèque se morituram, eam igitur deferre ligna in nidum, canillare suaviter, alarum percussu struem congestam incendere, ipsam eo igne consumi, indeque vermiculum gigni qui postea in avem crescat. Luculentum Resurrectionis symbolum, si omnia ex fide narrentur.

Romanus Orator Minucius, rei Christianæ magnus Romanus Orator Minucius, rei Christianæ magnus

Minuc. Felix in suo Opus.

propu-

propugnator, tam pulchrè quàm breviter: Video adeò, A inquit, quàm in solatium nostrum, Resurrectionem futuram, omnium Natura medicetur. Sol demergit & nascitur: astra labuntur & redeunt: flores occidunt & reviviscunt: post senium arbuta frondescent: semina non nisi corrupta reviviscunt: ita corpus in seculo, ut arbores in hyberno, occultant virorem a-riditate mentis. Quid festinas ut cruda adhuc hyeme reviviscat & redeat? Expectandum nobis etiam corporis ver est. Scio quod Redemptor meus vivit, & in novissimo die de terrâ surrecturus sum.

§. 31. Spes celi.

Quid vis? quid optas? quid desideras? Vivere vis? & mori non vis? Sic ergo vive, ut aliquando beatè vivas. Nam vivere, & non beatè vivere, genus est mortis, vel via ad mortem. In cælo vives non moriturus: illic beatè vives, nam nec mala patieris, nec pati poteris, quia illic nulla sunt. Ibi quod optabis, possidebis & possidere desiderabis, pelli possessione non poteris: & hoc te satiabit. *Comedite amici, ait rex celi, & bibite, & inebriamini charissimi.* Convivium hoc finem non habet, nihil illi triste succedet: quod hodie est æternum erit. Augustinus exclamat: O vita sempiterna, & sempiternè beata, ubi gaudium sine mœrore, requies sine labore, dignitas sine timore, opes sine amissione, sanitas sine languore, abundantia sine defectiōne, vita sine morte, beatitudo sine calamitate, ubi omnia bona in charitate perfectâ, ubi species & vultus facie ad faciem. *Portæ Ierusalem ex sapphiro & smaragdo edificabuntur: & ex lapide pretioso omnis circuitus murorum ejus. Et, platea civitatis, aurum mundum, tanquam vitrum perlucidum. Et, Per vicos ejus Alleluia cantabitur.*

Quocirca, Beati qui habitant in domo tuâ Domine, in secula seculorum laudabunt te. Credo videre bona Domini in terrâ viventium.

§. 32. Suspiria ad celum.

Ostende mihi gloriam tuam, ostende mihi omne bonum. Quando dabitur lugentibus, corona pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris? *Quis der ut veniat petitor mea; & quod exspecto, tribuat mihi Deus? Et qui caput, ipse me conterat: solvat manum & succidat me. Et hæc mihi sit consolatio, ut affligens me dolore, non parcat, nec contradicam sermonibus Sancti.* *Sicut cervus desiderat umbram, & sicut mercenarius prestolatur finem operis sui.*

Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Vnam petiit a Domino hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini, omnibus diebus vitæ meæ. *Ut videam voluptatem Domini; & visitem templum ejus.*

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. *Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei. Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei.*

Quis dabit mihi pennas sicut columbe, & volabo & requiescam.

Quis deducet me in civitatem munitam?

Beatus, quem elegisti & assumpsisti, inhabitabit in atris tuis.

Quam bonus Israël Deus his qui recto sunt corde. *Quid mihi est in celo, & à te quid volui super terram? Defecit caro mea & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.*

Quam dilecta tabernacula tuâ Domine virtutum! concupiscit & desicit anima mea in atria Domini. *Melior est dies una in atris tuis super millia.*

Placebo Domino in regione vivorum.

Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est! multum incola fuit anima mea.

Letatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini. *Psal. 122. v. 1.*

Super flumina Babylonis illic sedimus & flevimus, dum recordaremur tui Sion. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra alienâ? Si oblitus fuero tui Hierusalem, oblivioni dextur dextera mea. *Psal. 136. v. 1.*

Educ de custodia animam meam, ad constrendum nomini tuo: me expectant iusti, donec retribuas mihi. *Psal. 141. v. 3.*

Cupio dissolvi & esse cum Christo.

Philipp. c. 1. v. 23.

§. 33. Solatia adversus mortem, compendio dantur.

Primum. Mors familiare nostrum hostem occidit. *Corpus. Nulla pestis ad nocendum efficacior hoste inquilino, uti nullus fur domestico fure perniciosior.* *Scimus: Caro concupiscit adversus spiritum, & spiritus adversus carnem, hæc sibi invicem adversantur.* *1. Mors occidit hostem nostrum.*

Alterum. Mors ostium effringit in carcere, quo includimur. At nos veteres inquilinos carceris sæpe consuetudo loci, etiam inter compedes & injurias, non invito detinet. Aliter optarat Regum maximus, qui solvi cupiebat & educi de custodia.

Tertium. Mors ingens onus detrahit. *Corpus, quod corruptitur aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.* *Onus detrahit.* *Nonne hoc detractò, meliora restant hincemissis. Nemo enatat cum hac sarcinâ.* *Sap. c. 9. v. 15.*

Quartum. Mors peregrinationi nostræ finem imponit. *Quid est, inquit Gregorius, vita mortalisi nisi via? Perpendite fratres mei, quale sit in viâ lassari, & viam nolle fini.* *4. Peregrinationi nostræ finem imponit.* *Vita præsens laboribus plena est, & cum luctu agitatur, nec tamen sine lacrymis dimittitur.*

Quintum. Mors periculis nos omnibus subducit. *Nemo tam beatus vivit, quin plurimis obnoxius vivat periculis: & rarò periculum sine periculo vitatur. Ille solus pericula omnia evasit, qui vivere desuit.* *5. Periculis nos subducit.*

Mortis necessitas. *Præclare dixit Romanus sapiens: Nullum est majus solatium mortis, quàm ipsa mortalitas.* *6. Mortis necessitas: Sen. l. 6. nat. q. 2.* *Vivere noluit, qui mori non vult. Mors necessitatem habet æquam & invictam. Quis queri potest in eâ conditione se esse in quâ nemo non est? Prima pars æquitatis, est æqualitas.*

Septimum. Mors Christi. Ad hanc contemplandam hortatus Paulus: *Per patientiam, inquit, curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei & consummatorem Jesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem.* *7. Mors Christi.* *Membris ab hoc capite maximum est solatium; nam ne mortem timerent membra, gravissimos mortis impetus sustinuit caput. Auctor vitæ moriendo cælum referavit; quid mori timemus?* *Heb. c. 12. v. 1. & 2.*

Octavum. Spes Resurrectionis. *Quid expostulamus cum morte? non eripit hæc vitam sed intermitit. Illucet æternus dies qui nos sepulchris evocet; resurgemus omnes. Hoc natura nobis variè demonstrat. Aestas abit, sed alter annus illam reducit. Hyems cedit; referunt illam sui menses; solem nox obruit, sed hanc dies abigit. Plurima, quæ videntur perire, mutantur: sic & nos morimur, æternum victuri.* *8. Spes Resurrectionis.*

Nonum. Ipsa immortalitas. Mors & finis est, & transitus est: finis calamitatum, transitus ad immortalitatem. *Hinc in Sacris nostris mors proborum, dies Natalis appellatur. Hinc ille ausus dicere:* *9. Ipsa immortalitas.*

Mors Christianis ludus est. *Prud. hymn. in S. Vicct.* *Et ne ullus hunc ludum expavesceret, idem præclare cecinit:* *Henecaasilabi ejusdem.*

Non est, credite, panna quam videris, Quæ puncto tenui citata transit, Nec vitam rapit illa, sed reformat.

Sic optimo cuique idem felicitatis principium est, qui finis mortalitatis.

§. 34. Contra invitè morientes.

Ita passim vivimus; mortem metuimus, vitam negligimus, invitè morimur. *Quis non recufans, quis non gemens*

Lib. 5. p. 5.

Horat. sat. 1.

Lib. 3. sat. c. 9. p. 1.

In Psal. p. 1. me.

Ps. 122.

Mortui de cave debet pulum sine.

8. Spes Resurrectionis.

In Psal. 1. conc. 1. 1. med. & i. Psal. 14. circa mea.

Eccl. c. 5. v. 8. & 9.

Non vive- re beatè est via ad mortem.

Cant. c. 5. v. 2.

Tob. c. 13. v. 21. & Apoc. c. 21. v. 21.

Psal. 83. v. 5. & Psal. 26. v. 13.

Exod. c. 33. v. 18. & 19. Isa. c. 61. v. 3. Iob. c. 6. v. 8. 9. & 10.

Iob. c. 7. v. 2.

Psal. 14. v. 1.

Psal. 26. v. 4. & 5.

Psal. 41. v. 1. & 2. & 5.

Psal. 54. v. 6.

Psal. 59. v. 10.

Psal. 64. v. 4.

Psal. 72. v. 1. & 26.

Psal. 83. v. 1. & 10.

Psal. 114. v. 9.

Psal. 119. v. 5.

gemens exit? Atqui hoc ingrati est, non esse contentum concessio tempore. Semper, inquit Seneca, pauci dies erunt, si illos numeraveris. Cogita non esse summum bonum in tempore, quantumcumque est, boni consule. Vt provocetur tibi dies mortis, tibi proficit ad felicitatem; quoniam moram non fit beator vita, sed longior. Quanto satius est, non aliorum annos computare, sed suos benignè estimare, & in lucro ponere? Hoc me vite tempore dignum iudicavit Deus? hoc satis est. Potuit plus; sed hoc Horat. l. 1. quoque beneficium est. Opportunè hic vates Venustinus fat. 1. monet:

Exacto contentus tempore vita.

Cedat, uti conviva satur

Quis ferat convivam illum, qui ad lautum convivium epilogum dicat: Nondum comedi satis. Quis illum hominem laudet, qui è vitâ discendens queratur: Non vixi satis, lugèratque tanquam vita mediò actu rerum abrupta sit. Non turpis solum sed vana est ejuscemodi querela. Fixus est terminus; seu longa fuerit vita, seu brevis finienda est. Ita placet auctori vitæ.

Lussisti satis, edisti satis, atque bibisti,

Tempus abire tibi est.

Insigniter Epictetus: Celebritas, inquit, finita est. Exi discede ut gratus, ut verecundus, da locum alii: oportet alios nasci, ut & tu natus es; & natos habere locum, & habitationes, & victum. Si verò primi non deceperint, quid relinquitur? Cur insatiabilis es? Cur satisfacere tibi non potest? Quid angis & coarctas mundum? Sed insignitus Epicteto Augustinus: Undecunque, ait, voluerit Deus, ut exeat hinc, paratum te inveniat. Inquilinus enim es, non possessor domus. Locata est enim tibi domus. Domus ista tibi locata est, non donata; etsi nolis, migrabis; & non eam tali conditione accepisti, ut quasi tempora certa tibi sint. Quid dixit Dominus Deus tuus? Quando voluero, cum dixerò, migra, paratus esto. Expello te de hospitio, sed dabo domum. Inquilinus es in terrâ, possessor eris in celo.

Delitias celestes avidius expectat, firmius sperat, qui terræ delitiis seipse privat. Certè

Cui durior vita est, minus mortem timet.

Ver. Lamb.

§. 35. Moribundi scopulus, dilatio.

Moribundi sanos, moribundi aegrotos; moribundi etiam monendi nobis sunt, ut caveant hoc scopulum, DIFFERRE. Quorū hominum millia vel hanc unam ob causam malè finierunt, quia distulerunt minime differenda. Quid crastinum, quid perendinum, mimoribunde, salutem tuam destinas? crastinus dies, tuus non est, hodiernus est. Hodie, quæso, hac horâ, jam age quod agendum est, cras aut perendie ubi tu eris?

Narrat Æmylius & Plutarchus, Thebanorum exulum cum exercitu adventum optimatibus Thebanis nuntiatum fuisse, at illos vino epulisque deditos id despectisse: quin etiam ad eum qui summam magistratum Thebis gerebat litteras delatas, quibus omnia exulum consilia detegebantur, & jam in convivio accubanti esse redditas, quas ille ut erant signata, pulvino subjiciens: In crastino, ajebat, res severas differo. Sed hic ipse dilator cum suis eâ nocte interfectus est. Ita Mors cunctatores solet obruere; dum deliberant, dum moliantur, dum differunt, adest illa & spiculo ferit improviso. Augustinus monitor fidelissimus, dicentem, Cras bene vivam, sic instruit: Indulgentiam tibi promisit Deus, crastinum diem tibi nemo promisit. Si malè vixisti, bene vive jam hodie. Sruite hac notie auferetur te anima tua. Non dico, que preparasti curus erunt; sed secundum quod vixisti, ubi eris? Vocat te nunc Deus, exhortatur te nunc, expectat donec respicias, & tu tardas. Non enim modò sic longanimis in susinando, ut nunquam justus in vindicando. Distribuit tempora. Noli ergo dicere, Cras me convertam, cras Deo placebo; & omnia hodierna & crastina dimittuntur mihi. Verum quidem dicit, quia Deus conversioni tue indulgentiâ promisit, sed dilationi tue diem crastinum non promisit. Non tardes cõverti ad Dominum, subito enim

In Psal. 101. conc. 1. post med. & in Psal. 144. circa med.

Eccl. c. 5. v. 8. & 9.

A veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. Præveniendus est dies qui prævenite confucit.

§. 36. Moribundi dolores & terrores.

Valde serium negotium est Mori, & rarò sine doloribus aut angoribus peragitur. De his disertè est negotium. Tertullianus: Evenit sæpe, inquit, animam in ipso divortio potentius agitari, sollicitiore obtutu, extraordinariâ loquacitate, dum ex majore suggestu, jam in libero constituta, per superfluum quod adhuc cunctatur in corpore, annunciat, qua videt, qua audit, que incipit nosse.

Narrant Cunonem Malburchiensis oppidi domiquè annis quadraginta, moribus parum probatis vixisse, dein mutata mente religioni ultimum vitæ triennium impendisse, & piè profus obisse. Eo tempore cacodæmon, qui feminam infederat, fallus est, quindecim millia diabolorum in Cunonis morituri cubiculum convenisse: tantum autem abfuisse ut nocerent moribundo, ut ne quidem accedere propius potuerint, validis clamoribus tonsuratorum repulsi. Ita ludibrio religiosos viros precantes descripsit. Questus insuper est; Cunonem sibi suisque exceptum iniquissimè, ut qui Deo non nisi triennium solum, vitis & inferorum dominis, ipsos quadraginta annos servivisset.

Deus bone, tot millia hostium ex Erebo convenirent, ad unci hominis obsidendum exitum! Qui terris non vult moriturus, mori mature discat. Morrem nemo amicam habet, nisi qui cogitat præsentem dum abest; sed dictis fidem altrient sequentia.

Ioanne Climaco teste, Homo religiosus & solitarius, sed vitæ remissioris, ad extrema perductus, horam unam jacuit jam omnium iudicio defunctus. Ubi ad se rediit, presentes, quotquot aderant, enixius rogavit, loco cederent. Egressis omnibus, mox tugurii aditum lapidibus obstruxit, arcto solum foramine relicto, per quod cum pane hydria transmittiretur. Hic ille à seipso in hunc carcerè damnatus, totis duodecim annis cum nemine loqui, assidue suspirare, altum gemere, uberius lacrymari, præter panem & aquam nihil degustare. Sic attonitus vulgus ferè immoto sedebat, & ea quæ sub excessum viderat, fixissimo cogitatu, altissimâque mente apud se identidem volutabat, tacitis interea lacrymarum rivulis continenter per genas defluentibus. Hoc vitæ tenore annis duodecim exactis, cū morti esset proximus, religiosi accolæ rupto pariete, & aditum sunt emoliti, jamque moribundum circumstantes impensissimè rogarunt, aliquod sui monumentum, ad monitionem culam virtutis stimulum relinqueret, nec tamen aliud impetrarunt, quàm hæc solummodo voces: Nemo qui revera mortis memoriam agnovit, peccare unquam poterit.

Consideret Lector, ait Robertus Bellarminus, hanc doctrinam historiam esse, non fabulam, & ab illo scriptam, qui & sanctissimus vir sanctus erat, & scripsit quæ propriis oculis vidit, & quæ propriis auribus audivit. Hoc Bellarmini de narratione illa iudicium.

Ex his non difficile est conjectare, quos dolores & terrores mors afferat, iis præsertim, qui remissius aut lascivius vixerunt. Sanè si quis mortem, & ab hac æternitatem seriis cogitationibus in animum admitteret, si non totos dies & annos, creberrimè profectò attonitus federet, & ad unum hoc sese disponeret quod hominum nemo non potest non experiri.

Bernardus jure commonet: Moriendi vocatio, tua sit emendatio. Non tibi oberit effectus sine præconie, humari sine pompâ, putrescere sine famâ, abjici sine titulo, modò non sepeliaris in inferno.

§. 37. Moribundi promptus animus.

Calix iste amarior quidem est, illum tamen bibi ipse meus Servator, & ex cruentâ trabe eundem mihi exhauriendum propinavit. Calix iste fatale mortis

G. 4

Mori seriū Lib. de amicitia c. 53.

Platus lib. r. de statu Re. lig. c. 31. med.

Mortem amicam quis habet.

Grad. 6. post med. De Anachoretâ in Chæreb habitante.

Doctissimus que vitæ Cardinalis l. 2. de arte mor. c. 1. fin.

De modo bene vivendi ne videri sine pompâ, putrescere sine famâ, abjici sine titulo, modò non sepeliaris in inferno.

poculum est, quod Christus, quod Christo amicissimi, quod omnes omnino homines perhauriunt, inevitabili necessitate, cur ego hoc solus recusum? quisquis cepit vivere, definire debet, ut denuo incipiat, & quidem vitam illam quam nunquam desinat. *Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas à Deo sunt.* Quid ergo tibi vis vancimor, quid revocas damnosa mœlittia? Calicem quem dedit mihi Pater, quem Christus mihi miscevit, non vis ut bibam illum? Mortalis ego sum & mori me miter?

Ecli. c. 11. v. 14.

Curtius l. 3. c. 10.

Cùm apud Regem Alexandrum Macedonem gravius decumbentem, aliquot malè anxii amici Philippum medicum de veneno porrigendo infimulassent, Rex Philippum cum paratâ portione ad se venientem sic excepit: Alterâ manu amicorum litteras ei porrexit, alterâ pharmacum ab illo accepit: dùmque medicam portionem ori admovent, oculos in Philippi vultu defixit, si quas fortè in illo conscientia notas deprehenderet. Cùm egregiam in se medicam fidem à facie disceret, intrepidus porrectum poculum perhaurit. Ita & ego faciam. Poculum quod me in quietem & longiorem somnum dabit, Jesus meus, medicus & Servator meus mihi temperavit, porrexitque ebibendum: ego, dum illud exhaurio, oculos ab hoc meo medico non dimittam, vultum meum firmabo in crucifixi Domini mei vultu, in quo summum in me amorem inscriptum legam, simulque constans & intrepidus hunc calicem perhauriam, qui tantò plus habet salutis, quantò plus amoris.

§. 38. *Moriturus Fide, Spe, Charitate se armat.*

VT istud cuius promptum sit ac facile, præmissis verba, ad fidem, spem, charitatem exercendam.

Ad Fidem.

Protestor coram Deo, sanctis Angelis, omniq̃ue Ecclesiâ triumphante & militante, nominatim coram Angelo meo custode, me firmiter credere quidquid credit sancta, Romana, universalis Ecclesia: me etiam vivere velle, & mori in fide, quam hæc eadem Catholica & Apostolica Ecclesia profiteretur, in unione & sub capite Domino nostro Jesu Christo, ejusque in terris Vicario. Quodd si quid his dissentaneum mihi excideret, protestor illud non à me, non meum esse.

Ad Spem.

Psal. 15. v. 8. ad fin.

Providebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi ne commovear. Propter hoc lætatum est cor meum, & exultavit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitiâ cum vultu tuo: delectationes in dextrâ tuâ usque in finem.

Ad Charitatem.

Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem mortis de manu Dei accipiam, & nomen Domini invocabo: laudans invocabo Dominum & ab inimicis meis salvus ero. In manus tuas Domine commendo spiritum meum. Tu me creasti Deus, tu me redemisti, tu sanctificasti me; tuus ego sum, vivus, mortuus. Ego me tibi offero in omne beneplacitum tuum, Jesu fili David miserere mei.

§. 39. *Ægro & Moribundo quid semper corde ac ore versandum.*

IN morbo, mi Christiane, interrogatus quid valeas, quomodo res tuæ se habeant &c. Cave unquam aliud respondeas quam hoc solum: *Proux Deus vult: Sicut Domino placuit, sic factum est: Secundum Dei*

benefacitum: Ad Dei voluntatem: Bene: Optimè: Sic Deo placet: Fiat voluntas ejus, sicut in celo & in terrâ. Ut autem hoc possis, & ægroto tibi, & moribundo perpetuò in ore sit & in corde, triplex hæc precatiuncula.

1. *Benedictus Deus in æternum.*
2. *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam; etsi Domine minor sum cunctis miserationibus tuis.*
3. *O Dominus meus, & Deus meus, ego me tibi offero in omne beneplacitum tuum. Fiat voluntas tua.*

Fuit qui triplicem hanc precatiunculam grandiori characterè scriptam ad lectum, proximè oculos affigi voluerit, ut altitudè moneretur quid perditus & pernox ore animòque volutare deberet.

Nostræ preces nostræ ad Deum præcursores sunt. Discemus tandem à prodromis nostris & ipsam viam, sequemurque felici pede quò nos vocaverit beata aternitas.

§. 40. *Moribundo singulariter observanda.*

Primum. Non suis nitatur meritis, sed seipsum cum universis peccatis & negligentis in immentum divitiarum misericordiam pelagus demittat & immergat.

Alterum. Sanctæ Catholice Ecclesiæ fidei firmiter & simpliciter inhæreat: Ecclesiæ sacramenta cum perfecto proposito Deum non amplius offendendi, tempestivè petat & suscipiat.

Tertium. A caducis & fluxis rebus omnibus se avertat, ut toto affectu caelesti Patri se uniat; terram promissionis suspiret, ut illic Deo pro immensâ bonitate gratias agere & perenne laudis sacrificium offerre possit. Ipsam etiam matrem misericordiam & beatos spiritus, omninèque caelestem exercitum, maximè patronos suos deprecabitur, ut sibi in hac necessitate assistant, & ab exilio hoc ad jucundissimam suam societatem perducant.

Cuartum. Seipsum, hostiam vivam, ad gloriam Dei, pro acceptissimâ illius voluntate offerat, ad sufferendam, ex vero amore, omnem languoris acerbiteriam, & ipsam mortis amaritudinem; omnem denique peccatam in tempore & æternitate sustinendam, ita ut si simile insuper annis, omni voluptate affluens, pro voto posset vivere, pro Dei tamen hõiore & amore mortem subire mallet.

Quintum. Amarissimam passionem & mortem Christi Domini sibi proponat, corpus suum & animam cum ingenti spiritu, saucio corpori & afflictæ animæ Christi uniat, & tanquam simul cum Christo in cruce moriturus, spiritum suum in caelestis patris manus commendet. Cor suum in parvulum Salvatoris cor, membra sua morientia in ejusdem vulnera deponat.

Ceterum, turissimum est, ut quicquid in extremo decessu, si quisque vellet fecisse, id modò sanus facere incipiat.

§. 41. *Moribundo quid faciendum; è Bloso.*

Ludovicus Blosius abbas Lætiensis, Sancto Ignatio Loyolæ per litteras familiaris, & quod Aubertus Myraus testatur, vir vitæ innocentissimæ, qui Cameracensem Archiepiscopatum à Carolo V. Cæsare oblatum constanter repudiavit, quique vitam in libris exigens plurima scripsit ævo longiore dignissima: inter quæ moribundum instructurus, ad verbum hæc habet.

Quidam Dei amicus interrogatus, quidnam morti proximus facere vellet, si multo tempore in gravibus peccatis vixisset, respondit: Si quadraginta annis semper in peccatis vixissem, & tempore resolutionis meæ instante peccata mea purè confessus essem atque cum perfecto amore, ex fundo cordis mei, saltem spatio unius salutationis Angelicæ, me ipsum in Deum ita recipere possem, ut revera totus ad ipsum conversus, & ab omni peccato aversus inveniret, tunc nimirum

Preces ad Deum nostri sunt præcursores.

Moribundo observanda: 1. Non nisi suis meritis.

2. Sanctæ Ecclesiæ fidei inhære.

3. A caducis se avertere.

Tob. 2. 18

Mat. 2. 14

1om. 2. 16

4. Seipsum hostiam vivam ad Dei gloriam offerre.

1om. 2. 2.

1om. 2. 37

1om. 2. 15

1om. 2. 1.

Rom. 2. 31

ad 33

Ad R. c. 14. & 8.

2. Co. 2. 1.

Blos. Monit. spirit. c. 12. sine mihi pag. 98.

Ad P. c. 1. v. 21. &

Ad P. c. 3. v. 21.

v. 27.

v. 35.

rum sicut purus & innocens ex hac luce migrarem. Si A verò non nisi unum peccatum admisissim, & contritus, dolens mœrenſque post confessionem ritè factam hinc exirem, tunc utrique confiteor penitens morerer. Ad dit in moribundi gratiam.

Domini quibusdam amicis suis revelare dignatus est, quòd verba illa, quæ mox subjiciemus, morientium auribus ingesta, & coram eis recitata, vel ab eis piè prolata, sive cogitata tantæ virtutis sint, ut non facillè perire possit, qui ea sub vite finem, verò & integro corde humiliter pronuntiarit. Sunt autem ista:

Domine Deus, ego sum miser ille, quem tu pro paternâ bonitate tuâ creasti, & per ignominiosissimam mortem Unigeniti tui de potestate inimici redemisti: tu solus imperium & dominium in me habes, mæque salvare potes secundum immensam misericordiam tuam, in quâ spero & confido.

Nimirum hæc ad artem moriendi compendia sunt. Multùm in hac arte promovit, qui scit compedio mori.

§. 42. Moribundum refrigerantia.

V Ade populus meus, intra in cubila tua, claude ostia super te, abscondere modicum, ad momentum, donec pertranseat indignatio.

Isa. c. 54. v. 8. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordiâ sempiternâ miserus sum tui dicit redemptor tuus Dominus.

Psal. 42. v. 6. & 7. Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spere in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei, & Deus meus.

Tob. c. 2. v. 18. Filii Sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his qui fidem suam nunquam mutant ab eo.

Mat. c. 18. v. 14. Non est voluntas ante Patrem vestrum, qui in calis est, ut pereat unus de pusillis istis.

Ioan. 3. v. 16. Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

1. Ioan. c. 2. v. 1. Sed & si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.

Ioan. c. 5. v. 24. Amen, amen dico vobis, quia qui verbum audit & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, sed tranſiet à morte in vitam.

Ioan. c. 6. v. 37. & 47. Omne quod dat mihi Pater, ad me venit, & cum qui venit ad me, non eiciam foras. Amen, amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam.

Ioan. c. 11. v. 15. & 26. Ego sum Resurrectio & vita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet, & omnis qui vivit & credit in me non morietur in æternum.

Ioan. c. 14. v. 2. In domo Patris mei mansiones multe sunt. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio Filio non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit? Quis accusabit adversus electos Dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemner? Christus Iesus qui mortuus est, imò qui & resurrexit, qui est ad dextram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.

Ad Rom. c. 8. v. 31. usque ad 35. Nemo nostrum sibi vivit, & nemo sibi moritur. Sive enim vivimus, Domino vivimus sive morimur, Domino morimur. Sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus.

2. Cor. c. 5. v. 1. & 3. Scimus, quoniam si terrestris domus nostra huius habitacionis dissolvatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domum non manu factam, æternam in calis. Nam & in hoc ingemiscimus habitacionem nostram que de calo est, superindui cupientes, si tamen vestiti, non nudi inveniamur.

Ad Philip. c. 1. v. 20. & 21. Nunc magnificabitur Christus in corpore meo sive per vitam, sive per mortem. Mihi enim vivere Christus est, & mori lucrum. Esse cum Christo multò magis melius.

Ad Philip. c. 3. v. 20. & 21. Nostra conversatio in calis est, unde etiam Salvatorem expectamus, Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.

1. Tim. c. 1. v. 15. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quòd Christus

Iesus venit in hunc mundum, peccatores salvos facere, quorum primus ego sum.

Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

Hi fontes præfervidas Mortis therimas refrigerant. Feliciter enarabit, qui quis in his fontibus submergitur.

§. 43. Moribundi ad Deum suspiria & preces.

B Eat us Eligius Noviomenſis Anistes, in extremis suos cum lacrymis complexus: Valet, inquit, & deinceps me requiescere permittite. Terra in terrâ redeat. Spiritus ad Dominum iturus, iter stum reperiet. Ita oculis manibusque in cælum elatis, diu precabatur immotis labiis. Deinde in has voces erumpens: Nunc dimittis, inquit, servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Memento, quæso, quòd sicut lutum feceris me: & non intres in iudicium cum servo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Memento mei, qui solus sine peccato es, Christe Mundi Redemptor, & educens me de morte corporis huius, transfer in regnum tuum. Scio me conspectum tuum non mereri: tu tamen scis, quia spes mea semper fuit in misericordiâ tuâ. Et nunc quoque in confessione sancti nominis tui moriens, extremum, Christe, anhelicum efflavo. Suscipe ergo me secundum magnam misericordiam tuam, & non confundas me ab expectatione meâ. Aperi mihi pro peranti januam vitæ, & principes tenebrarum non occurrant mihi. Tuæ me manus deducat in locum refrigerii, & vel in ultimam mansionem exiis quas præparasti servis tuis timentibus te.

Sub his verbis efflavit animam. Eligium voce præuntem sequamur, & hac etiam ratione Christum Dominum compellemus.

illumina, ô bone Jesu, oculos meos, ne unquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, prævalui adversus eum.

Domine Jesu Christe, fili Dei vivi, pone passionem, crucem & mortem tuam, inter iudicium tuum & animam meam.

Ne memineris, bone Jesu, iniquitatum mearum, cito accipient me misericordia tua, quia pauper factus sum nimis.

Dulcissime Domine Jesu Christe, ob honorem & virtutem tuæ benedictæ passionis, jube me adscribi in numerum electorum tuorum.

Non intres in iudicium cum servo tuo, misericordissime Jesu, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Christi de cruce pendens, aliâs manibus, aliâs perſoſſo lateri, aliâs pedibus crebra piâque imprimet oscula: & modò crucifixum, modò crucifixi vulnera sic compellabit.

Adoro te Jesu Christe, & benedico tibi, quia per crucem tuam redemisti mundum: Salvator Mundi salva me, qui per crucem & sanguinem tuum redemisti me.

Trahe me ad te, ô bone Jesu, qui dixisti, cum exaltatus fuero, à terrâ, omnia traham ad meipsum.

O clementissime Jesu te deprecor per pretiosum sanguinem tuum, quem pro peccatore effundere voluisti, ut abluas omnes iniquitates meas. O sanguis Christi purifica me, corpus Christi salva me, aqua lateris Christi lava me, passio Christi conforta me. O bone Jesu exaudi me, intra vulnera tua absconde me, ne permittas, ô bone Jesu, me separari à te, in horâ mortis meæ voca me, jube me venire ad te, ut cum Sanctis tuis laudem te in sæcula. O Creator & Redemptor meus, Jesu Christe, totum me tibi dedo, non me rejicias. Ad te venio, non me repellas. Ne projicias me à facie tuâ, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Ne perdat me iniquitas mea, quem creavit omnipotens bonitas tua.

Cum quis morti vicinior, sic orandum.

Nunc Domine secundum voluntatem tuam, fac mecum misericordiam tuam, & præcipe in pace recipi spiritum meum. Sonet in mentis meæ atriibus vox illa dulcis: Hodie mecum eris in paradiso. Nunc dimittis servum

Mat. c. 24. v. 13. Apoc. c. 2. v. 10.

Psal. 78. v. 8.

Psal. 142. v. 2.

CHRISTE

tuum Domine, secundum verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum.

O clementissime Jesu recognosce quod tuum est, & absterge quod alienum est. O Jesu, Jesu, ô Jesu per- mitte me intrare in numerum electorum tuorum. O Jesu fili David miserere mei: Deus in adjutorium meum intende: ô Domine Jesu ad adiuvandum me festina: ô Domine Jesu suscipe spiritum meum.

§. 44. Moribundi vera in Deum fiducia.

Serm. 9. in Psal. 136. habitat.
Hic ego cum Bernardo fidenter proclamo: *Præcedat alter meritum; sustinere se jactet pondus dici & astus, mihi adherere Deo bonum est, & ponere in Domino Deo spem meam.*

Et quâvis conscius mihi sim, eam fuisse vitæ meæ antea prævitæ, ut planè merear à Deo deseri, tamen non desinam in ejus immensâ bonitate semper confidere, optimèque sperare, quod quemadmodum hæc- nus sanctissima ejus gratia vires mihi ad omnia submi- nistravit, sic eadem illud mihi robur sit collatura, ut omnia patienter & libenter feram. Hæc mea etiam exi- gua patientia cum meritis Dominicæ passionis conjun- cta (quæ quidem omnem meam tolerantiam infinitis mo- dis excedit) debitas mihi pœnas mitigabit, & mercedi in cælo recipienda augmentum adjiciet. Unicum hoc à te, mi Deus, peto, ne permissas ut unquam de boni- tate tuâ diffidam, quantumcunque debilem me ac mi- serum esse cognovero. Imò si in eo me terrore ac con- sternatione cernerem, ut jam jam lapsurus viderem, me- minero tamen Petrum Apostolum unico venti flatu, ex modicâ fide submergi cœpisse; faciâque quod ille fecit, Christum compellabo: *Domine salvum me fac.* Uti- que manum suam, ita spero, extendet, nec submergi me parietur. Quod si verò Petri partes ulterius me a- gere, planèque præcipitum ruere permitteret Deus (quod pro suâ misericordiâ benignissimè avertat) spero nihilominus fore, ut oculo misericordie pleno, me respiciat, uti respexit Petrum, meque denudò in novam spem vitæ erigat. Illud competissimum habeo, quod absque meâ culpâ Deus me non deseret. Verissimum agnosco dictum Augustini: Potest Deus aliquos sine bonis meritis liberare, quia bonus est; non potest quem- quam sine malis meritis damnare, quia justus est. Itaque omni spe ac fiducia me illi totum committo. Si propter peccata mea me, sinat perire, saltem justitia ejus in me laudabitur. Spero tamen, & certissimè spero futurum ut clementissimâ ejus bonitas animam meam fideliter custodiat, quod misericordia illius potius, quam justitia in me commendetur. Nihil mihi contin- gere potest, quod Deus non velit. Quidquid autem il- le vult, cuicumque malum videatur, est tamen reverà optimum. Quocumque tu vis, ô mi Deus, hæc ego vo- lo omnia, volo, volo.

§. 45. Moribundi cereus.

Luc. 6. 12. 35. 36. 37.
Sint lumbi vestri præcincti, & lucerna arden- tes in mani- bus vestris: & vos similes hominibus expectantibus domi- num suum quando revertatur à nuptiis: ut cum venerit & pulsaverit confestim aperiant ei. Beati servi illi, quos, cum ve- nerit Dominus, invenerit vigilantes. Istud moribundi testa- mur vel ipsi adstantium oculis, cum prehensio ardente cereo adventum Domini opperimur, & vitæ lampa- dem velut alteri tradimus.

Virum religiosum fuisse commemini tam pacatæ ac serenæ conscientia, ut ei etiam in morte ridere sit con- cessum. Cum enim moribundo fatalis cereus in manus traderetur, ille obversis in suum præsidem oculis: Tot, inquit, circumstant hic robusti viri, cur obsecro, mi Pa- ter, ego tam exhaustis viribus cereum tenere cogor? Quam læta mors,

Nil conscire sibi, nullâ pallefcere culpa.

Horat. l. 1. ep. 1. ad Mæcen.

A Quid vetat talem ridendo mori? Carcerem suum nemo, nisi infans amat. Hic suum deseruit ridens. Se- rium est quod addo, & omnibus imitabile. Confalvus *Hist. Societ. tom. 1. J. 12. n. 66.* Mederius, câ virtute pollebat, ut in severissimo vitæ in- stituto aquabilis perpetuæque illius constantia emine- ret. Quippe annis compluribus, præter aliorum sacer- dotum pensum, sex quotidie horas precationi medita- tioniq; impendit. Atque hanc precandi consuetudi- nem ne in itinere quidem omisit: magnâ quin etiam ex parte retinuit supremis vitæ diebus, cû pessimè affectu corpus pœnè spiritus defecisset. Paullo ante excessum aliquot lociorum accitis, sacrum cereum jussit accendi; tum symbolo Apostolorum prolato: In hac, inquit, si- de institutus sum, in hac vixi, in hac morior; restor- que si quid fortè in extremo agone excidat mihi, jam nunc indictum & irritum velle: ac protinus brachio porrecto, cereoque manu prehensio: Ut lumen hoc, inquit, oculos illuminat corporis, sic ego credo Do- minum Jesum illuminare omnem hominem venien- tem in hunc mundum; quia ipse lumen verum & æter- num est. Quæ magno sensu cum protulisset, continuans inde sancta cum Deo colloquia, Ecclesie mylteris om- nibus præmunitus, evolavit è corpore, pridie Nonas Aprilis, anno 1552.

Et tu, quisquis es, etsi sanus sis, apprehende cereum, fortassis hac luce lux tua extinguetur. Vigilantem te mors inveniet, & præcinctum, & cum accensâ face, si labores tuos fortiter, errores aliorum cordatè, vitæ procillas patienter sustinueris.

§. 46. Moribundi verba ultima.

Suet. in Au- gust. c. 99.
Avgustus Imperator moriens in hac voce defecit: Livia, nostri conjugii memor vive, ac vale. Quan- to sanctius Christiani, qui ultima, cum moriuntur, verba dirigunt ad sui principii & omnium Conditorè.

Segerus in Chron.
CVir ille divinus Dionysius Areopagita capitis jam damnatus, feralem sententiam Christianâ generositate amplexus, & adstantium probra contemnas: Ulti- mum, inquebat, verbum Domini mei in cruce, sit & mihi ultimum in hac luce: Pater in manus tuas com- mendo spiritum meum.

Græg. Nat. orat. 20.
 Basilus Magnus, extremam vitæ clausulam apposi- turus, cum suos præclaris monitis imbuisset, illud Chri- sti ad Christum pariter adjunxit: In manus tuas, Do- mine, commendo spiritum meum. Et unâ cum verbis animam lætus effudit.

Ruffin. A- quil. n. 162. & 10a. Sub- diae. libell. 3. c. 6.
 Sisojus abbas, vir sanctissimus jam ultimæ lineæ ad- motus, plurimos habuit sui exitus spectatores, ad quos ille radiante vultu: En, inquit, abbas Antronius venit ad nos. Et paullo post: En, ait, agmen prophetarum huc adest. Mox: Cætus etiam Apostolorum, inquit, ad nos venit. Et quia cum his adventoribus loqui videbatur, interrogatus est, quibus cum loqueretur? At ille: An- geli, ait, venerunt, animam meam aliò ducturi; hos rogavi, liberalius mihi pœnitentiæ spatium concederent. Ad quem amici: Pater, ajunt, non egres pœniten- tiâ. Quibus ille: Nondum, ait, vel initium feci pœniten- tiæ. Hanc viri submissionem largiter probavit vul- tus magis ac magis radians. Exclamat tandem Sisojus hilaris voce: Videte, videte; Dominus venit. Atque ver- ba simul & vitam sinit. Felix mors quam æternitatis triumphus excipit. Et licet morientis lectulum non cin- gant reges, satis est tamen regum regem adeste, in quo moribundi vox ultima quiescat.

Luc. 4. 4.
DBernardus, tanquâ si morituro Christum commo- streret manu: O tu Christiane, inquit, ne de hac infirmitate de- speres, docuit te Christus quid in omnibus periculis mortis debeas dicere, ad quæ confugere, quæ invocare, in quem sperare: in Pa- trem Deum, qui non potest despiciere sperantes in se, cum at- tentione bonorum operum. Bonorum dico, quia sine meritis aliquid sperare, non spes, sed præsumptio debet dici. Tu ita- que talis se.

Serm. 1. in cœna Dom. mihi pag. 1346.
 Præstatio est sine meritis ali- quid spera- re.

Ti
v.

C
m
E
in
m
q

La
pr
tri
is
là
qu
ro
bu

Lu
4.

Gen.
v. 1

que talia fac opera, ut ei in hora mortis in veritate dicere possis: In te Domine speravi, non confundar in aeternum.

Ergo ultima morientis verba dirigantur ad Deum: in illum preces, in illum vota, in illum spes ultimæ ferantur, in illius nomen extremæ definant suspiria. Dicat moribundus ex imo pectore: *Ad te, Domine, faciem meam converto, ad te oculos meos dirigo.*

Tob. c. 3.
v. 14.

§. 47. *Humana voluntatis ad divinam conformatio, summi momenti est, præcipue sub vitæ finem.*

Consol. p. 318.
mihip. 328.
Exercitiū
in extre-
mis utilius
quod

LUDOVICUS Bloisius, quem supra laudavimus, de nostræ voluntatis cum divinâ consensu, hæc pronunciat his omnino verbis: Nullum igitur exercitium in extremis utilius esse potest, quam ut quis seipsum ex integro divinæ voluntati resignet: humiliter & amorosè, plenèque confidens in immensâ Dei misericordiâ, ac bonitate. Fieri enim nequit, quin is qui in huiusmodi verâ perfectâque resignatione, cum sanctâ erga Deum fiduciâ ex hac luce exit, confestim ad regna cælestia evolet. Nam sicut nihil omnino pœnæ, nihil ignis purgatorii in Deum cadere potest, ita nec in hominem, qui eo modo per voluntatis conformitatem amorèque Deo unitus est. Hoc animo iustus ille latro moriebatur in cruce, qui non salutem corporis à Domino postulavit, nec oravit ut à pœnis purgatorii servaretur, sed libenter, pro peccatis suis, proque Dei gloriâ moriens se totum in divinam resignavit voluntatem, se totum Christo obtulit, ut ille secum ageret, quidquid vellet. Quod si morte imminente, infirmitas naturæ mœret, aut trepidat, huiusmodi etiam mœlittia & formido in Deum per resignationem projicienda, ac certa spes erga eum concipienda est. Mors Christi mortem tuam soletur. Ille præcessit, præcesserunt & innumeris electis ejus: non igitur pigeat te sequi.

§. 48. *Moribundus alterum in Golgothâ latronem emulatur.*

Latro plus
profecit
tribus ho-
ris in scho-
lâ Christi
quàm Isca-
riotes tri-
bus annis.

Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum. Felix latro qui in scholâ Christi, plus in virtute profecit tribus horis, quam infelix Iscariotes tribus annis. Verba mihi præis, & precandi formulam, qui Christo patronus fueras & advocatus in extremâ necessitate. Deus! quæ iudiciorum tuorum abyssus est? Amici & cognati silent; discipuli deserunt; Angeli non comparent, nec mater filii innocentiam tuam finitur. Et ubinam illa undecim & plura millia, panibus ab hoc crucifixo Domino saturata? quis est tantâ multitudine vel verbulo mutit pro tanto benefactore? Ergo ad latronem Christi patrocinium devolvitur. Latro contra latronem socium, Christo caussidicus fit, innocentiam illius afferit, impia probra diluit, omnem affusam multitudinem arguit parricidii. Ergone Dei Filius suam causam à latrone perorari non erubuit? tantum abest ut hunc oratorem suum erubuerit, ut etiam publicè collaudaret. Nec rhetor iste Dominicæ causæ defuit: *Er nos quidem iuste*, inquit, *nam digna factis recipimus; hic vero nihil mali gessit.*

Luc. c. 23.
v. 41.

O quam verè idem de me dicam! Et ego quidem iuste jam morior, nam digna factis recipio: hic verò Deus meus, & Dominus meus nihil gessit, propter quod moreretur, & in tantis tormentis moreretur. Sed & illâ precandi formulâ rectè jam utor: *Domine, memento mei, quia venisti jam in regnum tuum.* Et quia jam es in regno tuo, me in hoc exilio gementem aspice, & hinc abeuntem in regnum tuum admitte. Hoc ego te rogo, Christe Jesu, per flagella, per spinas, per crucem; per tormenta omnia & mortem tuam.

Ergo, quid jam reliquum est, nisi ut in ejus sinum concijiam hanc meam animam, cuius unis ipse laborem dolorèmq; considerat. Novit ipse quid animarum saluti conducat, & apud illum est jam ab æterno decretum, quo tandem nobis ad eum sit itinere revertendum. *Salutare tuum expectabo Domine.*

Gen. c. 49.
v. 18.

§. 49. *Heliotropium contra omnes morbos, & mortem pharmacum.*

Heliotropium herba seu flos, uti quotidiano experimento constat, cum sole se circumagat, abeuntem intuetur semper, omnibùque horis cum eo vertitur, etiam die nubilo tantus est amor floris in hoc sidus. Noctu, velut desiderio solis contrahit sese flos iste. Voluntas humana ita semper divinam intuetur, ut horis omnibus, ad illius nutum se vertat ac circumagat quaquaversus, quantumcumque nubilus sit dies. Enim verò diem magis nubilum non habet humana vita quam diem mortis. Hoc maxime die moribundus, velut verum heliotropium, ad suum se solem vertat fixissimis & planè immotis oculis. Id nos Servatoris verba doceant.

Humanæ
vitæ dies
nubilus, est
dies mor-
tis.

Ita Pater, quoniam sic fuit placitum ante te. Ad hunc prorius modum, mi moribunde, loquere. In omnibus omnino rebus faciendis, & fugiendis, patiendis ac perferendis, exemplo Domini, dic semper: *Ita Pater, Ita Pater, Ita mi Pater: etsi uno die milles, ter milles id ingeminandum.* Atque tunc magis hoc dicendum & repetendum, cum magis premunt adversa; in omnibus tuam ipsius sanctissimæ voluntati subijciendo. Hæc vigilans & dormiens, hæc sanus & æger, hæc moriens assidue pronuncia, velut si dicas: *Domine, nil possum tibi negare, tu sis.* Ego autem in te speravi, Domine: dixi, Deus meus es tu, in manibus meis fortes mee. Valerudo mea, morbus meus, prospera & adversa mea, vita & mors mea sunt in manu tuâ Domine. Sicut vis, ita fiat. Domine secundum voluntatem tuam & vivere & mori, jucundum mihi erit, quia Deus, & pater meus es tu. Sicut ergo vis, sicut disponis, ordinas, permittis omnia fieri, ita fiant, ita Pater, ita & in me fiant, & nihil fiat in me, aut à me, quod voluntati tuæ rectissimæ, optimæ vel minimùm adverferet. Ita Pater, ita fiat, & nunc, & semper, & in omnem aeternitatem.

Math. c. 11.
v. 26.

Philippus II. Hispaniarum Rex, ab omnigenâ quidem virtute multò laudatissimus princeps, hac tamen ad Dei voluntatem Conformitate jam pænè divinus homo evasit, etiam dum inter homines ageret: nam in fatali morbo, divinæ voluntati devotissimus, illa Servatoris verba pænè infinities repetiit: *Pater, non mea, sed tua voluntas fiat; cumque è Marthæo Evangelistâ, Christi Domini P A S S I O, ad aposternam ferro lectandum, prælegeretur, iussit rex, ad illa ipsa Domini verba: Pater, non mea, sed tua voluntas fiat, lectorem non nihil subsistere. Tanti regum iste maximus hoc Heliotropium, tam sanus, quam æger ac moribundus æstimavit.*

Tirianus
Cervens. l.
2. c. 9. de
Phil. excessu.

Hoc certè Heliotropium morbis, morti, malis omnibus medetur. Procul est ab omni exitio, qui voluntate tam propinquus est Deo.

Vide libros
quingue He-
liotropii mei.

§. 50. *À moribundo discenda, aut moribundo prælegenda.*

I. ORATIO

B. HIERONYMI IN AGONE MORTIS, VT scribit Eusebius.

Pie Jesu, virtus mea, refrigerium meum, susceptor meus, & liberator meus, in quem speravi, cui credidi, quem dilexi. Summa dulcedo, turris fortitudinis, & spes mea à juvenute meâ. Voca me dux vitæ meæ, & respondebo tibi. Operi manuum tuarum, quod de limo terræ Creator omnium formasti, quod ossibus & nervis compegisti, cui vitam moriens tribuisti, clementiæ tuæ porrige dexteram. Tempus est ut pulvis in pulverem revertatur, & spiritus redeat ad te Salvatorem, qui huc illum misisti. Aperi ei Domine janua vitam, nam pro me in ligno crucis tanquam latro pependisti, suscipe me misericors Deus, secundum multitudinem misera-

misera-

miserationum tuarum. Nam latronem ad te currentem in cruce moriens suscepisti. Egrotus sum, infirmata est in paupertate vita mea, & ideo ad te, Domine, curro medicum. Sana me, Domine, & sanabor: & quoniam in te cōfido non erubescam. In te Domine speravi non confundar in æternum. At quis ego sum, piissime Deus, ut tam audacter loquar ad te? peccator sum & in peccatis enutritus; cadaver putridum, vas fœtidum, cœca vermium. Parce mihi Domine. Quæ enim victoria est, si pugnando mecum, me viccis, qui minus sum ante te quam stipula ante faciem venti. Dimitte omnia peccata mea, & erige de stercore pauperem. Exurge & adjuva me Domine, exurge & ne repellas in finem. Iniret postulatio mea in conspectu tuo, Domine, & fiat manus tua, ut saluum me faciat. Ecce hominem, qui discedens ab Hiericho, captus à latronibus & vulneratus, semivivus relictus sum: Tu pie Samaritane recipe me. Peccavi nimis in vitâ meâ, & malum cōram te feci: à plantâ pedis usque ad verticem capitis non est in me sanitas. Certè nisi in ligno crucis moriens me adjuvisses, digna erat habitare in inferno anima mea. Ego, pie Jesu, sum pars tanti pretii: pro me fudisti sanguinem tuum pretiosissimum, non me repellas à te. Ego sum ovis quæ erravi, require eam bone pastor & appone illam ovili tuo, ut justificeris in sermonibus tuis, nam promissisti mihi, quòd quâcumque horâ peccator ingruerit, salvus erit. Dolens sum, iniquitates meas ego cognosco, & delicta mea coram me sunt. Verè non sum dignus vocari filius tuus, quia peccavi in cælum & coram te. Sed auditui meo dabis gaudium & lætitiâ. Averte faciem tuam à peccatis meis, dele iniquitates meas secundum magnam misericordiam tuam. Ne projicias me à facie tuâ, neque secundum peccata mea facias mihi, neque secundum iniquitates meas retribuas mihi, sed adjuva me Deus salutaris meus, & propter honorem nominis tui libera me. Benignè fac in bonâ voluntate tuâ, ut inhabitem in domo tuâ omnibus diebus vitæ meæ, ut cum habitantibus in eâ laudem te in æternum.

II. ORATIO.

AD IESVM CHRISTVM MUNDI SALVATOREM.

Iesu Christe, fons misericordiæ, ostende mihi perculæ creaturæ tuæ misericordiam tuam: adjuva me in hac extremâ necessitate. Creator & Redemptor meus, Jesu Christe, pone passionem, crucem & mortem tuam, inter iudicium tuum & animam meam. Totum me tibi dedo, non me rejicias; ad te venio, non me repellas. Nunc Domine secundum voluntatem tuam fac mecum misericordiam & præcipe in pace recipi spiritum meum, redemisti me Domine Deus veritatis. Sonet in mentis meæ auribus vox illa dulcis, Domine Jesu: Hodie mecum eris in paradiso.

Suscipe me, Jesu crucifixe, inter amoroſa tua brachia, quæ pro me in cruce extensa cerno & complector; suscipe me inter desiderabiles amplexus tuos, & trahe ad te animam meam; suscipe me bone Jesu, in misericordiâ tuâ; suscipe in pace spiritum meum. Amen.

III. ORATIO.

AD AGENDAS GRATIAS IN EXTREMIS,
S. Iſidori martyris.

Gloria tibi, Domine Jesu Christe, qui me vocare ad gratiam veræ fidei dignatus es. Gloria tibi, quòd tam misericors & benignus in me tot ac tantis peccatis obnoxium semper exististi, tantisque per omnem vitam beneficis affecisti. Mi amantissime Deus benedico te, quòd beneplacito & voluntate tuâ nunc vocor ex hoc mundo ad te, tibi enim Domine, gratias agens, libenter ad te venio, & humiliter tibi me

A committo. Sed oro te Domine Deus meus, suscipe me in misericordiâ tuâ, & animam meam in sanctas manus tuas accipe, tibi enim soli, Domine, commendo spiritum meum, qui eum mihi dedisti, & invoco te solum verum Deum, ut accipiam bonam partem inter electos tuos, & facias mecum divitem tuam misericordiam, liberans me ab inimicorum meorum insultibus, & ab omni afflictione & angustia, quoniam tu es Deus solus, qui ab omni necessitate redimis eos, qui te invocant, in te sperant: Te decet laus & gloria in sæculorum sæcula. Amen.

Has preces, maxime duas sequentes, cupimus à sanis sapius legi, ut eò attentius & majore sensu cogitent extremam illam necessitatem, & moribundi abitu ad tribunal divinum. Quo tempore homo vivus vix sentit amplius se vivere, & velut medius heret inter hujus & alterius Orbis terminos.

IV. ORATIO.

A CIRCUMSTANTIBVS DICENDA, PRO
animam agentibus.

Christe Jesu crucifixe, in unione ferventissimi amoris, qui te vitam omnium viventium in cruce mori cœgit, pulsamus ad medullâ benignissimi cordis tui, & rogamus, ut anime famuli tui, fratris nostri N. peccata omnia dimittas, & tuâ sanctissimâ conversatione, & tuæ acerbissimæ passionis merito omnia ejus suppleas, eumque superabundantissimam misericordiarum tuarum multitudinem facias experiri, nôsque omnes, & singulariter hunc fratrem nostrum N. quem proximè vocare disponis, placito tibi modo præpares, eique præstes ut cum verâ patientiâ, perfectâ resignatione, plenâ peccatorum remissione, validissimâ fide, spe firmâ, & integrâ charitatē, in perfectissimo statu, in dulcissimum amplexum, & suavissimum osculum tuum, feliciter ad tuam æternam laudem expiret.

Eja dulcissime Redemptor, Domine Jesu, per illas lacrymabiles voces, quas in cruce moriturus edidisti, & passionis doloribus consumptus dixisti, Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti, ne quæſo longè facias à famulo tuo fratre nostro N. tuæ miserationis auxilium, nam ille in hac horâ & momento extremæ afflictionis, præ defectione animæ & consumptione spiritus te invocare non valet. Per triumphum sanctæ crucis & per mortis passionisque tuæ infinitum meritum, cogita, Domine, de eo cogitationes pacis & non afflictionis, sed misericordiæ & consolationis. Libera eum de omnibus angustis, tuisque sanctissimis manibus, quas pro eo nobisque omnibus in cruce clavus affigi permisisti, Jesu bone & amantissime Pater, erue eum à tormentis illi debitis, & perduc illum in requiem æternam. Amen.

V. ORATIO.

B. DIONYSII CARTHUSIANI, IN COLLOQVIO
de particulari iudicio animarum, pro animam
agentibus.

Ad Deum Patrem.

Omnipotens æterne Deus, Pater misericordiarum & Deus totius consolationis, tuam deprecamur immensam bonitatem, per ineffabilem illam charitatem, quâ humanum genus dilexisti, quando Unigenitum Filium tuum pro nostrâ redemptione in hunc mundum misisti, ut pro nobis acerbissimam & ignominiosissimam mortem subiret. Ostende, ô Domine, in hac horâ, pietatis tuæ abyssum, & effunde charitatis tuæ dulcedinem in hanc rationabilem creaturam tuam, quæ nunc ad te patrem spirituum redit. Ostende illi lucem

lucem miserationum tuarum, conforta mentem illius A
in te, intellectum illumina, voluntatem accende. Cle-
mentissime Deus, hunc hominem in te uno, omnium
ultimato, incommutabili, infinito ac summo bono con-
serva: Protege eum ab omni potestate adversariâ, à Sa-
tanæ tentationibus, ab omni occurfu contrario. Non
secundum peccata ejus judices eum, sed secundum be-
nignissimæ bonitatis tuæ immensitatem, secundum
charitatem tuam affluentissimam, secundum multitu-
dinem miserationum tuarum miserere illius, indulge
illi & parce: suscipe spiritum illius in sanctissimæ dile-
ctionis tuæ brachia. Hoc te rogamus per Unigenitum
filium tuum, Dominum nostrum J E S U M Christum,
per universa ejus beneficia & merita, per omnia re-
demptionis nostræ mysteria, per quidquid in seipso pro
nostrâ salute assumpsit, fecit ac passus est, per omnem
denique bonitatem tuam, ô Pater, qui cum Unigenito
rûo, & sancto Spiritu unus es verus, solus, ac summus
Deus.

Ad Deum Filium.

O bsecramus te Domine J E S U Christe per chari-
tatis tuæ ardorem, quo teipsum pro nostrâ re-
demptione tradidisti in mortem, mortem autem cru-
cis acerbissimam atque turpissimam, & per tui pretio-
sissimi pro nobis liberalissimè fusi sanguinis pretium,
per tuæ quoque amarissimæ passionis indeficientissi-
mum ac copiosissimum meritum, atque per tuam di-
lectissimam Matrem, paterne maternæ compassionis il-
lius acerbiteret, cum tibi usque ad tuum in cruce ex-
cessum assisteret, mirifica pietatis tuæ abyssum in hoc
tuo famulo, à vitæ præsentis luce ad te omnium Judi-
cem metuendum transeunte. Præpara animam ejus, ô
Domine, ad occurrendum tibi, & sine verâ contritione
ac filiali ad te conversione ne eum à corpore separari
permitte. Visita & illustra mentem ejus visitatione tuâ
secretâ & paternâ, quâ in ictu oculi justificas impium, &
ex immundo mundo efficis. Mitte ei, ô Domine
& Salvator, auxilium gratiæ tuæ, à throno gloriæ tuæ, &
eâ pietate, quâ latroni serò pœnitenti indulgentissimè
promissisti: Hodie tecum eris in paradiso, etiam in hoc
homine, pietatis & charitatis tuæ viscera ostende. Jube
eum ad tuam misericordiam pervenire, ô Salvator
Mundi, Rex gloriæ, Princeps virtutum, Judex supreme,
Deus altissime, qui cum Patre & sancto Spiritu vivis &
regnas benedictus per infinita sæcula.

Ad Deum Spiritum sanctum.

S piritus sancte Deus, adorande paraclète, bonitatis,
spacis, charitatis & omnis dulcedinis fons immense,
obsecramus te per tuam æternam ex Patre & Filio pro-
cessionem, infunde nunc radium tuæ propitiationis, in
animam istam undique angustatam: omnes maligno-
rum spirituum impugnationes ab eâ remove: effunde
in illam divitiis gratiæ tuæ, eamque conforta & erige
contra universam vitiorum ac dæmonum metuendam
aciem; fac eam plenè contritam ad suum Creatorem
servidè adspirare, & ad fontem totius puritatis ac san-
ctitatis purificaram venire. Imple illam eâ largitate, quâ
in die Pentecostes ignis linguis super Christi discipu-
los descendisti. Dignare, ô divine Spiritus, hunc homi-
nem illuminare & accendere atque ad te totius salutis
ac gratiæ fontalem originem perducere, qui cum Patre
& Filio vivis & regnas æqualis Deus, per infinita sæcu-
lorum sæcula. Amen.

VI. ORATIO

Sæpius dicenda, Contritionis, Fidei, Spei, Charitatis &c.
actus continens.

D Omine J E S U Christe, credo quòd Deus meus &
Redemptor meus es. Credo quòd pro meâ salute
de Virgine Mariâ nasci, & in cruce mori dignatus es.
Credo quidquid per sanctam Catholicam Ecclesiam
mihi credendum proponis, & in hac fide protestor me
vivere velle, & mori. Domine J E S U, doleo quòd sum-
mam bonitatem tuam offenderim, & doleo quòd non
magis doleam de tot offensis contra te creatorem &
redemptorem meum ingratisimè perpetratis. Peto
humiliter peccata omnia mihi condonari per sangui-
nem tuum; firmiter ab eis abstinere, & vitam emendare
propono, si vixero. Atque si quid oblitus sim, vel non
cognoscam, quo tuam Majestatem offendi, de eo illu-
minari cupio & pœnitere; interim de omnibus veniam
peto.

Omnibus qui me unquam offenderunt, libenter &
ex animo, propter te, mi Deus, offensas omnes dimitto,
& si quem offendi ego, precor etiam mihi veniam dari.
Si quid alienorum bonorum est apud me, quantum te-
neor, & facultates meæ se extendunt, volo satisfacere
omnibus. Spero in divinâ tuâ misericordiâ, & in san-
guine cum tantâ charitate pro me fuso, quod me licet
indignum saluum facies, & adimplebis me lætitiâ cum
vultu tuo, quod ut facias, per sanctam passionem &
mortem tuam te precor. Corroboram me, Domine J E S U,
contra omnes Satanæ insultus, & scuto misericordiæ
tuæ protege me, quoniam in bonitatis tuæ præsidio tota
est reposita spes & fiducia mea. Nihil quidem merito-
rum habeo, quod allegem apud te; malorum heu nimis
multum video, sed per tuam misericordiam confido
me salvandum. Ita in pace in idipsum dormiam & re-
quiescam, quoniam tu Domine singulariter in spe
constituisti me. Tibi laus & gloria in sæculorum sæ-
cula, Amen.

Epilogus & monitum Lectori.

H As precationes, mi Lector, pro animam agenti-
bus dicendas, tu ipse pro teipso, dum sanus es,
pauculis mutatis, sæpius dices, si sapias. Putem ego ad
vitam sanctiùs instituendam vix efficacius quidquam
cogitari, quàm lacrymabilem illum hominis moribundi
statum. Tunc illud Domini vaticinium etiam in mori-
bundos pronunciarum luculentè se prodit: *Quia venient*
dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumda-
bunt te, & coangustabunt te undique & ad terram prostern-
ent te, & non relinquent in te lapidem super lapidem. Hæc
certè, oculis testibus, in homine moribundo fiunt. Cir-
cumdant illum angustia, fatigant sollicitudines diversæ,
vallant dolores, tentant cacodæmones, peccata præ-
terita in terram præsternunt, supplicia futura per terre-
faciunt, creata omnia deserunt. Et licet morientis lectu-
lum peritissimi medicorum cingant, nullus juvare po-
test, nisi medicus è cælo. Æterna lex à principio dicta
omni huic Mundo, nasci, denasci; oriri, aboriri: nec
quidquam stabile aut firmum arbiter ille rerum esse
voluit præter seipsum. Abeunt omnia in hunc nascendi
pereundi que fatalem gyrum, & longævum sit aliquid
in hac machinâ, æternum nihil. Per tuam ergo ipse, mi
Lector, salutem te rogo, memento æternitatis. Momen-
tum est vita; heu momentum est! sed pender ab hoc
momento sive perenne bonum, sive perenne malum.
Brevis est labor; voluptas omnis evanescit; sola ignorat
finem æternitas: Memento æternitatis.

Luc. cap. 19.
vers. 43.

Mundo
æterna lex
dicta, quæ?

Omne bo-
num &
malum
pender à
vix mo-
mento.

FINIS ÆTERNITATIS PRODROMI.

TRIBUNAL CHRISTI.

SEV

ARCANVM AC SINGVLARE CVIVSVIS hominis in morte IVDICIUM.

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

*Certum esse, in cuiusvis hominis morte arcanum,
peculiare Iudicium exerceri: seu, Red-
dendam esse rationem.*

§. I.



PECTORVM mos est, cum exte-
riores aedium parietes picturis
ornant, sub rudi velatio pingere,
partim ne ducentem lineas sol
interpellet, partim etiam ne ad-
stantium oculi opus imperfectum
præmaturet censeant. Absoluta
ejusmodi pictura, velarium
crassum amouent, & suum cuique de opere jam perfe-
cto, loquendi ac iudicandi arbitrium permittunt.

Humana vita huic pingendi modo simillima est. Plu-
rima cogitamus, plurima facimus, quæ nullus morta-
lium videt, quæque ad nullius notitiam perveniunt. So-
lus & unus DEVS eorum arbiter est. Nil clausum, nil
velatum DEO est; divinis oculis patent omnia. Cum
verò ad finem deducitur vita, jamque manus amoverit
de tabulâ; tunc oppansa prius cortina diripitur. Quod
Siracides significanter admodum his verbis expresse-
rit: *Malitia hora oblivionem facit luxuria magna, & in fine homi-
nis DENUDATIO OPERVM ILLIVS.* Unica, inquit, ho-
rula, deliciarum & voluptatum, quæ præcesserint, om-
nium oblivionem inducet. Mortentis angor gaudiorum
prorsus omnium memoriam velut spongia delebit,

Semperque vicissim

Gaudia præmissi cumulant inopina dolores.

Vis horæ unius omnem præteriti luxus suavitatem ab-
olet: finis gaudiorum dolor. Hinc illi clamores admo-
dum sonori, sed nimium feri: *Quid nobis profuit superbiæ
aut divitiarum jactantia quid contulit nobis?* En operis
finem, sed tristem! Et in fine Denudatio operum, ho-
minis. Hæc Theologi* de die mortis, & de secreto cu-
jusvis hominis in morte Iudicio interpretantur. Atque
hinc Theologorum verbis & ore pronuntiamus: Sec-
retum in cuiusvis hominis morte Iudicium exerceri,
est de fide.

Quemadmodum verò vitrum soli objectum secreta
omnia, & penitissimas pandit rimulas: ita cum nos

* Ita Iansenius, Liranius, Paulus de Palatio in Ecclesiasticum.
Bellarminus 1. de beatitud. cap. 3. Suarez tom. 2. in partem 3. D.
Thoma disp. 52. sect. 2. Salazar in 1. 2. q. 5. art. 3. tract. 2. disp. 10.
sect. 5. Vasquez disp. 19. cap. 2. alijsq. Theologi.

A Christo Solum obijciemur, nostra omnia patefcant. Sicut Archime-
dus autem Archimedes urente speculo ad solem directo dis specu-
navas Marcelli combustit: ita nos nobis ipsis objecti lum vultu
tanquam speculum, quod ex irati iudicis vultu flammis irati judi-
cibet, nostra omnia conspiciemus nuda, & tabesce-
mus. Defecimus, inquit rex David, in ira tua, & in furore tuo p. sal. 89.
turbati sumus. Et causam addit; *Posuisti iniquitates nostras v. 7. & 8.
in conspectu tuo, seculum nostrum in illuminatione vultus tui.*
Errores, peccata, negligentia, occulta & abscondita no-
stra omnia è Dei vultu lumen accipient, & tanquam in
pellucido vitro patebunt. Hoc Deus jam assidue mi-
natur: *Arguam te, & statuam contra faciem tuam.* Opera p. sal. 49:
jam sunt peccata dum vivimus, idcirco non terrent vers. 21.
nos: in fine vite denudabuntur, & in ordinem disposita
objiciuntur intuenda ei qui patraverit illa. *Intelligite
hæc, qui obliviscimini DEVM: ne quando rapiat, & non sit
qui eripiat.* Huc animum advertite, hæc cogitate: Aderit
B profecto dies, quo abstrusissima quæque revelabuntur:
ne fidei secretis cubiculis, nec artificiosis dolis, quibus
alios capitis: capiementi vicissim & rapiementi, nec erit
qui eripiat. Est ergo religionis nostræ assertio, secretum Iudicium
hoc iudicium in cuiusvis hominis morte fieri. In fine particulare
hominis denudatio operum illius. est de fide.

§. II.

Q Vanti videntur sibi felices jam & beati? expectent Beatitudo
paululum. Mors brevi dicit, qualis hæc fuerit ante mor-
tē beatitudo. Monet Hebraeus Sapiens: *Ante mortem ne
laudes hominem quemquam.*

Scilicet ultima semper

Expectanda dies homini est, dicitq. beatus

Ante obitum nemo, supremæque funera debet.

Hoc ipsum Bernardus animo inscriptum retinens: Bern. ser. 5.
Quomodo, inquit, *secura laudatio, ubi nec ipsa vita securas* die festo
C *Illorum lauda virtutem, quorum jam certa victoria est. Illos* Sanctorum
devotio extolle præconiis, quorum securè potes adgaudere omnium, post
coronis. initium.

Interrogatus olim Epaminondas, quis inter militia
Duces videtur omnium fortissimus? ipse an Cha-
nondas de
fortissimus
militum
judicium.
Ejusdem prorsus animi Agesilaus, cum audiret quem-
piam, qui regis Persici etiam num juvenis summam feli-
citatem miraretur, & extolleret: Eho, ait, hæc parcius.
Nam nec Priamus quidem, cum hujus esset ætatis, erat
infelix. Nimirum vitæ finem expectandum censuit, qui
hominis felicitatem si vera fuit, deteget. Sapienter ergo
Sophocles: Nondum, inquit, appellato magnum, ante
quam defunctum videris.

divino negotium suum sine ulla prælibatione sententia: tum quia & carnis operienda est restitutio, ut consortis operarium & mercedum. Quid ergo fiet in tempore isto? dormiemus? Ac enim animæ nec in viventibus dormiunt, corporum enim est somnus, quorum & ipsa mors cum speculo suo somno. Aut nihil vis agi illic, quod universa humanitas trahitur, quod spes omnis sequestratur? Itaque statutum est hominibus semel mori, post hoc autem Judicium.

CAPUT II.

Quid secretum, peculiare Iudicium, seu, quid sit rationem reddere.

§. I.

Quadruplici discrimine ad Iudicium secretum homines ex Orbe hoc evocantur. I. Sunt qui sententiâ Judicis auditâ statim transeant ad æternam felicitatem. II. Sunt qui pariter statim ad Iudicium rapiuntur ad æterna supplicia. III. Sunt quos inhærentes nævi nondum expiati à conspectu Numinis abstineant. IV. Denique sunt quos sola inquinat noxa primigenia. His omnibus subeundum est Iudicium peculiare ac secretum. Istud autem ab universali Orbis Iudicio differt, loco, tempore, Iudicis Majestate. Alio certè loco gens humana omnis convenit, seu Josaphati vallis, seu alia pars terræ ultimo huic Tribunali sit assignanda. Sed alio quoque tempore totum genus humanum, & alio singuli homines judicabuntur. Nostrum autem non est nosse hæc tempora & momenta, quæ Pater possit in sua potestate. Sed & supremi Iudicii apparatus longè alius erit quam Secreti, longè major Iudicis Majestas. Tunc enim non solum universi homines, sed etiam tam beati quam damnati Angeli ad dexteram lævamque Iudicis sistentur, in classes sanè diversissimas distributi. Tunc omnium omnino hominum conscientia pendentur, velut libri undequaque apertissimi, omnibus legendi. In arcano Iudicio unius solum hominis conscientia patet detecta. Quid ergo est arcanum hoc & singulare Iudicium?

§. II.

Hic, mi Lector, non multis te morabor, sed ut cæpi hoc Caput, ita quam potero, tam dicenda conferam maximè ad compendium. Sed erit quod juxta mecum summè mireris. Si Theologos interrogem de hoc Iudicio, facilis ac prompta responsio. Homines non Christianos miror, non interrogatos, de hoc ipso appositè respondere.

Job querit: *Quis dedit Gallo intelligentiam?* Non minus quæri potest: *Quis homini Gentilitatis tenebris oppresso dedit scientiam? Quis ei tantum lucis infudit? Obstupesco prorsus homines, qui nullam Christianæ religionis disciplinam acceperunt, quos Deus sui notitiâ non afflavit, eò quâcunque demum ratione progressos, ut de arcano ac singulari cujusvis hominis Iudicio perspicuè ac enodatè differerint. Num istud scientiæ è divinis voluminibus, num è precibus Patribus, an è solo naturæ lumine id hauserunt? Audite quid philosophorum apex, quid sapiens Plato, de hoc ipso peculiari Iudicio senserit. Verba tam illius, quam ceterorum optimâ fide adnumerabo.*

Plato dialogum de Rhetoricâ scripsit, cui titulum præfixit Gorgias. Hic mentione factâ Iudiciorum, de eo quod cujusvis hominis mortem consequitur, ita differens: *Nudi, ait, his omnibus sunt judicandi. Sunt enim judicandi post obitum. Mox suam Iudici potestatem definiens, Iudicium quoque ipsum esse nudum oportet, mortuum videlicet, & ipso duntaxat animo, inquit, animum ipsum inspicientem statim post insperatum cujusque obitum: animum, inquam, à cognatis omnibus*

desertum, omnemque ornatum exteriorem relinquentem in terrâ, ut iudicium justè procedat.

O vera hæc, verissima de nostro Iudice, Christus Dominus verè nudus ab omni affectu, verè iudicatus & ipse à præside Pontio, verè mortuus, & iudiciariam hanc potestatem in omnes consecutus moriendo.

Pergit Plato: *Cùm igitur ad iudicem pervenerunt, Rhadamanthus* eos sistens, uniuscujusque animam intuetur: cujus tamen anima illa fuerit non animadvertit. Sed plerumque magni Persarum regis, aut alterius regis, sive potentis obvium animum contemplatus nihil in eo reperit sani: sed perjuriis atque injustitiâ quasi quibusdam verberibus cicatricibusque infectum, qualia cujusque actio contraxit imprefliticæ animo, omniâque obtorta mendaciis atque vanitate, nihilque recti habentem, quia sine veritate fuerat educatus: Præterea ob peccandi licentiam & petulantiam, mollèque lasciviam, & in actionibus singulis intemperantiam, incompositum penitus atque turpem. Animum igitur contemplatus sic affectum ignominiosè, rectâ in custodiam transmittit, ubi meritas subire pœnas oportet. Pergit Philosophus: Convenit autem omnem, qui ab aliquo rectè punitur, vel ipsum fieri meliorem, utilitatemque percipere, vel ceteris exempla dare, ut alii pœnas ejus conspicientes, meliores ob timorem efficiantur. Qui verò apud Deos & homines ita dant pœnas, ut utilitatem inde aliquam referant, hi sunt qui peccata sanabilia commiserunt, quibus dolor cruciatusque prodest, & apud homines & apud inferos. Non enim aliter quis potest ab injustitiâ liberari.*

Quis obsecro arcanum istud de peccatis levioribus & gravioribus Platoni aperuit? Peccatum letale verè insanabile. Sed Platonem porro loquentem audiamus.

Qui autem, inquit, extremâ injustitiâ detinentur, ac propter ejusmodi delicta sunt insanabiles, ex his exempla sumuntur, ipsique nullam amplius utilitatem inde reportant, utpote qui sanari non possint: sed profundè duntaxat aliis per exemplum, qui eos intuentur propter flagitia maximis & terribilissimis pœnis omni tempore cruciatis, tanquam exemplum monumentumque & spectaculum apud inferos in carcere præbentes injustis omnibus, qui ad ea loca descendunt.

§. III.

Quid, oro, clarius & quid magis Christianum de inferorum suppliciis, deque damnatorum catervis Chryso-stomus aliquis, aut Augustinus dixerit? Sed nunc audite Reges & intelligite, audite Principes & præsides, audite opulenti ac divites, audite quicumque alii potentes, quid de vobis, vestroque vitæ genere divinus Plato sentiat. Hæc illius verba sunt:

Arbitror autem in eorum numero qui solum exempla tradunt, plurimos esse tyrannos, reges, potentes, civitatum gubernatores. Quippe cùm hi ob peccandi licentiam gravissima profanissimâque peccata committant. Nihil tamen prohibet, inter hos etiam bonos quosdam esse viros: & certè qui talis fuerit, mirificè est colendus. Nempè arduum est, ô Callicles, ingentique laude dignum, ut quis in magnâ peccandi licentiâ constitutus justam transigat vitam: paucique tales reperiantur.

Plerique autem, ô vir optime, potentum improbi sunt. Quamobrem, ut dicebam, quando Rhadamanthus aliquem ejusmodi deprehendit, nihil aliud in ipso invenit, neque quisnam sit, neque ex quibus ortus, sed utrum sit malus: cùmque id comperit, dimittit in Tartarum, obsignans utrum sanabilis vel insanabilis videatur. Ille verò illuc transmissus meritas subit pœnas.

Interdum verò alium intuitus animum, vel privati, vel alicujus alterius, qui piè atque integrè vixerit: quod quidem Philosophis* potissimum contingere arbitror, rem suam agentibus, neque multis se negotiis im-

Christus optimus Iudex ex sententiâ Ethnicorū.

* Soverus Iudex. Rhadamanthus Iudex mortuorum apud Ethnicos.

Quadruplici discrimine ad Iudicium secretum homines ex orbe evocantur.

Astor. cap. 1. vers. 7. Discrimen inter Iudicium solum & secretum.

Job cap. 38. vers. 36.

Gentiles de singulari cujusvis hominis Iudicio differunt.

Platonis de Iudicio præfixit Gorgias. Hic mentione factâ Iudiciorum, de eo quod cujusvis hominis mortem consequitur, ita differens: Nudi, ait, his omnibus sunt judicandi. Sunt enim judicandi post obitum. Mox suam Iudici potestatem definiens, Iudicium quoque ipsum esse nudum oportet, mortuum videlicet, & ipso duntaxat animo, inquit, animum ipsum inspicientem statim post insperatum cujusque obitum: animum, inquam, à cognatis omnibus

* Ita sepius loquitur Chryso-stomus, qui vitam piam nominat Philosophiam.

impli-

implicantibus. Applaudit huic, & transmittit ad insulas A beatorum.

Obstupesco prorsus hac talia ab homine Christiana religio- nis ignaro dici, scribi, imò & credi. Sed plura Plato & lu- centiora conceptissimis his verbis addit:

Ego, igitur, ô Callicles, ab hujusmodi sermonibus flector, & jam considero, quâ ratione judici sanissimum animum ostendere possim. Quamobrem omnes populi spernens honores, veritatēque considerans, conabor revera, quàm maximè potero, bonus vivere atque mori. Cohortor autem & ceteros omnes quantum possum. Te quoque ad hujusmodi vitam revoco atque certamen: quod equidem assero præ aliis certaminibus in hac vitâ esse homini subeundum. Quapropter & te objurgo, qui non poteris tibi ipsi opem ferre, quando de te JUDICABITUR instabitque sententia, quam modò dicebam.

Quid de arcano singulari Iudicio lucentius, quid magis piū aut verius dici potest? Et quæso, Christiani, non colorem B ducimus, non erubescimus, cum ista legimus? Quam autem hac sermō & oratione confirmatâ dixerit, ipse etiam Plato explicans:

Hæc, inquit, forsitan anilis quædam fabula tibi vide- tur, & quæ dicta sunt, contemnis? Sed profectò nihil mirabile foret hæc spernere, si quo pacto petquirentes meliora his & veriora invenire possemus. Nunc verò vides, cum tres viri sitis, omnium qui nunc sunt Græcorum sapientissimi, non posse vos tamen ostendere, aliâ esse ratione vivendum, quàm eâ quæ illuc quoque conducere videatur.

Imò verò in tot sermonibus, cum ceteri redarguti fuerint, solus hic remanet firmus: scilicet cavendum esse, injuriam facere magis quàm pati, idque viro præ ceteris omnibus mediandum, non ut bonus quidem videatur, sed ut revera sit bonus publicè atque privata- tim. Si quis autem malus quodam modo fuerit, esse puniendum.

Quas ob res mihi credens, sequere me illuc, quò C cum perveneris, & vivens & mortuus beatus eris. Atque permittit ut aliquis te contemnat, ut stultum, inju- riosumque, si liber, afficiat, néve cures si ignominiosè per- cutiaris. Nihil enim grave parietis, si revera honestus bonusque sis, virtutēque exerceas. Hanc igitur ratio- nem, quæ nunc nobis innouit, tanquam ducem sequa- mur, ostendentem vobis, hunc optimum esse vivendi modum, ut justitiam ceterasque virtutes colentes & vivamus, & moriamur.

Quid nobis Liber de imitando Christo religiosus ingesserit? Scipsum odisse & animi submissionem in omnibus sequi, primaria Lex Christi est: Atqui revera nemo scipsum robustius odit, nemo alius se demittit, quàm qui didicit pati; ut stultum se contemni. Quod Plato singulari huic post mortem iudicio proliudium optimum æstimavit.

Hic ego jure meritò interrogem, è quibus demum voluminibus hæc Plato sumpsit? Philosophus idolola- D trisæ medius ad singulare post mortem Iudicium se pa- rat, & verò etiam hortatur alios, ut idem faciant & unicè hoc saragant, quâ ratione Judici sanissimum ani- mum ostendere queant: certamen esse subeundum, nec auxilii quidquam sperandum, quando jam Iudicium & sententia reum concluderint. Quid ergo nos Christiani? Non molliemus Iudicis sententiam, dum licet, præoccu- patis jam obsequiis: Sed Platoni testes è præcis adituro.

§. IV.

* **Q**uod philosophorum Homerus, imò Deus, & princeps Academiae Plato de singulari hominis post obitum iudicio pronuntiavit, idem post illum Ma- ro cecinit.

Nec verò hæc sine sorte data, sine iudice sedes. Quæstor Minos urnam movet: Ille silentium

Tom. I.

Conciliumque vocat, vitasque & crimina discit.

Et:

*Gnosius hæc Rhadamanthus habet durissima regna:
Castigatque, auditq; dolos, subigitq; fateri,
Quæ quis apud superos furto latatus inani,
Distulit in sereni commissa piacula mortem.*

Hæc eo tantum recito, ut pateat utrumque pervulga- tam præcis opinionem inhæsisse, post obitum fontes supplicii affici, bene meritos præmiis ornari, & in eam rem constitutum esse examen & Iudicium. Idem ecci- nit Papinius:

*Arbitræ hos dura versat Gorynium urna,
Vera nimis poscens, adigitq; exprobrare vitas
Vsq;e retro, & tandem pœnarum lucra fateri.*

Statius l. 4.
Thebaidos.

Ut iustissimè, quemadmodum Plato loquitur, rectèque de transmissione animarum iudicetur. Revera quisquis ad iudicium singulare ducitur, fateri cogitur quidquid per omnem vitam non solùm agendo & loquendo, sed etiam cogitando deliquerit. Quæstor & Iudex Christus vera nimis poscit, quæ iudicandorum nullus negaverit. Et quam vis Plato de singulari in hominem morientem constituto iudicio dilucidissimè sit locutus, de eodem tamen non minùs dilucidè Hermes Trismegistus loqui- tur, cujus hæc omnino sunt verba.

Cum fuerit animæ à corpore facta discessio, tunc ar- Trismegi- bitium examēque meriti ejus transiet in summi dæ- st iudiciū de iudicio. monis potestatem, isque eam cum piam iustamque providerit, in sui competentibus locis manere permit- tet. Si autem delictorum illam maculis, vitiiisque obli- tam viderit, desuper ad ima deturbans procellis, turbi- nibusq; æris, ignis & aquæ, sæpe discordantibus tradet. Atque inter cælum & terram mundanis fluctibus in di- versa semper æternis pœnis agitata raptabitur. Ut in hoc oblit animæ æternitas, quod sit immortalis sententiâ æterno Iudicio subjugata. Ergone his implicemur, ca- vendum, verendum, timendumque esse cognosce. In- creduli enim post delicta cogentur credere non verbis sed exemplis, nec minis, sed ipsâ passione pœnarum.

Ecquis, obsecro, Hermeti Trismegisto hæc dictavit chartis mandanda? Quam apertum & clarum testimo- nium illius privati Iudicii! Mirari satis nequeo, unde hoc Ethnicis innotuerit. Neque privatum dumtaxat, sed & publicum Orbis Iudicium, unâ cum præcedenti- bus signis describit in hunc modum.

Tenebræ præponuntur lumini, & mors vitâ melior iudicabitur; nemo suspiciet cælum. Religiosus pro infa- no, irreligiosus putabitur prudens, furiosus fortis; pro bono habebitur pessimus. Anima enim & omnia cir- cum eam, quibus aut mortalis nata est, aut immortalitatem se consecuturam esse præsumit, secundum quod vobis exposui, non solùm risus, sed etiam putabitur va- nitas. Sed mihi credite, etiam periculum capitale con- stituetur in eum, qui se mentis religioni dederit. Nova constituentur jura, Lex nova, nihil sanctum, nihil religio- sum, nec cælum, nec cælestibus dignum audietur, aut mente credetur. Soli nocentes Angeli remanent, qui humanitati commixti ad omnia audaciæ mala mi- seros manu injectâ compellent ad bella, in rapinas, in fraudes, & in omnia quæ sunt animarum naturæ con- traria. Hæc & talis senectus veniet Mundi, irreligio, & inordinatio, & irrationabilitas honorum hominum. *Et prævia universalis Iudicis signa: addit.*

Cum hæc cuncta contigerint, ô Aesclepi, tunc ille Dominus & pater, Deus primumpotens & unus guber- nator Mundi, intuens in mores factaque voluntaria vol- untate suâ, quæ est Dei benignitas, vitii resistens & corruptelæ omnium errorem revocans, malignitatem omnem, vel alluvione diluens, vel igne consumens, vel morbis pestilentibus ubique per diversa loca dispersa finiens, ad antiquam faciem mundum revocabit, ut & Mundus ipse adorandus videatur, & mirandus, & tanti

H 3 operis

Plato dial. Gorgias, seu l. de Rhetorica circa finem, mihi pag. 357. Ita etiam Græcus con- textus ha- bet. Ceterum serò annos post Hiero- niam Pro- phetam Pla- to vixit. Lex Chri- sti prima- ria.

Platonis ad singulare Iudicium preparatio.

* Virgilio & aliorum Poëtarum iudicium de statu animarum post hanc vitam.

Virg. lib. 6. Æneid. post med.

operis effector & restitutor Deus ab omnibus qui tunc erunt, frequentibus laudum præconiis, benedictionibusque celebreretur. Hæc enim Mundi genitura cunctarum reformatio rerum bonarum, & natura ipsius, sanctissima & religiosissima restitutor, peracto temporis cursu, quæ est, & fuit sine initio sempiterna. Voluntas etenim Dei caret initio, quæ eadem est, & ubique est sempiterna.

Voluntas Dei est sempiterna.

Atque ut sciremus quis Iudex nobis expectandus, quis summus ille demon, penes quem arbitrium examénque nostri iudicii est:

Deus, inquit, supra verticem summi caeli consistens, ubique est, omniæque circumspicit. Non enim hominum delicta, solâ humanâ lege puniuntur. Primum enim terrena omnia quæ sunt, mortalia sunt. Nunc omnia, etiam quæ sunt rationi corporali viventia, & à vivendo eadem corporali lege deficientia, ea omnia pro vitæ meritis aut delictis, pœnis obnoxia tantò post mortem, sævioribus subiciuntur, quantò multa forsitan fuerunt eclata, dum viverent. Præsciã enim rerum omnium divinitate reddentur, pœnde ut sint pro delictorum qualitatibus pœna.

Contrà iusto homini in Dei religione & summâ pietate præsidium est. Deus enim tales ab omnibus tutatur malis. Pater enim omnium est Dominus, qui solus est omnia, omnibus se libenter ostendit. Ergo vitæ, æternitatisque Deus ipse plenissimus, viventium vel vitalium, quæ sunt in Mundo, sempiternus gubernator est, sanctus, incorruptus, ipsiusque vitæ dispensator æternus. Solus Deus, & meritor solus, ipse in se, est à se, & circum se, totus est plenus atque perfectus, isque sua firmastabilitas est, nec alicujus impulsu, nec loco moveri potest, cum in eo sint omnia, & in omnibus ipse est solus. Deus igitur stabilis fuit, semperque est, & cum eo similiter Æternitas consistit. Mundum verò non natum, quem rectè sensibilem dicimus, intra se habens. Hujus Dei imago hic Mundus effectus est Æternitatis imitator. Omnium enim quæ sunt, primordium Deus est, & Æternitas. Omnia enim Deus, & à Deo omnia, & ejus voluntatis omnia. Quod totum est bonum, deens, immutabile, & prudens, & ipsi soli sensibile atque intelligibile & sine hoc nec fuit aliquid, nec est, nec erit. Omnia enim ab eo, & in ipso, & per ipsum. *

Seneca Conv. ad Marcium c. ult. sine.

Romanus sapiens Annius Seneca, de Orbis universo busto ante Judicium statuendo dilucidè pronuntians: Cum, inquit, tempus advenit, quo se mundus renovaturus extinguat, viribus ista se suis cadent, & sidera sideribus incurrent, & omni flagrans materia, uno igne, quidquid nunc ex disperso lucet, ardebit. Nos quoque felices anima æterna sortita, cum Deo visum erit, iterum ista moliri.

* Apud Madanvæsem Philosoph. In editione Aldi Manutii Venetiæ anno 1521. mihi pag. 185. Hæc velim Ioannes à Wouwer, in sua editione, anno 1606. & in sua anno 1588. Petrus Colvius, non omisissent. Fidem certè suam magis probassent, si quæ antiquiores ipsi in lucem dederunt, illi tenebris tam temerè non damnassent. Nota hic, obsecro, Lector, & av. nam Numinis vindictam, obstupece: Petrus Colvius Brugensis, quem dixi, ingenio suo rectius potuisset uti. At ille Asini aures, scriptiois parum pudica scholasticæ, ab asino calce prostritus obit. Hoc habet. Extant duo ejus epitaphia, quæ hoc ipsum optimâ fide referunt. Vide Matthæi Raderi Marvialens cum commentariis, in præfatione ad Lectorem post initium.

§. V.

Aditâ Trismegisti ac Platoni de arcano judicio sententiã, non miror Augustinum Platoni ac Platonicis tam faventem fuisse, ut dixerit: Quoniam de uno Deo, qui fecit calum ac terram, quantò melius senserunt Platonicis, tantò ceteris gloriosiores illustrioresque habentur. De ipso autem Platone: Quod & me, inquit, plurimum adducit, ut panè assentiar Platonem illorum librorum expertem non fuisse. Sed undecunque ille ista didicerit, sive præcedentium eorum veterum libris, sive potius, quomodo dicit Apostolus, Quia quod

August. de Civit. cap. 11. mihi pag. 91.

De bibliis loquitur.

notum est Dei, manifestum est in illis, Deus enim illis manifestavit. Invisibilia enim ejus à constitutione Mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.

De Platone simul & Porphyrio ejus discipulo hoc Idem L. 11. asserit: singula quædam dixerunt Plato atque Porphyrius, quæ de Civit. si inter se communicare potuissent, facti essent fortasse Christiani. mihi p. 30. Quod alibi repetens: Paucis, inquit, mutatis verbis atque sententiis Christiani fierent. Ubi rem mirissimam commemorans: Initium, inquit, sancti Evangelii secundum Ioannem, quidam Platonius, aureis litteris conscribendum, & per mihi p. 302. omnes ecclesias in locis eminentissimis proponendum esse dicebat. Idem Aug. sicut à sancto sene Simpliciano, qui postea Mediolanensi Ecclesia præfedit Episcopus, solebamus audire. 10. 5. l. 10. de Civit. c. 39. mihi p. 119.

Sed ut ad lineam redeamus: Quid demum est illud, quod particulare appellant Judicium? Theologia Christiana in hunc modum respondet: Cum homo moritur, sub ipsum mortis punctum totius vitæ suæ tam promerita, quam delicta omnia cognoscit, & simul irrevocabilem Christi Judicis sententiam audit, intelligitque quid de se Deus in omnem æternitatem decreverit; num sibi gaudendum ut amico Dei, an verò arduendum ut hosti æternum? Atque hoc Judicium peculiare, arcantum nominamus, in quo quivis hominum suum futurum statum in omnem æternitatem permanfurum clarissimè cognoscit. Atque hoc est, post mortem Judicium subire, hoc rationem reddere. Dilucidè ac verè Chryso-

stomus: Ponamus, inquit, seculi consummationem post viginti annos futuram, post triginta, post centum. Quid hoc ad nos? An non uniuscujusvis consummatio est vitæ suæ terminus? Nimirum cuique ultimus dies vitæ, destinatus est dies iudicii & sententiæ in æternum non revocanda. Chrysol. tom. 4. in 1. epist. ad Thessalon. hom. 9. mihi pag. 1235.

CAPVT III.

Incertum esse annum, mensem, diem, horam secreti, peculiaris Iudicii, seu, reddendæ rationis.

Evangeliorum sacra historia non docet Christum Orbis Servatorem aded frequenter sedisse, sed iter quies rata, itinera perpetua. Sedit quidem in monte, sed velut in scholâ Magister, ut doceret discipulos: sedit ad fontem, sed fatigatus à viâ, & ut Samaritidem expectaret, per quam plurimos sibi erat adjuncturus. Ergo rara Domini quies, itinera perpetua. Quo quidem erudiit homines, viatores se meminerint esse, & eò tendere, ubi confecta via sint mansuri æternum. Proinde jam quiescendi tempus non esse, optimas horas non otiosè in hospitio frangendas. Non sedendum, sed eundem esse. Festinemus ergo ingredi in illam requiem. Amodo jam dicit Spiritus, ut requiescant à laboribus suis. Heb. cap. 4. vers. 11. Apoc. c. 14. vers. 13.

De Christo Matthæus: Ambulans Iesus, inquit, juxta mare Galilee. Quid hæc ambulatio sibi voluit? Ipsos piscatores venit piscari. Duos ex improviso ab aquis evocavit, & sequi iussit. Mors æmulatur mortis Dominum, & obambulat hoc magnum Mundi mare, & non rarò dum nos in naviculis nostris festivissimè jocamur ac ludimus, unum alterumque nominatim evocat: Veni post me. Iudex te vocat, sequere. Et continuo relictis retibus evocatio, & navi, quisquis vocatur, sequi cogitur. Tantarum viarum est impertiosa vocula: VENI. Honores, opes, volu-ptates, cognati, parentes, & quidquid charum est, defecula, rendum est. Est imperiosa vocula, & navi, quisquis vocatur, sequi cogitur. Tantarum viarum est impertiosa vocula: VENI. Honores, opes, voluptates, cognati, parentes, & quidquid charum est, defecula, rendum est.

Sed hæc Mortis evocatio longè incertissima est, non est incerta hora, non dies, non mensis, sed nec annus quidquam certitudinis habet. Ita hæc ad Judicium evocatio temporis est incertissimi, quod jam paulò uberius exponemus.

§. I.

Iudicium, de quo agimus, tam terribile neutiquam foret, si dies quo illud indicitur, paulò esset certior. At verò

Pf. 12

Su. 12. 11

Mors, Ju- At verò Judicis apparitor mors tunc plerumque vocat, cum minimè expectatur. Cum domum subit, non solet quætere, quis in eâ ceteris senior aut imbecillior, sed ei judicium denuntiat, quem iudex designaverit vocandum, et si omnium sanissimus, & natu minimus sit. Plurimos sine omnibus ceremoniis ac deliciis invadit, illud unum insulurrans: *Veni post me*, seu tu rationes composueris, seu distuleris, non expecto, sequere. Sat temporis tibi concessum. Neglexisti? Tibi culpam imputa. Tu jam sequere.

Cur Deus Tunc ergo ut plurimum Judicii fit denunciatio, cum letalis morbus ingruit, cum animi deliqua iterantur, cum frigidus prorumpit sudor. De tali homine facile cogitare est; jam in viâ est ad iudicem, jam abit, jam in oculis habet Tribunal Christi. Cum autem incertissimum, quis ultimus & letalis sit morbus, & quamdiu duraturus, ideo nec momento quidem securi fumus.

August. I. de Nobilissimum Augustini dictum est: *Nihil certius morte, nihil incertius horâ mortis. Latet ultimus dies, ut observentur omnes dies.*

Idcirco autem Deus ex improviseo iudicium insperatum nec opinatum vult indici, ut istud semper expectemus, & omnibus horis versemus illud animo: *Iam aderit*. Non solet dominus qui cum aliis in conclave colloquitur, præmonere servos quâ parte horâ colloquium sit finiturus, idque ideo, ut ad omnem nutum, & ad signum vel levissimum prompti parati sint. Servorum est expectare, & vigilare.

Job cap. 14. Jobus ad omnem Domini nutum paratissimus servus: *Canctis diebus, inquit, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, & ego respondebo tibi.*

Si liceret præscire tempus, quo quis ad iudicem vocandus, quoruscumque est qui seipsum non blandissimè seducens diceret: Multum superest vitæ; viginti aut triginta restant anni. Curabo igitur ut mihi bene sit: ubi cæpero vinum de fundo bibere, omni conatu res meas agam, & Christiani hominis officium insigniter explebo. Satis maturè & ante finem id fecero. Quâ quidem ratione licet amici Numinis moreremur, promeritorum tamen supellectilem proflus exiguam congereremus. Atque ita caelestem gloriam singulis diebus augendam, in ultimos dies rejiceremus.

§. II.

ET quæso quæ facies Orbis esset, si quis hominum diem ultimum prænosceret? Teterrima quæque flagitia in infinitum cumularentur, cum neque sic quidem in officio contineri possit humana nequicia. Nec horam nec diem prænoscerimus, & nihilominus tam flagitiosè vivimus, & temeritate incredibili Æternitatis ostium pulsamus. Nec crastini, nec vespere, sed nec præsentis horulæ certa fides est; & tamen virtuti fegnititer studemus. Certi funeris incertissima hora est. Hæc scimus, & tamen vitis non valedicimus.

Si reo jam capitis damnato, septuaginta panes proponantur in carcere, cum expresse monito, unum ex iis venenatum esse. Quam cautâ manu, quam sollicitis oculis exploraret ille singulos. Quotidie apud se dicere audiretur: Fortassis hic est, qui me vivorum numero exturbet. Neque verò hic aliud somniaret noctu, cogitaret interdium quam mortem septuagesimo saltem die obeundam.

In carcere sumus omnes, nemo non reus; capite damnati omnes, ob Adæ furtum. Statutum est mori. Tribunal proximum est. Vitæ necisque arbiter Deus septuaginta vel octoginta panes captivis suis permittit. Quod Hebraeus vates significans: *Dies, inquit, annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni. Si autem in potentibus, octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor.*

Quam multi pane primo latitantem mortem glutiant: alii septimo aut decimo quarto pane: vigesimo

A primo aut octavo alii: Quidam quadragesimo nono, singulis aut quinquagesimo sexto, aut sexagesimo tertio. Nonseptuagesimo, pauci octogesimo atino venenatum panem contingunt. Quis mortalium scire potest, quo anno letalem bolum faucibus receperit.

Tu ne quæstis, scire nefas, quem mihi, quem tibi Finem Deus præscripserit. Seu plures hiemes, seu dedit ultimam, ad Tribunal nos parcemus quam minituum creduli postera luci; dum scribimus, dum loquimur; fugit ætas.

Omnes eodem cogimur, omnium Versatur urna: serids, oculis Sors exitura, & nos in æternum Exilium.

Aur in caelestem patriam missura. Ergo, quisquis es Immortalia ne speres, monet annus, & alium Que rapit hora diem. Pulvis & umbra sumus.

B Et nemo scit nostrum quam propè versetur terminus. Fortassis dum ego hæc scribo, dum tu hæc legis, mi bone Lector, venenatum panem jam admôdimus, hoc anno extinguendi? Ergo non aliud somniemus noctu, non aliud cogitemus interdium quam vicinissimum Christi Tribunal. Jam pridem moniti sumus: *Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam. Ideo & vos estote parati, quia quâ nescitis horâ filius hominis venturus est.* Horis omnibus & omnibus horæ partibus rationes sint confectæ, ut cum Judicis apparitor, ad Tribunal evocaverit, exemplo illuc cum eo properemus quò vocamur.

Secundus Philosophus vir sapiens Adriano Imperatori, quid mors esset sciscitanti, respondit: Latro hominis. Latenter certè, & à latere obrepit improvidis. Quod in Æternitatis Pródromo explicatum.

§. III.

A Postoli quam maximè seriâ quæstione Magistrum suum aggressi: *Dic nobis, quando hæc erunt, & quod signum adventus tui?* Christus velut dissimulans audisse quæ interrogarunt, progressus est dicendo. Demum subjunxit: *De die autem illâ & horâ nemo scit, neque Angeli calorum, nisi solus Pater.* Hæc Domini verba Chrysostomus altiùs expendens, de secreti Judicii die explicatissimè prorsus & dilucidissimè verbum è verbo sic expressit: *Quemadmodum in aliis, relicta quæ propria sunt, communia curamus, ita & hic, omitentes quisque suum ipsius finem curare, communem & generalem consummationem discere volumus. Quid enim tibi cum illâ commune est? Si unum istum finem bene disposueris, nihil ab illo mali poteris. An non uniuscujusvis consummatio est vitæ suæ terminus? Audi Paulum dicentem: Ipsi namque exactè scitis, diem Domini ut furem in nocte, ita venturum.* Addit aureus Orator, quod unice notandum: *Non solam communis ille, sed & uniuscujusque proprius ita venit. Iste quippe illum imitatur. Est enim iste cognatus illi. Quod enim ille simul & summatum, hoc iste per partes facit.*

D Idcirco sapientissimè decrevit Deus, ut non solum universalis, sed etiam secreti ac peculiaris Judicii diem nesciremus. Quod Ecclesiastes affirmat: *Nescit homo finem suum.* Jobus non immemor Judicii subito instituenti: *Nescio, inquit, quandiu subsistam, & si post modicum tollat me factus meus.*

Neque solum Judicii tempus, sed & locus planè incertus est. Nescimus planè an mors Judicis apparitor (ut eum appellavimus) nos invasurus sit domi, an mediis campis, in lecto, an extra illum; aggressu lento an repentino, morbo productiore, an vi fubitâ; nescimus, an gladio, an tormento bellico, scalarum præcipitio, aut regulæ illapsu, in igne aut aquis hinc ad Tribunal evocandi sumus. Nos quidem edimus, bibimus, quiescimus, dormimus; interim, ut Basilii & Gregorius loquuntur, in navi sedemus, quæ nec momento quidem consistit.

Mors, Ju-
diciis appa-
ritor.

Morbis
judicii de-
nunciatio.

August. I. de
Contrit. cor-
dis cap. 1.

Cur Deus
iudicium
insperatum
esse vult.

Job cap. 14.
v. 14. & 15.

Certi fu-
neris in-
certissima
hora.

Psal. 89.
vers. 10.

Sunt hi eli-
maestrici
anni, qui

Horat. lib. 1.
Carm. Oda
II.

Idem lib. 2.
Carm. Oda
III.

Idem lib. 4.
Carm. Oda
VII.

Math. c. 2. §.
quâ nescitis diem neque horam. Ideo & vos estote parati, quia quâ nescitis horâ filius hominis venturus est. Horis omnibus & omnibus horæ partibus rationes sint confectæ, ut cum Judicis apparitor, ad Tribunal evocaverit, exemplo illuc cum eo properemus quò vocamur.

Mors ho-
minis.

Dies judi-
cii particu-
laris &
cômunis;
incertus,

Eccles. c. 9.
vers. 12.
Iob cap. 31.
vers. 22.

Sicut &
locus.

Ita divino Tribunali continuo progressu, horis singulis A propiores sumus. Subito adest Apparitor & grandi voce inclamar: Heus tu illic in illa parte navis, excende & ante iudicem compare. Hic nemini licet tergiversari. Excendendum est, & ante Iudicem comparandum. Sed forsitan Moïse erga solos pauperes tam parca ceremoniarum est? cum Magnatibus utique præcæ ager, & delicias faciet. Ad hos tales non sic irrumpet, sed impetrat prius admittance, prout mos est, tum demum iussu Iudicis, præfando largiùs, exponet.

Hæc nostra sunt somnia, sed prorsus inania, quibus tamen subinde spei aliquid accedit sed vanæ. Erramus toto cælo, si Morti mores verecundos induimus. Staror Iudicis longè audacissimus, & nimis quàm inverecundus est: pauperes, divites, iuxta habet. Et illos & istos sine pompâ evocat ad Iudicium: Dum filii atque filia Jobi salutariter epularentur, ruinâ subitâ oppressi, eodem temporis momento simul omnes iudicium subierunt.

Sisara Dux militiæ & Isobethus Saulis filius, dum suaviter meridianantur, ad iudicium evocantur: Abner & Amasa dum salutationem, osculum & amplexus parant, gladio confossi rapiuntur ad tribunal. Annon regius juvenis, dum ad germani fratris Absalonis mensam temulentus sedet, à sicariis trucidatus eodem abripitur. Cùm ipse Absalon cæli terræque medius è quercu penderet, ad subeundum iudicium pariter abtractus est.

Heli Sacerdos & Ochozias Rex præcipitatis imperiis ad reddendam rationem trahuntur. Jezabel regina dum stibio ac purpurisso pingit oculos, & per fenestras prospicit, per eandem dejicitur, è suo corpore convivium datura canibus. Dum Babylonius Rex Balthasar inter epulas hilarescit vino, ad iudicii virgam evocatur. Ita reges & reginas tractat Iudicis Lictor: Num parceret ceteris? Sed mittamus tam præcæ.

Marcellus Pontifex Maxentii Cæsaris ævo dum in stabulo inter pecudes agit, ad supremum iudicem accitur. Martinus V. Pontifex nervorum sideratione tactus, antequam se agrum sciret, jam mortuus suum Iudicem audivit. Casimirus II. Poloniae princeps, cùm à Lucio Pontifice imperata Floriani Martyris sacra Lipsana Cracoviam intulisset, postero die in convivio sollemnissimo de cælium beatitudine locutus, subito concidit, & post pauculas horas loquentem iudicem auscultavit. Theofredus Rex Hispania in suomet palatio coriacea clava à stulto interfectus, ad Christi Regis Tribunal ultimam sententiam accepit. Theodoricus Italiae & Ostrogothorum Rex, post annum regni trigessimum secundum, subito Ravennæ diem suum obiit. Visigothorum Rex Alaricus, in Sicilia navigans naufragium fecit. Non multo post apud Consentiam urbem à morte repentiâ iudici oblatu est. Dux Frisorum Ratholdus, à Wulfrano præfule Christianis sacris eruditus fonte lustrali tingendus erat, cùmque jam dextrum pedem in eo lavare posuisset, retrahens alterum interrogavit, Ubinam plures è suis majoribus crederentur esse, in Tartaro, an in Paradiso? Ubi audiit, videri plures esse in Tartaro: pedem aquis subducens: Satius est, aiebat, ut plures quàm pauciores sequar. Ab hoc dicto, die tertiâ fato subitavo raptus est ad Iudicem.

Conradus II. Imperator Italia subactâ, in Traiecto inferiore, Frisæ urbe, ipso Pentecostes solenni die, cùm nihil minùs cogitaret, quàm horam ultimam, excessu subito ad vitæ necessitatem arbitrum abductus est.

Baptista Mirandulanus Ferraria in duello adversarium equitem eque aggressus, terentium jam in fugam verterat, cùm statim ipse victor in equo nutare, exanimari & correre, sic sine ullo vulneris signo mortuus è singulari certamine ad Iudicium singulare translatus est. Obstupescence spectatorum coronâ: quibusdam dubitantibus, nimiane ira gaudiumque hominem extinxisset. Hæc scripsit qui spectavit.

§. IV.

Hæc autem nequaquam esse rara, pænd quotidianis ejuscemodi funeribus docemur. Illa veterum non ignota sunt. Anacreon unico uvæ acino suffocatur. Simili leti genere perit Sophocles. In Æschylum calvastum aquila splendore calvæ delusa testudinem velut in saxum elidit & perimit. Philæmon vidit asinum ficus mensæ paratas devorantem, mox tanto diffluxit risu, ut inter cachinnos lachrymas fatales auspicatus sit. Appius Saufejus scriba è balneo reversus ovum sorbet, & cum eo mortem. Aulus Pompejus & Marcus Juventius dum sacrificant, expirant. Æmylius Lepidus domo egressurus, pede ad postes offensus, repente corrui emortuus. Carelli morsu Balbus perimitur. Aristidem mordet mustela, & puncto temporis extinguit. Manlius Torquatus dum manum extendit ad placentam, reperit mortem. Bebius Pamphylus dum puerum interrogat de horâ diei, ante responsum, horam vite peragit supremam. Cæsar Prætor hilariter è lecto surgit, sed dum calceum induit, hominem exiit. Chilo Lacedæmonius dum filium ex Olympiacis reducem & coronatum amplectitur, inter gaudia efflat animam. Caninius Consul ipso die Consulatus, & falces & unâ vitam deserit. Crassus orator inter declamandum in senatu è vivis decedit. Rhodiorum Legatus ubi causam apud Senatores insigniter egisset, sub egressum in limine curiæ exanimis concidit. Fabius Maximus pilum tenuem cum lacte haurit, & vivere desinit. Autolemus incendium domus evadit, & fulmine ictus interit. Medorus Valla dum mustum è carchesio trahit, dulce sed repentinum exitium bibit. Petrus Calceonus, dum ei barba raditur, ad plures ire cogitur.

Nec plebejas tantùm animas Mors impudens sic abripit, sed cum Regibus etiam & Cæsaribus eundem lusum non rarò ludit, ad quos sine omni ceremoniâ irrumpit. Lycurgus Rex Thracum à suis in mare præcipitatur. Mithridates Rex Ponti ævi sui miraculum morte subitâ interceptus. Theodoricus Ostrogothorum Rex, quem modò nominavimus, improvisâ morte tollitur. Alaricus Rex Visigothorum in Sicilia navigans, fractâ navi urbem ingreditur, ubi extra omnes fluctus in lectulo subitum vitæ naufragium patitur. Andebandus Rex Anglorum nimio vino in cenâ submergitur. Grimoldus Rex Longobardorum post apertam venam transmissis aliquot diebus jaculo columbam petit, venam rumpit, & unâ vitam effundit. Alexander Imperator naribus stillat sanguinem, & simul animam amittit. Alphonfus VIII. Rex Hispaniarum, dum in itinere confidet sub arbore, actutum ad Iudicem abducitur. Philippus Ludovici Crassi Galliarum Regis filius ex equo labitur, & in feretro componitur. Henricus Alphonfus VIII. Castellæ Regis filius, dum puer lustrat cum pueris regulâ obteritur. Cardinalis Columna Neapolitanus Prorex Caroli V. ævo ficus glacie frige factas avidius D comedit, post quas nil ampliùs edit.

Eadem fors adolescentes, pueros, infantes, & nostro etiam ævo involvit. Adolescens piscis spinâ, quemadmodum Tarquinius, jugulatus est. Juvenis qui promissit Religiosorum vitam intra annum se initurum, eodem die inter choreas ex vitâ emigravit. Juvenis alius dum Christi patientis personam in theatro egit, in cruce demum seriò expiravit. Drusus puer innoxio lusu sapius pomum in ærem jecit, & ore exceptit. Tandem faucibus hæsit hic bolus & occidit. Puer Thracius in Hebro flumine postquam conglaciasset, lustris, rupta glacies caput præfecuit, cadaver sub undas misit. Puer alius dum templum subit, prægrandi stitiâ è tecto in caput delapsâ est occisus. Hylas puer haustrus aquas, urnæ pondere in aquas tractus & submersus est. Hyacinthus puer dum disco lustrat, ab imprudente socio percussus disco, lusum & vitam finiit. Puer pastoritius ignem ad arborem struxit

Error est morti mores verecundos induere.

Alii, Radoldus. E libello Gullie. A pophthegm. mibi p. 20. Annalium Franc. in Dagoberto circa annum Christi 708.

Fulgosus lib. 9. c. 27. qui Duellatorum, quos dicit, cum ceteris Iudeis erat confisus.

struxit & obdormiit, sed arbore ambrustâ & lapsâ obtritus non amplius evigilavit. Infans in utero matris fulmine percussus lucem intueri desuit antequam inciperet, matre tamen Martiâ supervivente. Hermonactes, etiam infans, in cunis ab apiculâ confossus obiit. Nunquam finis sit si pergam. Quot his ipsis annis notissimi nobis paralytici repentinâ tacti ad tribunal protinus abrepti sunt? Quot homines fulmen, quot alios ruinae, quam multos aquae, quantos incendia in praetorium Christi transfuderunt? Quot centena millia hominum properata pestis ad judicantem Christum ablegavit? Quot myriadas militum his quindecim annis plumbeae glandes subitè in jus ambulare, & vitæ rationem reddere coegerunt.

De pluribus vide Prodomum cap. I. §. 20.

Ita mortem à vitâ determinat momentum. Tempore quo minimè putamus adest Judex, & de totâ pronuntiat aeternitate.

Quot scimus ipsi sanos ivisse cubitum, repertos mortuos? quot inter colloquendum, ambulandum, prandendum subitò, ad peculiare hoc judicium abducti? Res vilissima, minima, extrudit è vivis; herbula venenata, piscis spinula, exigua pustula, è tecto tegula, vulnusculum neglectum, strictior aura, intemperantior ira aut lætitia; risus, somnus, cibus, ipsa vitæ subsidia vitam rapiunt, & subitò totius vitæ agitur rei.

§. V.

Sed ordine, ut videtur, inæquali prorsus & confuso ad tribunal Christi citamur. Subinde liberis à parentibus parentatur, & qui ultimi venerunt in Orbem, primi exeunt. Cur autem (dixeris) tam inæqualiter in jus vocamur, per protoplastum omnes æqualiter mortem meriti? Cur mors tam cæcâ nos audaciâ invadit?

Nè quæso mortem querimoniis vanis acculemus. Moriendi pœna æqualis est; levis est differentia temporis. Et quid triginta vel quadraginta anni ad aeternitatem sint? Ordinem à morte nullum servari in hominibus ad Judicium evocandis, non morti, sed Deo describendum est, qui sic imperat fieri.

Solutus est Thomas Morus dicere: Hunc Orbem verè non aliud nisi carcerem esse, à quo alius super alium in jus rapitur. Quis magistratui modum constituat, quemnam captivorum diutius servare debeat in carcere? Quis Deo legem ficiat, quemnam aliis citius ad suum Tribunal evocet? Hæc Deus omnia in numero habet, cujus providentia nec minimo temporis puncto fallit. Hanc Jobus suspiciens: *Constituisi, ait, terminos ejus qui præteriri non poterunt: Numerus mensuræ ejus apud te est.*

Moriendi pœna æqualis, & levis temporis differentia. Mundus nil nisi carcer.

Job cap. 14. vers. 5.

Via mortis varia.

Exod. c. 20. vers. 12.

Eccle. c. 37. vers. 33. & 34.

Psal. 14. vers. 24.

Sap. cap. 4. vers. 7. & seqq.

Sæctior aut acquir

Deinde ipsa corporis humani constitutio sic habet, ut ista illam durando vincat: accedit loci, aëris, cibi diversitas, quæ omnia ad celeritatem aut tardiorum morum faciunt. Nos ipsi, Dei permisso, vitam longius extendendam præcindimus diversis culpis. Inobedientiâ, Intemperantiâ, & Incontinentiâ vivendi spatium decurtant plurimi. Legislator è caelo: *Honora, inquit, patrem tuum & matrem tuam, ut sis longævus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.* Ab intemperantiâ & voracitate vitam præcidi res certa. Luculentum Siracidæ testimonium est. *In multis esicis erit infirmitas: & avitas appropinquabit usque ad choleram. Propter crapulam multi obierunt, qui autem abstinentes est, adjiciet vitam.* De aliis canit Hebræus psaltes: *Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos.*

Quod autem sæpissimè homines improbi sint longævi, citius moriantur probi, Sapientia causam assignans: *Iustus, inquit, si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est non diuturna, neque annorum numero computata. Cati autem sunt sensus hominis; & etas senectutis vita immaculata. Captus est ne malitia mutaret intellectum ejus.* Non ideo sanctior aut nequior

A est, qui prior alio transit ad Judicium. *Non sunt* ut alii non est qui prior alio ad judicium transit. Hieron. *epist. 104.* quætes ridet Hieronymus, à *vetustate hominum estimanda ingenia, sed à probitate, eruditione, morum gravitate.* Hic Abel ante Cain judici Deo præsentatur, innocens Naborbh lapidatur, & Achab Rex ejus vineam invadit; Joannes Baptistâ tollitur, & Herodi longior vita indulgetur. Quod si improbus ad judicium celeritè probis evocetur, id ideo fit, ne sua sibi augeat supplicia, & ad ea plures secum abducatur.

Ita nullus inter evocandos servatur ordo. Incertum est quo te lœo Mors (Judicis apparitor) expectet: Itaque tu illam omni loco expecta. Evocatio ad Tribunal certissima est: Ubi & quando fiat, nihil incertum. Quo Judex voluerit die, quo momento, Mors evocabit cum imperio. Heus homo in jus ambula, tribunal te citat; Judici te siste. Quis unquam potuit sic evocantem non sequi?

Quocirca cautissimè age, quisquis es, & ad rationem reddendam te quotidie para. Nam, ut Cyprianus *mo-Cyprian. qualem te invenit Dominus cum vocat, talem te & ju-ferm. 4. de dicat.* Nescit miles, quando aut quâ irrumpendum in hostem: semper ergo procinctus excubat. Nescit mercator, quando ventus secundior aspiraturus: Navim igitur semper paratam, & merces in portu habeat. Nescit viator, quando portæ civitatis claudendæ, aut quantum superstit via: non igitur moretur, sed properet, & nonnunquam currat. Nescit pronuba Virgo, quando venturus sit sponsus: Oleum igitur semper parato sit, & lampas ardeat.

Ecclesiastes fidelissimè monens non sine acerbo risu: *Eccle. c. 11. Latere ergo juvenis in adolescentiâ tuâ, inquit, & in bono sit. vers. 9. cor tuum in diebus juventutis tuæ, & ambula in viis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum: (hæc omnia per ironiam, sed addit) Et scito quid pro omnibus his adducet te Deus in Judicium.*

Sed forsitan hæc monita non magni ducimus, idcirco Christus ipse toties vociferatur & monet: *Operamini Ioan. cap. 9. dum dies est; venit vox, quando nemo potest operari. Videte, vers. 4. vigilate, & orate: nescitis enim quando tempus sit. Sicut homo Marci c. 13. qui peregrè profectus reliquit domum suam, & dedit servis suis vers. 33. potestatem cuiusque operis, & janitori præcepit ut vigilet. Vigilare ergo (nescitis enim quando Dominus domus veniat: Serd, an mediâ nocte, an galli cantu, an mane) ne cum venerit repente, inveniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico, Vigilare.*

CAPVT IV.

Quis maror, angor, terror, secretum, peculiare Iudicium soleant præcedere; seu, quid rationem redditurus præcipuè pertimescat.

Diu blandiebatur Dalila suo Samsoni. Demum la-Dalila: in- tentibus apud se insidiis & Samsonem attonso vocidius Sam- son captus. *ferat est: Philistim super te Samson. Et cepit abigere eum, & à se repellere.* Hic heros robustissimus priorem lufum cogitans, facili negotio evasurum se credidit. Nesciens quod recessisset ab eo Dominus, Ita captus à Philistæis, & cætenis vincetus in carcerem contritus est.

Idem nobis plerisque omnibus contingit. Robur nostrum & vires suspicimus, ægrotamus subinde, sed revalescimus, & mortis imperium evadimus. Ita humiludum aliquoties ludimus. Demum correpti morbo, aut aggressu subito cincti, nos pariter ut prius evasurum credimus. Hic vita, cui fidebamus, & quæ tamdiu nobis blandiebatur, altum inlamar: Philistim super te Samson. O Samson, ô homo, qui te arbitraris tam robustum, en ut circumdent te Philistæi ab inferis; non tu amplius te ipsum juvare, sed nec alii poterunt; omne robur à te recessit. Ligaberis & duceris ad Judicem.

Diximus, Reddendam esse rationem Judici. Explicavimus,

vimus, Quid sit rationem reddere, & quam incertum sit tempus rationis reddenda. Nunc porro dicendum, qui terrores & angores iudicium istud plerumque antecedant.

S. I.

Post egressum gentis Hebraeae ab Aegypto, Deus complura loca designans Moysi: *Et ad ultimum*. Inquit, *salissimo claudentur mari*. Hi erunt termini. Dum vivimus, in Orbem alium peregrinamur. In via subsistere non licet. E loco in locum assidue migramus: dies diem sequitur, horam extrudit hora. Varia quidem vendi ratio est. Sunt homines operosi & ærumnosi, apud quos labor laborem, afflictio afflictionem excipit, alius iis ex alio dolor nascitur. Sunt & homines voluptuarii, apud quos à feris feriæ, convivium è convivio, voluptas ex voluptate nascitur. Sed nec istis nec illis unquam ullam intercapedinem peregrinandi, nec ad momentum quidem licet facere. Et isti quidem qui voluptatibus indulgent, diu dormiunt, non tamen semper dormiunt; saepe comedunt, largè bibunt, non tamen semper comedunt, bibuntque; crebrò ludunt, deambulant, fabulantur, tripudiant, venantur, lasciviunt, non tamen hæc semper faciunt; at verò semper ad mortem, & ad Iudicium tendunt. Sic & alii homines fugi non semper legunt & scribunt, non semper laborant & sudant, non semper gemunt & plorant; semper tamen moriuntur, atque sic assidue tam illi quam isti propius atque propius tribunal accedunt. Tandem post continuum hoc iter, ad mare mortis salissimum veniunt. Hi termini sunt omnis voluptatis, omnium laborum. Ex hoc salissimo mari non tantum bibendum, sed submergendus in hoc viator. Hic trepidatio, lucta, palpitatio miserorum varia. Tentationes morientium quandoque multæ, ac diversæ.

Numb. c. 34. vers. 12.

Varia est ratio vendi.

In ultimo morbo cadæmon est importunissimus.

Apo. c. 12. vers. 12.

Idem cap. 6. vers. 8.

Corpus hominis est equus pallidus.

Tentationum turba: 1. Cibi fastidium &c.

4. Reg. c. 1. vers. 16.

2. Memoria mortis & metus. Eccli. c. 41. v. 1. & seqq.

Besi cadæmon vix unquam diu à tentationibus interjungat, in morbo tamen letali & ultimo importunissimus est. Pirata scilicet insidiatur navi cum ea revertitur & onusta est. Ita tunc diabolus omnia molitur, habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet. Nisi ergo tunc vincat, victus est æternum. Hunc hominis cum dæmone conflictum Joannes depicturus: *Eccæ equus pallidus*, ait, & qui sedebat super illum, nomen illi Mors, & infernus sequebatur eum, & data est illi potestas super quatuor partes terræ. Infirmitas hominis corpus, equus pallidus est, quo Mors velitur; circa lectum infernales milites sunt in tres turbas divisi.

In turbâ primâ tentationes sunt, quæ oriri solent ex morbo. Hic cibi fastidium, somni defectus, vehemens sitis, tetra somnia, molesta pharmaca, frigus aut æstus, dolores varii, & quandoque continui, qui caput, pectus, pulmones, totum corpus occupant, & ita premunt, affliguntque, ut ægrotus inde anxius, tristis, perturbatus, modò iram, modò impatientiam non dissimulans, murmurare, conqueri, & eos, quorum curæ commissus est, odisse incipiat, subinde nec Deo parcat, sed velut ab eo desertissimus expostulare audeat: Cur hoc Domine? Num ego hæc merui? Tunc ille tam misericors pater sic in me sævis? Quò major scilicet vitæ ac sanitatis amor est, eò plures ac graviores esse solent ejuscemodi tentationes. Sanari mallet æger quam mori. Hinc subinde valetudini remedia vetita quaruntur. Ita Rex Ochosis misit nuntios ad consulendum Beelzebub Deum Accaron, quasi non esset Deus in Istaël. Idcirco dictum illi: *De lectulo super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris*.

S. II.

Alterâ tentationum turba, memoria mortis & metus. Non sine gemitu dixit Siracides: *O mors, quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis: viro quieto, & cujus via directæ sunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum*. Secundus philosophorum non in-

simus prudenter dicere solebat: Mors divitum pavor, pauperum desiderium. Nonnunquam tamen & pauperes, cum Tribunal in oculis habent, nimiam mortis festinationem accusant. Memini pauperculum, qui nonaginta & aliquot annos superaverat, audire dicentem: Diutius equidem vivere potuissim. Sic opulentiores: Itane, ajunt, conjugem & liberos, familiares & cognatos cogor deserere? Heu facultates amplæ, non juvatis? officia & dignitates magnæ, non succurritis? Amores mei ubi estis? Sic Munde deseris? Hic, ut Gregorius loquitur, diabolus nudus luctatur cum vestito. Hic eò subinde tristitia increfcit, ut & Deus obliquè perstringatur, qui tot pupillos constituat, bona omnia tam citò rapiat, solatium in extremis miseris subtrahat.

Tertia tentationum turba, horror futurorum. Ab eundem est: quò autem, & quâ viâ? Judicandus sum, sed num inferis, num cælo assignandus? Hic adest diabolus, & longissimam rotius vitæ historiam opponit & ingerit oculis. Velis nolis legenda est. Hic moribundus peccata sua omnia velut in aperto volumine cernit; Conscientia monstrat, & legentem urget: Hæc, & hæc, & hæc, & ista, & ista, & ista etiam fecisti: Illa, & illa, & illa quoque omisit facienda. Jam Tribunal ferit oculos, jam cominus cernitur advenire Judex brevè adfuturus, Judicii satellites; Mors & dæmones jam adsunt:

Horribili ac variâ lectum cinxere coronâ,
Nec spes ulla fugas, labor ultimus opprimit ægrum:
Redde rationem, redde, redde. Ergone, inquit moribundus, nil superest auxilii? Nil contra morbum remediè est? Heu quid brevè visurus, quid auditurus, quid passurus sum? Pedem referre, & ire retrò non possum: Sic pergere, horrendum, & intolerabile: Subsistere non permissum ulli.

Hic jam dæmon omnem movet lapidem, ut trepidantem ægrum ad impatientiam, aut ad desperationem occultam, aut certè ad pusillanimitatem pertrahat. Ita nimbi, grandò, venti, turbines, pro cellâ uno impetu casam luteam invadunt: si ea sit arenæ inædificata, hoc est, remissa, molli, voluptaria vitæ, corruet; sin verò pia, ferventi, religiosæ, stabit, & hos impetus sustinebit.

Quâ in re moribundo saepe idem quod Benjamitis evenit, qui non intellexerunt, quòd ex omni parte illis instaret interitus. A tergo urbs capta flammis injectis ardebat, à fronte hostiles copiarè obvios quosvis cædebant. Ita moribundus quocumque se vertat, in angustiis est: Respicit præterita? Cernit innumera peccata: prospicit futura? Imminentem videt Judicem justissimum, quem nihil latere potest. Terrores & angores undique. Ideo non miremur sudare moribundos. Judicii jam vicinissimi horror sudorem exprimit. Optimè dixit beatus Nilus: Verè terribile est mortis mysterium. Nec ferè aliam ob causam, nisi ob Judicium quod proximum est. Nam plurimis facilè foret mori; sed à Judice omnifido iudicari, hoc acerbum & tremendum.

Non timeo mortem, timeo quæ facta sequuntur: dicebat non nemo.

* Job velut in extremis constitutus, jam jamque ad Judicem abducendus: *Spoliavit me gloria mea, inquit, & abstulit coronam de capite meo. Destruxit me undique, & pertrahe me furor ejus, & sic me habuit quasi hostem suum. Simul Dei milites, venerunt latrones ejus, & fecerunt sibi viam per me, & obsecerunt in gyro tabernaculum meum. Fratres meos longe fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me. Dereliquerunt me propinqui mei, & qui me noverant, obliti sunt mei.*

* Jobi sententia de morietium tentationibus. Job cap. 19. v. 9. & seqq. Chaldaei, Sabai, morbi dolores, squa lor, tabes, vermes, &c. + Consultaverunt me.

S. III.

De hoc vicini Judicii horrore ac metu appositè dici poterit: *Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit. Matth. Et quemadmodum Pharaon nunquam sævior fuit in Hebræos, quam cum abitionem molirentur, ita diabolus*

c. 24. v. 21.

lus nunquam truculentior in hominem insurgit, quam A

Lut. cap. 11. cum eum hinc migravitum adverit. *Tunc vadit & assumit septem alios spiritus nequiores. Sal.*

Hieron. Platus lib. 1. de bono statu Relig. 6. 31. medi. Narrant de Cunone oppidi Malburchensis domino, qui annis quadraginta moribus parum probatis ad Mundi leges vixerat, demum sub feram senectutem veluti respiciens, religioni se addixit, & triennio post diem suum obiit. Eo tempore cacodæmon, qui hominem insederat, apertè fassus est, se unà cum quindécim millibus suorū (tot enim fuisse asseveravit) in morientis cubiculum convenisse, sed precantium clamoribus repulsum morienti nocere non potuisse.

Deus immortalis, tantus diabolorum exercitus animulam unicam corpore egressuram obsidione cingat? Quindécim millia horum ex Erebo latronum homini vel unico insidientur? Quò fugiat, aut ubi abscondat se, sic obfessus, sic vallatus homo? Quid is faciat cujus cor non perfectum fuit cum Domino Deo suo? quod in extremo senio Salomoni contigit. Ita fit, Deo iustissime B permittente, quod subinde in morientibus est observare, ut sui obliviscantur in morte, qui dum viverent, oblitri fuerant Dei. Hinc sæpe rationis & linguæ usum subito amittunt oppressi lacrymabili veterino. Augustinus testis id graviter affirmans: *Percutitur, inquit, etiam hac animadversio, ut moriens obliviscatur sui, qui dum viveret, oblitus est Dei.* Hoc certè modis omnibus laborat dæmon, ut Christi patientis memoriâ crebriorem adimat, & sic ante Crucifixum Dominum velut pallium oppandat, ne moribundus oculos eò cum suspitiis emittat.

Oblivio sui quibus in morte eveniat.

Num. c. 22. v. 24. & 26. Cum Balaam vates inter vineas iter faceret asinâ veniceriarum stantem, & stricto gladio munitam. Progre- di conabatur Balaam, sed obstabat locus angustus, ubi nec ad dexteram, nec ad sinistram poterat deviare. Ita moribundus gemino ram huius quàm alterius vitæ pariete clausus, & in his angustis deprehensus strictum C Judicii gladium non evadet.

Sap. cap. 16. vers. 15. Tuam manum, ô Deus, ait Sapia, effugere impossibile est. Hinc fortissimus Eleazarus jam supplicii adnotus: *2. Machab. Manum Omnipotentis, inquit, nec vivus, nec defunctus cap. 6. v. 26. effugiam.*

Luca c. 19. vers. 43. & 44. Christus Hierosolymis minatus: *Venient dies in te, ajebat, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & coangustabunt te undique, & ad terram proster- nent te, & filios tuos qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem: eò quòd non cognoveris tempus visitationis tuæ.*

Hæc Domini verba de moribundo rectissime dici affirmans Gregorius: *Inimici, ait, sunt demones: Vallum, tempus elapsum, malè perditum, & peccata, præsertim nondum expiata. He copis circumdabunt lectum, & coangustabunt egrum, jam parè ultimis singultibus confectum. Neque solum improbis morientibus, sed & aliis illi è raro inimici*

Carthus. de adjunt. Arbitratur Dionysius, neminem mori (Matrem D 4. Noviss. Domini excipit) cui dæmon non appareat, idque diverso habitu & formâ. Gregorius Magnus se testem homil. 39. in adjungens: Ad electos quoque egredientes veniunt, inquit, & 4. 14. Luca, suum in illis, si prævaleant, requirunt.

Chryf. 10. 2. Eiusdem profus animi Joannes Chrysostomus: *Qui homil. 54. in vinculis, inquit, propter sua scelera fuerit, cum solvitur ut ad c. 16. Matth. Iudicium produci queat, tunc maximè tremet, tunc formidat, mibi p. 401. quando ad Tribunal Iudicii jam appropinquat, quando ad relationem rationum jam devenit. Idcirco terribiles visiones narrare solent morituri, quarum speciem nullo modo ferentes, & lectulos plerumque ipsos, magno jacentes impetu concutiunt, & torvis eos, qui ad sunt, aspiciunt oculis: vel quia vi rescinditur à corpore reluctans anima, vel quia spirituum speciem ferre non possunt. Si enim terribiles intuari homines metu concutiunt, quid faciemus, cum minaces Angeli, & rescindentes animam à corpore virtutes nos invadent &*

S Evertis Sulpitius refert Martino Turonensi Præsuli, viro sanctissimo cacodæmonem instante morte spectabilem adstitisse. Cui Martinus impavidè resistens: *Quid, inquebat, astas truenta bestia, nihil in me fuisse reperies.* Hac emissa voce animam efflavit.

Macrina Virgo integerrima, Gregorii Nysseni soror in mortis viciniâ enixè precabatur: *Domine Jesu succurre, ne hostis invidus iter meum impediât.*

Antonius, quod divus Athanasius de eo memorat, *Athanas. in vitâ Antonii cap. 38. Paschasius cap. 19. n. 4.* altâ jam nocte vocem audiit monentem: *Surge Antoni, exi, & vide.* Surrexit Antonius, & exiit, viditque sublati in cælum oculis starurâ horribili gigantem, qui caput nubibus inserchat. Vidit etiam alatos homines, qui cælum peterent volando. Hos gigas ille retrahens elidebat in terram, aut in aquas. Quosdam tamen illorum frustra conabatur retrahere. Hic iterum audita vox: *Quod vides, expende.* Cæpitque Antonius intelligere, illum esse volatum animatum, quas è corpore jam liberatas tartareus gigas arceret cælo, quorquot infra ipsius prædatorias manus volarent: *Quæ autem gigantis caput volando superarent, liberè tranfite ad itellatam domum.* Quo quidem viso discrimen morientium significabatur: siquidem eorum aliqui, sed pauci, ad Beatorum sedes rectâ tranfvolant: alii merguntur Orco, quos simultates, odia, & vindictæ ardores, quos carnis sordes & libidines inquinant.

Discrimen morientium.

Ante annos aliquot unus è Magnatibus in Austriâ, *Georg. Scheiter Domin. 1. Quadrage. conc. 1. mibi pag. 332.* morti jam vicinus lectum suum ab acerrimis aurigis circumdari vidit. Qui omnes operiebantur animam brevi egressuram, ut eam in thermas Acherusias aveherent. Sic finiunt, qui sic vivunt: sic obcunt & pereunt, qui Judicium non expendunt.

Narrat Climacus rem observatâ dignissimam, quæ *Climacus in cæptum sermonem plurimum dilucider. Quidam, in- scilicet paradisi, gradu 7. post mod. mibi p. 121.* quit, cui Stephanus nomen, solitudinis amans complures annos in cenobio egit, ubi jejuniis & lacrymis, sed & ceteris virtutibus inter omnes eminuit. Ergo profectu ardens insigniore, ad arctius ac severius vivendi genus seipsum damnans, anachoretarum locum, cui Fides nomen, petiit. Hic annos aliquot arctissimo vitæ instituto, procul omnibus humanis solatiis peregit. Nam ferè septuaginta millibus passuum ab omni hominum habitatione disjunctus, Deo solum & sibi vacavit. Denique sub extremum vitæ tempus ad priorem cellulam reversus, non diu illic fuit, & morbo tentari cæpit. Uno ante obitum die, repente obtu- pefcere, dextrâ lavâque circumspicere, & velut rationem exigentibus respondere, cunctisque, qui adstant audientibus, dicere: Sic revera est, sed propter hoc tot annis jejunavi. Subinde, non certè, ajebat, sed mentimini; hoc non feci. Deinde rursus: Ita verè est; negare non possum. Sed ingemui, sed flevi, sed pœnitentiam egi, & pœnas subii. Et rursus: Ita est, verè me accusatis. Ad quædam, quæ illi credebantur objici, sic respondebat: Et quidem ad hæc quæ dicam non habeo: est ut dicitis, sed spero misericordiam. Erat profectò, ait Climacus, spectaculum horrendum ac terrificum, invisibile illud ac rigidum Judicium, in quo etiam (quod terribilius est) non facta objiciebantur, perinde ut facta illi solitudinis ac sanctæ quietis amatori, qui annis pœnè quadraginta religiosam disciplinam non sine crebris lacrymis observabat. Fuit qui de hoc viro graviter affirmabat, visum eum à se cum in eremo Leopardum è suâ manu pasceret. Hic ipse tamen cum adeo exactè & ad novissimum usque teruncium rationes ab eo proferentur sic finiit, ut hodièque incertum, quis terminus, quæ sententia, quis rationum finis fuerit, quod Judicium acceperit, quo locorum pervenerit.

Ah, Domine Jesu, quomodo ii stabunt in hoc Judicio, qui magnam vitæ partem per incuriam transmittunt, vitorum cæno infixi? Non poterunt ei, ut Jobus loquitur, respondere unum pro mille. Addit de seipso: *Qui etiamsi habuero quippiam justum, non respondebo, sed meum judicem deprecabor.*

Job. c. 9. v. 3. & 15.

§. V.

Quocirca nemo mortalium rationes consiciendas procrastinet, nemo differat pœnitentiæ pharmacum. Cùm ultimi dolores instant, serum est prudenter & enucleatè velle rationes componere, & ad proximum sese judicium disponere. Hic ego agrotos omnes, aut eos qui gravius agrotarunt, interrogo: Dicite, quæso, num inter dolores vacat, sedulo precati, veniam rogare, judicem conciliare? Hæc corpus sanum & animum tranquillum requirunt.

Serum est ad judicium se disponere cum ultimi instant dolores.

In morbo multum est, jam parva non amittere; inter dolores satis est, cum doloribus patienter loqui. Et quomodo is demum, qui corpus tam tenerè amavit, ut negligeret animum, ad interiora se recipiet, & animi habebit curam, in tantis corporis doloribus? Augustini vocem agnoscite: *Illic rapitur intentio mentis, ubi vis est doloris.* Fac quod faciendum est, dum sanus, dum tuus

Psal. 6. v. 6.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui. Divino jussu proclamari Moses ad populum præcepit: *Estote parati in diem tertium. Idemque advenerat tertius dies, & mane inclaruerat: & ecce ceperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clangorque buccina vehementius persprebat. Totus autem mons Sinai fumabat, ed quòd descendisset Dominus Deus super eum in igne.* Tres isti dies illustri adumbratione vitæ nostræ principium, medium, ac finem denotant. Hæc tota vivendi perodus est. Nasci, dolere, mori. Quivis hominum de se dicere potest: *Hodie, & cras, & tertia die consumor.*

Exod. c. 19. vers. 15. & seqq.

Vita humana tribus diebus comparata. Luc. cap. 13. vers. 33.

Estote igitur parati in diem tertium. Nam die hoc ultimo audientur tonitrua, conscientie ac dæmonum accusationes; peccata præterita velut fulgura & fulmina terrebut; nubes & caligo totum montem, hominem totum involvet; oculi, sed & intellectus & ratio contemnebrantur; aurium, ceterorumque sensuum usus deficiet. Audietur & tubæ clangor, cognatorum comploratio: sed & suos quoque tubicines jubebit canere Judex, qui monent his ipsis vocibus: Ad Judicium, ægrote, ad Judicium: reddenda est ratio; ad Judicium.

In morbo letali.

Sinai mons fumans fulgura agonizantis.

Eheu quis tunc non trepidet? cui non solvantur genua? Quis non angatur & æstuet? Totus mons Sinai fumabit, homo totus cubabit in angustiis, & sudabit. Cupiet è lecto surgere (quod pœnè certum mortis signum) sed vel non poterit, aut inter opitulantium manus (quod crebrum) collaberit & expirabit. En montem igne fumantem, en hominem sudore gelido manantem, ed quòd descendat Dominus in igne, justissimus Judex in flammâ justitiæ, ut quos invenerit coronâ dignos, ad coronam; quos dignos gladio, ad gladium ableget.

Eccli. cap. 4. vers. 5. Et cap. 18. vers. 19.

Audite igitur, quotquot etiamnum vivitis, audite mortis stipendiarii, Dei jussu proclamo: Estote parati in diem tertium. Descendet Dominus in igne, & fumabit mons Sinai. Reddenda est ratio totius vitæ. Hoc Judicium à Domino omni carni. Ergo, quod Siracides monet, *Ante Judicium parate vobis justitiam. Estote parati in diem tertium.*

CAPUT V.

Quæ causæ in hoc Judicio ventilentur; seu, de quibus reddenda sit ratio.

Judicia Dei & hominum sunt diversa. 1. Reg. 6. 16. vers. 7.

Longè alia Dei sunt Judicia quàm hominum, nec juxta intuitum hominis Deus judicat; quantum à terrâ cælum, tantum illa sunt ab his abjuncta. Hero-

dem, obsecro, & captivum illius Joannem Baptistam aspiciate. Humanis oculis Herodes dives, potens, rex magnus videbatur, qui delitiis afflueret vir beatus, Scmidæus. Joannes verò vir pauper & captivus, neglectus eremicola, regium mancipium, carceris inquilinus, fors occultè reus censeri poterat.

At Christus longè aliud de Herode, aliud de Joanne tulit Judicium: Herodem appellans vulpem: *Ite, inquit, & dicite Vulpi illi. Videre, & cavere à fermento Pharisæorum, & fermento Herodis.* Joannem verò tanquam Constantiæ & Pœnitentiæ speculum laudat, Prophetam & plus quàm Prophetam, imò & Angelum vocat. Quàm hoc divertum à priori Judicium! Non enim Dominus, *Isaiâ teste, secundum visionem oculorum judicat, neque secundum auditum aurium arguit.* Et de seipso hic judex: *Ecce, inquit, omnes anima mea sunt, ut anima patris, ita & anima filii mea est: Anima quæ peccaverit ipsa morietur.*

Divinum hoc Judicium quod ab humano longissimè, quod infinitè divertit, adeo expavit vir ille secundum cor Dei, ut dixerit: *A iudicium tuis timui: Nec minùs formidans Paulus: Nihil mihi conscius sum, inquit, sed non in hoc justificatus sum: qui autem judicat me, Dominus est. Ego, igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aërem verberans: sed castigo corpus meum, & in servitutem redigo.*

Si timent nihil sibi conscii, & castigant se tam sancti, quantò magis timendum iis, quos accusat conscientia. Præsertim cùm Judex ipse monendo dicat: *Cùm accipero tempus, ego justitiam judicabo.* Et Salomon metum hunc augens. *Est via, inquit, quæ videtur homini recta, & novissima ejus ducunt ad mortem.* Quàm igitur copiosa erit materia, quæ ad hoc Judicium devolvitur, tamerò hominibus sit judicandus. Et istud est quod ordine sequitur, *Quænam caussarum varietas in peculiari hoc judicio ventilanda, seu De quibus reddenda sit ratio. Quod hoc capite discutiendum.*

§. I.

Oconomus ille prodigus aliquanto tempore mulieris sui negligens, & incurius, denique apud dominum suum diffamatus, serium illud audit: *Redde rationem villicationis tuæ, jam enim non poteris villicare.* Hic misero hætere aquâ, hinc animus fluctuare, hinc obversari oculis paupertas, hinc titubare linguâ, membra tremere. *Ecquid faciam?* ait.

Hic ultimus decoctorum psalmus est: *Quid moliar? quid agam? quid machinabor? Ita villicus: Quid faciorum ciam, inquit, nunc demum sentio, cum herile premit imperium, me servum, non herum fuisse. Vereor sanè ne quod ære solvere non potero, pelle luam. Ergo in peccatore senatum coge, & dic, quid faciam? Fodere non valeo, mendicare erubesco. Dum vivimus, fodere valeamus, elemosynis, jejuniis, aliis corporis afflictationibus; vigilando & orando mendicamus. Post mortem neutrum licebit. Tunc primum manu peccus tundere, largam stipem spargere, errorum veniam rogare nullis referant; purpuratus epulo aquæ guttulam petit, non impetrat. *Judicia Domini vera, justificata in semetipsa. Ergo redde rationem. At at Domine, delicta quis intelligit? Redde rationem, quia noluisse intelligere, ut bene ageres: Rationem redde.**

Reddam, sed spero judicem non ipsas rimaturum medullas, ut etiam volatile verbum, curiosiorem oculum, licentiosem manum, cogitationem nemini noxiam censura rigida persequatur. Reddenda tibi ratio est, usque ad novissimum quadrantem. Neque advocatum aut causidicum circumspice: tu solus rationem reddes. Siracides præmonuit: *Non dicas, à Deo abscondar, & ex summo quis mei memorabitur?* In populo magno non agnoscat. Agnosceris, nec abscondi poteris; tu solus ante Judicem reddenda.

Eccli. c. 16. v. 16. & 17. Cuilibet soli ratio reddenda.

Judicem stabis. Sunt quibus mors sit, consortio hominum carere, & solum esse. Nunc pauculis quidem diebus soli cum solo Deo agere possunt aut volunt animalia nimium sociabilia. Quidquid facias:

Cacam cogere solus inire viam.

Gal. c. 6. v. 5. & 4. *Non ignoras quid orbi Ecclesiastes dicat: Unusquisque onus suum portabit. Igitur opus suum probet unusquisque.* Prov. c. 9. v. 12. *Quod Salomon confirmans: Si sapiens fueris, ait, tibi metipsum eris: Si autem illudor, solus portabis malum.* Anima tua corpore jam soluta, illis Prophetarum vocibus Isa. c. 49. v. 21. *seipsam deplorabit: Ego transmigrata & captiva, ego destruita & sola. Ambulate filii, ambulato; ego enim derelicta sum sola.* Baruch. c. 4. v. 19. *Cogita, quæso, quam durum ac difficile tibi videatur, de unico tantum anno sacerdoti vitæ tuæ rationem reddere: quid erit rationem reddere Deo, de totius vitæ decursu? Verum non opus hinc erit memoriam fatigare, aut animum huc illuc dividere, omnia vel minima quæque in aperto erunt, modò ea sint ut Judicium probentur.* Job c. 31. v. 14. *Job quaerens: Quid enim faciam, inquit, cum surrexerit ad judicium Deus? & cum quaesierit, quid respondebo illi?*

Ut igitur explicatè notis quam multa & varia complectatur ratio quæ reddenda est, jam seridè ac maturè cogita, dum licet, has Judicem voces tibi reo ingeminare.

§. II.

Voces Judicis:

1. Redde rationem de omnibus cogitationibus. *Ensisissimum.* Matth. c. 5. v. 28.

Redde rationem de omnibus etiam occultissimis & abditissimis cogitationibus. Jurisconsulti veteris Ulpiani scitum est: *Cogitationis penam nemo patitur.* † Sic Ulpianus; sed longè aliter Christus, qui abstrusissimas etiam & subtilissimas cogitationes protrahitur est in judicium. Res liquidissimi juris est: *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mechatus est eam in corde suo.* Vale igitur Ulpiane, Salve Christus: tuis legibus vivendum est tuis, qui celum aspirant; tibi Judicium reddenda ratio de latentissimis etiam cogitationibus.

2. De verbis dictisque omnibus. *Matth. c. 12. v. 36.*

Redde rationem de verbis dictisque omnibus, atque adeo de omni etiam otioso verbulo. Judex ipse clarissimum hoc decretum figens: *Dico autem vobis, inquit, quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii.* Si verba otiosa, quantum magis turpia, obscæna, obrectatoria, blasphema, contumeliosa, maledica, perjury, quæcumque alia flagitiosa iudicium subibunt?

3. De actionibus omnibus. *Job c. 14. v. 16. & 17. Idem c. 13. v. 27.*

Redde rationem de actionibus factisque omnibus, & scito non solum vehementiores motus, sed ipsos etiam tuos passus singulos vigilantissimè observatos. *Jobus severitatem hujus judicii veritus: Tu quidem, inquit, gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis.* *Idem c. 13. Signasti quasi in sacculo delicta mea. Observasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti.* Deus omnes & singulas hominum actiones observat, numerat, & velut in ephemerides & diaria sua transcribit, quæ homo à primis annis delinquit. Et hæc omnia velut sacculo clausa signantur, in iudicio protrahenda.

4. De quinque sensibus exterioribus.

Redde rationem de exterioribus quinque sensibus, quis apud te Videndi, Odorandi, Audiendi, Gustandi, & Tangendi usus aut abusus fuerit? Num meo honori, tuæ carni, aut mundo & dæmoni hæc sentienti instrumenta adhibuisti?

5. De septem misericordiarum operibus. *Matth. c. 23. v. 45. & 46.*

Redde rationem de septem Misericordiarum operibus, quo animo, quoties, & in quos ea exercueris. Non nesciebas accuratissimum super his futurum in iudicio examen. *Predixi apertissimè: Quamdiu non feceris uni de minoribus his, nec mihi feceris.* Addidi clausulam & epilogum iudicii: *Et ibunt hi in supplicium æternum, justi autem in vitam æternam.*

6. De septem capitalibus noxiis.

Redde rationem de septem capitalibus noxiis,

Tom. I.

quem te in iis gessisti? Inficiari non potes occultam tuam superbiam, quæ vestri, supellectili, habitationi, rebus tuis omnibus seclè miscuit. Cor tuum insatiabile, quod pulchris sermonibus operiebas, jam patet. Quot libidinis peccata magis erubuiisti fateri ad salutem, quam facere ad interitum? Quantum vindictæ, quantum irarum & invidiæ in alios clam coxisti? hoc jam tibi uni exedundum est. Ubi nunc corpus tuum, quod ita blandè ac molliter tractasti? cui sæpe velut Deo serviisti?

7. Redde rationem de meo decem præceptis, quo modo, quam graviter ea violasti? Dixisse me sciveras: *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.* Et non servasti. Discipulum meum scripsisse noveras: *Hæc est charitas Dei, ut mandata ejus custodiamus: & mandata ejus graviora non sunt.* Et tamen ea non custodisti, quantumvis facilia factu.

8. Redde rationem de omnibus corporis, & animi, sed & fortunæ bonis. Corporis vires, animi dotes, cæteraque commissa tibi talenta quomodo collocasti? pecuniam quibus artibus acquisivisti? adquisitionem quibus studiis auxisti? auctam in quos usus expendisti? Dic, quibus exercitationibus accuris intellectum, memoriam, voluntatem adhibuisti.

9. Redde rationem de commisso tibi munere ac officio, quam sedulo illud & quam fideliter curasti? Oeconomus, Villicus fuisti, redde jam rationem villicationis tuæ. Patremfamilias, Pastorem, Episcopum, Principem, Regem te constitui, quam curam ovium, quam subditorum habuisti? Tot tibi gubernandos tradidi, quæ eos sollicitudine, quæ fide gubernasti?

10. Denique rationem redde temporis bene vel male collocati: tot vitæ horas, tot menses, tot annos quomodo exegisti? Hic, o Christiani, naufragiorum scopolus ingens & horrendus est, ad quem omnium nostrum naviculæ si non frangentur, certè allidentur damnâ passuræ. Horreo & contremisco, cum tot horas malè perditas, aut cerrè non utiliter expensas cogito. Hic parè nemo innocens. In aliis plerisque omnibus licet causâ non laboremus, profectò tempus longè pretiosissimum nos reos constituet. Agedum hanc causâ partem paulululam excutiamus.

§. III.

Sunt anni unius diei trecenti sexaginta quinque, Quot dies sunt octo mille septingentæ sexaginta horæ per annum. Si quis redeuntibus Januariis Calædis interrogetur: Dic sodes, quònam abiire octo millia horarum supra septingentas sexaginta, quis in iis labor susceptus, quis perceptus ab iis fructus? quot horas cibo, quot somno, quot confabulationibus, quot otio, quot iustitiis & choreis, quot demum pravis actionibus contrivisti? Responde mihi: Num in Deum tam liberalis fuisti, ut è novenis parè millibus horarum, novem horulas elegeris, quibus te Christo tuo frateris in sacro convivio, ad id toties invitatus? Dic, quæso, è tot millibus horarum, quot horas precibus, quot lectione piâ, quot sacrâ meditatione consumpsisti? Quòd si vel anni unici horas difficile est ad morales calculos revocare, quomodo de quadraginta, quinquaginta, sexaginta annorum horis rationem reddemus? Si unicus annus turbarissimam facit rationem, tot anni quàm difficilem reddent, quantum turbabunt?

Objiciant hinc illufores: Tam pensculatas Deus ac morosas rationes non exigit. Quis iste horarum calculus? Eà ratione si quis sexaginta vixisset annis ubi de quingentis millibus horarum respondisset, insuper de vigintri quinque millibus & sexcentis horis respondendum foret. Quòd si quis annos vitæ septuaginta numeraret, sexcenta horarum millia, & quod excurret, tredecim millia & ducentæ horæ rationibus inferretur.

Objiciant hinc illufores: Tam pensculatas Deus ac morosas rationes non exigit. Quis iste horarum calculus? Eà ratione si quis sexaginta vixisset annis ubi de quingentis millibus horarum respondisset, insuper de vigintri quinque millibus & sexcentis horis respondendum foret. Quòd si quis annos vitæ septuaginta numeraret, sexcenta horarum millia, & quod excurret, tredecim millia & ducentæ horæ rationibus inferretur.

7. De decem præceptis.

Matth. c. 19. v. 17. *Joan. c. 5. v. 3.*

8. De omnibus corporis & animi bonis.

9. De munere & officio commisso.

10. De tempore.

De iis supra septingentas sexaginta, quis in iis labor susceptus, quis perceptus ab iis fructus? quot horas cibo, quot somno, quot confabulationibus, quot otio, quot iustitiis & choreis, quot demum pravis actionibus contrivisti? Responde mihi: Num in Deum tam liberalis fuisti, ut è novenis parè millibus horarum, novem horulas elegeris, quibus te Christo tuo frateris in sacro convivio, ad id toties invitatus? Dic, quæso, è tot millibus horarum, quot horas precibus, quot lectione piâ, quot sacrâ meditatione consumpsisti? Quòd si vel anni unici horas difficile est ad morales calculos revocare, quomodo de quadraginta, quinquaginta, sexaginta annorum horis rationem reddemus? Si unicus annus turbarissimam facit rationem, tot anni quàm difficilem reddent, quantum turbabunt?

* 523600.

* 613200.

ventur. Deus non ita minutim numerat.

Eccl. 1. 10.
 m. signavit.

Imò verò minutissima numerat. Jobum non audi-
vimus? Omnes semitas meas observasti, vestigia pedum meo-
rum considerasti, gressus meos dinumerasti. Numerat gres-
sus? ergo & horas. Vestigia pedum considerat? Ergo
& manus, & oculos, & linguam. Omnes semitas ob-
servat? Ergo etiam ad cauponam, ad choream, ad lu-
panar. Verbum otiosum, cogitationem abstrusam ju-
dicat? ergo etiam hora non relinqueretur injudicata, quã
multa cogitationum centurie transvolant.

Pf. 9. v. 13.

Pfal. 49.
 v. 21.

Tom. 8. in

Psa. 100.

mihipag.

459.

Nos gravissimè nosmetipsos decipimus; cum enim
modò hanc, modò illam, modò aliam, modò etiam
plures horas sterili otiositate comburere rem nihili pu-
temus, eundem sensum Deo assignimus ignorantia mi-
serabili. Querit Hebræus Pfalteris: Propter quod irrita-
vit impius Deum? Respondit enim est: Dixit enim in corde
suo, Non requirer. Deus ipse hanc nostram insaniam re-
fellens: Existimasti, ait, iniquè quòd ero tui similis: arguam
te & statnam contra faciem tuam. Hæc fecisti & tuacui. Vi-
de, inquit Augustinus, tempus misericordie. Quid est tacuit
Nunquid non corripuit? sed non judicavit. Quomodo enim ta-
ceat, qui quotidie clamat in Scripturis, in Evangelio, in Predi-
catoribus suis? Tacuit à supplicio, non tacuit à verbo. Et quia
tacuit Deus, id est, non vindicavit, quid sibi dixit in corde
suo peccator? Audi. Suspensus es, inquit, iniquitatem, quòd
ero tibi similis, id est, parum est, quia tu talis eras, & me
talem putabas. Arguam te, & statnam te ante faciem tuam.
Tu te ponis post te; ego te ponam ante te. Omnis enim qui
non vult videre peccata sua, post dorsum se ponit, & aliorum
peccata acurè attendit; non per diligentiam, sed per inviden-
tiam; non volens sanare, sed accusare; se autem obliviscitur.
Judicium igitur te ipsum sibi ostendet.

Isa. c. 65.
 v. 6.

Apoc. c. 2.
 v. 5.

Verum quidem est, examen illud arcanum in cuius-
vis hominis morte non multis quaestionibus & respon-
sis, non argumentis & defensionibus egebit; omnia li-
quida & aperti juris, omnia in syngraphis & perscrip-
tionibus judicis accuratissimè signata sunt. Judicis vi-
ces hinc agens: Ecce, inquit, scriptum est coram me, non
tacebo, sed reddam & retribuam. Tunc anima omnes ac-
tiones, dicta, cogitationes suas unico cernit intuitu,
nec poterit eorum quidquam negare conscientia undi-
que convicta. Ita pronuntiabitur sententia, totumque
hoc judicium brevissimo tempore peragetur.

Memor esto itaque unde excideris, & age penitentiam, &
prima opera fac. Sin autem, venio tibi, & movebo candela-
brum tuum de loco suo, nisi penitentiam egeris. Recordare,
unde excideris è fastigio divinæ gratiæ, in tot cæda
flagitia, in barathrum gehennæ. Ut scias: Non judi-
cabit te Christus secundum opinionem tuam, sed se-
cundum veritatem suam. Ab humanis divina judicia
sunt diversissima.

CAPVT VI.

Quo loco, & quo tempore, arcanum, singulare
Judicium sit futurum, seu, quando & ubi
reddenda sit ratio.

Diogenis
merx quæ?

Mercator mirabilis Diogenes Cynicus, Laërtio
teste, Athenas venit, & loco mercium exposuit
venalem sapientiam. Fuit ex urbis primatibus, qui voca-
to puero: I, puer, ajebar, & vide quantum sapientiæ
infitior ille stolidus pro tribus sestertiis vendat. Fecit
puer quod iussus. At Philosophus huic emptori pro
eâ pecuniâ, istud sapientiæ vendidit: In omnibus respi-
ce finem. Adeo placuit venale hoc dictum emptori, ut
illud ingentibus litteris inscribi januis ac propyleis jus-
serit.

Eccl. c. 36.
 v. 10. &

Quod Siraides à Deo petere institit, hoc Deus à
quolibet nostrum exigit: Festina tempus & memento finis.

A Memorare novissima tua, & in aeternum non peccabis. Tot Cap. 7.
dedit Ecclesiasticus discipulo suo præceptiones, ut is v. 40.
non immeritò queri potuisset, ac dicere: Quis infini-
tam hanc præceptionum congeriem memoriâ com-
prehendat? Ergo, inquit præceptor, ut summam rem
complectar, documenta omnia conferam ad hoc com-
pendium: In omnibus operibus tuis memorare novis-
sima tua, seu brevius: Memento finis, & scito tot die-
bus, tot mensibus, tot annis neglecta non posse rap-
tim ac subito sarciri. Quod Chryostomus dixit: Mul-
torum dierum negligentia non potest unâ horâ expleri.
Etenim quando Christus ad suum te Tribunal citave-
rit, licetorem mitter validissimum & oppidò robustum,
cui resistere non possis. Nam, ut scias, peremptoriè pro-
fus, ut Jurisconsulti loquuntur, citaberis. Quo autem
loco, quo tempore, quo die, quâ horâ, vel etiam quo
anno ad Judicium citandus sis, nullâ scire potes saga-
citate, aut industriâ. Sed hoc ipsum jam explicatius tra-
demus.

§. I.

Tria possunt assignari tempora, quibus arcanum Tria tem-
hoc judicium videatur posse peragi. Primum est, pora judi-
paulò ante mortem, cum animus etiamnum inhaeret, cii.
corpori. Atqui certum est, statâ lege, & tempore hoc Ante
ordinario id fieri non posse. Nam dum animus inhabi- mortem,
tat corpus, promerita hominis & delicta ad ultimum
deducta non sunt. Dum halitus superest, penitentiae
tempus est: nondum spes omnis abscissa est. Ergo ante
mortem judicium non exercetur. De iis quæ lege sunt
extraordinariâ, dicemus infra.

Alterum est tempus, quod brevi mortem consequi- 2. Post
tur. Ad testimonium citari potest notissimum illud de mortem.
Doctore Parisiensi, qui anno Christiano millesimo o-
ctogesimo secundo, in æde publicâ accusatum se, judi-
catum, & damnatum coram tot testibus proclamavit.
Nam cum ipso funeris die illud Jobi caneretur in tem- 1ob. c. 13.
plo: Et tu responde mihi. Mortuus è sandapilla se attollens, v. 22.
omnibus attonitis proclamavit: Iusto Dei judicio accusa-
tus sum. Ergo in diem posterum exequiæ dilatae sunt.
Hic major accursus hominum, & expectatio grandior.
Omnia denudò ritu funebri peraguntur; verba solennia
cantantur, Et tu responde mihi. Hic iterum defunctus se
medium erigens è feretro, exclamavit: Iusto Dei judicio
judicatus sum. Nondum liquebat quid aeternus Judex
hoc homine fieri decrevisset. Expectandus ergo & ter-
tius dies. Jamque multò maximus fuit civium affluxus.
non sine spe ac formidine spectaculi futuri. Ita insta-
rantur exequiæ, repetuntur illa: Et tu responde mihi. Hic
denudò cadaver è capulo surrectum voce horribili suc-
clamavit: Iusto Dei judicio damnatus sum. Tot ea res tes-
tes habuit quot auditores & spectatores. Hos dam-
nari hominis clamores Bruno altius in animum demit- 5. Bruno
tens, cogitabat secum ipse, si sic vita hominum est, qui quâ occa-
sapit, maturè sibi Judicem delinit. Ita cum aliis sex fo- sione cum
ciis secessit, aliam vivendi rationem ingressurus, illud sex aliis fo-
Domini apud animum suum memorans: Tunc qui in ciis con-
versus. Iudæâ sunt fugiant in montes. Fugit ut ei soli se probaret Mat. c. 24.
v. 16.
vivi, cui ut Judici sistendus esset defunctus. His affi- Francisus
nia recensent Leontius Cyprius, & Cyrillus Alexan- de Puteo in
drinus Præsul. v. 1. S. Bru-Enimverò judicium, de quo loquimur, differi- amii.
post mortem non solet, quod quis forsitan ex iis quæ
narrata sunt, posse deduci credat. Nec ulla differen-
di iudicii causa est. Nam Judex non eger testibus, non
deliberatione, aut consultatione ullâ. Ego sum judex & Hier. c. 29.
testis dicit Dominus. v. 23.

Tertium ergo superest tempus, quo singulare judi- 3. ipsum
cium exercetur, & est ipsum Mortis momentum. Siqui- mortis
dem quamprimum anima corpus deserit, sententiam moment-
Judex pronuntiat, ita quidem ut anima statim sub il- rum.
lud tem-

Iudicium arcanum brevissimum tempore peragitur.

Iudicium arcanum brevissimum tempore peragitur.

Seb. Barvadius putat diem unum Iudicio universali consumendum, Tom. 3. Concord. Evang. mihip. 609.

Ita Iudicium hoc arcanum tempore brevissimo peragitur, eo scilicet, quod inter mortem, & alteram novamque vitam est medium. Hinc caelestis iudex adventum suum fulguri & furi comparat, jubetque in omnem horam, in omne imò momentum esse paratos, & stare in prociectu. Neque huic temporis brevitati obstat discutiendarum rerum varietas & multitudo. In ultimo namque universali Iudicio omnium omnino mortalium causae discutientur exactissimè, id tamen tempore fieri non longo, a quanto magis id servabitur in hoc secrete Tribunali? Si quid rerum gestarum in contrarium afferatur, id non tam ipsum Iudicium, quam trepidantis conscientiae angustias, aut graves cum daemionibus luctas, aut praevias eius Iudicij ceremonias vel picturas nobis representat. Vult nimirum Iudex hunc vitae pavendum epilogum vel ipsis oculis ingerere. Hinc nonnunquam iudiciale hanc actionem in morituris vel in tabulâ depingit, spectatoribus, si velint, utilissimâ ammonitione.

E dictis sequitur, animas damnatorum, antequam ad inferos devehantur, jam poenis Avernalibus cruciari: Animas contra Beatorum, antequam ad caelum perveniant, jam Dei aspectu & delirius caelestibus perfundi. Prius enim iudicantur, quam illae ad Inferos, istae ad caelum perducantur. Nam vel in ignem abripi, aut in paradysum deportari executio est iudicii.

§. II.

Judicii locus.

Quod ad hujus iudicii locum attinet, Theologorum concordia dicunt istius iudicii sedem illic esse, ubi quisque moritur. Ita omnino ubi corpus à morte sternitur, ibi à iudice animus iudicatur. Ita idem & mortis & iudicii locus est. Cum enim iudex non homo solum sed & Deus sit, ubique locorum praesens est, ubi mortuus cadit, ibi tribunal figit, in cubiculo, in via, in campo, terrâ, marique. Cum autem nemo sciat, ubi suum quisque praetorium sit reperiturus, omnia ei loca videri possunt suspecta.

Quoniam verò mors vt plurimum in cubiculo, seu conclavi & in lecto non invadit, ferit, confodit, traditque iudici, utilissimum prorsus erit, si domi suae, in suo quisque cubiculo, Tribunal sibi cogitatione fabricetur, seipsum sic exhortando: En hic meus in me Iudex sedebit, hic tutelaris Angelus, hic accusator diabolus stabit, hic ego jacens & prostratus sententiam irrevocabilem excipiam; hic iudicabor, hic ego intelligam inter quos Aeternitate totâ victurus sum. Quocirca quotidie (sic statuo) Tribunal hoc mihi meaque causae constructum studiofissimè contemplantur, ne unquam iudicii hujus immemor, in vitia deflectam, rationes meas implicem, ad Iudicem imparatus veniam, iniquâ causâ laborem.

Hoc demum est pie vivere, hac maturè praevidere. Tunc verò praecipue iudicium hoc in animo validissimè imprimere conducit, cum cacodaemon impuras ac libidinosas cogitationes suggerit, cum iræ aut invidiae faces admoverit, cum ad vindictam stimulos subdit. Eò nos Ecclesiastes (quod saepius inculcandum) non sine acerba ironiâ impellens: *Letare ergo juvenis, in adolescentiâ tuâ, & in bono sit cor tuum in diebus iuventutis tuae, & ambula in viis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum: & scito quòd pro his omnibus adducet te Deus in iudicium.*

Eccles. 6. 11. v. 9.

Tom. 1. 60.

Hic Chrysostomus consilium saluberrimum subjiciens: *Post cenam, inquit, quando iris dormitur, quando estis decubaturi, & nullo presente multa quies & silentium, excita iudicium tuae conscientiae, ab ipsâ rationes exige, & que*

interdum in mala cepisti consilia, vel dolos construens, vel propinquam circumveniens, vel prava desideria suscipiens, ea cum illius quietis tempore, in medium adduxeris, & improbis illis cogitationibus conscientiam iudicem dederis, eas fodi- ca & dilana, & de eis penam sume, occide cogitationem quae peccavit. Haec fiat singulis diebus, nec prius dormieris, ð homo, quam mente persaveris, quae à te interdum perperam acta sunt: & die sequenti eris omnino tardior ad ea ipsa rursus aggredienda. Et quod facis in pecuniâ, nec finis ut duo dies praetereant, quin cum famulo rationem in eas, ne confusionem inducat oblivio, hoc etiam fac in actionibus. Singulis diebus vespere ab animâ rationem exige, & cogitationem quae peccavit, condemna eam, veluti in ligno suspende, & torque, & iube ne amplius ea aggrediatur. Ne tantum itaque bonum neglexerimus. Qui hoc enim hic iudicium statuerit, acerbis illic poenas non dabit.

Ita liquere cenleo, quod arcani iudicii tempus sit, & quis locus. Nunc porro videndum, an Christus has temporis ordinatissimas leges non subinde mutaverit, & quam ob causam.

§. III.

Beato Gregorio ex fide narrante Crisostorus homo nobilis, & tam vitiorum, quam numerum dives tam avaritiæ quam libidinis & arrogantiae sordibus mercus, diu felix, diu sanus, demum morbo tentari cepit, & ita sensim deduci ad extrema. Sub ultimam vitam horulam vidit viros aeterrimos, qui formidabili coronâ morientis lectulum sepiebant, evolaturam animam ad inferos abrepturi. Hic miser expalescere, circumspicere, contremiscere, totis artibus sudare, & filium suum nomine Maximum altâ voce inclamare: *Maxime curre.* Mox adest filius, qui turbatus ac lugens, ceteram quoque familiam convocât. Praeter moribundum tamen, nemo Avernales Aethiops vidit. Saris autem pallor & tremor aegroti testabatur, qui hospites non vocati advenissent. Nam aeger ne teterrimas larvas ex Orco cogere adspicere, modò huc, modò illuc in lectulo corpus volutabat, miserrimè se torquens in omnem partem. Quocunque autem se versisset Crisostorus, illic oppositos cernebat ex antris stygijs leones. Quid faceret obsidione tam arctâ cinctus, quò moliretur effugium, cuius opem imploraret? Dei? Ipsaebatur tam graviter offensus. Conscientiâ? Adversabatur toties vulnerata. Caeritum aut Angelorum? Non audiebant, non auditi sapius, & contempni. Familiae ac cognatorum? Frustra. Serum est auxilium humanum, cum mors jam evocat ad Iudicium. Ita Crisostorus undique & undique angustis circumfusus, quantâ potuit voce succlamavit. Inducias vel usque mane, inducias. Nemo audiit, nemo juvit, inducias concessit nemo. Nam inter illas ipsas voces expiravit.

Crisostorus mors horrenda.

Haec induciarum petitio, mi Crisostori non mala, sed nimis sera fuit. Ante Iudicium paranda est iustitia. *Constat autem, inquit Gregorius, quia pro nobis ista, non pro se Lib. 4. dial. viderit, & eius visio nobis proficiat, quos adhuc divina patientia longanimiter expectat. Nam illi terros spiritus ante mortem vidisse, & inducias petisse quid profuit, qui easdem inducias quas petit, non accipere*

Jam enarrata venerabilis Beda confirmans: *Novi ego ipse fratrem, ait, quem utinam non nôissem, cuius & nomen si expediret, dicerem. Hic in caenobio nobili corruptus fuit moribus. Eam ob rem à majoribus, imò & à sociis strenuè monchatur. At ille quo caeperat pedes progressus ad frugem se non correat. Tolerabatur tamen, nam tantò melior erat artificio quantò moribus deterior. Ebrietas & vitia ebrietatem comitari solita ei familiaria fuerunt. Hinc officinam suam fabricilem magis, quam templû, quam precatones, & psalmos curabat. Unde in eum dici poterat tunc notum caenobii verbû: Qui templum fugit, infernû quaerit. Correat demum letali*

letali morbo, extremæ lineæ admotus est. Angebat hominem non tam mors, quam iudicium & reddenda ratio, jamque sociis lectulo circumfusis æger mœstissimus & desperationis plenus: Video, aiebat, hians barathrum, video in flammis Caipham & cæteros Christi parricidas; juxta hos proximam mihi paratam sedem video. Cohorruerunt ad audita qui aderant, & pœnitentiam ægro persudare laborarunt. At ille jam exspes: Non est amplius, aiebat, tempus mutandæ vitæ: Iudicium meum jam esse completum animadverto. Dixit & exhalavit, sine omni sacramento munimine. Cadaver hominis ad ultimum cœnobii locum abiectum est, nec ullæ pro eo preces sunt fuisse.

O quantum est, inquit Beda, morientium discrimen! Stephanus mortem obituro vidit cœlos apertos. At homo ille infelix morte imminente vidit apertos Inferos. Contigit hoc nuper in provinciâ Berniciorum, & magna illico fama surrexit.

§ IV.

Hæc talia Deus permittit sæpius, permittitque fieri, non quod homo iudicandus ante mortem sententiâ feriat de reorâ, sed ideo; vel quia moribundus, dum valebat, divina curæ non habebat, ita merito dæmonibus, quos audiebat, exagitandus variè permittitur; vel quia Deus prævidet non emendandum, ideo & deserit illum, ab illo jam pridem desertus; vel certe in eorum fit gratiam, qui morituro adfunt, ut cum talia legerint, audierint, viderint, arcantum hoc iudicium tantò altius animo insculpant.

Sunt anni
36. circiter.

Adde quod ante annos non adeo multos nostris oculis spectatum est. Vir doctus, noti ac magni nominis (nomen silemus studio) & ad mundi leges examulsi factus, plurima scivit, viditque, experientie multæ: atque si corpus spectes, procerus, vegetus, decoro aspectu, ætate virili florentissimâ, frequens in aulis, optimatibus charus, linguarum non rudis, peritus Juris, magnæ auctoritatis. Annos pauculos in cōiugio egit, & ad extrema deductus est. Hic sese Catholicum professus non omisit ante Iudicium interrogare seipsum, & parare Iustitiam, fecitque quod hominem Christianum eo tempore decebat. Sed paulullò antequam ageret animam, jacuit immotus, & subito diductos oculos levavit, proinde si quis ei dixisset: Attende jam, quæ tibi prælegentur.

In Imperii civitatibus moris est, ut cum reus ad supplicium vincitus producit, prius sistatur in foro, ut ipse inter densam plebem audiat acta sua recitari. Hic præco editum locum occupans, & silentium indicens, sic incipit: Qui præfens hinc adstat, Leonardus Mercurius, captus & ligatus, sexages majoris momenti furta commisit. Quapropter sententiâ Curie, sicca manu in patibulum attollatur, finiaturque vitam laqueo. Hic reus plerumque auribus arrectis stare, & attendere quid publicè prælegatur. Non aliter ille, quem dixi, moribundus aliquantisper oculis hiantibus jacuit, velut acutissimè auscultans, quid prælegeretur: dein oculos submittens sine ullâ ulterius voce cœpit agere animam. Ita finiit. Quid ei prælectum sit, nostram non est scire. *Salvet unusquisque animam suam, & ad audiendam sententiam maturè se comparat.*

Hierem. c. 51
v. 45.

Zach. c. 2.
v. 1.

Zacharias vates: *Levavi, ait, oculos meos, & vidi; & ecce vir, & in manu ejus funiculus mensuræ. Levenus oculos & suspiciamus; en venit vir, iudex orbis, dicta & facta, sed & ipsas cogitationes ad legis suæ lineam examinaturus. Nunc obsecro, vigilemus & quotidie rectissimam illam lineam omnibus actionibus nostris applicemus. Non satis est bene incipere, sed bene finire. Nihil magis ferium esse potest, quam de suo capite causam dicere.*

August. in
Psal. 51. mi-
hi pag. 205.

Hic Augustinus adest, & veternum excutiens: *Cum*

A venerit Iudicii tempus, inquit, correctionis locus non erit, sed tantum damnationis: *Et erit ibi pœnitentia sed infructuosa, quia sera. Hodie hortatur te, ne judicet te: & qui Iudex tuus futurus est, ipse est hodie advocatus tuus.*

*C*ū Syria Rex Benadad infelicissimè pugnavisset centum millibus suorum cæsis, ipse vix vitam fugâ servans latebras quesivit. Ad quem famuli fugæ socii: *Ecce, inquit, audivimus quod Reges domus Israël clementes sunt: ponamus itaque saccos in lumbis nostris, & funiculos in capitibus nostris, & egrediemur ad regem Israël: forsitan salvabit animas nostras. Quod suaserunt, fecerunt. Consilium optimum, nobis etiam profuturum. Maturè igitur stringamus lumbos saccis continentia, induamus colulum laqueis pœnitentiæ, & pro se quæque clamet: Vivat, oro te, anima mea. Miserebitur nostri, ne distidamus, Rex Israël, & animas nostras in iudicio servabit. Qui mite cupit iudicium, ante iudicium sibi Iudicem devinciat.*

B

CAPVT VII.

Quis in arcano hoc Iudicio sit Iudex, seu Cui reddenda sit ratio?

Non multis eget hæc questio. Afferimus & proclamamus Orbi: Dominus Jesus, humanæ gentis Servator Christus, hic unus & solus Iudex est in omnes omnino homines. Eleganter olim cecinit Prudentius:

*Hic restis, hic est arbiter,
Hic incuetur quidquid est,
Humana quod mens concipit,
Hunc nemo fallit Iudicem.*

Hunc ipsum Iudicem velut digito monstrans Augustinus: *Ille, inquit, qui stetit ante iudicem, ille qui alapas accepit, ille qui flagellatus est, ille qui conspuus est, ille qui spinis coronatus est, ille qui colaphis cæsus est, ille qui in ligno suspensus est, ille cui pendenti in ligno insultatum est, ille qui in cruce mortuus est, ille qui lanceâ percussus est, ille qui sepultus est, ille ipse omnium hominum Iudex est. In cuius manu anima omnis viventis & spiritus univæ carnis hominis: Nihil in hoc dubii aut controversiæ, quod sacris paginis jam confirmamus, & ad ea, quæ dubia videri possunt, respondemus.*

§ I.

Dominum Jesum reparatorem Orbis, vivorum ac mortuorum omnium esse Iudicem sacra volumina explicatissimè testantur: Princeps Apostolorum Petrus Cornelium Céturionem in urbe Cæsareâ Christianis sacris imbuens, cum de Christo redidivo verba faceret: *Ipse est, inquit, qui constitutus est à Deo Iudex vivorum & mortuorum. Huic omnes Propheta testimonium*

D

perhibent. Athanasius suis verbis sublecutus: *Venturus est, inquit, iudicare vivos & mortuos: Ad cuius adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, & redditurū sunt de factis propriis rationem. De eodem hoc Iudice Mattheus: Cūm, inquit, venerit Filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ: & congregabuntur ante eum omnes gentes; & separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hœdis; & statuet quidem oves à dextris suis, hœdos autem à sinistris. De eodem Marcus: Videbunt, inquit, filium hominis venientem in nubibus cali, cum virtute multâ & gloriâ. Eadem & beati Lucæ verba sunt: Tunc videbunt filium hominis venientem cum potestate magnâ, & maiestate.*

De eodem hoc Iudice Paulus: *Omnes nos, inquit, manifestari oportet ante Tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, sive bonum sive malum.*

Res

Res liquida prolix & nimis quam certa. Verum hi testes de universali Orbis iudicio loquuntur, in quo Christum Judicem futurum asserunt. Sed num etiam Judex est in singulari hoc iudicio? Est omnino hic idem ipse summus Judex. Dilucidè Joannes: *Neque enim, inquit, Pater iudicat quemquam: sed omne iudicium dedit Filio, ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem.* Ita omnino iudicium tam universale quam singulare à Patre commissum est Filio. Filius tam potestatem quam scientiam iudicandi habet. Filio jus gladii commissum est. Nam ipse de sua potestate: *Data, inquit, est mihi omnis potestas in celo & in terra.* Idem affirmat Joannes: *Quia omnia dedit ei Pater in manus.* Et Patrem ipsum alloquens: *Sicut, ait, dedisti ei potestatem omnis carnis.* Idem asserit Daniel: *Dedit ei potestatem, & honorem & regnum.* Ideo in vestimento & in femore ipsius scriptum: *Rex regum, & Dominus dominantium.* Potestas ergo iudicandi Filio est tradita.

Nec scientia deest: nam omnes tam hominum, quam Angelorum cogitationes inspicit Christus, videtque non solum res creatas, sed eas etiam omnes quæ quoquo modo creati aut esse possent.

Principis Theologi Thomæ Aquinatis verba sunt: *Anima Christi omnia novit in Verbo proprie, quæ quocumque modo sunt; fuerunt vel erunt. Apud ipsum est sapientia & fortitudo; ipse habet consilium & intelligentiam.* Hanc infinitam Christi sapientiam ac scientiam Bernardus pulchre adumbrat his verbis: *Non minus habuit sapientia, vel patias, non minus fuit sapientia Iesus conceptus, quam natus parvus vel magnus. Sive ergo latens in utero, sive vagens in presepio, sive jam grandisculus interrogans Doctores in templo, sive jam perfecte ætatis docens in populo, æque profectò plenus fuit Spiritu sancto. At verò puer quando volebat, & quibus volebat sapiens apparebat; quando & quibus volebat, sapientior; quando & quibus volebat, sapientissimus: quamquam in se nunquam esset nisi sapientissimus.*

Cum ergo Christus & potestatem & scientiam iudicandi habeat, jus gladii, seu jurisdictionem in omnes homines iudicandum jure meritisimo exercet. Sequitur omnino iudicaria Christi potestas naturam humanam in tali, ut scholæ loquuntur, hypostasi, quatenus nimirum Christus, homo Deus est. Hic dubiis seu questionibus aliquot respondendum.

§. II.

Questiuncula I. Quis igitur Judex fuit ante mille sexcentos & plures annos, quis ab Orbis incunabulis? Ille ipse qui in apostatas angelos sententiam tulit, eosque ad æternos rogos damnavit, qui & angelis perfecturancibus jus dixit, quibus cælestem gloriâ adjudicavit; Deus Oprimitus Maximus. Priusquam filius Dei hominem indueret, Christus non fuit, & quod sequitur, iudicio præsidere, causas definire, sententiam dicere, supplicia vel præmia decernere non potuit. Factus est in tempore homo, qui ab æterno erat Deus, à quo constitutus est Judex.

Omnes quidem quotquot ab Orbe condito Dei amici, & gratiæ divinæ compotes fuerunt, ob Christi venturi promerita, in eo dignitatis gradu collocati sunt, non tamen à Christo iudicati sunt. Nam Christus iudicarium hoc sceptrum suo sanguine, toleratis cruciatibus, animâ datâ promeruit. Ita jus gladii tunc exercere cepit, cum vitam clausit. Moriendo factus est Judex tam vivorum quam mortuorum.

Quocirca non si solum qui jam post Christi mortem recipiuntur cælo, sed & ii omnes qui in lege præcâ recepti sunt Abrahamæ sunt, Servatori Christo id totum in acceptis referant. Sic in Hebræâ curiâ vociferatur Petrus: *Non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est in quo oporteat nos salvos fieri.*

Questiuncula II. Num Christus descendat è cælo

Tom. I.

ad hoc iudicium, an verò iudicandi homines evehantur in cælum? Neutrum necessarium. Nam Judex non homo solum, sed & Deus est, qui nusquam locorum non præsens est. Non nescio Augustinum dicere: *Cum anima separatur à corpore, veniunt angeli ut perducant illam ad Tribunal Iudicii.* Ajo hominem iudicandum non potius deduci ab Angelis ad Tribunal, quam fisci Iudici: lata verò sententia, tum verò ab Angelis anima è loco iudicii evehitur ad cælum, vel à diabolis abripitur in tartarum: Atque hoc voluisse Augustinum, & ii qui alii similiter locuti, satis compertum est.

Questiuncula III. Num animæ suam Judicem videant audiantque? Diverse hic opinionis. Innocentius existimat sub arcani iudicii temporibus hominibus tam probis quam improbis Christum crucifixum aspectabilem obverari. Auctoris verba sunt hæc: *Videretiam tam bonus quam malus, antequam egredietur anima de corpore, Christum in cruce positum. Malus videret sibi ad confusionem ut erubescat se non esse redemptum sanguine Christi, suâ culpâ exigente. Unde de malis dicitur in Evangelio: *Videbunt in quem transierunt. Quod intelligitur de adventu Christi ad Iudicium, & de adventu ejus ad diem mortis cujuslibet hominis.* Bonus verò videret ad exultationem. Et hoc habemus ex verbis Apostoli, qui ait: *Vsque in adventum Domini nostri Iesu Christi, id est, ad diem mortis, quando apparet tam bonis quam malis Christus in cruce positus, & ipse Christus de Joanne Evangelistâ ait: *Sic enim volo manere donec veniam, dum scilicet veniam ad obitum ejus.***

Opinio pia, & quæ non videatur ex toto resellenda, cum incredibile non sit, à multis in obitu Christum cum cruce conspici, aut solatio, ob tertio.

Nos cum Theologis arbitramur, ab uniuscujusque hominis animâ videri Christum Judicem, & audiri. Videri quidem non corporis oculis, quos animo non habet, sed intellectus. Audiri autem eo modo quò videtur. Nec obstat Christum in cælo existere, & ibi esse animam ubi collapsum ejus rugurium corpus est. Nam uti spiritualis auditio præsentiam loquentis non exigit, ita nec talis visio, cum coram adest vult, qui videndus est. Quemadmodum ea quæ terra profundissime abdit, quæque cælum ab oculis remotissima regit, àntimo contemplantur, ita spiritus corpore liber à se distans tantiam cernit, auditque. Sic anima suam Judicem videret, & sententiam in se prolatam percipit. At verò ante mortem Christi Domini animarum nulla Deum Judicem videre potuit.

Sed quæras etiamnum, quâ formâ Christus Judex se spectandum præbet? Censent Theologi, Christum Judicem ab unoquoque spectari eâ omnino formâ, quam tunc in cælo exhibuit cum in cælum ascendit, quam in cælo retinet, quamque etiam supremo Mundi die, cum de cælo ad iudicia exercenda descendit, toti humanæ genti spectandam dabit. Hanc verò formam potestatemque, gloriâ, majestatem ultra quam dici potest, conspiciam esse censendum est.

§. III.

Talis est ergo Judex Dominus Iesus, qualem Sacerdotes desiderans: *Noli, ajebar, fieri Iudex, nisi Eccl. c. 7. valeas virtute irrumperere iniquitates, ne forte extimiscas faciem potentis.* Hic ille Judex est qui regum & Imperatorum, qui potentissimorum iratos vultus non pertimescit, qui omnium iniquitates exactissimâ justitiâ pertrumpit. Hic ille omnibus mortalibus metuentibus arbiter, qui seipsam suamque iram æquissimam velut depingens, & unâ familiarissimè monens: *Osten- dam vobis, inquit, quem timeatis: timere enim qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis hunc timete.*

I 3

Hic

Joan. c. 5. v. 22.

Omne iudicium commissum est Filio.

Matt. c. 28. v. 18.

Joan. 13. v. 3.

Idem c. 17. v. 2.

Dan. c. 7. v. 14.

Apoc. c. 19. v. 16.

Idque scientiæ Theologi loquuntur.

Parte 3. q. 10. art. 2. conclusio.

Jo. c. 12. v. 13.

Bern. ho. 2. super Missus est circa med. mihi pag. 22.

Senratione unionis hypostaticæ.

Fuit hoc iudicium tribus SS. Trinitatis personis commune, quatenus Filio, seu Verbo, per approbationem tribuere.

Invisibile hæc statui glorioso conveniebat, etiam ante Ascensionem.

Lib. de Vanitate facili c. 1.

Innocentius III. Pontifex creatus anno 1198.

l. 2. de contramtemptum munda c. 43. seu ult.

Videbit eum omnis oculus, & qui erunt pupugerunt.

Apost. c. 1. v. 7.

Joan. c. 19. v. 7.

Et tamen visio vera est, non imaginaria.

Cornelius de Lapide in c. 12. Zach. sic loquitur: Christus de cælo descendit, sed permittentiam locutionem manens in cælo empyreo loquitur anime migrante in terrâ, revelans ei sua facta, dictantque sententiam vitæ vel mortis æternæ.

Hic ille Judex est ab omnibus timendus, judex plane inadulabilis, & incorruptissimus. Amor vitæ tam ingeniosus & callidus est; ut jam mortem panem ipsam didicerit corrumpere. Nam homines opulenti, cum se vicinis morti sentiunt, aurum portabile ac forbitiunculas eliquatis margaritis hauriunt, hoc velut munere delinunt mortem, quam aliquanto saltem tempore a se destinent.

Divites aliquo modo mortem delinunt;

Judicem autem corrumpere non possunt.

O divites mortem fortassis corrumpere potestis; sit ita. At vitæ mortisque Judicem corrumpere nunquam poteritis. Manus ille non habet muneribus, sed elemosynas implendas. Cælum non vendit auro, sed virtutibus. Permisit sese ipsæmet vendi, cum venisset iudicari; non permittet se emi, cum venerit iudicare. Permisit sibi ferro configi manus, cum penderet veluti reus latronum medius, idque ne ad supplicium raperentur rei; ar non permittet sibi manus illini auro; cum aderit judex puniturus eos. Hunc ergo time.

Per angelos ut vicarios plurima Deus agit;

Plurima Deus ab omni ævo per Angelos velut vicarios egit, & etiamnum agit. Per Angelos solatur & erigit, tuctur & protegit; per Angelos ducit & reducit, vindicat & punit; per Angelos medetur & sanat, instruit & voluntatem suam explicat; per Angelos pugnat, & totos fundit exercitus; per Angelos in orbe plurima gubernat, non tamen quemquam iudicat per Angelos.

Officium vero iudicandi non demittit;

Poruisset equidem Deus qui voluisset Angelorum hoc muneris demandare, ut is in defunctos sententiam proferreret, & vel præmia sempiterna, vel supplicia denuntiaret. Verum hanc potestatem Deus soli Filio reservavit. In plurimis vicis & personam Dei sustineant Angeli, jus gladii, officium iudicandi eis non convenit; nam & ipsi arcanum hoc iudicium subierunt.

Tom. 10. ser. 64. sicut uli. de Verbo Domini c. 7. mibi p. 92. Act. c. 1. v. 1. in cælum.

Tibi soli, Domine Iesu, arbitrium vitæ necisque in omnes homines à Patre assignatum, tibi datus est Gladius. Quem eo etiam nomine meruisti, quia & ipse ut reus sub iudice stetit, sed innocens sub iniquissimo; à quo sententiam mortis accepisti, è prætorio raptatus in Golgotha, ad supplicium, in crucem. Hæc secum suaviter expendens Augustinus: *Sedebit iudex*, inquit, *qui stetit sub iudice. Damnabit veros reos, qui factus est falsus reus. Ipse veniet, formâ illâ veniet.* Sic Apostolis prædicant Angeli: *Sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem*

Ioan. c. 5. v. 27.

Ergo homines ab homine iudicandi sunt, & quidem ab eo homine, qui ob humilitatem nimiam & iudicari & se condènnari passus est, & quidem pro iis quos iudicatus fuit. Quod clarè significat charissimus huic iudici discipulus: *Potesatem dedit ei, etiam iudicium facere, quia filius hominis est*; quia hominem induit, quia Pilati iudicium accepit, quia sanguinem fudit, quia mortem subiit. Huic igitur uni & soli, & Angelorum nulli, potestas iudicandi congruit. Quod Hebræus Rex David sedulo meditatus: *Exaudi, ait, orationem meam: ad te omnis caro veniet. Misericordiam & iudicium cantabo tibi, Domine. Memor fui iudiciorum tuorum à seculo, Domine. Tu Reges & Cæsares, tu omnem humanam gentem iudicabis; tu ipsos iudicasti Angelos, Cui cura est de omnibus, ut ostendas, quoniam non iniuste iudicas iudicium.* Ad te veniet omnis caro.

Psal. 100. v. 1. Psal. 118. v. 52. Sap. c. 12. v. 13.

Ideo omnino devotione in Christum iudicem ferri debemus.

Eam ob causam par est modis omnibus, ut in Christum Dominum Iudicem nostrum devotione quantâ possumus, seramur maximâ. Quisquis es ne causâ cadas; (res capitis est) maturè tibi Judicem concilia. Hic quæso, liceat paullo apertius ac liberius loqui.

Subinde novas nescio quas atque peregrinas sanctitates sequimur, religiones exoticas aut excogitamus ipsi, aut ab aliis excogitatas velut ingeniosam pietatem arripimus, & multum nos credimus promovisse cum diversa facimus ab aliis. Dum his in hæremus, Christum patientem, Christum crucifixum non sine

injurâ transitus. O Christiane! nominis tui memineris, & à quo illud traxeris, considera.

Augustinus non sine acrimoniâ nos commonens: *Tom. 9. in ep. 1. Ioan. tract. 4. c. 3. Ibid. tract. 5. sine.* *Quid prodest nomen, inquit, ubi res non est? Quam multi vocantur Medici, qui curare non norunt? Quam multi vocantur Vigiles, qui totâ nocte dormiunt? Sic multi vocantur Christiani & in rebus non inveniuntur, quia hoc quod vocantur non sunt: id est, in vitâ, in moribus, in Fide, in Spe, in Charitate. Quomodo ergo re gloriaris esse Christianum? Nomen habes, & facta non habes. Qui Christum non habet in se, Christianus non potest dici. † Christus sit origo, & radix, & caput Christiani.* Ad hanc originem, ad istam radicem, ad hoc caput omnis nostra se convertat devotio. Quod Romani veteres in supplicibus libellis ad suos Cæsares subscripserunt; id nos erga Christum iure meritisimo usurpamus: Numini Majestatiq; Tuæ devotissimi: Tibi Christe, Tibi Domine Iesu vivimus, Tibi morimur, Tibi facimus omnia.

B

§. IV.

Hæc eò spectant, ut Christum tanquam hominem nostrum jam fratrem, nostrum olim Iudicem assidue prosequamur singularissimo affectu. Cujus rei principium ac fundamentum est, hunc ipsum hominem Virginis filium in animo, cogitatione depingere. Arbitrarium verò est cuiusvis affectui, vel Christum in gramineis tunis infantulum, aut novennam puerulum, aut duodecennem adolescentulum inter Hebræos Doctores mediùm, aut etiam juvenem sexdecim, vel septemdecim, aut plurium annorum cum domi fabrile opus tractaret, & defuncto jam Iosepho tam sibi quam matri victum manu pararet, menti inculpere. Fortasse Christus placet adulter? Ergo virili ætate, aut in solitudine jejunantem, aut jam concionantem, & modò turbas, modò Apostolos docentem, & miracula patrantem, jam terrâ mariq; peregrinantem, jam in viis, in montibus, in Synagogis nostri causâ sudantem, jam etiam solum orantem, in animo imprimere conducer. An forè magis pietatem inflammabit Christus patiens? Ergo vel cum Apostolis cenantem, aut inter olivas precantem, & sanguine manantem, aut ante iudices stantem: aut vincetum ad columnam, & flagellis cesum, aut spinis redimitum, aut in purpurâ è sublimi populo monstratum, aut suis vestibus indutum, & lignæ mole gravatum, aut ante crucis ascensum in saxo resistentem, myrrhâ & felle refocillatum, aut jam spoliatum vestibus, vulneribus & sanguine amictum, & in cruce sublatus, aut etiam de cruce in matris sinu collocatum, aut jam in tumulo compositum ante oculos proponere juvabit. An verò plus afficit Christus jam immortalis? Ergo Dominus jam redivivus prout vel matri, vel Apostolis, vel matronis piis, vel discipulis aliis se videndum præbuit, vel eâ formâ quâ ex Oliveto in cælum ascendit, aut quâ in cælo dominantium Dominus beatos omnes reficit, aut illâ certè quam venturus iudex toti humano generi exhibebit, animo concipiendus.

Hoc ajo, in quacunque ætate aut actione Christus Christiano magis placeat, in eâ illum quilibet in suo sibi animo quàm potest accuratissimè cogitatione depingat, seu infantem, seu puerum, seu adolescentem, seu virum; sive docentem, sive orantem, sive patientem aut morientem, sentiat sibi magis ad virtutem esse incitamento. Atque hunc Christum dictâ ratione sibi præsentem assiduâ veneratione, quotidianis colloquiis, communicatis consiliis, crebris suspiriis, ignitis precibus, optimis affectibus sibi magis magisque in dies devinciat; nil rerum incipiat, quin id cum Christo suo perficiat; illudque statim suavissimæ hujus familiaritatis initio quàm altissimè animo inculpar: Hic est meus non solum frater, ut ipse sese nominat, sed & Judex. Adhuc modicum aliquantulumque, & ego ante hunc ipsam

Quo affectu Christianus proficiendus.

In quacunque actione Christus magis placeat, in eâ quilibet illum in suo sibi animo depingat.

ipsum judicem stabo reus de omni meâ vitâ rationem redditurus. Nunc igitur agam, & industriâ utar, eumque mihi, dum licet, molliam, & conciliabo, iis præferentibus obsequiis quæ illi scivero fore gratissima.

Hoc est esse Christianum, hoc est Christum inducere (quod Apostolus monet) quæ Christi sunt, sapere. *Salus tua Christus est*, inquit Augustinus, *Christum ergo cogita*. In eam rem multum juverit hunc suum Dominum ac Judicem oratione quàm fidentissimâ simul & submississimâ in hunc ferè modum alloqui:

Domine Jesu, en habes fatentem reum. Peccavi. Tuis nunc pedibus advolor, tuo conspectu indignus, nec dignus quem terra ferat. Non possum conqueri, quod mihi muneris inferos; ego meâ me sententiâ damno: Conscientia non sinit negare delicta.

Sed parce victo & supplici reo, commissam culpam & meritam pœnam fatenti. Parce Judex justissime: bis vicit, qui pepercit. Si justitiam audis, perii: si misericordiam magnam nimis, sperare cogor.

Ecquis desperet, qui tua vincula, columnam, flagella, spinas, crucem, cruentos clavos, felleum acetum, diram lanceam intueretur.

Nulla in me sunt merita: pro iis tua tibi tot verbeta, tot opprobria, tot vulnera, tot tormenta offero. Cum Magdalena ingemisco, & tundo pectus cum Publicano. Ne repelle ad tuos pedes prostratum.

Permitte, Domine Jesu, ut meâ lacrymâ misceantur tuo sanguini, & misereberis. Exue personam Judicis, & induc Patris: Judicem horreo, crucifixum amplector.

Peccavi, fateor, peccata grandia, peccata innumera: idcirco flagellari & puniri non recuso. Flagella me, pater amantissime, & puni me, modò non punias æternum.

§. V.

Mentionem supra fecimus Asclepii Philosophi de arcano hoc judicio mirissimâ differentiis. Eius etiam ad Deum preces visum est adjungere, quas conceptissimis his verbis protulit:

Gratias tibi agimus, summe & exuperantissime. Tuâ enim gratiâ tantum sumus cognitionis tuæ lumen consecuti. Nomen sanctum, & honorandum nomen unum, quo solus Deus est benedicendus religione paternâ, quoniam omnibus paternam pietatem, & religionem, & amorem, & quæcunque est dulcior efficacia, præbere dignaris, & donas nos sensu, ratione, & intelligentiâ. Sensu, ut te cognoscamus: Ratione, ut te suspitionibus indagemus: Intelligentiâ, ut te, cognitione cognoscentes gratulemur, ac numine salvati tuo gaudeamus, quod nos in corporibus sitos, æternitate dignatus fueris consecrare. Hæc est enim sola humana gratulatio, cognitio majestatis tuæ. Cognovimus te lumen maximum solo intellectu sensibili. Intelleximus te, ô vitæ vera via, ô natorum omnium fecunda generatio, cognovimus te totius naturæ tuo conceptu plenissimè, cognovimus te æterna perseveratio. In omni enim istâ oratione adorantes bonum bonitatis tuæ, hoc tantum deprecamur, ut nos velis servare perseverantes in amore cognitionis tuæ, & nunquam ab hoc genere vitæ separari.

Quis non obstupescat hæc à calamo hominis non dicam idololatræ, certè non Judæi, non Christiani scripta. Inter cætera illud singulariter observandum: *Hæc est enim*, inquit, *sola humana gratulatio, cognitio majestatis tuæ*. Dictum cæleste, divinum. Neque aliter locutus Hieremia Propheta: *Non gloriatur inquit, sapiens in sapientiâ suâ, & non gloriatur fortis in fortitudine suâ, & non gloriatur dives in divitiis suis: sed in hoc gloriatur qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam*

diâ & judicium. Cùm judicat & damnat, justitiam cùm absolvit & in cælum evocat, misericordiam potissimum exercet. Et istud verè jam una est nostra gratulatio, divinæ ac judicariæ Majestatis cognitio; summa Christiani felicitas, posse digito in Crucifixum intento dicere: Hic erit meus judex, hic mihi jam ambiendus est, hic ipse Dominus absolutissimum humilitatis, mansuetudinis, æquitatis exemplar sententiam in me mortuum dicet.

Hunc igitur, ô Christiani, nostrum judicem, maturrè nobis conciliemus. Ad illius Tribunal nullus est gratiæ vel odio, nullus eloquentiæ vel pecuniæ locus. Sola hic triumphat innocentia.

Non judicari vis? teipsum judica.

Aut certè hunc judicem præ rebus creatis omnibus ama.

Amans de amante judicans non judicat:

Judicio amantis nil quidquam indulgentius.

CAPVT VIII.

Quis in hoc judicio sit reus, quis accusator, & cujusmodi sententia pronunciarî solet? seu Quis hic rationem reddere cogatur?

Est cantilena, quæ unicâ constat voce, **PœNITET**. *Pœnitent est* Hanc cantilenam plerumque non ad initium, sed cantilena ad finem actionis præve, aut fatuitatis commissæ actionis nimus. Ita Romanus Cato jam moriturus cecinit: *Trium præve cœmie pœnitet*; quod arcanum alteri commissem, quod misse iter pedestre in maritimum commutarim, quod die uno nil segi egerim.

Ita Constantius Imperator morti vicinus, triplex *Constantius Imp. ajebat, à se commissum inaleum cuius pœniteret: Quod cuiusmodi sententia pronunciarî solet? seu Quis hic rationem reddere cogatur?* generum necasset, quod Julianum Cæsarem creasset, quod religionem novam non repudiasset. Hoc est sera pœnitentia in fundo. Senserat Constantius se proximum ire divino tribunali, judicem esse in propinquo sententiam pauldò post pronunciamdam. Hinc ille voces, *Pœnitet, Pœnitet, Pœnitet*.

Quis in arcano singulari hoc judicio sit judex, capite superiori diximus. Nunc porro addendum, quis hic reus, quis accusator, & cujusmodi sententia pronunciarî solet.

§. I.

Reus in hoc judicio, Animus est hominis jam defuncti, sed solus & pavidus, ut qui jam primum è collapsâ domo evaserit. Corpus animi domicilium hoc judicis ariete quassatum corruit, effugit spiritus, nec cio, aliud quidquam secum, quàm suas vestes, hoc est, actiones suas extulit. Exanime corpus cognati etiamnum & amici circumstant, quorum nemini ad arcanum hoc judicium sequi, aut comitari permissum. Anima regis etiam potentissimi æquè sola siteretur Judici Christo, atque rusticis aut pauperissimi mendici. Famulorum, opum, dignitatum, & quorumcunque aliorum comitatus in hanc curiam non admittitur; ante fores excluditur. *Opera eorum sequuntur illos*. Hæc in ipsum Judicis conclave admittuntur.

Et hinc liquet quàm fatuâ sollicitudine favorem illorum ambiamus, qui omnes sub extremam hanc necessitatem nos deserunt. Capitelem hinc causam quilibet perorat solus: & licet annis plurimis mediteretur, ut quàm optimè pro se dicat, plerumque tamen idem illi evenit, quod Lyncesti evenisse tradit Romanus scriptor. Lyncestes apud Alexandrum Macedonum Regem à duobus indicibus delatus tertium annum custodiebatur in vinculis. Demum è custodia eductus, si quid haberet suæ causæ profuturum, jussus est dicere. At ille quam

In 7. f. 102. mibi p. 473

Obstupescenda hæc in tali. Apud Magdalena Philosophum qui interpret horum, in editione quâ supra diximus, mibi pag. 191. & 192.

Hierem. c. 9 v. 24.

2. Curt. l. 7. Hist. c. 1. post init.

Apoc. c. 14. v. 13.

Nemini permissum cum comitari.

Constantius Imp. cuiusmodi sententia pronunciarî solet.

Lyncestis
in se de-
fendendo
silentium.

quam toto triennio meditata erat defensionem, ta-
men hæsitans & trepidus, pauca exiis, quæ composue-
rat, protulit. Ad ultimum non memoria solum, sed et-
iam mens eum destituit. Nulli erat dubium quin trepi-
datio conscientia indicium esset, non memoriae vi-
tium.

Non tres solum anni, sed septissime triginta, sexa-
ginta, octoginta, tota nobis vita permittitur, ut cau-
sæ nostræ defensionem exacte meditemur. Tandem è
custodiâ educti, cum rei stamus & soli, non memoria
nos deficit, sed conscientia prædit. Quam autem pau-
corum sollicitudo hæc satis prævidet? Omnia alia cura-
mus gnauiter, hæc dormimus.

Testamē-
tum con-
dere,

Plurimi hoc titum sargunt, ut facultates & pecu-
nias suas vel ad teruncium examinent, examinatas dis-
ponant, dispositas his illis assignent: Ne lites, ajunt,
meum obitum sequantur rebus malè compositis, ideo
mature notarium & testes voco, testamentum condo.

Hæredes
decernere,
conscien-
tiam verò
vix obiter
inspicere,
factum est.

Optimè, diligentiam hanc & providentiam lau-
damus; & id rectè fieri censemus. Sed illud profus
factum est, hæredes decernere, numos dividere, do-
mestica omnia sollicitè constituere, & conscientiam
vix obiter inspicere, dicendam causam tardè cogitare,
animam è noxarum vinculis non educere. Ita multi,
quibus opulentius est officium, omnem movent lapi-
dem, ut filios, aut alios suorum ad id extollant. Neque
hoc damnamus, modò non inhabiles & ineptos velint
evelli. Quæ autem pro animo curæ vigilant? quæ ani-
mi est hereditas? quantum pro spiritu laboratur? quæ
meditatio suscipitur ad capitalis causæ defensionem?
Plenaque omnia charo corpori fiunt, huic feritur, huic
occurrit, huic meretur. Liceat dicere: Hæc est sapientia
carnis, sed fatuitas spiritus, hæc hominis providentia,
sed negligentia est Christiani. Verè, quod Hieremias
vates queritur, desolatione desolata est omnis terra: quia
nullus est qui recogitet corde. Judicium hoc capitale, formi-
dinis plenum, heu quam pauci satis ponderant!

Hier., c. 12.
v. 11.

Habemus ergo Judicem, & reum: quis adversarius
& accusator rei, quis advocatus & defensor?

§. II.

Angelus
bonus &
malus ad-
stant judi-
cio.

Hic adesse censendi tam Angelus tutelaris, quam
diabolus, defuncti hominis adversarius. Angelus
tutelam hominis quam à primo illius ortu suscepit ad
ultimum usque halitum, non deponit pervigil, fidelis-
simus custos. Sed illud lacrymabile, si Angelus locum
mutare & adversario dextram cedere, & animam tor-
tinnis à se defensam, demum cacodæmoni tradere cogi-
tatur. Quid luctuosius, quam si diabolus ster à dextris ejus
& cum judicatur, exeat condemnatus?

Psal. 108.
v. 6. & 7.

Quòd si angelo monitori non asper, monitis ejus o-
bedierit defunctus, dextrâ stabit Angelus, & sententiâ
jam dictâ clientem suum evehet in sublime æternitatis
felicissimæ possessorem. Sin Angelo refractarius adver-
sarii votis amicus applicaverit aures, in thermas flam-
meas rapitur æterna noctis inquilinus.

Anima di-
stinctè cer-
net quid-
quid rectè
aut perpe-
ram gessit.

Nunc igitur vigilantissimè cuius attendendum, quòd
aures, quòd oculos, quòd animum declinet, Angelo an
diabolo suadenti & trahenti pareat: cum hoc aut illo
judicatus ibit. Hoc certum: Anima in hoc judicio con-
stitutam tam distinctè ac clarè cernit, quidquid rectè aut
perperam gessit, perinde si tutelaris genius omnes illius
sanctas actiones grandi chartâ comprehensas, unico
aspectu præbeat legendas. Cacodæmon autem totam
vitiatorum seriem uno pariter volumine descriptam in-
gerat. Ita profus minima, maxima, recta, prava, dicta,
facta, cogitationes latentissimas velut unicam vitæ suæ
picturam anima non sine pudore ac horrore intuebitur:
nec eorum quidquam negare volet aut poterit, convi-
ctâ jam conscientia. Nec opus hic testibus, non vadi-
monio, non legibus, non ullis legum explicationibus.

A Nulla hæc comperendinatio, nulla revisio aut recensio,
nulla replicatio vel defensio, appellatio aut procuratio
nulla petmittitur. Vetus Juriconsultorum regula est:
In criminibus notoriis non admittitur appellatio. Hic mul-
tò id verissimum: Causa liquidissima, crimina longè
notissima erunt: Hic Judex sapientissimus, justissimus,
potentissimus est, non doceri, non decipi, non circum-
veniri, non falli, non flecti, non trahi, non molliri po-
test, nec ab eo ad ullum alium provocare licitum.

Iam tacet, dissimulat, connivet, mitissimus hic Iudex.
Interim minatur tacitus: *Cum accepero tempus, ego justitias* Ps. 74. v. 3.
judicabo. Quod Bernardus explicans: *Veniet, inquit, ve-Epist. omnium*
met, qui malè judicata rejudicabit: illicitè jurata confutabit: prima mihi
qui faciet judicium injuriam patientibus: qui judicabit in ju- Ps. 141.
sticiâ pauperes, & arguet in equitate pro mansuetis terra. Ve-
niet pro certo, qui per prophetam minatur in psalmo: Cum ac-
cepero tempus, ego justitias judicabo. Quid faciet de injustis
judicis, qui ipsas justitias judicabis? Veniet, inquam, veniet
dies judicii, ubi plus valebunt pura corda quam astuta verba;
& conscientia bona quam mansueti plena: quandoquidem Iu-
dex ille nec fallitur verbis, nec flectetur donis. Judicabit ju-
stitias, non solum noxas Justitiae adversas. Tunc ergo
cum tempus acceperit, jure meritissimo exprobrare
reo poterit. Nonne dissimulavi, nonne sili, nonne
monui? misericordiam & gratiam nonne centies, mil-
lies, septuagintaque obtuli? Quid est quod ultra debui facere vinea Isa. cap. 5.
mea, & non feci ei? Ninivitis non nisi quadraginta dies, v. 4.
tibi tot annos concessi ad respiciendum Misericordiae
tempus abibi, nunc solius est justitiae. Hæc, & hæc, &
hæc fecisti, & vacui. Jam redde rationem. Psal. 49.
v. 21.

Ue autem arcanum hoc Judicium tantò altius in-
scribatur animo, ipsis etiam oculis pictura id soler in-
gerere in hunc modum: Christus Judex sedet, velur
jus dicturus, jacet ad pedes Judicis cadaver hominis
judicandi, spiritus jam corpore liber sententiam expe-
ctat. Eam dem audituri, hinc tutelaris Angelus, inde ac-
cusator diabolus, consistunt. Hæc arcani judicii adum-
bratio & pictura.

§. III.

Porro triplicis generis est sententia: Prima in eos o-
mnnes dicitur, qui hostes dei, gratiâ divinâ vacui, mo-
riuntur. In illorum quemlibet hoc fulmen torquebitur:
Discede à me maledicte in ignem æternû. Heu horribi-
lis, immutabilis, irrevocabilis sententia! ô decretum
ô maledictio! ô repudium! ô ablegatio! ô discessio!
ô ignis! ô æternitas! Ubi fides vestra, ô rei, ubi vestra
ratio, ubi vestrum nunc judicium est? Hæc non ma-
ture prævidere, hæc non cavere summis viribus nita-
mur? O Judicis sententiam terribilissimâ! ô omni mor-
te acerbior! Rem hanc oculis suis subjicere facile
poterit, qui unquam sacerdotem ab episcopo exaugu-
rari, sacerdotii dignitate ac vestibus spoliari, & cum
ignominia demum repelli viderit: Ita Christus summus
Pontifex & unâ Judex rem & spem omnem auferet ab
ab animâ, eamque conspectu suo indignam à se repe-
let, tradetque carnifici diabolo. Sententia sic prolata
nil opis superest, auxilii tempus omne perit. Jam fru-
stra est excusare, flere, rogare, promittere, provocare,
patronos implorare, frustra hæc omnia.

Triplex
sententia:
I. In hostes
Dei.

Conviva ille non decorè vestitus è nuptiali domo
ejicitur, & neminem habet patronum. Talentum ser-
vo desidiadimitur, & nemo pro illo supplicat. Faruæ
Virgines sponsi ædibus excluduntur, & sociæ pro eis
non deprecantur. Oves ad dextram, ad sinistram hæ-
di statuuntur, & nullus est qui hædis faveat. Dives epu-
lo in flammis mittitur, & nec Lazarus, nec Abrahamitis
veniam reo deposcunt. Non si Noëmus, aut Daniel, aut
Jobus venerint, hunc Judicem exoraverint.

Sententia
sic prolata
nihil opis
superest.

Jam actum est. Er licet mater Dei, licet omnes An-
geli, licet omnes omnino caelites ad Judicis pedes ster-
nantur,

nantur, & pro animâ deprecantur unicâ, nihil impetrabunt. Decretum est. sententia dicta est; spei nihil est; spes omnis penitus abscissa est. Cælum & terra transibunt, verba autem hujus Judicis non præteribunt, in omnem æternitatem irrevocabilia.

Non erit hic Codici locus, nec Digesti: Idem Dominus, Iudex, Actor est & Testis.

Psal. 49. v. 9.

2. In amicis Dei.

Tom. 9. l. de Vanitate factus e. 1.

3. Animam à conspectu Dei arcendam aconcedâ donec satisfaciatur. Apoc. c. 21. v. 27. ult.

Iob c. 17. v. 12.

Iustus & impius à Deo iudicantur. Ecclef. c. 3. v. 18.

Tutelarum Angelus officio suo jam ritè defunctus, illud usurpare poterit: Innocens ego sum à sanguine hujus. Eum ego millies iterumque millies monebam; cave, fuge, omitte hæc: millies, iterumque millies horrabar; huc oculos, huc aures, huc verte animum; hoc age, hoc conare, hoc labora; fac hoc & vives. Noluit vivere, perire voluit. Ergo peccat æternum, summâ Dei justitiâ damnatus, mortis æternæ reus. Ita diabolus animam sibi traditam, jamque suam abripierit, sibi ipsam amplius eripiendam. *Intelligite hæc qui obliviscimini Deum, ne quando rapiat, & non sit, qui eripiat.*

Alterius generis sententia est in omnes eos pronuntianda, qui ut amici Dei, gratiâ divinâ præditi moriuntur. Illorum quivis audierit amicissimum istud: Veni benedicte Patris mei, percipe regnum, quod tibi paratum est ab origine mundi. Mox accusator diabolus cum dedecore hinc facesset. Eodem temporis puncto, Dei conspectu anima perfruetur, etsi nondum in cælo sit. Tutelarum Angelus jam verè beatam animam & felicitatis perpetuæ cohæredem assumet, & in cælum evehet velut sui laboris testimonium. Sic Augustinus sensitissè censendus. Siquidem de hoc ipso iudicio clarissimè affirmans: *Cum anima, inquit, separatur à corpore, tunc veniunt Angeli, ut perducant illam ante Tribunal Judicis.* Si ad Tribunal iudicandam; ergo etiam in Tribunali absolutam ad cælum deducunt. Hic Angelorum Cælitumque omnium gratulationes expendendæ. Vicit, jam extra teli jaçtum est: satis jam laborum, satis lacrymarum, precum, vigiliarum & jejuniorum. Æterna requies, immortalè gaudium succedit. Beata pœnitentia; dulces lacrymæ, felix jejunium, pretiosæ calamitates quæ tali clauduntur fine! Et quanti beatissima hæc sententia, factissimæ gratulationes istæ non emendat? vel centies, vel millies crucifigi parum est, modò hic talis candidus Judicii calculus sequatur.

Sententia tertii generis est, animam à Dei conspectu arcendam, dum divinæ justitiæ plenè satisfiat. Ioannes Apostolus decreti hujus formulam conscribens: *Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, inquit, aut abominatorem faciens.* Hoc decretum (arceri aliquamdiu à conspectu divino) grandius erit animæ tormentum, quàm quòd homo defunctus per omnem vitam luctuosi passus est. Cælo vel ad tempus sic excludi, acerbior erit pudor, quàm modò ab universis simul hominibus conspui, & diis omnibus devoveri. Sed superest spes certa cæli. Hac sese Job solatus: *Et rursum, ait, post tenebras spero lucem.* E dictis duo hæc consequuntur.

Primum; Non difficile indagatu fore, quàm sublimi spiritu dicat Ecclesiastes: *Et dixi in corde meo: Iustum & impium iudicabit Deus, & tempus omnis rei, tunc erit.* Apparent nonnunquam turbata omnia, & quod gravius angat, non videtur Deus res hominum curare, sed finire suo quæque imperu aut cursu ferri. Hic Ecclesiastes; Dixi, ait, in corde meo, idque animo tanquam exploratissimam veritatem complexus sum, à Deo scilicet non justos tantum probòque, sed improbos etiam ac sceleratos ex orbe hoc auferri, & tam hos quàm illos, prout vel hi vel isti egerint, iudicari. Et tempus omnis rei tunc erit.

Quanta, mi Deus, peccata, quot scelera modò teguntur, palliantur, supprimuntur, dissimulantur, defenduntur? Jam usitari ac noti artificii est Justitiæ cereum nasum decorè affigere; culpam à se in alium vertere quotidiani moris est; gravissimas injurias honestissimis nominibus prætexere frequentissimum. Ævo nimium beato vivimus; vix quisquam errat, aut

A certè nemo se fatetur scivisse. Et quamvis absurdè atque etiam impiè fiant plurima, catamen speciosissimè purgare novimus. Indaga in errores, & huic alterive rem malè gestam objice, mox causæ, argumenta, rationes, palliola, prætextus, mantelæ mille in promptu sunt, quibus errores honestimè vestiantur. Nulla nunc injuria rationibus caret; vix injustitiæ ulli suum dedit palliolum; errores pænè nulli non formoso nomine purgantur; nulli prætextu suo destituuntur; nemo non aliquid argumenti habet ut peccet; omnibus nimirum valculis suum invenitur operculum. Veritas apud plurimos ludibrio est. Mero meridie tenebras sepe densissimas inducimus, & diem artificiosâ nocte involvimus, ut certam esse jures eclipsin. Quot ejusmodi eclipses, ô Deus, in tribunalibus & curiis est cernere? Obi orbem & inspicere plenissimus est simulatione, dolis, hypocrisis, fraudibus, mendaciis, larvis fucatisissimis, personatorum gregibus plena ubique omnia. Verborum & caeremoniarum ubique plurimum est, parum amoris & fidei. Verba speciosa, caeremoniæ blandæ sunt, sed cor amarum narat felle: alter alterum exagitat, decipit, judicat, opprimit, damnat: alter alterum calumniatur, vexat, deprædatur, jugulat. Et horum plurima in licem non emergunt; tacentur, latent; cœlantur studiosissimè.

Expectate, obsecro, expectate paululum. Hæc omnia protrahentur ad solem flagrantissimum. Aicanum, singulare Judicium occultissima quæque deprehendet, arguet, convincet. Et tempus omnis rei tunc erit.

Jam pænè ubique lites & dissensiones vigent, passim certatur foro, causarum & actionum ad tribunalia infinitus est numerus, & subinde jus suum non obtinet, caditque causâ, qui causam defendit æquissimam. Hic iterum oro; ne præcipitemus: aliud brevi iudicium sequetur, & tempus omnis rei tunc erit: *Quidquid latet apparebit, nil inultum remanebit.*

Mortales hymni.

Jam pauperes & bonæ mentis homines variè calamitosis calcantur ut plurimum: florent alii tam vitiiis quàm divitiis felices. Hæc una res & lacrymas & cogitationes movet mœstissimas. Sed iterum rogo, ne nimirum festinent iudicia nostra, in vicino est omnium iudiciorum nostrorum Judicium, & tempus omnis rei tunc erit.

Alterum, quod ex dictis sequitur, Mors peccatorum pessima, cum hostis Dei subito ad Tribunal trahitur: velit, nolit, à cognatis, ab uxore, ac liberis, à sociis, à iustis, à divitiis, à voluptatibus è sua domo; è lectulo suo iudicandus abripitur: hic ab Angelis, à Deo, ab omnibus cælitibus æterno anathemate separatur, in ferreum & flammeum lectum, ad perpetuam egestatem, famem, sitim, ad damnatorum & dæmonum societatem, ad æternos cruciatu dejicitur. Rem oculis subjicimus; audite mira.

Mors peccatorum pessima.

S. V.

De quodam sub vesperem vir opulentus & magni nominis, cum omni familiâ in amœnissimam villam secessit, voluptati liberius cum suis vacaturus. Hic domus instructa supellectili & abundans, conclavia præsertim domini, cum vario peristromate ornata, lecticæ conopeis vestitæ, ad voluptatem omnia egregiè facta. Inter famulos homo fuit perfidus, qui in hilaris pocœnio, tam hero quàm confervis aliis lethargum miscuit. Ita plerique tam vino quàm pharmaco in gravissimum soporem dati. Nocte mediâ cum vivi pænè ut mortui dormirent, nequam ille domini sui proditor lavationes & prædones, facem hominum, referatis foribus domo recepit. Hi, ubi domum expilarunt, in domus dominum vim omnem converterunt. Parum illis fuerat ingenti damno affectisse, nisi & horribile iudicium

brium adderent. Ergo herum lethargo incredibili sopitum; è cubiculo, è domo velut mortuum exportant, & campo medio depositum destituunt. Interea caelum fedis tempestatibus misceri, micare fulgura, mugire tonitrua nimbis præcipitare, ita demum evigilare herus lethargicus, circumspicere, pavere, in alium Orbem se delatum credere, horrere ac obstupescere se nudà humo extra cubiculum, & extra domum sine famulis, sine omni ope ac solatio inter pluvias, inter turbines & procellas, rigentem gelu, irato celo destitutum, & undequaque perditissimum.

2. Reg. c. 12. v. 7. Vis, Lector, hunc virum nominem? Da veniam: Tu es ille vir: & si quis alius tibi non absimilis. Vitam hanc cogita quæ in ultimum vesperem, & in noctem vergit, horis omnibus morti viciniore imus. Interim voluptates & vana gaudia sectari lubet. Habet suam quisque suburbanam villam & viridaria, ubi vel avaritiæ, vel inertis otio, vel crapulæ, vel luxuriæ, alterive vitio indulgeat. Hic nequissimus proditor servus, nomen ei Corpius, cataleptus suo hero Animo propinat. Ita bonus iste herus in exitum suum sopitus non dormire tantum, sed lethargo laborare incipit. Moverur, vellitur, monetur, impellitur, stimulari à Deo, ab Angelis, ab hominibus; sed non excitatur, oculos non aperit, quos lethargus vicit. Heu miserum, quem tam inexpugnabilis dormienti necessitas ligavit. Tam arctè sopitum Acherusii prædones diaboli, huc illuc rapiunt jam summet oblitum & velut mortuum. At verò cum tempestas mortis supra caput stat, cum ira divina insonat, cum Judicii fulmen jam afflat, tunc animus demum oculos aperit, sed jam extra domum sui corporis est, sine opibus, sine famulis, sine omni comitatu. Quis tunc tremor, quis angor & pavor animum occupabit, cum tabulas signatissimas Judex proferet, & ex iis sententiam. Nunc ergo in iis scribe, quidquid tunc scriptum volēs, quidquid volēs deletum, nunc dele, dum scribendi aut delendi tempus est. Hoc erit Iudicium tuum, quod ipse decreveris.

CAPUT IX.

Quæ præcipuè Iudicium hoc exasperent; seu, Quæ rationem reddendam potissimum turbent.

Seneca epist. 76. med. 1. V Eteris Philosophiæ decus illustrissimum Seneca, de die fatali discrens: *Singuli dies*, inquit, *subtrahunt aliquid viribus. Carpinur. Ego certè velut appropinquet experimentum, & dies ille de omnibus annis meis sententiam laturus venerit, ita me observo & alloquor: Nihil est, inquam, adhuc quod aut verbis aut rebus exhibuimus. Quid profecerim, morti crediturus sum. Non timide itaque compono ad illum diem, quo remotis strophis ac fucis, de me iudicaturus sum, an tantum loquar fortia, an sentiam. Mors de te pronuntiatura est. Ita dico; disputationes & literata colloquia, & ex præceptis sapientium collecta verba, & eruditus sermo, non ostendunt verum robur animi. Est enim oratio etiam timidissimis audax. Quid egeris, tunc apparebit, cum animam ages.*

O verum verissimum! Quæ enim per omnem vitam cogitationes hominis, quæ dicta ejus & facta fuerint, extrema vitæ horula commonstrat. Iudicium hæc reo revelat. Nimirum in ultimo comœdiæ actu cernitur, quàm boni aut mali actores fuerimus. Qualis quisque fuerit œconomus, tunc liquet, cum rationes sibi constant. Cui & à quo reddenda sit ratio, jam supra explicatum. Quæ rationem reddendam præcipuè turbent, & iudicium exasperent, hoc capite dicendum.

§. I.

PRIMUM omnium est, *Incuria, seu Iudicii oblitio voluntaria*. Vitii est curas alere vanas, non necessarias: non minus tamen vitiosum, & magis noxium, in posterum nolle prospicere, nolle curas in futura extendere, sollicitudinem summè necessariam excludere. Hoc prorsus est causæ suæ indormire. Quod tantò majus dispendium, quandò gravioris momenti est negotium. Atqui ad hoc Tribunal, cui vigilandum, de salute, de capite, de æternitate agitur. Hoc unum tanti momenti est, ut alia omnia, ad id collata, nullius momenti sint.

Morletus Musæus quæstor, ut narrant, homo profanus, nec Deum nec homines revereri, nec Inferos formidare solitus, salutis planè incurius vixit, nunquam ferè oculatior, quàm cum numeranda fuisset pecunia. Hinc ei caelum & marsupium ejusdem pretii fuerunt. Ita sui negligens, & immemor futuri Iudicii ad extrema venit. Hic subitus terror hominem invadere, & eò desperationis adigere, ut infernalem fossam videre sibi visus sit sui desiderio apertam. Ingerebantur homini salutis monita, Christus in cruce actus, caelum sanguine Christi reparatum, divinæ misericordiæ solium, nemini dum viveret, inaccessum monstrabatur. Frustra omnia. Caelum illi gaudia promittebat, sed minabatur fulmina: Deus omnesque superi videbantur, ut hostes adversari. Ita vixit miser, ita finit. Antecedens vita comitantis mortis est regula. Sicut vivitur, sic vita clauditur. Quæ vergit arbor sana, illac cadit faucia: Vox Siracida est: *Anima nequam disperdet eum, qui Eccl. c. 6. se habet, & in gaudium inimicis dat illum, & deducet in sortem impiorum.*

Rerum naturalium periti ajunt olorem morti vicinum hilarescere, & in lætitiæ signum alis plaudere. Num canat & moduletur olor, multæ quæstionis est; hic non tangimus. Hyæna verò moritæra, ut iidem asserunt, ingemiscit tristis, clamat, plorat, ululat. Causam Aristoteles assignat sanguini. Cum ergo sanguis cygni dulcis ac detæcatus ad cor concurrat instante morte, mirum non est aliquid inde lætitiæ sequi. Hyæna verò sanguis fœculentus, amarus, pestilens, cum ad ægrium cor properat, tristitiam ingenerat.

Sanguis Christiani bonus, bonæ conscientia. Salomonis oraculum est: *In malitiâ suâ expelletur impius: sperat autem iustus in morte suâ. Impii in tenebris conticescent: Pedes sanctorum suorum servabit*: Pes noster, finis noster est. Hunc singulari præsidio Deus in amicis suis tuebitur. Non obliviscetur Christus suorum, qui sui nunquam oblitus sunt. Vis ergo Iudicium non formidare: assidue illud cogita, ad illud te semper præpara.

§. II.

ALTERUM, quod singulare hoc Iudicium reddit formidolosum, est *Sacramentorum neglectus*. Utrumque vitiosum est, aut infrequenter, aut oscitanter his uti. Hæc salutis sunt remedia, quæ usu tam raro aut negligenti malè applicantur. Recenset Beda non ignotam, sed horribilem tragœdiam. Inter aulicum famulitium Cœnredi regis vir industrius erat, sed domino suo charior quàm Deo. Monebatur si sæpius desineret flagitia flagitiis nectere; vitam improbam simili coronatum iri exitu, ni respisceret. Aggressum mortis incertissimum esse, & sæpe repentinum: à morte sequi Iudicium & Tribunal, quod vel otiosi verbuli, vel impuræ cogitantiunculæ rationes sit exacturum: à Iudicio isto pendere totam æternitatem. Quare videret quid ageret. Neminem cum Deo impunè unquam jocularum. At ille hæc velut somnia suavi cachinno digerens; ne autem inter pessimos haberetur, pœnitentiam ausus est promittere, sed nonnihil tardiorum. Inter hæc adest morbus & horum minem

minem in lectum dejicit. Rex ad egrum revivens, moriet sedulo, nunc opportunum esse tempus, nunc occasionem à fronte capillatam posse apprehendi; ideo morasumperet, & cum Deo rediret in gratiam. At ille quo blandius regias preces exiret, non abhorre se, ajebat, quo minus, præteritam vitam expiaret: id tamen, ubi à morbo revaluisset, efficacius conficiendam. Alioqui plurimos in aula dicturos, id mortis metu fieri. Fortiter sibi locutus videbatur: sed scire nolebat miser, has diaboli technas in suum desituras exitum. Interim morbus acquirit vires & obstinatum tacitis incrementis propinat morti. Rex redit, ægroti valetudinem oculis exploraturus. Hic ager, jam frustra se adiri, nec enim quidquam amplius salutis sperandum esse dicebat. Rex istud delirium morbo tribuens, innoxiam esse insaniam interpretabatur; at ager, non insanire se, sed immane quantum à conscientia perditissimâ cruciari, ab eâ has voces extorqueri, & unâ narratiunculam brevem ingressus: Paullo antè, ajebat, dno venisti oris ephedi ad lectulum adfuerunt, quorum alter libellum parvulum exhibuit legendum, in eo quidquid unquam boni à me factum, inveni, sed heu quàm id omne fuit exiguum! Mox agmen dæmonum huc irrupit, ex his unus volumen ingens & formidabile mihi pariter, legendum jussit obrudi. Ut vidi, ut legi, perii: nam in eo scelera mea omnia non verborum tantùm & factorum, sed & ipsarum cogitationum repei & cohorrui. Tum hostes mei formosos juvenes allocuti: Hic noster est, ajebant, vos faceffite. At illi hoc unum responderunt: Non negamus, vester est; quò vultis, ducite. Et cum dicto evanuerunt. Jamque miser ita perditus sum, non solum circa me, sed intra me sentiam tortores meos. Actum est de me, eheu, actû est: interii vel centies. Parent Inferi; jam jam eò abripiar. Hic ultimus fuit morientis psalmus. Nam paullo post infelicem animam exhalavit. Breve penitentiam horruit, & in æternam incidit. Hæc autem, inquit Beda, non sibi sed nobis profutura vidit. Serum nimis est, Judicium cogitare, cum jam instat; rationes pessimè parantur differendo.

Ecclesi. c. c.
v. 6. & seq.

Siracides fideliter ac tempori monens: *Ne dicas, inquit, Misericordia Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim & ira ab illo citò proximant, & in peccatores respicit ira illius. Non tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem: subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te.*

Leo famelicus acutissimis oculis vicinum sibi pabulum designat ut insiliat, & discerpatur. Sic ira Dei peccantem obrutu assiduo respicit, & in eum mox insilit, quem misericordiâ destituit. Ergo non tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Immane flagitium est, misericordiam Dei facere Lenam diaboli. Ira Dei horrendus ignis est, peccandi verò contumax voluntas huic igni pabulum & ligna suggerit; qui misericordiam rejicit, hanc iram magis & magis accendit. Nimirum nostrâ nos ulnâ metitur Deus. *Qui enim*, ut Basilius loquitur, *non vult cum potest; non poterit cum poterit.* Deus ad pectoris nostri januam sæpissimè pullat, & ingressum rogat, sed crebrò aliud responsum non impetrat, quàm dormire cordis dominum, aut domi non esse. Sed erit tempus, cum & nos clamabimus, atque pullabimus, at responsum haud aliud quàm nostrum impetrabimus. *Nescio vos*; Non sum domi non novi vos.

§. III.

3. Simulatio & hypocrisis.

Tertium quod rationes facit impeditissimas, imò cassas & nullas, est, *Simulatio & Hypocrisis.* Formosa nequitia est, sed Deo nimium exosa, velle probum videri, & non esse.

Lib. 4. dial. 5. 18.

Narrat Gregorius, in cœnobio cui nomen Thon-

A golaton, fuisse hominem religiosum verecundis moribus, insigni modestiâ, sedatâ indole, verbo in omnibus cõpositum. Sed longè alius fuit, quâ esse apparuit, quod suis pròdidit. Nam cum aliis palam jejunium servare credebatur, clam & occultè vorare consueverat. Multo tempore clandestinam hanc gulam aluit nemine ejus rei conscio, sic ab omnibus multæ abstinentiæ censebatur. Hoc sanctimonix furtum morbus aperuit. Nam ubi fictus hic jejunator ultimæ lineæ admortus est, omnes cœnobitas acciri voluit.

Gaudium illis spes vana injecit: Nemo fuit qui non crederet dignum aliquid à viro tam sancto moriente audiendum. O boni! cygnum speratis in funere canturum; corvum audietis. Nam moribundus angotibus affluens, & toto corpore contremiscens, quod diu tæxerat, tandem fateri compulsus: Cum unâ vobiscum inquebat, jejunare me crederetis, ego furtivè comedebam. Pudicos mores oculis vestris vendidi, alius animo fui. Nunc ecce morior, antequam moriar: Nam ab igneo dracone glutendus sum, qui squameo syrmatæ & ingentibus spiris genua pedesque meos circumligavit, suis verò faucibus spiritum meum ebibit. Dixit, & agere animam cœpit. Uticunque constare potest; quæ à Juce in hunc hominem sententiâ sit dicta. Rationes irritas & damnatas conficit hypocrisis. Illa verò talia bono audientium moribundi oculis sunt objecta. Et de similibus dici poterit, arcanum singulare Judicium ante mortem cœpisse, non tamen ante illam finitum fuisse.

Hic nos divinæ voces excitent: *Scio opera tua, quia non men habes quod vivas, & mortuus es. Non enim invenio opera tua plena coram Deo meo. In mente ergo habe qualiter accipis & audieris: & serva, & penitentiam age. Si ergo non vigilaveris, veniam ad te tanquam fur, & nescies quâ horâ veniam ad te.*

Apoc. 6. 3.
v. 1. & seq.

C De plurimis in lege veteri querela fuit justissima. Cor eorum non esse perfectum cum Deo. Hoc omnium simulatum est, non habere cor perfectum cum Deo. Sic enim simulatores & hypocrisæ rectâ vastitæ actiones suas convelant, perinde si Deus illas non penitus transpiciat. Cor imperfectum, cor pessimum. Hoc in Judicio non poterit non causâ cadere.

§. IV.

Q Vartum arcani Judicii malum prolium: *Vehe- mens amor & cura rerum fluxarum, & inanum, præsertim pecunia.* Quisquis hujus visco alas implicaverit, vix in morte se expediet. Recurrunt tamdiu amata, nec ad tribunal liberum ire spiritû permitent. Oculos nostros hinc testes sistimus; quibus subinde morientium spectacula objiciuntur, è quibus eluceat, quàm difficile sit à rebus intemperanter amatis avelli. Pænè idem in cujusque hominis vitâ quod in syllogismo est cernere: quales sunt conclusionis prodromi, talis est & ipsa conclusio: Si illi necessarii, & ista; si illi apparentes aut falsi, talis & hæc erit. Eodem profus modo prout vivimus, sic vitam claudimus: Conclusio hæc sequitur suos antea mbulones, seu vitia, seu virtutes. Nimirum illac ruit arbor quâ propendet, dextrâ aut lævâ: & miraculo simile sit, si in dexteram proclinata, in lævam corruat, aut contrâ. Quisquis in virtutis dexteram propensus, in vitiorum lævam rarò desinit. Nec contrâ; hæctenus in lævam vitiorum inclinatus, non facilè ad virtutis dextram in morte vergit.

De homine opulento vir Religiosus & doctus commemorans: Notior, inquit, mihi unguibus meis mercator ditissimus fuit, quem moribundum calculos vel aurum numerare ex pollicis indicisq; motu æstimasset, adeo vir ille (ceteroqui non improbus) hujusmodi ratiunculis in vitâ fuerat occupatus.

Vidimus ipsi & audivimus simillima. Fuit qui mortuus brevè, nihilominus pecunias potens & familiam incre-

Major & minor positio.

4. Vehemens amor & cura rerum fluxarum & inanum præsertim pecunia.

increpans: Vos, ajebat, nihil agitis, hoc & hoc nomen non expungitis. Huc ergo pecunias: finite surgam; syngraphas & percriptiones inspiciam.

O morituel syngraphas inspicie, sed longè alias, sed tuas, non aliorum: ad reddendam rationem te para; judicium præmeditare.

Sed quemadmodum cura quæ fatigaverit vigilantem, eadem sese ingerit dormienti, ita quæ in deliciis fuere viventi, eadem recurrant fatigantque morientem.

Cameracensis præcipiscopus, de generatore opulentem mentionem faciens: Ego ipse, in Brabantia virum pecunia ac fenerationi deditissimum vidi, quem sæpius allocutus, strenuè oburgavi, & unâ monui amicè, nimium auri amorem excuteret, & tandem aliquando sinebre illud malum desineret, cogitarèque serivò, quàm brevi rationem sit redditurus Christo Judici: Tribunal illud pecuniis non posse corrumpi. Surdo fabulam. Nihil profeci, nec enim ulla morum emendatio secuta. Videbatur quidem vir ille velle non inter pessimos numerari. Nam homines religiosos cum eis occurreret, humaniter alloqui & rogare, imò verò etiâ cum lacrymis obtestari solebat, sui memores essent, & Deum pro se deprecari non omitterent. Nimirum vult, & non vult piger. Non oderat cælum vir iste, sed quia nimium præ cælo amaverat aurum, se cælo indignum fecerat. Quando igitur crebrioribus monitis nihil profectum est, voluit Deus tam infecundam arborem succidi. Ita morbo subito correptus, necdum imminens Judicium preparatione debitâ prævenit. Cùmque mors spiculum in eum jam vibrasse videretur, en nigri duo molossi ad lectulum adsunt, (terribile visu) animam utique opperientes ad Tribunal eam comitaturi. At verò moribundus exerta linguâ, ad longitudinem prope pedis (sic scriptor loquitur) dehiscens, horribiliter exspiravit.

Thom. Cantip. lib. 2. mirac. sui avi c. 22. sine.

Prov. c. 13. v. 4.

Apoec. c. 14. v. 7.

Igitur quod apocalypcticus Angelus monet, Timere Dominum, & date illi honorem, quia venit hora iudicii ejus.

§ V.

Q Vintum quod formidabile reddit hoc Judicium, est Petulantia carnis & luxuria. Hæc non solum claudicant oculos, sed obligat, non Judicem venturum videant. Hic ego impurius vitæ hominem iis vocibus compello, quas in Udonom Magdeburgensium Pontificem usupatas, ajunt: Vdo, Vdo cessa à ludo, satis lussisti Vdo. Sic ego: Cessa, impure, cessa cum Deo ludere; sat diu lusum est, cessa, & libidines tuas expia. Brevi aderit Judex, & pro his omnibus adducet te in Judicium. Ideo maturè cogita qualem animum & quale corpus Deo tuo in reddendâ ratione res titururus. Verissime dixit Ambrosius: Qui dominari nescit cupiditatibus, is quasi equus raptatur indomitus: volvitur, obvertitur, laniatur, affigitur.

Equus conductivus minimè tamen vitiosus, si pede claudus, aut dorso levis, aut malè habitus & strigosus restituitur, is qui mutuum dedit; jure merito dicere solet: Non est meus hic equus, ego alium dedi, ego equum sine vitiiis commodavi. Hoc tibi & Judex tuus, impure, objiciet: Non est meum hoc, quod reddis corpus; ego tibi castum purumque dedi: linguam à me manûsque inattaminatas accepisti. Tu verò corpus immundum per libidinum sordes volutarum, spurcitiis plenum, tu linguam manûsque impuras restituis. Animum ego tibi docilem & continentia capacem credidi, tu refers luxuriæ referunt. Redde quod debes.

Quid ad hæc dicere habebit Veneris mancipium? Quod Jobus ingemiscens: Si repente, ait, interroget, quis respondebit ei? Ad rem nimis quàm aperte Paulus: Omne peccatum, inquit, quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur in corpus suum peccat. An nescitis quoniam membra vestra, templum sunt Spiritus sancti qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri Tu igitur qui ad

Job c. 9. v. 12. I. Cor. c. 6. v. 18. & 19.

A Tribunal Christi stas, redde quod debes, redde corpus, redde manus, linguam & oculos, quales accepisti, non peiores, non immundiores.

Annaus Seneca dicenti, neminem aliter quàm quomodo natus est, exire è vitâ: Falsum est, inquit, peiores morimur, quàm nascimur. Nostrum istud non naturæ vitium est. Illa de nobis conqueri debet, & dicere: Quid hoc est? Sine cupiditatibus vos genui, sine timoribus, sine superstitione, sine perfidia, ceterisque peccatis. Quales intrastis, exiite. Quod debetis, reddite. Sed heu tã securi non morimur quàm nascimur, non tales eximus, quales intravimus, nec reddimus quod debemus. Quid enim verò impedit? Causa autem hæc est; inquit Seneca, quod inanes omnium bonorum sumus, quorum, in fine vitæ desiderio laboramus. Nemo quàm bene vivat, sed quàm diu, curat.

Seneca epist. 22. sine.

Hoc proprium est hominis libidine insanientis, vitam vult longam, non castam, non emendatam. Sed tales ante judicium subinde judicantur, perinde si diceret Deus: Præfinitum Judicii tempus expectare non possum: abrumpenda est huic homini vita, ne nimium excresecat ejus luxuria.

Anno millesimo ducentesimo sexagesimo, Misnenis juvenis, ut amoribus suis potiretur, à mago in abditoedium recessus se duci passus est. Hic sese simulacrum virginis, quam juvenis deperibat, spectandum dedit magico carmine adductum. Juvenis in amores suos procerissimus dum larvata virginis manum porrigit, à cæcò dæmone parieti alliditur, & miserabilem in modum necatur. Cadaver autem eo impetu projecit in magum ut is diu semianimis jacuerit. I, nunc, & libidini pare, diabolus ad amplexus in vita. Quid in arcano Judicio de hoc homine decretum sit, facile est judicare.

Sifridus Presbyter Misnenis, qui Compendium hist. ab orbis condito usque ad ann. 1307. scripsit. Anno 1569. editus Lib. diabolus ad amplexus in vita.

Recentius narrat non ignotus Ecclesiastes. Ante annos non multos Viennæ homo impurus & libidine contaminatus à diabolo sub noctis initium è lecto extractus per fenestras in aërem, inde in viri primatis tabulum perductus est. Hic equi sudare & calcitrare, famuli cum lumine accurrere. Interim cacodæmon cum prædâ suâ avolans, in cellam miserum avexit, ibique in labrum atramento rectorio plenum conjecit. Dignissimum homine libidinoso balneû. Inde miser ab accurrentibus extractus, in urbico Xenodochio curatus est. Res nota Vienna, plurimum oculatis testimoniis firmata. En hi sunt revera, quod Angelus Tobia dixit, quibus prevalere potest demonium: nam cum sua libidini vacent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, habet potestatem demonium super eos.

Georg. Scheider Dominica I. Quædrag. conc. 3. p. 17.

Tob. c. 9. v. 16. & 17.

De aliis constat qui libidinis vitium sæpius quidem, sed nunquam serio ejurarunt, in pristinas sordes identidem relapsi, demum morte subitâ extincti, ad Judicium heu penitus imparati, tot cooperti flagitiis sunt abrepti. Vitium luxuriæ horrendum proferus ac pæne insanabile malum est. Non enim (quod Oseas affirmat) dabunt cogitationes suas, ut revertantur ad Deum suum: quia spiritus fornicationum in medio eorum, & Dominum non cognoverunt. Igitur voces meas repeto; Cessa impure, cessa cum Judice tuo ludere. Sat diu lusum est, cessa, & libidinem omnem ejura. Non parceret Judex respicere nolenti.

Luxuria malum insanabile. Osee c. 5. v. 4.

§ VI.

S Extrum, quod singulare hoc Judicium reddit terrificum, est Gula, ebrietas, crapula. Rex Babylonius Balthasar dum saliare celebraret epulum, jam temulentus & hilaris præcipit, ut affererentur vasa aurea & argentea, quæ asportaverat Nabuchodonosor pater ejus de templo quod fuit in Hierusalem. Bibebant autem vinum, & laudabant deos suos aureos, & argenteos, creos, ferreos, ligneosque & lapideos. In eadem horâ apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis aula regia, & rex aspiciēbat articulos manus scribentis. Tunc facies regis commutata est, &

6. Gula, ebrietas, crapula.

Edi. d. 1. 1. 1.

est, & cogitationes ejus conturbabant eum, & compages re-
num ejus solvebantur, & genua ejus ad se invicem collideban-
tur. Unde huic regi tantus pavor & terror? Ab unico
epistolotrium duntaxat vocalurum: MANE, THECEL,
PHARES. Hoc epistolium ad omnes eos scribitur, qui
jam morituri citantur ad Judicium. Summa litterarum
hac est.

MANE, Numeravit Deus regnum tuum, & com-
plevit illud. Vitę tuę dies ad ultimam usque horulam &
punctulum numerati & compleri sunt. Arithmeticus
qui tibi & omnibus hominibus vivendi spatium per om-
nia omnino momenta adnumerat, sapientissimus est,
omnia in mensura, & numero, & pondere disponens, & consti-
tuens terminos qui præteriri non possunt.

THECEL, appensus es in statera. Hęc duas habet
lances, in unā divina leges, in alterā humanę actiones
ponuntur, si hęc cum illis non conveniant, id libripens
non dissimulabit. Omnes actiones, imō & cogitationes
omnes improbae velut adulterina moneta rejicientur.

PHARES, divisum est regnum tuum. Hactenus in
animum & corpus dominabaris, nunc partes istę sejun-
gentur, Corpus tibi & vermibus, orco animus aut cę-
lo assignabitur. Ergo dispone domui tuę: in jus tibi
ambulandum, reddenda ratio, sententia excipienda est.

Scripturam hanc quęlo sapius legamus, & vitę bre-
vitatē attentius consideremus. Ab inferis clamant ca-
pti: Nos nati continuo desivimus esse; in malignitate nostrā
consumpti sumus.

§. VII.

1. Pet. c. 5. v. 8. **E**RGO sobrii estote, & vigilate, jam dies dicitur, jam di-
ca scribitur, ad Judicem jam vocamur.

Ebrietas vitiorsim omnium periculosissimum vitium.
Nam si ebrius subitē incursetur a morte, & ad Judi-
cium abripitur, heu in recenti re, in ipsissimo scelere
deprehensus, quid Judici respondebit, aternę mortis
reus? Idcirco Christus de Judicio futuro differens, il-
lud singularissimē monuit: *Attendite vobis, ne forte gravetur
cor vestrū in crapulā & ebrietate, & curis hujus vitę,
& superveniat in vos repentina dies ista.* Hinc illi sanctorum
pavidam clamores Clamat ad judicem Rex David: *Non
intres in judicium cum servo tuo.* Quacūque duxeris, prom-
ptus te sequar, Domine, pro te vinciri, verberari, mori
paratissimus, modō me in arcanum examinis conclave
non duxeris. Frustra preces, ductus est. Clamat Jobus:
*Etiā si habuero quippiam justum, non respondebo sed meum ju-
dicem deprecabor.* Clamat pro suis Ecclesia. Ante diem
rationis, donum fac remissionis. Hoc idem clamant
Ecclesię filii. Ne quando rapiat, ut leo animam nos-
tram: Ne fortē tradat nos adversarius Judici: A timore
inimici eripe animam nostram. Clamat Chrysolomus:

Luc. c. 21. v. 34.

Psal. 142. v. 2.

Job c. 9. v. 15.

Hom. 10. in ep. 1. ad Cor.

Job c. 31. v. 14.

Bern. in pf. Beati qui habitant, serm. 8.

Cesar. ho. vil. 33.

Aneas Syl. de ditiis 1. l. p. h. c. f. s.

*Hominum judicia sepe falluntur; sententia divina nec repre-
hendi unquam poterit, nec corrumpi.* Clamat cum Jobo
Gregorius Præsul Romanus: *Quid faciam cum surrexerit
ad judicandum Deus, & cum quaesierit, quid respondebo illi? An-
gustie sunt mihi undique.* Clamat Bernardus: *Quid tam
pavendum, quid tam plenum anxietatis, & vehementissima
sollicitudinis excogitari potest, quā judicandum ad stare illi
tam terrifico tribunali, & incertam adhuc expectare sub tam
districto iudice sententiam?* Clamat Hubertus Leodientis
antistes: Heu angor: jam in via est Judex, jam vocife-
rantem audio: Redde rationem villicationis tuę. Om-
nia sua repetit, & quidem cum usura. Clamat Cælarinus
Arelatensis Episcopus: *Quid iudicii tempore facturi sumus,
quando contra crucifixi Domini livores note peccatorum no-
strorum, & maculę libidinum proferentur? Quo vultu respiciet
redemptio nostrā perditionem nostram? Tanto graviora erunt
nostrā delicta, quanto majora se ostenderit divina beneficia.*

Clamat Fridericus Imperator: *Væ vobis, Principes, nam
quales vos aliis præstitieritis, talem ergo vos iudicem sen-
tietis.* Ergo & nostrum quilibet cum psalte regio cla-

A met: *Notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dies
dierum meorum, quis est; ut sciam quid desit mihi.* Horam
& momentum mei iudicii nosse non cupio; scio enim
hoc te facere non solere, nec id mihi ut sciam expedire.
Sed agnoscam, ô Deus, vitę vanitatem, vivam ut brevi
moriturus, conscientiam lustrem ut tibi iudici paullo
pōst responsurus. *Remitte ergo mihi, ut refrigerer prurissimam
Ibid. v. 14. abeam, & amplius non ero.*

Finio hoc caput cum geminā præceptiunculā. Pelagius
narrat religiosum senem interrogatum a juvenē
istud: Unde, Abba, cor meum tam durum est, ut nec
Deum quidem timeam. Huic senex promptē & inge-
nuē: Deum ideo non times, quia teipsum non increpas,
non arguis; Tibi ipsi omnia facillimus credis: non corri-
peris a teipso. Hinc illa durities animi. Nosti primam
omnium originem nostram fuisse lutum. Hinc toti pa-
nē lutei sumus. At verò lutum hoc a sole vanę Complu-
centię indurefcit. Hinc homo sibi placens, facillē in saxum
obrigescit. Addidit senex: Memor esto quia te oportet
Deo ad Judicium occurrere.

B En geminam & optimam præceptionem. Prima est:
Increpa, argue, judica teipsum, aliis benignus, tibi rigi-
dus. Altera: Hoc secretum singulare Judicium assidue
cogita. Omnipotentis & omnia inspicientis Judicium
non effugies.

Duę præ-
ceptiones
ad Deum
timēdum.

CAPVT X.

*Quę potissimum Iudicium istud mitigent; sen,
Quinam in ratione reddendā imitandi.*

EXpēctentiā docemur verissimē dictum ab Annæo Epist. 6.
Philosopho: *Homines amplius oculis quā auribus cre-
dunt, quia longam iter est per præcepta, breve & efficax per
exempla.* Multę leges, morosa res; exemplo instruere, ex-
peditum magisterium. Mōi Deus prolixum opus fa-
ciendum imperavit. Siquidem tot vasa, tam variis ge-
neris, tot cortinas, tot candelabri partes, tot annulos, tot
regumenta & velamina, tot alia utensilia fabricari di-
cavit, ut humana memoria queri potuerit ac dicere:
Quis infinita hæc præcepta retineat? Ergo iter brevius
ingrediamur. Ergo mi Moles, *Inspice, & sic secundam
exemplar, quod tibi in monte monstratum est.* Sic erantem
aliquis in viā expeditissimē docet, si dicat: En præeun-
tes istos: tu eos sequere, non errabis.

Omnes quotquot vivimus, in viā sumus ad Judi-
cium: vitę profusę varię, quędam malę & avię, quędam
ancipites, alię erroribus implicite, quędam inexplica-
biles, & ad interitum rectissimę. At scimus tot centena
millia hominum ante nos, ad hoc idem ipsum Judicium
profectos. Hęc consultissimum, eos omnino sequi qui
viam bonam rectamque cæteris exactius tenuerunt. De
quō nunc plura.

Via ad ju-
dicium va-
rie.

§. I.

EX omni numero qui priscā sanctitate claruerunt,
duo solum sidera quę viam nobis ad Judicium si-
gnant, contemplemur. Hussus princeps Jobus, & Rex
Hierosolymanus David divini tribunalis observanti sinui
fuerunt. De seipso Jobus: *Semper enim, quasi tu-
mentes super me fluctus cinui Deum, & pondus ejus ferre non
potui. Quid enim faciam cum surrexerit ad judicandum Deus?
& cum quaesierit, quid respondebo illi?* Significantissimē &
incredibili artificio expressit suum, quem gereret, Judi-
cii metum. Quali tumentes, ait, super me fluctus Judi-
cem meum formido.

Cum rapax flumen insolenter auctum jam ruptis ag-
geribus, aut in vicinam planitiem excurrit, aut præcep-
s per fixa ruir: aut aquarum montem in domum invēhit,

Job c. 31. v. 23. & 14. Jobus op-
timus judi-
cii cōtem-
plator;

viator qui obvius tendit, ineluctabilem moriendi necessitatem in oculis habet. Viam relegat? cursu superabitur à flumine, & dum fugiet, comprehendetur. Hæc illac declinet? Ubique & undique aqua. Contra flumen car? præsentissima mors. Locus effugii nullus. Sic angoribus pænè ante mortem exanimatur. Eadem est ratio, cum aut subitus sæber & procellosa tēpestas, aut cataracta viatorum mediis campis deprehendunt, aut cum in mari decumani fluctus in navim se infundunt. Nusquam hîc effugium; mors proxima est. Ita Jobus: Divini tribunalis horror, inquit, velut ingens aquarum mons contra me in caput meum devolvitur, quâcunque fugero, non effugiam; quidquid adversus aqua impetum obmolitus fuerô heu non effugiam: nihil auxilii, nihil spei, nihil consilii superest, non effugiam iudicium. Dei tribunal ineluctabile. Scio me Deo iudicium sistendum, scio. Censorios Dei oculos & iudicium subiturus sum, scio. Sed heu nescio, quid iudicanti sim responsurus. Interea tamen tantò mitiorem sibi promittebat iudicem, quanto ipse in pauperes benignior fuisset & liberalior. Nam protinus adiungit: *Si negavi, quod volebant, pauperibus, & oculos vidua expectare feci. Si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea.*

Judicem sibi mitiorem promittebat, quia benignior in pauperes fuisset. Ibid. v. 16. & seqq.

Psal. 17. v. 23. Psal. 17. v. 10. Psal. 118. v. 52. & v. 75. & v. 120.

Hæc assidua imminentiis iudicii meditatio, & in egenos tanta liberalitas utique iudicem valde mitigarunt. Hebræus rex David, iudiciū divinum non minùs formidans, imò in his ipsi cogitationibus assiduus: *Omnia, inquit, iudicia ejus in conspectu meo. Iudicia Domini vera iustificata in semetipsa. Memor sui iudiciorū tuorū à saculo Domine. Cognovi Domine quia equitas iudicia tua. Confige timore tuo carnes meas: à iudiciis enim tuis timui.* Atque hinc David post primum lapsū cautissimus, vir secundūm voluntatem Dei. Jugis divini iudicii memoria & metus ad illud sanctitatis culmen hunc regem evexerunt.

S. II.

IN lege novâ plurimi quamvis amicissimi Deo, ad divinum iudicium subeundum non perfuntoriè se pararunt. Hos indistinctè referemus.

Sanctorum variâ ad iudicium preparatione: S. Francisci.

Psal. 141. v. 1. & 8.

Franciscus Assisias etsi ad intimam cum Deo familiaritatem pervenerit, quo tamen purior ante suum iudicem staret, nudus nudâ humo mori voluit, ut quâ liceret, ipsius iudicis in cruce expirantis imitaretur exemplum. Idem beati Joannis Evangelium de Christo patiente sibi prælegi iussit. Dein ubi suis patientiam, paupertatem, obedientiam commendasset, psalmum centesimum quadragesimum primum recitare orsus est: *Voce meâ ad Dominum clamavi, voce meâ ad Dominum deprecatus sum. Effundo in conspectu ejus orationem meam & tribulationem meam ante ipsum pronuntio, &c. Educ de custodia animam meam ad consistendum nomini tuo: me expectant justi donec retribuas mihi.* Sub hæc verba in sui iudicis paternas manus se collocavit.

Ludovici regis Galliarum,

Psal. 5. v. 8. & 9.

Ludovicus IX. rex Galliarum anno Christiano millesimo ducentesimo septuagesimo, letali morbo correptus insitit ardenter hunc in modum precari: *Fac nos Domine prospera mundi despiciere, & nulla ejus adversa formidare. Cùmque sacerdos sacrum viaticum porrecturus ex more quæreret: Num Christum Dominum præsentem crederet? Cui rex: Credo, inquit, idque tam certâ fide, ac si eum ante me cernerè eâ formâ quâ cælum ascendit. Sub luctam ultimam dixit: Ego autem in multitudine misericordiae tuæ introibo in domū tuam, adorabo ad templum sanctum tuum, in timore tuo, Domine, deduc me in iustitiâ tuâ.* Ita feliciter ad iudicem suum migravit. En, Christiane, fac secundūm exemplar, quod tibi monstratum est, in hominū pauperrimo & regū potentissimo.

Refert Stobæus interrogatum Arimnestum, quid in vitâ homini porissimum expediret? Bene mori, ait. Nil profectò exoptatus, quàm ad tribunal illud non impa-

ratum evocari, & brevi hoc transitu migrare in cælum. Arnulphus nobilis Flander à Bernardo Clarevalle-
si ad vitam religiosam non sine miraculo ductus, cum religio-
sub exitum vitæ, colico dolore infestaretur, jam Sacramentis munitus subito exclamavit: *Vera sunt omnia, Domine Jesu, vera sunt, quæ dixisti. Erant, qui putarent eum vi morbi delirare linguâ, & aliena loqui. At ille repetens eadem confirmabat verissimè à Christo promissum? Nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter Evangelium: qui non accipiet centies tantum nunc in tempore hoc, & in saculo futuro, vitam æternam. Nec illud esse poterit irritum promissum: Qui vixerit, non ledetur à morte secundâ. Vincenti dabo manna absconditum.*

Arnulphi religio. Mar. c. 10. v. 29. & 30. Apoc. c. 1. v. 11. & 17.

S. III.

FVerunt, sed admodum pauci, qui profecturi ad iudicium, suaviter subridere, bono conscientia testimonio freti.

Priscus scriptor Gregorius Turonensis refert in beata Radegundis cœnobio Virginem, cui Discipula nomen, beati Salvii Albigenis Episcopi neprem singulari hac felicitate obiisse. Cùm in morbo cubaret, jamque ultimus & fatalis dies adesset, ægra velut revalescens suarum familiæ sororibus dixit: *allevatum corpus sentio & à doloribus liberum. Ite meæ sorores, & sollicitudini vestra sparium date respirandi & ego quoque paullulum quiescam. Abjערunt ergo in ægrotantis gratiam. Paullò post ad ægram revirescentes viderunt eam passis in cælum brachiis, hæc velut solam proloqui: *Benedic mihi sancte, ac famule Dei excelsi. Ecce jam tertio fatigaris hodie mei causâ. Cùmque interrogaret quæ lectulo adstabant, ad quem hæc verba diceret? Nec verbulo respondit. Post breve temporis intervallum & loqui, & ridere cœpit. Ita spe mirissimæ sententiæ læta transit ad iudicium. Exanime corpus pro more lotum tam niveo candore prænituit, ut antistita nullum reperire linteam poterit, quod cadaveris candorem insolitum æquaret.**

Greg. Turon. l. 6. hist. Franc. c. 29. vs. additi.

Cameracensis proepiscopus rem testatissimum recensens. Vidi, ait, matronam nobilem, quæ brevè post initum conjugium omnes voluptatum illecebras extreme cœpit odisse, fastidians quidquid vanitatem aut petulantiam olebat. Nec verò unquam ridere visa est, nisi modestè & inter optimæ notæ homines. Domi velut ancillarum infima, vili habitu serviebat. Nec egre tulit maritus hanc suæ conjugis insolentem sanctimoniam. Non diu sanitas stetit tam piæ feminæ. Morbo letali occupata, jamque morti proxima sine voce acufu sensuum diu jacuit, diductis tandem oculis & cælo sublatis in lætissimum risum erupit, nil ulterius locuta. Ita feliciter, & ridendo adiit Tribunal. Amœna ridentis facies etiam in cadavere remansit. Idem Auctor: *Hos ipsum, inquit, ego meis oculis unâ cum sacerdote spectavi, in pauperculæ mulieris tugurio. Hic innocens puerulus cùm animam ageret, primò quidem visus est angri & torqueri, dein subito apertis oculis cælum suspiciens, vultu, totòque corpore gestiebat risu tam valido concussus, ut extra domum audiri poterit. Nec dubitamus, inquit, qui hæc vidimus, quin singulari angelorum occurfu, exhilaratus sit. Nil conscire sibi, beatitudinis principium.*

Thom. Campan. l. 2. mirac. c. 30. v. 8.

Adjungit scriptor: *In morte quosdam & risisse & cecinisse compertum est, dum scilicet futuras delicias occulto sensu prælibarent. Ex horum numero quidam in divi Dominici familiâ Brugis fuit; vir doctus & sanctus. Qui graviter decumbens, quando erat mori vicinior, tantò visus est esse lætior. Hunc sociorum unus non sine lacrymis rogavit, si quid solatii singularis à Deo acciperet, ne se celaret. Cui moribundus: Jam, inquit,*

Idem loco quem supra laudabimus. De pluribus qui sub mortem riserunt. Cæsar. l. 7. c. 53. & 54.

quit, accipi, nam Dominum Jesum, judicem meum brevi adfuturum spero. Et ego, ait alter, per hunc ipsum te rogo, ut si quod speras, videris, manu saltem nutuque des signum. Faciam, inquit, æger, siquidem Dominus id permisit. Ab hoc die tertiâ ingravescente jam morbo domesticus accurrunt, & lectulo affluis spiritum migraturum Judici commendant. Dum precantur, en moribundus leniter attollit manum, & loquentem digirum in certum locum intendit, & voce quamvis debili ac fractâ canere conatur: *In Galilæa Jesum videbimus, sicut dixit nobis, Alleluia.* Dixit & ad Judicem lætus migravit.

Job c. 8. v. 20. & 21.
De his talibus licebit illud Jobi affirmare: *Deus non proieciet simplicem, nec porriget manum malignis. Donec impleatur risu os tuum, & labia tua júbilo. Os justorum, inquit Gregorius, tunc risu replebitur, cum eorum corda finis peregrinationum fetibus, æterna lætitiæ exultatione saturabuntur.* De hoc risu Salomon & Siracides dixerunt: **B**

Prov. 6. 31. v. 25. Eccl. c. 1. v. 13. & 19.
Ridebit in die novissimo. Timenti Dominum bene erit in extremis, & die defunctionis suæ benedicetur. Et hoc ipsum repetens: *Timenti Dominum, inquit, bene erit, & in diebus consummationis illius benedicetur.*

Hujus sub mortem lætitiæ umbram aliquam vix unus alterve inter idololatras expressit. Theramenes Atheniensis in publicâ custodiâ coactus mori, porrectam veneni potionem non dubitanter hausit. Quodque ex eâ superfuerat, jocabundus illisum humo, elarum edere sonum coëgit. Reddensque servo publico, qui eam tradiderat: Critiæ, inquit, propino. Vide igitur ut hoc poculum ad eum continuò perferas. Erat Critiæ ex triginta tyrannis crudelissimus. Profectò, inquit Valerius, supplicio est se liberare, tam facile supplicio perpeti. Itaque Theramenes perinde ac in domestico lectulo moriens, vitâ excessit. Inimicorum astimatione punitus, suo judicio finitus.

Valer. l. 3. c. 2.

Plato monachorum in Olympiis abbas post plurima certamina obiit anno 812. die 4. April. de quo Cas. Baron. to. 9. Annalium.
Longè sanctius Plato monachus, vir omni virtutum laude ornatissimus, qui & carceres, & exilium pro Christo ferre didicit. Plurimis demum laboribus & senio fractus, non sine gaudio sepulchrum suum contemplantus est, egitque Deo gratias, quod servulum indignum ad illud avi, & ad hunc portum perduxisset. Ita mortem sereno ac hilari vultu tanquam laborum omnium metam & æternæ lætitiæ principium salutavit. Nec tamen eorum quidquam omisit, quæ hominem paullo post Judici sistendum facere deceret. Quia verò Christum Dominum, non tam ut Judicem rigidum, quam ut patrem amantissimum jam eminus conspiciebat, hoc sibi cæmen funebre modulatus est: *Resurgentur mortui, & exsurgent qui sunt in monumentis, & latibuntur qui sunt in terra.* Cum istud & ipse caneret, & alios, ut sibi vocem præeunti accinerent, hortaretur, dextrorsum caput submittens pacatissimus Christo Judici se commisit.

Lib. de disciplina Christianâ c. 12.

Quam præclare ac verè dixit Augustinus; *Noli timere: non potest malè mori, qui bene vixit.* Quòd vita delicatior & solutior, eò mors plerumque formidolosior & tristior. Quòd austerior vita vel afflictior, hoc ferè mors securior ac lætior est.

§ IV.

Libro 11. n. 52. apud Resurreid. p. 612.
PElagius Græcus interpres refert senem religiosissimum in Scythi morbo fatali & ultimo constitatum. Cùmque non pauci lectulum morientis cingent, & optimi patris imminente obitu desererent, senex oculos insolito modo circumvolvens semel iterumque risit. Mirabantur qui adstant, atque etiam quærebant, cur stentibus ceteris solus rideret? His moribundus triplicem assignans causam: Ego, inquit, risi, quia vos timetis mortem omnibus communem, nemini non subeundam. Deinde risi, quia cum mortem timeatis, nihilominus vos parum sollicitè paratis ad mortem. Risi tertium, quandoquidem vos plorare cerno,

Tom. I.

A quos lætari conveniret, cum ego tunc à laboribus transiream ad requiem. Hæc ubi dixit oculos clausit, & abiit ad Judicium. *Mala mors, inquit Augustinus, putanda non est, quam bona vitâ præcesserit.* **Lib. de Civitate Dei. l. 11.**

Quod quidem in Urfino presbytero videre est. Hic beato Gregorio teste; post quadragesimum sacerdotii annum ad vitæ finem pervenit. Jamque proximus divino Tribunali, subitò admirabili cum lætitiâ proclamavit: Bene veniant domini mei bene veniant. Et unde hoc mihi, ut ad servulum infimum dignentur revirescere? Gratiâ ago, maximas ago gratias. Jamque venio, venio; en adsum. Cùmque hoc sapius ingeniarer, familiares, qui circumsteterant, quæsierunt, quibus hoc diceret? At ille; Nunquid, ait, beatos Apostolos Petrum & Paulum non cernitis? Ad quos denuò conversus; Ecce venio, dicebat, ecce venio. Inter quæ verba felicissimo comitatu hoc stipatus, ad audiendum Judicem pervenit.

Addit Gregorius hæc ipsa verba; Plerumque contingit justis, ut in morte suâ sanctorum præcedentium visionem aspiciant, ne ipsam mortis suæ pœnalem sententiam pertimescant, sed dum eorum menti supernorum civium societas ostenditur, à carnis suæ copula sine doloris, & formidinis fatigatione solvantur.

Christus Dominus de isthoc ad Tribunal transit **Luc. c. 16. v. 9.** *Christi de transitu ad tribunal amici Judicis, ut mitem nobis sententiam exorent. Quâ monita verò ratione commodissimè id fiat, Trisnegistus meus Lib. 2. c. 6. docebit.* In magnam profectò fiduciam reum jam judicandum erigent hi Judicis amici, si nobis eos maturis obsequiis conciliaverimus.

Imò ipse Judex pronissimus est suis Judicii merum ac horrorem imminuere. Idcirco moribundis compluribus sese spectabilem exhibuit, antequam eos in secretum examinis conclave duceret; Perinde si dixisset; Ego, mi moribunde, frater tuus & servator tuus sum, quamvis & Judex tuus, officio mihi à Patre demandato. Non est quod nimium formides. Metuant & contremiscant hostes mei, Tu hæctenus in amicorum, imò & fratrum meorum numero eras.

Nam in tribus maximè tuam mihi fidem probasti. Singularem in adversis patientiam conservasti. Deinde neminem judicasti; Sciebas enim hoc mei esse muneris, & soli mihi jus gladii concessum. Denique voluntatem tuam in rebus omnibus ad voluntatem meam confirmasti; id saltem facere conatus es. Euge serve bone, Euge fidelis amice ac frater. Nunc quidem mortalitatis lege ad Tribunal meum evocaris. Sed animum erige, & mihi fide, non tam Judicem invenies, quam Patrem.

Ita Christus Antonino Patavino in hymnum erumpenti, ita Thrasilla Gregorii Pontificis amicitia, ita compluribus aliis sub mortem visus est.

Anno millesimo octogesimo octavo Berengarius annorum prope nonaginta præfracti ingenii, & in Eucharistiæ mysterium singulariter contumax post tot libros contra ipsum scriptos, post tot congressus cum eruditissimos institutos, post tot Concilia adversus eum coacta, demum ipso die Epiphaniæ Domini jam morti ac Judicio proximus, contumaciâ cedens & ad confessionem erroris adductus, non sine gemitu hæc verba pronuntiavit: *Hodie apparebit mihi Dominus meus Iesus Christus, propter penitentiam, ut spero, ad gloriam; vel propter alios à me seductos, ut timeo, ad penam.* **Cesar Baron. ad dictum annum 1088.**

Observe Lector, ante Judicium errores revocandos, famam reddendam, ablata restituenda.

Sed priore lætior in jus divinum adiit Thirensis episcopus Felix, qui capite plectendus, cum jam duceretur, altâ voce sic precatus est: Domine Jesu, gratias tibi ago,

bi ago, quod ad annum quinquagesimum sextum a-
tate pervenerim. Jamque quatuor sunt, quæ me pluri-
mum solentur; Veritatem prædicavi, sacros codices nõ
tradidi, virginitatem servavi, & nunc propter te cervi-
cem securi præbeo. Justitiam ante judicium parat, cui
cure & cordi est, Veritatem amare, divini verbi con-
ciones frequentare, sui status pudicitiam tueri, mortem
æquo & prompto animo tolerare. Huic tali homini
Isaas optime precatus: *Veniat pax, inquit, requiescat in
cubili suo, qui ambulavit in directione sua.* Huic homini
bene erit in extremis; hic ridebit in die novissimo, di-
ceturque cum beato Ambrosio: *Mori non timeo, quia bonum
Dominum habemus.*

Isa. c. 57.
v. 2.

Lib. 4. dist.
c. 47.

Beatu s Gregorius rem sibi compertissimam enar-
rans: Nonnunquam, ait, omnipotens Deus trepi-
dantium mentes quibusdam prius revelationibus robo-
rat, ut in morte minime pertimescant. Cur autem Deus
quibusdam sanctissimis viris horrorem judicii non ad-
emerit, ex eodem scriptore suo loco docebimus. Porro
sic loquitur Gregorius: *Quidam mecum in monaste-
rio vivebat Antonius nomine, qui quotidianis suspiriis
ac lacrymis ac cælestis patriæ voluptates anhelabat. So-
lebat autem studiosissime divini eloquii verba medita-
ri, non hauriendæ inde scientiæ, sed eliciendis lacrymis
& animo ad cælestia erigendo. Hoc enim agebat ut ubi
mens ejuscemodi meditationibus incaluisse, tantò
promptius iis, quæ fluxa sunt, excussis, ad beatam illam
patriam evolaret. Dum sacris his studiis inhæret, visus
est sibi secundum quietem has audire voces: Paratus
esto, migrabis brevi. At ille simplici candore: Non est,
inquit, mihi viaticum ad hoc iter. Cui protinus respon-
sum est. Siquidem de peccatis agitur: veniam iis dat
Deus. Audit hæc, nec tamen in metu esse desit. Eadem
ergo vox sequenti etiã nocte ad aures allapsa mentrem
ad subeundum judicium incredibiliter roboravit. Quin-
to ab hoc die, jam multò quam antea fidentiore animo
ad Judicem, uti erat monitus, migravit.*

Quemadmodum indolem equi ex capite, auribus,
& ore nostri equifones censent & æstimant, ita judicii
hujus ac sententiæ bonus aut malus exitus ab antea cõtã
vitã pendens. Constant virtutis studium, mite sequi-
tur judicium; Piam vitam, grata sententia; si religio-
sus fuit animus, Judex erit benignus.

In ejus rei testimonium Hieronymus Platus, quæ
ipse inter religiosos viros vidit & audivit commemo-
rans. Fuit unus aliquis, ait, cui cum denuntiatum esset,
instare discessum, ingenti gaudio elatus, ter illum qui
hoc denunciabat, arctè complexus est. Alter cum idem
audisset, se scilicet ad Christum Judicem vocari, quid-
quid infimæ vocalæ, ac pænè jam consumptæ habuit, id
totum collegit, & cum maximã lætitiæ significatione or-
sus est hymnum dicere, *Te Deum laudamus.* Alium etiam
scimus, inquit, fugiente jam animã, inflexã in cantum
voce versiculum è Psalmis recitasse: *Letatus in iis quæ di-
cta sunt mihi, in domum Domini ibimus;* & in ipso versu
expirasse. Addit:

Psal. 121.
v. 1.

Platus de bo-
no status Re-
lig. l. 2. c. 31.
fine.

Guilielmus Elsinthionius, gente & patriã Scotus,
sanguine, ingenio, virtute nobilis, pænè adolescens in
Societatis familiam admittus est. Hic nondum exacto
mense integro in letalem febrem incidit. In eo morbo
ita se gessit ut incredibilem semper alacritatem & ver-
bis, & vultu, ipsiisque factis præ se ferret, nec fatiari
posset agendis Deo gratis quòd eo loci moreretur. Ex-
tremo ferme spiritu, cum in cubiculum confertim in-
troeuntes videret, in hanc ipsam vocem erupit: *O mor-
tem, inquit, gloriosam tot Angelorum agminibus stipa-
tam! Quin etiam ingenti lætitiã perfructus. Non videris,
inquit, non videris Angelos? simulque suum tutelarem
Angelum compellans, aliquamdiu cum illo ita locutus*

A est, perinde si cum oculis intueretur. Ab hoc significa-
tum sibi, ajebat, mirissimum fore judicium. Querente
autem nescio quo, quã formã is Angelus tutelaris foret,
adolescens quemdam, qui tum aderat, indicavit, cui
similem censeret. Eã mox dulcedine morientis spiritus
perfundebatur, ut ipsum etiam corpus, quantumvis
morbo & morte vicinã fractum insolitis motibus super
lectulo velut exiliens ac gestiens ageretur, non sine
admiratione omnium, qui simile quid vidisse non me-
minerant. Subinde hic idem moribundus adolescens
oculos post cervical reflectens ostendebat se aliquid ibi
spectare, quo majorem in modum oblectaretur. Inter
quæ gaudia repente consistens, tanquam iustus Judici
jam locuturo attendere. Ita placidissime sopitus ad
Tribunal transit.

Rectè arbitror, ejuscemodi mortem, diem Pascha-
ris, hoc est, transitu vocemus, quo ad immortalitatem
transit animus, suo tempore laboris sui socium in gau-
diorum societatem adsciturus.

§. VI.

Anno Christiano millesimo sexagesimo quinto Caspar Bar-
anno 1065,
& eodem
Spondanus
n. 4.
Ferdinand
Magni reg-
is Castell-
lae pia
mors.
Ferdinandus Magnus Rex Castellæ & Legionis
virtute militari, & victoriis insignis, ipso die natalis
Christi, morbo tentari cœpit in templo: postmodò re-
gio prorsus cultu ornatus, & aureã coronã redimitus
ad templum præsulibus comitibus deferri voluit. Hic
æger se purpurã, omniq; regio cultu euens, & è capi-
te gemmatum diadema detrahens omnia simul in arã
reponi iussit, ut ita quæ à Deo accepisset, Deo resti-
tueret. Post hæc lacrymis infusus templi pavimento se
asternens, veniam noxarum supplex petiit. Ubi pœni-
tentia modum Episcopi statuisset, cilicio indutus, &
cinere aspersus, die tertiã in eodẽ templo sanctè obiens
suo se stitit Judici, postquam annis quadraginta, men-
se uno, diebus undecim imperasset. Huic regi etiam
num incolumi diem obitus divus Isidorus prædixit.

Et ecce de his omnibus beati Pauli verissimum vati-
cinium: *Quorum finis erit secundum opera ipsorum.* Non 2. Cor. c. 11.
potest malè mori, qui bene vixerit. In testem, alium
v. 15.
produco regem.

Anno Christiano millesimo centesimo trigésimo sex-
to Ludovicus Crassus Rex Galliarum, cum annis tri-
ginta regno præfuisset, anno ætatis sexagesimo, ad im-
pendens judicium ita se comparavit, ut post largissi-
mam in pauperes & templa distributam stipem, exo-
mologesin sæpius iterarit, professionem fidei ediderit,
Eucharistiam in viaticum sumperit. Quibus omnibus
peractis, humi tapetem sterni, eumque in crucis for-
mam cinere perspergi, & in eo se collocari voluit. Hoc
habitu, hac animi corporisque præparatione suum Ju-
dicem operiri voluit.

Satis abundè nos docent hæc hominum fastigia, tan-
ti Principes, quã præparatione, quã reverentiã summus
Judex sit adeundus, qui, ut Isaïas loquitur, ponit in pon-
dere judicium, & justitiam in mensurã. Et quis Regum aut
Cesarum dicit ei: *Indica mihi cur me ita judices?*

Verùm ut habeat uterque sexus, quibus cupiat per
imitationem assimilari, quã ratione feminae ad subeun-
dum judicium se parant, pauca subjungimus.

Beata Paula, Romana, nobilissima matrona, quæ Hieron. 10.
Hieronymum habuit panegyristen, jam morti ac judi-
cio proxima, illud è Psalmis recitabat: *Domine, dile-
xi decorem domus tuae. Quam dilecta tabernacula tua Do-
mine, concupiscit & desicit anima mea in atria Domini.* & Ps. 83.
Cumque interrogaretur à Hieronymo, cur taceret,
an aliquid doleret? Græco sermone respondit: Ni-
hil se habere molestiæ; quæta omnia sentire. Post ob-
mutuit, & clausis oculis, quasi jam mortalia despiceret,
illos eosdem versiculos reperit, sed voce tam gracili ac
tenui, ut à circumstantibus vix audiri posset, digritum-
que.

Isa. c. 28.
v. 17.
Job c. 10.
v. 2.

Hieron. 10.
I. ep. 27.
circa finem
mibi p. 81.
p. 25. v. 8.
& Ps. 83.
v. 1.

que ori admovens, crucis signum pingebat in labiis. Jamque spiritus deficiebat & anhelabat in mortem, animamque erumpere, ac suo sese Judici committere gestiebat.

O felix iter ad hoc tribunal, quod tantò securius, quantò promptius, & avidius suscipitur.

Elisabetha Ungari regis filia die mortis suæ prædixit,

Et ex asse judicem Christum hæredem in pauperibus scripsit.

B. Melchitidis agonizantis pia suspensio.

Elisabetha illa Ungari Regis filia, illa omnium egenorum mater laudatissima, diei mortis præcivit & prædixit. Ultimis diebus præter virum religiosum, cui conscientiam commiserat, & domesticas ancillas neminem admisit, ejusque rei rationem significanti adjungens. Ad tribunal judicis, ajebat, dicenda est causa, absint curæ mortales. Quo autem causam suam redderet meliorem, ipsum judicem ex asse hæredem in pauperibus scripsit; unicum eamque vilem vestem sibi tegendam recinuit. Ita sacris omnibus expiata ad vadium venit. Anno 1231. Vide P. Matthæum Raderum tomo 1. *Bavariæ sanctæ in fine vite S. Elisabethæ.*

Non multum ab simili pietate beata Melchitidis audiendam Judicis sententiam se disposuit. Nam cum ei anima jam pænè in extremis labris hæreret, nihilominus illud majori sensu quam voce identidem repetebat: Jesu bone, bone Jesu. Quibus verbis, quò aspiraret, factis significabat.

Jobe. 5. v. 19. & seqq.

Tam bonæ mentis hominem Jobus consolatione permulcens: *In sex tribulationibus a, inquit, liberabit te. & in septima b non tanget te malum. In vastitate & fame ridebis: & bestias terræ c non formidabis. Et scies quòd pacem d habeat tabernaculum tuum. Ingredieris in abundantia e sepulchrum, sicut inferitur cervus tritici in tempore suo.*

Lit. 6. moral. c. 15. in. & c. 16. ante med.

Quæ præclare Gregorius exponens: Nos, inquit, in sex tribulationibus Dominus liberat, ne nos in septimâ malum tangat: quia per paternæ pietatis eruditionem, præsentis vite labore nos atterit, sed in adventu Judicis a verberat abscondit, ut tandè tunc ad salutem certiores exhibeat, quantò nunc nos flagella durius secant. Callidus autem ad versarius, bestia terra dicitur, quia ad rapiendas mortis tempore peccatorum animas violentiâ crudelitatis efferatur: Quos enim viventes blandiens decipit, morientes rapiat. Illi igitur terra bestiam morientes timent, qui Conditoris sui potentiam viventes non timent. At viri sancti quia divina se formidini medullitus subdant, omne in adversarii adventu pondus timoris abjiciunt. Viventes timent Judicem, ne morientes metuant accusatorem. Quisquis igitur hostem modò blandientem non sequeris, cum in morte sevientem non timebis.

Diabolus viventes blandiens decipit, morientes sevendo rapit.

a Per miserias hujus vite, que veluti sex hebdomadæ dies continet. b Judicii arcani. c Diabolos. d Vbi pax conscientia, ibi omnia bona. e Suo nimirum tempore, non demersus in herba, non concultus ante spicem & gramum, ut inauspicata aut damnata seges, sed ut triticum jam maturum & plenum, quod tempore suo conditur in horreum.

§. VII.

Tom. Nider Th. D. I. 2. de formicis c. 2. seu tit.

Theologus & Ecclesiastes è divi Dominici familiaria rem testatissimam narrans: Norimbergæ, inquit, Virgo fuit religiosissima, à fortunis quidem egena, sed dives virtutibus: victu ac vestitu vili sed pudicitia & castitate singulari, & iis moribus, quibus nemo jure potuisset obtrectare. Unum deerat, ut nihil ex omni parte beatè, assiduis conscientia stimulis malè accipiebatur, hinc ad omnia trepidabat, in omnibus timida & anxia: & quod miserum, post omnem sui accusationem vix unquam sibi satisfacerebat, nescio quid latentium adhuc nævorum suspicabat. Imò quod ejusmodi homines ferè solent, pleraque errata, noxas letales interpretabatur. Sic animo semper egro ac faucio quietem nullam capiebat.

Miserum certè vivendi genus, sed non adedò periculosum, nam tales vix unquam gravius delinquant. Solà laborant partim ignorantia, partim dissidentia: procul ab his nequitia est. Adedò autem virginem il-

Tom. I.

A lam hic conscientia pavore viribus extenuaverat, ut macies corpus exederet, animum sollicitudo. Nec sine causa illi à delirio aut insanâ metuebatur. Illud tamen boni restabat: iis quibus conscientiam commiserat non erat refractaria; obediebat utcumque, sed tristis & pusillanimis. Ita morbus eam lecto deiciebat, vitæ finis, & Christi tribunal imminerebat. Hic subita mutatio deprehensa. Nam contra spem omnium, triduo ante mortem adeo timor omnibus & pusillanimitas eam infestare desit, ut conscientia illius jam tranquilla & serena nihil fluctuantis æstus retinuerit. Interrogabatur moribunda, an nihil amplius conscientia obruteret? Nihil, ajebat, jam Domino Jesu, cujus sanguine lota sum, plenissimè fido. Ita sacris omnibus curata mundo placidissimè excessit, & vadimonium suum obiit.

a Notem hoc obsecro, homines tot scrupulorū, superstitio-nim, terroris, sollicitudinum aculeis confixi: Notem hoc.

B Novi, ait, matronam nobilem & opulentam, Catharina de Wæsthausen audiebat. Hæc conjuge Argentinensi mortuo, in Virginium religiosam familiam transfuit. Nihil huic femina virtutis consuebat deesse; nisi quòd perpetuâ conscientia trepidatione laboraret, & tuta omnia timeret. Interim tamen prudentum virorum judicio se submittebat. Illud solum timebatur, ne ubi vita ad mortem & judicium declinaret, angores nimium aucti conscientiam mole suâ obruerent. Sed contra profusus evenit: Nam Catharina divino Tribunali jam propinqua omnem laborantis conscientia pavorem in lætitiâ mutatum sentiens: Noctis, ajebat, quantos pavores, egritudines, ac fluctus conscientia passa sim. Nunc optimus Deus quietem dedit ab omni angore ac morsu tot sollicitudinum. Divinæ Voluntati penitus acquiesco. Conditoris mei gratia me totam committo: Fido Deo. Jamque sacro viatico instructa, fiducia plena in manus Judicis animâ efflavit.

C Vociferatur olim perversus Balaam, & ardentè optans: *Moriatur, inquit, anima mea morte justorum, & sicut novissima mea horum similia.* Frustra, mi Balaam, frustra hæc optas, infecundum & inane hoc votum est. Tu potius, si seridè agis, vociferare ac opta: *Vivat anima mea vitâ justorum, & fiat initium ac progressus meus horum similis.* Vis mori cum justis? cum justis & vive. Non moritur Romæ, qui Romæ non vixerit. Si Bernardo credimus, arcanum illud judicium nec mori felicitatis adit quam peregrinus, mortuus, crucifixus. Explicamus hæc paucis.

Num. c. 23. v. 10.

Moriuntur læti triplicis generis homines. 1. Peregrinus.

* Peregrinus viâ regiâ incedit, non hæc aut illac otiosè declinat; si fortè jurgantes viderit, non attendit, si choros agitantes, transit, quia peregrinus est, nec ad se ista spectare censet. Ad viâ terminum, ad patriam suspirat, eò properat, victum ac vestitum viliorum curat, nec aliis vult onerari. Huic in votis est mori. Dum in corpore peregrinamur à Domino.

2. Cor. c. 5. v. 6.

Sed peregrino melior est Mortuus, qui possit dicere: *Vivo ego, jam non ego, vivit verò in me Christus.* Ad cetera omnia sum mortuus, hæc non sentio, ista non attingo, illa non curo: Itæque verò sunt Christi, hæc me vivum inveniunt & paratum. Hic non mori solum optat, sed jam mortuus est, nec aliud curat, quam dignè coram judice apparere. Ita mortuus optimâ ad judicium viâ graditur.

Sed hacipsâ melior est ea quâ crucifixus ad judicem Crucifixum tendit. Hic de cruce vociferatur cum Paulo: *Mihi abstergere gloriam, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Non solum mortuus, sed & crucifixus sum mundo, ego illi, & ipse mihi. Omnia quæ mundus amat, mihi crux sunt; laudes, divitiæ, voluptates, honores, & quidquid mundo pretiosum est, mihi lutum est; quæ mundus, ut lutum, calcet, hæc ego amplector: oculos pronissimo affectu, imò verò & glorior in cruce Domini, jucundum

3. Crucifixus. Galat. c. 6. v. 14.

dum est mihi pro Christo pati; malo jam crucifigi, A
quàm angelorum choris inferi. *Quoniam propter te, Domine, mortificamur totà die.*

Num ille primo & secundo non superior est? Nam peregrinus subinde minis memor patriæ, curiosiore aspectu aut colloquio retardatur, ut tardius aut penitus non perveniat, quò destinatum ducebat iter: Mortuus nec blanda curat, nec aspera; neutris moveri se sinit, quia neutrà sentit. At verò crucifixus, mundi blandimenta odit ac rejicit; injurias omnes & quidquid asperi ac duri sentit, hilariter excipit, constanter tolerat; crucifixo Domino quàm simillimum fieri, primum honorem reputat; pro Christo, cum Christo crucifigi inter beneficia numerat. Hic vir, hic est qui lætus & fiducia plenissimus ad Judicium velut ad triumphum properat. *Pensamus singuli, ait Bernardus, in quo quisque gradu sit positus, & studeamus proficere de die in diem. Ad Judicium nemo securius festinat, quàm qui quotidie, quavis horâ ad illud se præparat.* B

Serm. 7. de
Quadrages.
mibi p. 113.

LIBER II.

CAPVT I.

Theodorus, juvenis Ægyptius, Æternitatis & Judicii arcanum animo pertractat, & reddendæ rationi se parat.



Ic aliquantulum post priora tam serâ pau- semus, Lector; & animum curis tam arduis remittamus. Versiculos miscemus non eos teretes ac venustos, nec murice Venusino nitidos, sed calamo volante scriptos, & impetu potiùs effusos, quàm morosè natos. Eo autem animo hic miscentur, ut si quid priora peperissent redii abstergant, C & unâ Judicii secreti memoriam altiùs infigant.

In Æternitatis parte primâ, mentionem fecimus Theodori Juvenis Ægyptii. Hic Æternitatem animo sic combibit, ut facultatibus, patriâ, parentibus, rebusque omnibus valere jussit, se Christo servum tradiderit. Hunc ipsùm Theodorum denuo hic sistimus. Sed alia atque alia secum animo agitantem: Priùs illum Æternitas eò adiecit, ut vinculis omnibus feliciter ruptis, ad vexillum crucis expedito cursu evolare destina-verit. Nunc majora meditatur & altiora. Jam a-se-bat ipse secum, servus Christi sum, certè animo, sed non-dum beatus sum: Theodore torrens superandus restat, torrens periculosus & rapax. Moriendum est. Hanc larvam non timere pridem didici. Sed timeo graviora. Ad Judicem mors trahit, Tribunal Christi, Judicium divinum morrem excipit. Et hoc est quod membris omnibus contremisco. Mori non metuo: quid enim? D è carcere tam molesto liberari cur abnuam? At verò Judicari, & quidem à Judice omniscio, hic ille torrens est profundissimus. Ah Theodore, quomodo trajicie-mus? natando an navigando? quis monstrabit viam? quis comitabitur? Oraculum nostri: *Opera illorum sequun-tur illos.* Judicia humana frigent sapissimè; divina heu nimium & semper calent. Inter omnia mortalium negotia, nullum tam ferium est, atque de totius vitæ dictis, factis, & verò etiam cogitatis omnibus vel minimis rationem reddere, & stare reum (quis enim hic innocens?) ante Judicem vitæ mortisque Dominum. Inter homines agere & humanis sordibus non inquinari vix hominis est, sed Angeli.

Hoc cogitationum æstu Theodorus incallescens, ita sibi superis que cœpit canere:

Æternitas, Æternitas!
Æternitas amata!

Plus centies, plus millies
Æternitas beata!
Amor tuus me languidum
Versatque dividitque:
Ah! mens amore deficit,
Amore cor liquefcit!
Nam falsa mundi gaudia
Vanissimâque curas
Quis nescit esse somnia,
Merissimâque nugas?
Quid me juvabunt, maximâ
Gnavissimâque curâ
Si consequar quæ diligo
Mundi voluptuosâ?
Nihilque cures sanctiùs
Quàm torus esse Mundi,
Corpusque quovis fosculo,
Et mollius roseto
Tractavero, dum splendeat
Auròque purpurâque
Manus ebur si jaspide
Accendo vel pyropo:
Vel dente structos erigo
Eburneo capillos,
Curòque lac corallinis
Ut fluctet labellis;
Quid me juvabit Perficis
Si crescat arca gazis?
Quid proderit si gaudiis
Risitque molliore
Exæstuem? cras lugubri
Mutandâ læta casu:
Fiam licet vastissimi
Potens monarcha Mundi
Nostròsque pronò vertice
Fasces adoret Orbis.
Nostris feret de fascibus
Mors falce savâ messem.
O falsa mundi vanitas
Vale, vale perenne!
Valetè quæ caduca sunt,
Æternitas perennat.
Hanc mille votis quarito,
Suspitiisq; mille.
Nec abstrahat doloribus
Furoribusq; mille.
Non horreo vel milites,
Strictòsque pugiones;
Truces ruam per milites,
Feros ruam per hostes;
Et hostium per spicula
Stantèsque per sarissas.
Si vulneror, tum vulnus est
Amoris, haud doloris:
Nec horreo sic faucibus
Unum vel esse vulnus;
Laus pulchrior, laus amplior
Est amplior cicatrix.
Amore si me vulneret
Æternitas amata;
Plus centies, plus millies
Æternitas beata.

Dum hæc ab alto fundit pectore Theodorus, adsunt famuli Philemon & Stafimus, herilem filium quærentes, Horum alter Stafimus:

Sanè, inquit, plus paulò hodie adbibì, quippe nì hunc in lætitiâ degere diem deceat, quem Ægyptus tota habet genialem. Vivamus. Erit, cum habebimus ad huc agrè satis.

Sed cho: Scin' tu, Theodoro quid factum sit nostrò? ubique quæritur, invenitur nusquam.

Quærat

Quærat ipse se, si amisit se, certius inveniet nemo. At A
ibi inambulatur. Salvus sis, Theodorus; satini omnia rectè?
Ad quæ Theodorus:

Ut vita fert, quàm plurimis
Quæ plena stat periculis.

Mox iterum Stasimus: Quid tibi, ait, hîc soli in-
ambulatio est? Si ominor rectè, ægritudo animum
angit tuum. Ediffere, quid sit, hæc enim tua mihi
solitudo suspicionem importat non levissimam. Si à
nobis, quod in rem sit tuam, fieri quid potest, nul-
lum in utrovis tibi claudi videbis commodum. His
Theodorus.

Si cogito festissimos,
Cum gaudiis cachinnos;
Ubique qui jam personant,
Mox esse desituros:
Et cuncta mundi gaudia,
Levi perire lapsu:
Rigantur ora lacrymis,
Tristissimis procellis.

Quàm tu sollicitus nimis es, ait Philemon, qui ita
prospicis in futurum; ad deliciarum præsentiam nun-
quam me meministi flere, cum earum absentia abundè
mihi lacrymas creet. Adhæc, ab hoc tu metu otiosus es-
se potes, quàm maximè, ut qui patre natus es à fortu-
nis quàm instructissimo. Expunge, quem alis, ex ani-
mo mœrorem, dies iste inter delicias exeat nobis totus.
Athleticè, pugilicè, pancraticè, basilicè, genialiter, musi-
cè hodie vivamus. Subjunxit Theodorus:

Hîc si quis ambit gaudia;
Sales perulciores:
Desperet inter sidera,
Jocos beatores.
Non est catena risuum,
Mundique, siderumque:
Nunc quisquis est Democritus,
Tunc fiet Heraclitus.

Quæris caduca gaudia?
Æterna perdidisti.

Hem, inquit Stasimus, quasi tu solus sis, æternis qui
cupiat beari gaudiis: An non id tibi de sacris paginis in
memoria est, fructuosos illis pauperes? Hîc ergo inter
gaudia vivamus, fortunæ dum ferunt nostræ, ut depau-
perati æternis fruamur in cælo: quem enim alium tu
putas in usum providum hanc nostram omnibus amœ-
nitatibus instruxisse terram, quàm ut earum usum ha-
beamus, dum sumus in vivis?

Theodorus oculos sensim attollens, humo, hæc dixit:

O Terra, terra sordida
Auro licet beata!
Qualis mihi tu nautea
Vix ampliùs ferenda:
Si pulchra spectro sidera,
Es narium cloaca.

Tu, ait Stasimus, narium pestem eam dicere terram
ausis? quæ, ne omnia memorando prolixior sim, pellu-
cidissimis suis fluminibus aurum gemmasque nobis
suppetit affatim: pervellem sanè, ut hos tales fimos ha-
berem quàm copiosissimos, & cum opulentissimo quo-
vis rustico de divitiis certarem. Contrà Theodorus,
quod dixerat, ingeminat.

O Terra! terra sordidida,
Pigram vomens mephitim:
Si pulchra cerno sidera,
Es narium cloaca:
Gemmata jactas flumina,
Aurique profluenta:
Limosa plus, quàm gemmea,
Et sordibus repleta.
Superna cerne culmina,
Aulam beatiorem.

Hîc nulla prorsus nautea
Nec sordium cloaca;
Hîc ipsa rorat suavitas,
Fluitque mellis æquor:
Hîc thuris omnem permeat
Sabæa messis hortum.
Nec novit ullus eloqui,
Quis risus astra pingat.
Non suada disertissima,
Apollinisque lingua;
Æternitas hîc imperat,
Æternitas perennat.
Hîc celsa stant palatia,
Amœnitate plena:
CrySTALLINIS & gemmeis
Suffulta sunt columnis,
Merissimo, purissimo,
Auro serena ridet:
Gemmisque lucidissimis,
Distincta recta splendent;
Auro viæ sunt singulæ,
Gemmisque perpolitæ.
Hîc vitreos dat cespites,
Jaspis inter astra:
Et cæculo mendacio
Sapphirus hîc liquefcit.
Et virgines & Martyres
Dat Sardonyx colore:
Ardet rubore Sardius;
Smaragdus hîc virefcit.
Decerpis hîc in marmore,
Vernos Berylle flores:
Platea quævis gemmea;
Pyropus ambulatur.
Thalassicæ nil bullulæ,
Nil Adriæque vitra:
Frustra tumescunt bacculæ,
Et Indici lapilli.
Plantas beatas basiant,
Lychnisque Sardiisque;
Lapis Tiaris insidens
Pedes ibi oscularur.

Et nostra etiam hæc terra, inquit Philemon, deli-
cias habet desituras nobis nunquam; nisi nostra priùs
desinat vita: iis ergo frui nos par est, dum vita manet,
ut ubi quis vivere desierit, in cælo fruatur æternis. Ho-
minem in mœrore agere, sanitati multum officit.

Hîc Theodorus: Quod dixi, ait, repeto.

O Terra! terra sordida,
Et sordium cloaca:
Ne falsa jactes gaudia,
Sunt fluxa, sunt caduca;
Non vera sunt hæc gaudia,
Quæ lacrymis rigantur.
Quæ vitreos habet pedes
Non dat diu voluptas:
Hostis voluptas dulcis est,
Et carnifex amicus.
Figit labellis oscula,
Nectitque fune colla:
Amœna spondet tempora
Vitæ beatoris.
Heu cuncta momento ruunt
Et desunt voluptas.
Astra, astra fundunt gaudia
Nullo fucata nævo;
Dant gloriam certissimam
Nunquamque desitutam.
Æternitas hîc imperat,
Æternitas perennat.

Ergo, ait Stasimus, humanam tu gloriam dedeco-
ri ducis?

ri ducis? Sanè hîc juxta mecum non sentis, qui alto præ A
reliquis loco esse, inter quæ homini evenire gratissima
possunt, numeravi semper.

Apage, inquit Theodorus, hæc sumi mendacia.

Est bulla, Mundi gloria
Est palliata fucò.
Dolis pugnat vasserrimis,
Et artibus protervis;
Cinis dolosus gloria est,
Tenerimùmque vitrum.
Cum creditur firmissima,
Vanescit instar umbræ.

Philemon hunc loquentis æstum interpellans: Juve-
num nobilissime, inquit, dic sedes:

Non fave est nitido vehi caballo,
Qui fulvo rurilet superbus auro?
Et totas hominum videre turbas
Mandantis Domini, pavere nutum,
Præesse omnibus, & subesse nulli?
Hæc fert aulica vita, vita lauta
Hæc est vita beata, fors amata.

Theodorus virgineum subridens mox subjecit.

Dum suave jucundissimo
Ridet polus labello,
Turbas coquit sævissimas,
Et grandines timendas;
Rex qui tiram vertici
Ponit superbus alto,
Cum se putat turissimum
Grandi jacet ruinâ.
Quæ celsa surgunt culmina
Rupto propinquat cælo,
Circumtonant hæc fulmina
Sævus quatitque turbo.
Quamplurimis prosperima
Permixa sunt periclis,
Nec melle quæ sunt illita,
Solent carere felle.
Astra, astra fundunt gaudia,
Dolore mixta nullo.
Quæ nec queant volubilis
Perire lege fati.
Æternitas hîc imperat,
Æternitas perennat.

Sed heus, Theodore, inquit Stasimus, cave quid
ultra vires moliaris:

A primis, puer, educatus annis
Es tu, delitiisquæ, gaudiisquæ:
Jucundissima quæ fuere, vel sunt,
Imò quæ reliquis erunt in annis,
Cunctorum melimella gaudiorum
Ad votum tibi semper, & secundo
Tractu perpetuis iere rivis.
Consuësti tenero cubare lecto,
Plumis molliter undequaque farto,
Horti floribus undequaque picto.
Instructa Assyrio culina luxu
Lautas ferre tibi solebat escas,
Et plenas stomacho parare mensas.
Atro cur velit, asperoque pane
Jam placare famem, sitim fluente
Qui possit, modò vellet, inter ipsas
Vel vini pluvias Opimianas,
Lautè vivere, lautius sicire?
O charum teneræ decus juventæ!
Quæ te pars animæ, micans Ocelle;
Quæ te mens mala, mens nimis severa,
Ad tantas miserum trahit ruinas?
Num sententia stabit ista menti?
Non est, falleris, hæc beata vita,
Quæ certum properatur in sepulchrum.

Aulæ delicias videto nostræ,
Nullas cernere, nominare nullas,
Et nullas bibere hîc solemus undas;
Verùm perpetuo natare Baccho,
Dum plenos trahimus mero culillos.
Hîc nullum ferimus laboris æstum,
Hæc est vita beata, vita grata;
Non hac ad stygios viâ caminos
Itur, moribus his nihil creatur
Quod possit macula notare fœda.

Eâdem operâ, inquit Theodorus, & maniam, & fe-
brim, & afini umbram laudares, quâ voluptatem fluxâ.

Quid vita prodest aulica,
Heu vita desitura!
Nil sufficit, quod deficit,
Æternitas manebit.
Quid aula jactas pocula,
Pressis opima bottis?
Beatitudo poculis,
Latet periculosa.

Licet mero ster ebria
Discis onusta mensa:
Hæc fluxa, vana, nulla sunt,
Æternitas perennat.
Jam Phœbus etsi rideat,
Mox flebit imbre multo;
Jam lata plaudant omnia,
Stent floribusque picta:
Mox ingemiscunt omnia,
Sunt sordibusque recta:
Argentea purissimi

Loquacitate rivi,
Blandissimè jam garrulas,
Inambulant per herbas,
Gratòque susurramine
Virgulta colloquuntur.
Urente sed jam frigore,
Canos Hiems capillos
Cum concutit; cum difficil
Album nivis volumen:
Mox rivulorum vitrea
Gelu perit voluptas.
Non æris vastissimam
Jam provolat per aulam,
Blandissimus Favonius,
Sed Auster atque Corus.

At in supernâ patriâ
Regumque regis aulâ,
Procul, procul caduca sunt,
Nullus metus ruinæ.
Æternitas hîc imperat,
Æternitas perennat.
Mentes beatæ gaudio,
Et maximo triumpho,
Nugas putant vanissimas,
Merissimùmque fumum:
Quas Orbis iste basiat
Opes & usque jactat;
Quam grata vivent otia,
Nullis amara curis!
Nam tristior fors exulatis,
Abestque casus omnibus.
Non morbus illic acrior
Dolore tentat ullum:
Proscripta sunt contagia
Et sanitas perennat.
Deformis hîc non inficit
Flavos senectæ crines,
Senilibus nec pallida
Inscribit ora rugis:
Sed suave ver pulcherrima

Semper viret juventæ:
 Hic vera vivunt gaudia,
 Nullo fuganda fato:
 Mortale quidquid vixerat,
 Abivit, interivit.
 Non falce mors sevisfima
 Hic atra jura ponit;
 Est clausa morti janua,
 Perennat una vita.
 O ergo terra fordida
 Vale, vale perenne!
 O munde, Munde perfide
 Vale, vale perenne;
 Votis locum qui dat tuis,
 Ah! errat, errat, errat.
 Donis finum qui implet tuis,
 Ah! errat, errat, errat.

A. reddenda ratione; & an ullus hic futurus sit patronus.

§. I.

Horribilem ac subitam cœli mutationem vaticinatur Amos, & clarum meridiem tenebris sepe-
 liendum præmonet: *In die illa*, dicit Dominus, *occidet sol in meridie*. Sunt plurimi qui vicino jam obitu ad ætatis suæ meridiem se pervenisse credant. Hinc spe vanâ in nescio quot futuros annos dispensant vitam, impendens Judicium non metuunt, neque se illi parant. Multi longissimam vitam sibi promittunt. Alias illi sibimet rationes fingunt: Has, ajunt, domos ædificabimus, hæc convivia celebrabimus, hæc lucra congeremus, has nuptias frequentabimus, tantam familiam numerabimus. Videre, quæso, serenum & in nube cœlum, meridiem clarissimum. Sed brevi nubila horrida, nimbos ac procellas spectabitis, sol occidet in meridie. Nunquamne vidistis, qui mediis maris fluctibus caballum agitarit, aut qui mediis aëris nubibus incitarit navigium? Tales sunt isti, qui spem concipiunt longissimam, qui vitæ suæ circulum ponant amplissimum, & in eo consilia & destinationes collocant quam plurimas, fors hodie responsuri Judici, cras rumulo tegendi.

E calente pectore Theodorus hæc profuderat, & mox ad famulos versus: Vos jam, inquit, hinc abite, & rerum vestrarum satagite. Solus ego quid in rem meam sit, rectius dispicio. Hæc talia negotia turbas non amant. Jaque ab omni arbitrio liber: Quod igitur, inquit, feliciter Deus evenire jubeat; Jam terræ, jam mundo, jam rebus caducis omnibus valedixi. Cû Christo crucifigi, cum eo mori cupio. Sed sim jam crucifixus, sim mortuus, an nihil restat, quod terreat? Hilarion, Arsenius, Agathon viri sanctissimi ceret crucifixi, planè mortui erant, sed tamen ad Judicis adventum trepidabant. Ergo mortem vel sanctissimam comitatur Judicium.

Quare age, Theodore, Hieronymum imitare, & sive comedas, sive bibas, illam evocantis præconis vocem cogita: Heus ad Judicium Theodore, ad Judicium. Seu quiescas, sive ambules, seu dormias, sive vigiles, seu labores, sive ores, hæc nunquam tibi excidant: Ad Judicem Theodore, ad Judicem.

CAPVT II.

Quoties Iudex ipse Iudicium imminens cogitandum proponat; seu, Quam variè moneamur de reddenda ratione, & quis hic futurus sit patronus.

Quam appositè canit psaltes: *Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Qui habitat in caelis, irridebit eos, & Dominus subfannabit eos.* Nam subito Mortem Tribunalis sui apparitorem mittit, & en momento diruitur, quidquid in aère tor vanis consiliis edificatum est. Ita machinæ omnes, cogitata & consulta omnia evanescent.

Circumspiciamus paullulum, & recentium exemplorum satis cernemus. Quanti sunt qui suaviter apud se cogitant: Jam demum res meas composui; curabo igitur, ut mihi bene sit. Adsum divitiæ, nec honores defunt, liberos in luculentas familias collocavi, causam illam intricatam expediavi; grande illud opus ad finem perduxit; domestica providè constituit, domum copiosè instruxi: jam mihi credo, licebit, sub vite & ficu mea respirare largiter. Ergo vivamus.

Ergo morere, ait Deus, & tuo te judici fiste. Sciebas equidem in exilio, non in patriâ te agere. Non esse hîc manentem civitatem, sed futuram inquirendam; Judicium te brevi evocandum millies audiebas, sed spernebas. Elapsa vitæ horula jam vocat: Jam stabis, ut Judici contendam adversum te.

Ita sapius cû maximè cogitamus vivere, mors evocatur. Ita ille Judicii securus, & prolixam sibi vitam pollicitus: *Anima*, inquebat, *habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare.* At mors proximè adstans hæc hominis vigilantis somnia audivit, & suspiris tacitis respondit: *Stulte, hac nocte animam tuam reperunt à te; quæ autem parasiti, cujus erunt?* En ut turris in aère structa corrueret repente. En ut sudum ac ridens cœlum subito vultum induerit ateritum. Propterea huic aëreo edificio, & tam faventi cœlo ne fide: ruina & nubes proxima sunt. *Cuncta quæ sunt*, inquit Ecclesiastes, *adducet Deus in Iudicium, pro omni errato, sive bono sive malo sit.*

Rex Hebræus Saul, vir militaris, strenuus, audax, Saul ad nuprellis compluribus interfuit, multis victoriis clarus, auctus etiam Samuelis manes ad colloquium evocare. At ubi sententiam feralem illam audit: *Cras tu, & filii tui mecum eritis. Statim cecidit porrectus in terram.* Adeo cohortuit ad subitam hanc tempestatem, & improvisum mortis nuntium.

Complures ejusmodi nuntios quotidie Deus ad juvenos destinat, qui mortem & Judicium indicant. Illos & invalida senectus & cani, istos adversa valetudo & morbi, hos sacra conciones & libri, alios crebriora funera, & mortualis campanarum clangor, quosdam piorum monita, non paucos calamitates & res afflictæ urgent,

NE quis divinatorum Judiciorum negligens oblivioni potius quam sibi culpam impingeret, Christus tot divinissimis concionibus Judicii memoriam ingessit, imò vix unquam ad populum verba fecit, quin Tribunalis divini serid moneret.

Atque ut dicta haberent altius, crebrioribus ea parabolis velut picturis proposuit. Hinc illa: *Homo quidam erat dives, qui habebat villicum: & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius. Et vocavit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ, jam enim non poteris villicare.* Atque hoc superiore libro explanavimus. Eò etiam spectant ista; *Asimilatum est regnum caelorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum servis suis. Et cû capisset rationem ponere, oblatum est ei unus, qui debebat ei decem millia talenta.*

Eandem Judicii memoriam & hæc instillant: *Sicut homo peregrè proficiscens vocavit servos suos, & tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii verò unum; unicuique secundum propriam virtutem: & profectus est statim. Post multum verò temporis venit Dominus servorum illorum, & posuit rationem cum eis.*

Hæc sanè omnia divini Judicii memoriam identidem reficiant. Vult Christus nobis nunquam securis, illud assidue in auribus atque animo insonare: *Redde rationem, reddere rationem.* De quo Iacstenus locuti sumus, porto jam illud addemus, quam variè moneamur de

Christi de
 judicio
 monita.

Luc. c. 16.
 v. 1. & 2.

Matth. c. 13.
 v. 23. & 24.

Matth. c. 25.
 v. 14. &
 seq.

Psal. 93.
 v. 11.

Ps. 2. v. 4.

Quibus
 Tribunalis
 apparitor
 mittitur

ad sisten-
 dum se suo
 judici.

Heb. c. 13.
 v. 14.

1. Reg. c. 12.
 v. 7.

Eccles. c. 12.
 v. 14. Sunt
 ultima ver-
 ba Ecclesia-
 ste.

1. Reg. c. 28.
 v. 19. & 20.

Urgent, ut ad futurum se se Judicium parent. Hi omnes A
 monitores ac nuntii cum Siracida clamant: *Ante iudicium interroga te ipsum: ante iudicium para iustitiam tibi.*
 Idem & Jobus vociferatur: *Figite ergo a facie gladii, quoniam ultor iniquitatum gladius est: & scitote esse iudicium.* Idem hoc iudicium & David denuntians: *Nisi conversi fueritis, inquit, gladium suum vibrabit, arcum suum tetendit, & paravit illum: & in eo paravit vasa mortis, dens iudex iustus, fortis & patiens.* Idem & Salomon distinctissimè proclamat, *iudicium à Domino egreditur singulorum.*

At plurimi ad dissimulant hæc audire, aut contemnant. Demum heu serò cum brevis halitus, cum oppressum peccatus, cum nox in oculis, pallor in ore, macies in vultu, dolor in membris, pavor in venis, mæror in animo, cum lingua titubet, præcordia tubent, pedes frigent, cum gelidus decurrit sudor, tunc illi ambire iudicem & pensare velle, & molles ad eum aditus investigare. Hæc rectè fierent maturius, & tempore opportuno.

Nunquid, mi Christiane, centies, sexcenties, nunquid milles & sæpius caduceatores iudicis te monuerunt? & monentes non audisti. Nunquid te in singulas horas paratum esse iusserunt? & iussa neglexisti. Nunquid futuram hanc tempestatem prædixerunt? & prædicentibus non credidisti. Nunquid vellicarunt te dormientem, & excitarunt? Sed iterum obdormisti. Nunquid rogarunt & obtestati sunt curam gereres salutis? Sed tu obtestationes has omnes nihil fecisti. Nunquid æternitatis inexplicabiles gyros sæpius ob oculos posuerunt? Sed eos aspicere noluisti. Nunquid inevitabile hoc iudicium sæpissimè repræsentarunt? Sed tu hæc omnia contempsisti. Nunc obfessus, nunc deprehensus in flagrantibus delictis, quid iudici tuo respondebis? Num paratæ sunt rationes?

§. II.

Hoc ipsum iudex prædicens: *Sicut autem, inquit, in diebus Noë, ita erit & adventus filii hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluvium comedentes & bibentes, nudentes & nuptii tradentes, usque ad eum diem quo intravit Noë in Arcam, & non cognoverunt, donec venit diluvium, & tulit omnes: ita erit & adventus filii hominis.* Quod Matthæus ex ore Domini, idem & Marcus testatur. Adventum verò iudicis tam repentinum esse quotidiana loquitur experientia. Sunt qui ipsum fatalem lectulum, non sine affectu ad pristinas fordes, ascendunt; anima in labris hæret, necdum tamen omnem peccandi libidinem eijurant. Sol istis occidit in meridie, subitum eos abripit diluvium.

Quod Matthæus, & Marcus, idem & Lucas Domini iussu præmonens: *Attendite autem vobis, inquit, ne forte graventur corda vestra in crapulâ, & ebrietate, & curis huius vite: & superveniat in vos repentina dies illa. Vigilate itaque omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia, quæ futura sunt, & stare ante filium hominis.*

Dixerunt hæc Discipuli, imò & nos cum ipsis: Si crapulâ & ebrietas ideo tantum vitanda, ne novissimus Orbis dies imparatos obruat, securi sumus, & nos, & nepotes nostri. Nil penitus indicii est, mundum dum vivimus, finiendum. Quid igitur opus vigilis tam arctis? Quapropter Christus non solum tempus orbis ultimum, diem repentinum vocat, cui vigilandum sit, sed cuiusvis hominis fatalem ac ultimam lucem designat, quâ illi omnes iudicium patientur, quos ad Tribunal mors evocaverit. Hæc cuiusvis ultima lux, dies est repentina & mala, hæc potest vigilias, hæc ebrietatem & crapulam odit, hæc rationes exigit paratas.

Idcirco & Joannes Apostolus Domini personam agens: *Ece, inquit, venio, sicut fur. Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua.*

Idem omnino, cum morimur, nobiscum sit quod cum reis, qui ad ultimum supplicium educuntur è carcere: vestes iis relinquuntur, ceteris omnibus, etsi ditissimi sint ademptis. Ita nos profectò præter pias sanctæque actiones hinc ad Tribunal nihil auferemus:

In terram referes, si quid virtutis habebis;
Nec tecum hinc aliud, ferre sineris onus.

Hanc unam nobis sarcinam hæredum tenacitas intactam relinquit. Quod Joannes, idem omnino asserens Paulus: *Dies Domini, ait, sicut fur in nocte veniet: cum enim dixerint pax & securitas, tunc repente eis superveniet interitus.*

Quod Paulus, idem & Jacobus Apostolus, tanquam iudicis nuntius monet: *Ece iudex ante januam assistit.* Vicinissimus est; præ foribus adstat, nec esse viciniore potest, nisi cum fores ipsas aperuerit.

Ita Jobus, David, Salomon, ita Prophetarum chorus, ita Matthæus, Marcus, Lucas, Joannes, Paulus, Jacobus, ceterique Apostoli, sic & alii viri sanctissimi sine ambagibus iudicium denuntiant. Nuntiorum abundè satis.

Sed nunquid etiam hæc satis patronorum?

§. III.

Num opes, quarum ubique summa est auctoritas & potestas, hæc reum tueri ac protegere non poterunt? Revera non poterunt. Hæc nuntii quidem plurimi, patronia tamen nulli admittuntur. *Vniquisque enim onus suum portabit. Si illusor fueris, solus portabis malum.* Sis Cræso licet opulentior, solus iudicaberis: sit tibi copiosus quàm Salomoni famulium, solus dampaberis, si iudicem irarum habueris.

Nihil hæc divitiarum, nihil vel aurei montes patrocinari queunt, nisi divitiarum disperferis, & montes aureos in egenorum usus liquefeceris, nihil egisti. Hæc opes prodesse non possunt, nisi aut generosè contempra, aut patienter perditæ. Considera mihi triticum granum, nihil eo ad alimoniam præstantius, sed moli debet, aut iterum mori, pinsendum est, aut denuo in terram abiciendum. Sic & opes hunc iudicem non molliunt nisi abjectæ aut commolitæ in mendicorum sportulas. Jobus disertissimè: *Dives, inquit, cum dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inveniet. Apprehendet eum quasi aqua inopia, nocte opprimit eum tempestas. Tollet eum ventus urens & auferet, & velut turbo rapiet eum de loco suo.*

Turbo vehemens & præceps quacunquè permeat, latè omnia conturbat, arbores ab radicibus convellit, ingentia saxa circumactu rotat, & ejaculatorum procul, navigantium vela disiccit, & distumpit, navigia ipsa contorquet, & nonnunquam in altum abripit. Ita divites iudicarii turbinis incurfus ad Tribunal abripit divitiis omnibus spoliatos. Quod etiam regius vates expressè cecinit: *Dormierunt somnum suum, & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.*

A fallacissimis divitiis nihil patrocinii sperandum esse, accuratè observans Chrysothomus: *Si unquam antea, inquit, nunc maxime licet dicere, Vanitas vanitatum, omnia vanitas. Vbi nunc inclutus ille consularatus splendor? Vbi illustres illæ faces? Vbi applausus illi ac choreæ epulæ, & festi conventus? Vbi corona & aula? Vbi strepitus urbis, & illa circensium tropæorum spectatarum sausta acclamationes atque adulationes? Omnia illa perierunt: procella vehemens folia dejecit, arborem spoliatam reddidit, jam radicibus vacillantem: tantaque vis venti impacta est, ut cum nervos ejus universos concusserit, tum ipsam funditus prosternere minetur. Vbi nunc fucati illi amici? Vbi comotationes & cenæ? &c. Omnia illa nisi nocturnum somnium fuerunt apperente die evanescent. Flores fuerunt verni, vere exacto, emarcuerunt omnia: umbra erant & præterierunt: fumus erant, & soluta sunt: bullæ erant, & dirupta sunt: araneæ erant, & lacerata sunt: Quapropter occinimus indefinenter: Vanitas vanitatum, omnia vanitas.*

Matth. c. 24. v. 37. & seqq.

Marc. c. 13. v. 35.

Quibus sol occidit in meridie?

Luc. c. 21. v. 34. & seqq.

Quæ dicitur dies repentina.

Apoc. c. 16. v. 15.

Leffus moralis oda 2.

r. Theff. c. 5. v. 3.

Iac. c. 5. v. 9.

Gal. c. 6. v. 5.

Prov. c. 9. v. 12.

Opes reu tueri non poterunt? Gal. c. 6. v. 5. Prov. c. 9. v. 12.

Nec iudicem molliunt, nisi commolitæ in mendicorum sportulas. Job c. 27. v. 19. & seqq.

Pf. 75. v. 6.

A divitiis nihil patrocinii sperandum. Chryf. to. 5. hom. in Eutrop. initio mibi pag. 1129.

Hoc dictum in parietibus, in vestibis, in foro, in adibus, in viis, in fenestris, in januis, sed potissimum in ipsa cuiusque conscientia continenter inscriptum esse oportet, omni tempore cogitationi observari. An non assidue tibi dicebam fugitivas esse divitias? Quin ergo advertimus vafritiem & dolos diaboli? Lutum dat ut cœlum rapiat, umbram ostendit, ut veritatem excludat, aureis nos somniis delinire cupit, ut ubi fomnum nostrum dormierimus, in iudicio nihil divitiarum inveniamus in manibus nostris.

S. IV.

Audiri & spectari hac ipse.

Ante annos non multos ægrotabat ex opulentioribus quispiam. Monebatur is animum atrolletur ad alta, hæc fluxa missa faceret, jam cœlo vicinus ostiolum cœli aspiceret. Ille altum ingemiscens: Aspicio, inquit, ostiolum cœli, sed cerno clausum: utinam, o utinam apertum esset!

Cœlum quâ arte referandum.

Hæc talia morituri iudicio jam vicini non temerè proloquuntur. Rea conscientia hæc dicitur axiomata. Quid ergo hinc consilii? Ostiolum serâ multiplici firmatum, quâ arte referandum? Pecuniam tuam consta, & claves facito argenteas & aureas, istis vel mille feras recludes. Ne verò claves tantæ pretii perdantur, pauperibus eas committe preferendas, illuc perferent securissimè.

Tob. c. 4. v. 7 & seqq.

Hoc Tobias affirmatissimè testatus: Eleemosyna, inquit, ab omni peccato, & à morte liberat, & non parietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram summo Deo Eleemosyna omnibus facientibus eam. Noli avertere faciem tuam ab illo paupere: ita enim fiet ut nec à te avertatur facies Domini. Præmium bonum tibi thesaurizas in die necessitatis. Beatus ergo qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Dies mala & horrenda, dies iudicii: Liberabitur in hac die, qui ad Tribunal Christi patrocinantem habuerit eleemosynam. Sparge opes, & conservabis, abijce, & augetis.

Psalm. 40. v. 1.

Epist. 22. passim.

Verissimè dixit Seneca: Nemo cum sarcinis enatat. Non faciundia, non divitiarum, non forma, non quidquam horum te iudici commendabit: Vita sceleris pura, & pudica iudicem conciliat. Divitiarum non amatæ, sed contempte molliunt sententiam quam formidamus.

Divitiibus pecunie contempti laudare quid sit.

Verùm divitiibus pecuniam amantibus, pecunie contemptum laudare, pænè idem est quod ægrotum harmoniâ fidium ad choreas invitare. Bene canitur, esto; organum peritè luditur, restudo scitè pulsatur, esto; sed æger non surgit, non movet se. Canit suavissimè Christus: Beati pauperes. Non audiunt ægroti divites. Canit altius, sed voce depressâ & gravi: Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in renum celorum.

Eccli. c. 31. v. 8.

Audiunt hæc fortè divites. Sed nemo se movet, nemo saltat. Ne mirare: Aurigine seu auri fame gravissimè laborant. Optimus quidem concentus est: Beatus vir qui post aurum non abiit. Sed illis longè melior censetur iste. Beatus vir qui auri plurimum collegit. Durissimum iis est ab ipsâ messe discedere. Misericordias execrantur, sed miseriarum mercedem amant divitias. Ita quæ cupiunt, deplorant, & de earum rerum fugâ loquuntur, quibus carere nolunt. Nimirum cupiunt cum sarcinis enatare. Heu fatui! Nam iudex, cui brevi listentur, paupertatem docuit, & ipse pauper fuit; opum contemptum non tantum suavit, sed & præcepit.

Luc. c. 2. v. 15.

Huic iudici divitiarum hosti, divitiis onusti occurrere non verentur. Prò insani! Exitium invenient, ubi patrocinium speraverant. In hos Jacobus Apostolus vociferatur: Iudicium sine misericordiâ illi qui non fecerit misericordiam.

In utroque iudicio E-leemosyna bus eò deferendas. Perde opes, ut invenias. In arca agit partes patroni.

Ergo quod monui, ad ostiolum cœli referandum claves fac argenteas & aureas, easque trade pauperibus eò deferendas. Perde opes, ut invenias. In arca agit partes patroni. no singulari, imò & universali iudicio, nemo eloquent

tius nec potentius partes patroni ager Misericordiâ. Iudicis chirographum habemus: Quod fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.

Matt. c. 24. v. 40.

Hæc Chryostomus consignans: Tanta, inquit, sumus negligentia, ut præferamus momentanea semper manentibus, terram cœlo: ea qua avolant antequam habeantur, iis qua nunquam finem accipere possunt. Quousque enim, dic queso, ita insanimus in colligendis pecuniis? Que rabies cogit quotidie à tam molestâ concupiscentiâ infestari, & nunquam satiari, sed deterius habere quàm ebrui? Non videmus quod ii, qui ante nos fuere, quamvis totius Orbis victores essent, nudi & solitarii ex hac vita abrepti sunt? Hoc solum inde consecuti, quod rationes & pœna pro omnibus illis ab eis exiguntur. Clarissimum secreti iudicii testimonium. Addic: Idcirco obsecro, ut cum tempus habemus, detergamus animæ sordes largis eleemosynis. Nihil enim prorsus ita nos eximere potest à gehennâ ignis, atque largitas eleemosyne. Gliscentem flammam sopimus aquâ, ignis imminentem gehennam extinguimus eleemosynâ.

Tom. 1. inc. 11. Gen. ho. 31. sine, mihi p. 219.

Eleemosyna exiit à genena.

CAPVT III.

Quam variè iudicium hoc innotuerit, dum le-sus lædenti diem dixit, & iudicio arcessidit; seu, quàm crebrò alter alterum ad rationem reddendam evocaverit.

Humani juris est ab uno ad alium & sublimior-rem iudicem provocare, cui causâ denuò re- veteri ad Dei tribunal provocant, toties fallaciolo socero nunquam ad exitum pervenire possent, denique ad altissimum Tribunal reum postulans: Deus Abraham, inquit, iudicet inter nos.

In lege veteri ad Dei tribunal provocant, toties fallaciolo socero nunquam ad exitum pervenire possent, denique ad altissimum Tribunal reum postulans: Deus Abraham, inquit, iudicet inter nos. Gen. c. 31. v. 53.

Cùm David etiamnum aulicus regis cirhæcedus inter se futumque Dominum Saullem impetrare iudicem opportunum non possent injuriâ multiplici afflicti, ad cœli dictatorem provocans: Iudicet Dominus, inquit, inter me & te, & ulciscatur me Dominus ex te. Sojadæ filius Zacharias sacerdos cùm adversus regem impium Joas nihil justitiæ obtineret, jamque ad mortem traheretur lapidandus exclamavit: Videat Dominus, & requirat. Certè vidit & requisivit non multo post tempore. Anno namque vix evoluto, regii principes qui in hanc injuriam consenserant, Syrorum gladiis trucidati. Rex multis cladibus affectus, in lectulo crebris vulneribus confossus à suis ad reddendam rationem divino tribunal oblati est.

1. Reg. c. 24. v. 13. Zacharias sacerdos, & re- 2. Par. c. 24. v. 22.

Non prisca solum, sed & nova lex ejuscemodi appellationes ad Dei tribunal factas frequenter audit. Quando enim cœlestis Pater homini, suo filio iudicandi potestatem, & omne jus gladii committit, ideo hic iudex qui unice amat homines, hominibus sapissimè obediunt. Et quia non rarò pars graviter læsa partem adversariam & lædentem in jus vocavit, iudex huic nominis delationi sese attemperans, postulatam quoque adversarium comparere iussit, ut in ambos iudicio præsentiam diceret. Bernardus ceteroqui vir mitissimus, & mella stillans, nihilominus ad tribunal summum provocans: Tuum, inquit, Domine Iesu tribunal appello, tuo me iudicio servo: Tibi committo causam meam. Domine Deus Sabaoth, qui iudicas iuste, & probas renes & corda: cuius oculi sicut fallere nolunt, ita falli non possunt. Itaque arbiter meus, Domine Iesu, de vultu tuo iudicium meum prodeat. Oculi tui videant aequitatem, videant & iudicent.

In lege non- vâ: S. Bernardus. Bernar. ep. 1. ad Robertum. mihip. 1411.

Constat profectò plurimorum testimonii ac tabulis fide dignissimis, homines sanos & incolumes à morientibus ad Dei tribunal sæpius invitatos, eaque vi ac pondere

pondere verborum postulatos, ut provocati provocatores suos itato tempore per mortem ad Judicium sequerentur. Quod quidem arcanum istud, & singulare Tribunal Christi luculenter monstrat, & velut oculis spectandum subjicit. Et ne testatissima fides hic desit, aedum, mi Lector, nube testium te obruam, quos tibi ordine & certis numeris ac classibus digestos huc sistam: Ordiamur à primis.

§. I.

PRimi testes arcani ac singularis Judicii. Anno millesimo trecentesimo duodecimo, Joanne Marianâ teste, Ferdinandus IV. Hispaniarum Rex, pace & bello bonus, ac rigidus & in judicando præceptus ad secretum Christi Tribunal hac occasione postulatus est. Rex Ferdinandus vere jam adulto fratrem * ad bellum premiserat, ut Alcaudem oppidum à Mauris occupatum cum copiis circumfederet. Rex ejus vestigia subsecutus Tuccos venit, Hispani Martos vocant. In eo municipio Carvajali fratres, Petrus & Joannes regio jussu comprehensi, è vinculis, more gentis causam dixere. Causa hæc fuit: Benavidius vir primarius, cum noctu regia egredere, ad Palentiam occisus est. Cædis auctor cognosci non potuit, suspicionibus multi exagitari: iis denique hi fratres oppressi, & lege majestatis postulari, quamvis nec testibus, neque Judicio convicti, neque crimem falsi, capitis damnati sunt. Modus supplicio is dictus, ut de rupe vicinâ præcipientes darentur. Rex ob injuriam recentem intractabilis, nec clementiæ, nec precibus quidquam dare voluit. Itaque ad supplicium abrepti ambo fratres, divum hominumque fidem testati sunt se innocentes morti. Quoniam igitur regiæ aures obrutæ essent, provocare ad Deum Judicem equissimum, regique diem dicere, ab eo die (qui sibi ultimus esset) trigessimus. Eæ voces in præsentem pro vanis habitæ, eventu certè mirabili confirmatæ sunt.

Rex nulla periculi cura Alcaudem abiit in castra. Hic morbo tentatus gravissimo Giennium sese retulit, vi morbi in 4 dies aucta. Et quamvis gravioribus curis impar esset valetudo, nuntio tamen capti oppidi rex lectus, novæ irruptionis faciendæ consilia explicabat. Cum ecce die Jovis, septimo Idus Sept. à prandio quieti se trades, in strato exanimatus repertus est, ipso trigesimo, à dicti supplicii die. Hic divini numinis vim interpretari facile fuit, quod à cæde patratâ magno omnium miraculo diem trigessimum præcisè numerarent. Unde inter Castellæ reges, Ferdinandus in jus vocatus nuncupari cepit. Obiit in iplo ætatis flore, in maximo rerum suarum cursu, annos natus viginii quatuor, menses novem.

Diserte justitiam moniti & non temere divos.

Eludi joco nequeunt tam sercia. Nares sibi cereas affingi non patitur Justitia divina.

Secundi testes. Gualterus Burgenfis vir doctriâ & sanctitate clarus, Pictaviensis Episcopus iniquè accusatus est: Post causam malè discussam sede pulsus à Clemente V. summo Pontifice. Gualterus quamdiu vixit, injuriam patienter tulit. Moriens jussit, ad exemplum credo aliorum, inscribi tumulo: Ad justum Dei Iudicium appello. Legit appellationem Clemens, & injuriam, quam intulerat, memoria expavisse ajunt. De obitu Pontificis hic nil addo.

Non nescimus Christianos Martyres post solum sanguinem, post ademptam vitam vociferari: *Psquequo Domine, sanctus & verus, non judicas & non vindicas sanguinem nostrum de iis qui habitant in terrâ.* Subinde Deus aliquantulum dormit (ita judicant humani oculi) & ad injurias connivet, sed subito evigilat ad vindictam.

Tertii testes. Cum homo invidus & obrektor, nomen ei Agrestius, beatum Columbanum jam mortuum conviciis ac calumniis laceraret, Eustachius abbas Columbanus discipulus, ut erat tam patientiâ, quam multâ

scientiâ insignis, calumniatorem impavidè aggressus: Hæus, inquit, Agresti, ego discipulus illius & succellor, cujus tu disciplinam & instituta temerariè damnas, te coram his sacerdotibus, ad divinum Judicium invito, intra annum hæc compareas. Cujus virtuti obrektoræris, è Judice justissimo percipies. Agrestius has esse minas ex pelvi ridiculas & vanas arbitratus, insuper locum pœnitentiæ sæpius concessum sprevit. Sed pondus ingens habuerunt Eustachii verba, siquidem die trigesimo antequam annus verteret, Agrestius à suomet servo, quem in mancipium emerat, fecerit percussus, interii. Hoc habet. Rectè dixere præci: *Semper Themis, semper Dice lovi adsident.*

§. II.

Quarti testes. In Germaniæ vicinâ Gothiâ, Joannes Turso Judex dictâ sententiâ quendam capite plecti jussit. Hic, cum alia defensio negaretur, in genua procumbens: En inquit, injustè morior. Sed te Judex inique, in jus voco, ut hac horâ pro capite dicas ad Dei tribunal. Surdo nœnia. Vix autem insons camificis manu obruncatus est, cum & ipse Judex velut fulmine ictus ab equo corruit exanimis. Quid reis fiet, si sic Judices ipsi raptantur ad Judicium?

Quinti testes. Certissimum habetur, quod Clemente V. Pontifici Maximo, cujus paullo antè mentionem fecimus, evenit. Qui cum Templariorum, cœterum religiosum, & diu bonum atque utilem, Viennæ in Concilio damnaasset, & in sodales ferro atque igne passum animadvertisset, vel (ut alii loquuntur) lævisset, à pluribus eorum, uno præsertim Neapolitano equite ad Judicium divinum est appellatus, ita quidem ut Clemens Pontifex & Philippus rex Galliarum ad Tribunal superum citati intra annum se sisteret. Philippo Regi damnationes illæ fuisse bono putabantur, Templariorum opibus ad eum devolutis & confiscatis. Neque vana fuit hæc appellatio, nam intra tempus annum, uno scilicet eodemque anno 1314. tam Papa quam Rex objerunt. Clemens, 20. Aprilis; Philippus, 29. Novembris. Quis neget geniale aliquid & divinum hic intervenisse, supremo numine confiscante?

Sexti testes: In Liguriâ Italiæ notâ parte Genuesium triremes contra piratas emisse, Gotholanem biremem suæ potestatis fecerunt. Huius verò navigii rectorem, in contemptum tam Siculorum quam Gotholanorum noctu paribulo affixerunt. Miser ille diu, sed frustra questus, nihil se unquam Genuesibus nocuisse: ut vidit illos plus gentis odio moveri quam æquitate, præcipuamque mortis suæ causam esse trierarchû Genuesium, ad superos se convertens, fuit ille ipse suæ mortis auctor, intra sexum mensem ante Deum Judicem compareret. Neque vadatio fuit irrita. Tempore condito Ligur extinctus vadimonium obivit.

Quotquot innocentes pereunt, solatium certum ab Isaiæ vaticinio habent: *Hos verò, inquit, qui judicaverunt re, ego judicabo.*

§. III.

Septimi testes. Franciscus Britannicæ Dux, cum mortuo parte, fratrem Germanû in Angliâ educatum inde reducem accepisset, in vincula conjecit, & læsæ majestatis falsò accusatum in carcere necari jussit. Insons juvenis jam neci dandus impietatem fratris accusabat, cui non satis fuisset regnum sibi debitum occupasse, sed insuper vitam iniquissimè auferre. Quando igitur, ait, nihil humanæ opis sperandum, ad divinam me verto, & Franciscum fratrem ad Dei Tribunal postulo, intra annum de particidio hoc responsum. Nec ista sine viribus vox missa est. Franciscus Princeps hydrope laborare cepit, & intra spatium annale mortuus, divinam utique censuram sensit.

Octavi testes, Engolismensis Comes Nanctinus (Gregorio

Lib. 15. de rebus Hispan. c. 11. medio. Ferdinandus IV. rex Hispaniarum ad Christi tribunal postulatus. * Petrum.

Dice præci, Inducimus, Themis Insitit.

Olaus Magnus 1. 14. h. stor. Aquilon, c. 20.

Mejoris 1. 2. Annal. c. 17. Christiani & diu bonum atque utilem, Viennæ in Concilio damnaasset, & in sodales ferro atque igne passum animadvertisset, vel (ut alii loquuntur) lævisset, à pluribus eorum, uno præsertim Neapolitano equite ad Judicium divinum est appellatus, ita quidem ut Clemens Pontifex & Philippus rex Galliarum ad Tribunal superum citati intra annum se sisteret. Philippo Regi damnationes illæ fuisse bono putabantur, Templariorum opibus ad eum devolutis & confiscatis. Neque vana fuit hæc appellatio, nam intra tempus annum, uno scilicet eodemque anno 1314. tam Papa quam Rex objerunt. Clemens, 20. Aprilis; Philippus, 29. Novembris. Quis neget geniale aliquid & divinum hic intervenisse, supremo numine confiscante?

Engol. l. 1. c. 6.

Vadatio præci denotatio justitiam vadimonium spatio sem, ad superos se convertens, fuit ille ipse suæ mortis auctor, intra sexum mensem ante Deum Judicem compareret. Neque vadatio fuit irrita. Tempore condito Ligur extinctus vadimonium obivit.

Isa. c. 49. v. 25.

Æneas Sylvius historiâ Europæ c. 43. sine captis. Egidium aliqui nuntiant.

Gualterus Burgenfis, Rabbeil Volaterranus Amphropol. l. 21.

Apoc. c. 6. v. 10.

Jonas Abbas Eustachio coxus in vita à illius c. 6. mense

gorio Turonenſi teſte) homo vaſer & variabilis nequitiæ Heraclium prius Burdegalenſem preſbyterum, dein Episcopum ſibi adverſarium ſtatuit, eumque diverſis injuriis affecit. Inimicitia crescente auſus eſt etiam vilas & prædia invadere, quæ Maracharius ejus avunculus teſtamento templis & ſacerdotibus tranſcripſerat. Neque deſuit fucus & color huic flagitio comendo. Ajebat namque illius hæreditaria bona non deberi ei Eccleſiæ, cujus Clerici teſtamentarium interfeceſſent. Mantelum ſaris ſpecioſum. Sed Heraclius deprehensâ injuſtitia Comitem anathemate percellens à piorum ſocietate ſecluſit. Comes novam vaſtritiem induens convenientibus apud Sanctonas ſacerdotibus ſe ſubmiſit, pollicitus omnia quæ vi abſtuliffet, reddere, modò iterum particeps fiat ſacerdotum. Factus eſt. At ille quaſdam domos reddidit, ſed prius expilatas, & omnibus facultatibus viduatas. Quapropter illum Episcopus iterum à ſacris amovit, nec multò poſt obiit. Nantius denuo ad Eccleſiæ communionem ſibi viam aperuit, ſed argenteis & aureis manibus. Poſt paucos menſes ardentiffimâ febrî correptus clamat: *Hæc, hæc, ab Heraclio Anſiſte excuror, ab illo crucior, ab illo ad Iudicium vocor.* Agnoſco facinus, recordor injuriarum quibus eum oneravi. Dum hæc clamat, febrilî ſtammâ æſtuans, infelicem animam ad ſubeundum Iudicium eſſudit.

Juſtitia divina non ſolum purgatiſſimas habet aures, & oculos lynceos, ſed tota eſt oculæa, imò auri & oculi tota eſt. Nemo illi peccat impunè.

Noni teſtes. Rudolphus Auſtriæ princeps in equitem auratum fatales inſidias molitus eſt. Eum denique comprehenſum, tortum, ad extremum ſacco incluſum in profluentem juſſit abjici. Eques jam in culeum conjectus, antequam clauderetur, ſpectantem è fenestrâ Ducem conſpicatus, altâ voce proclamavit: Dux Rudolphæ, ad tremendum Chriſti Tribunal te voco, ut rationem reddas, cur immerentem me morte tam indignâ perimas. Dixit, & caput culeo abdidit ſpargendus in flumen. Dux provocationem iſtam cachinno excipiens: Bene eſt, inquit, I præ, ſequar. Ita periculi omnis ſecurus, innocentis necem oblivione hilarî ſepeliit. Sed antequam rediret annus, febriculâ Princeps tentari coepit. Hiſc memoria triſtor auditæ appellationis ſubiit, & vadarum ſe agnoſcens: Amici, ait, mors iſtat, vocor, nec tergiverſari licet, in jus eundum eſt. Quod dixit, evenit. Etenim paulò poſt è vivis ſublatus eſt.

Cunctabunda nonnunquam videri poteſt Vindicta divina, lanceis leniſſque paſſibus incedit, ſed tarditatem ſupplicii gravitate compenſat.

S. I V.

Decimi teſtes. Sidonius Apollinaris Arvertenſis Episcopus, tam divinis quam humanis litteris (ut Gennadiuſ loquitur) ad integrum imbutus, nec minori ſanctitate. Sed invidiam nulla delinit virtus, imò eam magis exaſperat & acuit. Ita Sidonius duos ſacerdotes ſibi inſenſiſſimos expertus eſt. Hi virum integerimum omni ſacro magiſtratu per vim extentes, tenuiſſimo victu ſuppeditato hoc illi unum reliquerunt, vivere. Sidonius ſummæ injuriæ patientiſſimus non foro certare, ſed omne jus ſuum Tribunali divino inſtitit tranſcribere. Judicem proſectò nec ſurdum, nec cæcæum, ſed nec tardum habuit. Cùm enim improborum ſacerdotum alter minaretur, luce poſterâ Sidoniam à ſe templo extrahendum, è vivis ipſe abreptus eſt ad judicem. Surrexerat quidem ante diluculum impius ſacerdos, & in Sidoniam iras coxerat: ſed antequam in publicum ſe daret, ad naturæ requiſita iit puero cereum præferente. O miſerum! Nam dum alvum exonerat, ſpiritum exhalat. Interim puer foris expectat diuiffimè. Jamque ſceleris ſocius nuntitari juſſerat; Veniret modò, nunc opportunum eſſe, quod prius ſtatuiſſent, exequi.

Tom. I.

A Puer dominum moniturus, jam exanimem invenit. En geminum Arrium.

Sidonius Deo pro ſe vindicantem poteſtatem preſtitam recepit. Verùm poſt aliquantum temporis correptus morbo in templum deſerri voluit, ubi lugenti & interroganti populo, quemnam ſimilem ſperare poſſent, ſublato paſtore optimò, reſpondit: En frater meus Aprunculus vivit, & hic paſtoris munus occupabit. Delirium hoc putabant, non vaticinium, quia non intelligebant. Deſuncto Sidonio alter ſacerdos nil reſpondentiâ morte ſocii motus, jamque gaudio triumphans tiam ſibi vi rapere conabatur, egregius paſtor ovium, ut ajunt, lupus. Et verò gloriari etiam auſus eſt homo flagitioſus, nunc demum liquere Sidonio ſe juſtorem fuiſſe, divinum namque Iudicium pro ſe ſtare, pontificale pedum à Deo ſibi deſerendum. Hem cæcitatem humanæ mentis! Nec languidè Præſul futurus egit; proſectò in rem ſuam vigilavit. Nam proximo poſt Sidonii obitum dominico die epulum lautiſſimum inſtruxit, primoribus civium omnibus invitatis. Jam convivæ accubuerant, jam diſpoſita per menſam ſtabant ſercula, jam ſermo cœperat, jam potus poſcebatur. Ante omnes designato Præſuli pincerna vinum dominicum porrexit. Sed videte quanta inter os & offam, inter calicem & labra intervenire poſſint. Dum miſerrimus hic Antifteſtes poculum manu tenet, antequam illud admoveret ori, en mors irruit, & citat ad Iudicium. Nam ille jamjam bibiturus ſubitò cohorrui, expalluit, & elapſo de manu calice expiravit, ad dicendam cum Sidonio cauſam abreptus ad Iudicium. Nam omnia prout evenerunt, pridie objecta ſunt pincernæ per ſomnium, quod Gregorius Turonenſis pluribus perſenſet.

En alterum non tantum Arrium, ſed & illius ſocium Simonem Magum, qui precibus Sidonii & vi divinâ, ex aura ſuperbiæ & ſpei vaniſſimæ præceptis dejectus, antequam in alto ſederet Episcopus, in tumulo jacebat mortuus, in orco ardebat damnatus. Iudicii divini ſceptum nemo effugit.

Undecimi teſtes. Anaſtaſius Imperator, qui totum panem orientem erudelitatis ignibus exuſſerat, oraculo edoctus eſt, ſibi etiam igne pereundum. Adverſus hoc mortis genus pluriſima paraverat, ſed fruſtra. Nam & tormentoſis inſomniis terrebarur. Inter hæc vir quidam terribilis ſecundum quietem ei viſus eſt, qui librum manu præferens dixit: *Ecce ob perverſitatem ſidei tue, annos quatuordecim deleo vitæ tuæ.* Demum anno quingenteſimo decimo octavo, die nonâ Julii cælum iratiſſimum crebro ronitru & fulgure ira perterrefecit Anaſtaſium, ut cænaculum cænaculo muraret, imò infra lætæcas correperet. Sed oculum omnia cernentem non effugit. Nam fulmine, iſtus interiit. Eodem proſius die Eliæ Hieroſolymorum Archiepiscopus, & Flavianus Antiochiæ Patriarcha ab Anaſtaſio, religionis cauſâ in exilium pulſi, cùm Imperatoris obitum divinitus cognoviſſent, eum ſibi mutuo ſignificaverunt his verbis: Anaſtaſius hodie mortuus eſt: camus igitur & nos, ut cum illo judicemur. Elapſo biduo mortui ambo ad deſtinatum Iudicium pervenerunt.

Iuſtis viris impunè non reſtititur.

Diſſimulat aliquantulum Deus & conniver; tandem improvifiſ Judex intorquet fulmen.

Duodecimi teſtes. Anno milleſimo tertio decimo in Paderbonenſi Eccleſiâ Episcopus Menwercus nobis Corbejenſis diſciplinam prope intermortuam reſtaurare inſtituit. Adviſus igitur reformator, initium facturus in corrigendis moribus. Sed acriter ei reſtitit Walo Abbas, diſciplinam arctiorem neutiſquam admiſſurus. Cauſa ad Imperatorem delata id denique conſectum eſt, ut Abbas officio ſit motus. Quapropter Episcopus inſtituti ſui tenax ad laudabiliorem vitæ rationem

L

tionem

Sunt verba Gregorii Turonenſis.

Idem lib. 5. hiſt. Franc. cap. 36.

E Chronicis Britannicis hanc Peritus Martini Secuani I. V. D. in lectio- ne, de Iudicium vero & neceſſario officio in ſe- vandis ſer- moniis.

Gennad. de ſcriptor. Ec- cleſ. cap. 92.

Greg. Tiron. lib. 5. hiſt. Franc. c. 23. Baronius. anno 486. poſt illum Henricus Sponſanus. eodem anno.

Ioh. Moſ- chus de utro- que c. 35. de Eliâ Serrus 10. ult. die 5. Decemb. in vita S. Sabæ.

Imperavit annis 27. menſibus 33. die 29.

Krantzius lib. 4. Metro- polis cap. 4. medio. Gotſchaleus ſerm. 16. li- tera J. parti- aſſivali.

patibulum abripi jussit. Nihil preces, nihil evicrunt lacrymæ. Ergo innocens reus nil magis in expedito habuit quam ad omnis innocentie asylum tutissimum recurrere. Ergo dum ducitur ad supplicium, animosâ voce succlamat: Injustè condemnatus sum. Appello igitur ad vitæ ac mortis arbitrum supremum: illi post decimam tertiam diem reddat rationem, qui me contra omnem æquitatem condemnavit. Deus! quam celeres & attentæ sunt aures tuæ in pauperum & afflictorum preces? *Non speravit Deus, neque desepit deprecationem pauperis.*

Pf. 21. v. 25.

Pf. 33. v. 16. Eccli. c. 2. l. 1. vers. 6.

Verè oculi Domini super justos, & aures ejus in preces eorum. Siracides in grande solatium præcidents: *Deprecatio pauperis, inquit, ex ore usque ad aures Dei pervenit, & judicium festinatò advenit illi.* Advenit sanè & quidem festinatò. Iuvenis quidem suspensio vitam finivit; evocatio illius ad Tribunal Christi contempta & irrita est. Sed die decimo tertio Magister Teutonicus, ægritudine subitâ correptus: *Me miserum, inquit, en morior: Nam mihi hodie comparandum est coram omniscio Judice. Quo dicto obmutuit. Eodem die, ut suum ipse vaticinium firmaret, è vitâ excessit.*

Id Rigæ in Livonia contigisse anno Christiano millesimo quadringentesimo septimo, narrat Albertus Krantzius. Illa ipsa mulier quæ innocentis necem machinata est, ab alio mercatore, de vero furto accusata, judicio quod formidabat non expectato, vestibus mutatis & in Clericum attonsa in Prussiam evasit.

Krantzius l. 13. Vindicta c. 2. post initium.

Huic certè mulieri, poterat illud occini, quod Machabæus adolescens inter fratres minimus natu Antiocho regi in os objecit: *Tu autem noli frusti a extolli vanis spebus: nondum enim omnipotentis Dei, & omnia insipientis Judicium effugisti.*

2. Machab. c. 7. v. 34.

Decimi septimi testes. Lambertus Schafnaburgensis, egregius, ut illa tempora rulerunt, scriptor, memorat: Anno millesimo quinquagesimo nono, Burchardum Episcopum Halberstadiensem iniquam diu litem cum Abbate Herveldensi fovisse, super decimis Saxonie, quas Episcopus Monachis ereptas, sibi vindicatum ibat, sed manu magis quam jure.

Lambert. Schafnaburgensis in suis Annalibus cum Abb. Visherghis & Rhegnone Argerati ed. 1785. p. 466. Baron. to. 11. anno 1059. n. 81. & 82.

Abbas rem sæpius in judicium deduxit, sed furdus Tribunalibus narrabat fabulam: nec politica, nec sacrae leges vim adversam perrumpere valebant. Ita nec ratio, nec spes erat valenti adversario resistendi. Idcirco hic idem Abbas paucis ante mortem diebus Comitum Palatinum Fridericum ad se vocat, & extrema hæc mandata ferre Antistiti rogat: *Se quidem lito imparem, lege meliorem cedere, atque etiam de vitâ jam decedere: sed Deum Iudicem futurum, ad quem appellaret, huic vires ad tuendam æquitatem non defuturas. Pararent igitur se ambo, ut causam intra paucos dies dicerent ad illud Tribunal, ubi gratiâ & potentiâ spretis, sola imperaret Iustitia. Illum ibi victurum, non qui plus posset, sed cujus causa æquior esset.* Sic Abbas obiit; nec eventus fecellit. Pauculi dies ab obitu Abbatis præterierunt, cum Antistes jam equum confecturus, subito velut fulmine ictus corruit. Delatus ad cubiculum, decimas Herveldensi cœnobio quam primum reddi, & omnem in posterum super eâ re litem præcindi jussit. Cùmque Magdeburgensis & Hildesheimensis Episcopi ad eum reverserent, grandi ejulatu fatebatur: *Vocari se, prout Abbas prædixisset, imò jam abripi se ad divinum Tribunal, ibi judicandum. In his vocibus desit. Uto Archiepiscopus, quo potissimum impullore in eam sententiam Anstites exarserat, horum malorum primus incensor, eodem anno morte subitariâ sine sacris omnibus extinctus, vel à diabolo (ut vulgatiores ferebat fama) suffocatus est.*

Horrendum est, ô Deus, inter ejuscemodi virgas & plagas ad Tribunal duci! Divina hæc judicia expavescens Jobus: *Ecce Deus, inquit, excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus. Quis poterit scrutari vias ejus?*

Job cap. 36. v. 22. & 23.

Tom. I.

A aut quis potest ei dicere? Operatus es iniquitatem.

Decimi octavi testes. Anno millesimo centesimo quinquagesimo quarto Friderico Anobarbo Imperatore Anstites Moguntinus fuit, vir pius, tranquillus, suarum rerum: & ideo Romæ accusatus, ut ineptus atque inutilis muneri quod gerebat. Accessit Arnoldus, qui ab Henrico missus fertur ad purgandum. Homo nequam contrarium profus fecit. Nam igni oleum addidit, & quosdam Purpuratorum Patrum corrupit, atque in se vertit. Eò ventum est, ut Cardinales duo Moguntiam missi, de causâ quæstiverint, Henricum damnarint, & abdicarint, Arnoldum illum subrogarint. *Alter dicitur Henricus patienter id ferens, hæcenus dumtaxat. Quæstus est, ut diceret: Injustè judicatus. Appello igitur ad Dominum Iesum, æquissimum Iudicem, ibi me responsurum exhibebo: Venite, sequimini.* Illi joco cludentes: *Cum præcesseris, inquit, nos sequemur.* Nec verbis eventus defuit. Nam ille post annum ferè & dimidium fato concessit. Ruinose ad aures Cardinalium delato, de Henrici morte, illi iterum illudentes. Ecce, præcessit, inquit, nos sequemur. Secuti sunt profecto, & uno die uterque subito decesserunt, & quod ajunt, miserabili mortis genere.

B

Quam providè nos Judex noster monuit: *Nolite judicare secundum faciem; sed justum Iudicium judicate.* Nunc omnibus vitis aptari larva potest, uti omnibus vasculis operculum inventi. Nihil tam absurdum, quod non pingi & defendi possit: omnes contumeliæ suos habent prætextus, omnis injustitia suam reperit mantelam, nihil tam inexcusabile quod non specioso nomine possit velari. Sed has larvas & hæc velamina supremus Judex detrahet. Itaque quod Paulus monuit, *nolite ante tempus judicare, quoad usque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit unicuique à Deo.*

1. Cor. c. 4. vers. 3.

§. VII.

Decimi noni testes. Leodii cœnobium S. Jacobino bilis adolescens ingressus est religionis causâ. Quod ubi cognatus ipsius Leodiensis Præpositus inaudit, egerimè tulit. Mox igitur Abbati Manlianum imperium deferri jubet: *Conlobrinum reddat, aut vim expectet.* Recusat Abbas nolentem & invitam extrudere. Ergo Præpositus satellitium cogit, monasterium vi aperit, juvenem rapit, & religiosi vestibus detractis, eum profanis induit. Abbas adscitis in patrocinium primoribus civitatis, ad Episcopum se confert, injurias exponit, & vim suo monasterio illatam, idque præsentem Præposito. Episcopus has querelas ægrè admittit, in Præpositi partem non dissimulante vergeret, & Abbate durius objurgare. Abbas præempti consilii mox submissis humi genibus, & ad Præpositum versus clementi voce: *contra tuas injurias, inquit, ô Præposite, æquum Judicè in terrâ obtinere non possum: cælum igitur peto, & summum Judicem interpello, ut intra quadraginta dies uterque nostrum coram eo compareat sententiam pro meritis auditorus. At Præsul cum suis liberaliter cachinnatus priscam hominis simplicitatem irrisit, dimisitque non sine scommate.*

D

Expectate paucillulum; *Altissimus enim est patiens reditor.* Die abhinc quadragesimo, Abbas ante meridiem circiter horam nonam mortuus est. Eo tempore Præpositus balneo domestico usus lavabar. Cùmque audiret æra campana insolitum concrepare, quærit: *Quid hoc isto tempore? Cui famulus: Ajunt Abbatem ad S. Jacobi modò defunctum esse.* Præpositus continuo memor quadragesimi diei ab Abbate dicti, expavescens & attonitus: *Mox foras, inquit, foras; habeo quod agam: heu comparandum est mihi hodie coram Judice supremo. Cùmque properaret thermis egredi, inter adstantium manus collapsus diro cum ejulatu abiit vitâ ad iudicium utique Judicium: ubi causarum strepitus cessant,*

L 2

cessant,

cessant, ubi nullus cachinnorum locus, ubi Jurisperitorum codices obmutescunt, ubi preces, nec aurum, nec favor liberant. Quam porro sententiam Abbas, quam Prepositus abstulerit, nunc scire nefas. Die novissimo quo reviviscunt omnium faculorum mortui, sciemus omnes.

Job cap. 41. v. 1. & 3. Idem e. 3. 4. Ita Petrus Damianus tom. 1. l. 6. 2. epist. 10. 15. m. 1. p. 113. At vero Casfor Barantota. 10. ann. 973. Damianum resellit, negansque illud Ethnici consilium m. 1. d. contracti. Et d. suo patrem anathemate percussit. Ego inter duos Cavillantes arbitrii negotiosissimus. A pane rationis Baronii severissimum. Hæc invidere debui, ne quid damni putaretur Veritas. b. Dominus Guilj. in. Ferdin. ab Effren, qui vendit. nando 11. Imp. & consiliis etc. in Almagali Politico de ratione statuta seu libelo Principum l. 5. parte 3. m. 1. p. 382. * seu, Quasiore.

Deus per Jobum olim minatus: Quis enim, inquit, resistere potest vultui meo? Non parcam ei. & verbis potentibus & ad deprecandum compositis: Verò Deus non condemnat. Et sic frustrat, nec Omnipotens subvertit iudicium. Qui non accipit personam Principum, nec cognovit tyrannum, cuius discipularet contra pauperem: opus enim manuum eius sunt universi.

Vicissimi testes. Otho I. Imperator Romanus, quod Petrus Damianus a cum curâ narrat, à filio Guiljelmo Præfule Moguntino, ob patrimonium cum Adelaide contractum liberius reprehensus filium in vincula dedit. Guiljelmus filius Othonem patrem ad Prætorium Christi in jus vocans: Die sancto Pentecostes, inquit, ante Dominum Jesum Iudicem nostrum uterque comparebitur, & de capite causam dicemus. Uter nostrum æquitaris lineam transgressus sit, divinum pandet iudicium. Igitur Nonis Maij, ipso Pentecostes festo die, Otho in Saxoniam morbo subito correptus hominem exiit, & indictum vadimonium obivit, cum pauld ante filius etiam Guiljelmus vivere desinisset.

Vereor hæc, Lector, ne rot testium caterva, & ut dixeram sonora nube, & oculis & aures tuas fatigem. Sed cum venia tua liceat omnium recentissimum subiungere; & ad alia tranibimus. Ergo

b Vicissimi primi testes. Anno millesimo sexcentesimo sexto, Miles Germanus naturâ non infecerus, cum signo dato ad excubias vocaretur, commilitonibus subridens dixit: Redeunt ad nos excubias, rediret utinam & nuntius pecunie. Excepta vox est, & ad ducem relata, qui prætorum rerum capitalium * accersito iuber in hominem, qui voces seditiosas sparsisset, serid animadvergi. Mox in vincula miser trahitur, & torquetur; denique capite damnatur. Miles optime sibi conscius audita mortis sententiâ non nihil cohœruit. Ubi animum recepit terrifico clamore ducem in clamans, ei que jam presenti: Post tres, inquit, hebdomades, hac ipsâ noctis horâ rationem Deo reddes de meo sanguine. At Dux subridens: Tu, inquit, hæc oracula formidolosus canes: vaticinationes istæ militem non terrent. Sed abi jam sediosum caput in malam crucem. Ita nec die quidem expectato, mediâ nocte, horâ duodecimâ ducitur, & infelici arbori suspenditur. Mane in terrore ceteris spectandus exponitur transfixis præcordiis, cum hoc titulo: *Seditiosus miles*. Dux non nihil tacite consternatus tam audaci provocacione ad Dei tribunal. Eius tamen sensum oblivisci cepit. Verum indicto temporis spatio jamjam elapsuro, cum horâ noctis duodecimâ ad excubias visendas exiret, è ponte navali decidit & submersus est. Uter horum securior ad Christi Iudicis Tribunal steterit, tu mi Lector, pauld attentius tecum expende. Hæc quamquam mira, fidem tamen merentur à tradentibus.

Sed hic manum amoveo è tabulâ, & calamum plura daturum chartæ substringo. Sat testimoniorum ac testium optimorum, quos integrâ fide produxi. Nullius, aut ferreæ frontis sit, qui tot tamque diversos cum recentibus, tum prisicos scriptores vanitatis omnes arguere non vereatur. Ergo discite iustitiam moniti. Et heu quam disparia sunt humana & divina iudicia! O quoties Deus (ne dubitemus) hominem eum absolvit, quem omnes homines damnant; & quoties damnat, quem omnes absolvent. *Iudicia Dei abyssus multa, abyssus impenetrabilis.*

Judicia divina & humana disparia. Psal. 35. vers. 7.

Quare arcanum hoc Iudicium omni vitâ metuentium, seu, cur assidue, summoque studio attendendum, ut vite ratio bene reddatur.

S. I.

NOvissima cujusvis hominis tempora, quibus ad Iudicium à morte invitari solet, spiritus divinus per Ecclesiasten amœnissimâ potèti hunc in modum depinxit. Ita orditur:

Quare novissima in mente habenda:

Memento creatoris tui, antequam veniat tempus afflictionis, & appropinquent anni, de quibus dicas, non mihi placeat. Ultimi dies hominis verè tempus afflictionis, cum frenis dolor irruit solitis, cum lectus pro carcere, mors pro apparitore, Iudicium pro Æternitatis janua est: Pergit Ecclesiastes:

Eccles. 6. 12. vers. 1. Qui ultimi dies hominis tempus afflictionis:

Antequam tenebrescat Sol, & Lumen, & Luna, & Stelle, & revertantur nubes post pluviam. Eo tempore, Intellectus qui in homine sol est, obubilatur: Lumen alicuius memoria hebescit. Voluntas veluti Luna inconstantissima laborat, geminæ frontis stellæ oculi caligant & lippiunt. Vaporum è stomacho ascendentium nubes augentur, hinc destillationum, gravedinis, ac catharorum perpetuæ pluvia: Sed pergit dicere:

Intellectus obubilatur:

Quando commovebuntur custodes domus, & mutabunt viri fortissimi. Domus istius custodes sunt, sensus exterioris & costæ, illi deficiunt, hæc viribus exhauriuntur & fatiscant: Viri fortissimi crura, pedes ac genua vacillant, & fere onus solitum reculant.

Domus custodes deficiunt:

Otioso erunt molentes in minuto numero. Dentes nulli aut rari, cibum pauld duriores commolere non poterunt amplius. Ita molendinum istud aut ferriabitur & vacabit, aut languidissimè movebitur. Senium ferè edentulum est.

Ibid. Dentes cibus duriores commolere non poterunt:

Et tenebrescent videntes per foramina. Oculi qui aliquâdo per orbiculatos suos cancellos, veluti per fenestras aut foramina aliis insidiabatur, aut insidias sibi postas speculabantur, nunc minutim & per nebulam videbunt, & vix obvios in plateâ discernent, cæteri nervi optici, aut indurabuntur, aut humorum congestu, & spirituum defectu, impediuntur. His oculorum damnis peritissimè jacturam dentium præmisit. Nam ubi dentes pauci ac debiles, ibi cibus malè manditur, & quasi crudus in stomachum demittitur. Hinc humorum copia & multiplex malum. At sequitur:

Ibid. Oculi vix obvios in plateâ discernent:

Et claudunt hostia in plateâ, in humilitate vocis molentis. Labra oris ostia maiorem partem clausa, nec loqui multum, nec clamare sinent. Facies tota veluti platea, rugis & sulcis exarabitur. Os panis molendinum remisso erit sonitu, quem aliâs dentes edere solebant.

Labra oris ostia loqui non sinent:

Et consurgent ad vocem volucris. Qui ad illud afflictionis tempus deveniunt, somnum non capiunt nisi brevicem, parcum ac levem, adeoque non profundum, ut vel passeruli, vel alterius aviculæ garritu excitentur. Ita plerumque malè dormiunt, ob crebram insomniam, quæ eos non tantum ad galli gallinacæ canrum, sed ad quemcumque strepitum vigilare jubet. Addit,

Ibid. Somnum non capiunt:

Et absurdescunt omnes filie carminis. Aures quæ musicâ solebant oblectari, vocum discrimina agrè percipient. Sic octogenarius senex Bercellai ad Regem Davidem: Nunquid vigent sensus mei, ait, ad discernendum suave, aut amarum? aut delectare potest servum tuum cibus aut potus? vel audire possum ultra vocem cantorum atque cantaricum? Sed progreditur Ecclesiastes.

Ibid. Aures vocum discrimina agrè percipient: 2. Reg. 6. 19. vers. 35.

Excelsa quoque timebunt, & formidabunt in viâ. Alta conscendere metuent senes, propter capitis verriginem, & poplitum imbecillitatem, imò & in plano ambulare formidant, nec ubi cadant aut impingant, ideo lento timidoque

Alta conscendere, & in plano ambulare formidant:

midoque gradu incedunt. Sed prioribus addenda sunt & ista:

Ibid. Caput canis praematuris spargetur, Pedes ac ribia inflantur, Omnis appetentia abolebitur: Vesp. 6.

Florabit amygdalus, impinguabitur locusta, & dissipabitur capparitis. Caput praematuris spargetur, quemadmodum amygdalus flore praepropero albescit. Pedes ac tibiae ob humorum affluentiam inflantur & intumescunt, ut speciem marinae ventriosae locustae referant. Ita exhausto corpore & ossibus extantibus mera erit mortis imago, vivum cadaver. Et dissipabitur, inquit, capparitis. Omnis appetentia tam Veneris quam cibi, quae ferè capparitis condimento excitari solet, abolebitur. Sed ulterius:

Dorsus spina dissolvetur:

Antequam rumpatur funiculus argenteus, & recurrat vitæ aurea. Memento, quod jam supra monuerat, Creatoris tui, antequam argenteus funiculus, seu contextus in dorsus spinam quam alba, sive argentea medulla implet, dissolvatur. In hac ossèa catenâ, ut Levino Lemmio medico placet, sunt triginta quatuor vertebrae, seu spondyli, & octo nodi vel juncturae. Haec concatenatio in morte rumpitur. Vitæ aurea est cuticula seu involucrem cerebri, quod meninx dicitur, non dissimile virtus aureis quibus mulieres olim comas involuebant. Ergo ad Judicium te para, priusquam subtile hoc cerebri conditorium retrahatur aut corrugetur, quod mortis signum est, sicut ea quae sequuntur.

Ibid.

Et conteratur hydris super fontem; & confingatur rota super cisternam. Aetas fracta aut morbida vesicam corporis, hydrim ad fontem renem, sic afficit, ut ea vel lapillis & calculus, aut excernendi difficultate corrumpatur.

Rota seu caput hominis labascit.

Rota denique caput hominis super ventrem seu stomachum velut cisternam situm imminente morte primum labascit & nutat (uti oculi omnium primò moriuntur) totumque corpus in praecipitium velut fracto vehiculi axe, totum corruiit vehiculum ita capite jacente, corpus universum demet.

Matth. cap. 24. & 33.

Christus Domini cum extremi ac publici Judicii signa praedixisset, addidit: *Cum videritis haec omnia, scitote quia prope est in januis.* Idem omnino de praeviis arcani Judicii signis dicendum: Cum videritis ista, quae modò diximus, indicia, scitote quia prope est Judex. Tunc ibit homo in domum Aëternitatis suae, & revertetur pulvis in terram suam unde erat; & spiritus redibit ad Deum qui dedit illum.

Tres causas cur homo omni vitâ se ad Judicium debeat preparare:

Ergo cum videritis solis & stellarum tenebras, cum sensus exteriores, & omnia humani corporis firmamenta labi cœperint & deficere, scitote quia Judex in januis est. Parate igitur justitiam ante Judicium. Hanc autem justitiam malè parat, qui eam non parat assidue. Hoc ergo capite tres causas assignabimus, cur homo judicandus ad Judicium istud omni vitâ se debeat primâ summâque curâ preparare. Hoc autem triplex documentum ejus generis est, ut si quis paullò accuratius id considerarit, nec tamen emendarit mores ac vitam, pecus aut saxum potiùs, quam homo videri possit.

§. II.

1. Judicis sententia nobis incertissima. Eccles. c. 9. vers. 2.

Prima igitur causa, cur omni vitâ metuendum sit Judicium istud, & preparatio illi quam accuratissima praemittenda, est *Judicis sententia nobis incertissima.* Verissimè dixit Ecclesiastes: *Omnia in futurum servantur incerta.*

Fuit in aula Mauritiæ Caesaris nobilissima femina, quae omnibus studiis id unum laborabat, ut aliquam judicariae hujus sententiae certitudinem praescire posset. Huic Gregorius Pontifex rescribens: Rem difficilem peris, & inurilem. Arcani Judicii sententia nobis nunc planè abscondita; sciemus cum moriemur. Quam autem sententiam is speret, qui vitam suam tot improbis actionibus fœdat, qui Deum ac divina non magno aestimat: unde illi non difficile sit judicare, se suaque Deo Judici non placere. Aliter bonae mentis homo cogitans: Nescio, ait,

utrum omnes actiones meae Deo placeant. Hoc scio, longè aliter Deum quam homines judicare: Longè alia libræ caelesti pondera esse, quam nostris bilancibus. Atque istud pertimescens Jobus: *Verebar, inquit, omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti.*

Iob. cap. 9. vers. 28.

Bernardus Claravallis Abbas, vir longè religiosissimus ingentem nihilominus errorum suorum catalogum texens: *Idcirco, inquit, tædet me vivere: Vivere erubescio, quia parum proficio: Mori timeo, quia non sum paratus.* Nihil tale verendum erat animæ Pauli, cui ab aspectu & amplexu dilecti unius tantummodo partes obfitebat, videlicet lex peccati, quam inveniebat in membris suis. Hoc sanè interjecto pariere non longè peregrinabatur à Domino, unde & optabat clamans: *Quis me liberabit de corpore mortis hujus?* sciens se mortis compendio continuo ad vitam perventurum. Verùm quis similis Paulo, qui non consentiat interdum concupiscentiae ad obediendum peccato? Noverit proinde is qui peccato consenserit, & alterum se opposuisse parietem, ipsum utique pravum illicitumque consensum, nec potest gloriari qui hujusmodi est, quia stèt sibi post parietem sponsum, quando jam parietes interfunt, non paries. Multò minùs si consensus venerit ad affectum, cum tertius quoque jam paries sponsi arceat impediarque accessum, actus videlicet ipse peccati. Quid si & consuetudo forte peccatum in usum, aut usum etiam in contemptum perduxerit, sicut scriptum est: *Impius cum venerit in profuturum malorum, contemnit.* Nonne si ita exieris, ante à rugientibus praeparatis ad escam poteris devorari, quam pervenire ad sponsum, non uno siquidem jam, sed tantà à te parietum numerositate interclusum?

Bern. de inferiore domo c. 35. medio, mihi pag. 1072.

Quis ergo Judicium non valde metuat, si non solum non proficiat, sed in dies paenè deterior fiat? Et revera si alio nomine Judicium hoc expavesendum non sit, unita & cogitatio moribundum non leviter fatiget. En migro in orbem alium in quo nunquam fui, viam ignotam eo, quam nunquam exploravi, ad Judicem tendo, quem languidissime amavi, quem sepiissime non timui, quem nunquam vidi, nisi velatum: quid dicam aut quid respondebo ei? &c. Haec tam seria jam à nobis non curari, in causâ est animus noster vagus, mobilis, vecors, solutus, & qui rarissime patitur se uni rei, praesertim sacrae, alligari. Ita turbamur erga plurima, cum porro unum sit necessarium. Accedunt voluptatum illicia, saeculi insolentia, rerum fluxarum blandimenta. Ita homo cum sibi bene est, judicat nil esse causae cur seipsum turbet: ita res aëtae incerte committitur: ita iter & peritur. Aut ubi non amplius seria ludo vertuntur, sed ludus seriis; cum sacerdos adest ægrotum oleo sacro uncturus, Eucharistiam porrecturus, ad ultimam luctum hortaturus, cum imago crucifixi, & cereus mortualis jam in oculis, cum preces circumstantium fletibus mixtae audiuntur, longè aliter quam olim moribundus sentit. Ecclesia verò ejusmodi preces ac ceremonias eo

Prov. c. 18. vers. 3. Bernard. in Cant. serm. 56. post mod. mihi p. 733.

Cogitatio moribundum fatigans.

Tempore idcirco adhibet, ut significet hominem illum in tantis esse periculis & angustiis, ut omnium caelum patrocina sint imploranda, ut aequi & iniqui sint invocandi, ad molliendum maturè Judicem. Verè tunc dixerit moribundus: *Circumdederunt me contritiones mortis, torrentes Belial terruerunt me. Fures inferni circumdederunt me: praevenierunt me laquei mortis.* Foris gladius, intus pavor, nusquam solatium.

Horat. de arte poet. post 4. pag. initio.

In superioribus commemoratum est fide dignis auctoribus de felici & infelici quorundam obitu. In eâ re libris credendum. Non omitendum quod ipsi & auribus & oculis haufimus.

Cut Ecclesia praesentia ceremonias moribundo adhibeat. 2. Reg. c. 22. vers. 5. & 6.

Ante annos viginti quinque vir religiosus ac eruditus tam ægrâ fuit valetudine, ut quamvis extra lectum esse, ac colloquentibus alidere potuerit, ac morbi tamen indole verbisque medicorum faciliè conjectarit sibi moriendum. Certè paullatim adrepentem sensit mortem.

Hic non nihil tristis & anxius subinde altum ingemiscebat. Cùmque dicerentur quæ illi putabantur solatio fore: Verum est, ajebat ille, solantur hæc & erigunt quæ dicitis, & memini cùm ego ipse optarem, præ cæteris esse vicinus morti, & pæne gesticbam mori, neque jam adeo recuso istud quantumvis angustum ostium subire, sed sententiam audire irrevocabilem hoc terret. Hic iterum dicta quæ in rem videbantur. At ille denuo concetissimis verbis: Sed, inquit, horrendum est, coram Deo apparere.

Longè verissimum est quod dixit. Hic ipse, quem dixi, insignem vitæ clausulam apposuit. Nam, quod vix ulli concessum, sanissimâ ratione ad ultimum usque halitum sibi constans: Iam nihil, ajebat, cerno amplius, jam nil amplius audio. Ultima quæ protulit verba hæc erant: Sit nomen Domini benedictum, ex hoc, nunc, & usque in seculum.

Est ergo primum, quod omni vitâ quàm diligentissimè considerandum, incerta Judicis sententia. Divini oraculi vox est: *Sunt justi atque sapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen nescit homo utrum amore, an odio dignus sit, sed omnia in futurum servantur incerta.* Ergo, quod Sira- cidides monet, de propiatio peccato, ne finis sine metu, neque adjiciamus peccatum super peccatum.

S. III.

Altera causi cur accuratissima per omnem vitam præparatio præmittenda sit ante Judicium, est, Omnium promeritorum finis, quem mors imponit. Dum vivimus, velut in mercatu sumus, emere, vendere, lucrari licet: cùm tempus est Judicii, finis est omnis lucri. Omni tempore priori poteras, mi homo, qualibet horâ, qualibet parte horæ, quovis momento plurimum promereri ac lucrari, omnibus vitæ diebus poteras tua tibi promerita in immensum augere, vel amando Deum, vel alias actiones pie sanctasque exercendo; hæc vitæ ratio, hic noster mercatus est.

Cùm Judex vocat; age, convolve merces, convasa quod habes, & in Jus adi. Cælum obtines? Non illic merendi, sed mercedem accipiendi locus est. Obtingit tartarum? hic neque merces, neque meritum est: sed nec ullum ibi debitum dissolvitur. Ante mortem poteras pro noxis satisfacere quo vis gemitu, quavis oratione, vel cogitatione bonâ, frustillo panis, vel obolo in egenos sparso. Post mortem nil horum amplius licet; antea licebat.

Atque hoc revera non capimus, alioqui longè aliter acturi. Quia verò hæc aut non prævidemus, aut prævisâ cordi non habemus, ideo fumos colligimus, terram curadimus, lutum amplectimur, honores, divitias, voluptates avidissimè sectamur, idque in nostram perniciem. Quid hæc, ô futiosi, proderunt in Judicio? imò quàm multipliciter oberunt? Quid crepundia & nugæ in Tribunali tam serio juvent? Nihilominus aliter agere, nemo nobis, & nec Angelus quidem persuaserit, Ezechiel monet, sed ferè surdos: *Argentum eorum foras projicietur, & aurum eorum in sterquilinum erit. Argentum eorum & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini.*

Solent aurifices & feminae quæ fila ducunt aurea, minimas etiam particulas, auri ramenta & lamellas vix oculis conspicuas religione sedulâ colligere. Hic omnis parsimonia non leviter lucrosa est. En adeo gnave sapiamus in lucellis tam minutulis, vicinium Judicium, perenne lucrum, immortale gaudium transimus cæci. Ita culicem colamus, & glutimus camelum. Optimè dixit beatus Hieronymus: Omnes sumus in minimis cauti, in maximis negligentes, quia ubi vera vita sit ignoramus. Ideo tam grandi miseratione nos Christus commonet: *Quia si cognovisses & tu, & quidem in hac die tuâ, quæ ad patens tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.*

A Sed etsi hæc videantur, non tamen creduntur. Qui autem hæc vident, capiunt, credunt, ita secum ipsi ratiocinantur: Dum vivo, possum quolibet quadrante horæ, quolibet puncto plurimum promereri ac lucrari. Brevi omnis promerendi ac lucrandi occasio mihi præscindetur. Ergo nunc res meas agam, dum licet, nunc gemam, nunc pectus tundam; nunc ad omnes horæ particulas tanquam ad aurea fila, vel auri ramenta vigilantissimè attendam; nihil mihi temporis præteribit sine vestigali: omnes vel minutissimas illius partes in censum meum redigam. *Veniet nox vita mea, cùm Ioan. cap. 9. nihil amplius laborare poterò.* Ergo jam, quodcunque facere poterit manus mea, instanter operabor. *Nunc tempus faciendi Domine.* Paulò post dicitur mihi: *Clausus est janua.* Nam post ultimum in morte halitum, nec unicum quidem dabitur momentum per omnem Aeternitatem, quo aliquid promereri liceat.

Idcirco Paulus: *Adhortamini, ait, vosmetipsos per singulos dies, donec Hodie cognominatur,* dum vita durat. *Quod hodie fieri potest, ne differamus in crastinum.* Revera, quod præci dicebant.

Lectura vitæ maxima est, dilatio.

Credibile est multa millia hominum ad inferos præcipitari, qui cælum conscendissent, nisi penitentiam distulissent. Quod Gregorius confirmans: *Regni janua, inquit, lugentibus claudetur, quæ modo quotidie penitentibus hom. 12. in aperitur. Nequaquam tunc veniam invenit, qui modo venia tempus perdidit.* Per Isaiam Deus temporis opportunitatem explicans: *In tempore placito, inquit, exiit mihi te, & in die salutis auxiliatus sum tui.* Uteris hoc die? teipsum servas. Negligis hunc diem? Teipsum & omnia perdis. Clama, plora, obtestare, pulsa: Non audieris; jam clausa est janua. Hoc tibi Deus centies, sexcenties prædixit: *Tunc invocabunt me, & non exaudiam.*

Grande igitur in morâ periculum est. Cujus August. submonens: *Vide, inquit, quid emas, quando emas, quantum emas. Emis enim regnum calorum, & non est emendi tempus nisi in hac vitâ.* Quocirca, quare Dominum dum inveniri potest. Quære hodie, neque tam serium salutis negotium in crastinum differ. Hodie si vocem Domini audieris, noli obdurare cor tuum. Lectura vitæ maxima est, dilatio. Hodie para te ad Judicium, fortasse cras stabis ante Judicem. Quocirca *Celerem promeritorum suorum secundo loco ponimus, seu documentum, seu causam, cur omnis humana vita debeat esse præparatio ad Judicium.*

S. IV.

Causa tertia est Aeternitatis in morte clara cognitio. Cùm mors præ foribus insidiatur, jam in oculis est Aeternitas, non aliter ac si moribundus ad immensum ster oceanum, quem oculis obire non possit. Hic longè alias de Aeternitate cogitationes haurit ægrotus quàm hauserat sanus, atque unâ intelligit, quâ ratione ab unico illo ultimòque momento pendeat totius Aeternitatis immensitas. O momentum, quod molem tantam sustines!

Balaam vates asinâ vehens devenit ad angustias durum maceriarum, habuitque ante se stantem Angelum evaginato gladio. Homo moribundus inter angustias temporis finiendi, & Aeternitatis incipientis deprehensus, nec effugere, nec digredi, nec desistere uspiam stitutus potest. Ponè illum mors est, reum sum ut canis fixa agroligans Judici offerendum. Ante ipsum Aeternitatis ostium paullatim panditur; edito extremo spiritu per illud transcendendum est. Ad latus unum hæret angelus cum omnibus, quas exercuit, bonis actionibus. Ad alterum (ita rem cogitatione depingimus) adest diabolus cum omnibus, quas commisit, noxis. Infra hominem hiant fauces Tartari; supra hominem Judex imminet cùm Judiciali ferulâ. Conclusus es, ô homo, conclusus es undique:

Eccles. c. 9. v. 1. & 2. Eccli. cap. 5. vers. 5.

2. Omnium promeritorum finis, quem mors imponit.

Ante mortem pro noxis satisfacere possumus. Damnat.

Honores, divitiæ, voluptates in judicio non proderunt. Ezech. c. 7. vers. 19.

Zac. cap. 19. vers. 42.

Dilatio quæ præcipitari, qui cælum conscendissent, nisi penitentiam distulissent. Quod Gregorius confirmans: Regni janua, inquit, lugentibus claudetur, quæ modo quotidie penitentibus hom. 12. in aperitur. Nequaquam tunc veniam invenit, qui modo venia tempus perdidit. Per Isaiam Deus temporis opportunitatem explicans: In tempore placito, inquit, exiit mihi te, & in die salutis auxiliatus sum tui. Uteris hoc die? teipsum servas. Negligis hunc diem? Teipsum & omnia perdis. Clama, plora, obtestare, pulsa: Non audieris; jam clausa est janua. Hoc tibi Deus centies, sexcenties prædixit: Tunc invocabunt me, & non exaudiam.

August. in submonens: Vide, inquit, quid emas, quando emas, quantum emas. Emis enim regnum calorum, & non est emendi tempus nisi in hac vitâ. Quocirca, quare Dominum dum inveniri potest.

Psal. 94. vers. 8.

Aeternitatis in morte clara cognitio.

Nim. c. 22. vers. 24. Balaam inter angustias temporis finiendi, & Aeternitatis incipientis deprehensus, nec effugere, nec digredi, nec desistere uspiam stitutus potest.

CAPUT V.

undique: si Judicem iratum habeas, peristi. Quid mirum hic peccus aestuare, tremere, palpitare, & frigida etiam membra sudare.

O Christiani, hanc horulam mortis & Judicii in animo quam altissimè inculpamus: Quid enim horum fieri negare possumus? Fides docet, natura testatur, experientia quotidiana & oculis & auribus id ingerit, neminem nasci non moriturum. *Statutum est hominibus semel mori. mori tantum? & post hoc iudicium.* Judicium quod hactenus demonstratum est prorsus arcanum, & Aeternitatis vel luctuosæ, vel beatæ principium.

Anno Christiano sexcentesimo quarto, duo juvenes Ecbertus & Edilunus magnæ indolis è nobili stirpe Anglorum (quod Beda narrat) in Scotia cænobium * habitaverunt. Socii eorum omnes vel mortalitate sublati, vel aliò dispersi sunt. Demum & hos duos eadem lues corripuit. Horum alter Ecbertus se moriturum veritus quodam mane valetudinatio egressus, loco sibi commodo recessit.

Hic secum ipse Judicium instituit, tam iudicis quàm rei personâ functus. En, ajebat, jam me tangit ordo; ad Iudicem vocor; quid responsum sum de peccatis meis innumeris? Cùmque vitæ prioris maculas tristi memoriâ sedulo inspexisset, multis cum lacrymis deprecari Deum institit, ne prius à morte ad Tribunal abiret, quàm omnes vitæ noxas pœnitentiâ eluisset. Adjecit & votum: In Britanniam solum patrium nunquam redire velle, legibus ritique peregrini vivere, quavis hebdomade diem noctemque totam omni cibo abstinere, quolibet die præter consuetas preces, psalmos omnes recitare.

Hoc voto nuncupato, lacrymisque absterfis in valetudinarius rediens sodalem reperit dormientem. Ne illum expergefaceret, & ipse quieti se tradidit. Paullò post Edilunus ultro expergefactus vultu in socium obverso: O Ecberte, ait, ò quid fecisti? Sperabam equidem nos unâ pariter ab beatam Aeternitatem transituros. Verumtamen scito, tui te voti futurum componem. Viderat enim secundum quietem Edilunus, quid alter à Deo petiisset, & nocte prius defunctus est.

Ecbertus superato morbo convaluit, & ad nonagesimum ætatis annum, pervixit. Sed ad futurum, quod semper metuebat, Judicium incredibili studio se quotidie paravit. Erat in eo, ut Beda loquitur exentplum vivendi, assiduitas docendi, auctoritas corripendi, pietas largiendi admirabilis. Quo vivendi modo Scotorum genti plurimum emolumenti attulit. Et quamvis omnes in eo virtutes elucerent, singulariter tamen in illo studium humilitatis, mansuetudinis, simplicitatis ac continentie viguit. Has ille sibi comites ad Christi Tribunal junxit. Nec tacendum, quàm parè ac severiter se ipsum vir iste habuerit. Si quidem ter in anno quadraginta diebus jejunium rigidissimum servavit. Tempore quidem majoris verni jejunii nil unquam cocti gustavit, nec enim ullo die aliud quàm modici panis aliquid & lactis, idque ad dimensum & semel tantum de die admisit. Hoc omnis mensæ paratus, hoc vini & omnium ferulorum epitome fuit.

Hac vitæ ratione quadraginta dies ante Natalem Domini, & alios quadraginta ante Pascha, demum alios quadraginta post Pentecosten transegit. Hac vitæ austeritate ad annum ætatis nonagesimum pervenit, Anno Christiano septingentesimo viceesimo nono è vitâ migravit. De hoc viro verissimè dici poterit: Noctes atque dies, horis omnibus, summo studio, toto animo ad Judicium se comparavit.

Hoc idem, ò Christiani, omnibus opibus ac viribus, totòque peccore agamus, ad Judicium nos comparemus, & quod facere statuimus illud hoc die, hac horâ ordiamur. Tempus breve est; Tribunal imminet; Dominus prope est.

Quantam sanctissimis viris formidinem injeccerit arcanum hoc iudicium; seu, quanti trepidarint in reddenda ratione.

IOannes Damascenus elegantem narrationem ingressus: Rex Magnus, inquit, aureo curru, regio satellitio stipatus iter fecerat. Hunc viri duo religiosi veste lacerâ, macie confecti, ora pallidi fortuito transibant. Constabat autem regi hæc esse macerata carnis & assidua in divinis obsequiis intentionis indicia. Quamprimum igitur eos vidit, curru desiliens & humo affusus, supplicem gestu eos veneratus est; dein confurgens illos complexus amicissimè salutavit. Egredè id tulerunt regis proceres, demissionem regiâ maiestate indignam interpretati. Cùm autem nemo esset, qui ob id increpare regem auderet, regis fratrem instigarunt, moneret suum germanum, ne diadema & sceptrum contumeliosâ submissione ad mendicorum pedes deprimeret. Paruit frater, & regem intempestivæ abjectionis monuit. Rex ei responsum breve ac obscurum dedit.

Atqui moris fuerat illic locorum, ut si quem morte mulctaturus rex esset, ad ipsius ædes præconem cum tubâ mitteret, ut è mœstissimo tubæ clangore morti destinatus disceret, sibi moriendum esse. Idcirco Tubam mortis appellarunt. Rex ergo, sub vesperem misit, qui ad fratris domum tubâ caneret, ferrèque mortis nuntium.

Ubi regis frater feralem tubam audiit, de vitâ jam actum esse censuit. Ita proximam noctem insomnis inter familiæ luctus exegit. Sequenti mane cum conjugè, liberis & familiâ omni atratus venit, ad regii Palatii fores, auditurus, quam capite dependeret sententiam. Jam omnium oculi natabant lacrymis, nec aliud quàm gladius & mors expectabatur.

Rex fratrem ad se accersitum sic allocutus. Itane, inquit, extimescis iram fratris, cum quo tibi sanguis & genus idem est? Itane feralis tuba te macat nullius facinoris conscium? Cur quæso mihi vitio vertebas, quòd eos qui mihi occursum suo Judicis adventum denuntiabant, submissius salutaverim? præsertim cùm egomet mihi plurimorum criminum sim cõsciis, quibus meum Iudicem læsi. Hanc tubam formidemus, quæ mortem indicit sempiternam. Hæc volui, ut instruerem te, non ut occiderem. Ita eruditum abs se dimisit.

Gentis humanæ Judex Dominus Jesus ante adventum suum sæpissimè tubicinem cum tubâ præmittit, qui Iudicem propinquum nuntiet. Letalis morbus, quid letalis aliud quàm præco ac tubicen est, adventui Iudicis nuntiando? Hunc autem sanctissimi quique viri adeo extimuerunt, ut pænè notam sanctimonie suæ inirent, quasi gravius aliquid sibi conscirent. Quinam autem hi fuerint qui arcanum Judicium ita formidarunt, & quam ob causam Judex suis etiam amicis adventu suo trepidationem injiciat, nunc exequemur.

§. I.

Iudicia Dei longè occultissima considerans Augustinus: *Nunc autem, inquit, & mala æquo animo ferre discimus, quæ patiuntur & boni, & bona non magni pendere, quæ adipiscuntur & mali. ac per hoc etiam in his rebus, in quibus non apparet divina iustitia, salutaris est divina doctrina. Nescimus enim quo iudicio Dei bonus ille sit pauper, malus ille sit dives: iste gaudeat, quem pro suis perditis moribus, cruciari debuisse mororibus arbitratur; contristetur ille, quem vitæ laudabilis gaudere debuisse persuadet. Exeat de iudicio non solum inultus, verum etiam damnatus innocens, aut iniquitate iudicis pressus, aut falsis obrutus testimoniis, è contrario sceleris adversarius ejus non solum impunitus, verum etiam vindicatus.*

Nullus nascitur non moriturus. Hebr. cap. 9. vers. 27.

Ecbert. & Edilunus. Beda lib. 3. Hist. gentis Anglorum cap. 27. * Quod Scotorum lingua Rath-meligi dicitur.

Philipp. c. 4. vers. 5.

Tom. 1. l. 2. c. de Civitate d. 2. initio scimus.

dicatur insultet. Impius optime valeat, pius languore tabescat. A Latrocinentur sanctissimi juvenes, qui autem nec verbo quemquam ledere potuerunt, diversa morborum atrocitate affligantur. Infantes vitales rebus humanis immortura morte rapiantur, & qui videntur nec nasci debuisse, diutissime insuper vivunt. Plenus omnibus sublimetur honoribus, & hominem sine querela tenebra ignobilitatis abscondant. Et cetera huiusmodi quis colligat, quis enumeret? Quia verò etiam malis mala eveniunt, & bonis bona proveniunt, magis inscrutabilia sunt Iudicia Dei, & inuestigabiles viæ illius.

Cum autem ea, quæ in hoc orbe fiunt, adeo nec scrutari, nec penetrare possimus, quanto minùs ea quæ in orbe altero aguntur penetrabimus. Hic omnis humanus oculus caligat; hic tenebræ merissimæ. Hoc unum scimus, iustissima esse Dei iudicia, quamvis occultissima; Iudicia divina abyssus omnium profundissima. Hinc non rarè probatissimæ vitæ homines, quando viciniore eunt Tribunali ac Iudicio divino, tantò formidinis pleniores vehementius sibi præsentunt.

Hilarion notissimæ sanctimonie vir, postquam septuaginta pænè annis in eremo servivisset Deo, incredibili vitæ continentia & asperitate, demum jam octogennarius Mortis ac Iudicii fatalem tubam audiit. Cùmque senio fractus & quotidianis iisque asperitibus jejuniis exhaustus jaceret, modicus calor in corpore tepescebat, nec præter sensum quiddam vivi hominis supererat, & tamen apertis oculis loquebatur: *Egredere, quid times? Egredere anima mea quid dubitas? Septuaginta propè annis servivisti Christo, & mortem times? In hæc verba, inquit Hieronymus, exhalavit spiritum.*

Arsenius qui sine semper strophium gerebat, ad siccandas juges lacrymas, cùm annum ageret centesimum vicelimum, jam vicinus mortis, jam indicta Iudicii hora, post vitam tam rigidè quam sanctè ætam, in fatali lectulo flere cœpit. Mirati hoc focii quærebant: *Quid fles, Pater, nunquid & tu times? His ille respondit: In veritate timeo: & iste timor qui nunc mecum est, semper in me fuit, ex quo factus sum monachus. Cùm autem illum Pœmen jam exhalasse cerneret; Beatus es Arseni, ajebat, quia te tantum in hoc sæculo planxisti. Qui enim hic se non planxerit, illic in perpetuum lugebit.*

Hieronymus illud pœnitentiæ vivacissimum exemplar, nihilominus futuri Iudicii metuens: *Ego, inquit, cunctis peccatorum sordibus inquinatus, diebus ac noctibus operior cum tremore, reddere novissimum quadrantem.*

Si tales castissimæ solitudinis Angeli judicialè Christi tubæ sic exhorrent; quid nobis fiet, qui mediis mundi tumultibus inter vitia volutamur? Prioribus & hos addo.

Agathon, quod de illo Ruffinus Aquilejensis refert, cùm sub vitæ finem, jam animam traheret, & sensum velut cereus extingueretur, per triduum totum oculos apertos tenuit nec commovit; Cùmque eum, qui affistebant, tangerent & interrogarent: Ubi nunc es Pater? Ille hæc ipsissima verba respondit: *In conspectu Iudicii Dei sto.* Illi rursus interrogantes: Nunquid, ajunt, & tu times? Quibus ille dixit: *Quantum potui, voluntati divinæ obsequi, & Dei leges servare studui; sed homo sum, & unde scio mea opera Deo placuisse? Cui fratres iterum. Non confidis, Pater, apud Deum te esse in gratiâ? Quibus Agathon: Nihil confido, inquit, donec ad Deum venero, & audiero sententiam in me ferendam.*

Aliud est enim Iudicium Dei, aliud hominum.

Nihil verius: Et istud nemini non terrorem divini Tribunalis admoveat; quia reverè longè aliter Deus judicat quam homines. Hanc etiam ob causam Augustinus: *Væ mihi misero, inquit, cùm venerit dies Iudicii, & aperti fuerint libri conscientiarum, cùm dicerur de me: Ecce homo, & opera ejus. Ecce nihil respondere potero, sed demisso capite præ confusione coram te stabo trepidus & confusus. Heu me miserum, quid dicam?*

Dominicus amplæ familiæ parens cuius oculi velut gemini fonticuli uberrimis lacrymis fluere solebant, jam migraturus ad Christi Tribunal, ut hoc suum iter congruo viatoris paratu influeret, in cinere jacebat, & labra tacitus movebat, ad preces; quid verò precaretur, non audiebatur; simul tamen etiam ira sudabat, ut abstergendus fuerit. Cùmque circumstantes clarâ voce consuetum illud dicerent: *Subvenite Sancti Dei, occurrite Angeli Domini, suscipientes animam ejus, offerentes eam in conspectu Altissimi,* Dominicus ad suum Iudicem non tractus, sed properans placidissimè animam exhalavit. In defuncti corpore reperta ferrea catena, ut verè dici potuerit: succinctus lumbos & ad profectiorem expeditus in Orbem alium migravit.

§. II.

EN etiam amici Dei, & quidem primæ admissionis, licet ad Iudicem votis omnibus festinent, non tamen hoc ignotum iter sine sudore faciunt. Ob adventum amantissimi Iudicis exultant, nihilominus ob naturæ solitum pavorem sudant. Iudici se sistere non omni carer formidine: Aliter homines, ajebat Agathon, aliter Deus judicat.

Bernardus illustre speculum sanctimonie de seipso passus: *Paveo gehennam, inquit, paveo Iudicis vultum ipsi quoque tremendum Angelicis potestatibus. Contremisco ab irâ potentis, à facie furoris ejus, à fragore ruentis mundi, à conflagratione elementorum, à tempestate validâ, à voce Archangeli, & à verbo aspero. Contremisco à dentibus bestie infernalis, à ventre inferi, à rugientibus præparatis ad escam: horreo vermem rodentem, & ignem torrentem, fumum & vaporem, & sulfur, & spiritum procellarum. Horreo tenebras exterriores. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, ut præveniam fletibus fletum?*

Si Bernardus, si alii Deo conjunctissimi, vultum tamen Iudicis horrent, quis sensus erit homini flagitiis cooperto?

Elcearius vir ex affe probus sanctusque, vitæ integerrimæ, prædixit conjugi Dalphinæ, quam virgo virginem servaverat, non diu se amplius in vivis moraturum. Parrisis in morbum incidit, qui eum velut regius præco Iudicii monuit, & ad iudicem transmisit. Elcearius quamprimum omnes à parvulo puero commissas noxas multis cum lacrymis repetiit; illudque Sacramentum sæpius in morte iteravit; rem divinam ad lectulum quotidie fieri curavit: Inter has religiosæ mortis meditationes, id quod semper claverat, aperuit. Nam divinitus, ut videbatur, inductus castitatis cum Dalphinâ conjugè servatâ indicium fecit, dixitque ad amicos nihil horum expectantes: *Salus obvenit homini malo per mulierem bonam; quam sicut Virginem accipi, ita sinceram & illibatam in vivis relinquo.*

De hinc nihil ulterius cum mortalibus fabulatus, inter gravissimos eoque continuos dolores animum ad reddendam Iudici rationem composuit. Singulari solatio erat continua Domini Jesu cruciatuum recordatio. Ideo Christi patientis historiam ad lectulum sibi assidue prælegi curavit. E sacris carminibus Hebræi psalterii memoriter multa, illud in primis identidem repetiit: *Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus: univrsam stratum ejus versasti in infirmitate ejus.*

Eucharistiâ perceptâ cùm ad lectam ultimam sacro ceromate inungeretur; illudque veteri ritu diceretur: *Per crucem & passionem tuam, libera cum Domine. Idem oleum quo ipse tertium repetiit: Per crucem & passionem tuam libera me Domine.* Addidit magno spiritu: *Hæc est sola spes mea, in hac emori certum est.*

At verò jam in ultimis constitutus, jam arcano Tribunali, proximus, vultu terrifico pavoris & horrois indicia dedit manifesta, perinde si perquam difficilis & horrendus festus.

Dei iudicia abyssus multa.

Hieron. in vitâ Hilarionis apud Rosvold, mibi p. 85.

Ruffinus num. 163. Pelag. libello 15. num. 9.

Hieron. to. 1. epist. 5. ad Florent. m. io, mibi pag. 51.

Ruffin. A. quil. n. 161. & Pelagius libell. 11. num. 2.

Aliud Iudicium Dei, aliud hominum.

August. lib. Mediat. s. 39. med.

Serius to. 4. die 4. Aug. si. in vitâ S. Dominici, lib. 5. cap. 2.

Bern ser. 16. in Cantica, circa med. mibi p. 604.

Elcearium morbus, velut præco Iudicii, monuit: &

Continua Domini Jesu cruciatuum recordatio ei fuit singularare solatio: P. sal. 40. vers. 4.

Ceromæ, oleum quo solentur libentes perungi.

Horroris & pavoris indicia dedit manifesta.

horrendus sibi labor objiceretur. Perstitit aliquantisper hoc oris habitu formidinis pleno: Repente exclamavit: Magna vis est cacodemonum, sed eam mors Domini Iesu, & virtus ex adverso longe valentior superavit. Hic aliquantulum conticuit: paullo post iterum: Iam vici, ait. Postremo addidit: Me totum Aequitatis divinae Iudicio sub-

A Liceat hic Dominicum illud usurpare: Si in viridi ligno haec faciunt, in arido quid fiet? Si in tantis angustiis sunt amici iudicis, quid fiet hostibus?

Joannes Taulerus vir laboriosae virtutis, theologus & ecclesiastes religiosissimus, qui tam insignes in submissione animi progressus fecit, ut nihil nec post suum quidem obitum suo nomine in lucem dari voluerit: Si tamen aliis videretur utilius aliquid ad formandos mores à se dictum scriptumve, id solius Magistris nomine edidit. Hic ipse gravi ac diuturna in valetudine, multisque doloribus exhaustus, jam proximus ibat divino Tribunali. Cum ecce moribundus subito gestus horribiles ac pavendos edere, impatienter luctari, fremere, velle fugere nec posse, huc illuc manus jactare, oculos saecum intorquere, aspectu esse formidabili. Haec res universos, quotquot aderant, non parum sollicitos habuit. Nec ad se rediit dum vitam clauderet. Adfuit inter ceteros ad hoc spectaculi Taulero familiarior quispiam, qui amici morte tam horribili territus, aliud migrare instituit. Tertio itineris die, post cenam sumptam nocte media evigilans vocem exilem audivit, sed neminem vidit; ita terrore mutus jacuit, sed attentissime vigilavit. Cui vox: ne metues, ego sum amicus tuus ante triduum mortuus. Alter terrore plenus, hoc unum tamen interrogare ausus: Quo nunc loco esset, morte tam terribili defunctus? Huic vox iterum: Ita Judex in me clementissimus fieri decrevit, ut ad beatitudinem tanto expeditius transirem, quanto in morte difficilius pugnarem. Et revera in eas me angustias cacodemonones adduxerunt, tam subtilibus ac praevaleidis fallacis impugnarunt, ut mihi viderer desperatior esse proximus. Et nisi mors imminens interclusisset vocem, eos edidisset clamores, qui summos angores facile testari potuissent. Tu noli jam plura quaerere: nec plura mihi fas dicere. His dictis in auras abiit.

B Adfuit inter ceteros ad hoc spectaculi Taulero familiarior quispiam, qui amici morte tam horribili territus, aliud migrare instituit. Tertio itineris die, post cenam sumptam nocte media evigilans vocem exilem audivit, sed neminem vidit; ita terrore mutus jacuit, sed attentissime vigilavit. Cui vox: ne metues, ego sum amicus tuus ante triduum mortuus. Alter terrore plenus, hoc unum tamen interrogare ausus: Quo nunc loco esset, morte tam terribili defunctus? Huic vox iterum: Ita Judex in me clementissimus fieri decrevit, ut ad beatitudinem tanto expeditius transirem, quanto in morte difficilius pugnarem. Et revera in eas me angustias cacodemonones adduxerunt, tam subtilibus ac praevaleidis fallacis impugnarunt, ut mihi viderer desperatior esse proximus. Et nisi mors imminens interclusisset vocem, eos edidisset clamores, qui summos angores facile testari potuissent. Tu noli jam plura quaerere: nec plura mihi fas dicere. His dictis in auras abiit.

§. III.

Elias Abbas annis septuaginta desertissimam solitudinem habitavit; Cibum illius fuit exiguum panis cum pauculis olivis; nonnunquam totas hebdomades jejuniu traduxit. Is namque juveni mos fuit, ut tota hebdomade semel dumtaxat comederet: Senex in singulos dies ultra tres uncias panis & tres olivas nil sumpsit. Domus illius spelunca fuit horrois plena. Ea porro miraculorum gratia pollebat, ut innumeris valetudinem restituerit: Aetatem ad annum centesimum decimum perducens membris omnibus tremebar. Hic sanctissimus vir Deoque conjunctissimus nihilominus dillere solebat iis qui ad ipsum ventitabant: Tria sunt quae timeo; Primum est, Animam à corpore discessio; alterum, inevitabilis necessitas comparandi coram Deo; tertium est sententia, quam in me dicturus est Judex.

Ruffinus A. quilibet. 12. Pelagius libro 3. m. 4. Palladius cap. 51.

Elias Abbas vir sanctissimus quae timerit.

§. IV.

Hic quaestio sit: Cur benignissimus Deus sibi tam familiares, tantis tamen pavoribus permittat concuti? Si iudicem omni vita coluerunt ut amicum, cur in vita sine metuunt, ut hostem? Beatus Gregorius ad istud dubii respondens: Plurimumque, ait, de culpa minimum pavor egredientes iustorum animas purgat. Ita proborum animus ipse saepe mortis pavore à levioribus concutiis emaculatur. Deinde, ut idem sacer scriptor ratio cinatur, quando quis sanctius vivit, tanto cautius expendit, quam districtus adveniat aeternus Iudex; ita suum ipse minimum quotidie prospicit, & ante severitatem tanta iustitia, quas rationes vita sit positurus, attendit. Etsi cuncta prava opera, qua intelligere potuit, devitavit, venturus tamen coram districto iudice, illa magis qua in semetipso non intellegit, perterritus. Quis enim considerare valeat, quanta mala per momenta temporum ipsis inconstantibus cogitationum motibus perpetramus? Facile est enim opera perversa vitare, sed nimis difficile est ab illicita cogitatione cor tergere. Et tamen scriptum est: Ve vobis qui cogitatis inutile. Saepè ergo electis, etiam nolentibus in cogitatione surripitur, quod in se quidem solerter inspicunt, & ante Dei oculos quanti sit reatus attendunt. Et cum de his omnibus semper iudicia districta pertimescant, tunc tamen haec vehementer metuent, cum ad solvendam humanam conditionis debitum venientes, districto iudici appropinquare se cernunt. Et sit tunc timor acrior, quanto retributio aeterna est vicinior. Aute oculos autem cordis nihil inane tunc transvolat de phantasmate cogitationis, quia subductis è medio omnibus, se & illum tantummodo considerant qui appropinquant. Crescit pavor vicina retributione iustitia, & urgente solutione carnis, quando magis districtum iudicium iam jamque quasi tangitur, tanto vehementius formidatur. Etsi est, quae scunt, unquam se praetermississe meminerunt, formidant tamen illa quae nesciunt.

Neg

Simeon Salus sapientissimè Christi causam fatuus, à nemine non stultissimus habebatur: altam ipsius sapientiam Deus miraculis demum detexit. Unicus mortaliu Joannes Diaconus latentis sanctimoniae fuit conficius. Hunc Simeon sub vita finem allocutus: Mi optime Joannes, inquit, neminem mortaliu unquam sperne: Sunt etiam inter rusticos & mendicos, qui Deo sint charissimi. Ante omnia curam gere animae tuae vigilantissimam, caelum non obtingit dormientibus; labore ac sudore multo ad illud eluctandum est. Cave ne in mundi hujus pelago facias naufragium; inferorum belluae cacodemonones non oriantur. Deus scit in quanto metu, in quantis sim angustiis, dum animus ex hoc carcere productus mitem, ut spero, sententiam à iudice accipiat. Hic revera meus malus est dies. Quapropter, mi frater, & fili mi Joannes, oro & obtestor te, in pauperes misericors & liberalis esto pro viribus. Nam die mortis & iudicii misericordia plus ceteris virtutibus valebit. Illud è psalmis nostri: Beatus vir qui intelligit super egenum & pauperem, in die malae liberabit eum Dominus. Illud etiam singulariter attende, ne unquam altare facrum accedas, dum inimicitias aut odium adversus aliquem geris. Quare age, ambulemus dum tempus est, & animas nostras iudici commendemus in benefactis. Post tres dies decretum Aeternitatis audiam. Elapso triduo, ut dixerat, ad Christum iudicem & muneratorem migra- vit.

Simeon Salus in maximis angustiis fuit, & ejus monita.

Psal. 40. vers. 1.

Nec verò miri quidquam est, Hilarionem, Arfenium, Agathonem, Augustinum, Dominicum, Bernardum, Simeonem Salum, aliòsque complures metu iudicii divini tactos. Sanctissimus Rex David quàm anxie deprecatus: *Non intres, inquit, in iudicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Quid ergo facient tibi, ait Gregorius, si tremunt columnæ? Aut quomodo virgula immobilis stabunt, si huius pavoris turbine etiam cedri quatiantur?* Paulus ipse cum dixisset: *Nihil mihi conscius sum, cautè subjunxit, sed non in hoc justificatus sum, qui autem iudicat me, Dominus est.* Jacobus Domini discipulus: *In multis, inquit, offendimus omnes.* Joannes Domini ocularius: *Si dixerimus, ait, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.*

§. V.

Chron. S. Francisci parte 3. l. 4. cap. 35. mibi pag. 431.

Parisius in cœnobio Sancti Francisci Assisiatensis religiosus tiro, in letali morbo ad extrema deductus est. Cùmque jam lucta mortis instaret, æger horrendum exclamans: *Me miserum, inquit, inquit, quantò satius fuisset nunquam nasci, quàm ita mori.* Paulò post Libram obsecro, inquit, fideliter tracta. Mox & illud adjunxit, appone aliquid de Domini Jesu tormentis & cruciatibus. Somnia hæc videbantur aut ægrotantis deliria. Non multò post vociferatus est: *Nunc bene habet. Mirabantur qui aderant innocentis juvenis tantam in morte trepidationem. Atque ubi ad se non nihil rediit, quærebant, quid hæc voces sibi vellent? Quibus ille: Vidi, ait, quàm exactas Deus rationes posceret, de occultis etiam cogitationibus, de otiosis etiam verbis, de quæ minutissimis quibusque noxis. Ad libellam omnia examinantur accuratissimè, ideo me infelicem ac miserum proclamavi, & libripendis fidem appellavi. Cùmque cernebam promerita mea peccatis longè pauciora esse, & libram mihi minimè favere, institi rogare, ut de Christi patientis promeritis aliquid apponeretur, quo pondus in causam meam vergeret. Hoc impetrato animum resumpsi, & bono loco rem esse pronuntiavi. His dictis de vitâ decessit.*

Omnes vitæ Domini Veritas & Misericordia, Benignitas & Justitia.

Tom. 8. in Psal. 100. initio expositionis, mibi pag. 408.

Ergo rectissimè Augustinus cum psalte regio vociferatur: *Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Nemo, inquit, ad impunitatem sibi blandiatur de misericordiâ Dei, quia est iudicium. Et nemo in melius commutatus exhorreat iudicium Dei, quia præcedit misericordia Dei.*

Homines quando iudicant, aliquando victi misericordiâ faciunt contra justitiam; aliquando volentes rigidum tenere iudicium, perdunt misericordiam. Deus autem nec in bonitate misericordiæ perdit iudicii severitatem, nec in iudicando cum severitate amittit misericordiæ bonitatem. Ecce si temporibus distinguamus hæc duo, misericordiam & iudicium: forte enim non sine causâ hoc ordine posita sunt, ut non diceret iudicium & misericordiam, sed misericordiam & iudicium. Si ergo per tempora distinguamus hæc duo, fortè invenimus modò tempus esse misericordiæ, futurum autem tempus iudicii. Paulus dicit: *Ego jam immolor, & tempus resolutionis meæ proximum est. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. Hoc tempore misericordiæ. Audi de iudicio; superest mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus Iudex. Non dixit donat, sed reddet. Quando donabat, misericors erat; quando reddet, Iudex erit: quia misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Ergo, fratres, quoniam habemus tempus misericordiæ, non nobis blandiamur, non nos dimittamus, non dicamus, semper parcat Deus: Ecce feci heri, & pepercit Deus: facio & hodie, & parcat Deus: faciam & cras, quia parcat Deus. Attendis ad misericordiam, & non times iudicium. Si vis cantare misericordiam, & iudicium intellige, quia ideo parcat ut corrigaris, non ut in malignitate permanes. Noli tibi thesaurizare iram in die iræ, & revelationis iusti iudicii Dei.*

Distinctio misericordiæ & iudicii secundum tempora.

His à se dictis clausulam apponens Augustinus: *Nam quid ideo, inquit, iudicium Dei tantummodo formidandum est, & non amandum? Formidandum malis propter panam, amandum bonis propter coronam.*

C A P V T VI.

Quæ preparatio remota ad subeundum hoc Iudicium sit necessaria; seu, quonam modo se omnes parent ad reddendam rationem.

Isaaci filius Jacob cum annis quatuordecim Labano socero suo serviisset, demum à Deo monitus: *Dimittite, inquit, iustum est ut aliquando provideam domui meæ.* Prudenter, & nostrum cuivis in documentum. Dicit pro se quisque dum sanus est: *Iustum est, ut aliquando provideam etiam domui meæ; ut ea cogitem quæ ad me pertinent, ut circumspiciam quid ex orbe hoc effere liceat, ut me præparem ad reddendam rationem, ad subeundum iudicium. Heu, tot annis servivi mundo, & quidem sine bonâ gratiâ; tamdiu vanitatum & vitiorum, tamdiu corporis mei mancipium fui. Iustum igitur, iustissimum est, ut aliquando provideam mihi, & domui meæ. Alioqui idem ego Epitaphium habebo cum Similio sene, qui curiæ curis sepultus, suo potius Imperatori quàm sibi vixerat, hanc demum epigraphen suo tumulo iussit apponi: *Hic jacet Similius, vetulus septennis.* Nam ex omnibus vitæ annis vix septem deceperat, quos animi curæ impenderet. O inanem me vitæ melioris! Nam si omne vivendi spatium, quod curis sanctioribus dedi, computetur, vix illud demum sepulchro meo inscribi poterit: *Hic jacet trimulus aut bimulus senex.* Ergo iustum est omnino, ut tandem mihi, & Deo vivam, atque sic domui meæ provideam. Quid autem ad providam domus interioris curam pertineat, hoc atque sequenti capite dicendum. Jam quidem: Quæ preparatio remota iudicio arcano sit præmittenda, explicabimus.*

§. I.

Dilationem & procrastinationem, jacturam vitæ maximam esse, jam supra demonstratum est. Idque Augustinus confirmans: *Adeo omnes, inquit, circa corporis salutem procurandam occupantur, ut locus non sit attendendi serid ad salutem animæ. Magis enim attendit infirmus, quomodo possit à morte liberari, quàm det operam, ut illa sit bona. Decipit eos spes dilationis, dum se diutius victuros putant, & perditos mores aliquando in melius muturos. Contra quos dicitur: *Ne tardes converti ad Deum, neque differas de die in diem: subid enim veniet ira illius, & in tempore vindicte disperdet te.* Et causam jungens Augustinus: *Quomodo agit penitentiam, inquit, in extremis vitæ finibus constitutus? Quomodo penitentiam agere possit, qui nulla jam pro se opera satisfactionis operari potest? Et ideo penitentia qua ab infirmo petitur, infirma est. Penitentia qua à moriente tantùm petitur, timeo formidat, & ipsa moriatur. Et ideo, dilectissimi, quicumque invenire vult misericordiam Dei, sanus agat penitentiam in hoc seculo, ut sanus esse valeat in futuro. Mansuetus Dominus, longanimis Dominus, misericors Dominus: sed & iustus Dominus, & verax Dominus. Largitur tibi spatium correctionis, sed tu plus amas dilationem quàm emendationem. Malus fuisti heri, hodie bonus esto, semper expectas, & de misericordiâ Dei tibi plurimum polliceris: quasi ille qui tibi penitentiam promissit indulgentiam, promissit tibi etiam longiorem vitam. Vnde scis quid pariat crastinus dies? Nam in quo Propheta legis, quia promissit Deus correcto indulgentiam, non legis, quia promissit tibi Deus longam vitam.**

1d Aug. tom. 10. serm. 109. de Tempore ante mediū mibi p. 298.
 De altera vitā idem Augustinus: Erit ibi penitentia, inquit, sed infructuosa; erit ibi penitentia, sed dolorem habens, medicinam non habens. Nunc est fructuosa penitentia, quando correctio libera. Peniteat te ad vocem scripturæ. Nam ad vocem presentis iudicis sine causâ penitebit te. Tunc ille sententiam dicturus est, & non erit quod reprehendas, quando sententiam dicturus est. Non enim tacuit ante sententiam. Ergo opus est ut convertaris, ne differendo subito moriaris, & omnino nihil inveniat, quod in presenti habeas, & in futuro possideas.

1d ser. 22. o. sine omnino.
 Duplex præparatio arcano iudicio præmittenda. Illam remotiorem vocemus, propinquiorem istam. De remotiore hic agimus; ea porro in his consistit.

§. III.

1. Præcepta Christi consideranda. Luc. 2. 12. v. 35. & 36.
P Rincipio iussa Christi sedulo consideranda: *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum quando revertatur à nuptiis: ut cum venerit & pulsaverit, confestim aperiant ei.*

Ambros. de bono mortis cap. 3.
Quid lumbi præcincti. I. Lumbos jubet esse præcinctos. In Judæâ non minus viri quam mulieres, nec minus servi quam Domini talaribus & oblongis vestibus utebantur, hinc opus ali-quod, aut iter facturi vestem attractam cingulo stringebant, ne impedirentur. Unde incessus liberior erat, & lumborum cinctus addebat robor. Hoc igitur Rex noster imperat: Omni abjecto impedimento, strenuè incumbite operi, omnibus horæ partibus paratissimi ad iter faciendum ex orbe hoc in alium. Hic sanè vivendi genus non laxum, negligens, dissolutum, sed castura, continens, operosum imperatur, quod pravas cupiditates divinæ legis vinculo stringat. Scitè ac verè dixit Ambrosius: *Vita iusti mortis est imitatio. Qui quis vult sanctè vivere, necesse est sibi assidue moriatur.*

Luc. 2. 12. v. 35. & 36.
Quid lucernæ ardentes. II. *Lucernæ ardentes in manibus vestris.* Fax aut cereus è manu nunquam deponendus est. Non satis est fluentem vestem succingere, oportet & ardentem facem tenere. Fax ista fides est, quæ tunc accensa est, cum illud luminis præbet, unde quisque sciat quos mores, quas actiones, quo etiam sine Dominus à se requirat; quo animo tractanda prospera, quo adversa toleranda, quo amoris affectu Deus, quo cæteræ res creatæ sint prosequendæ. Amandi Conditoris verissimus modus est, illum præ omnibus, & super omnia, & sine modo amare. Cave lucernam geras, & non accendas: fidem habeas, & eam non exerceas: cave plus amoris rebus conditis, quam ipsi Conditori impendas, plus hominem quam Deum diligas, magis aurum & gloriæ auram, quam Dei gratiam perquiras. Fœtet hæc lucerna; excute illam.

Luc. 2. 12. v. 35. & 36.
Quid sit expectare Dominum. III. *Expectantes Dominum.* Vos, inquit Christus, servus strenuis, atque fidelibus quam simillimos esse cupio. Qui, cum incertum sit, quâ horâ Dominus è convivio nuptiali redeat, horis omnibus summâ cum diligentia & patientiâ expectant, ut Domino pulsanti, extemplo & citra ullam moram aperiant. Ignavus servus candlelabrum cum lumine in mensâ reponit, se verò ad quietem componit, & securus dormit. Cum verò Dominus fores ferit, ipse rhonchos trahit; vix de mum expergefactus somnolentiam dertegit, & extinctum interim lumen incendit. In malam rem hi servi, qui sibi potius & ignavia suæ, quam Domino suo serviunt. Servus impiger & in re Domini sollicitus vigilat, expectat, facem parat, cumque vel sibilum Domini audit, mox procurrit, & lumen defert. Ita Christianus verus, nunquam securus mortis, Domini sui adventum horis omnibus opperitur, in id unum intentissimis venienti Domino congruis obsequiis occurrere, ut etiam si subito venerit, ei tamen promptum alacremque benèque conscium se sistat.

Greg. tom. 3. hom. 13. in Evag. initio, mibi p. 30.
 Hanc industrii servi vigilantiam Gregorius exponens: *Ad nuptias, inquit, Dominus abiit, quia resurgens à mortuis, & ascendens in cælum, supernam sibi Angelorum mul-*

titudinem novus homo copulavit. Qui tunc revertitur, cum nobis jam per iudicium manifestatur. Venit quippe Dominus, cum ad iudicium properat; pulsati verò cum iam per agnitum molestias esse mortem vicinam designat. Cui confestim aperimus, si hunc cum amore suscipimus. Aperire enim iudici pulsanti non vult, qui exire de corpore trepidat, & videre eum, quem scribit. contempisse se meminit, iudicem formidat. Qui autem de sua spe & operatione securus est, pulsanti confestim aperit, quia lætus iudicem sustinet. Et cum tempus propinque mortis advenerit, de gloriâ retributionis hilarescit. Atque hoc præparatio- nis remotæ pars prima est.

§. III.

P Ars altera: singulis annis in seipsum seridè descende- re. Et in hanc rem, si ullo modo fieri possit, pauculos sibi dies sumere, eoque cogitando, legendo, meditando, precando transigere. Evoluta anno quisvis sic cogitet: Totus annus meus est, meoque bono mihi conceditur. Heu quantum vel uno anno negligitur, quantum aut malè omittitur, aut pejus committitur, quantum peccatur; quot per annum beneficia à Deo accipimus; quot delicta reddimus? Ego igitur nunc ad calculos sedebo, dum licet, & rationes familiares componam, conscientia tabulas inspiciam, cum Deo creditore meo calculum ponam. Ut autem hos dies sanctioribus curis destinatos quam optimè consumam, actiones variabo: Legam, enotabo, scribam, precabor, gemam, meditabor; meditanda sumam Dei beneficia, Christi cruciatum, hominum novissima, mortem, iudicium, inferos, cælum. Interim etiam subsecivis horulis ad annuam exhomologesim me disponam.

Hæc quovis anno semel facere, rationi prorsus convenientissimum. Amasis Rex Egypti voluit sibi subditos quot annis rationem reddere suis Præfectis, idque de vitâ, opificio, arte, domo; si qui lautius quam ferret census, vixissent, veluti fures puniebantur.

Serpens singulis annis veteres ponit exuvias, senescit, & novam sibi reconcinnat pellem. Nunquid minus sapiemus serpente? Non rarò pessimum callum obducimus, ut leviter ac temerè delinquamus, nec damna delicti sentiamus. Excutienda est cutis hæc crassissima, destringendæ sunt exuviae colubrinæ. Nam & accipiter ejus rei monstrat imaginem, quod Jobus affirmans: *Nunquid, ait, per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad Austrum?* Hæc illi sapientia concessa est à Deo, quâ singulis annis veteres plumas excutit, ut induat novas. Quod Gregorius insigniter differt: *Quid est, inquit, accipitem in Austro plumescere, nisi val quod unusquisque tactus statu sancti Spiritus concalcescit, & medium usum vetusta conversationis abiciens, novi hominis formam sumit?* Quod Paulus admonet dicens: *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes novum. Vetustam pennam projicere est in veterata studia dolose actionis amittere, & novam pennam sumere est nitentem ac simplicem bene vivere sensum tenere. Alas autem ad Austrum expandere est per adventum sancti Spiritus nostras consistendo cogitationes aperire, ut jam non liceat descendendo nos regere, sed accusando publicare. Qui enim vetera satendo non detegit, nove vitæ opera minimè producit: qui nescit lugere quod gravat, non valet proferre quod sublevat. Ipsa namque compunctionis vis poros cordis aperit, & plumas virtutum fundit: cumque se studiosè mens de pigritate veritate redarguit, alacri novitate juvenescit.*

Deinde cur annuam hanc curam negemus animo, Hec annua cum sæpe majorem impendamus corpori? Quantis cura anisubinde sumptibus, quâ sollicitudine sepulchrum nostri non cadaveris involucrium struimus? singulari studio seliguntur marmora, conducuntur latomi, aut opus ex ære caldario fusile dictatur: accedunt picturæ cum Epitaphiis; omnia solertissimè curantur, ut cinis decore jaceat. Ista non damno, sed curam ampliorem pro animo requiro.

Job cap. 29, vers. 18.

Jobus non male providus futuri: In nidulo, inquit, meo moriar. In domo sua, in alto & munitiore urbis loco cogitaverat Job mori. Sed alius mysterium hic latet, quod eruit Hieronymus hoc sensu. Cum Jobus etiam num felicissimus ageret, mortis tamen nunquam oblitus nidum sibi struxerat, quotidianam meditatione. Nam sicuti aviculæ nidulos sibi ædificant frequenti ramulorum aut glebularum congestu: Ita Jobus quotidie prævidit mortem, quotidie secum agitavit judicium, eaque ratione velut sedula hirundo glebas comportavit ad struendum nidulum, in quo defungeretur. Nos Jobi exemplo nidulum nobis eligamus mutare, in quo moriamur, eamque in loco alto aut tuto statuamus.

Abdias v. 4.

Hebræis vates Abdias præcipit eandem moneans: Si exaltatus fueris, inquit, ut aquila, & si inter sidera posueris nidum tuum, inde detrahim te, dicit Dominus. Itane Abdia, nec in altissimo quidem loco, nec etiam inter sidera securitas? Quocirca potius tutum quam altum locum eligamus. Tutiosem autem nusquam reperimus, quam in divino; sed cruento vertice Christi Domini, inter ferum spineum.

In quo loco nidus eligendus moribus.

Hic vera securitas, hic tutissimum asylum, huc nulla prædatrix avis ab orco accesserit, hinc nemo, nisi volens, præcipitabitur. Hic ferocissimus nidulus longè securissimus. Huc homo moriturus confugiat, sed confugiat maturè. Hoc ajo: Non est majus solatium, nec certius auxilium morituro, quam è Christi patientis cruciatibus ac morte.

Ambros. rom. 7. lib. 3. de Virginib. ante finem, mibi p. 571.

Optimè dixit Ambrosius: Omnia habemus in Christo, & omnia nobis est Christus. Si vulnus curare desideras, medicina est. Si febris astuas, fons est. Si gravaris iniquitate, justitia est. Si auxilio indigeris, virtus est. Si mortem times, vita est. Si calum desideras, via est. Si tenebras fugis, lux est. Si cibum queris, alimentum est. Sic de Christo Ambrosius Augustini præceptor; nec aliter Augustinus Ambrosii discipulus: Copiosa, inquit, redemptio data est nobis in vulneribus Iesu Christi Salvatoris nostri. Magna multitudo dulcedinis, plenitudo gratiæ, & perfectio virtutum. Cum me pulsat aliqua turpis cogitatio, recorro ad vulnera Christi. Cum me premit caro mea, recordatione vulnerum Domini mei refurgo. Cum diabolus mihi parat infidias, fugio ad viscera misericordie Domini mei, & recedit à me. Si ardor libidinis moveat membra mea, recordatione vulnerum Domini nostri extinguitur. In omnibus adversitatibus non inveni tam efficax remedium, quam vulnera Christi. In illis dormio securus, & requiesco intrepidus. Nihil ad mortem tam amarum, quod morte Christi non sanetur. Tota spes mea est in morte Domini mei. Inter brachia Salvatoris mei & vivere volo, & mori cupio.

August. 10. 9. In Manuali c. 21. sine. c. 22. initio. c. 23. mibi pag. 388.

En, obsecro, quem nobis præceptor & discipulus nidulum monstrant, ubi tutissima sit securitas ab omni hoste. Mors & vulnera Christi summum solatium, certissimum auxilium sunt homini ad judicium ducendo. Certam hic medicinam inveniet ægrotus, si eam quærere non omiserit sanus. Sed pergitur.

Mors & vulnera Christi summum hominibus solatium.

§. IV.

3. Amici parandi, ut in arctis rebus opitulentur. Luc. cap. 16. vers. 9.

Arts tertia præparationis remotæ consilium, seu potius præceptum Domini est jubentis: Et ego vobis dico: Facite vobis amicos. Hic quædam accuratius notanda: Illud potissimum, amicos qui in arctis rebus opitulentur, jubemur parare. Ad morientium lætulos quotidie videre est, quinam amicorum in auxilium opportuni sint. Nam etiam moribundum centeni Cæsares, ducenti reges, trecenti medici circumstant, amicissimi omnes & faventissimi, vitam tamen moribundo prorogare non possunt, ad tribunal defendere judicandum non permittuntur. Cum res seriè agetur, nec hospiales hi, nec opiferi esse poterunt; vanum, nullum ab his auxilium est. Amici ergo alii quærendi sunt, amici judicis, quos ipsemet destinavit auxiliatores. In terrâ præcipuè sunt pauperes; in cælo mater judicis, beati Angeli, ceterique

caelites. Quâ ratione pauperum amicitia sit invidua, supra e. 6. jam supra demonstratum est. Res clara. Esto misericors & liberalis in pauperes, eosque amicos habebis etiam nolentes, etiam invitos.

Non est alius modus pecuniæ in alium orbem tuò transmittendæ quam per manus pauperum. Da egenis, & quod dedisti cum fenore amplissimum recipies. Tobias Tob. cap. 4. filium erudienst: Ex substantiâ tuâ fac elemosynam, inquit, & noli avertere faciem tuam ab illo paupere: ita enim fiet, ut nec à te avertatur facies Domini. Quo modo poteris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: Si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude.

Ergo, inquit Augustinus, exercere misericordiam: non est aliud vinculum charitatis, non est aliud vehiculum quo perducamur in hac vitâ ad illam patriam. Elemosyna, Chrysostomo teste, vel ipsi cælo imperat: Nam huic, inquit, porte cæli aperiuntur, & veluti reginâ intrante, nullus janitorum, nullus custodum qui portis asistunt, audeat dicere; que es tu?

Notum est illud Hieronymi: Non memini me legisse malâ morte mortuum, qui libenter opera Charitatis exercuit. Habet enim multos intercessores, & impossibile est multorum preces non exaudiri. Liberalis in egenos chirographa parat, & codices in arcano judicio contra cacodæmonis codices & chirographa proferendos. Qui dat elemosynam, præmium bonum sibi thesaurizat in diem necessitatis. Elemosyna liberat à morte: Tobias dicit Elemosyna non patitur animam ire in tenebras.

Quo autem modo beatorum Cælitum patrocinitia sint ambienda, in Trismegisto explicatè docui libro 2. capite 6. §. 2. Eò, mi Lector, quæso te non pigeat redire. Hic verbo rem absolvo.

Cum judicis mater, æterna Virgo, cum innumeris classium diversarum Angeli, cum Domini Jesu discipulis, cum omnes homines beati eâ judici Christo amicitia sint juncti, quâ excidere non possunt, par est eos quotidie certis obsequiis ambire ac prensare, ils præsertim diebus qui ipsis festi ac facti sunt, & eo præcipuè tempore, quo divinum epulum acumbentes, Christum intra viscera recipimus. Et quæso, num ego malè ratiocinor hoc modo: sunt tot centena millia, tot milliones Angelorum, qui Christo judici meo, gratiâ & amicitia longè conjunctiores sunt, quam ulli optimates principum cubiculis præpositi.

Hos omnes merito reges ac Cæsares dixerò, qui illi dominantium Domino subserviunt, quorum vel unicus apud supremum Orbis Imperatorem plus valet gratia, quam omnium nostrorum regum amici intimi, gratiosissimi, apud suum quisque regem favore polleat. Illos igitur tot Angelos, apud judicem tam gratiosos, tam potentes, tam humanæ genti benevolos quotidianis obsequiis, tam precibus, quam aliis quibuscunque piis actionibus mihi demereri & amicos reddere conabor: idque eo fine, ut cum ego in arcto hæsero, interque vitam & mortem fluctuaverò, illi pro me judici fiant supplices, & mitem mihi sententiam exorent. Et quomodo possum non plurimum spei ac fiduciæ in his talibus, ac tantis totque patronis & deprecatoribus collocare? Neque dubitandum est, quin si sese pro meâ salutis periculo faciles præbituri sint deprecatores, si quidem ego, ut dixi, cultu quotidiano eos mihi demeruerò, & Domini jussu amicos fecerò.

Ex te jam, Lector, quæro: nunquid hæc mea ratiocinatio proba est? Si audes, damna. Quod si probas; & tu eam sequere. Revera non gratis aut frustra colluntur cælestes; non est vana ejusmodi prentatio; hoc genus ambitus laudabilissimum est; hæc Domini jussa sunt, Facite vobis amicos. Hoc autem tantò rectius fecerimus, quanto constantius. Obsequia quotidiana divi cælitibus impensa in irritum cadere non possunt.

Ex te jam, Lector, quæro: nunquid hæc mea ratiocinatio proba est? Si audes, damna. Quod si probas; & tu eam sequere. Revera non gratis aut frustra colluntur cælestes; non est vana ejusmodi prentatio; hoc genus ambitus laudabilissimum est; hæc Domini jussa sunt, Facite vobis amicos. Hoc autem tantò rectius fecerimus, quanto constantius. Obsequia quotidiana divi cælitibus impensa in irritum cadere non possunt.

S. V.

A matre Christi perendum auxilium. 3. Reg. c. 2. v. 20. B. Virgo clientem non destituet sese quotidianis obsequiis ipsi commendantem.

Quod ego de Angelis supremi iudicis ministris, idem & potiore iure de ipsa iudicis Matre dixerō. Hæc est illa veri Salomonis potens mater, cui filius Rex utique tantum deferret honoris, quantum Salomon matri suæ detulit, cui dixit: *Peto mater mea: Neque enim fas est, ut avertam faciem tuam.* Hæc mater misericordiam non destituet clientem, qui sese quotidianis obsequiis ipsi sedulo commendavit. Ideo beatus Ephrem precari solitus est: O Virgo misericors, adfûs mihi sepe, & in supremo vitæ momento animam meam tuis patrociniis defende, ac demonum aspectus ab eâ procul repelle. Anselmi præcatio erat. *Pic Domine, parce servo matris tuæ: Pia Domina posce veniam seruo filii tui; qui me injicio inter duas tam immensas pietates, non incidam inter duas tam potentes severitates.*

Bern. in Navitate Mariæ de aqua ducta, sine formis p. 277.

Hanc talem deprecationem à matre Domini opportunissime peti Bernardus docens: *Ceterum, ait, quidquid illud est, quod offerre paras, Maria commendare memento, ut eodem alveo ad largitorem gratis gratia redeat, quo influxit. Neque enim impotens erat Deus sine hoc aqua ductu infundere gratiam prout vellet, sed tibi vehiculum voluit providere. Fortè enim manus tuæ aut sanguine plene, aut infesta numeribus, quod non eas ab omni munere excussisti. Ideoque modicum istud quod offerre desideras, gratissimis illis & omni acceptione dignissimis Mariæ manibus offerendum tradere cura, si non vis sustinere repulsam.*

Vide Trif. magis sum. l. 2. c. 3. s. 2. ubi hæc ubi traduntur.

Sua si aliâ, quod repero, & usque teperam, & inculcare non destinam, singulis horis, præcipue horæ principio mentem ad Deum erigendam. In eam rem consultissimum est certâ id præcatiunculâ facere, seu Dominicam orationem seu Angeli salutationem, seu brevem aliam orationem pronuntiando. Illud in matre Domini salutandâ ardentius dicendum. *Nunc, & in hora mortis nostræ.* Par est omnino, & planè convenientissimum, ut horis omnibus ultimam iudicii horam prospiciamus. Nec putem ego eum hominem perire posse, qui tot horis suum iudicem cum sensu fuerit deprecatus. Nihil hæc nimis laboris censendum; res summi momenti est, cui summa meritò impendenda sit vigilantia.

S. Th. 1. 2. q. 109. art. 10. in concl.

Theologorum omnium vox est cum Aquinate Theologo, cuius hæc verba sunt: *Homo in gratia constitutus ad hoc ut usque ad finem vite sue in bono perseveret, speciali divino auxilio, contra temptationum impulsus illum protegente indiget: multis enim datur gratia, quibus non datur perseverare in gratiâ.* Atqui hanc singularem perseverandi gratiam, nullis virtutum actionibus emereri* possumus. Donum est, nõ debitum, & planè gratuitum donum, quod aliis deprecationibus à Deo flagitandum. Explico. Princeps viro nobili castrum donat, eâ tamen lege, si fidum obsequium perseveret. At ille gravius in Principem delinquens, non tantum castrum, sed & capitis amittendi periculum adit. Eadem ratio est omnium qui gravius delinquant in Deum: in gratiâ erant, promissione caelum tenebant, sed quia promissorem offenderunt, jam & gratiam & caelum perdidit. Quod si Princeps ille viro nobili eam faceret gratiam, quâ non posset unquam excidere gratiâ, hæc certè gratiarum omnium summa & excellentissima foret gratia, vix uni è multis millibus concedenda: Ita Deus, vix paucissimis hanc summam perseverandi gratiam transcripsit; alios omnes vult inter spem & metum ad Tribunal progredi. Hinc nemo est qui non cum Jobo dicere cogatur: *Etiamsi habuero quippiam justum nõ respondebo, sed meum iudicem deprecabor.*

* Scilicet de emigro, ut loquuntur schola, sed tantum de congruo: hoc est, potest Deus illam gratiam post omnia nostra promerita justè negare, & dicere: Nihil vobis debito.

Iob c. 9. v. 15. Perseverantia gratia nulli virtutum officii promereri potest.

Quando igitur Deus supremam illam perseverantiam nemini promittit, neque nos eam ullis virtutum officii estis maximis, et si creberimè repetitis promereri possumus, dignissimum profus est, ut eandem hanc gratiam horis omnibus, in finis precibus flagitemus. Et in eam rem caelum terramque contestemur, omnesque

A cælites in obsecrationis societatem vocentur: Sic armatae preces non erunt irritæ.

Quare parate viam Domini, rectas facite semitas ejus. Prope est jam Dominus: Præ foribus stat iudex: Beatus homo qui semper est pavidus: qui verò mentis est dura, corruet in malum. Nemo dicat cum ignavo villico: Foderè non valeo, mendicare erubescò. Verte & canta: Foderè valeo, mendicare non erubescò. Conscientiam tuam sibi, & illic fode; caelum adi, & ibi mendica. Matrem iudicis tibi concilia, tot sanctos Angelos tibi amicos para, omnes cælites in auxilium voca. Et quid trepidas? ipsam adi iudicem, & cum eò causam tuam fidentissimè tracta: Nunc supplica, nunc exorabilis est, nunc tibi cum facili negotio propitiaveris. Da panis fructum, & eme caelum; nunc lacrymas tuas pro nobilissimis geminis, preces tuas pro thure selectissimo, jejunia tua pro instructissimo convivio acceptat. Præsens tempus lementis est, Æternitas futura messis.

Luc. c. 3. v. 4. Pro. c. 28. v. 14.

CAPUT VII.

Quæ preparatio propinqua huic requiratur; seu, quid faciendum instante tempore rationis reddenda.

Longè aliter sensit Thomas Apostolus cum de redivo, sed absente Christo loquerentur discipuli, & cum ipse præsentem ante se stantem visisset oculis est intuitus. Priusquam Christum coram certaret, nullus ei testis sat locuples est visus: quidquid viri feminæque, noti ac ignoti dicerent, supra fidem censuit dictum: quidquid aliorum aures & oculi testarentur, ipse uisus omnibus suum illud, *Non credam*, constanter opposuit. At verò cum Dominum Jesum à morte reducem suis ipse manibus contrectavit, jam alios velut oculos, linguam & animum alium induens: *O Dominus meus, & Deus meus*, exclamavit; unde quaque se victum confessus est Thomas.

Ita profus de morte ac iudicio longè aliter iudicat homo sanus, atque cum mors jam in oculis est, & iudex propinquare cernitur. Sanus spernebat monita, aut certè non sequebatur. Multa vultus illis, *Non credo*, cludebat; quædam opinione solùm terribilia censebat: ita sui securus & cæli negligens pergebat. Cùm verò iudicium cernit ferulam, cum tribunali se proximum ire animadvertit, heu quam pavidus ac pusillanimis est, quam solatorum omnium inanis? Beati qui prius ista credunt quam experiantur.

Moribus ac sani de morte & iudicio sententia.

Tria sunt quæ admirandam Dei potentiam ingerunt, à paucis tamen observari solita. Primum est, neminem hominum lineamentis vultus omnibus, totoque oris habitu esse alteri similem, quod Plinius observatè asserens: *In facie, inquit, vultuque nostro nullas duas in tot millibus hominum indifferetas effigies existere, quod ars nulla in paucis numero præstet asserendo.*

Tria Dei potentiam ingerunt: Nullus hominis vultus est alteri similis.

Alterum est; quemadmodum nullius hominis vultus, sic etiam nullius conscientia alterius conscientia similis est. Lex naturæ & summa rerum capita in omnibus eadem sunt, in occultis tamen & abditis, quæ conscientia inhaerent, grandis diversitas est.

2. Nullius conscientia alterius conscientia similis est.

Tertium; tot hominum millia quovis die, imò vel quavis horâ moriuntur, nullus tamen eodem penitus moriendi modo quo alter: quod it affirmant qui frequentissimè ad sunt morientibus. Addere licet quartum, Nullus mortalium eandem omnino cum altero sententiam audit, nec enim ullius præmium vel supplicium, alterius præmio vel supplicio aequalissimè esse censendum, cum omnium promerita sunt adeo diversa. De omnibus tamen jam iudicatis, & etiam nunc iudicandis illud Tobia pronuntiandum. *Iustus es, Domine, & omnia iudicia tua iusta sunt.*

3. Nullus eodem moriendi modo quo alter moritur.

Pa sunt: & omnes vite tue misericordia & veritas, & iudicium. Nam, quod Salomon ait, *pondus & statera iudicia Domini.* Ad subeundum hoc iudicium quæ remotior requiritur præparatio, capite priori dictum, hoc porro dicendum, quam vocamus præparationem propinquam: Et quævis hac de re Æternitatis Prodromus documenta quædam suggerat, ea tamen confirmatus hoc loco tradenda.

§. I.

Præparationis propinquæ ad iudicium capita:
1. Testamentum non differre.

Primum præparationis propinquæ caput est, *Nec Testamentum, nec aliud quidquam horum differre, aut rejicere in ultimos dies.* Tunc primum velle Testamentum componere, cum solus conscientia liber volendus, cum in labris hæret anima, ferum nimis est. Tabellæ testamentariae sanctissimum exigunt iudicium, ne quid in iustitiam aut misericordiam peccetur, ne pauperi subrepat oblivio, ne bene meriti testatoris facultatibus excludantur. Quantum injuriarum & litigiorum sapius caveri potuisset, si confecta hæc maturius fuissent. Hæc negotia tempore tam nubilo & angoris pleno tractari non possunt absque erroribus.

Qui sanus vincere se nequit, ut occupationes tantisper removeat, quomodo jam æger se adiget, ut in morbo hæc recte curet, cum alia sint tam multa quæ occupent & premant.

4. Reg. c. 20. v. 1.

Ezechias regum optimus, cum ab Isaiâ mœstum iudicium audisset: *Præcipe domini tui: morieris enim tu, & non vivis.* Hoc subitum fulmen ita sensit, ut vati tergum obvertens, non testamentum, sed vitam & sanitatem cogitaverit. Ergo, *quod facis, fac citius.*

Joan. c. 13. v. 27.
2. Nihil post mortem faciendum mandare.

Alterum est: *Quidquid moribundus ipse potest facere, non aliis mandare post mortem faciendum.* Si quid curatum velis, ipse cura. Qui in rebus propriis socors est, quomodo speret alios in alienis tam fore industrios? Deus æquissime permittit, ut quod quisque negligit, tamen proximus sibi sit, illud cognati vel amici officianter aut penitus non exequantur. Tobias, quidquid potuit, ipsemet curavit, paucula quæ ipse nequit exequi, filio commendans: *Cum, inquit, acceperit Deus animam meam, corpus meum sepeli: & honorem habebis matri tue omnibus diebus vite ejus.*

Moribundi negotium quod

His confectis cura omnis ad animum transferenda. Hoc unicum moribundi negotium sit, cum Deo agere; cum iudice causam suam tractare. Diabolus omnibus modis satagit, ut hominem moribundum spinis coronet, sicut prætorianis milites Christum crucifigendum: diaboli spinæ, sunt curæ superflue, his animum ægroti lacerat. Quid, obsecro, ad te, mi æger, quid hæc aut illic fiat, quid iste aut ille moliat: Tu tua, & te ipsum cura. Quid homines turbas? Homines & humana mitte, cum Deo age, ad assem pervenisti.

Diaboli spinæ quæ

Augustinum diētare solitum refert Possidius: Iter ad tribunal à nemine suscipiendum sine dignâ pœnitentiâ. Quod & ipse Augustinus exemplo docuit. Nam septem pœnitentiæ psalmos grandiori charactere scriptos & proximo parieti fixos assidue legit, non sine jugi lacrymarum fluxu. Decem diebus ante obitum præcepit, ne quis ad se ingrederetur, nisi medicus, aut is qui cibum ferret. Sic tēpus omne precibus & lacrymis dedit.

Joannes Anachoreta triduo ante mortem cum nullo mortalium, sed cum Deo solo colloqui voluit, idcirco neminem penitus ad se admisit. Repertus est mortuus, sed flexis genibus & oranti quàm simillimus. Igitur ommissis omnibus, te ipsum cura, & para ad iudicium.

§. II.

3. Ecclesie sacramentis se instruere.

Tertium est, *Ecclesia Sacramentis ad extremum iter se instruere.* Sacra Cōfessio, si fieri possit omnis antea vitæ noxas expiet, iis saltem quæ conscientia magis mordent, detectis, aut certe à priore ultimâ instituat.

Hic morem illum desud commendamus, qui annuâ generali Confessione omnes conscientia sordes cluit, atque sub unum velut aspectum omnes & noxas, & noxarum Confessiones collocat. Exhomologesin & pœnitentiam sequatur Eucharistia: quæ viaticum cæleste præbet ad illam profectionem ultimam.

Elias, quod Regum facti testantur, in umbra subter junipero dormivit. Hunc Angelus secundum expegefaciens: *Surge, ajebat, comede, grandis enim tibi restat via. Qui cum surrexisset, comedit & bibit, & ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus, usque ad montem Dei Horeb.* Idem hic monendus est æger: Age, comede grandis enim tibi restat via, usque ad Tribunal Christi, usque ad montem Dei super calum cali ad orientem. Ergo comede, & in istius cibi fortitudine ambula.

Eucharistia jungatur unctio extrema. Jacobus Apostolus ubi advenus Dominici & iudicis ante januam assistens monuisset, addidit: *Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros Ecclesie, & orent super eum, ungentes cum oleo in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei.*

Hæc igitur Sacramenta sibi ægrotus ipse petat imperitri. Hic velle cogi, pœnè nolentis est.

Quartum, *Exiguum quod restat tempus sanctissimis quibusque actionibus occupare.* In eam rem ægrotus à vanis omnibus sese avellat, & id unum in mente habeat: Ad iudicium, heus ad iudicium, ad iudicium. Hoc igitur cura quod iudicii est futuri. Dum aliquis in corpore spiritus tepefecit, tam satisfaciendi, quàm promerendi tempus est. Ab homine autem moribundo longas pœnitentias, aut voluntarias pœnas exigere serum est. Hic jam suspitibus, gemitibus, precatiunculis, quas vocant jactatoris agendum. His pleni sunt Davidis hymni. Qualia sunt illa: *In te Domine speravi, non confundar in æternum. Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Rursum post tenebras spero lucem. Credo videre bona Domini in terra viventium. Sitivit anima mea ad Deum fortem, vivum, quando veniam & appa-*

rebo ante faciem Dei? In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum, redemisti me Domine Deus veritatis. Plura notavimus in Æternitatis Prodromo. Sed hæc omnia jam prius oportet esse cogitata & usu facilia reddita.

Addo: etiam si moribundus nil amplius videatur posse agere, potest tamen etiamnum stipem largiri, saltem alienâ manu, potest amare Deum, quo nihil melius, & hujus amoris actus quam plurimos exercere; potest placando iudici suo totos mundos optimis desiderijs plenè obtestor. Pambo est priscis anachoretis vir religiosissimus jam moriturus dixit: Ab eo tempore quo locum hunc desertum immigraui, nullus mihi dies abiit, quo non aliquid operis manu fecerim. Nunc ad Deum abeo tanquam nondum religiosus esse coeperim.

Voluisset utique Pambo, si Deo placuisset, novam ordiri vitam, eo at dore, eaque submissione animi, sicut Alphabeticus puer litteras nosse incipit, & colligere. Sic Pambo tam promeritis quàm desiderijs sanctissimis plenus deceffit.

§. III.

Quintum. *Omni suam voluntatem quam integerrimè ad Divinam conformare.* Nihil moribundo salubrius, ad divinum nihil ad hoc iter felicissimè conficiendum expeditius, quàm perfectissima suumer oblatio in voluntatem Dei, idque in rebus omnibus. Quapropter ita sese comparet moribundus, ut vix aliud emittat ore, quàm illud Jobi: Sicut Domino placuit, ita factum est, ita fiat. Sit nomen Domini benedictum in æternum, Domine Jesu, & vivere, & mori paratus sum, prout vis sic fiat.

Istud non potest non quàm maximè placere iudici Christo, si monitus & citatus ad suum tribunal tam promptè

Reg. c. 19. v. 7. & 8.

Psal. 67. v. 3.

Ine. c. 5. v. 14. & 15.

4. Tempus sanctissimis actionibus occupare.

Psal. 30. v. 4.

Iob. c. 13. v. 15.

Sitivit idem c. 17. anima mea ad Deum fortem, vivum, quando veniam & appa-

rebo ante faciem Dei? In manus tuas, Domine, commendo spi-

ritum meum, redemisti me Domine Deus veritatis. Plura nota-

vimus in Æternitatis Prodromo. Sed hæc omnia jam prius oportet esse cogitata & usu facilia reddita.

c. 3. §. 31. v. 42. & 33.

Quinam hi sunt, vide Horol. memm

& horol. diei. 8.

Palladius c. 10.

5. Suam voluntatem ad divinam conformare.

promptè judicis arbitrio sese submitrat, dicatque : En adsum, præsto sum; quâ horâ, quo puncto horâ venite me voluerit judex, libentissimè veniam. Aut expectare, aut statim ire in æquo mihi est. Quod iusserit judex, & prout iusserit, hoc faciam.

Hæc verba moribundi aurum & gemmæ sunt ad conciliandum judicem mirè potentes. Sic homo vitam rem omnium charissimam Conditori offert. Atque hoc etiam obligamur facere. Nam sicuti danda est vita, & per cruciatum etiam effundenda, cum ea poscitur in Religionis ac Fidei testimonium; sic eadem deferenda est, cum illum mors naturalis postulat in testimonium obedientiæ. Ut autem id tantò promptius fiat, seriò cogitandum: Ipse etiam judex, & judicis mater, & intimi amici hunc mortis ictum exceperunt, quid nos miselli, mortem centies, sexcenties commertii tergiversemus? Quo tempore quisvis hominum sistendus sit tribunali, judex omnium optimè novit. Nostrium est quamprimum comparere, si judex solum annuat, & nutu vocet.

Annis superioribus quidam Principum ab Oratoribus Cæsareis jussus est bonis omnibus, & toto ducatu suo cedere. Ille, adeo nihil moratus tam promptè quàm generosè hoc unum respondit: libentissimè; & pollicer me in potestate Cæsaris futurum, cui mea omnia subiecta sunt.

Virile dictum, superi! Quid nos homunculi ad judicem vocati rectius dicamus, quàm hoc ipsum: Libentissimè, en adsumus.

Nos ipsos obsecro quotidianâ meditatione sic formemus, ut jussit vitâ cedere & adesse quæstioni, pro se quisque nil cunctatus dicat: En, adsum, in supremi judicis potestate sum, cui vitam meam meaque omnia accepta fero; libentissimè igitur his omnibus cedo.

Hoc Christianum sapit, sic plurimum propitiatur judex, si vocatus ad Tribunal se reum agnoscat, & omnem abjectâ morâ nutum judicis sequatur.

Trismegistus apud Dionysium mihi pag. 176. & 178. quem supra laudavimus.
Hermes Trismegistus in Asclepio suo divinè dixit: Voluntas Dei ipsi summa est perfectio; utpote cum voluisse & perfecisse, uno eodemque temporis puncto compleat. Simpliciter & animâ divinitatem colere, ejusque facta venerari; agere etiâ Dei voluntati gratias, quæ est bonitatis sola plenissima, hæc est nulli animi importuna curiositate violata philosophia.

Catharina Genuensis vitæ integerrimæ virgo in fundamentum omnis sanctimoniam mordicus illud unum tenuit: Fiat voluntas tua. Hoc idem moribundus assidue ingeminet: Divine judex, Domine, Jesu, fiat voluntas tua, fiat, fiat, fiat.

Hoc documentum, mi Lector, identidem ingero, nec sine causâ. Hoc meum Horologium, hoc Peridromus, hoc rotum Heliotropium docet. Ne verò istud fastidiosum sit, idem, sed aliis atque aliis rationibus & argumentis suadeo.

Hoc laboro; præceptionem longè utilissimam, scilicet, humanæ voluntatis cum divina conformationem, omnium pectoribus, si fieri possit, inculpere. Hac unâ re, nec ad vitam sanctè institutendam, nec ad mortem piè obeundam quidquam utilius scio, id alioqui certè fidelibus monitis instillaturus. Hoc unum (ad Dei voluntatem se conformare) cum vitæ tum morti ingens, incredibile, summum fert præsidium.

§. IV.

Atque hæc quinque capita expeditum sternunt iter ad supremum judicem. Quod vel suo etiam exemplo firmat Arnoldus Presbyter & Canonicus Reicherspergensis Ecclesiæ. Cæpit is ante Christi natalem lentâ, sed pænè continuâ febri astuare, & palam fatiscere ad tumulum. Interrogatus sæpius ut valeret, serenâ fronte & hilari facie respondit: Bene, divino munere; fractas quidem vires, sed dolores nullos sentio. Cibum, quem omnem morbus fastidierat, rarè admisit. Mores

Chren. Reicherspergensis. 166. recens editum à Christophoro Gerardo Luriscensulto Monachii. an. 1611. p. 219. & sequentiis.

quos sospes & incolumis exhibuerat, eosdem & ægrotus repræsentavit, nunquam non mitis, placidus, & inconcussa patientiæ. Is qui lectulum cingebant obitum suum enixè commencavit, & velut præcitus sui funeris, ipso die lustratæ Virginis Deiparæ sepeliri voluit. Nec aliter quàm destinaverat, evenit.

Itaque post matutinas præces, antequam diluxerat repente territus apertis ac hiantibus oculis adstantes vidit diabolos. Hic ille horrere, tremere, angî, sudare, & inclamare suos his vocibus: En domus hæc plena est dæmonibus. Non cernitis inferorum monstra? Ad has voces Christi in cruce pendens imago ei porrecta, hæc ille oculis & complexu veneratus, velut clypeum objecit larvis Avernibus. Nec desuit Crucifixû Dominum unâ cum præsentibus in auxilium vocare. Qui circumsteterant, tremebant, orabant, & pænè animam cum illo agebant. Non enim solum moribundi læta, sed & locus ipse nescio quid horroris iniecerat, ægrotus insuper jam ante orantes adhortatus: Orationem Dominicam, ajebat, assiduè, repetite. Huic symbolû adjungite, Credo in Deum, Credo in unum Deum. Hac unâ re nihil efficacius adversus dæmones. Sed & matrem Domini, ejusque fidem patrocinium imploremus. Factum, Mox iterum æger: Ubi sunt plures, inquit, multis enim nunt opus est preceptoribus. Singulariter Virginem beatissimam, Domini matrem invocans, ejus divino nomine satiari non poterat. Ita semianimis, & velut mediû inter vivos ac mortuos, inter angelos & diabolos, hinc accusantes, inde defendentes luctatus est. Ideo subinde has voces misit: Accusate modò, accusate modò; ego etiam meipsum accusavi. Fiduciam revera omnem in Domino & matre Domini collocarat, solo Deo nihilominus terribiles cacodæmonum formæ non cessabant repugnantem infestare. Et quamvis vox fracta jam & debilis esset, collectis tamen viribus cam intendens, non sine clamore cacodæmonem repulit, & Abi, ait, Tu sit, abi, abi.

Jamque appetebat dies, cum ille Virginis Matris tutelam identidem implorans diceret: Hæc mihi veniam apud judicem vel verbulo poterit exorare. Sic nocte superatâ lætior, & piè subridens, dexteram protendit, & velut præceptoris officio functurus, psalmû incepit: *Lectus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus.*

Mox vultu ad circumstantes versò, & digito in Crucifixum intento: En, inquit, hæc salus nostra, hic nostræ libertatis vindex & parens est. Mox addens: O, inquit, Obedientia! Paullò pôst: O quantam, ait, & quàm inexplicabilè cerno gloriam! Vana sunt, nulla sunt quæcunque huic temporî subjiciuntur: *leve ac momentaneum hoc tribulationis nostræ, æternum gloriæ pondus in nobis operatur.* Deinde tanquam respirans post difficilem pugnam: Maria Virgo, ait, veniam mihi apud judicem impetravit. Morâ non longâ interpositâ caput erigens, totumque corpus quantum licuit per vires, allevans, & urramque manum largiter protendens, surgere nitebatur, tanquam ab aliquo ad abitum invitatus. Sed exhaustis jam viribus, inanes erant hi conatus. Ideo sequi se cupere testatus voce: Non possum, inquit, surgere & abire, mox in lectum recidens conticuit; nec multò pôst animam transmisit ad Judicem anno Christiano millesimo centesimo sexagesimo sexto, ipfis Calendis Februarii.

Dum ægrotabat, ad decumbentis lectulum Evangelia prælegebantur, aut psalmi quos ipse præiens voce incipiebat, certis ad ejus nutum respondentibus. Ita non amissimus, inquit scriptor, hunc bonæ memoriæ presbyterum, sed præmissimus. Iteri sumus & nos suo quisque ordine, & princeps hujus mundi nec nobis parceret, vim omnem sub eujusque obitum exerturus. Quod & presbyter ille monuit, attenderemus, hostes ab inferis ad nostrum etiam excessum adiuturos. Et ne mi-

Psalm. 121, v. 1.

2. Cor. c. 4. v. 17.

Joan. c. 14. v. 30. Luc. c. 4. v. 13.

remur: Domitius enim de seipso dixit: Venit enim princeps mundi hujus, & in me non habet quidquam. Quod confirmans Lucas: Et consummata, inquit, omni tentatione diabolus recessit ab eo usque ad tempus. Utrique extremo tempore sub obitum in cruce non defuturus.

§. V.

In hunc igitur diem vigilis opus est & excubiis assiduissimis. Cum Ezechias Rex nuntium belli non factum accepisset, scilicet vestimenta sua, & opertus sacco ingressus est domum Domini, appellavitq; diem illum tribulationis & increpationis. Dies qui ad tribunal divinum nos vocat, verè tribulationis & increpationis dies est, quo etiam optimus quisque suas sibi tot negligentias & vitæ maculas objectari audit. Dies iste non vestes tantum, sed & facultates omnes diripit, & injicit faccum, quo tumulus est subeundus, dum suum animus obit vadimonium.

Christus Dominus cum extremi ac publici iudicii signa prædixisset: His, inquit, fieri incipientibus, respicite & levate capita vestra; quoniam appropinquat redemptio vestra.

Quò verò respiciendum? Bernardus montem Golgothæum loquente digito monstrat. Hic tres in crucem affixos, & triplex morientium discrimen est cernere. Primum in latrone obtinatio, qui è cruce lignea in flammam, à morte in mortem migravit, è trabe in ignem præcipitatus. Alterum in latrone respiciente, qui dolores crucis patientiæ sibi reddidit saluberrimos, qui crucem paradiso, mortem vitæ, tartarum sibi debitum cælo mutavit, felicissimus mercator. Tertium in Christo moriente, qui perdidit omnia restituit moriendo, qui ideo pandit brachia, ut in amplexu invitet omnem humanam gentem. In brachia, in hos amplexus sese immittat homo moribundus, & propitium speret iudicem, si tam benignum quaesiverit servatorem.

Quando igitur mortis dolores ingruunt, cum æta vesperina jubent occcludi urbem, cum domitio imperatur, tunc maxime opus patientiæ & constantiæ, ne à tormento moribundus transcat ad tormentum. Hic, mi ægrote, angustias tuas flecte ac consilium, in rationem verte necessitatem. Patienter tolera te vinci, & ad iudicem abduci: hæc omnium fors est; hic, nemo eximius. Dic ipse tecum, dic & aliis: Captivus Christi sum; è vinculis educar brevi, & sistar iudici. Sequar libenter, & sine morâ, quocunque meus me iudex vocaverit. Hæc omnia quæ patior, & his longè graviora commiserui: sed ope divinâ superabo & hoc momentum. In explicata Christi crucifixi brachia me inimito, in aperta Christi vulnera me immergo, hic ab omni hoste turissimus latebo, dum divinâ in me ira deservear.

Ita, mi Christiane, ita nos sentire, ita loqui convenit. Et quò altius hæc tibi hæcant infixa, oculos attolle ad tres illas in monte Golgothæo cruces: Prima dat spectandam obstinationem & impatientiam, certas ad Inferos scalas. Secunda patientiam, & vel seram respicientiam tradit, simulque ac fiduciam in Christum ingerit. Vox moribundi latronis est: Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum. Tertia patientiam absolutissimam, obedientiam perfectissimam & omnigenas virtutes tam verbis quam exemplis efficacissimè docet. Hic Paradisi Domini prodigium factus est orbis, summa patientia summæ innocentia conjuncta. Hic ipsissimus noster iudex est: Cælum & Tartarum in manus ejus sunt. Ad hunc eminens vociferatur David: Quia tu reddes unicuique iuxta opus suum.

Damnatur quis, & à conspectu Dei rejicitur? Hic Jobus iudicem excusans, & omnem ab eo culpam removens: Verè, inquit, Deus non condemnavit frustra, nec Omnipotens subvertet iudicium. Hic iudex æquissimus non frustra mittit in tartarum, nec gratis recipit in cælum. Vis esse beatus? Cave, ne sis malè vestitus. Decrerum re-

giam nostri: Ligatis manibus & pedibus ejus mitte eum in tenebras exteriores. Quid hominis erat? Conviva nuptialis indecorè vestitus. Tantine hoc flagitii sit? Supplicii gravitas hic loquitur. Quæsierat Rex: Quomodo hic intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Hem rigidum ac severum iudicium, quod quaestione primâ elinguem efficit reum.

Cum Petrus in mari seminudus piscaretur, ubi Dominum in littore vocantem audit, mox vestem induens, Tunicâ succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Quid hoc Petre? vestes natantem, aut etiam vadose transeuntem non juvant, sed prægravant & impediunt. Mysterium hic lateret, & imago nostri è vitâ transitus. Petrus non quâ iret, sed ad quem iret considerabat; à summis hominibus nudum videri nimis indecorum est. Idcirco Petrus maluit paulò difficultius quàm indecentius ad Dominum pervenire. En imaginem cum vitæ, tum mortis nostræ. In portu stat Christus; in cælo nos expectat ad se venturos. Hinc vocamur & invitamur quotidie. Enimvero coram tanto Rege nudum apparere, heu nimis fœdum est: excipiemur benevolè, si tamen, inquit Paulus, vestiri non nudi inveniamur.

Ergo jam sæpius vocati & invitati vestiamus nos, dum tempus est. Noëmiprudens mulier, Ruth nurum suam insiliens: Induere, inquit, cultioribus vestimentis. Vestis omniùm cultissima est Charitas. Quis piscorum Patrum hanc unam virtutum non disertissimus laudat? Ex omnibus unum huc sulto. Augustinus tam succinctè quàm nervosè: Quamcunque, ait, paginam interrogaveris, hoc tibi respondebit. Quod tenes, tene: Charitatem tene, sicut præcepti est Charitas.

Non est venustius, non est pretiosius indumentum Charitate. Hæc omnem nuditatem, hæc multitudinem operit, peccatorum. Bona vestis Eleemosyna bona, Jesuitium, Oratio vestis optima. Sed has omnes habet, qui Charitatem habet. Quisquis es, ama tuum iudicem, & propter illum etiam tuum inimicum ama, & causam tuam jam vicisti, nec est quod Tribunal ullum formides. Ama Deum, & fac quod vis.

Quod si hac tunica te succinxeris, nihil metue, libere que jactu in saltum mortis mare te ipsum præcipita; non submergeris. Porriget dextram & liberabit, te, qui creavit te.

CAPVT VIII.

Arcani, peculiaris Iudicii Hypotyposis; seu, Reddende Rationis exemplar.

§. I.

Birgitta Suedica, sanctissima vidua in Palæstinam iter suscepit unâ cum filio suo Carolo. Filius in viâ mortem obiit Neapoli. Mater Birgitta Hierosolymâ pervenit, ubi assiduis precibus arcanam cum Christo familiaritatem inivit. Et ubi benignissimus Deus se à suis liberalitate vinci non sinit, ita viduam hanc singularibus beneficiis affectit, quandoquidem illa in omnibus hoc egit unice, ut Christo quàm maxime placeret. Quia verò hæc vidua Servatori, ejusque Matri devotissima erat, filii sui jam mortui statum quàm maxime desiderabat nosse; Quapropter ei vigilanti ac precanti objecta est species inter has voces.

Licebit tibi, Birgitta, divina bonitatis munere videre jam & audire, quid circa filium tuum in arcano iudicio sit constitutum. Et quamvis illud puncto temporis peractum sit, per intervalla tamen certâque periodos tota rei series tibi proponetur, ut eam tantò rectius animò & cogitatione comprehendas.

Hic Birgitta sibi visa est videre Dominum Jesum pro tribunali sedentem innumerabili Angelorum exercitu sit-

Quid in tribus crucibus Golgothæi montis spectetur.

Psal. 61. v. 13.

Iob c. 34. v. 12.

Mat. c. 22. v. 13.

Joan. c. 21. v. 7. Transitus Petri veste indui futuram aquas ad Christi est imago vitæ ac mortis nostræ.

2. Cor. c. 5. v. 3. Ruth c. 3. v. 3.

In psal. 102. sine explicat. c. 11.

Charitate nō est pretiosius indumentum. 1. Pet. c. 4. v. 8.

* Nota. Et hoc, hanc iudicii formam ad certum patris visum quam ab eis et factu dicitur mortuorum institutum. Quid est aliis Dei subinde factum.

Birgittæ visio de iudicio filii.

tu stipatum. Ad hujus judicis latus adstabat Mater Virgo aeterna peragendo iudicio intenta. Ante iudicem Caroli defuncti anima erat timoris ac pavoris plena, sententiam decretoriam expectans. Dextrum animae latus claudebat tutelaris Angelus, laevum accusator diabolus, nec ille; tamen nec iste animam tangebant. Initium dicendi faciens accusator: Aequissime iudex, ajebat, iniuriam queror; haec anima fuerat mea, ideoque corpore soluta in meum regnum trahenda erat. Sed mater tua, eam mihi praeripiens tutelam suam defensam iudicio stetit. Huic accusationi mater iudicis respondens: Originis tuae, spiritus maligne, memineris. Eleganciae miraculum creavit te optimus Deus. Sed nequitia tua omnem tibi vultustatem abstulit. Liberum tibi erat conditori te submittere: sed rebellis esse maluisti; eris aeternum, & caelo proscriptus. Quid iustum sit, intelligis, sed detestaris. Hanc autem animam deferre iudicium potius erat, quam tuum. Etenim hic homo dum vixit, me, uti matrem filius, amavit, illud saepius expendens, quanto me Deus honore sit dignatus. Hinc tantum in eius pectore in me amor exarsit, ut paratus fuerit, potius aeternis ignibus torqueri, quam committere, ut aliquid honori meo sua culpa demeretur. Hoc in me animo diem suum obiit. Num igitur iniquum fuit, in meam illum tutelam aferuisse?

Hic accusator: Non nego, ajebat, homo iste matrem sui iudicis magis, quam seipsum amavit: sed aliae ipsius actiones inspiciantur, & nemo illum negaverit meum esse. Quocirca tuam, iudex, appello iustitiam. Et en acta hominis istius, in tabulas relata, en peccatorum catalogum ingentem! En molem & acervum infinitarum cogitationum malarum, è quibus si solum obscenarum aut superbae puniantur, meus erit; Decalogi praecipuum sextum non nescit; sed illud millies iterumque millies transgressus est. Tacebo cetera. Nec ille horum quidquam negare potest: convictus est, convictissimus, testes produco mille propriam ipsius conscientiam.

Hic Angelus: Quamprimum, inquit, mater ipsius observavit filiolum in vitia flecti. cereum esse, prolixis precibus, innumeris lacrymis, & variis misericordiae operibus eam illi gratiam à Deo impetravit, ut etiamnum puer timere Deum ceperit & lapsus, illic ad poenitentiae asylum properavit, ingemuerit, doluerit, emendationis propositum innovavit. Contra diabolus plurima objicere, Angelus objecta diluere ac dicere: Haec, & haec, & ista, & illa deliquit, fatetur, sed delicta expiavit, nunquam non bona voluntaris fuit, & quod ipsius causae iam plurimum patrociniatur, eo demum Carolus se rededit, ut unicam vivendi causam statuerit, Dei voluntatem exequi, divinae voluntati voluntarie se conformando.

Auditis partibus iudex accusatorem iubens facessere, sententiam pronuntiavit istam: *Mens hic servus aeternum vivat.*

Ubi haec Caroli mater audiit & vidit, gaudiis perfusa: O aeterna veritas, inquit, o Domine Jesu, o Iudex aequissime, tu sanctas cogitationes mentibus infundis: tu nostras preces & lacrymas tuâ gratiâ, & aeterno praemio remuneraris. Tibi laus, honor, & gloria, tibi gratiarum actio à rebus creatis omnibus. Tu mi amantissime Deus, mihi meipsâ longè charior est tibi vivere, tibi mori unice desidero.

Hic Angelus loco iudicis respondens: *Scias*, inquit, haec tibi monstrata, non tuo duntaxat bono ac solatio, sed ut Dei amici omnes norint, quantum virtutum sit bona voluntatis perseverantia, quae labores, lacrymas, preces, elemosinas ad supremum usque halitum perducit ac perpetuat. Scias etiam in hunc militem filium tuum sententiam tam mitem non fuisse pronuntiandam, nisi à pterito tam bonae ac promptae fuisset voluntatis, quâ Deum & Dei amicos amare, & navos suos emendare studuit. Qui venturum timet iudicem, benignum sentiet praesentem.

Quis autem iudicii tam exacti memor in vetitum ruat, eadem fortassis horâ trahendus ad iudicem, *Soph. c. 1. qui jam olim minarus: Scrutabor, ait, Hierusalem in lu. v. 11. cernis.* His verbis Bernardus meritissimè exclamavit *Berna. serm. Quid in Babylone tutum, si Hierusalem manet scrutinium?* 55.

Quis autem hunc iudicem effugiet? Potentissimus est; Quis enim decipiet? Sapientissimus est; Quis illi muneribus corrumpet? Opulentissimus est. Quis eum auctoritate trahet? Integerrimus est. Quis ipsum faciendâ flectet? Aequissimus est. Quis ab eo causam suam ad aliud tribunal transferet? Supremus, summis est, univertorum iudicium Iudex. *Quis, ergo non timebit Hier. c. 10. te, o Rex gentium?* v. 7.

Rectissime monens Basilius: *Si quando, inquit, senseris, in vis te ab appetitu ad peccandum retrahi, velim cogites horribile illud & intolerabile Christi Tribunal, in quo praesidebit Iudex in alto & excelso throno.*

Paulus ipse velut divini iudicii formidans: *Nihil, in- 1. Cor. c. 4. mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me Dominus est.* Absit, ut me iustum pronuntiem, potest enim in me delictorum aliquid latere, quod ignorem. Nam delicta quis intelligit? Tanta est humani cordis profunditas, ut hominem ipsum non pauca quae in ipso sunt, lateant. Hinc seipsum nec perfecte nosse, nec integrè iudicare potest. *Pravum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscat illud? Ego Dominus scrutans cor, & probans renes: qui do unicuique iuxta viam suam, & juxta fructum ad inventionem suarum.* Verè, spirituum ponderator est Dominus. Nostro de nobis iudicio minimè credendum. Qui iudicat nos Dominus est, Iudex ad usque novissimum quadrantem exactissimus; ad cuius examen vita nostra ducitur, sub quo & virtutes nostrae trepidant. Nos enim omnes manifestari oportet ante Tribunal ipsius, tibi velut per lucidum vitrum stabimus, non solum divinae luci, sed & oculis nostris pervii. Non secundum allegata & probata iudicabimur, ut passim fit in iudiciis, sed secundum infinitam iudicis scientiam, quae cogitatuunculas vel latentissimas rimatur & numerat.

Hinc ille hominum etiam sanctissimorum de futuro iudicio metus, quem Gregorius expendens: *Mens iustorum, inquit, sollicita semper venturo exanimi intendit. Omne enim quod agunt, metuunt, dum cautè considerant ante quantum iudicem stabunt. Scriptum est: Astra non sunt munda in conspectu ejus. Quis apud eum districtè iudicatus, quique maculas iniquitatis habent, qui per munditiam sanctitatis lucent.*

Rex David ne pueriliter supremum iudicem timere videatur, timoris sui causam exponens: *Domine probasti me, inquit, & cognovisti me, tu cognovisti sessionem meam, & resurrectionem meam. Intellexisti cogitationes meas de longe, semitam meam & funiculum meum investigasti. Et omnes vias meas praevidisti. Ecce Domine tu cognovisti omnia. Non me solum, sed omnia, mea etiam minima, vel ipsam quoque sessionem ac resurrectionem meam observas, ubi quomodo, quâ de causâ, quo sine sedeam vel surgam. Neque tantum exteriora haec tibi sunt apertissima, sed ipsas etiâ secretissimas cogitationes meas omnes de longe intellexisti; multè antea quam cogitare incipiam, tu jam nosti, quid cogitaturus sum; haec tibi ab omni aeternitate sunt perfectissima. Hinc omnes semitas meas & progressus meos tam corporis quam animi motus, consilia, deliberationes, proposita, perturbationes, reconditissimos ac intimos sentus meos, sed & funiculum meum, metam & finem meum ante omnia tempora investigasti, quo anno, quo die, quâ horâ, morte obiturus sum praevidisti. Ecce tu cognovisti omnia, ideo iudicium tuum undequaque exactissimum formido: *Si iniquitates observaveris Domine, Domine quis sustinebit? Punitur.**

Non morshaberit.

Sunt verba formalia.

Bevat. S. Birgitta 1.7. c. 13. mihi pag. 33. Vbi supra narratio, quam con- traximus.

blicanum dicere (Deus propitius esto mihi peccatori) nil miri est: sed sapientissimum regem Deoque charissimum precari: (ne in furore tuo arguas me) hoc grande mirum est.

Job c. 13. v. 25.

Altum ingemiscens Job: *Contra folium*, inquit: *quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris.* Quid est homo? In paradiso fuit arbor, in tentatione folium, jam stipula est post lapsum. Nihilominus Judex supremus dignum ducit super hujuscemodi aperire oculos suos, & adducere cum secum in judicium.

Job c. 14. v. 2.

§. III.

Deus omnes sine sexus, aut dignitatis ratione ad judicium adducit. Sap. c. 6. v. 9. & 8.

SIc autem in judicium adducit, ut nullam ætatis, sexus, ordinis, dignitatis rationem habeat; senes, juvenes, viros, mulieres, pauperes, divites, summos, infimos eadem examinis censurâ stringat. *Non enim subtraher personam cujusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cujusquam, quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & equaliter cura est illi de omnibus.* Fortioribus autem fortior instat cruciatio: quoniam judicium durissimum in his qui præsumt, fiet.

Deut. c. 10. v. 17.

Quod Sapientia evulgat orbi, hoc Moses jam olim proclamans: *Dominus Deus vester*, inquit, *ipso est Deus Decorum, & Dominus Dominantium; Deus magnus & potens, & terribilis, & qui personam non accipit, nec munera.* Sic ut panni negotiator eadê ulnâ & holocericum & sabanum metitur, ita Deus servum & dominum ad idem trahit judicium: Baronibus, Comitibus, Principibus, Ducibus, Regibus, Imperatoribus non molliorem se præbet, quam rusticorum aut mendicorum infimis, eadem scilicet ulnâ, pannum villosum, linum crudum, & pannum aureum metitur.

Lib. 2. Mat. c. 1.

Rem insolitam & multis retro sæculis inauditam narrat Cluniacensis Abbas Petrus de Matifcono Comite. Hic multa flagitiosè patravit, & divini judicii oblitus, nec Deum verebatur, nec homines, seipso in dies deterior. Nec spes emendationis allucebat ulla.

Sap. c. 6. v. 6.

Minatur quidem æterna sapientia: *Horrendè & citò apparèbitis.* Minatur Paulus: *Horrendū esse incidere in manus Dei viventis.* Minatur ipse Christus: *Nisi poenitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.* Sed minis hi tales non terrentur. Vim ergo sentiant & supplicia, qui monitis ac minis nolunt corrigi. Ita in hunc Comitem ab itâ numinis animadversum est.

Heb. c. 10. v. 31.

Luc. c. 13. v. 3. & 5.

Matifconi Comitibus miserabilis mois.

Cum enim solenni die Matifconæ in suo palatio confedisset, hominibus diversi ordinis adstantibus, repente ignotus eques audacissimè ingressus, ad ipsum pervenit, quem etiam ad secretius colloquium evocans, sequi se non rogavit, sed imperavit. Comes occultâ vi trachus surrexit, & volens nolens ad domus ostium secutus est. Hic equum jam paratum jussus ascendere, non potuit non parere. Vix equi habenas comprehendit, & continuo in aërem unâ cum altero equite abreptus est. Hic Comes vociferari & ejulatu miserabili totam urbem ad invisum spectaculum excire. Concursum est undique. Plurimi norissimum Comitum equo per auras avehi, dum oculorum acies sequi potuit, attoniti spectarunt. Clamabat quidem Comes: *Succurrite cives, succurrite.* Sed jam frustra hæc. Sat diu expectavit judex; voluit demum moras omnes abrumpti. O miserum, ter miserum, quem talis equus abripuit ad tribunal. Hic nemo non dixerit: *Horrendum esse incidere in manus Dei viventis.* Nec Comitum galeas, nec Præfulum tiaras, nec Pontificum mitras hic judex respicit.

Tilmannus Bredenbachius l. 8. f. var. collat. c. 12. Gualteri miseræ memos.

Non abimile quid bonæ fidei scriptor commemorans: *Vir nobilis*, inquit, *Gualterus de Mete* unus aliquis è Caroli V. Cæsaris aulico famulitio, ad partès Boreales Islandiam versùs navigans, ex adverso navim magno impetu ferri, & in puppi tetrum monstrum, athiopem nigerrimum pro navarcho confidere vidit.

A Gualteri nauta pro more acclamans, quid mecium vètarent, quòve tenderent, quæsit. Cui Navarchus ater respondit: *Archiepiscopum vehimus (nomini parciatur) & ad montem Heclam tendimus.* Mons est aspidius incendis, perinde ut Æthna, terribilis. Hoc ubi Gualterus audivit, totus contremuit, & vitæ rationes secum subducere orsus, quamprimum Leidam appulit, in religiosam divi Francisci familiam se dicavit, ut rerum humanarum curâ solutus Deo liberius operaretur, magistrum sui tirocinii habuit Guilielmum Delphensem, qui hæc domi meæ, inquit scriptor, multis honestissimis viris præsentibus exactè narravit.

Quemadmodum Comes equo, ita hic Archiepiscopus navigio ad subeundum judicium abreptus est. Omnium infelices! *Qui quasi de industria recesserunt ab eo, & omnes vias ejus intelligere noluerunt.* Et addens Jobus: *Non sunt tenebra, inquit, & non est umbra mortis, ut abscondantur ibi qui operantur iniquitatem.* *Novis enim operarum, & idcirco inducet noctem & contendentur, subitò morientur, & in mediâ nocte turbabuntur.* *Opus hominis reddet ei, & juxta vias singulorum restituet eis.*

Job c. 14. v. 22. & 29.

B Non enim est acceptio personarum apud Deum. Nimirum relam crassam & subtilem, rusticam & Coam eadem ulnâ metitur Deus: Jus idem regibus, mendicis, Imperatoribus reddit.

Rem. c. 11. v. 11.

Refert beatus Gregorius ad insulam Liparim Solitarii magnæ virtutis & nominis, uni ex iis, qui illic appulissent, dixisse: *Scitis, quia rex Theodoricus mortuus est? Huic illi protinus responderunt. Absit: Certè cum abiremus, in vivis etiamnum erat, nec ejuscemodi sermonis quidquam ad nos perlatum.* Quibus ille: *Ut dixi, jam mortuus est.* Nam die hesternò horâ nonâ inter Joannem Pontificem & Symmachum Patricium discinctus & exalceatus, vincis post tergum raptatus, & in vicinam hanc Vulcani ollam præcipitatus est. His illi auditis, cum curâ diem in tabulas retulerunt. Jamque in Italiam reversi, eo prorsus die Theodoricum esse mortuum compererunt, quem vir ille solitarius significarat. Nec vanum hoc visum fuit. Etenim Theodoricus Joannem Pontificem in carcere necavit, Symmachum Patricium ferro trucidavit. Non injuriâ ab iisdem in ignem mitti visus est, in quos tam iniquus judex sævit. Sed invenit superiorem se judicem, qui nunc quidem, uti Job loquitur, *per caliginem judicat; Sed mane judicium suum dabit in lucem.*

Greg. l. 4. dial. c. 30. Theodoricus mors subita.

Job c. 21. v. 13. Septim. l. 3. v. 5.

CAPVT IX.

Arcani Iudicii memoriam jugiter instaurandam; seu, Reddende rationis nunquam obliviscendum esse.

§. I.

AVrem pervellat assiduè tremenda eaque ultima judicis sententia, quæ aut in ignem æternum mittet, aut æternæ vitæ transcribet. Nihil dici, sed nec cogitari quidquam horribilius potest, quàm tonitru illud & fulmen nimis quàm metuendum: Recede à me maledicte in ignem æternum. Vox ferrea, vox adamantina, vox justissimi furoris plena,

Ajunt in Scythia & Mæoticis regionibus, tonitrua tam ingenti fragore fieri, ut quâdoque hominem exanimant pavore. Nisi animus humanus immortalis esset, divinæ vocis tonitru jugularetur. Princeps Apostolorum Petrus Ananiam & Saphiram conjugem terræ aliliste pauculis vocibus fulminatos: *Obstupescens id Gregorius: Petrus*, inquit, *utrique conjugi vitam abstulit arguendo, qui Tabithæ vitam reddidit orando.* Senensis virgo Catharina,

Historia Tartaria dist. 111. Act. c. 5. init. Act. c. 9. d. 36. & seqq. In vita Catharina.

Catharina, quod temporis aliquid non optimè collocasset, arcanà castigatione à beato Paulo sic reprehensa dicitur, ut maluisset coram orbe universo pudeferi, quam iudicio tam acerbo coargui.

Ver. 2. Dominica 1. in Quadragesima. Vocis humanæ terribilitas.

Narrat vir Religiosus è divi Dominici familiâ Raphaël de Columbâ Philippum II. Hispaniarum Regem, cum rei divinæ interesset, duos è suis magnatibus sibi vicinos familiaritè inter se fabulantes audivisse, & dissimulasse: Redeuntem verò in conclave, illos ipsos atroci vultu notasse ac dixisse: Vos in conspectum meum non ampliùs venite. Ita illos hæc vocis perturbatione, ut alter mæore sensim contabuerit, alter stupido & attornito similis in omnem vitam manserit.

Itane verò vox humana hominem non summi flagitii sibi consciùm sic fulminat? quis pavor, dolor, terror incutitur reo, cum non rex Hispaniarum, sed rex cæli, ac terræ terrificum illud pronuntiabit: Recede maledicte, ne ampliùs in conspectum meum te da, in ignes æternos abi.

Tantum potuit vox Petri, vox Pauli, tantum vox regis Philippi, quantum poterit vox iudicis Christi? Geminæ voces (Ego sum) Christi iudicandi tot militum centurias in olivatio clivo prostraverunt: quid facient Christi iudicaturi? Si tam terribilis fuit vox agni, quantum terribit vox leonis? Leo rugiet, quis non timebit? Dominus de excelso rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit vocem suam: rugiens rugiet super decorem suum. E veterum monumentis & ipsâ experientiâ compertum est, leonem nonnunquam velut dormientem, aut mortuum jacere, dum in arca vel campo insidias simulato somno struit, dum aviculæ complures congregentur. Subito insidiator iste horrendum rugit, quo quidem rugitu sic extertit aviculas, ut velut captæ hæcant. Hic accurrens Leo quidquid minoris ejuscemodi prædæ reperit, injectis unguibus præfocatur.

Amos 3. v. 8. Hier. c. 25. v. 30. Leo rugiet Christus iudicaturus.

Dormit aliquando tempore, aut potiùs dormire se simulat Leo de tribu Juda. Cavete aviculæ, attendite homines, repente hic Leo rugiet, & vos caderis. Intelligite hæc qui obliviscimini Deum; ne quando rapiat, & non sit qui eripiat.

Psal. 49. v. 25.

§. II.

Iob. c. 14. v. 13.

Intellexit hæc Jobus, & Deum nequaquam oblitus est. Nam jugi memoriâ hoc sibi iudicium ante oculos statuens: Quis mihi ait, hoc tribuat ut in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tempus in quo recorderis mei. Malo ad inferos descendere, quam irati iudicis vultum sustinere. Quantum igitur morbus, quantum hoc malum cui pro medicina & refrigerio sit infernus ipse? Magna sunt enim iudicia tua Domine, & inenarrabilia verba tua.

Sap. c. 17. v. 1. Climacus grad. 4. de Obedi. mihi pag. 81.

Narrat Climacus in quodam Asiæ cœnobio discipulum commissum viro religioso homini miti prorsus ac placido. Observavit discipulus se à sene nonnihil honorari, nec ullis molestis laboribus exerceri, quod aliquibus periculosum fuisse non nesciit, cùmque etiam suâ sponte avidus esset multa patiendi, hoc prudenter excoGITAVIT; veniam à Sene petiit aliò migrandi. Non negata est. Commendatitius à magistro litteris acceptis in quoddam Ponti cœnobium profectus est. Primâ nocte, quam illic egit, somnium ei tale oblatum. Erant qui ab ipso rationes exigent, à quibus demum intellexit se centum auri libras debere. Experrectus, & quid secundùm quietem vidisset, apud animum suum revolvens: Antioche (ajebar ipse sibi) grandi ære alieno sumus oppressi; multa nomina restant expungenda. Ita triennium in eo cœnobio permanit officii sui sedulus, omnibus obtemperans, modestiæ ac submissionis cultor eximius, & quamvis à perisque omnibus, ut homo ignotus ac peregrinus contemneretur, injuriis etiam afficeretur, hæc tamen ille omnia constanti patientiâ con-

A coxit. Exacto triennio per quietem denuo vidit hominem, qui rationum tabulas monstravit, & in iis decem libras auri deletas. Expergestus secum ipse dixit, non totum æs alienum, sed decem tantummodo libras dissolvisti equando reliquum tolles? Antioche majori labore ac conatu est opus. Ardentius est agendum, & patiendum. Ab eo tempore amentem ac fatuum se simulare cœpit, nec tamen quidquam officii sui omisit. Hinc factum ut quidquid molesti & insulsi laboris esset toto cœnobio, in unum Antiochum devolveretur: omnium sensus erat, hæc homine bardo non indigna. Sed nihil nimis difficile Antiocho visum est. Ita tredecim annos industriâ incredibili exegit. Rursus autem in somnis exactores illos vidit, qui omnia nomina centum librarum expuncta ostenderunt. Quod ille in suum usum sic traxit, ut quotiescunque graviore labore, aut novis injuriis exagitaretur, ipse sibi diceret: Antioche, memento debiti.

B Ad hunc planè modum quotidie seipsum quisque commonefaciat: Heus Paule, aut Andrea, aut Petre &c. Memento iudicii: grandis debitor es, & quidem confessi nominis; centum millia talentorum debes, rationes brevè exigentur: Incertissimum est quo anno, quo die, quâ horâ actionum tuarum omnium rationem à te accepturus sit iudex; Ergo memento iudicii, memento.

Thalleæus Cilix, quod notatu dignissimum, annis sexaginta, quos in divinis servitiis egit, assidue flevit, nec unquam visus est, quin lacrymarum fonticuli ex ipsius oculis defluerent. Ut autem ejus rei causam redderet illud semper in ore habuit: Tempus hoc nobis ad pœnitentiâ indulum est, & rationes valde severas postulat iudex, si illud neglexerimus.

Joan Moschus in prælo spirit. c. 59. mihi p. 371.

Hoc sciamus, quod Moles animis fideliter instillans: *Dei perfecta sunt opera, inquit, & omnes via ejus iudicia. Deus fidelis, & absque ulla iniquitate, justus & rectus. Quocunque veritas oculos, æquissimam Dei libram conspicias.*

Deut. c. 32. v. 4.

Quidquid Deus operatur, ad rectissimi iudicii normam operatur. Siquidem omnia ad exactissimam libellam jam ab æterno ponderavit. Quod Salomon pronuntians: *Pondus, inquit, & statera iudicia Domini, nec capillo vel unico exerrantia. Quia Deus iudicium Dominum.* Omnes viæ ejus iudicia. Ut horum nos ulla unquam teneat oblivio, nos ipsos identidem, extimulemus hoc brevi monito: Memento iudicii. Deum autem id maxime velle, ut futuri iudicii semper memores vivamus, paragrapho sequenti ostendemus.

Prov. c. 16. v. 11. Isaia c. 30. v. 18.

§. III.

IN sacris voluminibus post librum iudicium subjunguntur libri Regum. Non errabimus si illud etiam in mysterium assignemus: iudicium attentè ac seriò consideratum Christianos eò evehit, ut morte obitæ, & iudicio superato reges efficiantur cæli. Ergo quisquis es, memento iudicii.

Quatuor capitibus Ruth m. diis.

Sunt qui observent tam in exordio bibliorum, quam iudicium epilogo ac fine, mentionem injici de iudicio, veluti de re summi momenti à quâ initium sumere, & in quam destinare debeant divini codices. Liber Genesios sic orditur: *In principio creavit Elohim cælum & terram.* Hebræa vox ista quâ Moles usus, non Deum Creatorem tantum, sed iudicem, inspectorem, vindicem designat. Ut sciant usus est homines eundem esse Conditorum Mundi & iudicem universorum, qui sicut mundum creavit, ita & iudicabit: Ut sciant etiam ab eo universâ in lance iustissimâ esse disposita. Porro sacrorum voluminum suum Apocalypseos liber in hæc verba signat: *Etiâ venio cito. Amen. Veni Domine Iesu.* Hic clarissimè humanæ gentis arbiter iudex advenum suum iudicarium prædicat: Et verò etiam à securâ conscientia invitatur ut veniat. Veniet & non tardabit. Memento iudicii.

Judicium est a & u Scripturæ. Gen. c. 1. v. 1. Deus. Cur Moses sed iudicem, inspectorem, vindicem designat. Ut sciant usus est homines eundem esse Conditorum Mundi & iudicem universorum, qui sicut mundum creavit, ita & iudicabit. Ut sciant etiam ab eo universâ in lance iustissimâ esse disposita. Porro sacrorum voluminum suum Apocalypseos liber in hæc verba signat: Etiam venio cito. Amen. Veni Domine Iesu. Hic clarissimè humanæ gentis arbiter iudex advenum suum iudicarium prædicat: Et verò etiam à securâ conscientia invitatur ut veniat. Veniet & non tardabit. Memento iudicii.

Apoc. 22. v. 20.

In Psalmis vates regius creberrimam facit mentionem divini iudicii. Eiusdem in Psalmo primo & penultimo monet: *Non resurgent impii in iudicio.* Dixerat Psaltes initio facti carminis; Iustos non abire in consilio impiorum; sed subnectit, Impios non resurgere in iudicio iustorum. Hoc sensu, longè aliud fore iudicium iusti & aliud impii. Sic etiam sub finem psalmorum: *Gladii accipientes*, inquit, *in manibus eorum, ut faciant in eis iudicium conscriptum* iudicium decretum, fixum, firmum, iam olim scriptum, & velut columna incisum, ut nequeat immutari. Ergo memento iudicii.

Psalm. 1. v. 5.

Psalm. 149. v. 6. & 9.

Lactantius l. 6. c. 2.

Rom. c. 13. v. 3. & 4.

Psalm. 18. v. 13.

Oculus divini iudicii timendus.

Narrant Alexandrum magnitudi Diogeni Cynico adstantem quaesivisse ab eo: Dic sodes, Philosophie, num me times? Cui Diogenes: Es ne bonus, inquit, an malus? Bonus respondit. Quis, igitur, inquit philosophus, timeret bonum? Hic iterum responderi potuisset philosopho: Malus homo bonum regem timere potest & debet. Id è saceris voluminibus Christiani norunt. Paulus in suis epistolis: *Vix*, inquit, *non timere potestatem? Bonum fac: & habebis laudem ex illa. Si autem malum feceris, time. Non enim sine causa gladium portat. Qui nihil mali facinoris patrat, quod oculis deprehendi possit, securus est à iudice homine, non item à iudice Deo, qui non solum oculis patentia, sed mentis abstrusissima quæque iudicat.* Hinc vociferatur David: *Ab occultis meis munda me.* Latent nonnunquam in homine cupiditates & affectus pravi, sed occultissimi, quos ille sibi periculosos non censet, Deo aliud iudicante.

Cum pictor imaginem à se factam proponit spectandam, vulgi iudicium non meruit, sed artificum, & hominum in talibus censendis peritorum: Ita sanctissimi qui que humanis iudiciis non terrentur, oculum Dei censorum formidant, qui sæpe quod hominibus bonum, iustum, sanctum videntur, damnat ut malum. Videt quis æcerum farina candidum, quem purum & ab omni fursute purgatum iudicat, sed cum ad cribrum farinarium farina examinatur, res facile vel quatuor purgilli fursuris excuriuntur: ita plurima prorsus humanis iudiciis approbantur ut recta & sancta, quæ ubi iudicii divini cribrum subtilissimum examinaverit, mixtura fursuris detegitur.

Est aurum quod obryzum, quod purum putam censeas, sed explorandum trade aurifici, qui ubi ad coticulum illud examinaverit, mistum & impurum, aut falsum & adulterinum pronuntiabit. Quor actionibus humanis dignitatem auri attribuimus, quæ Christi iudicis cotricula ut plumbum damnabit.

§. IV.

Filius Davidis Regis, Salomon, Ecclesiasten scripto agens ideam hoc ipsissimum mysterium luculenter docet, & concionatore instruit, quæ ratione dicendi principium & finem à Dei iudicio, seu rerum novissimis petant. Eam ob causam sic ille exorsus est: *Vanitas vanitatum & omnia vanitas.* Nihil hic stabile, suis quæque spatiis transcurrunt & transvolant. Cum homo multis sese annis variè fatigaverit, cum destruxerit, ædificaverit in negotiis multiplicibus desudaverit, ipsam etiam mortem subjerit: quid restat? Iudicium. Ad hunc demum scopulum navis nostra impingit. Idem verò Ecclesiastes libro suo hunc apponit epilogum: *Et cuncta que sunt adducet Deus in iudicium pro omni errato, sive bonum sive malum sit.* Quid, oro, Ecclesiastes his verbis omnino ultimis monet, nisi hoc ipsum: Memento iudicii.

Eccles. c. 1. v. 2.

Eccles. c. 12. & ult. v. ult.

Prov. c. 31. verba omnino ultima.

Iob. c. 19. v. 29.

Nec aliâ Ethicæ divinæ scriptor volumen suum clausula insignivit, quam hæc: *Laudent eam in portis opera eius.* Sunt verba planè ultima scriptoris facti, quibus ille humanas actiones ablegat ad Iudicium. Nam iudicia olim ad portas exercebantur. Et quoties Jobus iudicariam hanc campanam pulsavit? Quam articulare monuit: *Fugite à facie gladii, quoniam ultor iniquitatum gladius*

A est & scitote esse iudicium. Ergo memento iudicii.

Christus ipse jam morti proximus in amplissimo Hebræorum Pontificum senatu estis victus, estis iudicandus, estis crucifigendus, iudicii tamen memoriam resuscitans, & ipsum iudicem velut digito commoustrans: *Dirigitis oculos vestros in nubibus caeli.* Jam in dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus caeli. Jam in crucem sublatis iudicii tamen formam representavit, cum latronum alteri paradysum eo ipso die habitandum pollicitus, alterum ultro in abyssum tunc iudicio, & oves non revocavit, quo quidè occulto tunc iudicio, & oves ad dextram, & hædos ad sinistram statutos oculis subiecit. Cum superatâ jam morte redivivus caelum repereret Salvator, discipulis eum, dum licuit, prosequentibus fixâ oculorum acie, en duo è caelo candidari ephæbi, piam turbam alloquentes: *Viri Galilæi, ajunt, quid statis aspicientes in caelum? Hic Iesus qui assumptus est à vobis in caelum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in caelum. Sic veniet, cum eodem corpore & animo, cum eadem majestate ac gloriâ spectabilis, cum iisdem vulnerum notis, eodem gemino comitatu hominum & Angelorum, supra hunc eundem Olivarum montem descendet, vobis gaudio ac solatio, aliis terrori & supplicio. Sic veniet. Ergo venturum cogita, & iudicii memento.*

Matth. cap. 26. v. 64.

Act. c. 1. v. 11.

Hoc nobis omnes è tumulis defuncti occinunt, quibus mortuorum clamat: *Memor esto iudicii mei, sic enim eris & tuum.* Cuiusnam? Tuum Cæsar; tuum Princeps; tuum Carole, tuum Philippe, tuum Marce; tuum homo qui vivis.

Eccles. 38. v. 23.

Refert Clemens Romanus B. Retrum dicitasse: *Quis peccare poterit, si semper ante oculos suos Dei iudicium ponat? Gregorius Nazianzenus ad Eleusium iudicem multa sibi familiaritate conjunctum scribens: In summa, inquit, d iudex futurum sciro, ut iudicaris, & minus peccabis.*

Greg. Naz. epist. 74.

§. V.

Moris est in hominum religiosorum domibus, ut antequam noctu post cenam ad quietem se recipiant, examen conscientie præmittant, si eorum forte aliquem eâ nocte ex improvîso mori contingeret, rationes ille cum Deo compositas haberet. Ad istud autem quotidianum conscientie examen are campano signum datur, ut omnes eodem tempore horæ partem in eo faciendo collocent. Fuit ut post cenam ante somnum daretur ex more signum ad Examen conscientie, & eodem omnino temporis puncto è religiosa familia unus moreretur, quod domesticorum aliquis singulariter observans: Huic Patri, ajebat, pulsatum est ad examen. Verè sic fuit. Nam eo ipso tempore ad Christi Tribunal ductus, & iudicatus sententiam audiit æternam non mutandam.

Curtis cap. nobis ante quietem examen conscientie præmittatur.

In Societate Iesu sibi istud fit die ante præmittunt, & ante somnum.

Revera quod in morte sit iudicium, plus quam mors ipsa formidandum est. Sed nos illud ideo plerumque non formidamus, & etiam obliviscimur, quia remotum credimus. Hanc causam dilucidissime assignans Ecclesiastes: *Etenim, ait, quia non profertur citò contra malos sententia, absque timore ullo filii hominum perpetrant mala.* Nimirum quæ valde distant, ab oculis parva iudicantur, etiam si sint maxima: sic stellas oculi minutos esse orbiculos affirmarent, nisi Astronomia stellarum etiam minimas decies octies terrarum globo majores esse demonstraret. Ita Tribunal Christi, velut remotum acie obtusâ cernimus, & in diem securi vivimus. *Venturamen scitote, quia prope est, in januis est.* Veniens veniet dies tuus, & non tardabit. Dies hodierna parci? crastina fortassis te abripit, & tuo te iudici suster. Nunquam non paratus esto.

Cur homines iudicium non formident & obliviscantur?

Matth. cap. 24. v. 33.

Chronicon S. Francisci parte 2. l. 7. c. 20. mihi fuit. pag. 273.

revera non est nugandi tempus. Minutum illud est, sed mirum, toto quo decubuit semestri, ungues aegroti non succrevisse. Exactis sex mensibus morte placidissimam, vixit obdormiens defunctus est. Haec mihi, ait scriptor, Jurisconsultus vir doctissimus ac integerimus Arnoldi cognatus optima fide retulit, quae ipse spectavit & audit.

Oraculum credamus monitum illud saluberrimum! Nunc tempus nugandi non est. Ipso mortis momento rationem reddituri sumus de totius vitae cogitatis, dictis ac factis, & jam dum vivimus, nungemur?

Lib. 6. Confess. c. 6. initio.

Augustinus non alia re potentius intra recti limites se coërectum alleverans: Nec revocabat me, inquit, à profundiore voluptatum carnalium gurgite, nisi metus mortis, & futuri judicii tui, qui per varias quidem opiniones, nunquam tamen recessit de peccatore meo. Ideo idem unumquemque nostrum monens & vellicans: Diserte, inquit, conscientiam tuam, ascende tribunal mentis tuae; noli tibi parere, examina te, loquatur tibi medulla cordis tui, vide utrum ardeas innocenciam proferri. Ergo jam bene vive. Cras, inquit, bene vivam. Indulgentiam tibi Deus promissit, crastinum diem tibi nemo promissit. Si male vivisti, bene vive jam hodie: Stulte, hac nocte auferetur à te anima tua. Non dico, quae preparasti, cujus erunt: sed secundum quod vivisti ubi eris: Corrige ergo te.

Idem tom. 9. tract. 33. in Joan. suo mihi pag. 108. & seq.

Dulcis & rectus Dominus. Amas quod dulcis est, time quod rectus est. Tanquam mansuetus dixit, Tacuit sed tanquam justus, nunquid semper tacebo? Misericors & miserator Dominus. Ita plane. Adhuc adde, longanimis, adhuc adde, & multum misericors: sed time quod est in novissimo & verax. Quos enim modo sustinet peccantes, judicaturus est contemnentem. Largitur tibi spatium correctionis, sed tu plus amas dilationem quam emendationem. Malus fuisti hodie bonus esto: hodiernum diem in malitia perogisti vel cras mutare. Semper expectas & de misericordia Dei tibi plurimum polliceris: quasi ille qui tibi per patientiam promissit indulgentiam, promissit tibi etiam proximam vitam. Unde scis quid parat crastinus dies? Quando veniat ultimus dies, nescis.

VoX Dei est ad te: Delevi quod commisisti: securus de praeterito, cave de futuro; observa quod praecipit, ut invenias quod promissit. Revera tempus nugandi non est. Interim nugamur sapissimè, & vitam exigimus inter crepundia. Judicium impendens toties occentari nobis audimus, & nihilominus, telam quam orsi sumus, perseverantià improba perteximus.

§. II.

Vrbis nomen.

Memoria est, aeo superiore in Zelandiae urbe Zythopæium mortuum & in sandapila domi suae collocatum esse. Dum funus cogitatur & exequis, defunctus reviviscere, in feretro se movere, vicinum asserem pulsare cepit. Filii qui tum soli eo loco aderant, inexpectato sonitu exterriti, matrem inclamant, & patrem in loculo pulsare vociferantur. Mater pueriles animos vano terrore decipi rata, aliquamdiu nec loco se movit. Cùmque pueri non desisterent eadem clamare, accessit demum, & ipsa clausum cadaver, & auditus pulsibus sandapilam aperuit. Et en defunctus erigit sese redivivus. Accursus hominum frequens ac varius: Omnium interrogatio fuerat: Ubi fuisset interea temporis, aut quid vidisset? Ille hoc unicum respondit: Si dixero vobis, non crederis. Nec ipse ullis deinceps popularibus oblectamentis se dedere sustinuit. Jam non esse nugandi tempus moriendo didicit, & ideo ritum & voluptatem inter hostes numeravit. Quod de Lazaro Christi amico in vitam revocato ferunt, cum omni vita reliqua nunquam amplius risisse.

Rifus in hac vita impotuitus.

Eccles. c. 2. v. 2. Idem c. 7. v. 5.

Hanc gaudiorum temperantiam Ecclesiastes regius exemplo suo approbans: Rifus, inquit, reputavi errorem, & gaudium dixi quid frustra deciperis? Cor sapientum, ubi tristitia est, & cor stultorum, ubi latitia. In rem optimè beatus

A Gregorius: A paradisi gaudiis, inquit, per oblectamenta defecimus, ad haec per lamenta revocamur. Unde necesse est, ut semper pavidi semperque suspecti, ponamus ante oculos cordis, hinc culpas operis, illinc judicium extreme distributionis. Penemus, quam districtus iudex veniat, qui judicium minatur & laet: terrores peccatoribus intreat, & tamen adhuc susinet: & idcirco citius venire differt, ut minus inveniat quod condemnent. Puniamus ergo sceleribus culpas, & preveniamus, faciem ejus in confessione. Voluptatum nos fallacia nulla decipiat, nulla vana latitia seducat. In proximo namque est iudex, qui dixit: Vae vobis, qui ridetis nunc; quia lugebitis & flebitis. Risus dolore miscbitur, & extrema gaudii luctus occupabit.

Hom. 10. in Evang.

Haec considerans Anselmus & altum suspirans: O anxia! inquit, hinc erunt accusantia peccata, inde terrens justitia, subitus patens inferni horridum chaos, desuper iratus iudex, iratus conscientia, soris imminens gladius, undequaque terrens sententia. Si justus vix salvabitur, & ego peccator, sic depressus & contractus in quam partem me vertam? Vbi latebo? Vbi apparebo? Latere erit impossibile; apparere intolerabile. Quid dormitas anima tepida, & digna evomit? Qui non exersiscitur, quinon tremit ad tantum tonitru; non dormit, sed mortuus est.

Ansel. in medi. Refert Bonau in Pharus 1. 3. c. 49.

§. III.

Ad mitigandum tremendi hujus judicii metum saluberrimè Christus monuit: Facite vobis amicos. Hoc ipsius judicis consilium est utique profuturum omnibus, qui ei obsequio fideli paruerint. Quod sequenti narratione confirmamus.

In vita S. Anthoni Archiepiscopi Colon. 1. t. c. 33. apud Surium 10. 6. die 4. Decemb. B. Caesarius martyr in judicio Andreæ fuit patronus.

Fuit Romæ vir primarius, deliciarum & auri dives minus virtutum. Nomen ei Andreas. Vitam hic egit solutiorum; animam oneri, corruptis voluptati habuit, nec intutum censuit spatiosam & amœnam ad æternitatem vitam insistere. Ita parum in eo religionis, vanitatis plurimum fuit. Nec tamen caelum aut coelites odisse voluit. Illud in eo singulare: Beato martyri Caesario devotissimus exiit, cuius & templum accessu crebro ac donis frequentavit. Amicum sibi vel ignarus conciliavit. Interea mortem quam horrebat & fugiebat, delituit, ut sit, atque voluptatibus advocabat. Moritur, nec tamen sine omni poenitentis animi signo. Cadaver flentium & plangentium amicorum tristi obsequio ambiebat, patrioque more vestiebat ad tumulum. Dum igitur funus in feretro expectat, dum solitis extubiis circa ipsum vigilatur, nocte jam adultæ capulus moveri, mortuus caput è sandapila extollere, in omnem partem circumspicere, & redditam sibi vitam ostendere; quotquot aderant terreri, plerique fugere, prudentiores propius accedere, cadaverosum hominem diligenter inspicere, alloqui demum & sciscitari ceperunt, verène viveret, num à mortuis rediret, an verò (quod magis suspicabantur) ob productus animi deliquium pro mortuo habitus intuentium oculos fefelisset, & latentem vitam retinisset. At ille ab imo suspirans: Verè, inquit, è vivis excessi; jamque inter supplicia æstua rem, nisi judicis insignior amicus, mihi singularis patronus extitisset, martyr Caesarius. Hic certatim omnes avidissimè querere instituerunt: Ubi fuisset, quid vidisset, quid inter mortuos audisset, quomodo ad vivos redisset? Accervatis ille questionibus ita respondit: Ejectus è corpore ad terribile ac nimis pavendum Christi Tribunal, rapiebar. Hunc judicem multa Angelorum millia stipabant. Ego conscientiae vulneribus deformis reus & simplex, nec liberiorum quidem oculum audebam tollere, supremam iudicis sententiam auditurus, inexplicabili pavore quatiebar. Adstantibus iudicis ministri daemones, praedè inhiantes, ad omnem nutum attentissimi. Mihi credite, non dici, non scribi, sed nec satis cogitari potest, illius horulae pavor, calamitas, horror, angor & discrucians trepidatio, non centum

centum linguis divini Tribunalis æquitatem exactissimam descripsero. Dum igitur paveo, & decretum ultimum exspecto; Cæsarius martyr Matre iudicis, & Apostolorum collegio favente; ante Christum Dominum procumbens; suorumque vulnerum illustrata stigmata cominonstrans: Jūdex clementissime, ajebat, hæc ego vulnera pro honore tui nominis excepi, hos oculos ego; hæc manus, hoc pectus, hoc omne corpus pro te impendi, tormentis plura obiecturus membra, si plura mihi fuissent corpora. Nunc veniam precor huic reo & supplici, qui meis se patrociniis totum commisit.

Quod Cæsarius martyr; hoc & mater Dei ceterique cælitates rogarunt. Annuit benignus judex deprecatoribus tam copiosis, & sententiã in aliud tempus dilatã, me venia: ac vitã securum, ad corpus redite jussit: En adsum vestro bono; ut certiore jam fide & ardentioribus studiis divino vos tribunali præparetis. Videte, ut cum Deo solliciti ambuletis: Proximè januam expectat Judex, cui ratio reddenda est de omnibus etiam cogitationibus. Dixit & in feretro se componens è vitã denuo discessit.

Quapropter, ô Christiani, iudicis ipsius monitu: Facite vobis amicos; obsequiis patronos conciliate, iudicem muneribus, quibus affici solet, delinite, toto animo, ac omni studio in salutis curam incumbite, hoc unum omnibus negotium anteponeite. In proximo stat Judex; jamjam aderit, parate vos, & in excubiis state; hodiernã vel crastinã poscetur ratio.

§. IV.

Ratioes porro faciles ac expeditas facit; severum Dei iudicium supra modum mitigat, si iudicandus neminem, dum viveret, iudicavit.

Quod alibi testatissima fide narramus, hic paullo explicatius in memoriam reducimus. Vixerat olim inter cœnobitas homo veste quidem religiosus, sed animo profanus, tantò negligentior, quanto sui amantior. Deductus ad vitã metam, in foribus adesse mortem senterat, nec tamen ad tam invisi hospitis adventum ægimonie aut pavoris quidquam præ se ferebat: Sereno ac hilari vultu operiebatur ultimos mortis insultus. Hæc nimia sui securitas, ut videbatur, religiosam familiam omnem sollicitudine non levi percussit. Nemo non malè metuebat homini, ne vitam, quam inter torporem excogisset, eodem clauderet eplogo, & ita suo iustetur iudici planè imparatus ad reddendam rationem. Igitur familie præses id esse sui muneris ratus hominem impendentis iudicii liberè monere: Oro te, frater, inquit, vicinum vitã finem & Tribunal Christi cogita; reddenda ratio de dictis, factis, inò & cogitatis omnibus, audienda est sententiã in omne sæculum immutabilis, momentum hoc excipit Æternitas. Forasse vitam egimus solutiorem, & dies optimos malè consumpsimus? Nunc igitur pœnitentiã & lacrymis contractas noxas eluamus. Modicum diei superest; respiscamus, dum licet, & quã possumus, contentissime ad cælum ambulemus, ne nox æterna nos comprehendar. Et esto videatur quis sibi vixisse integerrimè, quia tamen ab humanis divina iudicia sunt longè diversissima, idcirco cum metu & tremore quod læpius præcipitur, nostram salutem operemur, idque tantò ardentius quanto contractus est vitæ spatium.

Festinemus ingredi in illam requiem. Cacodæmones nunquam minus feriuntur, quã cum ad finem decurrit vita, hic omnes explicant conatus, ut à cælesti tramite nos avertant. Quare, obsecro, mi optime frater, ad iudicium tam propinquum, quantã potes sollicitudine te para. A supremo halitu salus æterna pender.

Audit hæc patienti silentio moribundus; debili de-

munum voce: Fui, ait, mi Pater, fui, non nego, religionis negligens, & cessator in plurimis; disciplinam severiorem minimè amavi. Doleo, & veniam peto. Ne tamen admirandam Dei clementiam in me celem: En paullo ante duo venustissimi vultus juvenes hic adfuerunt, qui omnium meorum delictorum syngrapham monstrantes quaesierunt: num faterer hæc esse mea? Fateor, ajebam, & deprecor. Sed unicum scio subdidisti, quod in supremo Tribunali causæ meæ faveat: Ex quo familiam hanc ingressus divinis servitiis me adixi, quantum meminisse licet, neminem unquam iudicavi; nec ullius injuriã recordari volui. In cæteris iudicium fatentem habetis reum. Sed obsecro propugnent pro me verba Domini Jesu, qui dixit: Nolite iudicare, & non iudicabimini: Nolite condemnare, & non condemnabimini: Dimitte, & dimittemini.

His auditis illi juvenes noxarum mearum syngrapham lacerarunt. Hinc ego non immeritò lætus ac hilaris & fiducia plenissimus, ad Christum iudicem proficiscor. Expuncta sunt tor nomina. Ad arcana illud Tribunal mecum defero, chirographum iudicis & promissum: Nolite iudicare & non iudicabimini. Ultrique contenta pacta non rescinder ipsa veritas. Promissis Domini fido. Hæc ubi moribundus dixit, Domino, inquit Anastasius, in pace spiritum reddidit, magnaque adstantibus ædificationis utilitatique causã & auctor exitit.

Per Deum obtestor, videte, quanti momenti sit ad emerendos summi iudicis favores, neminem iudicare, partes iudicis in mortalium nullum sibi sumere. Æternã veritatis pollicitatio est: Non iudicabitur qui non iudicat, non condemnabitur, qui non condemnat. Vis pro iudice largitorem & patrem cernere? Non iudica, non condemna. Nobilissimum est sacrificium, & Deo præ omni hecatombe gratissimum, Neminem unquam studio turbare, aut ledere.

Cujus rei specimen sub mortem Pericles Atheniensium Imperator expressit. Cùm enim ad moribundilectulum diversas victorias ab eo partas enumerarent amici, voces eorum Pericles excipiens: Vana, inquit, commemoratis. Hoc autem conscientiam ad hilaritatem traducit, quod nemo civium meorum unquam meã operã vestem atram induerit.

Factum bonum, & Christiano dignissimum. Hoc iras nostri iudicis componit: Ex destinato nullum unquam dolore confundere. Nimitum in quo iudicio iudicaverimus, iudicabimur, & in quã mensurã mensi fuerimus, remetietur nobis. Nos ipsos igitur iudicemus.

§. V.

Hoc age, mi Christiane, & vide ut in te ipsum quam plurimum possis; tibi impera, te vince, te iudica. Quidquid observaveris in te, quod à iudice venturo reprehendi possit, aut puniri, tu ipse jam punias & reprehendas. Quemadmodum nullus capillus sine umbra est, ita nullus peccati nævulus sine parã. Quidquid noxarum est, inultum aut impunitum non transit supremus iudex. Suas etiam animadversiones habent & multas labeculæ vel minime. Nam aut homine punient, aut Deo iudicante plectuntur. Nil mali fit impunè. Quid si nos ipsos dijudicavimus, inquit Paulus, non utique iudicavimus.

Mauritius Imperator, cùm secundum quietem sibi videretur ad iudicem raptari, & ab eo interrogari: Ubi vis te puniam? hinc, an in futuro sæculo? Mox ille supplex: O amator hominum, exclamat, Hic peritius, hic puniar, quã in sæculo futuro. Prolatum continuo decretum: Mauritius & Constantina conjux cum liberis tradantur Phocæ militi. Factum. Cùm que jam Mauritius suos quinque filios & conjugem in oculis suis jugulari cerneret, ad singulorum supplicia

Judicasse neminem maximam securitatẽ parit in die iudicii. Luc. c. 6. v. 37.

Anastaf. Sinaia Episc. Antioch. in Oratione de quem Achilles Status Lufium. in Latium à se transfatum obiit Gregor. XIII. Pontif. Max. anno 1572. Baron. to. 8. anno 1592. n. 10. Amissis mea l. 2. c. 7. §. 3.

Gloria Pericles in extremis.

Matt. c. 7. v. 2.

1. Cor. II. v. 31.

Entrop. l. 17. rerum Rom. Zonarasto. 3. Annal. in Mauritio. Nicephor. l. 18. c. 40. Alii. Mauritius Imperator sup. maluit in plicia

Philipp. 2. v. 12. Heb. c. 4. v. 11.

In hac quam
in altera
vita puniit.

plia proclamavit: *Iustus es, Domine, & rectum judi-*
cium tuum. Et ipse demum jam sexies in suis mortuus,
cervices ferro præbuit, postquam divini iudicii acqui-
tatem jam sæpius adorasset.

Dijudicavit seipsum hic Imperator, ne judicare-
tur. Ita præveniendus est iudex, qui tantò miriùs in
hos pronuntiabit, quantò in seipsum quisque stric-
tius animadvertent.

Illud singularissimè observandum, par esse omni-
nò, ut in omni afflictione ac calamitate regum illud
assidue usurpentus: *Iustus es, Domine, & rectum judi-*
cium tuum. Quidquid ex alto in nos statuat Deus,
iudicium & iustitia Dei agnoscenda, & laudibus
extollenda. Amissa est pecunia, etepta sunt opes?
Iustus es Domine. Fama obrektionibus imminu-
ta, honor negatus, nota turpitudinis est iniusta? *Iu-*
stus es Domine. Domus est incensa, agri grandine
jugulati, vineæ verberatæ ac contusæ? *Iustus es Do-*
mine. Parentes, liberi, amicorum, aut patronorum
optimi sunt extincti? *Iustus es Domine.* Patipertas
vellicat, morbos infestat, curæ ac sollicitudines exa-
gitant, luctus & incæror fodicant, similitates & ini-
micitia conturbant? *Iustus es Domine.* Undique ad-
versa ingruunt, consilii & auxilii vix quidquam est;
solatium omniè subtrahitur? *Iustus es Domine;* re-
ctum, rectissimum est iudicium tuum. Hæc, & cen-
ties plura & acerbiora commemimus.

Ita omnino, ita divini iudicii Majestas & Equi-
tas est adoranda. Potentissimus regum Alsherus, cum
Estherem ad se ingressam cerneret, *extendit contra eam*
virgam auream, quam tenebat manu. Quæ accedens osculata
est summitatem virgæ eius.

Disceamus hos aule mores. Iudicum supremus ju-
dex, suam quandoque virgam contra nos extendit, ad-
versus nos tangit, clade ferit, mærore stringit. Nos
nisi agrestes, inurbani, & moribus planè incultis sur-
mus, osculabimur regis supremi virgam, & ejus ju-
stissimis, quantumvis oculis iudicis, patientissimè
nos submittemus, illud identidem ingeminando: *Iu-*
stus es Domine; rectum & sine omni fallaciâ, & erro-
re tuum est iudicium.

§. VI.

Preveniamus ergo iudicem, & ad reddendam ra-
tionem nos comparemus: *Omnes nos manifestari o-*
porret ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria
corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum. Tunc ergo,
inquit Augustinus, *non silebit, sed apparebit. Ideo dictum*
est: Deus manifestè veniet, Deus noster, & non silebit.
Modò autem dicit illud Lector de codice, & contemnitur:
Dicit illud de ore suo tractator, aut disputator Episcopus, &
irridetur. Nunquid sic irrideri habet, quando ab ipso iudice
potentissimo dicitur? *Vnusquisque recipiet quod fecit, sive bo-*
num, sive malum. Tunc dicitur sunt homines serâ & insiru-
ctuosâ penitentiâ: O si possemus iterum vivere, & quod con-
tempimus, audire & facere! Videtis quia penitebit eos: sed
ista penitentia cruciabilis, non sanabilis. Vis habere utilem
penitentiam? Modò habe. Sè enim modò habueris, corrigè-
ris. Ergo opus est, ut convertaris, ne differendo subito moria-
ris, & omnino nihil inveniatur quod in presentibus habeas,
& in futuro perideas.

Petrus Damianus rem sibi perspicuissimam narrat,
quæ nemini non formidabile reddat divinum iudi-
cium. Scripserat is, quem dixi, epistolam ad Landul-
phum Mediolanensem Clericum, in eâ, fide optimâ
hæc commemorans:

Arduinus, inquit, genere clarus, famosè prudentiæ,
divitiis opulentus, certâ mihi devotione sponderat,
se decennio saltem exacto, si citius non possit, in di-
vi Vincentii cænobio reliquum vitæ in divinis servi-
tiis traducturum. Post evolutum decennium, quod

dictæ pactionis terminus fuit, hominem ego non mo-
nere solum, sed exactor assiduus urgere cæpi; & stare
promissis, fidem suam liberaret, & ad futurum se se ju-
dicium disponderet. At ille miri verborum dulcedine
spem sui magnam facere, cunctari tamen & cedere,
remitto tam seriam amicâ tergiversatione in aliud tem-
pus differre. Morbus & mors non distulere. Habuit
autem Arduinus in eâ cunctatione faventem sibi mo-
nasterii præsidem, qui suæ familiæ consultius iudicabat,
tam insignem benefactorem non subito rebus omni-
bus spoliari, quo diutius largiri possit. Interea morbus
Atduinum corripit: decumbit, officium hominis Chri-
stiani facit, Confessionis, mysterium obit, egenis multa
tribuit, omnia, ut videbatur, ad felicem obitum ritè
componit. Cingebat agrotantis lectulum affines & co-
gnati. Votum omnium erat, Arduini longior vita.
Hos ille humaniter coercens: *Quæso vos,* inquit, *si*
me amatis, non mihi prolixiorem vitam, sed beatum
B exitum à Deo postulate. Mors annuit, & migrare non
recusantem ad iudicium transmisit.

Quis, obsecro, hunc virum non dixisset ad reddend-
am rationem paratissimû à vitâ discessisse? Heu quam
longè sunt alia Dei, & alia hominum iudicia!

Aliquanto tempore post obitum suum, hic ipse Ar-
duinus Abbati ad sanctum Vincentium in quiete visus
est à satellitibus ad Tribunal abripi iudicandus. Hic
Abbas velut transeuntem interrogans: *Heus Ardui-*
ne, inquit, *fige pedem & dic, quo loco res tuæ sunt?*
Num admissus es ad gloriam & gaudia? Huic voce
flebilis Arduinus: Cur, ait, de gloria quæris? qui jugi-
bis pœnis afficior, & nec ad momentum quidem per-
mittor respirare.

Subjungit hîc Damianus: *Ubi sollerter attendendum,*
inquit, quam recta sit linea divinæ iustitiæ, imò quam
artifex apud Deum mensura vindictæ. Ille dum vive-
ret sanctiorem vitam & promittebat & differebat.

Con dilationem ad honesta semper noxia; Nunquam
non obtuit emendatioris mores distulisse. O quanti
cunctando, & procrastinando ad Inferos descende-
runt, qui ad cælum evolassent, si rectè cogitata differ-
re noluisent. Anhelas cælum? dilationes amputa: fac
hodie, fac jam, quod sanctè statuis faciendum: Tribu-
nal hodie præmeditare, cras forsân iudicandus. Inter
moras beatiudo elabitur.

§. VII.

Augustinus in dilationes tam noxias voce ac ca-
lamo frequenter & acriter pugnans: *Vocat Deus*
undique ad correctionem, inquit, vocat undique ad peni-
tentiam, vocat beneficiis creatura, vocat impertiendo tem-
pus vivendi, vocat per lectorem, vocat per tractorum, vocat
per intimam cogitationem, vocat per flagellum correption-
is, vocat per misericordiam consolationis. Quod tibi parcat,
putas. Quia places ei? Hæc fecisti, inquit, & tacui. Non mi-
hi placent peccata, sed longanimitate quero rectè facta. Si
punitrem peccatores, non invenirem confessores. Ergo te Deus
longanimitate suâ parcendo ad penitentiam adducit. Tu au-
tem quotidie dicis, sinitur hodiernus dies, & sic ero & cra-
stino die, & tertio die, non enim cras erit ultimus. Et subito
venit ira illius. Fratres non tardetis converti ad Dominum:
Sunt enim qui preparant conversionem & differunt, & sic
in illis vox corvina, cras, cras. Corpus de arcâ missus, non est
reversus. Non querit Deus dilationem in voce corvinâ, sed
confessionem in genuu columbino. Missa columba reversa est.
Quam diu cras, cras? Observa ultimum cras, quia ignoras
quod sit ultimum cras. Sufficiat quod vixisti usque ad ho-
diernum peccator. Audisti. Sæpe soles audire, audisti & ho-
bie: quam quotidie audis, tam quotidie non corrigis. Tu enim
secundum duritiam cordis tui, & cor impudentis the-
saurizas tibi iram in die iræ, & revelationis iusti iudicii
Dei, qui reddet unicuique secundum opera sua. Non
sic tibi

Psal. 118.
v. 137.
Iudicium
& iustitia
Dei laudi-
bus extol-
lenda.

Esther c. 5.
v. 2.

2. Cor. c. 5.
v. 10.

Tom. 10.
serm. 220.
c. 8. mihi
pag. 371.
Psal. 49.
v. 3.

Pœnitentia in hac
vita sana-
bilis, in al-
tera cru-
ciabilis.

Tom. 1. l. 5.
epist. 15.
initio mihi
pag. 227.

Arduini
dilatæ pœ-
nitentiæ
pœna.

Procrasti-
natio mul-
ti ad infe-
ros decen-
derunt.

Tom. 8. in
psal. 101.
post med. mi-
hi pag. 477.

que *Christianns occultus, ejus fuisse discipulus creditur; dulci-
terque scribit ad Paulum in Hispaniâ morantem.*

*Æternita-
tem non
tantum
cogitare
instituit
Anæus
Seneca, sed
& credere.*

Ego hęc nihil affirmo, sed veteris Chronographi tes-
timonium veneror. Certè Anæus Seneca, *Æternita-
tem non tantum cogitare instituit, sed & credere. Ob-
servemus viti solertiam. Æternitatem suis momentis
ponderare ingressus est, idque fecit attentissimè. Hanc
enim contemplationem confert somnio, quod omnium
exteriorum sensuum operosas vigilias sopit, & vigilare
jubet interiores. Hoc meditari est. Et ægrè tulit An-
æus hanc meditationem suam interpellari. Grandi
enim emolumento hæc meditatus: *Contemnebam, ait,
quod reliquum est vite, & in illud faculorum inexplabile vo-
lumen memet extendebam.**

*Æternitas
durissima
pectora
mollit.*

Omnia jam ipsi Senecæ videbantur nauseanda, præ
unâ illâ interminati ævi possessione. Quid nos Christi-
ani? Si sic æternitatem meditantur gentilitatis tenebris
oppressi? Æternitatem frustra credimus, si eam rarè
aut frigidè cogitamus. Mille caussis impellimur, ut
Æternitatem assiduè imeditemur. Sit hæc causa pluri-
marum loco, Æternitas durissima pectora, ipsos panè
silices ac chalybes mollit, omnem animi perviciam
expugnat. Aeternum est de homine, quem Æternitas non
trahit ad meliora. Eat, pereat, qui tonitru hoc formi-
dabilissimum, alto sopore mersus non audit.

*Plurimum
juvat æter-
nos ignes
contem-
plari.
Triplex
documen-
tum:*

Sed dicas: Incendia inferorum, ante oculos illorum
statuenda sunt, qui ad inferos festinant. Quid eos his
terreas, qui assiduè cælum suspirant; qui peccare omit-
tunt non formidine pœnæ, sed Numinis amore. Quid
hinc juverit æternos ignes contemplari? Plurimum.
Eamque ob causam triplex hoc documentum statui-
mus, quò sapius in hac inscriptione respiciendum.

S. I. I.

*1. Ex infe-
rorum con-
templatio-
ne ingens
gaudium
nascitur: &*

Primum: Ex hac inferorum contemplatione san-
ctissimis quibusque hominibus gaudium ingens na-
scitur. Dum enim spe certâ his sese incendiis subactos
cogitant, cor illis gaudio subsultat. Hinc gratiarum actio
amanatissima, hinc despicientia sui maxima, & divinæ
bonitatis amplissima deprædicatio. At quia etiam bo-
næ mentis homines errant & labuntur, mox cogitata re-
currit Æternitas, & aurem pervellit: Attende tibi, non-
dum extra teli jactum es. Nescis enim, an ad ultimum
usque halitum perseveraturus sis. Merissima est gratia,
perducta ad tumulum perseverantia. Nullis actio-
nis hanc gratiam emereri possumus. Deum hęc debito-
rem appellare non licet. Nulli dat syngrapham. Negot
tibi Deus perseverandi gratiam, & peristi æternum.

*Scilicet, De
contiguo, ut
Theologi lo-
quuntur.*

*Unicuique
optimo
potens est
frænum.*

Hoc optimo cuique potens est frænum. Nec enim
ignoramus fuisse qui quadraginta, quinquaginta, &
pluribus annis Deo servierint; omnem denique prio-
rem sanctimoniam turpi epilogo corruperint, quemad-
modum ille apud Cassianum Hero. Hæc qui mente se-
riâ expendit, optimos quosque affectus in se concitat.

*2. Mira ac-
curatio in
rebus ge-
rendis se-
quitur.*

Alterum: Ubi cumque attentata Æternitatis meditatio
præcedit, ibi non potest non sequi studium ingens, ardor
animi, & mira in rebus gerendis accuratio.
Hæc una cogitatio præclare docet, Deo ut supremo
Domino omnia deberis, nec parem unquam aut dignam
hoc famulatu diligentiam adhiberi; nihil tantæ Maje-
stati respondere; infra illam esse omnia. Eadem Æterni-
tatis meditatio præsentem vitæ statum assiduè ingerit,
monèrque, jam laborandi ac promerendi tempus esse,
longillimas sine fine ferias; æternos sine exitu annos se-
cuturos, quibus nec laborare, nec promereri quidquam
licebit.

Memini legere, nec sine admiratione, fuisse homi-
nem, qui Æternitatem animo sic prospexerit: Quis
mortalium est, ajebar ipse secum, qui quidem sanæ men-
tis sit, & ratione utatur, qui regnum Galliæ, Hispaniæ,
Poloniæ, regna sanè opulentissima sibi vendicet eâ pa-

ctione, ut quadraginta continuos annos in lectulo rosis
strato, eoque mollissimo resupinus jaceat? Et licet for-
san non defuturus sit, qui ad hanc conditionem descen-
dat, & sic decumbere incipiat; is tamen non totum
triennum (res certa) sic decumbet, quin abrumpat &
dicat: Sinire, surgam; malo carere regnis, non dicam tri-
bus, sed omnibus, quàm sic continuè, licet mollissimè
jacere, vel decem tantum annis; necdum viginti, aut
triginta, vel, uti pactio fiebat, annis quadraginta.

Itæne res se habent, ut nemo sanus reperiat, qui, ut
triplici regno donec, triginta vel quadraginta annis
dictâ lege decumbere velit? quàm ergo cæca, quàm
furiosa est infania, ob lacerum rete, ob tres aciculas, ob
crepundia vilissima, illud perulenter subire periculum,
& tale designare facinus, ob quod in candente cruce, in
feretro flammeo, non solis quadraginta, non quadrin-
gentis, nec quatuor millibus, sed nec quater centenis
millibus, sed æternum torquearis. Furiis, ô mortales,
intemperantissimis agimur, nisi jam maturè, & in rem
nostram sapimus.

S. III.

Tertium hęc documentum: Vitam ab iis omni-
bus, qui hæc lecturi, unum hoc impetrem, ut du-
plici conspiciolorum genere uti assuecant. Vnum qui-
dem cæruleum, purpureum vocari potest alterum. Cæ-
rulei vitri conspiciolia sic usurpanda. Quotiescunque
nobis bene est, cum corpus vel animus, vel utraque
pars hominis in voluptate est, quotiescunque vel amœ-
na pulchrâque oculis, vel auribus suavia, vel gulæ dele-
ctabilia, vel odorandi & palpani sensibus gratia sese
ingerunt, qualiscunque demum jucunditas, quæcunque
nos delitiæ afflent, mox conspiciolis cæruleis ita utamur,
ut pro se quisque ratiocinetur hunc in modum: En,
hoc tibi placet, hoc sapit, hoc juvat & mel est: sed
quæso quid hoc omne ad æternitatem beatorum? quid
hæc mellis guttula, ad illud mellis mare in cælo, quid
frustra hęc lambo & lingo? quid famelicis his linctibus
meipsum ab æternis voluptatibus distineo? Illam, in-
quam, illam cælitum æternitatem suscipie, eò aspira, ubi
abundanter est, quidquid uspiam voluptatum est, aut
esse potest.

*3. Duplex
conspici-
olorum ge-
nere uti
assuecan-
dum.
Cærulei,*

Atque hæc talis cogitatio medios inter convivas, ipsa
inter tripudia, in ipso deliciarum vigore locum habet, si
velimus. Hoc artis arcanum in omni delectatione ad-
hibendum. Atque hoc est conspiciolis uti cæruleis: ani-
mam erigere, ad futura transferre, cælestes delicias
velut prælibare. Ita moderatè, ac sine damno amœni-
tatibus fruemur.

At verò cum nobis malè est, cum vel corpus dolor,
vel animus ægritonia exedit, cum est, quod vellicet,
affligat, cruciet, mox ocularium specillum Purpureum
ita suffigendum, ut apud se quisque dicat: Hoc cine
ita te vexat, istud adeò te torquet, ut panè in rabiem
agat? Quid hoc autem, obsecro, quid istud ad æterni-
tatem damnatorum est? Demitte oculos, & inferos
contemplare. Quidquid hęc te urit, fabula est, jocus est:
quidquid hęc pateris, merissimus ludus est: ignium um-
bra sunt ignes nostri ad illa inferorum incendia; pœnæ,
quas hęc dependimus, delitiæ sunt; ad illa nunquam de-
situra tormenta.

*Et purpu-
rei conspi-
cilli ulli.*

Quid ergo vanissimis querelis cælum terramque oner-
as? Impatientiam hęc tuam, imò tuam & stulticiam
(ignosce verbo) hęc nimium prodis. Tu certè, quid
gehenna sit, ignoras, alioqui tot querelas non sparfurus.
Sed misérias ac ærumnas mihi tuas objicis. Quænam
tandem illæ? Num stabulum habitare cogis? At illic
extremi fœtoris haras igneas habitant damnati. Idque
æternum. Crebra te fames cruciat: At illic nec mica
fami, nec gutta sivi succurrit; sinitur, & esuritur, idque
æternum. Videris tibi lacrymis natare? Hæc gaudii ma-
teria

tercia est, si velis: Ibi erit fletus, sed siccus; ibi erit stridor dentium, sed nil profuturus, idque æternum. Inimici te tui fatigant, invidi obrectatores te lacerant? Quid hoc ad inferos, ubi exosissima damnatorum & diabolorum omnium societas toleranda est, idque æternum. Mærores & curæ te angunt? Illic continua cor desperatio discerpit, idque æternum. Hic forsân humi jaces, aut asseri rigidoque strato indormis. Illic ignis pro lecto est, ubi nunquam dormitur, idque æternum.

Si his talibus conspiciis hac ratione utamur, de gravissimis etiam malis nil conqueremur: & quidquid aliàs durum & intolerabile visum est; jam facile, momentaneum, ac leve videbitur. Fateri cogemur: Hæc omnia, ò mi Deus, quæ suo fine clauduntur, tolerabilia sunt, jucunda sunt, cælum sunt, ad damnatorum æternitatem collata.

§. I V.

Duplici hoc conspiciorum genere optimi quique hominum semper sunt usi, & etiamnum utuntur. Beatus Gregorius his se plurimum adjutum non dissimulans: *Dum, inquit, recognoſco Iob ſedentem in ſterquilinio, Ioanem eſurientem in eremo, Petrum pendentem in partibulo, Iacobum decollatum Herodis gladio. Cogito, qualiter Deus in futuro cruciabit quos reprobos, qui ita dare offigit quos amat? Si cum intimis amicis sic agitur tempore gratiæ, quid hostibus fiet tempore iuſtitiæ ac vindictæ?*

Eruditè Chryſoſtomus: *ab experimento, inquit, rerum tenuium fieri poteſt, ut accipiamus de magnis aliquid conjecturæ. Si quando in balneo fueris nimium efferveſcente, tum gehenna recordaberis: & rursus ſi quando febre acriore conflagaveris, ad flammam que illic eſt, progredere: tum probe intelliges, quia ſi balneum & febris adeo nos afflictaut & terriant; quo animo futuri ſumus, quando in fluvium ignis incidimus, qui ducitur ab illo horrendo tribunali? profecto ſcridemus dentibus propter labores illos & cruciatus indicibiles; nemo ſuppetias feret.*

Et quælo, ut conspiciis hæc discamus ritè applicare; sumamus noctem unicam, quam à curis aliisve fodicantibus cogitationibus inſonnem, aut quam inſtante calculo, urente podagrâ, torminibus aut dentium doloribus in nos ſevientibus turbatam exigimus. Quàm hæc talis nox longa, & instar hebdomadis aut mensis est! Quid si anno toto sic inter dolores jacendum, quid si annis centum, quid si mille annis, si sex aut decem millibus annorum? quid si æternum, & sine fine?

Pari modo poteſt quid ſibi repræſentare, quidquid unquam illatibile, luctuofum, crudele, miſerandum, horribile vidit & audivit, quidquid ab Orbe condito ſeva tyrannorum crudelitas excogitavit, quidquid ad utque Mundi occafum ſeviffimorum hominum immanitas invenire poterit; hoc autem omne ſi velut in falſam colligatum cum æternitate damnatorum componere, & quaſi per conſpiciis mentis oculos ad imas Erebis fe-

des demittere voluerit, cum Chryſoſtomo proclamabit: *Hæc omnia que hic patimur, merus ludus ac riſus ſunt, ſi cum illis ſuppliciis in contentionem veniant. Et cauſam jun-gens orator Græcus: Etenim hæc tormenta, inquit, temporaria ſunt: illic autem nec vermis moritur, nec ignis extinguitur. Pone, ſi liber, ignem, ferrum, & beſtias: & ſi quid his diſſicilius: atramen nec umbra quidem ſunt hæc ad illa tormenta. Noime videmus terrenos milites principibus ſervientes, quomodo criminoſos trahunt, quomodo ligant, quomodo flagellant, quomodo perſodiunt coſtas, quomodo faces tormentis adhibent. Sed hæc omnia ludicra & riſus ad illa ſupplicia. Nam & temporariæ ſunt hæc pœnæ: illic verò neque vermis moritur, neque ignis extinguitur.*

His omnino conspiciis utendum in rebus omnibus tam acerbis & triftibus quam ſuavis & jucundis. Alioquin nobis id ſolum videbitur: magnum, quod oculis erit præximam; dolor præſens aut voluptas nos affi-

ciet, futura omnia tanquam eminus ſita vix cernentur. Ideo ex iis omnibus quæ aſpicimus, audimus, olfacimus, guſtamus, tangimus, aptandum conſpiciis, ad remotiora illa plenius cernenda.

§. V.

Chryſoſtomus hæc ampliffimè confirmans: *Quando, inquit, videris aliquid bonum & magnum in præſenti vitâ, cogita calorom regnum, & id nihil eſſe exiſtimabis: quando terribile, cogita gehennam, irridebis. Quando te invaſerit cupiditas corporalis, reputa & ipſius peccati voluptatem, quod nullus ſit pretii, quod ne habeat quidem voluptatem. Si enim legum, que hic ſunt lætæ, metus tantam vim habet, ut nos à pravis abducatur actionibus, multò magis futurorum memoria, ſupplicium immortale, pœna ſempiterna. Si metus regis terreni à tam multis nos abducit malis, quantum magis metus æterni regis? Quomodo ergo poterimus aſſidue metum habere? Si perperuo audiamus ſcripturas. Nam ſi mortuus, ſi ſolum videatur, animum noſtrum ita reprimat, quantum magis gehenna & ignis qui nequit extingui. Si gehennam ſemper cogitemus, non citò in eam incidemus.*

Phalaridis Taurus ſupplicium olim fuerat horrendum. Origo illius inde. Phalaridi Agrigentino tyranno bovem opifex fabricavit æneum, quo incluſi ſubditis ignibus, longo & abdito cruciatus, bovis inſtar mugiebant. Terribilium artis ſuæ opus primus artifex incluſus imbuit. In hoc æneum, ignitum ergaſtulum generoſiffimus martyr Eufſtachius cum conjuge Theopifte ac liberis concluſus, inter immaniſſima tormenta glorioſè finiit, omnibus poſt ſæculis mirandum Conſtantie exemplum. Hos cruciatus verè dixeris infernum, ſed ò infernum mitem & minimè diuturnum? Et licet hunc cogitatione non difficile ſit aſſequi, ea tamen quæ nos ipſi ſentimus, facilius intelligentiâ, citius voluntate ac memoriâ complectimur, ideo in rebus omnibus, ut demonſtratum eſt, quæ vel amonè ac ſuaviter afficiunt, vel urunt, mordent, ac pungunt, ſpecilla ſic adhibenda, ut identidem dicamus: Ecquid hoc ad æternitatem, quid iſtud ad inferos? Pergamus, & patiamur. Quæcunque patimur, jocus & umbra ſunt ad Æternitatis immortale tormentum.

Hæc in anteaſſum Lectori ſcienda duxi. Primæ artis eſt, futura illa ſæpius rectè meditari.

C A P U T II.

Primum Æternitatis Tartaræ tormentum TENEBRÆ.

Hyme in noſtris regionibus longiffimæ noctes ſunt: æſtate multò breviores. At verò fieri poteſt, ut alicui nox longior videatur æſtate, quàm quæ longiffima eſt hyeme. Quàm ea nox longa ſit necelle eſt, quæ horis non multis canitiem antea non viſam adfert. Id fieri, certis teſtibus, & vel ipſâ docemur experientiâ. Nec docti negant, fuiſſe qui nocte unicâ canuerunt, Didacus Oſorius a rege Hiſpaniæ in carcerem conjectus Hiſpali, à mærore nocte unâ incanuit: Bilbilanus vates mirabundus cecinit:

O nox quàm longa es, que facis unâ ſenem!

Rectius dixerim; O nox quàm longa es, quæ cogis unâ non ſeneſcere, ſed mori millies, & ſæpius! Ejuſcemodi noctes apud inferos ſunt, quibus vel millies, & crebrius, morimur damnati, nec tamen ullus moriendi finis eſt. Heu longa nox, quæ longior videtur anno, quæ longior olympiade vel luſtro, quæ longior vel ſæculo. At verò longiffima nox eſt, quam nullus unquam ſequitur dies; horribiſſima nox eſt, quæ tenebris involvitur æternis. Tali nocte, talibus & tenebris Deus in hoſtes ſuos vindicat, Sole procul & lunâ, procul omnibus aſtris damnati degunt. Noctem illorum tenebris turbato poſſidet.

Optimus quique homo utitur duplici hoc conspiciorum genere.

Chryſ. 10. c. 1. ad Theod. mibi pag. 842.

Chryſ. 10. 4. bom. 9. in epiſt. 2. ad Cor. & 10. 5. bom. 49. ad pop. Antiochen. fin.

In omnibus rebus his conspiciis utendum.

Chryſoſt. hom. 2. in 1. epiſt. ad Theſſalon.

Valer. Max. lib. 9. cap. 2.

Roma die 20. Septem. Vide Lipo-mannum, Surium, Lippeloo, Harum.

Martialis lib. 4. epi-gramm. 7. In caſtigato rectè deſt. hoc epi-gramma.

Quæ nox longiffima. Tob cap. 3. v. 5. & 6. poſſidet.

possidet: non computatur in diebus anni, nec numeratur in mensibus. Obscurant eam tenebrae, & umbra mortis, occupat eam caligo, & involvitur amaritudine. Damnati conditorem suum non tantum non vident, sed nec unquam in omnem aeternitatem videre illum poterunt, ad quem tamen videndum conditi sunt. Et hoc primum apud inferos supplicium est **TENEBRÆ**. Duplices inferorum esse tenebras, & quam inexplicabile sit tormentum, quod theologis, *Pœna damni* dicitur, ostendemus.

Tenebrae apud inferos est primum supplicium;

§. I.

Suntque duplices.

Tenebrae apud inferos, duplices. Illas *Corporis* voco, & exteriores, has *Animi*, & interiores. Illae Corporis, tenebrae *Aegyptias*, horribiles, crassissimas, manu palpandas longè superant. Ignis apud inferos ardere potest, lucere non potest. Quod Sapientia de tenebris *Aegyptiis* asseruit, idem de *Orcinianis* dicens: *Vnà catenâ tenebrarum omnes erunt colligati,*

Ignis apud inferos non lucet.

Virgil. l. 6.

Aeneid.

Chryf. 10.

Paraphr.

priori ad

Theodorum

lupsum, mi-

hi pag. 842.

Claustris tenebris & carcere ceco.
De hac tenebrarum pœnâ Chrysothomus: *Plorabimus omnes tristissimè, inquit, flammâ nobis vehementius incumbente. Neminem videbimus præter condemnatos nobiscum, & immanam solitudinem. Quis potest verbis consequi, quam formidabiles pavores à tenebris exoriantur, quem animis nobiscum exturbant? Quemadmodum ignis illic non habet vim resolvendi, sic nec lucere potest: aliqui non essent tenebrae. Injusti nodi igitur pavorem à tenebris, tremorem, solitudinem, membrorum attonitum stuporem adducere sufficit unâ illius temporis ratio.*

Pœna damni est suppliciorum summum.

At tenebrae interiores illae, longè horribiliores sunt, quas Theologi *Pœnam damni*, seu, *Divina visionis privationem* vocant. Hoc omnino suppliciorum summum est, quo Deus hominem punire potest: Nam uti, *videre Deum*, ipsissima beatitudo est, & summa beatorum felicitas: ita, *Deum videre non potest*, maxima damnatorum pœna est, è quâ inexplicabilis in eorum voluntate nascitur tristitia. Explico.

Falco avis dum scorteo pileolo rectos habet oculos, neppicas, nec anates, nec ardeas insectatur: at ubi pileolo detracto avem conspicitur ad quam consecretandam naturâ fertur; jam non amplius retineri potest nisi violentissimè: abruptum lorum & vincula, atque si aliter non possit, aut sibi ipsi pedem, aut venatori brachium, dum lætatur, graviter lædet, tantâ vi naturæ rapitur, ad illam quam emittit dæmonis volucrum.

Homo dum vivit oculos cucullo rectos gerit.

Non absurdus est cum homine ratio. Dum in Orbe hoc agimus, oculos cucullo rectos gerimus; in tenebris sumus. Hinc mirum non est, nos ad videndum Deum vi nullâ rapti; velâmen oculis ac vultui præparatum impedit: At ubi animus corporis exuviis abjectis, cucullo per motem detracto, jam in Aeternitate constitutus liberè circumspiciet, tantâ vi ad conditorem suum rapietur, ut inter supplicia omnia, hoc ei futurum sit summum maximumque, à conditoris aspectu vel brevi morula distineti. Si jam ab eodem exclusus sit aeternum, hoc illi tormentum erit infandum prorsus & inexplicabile. Beatitudinis summa est. Videre Deum. Rex David sapienter animadvertens; nullis voluptatibus, re nullâ fatiari posse hominem: *Satiabor*, inquit, *cum apparuerit gloria.* Hinc calamitatum omnium apex est, ab aspectu Dei arceri.

Psal. 16. vers. 15.

§. II.

Damnatio majus est, quanto plus bonorum eripit.

Quodvis damnatum tantò majus est quanto plus bonorum eripit. Gravis multa est, cogi decem millia Philippeorum pendere; gravior est, viginti, aut triginta. Centum millium inter gravissimas censetur. Sed hanc ipsam longè superat, multâ auri millionibus, imò thesauris omnibus in omnem vitam spoliari. Tale omnino est Tenebrarum hoc supplicium, quod bona simul omnia rapit, nec in omnem tantummodo vitam, sed in omnem, cheu, aeternitatem.

Hinc attonitus Chrysothomus: *Nam si mille, ait, diriseris gehēnas, nihil illius par dices doloris, quem sustinet anima. Intolerabilis gehenna est, confiteor, & multum intolerabilis, tamen intolerabilior hæc regni amissio. Hoc cogitate. Hoc ipsum sæpius repetens & inculcans: Si mille aliquis ponat gehēnas, inquit, nihil tale dicturus est, quale à beate illius gloria honore repellit, exosumque esse Christo, & audire ab illo, Non novi vos.*

Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Duplex hæc arboris supplicium: Excindi, & in ignem mitti. Arbori mitior pœna foret, ignibus ustulari, quàm sic eradicari, ut ab eâ nec frondes nec flores unquam amplius sperari possint. Ita prorsus homini supplicium foret mitius, in ignibus esse quàm à conspectu Dei aeternum exclusum esse.

Imaginem aliquam hujus supplicii, vel umbram, etiam in hac vitâ videre est. Qui Deum gravius læserunt, dupliciter quandoque puniuntur. Primum doloribus & meroribus. Sic Antiochus & Herodes etiamnum vivi vermibus ebullierunt, velut cadavera, aut putres casei, verè percussî à Deo. Hæc prima pœna. Altera, solatium omne subtrahitur, ut ita punitus nihil amœni reperiat in Deo. Atque hoc gustulus & promulsis inferorum est. Quamvis & sanctissimi quique hominum hac promulside subinde initientur. Ideò sæpe vociferatus est David: *Ne projicias me à facie tuâ: Non avertas faciem tuam à me.* Quemadmodum igitur tam virtutum quàm vitiorum cultores, aliquantulâ tam sensûs quàm dampni pœnâ multantur dum vivunt, ut gaudent quid legis & moris sit apud inferos: ita qui illum præcipitantur, illam non sensus tantum, sed & dampni pœnam totâ mole incumbentem perpetiuntur, & usque in aeternum non videbunt lumen.

§. III.

Beatissimum hunc supremi Numinis intuitum perdimis quovis letali peccato. Nam, uti theologorum Magister docet, quisquis letaliter delinquit, voluntatem à supremo sine avertit, & eo ipso meretur, hoc sine, ad quem conditi sumus, excidere. In hos jam dudum lata est sententia: *Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem.* Hæc pœna non solum in se gravissima & maxima, sed hominis culpa plurimum augetur. Ab exemplo res patebit.

Viso Dei quovis letali peccato perditur: &

Mat. cap. 7. vers. 23.

Est qui decem millia Philippeorum assequi potuisset adeundâ hereditate, sed ille ignavissimus causæ suæ indormit, itaque hereditatem tam opulentam neglexit, jamque talibus serâ pœnitentiæ furiis agitur, ut ipse sibi imminet, velut seipsum discepturus. Et nonnunquam mors inde violenta sequitur. Haud aliter damnatorum quilibet seipsum sic allatrat: Potuisssem; auxilia non deerant; vocabar: potuisssem; cheu, potuisssem, sed nolui. A summo Bono exclusissimus sum in omne ævum, & usque in aeternum non videbo lumen, quia nolui videre.

Sentire tanto se bono privatum esse, & quidem suâ culpâ, inexplicabilis infandus erit dolor merorque. Nec mirum, hæc explicari non posse. Cum enim cali gaudia cogitando non penetremus, Numinis aspectum non capiamus, quid miri, si tanti boni privationem non satis æstimemus. Infantulus, cum parens illius moritur, ignorat quid in hoc uno homine perdat, idè nec gemitur ducit, nec lacrymas fundit: Simillimè nos agimus, cum peccamus; ignoramus heu miseri quantum bonorum amittamus.

Est privatio inexplicabilis dolor.

Neque verò hic unquam tot tantisque malis obrui-mur, quin subinde respirare liceat; accedit quod Orbis alterius statum nesciamus. Hinc non neminem videas, qui sub ingenti malorum mole, cum rege Vandalorum Gilimere rideat. Risus omnis ab Orco procul exulat.

In omni

Duo spec-
tanda in
omni letali
noxâ.

In omni noxâ letali, singulariter spectanda sunt duo hæc, *Aversio & Conversio*. Sic loquamur cum Theologis. Avertit se à creatore qui peccat; convertit autem se ad rem creatam. Hoc velut duplex in Deum injuria est. *Aversio* proinde *Pœna damni*. *Conversioni sensus pœna* respondebit, quæ licet multiplex sit, ab illa tamen priorè multum superatur. Et certè procul omni rîstû effret, quem sola Damni pœna torqueret; gehennæ satis sentiret, qui hoc uno supplicio afficeretur.

Gen. cap. 4.
vers. 14.

Gravissimè olim questus Cain impius: *Eccè, inquit, ejicis me hodie à facie terræ, & à facie tuâ abscondar*. Et tamen etiamnum spes erat recuperandæ gratiæ. Quid de inferorum captivis dicendum? Ejecti sunt à facie terræ, & à vultu divino absconditi. Verè Deus, quod diu minabatur, dereliquit eos, & abscondit faciem suam ab eis: sunt in devorationem; inveniunt eos omnia mala

Deut. c. 31.
vers. 17.

& afflictiones. Illud malorum maximum: Projecti sunt à facie Dei. Quod unicè ac toties deprecatus est David, à facie Dei non projici, hoc illis jam contigit: Projecti sunt, nunquam amplius recipiendi.

Projici à
facie Dei
malorum
maximū,

Quam acerbi doloris est, si is qui jam jam in regem fuisset ungenus, capiatur, & in furum ergastulum detrudatur. Videte Orbis terrorem Nabuchodonosorem in ipso gloriæ culmine constitutum, subito præcipitem ruere, & in saltum ad feras ablegari, ut qui malè hominem egisset, disceret jam agere bovem. Videte Hebræum regem Sedeciam è folio in carcerem raptari, neque solum foronis omnibus, sed & oculis privari. Tunc verissimè, quod Boëthius dixit, *miseriarum maxima erat, meminisse felicem se fuisse*. Non aliter damnati omnes eo tempore in Æternitatis antra raptabuntur, quo inter ceteros beatos fuissent attollendi in reges, non minimum unquam sensuri malum, summum semper possessuri Bonum. Hoc unum rectè damnatum dixeris, & quod satis dici, quod satis desleri non potest, irreparabile.

Et irrepara-
bile
damnum.

§. I V.
Orbus oculis quid aliud quam illud cæci postulet: *Domine, ut videam*. Si quæ damnato fieri posset gratia, ut unam aliquam ex univerfis cæli voluptatibus peteret, utique id unum rogaret: *Videam Deum*. Amœniores locum non cupio, suaviorem societatem non desidero, nec in ignibus esse detracto, modò *Deum videam*. Verùm id nulla lex permittit.

Luc. cap. 18.
vers. 41.
Damnatis
nulla lex
permittit
videre
Deum.

Sed obsecro, modò post mille annos id impetrem. *Non permittit hoc ulla lex*. Modò post decem millia annorum id fiat. *Nec hoc permittit*. Utinam vel post viginti millia annorum id consequar quod peto. *Nec istud leges ulla patiuntur*. Saltem post quinquaginta millia annorum hoc obtineam. *Omnes Dei leges reclamant*. Ah, vel saltem post centena millia annorum Deum videam. *Æquè hoc abnuunt divina leges*.

Psal. 48.
vers. 10.

O si demum vel post centies centena millia annorum exaudiar. Actum est; Nihil hic impetrabile est; Janua gratiæ jam clausa est. Porta cæli jam obserata est. Deum nunquam videbis, *Et usque in æternum non videbis lumen*.

Hoc cogitate, inquit Chrysostomus. Cogitemus, obsecro, cogitemus, & hæc tam seria vel à nugis nostris æstimemus. Si quis moliarur omnia, & nullum non lapidem moveat, ut vel desideratos honores, aut optatas opes, vel expetitam sponsam impetret, nullisque laboribus vel sumptibus parcat, jamque panè votum suum spe certâ devoret, parèque nuptias; Alius tamen ex inopinato præveniat. Hoc miserum ad insaniam redigit. Hic damnum cum pudore ferendum. Hinc amentia & furor, hinc cædes & mala plurima.

Discrimen
inter ho-
minem spe
sua falsum
& alium
æternis te-
nebris in-
volutum.

Sed comparate mihi hominem spe suâ falsum, & alium æternis tenebris involutum. Grande nimis discrimen est. Ille aliò migrare, alios honores, sponsam aliam ambire potest. At iste nec locum mutare, nec supplicium effugere valet; spe omni excedit, æternum desperatissimum.

mus. Nihilominus fateri cogitur, quod Deus pro se sollicitus in viam variè vocarit, ipse verò venire ac sequi contempserit. Non nescit eo se conditum, Christi sanguine redemptum, salutis fonte ablutum, à Deo millies invitatum: Veniret modò, regnum occuparet, conditore suo æternum frueretur. Sed ego, dicit ipse sibi, in culpa sum, ego neglexi, ego me in has flammæ præcipitavi. Hic pudor, dolor, furor miserabilis, immensus. *Isaias Isa. cap. 32. clamavit: Tenebræ & palpatio factæ sunt super speluncas usque in æternum*.

Hoc vel ipsi cacodæmones fatentur, cum illis corpore infesto latitantibus exprobratur: *O miseri, Deum nunquam videbitis*. Tum illi fremere, sævire, furere, gestu mortuæ corporis horribili ostendere, eâ unâ re incredibiliter se torqueri.

§. V.
Beatissimam hanc Dei visionem Christus Dominus compendio explicavit, cum omnem Angelorum felicitatem in eo sitam docuit: *Semper vident faciem Patris*. *Mat. c. 18.* Cum verò illam de regis nuptiis parabolam pro concione exponeret, sub finem addidit à rege dictum: *Mit- tite eum in tenebras exteriores*. Hebræâ phrasi carcer longè terretimus, tenebræ nimium formidabiles designantur, quale nihil in Orbe hoc nostro. De hoc Augustinus dicit: *Ita venit, inquit, extra Deum sit, quisquis dum tem- pus est, corrigi noluerit*.

Ea vitæ istius ratio est, & tanta subinde mœstitia nos incessit, ut unum hoc libeat, *Lugere*; nulla Sirenum carmina, nulli Chariteum lepores, nulla voluptatis blandimenta pristinæ nos hilaritati restituere possunt, adeo nonnunquam in mœrorem obstinavit animus. De superioris ævi Imperatorè publicæ literæ produnt, cum tantis mœroribus confectum fuisse, ut illum nulla vocum & fidium harmonia, non equestres ludi, nulla locorum amœnitas, nulla gratissimorum hominum colloquia ad hilaritatem potuerint traducere; frustra erant omnia. Quid hoc, obsecro, Deus sibi vult? Quid eruditionis sacræ hic ingerit? Hoc ipsum: An videtis, ô mortales, quam humana omnia inane magnum, & picta vanitas sint? Num tandem sentitis, quantum à me uno, omnia vestra pendeant? En, nec omnium quidem voluptatum congeries animum mœrori datum, absque me, hilarare potest.

Ita profus est; habes, ô Deus, confitentres reos. Quod si huic tam mœsto homini cuicumque divina facies vel momento se conspiciendam præbeat, mox omnes tristitiæ nubes evanescant necesse est, perinde si quis è tristissimo somnio evigilet repente, somniique sui vanitate damnata, in palatio nobilissimo, inter charissimorum gratulationes seipsum circumspiciat.

Porro Deum videre tam immensæ voluptatis Oceanus est, ut, etiam si quis vel in igne sit, si Deum tamen videre possit, præ tanti gaudii dulcedine ignem sensurus non sit. Cogitationes hic nostras, obsecro, mittamus ulterius, & paulò altius divinos hos incuitus expendamus. Inde profectò liquebit, quantum hæc una summi Boni jactura tristitiam ac dolorem omnem, calamitates omnes, omne malum ac supplicium infinitis partibus excedat.

§. VI.
Atqui hæc tenebræ, seu, divini aspectus privatio primum est tormentum Æternitatis damnatæ, aspectus quâ justissimè punitur humanæ mentis cæcitas, quæ divini est primum tormentum. Usquequaque is miser est, quem cæcitas ista, corripit. Æternitatem Hunc talem nec admonitiones, nec exempla, nec cor- reptiones, nec instructiones, aut conciones ulla corrigunt. Cæcitas & animi furor hominem jam occupant. Quâ datâ portâ mit in veritum, amentia cæcus. Huic fobrios castisque mores commendare, est colores laudare cæco.

N 3

Hujus

TOM. I.

Dom. c. 13. vers. 9.

Hujus erant farinae duo nequissimi senes illi, alienae pudicitiae subfessores, Susanna judices, qui Everterunt sensum suum, & declinaverunt oculos suos, ut non viderent caelum, neque recordarentur judiciorum iustorum. Hos lascivus amor adeo in transversum egit, & demeravit, ut conscientiam, voluntatem ac rationem illorum foeda tenebrae involverint. Sicut autem qui in alta nocte ruere incipiunt, non vident qua ratione sistant ruinam: ita illi prout sibi competunt, sic ad grande nefas prolapsi sunt.

Cur pluri- mi in tur- pissimis flagitiis quietam sta- tione per- sistunt.

Hinc nemini mirum videatur plurimos in turpissimis flagitiis quietam statione persequi: quia illi non vident, quae ratione sistant ruinam: ita illi prout sibi competunt, sic ad grande nefas prolapsi sunt.

Esdr. c. 13. vers. 16.

Regula Christianae philosophiae omnibus rebus applicanda.

Hoc mentis est tenebris ac sordibus oppletae, quam ideo Pena damni cruciat acquirimus. Noluistis videre Deum, non videbitis aeternum. Quapropter Hieremias vates hortatur: Date Domino Deo vestro gloriam, antequam contenebreat.

Gravus Ecclesiastes Chrysostomus, nobilissimam totius Christianae philosophiae regulam tradit, rebus omnibus sic applicandam: Suave hoc quidem est, sed non immortale. Epulari & cuticularum curare, suave quidem, sed breve. Indulgere genio, & delitiis se dedere, suave, sed non diuturnum. Carnis petulantias sectari, suave, sed non perpetuum. Abundare divitiis, suave, sed non immortale. Honorari ac laudari passim ab omnibus, suave, sed non aeternum. Petere ultionem ex hostibus, suave, sed heu quam non stabile! Stomacho suo vivere, pleraque ostia ex voluntate sua facere; suave ac jucundum, sed heu non sempiternum. At vero divinis obtutibus privari, acer- bissimum simul & perpetuum, lugubre nimis & im- mortale. Ne igitur, inquit Chrysostomus, segnes simus, ut uno momento delitiamur (hoc enim est praesens vita) & infini- torum saeculorum accersamus nobis supplicium: sed momento laboremus ut perpetui coronemur. Videtis quid etiam in saecularibus sic plerique homines faciunt, & parvum laborem pro longa quiete eligunt, tamen si diversum eis eveniat. Nam labor sepe immensus, fructus vero parvus, & sepius ne parvus quidem. Considera agricolam per totum laborantem annum; & sub ipsum suum sepius excidit spe fructus multorum laborum. Item gubernator ac miles usque ad ultimam aetatem in bellis ac laboribus agit, & sepius uterque moritur, & ille quidem sarcinas divitiarum, hic vero cum victoria etiam vitam amittit. Quam igitur habebimus excusationem, in rebus saecularibus laboriosa perferentes, ut parum refocilemur, vel ne parum quidem, spes enim incerta est: in spiritualibus autem contrario modo facientes, & propter parvam ignaviam, ineffabilem paenam nobis accersentes? Ideo oro vos omnes, vel sero ex hoc stu- pore evigiletis. Nullus enim nos liberabit in illo tempore, non frater, nec pater, nec puer, nec amicus, nec vicinus, nec ullus alius: sed si operibus destituti fuerimus, omnia transibunt, om- ninoque peribimus.

Chrysost. tom. 4. in epist. 2. ad Cor. cap. 5. hom. 9. sine, mihi p. 687.

§. VII.

Rectissime igitur hortatur Isidorus Pelusiota: In aeternitatem tanquam in scopum intenti simus, & prudentiam in dies divinis oraculis acere debemus. Hoc scilicet unum terreat, hoc soletur unum: Terreat quidem, dum quique sibi dicat: Perdo Deum hoc vitae momento? Omnes una voluptates, omnia simul bona perdidisti, idque aeternum. Promereor Dei faciem hoc vitae punctulo? Gaudium omne, bona simul omnia ac- quisisti.

Chrys. in 1. ep. ad Tim. hom. 11. sine, mihi p. 1332.

Gregorius id affirmans: Omnia etiam relinendo, in- quit, relinquitur, se sic temporalia geritis, ut tamen tota mente ad aeterna tendatis. Si cupis, inquit Chrysostomus, his, qua in Mundo sunt, frui, caelum quaere: Si vis etiam praesentia con- sequi & toto illa studio despicere.

Erminigildus juvenis sanctissimus Hispani Regis fi- lius, cum ei pater Levigildus iussisset dici, aut eucharis- tiam Arriano ritu sumendam, aut moriendum esse. Ille religionis verae tenacissimus Arriano patri renunciari iussit: Facilem esse jacturam regni, quod diu retineri non posset: illud a se regnum ambiri, quod reges faceret immortales.

Non aliter nobis ratiocinandum: Rebus omnibus quae a summi Boni aspectu derinent, vale longissimum dicamus. Plurima enim perduntur cum lucro; nec asti- mandum est damnum illud, quod fenore pensatur am- plissimo.

Cum rex Demetrius Athenas cepisset, Lachares Athenienfis philosophus vultum atramento tinxit, rusticam vestem induit, & calathum multa fronde operum tulit. Qua ratione per portam omnium minimam furtim egressus est. Ut vero Tarentinos equites summo studio insequentes falleret, equo & ipse confenso, numos Darios in via velut neglectum sparsit. Hos dum illi studiosius colligerent, ipse in Baotiam clavis insecutori- bus pervenit. Lucrum est, perdere ut lucreris, abjicere ut serves. Abjiciamus ergo ut serveremus, perdamus ut lucremur. Hoc unum perdere metuamus, aeternum Dei aspectum: illudque jam assidue pro se quisque roget: Ne proicias me a facie tua. Tibi dixit cor meum, exquisivi te facies mea, faciem tuam Domine requiram. Ostende mihi faciem tuam. Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. Domine, paratus sum omnia, quae iusseris, aggredi; quae immiseris, pati; quae volueris, facere; quae prohibueris, cavere. Tu modo, Ne avertas faciem tuam a me. Do- mine, jam sim in tenebris, jam vilipendar, jam infimis accensear. Tu modo, Domine, Tu modo ne avertas fa- ciem tuam a me. Malum etiam levissimum, si semper duraturum sit, immensum ab aeternitate pondus acci- pit. Quid ergo de malorum omnium malo gravissimo dicendum?

Psal. 101 vers. 13. Psal. 26. vers. 8. Exod. 6. 33. vers. 13. 100. c. 141 vers. 8.

C A P V T III.

Alterum Aeternitatis Tartareae tormentum FLETVS.

SI vinitor incurtus botros in vite jam maturos negli- gat, ac tum primum ad torcular deferat exprimen- dos, cum jam putrescunt, vinum effluet tam ignobile & insuave, ut id nulli nec ebrio quidem propinari pos- sit. Lacrymae pia, pretiosus liquor, & vinum sane ge- nerosum sunt, vel Angelis propinandum, si tempori fundantur.

Lacrymae pia sunt pretiosus liquor, & Angelis deliciae.

Bernardus certe asserit, nostras lacrymas Angelorum esse delicias, si tamen eas expresserit vel dolor sanctus, vel amor divinus. Quod si lacrymae fundantur tempore non suo, aut causa non laudabili, in vinum acescens & marcidum degenerant; potus miserabilis, nemini profuturus.

Ille regum monstra Herodes & Antiochus lacrymas fundebant, sed non serias, & nimium seras. Venator Elau, Paulo teste, Non invenit penitentiae locum quamquam cum lacrymis inquisisset eam. Vinum ignobile atque fu- giens, lacrymae intempestiva.

Hebr. c. 12. vers. 17.

Tempus vivendi, tempus flendi est: Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent. Euntes ibant & stabant, mit- tentes semina sua. Hac quidem ratione fragrans Angelo- rum vinum, aromatites, conditum funditur.

Psal. 125. v. 5. & 6.

Elephas quandoque noctu triste murmurat, suam velut servitutem deflens. In nocte degimus, dum vivi- mus, & heu vitiis crebro servimus, cur servitutem hanc miseriam non jure deseamus? Uvas ad vitem perre- dentes negligit, qui cum Petro & Magdalenâ flere re- nuit. Seræ nimis sunt lacrymae in Orbe altero, Hic flen- dum est, Vae miseris qui domum luctus subeunt aeterni illig

veatur per patrem horulæ. Prò quanti quititatus, ejulationes quantæ audientur? Totum hominem putabis rogo injectum, cum solum extrema pars digiti uratur. Quid querò hæc ludicra, hæc pictæ flammulæ ad gehennam? ibi erit fletus, ibi stridor dentium erit. Fletus ab igne, dentium stridor ab inexplicabili frigore proveniet. Sed & illud hîc significatur, damnatos integerrimis semper sensibus pati.

In febrientibus id observare est, in quibus, quia vivacior etiamnum doloris sensus, ideo hoc dentium concussu vim morbi frangendam putant: ita damnati suos cruciatus vivacissimo sensu percipiunt, ideo illos velut mitigatur, & flere dicuntur & fridere, dentemque in dente fatigare.

Cur damnati jure flebant.

Jurè flebant, merito ejulabant, dum enim viverent, coram eis Christus crucifixus toto flebat corpore, & sanguinem membris omnibus efflabat, sed frustra; Tutelarîs Angelus aures illorum monitis obrundebat, sed frustra; calices omnes ad meliora provocabant, sed frustra; Deus ipse triginta, quadraginta, quinquaginta, sexaginta, pluribusque annis clamabat & invitabat ad honestiora, sed frustra omnia. Noluerunt flere brevissimo tempore: fiant igitur omni ævo, fiant æternum. Clamores momentium neglexerunt audire, clament igitur, & non audiantur.

§. IV.

Fle nonnunquam, ut viator in montis fastigio videat quosdam, qui in subjectâ valle periculosissimam glaciem tentent trajicere. Hos ille non tantum videt, sed & periculi monet, ne pergant in præsens ituri exitium. Siquidem non raro rigente brumâ stagnans aqua, vel amnis mitissimus sed profundus tenui glacie velut crusta obducitur. In glaciem injectæ nives tutissimum iter viatori mentiuntur.

Huc ubi viarum ignari deferuntur, annem tacitis meatibus serpentes, & glaciem fallacissimam ingrediuntur, tanquam si solidis campis incederent, periculorum securi. At glaciæ moli corporum impar vestigium fallere, subito hiatu discedere, & ita mergere incautos.

Hoc ubi in colle futurum prævidet periculi gnarus viator, innox vociferari ab alto & monere, ne illac porro eant, exitio ire proximos; dolosam glaciem declinent, iter aliud flectant.

Fidelissimum hunc clamorem si viatores in valle, aut non audiant, aut contempnant, in suum ipsi properant iterium. Fallit glaciæ? haurit amnis? frigus perimit? Sibi culpam impudent. Moniti sunt; sed auid temeritas sprevit monita: Suo perit vitio, qui sic perit.

Haud aliter Deus, divique cælestes ab alto clamabant olim, sed etiam nunc clamant: Fallacissima glaciæ est Voluptas, recedite; fragili superficie decipit oculos, ne fidite; rumpetur subito fraudulenta hæc via, ne pergite, certò submergendi. At illi protervo risu monita eludentes, in pericula certissima nimis quam animosi securo pede pergebant, in glacie tam insidiosâ non tantum viam reperturi, sed etiam choreas ducturi.

Ita ibant, ridebant, jocabantur, saltabant: subito rumpit glaciæ, submersi miseri, heu non amplius emerfuri; sepulti semper, nunquam mortui, nunquam morituri, & tamen morituri semper. Jam lamentantur & plorant: frustra. Non audierunt moniti, jam nec moventes nec flentes audiuntur. Pereant, quos tam pertinax pereundi libido tentit.

Amantissimus Deus satis diu satisque validè clamavit: nemo audiit. Vocavi, ait, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret; despersistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis; Ego quoque in meritu vestro ridebo.

Christus quamdiu, & quam contentè clamabat?

A Beato Lucâ teste, Ipse iter faciebat per civitates & cæstella, prædicans & evangelizans regnum Dei. Et hæc dicens clamabat, qui habet aures audiendi, audiat. Quid obsecro clamabat? *Va vobis, qui videtis nunc, quia lugebitis & flebitis.* Perinde si dixisset: En, vaticinor, hæc glaciæ, quam insulstis, fallet vestigium; mergemini; breves cachinni fletu finientur nunquam finiendo. Sed surdis cantabatur fabula; jam non surdos cruciant tormenta.

§. V.

Hic monitum instillo saluberrimum. Hoc agamus, cum in miserâ sumus & adversis premimur, saltem hoc unicum cogitemus: Si miserâ hæc daret æternum; si istud semper sentiam, in quantum id exerceceret tormentum vel solâ diuturnitate? Ah, vel mulsæ, vel culicis punctiuncula, si tamen sit æterna, quam inexplicabilis cruciatus pronuncietur? Quis igitur horror exercebit damnatos vel ob unam hanc, sed assiduam cogitationem: Hic ignis æternum ferendus, hic ululatus æternum audiendus, hic fætor æternum olfaciendus. Atque hinc fletus multò quam amarissimus; hinc horror sempiternus.

Terror, tremor, ejulatus, angor undique opprimit Stygis ergastulos. Quia verò hæc supplicia nullæ anno centuriæ, non Olympiades, non lustra, non sæcula, nullæ sæculorum myriades exhaurient, rectissime Jobus Sempiternum horrorem nominat.

Ægro subinde nox unica censetur anno longior: quot ergo annos, quot sæcula unicus damnatorum annus includet, cujus nullum designare sit momentum, quod non occupet mors acerbissima. Æternus mætor æternæ mortis comes est.

Narrat Ioannes Climacus, in obeundis monasteriis hominem religiosum à se visum, qui continuis ferè lacrymis mædebat. Hunc ipsum super eâ re placuit interrogare. Mi frater, ajebat Climacus, quid obsecro causa est, quod adeo uberes tibi sint oculi, ut pænè nunquam non aquas stillent? Ille diutulè cunctatus, id demum responsi dedit: Ego Pater, persuasissimus sum, non cænobitis, sed Christo & Apostolis me servire. Et quia ad focum & ignem mihi hærendum (cænobii cocus erat) assiduus cogitationibus ignes illos æternos valvo. Hoc lacrymas ciet.

Cogitatio profus saluberrima, inferorum rogos, damnatorum fletus animo versare. *Illic, inquit Cyrilus, ingemiscunt assidue, nec ullus miseretur, clamant de profundis, & nemo flebitur: lamentantur, & nullus eripit.* Hæc lamenta præcogitando caventur.

§. VI.

Miserant olim è monte Nitriæ religiosissimi viri complures, junctisque precibus Macarium rogaverunt, ingenti plurium desiderio id daret, & in Nitriam veniret; alioquin sciret, subito plurimorum adventu se obruendum, si venire cunctaretur. Persuaderi se passus Macarius non distulit venire. Hic omnes primùm aspectu tanti viri oculos pascere, dein & aures satiare velle. Itaque unâ omnes Macarium rogant, adderet hanc gratiam, & audiendi avidissimos ad virtutem hortaretur. Expectabantur grandia. At Macarius non verbis, sed lacrymis orsus dicere: Ploremus, inquit, & lacrymas, ð fratres, nostri oculi producant, antequam hinc eò migremus, ubi lacrymæ comburunt corpora. Hoc orationis exordium, hoc narratio, & confirmatio, hoc epilogus fuit. Quæ quidem brevis, sed seria cohortatio sic omnium animos percelluit, ut cuncti lacrymis perfusi, in terram procumberent, dicerentque: Pater, ora pro nobis.

Rem dixit Macarius: Lacrymæ, dum vivimus, lacrymant; post mortem, cruciant; hîc fordes abstergant, illic fontes

Voluptas est glaciæ fallacissima & candida.

Proverb. c. i. vers. 24.

Pelagius in respons. lib. 3. m. 9. apud Rosarvid.

Lacrymant; post mortem, cruciant; hîc fordes abstergant, illic fontes

fontes amburant. Ibi erit fletus, & acerbissima cum A
dæmonum tum damnatorum comploratio. Fingamus
quoque auri cruciatus, clamores hominum, la-
ratus canum, luporum ululatus, mugitus boum, rugi-
tus leonum, aliarum bestiarum fremitus, fragores nu-
bium, dejectus aquarum, & quidquid in amœnum au-
ribus fingi potest, ah quàm id omne nihil est ad Orci-
nariæ plebis desperatissimum fletum, cujus auctarium
est stridor dentium.

Huc adsint qui odio invidiæque æstuant, qui leviter
læsi ringuntur, qui dentes veluti apri acunt, & denti-
bus infrendunt: hic in damnatis suos agnoscant mores.
Vates regius monet: *Observabis peccator justum, & stri-
debit dentibus super eum.*

Psal. 36.
vers. 12.

In hac vitâ
alter in al-
terius exi-
tium colli-
neat.

Vitam nostram inspice, videbis quomodo alter in
alterius exitium attentissimis oculis collineat. Sed quas
demum utilitates hic sequimur? Unum hoc spectamus,
ut quâ parte patet adversarius, eâ ictum inferamus cer-
tissimum: lædere, obesse, perdere conamur. Hoc inex-
plebile odium, hoc insatiabilis agit invidia. Et velut can-
es, cum rixantur, dentes retegunt; ita nos canini ho-
mines, aut inhumani canes inter nos agimus, & non-
nunquam de osse calvo altercamur.

Invidi mo-
res dam-
natorum
induunt.

O Invidi, odiisque exacerbati, quid Stygios canes
æmulamini, cur mores damnatorum induitis? Ibi, ibi erit
fletus, ibi stridor dentium. Quisquis æternum illud Væ
capit, invidiam omnem ac odium ponit; illud mente
memori volutans: Nec oculus vidit, nec auris audivit,
quæ Deus præparavit deserentibus se. In Tartaro fletus,
in Paradiso concentus erit, quem nulla unquam auris
audivit. Tui arbitrii nunc est, aut illum fletum, aut hunc
concentum incipere. Aut hunc, aut illum nunquam
finies.

CAPUT IV.

Tertium Æternitatis Tartaræ tormentum
FAMES.

Quintil.
declam. 12.
§. 21. med.

Fames in-
ter maxi-
ma mala
reputatur.

De quo Cæ-
saron. ad
ann. 491. ex
Ennodio,
Zenara, &c.

Rhetorum scholâ optimus magister Quintilianus
dicere non est veritus: *Felix pestilentia, felix præliorum
strages, denique omnis mors facilis. Fames aspera, durissima ne-
cessitatum, deformissima malorum.* Infandum malum sit
necesse est ad quod mala maxima in pretio haberi pos-
sint: Talis est Quintiliano fames, inter maxima mala,
non indignum sceptro malum. Nec sine ratione hoc as-
seritur. Siquidem tam è veteri quam recenti historiâ li-
quet, extremâ & letali fame hominem eò furiarum
subinde redigi, ut suas ipsæ carnes avidissimis dentibus
discerpar, & corpus infelix alar minuendo corpus. Ze-
no Imperator hoc fecit, prius sepultus quam mortuus.

Itane verò novemdialis Fames, tam acerbum leti
genus, ut ad illud mors omnis inter mitiora supplicia
referri possit? Quid igitur fames decennalis, quid sæcu-
laris; quid fames mille, aut millies mille annorum erit,
cui nec micula, nec guttula solatio erit, nec esse poterit,
cui res & spes omnis est adempta? De hac verissimè
dixerim: Durissima necessitatum, deformissima malo-
rum Fames.

Fames ter-
tium apud
inferos
malum.
Psal. 58.
vers. 7.

Hoc furibundum malum, Æternitatis illius luctuo-
sissimæ Tertium est tormentum. Minatus jam olim
hoc supplicii propheta: *Famem, inquit, patientur ut canes.*
Ille quidem miserimus est, cui cum cupit edere, quod
edat, nec habet: sed ille longè miserior est, qui semper
cupit edere, quem furibunda stimulat fames, sed quod
edat, nec habet, nec habebit unquam. Atque, quod
amplius, quem non tantum fames extrema, sed & fitis
vehementissima cruciat. Talis est fames sitisque dam-
natorum. De his hoc capite disserendum.

§. I.

Inatur Christus serid: *Væ vobis, qui saturati estis, Luc. cap. 6.
quia esuriatis.* Ea vos fames opprimit, quæ non
unius diei, aut mensis, aut anni sit; nec cui plurima, sed
cui desint omnia. Nemo miculam, nemo dabit guttu-
lam, nec dare poterit. Priorum deliciarum memoria
tormentum erit, & accendet famem, ut gula noxam
comitetur gulæ pœna, & suum delicto respondeat sup-
plicium, teste Sapientiâ, *Per quæ peccat quis, per hæc & Sap. cap. 11.
torquetur.*

Luc. cap. 6.
vers. 25.

Sap. cap. 11.
vers. 17.

Variè prorsus delinquit gula. Primò quidem cum
nimium cibi potusque ingeritur, vel reclamante stoma-
cho, qui sapissimè non incediam queritur, sed nimiam
fagenam. Sunt autem & stomacho sua verba, sunt &
clamores. Quoties is indignatur, & ructu frequenti cla-
mat: *Obruor, succumbo, destruo, pereor.* Nimiis be-
neficiis enecor: *refocillari vellem, non farciri, ali, non
opprimi, non ego cibo, ut calcitra tomento implendus
sum.* Hæc mihi benevolentia magis officit, quàm odium
& inedia. Hæ stomachi querelæ sunt. Chrysofomi di-
ctum est: *Quod necessitatem in edendo excedit, id non ali-
mentum, sed pestis est. Satietas morborum omnium origo.* Hæc
prima gulæ noxa est, nimium refecti.

Gulæ no-
xia varia:
1. Nimum
refecti.

Chrysof.
20. 3. in c. 2.
Ioan. ho-
mil. 21. fine,
mibi p. 91.

Alterâ, cibus adeo delicatis aut pretiosis inhiare, ut
necesse sit, omne persecrari profundum, & conchylia
ultimi maris ex ignoto littore eruere. Ultra Phasim capi
volunt, quod ambrosiosam popinam instruat. Quod dis-
solutus delitiis stomachus vix admittat, ab ultimo por-
tatur Oceano. Gulæ omnia nota fastidienti undique
convchitur; Orbe toto conquiritur epulæ, & quando
quid carius est, tantò magis sapit, uti Alagabalus Impe-
rator, mari vicinus nunquam piscem comedit. Hi fa-
mem longè majorem habent quàm ventrem. Vomunt
ut bibant, bibunt ut vomant, & epulas quas Orbe toto
conquirunt, mox eadem viâ rejiciendis ingerunt.

2. Pretiosis
cibus in-
hiare.

Sed notes velim, illud etiam delicatarum ac preciosorum
cenferi, licet in se vilissimum sit, quod à gulâ plurimum
desideratur. Hinc fieri potest, ut iste gravius delinquat
fungis edendis, quàm ille perdice aut Phœnicopteri
linguâ. Esau non ob altilem gallinam, aut spadonem
capum, sed ob lentis edulium avidè nimis appetitum
reprehensus est.

Quid deli-
catu cen-
seatur.

Tertia gulæ noxa, symposiis ac conviviiis nimium &
temporis & nummorum tribuere. Apud plurimos in
Orbem eunt convivia, ut inter Jobi filios; & hi vix ullos
per annum dies à comessationibus liberos numerant,
mera vivunt bacchanalia.

3. Conviviis
nimium
temporis
& num-
morum
tribuere.

Solent subinde liberis parentes vaticinari: *Væ tibi
puer, ubi in exteras regiones amissus, delitiis domesticis
carebis: quàm infuetus eris laboris & penuriæ? Haud
secus his objiciendum: Væ vobis, qui quotidie saturati
estis, quàm insolentes eritis famis & jejunii?*

Quartum gulæ vitium, juniorum leges temerè vio-
lare, aut certè ad arbitrium suum explicare. Hinc sapius
quadragintadiale jejunium, in decem aut viginti die-
rum temperantiam mutatur. Multi jejunos se credunt,
cum non sunt ebrii. Eò rerum devenimus, ut solis pœnè
religiosis familiis jejunii leges videantur laxæ. Ceteri,
benignissimi harum legum interpretes, semper aliquid
causarum habent, ut exleges sint. At medicus, inquis,
& confessarius jejunii legibus me solverunt: Nimirum
tuis verbis persuasi; aliter, puto, judicaturi, si minus dis-
sertum, aut magis inopem haberent reum.

4. Jejunio-
rum leges
temerè
violare.

Quintum gulæ vitium, Ebrietas, plurimorum vitio-
rum origo, & omnium vitiorum periculosissimum, id-
que ob hanc rationem. Ebrui si subito lapsi aut mor-
bo (quod non infrequens) mortem habeat vicinam,
miser nec de noxis dolere, nec animum ad conditorem
erigere potest; ita letali culpâ oppressus & fati sui igna-
rus ad Æternitatem rapitur, Ah Mortis & dæmonis
mancipium!

5. Ebrietas.

§. II.

Vigilantissimè monerentur. *Reginald. in speculo sin. Rotribut. sumi, omnibusque vitis felicissimè parocinatur. Nimirum, Hac fuit iniquitas Sodoma, proclamata Ezechiel, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius.*

Luc. c. 21. vers. 34. Eam ob rem vigilantissimè monerentur. *Attendite vobis ne forte graventur corda vestra in crapula & ebrietate. Hæc enim vitii hujus nequitia est: non corpus solum prægravare, sed & animum humo affligere ac calcare, imò & Orco præcipitare.* Hæc fames, hæc sitis, hæc longissimum jejunium, quæ esurieth.

Miseria nostre pars maxima res alterius orbis non capere. Sed videte quàm nos nec æstimare, nec capere possimus res Orbis alterius, quod miseria nostre pars maxima est. Quis nostram extremam famem experimentum sumpsit? Inde nec nostram quidem, nedum Stygiæ famis sævitiam expendimus. In oblectis civitatibus, aut in sævis carceribus ejus rei specimen præbentur. Eo enim rabies famis adigit, ut non solum canes, equi, feles, sed & mures, ghes, imò & serpentes ac bufones in cibum lixentur ac vorentur. Gramen agris evellitur, cortium scutis detrahitur, & cibus est: columbarum pecudumque aliarum excrementa in hominum alimenta transeunt, fame rabida cogente, quæ nec charissimum quidem corporibus parit.

Senec. l. 3. de Ira cap. 20. Cambyses rex, quod Annæus refert, ingentem bello turbam per invidia perque arentia in Æthiopiâ trahentem. Sed commensibus non provisus, nec itineribus exploratis intra primum iter necessaria deerant, nec quidquam subministrabat sterilis & tincta, humanæque vestigio ignota regio. Sustinebant famem primò tenerima frondium, & cacumina arborum; tum coria igne mollita, & quidquid necessitas cibum fecerat: postquam inter arenas herbæ quoque & radices defecerant, apparuitque inops etiam animalium solitudo, è militum numero decimum quemque, alimentum habuerunt fame sævius.

Parum hoc: multò sæviora fames dedit spectacula. Quot matres suum sanguinem, liberos suos, velut pullos gallinæcos jugularunt, suis ausæ dentibus membra convellere vel propriis membris chariora. Parum & istud videri possit ad immitiora collatam. Quoties in carceribus reperti qui se ipsos & suas ipsi carnes dentibus fame adacti lacerarunt? Quæcumque morsus seu brachii seu humeris infigi poterat, eò dentes properarunt, quantumvis irrita crudelitate.

Vide theatri crudelitatis Hægonotica. Parum hoc: multò sæviora fames dedit spectacula. Quot matres suum sanguinem, liberos suos, velut pullos gallinæcos jugularunt, suis ausæ dentibus membra convellere vel propriis membris chariora. Parum & istud videri possit ad immitiora collatam. Quoties in carceribus reperti qui se ipsos & suas ipsi carnes dentibus fame adacti lacerarunt? Quæcumque morsus seu brachii seu humeris infigi poterat, eò dentes properarunt, quantumvis irrita crudelitate.

§. III.

Ad rem: Hanc famem quam vel oculis est cernere, non satis capimus, & quomodo illam inferorum atrocissimam, æternam famem capimus? Quo furiosior est fames nostra, hoc & brevior; illa verò licet sit furiosissima, eadem tamen etiam est æterna. Væ vobis, quia esurieth.

Apoc. cap. 9. vers. 6. Heu qualis est ista regio, quæ crudas carnes equinas, mures & bufones, sterces columbinum, pro delitiis appetit, & ea impetrare nequit: quæ mori posse, summi beneficii loco ducit, & mortem nusquam invenit: *Defiderabunt mori & fugiet mors ab eis.* Inexplicabilis, æterna fames; intolerabilis æterna sitis.

His tormentis, & illud est annexum. Ajunt Theologi caelestes delicias adeo futuras uberes, ut omnia beati hominis membra, omnesque sensus suam sibi beatitudinem sine habituri. Hinc gustatus & lingua tantâ Ambrosiæ suavitate, tamque divino imbuentur succo, ut assiduo beatorum quisque lautissimum epulo videatur refici, idque ad omne, & supra omne votum.

Sic & damnatorum maledicentissima lingua meritissimo natabit felle, fel ipsa merum. Prædixit Hebræus

A vates: Fel draconum, vinum eorum, & venenum aspidum in Dent. c. 32. sanabile. Huic fami, huic felle liquor dulcedo nulla poterit mederi; cruciatus insanabiles.

His aliqui accessuros putant sævissimos dentium dolores. Quisquis eos dum vivit, experitur, illos obsecro post vitam cruciatus cogitet. Et nunquid si apud inferos nulla penitus alia sint tormenta, quàm vel vehemens capitis, aut dentium, aut sævus podagra vel calculi dolor, si tamen hic dolor futurus sit æternus, quantis sumptibus, quantis laboribus ac doloribus non redimendus sit? Sed hæc timemus, & non timemus, dum maximè timenda hilariter perpetramus.

In hospitibus quandoque genialiter estur, largè bibitur, lætè canitur, saltatur & tripudiat: at ubi caupo calculum cum hospitibus ponere, & rationes duplicare, tum hospites herere, & æternis aspectibus sese intueri, in eas demum voces prorumpere: *Vtinam huc nunquam ingressi simus!* Adeo caræ sunt symbolæ.

B Nos etiamnum, quamdiu vivimus, in hospitio degimus, & symbolarum incogitantes genio indulgemus, ad vesperum perporamus, canimus, saltamus, tripudiamus. Quis verò solvet symbolas? O malè securi! Nos solvemus symbolas non iniquas, seu heu percaras! Editus, bibimus, lusimus, valetudinem decoximus, arantem & aurum in computationes istas insumpimus: demum terret & urget cauponis calculus; as alienum persolvendum, creditori satisfaciendum, vel de tergo, si aliter nequeas.

Edimus, sed nimium, sed delicata nimis & pretiosa; convivia struximus, sed nimis crebra & lauta; jejunia forsitan inivimus, sed nimis rara & profana: vino nos sepelivimus, nunc edormienda erit crapula. Væ, quia esuriemus. Æterna fames, sitis sequitur æterna. O qualis cena, post lautiusculum, sed breve prandium! Dum viverent damnati, merum linxisse salem videntur, ita furiosè in Orco sitiunt.

C Quam horribile sitis tormentum sit, nemo facile estimaverit, nisi certum ejus rei sumpsit experimentum. *Sitis horribile tormentum.* Agrotis in hoc habenda fides, quos sitis nonnunquam adeo exercet, ut eam inter morbi gravissima numerent.

§. I V.

Hebræus purpuratus gulo linguam inflammatam eiciens: Crucior, exclamat, in hac flamma, & vel digituli stillam in refrigerium peto. En, modestas preces! Non aquæ labrum, non olei guttam, non vini dosium postulat. Quod retum vilissimum est, vel guttulam aquæ rogat, nec tamen impetrat. Eo inopia devenit opulentus hic helluo, ut non calicem crystallinum, sed digiti extremum, non generosum Creticum, sed aquæ minimum, non nobilem pincernam, sed Lazarum mendicum flagitaret.

Sed quid ais, o purpurate, Lazarus scabiosas manus habet; horrebis utique ab illius digitis stillantem aquam. Ah vel guttula, vel lazari manu detur, & instar rosati nobilissimi excipiam.

Nihil tamen impetrat, nemo audit, & aures, & januæ sunt clausæ. Sed cur Hebræo huic epuloni, in extremâ fame siti que, cur obsecro negata guttula? Dixisset hospitalitatis amantissimus Abraham: Detur illi guttula; non juvabitur: à rore tantillo non mitescet tam vehemens flamma.

Sed longè alia vivendi ratio est in Orbe altero. Nam uti cælum gaudia & voluptates offertissimas propinat, sine ulla vel minimâ mœroris mixturâ: ita Tartarum tormenta ingerit sine ullo vel minimo lenimento, sine solatiolo aut laxamento ullo. Hinc elegantissimè simul & verissimè dixit Hipponensis Præsul: *Nulla major & pejor est mors, quàm ubi non moritur mors.* Ita nulla sævior letaliorque fames ac sitis est, quàm ubi fame siti que letum inferri non potest.

§. V. Duo

S. V.

Vide Trif-
mogistum
mum lib. 3.
cap. 4. §. 2.
ubi hac fin-
is narra-
tur.

DVo fratres, uti narrat, sapiens & fatuus iter unâ
ingressi ad bivium devenere. Fatuo via placebat
amœnior: Sapiens asperiores præfererat ut rutiorem.
Litigatum est diu. Demum cedere maluit sapiens quàm
pertinaciùs contendere. Ita in prædonum infidias de-
lati ambo, & in vincula, sed separatim tracti. Inde ad
tribunal evocati. Hic sapiens fatuum accusare, & om-
nem illi culpam impingere; Fatuus in sapientem omnia
regerere, omnemque illi errorem adscribere. Denique
iudex ita statuit: Uterque reus est; & fatuus qui sapien-
tioni debuisset credere, & sapiens qui amentiori cedere
non debuisset. Sic omnino vivimus. Animus & Corpus
fratres sunt, sed valde dispares. Animus origine suâ no-
bilissimus, & sapiens, viam asperiores ad cælum non
horret, temperantiam amat, esuritiones non odit, quan-
tum hæc sibi prosint, non ignorat; Spiritus promptus
est. At verò Corpus ab ortu fatuum cum viam variis
amœnitatibus ridenter conspicatur, mox illuc propen-
sat edere, bibere, ludere; bene dormire, labores fugere,
otium sectari & ferias, delicias ambire, sui putat esse of-
ficii; hæc Corpori sapiunt. Laborare, esurire, vigilare, ut
pestem odit fugitque.

Animus &
corpus
sunt fratres
dispares:

Animus contra nititur, & prolixè suadet, non esse
mollem ad altra viam, sed asperam & confragosam; do-
cèctque variè non ei fugiendas esse spinas qui cupiat ro-
sas. At Corpus ad imperia languidum, ad monita tar-
dum, nihil minùs vult quàm parere & frugi esse. Ita de-
mum cedit Animus, & suo Corpus lubitu permittit ire,
sequiturque mancipium herus. Sic itur & peritur, sic in
medios devenitur latrones, vitia, cacodæmones.

Et in die
iudicii
ambo ad
tribunal
sistentur.

Hic gemini fratres separantur, diversis carceribus af-
signandi: terra Corpori, Animo gehenna est habitanda.
Supremi iudicii die ad tribunal ambo sistentur, hic alter
alteri culpam impinger. Quia ergo fatuum Corpus
Animi consiliis parere noluit, & quia prudens Animus
perulantium Carnis eoercere non sustinuit, uterque sceler-
is damnatus supplicio addicetur æterno. Sententia
hæc decretoria, inevitabilis, gladius utrâque parte acutus
per Animum & Corpus transfidetur. Atque ideo
Christus: *Time re enim, inquit, qui potest & animam & cor-
pus perdere in gehennam, ubi tor suppliciorum velut con-
dimentum est fames sitisque æterna, nec aliud fami siti-
que lenimentum quàm sulfureum Falernum, Ignis &
sulfur pars calicis eorum.*

Apoc. cap. 1.
vers. 16.
Matt. c. 10.
vers. 28.

Psal. 10.
vers. 6.

S. VI.

AT nos ambitiosissimæ gulæ homines, his plerum-
que parum terremur. Dapes & delicias, cœnas &
calices sectamur, quidquid de futura fame sit. Conside-
ratiùs, obsecro Christiani, consideratiùs. Edere, bibere
non vetamus, sed edendum & bibendum dicimus, ra-
tione ac conscientia non oblucente, divinis legibus
non neglectis. Spernimus, & audemus, ac in jura divina
delinquimus? In foribus stat patibulum: Væ, qui saturati
estis, quia esurietis,

— furet ardor edendi.

Ubi culpa, ibi pœna. Plurimas, ut supra demon-
stratum est, à gulâ noxas trahimus fame sitique acer-
bissimâ luendas. Erisichthon (ut in fabulis est) horri-
bili fame correptus

— quod pontus, quod terra, quod educat aër
Poscit, & appositis queritur jejunia mensis:
Inq, epulis epulis querit, quodque urbibus esse
Quodque satis poterat populo, non sufficit uni,
Plurisque cupit quo plura suam demittit in alvum.
Vtque fretum recipit de totâ summa terrâ,
Nec satiatur aquis, peregrinisque ebibit amnes:
Vtq, rapax ignis non unquam alimenta recusat,
Immersasque faces cremat, & quo copia major
Est data, plura petit, turbaque voracior ipsa est.

Ovid. me-
tam. v. 7. b.
lib. 8. fin.

A Sic epulas Erisichthon rapit & absûmit. Sed sæviorem
hæc famem fingamus, & illam apud inferos non æqua-
bit. Somnium est omnis esuritio nostra, ad illas damna-
torum esuritiones æternas. Hæc jam monent omnem
caveri Intemperantiam.

Convivæ olim ritu veteri partem cœnulæ in mensâ
relinquebant, quo docerent rebus humanis utendum,
non consumptâ voluptate, nec ad omnigenam fatuita-
tem. Et Germanorum vetus verbum est: Hilaritas cum
maximè calet, claudenda. Sic è conviviis abeundum,
antequam convivii epilogus finiatur. Nec verò quif-
quam tam fatuus est, qui si sciat tribus quatuorve horis
edendi libidinem substringendam, aut certè anno toto
esuriendum, nihilominus statim & quàm primùm cibos
afferri velit.

At verò tam fatui nos sumus, qui licet sciamus absti-
nentiam & jejunia non multis vitæ horulis duratura, ni-
hilominus pertinaciter volumus, ut modò bene sit, ut
jam cuticula mulceatur, hinc voces illæ: *Venite, sumamus Ista. cap. 56.
vinum, & impleamur ebrietate, & erit sicut hodie, sic & cras, vers. 12.
& multò amplius.*

O miseri & fatui! paulò post non erit sicut hodie, la-
ticiam hodiernam tristissimum Cras excipiet; fatuita-
tem fames comitabitur; temulentia justissimè siti tor-
quebitur. Brevi occinetur vobis luctuosum illud car-
men: *Recepistis bona vestra in vita vestra; ite nunc, nil
vobis amplius debetur. Olim epulati estis, jam dies sunt
jejunii: nunc epulantur alii, qui quondam jejunarunt.*

Propter hoc, hæc dicit Dominus: *Ecce servi mei come-
dent, & vos esurietis: ecce servi mei bibent, & vos sitietis: ecce vers. 13.
servi mei latabuntur, & vos confundemini: ecce servi mei lau- & seqq.
dabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cor-
dis, & præ contritione spiritus ululabitis. Vobis olim, sed fur-
dis, prædicebatur centies, sexcenties, delicias supplicies
perolvendas. Nemo auduit. Vocavi, & non respondistis; lo- Ibid. v. 12.
cutus sum, & non audistis; & faciebat malum in oculis meis,
& que nolui, elegistis. Nunc longâ, nunc æternâ fame hila-
ris sed brevis infania digerenda est; voluptates fugacissi-
mæ siti perpetuâ piandæ sunt. Nimis jam serum est huic
fami sitique mederi velle. Post tale prandium talis cena
sequitur.*

Ergo, *Sobrii estote & vigilate. Nam, Fornicatio, & Vinum, 1. Pet. cap. 5.
& Ebrietas auferunt cor. Qui famem horret æternam, fa- vers. 8.
mem modò toleret nec longam, nec sævam. Beati, qui Osee cap. 4.
nunc esuritis, quia saturabimini. Tolerantia Christianæ vers. 11.
convivium illud paratum est, quod nullo clauderetur epi- Luc. cap. 6.
logo. Lascivie & Intemperantia supplicium illud de- vers. 21.
cretum est, quod nullo finietur termino. Quilquis ge-
hennam sapius cogitat, gehennam profecto evitat.*

CAPUT V.

Quartum Eternitatis Tartaræ Tormentum
F O E T O R.

SVave quidem est vivere, non rarè tamen morte ipsâ
insuavior est vita. Orator aureus id observans: *Nemo Chryso-
stomus, inquit, qui liberaliter sunt educati, hic in carcerem hom. 1. in
conjectus, satorem solium, & jacere in tenebris, & in vinculis ep. ad Heb.
esse cum homicidis, quâvis morte dicit esse gravius.*

Inferos contemplare, & Nullus unquam (dices) tam
teter ac sævus fuit carcer, nec subterraneus Messenio-
rum, cui nomen Theſaurus, nec horribilis Pœnarum, cui
nomen Lethe; nec Latomia Syracusanæ, nec Cretensium
Labyrinthus*, nec Atheniensium Domus aut Barabrum, * Quem
nec Romanorum Tullianam, nec Cypriorum Ceramion, carcerem
nec Spartanorum Decas, nec Gilimeris Ancon, nec nomi- fuisse putant
natissimum Actiolini carcer, quem omne suppliciorum ali. 21.
genus infamavit: Neque verò in ullis unquam ergastulis
tot rei tenebantur captivi, quot supremum Numen in
grandi suo carcere punit damnatos.

Hic

Hic Dei subterraneus carcer, si locum spectes, profundissimus; si carceris præfectissimi, crudelissimus; si loci squalorem, foetidissimus; si carceris iniquissimos, amplissimus est; innumeros coëret: si porro innumerabilem reorum multitudinem cogites, angustissimus est; si carceris diuturnitatem, æternus est; omni egressu caret, ostiis omnibus & januis obstructis. Et quia in hunc carcerem totius Orbis colluvies derivatur, cloaca est multo sœculentissima, spelæum est longè graveolentissimum. Et hoc Quartum Æternitatis luctuosæ supplicium est, intolerabilis Fætor. Quàm verò infandus hic cruciatus opinione nostrâ longè sit major, nunc explicandum.

Quartum in inferno tormentum est fætor;

Et intolerabilis. Ps. 10. v. 6.

Laqueos pluce quid.

Apo. 6. 21. vers. 8.

Prima fætoris causa.

Ps. 96. v. 3.

Ignis ante Orbis iudicis, velut satelles præcedet.

Secunda fætoris causa. Apo. 6. 21. vers. 8.

Qui in hoc stagno mergentur.

§. I.

Inferorum fætorèm intolerabilem sacra paginæ sapius cogitandum ingerunt. Divinus psaltes. *Pluet super peccatores laqueos, inquit, ignis & sulfure, & spiritus procellarum pars calicis eorum.* Quemadmodum verò pluviarum guttæ in numerum cogi non possunt, ita nec improborum pœnæ; **PLVET** instar imbris aut torrentis vehementissimi præcitabunt in eos tormenta. **PLVET** laqueos, sic enim vincientur, ut horum captivorum nullus elabi aut effugere, nullus hæc vincula rumpere, passeres perfodere nullus queat; profundissimis specubus claudentur. *Pars illorum erit in stagno ardenti, igne & sulfure.*

Hic in rem præsentem venire sic licet: Animum quæso advertamus. Sulfurati vel unius fætor quantus est? Jungantur centum, jungantur mille, quàm acrem spargent graveolentiam? Hæc tamen nihil est ad Orcinum sulfur. Atque hic Avernalis fætor à variis causis erit.

Prima, post Orbem unò quasi funete elatum, post supremi iudicii diem, omnia terræ purgantia in illam inferorum sentinam defluent, ea enim ratione Orbis purgabitur. Psalmographus prædixit: *Ignis ante ipsum præcedet, & insulamabit in circuitu inimicos ejus.* Hoc vaticinio nixi theologi, ajunt, Ignem ante Orbis iudicem, velut apparitorem ac satellitem præcessurum, & ad tribunal substiturum, dum iudicium omne peragatur. Ubi demum decretoria sententia fuerit prolata, ignis ille fulminis ritu præcipitabit, & velut licetor noxium gregem invadet, vinciet, involvetque, ut nec minimum vel ulli pateat effugium. Sic unâ omnes velut catenatos canes in antea destinata rapiet, *Insulamabit in circuitu inimicos ejus.* Cum hac ingenti damnatorum ruinâ; cum hoc igne simul omnis eluvies & cœnum Orbis in cloacam illam defluet. Nam inferi verè sentina terræ, omnis inquinamenti receptaculum.

Alterâ fætoris causa, sulfur, de quo Domini ocellus Joannes: *Pars, inquit, illorum erit in stagno ardenti igne & sulfure,* quod est mors secunda. Tablinum cœleste, seu, volumen sacrum quàm omnium vocularum observans est! In stagno, ait, quod immobiles & fœtidas alit aquas, non decrescit, non emittitur, non siccatur. Post mille annos hoc stagnum sibi simillimum erit; post triginta, post sexaginta annorum millia nihil sui amittet; post centum millia, post mille myriadas seu milliones annorum, stagnum illud nec una quidem guttula inaruisse sentietur. Sicut erat in principio, ita tunc, & in sæcula sæculorum erit.

Deinde hoc stagno mergentur, qui prius suam ipsi animum cupiditatis ac libidinibus merferunt. His demum thermis, sulfureo hoc natabulo, his sudatoriis lavabuntur. Atque hos fætores ab experientia melius discemus. Si piscina emissâ plerique omnes pisces mortui, diebus aliquot non amoveantur, tam incredibilem unde quaque spargunt fætorèm, ut eo loci nullus quamvis sub dio, quamvis non toto die, perdurare possit.

Quod igitur tormentum erit apud inferos, teterrimam Mephitim habitare, nec inde vel pedem efferre posse in omnem æternitatem. Sordidissima fœtidissimaque opificia longior assuetudo reddit facilia. At ve-

ro cruciatus Avernales nullâ unquam assuetudine poterunt mitigari.

§. II.

Tertia fætoris illius causa, ipsa damnatorum corpora, omni cadavete fœtidiora. Prædixit Isaias: *De cadaveribus eorum ascendet fætor.* Unius fætoris omnes, & unus omnium fætoribus torquetur. Caro verminans & putrida in prunis, ð quale thūs! In Luciferi regno innumera damnatorum cadavera, velut putridæ carnes, inter prunas assidue jacebunt.

Tertia fætoris causa. Isa. cap. 34. vers. 3.

Libidini quidem furiosa vis inest, quæ ipsam etiam rationem calcat; sed effrenes hi imperus coërceri possunt, præsertim si frænum libido pari maturè discat. Eam ob causam in eremo Scythicâ vir religiosissimus libidinis impetum sic repressit. Sapius ei recurabat femina olim non ignotæ forma. Hanc ille memoriam, has & cogitationes è pectore penitus eliminandas censuit. Diu laboravit, animosè certavit, & non uno tantum ariete seipsum fregit, nec tamen aliud sibi profecisse videbatur, quàm ne victus esset. Submisit interim divitâ providentia hominem ex Ægypto, qui mentione temerè injectâ, feminam illam formâ præstantem fati concessisse narrabat. Excepit dictum hoc athleta Christi, & in rem suam super eo deliberans, id demum reperit consilii, Tugurium suum Superis committit, & ad defunctæ feminæ sepulchrum properat. Hic ille fœdum Cupidinem triumphaturus, rem sic aggreditur. Noctu à tumulo saxum amolitur, terram egêrit, & ad cadaver penetrat. Ubi seipsum affatus: En, inquit, thesaurum tuum: en tuas delicias: quin auferis rem tibi charissimam? Pars certè de hoc auro, quod effodisti, asportanda erit. Dixit, & fecit, furtòque religiosissimo partem mortualis velaminis sanie ac tabo bene saturatam abstulit. Regressus in casam suam, bene olentem hanc prædam sub ipsos oculos posuit assidue aspiciendam. Hic seipsum iterato scommatè laceffens: En, inquit, habes quod appetisti; fruere, satiare. Exple oculos, pascere nares, imò totus hic nasus fias: cogita hoc esse strophium à charâ tibi feminâ missum: quin ori ac naribus propius admoveas tam pretiosum linteum? Ita generosus hic athleta tam diu fætoris se cruciavit, dum sordidas cogitationes victor ab omni animo extirparet. Ita libido quantumvis potens ac furibunda cessit fætori. Ita certissimus ille jacculator, nequissimus Cupido graveolentiâ victus fugaturusque.

Libidinis vis quomodo coërcenda. Ex eplum. Lib. semet. tium p. 10.

Cogitemus hîc obsecro non partem sepulchralis linteï, non cadaveris unius membrum, sed cadavera damnatorum innumera Mephitim exhalare graveolentissimam, neque id pauculos dies, sed in omnè ævum. Divus Bonavent. ausus est dicere: *Si vel unius damnati cadaver in Orbe hoc nostro sit, Orbem totum ab eo insiciendum.*

§. III.

Quarta fætoris causa, dæmones ipsi, qui licet spiritus sint, hanc tamen corporum graveolentiam se cum trahunt, estque tam Avernî quàm diabolorum ita proprium fætere, ut prisca usitatissima vox fuerit *Graveolens Avernus.*

Quarta fætoris causa.

Narrat Severus Sulpitius Turonensis præfûli Martino cacodemonem diademate ac purpurâ prænitentem sese exhibuisse, & hæc insuper dixisse: Scies, Martine, quâ ratione me venereris; Ego sum Christus. At Martinus, ne mendaciorum patri crederet, monitus ab alto: Non hoc schemate, inquit, venturum se Dominus meus promissit. Christum cruentum, spinis redimitum, in trabe pendentem novi; peregrinum hunc regem non novi. Vix ea dixit, & personatus hic Christus evanuit. Et ut sciretur, quis ille rex, & è quo regno fuisset, cubiculum tam horribili fætoris implevit, ut Martinus jam apud inferos se habitare crederet, & secum ipse ratiocinatus diceret: Si vel diabolorum unicus sic fæteat, quis oro tam diabolorum quàm damnatorum hominum fætor erit?

Math. c. 9.
n. 11.

Rex Antiochus
fœtorem
suum ferre
non poterat.

Mezentius
rex Tyr-
rhenus ho-
mines fœ-
tore jugu-
labat.

Virgil. lib. 8.
Æneid.

Qui hosti-
ta suos suis
equis devo-
tando ob-
jecti.

Qui Iovi
vni immola-
vit.

In quo tria
millia
bovm quod
annis tri-
ginta nun-
quam pur-
gatum.

Carceris
in quo Ca-
rolus Spi-
nola è So-
cier. Jesu
fuit inclu-
sus descri-
ptio.

Rex Antiochus Epiphanes, seu, Illustris, scælesti ho-
minis pulcherrima effigies, cum tandem Nemesiu in
tergo sentiret, jamque membra illius vermibus ebulli-
rent, adeo fœtore infelix, ut omnis exercitus hanc na-
rium pestẽ extremẽ averfaretur: Imò, quod divina ora-
cula testantur, nec ipse jam fœtorem suum ferre pote-
rat. Et quomodo tandem inquilinus Tartari, tam dæ-
monum quàm fœtorum omnium fœtores perferet?
idque in æternum?

Mezentius rex Tyrrenus, Antiocho non impar,
hominum divumque contemptor, eo ingeniosã crude-
litate progressus est, ut plurimos non securi, non cruce,
non rogo, sed fœtore jugularet. Nam homini mortuo
jamque tabescenti vivum colligabat, dum vivus astri-
cti cadaveris putore extingueretur. Maro asserit:

*Mortua quin etiam jungebat corpora vivis.
Componens manibusque manus, atque oribus ora
(Tormenti genus) & sanie taboque fluentes
Complexu in misero longã sic morte necabat.*

Supplicium horrendum, ingens, & tantò immanius,
quantò lentius. Sed quid hoc ad inferorum supplicia
comparatum, quid pauculorum dierum fœtor ad Erebi
cloacam fœtoribus sempiternis execrabilem? Cùm igitur
nostros ignes, cùm rotas crucisque nostras, cùm no-
stros pædores ad illos tartareos expendimus, jure pro-
clamamus:

*O mires Diomedes equos, Busiridis
Aras clementes!*

O mite Mezentii tormentum, uni duntaxat cadaveri
alligatum mori! Sed ò mortem omni morte horribilio-
riorem, tor demonum, tótque damnatorum teterrimis
fœtoribus torqueri, & semper mori, nec tamen un-
quam finire, nunquam emori.

§. IV.

IN Japonum ergastulis hodiẽque Christiana gene-
rositas sic exercetur, ut plures in fœditissimam caveam
compingantur: nullus illinc egressus nisi ad gladium,
aut ad crucem, aut ad ignem. Quidquid hic edunt cap-
tivi, quidquid ingerunt egeruntque, secum retinent,
incredibili narium tædio ac cruciatu. Hinc Japonius ille
carcer, & ergastulum, & stabulum est, Augiæ regis sta-
bulo longè immundius, & ipsã morte tetrius.

Et quia carcerum in Japoniã mentionem injecimus,
en ergastuli Japonii vivum ac recens paradigma.

Carolus Spinola patriã Genuensis, stirpe Marchio, è
Societate Jesu sacerdos, antequam pro Christi fide vi-
vus combureretur, hunc in Japoniã carcerem qua-
drennio habitavit.

Latus erat hic carcer palmos sedecim, alius non nisi
duodecim, longus viginti quatuor, prorsus ad instar ca-
væ factus. Nam neque muro nec pariete ligneo con-
stabat, sed contextus erat è palis quorum singuli duo-
bus digitis à se invicem distabant. Hinc captivi omni-
bus injuriis cæli patebant. Nam et si hæc cavea tegulis
esset tecta, quia tamen pali erant disjuncti, sicut in cor-
te aviaria videre est, non frigus tantùm aut æstus, sed
ventos, pluvias, nives, omnemque rempestatem admit-
tebant. In hac caveã triginta duo captivi erant conclusi.

Fores carceris istius serã claudebantur, erantque adeo
angustæ, ut vix transitum darent corpori humano. A
latere patebat fenestella, lancis unius magnitudine,
quã captivis cibum satellites inferebant. Circuibat
carcerem via lata octonos palmos, atque hanc dup-
lex obibat seps, depacta ex arboribus densis longis-
que, & in cuspidem acuminatis, quas spinæ supernè
induebant. Unico aditu, seps ista ingressum dabat. Erant
præterea duabus in partibus ædificatæ domus, una pro
pro statione vigilum, qui, diu nocturque excubabant; al-
tera in usum Decurionis, qui crebrò circuitores jubebat
circuitionis fungi munere. Reliquum denique loci in-

Tom. I.

cludebatur septo bene munito, in quo princeps porta,
& via quæ ad interioris seps januam ducebant. Hujus-
modi facies custodiæ fuit, in quã tot annis, illustris ille
pugil vixerat, ex eã nunquam, ne quidem intra septa ex-
patiaris, satellitio egressum prohibente. Alia verò quæ
custodiæ huic accelerare seva, vix cogitatione, nedum
verbis explicari queunt. Singuli corporis sensus propriis
conflictari doloribus cogebantur.

Magna erat imprimis loci angustia, ut neque pro-
cumbere nisi ægrè, neque ambulare vel ad passus spa-
tium possent. De hac Caroli literæ ita testantur: *Angu-
stie admodum habemus, neque enim quisquam plus habet spa-
tium quàm duorum palmorum & trientis.* Hinc noctu non
potuerunt sese ad capiendam quietem extendere.

Jam victis parcitas respondebat angustiis carceris.
Vita illorum perpetuum erat jejunium, adeoque asper-
um, ut satis quidem cibi suppetere ad arcendam mor-
tem, sed nunquam ad comprimendam famem. Ordina-
riæ epulæ erant duæ lances oryze frigide, aquã purã
coctæ: præterea paropsis una Xiri. Sorbitio est herbis
ingratis mixta, tamque amara ut hauriri vix potuerit.
Ad hæc exiguum quid radicis crudæ ac falsæ, aut par
unum halecularum calida frigidave salutarum. Hinc cap-
tivos tanta vexabat fames, ut cùm satellites aliquot
frustilla obtulissent panis malè ac sine fermento cocti,
jamque indurati, quisque illorum comederit, ac si colly-
ra vel panis saccharites foret.

Quia verò hic carcer in edito colle positus erat ven-
torum vim omnem excipiebat. Ac licet per æstatem spi-
rantibus undequaque ventis molestia nonnihil leniretur,
serventissimi tamen ardores, solaribus radiis omni
ex parte penetrantibus, ipsèque numeris captivorum
adeo incommodabant, ut affirmarit Carolus, diurnis
nocturnisque sudoribus maduisse. Hieme autem id
omnino reddebatur intolerabile, cùm neque gelidus
aër excludi, neque pluvie & imbres aceri, neque nives,
quæ vento per omnem partem ingerebantur, intercipi
possent. Tantò autem acerbius erat frigoris sensus,
quantò gravior vestimentorum quibus tegebantur, in-
opia, quorum nullam facultatem supportari satellites
permittent. Hoc Carolus ad Patrem Provinciale
perscribens: *Assevero*, inquit, *Reverentia vestra, nemi-
nem esse è nobis, qui, asstato inferioris appetentia sensu, non
mallet vivus concremari quàm hunc carcerem ferre. Nam om-
nes à vestibus panè nudi sumus. Neque vigilis vel tegetem con-
cedunt statibus, imbribus, nivibusque arcendis, planè ut immane
sit frigus.*

Loci frigore affectus interit Ambrosius Fernan-
dez, annos novem & sexaginta natus, Caroli in custo-
diã comes, qui paralyti gravissimã correptus, ob copiam,
ut asebant, nivium, duodecim horarum spatio & mor-
bum & vitam finiit.

Ne verò deesset suus quoque cruciatu oculis, nolue-
runt milites lumen in carcere per noctem accendi, ut in
tenebris fuerit exigenda. Quã in re tanta vigilum ex-
ticit pertinacia, ut ne lucernulam quidem eã nocte, quã
Ambrosius repentina vis morbi invasit, Carolo quan-
tum vis obtestanti concesserint.

Sed gravius omnibus hos Christi pugiles vexabat
continuis fœtor, de quo nobis jam sermo, cujus men-
tionem Carolus in epistolã injiciens: *Incitat me*, inquit,
gravitas odoris, ut ad calum suspirem. Nascebatur hæc gra-
veolentia ex multitudine hominum tam angusto loco
clausorum, ex statuum aërisque corruptione; ex præsen-
te cloacã, in quam exonerare alvum cogebantur; ex su-
dore corporum quæ ætate nunquam siccabantur. Cùm
nimirum veteret miles, aut recentibus linteis mutare
obsoleta, aut lavare jam inquinata: ut de Carolo spe-
ciatim scribatur, quod triennio toto neque indusium,
neque vestem commutavit. Hinc tanta pullulabat ani-
malculorum sordiumque vis, ut moribus aculeisque
captivi

O

captivi miserimè confixi, nullam unquam caperent partem quietis. Atqui ut experirentur vivi, quod mortui nullo doloris sensu post vitam tolerant, à summo vertice ad imos usque pedes omni genere vermium è corrupta materia natorum etant cooperiti: quæ materia (quoties pluebat) exundante latinarum cloacâ, pavementum custodiæ inundabat. Tormenti genus multè atrocius quàm primâ sui facie æstimari possit. Adversus hos cruciatus non aliud illis suppeditabat remedium quàm patientiæ, vivæque in Deum fiducia. Patientia cerè illorum tanta erat, ut Carolus in litteris affirmet; *Hoc ergastulum mihi paradisus esse videtur.* Et revera hic talis carcer, quamvis ipsâ morte atrocior, sitamen ad inferorum carceres comparetur, paradisis est. Ideo beatus etiam Hieronymus de seipso: Ob gehenna metum, inquit, tali me carcere ipse damnatorum, scorpionum tantum focus & ferarum. Qui carceres flammeos contempletur, nullas habitationis angustias accusat, omnem carcerem paradisum æstimat.

§. V.

Hic obsecro in rem nostram ita ratiocinemur. Sicut inferi nil aliud quàm fœdus frigidusque carcer, ubi non sub fornice captivi mille inter lordes & vermes nec sedere commodè, nec jacere possint; ubi cibus oryza nigra, potus aqua fœculenta: ubi fames, fœtor, dolor vix quidquam somni admittat, id quæ vel mille dumtaxat annis tolerandum sit: Nil aliud, inquam, sicut inferi, quàm talis, ut dixi, carcer. Nihilominus quis non tremat, vel auditò tantum hoc inferorum nomine? Verùm, si rem hanc omnem ad æqui verique, & ad sacræ pagine libellam placat expendere, id luculentè deprehendemus, fœditissimos Japonum aut quorumcunque barbarorum carceres ad Tartarum collatos, viridarium & delicias, paradisum & amœna tempe censendos. Ratio luculenta est. In nostris carceribus saltem aliquid & cibi & somni est; sunt quiescendi hortulæ: in Tartaro, nec cibus, nec somnus, nec quies ulla est; illic oryza nigerrima, foret ambrosia; nectar esset cœnosa aqua. In nostris ergastulis, nemo mille hiemes numeravit unquam, in inferorum sedibus, quod omnium luctuosissimum, centum nullia annorum nec unum quidem punctulum Æternitati demunt; post mille milliones annorum eadem est, integerima est etiam tunc Æternitas.

Deinde nostri carceres quamvis multum formidandi, sunt tamen extra flammam, & in solatium habent Mortis sagittas. Damnatorum specus & flammis pleni sunt, & à Mortis futuræ jaculis defensi non sunt. Siquidem apud inferos mors semper præsentissima est, sed mors sine morte; mors assidua sine fine duratura.

Heu quàm hæc non cogitamus, quàm non expendimus omni hora cogitanda, omnium solertissimè expendenda! Bernardus hac in re longè consideratior: *Totus tremo,* inquit, *atque horreo ad memoriam hujus regionis, & concussa sunt omnia ossa mea. Locus in quo vermis immortalis, fœtor intolerabilis, mallei percutientes, tenebra palpabiles.*

O evigilate non justis tantum, sed & injustis, & vos maximè luxuriosis; evigilate & luxuriosorum præmia prævidete; gustate saltem quàm amarus sit Orcus, si gustare recusatis quàm suavis sit Christus Dominus; aut quàm amœnus paradisis.

§. VI.

Hic Avernalis fœtor non importunè submonet, quàm variè vel hac unâ in re delinquamus. Non enim solum oculos, & linguam, & aures in officio continere decet, sed & nares. At nos odoris gravioris plerunque nimis impatientes sumus. Viles captivos, & pauperes egros ideo sæpe averfamur, quia potiùs alium quàm crocum, aut molchum obolent. Ideo iudex ab iride delicatulis his exprobrabit: *Infirmus, & in carcere*

eram, & non visitastis me. Nimirum tam delicata est impatiencia, ut ubi vel suspicio fœtoris, illuc eam vel albis quadrigis nemo pertraxerit. Eos amamus, illorum familiaritatem ambimus, qui cinnama spirant, qui crocum halant & balsama. Sed brevî mutabunt vices, & quod Isaias vaticinatur. *Erit pro suavi odore, fœtor.*

Dein olfactu peccant, qui sua omnia peregrinis odoribus imbuunt, vestes, conclavia, lectos; quidquid crebrius contingunt, odoribus priùs inficiunt, nec unguentis parcunt, ut semper sit quod nares mulceat. Hoc quidem tam grande nefas non censetur, at tamen Deus olim capitali poenâ sanxit: *Talem compositionem (odoris) non facietis in usus vestros, quia sanctum est Domino.* Homo quicumque fecerit simile, ut odore illius perfuatur, peribit de populis suis. Ergo etiam odotis intemperantia peccamus. Sic plurima quæ nobis videntur minuta, & nullius ponderis, ea divinus oculus ille observat, & inter puniendâ numerat.

Porro illud accuratius atque frequentius perpendendum, quid sibi velint divini paginæ, cum nidores sulfureos proponunt. Exemplo quod dicitur, demonstratur. *Dominus pluit super Sodomam & Gomorrhâ sulphur & ignem à Domino de celo, & subvertit civitates has, & omnem circum regionem, univeros habitatores urbium, & cuncta terræ virentia.* Sulfureus hic nimbus ac fœtor, libidinis ardores & luxuriæ fœtores punierunt. His pluviis extinguendus erat Cupidinis æstus.

Summus ardor igni maximus fœtor inest sulfuri. Quando igitur lasciva carnis concupiscentia fœtebant igne & sulfure peribant, ut ex animadvertione iustæ dicerent, quid spurcâ libidine commeruiscent. Homo libidinofus & impurus supplicium meretur duplex: dum vivit, seipsum magis ac magis luxuriæ cœno inficit; cum vivere desinit, in balneum sulfureum transit.

§. VII.

Ergo in lasciviam potissimum Avernalis ignis ac furtur grassabitur. Quod Gregorius eruditè asserens: *Tunc, inquit, edax flamma comburit, quos nunc carnalis delectatio polluit. Omnis impius habet flammâ ignis propriam, quem in corde suo ex fervore desideriorum temporalium accendit, dummodo istis, modo illis cupiditatibus æstuat, & cogitationes suas per multiplicia blandimenta seculi amplius inflammât. Ideo nunc fletus expiet quidquid delectatus per negligentiam animus deliquit.* Credibile profus est paucissimos in flammeas voragine detruendi, qui nihil libidinofis fœtoris secum deferant.

Hic quisvis mortalium bono suo & sapere discat; & cavere, ne hac libidinis Camerinâ submergatur. Vinum quidem & ebrietas, Oseâ teste, cor auferunt, sed omnium maximè Fornicatio. Hæc ita sibi cor rapit, ut illud non facile restituar.

Sed illud obstupescendum profus, & nimis quàm horrendum, sub cogitatione unicâ (quam Theologi delectationem morosam nominant) innumeratas poenas, supplicia infinita, mortem æternam delitescere. Res in aperto est: *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo.* Hic jactus oculorum unicus, unica hæc cogitatio, hic latentissimus in libidinem assensus innumeros infinitos annorum milliones continet, quibus ille oculorum jactus, illa cogitatio, assensus ille vindicandus est, nectamen unquam satis expiandus. Obstupescendum hoc, inquam, & nimis quàm horrendum.

Rem dicam: hæc etsi forsân cogitemus, cerè non perpendimus, non examinamus. Inde est, ut Isidorus Clarior loquitur, quod malumus esse ad momentum fucati, quàm in sempiternum splendidi; ad horulam libidinofis, quàm in æternum gloriosis. Hæc nostra est incogitantia, & (liceat dicere) excors temeritas. Tuto quis vel capitæ suo dimittet, ab eo æternitatem minimè cogitavit, qui vel invidiæ,

Littere ad P. Sebastianum Vienna 20. Febr. anno 1620. scripta. P. Iovinianus Hugo in vita P. Caroli Spinola c. 14. mihi pag. 111. Micro. tom. 1. epist. 22. ad Euseb. cap. 3. mihi pag. 56.

Cur carceres barbarorum ad tartarum collati sint delicta.

Item sermo de 5. regionibus.

Matth. cap. 25. v. 43.

Isa. cap. 30. v. 24. Olfactu qui peccent.

Exodi c. 30. v. 37. fuit.

Gen. c. 19. v. 24. & 25. N.B. Dominus à Domino pluit, hoc est, à seipso, & non à causis naturalibus. Non enim naturalis, sed cœlestis, & à vino fuit hoc sulphuris & ignis pluvia.

Greg. lib. 4. mo. c. 17. & l. 5. cap. 8. initio.

Of. c. 4. v. 11.

Mat. cap. 5. v. 28.

Isid. Clarior. tom. 1. tract. 53.

invidiæ, vel libidinis vel avaritiæ sordibus etiamnum involvitur. Nunquam delinquet gravius, quisquis æternæ supplicia cogitaverit frequentius.

Ergo, In omnibus operibus tuis memorare novissimam, & in æternum non peccabis. Tua, inquam, novissima memorare, non aliorum, neque rapitum aut perfunctoriè id facito. Nam hic error plurimorum est, quibus ista velut ad se non perventura cogitantur: Tua igitur novissima memorare, & Avernales fœtores inter memoranda respice. Quid ei proderunt deliciæ, quem inferorum sepelient flammæ. Ah, sapiamus, dum licet; ne dulce momentum amarissima comiteretur Æternitas.

CAPUT VI.

Quintum Æternitatis Tartaræ tormentum, IGNIS.

Cant. lib. 6. c. 12. Ignis suppliciorum ultimum.

Romanus scriptor, ubi suum diversis suppliciis delictum assignasset, demum pronuntiat: Ignis suppliciorum ultimum. Humana crudelitas, in pœnas ingeniosa, exquisitissima invenit supplicia, nullum tamen acutius, nullum vehementius est igne. Romanus Cæsar Valerianus qui Decii crudelitatem perpetuavit, si flavimis atrocius tormentum excogitare potuisset, eo utique Laurentium affecisset. Tyrannus præfata vix acerbiores cruciatus ullos reperit, quam vivum flammis tradere, lentè exurere, affare. Ignis, suppliciorum ultimum, gravissimum.

Quod si fieri posset hominem læsæ Majestatis, aliorumque scelcrum plurimorum reum millies ita comburi, ut hoc supplicium semper æquaret horam, rectè diceretur, Ignis suppliciorum ultimum. Cruciatu sanè acerbissimus est, comburi vivum. Sed ò mitem gehennam, ò temperatas flammæ, vel millies vivum comburi! Ferulis hæc sententia (mille horis tolerare flammæ) captivis inferorum longè clementior videretur, quam si reo jam plebendo vitæ fiat gratia.

Sed firmum fixum est decretum, decretum immutabile, irrevocabile: Verba Christi judicis planissima sunt, & apertissima: *Ite in ignem æternum.* Omnia Christianorum templa docent improbos æternis, nunquam desistentibus ignibus cruciandos

Quorum in inferno tormentum.

Atque hoc Quintum Æternitatis luctuosissimæ supplicium, Ignis æternus, de quo quantum in re tam seriâ humani oris paupertas permiserit, verba facere conabimur.

§. I.

Mors fuit præfæ pœsè subinde intercalariis uti versibus. Ita crebrius repetito versu princeps pœtarum canit:

Virg. Ecl. 8.

Incipe Manalios mecum mea tibia versus. Quo sapius ingeminato, demum subjungit: Desine Manalios, jam desine tibia versus.

Nec pœsè sacra hunc morem antiquavit. Hinc ille factorum carminum intercalaris cantus: Regem venturum Dominum, venite adoremus. Idque sapius repetitur: Venite adoremus Regem venturum Dominum, Venite adoremus. Pari modo sapius interposito versu ad inferias cantatur: Regem cui omnia vivunt, venite adoremus. Hunc ipsum morem in divinis concionibus suis observavit Servator Orbis. Sic, Marco teste, perorans ad populum: *Bonum est tibi, ajebar, debilem introire ad vitam, quam duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.* Non piguit hæc eadem uno loco ter dicere. Nam paulò post reperens id ipsum: *Bonum est tibi, ait, claudum introire in vitam æternam, quàm duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis, Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.* In eadem omnino concione dictum hoc intercalare tertium ingeminans: *Bonum est tibi, ait, luscum introire in regnum Dei, quàm*

Marci 27. p. 43.

Ibid. v. 45.

Ibid. 47. & seq.

Tom. 1.

A duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis, Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

Hoc canticum Christus, hunc intercalarem versum præcinit rex noster. Perinde si dixisset: Me voce præcinitem sequimini, & accinte: *Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.* Equem non terreat oris divini tam tremenda comminatio? Profecò quisquis hoc illætabile carmen, quisquis tristissimum hunc læsum fæpius & attentè cantaverit, in Orbe meliori *Alleluja lætissimum* semper cantabit. Satis hoc, abundantissimè satis est testimonii, etsi alium alibi divina oracula silerent.

Ibid. v. 46. & 48.

Sed ignis infernalis, & noster, nimum quantum differunt, & primo quidem *Vrendi sensu.* Noster ignis Augustino pictus videtur, sed ille alter, verus. Discrimen ingens, imò vix ulla similitudo verè ac pictæ flammæ. Hic quæso tacitis progressibus in rem præsentem veniamus.

Prima differentia ignis infernalis & nostri.

Quanti & quam acres dolores, per unam duntaxat horulam, unum tantummodo & vel extremum digitum gracilis cerei igniculo admorum uri? Quanti majores, sic uri manum integram? Sed quantum vel maximi majores erunt dolores sic uri torum brachium? Quam verò infandus erit cruciatus, sic uri torum corpus? Licet ignis, qui urit, pictus videri possit. In Japone hoc ævo lentis ignibus divissimè torquentur Christiani. Inter hos Carolus Spinola fuit, cujus superiori capite facta mentio. Hic cum aliis viginti tribus tam immane supplicium hoc modo subiit: Ignis struebatur eminus, viginti quinque palmorum spatio, à columnis Martyrum remotus, ut tantò acerbior ac severior esset cruciatus, quantum prolixior, atque ita prius lentè affarentur quam arderent. Quin si quâ parte luculentior erumpebat flamma, protinus coerceretur. Vincula verò non ferrea erant, sed viminea, quibus Christiani, laxè, obiter, ac ferè in speciem ad palum ligabantur, crudelissimo astu dæmonis, qui eò spectabat, ut Christi athletæ doloris acerbitate compulsi & vinculis facillimè ruptis expedire se atque flammis eripere nullo negotio possent. Hoc autem indicio conventum erat, ut Christum ejurasse censeretur, quisquis se incendio eripuisset. Interim igitur dum languido flammæ ardore, ignis in viscera penetraret, corpore inmoto stabat Carolus, oculis in cælum fixis, ubi post paucas horas desideratissimis Christi amplexibus frueretur, cui corporis sui victimam in holocaustum destinabat. Duravit acerrimus ille cruciatus ignium ad duarum vel trium horarum spatium. P. Sebastianus Chimura, patriâ Japon (uti certis tabulis testatum) manibus ante pectus in crucem decussatis, oculisque in cælum sublatis, tres horas vivus stetit in ardente rogo.

Combusti sunt Anno 1622. die 10. Septem. sabbato. Ita Hermannus Hugo in vita Caroli Spirolo cap. 18. pagina 175.

Torturam horribilem proferens, nec verbis effabile, hominè igne eminus ac lentè admoto tribus horis torreret vivum. Quodnam igitur tormentum, ò Deus, quam infandum, quam incomprehensum, non duas tresve horas, non unum alterumque diem, non annum annosque mille, sed æternitate totâ (quæ tamen nunquam tota erit) & corpus & animum uri, nec unquam comburi? Hic vox & verba deficiunt. Nemo, non dicam satis eloqui, sed nec satis cogitatione complecti potest infinitam illam doloris acerbiteratem. Divinam iram perthorrensens David: *Devorabit eos ignis,* inquit, *Domus in ira sua conturbabit eos.* Sicut in ultinâ ferrum candens ita ignem imbibit, ut merus sit ignis, & ferrum tamen maneat, sic inferorum flammæ, ipsi damnatorum ossibus, & ossium medullis implicabitur.

Psal. 10. v. 10.

§. II.

Altera tertaræ & nostri ignis differentia, splendor est & lumen. Ardet noster, & lucet; at tartaræus, pro ut justitia divina sanxit, ardet, sed non lucet, nisi in gravius tormentum, ut qui dum viverent societatem coegerunt in nequitia, socios sese agnoscant in tormentis: ita

A altera tartaræ & nostri differentia.

fur adjuvorem furem, lusor collusorem, adulter adulteram cerneret & tabesceret, malléque cæcus esse, quam dolores alienos videndo facere suos.

Isa. 1. sent. lib. 1. cap. 31. initio.

Oprimè dixit Sidorus: Ignis gehenna lucebit miseris ad miserie augmentum & ad damnationem, ut videant impij unde dolent, & non ad consolationem, ne videant unde gaudeant.

Tertia utriusque ignis differentia. Aug. 10. s. l. 21. de Civ. cap. 4. Pluribus locis, & cap. 7. initio. & cap. 9. ac 10.

Tertia utriusque ignis differentia: noster consumit omnia, ille nihil. Quà in re locupletissimus testis Augustinus: Si Salamandra, inquit, in ignibus vivit, & notissimè Sicilia montes, totà diuturnitate temporis atque vetustate usque nunc, & deinceps flammis estuant atque integri perseverant, satis idonei testes sunt, non omne quod ardet, absunt & anima indicat, non omne quod dolere potest, posse etiam mori. His docemur, quâ ratione hominum sempiterno supplicio punitorum corpora, & in igne animam non amittant, & sine detrimento ardeant, & sine interitu dolent. Quis nisi Deus creator omnium dedit mortui pavonis carnis, ut vel in annum solidum asservatu sint faciles? Quis palea dedit vel tam frigidam vim, ut obrutas nives servet, vel tam fervidam, ut poma immatura maturet? Lam verò quàm mirum est, quòd cum calx exinguitur, tunc accenditur? Cur itaque facere non possit Deus, ut & resurgant corpora mortuorum, & igne aeterno crucientur corpora damnatorum, qui fecit Mundum in calo, in terrâ, in aère, in aquis, innumerabilibus miraculis plenum: cum sit omnibus, quibus plenus est, procul dubio majus & excellentius etiam ipse Mundus miraculum. Cur non dicamus quoniam nris, tamen veris modis etiam spiritus incorporeos posse poenâ corporalis ignis affligi? Quòd igitur de sempiterno supplicio damnatorum per suum prophetam Deus predixit, seu, omnino fiet: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non exstinguetur.

Isa. cap. 66. v. 24.

Quarta differentia.

Quarta differentia: Noster ignis ad pabuli modum, vivit, augetur, vel deficit, augete vel deficiente pabulo. At ignis aeternus divinâ justitiâ nutritur, nullo sopiendus mari, inextinguibilis est. Hæc una vox, inextinguibilis, à Domino ter repetita, aut vitia nobis dissuasit, aut nos esse peccudes demonstrabit.

§. III.

Inferorum ignis cuiusvis noxæ attemperabitur. Deut. c. 25. v. 2.

Hic verò inferorum ignis cuiusvis noxæ ac sceleribus attemperabitur. Justitia divina eo ut flagello uteretur. Pro mensura peccati, erit & plagarum modus. Quem admodum è pluribus reis uno eodemque flagello alter altero acerbis puniri potest.

Ho. l. 2. oda 13.

Hinc liquet infantia quorundam hominum vix sibi aliud quam inferos promittentium. Eorum voces sunt: Cum in viâ sumus ad sorvæ regna Proserpinæ, plenis eò velis inveli placet: Curremus ut nobis bene sit, dum licet plagas merebimur, mereamur illas insigniter.

Indib. cap. 16. v. 21.

Ite furiosi, ite, & deliciis affluere supremam felicitatem credite; hodie vino & plumis vos mergite, cras forsitan mergendi flammis. Omnes in Orco captivi dirisimè cruciantur, ceteris ii dirius, qui Numen & gravius & crebrius offenderint: Dabit enim ignem & vermes in carnes eorum, ut urantur & sentiant in sempiternum.

Deut. c. 32. v. 22. Hier. c. 17. v. 4.

Hoc ignis aeterni supplicium, optimè omnium, sensu meo, tamque succinè quàm nervosè divus Prosper cogitandum subjicit. Illius verba cedro digna, hæc sunt: Continuis gemitibus, penalis sensus, dolor summus, cruciatus aeternus torquent animas neque extorquent, puniunt corpora, neque finiunt. Quem admodum verò nullum est apud nos supplicium quod igne acrius torqueat, sic nullum est quod citius torquere desinat, & consumat. Quis ergo ignis ille, qui & acutissimè cruciare nunquam cessat?

Moses cum vices divinas fingeretur, vocem reperit quàm significanter admodum aeternitatem vindicantis flammæ ingerens: Ignis, inquit, succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni novissima. Haud alter Hieremias vates: Ignem, ait, succendistis in furore meo, usque in aeternum ardebit. Pulvis tormentarius quo aeternus ignis succendi-

tur, est Furor Domini. Dum vivimus, non tam furorem, quàm iram Numinis experimur. Machabææ historia scriptor: Alienatus mente Antiochus, inquit, non considerabat quod propter peccata habitantium civitatem modicum s. v. 17. Deus fuerat iratus. Profectò modicè Deus irascitur, licet magnâ vi brachia tollat, videaturque non perfunctoriè flagellaturus, modica profus etiamnum ira est, nam & clementiæ conjuncta est. Cum verò hæc ira spernitur, clementia ridetur, tandem patientia læsa fit furor & in furore hoc ignis accenditur, arsurus aeternum. Ignem hunc vos ipsi succendistis, inquit Deus, sceleribus namque roties repetitis clementiam meam ludibrio habuistis, exleges, & omnis disciplina contemptores in veritum corruitis. Jam tempus vindicandi est: horribilibus, inauditis vos supplicii afficiam: Succendistis ignem in furore meo: Jam ardebit furor meus usque ad inferni novissima.

Natura quidem, quod Annæus asserit, aut tolerabilem facit dolorem aut brevem. At naturæ opifex Deus in rebelles ac contumaces subditos suos, & longo & intolerabili dolore animadvertit: Longo certè, quia aeterno, intolerabili, quia igne favissimo.

§. IV.

Hic omnes quotquot Christiani sanguinis sunt rogo atque obsecro quàm maximè, si quid agrimonie aut doloris urat, si podagra, si calculus, si quis alius morbus aut molestia infestet, prima omnium cogitatio sit ista: Molestia hæc aut dolor si annis decem, si centum, si annis mille duret, an non ad inferos dejectum te credas; Ad eum verò amoliendum quid facias? Fac illud jam ad evitandos dolores aeternos. Et scito molestiam quam pateris, licet gravissimam, dolorem quem sentis, etsi maximum, nec umbram quidem inferorum esse. Hic Deus unâ tantummodo manu, eaque parè ac lentâ leniter ferit, illic utraq; & quidem ferreâ rigidissimè & acerrimè cædit; hinc uno sæpe digito tantum impellit, omnibus illic digitis, totâ manu flagellum vibrat.

In hoc mundo Deus unâ tantum manu ferit, in alio utraq; cædit.

Christianus heros Eustachius (cujus supra mentio) cum uxore ac liberis in candentem aeneum bovem inclusus dirissimè cruciatus est; ingens nihilominus hoc illi solatium erat, & finis brevi adfuturus, & præmium beatitudinis nunquam finiendum. Hæc cogitemus.

Ignes aeternos religiosissimi quique viri assiduâ cogitatione velu contrectabant. Narrat è Græco Paschasius Diaconus Anachoretas duodecim velu in senatum ventitasse, & pro se quemque dixisse, quid sibi videretur ad id temporis profecisse, & quid potissimum contemplatione expendisset. Ubi suam singuli sententiam dixissent, duodecimus, & in dicendo ultimus, quid animi sui esset exposuit. Verba illius integrè ac bonâ fide admeriat, ut suus religiose simplicitati stet color. Ita dixit: Vos quidem Patres, cælestem habentes conversationem, cælestem & sapientiam possidetis. Nihil mirum.

Paschasius apud Ros. vocatum c. 44. n. 1.

Ego verò me his indignum judicans, video quòd peccata mea, ubicumque jero, præcedunt me semper ad dextram, & ad sinistram: in infernum verò adjudicavi me ipsam, dicens: Esto cum his quibus dignus es, istis post modicum annumeraberis. Video igitur ibi pares gemitus, & incessabiles lacrymas, quæ à nullo referri queunt. Aspicio quosdam stridentes dentibus, & salientes toto corpore, & trementes à capite usque ad pedes: Et jactans me super terram, & amplectès cinerem deprecor Deum nunquam casuum me illorum experientia accipere. Video & mare ignis bullientis immensibile, & circumfluentes, & mugientes, ut putent aliqui usque ad cælos attingere fluctus ignis, & in tremendo illo mari innumerabiles homines dejectos, & unâ voce omnes clamantes & ululantes simul, quales nemo super terram ululatus & voces unquam audierat, & sicut aeternia

omnis

omnis virgulti cremare: misericordia autem Dei averte-
rente se ab illis propter justitiam. Et tunc lamento ge-
nus hominum, quod audeat loqui, vel cuilibet atten-
dere, tantis in Mundo repositis malis. Et in his tenco
mentem meam, luctum medians, quod ait Dominus,
indignum me caelo & terrâ judicans reputansque quod
scripsum est: Factæ sunt mihi lacrymæ meæ panes die ac
noctæ.

Ps. 41. v. 4.

Hunc apud se calculum complures posuerunt: En,
ajebat quisque sibi, pœnas immortales jam pridem me-
rituses, neque id semel duntaxat. An verò Deus tuam
omnem culpam aboleverit, chirographo testari non po-
tes: abolitam speras, aut certe abolendam, & rectè fa-
cis. Sed vide, cautus esto, & sollicitus ambula cum Deo
tuo, hoc enim Dominus requirit à te. Et hoc est maturè
sibi sapere.

Mich. 6. 6.
v. 8.

§. V.

Sed quàm multi alia omnia faciunt! Nummos tam
anxiè corradunt, perinde si eos illaturi sint caelo.
Honoris & existimationis fumum, ut rem sacrosanctam
summo studio tuerunt; mori mallent quàm despici.
Nonnunquam tamen hi ipsi aliorum famam variis ob-
treccationibus lacerant, & tantò acerbis de aliis, quan-
tò de seipsis benignius loqui solent. Multorum ea una
cura est, curare cuticulam, & genium non facile frauda-
re ullâ, quam appetierit, voluptate.

Honor ut
res sacra à
multis de-
fenditur.

Ita ad æternitatem tendimus futurorum improvidi,
immemores præteritorum, in præsentia pronissimi. Sic
plerique mortalium vivunt: aliis cum arcâ; aliis cum
ventre negotium est: nemo non serius sibi videtur, cum
maximè nugas agit. Vitia tam ubique obvia secundis
progressibus, ut cælum & inferi vix inter serria habeantur.

Vesani mortales! Discamus obsecro nostros imperus
objecto igne hoc æterno restinguere. Furiosissimis igni-
bus non malè conferuntur Ira & Libido affectus im-
potentissimi; nec ulla ferè vitia tam concitato impetu,
quâ data porta ruunt. Libido velut infrenis equus, aut
mannulus indomitus rationem omnem excutit. De hoc
monstro eleganter Gregorius Nazianzenus poetices
non ignarus:

Naz. in sac.
cerm.

Quærit in vetitum damni secura libido.

Iracundiam Paulus Orosius egregiè depingens: *Fit-
citra paga-
nos cap. 16.
ror;* inquit, *consilii expers, dolorem & vindictam putat esse vir-
tutem; quantumque meditatur ira tantum promittit audacia.*
Iram, tyrannicum affectum rectè nominat Chrystosto-
mus. Etenim nihil æquè tranquillitatem animi turbat,
atque ira impatiens freni, Hos ignes æternis ignibus
domemus.

Oros. lib. 2.
citra paga-
nos cap. 16.
Curis af-
fectus ty-
rannicus
nominat-
tur.

Medicorum scitum est: Ignis igni remedio est. Nam
cum digitus aut manus ustulatur, remedium vicinissi-
mum est ustulatum membrum aut ardentem cereo, aut
gliscenti foco, aut vivis carbonibus admovere. Sic ignis
ignem sui similitudine attrahit. Eandem ob causam in-
cendia tormentis æneis petuntur, ut lentiozem flam-
mam violentior domet. Heu quoties cor nostrum cupi-
dinibus malignis ardet? Ergo in hoc incendium bis ter-
ve emittatur illud ingens tormentum bellicum (*Ite male-
dixi in ignem æternum*) Quid agis miser, perire vis? facil-
limo istud impendio fiet: horulâ unâ, imò vel unicâ par-
te horulæ, imò momento vel unico per iram aut libidi-
nem patras, quod æternum doles. Atque sic ignem itæ
superet ignis gehennæ, flammæ libidinis expugnet flam-
ma Stygis. Et sunt quæ horum subinde moneant.

Quo igne
flamma ire
ac libidinis
expugnetur.

§. VI.

Vi originem familiæ Carthusianæ consideratis,
neminem ex eâ facile unquam aspiciet sine gemi-
tu. Historiam notam in compendium confero.

Vir litteratus Parisiis, morte obitâ, cum inferiæ can-
rentur in templo, è feretro affurgens, voce horribili ex-
clamavit: *Iusto Dei judicio accusatus sum.* Dilatum ergo fu-

Cæpit es
anno Chri-
stiano 1082.

Tom. I.

nus in pòsterum diem. Iterum eadem cantantur, cum
defunctus iterum vociferatur è tumbâ: *Iusto Dei judicio
judicatus sum.* Necdum, quid eo factum, liquebat. Dies
ergo tertius expectandus. Eadem fiunt quæ diebus prio-
ribus. Et mortuus tertium è sandapilâ proclamar: *Iusto
Dei judicio condemnatus sum.* O verè ter miserum qui æter-
num erit! Et quod nemo non contremiscat: Vir iste
omnium calculo vir sanctus & vitæ integer habebatur,
adeo fallunt humana judicia. Urbs Parisiorum universâ
rei gestæ testis. Hoc Brunonem cum sociis exegit urbe,
hoc in avia nemora rupesque desertissimas expulsi, ubi
cælum potiùs habitare discerent quàm terram. Hæc
Carthusianæ familiæ origo.

Hic seriò cogitandum: Itane homines eruditi, & hu-
mano sensu sancti accusantur, judicantur, damnantur?
Quid me fiet misero? Ergo animum quantis possum
industriis curabo. Alii se suamque cuticulam curent
æternitatis oblitii; vigeant, floreat, cras forsan cinis
& favilla. Hos ego mores nil moror, hanc ego viam
non ingredior, nam & alium viæ terminum quæro. Si
ego Carthusianos, asperrimos montes habitare non
possum, illas saltem latebras, ubi estur, ubi potatur &
luditur, declinabo, si non carniùm estum; saltem carnis
perulantias curabo; si non æternum silere queam, ab ob-
treccationibus saltem & lascivis colloquiis abstinebo; si
non dies noctesque, religioso ritu, in templo sim, hoc
certè agam ut nulla mihi labatur hora, quâ Dei non me-
merim. Et quæcunque in pòsterum mihi fuerint per-
ferenda, non tantùm exigua, sed nulla esse dicam ad
æternitatis ignes collata. Quo quidem sensu Augusti-
num verissimè locutum venero: *Que quisque, ajebat il-
le, gravia valde patitur in hac vitâ, in comparatione æterni
ignis, non tantùm parva, sed nulla sunt.*

Aug. tom.
10. serm.
109. mihi
pag. 298.

Sic est omnino omnes dolores nostri ludicrum quid
& leves morsuiculæ sunt ad æternitatis supplicia. Mi-
nimum apud inferos tormentum majus est quàm sit
maximum in Orbe hoc nostro. Morborum cruciatibus
tolerabiles faciunt intervalla, quæ in Orco nulla. Do-
lorem sentire tunc nos definimus, si nimium sentimus.
Nemo potest valde dolere, & diu, nisi apud inferos. Sic
enim mitis natura disposuit, ut dolorem faceret, aut bre-
vem, aut toleratu non adeo difficilem. In gehennâ &
intolerabilis est dolor, & longissimus, quia æternus.

Dolores
nostri, lu-
dicrum
quid ad
æternitatis
supplicia.

CAPUT VII.

Sextum Æternitatis Tartaræ tormentum
VERMIS CONSCIENTIÆ.

Gemma priscorum Patrum & Antistitum sidus Au-
gustinus experientiæ convenientissimè dixit: *Inter
omnes tribulationes humane anime nulla est major tribulatio,
quàm conscientia delictorum.*

Aug. in
psal. 45. mi-
hi pag. 170.

Grande supplicium est patri, si filii supplicio capitali
debeat interesse spectator; sed multò majus est, si ipse
pater cogatur esse carnifex; longè maximum, si patibu-
lum, cui filius suffixus, ante eades statuat, quotidie aspi-
ciendum. At hæc omnia, & ludicra, nulla sunt, ad illud
supplicii genus, cum suis ipse carnifex est reus, cum se-
ipsum dentibus commordet, dilaniat, laceratque mori-
bus conscientiaæ perpetuis.

la est ma-
jor tribu-
latio con-
scientiaæ
delictorum,

Et hoc Æternitatis luctuosissimæ sextum est suppli-
cium, quod Christus concione unicâ, imò unicâ con-
cionis epilogo ter itidem repetit: *Vbi vermis eorum non
moritur.* Mox idem ingeminat: *Vbi vermis eorum non mo-
ritur.* Sed & tertium hoc inculcans: *Vbi vermis eorum, ait,
non moritur.* Nec aliter Isaias, qui & ipse conciones suas
non alio clausit epilogo quàm eodem isto: *Vermis eorum
non moritur.* Ingens, inexplicabile hoc supplicium si ne-
cessè est, de quo nos plura.

6. Apud
inferos
tormentum.
Mar. cap. 9.
v. 44. 46.
v. 48.

S. I.

A

Infernalis aqua furvo suffodit Averno,
Et Phlegethonteo sub gurgite sanxite educes
Perperuis scelerum poenis obrodere vermes.

Inter hæc vermium examina cernent damnati, ut divus Gregorius arbitrat, beatorum gloriam: *Ut peccatores, inquit, in supplicio amplius puniantur, & eorum vident gloriam quos contempserunt, & de illorum etiam poenâ torquentur, quos inutiliter amaverunt. Ita celitum felicitatem damnati vident, sed velut eminus: perinde si quis de turri præalâ quâ clausus, & in quâ fame diuturnâ confectus, inter fœtores & vermium acervos despiciat in hortos amœnissimos, ubi complures inter se amicissimi voluptatibus affluant, ah, quàm cruciabilis est hic aspectus!* Hoc cernere, est suas sibi poenas augere.

Famelicus si mensam cernat epulis refertam, nec tangere audeat, plus esurit, præsertim si ipse suâ se culpâ paratis epulis privarit. Non aliter damnati: *Famem patiuntur ut canes.* Itaque illos conscientia sic torquet, ut quidquid oblectare potest, cogitare non possint. Rea conscientia velut rabidus canis assiduo latrat & morsu in desperatissimam rabiem ager miseros. Sic ulcisci se solet conscientia, cum moneret, non audita.

S. III.

Alterum, quod damnatis conscientia exprobrabit, est *Virtutis neglectus, & Noxarum cumulus.* Omnia ordine conscientia velut è syllabo recitabit, quæ peperam facta, quæ fœcunditer omiſſa. Inde omnes illi sceleratæ stultitiæ seipsos accusabunt; sua cuique conscientia fœcundiam exprobrans: Et quoties, dicit peccari debuisses, cum aut somno aut lusu vacares: preces tuæ & raræ, & ignavæ, ac somniculosæ: jam luis. Quoties jejuniu tibi servandum, cum gula malles quàm sacris legibus parere: jam luis. Quoties sine rei familiaris dispendio stipem erogare potuisses, cum tu avaritiæ potiùs quàm misericordiæ studeres: jam luis. Quoties monitus, quoties rogatus es, ut inimicis veniam dares, ut injurias oblivione Christianâ digereſ, & noluiſti: jam luis. Quoties in rebus adversis patientia tibi commendata est, & noluiſti esse paries: jam luis. Quoties Humilitatis & Charitatis actiones, quæ solius voluntatis sunt, exercere potuisses; non hic laborandum, nec currendum, nec sudandum aut algendum fuisset, sine flagris, sine ciliciis, sine rigoribus aliis, hæc facillimè fecisses, & noluiſti, jam luis. Ad sacramenta percipienda quoties invitatus, tractus, rationibus impulsus es, & venire noluiſti: jam luis. Occasio tibi nunquam defuit, tu semper occasione. Potuisti, & noluiſti: hæc jam, lue nequiciâs. En tua tor tamque gravia flagitia; cum tamen longè suaviùs virtuti licuisset operari quàm vitii.

En perditissime, inter jocos & lusus perdidisti regnum: potuisses esse felix æternum, modò voluisses: brevi ac levi labore beatam immortalitatem tibi paraffes, modò voluisses. En, stultissime, pro carnis voluptatû, pro spurcâ & momentaneâ oblectatiunculâ immensas vendidisti voluptates. Nimirum tua tibi caro quàm cælum, carior erat. Sentis jam, quas delicias sceleratus fueris? Prædixi, monui, vellicavi. Sed actum egi, nihil profeci, oleum & operam perdidisti. Nunc vindico, nunc spes & res abs te seſegant, sed tuâ solius culpâ.

En impurissime, ut delectatiunculas foetidissimas pauxillulo temporis retineres, perdidisti omnia. Procul nunc à te honores, thesauri, voluptates beatorum, ad quas omnis tibi via intercepta est. Hæc tibi tormenta libidines tuæ pararunt, in hos ignes tua te præcipitavit incontinentia: tuam illam hilarem sed brevem insaniam, nunc luis æterno luctu. Desperatè ploras paradisi gaudiis te privatum? tu ipse te privasti. Acerbissimè doles perenne cæleste epulum neglectum? tu neglexisti. Obferatam tibi cæli januam lamentaris? tu eam ipse tibi obferasti. Ex toto beatissimus jam esses, modò esse voluisses.

Facili

Quantum turbatæ conscientia tormentum sic vel prifici idololatæ fatis exploratum habuerit. Rhetor è Latio Quintilianus: *O tristis recordatio, exclamat; d tormentis omnibus gravior Conscientia!* Eadem omnium sapientum vox est. Sanctissimus Pontifex Gregorius: *Inter multiplices, inquit, humana anima tribulationes & innumerabiles afflictionum molestias, nulla est major afflictio in quam conscientia delictorum. Verè, nihil est miserius, quàm animus hominis malè sibi conscius. Hic conscientiamus, ait Seneca, mala facinora conscientia flagellari, & plurimum illi tormentorum esse, ed quòd perpetua illam sollicitudo urget ac verberat. Malicia ipsa maximam partem sui veneni bibit, ipsa sibi supplicium est; Nemini bene est nocenti.*

Hæc suo quoque calculo consignans, quem dixi. Augustinus: *Serpsum, inquit, quòd fugiturus est homo quocunque fugerit se, talem trahit post se, & quocunque talem traxerit se cruciat se. Ipse est poena sua, quem torquet conscientia sua. Dens scit tantam poenam animæ, tantas cruces, tantas gehennas, tanta tormenta. Quot hominis vitia, totanimæ tormenta, tantò autem acerbiora, quantò interiora.*

Et in promptu ratio est: Cum undique omnia sunt adversa, cum cælum & terra infestant, etiamnum superest suffugium ad Deum; etsi nemo soletur, fatis solatiurum est Deus. Sed conscientia sit inquinata, nihil uspiam nec in rebus conditis, nec in conditore solatii est reperire; omnia acerba, fellea omnia. Et quò profugias? ad Deum? hostis est. Ad conscientiam? Carnifex est. Ad divos calites? Offensi sunt. Ad focos? Augebunt cruciatus. Ad delicias & voluptates? Conscientiam magis inquinabunt. Verè, non est poenâ gravior prava conscientia.

At dum vivimus hoc conscientia macellum suas habet ferias. Subinde hos oblatrantis conscientia morsus non nihil distinemus, aut arte fallaci eludimus, aut certe delinimus, modò legendo, nunc laborando, nunc colloquendo, modò hilaris comessando, modò huc illâque commigrando, & saltem dormiendo hos angores fallimus: At verò in illâ crudelitatis arce, in regno diaboli nulla quietis intervalla, interspirations nullæ, non somnus, non quies, nulla lectio, nulla comessationes, consolatio nulla, dies noctesque conscientia vipera laniatum undique pectus perrodet. *Vermis eorum non morietur.*

S. II.

Purima sunt, ob quæ singulariter illos æternæ noctis inquilinos torquet conscientia. Primum omnium, *Amisio æternæ gloria.* Obseratum est Cælum, obseratum est Tartarum, nullus hinc transitus illuc. Actum est, epulum cæleste neglectum est, neglectu irreparabili. Spes nulla beatitudinis.

Esau homo rudis, & qui à feris, quas insectabatur, feritatem hauserat, nihilominus indignissimè tulit faultam parentis precationem à fratre sibi præceptam. Nam auditis sermonibus patris, irrugit clamore magno, & consternatus ait: *Benedic etiam & mihi, pater mi.* Ut verò rugient damnati, conscientia cuique eorum approbrante: *Benedictionem patris perdidisti, jus & spem cæli omnem amisisti, pro lenticulâ vilissimâ vendidisti regnum. Maledictus es, exclusus, exclusivissimus es à cælo in omnem æternitatem. Vermem qui te cœpit rodere, non excuties à te amplius. Tuis ipse auribus decretum iudicis audisti: ite, discedere à me maledictum in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis ejus.*

Hoc regnum Saranæ destinatum, hos vermes impiorum lanienæ paratos poëta vetus, Christianus, non inellegantim metro sic ob oculos ponit:

Præfatus inde pater liventia tartara plumbo
Incendit liquido, picæque bitumine fossas

Quint. decl. 12. §. 38.
Greg. in psal. 143.

Suetonius in Tiberio. Sen. epi. 97. sine.

Aug. in ps. 45. mihi pag. 170. & in ps. 36. pag. 117.

Conscientia iniquitatis datur solatium.

Conscientia in hoc mundo suas habet ferias.

In inferno verò nullas habet.

Æterna noctis inquilinos torquentia. Amisio æternæ gloria.

Gen. c. 27. v. 34.

Prudentius contra Alaricionitas.

Facili operâ cælum emereri licuit : sed differendo , & negligendo huc sponte irruiſti cæcus & amens, hinc nunquam exiturus ampliùs. Nulla hîc libertas, nulla ſalus. Deſpera centies, ſexcenties, deſpera millies, æternum deſperaturus, æternum moriturus, & ad mortem nullis ſæculis perventurus. A vultu Dei projectus es, quia teipſum ab illo averſiſti. Non alienâ, ſed tuâ culpâ peris, æternum periturus.

Hæ conciones erunt conſcientiæ, ſed ſeræ nimis & acerbæ. Ad irritum ſpes omnis cecidit.

Earum virium eſt pœnitentia tempeſtiva, ut culpas omnes deleat, & pœnas culparum reliquias pariter tollat, aut certè minuat, nec non divinos favores augeat. Idcirco ille eremi angelus Joannes hoc unum affiduè concurrentium auribus inſtillabat: *Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum calorũ*, agite pœnitentiam. Nil horum poteſt Pœnitentia in Proſperinâ culinâ, culpam nec minimam eluit, nil pœnæ demit, nil gratiæ diviniæ reddit. Hoſtes Dei ſunt, quos tunc primum pœnitent, nil impetrant, ſed nimis ſapiunt hi Phryges.

Hæc omnia illi cælo proſcripti non ignorant, hinc vermibus eorum non moritur. Scelera quæ patrarunt, velut in tabulâ deſcriptâ vident, & exhorrent. Ridiculum pompam, veſtium luxum, & omnem vanam gloriam deſertantur: judiciorum ſuorum temeritatem, & invidentiæ labem: avaritiæ ſordes, & omnis luxuriæ canum execrantur fuſioſè. Cernunt infelices laſcivarum cogitationum ſuarum immenſos aggeres oculis oppoſiti. Intemperantiæ ſuæ turpitudinem, deſidiæ ſuæ molitiem & veternum, voluptatum ſuarum fallacias, impuriſſimæ Veneris blanditias abominantur, ſed hæc omnia ſerò nimis. Acerbiſſimo planctu ſed irritò vociferantur: *Transferunt omnia illa tanquam umbra, & nos in malignitate noſtrâ conſumpti ſumus*. Potuimus cavenda fugere, exercenda facere potuimus, & nolimus. Hoc æternum occentabit conſcientia. *Vermis eorum non morietur.*

§. IV.

Tertium quo præcipuè Conſcientia domesticos codamonis torquet, eſt *Aſpernatio divina gratiæ*. Jobus calidè optans: *Quis mihi tribuat, inquit, ut ſim juxta menſes priſtinos, quando lavabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi rivus olei?* Hoc nimium quantum urit, à ſummis opibus ad incitas devolvit. Non neſciunt damnati quantum olim divitiis affluerint. Illis juſ cæli tranſcriptum erat: hæredes regni potuiſſent eſſe, modò voluiſſent. Recordantur divini gratiæ butyrum copioſiſſimè ſibi fluxiſſe, quo lavari licuiſſet, id tamen à ſe repudiarum eſſe. Meminerunt olei rivus à petrâ, divini amoris & miſericordiæ fontes è Chriſto ſibi emanari, hæc omnia tamen ſuo vicio à ſe neglecta. Jam clamat, ſed fruſtra: *Quis nobis tribuat, ut ſimus juxta menſes priſtinos, quando lavabamus (certè lavare poteramus) pedes butyro, & petra Chriſtus fundebat nobis rivus olei, ſanguinis ſui. Jam nec olei nec butyri guttula fluit ampliùs. Divinæ miſericordiæ fons exaruit: divini favoris rivuli ſunt exſiccati. Cæleſtis agni ſanguis pro nobis fruſtra fuſus eſt; cruciatus & mors Chriſti nobis non profuit ampliùs; incaſſum recidit omnis impenſa. Eheu, actum eſt de nobis.*

Atque hoc lacerabit cor damnatorum, quòd operâ leviffimâ, quòd ſolâ roſtione voluntate cælo ſe aſſerere potuerint, & tamen noluerint: quòd gratiam millies oblatam recuſarint millies. Inde in ſeipſos ſuicenter exardeſcent miſeri, & affiduò ſibi ipſis lugubrem hanc cantilenam occinent: *O tempus rerum omnium pretioſiſſimum! ô dies, & ô horæ pluſquam aureæ, quò evanuiſti, æternum non reditura! Nos cæci & excordes, obſtructis oculis & auribus libidine furebamus, & mutuis noſmet exemplis trahabamus ad interitum. Huc properavimus infeliciffimi, & monitis omnium ſprectis*

æcurrimus ad mortem, heu mortem æternam! Quid nunc omnia quæ fallaciſſimus Mundus offerebat, juvare? Oblectationum priorum meminiffe mors eſt. Voluptas omnis avolvit & evanuit. Et quamvis aliquot annorum centuriis ea licuiſſet frui, quid illa gaudia fuiſſent ad hæc tormenta? Ah, umbram ſolùm captivimus amaræ voluptatis. Quis nos tam crudeliter faſcinavit?

O ſi annis ſingulis æternitatem vel ſemel ſerîò perpendiſſemus! O vel dieculam, ô vel horulam unicam impetrare liceat!

Sed fruſtra ſunt hæc vota: actum eſt, ſpes omnis præciſa eſt. Maledictus ergo dies quo nati, maledictus Deus à quo conditi ſumus.

Hîc ſtylum pono, & impias voces illuc remitto, unde proruperunt. Maturè ſapiat & caveat, quiſquis hanc conſcientiæ lanienam formidat.

§. V.

Incredibile videretur, niſi teſtes loquerentur oculi, quàm in rebus fluxis curandis induſtrii ac ſolertes, quàm attenti & aſſidui, quàm vigilantes & acuti, quàm ſcientes & gnavi, quàm cæti cauti que ſumus: nimirum cum corporis negotium agitur, nemo non ſapit, nemo non vigilat, nemo non impiger ac ſedulus eſt; hîc vivimus, hîc volamus. Videte mihi veſtes elaboratiſſimè & exquisitiſſimè factas, videte picturas, ædiſſicia, ſculpturas, videte candidiſſimam ſindonem, tenuiſſimam byſſum. Velut araneorum operas, videte artiſticiſia horologia, exactiſſimam Muſicam, laborioſiſſimam mercaturam; quàm in artibus tractandis, in negotiis conſciendis, in opibus ſtruendis, in honoribus obrinendis acres & indefeſſi ſumus; at hæc omnia caduca ſunt, fluxa ſunt, momento tranſeunt.

Cùm autem pro cælo laborandum, heu quàm inertes & ſtupi, quàm deſides & ſupini, quàm frigidi ſumus & ſomno pleni! Hac unâ in re ſolute ac negligenter agimus, languemus, ceſſamus. Veriſſimè dictum: *Pro modicâ præbendâ longa via curritur, pro vita æterna vix per ſemel à terrâ levatur*. Hîc plerique omnes torpemus; vigilat dæmon, nos dormimus. Arubi demum ſerîò evigilaverit conſcientia, non ampliùs ſopiri poterit; uret, mordebit, anget, torquet in omne ævum. *Vermis eorum non morietur.*

Hîc vermibus inſanctis doloribus, & triſtitiâ paſcitur incoſolabili. Dolent damnati amiſſam beatitudinem, & quidem ſine ſpe ullâ reparandi tam impenſam ſacturam: in dolorum mare præcipitatos ſuâ ſte ſtultitiâ indefinenter cogitant: Neque moſtiſſimam hanc cogitationem aliâ unquam lætiore fallere licebit.

Hæc Bernardus attentiore animo contemplatus: *Quid tam pœnale, inquit, quàm ſemper velle quod nunquam erit, & ſemper nolle quod nunquam non erit. In æternum non obtinebit quod vult, & quod non vult, in æternum nihilominus ſuſtinebit. Nullus de tantâ numeroſitate ſpectantium moleſtior oculus ſuo cuiuſque. Non eſt aſpectus ſive in cælo, ſive in terrâ, quem tenebroſa conſcientia ſuſſugere magis velit, minùs poſſit. Non latent tenebræ vel ſeipſus. Se vident que aliud non vident. Opera tenebrarum ſequuntur illos, nec eſt quo ſe abſcondant ab illis, ne in tenebris quidem. Hic eſt vermis qui non moritur, memoria præteritorum. Semel injectus vel potiùs immatus per peccatum hæſit firmiter, nequaquam deinceps avellendus. Nec ceſſat rodere conſcientiam, & quæ paſſus, eſca utique inconſumptibili perpetuat vitam. Horreo vermem mordacem, & mortem vivacem. Horreo incidere in manus mortis viventis, & vita morientis.*

Itaque durante animâ durat & memoria. Sed qualis? Fœdâ flagitiis, horrida faſcinoribus, vanitate tumida, contemptu biſpida & neglecta. Quæ priora tranſierunt, & non tranſierunt. Tranſierunt à manu, ſed non à mente. Quod factum eſt, factum non eſſe non poteſt. Proinde eſt facere in tẽpore ſuit, ſed faciſſe in ſempiternum manet. Non tranſibit cum tempore, quòd temporâ tranſit.

In rebus fluxis curandis induſtrii ac ſolertes, quàm attenti & aſſidui, quàm vigilantes & acuti, quàm ſcientes & gnavi, quàm cæti cauti que ſumus;

Pro æternis inertes & ſtupi.

Imitatio Chriſti. 3. c. 3. m. 2.

Bern. l. 5. de Conſiderat. ad Eugen. c. 12. mihi pag 901.

Pœnitentiæ tempore ſuæ vis.

Matth. c. 3. v. 2. Er. ſerè im-potentia.

Sap. cap. 5. v. 9. & 14.

3. Aſpernatio divini gratiæ. Job. c. 29. v. 2. & 6.

transit. In aeternum ergo necesse est crucietur, quod perperam te agisse in aeternum meminervis.

§. VI.

Tho. Cantip.
lib. 1. cap. 3.
num. 1.

E Divi Domini familiae theologus & præfiscopus, historiarius epi sui fidelis scriptor rem miram narrat in hunc modum: Præful in Germania fuit, princeps sanguine, moribus vitæque degener. Hic primò quidem verecundiùs inhiare auro, libidini furtivè indulgere; ita sensum progredi, nec mōres emendare, effusis demum habentis in vitium ruere; rapinis & luxuriæ liberè vacare. Variâ in illum Deus animadvertione usus est; modò morbis, modò miseris aliis invitans ad meliora. Sed frustra. Tandem prout vitam egit inquinatam sic mortem obiit nō piā. Eâ ipsâ horâ Conradus Hildemensis episcopus ad preces matutinas surrexerat. His finitis ad suos sese libros cōtulit, in diem sequentem ad dicendum se paraturus. Hic ille à sensibus aliquantisper abductus videre sibi visus est Præfulem tiarâ insignem, sed velatâ facie ad tribunal iudicis rapi. Mox adierant qui accusarent, rapinis potissimùm & libidinibus infamem reum. Hic iudex confessoribus: Examine, inquit, causam, & dicite sententiam. Examinarunt, dixerunt. Nec mora: satellites adsunt & iudicium sententiis damnatum, mitrâ, annulo, veste sacrificâ, ceterisque ornamentis exiunt, eaque ad pedes supremi iudicis adjiciunt. Assessores loco confurgunt, & illud unum, dum abeunt, in iudicii clausulam pro se quisque dicunt: Ergo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes.

Gal. cap. 6.
v. 10.

Hæc Hildemensis episcopo spe cæta, qui ubi ad se rediit, secum ipse inquirere cœpit, quis præfulille miserabilis eo tempore objisse credi possit. Dum hæc animo versat, en ad portam adest qui flens nuntiat, priori vesperæ suum dominum (nominavit) in proximam villam venisse, jam morte subitâ extinctum. Conradus ad factum tam lacrymabile altum ingemiscens, non sine lacrymis illud secum repetebat noctes & dies toto animo cogitandum: Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. Conscientia impura, jam malè quieta, æternis furtis agitabitur.

§. VII.

Incredibilis vis conscientie post mortem.

Incredibilis vis est conscientie, maxime verò post actam huius vitæ fabulam. Nam coram Deo ad suas quisque labes sic erubescit, ut, quamvis panderetur cæli ostium, & illotus ad ingressum invitaretur, suas tamen ipse maculas & perhorrescens & fugiens, recusaret ingredi, dum sordes omnes expiasset. Adco suam ipsa scditatem erubescit & averfatur Conscientia.

Ergo, dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes: Nam, ut Augustinus ratiocinatur: Quisquis nullâ se adulatione seducit, satis intelligit, cum quanto periculo mortis æternæ, & cum quantâ penuriâ perferet & iustitiæ peregrinetur à Domino.

Hoc jam agamus, & loquentis conscientie monita non repugnanter accipiamus. Nunquam muta est Conscientia, si sedatum & attentum habeat auditorem. Et revera hoc vnicè prodest, hunc vermem animo inhaerentem ita jam sentiri, ne sentiat æternum. Bernardus id asserens: Optimum est, inquit, tunc sentiri vermem, cum possit etiam suffocari. Itaque mordeat nunc ut moriatur, & paulatim desinat mordere. Mordendo vdat interim putredinem, ut rodendo consumat, & ipse quoque pariter consumatur, ne foveri incipiat in immortalitatem.

Ergo satius est jam monitricem, quam illic jugulatricem pati conscientiam. Nam (quod idem Bernardus cogitandum subijcit) Extorres calo in carne cruciabimur per ignem, in spiritu per conscientie vermem. Ibi dolor intolerabilis, timor horribilis, fetor incomparabilis, mors anima & corporis, sine spe veniæ & misericordiæ. Sic tamen morientur, ut semper vivant; & sic vivent, ut semper moriantur.

Quid agimus mortales? vita brevis, via longa, termi-

Bern. serm.
de Convers.
ad Clericos.
cap. 6.

Idem. lib. de
Anima c. 3.
med.

nus via dubius, tempus exiguum, nil certius morte, nil mortis horâ incertius, supplicii & præmiæ æterna duratio, & à momento utraque pendet Æternitas. Quid, ô mortales, quid ergo agimus?

CAPUT VIII.

Septimum Æternitatis Tartaræ Tormentum
LOCVS & SOCIETAS.

Vir censorius notissimæ virtutis M. Cato, eos qui empturi erant agros, monere solitus est, viderent ante omnia, num bonos habituri essent vicinos. Grande malum, vicinus malus.

Mantua ve miseranimum vicina Cremona.

Virgil. edo.
gâ n. uâ pff
inû.

Proinde scitum est illud Themistoclis apud Plutarchum, qui prædium venditurus, hoc quoque præconem addere iussit: Quod vicinos haberet bonos. Domus incommoda & ruinæ proxima, si vicinos insuper malos habeat, emptorem habebit neminem.

Omnes cælo proscripti eas habitaciones incolunt, ad quas haræ nostræ, & canum cavæ, palatia & regum conclavia videri possint. Accedit, quod veteri verbo ferebatur, verè saluginosa vicinia, diabolorum & damnatorum hominum tot centena millia, rot myriades ac milliones, Dei capitales hostes omnes, qui vel paradisum adducant in fastidium.

Atque hoc septimum est Æternitatis luctuosissimæ supplicium. LOCVS & SOCIETAS, ille miserabilis supra omnem modum, ista nimium detestabilis. Iudex sententiâ decretoriâ utrumque complexus: Domus hæc ignea, dicit, hic carcer funestissimus, qui paratus est diabolo & angelis ejus, non vos initio spectabat: Sed quia hostium meorum familiaritas gratior vobis fuit quam omnis favor meus, Ite nunc, ite, & illorum vobis habitatio non displiceat, quorum olim societas tantopere placuit: Ite in iguem æternum, qui paratus est non vobis, sed diabolo & angelis ejus. Fit non nunquam ut magister in scholâ in unius noxam jubeat ligari virgas, sed quoniam eadem deinceps culpa plures involvit: Hæ virgæ, inquit, non in vestrum ligatæ sunt caput, sed quia in eandem cum immorigero illo incurritis noxam, eandem cum illo subibitis pœnam.

Ira Christus suis hostibus: Angelorum societate vos frui volebam; paradisi vos expectabat, sed quia omni excusâ disciplinâ non mihi obtemperastis, sed diabolo: Ite jam, ite, ite, & diaboli spelæum habitate: in societate, quam ipsi conflastis, perdurate. De hoc loco, atque de hac Societate nunc porrò agendum.

§. I.

An tequam locum subeamus, loci custodem videamus. Olim Trimalcionis domum ad sinistram intrantibus non longè ab ostiarii cellâ, canis ingens catenâ vinculus, in pariete erat pictus, superque quadrata littera scriptum CAVE, CAVE CANEM.

Ad ingressum balnei Avernalis præfici affingebant canem Cerberum. De hoc vates Cordubensis:

Posthæc avari Ditis apparet domus.
Sævus hic umbras territat Strygius canis,
Qui terna vasto capita concutiens sono
Regnum tuerur; sordidum tabo caput
Lambunt colubri, viperis horrent juba,
Longisque torta sibilat cauda draco.
Par ira forma

Seneca Her-
cules furem.

Non unus talis apud inferos canis est. Tot Cerberi quot diaboli, Cerberis omnibus terriores. Hic scribo, hic vociferor: CAVE, CAVE CANES. Sed ipsum jam locum inspiciamus.

E piscorum Patrum & Theologorum placitis est, ille latibiles illos inferorum recessus medio terræ sinu late-
re. Affir-

Inferorum
recessus
medio ter-
ræ sinu la-
te-

Nam. c. 16. v. 23.

re. Affirmant id sacra pagina. Nam ubi rebelles Mofi à Dei populo secessionem fecissent: Dirupta est terra sub pedibus suis, & aperiens os suum devoravit illos cum tabernaculis suis, & universa substantia eorum, descenderuntque vivi in infernum, operi humo. Jure suo hic improborum carcer loco infimo est, uti beatorum sedes amœnissimo loco summo ac nobilissimo.

Carceri conveniunt angustia, vide æternitatem suam Confid. 2. §. 1. Quia ad ponarum acerbitatem faciunt

De carceris illius capacitate sic ratiocinemur: Si æternæ mortis damnentur trigefies aut etiam mille miliones hominum, sive, 10000000000. Flammeus autem hic carcer, secundum omnem altitudinis, latitudinis, ac longitudinis dimensionem unum milliare Germanicum complectatur, satis omnino spatii habebit, ad obstupescendum illum numerum hominum completendum. Carceri conveniunt angustia. Pars libertatis est laxè habitare. Atqui grex damnatorum, canes illi ac porci in arcto habitabunt, eruntque sicut uvæ in torculari, aut falcæ haleces in orca, aut sicut lateres in fornace calcariâ, aut sicut ligna in rogo, aut sicut prunæ in ignitabulo, aut sicut oves jugularæ in macello; arctè scilicet & compressè vincientur. Angustia carceris, & mutua reorum compressio ad pœnarum acerbitatem facit. In exiguum hunc Orbem contrahet Deus sentinam & faciem Orbis.

In Orbe hoc nostro vel maximum gaudium turbat loci fœditas. Quis in officinâ liquati sevi, aut macerati corii; quis in Augiæ stabulo, aut in antro putrescentium cadaverum pleno voluptatem sentiat, præsertim si dies noctesque illic hærendum? Tam inamœnus loci squalor ac fœtor omnem è pectore lætitiã expellunt. Quid ergo in illâ divini furoris officinâ, in horrifico illo Æternitatis antro amœnitatis sit, unde omne gaudium, voluptas omnino exulat, ubi meri merissimii dolores. Et quantum iis augmentum erit locus ipse profundissimus, tenebrosissimus, fœtidissimus, & quod lugubre cogitatu, remotissimus à cælo, mille clathris ac feris, repagulis ac claustris mille obferat?

Luc. c. 16. v. 26.

Clamat ex alto Abrahamus: Inter nos & vos chaos magnum (chaos flammeum) firmatum est, ut hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde hinc transire. Et tamen Abraham in cælo nondum debebat.

Psal. 4. 8. v. 12.

In ergastulis nostris amœna laxitas est, si illam sceleratorum foveam spectemus. Sepulchra eorum, domus illorum in æternum. Principes ac Reges, Imperatores & Pontifices claudithæc domus: nec aliter illic habitant vel opulentissimi Crassi, vel strenuissimi Alexandri. Beatus Lucas assererat: Mortuus est autem & dives, & sepultus est inferno. O sepulchrum nimis profundum! Hoc illius nunc ædes & arces, hoc amœni fontes & arcus triumphales, hoc viridaria & horti pensiles, hoc tepida balnea, hoc magnifica theatra, hoc laxissima palatia: tota domus, sepulchrum est angustissimum. Nec tamen hîc soluti & liberi, sed vincti habitant & ligati. Rex Magnus imperans: Ligatis, inquit, manibus & pedibus ejus, mitte eum in tenebras exteriores. Non ambulare, sed nec movere se poterunt hi rei quò volent: manus pedesque vincti, & velut infixi veribus ardebunt, miserandum ignis pabulum.

Matth. cap. 22. v. 13.

§. II. Veteri historiâ liquet, complures nec tantum infimæ sortis homines, velut peregrinas aves, cavèa inclusos. Rex Macedo Alexander Callisthenem Olynthium insidiarum insinuatam, vel quod regi suavisset ne affectaret ab Atheniensibus Dominus appellari, auribus, labris ac naribus abscessis, ceterisque membris crudeliter truncatis deforme ac miserandum spectaculum reddidit, & cum cane, ferreâ clausum cavèa citumferri iussit. Dum Lysimachus tanti viri miseratus, & antea illius etiã auditor, venenum ei præbuit, ut pœnam quam non culpis, sed libertati penderet, finiret. O beatam

Seneca, Valerius, Justinus, Suetonius, Christianus, alii.

Callisthenis caveam, ad flammeam tot sceleratorum carnicinam!

Quæ Callisthenem, eadem & alios fors involvit. Tamerlanes a Orbis terror, Bajazet b Turcarum Imperatorem victum, & cavèa ferreâ inclusum, spectaculo & ostentui cunctis circumduxit triennio.

Rex Daniæ Christiernus, d Anno millesimo quingentesimo, vicefimo secundo, à prisca religione defecit. Tribus deinde regnis ob crudelitatem exactus; miserè tandem perpetuis vinculis additus, & Anno millesimo quingentesimo trigefimo secundo, tanquam indomita bellua in clathratam caveam coniectus, nec ante mortem inde liberatus est. Verùm ò mites Bajazet ac Christierni caveas, ad illas damnatorum comparatas!

Sed nec e Valerianus Imperator Romanus à Sapore Persarum rege suavis est habitus. Nam cavèa pauperè inclusus, nec eã unquam egressus, nisi cum Sapor equum ascensuro, tergum præbere, scabelli loco coactus est. Demum Valeriano cutis detracta, & carnes facile condita sunt. Eodem modo Renzus Friderici filius in caveam contrusus vitam finit.

Sic & Marcus Arethuforum episcopus eloquentiâ sanctisque moribus ornatus, martyr patientissimus, impio Juliano imperante, prius pueris, ut aciculis compungeretur, expositus; dein garo ac in ille perunctus, cavèa inclusus, æstuante sole sub dio suspensus, crabronibus, vespis, culicibus, muscis lacerandus est objectus, ut diu se mori sentiret.

Sed ò blanda hæc supplicia, ò caveas voluptatè pleenas, si flammeis inferorum caveis conferantur. Pictura est, umbra est, quidquid cruciatus hîc tolerandum: Nam sua & his tormentis jucunditas est: solatur temporis præsentis brevitatis, quo hæc ferenda; excitat futuri gaudii perennitas inter superos obtinenda: Scimus id quod in præsentem est tribulationis nostræ, leve ac momentaneum esse.

Ira duramus inter athletas Domini, & quò plus doloris sentimus, hoc majus præmium speramus. At illi Orcinis caveis circumclusi, nec à præsentem tempore, quod neglexerunt, nec à futuro quo semper in tormentis erunt, quidquam habent levaminis. Sed hæc divinæ justitiæ lex est, ut torrores illos & hostes sentiant improbi, quos suosores & amicos ante fuerant secuti; & quia luxuriæ suæ præta querebant, nunc carceres habitent, & caveas. Ab ævo in ævum sic erit.

§. III.

Evera si mortis æternæ reos non alia ulla exereret pœna nisi hæc una, tam fœdo carcere inter tot hostes æternum claudi, pœnarum satis foret, abundè satis. Quid jam cruciatus alii, conscientie vermis, fames ac ac sitis, perpetuus ignis, & quod protius inexplicabile, tormentorum nullus finis.

Hic stans in barathro multos durabit in annos. Verè multos, quia universos, nec tamen universos quos numeratura est Æternitas. Quæ & numerabilis simul & innumerabilis est. Quâ parte cœpit, numerabilis; quâ finis cogitatur, nec tamen erit, penitus innumerabilis est.

Haïas hunc æterni exilii locum graphicè describens: Et convertentur, inquit, torrentes ejus in picem, & humus ejus in sulfurem, & erit terra ejus in picem ardentem. Joannes, hunc locum stagnum ignis & sulfuris vocat. Christus caminum ignis. Jobus terram tenebrosam, & operam mortis caliginem, terram miseriæ & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

Sed quâ ratione, dices, hæc Avernalis Ætna, hoc omnium miseriarum receptaculum animo ac mente concipiendum, ut imago ejus in animum sapius incurrat?

Subit memoriã colloquium, quod inter duos fuit amicitia conjunctissimo, quorum alterum Orcstem, Pyladem

a Sui, Tamerlanus. b Sen, Bajazetem. c Lipsius l. 2. Mon. Polit. cap. 5. Mon. 2. d Gen. in Haaviano VI. ex Iovio.

e Baronium ad an. 262.

Suevica Goldasti.

Suidas. V. Marcus, mibi pagina 587.

Cruciatu hujus mundi dicatur umbra & pictura.

Inferni autem cruciatu quæritur.

Sap. cap. 2. v. 8.

Isa. cap. 34. v. 9.

Apoc. c. 19. v. 20. 21. Mat. c. 13. v. 42. Job c. 10. v. 21. & 22.

Qua ratione avernalis Ætna mente concipienda.

Pyladem dixisses alterum. Querebar Pylades (sic nominemus) quomodo ante oculos animi que proponendus damnatorum carcer? Tum Orestes: Purem, inquit, rem hanc ita docendam. Demittatur quispiam Vere aut Autumno, frigidioris anni tempore, in profundam subterraneam foveam, ubi nec focus, nec mensa, nec lectus. Huic semel duntaxat de die frustillum mucidi ac ac panis faxei panis, cum pocillo seu caliculo foetentis aquae, submissis funis tenuissimam hanc annonam porrigat. Addatur tam opiparæ mensæ schedula, quæ hominem in imâ foveâ jacentem moneat, non aliud opus ab eo exigi, quam ut æternitatem dies noctesque perpetim meditetur. Ad quæ Pylades: Optimus, inquit, modus Æternitatem efficaciter cogitandi, eamque in animum penitissimum velut transfundendi. Et quæso, si non ingratum, hinc paulò liberaliùs de hoc tali homine philosophemur in rem nostram.

§. IV.

P Rincipio quidem huic homini, tres hebdomades tres omnino anni videbuntur: & tibi in auras emerferit, dirisima se passum dicit. Sed quæ illa tandem? Famem, sitim, frigus, defectum somni, & omnis solatii penuriam. Rem dicit. Sed videte, obsecro, quam tolerabilis ac mansuetus hic carcer sit, imò diata, seu, viridarium amicum, si cum æterni barathri custodiis conferatur. Nam ille ipse in eam scrobem dejectus homo, tantillum saltem alimenti ac potus habuit quo vivere liceret: Apud inferos nec cibus nec potus est.

Deinde hominem illum nemo irrisit, nemo illi insultavit, nemo flagris eum cecidit: Apud inferos hæc non quotidiana solum, sed assidua sunt.

Tertio, illi homini quiescere interdium, noctu dormire licuit; tamen si quies turbator, & somnus non nihil fuerit contractior: At verò apud inferos nullus somnus, quies nulla, nec unico quidem momento.

Quarto, hominis illius animi nulla discepit ægri-monia; absuit mæror, pavor, stupor, ejulatus, angor, horror, desperatio: Apud inferos hoc nullum omnibus, etiam nolentibus ingeritur.

Quinto, corpus omne illius hominis à cruciatibus immune fuit; nec alius eum morbus, quam fames, sitis, ac frigus infestavit: Apud inferos omnia & singula damnatorum membra torquentur; Animus undequaque afflictissimus in igne & semper vivit, & semper moritur. Omni morte acerbior est mors ista.

Sexto, ille in cavum subterraneum demissus, etsi procul voluptatibus fuerit, extra solem, sine sociis, extra convivia, sine lusu animique relaxatione, in spem tamen ingredi potuit redeundi ad solem, & ad socios & ad convivales epulas, & ad voluptates ceteras: At verò apud inferos spes penitissimè decollavit; spes omnis hic abscessa est, hic spei nihil est. Ad primum loci ingressum sciunt, nec ad solem, nec ad socios, nec ad ullam amplius voluptatem fore regressum. Conspectus Numinis, societas Angelorum, deliciae caelestes sic ereptæ sunt, ut eas recuperandi spes nulla, heu nulla sit, nec esse possit. Desperatio illic æterna domi suæ est, & damnatorum nemini parcat.

Videte Christiani, quam levi impendio, in Æternitatis notitiam venire liceat.

§. V.

Idem. Superior in scala cali.

E Divi Dominici familiâ vir eruditus narrat, quod jam dicta firmet. Homo jocular, & dicax scurræ, in viroꝝ nobilium corona, Ecclesiastæ verba, quæ co-mane audierat, ludo cavillari cogitaverat, & quo magis facietæ placerent, ut maximè ferus exorsus: Nostis, inquit, vos mei domini, quam ego vobiscum faciam in symposiis, conviviis, lulis, choreis tripudiis omnibus, fidelissimus comes ad omnem hilaritatem. Sed audite,

A obsecro, quid mihi nuper evenit. Plumis jacebam mersus, & ut somnum invitarem, cogitare mecum cœperam: Si jam alligeris hic, ut annis viginti aut triginta nec loco te movere possis, quid facias ad liberandum te? Quid si aliter libertas non detur, nisi eâ lege ut nuntium remittas & sociis, & omni comestationi. Ego verò, dicebam ipse mecum, Jovem lapidem jurabo (si sic opus) & ejurabo socios, symposia, convivia, lusus, choreas, tripudia omnia, modò meæ restituar libertati. Sed quid facias, oro, si sis in aulâ Ditis, non plumis sepultus, sed flammis, non compotorum medius, sed diabolorum, ubi veritum solari & colloqui, ubi aquæ guttula non minùs pretiosa, quam cella generosissimò Falerno plena. Ubi ingressus, qualis animantium ad leonem agrum, quorum omnia vestigia introrsum spectabant, nulla cernebantur redeuntium. Subire Orcum facilè, sed revocasse gradum quis unquam visus est? Tu ergo si hic sis, dic amabo, quid facias?

B Dixit, & hac oratione suâ ita subito mutatus est, ut videri potuerit minus Juliani Cæsaris Porphyrius, qui dum gesticulatur in theatro, & Christiana sacra imitatione mimicè iridet, repente seipsum exuens jamque alius Christianum se proclamavit constantissimè. Et verò etiam ut Christianus martyr gladium excepit fortiter. Ita res nata è joco. Nec aliter ille cavillator, in ferium convertit, quidquid per jocum dixerat. Ita sibi aliisque plurimum profuit.

Optima est hæc & minimè fallax ratiocinatio, à levi brevique molestiâ cruciatus æternos æstimare. In eam rem Hieronymus monet: *An putamus fratres, quod jocantur Hier. ad do propheta predicent, ridendo loquantur Apostoli, Christus in Pon. & fantilliter comminetur? loci non sunt, ubi supplicia intercedunt. Ocean.*

§. VI.

S Ed præter locum apud inferos omni genere cruciatuum infamem, est etiam societas omni modo detestabilis. Quemadmodum verò beatis cælitibus inexplacabilem asseret voluptatem, Orbis Servatorem Christum, beatissimam Christi matrem & discipulos, tot millia tòtque myriadas generosissimorum martyrum suis oculis aspicere, Angelorum choris medium esse: Sic & reprobis tormentum est horribile, societate tam execrabili æternùm liberari non posse. Quid sentias, si cogaris, dum sanus es, inter ulcerosos, morbosos, cadaverosos homines in eodem hypocausito noctes dieque agere, crua sanie taboque fluentia cernere, fætores ferre, lamenta eorum & complorationes varias audire, cum ille ingemiscit, hic queritatur, ille tussit, hic pæne pulmones ejicit, alius plorat, prope expirat alius. O qualis infernus est, dices, inter hos vivere? Sed, ò bone, quam hoc ad infernum nihil est! Balsamum est, quod fætorum vocas; Musica est, quod lamentationes dices; ludus est quod cruciatum appellas; paradisus est, quod infernum credis. Nam si grave ac molestum sit inter paucos versari quibus odio sis: quid ergo molestius, quid acerbius, quam illic esse ubi nemo alterum amat, ubi omnes alternis flagrant odiis?

Hi mores sunt in aulâ Sathanæ, omnes sic mutuis ardent odiis, ut alter alterum, si posset, dentibus lacera-ret. Nam hi ardenes incolæ & in aliis & in seipsis imaginem Dei extreme oderunt. Sicut enim Deum, sic quidquid est Dei, summo prosequuntur odio: at inter tales domesticos semper vivere, acerbissimum vitæ genus est. Et hic illud præci poetæ verissimum:

Nec possum tecum vivere, nec sine te.

Oculos verò potissimùm torquebit eorum præsentia, qui causa (quomodocunque demum) extiterunt condemnationis, seu parentes, sive uxor, sive liberi cognati, socii, familiares fuerint, quibus annuerandi & ipsi diaboli, qui à supremo judicio, tortores erunt hominum (è theologorum mente) ut sentiant eò præcipitari, torquebitur.

Societas Chriti & omnium sanctorum beatis cælitibus asseret voluptatem, Orbis Servatorem Christum, beatissimam Christi matrem & discipulos, tot millia tòtque myriadas generosissimorum martyrum suis oculis aspicere, Angelorum choris medium esse: Sic & reprobis tormentum est horribile, societate tam execrabili æternùm liberari non posse.

Mores autem Sathanæ. Mart. c. 12. ep. 47. Præsentia eorum, qui causa damnationis fuerunt oculis torquebitur.

pitati, quibus se dominis olim subjecerint. Ab hac societate nunquam posse liberari, gravius supplicium est quam in focam serpentibus plenam conijci, nec inde unquam educi; à colubris assidue morderi, nunquam emori.

Hæc societas minimè socialis, id facile à quovis impetret, ut pravas illas societates potantium, ludentium, pejerantium, obscena crepantium, vitia communicantium quam studiosissime fugiat, & quidquid mali exempli est caveat religiosissime. Nam in omni noxarum genere, cum primis cavendum, ne aliis malo exemplo simus. Proclamat Christus: *Ve Mundo à scandalis. Qui scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur molà asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris. Ve mundo à scandalis. Ve homini per quem scandalum venit.* Mali exempli noxæ (scandala vocamus)

Matt. c. 18. v. 6. & 7.

Ditis aulam longè ditissimam faciunt. Ergo, melius est ire ad domum luctus, quam ad domum convivii, in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, vivens cogitat quid futurum sit.

Ecl. c. 7. v. 3.

Unusquisque rem suam agat, idque mature. Omnis gens humana gemino ad Æternitatem ducitur ingressu, sed egressus inde nullus. Ingressus es in cælum? Securus esto, hinc nemo amplius exturbatur. Ingressus es in Orcum? Certissimus esto, nulla dabit egressum janua, nulla patebit vel rimula. Jam civis es; domicilium collocasti, sedem stabilem fixisti: hic habitabis æternum. Illud Ecclesiastæ nostri: *Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit.*

Ecl. c. 11. v. 3.

CAPUT IX.

Ocſtavum Æternitatis Tartaræ Tormentum DESPERATIO.

Lacedæmonii ne disciplinæ laborerent furcas, securus intentant,

Irabantur olim Thebani, Rempubliam Lacedæmoniorum adeo florere, cives in officio contineri, rara in eorum civitatibus vitia grassari. Miserunt ergo Philonium philosophū qui singula observaret curiosus arbiter, leges & quidquid civici juris esset, scripto ad se perferret. Philonius omnibus exactè observatis Thebas rediit, & ut publicè delegationis suæ munere responderet, horrificam suppellectilem per theatrum explicans, virgas, laqueos, tauras, flagra, fideulas, cataſtas, equileos, securas, rotas, cruces proposuit, & aliquamdiu altum siluit; demum in vocem erumpens: En, inquit, vel oculis spectate, ô cives Thebani, quid Laconum disciplinam fancia: Nemo apud ipsos vitiosus est impune. Sunt sua virtuti præmia, sunt & sua scelere supplicia, eaque feria. Hinc mores illorum nostris emendatiores.

Deus verò rogi semper arſurus, ne eadem laboratur, intentat.

Orbis legis lator Deus, sapientissimè munus suum administrans, ne disciplina labatur, non furcas, non securas, non rotas, sed gehennam, sed rogam semper arſurum intentat. Nihilominus (prò nefas hominum!) Orbis etiamnum in divinas leges audacissime delinquit: quid, oro, non aunderet, si Deus unius horulæ aut dieculæ supplicia, vel carceres anno bienniove tolerandos minaretur? At verò cum iis omnibus, qui divinas leges evertunt, Æternitatis carcer & immortale supplicium sit decretum, est quod vehementissime miremur, legiruparum innumeros etiamnum reperiri.

Pl. 13. v. 3.

Unde, obsecro, incredibilis hæc temeritas plurimorum: *Non est timor Dei ante oculos eorum.* Cùm mitissimus Deus non mox toties sua mittat fulmina, & ad inferos præcipitet, quoties peccant homines, ideo vitia incredibilem induunt impudentiam; hinc plurimi metu securi vivunt, leges perfringunt, & quæ datâ portâ ruunt in vitium. Spes falsa plurimos sensim ac blandè ducit in ipsum desperationis barathrum. *Desperatio Æternitatis*

8. Apud inferos tormentum.

luctuosissima octavam est supplicium, de quo hoc capite differendum.

§. I.

Spes omnium in hoc Orbe molestiarum, laborum, miseriarum admirabile lenimentum. Unguentum cam esse dixeris, quod omnes reficit lassitudines. Spes, duo præcipue spectat, & *Fructum & Finem.* Quidquid lacrymarum est, his velut spongis duabus facile siccat. Generosos Christi athletas, invictos martyres, plurima passos, plurimum tamen solabatur patientiæ Fructus. Idem solatii habent, quicunque bona agunt, ut Bernardus loquitur, & mala patiuntur.

Est qui prædium multis millibus philippeorum emat, dicatque ejus emptionis se minimè pœnitere, cùm omnes expensæ tempori, nec sine honesto fenore sint reditura. Hoc apud inferos omne supplicium vehementissime accendit, acerbissima quæque sine omni tamen emolumento pati. Apud nos lacrymula vel unica, modò feria gravissimas noxas delere potest: Apud inferos nec levissimam quidem culpam quancunque cruciatus expiant, sed nec aquæ guttam impetrant.

Quàm grave est paganæ ac paupertinæ plebi, cùm vecturæ, aliæque operæ gratuitæ imperantur. Durissimus scilicet labor est sine spe mercedis. Sic mancipia quæ suis dominis, nil sibi lucrantur, quidquid denique lucrentur, altero tantò graviorem putant laborem, cùm Fructus desit: restat tamen quod soletur *Finis*, Sic laborantibus peroptatò Mors intervenit. Sed hoc etiam negatum est illis captivis. *Querent mortem, & non invenient eam; & desiderabunt mori, & mors fugiet ab eis. Habebunt, inquit Augustinus, impii in cruciatibus vitam. Sed qui vivunt in tormentis, capiunt (si fieri possit) finire talem vitam, sed nemo dat eis interitum, ut nemo auferat cruciatum.* Pœnæ illic non tantum sine fine, sed recrudescentes perpetim & novæ. *Estuabunt, & omnis dolor irruet super eos.* Atque hinc furiosa desperatio, desperatio desperatissima. *Re-*

Irifconfulm. Angario-rum exhibitio.

Apoc. c. 9. v. 6. Aug. serm. 112.

Job c. 20. v. 22.

Etè præci: *Ultima omnium malorum dira desperatio est.*

Sunt qui desperent, sed semel dumtaxat, nam desperationem mors excipit. At in gehennâ, uno die, imò vel horâ unâ milles desperant, imò verò continua est eorum desperatio, velut febris hectica, febris continua. Quidquid cogitant damnati, rabida desperatio est. Seipſos, modò possent, fuisset dentibus discerperent; per omnia membra cultros immergerent, mortem patulis ulnis ad se traherent; *sed mors fugiet ab eis.*

§. II.

Qui adversis casibus succumbunt spe destituti, ad aquas currunt, aut ferrum in se condunt, aut sibi laqueum induunt, aut venenum hauriunt, aut per præcipitia ruunt, ut simul & vitæ, & mali, ut putant, finem inveniant: In Orco nec vitæ, nec malorum, nec mortis ullus finis inveniri potest. Non hic aquæ, non ferrum, non laqueus, non venenum, non præcipitia sunt ut extinguant, hæc tamén illic omnia sunt ut torqueant: simul hic desperatio assidua, interminata. In hanc potissimum conijcit supremum judicis decretum: *Discedite à me maledicti, in ignem æternum.* Hic nulla causæ repetitio, nulla sententiæ revocatio, retractatio nulla est speranda. Hoc ultimum & irrevocabile decretum Augustinus *Incommutabilitatem divinæ sententiæ* rectè nominat.

In Orco nullus malorum finis inveniri potest.

Tom. 4. l. 2. Evang. 93. q. 37. mibi pag. 351. Apoc. c. 10. v. 6.

Angelus à Joanne visus jurabat *per viventem in facula factorum, quia tempus non erit amplius.* Sed erit æternitas & remuneratio eorum quæ gesta in tempore. Hoc Angeli immutabile jus jurandum, hanc Domini factalem sententiam damnati omnes tam certâ fide aurium percipient, ut hæc verborum procella, hoc tonitru horribilissi-

ribilissimum, in auribus eorum, prepetuis fragoribus A
insonet: In ignem æternum, In ignem æternum, In
æternum, heu, in æternum ignem. Horum verborum
nec syllabula quidem audientes fallit. Hęc damnati aud-
dient & capient nos audimus, sed non capimus.

Sedes Bea-
torum
omnium
gaudio-
rum com-
pendium:
Sedes infe-
rorum epi-
tome om-
nium do-
lorum.

Quemadmodum verò sedes beatorum, complexus
ac compendium est omnium gaudiorum; ita sedes in-
ferorum, epitome ac summariū est omnium dolo-
rum. Quidquid uspiam acerbū, horri-
ficū est, apud inferos sentitur, quidquid uspiam amœ-
nitatis, deliciarum, gaudii, voluptatis est, apud superos
plenissimè percipitur.

In Orbe nostro nullum est tam grande malum, cui
non sum etiam sit pharmacū. Omnis ægritonia le-
nissimè aliquid habere potest si velit. Solatium præ-
bet nunc ratio, nunc somnus; nunc mensa, nunc collo-
quia, nunc ipsum tempus; modò amici, modò
cognati, modò alii similia experti, demum ipsa spes
finis afflicto plurimum refrigerationis affundit. At ve-
rò in regione Plutonis portæ omnes occlusæ sunt solati-
tiis, omnes hęc aditus vel minimis levamentis sunt in-
tercepti. Nihil auxilii, solarii nihil nec è cælo, nec è ter-
râ; nec à rebus præsentibus, nec à futuris, nec à præteri-
tis sperandum. Quocunque oculos vertunt, Æternæ
mortis spicula in se torquent cernunt. Undique luctus
& angustia; undique mœror & dolor, undique & un-
dique cruciatus innumerī. Verè *Circumdederunt eos dolo-
res mortis, & angores desperationis. Verè, Tribulationem
& dolorem invenerunt, & ideo nomen Domini maledi-
ctis assiduis incessunt.*

Psal. 114.
v. 3.

§. III.

Quid de-
speratio-
nem auge-
bit.

Hanc sceleratorum desperationem incredibiliter
augebit, certò scire, tot ac tantis suppliciis nec
minimam quidem labeculam & culpam expiari posse.
Tam enim letalis noxæ venenata vis est, ut etiam mi-
nora ac leviora piacula, capitali tamen crimini conjun-
cta puniantur æternū. Exempli gratia: Sunt quoti-
dianæ sordes, otiosa dicta, supervacua risus, copiosior
cibus, incautus oculus, remissior in precando animus.
Hęc talia, dum vivimus, non difficulter expiamus. Bo-
lus unicus genio subtractus, gemitus aut suspirium uni-
cum, levis patientia, facilis seu manus sive oculi conti-
nentia minores ejusmodi nævos eluit. Si verò morti-
ferum facinus noxæ minimæ in Orco junctum sit,
utrumque vindicabitur æternitate totâ. Atque hoc de-
sperationis grande incrementum est.

Verè Deus in hoc Orbe mitissimâ & parcente dextrâ
castigat, in alterò plumbeam ferreamque manū ad
feriendum extendit, nec revocat extantam.

Porrò hæc desperatio è spe nascitur, sed nimia, quam
Præsumptionem dicimus. Huic fugiendæ Siracides mo-
net: *Ne dixeris, peccavi, & quid mihi accidit triste? Altissimus
enim est patiens redditor. De propitiato peccato noli esse sine
metu, neque adjuvans peccatum: Et ne dicas, Misericordia Domini
v. 4. & seq. magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Non
tarde converti ad Dominum, & ne differas de die in diem;
subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disper-
det te.*

Ex præ-
sumptione
nascitur
desperatio.
Ecc. 1. 5.
v. 4. & seq.

Greg. in l.
1. Reg. 43.

Optimè Gregorius: *De omnipotentis Dei misericordiâ
ordinatè confidit, qui hoc quod peccando deliquit, poenitendo (&
non repetendo) corrigit. Quisquis aliter, non spe, sed tem-
eritate impellitur.*

§. IV.

CReditibile profusè est, vix ullum Christiani sangui-
nis ad Erebum detruđi, qui non, dum viveret,
protractus vitæ spaciū sperarit, arbitratu mortem
multò ferius ad se accessuram. Ex hac tam fallaci spe, de-
speratio demum nascitur æterna.

Nec illud minùs credibile inter illos desperatissimos

captivos vix ullum esse, qui dum superesset, non sapius
occultè desperarit hoc modo: En, actum ago; nunquam
alios mores induam: assueta relinquere nimis durū est;
nihil proficiunt conatus mei; frustra sum sanctior non
ero, nisi ad Calendas Græcas. Sic igitur pergamus, &
fruemur bonis, quæ sunt. Mors properat; ibimus brevè, ibi-
mus omnes. Vale dicamus ergo maturis gaudiis, & abi-
tum nostrum voluptate celebremus. Hoc revera despe-
rare est.

Obsecro vos, Christiani, per vos, perque salutem ve-
stram, perque Domini mortem, hunc modò scopulum
vitæ: naufragium certum est, si navis huc allidatur.
Dum vita est, nunquam sera nimis emendatio est. In vi-
tia millies prolapsi sumus? Respicendo millies surga-
mus. Nunquam serum est, velle sanctiorem fieri. Quo-
vis die, vel quavis etiam horâ, pro se quisque dicat cum
psalte regio: *Dixi, Nunc capi.*

Emenda-
tio nun-
quam sera.
Psal. 76.
v. 11.

Quisquis ad eam redigitur imbecillitatem, ut nec
conari amplius, nec sui ipsius emendationem urgere ve-
lit, sed habenas laxet naturæ quocunque anhelanti, is
demum in omne vitiorum genus prolabetur. Hunc ju-
re suo vocabimus *Desperatum*, cui venale cælum est, cui
gehenna tolerabilis carcer videtur, qui nihil minùs cogi-
tat quàm Æternitatem, homo perditus.

Verissimè dixit Bernardus: *Desperatio sibi omnem ma-
litiæ consummationem vendicat.* Desperationi plurimum
facit ignorantia Dei. Est qui respicere cogitet, & ho-
minem Christianum agere, si autem quam bonus sit
Deus, ignoret; sua ei cogitatio dicit: *Quid facis? Et vi-
tam istam vis perdere, & futurâ? Peccata tua & multa
nimis, & gravia sunt: Pellem exue, nec tamen satisfac-
ies. Delicatè hætenus vixisti, jam subitò mutas? Con-
suetudinem non vinces; quidquid agas, in eadem at-
que eadem recides. Permite hæc igitur suis ire passi-
bus.*

Bern. serm.
37. in Cant.
post pasch.

Ita miser in voraginem sensim abducitur. Bernardo
teste, *Porta inferi cæca desperatio.*

Bern. in
serm. mibi
pag. 497.

§. V.

IN nostris carceribus reos reperias tam projectæ vitæ
homines, ut in ipso carceris loco (quod ipse meis ocu-
lis vidi) furcas & patibula parieti appingant, tanquam
sibi gratulentur de futuro sepulchro tam sublimi. His
scilicet patibulum jocus est. Néc defuerunt ex eadem
nebulonum tribu, qui, dum socii detollerentur in fur-
cam, ipsi sub furcâ præciderent plurium crumenam, non
non tam spectatores quàm actores. Simillimè profusus
nos agimus (sit venia dicto) & Æternitatis aleam in-
genti temeritate teutamus.

In carcere sumus, incerti quo die, quâ horâ producē-
di ad supplicium sumus. Nos interim ridemus & joca-
mur; nil metuimus, nugamur, fabulamur, tempus perdi-
mus, deliciamur. De gehennâ differentes quidē audimus,
aut ipsi de eâ disserimus, sed sine sensu, perinde si hæc
nihil ad nos. Quotidiana & sæpe immatura specta-
mus funera, vix tamen, nos etiam morituros, cogita-
mus. Æternitatis nobis identidem inculcatur. Quis mo-
vetur, aut quam diu hic motus durat? Calamitates Or-
bis, justa delinquentium supplicia cernimus, nec resi-
piscimus, atque ita sub ipso patibulo animosè delinqui-
mus. Hoc sanè tacita est desperatio, & ad furibundam
illam ac æternam planissima via.

Miles Romæ, quod beatus Gregorius narrat, acceptâ
letali plagâ, aliquanto tempore in mortuum jacuit. Sed
ubi ad se rediit, tanquam redivivus, quæ in Orbe alio vi-
disset, recensuit hunc in modum: Ad amœnissima præ-
pons extensior ducebat. Pontem subtermeabat flu-
vius teterrimi fœtoris nebulam exhalans. Ponte trans-
misso primæ amœnitatis viridaria, & in iis non exiguus
candidatorum numerus occurrebat. Locus hic om-
nium gratiarum, longè gratissimos è floribus odores il-
lic am-

Greg. l. 4.
dist. 36.

lic ambulantes afflabat. Domicilia hinc complura elegantissimè structa. Huc per pontem evadere conabantur plurimi, sed irritò conatu. Nam quisquis minùs religiosè vixisset, pontem superare nequaquam poterat: soli transibant integri morum, scelerisque puri; qui verò vitam sceleribus inquinassent, in fœdissimum illud flumen præcipites abibant.

Dum in vitâ sumus, extra hunc pontem ambulamus, spe pleni. Nunquam tam turbidum est mare, nec cælum inquam tam ferreum & inexorabile, quin speremus meliora. Remedium denique malorum omnia est finis. At verò qui de ponte jam excussi sunt, jamque pleno ore Cocytum bibunt, spe omni destituti sunt. Nimirum ubi spei finis, illic desperationis est initium, sed sine fine. In Eumenidum regno meta merissima desperatio est. Procul illinc, procul jam pridem spes omnis exulat. Quidquid eò præcipitati cernunt, audiunt, intelligunt, desperationis plenissimum est. Æternus dolor, æternus luctus, æterna mors. Fine scilicet, malorum omnium remedio carent.

§. V I.

Igitur, ô damnati, æquissimus judex congregavit super vos mala, & sagittas suas complevit in vobis. Insanabilis est fractura vestra, pessima plaga vestra, plaga inimici percussus estis, castigatione crudeli. Insanabilis est dolor vester, propter multitudinem iniquitatis vestrae.

Quæsitivè olim ex vate Hieremiâ Deus: Quid tu vides Hieremia? Cui vates: Virgami vigilantem ego video. At Dominus secundum: Quid tu vides? Ad quæ Hieremias: Ollam, inquit, succensam ego video. Nostræ omnes, dum vivimus, pœnæ, quid nisi virgæ sunt minimè atroces & fœvæ? His optimi quique filiorum castigantur, & gratias agunt ob tam mite supplicium.

Hebræus rex David: Virga, inquit, tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Virga directionis, virga regni tui. Quamvis enim seu baculo seu virgâ hac feriamur, non ideo miseri sumus censendi. Hæc verbera indicium amoris, hæc vulnera principum sanitatis sunt. Olla verò illa succensa, non directionis aut solatii, sed perditionis, sed exitii, sed desperationis est. Hanc ira metuamus, ut eam caveamus. Mature jam descendendum, quâ ratione tam temeritas seu Præsumptio, quàm diffidentia & desperatio declinanda.

Deus velut gigas ingentia duo brachia diducit, Justitiam & Misericordiam: utrumque porrigit volenti. Qui solam apprehendit Misericordiam, Temeritati ac præsumptioni se exponit; qui solam complectitur Justitiam, in diffidentiam pronus ac desperationem abit. Certè Deus grandia statuit Justitiæ suæ documenta in hoc alteròque Orbe, qui hæc sola considerat, è facili desperat: qui sola cogitat Misericordiæ invitamenta, plus æquo sperat. Medium tenuere beati. Inter misericordiam & Justitiam medium tutissimum ibis. Hoc omnes sacræ paginæ proclamant: *Universæ viæ Domini misericordia & Veritas.*

Hoc geminum Dei brachium assidue contemplatus David: *Misericordiam, inquit, & judicium cantabo tibi Domine.* Ita proflus, ita duos inter patieres istos Justitiam & Misericordiam transeundum: sic nimiam spem, sic & desperationem evitabimus. Utrumque viciosum, & nihil, & nimium sperare. Utrumque tamen, dum vita est, medicinam patitur. Avernalis desperatio immedicabilis est & æterna.

C A P U T X.

Æ T E R N I T A S

Piorum juge suspitium.

S Olymæus rex Salomon, idemque sacer scriptor Ecclesiastes, variè quamvis rectè, Æternitatis inexpli-

A cabilem circulum describens: *Generatio, inquit, præterit, & generatio advenit, terra autem in æternum stat. Oritur sol, & occidit, & ad locum suum revertitur. Lastrans universa pergit spiritus, & in circulos suos revertitur. Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat.* Ita proflus in Avernalem Æternitatem omnia pœnarum ac suppliciorum genera perinde ut flumina corrivantur, ipsa tamen Æternitas, velut immensissimus Oceanus, sibi semper simillima, non extensior, sed nec contraxior fit, immutabilis semper & infinita.

Ubi in hæc sæculorum voragine centena sæcula fuerint absorpta, alia centena absorbebunt; his pariter absorptis, alia atque alia, iterumque alia centena sæcula, in eandem voraginem descendunt, idque sine ullo sæculorum termino. Nam ubi grex damnatorum tot sæculis gehennam habitaverit, ut ab omni retro æternitate in flammis se fuisse arbitretur, nihil tamen Æternitatis, nec punctulum quidem præterisse dicendum est. Æternitas post tot sæculorum tractus, nec quadrate quidem unico decrevit; tota semper simul est. Post evoluta millic millena sæcula, Æternitatis circulus æquè amplus adhuc & torus, æquè inextricabilis est.

Hoc nonum atque summum, hoc ineffabile, hoc incomprehensibile in Dei carcere supplicium est. Et quandoquidem æternitas vivorum etiam cogitationibus interest, eam triplici hoc discrimine assignamus. Æternitas piorum juge suspitium: Æternitas impiorum formidabile somnium: Æternitas damnatorum immortale supplicium est.

De triplici hac differentiâ differendum. Et de primo quidem ejus membro, scilicet Æternitatem piorum juge suspitium esse, hoc caput decimum loquetur.

§. I.

Divina è cælo sponsa humanitatem sui sponsi commendans: *Lava ejus, inquit, sub capite meo, & dextera Cant. cap. 2. illius amplexabitur me.* Mysterium hinc tegitur, quod evol- vendum. In lavâ sponsi honores, opes, rerumque abundantia; in dextera verò longitudo dierum, seu, Æternitas est. Hic sponsa velut prudenter, & sponse cæca: *Leviam, inquit, non video, nam capite eam premo; ita res fluxas, & quidquid honorum ac opum est, non curo. Dextram, quâ me complexurus, aspicio, sed nondum attingo: Quidquid mihi oculorum domi est, in æternitate defixum habeo, æterna curo. Quia verò beatorum æternitatem nondum obtinui, hoc mihi nihilominus promitto: Amplexabitur me. Æternitas dilata cruciat. Nam, Salomone teste, spes quæ differtur, affligit animam. Prov. c. 13. Æternitas piorum juge suspitium.*

Bonifacius Romanus civis, aliquanto tempore cum Aglaë marronâ nobili consueverat. Ejus rei Bonifacium adeo pœnituit, ut hoc unum agere cœperit, maculam istam eluere, quâcunque vel arduâ virtute. Hinc fortunatum & capitis etiam periculum neglexit, ad martyrum carceres revisit, catenas osculatus, vinctos ad constantiam exhortatus, extremo supplicio affectos sepelivit. His studiis intentus, Tarsum peregrinatus est, quo loco idem obsequii Christianis athleticis præstitit. Assidua ipsius adhortatio erat: Supplicia constanter ferrent; Brevem esse laborem, præmium fore sempiternum. His ille vocibus, & alios & seipsum, ad mortem animosè subeundam mirificè accendit. In his pietatis officiis comprehensus, & ferreis unguis laceratus est; acuti è ferro calami carnem inter & unguis infixi, liquidum plumbum in os infusum. In his ille tormentis constantissimè durare, brevem laborem, præmium sempiternum verè credere, suam sibi exhortationem occinere, illudque sæpius ingeminare: *Gratias tibi ago, Domine Jesu; & ita gloriosissimè finit. Æternitas piorum juge suspitium.*

Dant. c. 32. vers. 23. Hier. c. 30. vers. 12. 14. & 15.

Hier. cap. 1. v. 11. & 13.

Psal. 22. vers. 4. Psal. 44. vers. 7. Virga indicium amoris: Olla succensa desperatio nis.

Justitia & misericordia brachia Dei.

Psal. 24. vers. 10.

Psal. 100. vers. 1.

In avernalem æternitatem omnia pœnarum genera corrivantur.

Seu mille anni.

Æternitas pœnarum nonum esse apud inferos supplicium.

Cant. cap. 2. vers. 6. Ita hoc explicat Paulus de Paulatio.

Prov. c. 13. vers. 12.

§. II.

A

§. III.

FRanciscus Assisus, ævi sui gemma, ex oculis laborare cœperat ob juges lacrymas. Cùmque ei à pluribus suaderetur, à fletu tam crebro abstinere; altum ille suspirans dixit: Ob amorem lûminis, quod nobis commune cum muscis, æternæ lucis radios nequaquam excludendos censet. Idem interrogatus, qui levitiem hie-mis amictu tam tenui arceret? Si flamma, inquit, æternæ patriæ calefceremus, facilè nos ab hoc frigore tueremur. Franciscus vita hæc in patientiâ, æternitas in desiderio fuit.

Matth. c. 10. vers. 28. Dominus JESVS, ut doceret suos, æternitatem jugi suspirio desiderandam esse: Nolite, inquit, timere eos qui occidunt corpus.

Occultum sed artificiosissimum argumentum: Hanc ob causam, ait, non timere, quia occidunt. Si quem in igne similive supplicio detinere possent non occidendo, jure timerentur. At jam quo plus torquent, hoc citius extorquent animam; ubi gravior cruciatur, ibi celerior finis. Non est ergo quoddam metuatis, qui corpus jugulare non nisi semel possunt, quod sæpe plaga sit unica. Eum meruite qui plagas etiam letales iterat assidue, & semper occidendo nunquam occidit.

En antitheses divinissimi oratoris è cælo: Mortis brevissimæ metus, mortis æternæ metu superandus est. Vult ergo Dominus probè intelligi animos hominum esse immortales, solius Dei arbitrio subiectos; corpora verò in vitam revocanda ad præmium, vel supplicium æternum.

En quàm artificiosâ verborum brevitate Christus maxima complexus sit mysteria, immortalitatem animi, reditum à morte ad vitam, tam præmiotû quàm suppliciorum æternitatem. Æternitas piorum juge suspirium.

Hoc repetendum videtur, quod in prima Æternitatis editione omissem. In aliis editionibus mentio hujus sit Consi. 7. §. 2. De Thoma Moro Sandorri l. 1. Schif. Angli. & Stapleton. in vita Mori c. 16. Sed iniquo.

Thomas Morus vir undequaque exactissimus in vinculis erat ipsi minime ignominiosis, sed quæ sanctitatem ipsius testarentur Orbi. Hujus viri uxor in carcere penetravit flectendo marito. Sed frustra. Duplicem illa masculo pectori arietem admovit; precibus & lacrymis suam peroravit causam, illudque unice ac per totam fidem rogavit maritum; Vellet diutius vivere. Ego quid ego, ajebat, quid liberi, quid cognati, quid familia omnis adeo peccavimus, ut te, marite mi, tam citò perdamus? Nostrum omnium vita tuo stat capite. Ego quidem centies mori malim, quàm extincto te superesse. Quapropter, mi More assentire regio decreto, * & annos plurimos tuæ nostrumque omnium vitæ adjecisti. An adeo exosam habes hanc lucis usuram, ut obstinatè pertendas mori! Veniet mors sui non ignara temporis: quid illam ultro accersimus, velut nostri oblitam? Ut plurimis tuorum parcas, parce tibi, & quod optimum ætatis tuæ erit, ne sperne. Nil ambigo; complures tibi annos optimus Deus indulgebis, modò tu ipse tibi non invides vitam.

Audiit hæc Morus patienti silentio. Ac ubi finit conjunx: Et quot ergo annis, inquit, me superstitem futurum censet, ò mea Aloysia? Cui illa promptè: O mi optime marite, ait, ipsis facilè viginti annis & amplius. Ad quæ subjungens Morus: Hoc igitur agis, inquit, ut æternitatem totam vicenis annis commutem: nax tu scrutaria fores imperitissima, nobilissimas merces triobolo venditura. Si viginti annorum millia dixisses, videri posses non imprudenter furere. Sed hæc ipsa viginti vel triginta millia annorum, quid oro sunt ad æternitatem? Punctulum, famus, umbra, momentum, nihilum. Hanc ob causam ego vincula, & omnes vitæ calamitates lætus perpetiar, quamdiu Deo visum, modò mihi salvum sit Æternitatis præmium. Illius jacturam vel minimam fecisse, est, omnia perdidisse. Dixit, & verba generosâ morte firmavit.

Ioannes Godesfridus, inter præfules sidus clarissimum, Herbipolenis Pontifex tantò majoris, quanto tectioris sanctitatis: Hic, inquam, antistes dictum jecit auro & cedro exarandum: *Omni momento*, ajebat, *ad ostium æternitatis sto*. Hinc in omni ædium suarum conclavi craniâ, calvas, mortuorum ossa tum picta, tum argilla, vel ligno ficta disponi jussit, ne æternitatis unquam oblivisceretur. In ejus exequiis Latina funebris oratio, plurima in eo jure merito commendavit, illud singulariter: Adeo illum æternitatis perpetuè cogitandæ studiosum fuisse, ut libellum de Æternitate non obiter, sed presso vestigio ter pellegerit. Hic fervere opus necesse est, ubi tam recens semper æternitatis calet memoria. Hic optimorum semper quorumcûque animus erat, æternitatem dies & noctes secretâ æstimatione pensare.

Non omittendum hic illud, quor certâ fide constat. Vir religiosus & sacerdos, omni litteraturâ excultissimus, tam ardente studio ferebatur æternitatis in animum quàm altissimè demittendæ, ut libellum de Æternitate sepius cum curâ evolverit, sæpius id factururus, ni eum mors maturior ad æternitatem citasset.

Pachomius suos prolixè exhortatus; hunc demum epilogum atroxens: Ante omnia, inquit, præ oculis habeamus ultimum diem, & momentis singulis æternorum dolorum supplicia formidemus.

Norat profectò, vir iste sanctus, quo aditu quærenda virtus. Æternitas piorum juge, sed & triste nonnunquam suspirium. Cùm enim duplex nobis imminet, beata & luctuosa æternitas, nec ullo chirographo certi beatitudinis sumus, non mirum formidinis aliquid & horroris tunc magis sentiri ab iis, qui jam viciniore eunt æternitati. Deinde, licet spe sumus maximâ cælestis æternitatis obtinendæ, quia tamen hanc necdum obtinemus, hoc ipso non sine dolore suspiramus. Tanti boni dilatio gemitus exciit & lacrymas.

Hermingildus rex (cujus supra mentionem fecimus) *Alit, Ermit. gildus.* Levigildi Visigothorum regis filius, Arriano dogmate repudiato ad Catholica mysteria se vertit, animòque tulit æquissimo sui parentis injurias, qui necem filio minabatur, nisi denuo Catholica sacra desereret. Cui filius generosissimè: Poteris, ajebat, in me statuere, Pater, quod lubet. Regno privas? Sed perituro tantum: immortale illud eripere non potes. In vincula me rapis? At cælum certè patet; ibimus illuc, ibimus. Vitam eripis? Restat melior & æterna. Vox rege dignissima. Non est dispendium, sed lucrum, æternis bona caduca commutare. Æternitas piorum juge suspirium.

§. I V.

Dixerat olim Iezonias Ezechieli: *Fili hominis, hi sunt Ezech. c. 11. viri, qui cogitant iniquitatem, & tractant consilium pessimum in urbe istâ, dicentes: Nonne dudum edificata sunt domus & hæc est lebes, nos autem carnes. Idcirco vaticinare fili hominis. Putabant homines scelerati, se in civitate suâ suisque delictis, perinde ut carnes esse in lebere, à nullo facile extrahendas. Bene nobis est, ajebant, urbs nostra & domus nostræ defendunt nos, tuti sumus: nihil in nos hostes poterunt. His ipsis rigidè vaticinatus, & vices Numinis sanctus Ezechiel: Ejiciam vos, inquit, de medio lebetis, dabòque vos in manus hostium, & faciam in vobis judicium. Gladio cadetis.*

Sic & illis profusus evenit, quibus mortalis hæc vita tantopere sapit. Carnes se putant esse in lebere; bene illis est, vestitum mollem, opiparam mensam, crebras voluptates pro cælo numerant; Æternitatem quam non cogitant, eam nec etiam desiderant, lebere suo contenti. Sinamus hos furere. Brevi aliter erit. Ejicientur, gladio cadent, in lebetes alios abripiuntur, lixandi & affandi æternum. Interea temporis, dum hilare momentum carpunt

P. Hermingildus Hingus, qui vis de siderio, & Bredam. Obj. n. m. & c. v. p. 11. demum in car. v. mortuus.

Ibid. v. 9. & 10.

carpunt impii, bonæ mentis homines sursum eniuntur, velut adeps in ollâ bulliente summum petit, carnibus in imo residentibus. Hanc optimam pinguedinem Mundus velut sedulus, sed stultus cocus, ollâ ejicit perinde ut spumam; tanquam purgamenta hujus mundi sunt optimi quique. Sed hæc pari jucundum illis est: prædulci Æternitatis beatissimæ amore jam inescati sunt. Æternitas piorum juge suspirium.

1. Cor. c. 4. vers. 13.

Ex Israël's populo nonnulli magnis desideris æstuant terræ fertilioris contingendæ. Sordere illis ceperant egemus tot annis habitata. Maximè verò cum uberimæ regionis delicias, ficus dulcissimas, mala granata optima, & ingentis uvæ molem suis ipsi oculis spectarent, potiundæ terræ cupiditate accensi: Quid facimus, Num. c. 13. vers. 31. ajuunt, ascendamus & possideamus Terram, quoniam poterimus obtinere eam.

Num. c. 13. vers. 31.

Hæc piorum quotidiana voces sunt: Quid hic agimus inter funera, quid fluxarum rerum momentis carptim pascimur? Ascendamus & possideamus terram fertilioris æternæ. Augustinus hæc ipsâ cupiditate flagrans, lib. 3. de lib. arb. cap. 25. & ult. mihi dicit lucis æternæ, ut etiam si non liceret amplius in eâ manere, quam unius diei morâ, propter hoc solum innumerabiles anni hujus vitæ, pleni delictis & circumfluencia temporalium bonorum rectè meritorique contemnerentur. Non enim falso aut pravo affectu dictum est: Quoniam melior est dies unus in atriis tuis super millia. Æternitas piorum juge suspirium.

Aug. tom. 1. lib. 3. de lib. arb. cap. 25. & ult. mihi pag. 299.

Psal. 83. vers. 11.

§. V.

Augustus Imp. quid sibi decesser explicare non scivit.

Augustus Imperator, Orbis monarcha noctes subinde traxit infomnes. Ætatem habebat opulentiorum, Orbem tributarium, Provincias paratas, domi forisque pleraque omnia secunda & prospera. Nihilominus sensit deesse aliquid; quidnam deesset, explicare non scivit. Optimus quisque Christiani sanguinis, quid sibi desit, distinctissimè novit, & hoc est quod ingemiscit, hoc ei quandoque somnum avertit: Omnia licet possideat, nihil se habere putat, dum beatissimam æternitatem non possidet. Quæcunque cetera in vili habet, modò æternitatis in cælo composit fiat. Hoc votis & studiis omnibus, hoc animo cupit. Æternitas piorum suspirium.

Christiana si æternitatem non possideat nihil se habere putat.

Quid obsecro sensus fuerit vati Hebræo Jonæ, cum vivus in immani cæto, velut in ambulante ac volubili carcere latitaret? Momentis pænæ singulis sibi ipse videbatur mori. Imò prius sepultus quam mortuus, eundem piscem, & carcerem, & carnicem suum expertus est. Navigio vivo inclusus, millies naufragatus est. Hinc è ventre ceti velut ab inferis exclamans: Et projecisti me, inquit, in profundum in corde maris, & flumen circumdedit me; omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transferunt. Circumdederunt me aque usque ad animam; abyssus vallavit me, pelagus operuit caput meum. Ad extrema montium descendis, terra vinctes concluderunt me in æternum.

Jona cap. 2. v. 4. & seq.

Quàm ardens hujus viri desiderium fuit, ex hoc ergastulo evadendi? Hoc unum utique versabat animo: Modò extra hanc belluam sim, modò in secco litore stem, modò, ah modò ex hoc volatili sepulchro in auras liceat emergere: Quæcunque vovi, reddam pro salute Domino. Non aliter æternitatem anhclant pii. Dum vivunt, cum fluctibus luctantur. Idcirco hoc unum effictim desiderant, esse in portu. Æternitas piorum juge suspirium.

Id. v. 10.

Catholici ritus est, diebus pœnitentiæ dictis, Hebræam vocem gaudii nuntiam Alleluja, sacris cantionibus non miscere, testando luctui; ejus loco audire est vocales illas, In æternum, in æternum. Hunc cantandi morem obsecro discamus, & istud nobis ipsi assidue occinamus: In æternum, in æternum, in æternum. Tunc autem maximè hæc cantio iteranda, cum carni lascivire libuerit, & viam ingrediti latam ac voluptuariam. Hic carmen

Tom. I.

A illud maximarum virium identidem ingeminandum: In æternum, in æternum, in æternum ardebunt impii, in æternum gaudebunt Numinis amici. Et uti nullus gaudiorum, sic nullus suppliciorum finis erit.

Augustinus occasione natâ: Hæc ego, inquit, mihi ipse canto quotidie, imitemur; & pro se quisque dicat: Hæc ego mihi ipse canto assidue: Non incendium Trojæ, sed Gehennæ; gyros æternitatis inextricabiles, infinitos contemplatione quotidianâ expendo. Hæc cantemus, Christiani, hæc cogitemus. Post triste Cinerum tempus, lætissimum sequetur Pascha Suaviores modulos celestis Hierusalem suggeret, per vicos ejus cantabitur Halleluja.

Aug. tom. 2. epist. 64.

Tob. cap. 13. vers. 22.

C A P V T X I.

Æ T E R N I T A S

Sceleratorum formidabile somnium.

P Riscæ sapientiæ antistes Bion dicere solebat: Viam ad inferos planissimam profectò, facillimam & tritissimam, ac prorsus inoffensam esse necesse est, cum illuc plerique omnes clausi erant oculis. Ipsissimam veritatem, mi Bion, & oracula loqueris; sic est omnino. Facilis descensus Averni, facillimus; itur eò ac curritur, clausis & compressis oculis. Imò sunt qui dormientes ac somniantes ambulent, ab hac tamen viâ non aberrent: Evertunt sensum suum, & declinant oculos suos, ut non videant cælum. Hi sanè dum iter faciunt dormiendo, æternitatem subinde cogitant, sed somniant. Atqui formidabile somnium est. Idcirco illi hoc excutere conantur: Perinde ut ii faciunt, quibus mæsta species per somnum oblata est, eam proximæ diei hilaritate moliantur expellere, mæstumque somnium symposio læto digerunt. Non aliter impii, è quibus sunt, qui dicant: Ubi hæc viderimus, credemus. Ita cæci eunt; vix unquam sibi vigilanc; Æternitatem raro, nec nisi obiter cogitant, aut potius somniant, atque sic in Orbem alterum migrant. Æternitas impiorum formidabile somnium. Quod jam explicatius trademus.

Via ad inferos facilissima.

Dan. cap. 13. vers. 9.

§. I.

Æternitatem aliquibus somnium esse diximus, sed terrificum: Quis enim adeo in saxum obtriguit, ut ei Æternitas vel per quietem visa terrorem non incutiat? At verò, quia hæc talia ut somnium habent, idcirco ea non capiunt, non estimant, cum animo suo non volunt, non suis hæc momentis ponderant. Hinc ista oblivione celeri sepeliunt. Hos Siraides notans: Somnia, inquit, malè facientium vanitas est.

Æternitas aliquibus est somnium.

Ecclesi. c. 34. vers. 5.

Die quo Christus erucifixus in vitam rediit, piæ aliquot matronæ, ad Domini conditorium exierunt, mortuum uncturæ: at ubi cum candidari cælestes vivere ajebant, regressæ à conditorio, omnia quæ vidissent & audissent, ut lætum nuntium ad Apostolos pertulerunt: Ecce visa sunt, inquit Lucas, ante illos sicut deliramentum verba ista, & non crediderunt illis.

Luc. cap. 24. vers. 11.

Hic simillimum fit. Nunquid enim æternitas & crebrò satis, & apertè satis, satique distinctè concionibus, picturis, exhortationibus, colloquiis, libris, & attribus & oculis ingeritur? Sed quò effectu? Videntur hæc ante multos sicut deliramentum, aut somnium. Timent aliquantulum, sed cum somnio desinit & timor.

Vates Hebræus Jonas, divina jussa fugitans commisit se mari. Orta tempestate horribili, nautæ de vicino periculo trepidi Deum suum invocant, & allevandò navigio, quidquid vixerunt oneris, exturbant in mare. At Jonas ad ima navis descendit, & periculorum securus, dormiebat sopore gravi. Hic gubernator hominem accedens, & è somno expergefaciens: Quid tu, inquit, sopore deprimeris? Surge, invoca Deum tuum, si forte recogiter de nobis, & non pereamus. Mox inito consilio fors ducta,

Jona cap. 2. v. 5. & 6.

& Jonas sortito ejectus est in undas, salvis ceteris, qui sua egerant in mare.

Dum vivimus in navi vulnerata, & rimosâ, in mari turbido, & furioso degimus, tam autem vicini sumus Aeternitati, quam navigantes mari: tribus à morte digitis distamus, saepe non toridem; uno sit halitus quod tota non eluat aeternitas. Periculi monemur saepius. Est non nemo qui dicat: Quid tu sopore deprimeris, surge, invoca Deum. Cui salus cordi est, somnum excutit, loco confurgit, nocitura onera in mare dejicit: hoc ajo, hic talis in precationes sese effundit, jejuniis frangit, stipem largam tribuit, omnia paratus dare, ut peccati pœnas scireo luat.

Quibus Aeternitas sit somnii.

Quam verò aliorum multi divina voluntatis ac Dei fugientes, dormiunt sopore gravi, nec audiunt tempestatis minas; Aeternitas eis somnium est, & fabula. O somnum periculosum! dum enim surdis hæc auribus transmittunt, fors mortis in eorum caput trahitur, & illi semel somnes in Aeternitatem mare subito excutuntur.

§. II.

Mess. ser. 2. in Dom. 2. post Epiph. mihi p. 221.

Narrant fuisse hominem stirpe ac sanguine, nō item moribus nobilem. Eratis ad Mundi leges examulsi factus, & quod inter vitia eminebat, egenis rigidus. Hic unâ cum famulo ad quierem ite in utramque aurem dormitur. Melio noctis per quietem famulo hæc species objicitur. Herus ad tribunal Dei rapitur, accusatur, condemnatur. Inde à cacodæmonum globo, non sine triumphi specie, in flammæos gurgites abducitur. Varia sed lucrosa hæc ludibria representantur. Lucifer novum hospitem salutans: Solitus est, inquit, hic amicus noster delectari thernis, & inde lecto quam inollissimo fovetur: consuevit spumantes pateras modis musicis ac symphoniâ exhilarare: igitur hæc omnia ad nutum sint, curate. Hic miser vociferari, & diem natalem suum, superos omnes, Deumque ipsum execrationibus deterrimis devovere. Dum ejulat infelix, in paratam ignis puteum præcipitabatur fragore ingenti. Hic evigilans famulus surgit, revisit ad herum, sed jam mortuum invenit.

Eheu! fors moriendi ducitur occultissimè, & miseris, quos subito designarit dormientes. Ibunt hi in domum æternitatis suæ, non redituri ad epulas & delicias suas. Deus indignationis plenus severissimè minatur: Inebriabo eos ut sopiantur, & dormiant somnum sempiternum, & non consurgant. Satis ubique exemplorum est.

Rex Chaldaeus Balthasar epulum regale accumbens, dextram in pariete scribentem vidit & exhorruit, quamvis scripturam non intellexerit. Danielem peritissimum ejus interpretem purpurâ & torque donavit, eique tertios à se honores decrevit. Pœnitentiæ tamen nulla profus mentio. Sed eadem nocte rex Balthasar interfectus est.

Hæc omnium fors est, quibus Aeternitas somnium est. Hi namque licet infinita cogitent, cogitationem tamen sciam in Aeternitatem nunquam delingunt; licenter & impiè vivunt. His saepius, quemadmodum Balthasari regi, paucorum verbulorum scriptio monstratur talis: Momentum vita est, sed pendet ab hoc momento aeternitas. Terrentur hic quidem, non nihil trepidant, horrent aeternis ignibus cremari, obstupescunt post mille milliones annorum Aeternitatem nec minimo quidem minuendam: veritatem hanc laudant, sed non sequuntur; mysteria hæc venerantur, sed mores non emendant; mysteriorum interpretes & audiunt & colunt, sed pœnitentiam non agunt, aut nimis instabilem: Hæc credimus, ajunt, sed à consuetis vitiis non abeunt. Post terrorem non longum ad suos calices, ad Veneres suas, ad numos suos, ad livorem & simulatas suas redeunt tam vitiosi quam antea, subinde viciosiores quam antea.

His pariter, quod regi Daniel dixit, in os objiciendum: Tu quoque Balthasar, non humiliasti cor tuum, cum

scires hæc omnia. Tu quoque, Christiane, avaritiam & injustitiam tuam non emendasti, cum scires hæc omnia. Tu quoque maledicam & mordacem linguam tuam, amarulentam & crudelem invidentiam tuam non correxisti, cum scires hæc omnia. Tu quoque tuas libidines freno non coercuisti, lasciviam & has sordes non fugisti, cum scires hæc omnia. Tu quoque comestiones & potationes tuas non omisisti, cum scires hæc omnia. Tu quoque ludendi, & tu jurandi consuetudinem non cavisti, cum scires hæc omnia. Aeternitas vobis perfuntoriè cogitata, formidabile visum esse est somnium; Aeternitatem nunquam toto cogitatis pectore, nunc è vivorum numero repente in immensum Aeternitatis mare præcipitami. Hæc prævidere potuissetis, imò debuissetis, si Christianum nomen tueri voluissetis. Sua culpa perit, qui exitium vel monitus non cavet.

§. III.

Saul Israël's populo gravem incussit metum. Nam, quod Regum facti testantur, *Influit spiritus Domini in Saul, & iratus est furor ejus nimis, & assumens utrumque bovem concidit in frustra, misitque in omnes terminos Israël per manus nuntiorum dicens: Quicumque non exierit, & secutus fuerit Saul & Samuel, sic fiet bobus ejus.* Cunctabantur quidem Hebræi cives militiæ se dare: Sed audito tali nuntio, *Invasit timor Domini populum, & egressi sunt quasi vir unus, trecenta & triginta millia vivorum.*

Cæli terræque dictator Christus, & Saul longè major rex seriâ comminatione proclamans: *Timete, inquit, Luc. cap. 11. eum qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam: ita dico vobis, hunc timete.* Non boves, sed homines minatur in ignem rapiendos. Sed quid plurimis hæc minæ sunt? Somnium. Divinas leges nihilominus audacissimè perfringunt.

Vos ipsi dicite: Quanta viatoris illius temeritas est, qui fessus de viâ parietem videt, sed fatiscentem & rimas agentem, jam jamque ruiturum, sed quia fatigatus & somnolentus, acclinat se dormiturus secutur. Mox adest qui hominem suimet negligentem excitans: Heus tu, ajt, quid hic agis temerarie? Surge properè, quam primum, & in tutum te recipe. Hic paries ruinam meditatur in singula momenta, & tu hic dormire audes? Actutum abi. Quid si viator illinc abire nolit, dicatque monitori: Ne mihi molestus sis; tu tua age: ego somnum quem cæpi, pertexam. Ergo pereat, perire qui vult. Hic in tumultum, ruinam muri elegit: Habeat ergo sepulchrum quod ambiit.

Vita hominum paries sanè ruinosus est; quo die, quâ horâ, quâ parte horæ collapsurus sit, à nemine sciri potest; incertissimum est: etsi certum sit diu stare non posse tam malè materialium opus. In singulos dies, in horas, & in horæ partes singulas ruina est expectanda. At nos, audax Japeti genus, homines profus temerarii, huc acclinamus, & securissimè dormimus. Suo quisque sopore torpet. Hunc avaritiæ, illum crapulæ, istum libidinis, alium invidiæ aut superbiæ somnus dejicit. Rex Hebræus plurimos ita dormientes vidit, & miratus dixit: *Dormierunt somnum suum.*

Ita suo quisque indulget somno, gravi & arcto. Sed ad sunt qui dormientes evigilare jubeant. Clamar Christus, clamant discipuli Christi, clamant præci Patres, clamant è cathedrâ oratores Christiani, omnes unâ voce monent, ne parieti fidamus tam ruinoso, jam vitium fecisse, brevi, & subito ruiturum. Quin imò vitium ac ruinas monstrant, jubentque periculum protinus exire. At sunt quos somnus adeo altus complexus est, ut monitorum nihil audiant. Sunt quos voces tam crebrè iteratæ expergefiant quidem, sed frustra, paullo post iterum in somnum relapsuros. Id illi tales, quod viator, respondent: Sinite, finiamus somnum. quem cœpimus: nobis hæc bene est.

Neque

Neque tamen monitores desinunt monere, idque tantò contentius ac constantius, quantò certius graviusque periculum imminet. Neque enim de unius corporis, sed de corporis animique salute agitur aeterna. Aeterna mors premit, quos paries iste dormientes opprimit.

At multi nihilominus post plurimorum monita tam frequenter repetita in somnum declinant, parieti jam ferè ruenti fidunt, dormiunt securi, & Aeternitatem somniant; terrentur, sed ut somniantes solent, qui terrorem excuriunt cum somnio.

Ita vivimus, ita dormimus, ita somniamus, ita perimus. Subitò namque paries, qui minabatur, ruit, & opprimit sopitos. Mox tota in oculis est Aeternitas, non jam breve somnium, sed immortale supplicium. O viatores nimium temerarios! O sporem tam arctum quam exitiosum! Et quæso, num ista nimis quam certa creditis?

§. I V.

Redibilissimum est, quòd, si damnatorum aliquot ab inferis redivivi emergerent, qui sic dormientes vellent, monerent, ruinam proximam prædicerent, eos tamen non expergefacerent. Tanta est humanæ mentis & cæcitas, & fœcordia. Ideo Abrahamus negat se facturum, quod in flammis purpuratus epulo rogat de mortuorum aliquo ad fratres suos mittendo. Et repulsæ rationem assignans: *Si Moysen, inquit, & prophetas non audiant, si monita vivorum spernant, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.* Ita profusus est. Eam ob causam Chrysostr. dixit: *Gehenna non videtur incredulis, credentibus est perspicua.*

Cùm de reorum supplicii mentio injicitur, quoties audiuntur ista: Hic in exilium pulsus, hic virgis cæsus, ille ad remum datus, ille capite plexus, iste in patibulum sublatus, iste in rotam actus, hic rogo extinctus. Hæc etiam facinorosi audiunt, neque tamen ad frugem se corrigunt. Multi capitalium reorum, licet eis vitæ fiat gratia, denuo tamen eadem patrunt, aut pejora.

Nos tales sumus, modò rei fatentes sumus. Quoties enim gehennæ condonationem pœnitentiâ impetramus, & omnia facturos promittimus: Brevi tamen ad ingenium redimus, & deteriores avimus licentiâ. Iracundiæ & invidiæ valedicimus; avaritiâ & superbiam detestamur, temulentia hæstos nos prostremur. Paullò pòst & irascimur, & invidemus; iterum superbi, avari iterum; nec furtis nec libidinum nequitias abstinemus; vino ac poculis suavissimè reconciliati, eadem quæ ante, & sæpe pejora facimus. Num istud non est Aeternitatem somniant, & interim aeternis ignibus dignissima patrare?

In Aegypto Pharaonis carcere, duo ex aulico famulatio rei servabantur, quibus diversum obtrigit somnium, neuter tamen illius interpretandi rationem norat. Ideo ad Josephum unà captivum versi: *Somnium vidimus, & non est, qui interpretet nobis.* Aeternitatis somniantores multi, interpretes pauci. Juvemus & interpretemur.

§. V.

IN primâ, quam de Aeternitate dedimus, scriptiõne, variâ eam imagine spectandam proposuimus. Addimus nunc ista, non legenda solum, sed etiam expendenda.

Rogus sit à vivis ac candentibus carbonibus qui magnitudine urbem hanc Monachium æquet, tribus quadræ cubitis in terram penetret. In rogam hunc tam amplum homo unicus injiciatur, hac lege. Non prius illum ex ardenti hoc lecto liberandum, quam singillatim ac particulatim carbones omnes subtrahantur: singulis autem centenis annis advolaturum vulcrem, qui carbonem unum, nec plures, auferat.

Tom. I.

En, homo iste è novemplici Aeternitatis, non nisi uno ignis supplicio, cruciatur, & tamen intolerabilis hic cruciatur aestimatur, ob diurnitatem. Nunc ergo pronuntiet Arithmetica, quot millia, quot milliones annorum transiuri, dum homo iste liberetur è rogo tam vasto. Tam inexplicabile hoc videtur, quam intolerabile.

Sed, ô boni, ô mortales cæci, ad inferos hoc nihil est. Nam homo iste à novemplici aeternitatis supplicio liber, non nisi unicum ignis tormentum patitur. Accedit spes finis quantumcunque serò venturi.

Sed ut damnatos in tumbis flammis jacentes attentioribus oculis contempleremur, spectaculum imaginationi hoc effingendum.

Unus aliquis in profundissimâ subterraneâ cellâ lecto ferreo catenis arctis affixus est; manus, collum, ac pedes annulo chalybeo alligati. Infra lectum hunc prunæ & ignis, sed nec aliud lecti operimentum. Solarium hinc unicum est istud. Cùm miser iste primum alligaretur (ita ponimus) hoc illi denuntiatur est, millesimo quoque anno venturum aliquem, qui è candentium carbonum strue, eâ quidem vice unicum sit ablaturus. Post mille tamen annos hunc ipsum rediturum, & alterum è carbonibus ab eo auferendum. Atque hac ratione singulis millenis annis aliam atque aliam è prunis tollendam, dum tandem omnis prunarum congeries auferatur.

Cogitemus, ah, cogitemus quot annorum milliones seu myriades sunt transiturae, dum igneus hic lectus sic minutim ablatus cesset urere. Sed ô mirissimum hunc infernum ad desperatissimam, & cruciatibus plenissimam aeternitatem! Durante hac, ejuscemodi flammæ lecti decies, vicies, centies, sed & millies, diestâ ratione, auferri poterunt, & necdum suis erit ullus Aeternitatis nunquam heu nunquam terminandæ.

In rebus gestis divorum admiranda plurima: Verè enim mirabilis Deus in sanctis suis. Ego nil minùs mirandum putem quam quod multis mirissimum videtur.

Aeternitatem præ ceteris expendisse censendus est ille, de quo Climacus narrat anachoretâ. Vixerat is in monte Choreb, sui & arduæ virtutis negligens. In extremis horam jacuit velut jam exanimis. At ubi ad se rediit, omnes quotquot motibundo aderant, rogavit, loco cederent, sibi jam deinceps serò agendum. Ita tugurii sui ostium, quam licuit, arctissimè obstruxit, unò solum foramine, quo panis & hydriola inferretur, relicto. At ille totis duodecim annis cum nemine nisi cum Deo & angelis locutus, præter panem & aquam parcissimè sumptâ gustavit nihil. Hic ille perdius & pernox velut attonitus sedere, Aeternitatis rogam animo assidue volvere, interminata tam gaudia quam tormenta pensitare, certissimæ mortis jaculum nunquam non prævidere, cælum suspicere ac suspicari, inter hæc tacitis sed pænè continuis lacrymis fluere, hoc vivendi tenore annos duodecim exigere, denique ad extrema denuo devenire. Quod ubi ceteris innouit, vi obstructam januam emoliti, certatim in moribundi cavum se infundentes rogarunt, daret abiturus sui monumentum. At ille ingemiscens altum: Date veniam, inquit, meisque erroribus, Patres, gratiam facite: Quisquis Mortem, quæ ad Aeternitatem janua est, mente seriâ consideraverit, non peccabit.

Hunc ego hominem, ut dixi, ex omni sanctorum numero ideo minùs admiror, licet vitam egerit proflus admirandam, quia quicumque cogitationes in Aeternitatem intenderit, non multum his ab similia præstabit. Et sanè melius est seipsum, vel centum annis muro includere, & rigoribus extremis corpus exercere, quam vel minimum Aeternitatis beatæ periculum subire. Unusquisque sibi, quod Lotho, dictum credat ab Angelo: *Salva animam tuam, festina, & salvere.*

Gen. c. 19. v. 7. & 22.

CAPUT XII.

ÆTERNITAS

Damnatorum inexplicabile, ac Nonum supplicium.

Pharaonem regem & incolas Ægypti Deus non simplici solum flagello castigavit: Cruentos fontes, Ranas, Ciniphes, Muscas, Pecorum mortalitatem, Ulcera, Grandinem, Locustas, Tenebras immisit. Graves ictus, & magno brachiorum pondere incussit, at ubi decimum accessit, hic demum fracta est pertinacia, hic plurimorum secutus interitus. *Factum est autem in noctis medio, percussit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti, nec erat domus in qua non jaceret mortuus.*

Exodi c. 9.
vers. 29.

Cum gravissimis novem suppliciiis hostes suos afficiat Deus, nunquam addit decimum, quo eos de medio tollat. Nullus finis, mors nulla, nullus interitus. Imò, ut Gregorius loquitur, *mors sine morte, & finis sine fine, quia & mors vivit, & finis semper incipit, & desicere defectus nescit.* Quod Ægyptiis maximum fuit supplicium, hoc damnatis summum esset solatium, scilicet jugulari, & tandem funditus tolli.

Greg. lib. 9.
Mor. c. 149.

Qualis hæc regio, Deus bone, quæ mortem inter gaudia summa numerat, qualis hæc regio? Jobus eam, Terram miseriæ jure merito vocat. Verè miseriarum omnium sentina est.

Beatus Thomas nominat statim omnium malorum aggregationem perfectum.

Octo inferorum supplicia percensuimus. Addimus Nonum, omnium multo gravissimum, quod non solum oratione non explicari, sed nec intelligentiâ comprehendendi, nec cum ullo aliorum suppliciorum conferri potest. Æternitas damnatorum inexplicabile supplicium. Quod quidem nunc verbis non explicare, sed nonnihil adumbrare conabimur.

S. I.

Æternitas damnatorum inexplicabile supplicium.

Æternitas damnatorum inexplicabile prorsus supplicium. Fingamus hæc ipsum supplicium quadruplici tantum hæc molestia constare: Apicula pungat manum dexteram; lavam sugendo infestet culex; genam in vultu dexteram scarabeus Lucanicus presset; lavam suppurans spinula pervellat. Hæc solum apud inferos toleranda sunt, non aliud quidquam, aut horum dumtaxat unicum. Fingamus solam manum ab æstro aut tabano fodiciari, hoc tamen supplicium fiet in sandû, si fiat æternum, tamen alius dolor accedat nullus.

Quid quæso urens calceus, si omni vitâ perferendus? Quid, oro, doloris ciet unicus scarabeolus, aut cantharis rubea, si per auriculas illapsa, cerebrum incipiat scrutari? Dolor quicumque alius vel levissimus designetur, si vitâ totâ idque affidue tolerandus sit, gravissima pœna censetur; si semper perferendus, si æternus sit, tormentum erit insanabile.

Quid mihi jam verborum supererit, si novemplex Æternitatis supplicium conjunxero? Hic vox, hic sensus omnis deficit: His tamen quomodocunque tandem adumbrandis tēnissimam recenset beatorum cælitum notus panegyristes.

Lydvina virgo 38. annis morbos percussit gravissimos. Suius 10. 7. die 14. April. mihi pag. 296. Ei vitæ flagitiosus peccata percenset.

Lydvina Schiedamensis virgo religiosissima, patientiâ omnique sanctimoniam speculum, triginta & octo annis morbos percussit gravissimos, non minor tamen patientiâ illius fuit quam dolor. Ad hanc ut revivisset, ægrè persuaderi se passus est homo flagitiosus, quem nemo unquam eò potuit pertrahere, ut apud sacerdotem crimina sua accusaret. Hoc demum ab eò, quâvis ægerrimè impetratum; ut apud Lydvinam tumbæ proximam conscientiæ suæ vulnera nonnihil aperiret, & iis medelam peteret. Ille, quod ejuscemodi pecora solent, id jocum interpretatus, ad agrotam virginem

A visit, atque ut promissis staret, scelerum suorum ingentem catalogum ridendo percensere orsus est. Illa per omnes cæcites rogare hominem, sibi ea narrare omitteret, has tales conscientiæ labe sacerdoti aperiendas, ab aliis ea audiri nefas esse. At ille, prout cepit, narrationem pertexuit, & longam flagitiorum seriem explicavit, cum etiam inter sodales de his gloriari non ei fuerit infuetum. Lydvina cum negare aures non posset historiae tor sceleribus contextæ, demum quæsit, an cum ejus veniâ hæc sacerdoti, velut interpres, aperire possit?

Sacerdoti. que ea ut sua aperit.

Cui ille subridens: Veniam do, inquit, modò ego ipse harum virtutum mearum non cogar esse præco. Lydvina homini juvando prudenter hoc executa, narratas sibi noxas non aliter quam suas ingenti dolore animi expiavit. Ille ad ægram revivens: Puto te, inquit, mea pro me scelerata sacerdoti exposuisse, quid jam pœnarum injungis? Hoc unum, ait illa, ut noxæ unâ, sed totâ, in tuo lectulo cubes supinus, nec in ullum te larus moveas. Fac hoc & mihi committe cetera. At ille letum cachinnans: Nil amplius, ait, imperas? hoc tota moles mea pœnitentiæ? Aures tuas laudo, tam clementes mihi judices. Si tam facile est vitæ maculas eluere, faciam quod jubes. Sed vesperi vix in lecto se collocavit, cum nescio quid molestiæ sentire, grave erat in neutrum se larus vertere, itaque putare nunquam tam rigidum habuisse lectum, & quia movere se vetitum, supina hæc quies visa est difficillima. Dum ita cubat, secum ipse cogitans: En, ajebar, sanus sum & incolumis, lectus mollissimus est; modò liberum esset meo me more huc illuc versare. Sed quid hoc curas? dormi tu, dormi, dum clarum mane fenestras intret, dormi securè, & in utramque aurem. Non potest. Alia super aliam cogitatio subnascitur. Quid deest, ait ipse sibi, nox unica sic dormienda est, & fidem tuam liberasti. Verum, quid si tres pluresve noctes sic dormiendum? Mori malim. Mori? Tantam certè molestiam huic rei subesse non credidisset. Prò me miserum, quàm exigua, quàm nulla in me patientiâ, quem tam leve vincit rædiolum? Lydvina in quantis doloribus, quàm patiens. Quid si asseri sit indormiendum, idque multis hebdomadibus? Quid si colica, vel podagra, vel calculus aut dolor capitis accedat, ut atque angatque? Hæc ad inferos spectant. Et quò tu spectas? quò tua te ducent scelerata, tot tantaque? sexcenties aut millies capitalia es ausus, jam pridem meritis gehennam. Sed quis lectus illic jacentium, quod stragulum, quæ lodicula? an tantum eis libertas adempta, in utrumque larus se vertendi? quæ illos vestiant plumæ? an non loco plumarum flammæ sunt? Et quot mensibus, quot annis cruciarius illi durabunt? Æternum (si fides Evangelio) ita prorsus, æternum. Ergo sine fine? Revera sine omni fine. Ergo post centies millies millena millia annorum, non tantum non finem hi cruciarius invenient, sed nec ullam spem finis? Quid ergo agimus, qui cum æternitate ludimus? Imò non ludere hoc est, sed insanire. Agedum, deinceps alius ero, aut nullus ero. Dixit & fecit: & ò quantum mutatus ab illo? Ad sacram confessionem jam paratissimus, cui antea mors visa, seipsum accusare.

Et pœnitentiam imponit.

Credidisset. Prò me miserum, quàm exigua, quàm nulla in me patientiâ, quem tam leve vincit rædiolum? Lydvina in quantis doloribus, quàm patiens. Quid si asseri sit indormiendum, idque multis hebdomadibus? Quid si colica, vel podagra, vel calculus aut dolor capitis accedat, ut atque angatque? Hæc ad inferos spectant. Et quò tu spectas? quò tua te ducent scelerata, tot tantaque? sexcenties aut millies capitalia es ausus, jam pridem meritis gehennam. Sed quis lectus illic jacentium, quod stragulum, quæ lodicula? an tantum eis libertas adempta, in utrumque larus se vertendi? quæ illos vestiant plumæ? an non loco plumarum flammæ sunt? Et quot mensibus, quot annis cruciarius illi durabunt? Æternum (si fides Evangelio) ita prorsus, æternum. Ergo sine fine? Revera sine omni fine. Ergo post centies millies millena millia annorum, non tantum non finem hi cruciarius invenient, sed nec ullam spem finis? Quid ergo agimus, qui cum æternitate ludimus? Imò non ludere hoc est, sed insanire. Agedum, deinceps alius ero, aut nullus ero. Dixit & fecit: & ò quantum mutatus ab illo? Ad sacram confessionem jam paratissimus, cui antea mors visa, seipsum accusare.

Dnon ludere hoc est, sed insanire. Agedum, deinceps alius ero, aut nullus ero. Dixit & fecit: & ò quantum mutatus ab illo? Ad sacram confessionem jam paratissimus, cui antea mors visa, seipsum accusare.

S. II.

Sed hoc ipsum, quæso, & nos cogitare perpendamus. Verè & in mollissimo lecto jacere, sed semper jacere, & æternum jacere, supplicium foret inexplicabile. Quid jam omnium apud inferos suppliciorum erit cumulus, ac congeries formidabilissima?

Febriens sic quandoque ardet, ut arbitretur siti suæ vel dolium fontanæ frigidæ non sufficeturum. Heu quis damnatorum siti medebitur? Ardebunt & siccit, sed nec omnes Orbis rivi, non fontes univervi, non omnia flumina, nulla maria illorum ardentissimam sitim extinguunt, idcirco etiam nec eis guttula stillabit.

Mi Deus,

Mi Deus, quam molestus nobis est calor æstivus, ut languemus, ut fatiscimus, ut anhelamus? Vestes abjicimus, lecti operimentum excutimus, huc illuc impatientissimè nos volvimus; urit lectus, nec quidquam amabilis præbet frigidus. Sed quid hoc, ô Deus, ad sulfureum Æternitatis vaporarium, ubi non solum refrigerationis nihil est, sed nec fore sperandum est? Non frigidulus vesper, non gelida nox, non rorans mane ardore illos temperat. Una, sed ignea, sed doloribus plena, sed æterna nox est. Ah, vel pœnæ saltem nos terreat, si non invitant præmia. Æternitas damnatorum inexplicabile supplicium.

Quidquid apud inferos est, tormentum est. Unde quaque undique in doloribus sunt. Supra damnatos paradisus est, sed æternum clausus. Abyssus infra, sed nunquam referenda. Ante ipsos tormentorum omnium æternitas. Ponè ipsos amissæ voluptatis amarissima memoria. Dextra tortores diaboli. Læva pœnarum focii. Intra ipsos angor, vermis, terror, desperatio.

Hæc, Christiani, credimus, & ita vivimus? *Quis creditur auditui nostro, & brachium Domini cui revelatum est?* Hæc esse credenda novimus, sed credimus languidissimè. Nostrum *Credere* vix quidquam habet animæ, non vivit. Periinde si cui digito monstram pictam tabulam, dicamque: Hic est Abrahamus filium immolaturus. Abrahamum dico, utique non vivum, sed pictum. Talis omnino est fides nostra, non viva, nil ardoris spirans, non animata, sed picta. Credimus, & non credimus.

Eam ob causam Æternitatis quotidie meditandæ modum hîc brevibus perstringo.

Pater locuples filias elocarat honestissimè, hæc persuaserunt seni, ut eas opes vivus liberis non subtraheret, quas daturus esset post mortem: id unum sanctè pollicitæ, de alimentis patri à se lautè prospiciendum. Et primo quidem anno liberaliter ab iis habitus est. Cum verò præter spem ipsarum diutiùs viveret, senis pertasæ, pietatis & pactorum immemores, tenaciùs ac duritiùs cœperunt patrem tractare. Ille ut imprudentiam suam emendaret astu, capaciorem cistulam, sed faxis & arenâ plenam cubiculo suo inferri clam curavit. Hanc nocte aperuit, & quidquid modicæ pecuniæ reliquum habuit, reperitis identidem jactibus diu multumque numeravit, submissâ voce ponens grandem calculum, ita tamen ut à genero facilè audiri posset. Demum observavit divitem arcam. Postero mane filia parentem blandiùs affatæ interrogavit quid nocte proximâ somnum tandem distulisset? Quibus pater. Remotis, inquit, arbitris, thesauri mei calculos subdixi, filia: *Quæ* vestrum meliùs de me vivo fuerit merita, eo potierur. Hic porro ingens æmulatio, & utraque omni officiorum genere parentem prosequi cœpit. Eo mortuo, reclusa cista, cum faxis & arenâ reperitus fuit, cui inscriptum:

Quod pietas non potuit, avaritia extorsit.

Nos pœnè pari sed longè sanctiore consilio cistam replebimus arenâ vel minuto semine, ut quod persuadere nequiverit pietas, possit æternitas. Sic ergo rem aggrediamur: Quisque proximam sibi cistulam, aut armariolum, aut riscum, vel arculam loculatam; aut si etiam aliud ad manus sit, suos loculos, suum pileum, suum poculum, aut chirothecas suas papavere, vel lapillis, vel cicere, vel tabaci, aliove femine minuto impleat, & æternitatem meditaturus sic numerare incipiat, ut unum papaveris, vel alterius seminis granulum vel lapillus, vel pisum unicum centum aut mille annos valeat.

Ergo unum granum, mille anni; duo grana, duo millia annorum; decem grana, decem millia annorum; centum grana, centum millia annorum; mille grana, milles mille anni, & sic deinceps. Hoc primum.

Alterum: etiam si exarmario, cistulâ, pileo, patinâ vel vase quocunque alio sic impleto decem aut centum grana subtrahantur, pœnè nihil subtractum videbitur.

Interea ætissimum, durante Æternitate tot mille annos transturos, quot papaveris, vel ciceris, vel alterius seminis granula in vas illud vel arcam sunt congesta. Nil certius. Nam omnis hic numerus suum habet finem, etsi dicto modo hypocaustum, etsi capacissimam domum papavere vel alio semine repleamus, & grana singula mille annos valeant.

Tertium: Ubi Æternitate stante, tot mille anni abierint, quot in grandi arca ejuscemodi grana sunt, nihilominus Æternitas adhuc erit integerrima, nulla sui parte minor; non vel minima pars ulnæ, sic loquar, Æternitati adempra est. Et quamvis arca illa tertium, quartum, quintum, sic evacuetur, ut ad grana singula mille numerentur anni, nihilo tamen fecius æternitati nil penitus ademprum est, tam tota & tam longa est, quam fuit cum cœpit.

Quartum: Hæc talis cogitatio, si seria sit & ardentia, non nihil anget animum, non propterea tamen excutienda illa, sed progrediendum ulterius. Seipsum homo meditabundus hortetur: Age porro tu; numeremus amplius.

Quintum: Hæc tali meditatione sic sensim calefiet animus ut exclamet: Quid facimus? terræ qui quilibet & crepudia insano amore querimus, & negligimus æterna. Nihil verum? annos æternos in mente non habemus.

Sextum: Ita paulatim erudiendus est intellectus, ut arcana illa capiat per ista quæ oculis subjiciuntur. Aristotelis scitum est: Oportere phantasmata speculari. Quemadmodum verò scalas uno saltu ascendere non licet, sed gradatim; & sicut in angusti colli lagenulam non subitâ fusione vinum descendit, sic æternitas strictim & obiter cogitata intelligentiæ ac voluntati non imprimitur. Sensim à minoribus eundem ad majora: Et sicut pileum, poculum, cistam, cantharum, pluteum implemus & inde singulis ductibus mille annos educimus, sic etiam totum aliquid conclave aut hypocausti erit replendum, & ex eo pariter instituenda numeratio.

Septimum demum est, seipsum alloqui: Quid obsecro est omnis in Orbe hoc afflictio, ad infinita millia annorum, quibus Æternitas durabit, & non tantum non finietur, sed nec minimum imminuetur. Hic nemo non fieri cogitur: Etiam si me unum omnis Orbis calamitas premeret, quid hoc ad supplicia æterna? Et etiam si ego unus omnium voluptatibus fruere, idque centum annis, quid hoc ad æternitatem beatitudinis? Quid ergo ego insanus ago, quod non aliter agam? Ergo imposturum saltem sapiam.

Quod si quem animi corporisve dolor, aut uterque simul cruciet, si morbus in corpore, ægritonia & luctus in mente hæreat, tunc potissimum pro se quisque sic cogitet: Si hic dolor aut mœror aliquot menses, si annum, si decennium, si quinquaginta, si centum, si quingentos, si mille annos, si decem annorum millia duraret. O Deus, quam hic dolor aut mœror inexplicabilis foret? Quid verò decem millium annorum maximus & mœror & dolor est ad acerbissimos Æternitatis cruciatus, ubi nullus finis post decies, centies, millies mille annos, Ubi tota semper permanet Æternitas?

En succinctam Æternitatis meditandæ formulam. Porro ad alia.

§. III.

Longè verissimum est, quod non nemo ab Orbe altero redux proclamavit, Nemo credit, quanta tormentorum apud inferos sit acerbitas: Nemo capit quanta sit diuturnitas; Nemo satis perpendit, quam longa sit Æternitas.

Hæc nugis nostris immoramur, & sæpe immorimur; ob lanam caprinam litigamus, Æternitatem ludibundi, aut somniantes cogitamus. Hinc rara motum, aut pœnè nulla emendatio.

Quidquid est apud inferos tormentum est.

Isa. cap. 53. vers. 1.

Joannes Paulus in iosephis.

Vas, aut vasculum quocunque.

Æternitatis meditandæ formulæ: Prima. Secunda.

Ego, qui hæc scribo, cum illis omnibus, qui *Æter-*
nitas tradunt monita; liberè proclamo: Cur vimus
Babylonem. Voluerit, noluerit curari, in ipsius erat ar-
 bitrio. Via arcta, angusta porta est, & pauci inveniunt
 eam. Multi quidem vocati, pauci verò electi. Idcirco
 Hieremias vates contentissimè clamat: *Salvet unusquis-*
que animam suam. Si aliter nequeat, seipsum perpetuo
 claudat carcere, & vivum se peliat. Sarius est ex er-
 gastulo in caelum migrare, quam è palatio ad inferos
 descendere.

Sed hæc auribus dici, in animum autem infundi noti
 possunt. Nisi quis ipse meditetur ista, & studiosè in-
 tueatur, verbis parum proficitur. Hæc profunt accura-
 tius expensa.

Non ignarum hoc præca philosophiæ. Annæus Se-
 neca*: *Inyabat, inquit, de apimarum æternitate querere,*
imò credere. En, æternitatis arcana peniculant, qui lu-
 ce veritatis carent. Quid Christianis faciendum? Sed
 idem, quem dixi, Annæus sapientissimè pronuntiavit:
In malis optimum est, supplicii finis. Finis malorum om-
 nium remedium.

Est qui lamentetur domum suam incendio haustam.
 Alius nullum sibi usquam fautorem aut amicum, nullum
 esse adiutorem lugeat. Alius corporis dolores, Ille animi
 angores queritur. Ille paupertatem suam deplorat. Ille
 contemni se ac abjici morte gravius putat. Quid, ò viri,
 hæc lamenta juvent? In malis optimum est, supplicii
 finis: finis malorum omnium remedium. Hoc remedio
 penitissimè destituta est Æternitas luctuosa. Omnia habet
 suppliciorum genera, solum non habet finem. Hinc
 rectissimè asserimus: Æternitas damnatorum inexpli-
 cabile supplicium.

Rem miram optimâ fide venerabilis Beda memorat,
 ævo suo contigisse. Fuit in provinciâ Nordan Humbro-
 rum patrifamilias ex affe pius, qui Drithelmus audiit.
 Hic vehementiâ morbi ad extrema deductus, sub noctis
 principium mori videbatur. Èâ nocte jacuit in mor-
 tuum. Ubi diluxit, subito ad se rediens, omnibus atto-
 nitus vitam sibi concessam affirmabat, sed longè aliâ ra-
 tione quàm priùs ducendam. Siquidem extemplo in
 prolixiores sese preces abjicit, mox facultates suas om-
 nes liberis, conjugii, & egenis assignavit, ipse profanis
 curis omnibus exutus acerrimè ac severissimè seipsum
 habuit. Et satis austeritas vitæ loquebatur quàm horren-
 da in Orbe altero videbatur. Nec ea solum omnibus nar-
 rabat, sed iis solum quibus Æternitatem unice cordi esse
 sciverat. Inter hos Rex Alfridus fuit vir literatissimus,
 qui Drithelmum studiosè ac crebrò audiit de Thermis
 stygis narrantem: Pars narrationis explicabat horribiles
 tenebras, incomparabilem fœtorem, acerbissimos eju-
 latus ac fletus, ebullientes colubros, insultationes cacodæ-
 monum, flammarum globos, & grandinem sevissimam,
 quando scilicet damnati vicissitudine miserabili
 ex ignibus in glaciem rapiuntur. Hæc talia cum paradisi
 delictis exponeret Drithelmus. Sed ipse narrationis suæ
 fructum maximè capiebat. Nam in cœnobio secretum
 mansionis locum, ad fluminis ripam habitavit, ubi hunc
 sibi unicum laborem sumpsit, inharere Deo, votis per-
 ambulare cælum, assidue preces iterare, corpus afflige-
 re, Æternitatem continuè gemitibus cogitare. Et ut li-
 queret omnibus quàm ferio ageret, solebat, creberrimè
 ad carnem macerandam proximum flumen ingredi, ad
 umbilicum aut collum usque in eo tamdiu peristare,
 dum hyeme glacies corpus raderet, egressus inde vesti-
 menta madida non ad solem aut focum siccat, sed
 vexando corpori retinebat, non tam vestem quàm gla-
 ciam indutus. Intervenerunt aliquoties huic spectaculo,
 qui hominem miserati quærebant: Qui tandem fieri
 potest, Drithelme, ut tantam frigoris immanitatem tol-
 leres? Quibus ille promptè respondit: Frigidiora vidi
 & acerbiora.

Quisquis æternitatis supplicia ferio meditatus fuerit,
 idem de sanctorum martyrum tormentis quibuscunque
 pronuntiabit: *Acerbiora vidi.* Jacobus nobilis Persa ab
 Idederde rege jussus est membratim à capite ad calcem
 secari, singulis juncturis & articulis separatim præcisus.
 Immense tormentum. Sed Æternitatis contemplator
 dicit: *Acerbiora vidi.* Scrapioni omnes membrorum ar-
 ticuli confracti sunt. Nicephorus martyr post candentes
 eraticulas minutatim concisus est. Sed redunt voces:
Acerbiora vidi. Jonæ martyri non sine acerbo joco præ-
 cisi digiti quasi seminandi, cutis capitis abstracta, lingua
 evulsa, ipse in pice bullienti coctus, denique in cœclæ
 membris omnibus contusus & contritus. Socius ejus
 Barachisus spinis flagellatus, & foedè discerpitur, dein
 ossa omnia convulsa & fracta. *Sed acerbiora vidi.* Satur-
 ninus feroci tauro alligatus, fera stimulis agitata, ipse
 per avia devia tractus & laceratus. Horrendum supplicium.
Sed acerbiora vidi. Martina nobilis virgo, quattuor
 palis affixa, fustibus & flagris caesa, unguis lacerata, be-
 lliis objecta, demum ad flammam damnata. Emmera-
 mo Ratisponensi Pontifici post digitos præcisos, oculos
 effossos, nares ac aures resectas, manus etiam & pedes
 truncati sunt, dein & lingua præcisa. Augustodunensi
 Pontifici Leodegario pariter post famem & carceris
 squalorem oculi effossi, plantæ pedum laceratæ & avul-
 sæ, labra præcisa, lingua extracta. *Sed acerbiora vidi.* Ale-
 xander Romanus Pontifex creberrimis punctis con-
 fossus: Cassianus è Brixienti Anrillite Christi causâ
 Imolenus ludimagister stylis & graphiis puerorum con-
 fixus est: quorum quantum infirmior manus, tantò gra-
 vior martyrii pœna fuit. Marcus Arethufus præsul, lan-
 ceam sportam impositus, apum, vesparum, culicum
 moribus in laniam objectus est. *Sed acerbiora vidi.*
 Beatus Maximus post ungulas, equuleum, fustes tolera-
 tos, lapidibus obrutus est. Antimus martyr subulis can-
 dentibus, fractis testis, crepidis ignitis, renis fiduculis
 excruciatu est. Zoe Exuperii martyris conjux post sex
 dierum inediam in tenebricoso carcere toleratam ca-
 pillis suspensa, & fumo è stercoribus necata. Glycerius,
 postquam caesus ut extaret ossa, in rogam conjectus
 est. Petrus Exorcista Marcellini martyris socius primò
 flagellis concisus, in hiantia deinde vulnera acetum sale
 mixtum infusum, ita sauciatum corpus lento igni affa-
 tus est. Christiana virgo pariter affata, oleo desuper in-
 sagitis confixa finit. Maxima & Donatilla virgines acriter
 caesa, dein vulnera vivâ calce exulcerata, ambâ in crati-
 cula tostæ, & ad bestias damnatæ sunt. Theonilla in-
 super caput novacula cum cute abrasum, rubis ac vepri-
 bus coronatum, ipsa ad quatuor palos extensa, lotis im-
 maniter caesa, venter illius prunis perfusus est. In his tan-
 tis suppliciis expiravit. Horrendi sanè cruciatus, acerba
 supplicia, *sed acerbiora vidi.* Pantaleon diu ustulatus, de-
 nique in plumbeum fervens balneum conjectus est.
 Paulus & Juliana frater & soror, equuleum & catastam,
 picem bullientem, ferreas candentes & virgas, & fellas,
 leetulos erectis clavis instratos, acerbum inter serpentes
 triduum, flammam denique & rogam pro Christo tole-
 rarunt. Beata Barbara facibus, flagris, ferreis unguibus
 dirissimè laniata, ubera ei amputata, caput malleolis
 contusum. Auxentio plantæ ferro terebratæ, ipse in rotâ
 suspensus, candentibus subulis dum exhalarer animam,
 laceratus est. Quintinus Romanæ nobilitatis, senatorii
 ordinis, inaudita pertulit supplicia, nam postquam bul-
 lienti oleo, pice, adipe perfusus, latera fascibus adustus,
 toto corpore catenulis caesus, ori ejus sinapi, calx, & acetum
 infusum est; (ò qualis potus!) ipse deinde binis
 ferreis sudibus à cervice ad usque crura transfixus, om-
 nes ejus digiti inter ungues & carnem clavis terebrati
 sunt. Hæc nimis atrocita videntur; sed longè atrociora
 habet

Hier. cap. 51.
 vers. 9.

Hier. ibid.
 vers. 45.

Sunt qui pu-
 tent ex omni-
 hum. m. d.

genere partem
 tertiam esse
 descendere.

adscriben-
 d. m. d. n. s.

alias Orco
 submitten-
 das, ut scilicet
 cor pars An-
 gelorum ter-
 tis, esse pre-
 cipitata, res-
 stitatur.

H. se Deo no-
 ta, nobis in-
 certa.

Supra ejus
 mentio, c. 1.

* Seneca
 epist. 101.

post med.

Beda lib. 5.
 hist. Angl.
 cap. 13.

Idem an. 284.
 num. 20.

Lippello
 29. Mart.

Idem 29.
 Novemb.

Idem 1. Januar.

Idem 22. Septemb.

Idem 2. Octobr.

Idem 13. August.

Baronii
 anno 362.
 num. 34.

Idem an. 254.
 num. 24.

Idem an. 392.
 num. 42.

Anno 286.
 num. 13.

Anno 501.
 num. 18.

Anno 502.
 num. 29. & 30.

Lippello
 24. Julii.

Lippello
 17. August.

Decemb.
 4.

Decemb.
 13.

Octob.
 31.

CAPVT XIII.

Conclusiones tres in præmissa capitâ.

Anno Chri-
stiano 390.
l. 2. contra
Sym.

A Veliut Prudentius, vetus poeta Christianus, ævo Theodosii majoris, duos in Symmachum libros vulgavit, in eorum altero arcem ad caelum semitam eleganti versu sic depingit:

*Prima via facies inculca, subhorrida, tristis,
Difficilis, sed sine sui pulcherrima ———
Et quæ præteritos possit pensare labores.*

Amplam planam: que ad inferos viam ita describit
*Devia, pictæ bonis brevibus, sed sine sub ipso
Tristis, & in subitam præceps immersa charybdin.*

Job cap. 21.
vers. 13.

Quam eleganter his Job accinit: *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Nunc cuique nostram soluta est, optio eligendi. Elige; Utra placet? Elige.

Josephus Christi Domini educator, ex Ægypto in terram patriam rediturus, duas sibi vias habuit propositas: liberum ei erat, quod vellet, aut in Judæam, aut in Galilæam eundi. Angelus namque id unum iusserat:

Matt. cap. 2.
vers. 20.

Vade in terram Israël. Hac aut istac viâ iveris, tui arbitrii est. Josephus prudenter deliberans, cum audisset L. cit. v. 12. quoddam Archelaus regnaret in Judæa pro Herode patre suo, timuit illud ire. Et ad Caesarem nobis, & ad Orcum via pater. Potestas optionis est: eligamus maturè, Utra placeat. Centies, sexcenties, milles ingeritur nobis, Apud inferos regnare diabolum cum apostatis angelis; apud superos regnare Christum cum sui cultoribus & amicis. Eligamus, quod ire lubeat. Electionem hanc juverit, sequentia considerasse, unâ cum tribus conclusionibus, quas apponemus.

§. I.

Regis Assu-
erit con-
vivium &
lautitie.

Siquis è Persici Regis Assucri convivis super lautitias epuli regii interrogatus fuisset, ad omnem quaestionem respondere potuisset, summas fuisse lautitias, idque anno medio. Exempli gratiâ cujuscemodi quaestiones illi sint posita.

1. Quinam ad hoc epulum invitati? Cuncti Principes; fortissimi Persarum & Medorum inelyci, & præfecti Provinciarum. Atque hi omnes invitati, *Ad annum medium.*

2. Convivium quale? Hortense, omnium amœnitatum referatissimum. Nemo cultu regio constitum omnia tempe, paradysum omnem superabat, *Idq, medio anno.*

3. Quis convivii locus? Non aureus solum, sed & gemmeus. Nam lectuli aurei & argentei super pavimentum Smaragdino & Paris stratum lapide dispositi erant, quod mirâ varietate pictura decorabat; & hoc in oculis erat, *anno medio.*

4. Quæ convivas umbracula tegebant? Pretiosissima. Nam pendebant ex omni parte tentoria aërei coloris, & carbasini ac hyacinthini, sustentata funibus byssinis atque purpureis, qui columnis marmoreis fulciebantur, *idq, anno medio.*

5. Qui cibi ponebantur? Selectissimi, regii, *idq, anno medio.*

6. Quis in mensâ potus? Vinum, magnificentiâ regiâ dignum, abundans & præcipuum, *idq, anno medio.*

7. Quæ pocula aut patera; quæ chrysendeta adhibebantur? Aurea. Bibebant enim qui invitati erant, aureis poculis, & alii atque alii vasis cibi inferebantur, *idq, anno medio.*

Esth. cap. 2.
Pluribus
versibus,
in initio.

8. Quæ Musica convivas hilarabat? Nobilissima: Omnes Gratia & Clariates, ipsa Sirenum concordia videri potuisset concinere, *idq, anno medio.*

9. Omne sine convivæ læti? Lætissimi, *idq, anno medio.* Hæc unus aliquis ex Assucri convivis dixerit. Hæc eadem de caelo, jure multo potiore dicentur, si pro anni dimidio, æternitatis duratio substituatur.

A Sed interrogetur quis è damnatorum numero, similem in modum: Ecquæ maxima damnatorum poena? Poena Tenebræ, dicit, seu Intuitus divini privatio, *idq, in omnem æternitatem.*

Quæ altera sceleratorum poena? Fletus & stridor dentium; hæc Plutonis musica est, *idq, in omnem æternitatem.*

Quæ tertia? Fames ac sitis incredibilis, *idq, in omnem æternitatem.* Si fames hæc sitisque tantum decies milles centenis millibus annorum esset duratura, minus id grave videri posset, quam visum sit olim jejunium in sacrâ confessione injunctum.

Quæ quarta? Fætor intolerabilis, è tot cadaverum acervo, è sulfuris Oceano, à tot diabolorum consortio. Fætor omnis in Orbe hoc nostro cinnamomum & balsamum est ad illos Erubi fætores. Prædictum illis sapius: Expectat vos triste balneum, si hæc viâ pergitis. Sed surdis canebatur fabula. Pergebant. Jam balneum ingressi sunt, non egressuri amplius. Quam id foret tolerabile, tot annis, fætere hoc torqueri, quot ab Orbe condito in hanculque horam momenta transierunt: sed heu cruciabit hic fætor sine fine, *idq, in omnem æternitatem.*

Quæ quinta damnatorum poena? Ignis horribilissimus, ad quem flammulae nostræ possunt videri pictæ. Illud inexplicabile, quod ignis ille sit inextinguibilis, quem nulla flumina, maria nulla, nullum diluivium extinxerit, quem nec ipsa sopiverit Æternitas. Judex præmonuit; fixum est decretum, sapius legendum: *Ite in ignem æternum.* Urentur, non comburentur, *idq, in omnem æternitatem.*

Quæ verò sexta? Vetmis conscientia; tantò gravius, quantò abstrusius supplicium. Ut res oculis subjiciatur non aliud cogitandum, quam igneam selem cujusque peccatori inherere semper, illudque unguibus fodicare ac lacèrare, ita tamen ut peccus ita vulneratum, in novam identidem lanienam recrescat, *idq, in omnem æternitatem.*

Quæ septima? Locus & societas execrabilis. Hæc peccatorum fuerunt illicia, quæ veteras poterant, nec cavebantur; nunc pro dietâ sepulchrum igneum: pro amicorû familiaritate sodalitas est diabolorum & damnatorum hominum execrabilissima. Hic locus semper habitandus, hoc sodalivium nunquam abiturum, *idq, in omnem æternitatem.*

Et quæ octava numeratur poena? Desperatio planè furiosa, quæ momentis singulis sceleratos illos jugulat, nec tam è jugulat, perinde si culter aut pugio alius super alium adigatur in præcordia, *idq, in omnem æternitatem.*

Et quæ tandem nona inferorum poena? Ah, ah, ah, inexplicabilis, immensa, incomprehensibilis Æternitas, hæc tormentorum omnium tormentum maximum. Tolerare Tenebras, Fletum, Famem, Fætozem, Ignem, Conscientia vermem, Desperationem, Diabolorum convictum, hæc, inquam, omnia tolerare annis mille, aut bis mille, vel etiam decem aut centum millibus, aut tot annorum millibus, quot in quaternione chartæ peritissimus scriba posset exprimere, numerus foret nullus Arithmetici lingua exprimens, sed tamen finitus, & ob hoc unum acceptatissimum damnatæ plebi, quod tandem post pæne innumera millia millionum annorum finis futurus esset tormentorum.

Sed sententia lata est, nec revocari potest. Illa octo supplicia toleranda, *idq, sine fine, ardendum, idq, sine fine, æternum, in perpetuas æternitates,* ut vates Hæbræus loquitur.

Atque hoc est quod nunquam satis dici, sed nec cogitari satis, quod nunquam capi, intelligi nunquam poterit. Æternitas piorum juge suspirium; Æternitas impiorum formidabile somnium; Æternitas damnatorum inexplicabile supplicium. Restat ut ad septenas in primâ Æternitatis parte positas conclusiones, adjiciamus tres alias istas.

§. II.

1. Conclu-
sio.

Conclusio prima. *Omnia Orbis pretiosa, fungi sunt, umbrae sunt ad Aeternitatem collata.* Argentum omne aurumque, gemmae omnes si in geminos consentur globos; omnia honorum nomina, omnis triumphorum gloria; omnes Salomonis & Sardanapali deliciae, omnis illecebrarum dulcedo, voluptatum omnis omnino suavitatis fungi vilissimi, titivilitium, & revera umbrae merissimae, aut rectius, omnia haec scarabaei umbrae sunt, quae nihil esse potest vilius, si ad Aeternitatem conferantur.

Quis convivium illud aestimet, in quo raptim unus alterve bolus ingeritur, & abitur. Quis illud praemium laudet, quod ventre aufertur? Talia sunt vitae istius bona; buccae & micæ, medicati boli, vanitas & umbra.

August. in
Psalm. 68.

Ad rem praclarissimè dixit Augustinus: *Non nobis sufficit, quicquid longum est in tempore si habet finem, & ideo nec longum dicendum est. Et si avari sumus, vita aeterna avari esse debemus.* Cetera hic omnia puerorum nuces sunt, bracteolae & matteolae, crepundia & pupae. Hinc illae divini Pauli generosissimae voces: *Existimo omnia detrimentum esse, propter eminentem scientiam Jesu Christi, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercorea.*

Phil. c. 3.
vers. 8.2. Conclu-
sio.

Conclusio altera: *Nullus religiosorum hominum tam parvè ac duriter seipsum habet, nemo tantis rigoribus exercet corpus, atque liberati è pœnis alterius Orbis facerent.* Quod nos severissimam vitam interpretamur, vita voluptuaria est, ad illam seu vivendi seu moriendi perpetuam necessitatem in Tartaro. Nos videri possumus suavissimè dormire, etiamsi complures noctes traducamus infomnes: Nos inter ipsas calamitates deliriamur; illi verè cruciantur, & vel unà horâ milies moriuntur.

Casarius
Heisterba-
ch. l. 2.
mirac. c. 23.
qui haec co-
ntra narrat.

Scriptor fide dignus commemorat Theodorico Traje teni Praesuli fuisse famulum, qui Eberbach audiit. Hic hero suo ab insigni prudentiâ & fideli protus industria commendatissimus, æmulum invidiâ sic exagitatatus est, ut demum velut in rabiem actus cacodæmoni se mancipavit, ut vel inde praesidii aliquid alluceret contra tam malevolos insidiatores. Annis aliquot evolutis fato concessit Eberbach; animus corpore solutus in Euripum flammæum abjectus est. Ab hoc igne tantos percipiebat cruciatus, ut redivivus diceret: Si ex omnibus Orbis arboribus & lignis rogas strueretur unicus, malle se in eo usque ad supremum iudicii diem ardere, quam horâ unicâ illis prioribus ignibus torqueri. Sed & Avernale frigus, & tenebras, ceterasque pœnas ex ordine percensuit. Dum autem his suppliciis afficeretur, adfuit è caelo nuntius qui miserum affatus: En, inquit, hoc praemium tuis debetur qui diabolo servisti. Sed dic, si tibi ad vitam redire liceat, an ob commissas noxas, vitam suscipies expiabilem? At ille: Pœnarum, inquit, nihil recuso, modò hinc exeam. Hac demum lege voluntariæ mulctæ subeundæ rediit ad vitam, & quia nondum terræ mandatus, in feretro sese erigens, omnes aditavit in fugam egit. Mox ingenti spiritu scelerum pœnas à seipso expetere aggressus, Orthoni praesuli in sacram militiam cuncti se adjunxit. Sed jam eâ vitæ severitate se afflictavit, ut juxta equum nudis pedibus curreret, nec curaret spinis ac faxis tibias plan-tasque variè vulneratas cuentari. Pecuniam panem omnem in pauperes erogavit. Panis & aqua quotidianum illius jejunium parcissimè respiciebant. Erant qui summam hanc vitæ austeritatem mirarentur, mitiora persuasuri. Quibus ille: Non est, inquit, quod miremini; longè graviora passus sum. Vos ibi sitis, aliter sentiat. Atque ubi sacrum hoc iter confecit, unâ cum uxore religioni se addidit, quod vitæ reliquum esset, rigidissimis piaculis acturus. Hæc ipse de se Joanni Xantenis enu-meravit, à quo ea scriptor accepit.

Hic illud moniti nobis opportunissimè ingeratur:

A Graviora passus sum. Et tu mi Christiane, graviora patieris, nisi hæc levia toleres patienter. Est cum apud nos ipsos gravissimè injurias aliorum querimur: quisque sibi rectè dixerit *Graviora patieris.* Est cum aliorum aures querelis opplemus: idem optimè respondebitur *Graviora patieris.* Idem in omnibus molestiis ac miseriis usurpandum. Quid malum tuum impatientiâ exasperas? Ni caves; *Graviora patieris.* Nihil est quod patieris, nihil est ad thermas illas non Neronis sanguineas, sed Plutonis flammeas collarum. Ergo, ne *Graviora patieris,* patere hæc levia.

§. III.

Conclusio tertia. *Non tantum vanus sed plerumque nocivus est omnis labor, qui aeternitatem non spectat.* Quæ de re Christus luculentissimè: *Quid prodest homini, ait, si Mundum universum lucretur, anima verò sua detrimentum patiatur?* Non solum non divitiis, valetudinem, delicias, sed nec Mundum universum adipisci juvat, si quis seipsum interim perdat. Utcre & fructe divitiis, valetudine, delitiis quantum vel optare potes; fungi & umbrae sunt hæc omnia, si post vitam hæc palo insignis flammeo. Contemplemur obsecro, quâ ratione usitato apud nos supplicio per medium hominem adactus stipes per os emergat. Spectaculum horrendum. Pendet miser affixus palo, & subinde auctarii loco substructus est ignis lentus, pedes ad palum catenis colligati, manus affixæ clavis. Heu dirissimum suspendium! Si anno medio, si decem, si centum, si mille, si decem millibus annorum, si semper, si aeternum ita pendendum sit?

Heu quid prodest homini, si Mundum universum lucretur, anima verò sua detrimentum patiatur! Utcuque capimus hoc oraculum, sed, quod theologus dixit: Plerosque sensus carnis excæcat. Hinc verissimè Chryostomus: *Quamvis, inquit, ignis ille exasuet, flammae accendatur; nos tamen ridemus & delicias amplectimur, & licentiose peccamus.* Quid ergo hic aliud inelamem, quam illud Hebræi vatis: *Salvet unusquisque animam suam.* Aeternitati propinquamus, & illa nobis. Brevi unâ erimus.

Josaphatus rex Indorum à Barlaamo Christiana sacra edoctus, velut per somnium vidit inferos, & diversorum tormentorum seriem, audiitque vocem: Hæc sceleratorum sedes est, qui sese flagitiis contaminarunt. Ubi triste hoc visum desuit, totis cepit artibus tremere; rivulorum instar lacrymæ fluxerunt, omnia male suadæ voluptatis illicia evanuerunt; alium induit hominem Josaphatus.

Deus bone, quam nos præfractæ malitiæ sumus! Non somniamus inferos, sed esse credimus, fide minimè fallaci. Verùm qui nostri nihilominus sunt mores? Nos quidem alium atque alium hominem induimus, sed semper malum, adeoque ipsam variam malitiam, & velut priorem peccati novum subiunde nequitia vultum suminus. Ideo vel sanctissimus quisque cum Bernardo roget: *Subveni mihi Deus meus, priusquam sine termino crucier in inferno. Ideo vel impiissimus quisque cum Manasse id unice deprecetur: Ne simul perdas me cum iniquitatibus meis, neque in aeternum iratus, reserves mala mihi, neque damnes me in infima terra loca. Quia tu es Deus, inquam, penitentium.* Et quid ego non homo, sed jumentum, ad te, mi Deus, vociferer, quam illud unum: *Parce, ignosce, miserere, ne remissis iniquitatum mearum.*

Cum Christus Dominus posttridie palmiferi sui triumphi è Bethaniâ in urbem Hierosolymorum tenderet, in viâ esuriens ficum adiit, inde petiturus fami solatium, at ubi nihil in eâ invenisset, præter folia: *Nunquam, ait, ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefactus est contritè fœculca.* Tales omnino sunt omnes Acherontis incolæ, ficus maledictæ, semper infecundæ, stirpis eradicatæ, in flammis abjectæ, in flammis semper arsuræ, Nunquam ex illis nascetur fructus in sempiternum. In regnis

Behemo.h

3. Conclu-
sio.
Matt. c. 16.
vers. 26.Lucas Bur-
genfis.
Chryf. hom.
55. ad pop.Damasce-
nus hist. de
Barlaam &
Josaphat
c. 30. sub
finem.2. Par. c. 36.
& ult. fine.Matt. c. 21.
vers. 19.
Damnati
sunt ficus
maledictæ.

Behemoth igitur penitus est patientia; nulla submissio-
nis notitia; nulla illic hospitarum virtus; solum est steriliti-
simum, ubi nullae arbores nisi ad ignem natae. Nunquam
ex illis nascetur fructus usque in sempiternum.

Postquam protoplasti parentes nostri pomum ve-
titum admoderunt, protinus illo amoenissimo orto
sunt exclusi, & ad horri custodiam admodum est non si-
ne armis Angelus. Divinae paginae id testantur: *Ejecitq;*
Adam, & collocavit ante paradisum voluptatis Cherubim, &
flammenum gladium, atque versatilem. Illustrissimum hoc
erat divinae misericordiae argumentum, illic famulum
dumtaxat collocasse, non ipsam Paradisi dominum ste-
tisse cum gladio ad prohibendum omnem ingressum.
At vero iudicii supremo die, nulli famulorum gladius
permitteretur: ipse Dominus eum accipiet, stringetque
in damnata capita, *Discedite à me maledicti.* Paucula ver-
ba sunt, sed librum & volumen ingens faciunt, nun-
quam satis evolvendum.

Nunc igitur rerum nostrarum satagamus. Tanto
quisque minus miser in Orbe altero erit, quanto misere-
rias suas in isto patientius toleravit.

CAPUT XIV.

*Quae ligna, quodve pabulum ignis sit aeterni:
Vbi de peccati mortiferi inexplicabili
gravitate.*

Verissime dictum à prisco philosopho: *Initium sa-
lutis, notitia peccati.* Revera non peccabit unquam
gravius, quisquis mente serâ cum gravitate peccati,
tum foeditatem insepexit. Peccatum ex Orbe tolle, &
malum omne sustuleris. Unum atque unicum Orbis
malum, & ceterorum omnium malorum seminarium,
miseriarum omnium pelagus profundissimum suppli-
ciorum est abyssus Peccatum. Hinc ille Chrysostomi
voeas: Peccatum spontanea infania, voluntarius est
demon. Eam ob causam beato Ludovico Galliarum
regi etiamnum adolescentulo mater altissimè impref-
sum cupiebat: Potius vitam perdere, quam letali se cul-
pâ obstringere. Rectissime prorsus Joannes Climacus
dixit: Etsi mille annis continentiam in mediam pane solo &
aquâ tolerarem, etsi totum Mundum ut nobiscum
pro nobis lugeret commoveremus, etsi Jordantem
stillas & guttatim lacrymando per oculos educere-
mus, nunquam tamen pro commissis peccatis satisfacere
possemus.

Inde Sapiens Hebraeus tantâ contentione vocifera-
tur: *Quasi à facie colubri suge peccata.* Quis tangit pocu-
lum, in quod mors ructaverit, uti Tertullianus loqui-
tur, & in quo venenum mitteretur bibenti? Nil habet
Orbis formidabilius peccato. Quâ de re dicta scriptâ-
que sunt innumera: nos compendio quintuplicem hanc
assertionem statuimus. Quisquis letaliter delinquit:

1. Deum gravissimè offendit, eumque sibi adver-
sarium & hostem constituit.
2. Divinam gratiam omnem amittit.
3. Omne genus miseriarum & calamitatum sibi ul-
tro accersit.
4. Caelum in omnes aeternitates perdit.
5. In sempiternos inferorum rogos praecipitem se
mergit.

Divinus Paulus rem verbo absolvit: *Stipendia peccati
mors, & omnis Mortis comitatus, Luctus, Dolor, Mor-
bus, Mors, quos velut anteambulones sequitur aeter-
na mors.* Hoc omne ut exactius, prout omnino par est,
consideremus, assertionem illam quintuplicem ordine
explicabimus.

§. I.

Primum est: Deum gravissimè offendit eumque sibi ad-
versarium ac hostem statuit, quisquis letaliter delinquit.

Peccato summum botum leditur, ita quidem ut ne-
glecto creatore finem suum in re creatâ constituat ho-
mo. Quod summâ injuriâ est, & simillimum idolola-
triae. Hinc toties in divinis oraculis peccata idololatriae
nomine designantur. Ista in omni peccato graviore te-
meritas quovis supplicio dignissima est. Cum enim
Deus ubique locorum praesentissimus sit, ante ipsius re-
clamantis oculos pattatur nefas, sitque injuria & cer-
nenti, & audienti. Ita summum regem coram & in os con-
tumeliis afficimus. Et quod foedius, beneficiis abutimur
in offensam beneficia conferentis. Auxilium enim quod
nobis Deus in omnibus omnino actionibus praestat,
contra ipsum convertimus: perinde si filio parens gla-
diolum porrigat, ut ad se defendendum eo uti condi-
scar, simul etiam imbecille filio brachium regat, at ve-
rò nequissimus puer optimum parentem, dum is ferien-
tis manum sustinet, conetur configere. Hoc agit, quis-
quis peccat. Dum Deus actiones illius & adjuvat & di-
rigit, has ipse in Deum injuriosè convertit. Atque ut
summa haec in Deum contumelia magis eluceat, rem
oculis ita subjicimus.

Quotiescunque homo in deliberatione seu ipso pec-
cati aggressus est, medius inter Deum stat atque diabo-
lum, velut iudex & arbiter, pro quâ parte pronuntiat.
Deus legem à se latam explicat, & unâ filium cruci sus-
fixum monstrat, ut hominem à peccato avertat. Dia-
bolus eam malorum voluptatem objicit, suadet, in-
vitat, ut ad peccandum illiciat: quisquis jam peccat, hoc
ipso Diabolo Deo praestare pronuntiat, nam averfus à
Deo, causam diabolo adjudicat iniquissimus iudex.
Quid hoc aliud est quam re ipsa dicere: quidquid leges
jubeant veteretque, quidquid crucifixus filius moneat,
roget, suadeat, imperet, quidquid è caelo minetur Pa-
ter, diabolus tam suaviter me invitat, multum tam dul-
ce propinat, ut persuadeat, ut vincat; Eo, sequor diabo-
lum, ab illo me trahi sino: placet hic caupo quamcum-
que tandem symbolam poleat. Verissimè hoc facit, quis-
quis letaliter delinquit.

Ita in unam lancem Deus mittit, in alteram vo-
luptas. Accedit homo velut libripens, atque ubi pecca-
re decrevit, malle se divinae amicitiae, quam voluptatis
jacturam facere apertissimè statuit. Et ita Christo Ser-
vatori latronem Barrabam antepom.

Quid horrendum magis, quid indignius supremâ
Majestatem, quid turpius quam hoc conditori fieri à re-
conditâ? *Obstupescite cali super hoc, & porta ejus desolamini*
vehementer, dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus.
*Me dereliquerunt fontem aquae vive, fontem limpidi-
ssimum, & impuros rivulos sectati sunt.*

Atque ut hoc ipsum explicatius tradamus: Hominem
peccaturum partes diversae trahunt, ut diximus; hinc
trahit Deus, hinc diabolus. Penes hominem stat, à quo
velit attrahi. Cacodæmon filo aut culmo ligat hominem
(nec enim aliter potest) & ostentat quod vel carnem
mulceat, vel crumenam augeat, aut certè famam ex-
tendat. His filis, his ille culmis quoquod vult pertrahit,
quem ligavit. Ut igitur homo vel suae libidini, vel avari-
tiae suae, vel arrogantiae satisfaciat, contra expressissimam
Dei legem in veritum ruit.

Deus quidem vinculis haud facilè rumpendis ligat
hominem, beneficia sua proponit, debitum sibi servi-
tium exigit, proscriptionem è caelo, & aeterna infero-
rum incendia minatur. Sed nihil agit, quidquid pro-
mittat, aut minetur Deus: vincit diabolus, & Deo, sic
volente homine, antefertur. Hoc enim praestabilis pu-
tat homo, blandientem Satanam sequi, quam praeci-
pientem Deum. Ideo vincula omnia quae ipsi Deus
injicit, contumaciter abrumpt.

Dicite

Gen. cap. 3.
vers. 2.4.

Peccatum
est abyssus
supplicio-
rum,

Eccli. c. 2.
vers. 2.

Et nil eo
formida-
bilius.

Rom. cap. 6.
vers. 23.

Peccato
summum
bonum la-
ditur.

Homo
peccando
diabolum
Deo pra-
stare pro-
nuntiat.

Hier. cap. 2.
vers. 13.

Dicite jam vos ipsi, qui in malum scientes ruitis, qui hinc & illinc tracti victorem diabolum facitis; dicite, quibus hoc gehennis, quibus eternitatibus hæc in Deum injuria possit elui?

Hoc ipsum Deus jam olim gravissimè questus: *Rupisti, ait, vincula mea, & dixisti: Non serviam.* Ad rem est propriissimè querela ista. Hoc certè facit, quicumque scelus in se concipit; abruptit vincula, dicitque, *Non serviam.* Hinc vel ipsi Christo Deo insultans Satan dixerit: En, hoc tibi tui faciunt; sic homines à te conditi te amant, ita te honorant ii pro quibus mortuus es, quibus te ipsum das & omnia. Quid à me habeant non ignorant, nihilominus sequuntur me; volupratulâ vilissimâ trahi se sinunt à me; ego illos obsequentissimos habeo; me suum esse hostem non nesciunt, & tamen diligunt, modò eis aliquid vel pecuniæ, vel lasciviæ, vel inanis gloriæ monstrem. En, quantos numerem in meis castris. Ego pro illis nec colaphos tuli, sicut tu Christe pro tuis; nec flagella sustinui, nec crucem pertuli, nec mortem obiisti, sicut tu Christe. Sed neque illis caelum promitto, neque paradysum offero, sicut tu Christe tuis, quos monitis doces, exemplis instruis, minis terres, præceptis dirigis. Sed frustra. Te spreto me audiunt. Malunt æternum ardere quàm brevi tempore tuis legibus vivere. Volentibus non fiet injuria: peribunt quia perire cupiunt. Quia conditorem suum repudiant, me dominum, imò tyrannum habebunt.

Peccatum nullis inferorum ignibus expiari potest.

Quid ad hæc, inquit Cyprianus, respondemus fratres? An non igitur videis, ò mortales, & palpatis, quanta hæc in Deum sit injuria? Atque hoc est quod nullis inferorum ignibus, nullis sæculorum tractibus expiari possit. Nos anxie quandoque quærimus: Eccur Deus unicam letalem noxam, quæ vel momento committitur, æternis ignibus punit? Varia super eâ re Theologi respondent. Vix illum satisfacit responsum: & nos sequenti capite hac de re plura. At quisquillus illud, quod modò diximus, enucleatius perpendit, ulero favebitur capitale crimen omne, non posse non infinite Deo displicere, tamque inexplicabilem esse injuriam quæ Deo inferitur peccando, ut ea nullis unquam cruciatibus satis elui possit.

Res in aperto est: Quantò persona, in quam peccatur, nobilior ac sublimior, tantò noxa est gravior. Qui sibi æqualem lædit, noxam contrahit, hæc tamen multum augetur, si sacerdotem profanus læserit. Utrâque hac culpâ gravior ea est, si Episcopum offenderit. Longè gravior, si Episcoporum Antistitem, aut purpuratam patrem; gravissima si Regis aut Cæsaris majestatem spreverit, longè gravissima, sic homines censent, si ipsam Pontificis tiaram ausu temeratio violarit. Hæc incrementa sunt culparum, prout nimirum dignitas crescit, sic & culpa. Hinc cum Deus qui læditur, sit infinite dignitatis, offensâ etiam gravitatis fit infinite.

Indeo. Græc. in unum constaret, & ex omnibus linguis unam fabricaret, nec intellectus ille comprehendere, nec lingua ista explicare posset illud, quod Deus in peccatum gerit odium. Cum enim Deus infinite bonus sit, amore infinito bonitatem, odioque infinito prosequitur malitiam. Atque hinc illam præmiis æternis, hanc æternis suppliciis remuneratur. Ibi in hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.

Matt. c. 25, vers. 46.

Quare quò penitius quis Numen divinum nosse incipit, eò exactius infandam peccati malitiam & agnoscat & odit. Certè Deus tanto fertur odio in peccatum, ut theologus è divi Dominici familiâ celeberrimus dicere sit ausus: *Cerrissimum est, quod si quis omnes creatos intellectus in unum constaret, & ex omnibus linguis unam fabricaret, nec intellectus ille comprehendere, nec lingua ista explicare posset illud, quod Deus in peccatum gerit odium. Cum enim Deus infinite bonus sit, amore infinito bonitatem, odioque infinito prosequitur malitiam. Atque hinc illam præmiis æternis, hanc æternis suppliciis remuneratur. Ibi in hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.*

Luciferi peccatum

Ut autem istius, quo Deus in peccatum fertur, odii magnitudinem paulò altius in animum admittamus, consideremus obsecro, quantum supplicii æquissimus judex vel unico peccato sæpissime irrogavit. Animus ab actione innotescit; pœnæ à Deo inflicte odium divinum explicabunt. Et quod illud, oro, supplicium Angelorum? Lucifer, omnis elegantie ac vultutatis miracu-

lum multò quàm nobilissimum, cum tot centenis millibus, rectius dixerim, cum tot millionibus Angelorum subitò in flammeas voragines præcipitatus est. Ecquod ab eis facinus est designatum? Unica superba cogitatio. Ah, ò Deus, Ah! Tantus numerus tantorum regum (ad quorum vel unicum vel mille reges collati exiguæ sint potentie) in æternum damnatus sit? Nec ulla penitentia aut misericordie, nulla recuperandæ gratiæ facta sit mentio? Ergo ipsissima, ergo omnis æternitas unicam superbam cogitationem non exhauriat? ergo sæculâ infinita pro unica unius momenti noxa, nequeant satisfacere? Jure Deus Angelo apostatæ ceterisque ejus affectis dixerit: Extinguere vos penitus, & in nihilum possem redigere, sed eritis Majestati meæ, beatis Angelis omnibus, hominibus univertis prodigium, portentum, nequitie spectaculum, justitiæ testimonium, æternum mei in vos furoris barathrum.

Si quis mille Regum ac Imperatorum filios capite damnari & securi subijci videat, ingemiscet utique dicetque: Atrocissimum planè facinus hic sanguis regis commiserit necesse est, quòd omnes una eaque inexorabilis sententia feriat; obstupescendum profus, adeo nec precibus, nec numero, nec sanguini, nec clementie quidquam dari. Idem omnino hic cogitandum, & plus quàm obstupescendum, tot Angelorum milliones ad æternos rogos dejici, & nullum veniæ, nullum gratiæ, misericordie nullum dari locum; non genus & originem caelestem, non maximam multitudinem, non delicti, ut videri poterat, exiguitatem spectari, sed pariter uno omnes turbine involvi, læsæ Majestatis univertos damnari, mori sempiternæ addici.

Ah, ò mi Deus, ah quæ tandem peccati nefanda est atrocitas, ut divinos furores, eosque tam implacabiles in se provocet, ita quidem implacabiles, ut nullis unquam sæculis mitius fœvaturi sint, nec ullis se suppliciis mitigari sinant. Hinc omnis venia veniæque spes exulat. Deo rebelles, celo extorres erunt in omne ævum. Effusa est omnis gratia; spes libertatis nulla. Frustra preces, frustra libelli supplices. Conclatum est; Decretum est. Quondam Angeli, nunc diaboli; olim Deo amicissimi, nunc hostes capitalissimi, ardebunt æternum. Et quod delicti genus fuerat? Jam diximus: Cogitatio superba unica. O Rex gentium, quis non timebit te?

Hic nemo se fallat, & Angelorum delictum longè alterius fuisse ordinis putet quàm sint humanæ noxæ. In protoplastis idem est cernere, quod in Angelis. Primi parentes nostri cum univertis posteris divini gratiæ exuti, innocentie veste spoliati, paradiso exclusi, æternum exulare iussi sunt, addita fatali hac sententiâ, *Moriendum esse.* Nec satis fuisset morte unâ defungi, Mors eterna jam triumphabat, jam immensum populum sui juris & census numerabat, & verò etiam omnem humanam gētem in sua regna traxisset, nisi Altissimi filius humanam sortem miseratus hominem induisset, expiraturus in cruce.

Jam perieramus omnes, ni perire voluisset, qui perire non potest. Nam inherentis peccati contagio ab uno in omnes transit. Et quod illud tam immane fuit Adami flagitium? Pomum unicum leviter admostrum.

Eheu tantis lacrymis, tantâ funerum strage, tantis suppliciis luendus est pomi morsus? Quid querimus? Hæc peccati ratio est: infinite Deo displicet, infinitis suppliciis accerrimè vindicatur, nec tamen unquam expiatur. Fuit Deus cum in peccatum exandescit.

Sed huc magis oculos ad humanæ gentis excidium. Et en Orbis terrarum univertus, unius loco sepulchri est, in quo totum genus humanum aquis sepulchrum est. Ex omni hominum numero vix octo servati sunt ab inundatione diluvii. Quæ causâ tam prodigioli funeris? Quis tot centena millia hominum in iratum hoc mare deturbavit? Peccatum, præsertim Libidinis. Quis amplissimas Gomorthe, Sodome, ceterasque urbes incendio delevit?

quod, & ejus puni- tio.

Angelorum delictum non est alterius ordinis quàm sint humanæ noxæ.

delevit? Peccatum, præsertim Libidinis. Quis Sichimorum urbem everit? Peccatum, præsertim Libidinis. Quis Benjamitarum viginti quinque millia, Israëlitarum quadraginta millia in prælio interfecit? Peccatum, præsertim Libidinis. Hic Dei mos est, hoc illius in omnia peccata odium; nihil hac in parte dissimulare potest. Nullum peccatum sine pœnâ. Et quamvis multa impetrent veniam, nulla tamen non subeunt pœnam.

Quæ sacerdotis Heli ob solam in castigandis filiis negligentiam? quæ Saulis propter inobedientiam? quæ Davidis propter incontinentiam? quæ Nabuchodonosoris ob superbiam? quæ Ananiæ & Sapphiræ ob avaritiam? quæ plurimorum aliorum ob culpas, ut videbatur, levissimas pœna fuit? Achan hostilium spoliatorum aliquid subducit, & id morte luit. Pauperculus ille colligit ligna sabbato, & lapidatur. Oza nimium sollicitâ manu contrectat Arcam, & vi subitâ necatur. Obsequens, sed paululum incautus propheta finit se decipi, & à leone suffocatur. Israëlita contra Mosen murmurant, & ab ignitis colubris interimuntur. Betsamitæ parum reverenti oculo salutant Arcam, & supra quinquaginta millia hominum jugulantur. Eliseum irident pueruli, & eorum quadraginta duo ab uris lacerantur.

Non parit Deus delinquentibus. *Pereat Samaria* (pereat anima) *quoniam ad amaritudinem concitavit Deum suum*. Sic alicubi mare mellis, & unica fellis gutta in hoc dulcissimum mare immissa universum illud in extremam mutet amaritudinem, quid quæso de hoc felle, quid de hac fellis guttula sentiendum? Fel istud inexplicabilis & infiniti amaroris esse diceretur. Et rectè diceretur. Atque hæc est ipsissima peccati amarities. Est quidem divinæ pietatis ac misericordiæ dulcedo infinita, velut mare mellis immensum. At verò peccatum mortale quodcumque vel unicum amaritudinis est tantæ, & fel abdit tam malignè potens, ut Deum suavitatis ac dulcedinis inexhaustæ pelagus, in pavendam indignationis ac furoris amaritudinem convertat. Atque hoc est quod Oseas clamat: Ad amaritudinem concitavit Deum suum Anima peccatis suis. Non hæc vel ideo pereat? Deus ipse id quæstus: *Ad iracundiam*, inquit, *me provocavit Ephraim in amaritudinibus suis*. Hieronymus exponit: Sceleribus suis amarum me fecit, quia dulcissimus eram. Idcirco non parit Deus delinquenti.

Non jam miror amplius, dixisse Jobum: *Verebar omnia opera mea, sciens quod non paveres delinquenti*. Adeo certè non parit Deus delinquentibus, ut vel in filio suo aliena etiam delicta acerbissimè puniverit. Revera mors Christi sanctissima satis luculentè docet quanto Deus odio peccatum prosequatur.

Cùm ægro pharmacum è fusili auro, aut è margaritis liquidis, aut è lapide Bezoar miscetur, pronum est dicere, gravissimum esse morbum, & præsens vitæ discrimen: Ita hæc prorsus nimia fuerit necesse est peccati gravitas ac sceleritas, quam eluere non potuit nisi dominicus, nisi regius infiniti pretii sanguis. *Agnosce igitur, ô homo*, inquit Bernardus, *quàm gravia sint vulnera illa, pro quibus necesse fuit Christum Dominum vulnerari*.

Imò Christus cùm sub cruce duceretur, ad crucis supplicium, sua vulnera suamque mortem defleri vetuit, ut scilicet illæ lacrymæ impenderentur peccatis, quæ mortis tam infamis fuerunt causa. Enimvero solis Christi lacrymis satis elui potest peccatum. Nam si Angeli omnes, quotquot in cælo sunt, corpora humana induant, & multis sæculis vel unius mortalis peccati nequitiam plorent, ne sic quidem tot lacrymarum nimbis, peccatum illud unicum sufficienter deploraretur, quod solius Christi lacrymæ, cæque sanguinæ satis expiant.

Alterum assertionis nostræ caput est: *Gratiam divinam omnem amittit, quisquis letaliter delinquit*. Facinus quodcumque mortiferum omni penitus gratiâ divinâ spoliat. Nil pulchrius animo quem ornat Dei gratiâ, nihil scelerius quàm animus divinâ gratiâ exutus, & seelere pollutus vel unico. Coluber est peccatum venenatissimus, vulnus ab hoc colubro est mortiferum, licet suaviter & cum voluptate inflictum. Et ò si oculis videre liceat, quanta peccati sit deformitas ac sceleritas, quam sedulo peccatum fugerent qui modò sectantur. Deformius est atque terribilius ipso cacodæmone peccatum. Princeps Angelorum Lucifer, multò formosissimus fuit Angelus, sed peccati unius fuliginis ita omnis ejus pulchritudo defædata est, ut jam terribilissimum ac spurcissimum sit prodigium, adeoque horrendum, ut negent eum diu posse superstitem agere, cujus oculis suam Angelus Apostata sceleritatem objecerit.

Porro divinæ gratiæ pretium illud est, ut verissimè dicatur, in Orbe nihil esse pretiosius. Explico. Dixerit quis de auro potabili, aut de aquâ vitæ, Unica liquoris hujus guttula majoris est pretii quàm sint vel centum plaustra generosissimi vini. Hoc ipsum ad amussim de gratiâ divinâ dixeris: Pars hujus minima pretiosior est omni favore humano, omnibus Orbis opulentis. Sit totus terrarum Orbis aureus, nihil pretii est ad divinam gratiam collatum. Peccatum verò letale quodcumque sic omnem admittit divinam gratiam, ut ejus nil penitus remanere possit admisso peccato.

Quidquid meritorum plurimis annis collectum est, id omne momento effundit vel unicum peccatum. Eccl. 6. 9. *Cælestis vox est: Qui in uno peccaverit, multa bona perdit*. Et etsi quis quinquaginta, etsi centum annis in omni virtutum genere se Deo probavit, etsi maximis rigoribus & quotidianis jejuniis vitam omnem exercuerit, pane solo & fonte vixerit, lumbos ferro strinxerit, in dies se flagris ceciderit, sua omnia in stipem erogavit, si demum vitæ peccato letaliter delinquat, universa vitæ prioris promerita perdidit, omnem Dei gratiam effudit, ex amicissimo jam professus Dei factus est hostis.

Res certa, testes luculenti. Ezechielis hoc credamus: *Ezech. 18. Si avorterit se justus, inquit, à justitiâ suâ, & fecerit iniquitatem, omnes justitiæ ejus quas fecerat non recordabuntur*. Letaliter vel semel peccasti? Amisisti omnes labores tuos, amisisti gratiam, amisisti cælum, amisisti Deum, adeoque amisisti omnia. Aut igitur quæ amisisti recupera, aut æternum amissa flebis.

Inter supplicia quæ Deus Israëlî minatur, illud tantquam omnium maximè formidandum ingerit: *V. e. eis cum recessero ab eis*. Hic Dei ab animo recessus atque abitus, mors animi est, malum cui revera nullum par, malum quod omnes vel acerbissimos divorum Martyrum cruciatus, quod perpetua damnatorum omnium tormenta superat. Et videte hominis, quem Deus ob peccatum deserit, miseriam. Quidquid agat, quidquid patriatur hic homo, divinâ gratiâ destitutus, montes transferat, ignes insiliat, stellas extinguat, fontes accendat, omnibus sæculis admiranda faciat, nec minimum quidem cælestis beatitudinis promeretur, dum apud Deum in offensâ est. In liquido caussa est. Fons omnium meritorum divina gratia est, quâ iste peccando seipsum spoliavit. Aut ergo gratiam reparat, aut cælum despondit. Addo quod æquè miserum.

Is qui sic à Deo deservit, suomet quidem impetulo potuit cadere, suomet conatu surgere non poterit: seipsum in soveam abjecit, sed nunquam revocabit gradum, nisi Deus porrigat manum singulari ope. Echo non responderet nisi voce provocetur: qui peccavit, non respiciet, nisi à Deo excitetur. Sed nemo veniam desperet vel miles lapsus. Peccasti? animas resume. Firmior non ratio post lapsum gressus est, certè cautior.

Quando

Ios. cap. 7.
vers. 25.
Nim. c. 15.
vers. 33.
2. Reg. c. 6.
vers. 7.
3. Reg. c. 13.
vers. 24.
Nim. c. 21.
vers. 6.
1. Reg. cap. 6.
vers. 19.
4. Reg. c. 2.
vers. 24.
Oseas c. 14.
vers. 1.

Oseas c. 12.
vers. 14.

Ios. cap. 9.
vers. 28.

Peccatum est coluber venenatissimus,

Omnem divinam gratiam adimēs,

Eccl. 6. 9. vers. 18.

Vitæ prioris promerita.

Ezech. 18. vers. 24.

Oseas cap. 9. vers. 12.

Disponere se tamen potuit ad revocandum gratiam: idem à bonis actibus numerantur quam cessandum.

Quando igitur tam atrox peccati genius est, tam de-
testabilis malitia, generoso profluo spiritu proclamans
Anselmus: Si hic, inquit, peccati pudorem & illic cernerem
infernii horrorem & necessarium uni illorum haberem immergi,
prius me in infernum mergerem, quam peccatum in me immu-
terem. Mallem enim purus à peccato & innocens gehennam in-
trare, quam peccati sordibus pollutus, calor regna tenere, cum
constet solos malos in inferno torqueri, & solos bonos in celesti
beatitudine foveri.

Agel. de Si-
mil. 2. 19. o.
su penali.

Hanc ob causam, idem sanctissimus scriptor: Aperi
oculos, inquit, anima misera, & vide quid fuisti olim, & quid
nunc es: quo loco fuisti tunc, & quo nunc es. Eras sponsa Altissi-
mi, eras templum Dei vivi, eras vas electionis, eras thalamus
aeterni regis, eras thronus veri Salomonis, eras sedes Sapientie,
eras soror Angelorum, eras haeres calorum. Ecce cum omnia hæc
suavis que dixi, quoties dico, Eras, Eras, toties tibi lacrymandum
est, dum subitaneam tuam cogitas mutationem. Sponsa Dei facta
est adultera diaboli, templum Spiritus sancti mutatum est in
speluncam latronum, vas electionis in vas corruptionis, thalamus
Christi in volutabrum porcorum, sedes Dei in carberam
pestilentie, soror Angelorum in sociam demonum; & que instar
colombe volitabat per calum, nunc tanquam serpens reptat in
terrâ. Plange itaque super te, ô anima misera, plange, quia te
plangunt cali, quia te plangunt Angeli, quia te plangunt omnes
Sancti, te plangunt lacryme Pauli, te plangunt gutta sanguinea
Christi Domini, quia peccasti, & mali illius quod commisisti,
penitentiam non egisti.

Utes con-
scientia tor-
mentorum
maximum.

Sed hoc amplius examinemus. Is qui peccavit, aut
vulnus conscientie sentit, aut non sentit? Si sentit, miser
est, nam in dolore est & quidem acerrimo. Urens con-
scientia tormentorum maximum. Non sentit hoc? Ite-
rum miser est, imò miserimus. Extremum malorum
est, malitiam suam clausis oculis fovere, jamque vulne-
ris mortiferi sensum perdidisse. Ita miseri dum bibunt,
vini vim temulenti non sentiunt, sentient digesto vino.
Optimè dixit Chrysostronus: Primum malum est, esse ma-
lum. Etiam si ægrum medicus non secet, ægrotat tamen
æger; etiam si non puniat Deus, in morbo tamen est,
imò jam moritur qui peccat.

Chryf. 20. 5.
firm. 5. de
vitiis.

Simillimè locutus Sapiens Romanus: Prima, inquit,
& maxima peccantium est pena, peccasse. Nec ullum scelus im-
punitum est, quoniam scelus in scelere supplicium est. Quidquid
malè agitur conscientia flagellatur. Vbi vitia, ibi & tormenta:
nec possunt esse sine dolore vulnera conscientia.

Nullum
scelus im-
punitum
est.

Hominem malum etiam nemo percutiat, laceret, sus-
pendat, mutilet, torquat, cremet, ipse sibi tortor, car-
nifex, supplicium, crux est. Fortassis hæc non sentit, ut
diximus, jamque omnem mali sensum perdidit? tantò
igitur inferorum incendiis vicinior est, quantò à pecca-
ti sensu remotior. Hunc verè mortuum, imò & sepul-
rum, dixeris: Peccavit, & non dolet; Deum gravissimè
læsit, nec veniam petit; divinam gratiam amisit, nec in-
gemiscit; jus cæli perdidit, nec jacturam hoc esse credit:
jam inferis transcriptus est, & etiamnum ridet. O pecu-
dem! ô saxum! ô rupem! Hæc peccati malignissima
sunt artificia, homines mutare in pecudes, in saxa, quæ
vulnus ante non sentiunt, quàm in ignibus sunt.

Peccati ar-
tificia.

Cum in tergo hæret supplicium, abominationi esse
incipit peccatum. Fitque non rarò, ut qui flagitiis sen-
sum omnem perdididerunt, prius sentiant gehennam,
quàm destinant vitam. Ita Sodomæi ac Gomorrhæi ci-
ves prius inferos experti sunt, quàm essent apud inferos.
Ad rem Chrysostronus: Quod si ait, audito gehenna
nomine, irrides ac fidem non habes, illum ignem recordare
Sodomorum. Vidimus enim, vidimus, & in presenti quoque
vita gehennam effigiem. Tale est Sodomorum incendium, id quod
sciunt ii, qui ad ea loca profecti, plagam illam divinam, ac
caelestium fulminum opus oculis subiecerunt. Cogitatio quàm
grave illud sit peccatum, ut quod ipsam gehennam etiam ante
tempus existere coegerit.

Chryf. 20.
hom. 4. est.
ad Rom.

Pestis & fulminis obstupescendas, incredibiles, sed
Tom. I.

& abstrusissimas vires nemo unquam satis explicave-
rit: multò tamen minus peccati, quod verè pestis exi-
tiosissima, verè fulmen lævissimum, vastans omnia.
Peccatum malorum omnium verè maximum malum,
& solum malum est. Pejor est culpa quàm mors, pejor
quàm gehenna, pejor quàm quævis pœna, cum sit cu-
jusvis pœnæ causa.

Sufanna ad vendendam pudicitiam invitata, mascu-
lo prorsus pectore: Si hoc, inquit, egero, mors mihi est: si
autem non egero, non effugiam manus vestras. Quid ais ele-
brae mulier, quid hic loqueris? Imò si adulteris noti
consentias, morieris: si consenseris, effugies mortem.
At illa dictum perseverans: Mors, inquit, mihi est, si hoc
egero. Noverat castissima matrona mortem aliam, quàm
sit illa corporis, mortem continuam, æternam, ad
quam mors corporis collata, mors non sit. Verissimum
illud Apostoli: Peccatum cum consummatum fuerit, gene-
rat mortem. Hinc Sufanna generosissimè subjungit:
Melius mihi est absque opere incidere in manus vestras, quàm
peccare in conspectu Domini. Disc Christiane à matrona
Hebræa, potiùs corporis vitam perdere, quàm Dei
gratiam.

Dan. c. 13.
vers. 12.

Iac. cap. 1.
vers. 15.
Dan. cap. 13.
vers. 23.

§. III.

Tertium est, quod initio posueramus: Quisquis le-
liter delinquit, omne genus miseriarum ac calamitatum
sibi ultro accersit. At quin omnium omnino miseriarum,
calamitatum omnium una unica est causa Peccatum.
Cyprianus litteris Donatum hortatur, ut in montem
sublimis iudicii ascendat, & inde prospiciat oblecta pi-
ratis maria, vallata prædonibus itinera, valles grassato-
ribus refertas, colles ab exulibus occupatos, futes & ho-
mnicidas ubique frequentes, urbes simultatibus divisas,
regna bellis attrita, nusquam non plurimum malorum.
Omnium causa peccatum; omnia turbat & confundit
peccatum.

Peccatum
omnium
miseriarum
causa est.

Rectissimè Chrysostronus: Nomina calamitatum, in-
quit, philosophantibus nomina tantum sunt, vera autem ca-
lamitas est, Deum offendere. Nimis Deum abjicit, qui lu-
crum aut voluptatem, qui pecuniolam aut muliercu-
lam audet præferre Deo. Si Deo Deum alium æquè
formosum, divitem, liberalem, sanctum præferremus,
prudenter non nihil esset stulticia nostra; at cum sor-
des & vilissima quæque, cum guttulas mari, cum res
conditas, res caducas conditori præferimus impiè, hoc
demum insania luculenta, hoc manifestaria impietas,
atque hoc malorum omnium Letna, hoc omnium
ærumnarum est seminarium. Sed

Chryf. 20.
hom. 5. ad
pop.

Nil mortalibus arduum est.
Calum ipsum petimus stulticia; neque
Per nostrum patimur scelus
Iracunda Deum ponere fulmina.

Hom. 1.
lib. 1. Carm.
Oda 3. fine.

Mortalium flagitiola temeritas, non dubitat quid-
vis audere. Vel ipsæ hoc fabulæ loquuntur. Gigantes
cælum affectant, Hercules invadit inferos, Iason cum
sociis scrutatur maria, Dædalus sese aëri credit. Hoc
nimium fabulis docemur: Superbi gigantum iustar
moliuntur expugnare cælum, quod sola Humilitatis
viâ adiri potest. Contemptores Numinis rident infe-
ros. Avari Iasones & velleris auri stridentes se pelago
committunt. Ambitiosi Dædali omnem captant aur-
ram inanis gloriæ. Audax omnia aggredi gens humana
ruit per vetitum nefas.

Et unde tandem dissidia, contentiones, litigia, bel-
la, ruinae, nisi è solo peccato? quidquid in humano cor-
pore sanitatis, virium ac formæ est, Morborum &
Mortis pabulum ac præda est opera peccati. Hebræus
rex meritò vociferatur: Non est sanitas in carne meâ, non
est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Quocirca me-
dicus è cælo, non utile solum, sed & necessarium in mor-
bos consilium suggerens: Jam, inquit noli peccare, ne
deterius

Psal. 37.
vers. 4.

Peccati vi-

deterius tibi aliquid contingat. Pestilentiam, & omne morborum genus in aciem contra nos eduxit Peccatum.

Macies, & nova febrium

Terris incubuit cohors:

Semotiq; prius tarda necessitas

Leti corripuit gradum.

Horum omnium causa Peccatum. Evolve Regitri factos, & arrogantiam potissimum mulctari animadvertes, Ezechielem perlege, & rapinas; Joëlem, & lasciviam variis cladibus puniri cernes. Plena omnia divinae justitiae exemplis. Quantum calamitatis in Reges Israël, in Coritas, in Sodomitas, in Dathan & Abiron assecclas, in Judaeorum populum, in infinitos alios Peccatum non immisit? Quot centena millia, quot milliones hominum fame, ferro, stammis, peste, sulfure, aquis Peccatum absumpsit? Perierunt propter iniquitatem suam. Quoniam qui malignaverunt, exterminabuntur.

Ita mors in omnes homines pertransit per peccatum, ut vita non sit nisi mors continua. Et meminimus omnia mortis instrumenta, carceres, cippos, numellas, mariticas, funes, equuleos, flagra, virgas, taureas, craticulas, rotas, scorpiones, sartagine, peccines, cruces, & quidquid ejuscemodi feralis suppellectilis est, excogitatum esse propter peccatum, aut inventum ab iis quibus in innocuos peccare voluptas est. Sic enim variatur peccati supplicium, sicut infinite varium est ipsum peccatum. Non tot Proteus sinxerit personas, non Empedocles tot transmutationes, nec Pythagoras tot transmigrations, nec Chaldaei tot varietates, nec Evantius tot imagines, quot Peccatum subit formas, induit personas.

Quemadmodum verò sola probitas & morum innocentia hominem supra homines attollit, ita improbitas & nequitia hominem infra homines dejicit, & in belluam mutat. Num homo censendus, qui voracitate lupum induit, iracundiã canem, superbiã pavonem, avaritiã bufonem, levitate passerem, astutiã vulpem, rapacitate vulturem, furore leonem, timiditate cervum, lascivia hircum?

Hinc David rex serpentes & aspides dixit iracundos; insipientes multos; Adulteros Hieremias equos; Pharaonem Ezechielem draconem; Phariseos Joannes genimina viperarum; Impudentes Christus canes & porcos, Herodem vulpem appellat. Homines peccatum in feras transmutat. Ex oraculis divinis id liquet: *Homo cum in honore esset, non intellexit; comparatus est jumentis insipientibus & similis factus est illis.* Parum hoc. Hominem peccatum transmutat in diabolum. Apertè Christus discipulis: *Ex vobis unus, inquit, diabolus est.* Et Judaeorum turbis objectum: *Vos ex patre diabolo estis.* At diabolus, inquit Anselmus, non terroribus aut minis, ne peccaret, monitus est. Homo, licet intentatâ morte, peccatum tamen non cavit; Diabolus semel, homo millies ac millies, iterumque millies delinquit; ille in creatorem, iste tam in creatorem quam redemptorem calces elidit impiè.

In hominem invidum graviter exandescens Chrysolomus: *Nam invidus, inquit, ipso diabolo magis diabolus est. Invidet Satan, sed hominibus, non sociis. Tu verò homo cum sis, invides hominibus, odium adversus genus naturamque communem exerces, quod ne Satan quidem facit.* Ergo flagitiosus operus, rectè diabolus, sed & infernus dicitur. Joannes Apostolus: *Et infernus, inquit, & mors missi sunt in stagnum ignis.* Et quomodo hoc tandem? An infernus in infernum missus est? Ita profus, sic sacri interpretes affirmant. Nam qui vitam criminibus implet, rectissimè Infernus dicitur. Nam sicut infernus tormentorum ac cruciatuum locus, diabolorum domus est, sic impius conscientiae laniemam, & saepe diros cruciatus gerit peccatore, quod cacodæmoni pro domo locat. Ita infernus iste mittetur in infernum.

O Peccatum, ô ventum horribilem ac pestilentem!

qui flores, frondes, fructus humanarum stirpium decussit: qui justitiam ac innocentiam, & hominem homini ademit. O virus letaliter amabile, ô toxicum ad usque animi medullam lævens, nullis calamitatum fluctibus, nullis inferorum incendiis sopiendum?

Querit caelestis Pater è protoplasto jam reo: *Adam ubi es?* Ei Adam verè responderit: *Nusquam sum.* Nusquam tunc erat, nec enim in Deo erat ob commissum peccatum; nec in paradiso ob contractam poenam; nec in seipso ob conscientiae remorsum; nec in rebus creatis, ob motam rebellionem; nec in Mundo, ob propriam inconstantiam. Nusquam, heu nusquam erat, ubi bene esset: rapacissimo torrenti non absumptis, cujus aquas properante impetu defluentes hinc vel illic esse dicendum non est.

Vix ergo scire, quid sit peccatum? Unicam Adami noxam intueri. Quot eã milliones hominum in extremas miserias præcipitavit? Hinc fames, bella, pestis, hinc calamitates, arumnæ ac cædes, hinc morborum agmina, hinc mors ipsa. Ab uno hæc omnia peccato sunt. A tali arbore tales fructus, à tali causâ tales effectus. Ad istud quidem expiandum Dei filius in crucem actus est; quot millia nihilominus in Erebum detruduntur ob peccatum? Quisquis hæc seriùs cogitat, cum voluptas ad peccandum invitatur, liberè dicit: *Æternum poenitere tanti non emo.*

E cælo tonitrua, nix, grandines, fulgura, procellæ, turbines, fulminaque ruunt; horum omnium causa exhalationes & vapores è terrâ sursum eveccti nativâ levitate, qui variis tempestatibus in terram redeunt. Haud aliter è cælo in nos fames, bella, pestilens, morborum & miseriarum plurimarum quotidiana tempestatas veniunt, quæ quidem à Deo immituntur, sed priùs vapores & exhalationes peccatorum emittuntur, hinc omne tempestatum genus, hinc omnis calamitatum turbo. Illud Meteorologia, istud Theologia nos docet.

Er rectissimè Gregorius: *Mala, inquit, quæ patimur, mala nostra meruerunt:* Siracides id affirmat: *Mors, sanguis, contentio & romphaea, opprestiones, fames, & contritio, & flagella: super iniquos creata sunt hæc omnia.*

Peccatum nos paradiso exclusit, & in hanc vallem lacrynarum, in hoc exilium, in hoc mare procellosum eiecit, ubi venti vehementes, & fluctus ingentes, ubi quotidiana naufragia, ubi omnia mala. Verè miseris facit populus peccatum, quod Salomon affirmat. Unde tot olim infestationes Turcarum, tot incurfus barbarorum, tot victoriæ adversariorum? Unde fames & pestis tam crebra; Cur cælum sæpe nobis æneum, cur nubes nonnunquam, aut nimis imbribus abundantes, aut nullis? Unde tot agmina morborum, tot febres, epidemias, pestes? A peccato hæc omnia: Peccatum omnium miseriarum pelagus.

Cum Romano Sapientè dixerò: *Errat si quis putat Deum nocere velle: non potest. Deus nec dat malum, nec habet. Deum propitiare bonus esto.* Mundi sunt oculi ejus, ne videat malum, & respicere ad iniquitatem non poterit. Ideo extremè odit peccatum. Nam uti lux natura tenebras averfatur, pulchritudo turpitudinem, bonitas malitiam, puritas immunditiam, vita mortem, sic & sanctitas omnem nequitiam & foeditatem. Sicut igitur Deus sanctitatem infinito amore, ita necessariò peccatum odio prosequitur infinito. Odii signa sunt, quæ modò numeramus.

Principiò seipsum Deus suamque gratiam subtrahit ei qui peccavit. Deinde, variis calamitatibus in hoc etiam Orbe, velut præfente monetâ punit peccata. Terribè jus cæli admittit ei qui delinquit. Aut igitur respiscendum, aut cælo valedicendum. Quarrò quodcumque letale peccatû incendiis punit æternis, & tamen (quod obfufpescendum dictû est) citra condignum punit. Omnium

Theolo-

Homer. lib. 1. Carm. Oda 3.

Psal. 72. vers. 19. Ps. 36. v. 9. Rom. cap. 15. vers. 12. Omnia mortis instrumenta propter peccata inventa.

Probitas hominem supra homines attollit, improbitas hominem infra homines dejicit.

Psal. 48. v. 13. & 21. Et in diabolû transmutat. Joan. cap. 6. vers. 71. Joan. cap. 8. vers. 44.

Chryf. to. 3. in c. 9. Joan. hom. 5. 4. sine. Et tom. 4. in 2. ad Corinth. 12. hom. 31. me. Joan. c. 20. vers. 14.

Gen. cap. 1. vers. 9.

A peccato fames, bella, & cetera miseriae eventum.

Ecc. c. 40. vers. 9.

Prov. c. 14. vers. 34.

Seneca. ep. 91. Hæc. c. 1. vers. 11.

Quæ sunt odii signa.

Theologorum ore asseritur, noxæ letali cuius vel unica sempiternum esse decretum supplicium, nec ullis tamen æternitatibus futurum ut dici possit: Hæc noxæ fatæ poenarum sustinuit. Quid ergo est peccatum mortiferum? Heu, Eheu! Hic omnes Angeli loquantur, nec tamen satis eloquentur illud infinitè abominandum; quod sub mortifero peccato vel unico dilitefcit.

Horrendum est quod in detestationem peccati letalis Ludovicus Blofius pronuntiat: *Si mater Domini, ait, Virgo beatissima peccasset mortaliter, ac sine contritione mortua efferet, cælum nunquam obtinisset, sed cum demonibus in inferno cruciaretur. Tam exacta est Dei iustitia.*

Blofius Moral. spirital. cap. 1. ad finem.

Atque hoc sanctissimæ feminæ Birgittæ patefactum, quæ dæmones ad supremum iudicem sic audit vociferantes: Si res illa, quam præ omnibus diligis, quæ est virgo quæ te genuit, & quæ nunquam peccavit; si, inquam, illa peccasset mortaliter, & sine contritione divina mortua fuisset, sic diligis iustitiam quod anima ejus nunquam oblineret cælum, sed efferet nobiscum in inferno.

Revelationes S. Birgittæ l. 4. c. 7. ante meæ, cujus ipsissima verba sunt.

Nimum obstupescenda vis est cuiuscunque peccati letalis. Miratur Plinius argentum, æs, aurum in sacculis cera obfignatis, ad fulmine liquari, sacculus penitus illæsis, & ceræ signo nec quidem confuso. Mirabilis multò est animam solius peccati abditissimo illapsu ita jugulari ut eam æterna mors sibi obnoxiam habeat semper jugulandam, nunquam extinguendam.

Chrysof. homil. 5. ad Ph.

Solenter submonens Chrysofomus: *Frâtes mei, ait, nolite pueri effici sensibus, sed malitiâ parvuli estote, etenim parvulorum timentem habemus, mortem timentes, pueri enim larvas timent, ignem non timent facile, quippe manum admovent ignis: & nos timentus mortem, quæ larva est digna contemptu; peccatum verò non timentus, quod verè timendum est. Peccatum, quia omnem eripit divinam gratiam, miseris peccantem omnibus subjicit, & ad mortem trahit æternam. Atque hoc tertium est nostræ assertionis caput.*

§. IV.

Peccatum cælo excludit.

Quartum est: *Quisquis letaliter delinquit, cælum in omnes æternitates perdit.* Peccatum cælo excludit, cælo empyreo, quod ornatum amœnissimum, situ altissimum, spatio amplissimum, omni ex parte perfectissimum Mundi miraculum. Hoc tali cælo excludit peccatum. Supremi regis decretum novimus à Paulo promulgatum: *Omnis fornicator, aut immundus, aut avarus (quod est idolorum servitus) non habet hæreditatem in regno Christi & Dei.* Damnum hoc non ultimum, sed certè maximum est. Tameris nocumentum aliud non inferatur à peccato, istud abundè satis, & nimium quàm satis est, delictis privari æternis. Dicitur potest hoc damnum, æstimari non potest. Rectè Augustinus: *Si possemus, inquit, facere, fratres, ut dies iudicii non veniret, puta, quia nec sic erat malè vivendum.* Sit ergo; Ignis divini iudicii neminem corripit, quibuscunque lubuerit delictis affluant peccatores, & semper affluant, si tamen separati sunt à divino vultu, nec cum unquam videant à quo creati sunt, infinito & damno, & supplicio macerati sunt, meritòque in qualibet æternitate, ut Augustinus loquitur, & impunitate peccati plangere se debent.

Ephef. c. 5. vers. 5.

Aug. tom. 8. in psal. 49. post princip.

Amantius Horolog. Sapi. lib. 1. cap. 1.

Illud quidem dictum in Rhetorum scholis videtur natum: Quis mihi det membranas perinde ut cælum extensas, quis mihi tot calamos suppediter quot arboribus sunt folia, quis mare in atramentum mutet, ut scribam dama quæ letale peccatum infert. Sed nulla hæc auxesis, exaggeratio nulla, nam etli tot sint calami, tantum membranæ ac atramenti ad scribendum, nemo tamen unquam perscripserit, quantum homini peccatum noceat, cum noceat æternum.

Mat. c. 2. 6. vers. 24.

Veritas ipsa pronuntiat: *Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille.* Nam hominis istius imaginem in cælesti ci-

Tom. I.

vitare ad nihilum redegit Deus, idque jure merito, quia infinitam Deo contumeliam intulit. Quantò enim minus est bonum quod Deo præferatur, tantò major est quæ Deo infertur contumelia. Atqui omnis thesaurus, voluptas aut dignitas omnis bona sunt infinitè minorâ Deo. Infinita igitur Deo fit injuria, cui æquissimè respondet infinita poena.

Et nonne is sibi plurimum obstringit eum, cui centum auri marcas largitur gratis? Atqui vel sola lingua, vel oculi soli à Deo nobis concessi mille auri marcas in infinitum superant: Accedit corpus, & corporis inquilinus animus vel mille Mundis pretiosior.

Ægidius è divi Francisci sociis hominem profanum instruens: Quidam, ait, manibus, pedibus, & oculis carebat. Hunc unus aliquis amicorum sic allocutus est: Si quis, amice mi, & manus tibi, & pedes, & oculos restituit, quid tu illi reponas lostui loco? Servum, inquit, me illi addicam in omnem vitam. His in antecessum dictis

B

Ægidius: Et tibi, mi frater, quis manus, & pedes, quis oculos, & linguam, & aures, totumque corpus, quis animum, & quidquid boni habes, largitus est? Deus utique. Igitur si ob restituta membra non multa, te servum geras: quid ob attributa tibi membra omnia, Domino Deo rependes? Quam autem indignum est oculis eum offenderè, qui oculos dedit, & iis illum manibus lædere, qui manus tribuit, & eâ illum linguâ læcescere, qui linguam formavit?

Hinc certè infinita servietidi Deo nos vincit obligatio, atque ob hanc etiam transgressionis culpa, & quod sequitur, culpæ poena est infinita. Nam, quod breve fuit tempore vel opere, inquit Bernardus, longum esse constat in pertinaci voluntate. Quia sicut condemnatus est, qui in vitiosa permanet voluntate, si reprehensibilis est, qui in aliis non studeat proficere. Sic omnino, cujus vita moritur in culpâ; ejus mors vivit in poenâ, eaque sempiternâ: Sine fine vivere cogetur, ut sine fine per mortem crucietur. Mors eum semper depascet, nunquam consumet.

Bernard. in parois sermo. n. 15.

C

Eheu, rapidissimi temporis volaticam hilaritatem, seu hilare momentum opibus, gloriæ, voluptatibus, nullo ævo morituris præponimus; acum perdimus, & tristamur; cælum amittimus, & ridemus. Scimus à quolibet graviore delicto æternitatem pendere duplicem, felicem & infelicem; Illius jacturam, hujus poenam cuiuscunque letali noxæ decretam esse. Scimus hæc; scimus, & tamen tam temerè delinquimus, maxime in tam dubiâ vitâ, quæ nullum momentum à morte liberum polliceri potest. Quis sibi horam post scelus alteram, quis adeo momentum doloris & poenitentis vel unum spondeat? Nihilominus in tantâ vitæ incertitudine, tam dubiâ re, scientes volentesque salutis æternæ, ignis æterni periculo nos exponimus: ita sponte animi flammis nos induimus non morituris, gloriâ exuimus æternâ. Sic revera cælum insani odimus. Cælum odit qui contemnit, qui negligit, qui ultro peccatis se involvit.

Lacon, uti Plutarchus memorat, voto seipsum obstrinxerat, de rupe Leucade præcipitem se dare. At ubi conscendit montem, & formidandam altitudinem contempsit, horrore concepto avertit sese, & pedem revocavit. Cumque illi hoc probri gratiâ objiceretur: Non putaram, inquit, ad illud votum majore opus esse voto. Qui facinus arduum animo concipit, prius animum facinori parem induat necesse est. Verum quid istud ex editâ rupe, in imam voraginem præcipitum, ad illud fit è cælo in tartarum sese abjicere? Quâ igitur ratione innumeris seipfos præcipites agunt è sede beatorum, in barathrum diabolorum? Nimirum clausis oculis id faciunt, infinitam peccati malitiam non expendunt, inextricabiles æternitatis gyros non respiciunt. Viam ad inferos cæci ac compressis oculis percurrunt. Quisquis verò cæcus esse non sustinet, omnibus studiis ac

Plutarch. in Lacon.

Q3

votis

interest gehenna? O potulente & ebriose quàm iniquè A hinc Æternitatis luctuosissimæ causam efficientem prosequemur.

§. I.

IN sacris Christianis arcana quædam sunt, quæ nemo satis intelligentiâ & ratione comprehenderit, horum quinquè potillimum numeramus.

Mysterium sacrosanctæ Triados; Christus hominem Quinque indutus; Eucharistiæ miraculum; Mortuorum in vitam arcana quæ reditus; Æternitatis supplicium. Quia verò hæc creditu nullus ratione comprehendit. difficilia, ideo illa singulariter divina providentia Oraculis, Conciliis, Miraculis confirmavit. Nostrium hinc est de suppliciis æternis disserere, & cur ea Deus, cujus natura est misereri, voluerit esse æterna.

Varia sunt Theologorum responsa. Sed, cum venia il- *Vide quid* lorum dixerim, an ad caput rei perveniant, nescio. Sunt *Æternitatis* qui dicant, nec displicet responsum: Scelerati in locis *bars prima* inferni semper peccant, ideo semper puniuntur. Quid *dicat Consi-* ergo iniqui est in eo non desinere pœnam, qui perseve- *der. 2. §. 2.* rant injuriam. *Tatemur*

Non displicet responsum. Imò non solum apud inferos *damnatoris* æternum peccant damnati, sed etiam apud nos, dum *blasphemias,* viverent, aliquam peccandi æternitatem invenerunt. *blasphemas, non* Perpendamus hoc obsecro mature. *proprie peccatum appellari.*

Quisquis ad usque mortem noxas iterat, in suo (sic *Quomodo* dicam) æterno peccat, ideo in æterno Dei justissimè *fit, ut culpa quæ cum fine perpetrata est, sine fine puniatur?* punitur. Tam verè quàm eleganter Gregorius: *Hoc rectè dicitur, si districtus iudex non corda hominum, sed facta pensaret.* *Greg. lib. 4.* *Constat* nimirum, inquit, & vero verius est, nec inter beatos finem gau- *diorum, nec inter damnatos finem esse tormentorum. Veritatis* decretum est: *Er ibunt hi in supplicium æternum; justi autem in vitam æternam. Quia enim verum est quod promissum est.* *Mat. c. 25.* *vers. 46.* *fit* Christus, falsum procul dubio non erit quod minatus est Christus. Sed dixeris: Scire velim, quomodo iustum

Quomodo sit, ut culpa quæ cum fine perpetrata est, sine fine puniatur? Respondet beatissimus Pontifex: *Hoc rectè dicitur, si districtus iudex non corda hominum, sed facta pensaret.* *Greg. lib. 4.* *dial. c. 44.* *Iniqui enim ideo cum fine deliquerunt, quia cum fine vixerunt. Nam voluissent utique si potuissent sine fine vivere, ut possent sine fine peccare. Ostendunt enim quia in peccato semper vivere cupiunt, qui nunquam desinunt peccare, dum vivunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicantis pertinet, ut nunquam careant supplicio, qui in hac vitâ nunquam voluerunt carere peccato.*

Hic velim, unum aliquid solerrimè observari. Est *Quæ circumstantia* aliqua peccati adhesio seu circumstantia longè pessima: *peccati sit* *longè pessima.* *Non peccasse tantum, sed cupere amplius peccare. Hæc peccandi cupiditas inferorum supplicii dignissima est. Si quidem Deus non tantum respicit peccata quæ facta sunt, sed & concupiscèntiam ac sitim ad faciendâ. Exemplo rem monstramus.*

Vir iste triginta annorum, sic ponimus, gehennæ ad- *Vir iste triginta annorum, sic ponimus, gehennæ ad-* dicitur, quia peccare non desit. Si quinquaginta, si sexa- *ginta, aut septuaginta annis vixisset, totidem annis peccasset. Si centum, si mille annis vixisset, non paucioribus peccasset; si ei æterna fuisset vita, æterna fuissent & illius peccata. Quia ergo tanta, & ad peccantis animum æterna est peccandi sitis ac concupiscèntia, jure merito æterna erit & peccatorum pœna. Ergo, quod Gregorius inculcat; Nunquam careant supplicio, qui in hac vitâ nunquam voluerunt carere peccato.*

§. II.

DAmnati porro noxas, quas contraxerunt, non eluunt, malitiam, dum viverent, ceptam non exuunt. Neque enim id gratiæ à Deo habent ut respiciant. Istud autem longè horribilissimum est, & plurimum infandum. Damnati gratiâ divinâ omni adeo sunt non poterunt dicere: *Miserere mei Deus.* Tantum profectò gratiæ illorum nemo habebit. Quo sanè diabolis sunt simillimi, è quibus nulla vis tormentorum unquam exprimet, vel solas has vuculas; *Pectavimus, parce.* Hinc non malè quis dixerit: In inferno

Q 4

inferno

Qui peccat diabolo se vedit.

3. Reg. c. 21. *vsf. 20.* *regi Elias: Inveni, ait, te inimicum mihi, ed quoddam venundatus sis, ut faceres malum in conspectu Domini.* Insuper & illud ex se notum, ab eo qui culpæ commissæ jungit contumaciam, augeri & pœnam: Quando igitur qui apud inferos torquentur, peccatis jam commissis addunt contumaciam (nihil enim pœnitentiæ vel emendationis in Orco) simul etiam augent injuriam.

Psal. 49. vsf. 22. *Ergo intelligite hæc qui obliviscimini Deum: ne quando rapiat, & non sit qui eripiat. Ille ipse iudicabit qui læsus est.* Ab hoc ad alium provocatio erit vana, defensio frivola, excusatio stulta, favores inutiles, preces steriles, patrocinium serum, detrectatio nulla. Nam Iudex inadulabilis & incorruptus, sententia suprema & irrevocabilis, decretum æternum, æternum est supplicium.

CAPUT XV.

Cur unica letalis noxa supplicio afficiatur æterno?

Nemo miratur narrantem, unicæ scintillæ neglectu civitatem bene magnam incendio haustam. Vulcani vires novimus, & ingluviem horrendam: robustissimus & voracissimus est; dum pabulum habet, vorare non desinit, & vorando crescit. Omnia glurit; domos, & urbes, & regna forbet. Non amicos novit, non hostes. Omnia diruit, nusquam sinit, absumit omnia. Arserunt urbes, arsurum & Orbem ipsum credimus. Quas fauces, quem esse ventrem dicam, cui tam grande pabulum objicitur, nec famem sedat. Non itaque miramur scintillâ urbes integras deflagasse; miramur incendium non citius extinctum fuisse.

Eundem pœnè in modum, Vitam momentum esse affirmanti non adversamur, utique vita Æternitati comparata vix momentum appellabitur. Quod si dicatur, ab hoc momento Æternitatem pendere, nec hoc miramur, scimus namque æternum præmium comparari non labore æterno. Nam si labor æternus foret, merces non foret æterna. Neque verò etiam miramur asseri, hoc vitæ momento posse gaudium obtineri æternum: Hoc enim non nostris, sed Christi promeritis tribuimus.

Sed quod miramur, hoc est; brevissimo sæpe tempore, unico imò momento, imò cogitatione unicâ supplicium æternum commereri. Actiones cum virtute conjunctæ præmium adipiscuntur æternum, ob Christi Domini promerita, quæ infiniti sunt pretii: at verò quâ ratione delicta nostra infinita sint nequitia, adeoque infinitum iis supplicium debeat, id nostram intelligentiam excedit; non assequimur hoc Theologiæ arcenum. Quid igitur scdæ voluptatis horula, aut pars horulæ, vel ut Tertullianus loquitur, vaporata libidinum momenta, quid habent obsecro delitescèntis malitiæ, quæ omni Æternitate satis expiari nequeat, quæ sempiternis ignibus castiganda? Miramur; non capimus.

Huic quæstioni non nihil responsum est in superioribus. Sed quia res magni momenti, & captu difficilis, eam explicatiùs jam trademus, explicaturi; Cur brevissimi temporis noxa supplicii æternis vindicetur. Ita

inferno meros merissimos esse diabolos, hoc est, obli-
navissimos ac desperatissimos Dei hostes, quales non
diaboli tantum, sed & omnes damnati sunt.

Quia in re sceleratus dum in vivis, damnatus dum in
tormentis est, aequales sibi sunt, suis viribus neuter ab
animi morte revocare se potest. Divino hic opus auxi-
lio. Quod Deus, dum vivimus, nunquam denegat, etsi
millies gratia excidamus, sed simul tamen monet: At-
tende tibi, nunc facio delicti gratiam, non eam facturus
semper. Praemoneo, & paciscor, dum animus haret cor-
pori, fores misericordiae tibi patent, ingrediare. Ubi
animus à corpore abjerit, hae fores obserabuntur.

Aequissime profus. Nam si damnatus decies milles,
si vicies, aut tricies milles ac saepius petisset veniam,
dum vixisset, repulsam non tulisset. Post exitum vitae,
non amplius venit, non auxilii, non gratiae quidquam
sperandum.

Hae pactiones erant, nec mille admonitiones decan-
tatae oblatam gratiam non esse repudiandam, miseri-
cordiam, dum liceret, amplectendam. Neutrum fa-
ctum; gratia effusa, misericordia neglecta, placuit esse
miserum, libuit perire. Ergo qui pereunt, suis pereunt
votis, suo se gladio jugulant, noluerunt amici esse Nu-
minis, ex pacto nunquam erunt.

Deinde, actiones improbae bonis adversantur rectif-
simè. Enimvero his aeternum praemium debetur, in illis
itaque supplicium aeternum. Nam (quod in philoso-
phorum scholis tritissimum) contrariorum eadem est
ratio. Beatitudinis perfectio est, beatum esse sine fine;
Tormentorum in Orco ratio est, sine fine esse miserum,
Christus Ecclesiasticus è caelo divinissimas conciones suas
omnes hoc omnino epologo clausit: *Et ibunt hi in suppli-
cium aeternum; justi autem in vitam aeternam.* Quod Mat-
thaeus asserens: *Et factum est, inquit, cum consummasset Ie-
sus sermones hos omnes.* En, exhortationes suas Dominus
Jesus non alia signavit clausula, quam hac ipsa, de pra-
mio ac supplicio aeterno. Nimirum tam justus est Deus,
quam misericors; amicis summum gaudium, inimicis
tormentum summum decrevit.

§. III.

Et haec quidem congruentissimè dicuntur. Sed num
à capite rem accessimus? Ego hic Augustini sapien-
tissimum pronuntiatum venerabundis brachiis ample-
ctor, Vir sanctissimus ita loquitur: *Factus est malo dignus
aeterno, qui hoc in se perenni bonum, quod esse possit aeternum.*
Haec ipsissima supplicii aeterni causa est, infinita cujus-
que letalis noxae malitia. Cum enim Bonitas offen-
datur infinita, offensio infinitam exerit malitiam, quae
summum Bonum tam temerario aggressu violare audeat.

Theologorum princeps Thomas Aquinas: *Peccatum,*
inquit, *nihil aliud est, quam actus humanus malus.* In omni
verò letali peccato duplicem assignat malitiam. Prima
est, Actus rationi ejusque regulae dissentaneus. Altera
est, injuria Deo irrogata contemptu Dei. Atqui haec
malitia nihil aliud est quam voluntaria à Deo aversio,
quae poenam meretur infinitam, quando Bonum abjicit
infinitum. Certè omnis letalis noxa contemptum Dei
praese fert. Exemplo rem monstramus.

Uti bis Itale lex capitalis est: Nemo gladium, nemo
pugionem gestato, Qui legis gnarus datà operà nihilo-
minus & gladio & pugione se armat, magistratum aut
principem legis latorem spernit: Non aliter edixit Deus:
Nemo furctur, Nemo mentiarur, Nemo adulteretur
&c. At inspectante Deo hic furatur, ille mentitur, iste
adulteratur, quidquid lex dicat. Num hoc non est con-
temnere Deum? Qui Caesaris edictum violat, in Cae-
sarem peccat: Quisquis leges divinas spernit, Deum
contemnit. E sacris paginis id liquet: *Anima quae peccave-
rit, & contempto Domino negaverit proximo suo depositum.*
Sic & Augustinus: *Peccatum est, inquit, spreto incommu-
tabili bono, rebus commutabilibus adherere.*

A Hinc infinita illa malitia emergit. Nam quo Maje-
stas quae leditur, major, hoc & offensio gravior est. Vi-
rum nobilem ledere, grave est; gravius, dynastam; gra-
vius, Comitem. His tamen multò gravius est laesisse
Principem; longè gravissimum laesisse Regem aut Cae-
sarem. Sie gradatim itur in humanis. Quam ergo grave sit
laesisse Deum infinitae Majestatis dictatorem?

Hinc infinita haec malitia vel unica letalis noxae, co-
Maltitia u-
nitate lenis
noxae nul-
lo actioni
bonarum
cumulo
potest re-
dimi.
Nunc si in una divinae Justitiae
lance, omnia beatissimae Matris Virginis, omniumque
divorum ac caelorum promerita componantur; in alte-
ram noxa letalis vel unica conjiciatur, illa omnia hujus
unius molera nunquam aequaverint, illa pro hac nun-
quam satisfecerint. Dictu proflus formidabile est, om-
nium proborum hominum sanctas actiones, unius le-
talis culpa pondere superari. Hoc tamen nemo mirabi-
tur, qui Deum Deique Majestatem immensissimam
B aestimaverit. Conditorum omnium à re condita con-
temni infanda temeritatis facinus est. Divini otis pro-
nuntiatum novimus: *Reus erit aeterni delicti.*

Maltitia u-
nitate lenis
noxae nul-
lo actioni
bonarum
cumulo
potest re-
dimi.

Maerit. 3.
vers. 29.

§. IV.

Tanta est igitur tamque infinita noxae letalis cujus-
cunque malitia, ut nullis virtutum officiis pensari
possit, ni eam judex supremus ultro condonet. Quia in
re Deus multò quam liberalissimus, vel uni homini mil-
lies iterumque millies culpa gratiam facit, & impunita-
tem concedit, eam tamen lege, ne culpam repetat, aut re-
petitam, penitentia prius expiet, quam in alium Or-
bem migret. Differt ille, & debitor obit: aeterni delicti
reus est, criticque semper.

Ad rem insigniter Augustinus: *Qui pro aliquo grandi*
crimine, inquit, *morte multatur, nunquid mora, quae occidi-
tur, quae perbrevis est, ejus supplicium leges aestimant, & non
quod cum in sempiternum auferunt de societate viventium?*
C *Sicut enim non efficiant leges hujus civitatis, ut in eam quisque
revocetur occisus: sic nec illius, ut in vitam revocetur aeternam
secundà morte damnatus.* Si magistratus reo, in perpetuum
vitam admittit quam non dedit, non idem Deus
jure meritissimo possit?

Augul. l. 1.
de Civit.
c. 11. mlt.

Quando igitur infinita noxae letalis malitia poenam
Cur pena
letalis no-
xionem infligi (uti in scholis loquuntur) per extensio-
nem infligatur necesse est, ut scilicet quod non habet
inflationem
inflationem infligatur, tormenti atrocitas, habeat temporis diuturnitas. *Dabit*
ignem & vermes in carnes eorum ut urantur, & sentiant usque
in sempiternum. *vers. 21.*

Cum nos haec talia meditatur, purem sic esse affe-
ctos debere, prout sunt qui plurimè rapacitatis sibi con-
scii, non sine gemitu supplicium sibi debitum in aliis
cernunt. Fit nonnunquam ut vir magni nominis & famae
partibulum transeat, & occultis suspiriis seipsum feriat,
haec apud animum suum volvendo: En miseri isti ventis
D inane ludibrium, nobis triste spectaculum, etiam post
mortem luunt quae vivi deliquerunt. Et quae eorum tan-
ta facinora? Sunt forsitan ex iis, quorum omnia furta
(quod saepius compertum) quinque aut sex florenos
non excesserint. Et tu qui aliquot florenorum millia sen-
sim intervertisti, sanus & incolomis obambulans, tu bys-
sinus ac holosericus incedis, honorifice salutaris, & jus
in miseros dicis, patibulo praese his miseris centies dignior:
hi reculas vilissimas compilarunt, & pendunt; tu fortun-
nam auream crebrius suppilasti, & triumphas. Cave;
Dii lanceo ac lento incedunt gressu, sed tarditatem vin-
dictae gravitate compensant.

Ita proflus cogitandum cuique nostrum cum inferos
cogitamus: Heu, quot capitalia commissi crimina, &
tamen etiamnum à flammis salvus sum: quam multum
non dubitem, in Orcino barathro ardent, aeternum ar-
furi, qui longè pauciores quam ego, & forsitan unicam
letalem

Beatitudi-
nis perfe-
ctio, &
tormento-
rum ratio
quae.
Matth. 6. 25.
fine.
Idem c. 26.
initio.

Aug. l. 2. 1. de
Civ. Dei
cap. 12. mihi
pag. 283.

Duplex
peccati le-
talis mali-
tia.

Levit cap 6.
vers. 1.

letalem noxam contraxerunt. Divini sol favoris etiamnum mihi splendet, illis qui rariùs & leviùs quàm ego deliquerunt, æterna nox incubat. Cave, tardo tacitòque pede ultio divina inferpit. In arcto stas præcipitio, & non horres? leviùs cades impulsus; qui diu steteras, mómènto rues: & quò rues? abyssus & chaos flammèum ruentem excipiet. Cave, vel digituli motus te præcipitat; unica te febricula, gravedo aut apoplexia, punctiuncula aut glans unica Æternitati te objicit. Cadis amicus Numinis? excipiunt Angeli. Sin aliter? excipiunt diaboli, excipit æternus ignis.

Putat sanctus Ignatius multos in inferorum ergastulis cruciati, qui forsàn letali nàvo se contaminarunt, sive jam perjurio, sive vindictæ desiderio, seu cogitatu obscæno, sive alio loquendi, cogitandi, agendi modo deliquerint.

Cogitandum etiam ferò, damnatos, fuisse homines nobis similes, & multos eorum Christianos, qui sacramentis & concionibus, qui libris sacris & admonitionibus ad optima quæque invitati, forsàn aliquanto tempore vitam integram piàmque duxerint, familiares cum Deo: Paulatim remissius ac socordius agendo, in peccatum mortale prolapsi, iusto Dei iudicio æternis incendiis sint addicti.

O mortales, ponite corda vestra, clamat Aggæus vates, ponite corda vestra super vias vestras.

§. V.

Sigismundus Imperator, quod Æneas Sylvius narrat, Theodoricum Coloniensem Pontificem inter principes maximæ auctoritatis virum diversa interrogans: Quo pacto, ajebat, ea obtinenda est felicitas, quâ quis verè dicatur felix? Cui Theodoricus: Hæc, inquit, inter mortales frustra quæritur. Imperator iterum: Ergo, inquit, ad illam cælestem, quæ rectissima ducit via? Huic Præsul: Meo sensu, inquit, nec certior, nec turior est, quàm sincera in rebus agendis omnibus intentio. Et qualis, inquit Imperator in viam hanc ingressus est? Ad quæ Theodoricus: Non difficilis, ait, modò tales sumus cum sumus sani, quales nos futuros esse promisimus, cum fuimus ægroti. Responsum ad omnia sapienter.

Et verè nulla hîc vera felicitas est, quærimus illam, non invenimus. Summa hîc rerum inconstantia, nutant & vacillant omnia; fordet voluptas omnis ad beatam æternitatem collata. Via verò ad delicias cælestes rectissima est, pura in omni actione Intentio. Hanc porò viam ingredimur, si nostris ipsi promissis stemus, si quæ in gravibus periculis, in vehementibus morbis, in confessionibus sacris promisimus, in opus educamus, & è verbis faciamus facta.

O varium & mirabile semper, humanum propositum! Siracides clamat: Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lavatio illius? Post baptismam mortuum tangit, qui culpam post lacrymas repetit. Clamat

Isaias: Lavamini, mundi estote. Lavamur, sed ad fordes brevè revertimus. Post lavacrum mundus esse negligit, quisquis innocentiam vitæ, post pœnitentiam non curat.

Clamat iterum Siracides: Non alliges duplicia peccata, nec enim in uno eris immunis: non iteres verbum in oratione tuâ. Verbum in oratione iterare, est, post fletum

committere, quod rursum necesse sit flere. Quod Gregorius confirmat his omnino verbis: Quisquis peccata plangit, nec tamen deserit, cor quidem conterit, sed humiliare contemnit. Ideo, inquit, admonendi sunt qui admissa plangunt, nec tamen deserunt, ut considerare sollicitè sciant, quia stendo inaniter se mundant, qui vivendo se nequiter inquinant, cum idcirco se lacrymis lavant, ut mundi ad fordes redeant. Hinc scriptum est: Canis revertis ad suum vomitum. Et quoties Christus Dominus unumquemque nostrum inclamat. Ecce sanus factus es: jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Hæc

Audimus, & dissimulanter contemnimus. Ideo planissime Bernardus: Irrisor est, inquit, & non verus pœnitens, qui Bern. lib. de ad huc agit quod pœnitet. Si ergo vis verus esse pœnitens, cessa Anima c. 4. à peccato, & noli amplius peccare. Sic plange commissa, ut non mihi pag. demò committas plangenda. Quoniam inanis est Pœnitentia, 1054. quam sequens coinquinat culpa.

§. VI.

Hæc scimus, & verò etiam, quidquid à nobis exigitur, facturos promittimus, & nihil fir. Ah, quoties, & quanta sanctissime spondemus, & nihil fit; ejuramus pristinos mores amoreque obscænos, & nihil fit; vitam pollicemur emendatissimam, & nihil fit. Parturimus grandia, tandem musculus, hoc est, imbellè & frigidum opus prorepat.

Valerius narrat, in exercitu Xerxis, quem adversus provinciam contraxerat, equæ partu leporem effusum. Eo monstri genere tanti apparatus significatus est eventus. Nam qui mare classibus, terram pedestribus copiis operuit, ut fugax animal, pavido regressu regnum suum reperit.

Tales omnino sunt nostri conatus: omnem uno die sanctimoniam combibimus, consilium suscipimus arduum, propositum haurimus sanctum, optimos mores promittimus: sed consilium non explicamus, propositum non premimus, cœpta non tenemus, à destinato aberramus, à promisso resiliimus, sumus quales antea, & sæpe pejores; sic equus parit leporem, sic montes parturiunt musculum. Standum & perseverandum est; propositis inhærendum, bene cœpta sunt urgenda.

Breves dies sunt hominis, & tenuissimum vitæ filum subito præscinditur. Aranearum architecturæ suam sibi spoliarium concamerantium vita nostra similis est, quarum circumatque orbem decussata paribus intervallis quaternis subtegmata dividunt, quæ ipsa segmenta singula, vicinis intertexta filis, æqualibus ubique maculis scutulæ

rete absolvunt, ut cum telam omnem perexteterint, octoginta omnino internodiis plagulisque, quod Pineda noster observatum curiosus ait, totus ille prædatoribus orbis in muscarum perniciem rotundatus implicetur. Hæc, inquam, vitæ nostræ Icon est, quam tamen Parcarum tenni filo deduci ægrè quidam audiunt, & poëtis irascuntur, qui annos nostros ad colum examinant; cum illis vel invitis David occinat: Anni nostri sicut aranea meditantur, quasi nimia in fuso & lanificio sit firmitas, ut ad araneam texturam tota vi nostri periodus revocari debeat. Breves dies hominis sunt, & semitam, per quam non revertimur, ambulamus.

Interim æternitati propinquamus omnes; nemo nostrum procul abest ab hac metâ seriùs aut citiùs contingendâ. Quis scit, quot ab eâ passibus distemus? hodiernâ forsàn, aut luce crastinâ tota nos circumdabit Æternitas. Quid ergo cunctamur, quid in re momenti tanti ludimus? Selvei unusquisque animam suam. Is sapit solus, qui unius voluptatulam momenti, non præfert beatorum Æternitatis.

CAPUT XVI.

Humanæ gentis cœcitas incredibilis, & horribilis stupor, tam in peccatis, quàm in supplicii peccati æternis expendendis.

§. I.

Quid dicamus, quidquid clamemus, quidquid scribamus, sive prophetarum vaticinia, seu Christi minas & oracula, sive Apostolorum scripta ingeramus, magnam partem frustra sumus. Surdis nœnia. Clamatur, nec auditur clamor; promissa & minæ ingeruntur quidem, sed spernuntur. Et quamvis horribilissima

Sideratio
perorum.Aggæus c. 1.
vers. 5.

Via ad cœlestes delicias rectissima quæ.

Ecclesi. c. 34.
vers. 30.Isa. cap. 1.
vers. 16.Ecclesi. cap. 7.
vers. 8.Greg. rom. 3.
parte 3. pa.
storali. c. 14.
admonit. 31.
mibi p. 97.Ioan. cap. 5.
vers. 14.

bilissima illa vox, *Æternitas, Æternitas, Æternitas* mil-
lies iterumque millicies inculcetur, vix quidquam tamen
proficitur.

*Iob. cap. 2.
vers. 18.*

Quoties ex alto his talibus mottemur verbis: *Filii
sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam Deus
daturus est his qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Se-
quetur alia post hanc æterna vita, semper beata, volu-
ptas immortalis & perpetua. Nunc ergo sustinete mo-
dicum: leve & momentaneum tribulationis nostræ immen-
sum gloriae pondus operabitur in nobis. Quod jam durum
est pati, dulcissimum erit meminisse. Quidquid igitur
tolerandum venit, in omni patientiâ & longanimitate, cum
gaudio gratias agentes Deo, sustinete.*

*2. Cor. c. 4.
vers. 17.*

*Coloss. cap. 1.
vers. 11.*

*Isa. cap. 28.
vers. 10.*

Hæc pleraque omnia dicuntur gratis. Nec alia ferè
cantilena extunditur, quam illa Judæorum: *Manda, re-
manda, manda, remanda; expecta, reexpecta; expecta, reexpecta.*
Quidquid de futuro sit, oculos & manus presentia im-
plet; voluptas huè illuc trahit, huic moderari difficilli-
mum. Appetitus satius est quibuscumque demum
impenditis. Deus benignus est & misericors, qui facilem
dabit veniam delinquentibus.

Hæc illa sunt cæcorum carmina. O miseros, & ô ni-
mium cæcos mortales! An ignoratis has voluptates ve-
stras, quas adeo sititis, esse veritas? An non vestra vobis
conscientia id quotidie concionando ingerit? An non
dehortatur ratio? An non aliud divinæ leges imperant?
Sed dicite, oro, an non creditis omnem in hoc Orbe
voluptatem, quantumcumque diuturna videatur & sua-
vis, momento stare, subito ruere, & in æternos luctus
desinere? Omnis Mundi amœnitas Æternitati collata,
nec momentum quidem, nec punctum est, minus ni-
hilo est. Sed nunc hæc cogitatis, num creditis? Si quidem
Christiano nomine cenferi vultis, fatendum vobis erit,
hæc vobis cogitari, hæc credi. Sed ea est, dicetis, huma-
nae fortis conatio, ut æternorum obliti, ad presentia
toto impetu ruamus. Hinc navi & macula, hinc omnis
vitiatorum propago. Bona confessio, modò eam sequere-
tur & emendatio.

Humanae
fortis con-
ditio que:

§. II.

Sed liceat denno quærere: Num creditis hæc vitia,
vobis tam familiaria supplicitis sempiternis à Deo
putitri? Credimus, ajunt. Quâ ratione igitur non so-
lum tam obliuosi, sed & tam temerarii estis, ut toties
tam impudenter divinas leges violare non vereamini?
Ad eo ut nec quidem formidine pœnæ peccatum oderitis;
nullus gehennæ metus, nullus ignis perpetui horror,
nullus amor cœli. Hinc in omnem licentiam effusi mo-
res, hinc querula in adversis impatiëntia, hinc petulans
& secuta in prosperis oblivio gehennæ, hinc omnes vi-
tiorum rami. Nimirum omnis à cogitationibus vestris
exulat Æternitas; quam fortè creditis; sed reverà non
expenditis. *Nullus est qui recogitet corde.*

*Hier. c. 12.
vers. 17.*
Æternitas
in animum
non de-
scendit.

Æternitas in ore est, sed in animum non descendit.
Aures feriunt Æternitatis monita, non penetrant.
Æternitas vix ab ullo suis momentis ponderatur. Æter-
nitatis infinita sæcula quandoque forsitan cogitamus, sed
obiter: de eâ ab aliis scripta legimus, sed obiter: im-
mensam Æternitatis sine fundo voraginem in concio-
nibus adumbratam aspiciamus, sed hoc obiter ac per-
functoriè. Brevi salubres gemitus aliarum cogitatio-
num mole obruuntur. Sic Æternitas vix animum in-
gressa, mox vanissimis cupiditatibus sepelitur. Inde om-
nia prioris nequitie blandimenta subreunt, & ani-
mum, ut ante, occupant. Ita fides nostra, quam jacta-
mus, fides somnians, aut verius, mortua est.

*Baronius
1077. 5. 211.
no 411.*

Narrat illustrissimus scriptor Baronius, quod sibi
testatissimâ fide comperit asserens: Hoc, inquit, au-
ditiōe accepi, ab integerrimâ fidei viro Michaële
Mercato, qui de avo suo hæc explorata retulit, quæ
complurimum eruditorum virorum assertione scimus fir-

A mata, & pro concione sæpius narrata. Res ita habet:

Michaël Mercatus senior cum Marsilio Ficino inge-
nii nobilissimi viro, intimâ jungebatur amicitia, quam
& paria philosophiæ studia accendebant. Uterque
horum Platonis scripta combiberat. Fuit ut ex more
disceptarent inter se, quis hominis post obitum mor-
tem sit status, quo animus humanus migret, quæ re-
rum facies in Orbe altero? Atque hoc è Platonis mente
deducebant Christianis oraculis confirmandum. Ser-
mone inter disserendum longius progressio, ad eam
uterque conventionem descendit, ut stipulatis dexteris
alter alteri sanctè promitteret, ut qui prior nature
concederet, superstitem de alterius vitæ ratione quam
fidelissimè, si liceret annuente Deo, redderet certio-
rem. Hæc pactio: & juratum omnino in hæc verba.
Post aliquantum temporis, hi duo viri totis urbibus dis-
juncti habitaverunt. Cùmque Michaël Mercatus summò
mane ad auroram Musis amicam Philosophiæ opera-
retur, equitem in proximâ plateâ ad ædium suarum
ostium contento cursu properantem, simulque Mar-
sili fuclamantis vocem audit: *O Michaël, ô Michaël, vera
sunt illa, vera, verissima.* Michaël ad notissimi amici vo-
ces excitus, mox à libris fenestram accurrit ac prospicit,
cernitque à tergo Marsilium equo niveo vehementem,
jamque reflexo itinere abeuntem. Hunc ecleri voce pro-
fecutus, Marsili, Marsili, clamabat. Sed eques candi-
datus moram non ferens, oculis sese subduxit. Mercatus
inopinato spectaculo attonitus, quid suo Marsilio
evenisset, anxie cœpit indagare. Demum intellexit Mar-
siliium Florentiæ eâ ipsâ horâ obiisse, quâ ad suas aedes
visus à se auditusque esset. Ab eo tempore Mercatus,
quamvis jam antea vitæ integer, & commendatæ pro-
biratis fuerit, philosophiam, nuntio remisso, res sibi
suas habere jussit, ipse in posterum solius Christianæ
philosophiæ leges sectaturus. Ita quod reliquum vitæ
habuit, sibi jam Mundòque mortuus, ad futura se to-
tum transtulit, Æternitatem assidue meditatus.

§. III.

Attenta Æternitatis meditatio, vitæ melioris prin-
cipium est. Laudatur virtus, & alget, ubi vita
æternâ non amatur. Declivis & facilis ad inferos via est,
ubi mens non assidue ad beatorum vel damnatorum
æternitatem cogitandam intenditur.

Hæc scimus, hæc credimus; interim obdormimus, &
summum Bonum negligimus. Auditur quidem dicere,
O Æternitas! At interim hilari manu patetam spuman-
tem capimus, & toto nos auro proluimus, ad usque col-
lum saturi. Subinde alto gemitu Æternitatem suspiramus,
at interim impuris ac obscœnis cogitationibus cor
scater; occultas illud libidines coquit, & furtivis mear-
tibus suo se Deo subducit. Cœlestes thesauros appeti-
mus, at interim terræ spumam, pecuniam, amicissimis
oculis salutamus, & clandestinis sacrificiis litamus
Mammonæ. Æternos inferorum ignes videmur expa-
vescere, at interim Ira & Invidia, velut Æterna ignibus,
flammigamus. Æternas ab omni labore ferias expecta-
mus avidi, at interim adeo torpescimus desidia, ut otium
ex otio ducamus, ad omnem seriam industriam fracti
& languidi.

O non violentos qui cælum rapiant, sed ô cæcos, qui
viâ spatiosâ & amœnâ malint errare, quam asperâ non-
nihil & arctâ, iter tenere rectum.

Interim Christus omnèsque cœlites inclamant: *Con-
tendite intrare per angustam portam, Contendite, Conten-
dite: Quia multi quarent intrare, & non poterunt. Prope-
rate, currite, vincendum & eluctandum est. Conten-
dite, At nos nec currimus, nec properamus, nec con-
tendimus: nos oscitabundi lenti que velut cameli ac leo-
nes pedatim gradimur, & otiosè sequimur. Ac utinam
sequamur, & non omnino subsistamus.*

Nostrum

Velle nostrum simile est egrotorum conatibus;

Nostrum Velle ac statuere simillimum est egrotorum invalidis conatibus. Ager subinde sese erigit & lecto attollit, gressum molitur, pedem ponit, ambulare tentat, mox virum defectu in lectum recidit. Crura illius tibiaeque sulcata sunt nimis imbecillia, molli corporis sustentanda. Vellet surgere, sed posse negant vires. Vix alii sunt conatus nostri; ardua cogitamus, multa statuimus, sanctiora molimur, videmur velle rem bene agere. Sed vana sunt haec sine viribus molimina, deest alacritas spiritus, omnia pervadit languor. Hinc vitia potius intermissa quam abdicata non sine gustu reperimus. Ita recidimus in lectulum de quo abitum parabamus, & priori obruimur verno. Ita

Laudamus veteres, & nostris utimur annis.

Divorum res gestas evolvimus, & commendamus: non sequimur, non imitamur. Virtutem speciosissimis titulis oneramus, non eam factis exprimimus: beatorum aeternitatem inhiamus, sed molestiorem viam, quae illuc ducit, cautissimè declinamus. Nos spectant haec veteris Comici dicta:

Sed cum inde suam quisque ibant diversi domum, Nulli: erat illo pacto, ut illi iusserant.

Cum facta concio ad finem deducta; cum in templis peroratum est, domum itur, mensa struitur, jamque priora omnia ex intervallo non longo repetuntur. Hic noxter mos est, adimus templa, conciones audimus, quandoque ingemiscimus, peccatis indignamur, nobis ipsis irascimur. Sed hoc quamdiu? Mox hilaris oblivio sepelit omnem priorem sanctitatem. Conamur, sed languidissimè: hinc nullum prodit opus, aut mutilum.

Adeoque post sexcentas conciones iidem qui antea sumus: eadem quae prius juramenta, eadem impatientia, eadem lascivia, Invidia & Iracundia profus eadem. Nihil superbiae decessit, avaritiae nihil; sed nec gulae quidquam detractum est. Idem qui ante torpor, pristinae sordes, vetera omnia.

O caecitas humanae gentis, nullis sat lacrymis deploranda! Ex omnibus temporum pulpitis clamatur, Aeternitas, Aeternitas. Nos nihilominus praesenti ducimur voluptate. Adeo perire suave est.

§. I V.

Quemadmodum verò sacras conciones audimus, & negligimus; aures perfluunt dicta: ita sacros libellos percurrimus, & non proficimus; deserunt memoriae lecta. Quod ex oculis, itidem ex animo abit. Et quamvis aeternitas iterum iterumque inculcetur, nos tamen telami, quam orsi, perteximus: probamus meliora, deteriora sequimur, pietatem induimus, sed planè defultoriam; ita priori luto mergimur.

O Christiani, respicite & levate capita, & corda vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra: oculos animumque caelo attollite. Sunt fortè jam turbata omnia & adversa? Non sic & olim erit; meliora pollicetur caelum per brevi patientia obtinendum. Sunt fortè jam successus prosperi, & blandiens aura? Ne fidite; nihil in hoc Orbe diuturnum: suis quaeque momentis fluunt transiuntque omnia. Aeternitas durabit, sola transitum ignorat Aeternitas.

Haec dicimus & scribimus, haec occinimus & pingimus. Sed quis est qui haec altius in animum admittat. Quis haec probè capere, quis è solido conatur credere? O iterum caeci mortales, quorum tunc maximè perfunctoriae sunt actiones, cum Aeternitatis negotium in manibus est, cum de animi salute agitur.

Narrat ecclesiastes tam differens quam religiosus, Ludovicus Granata, quae ratione insanam hanc gentis humanae caecitatem è numero defunctorum quispiam amico superstiti detexerit. Duo, inquit, amicitiae amorisque sinceritate conjunctissimi erant, Theseum istum, illum Pirithoum dixisses, & unum pæne animum in

duobus corporibus. Uterque vitae fuit probatissimæ; utrumque amor & nescio quod singulare pactum sic colligaverat, ut nil magis vellent quam unà mori. Sed Mors, illa foederum omnium turbatrix, candidissimam hanc amicitiam dissolvit, & alterum ab altero, ex hoc in alium Orbem transtulit. Nec tamen omnis à morte amicitia dissolvi potuit. Siquidem non multum temporis abiit, cum defunctus vivo se stitit aspectabilem, sed habitu vultuque mœstissimo, tanquam si amico copiam faceret interrogandi. Exhorruit vivus ad tam inexpectatam amici praesentiam, & spectaculo tam lugubri perterrefactus stetit. Ubi animum resumpsit, interrogare instituit, num inter beatos ageret, aut quo loco res ipsius essent? Ad quae defunctus altum ingemiscens flebiles has voces ter clarè ingeminavit: Nemo credit. Nemo credit, Nemo credit. Alter iterum quamvis ore trepidum quaesivit, quidnam illud esset quod nemo crederet? Cui defunctus denuo: Nemo credit, quam Deus rationes exactè poscat, districtè judicet, severè puniat. Sub haec verba disparuit, dum alter novo pavore attonitus haec secum silentio expendit.

§. V.

Verè, è verissimè dictum, Nemo credit, quam accurata sint undequaque Dei iudicia, quam severa ab illis supplicia. Haec è cathedris toties promulgantur, toties illud Joannis ingeminatur: *Agite penitentiam, Matt. cap. 3. jam enim securis ad radicem arborum posita est. Et nemo credit. In chartis & libris aeternus luctus & aeterna tormentorum series toties explicatur. Et nemo credit. Aeterna gaudia, caelestes & aeternae voluptates, nunquam defutura paradisi amœnitas quantis voluminibus commendatur? Et nemo credit. Plena omnia cohortationibus ad caelum violenter expugnandum. Et heu nemo credit. Vi tantà opus esse ut caelum expugnetur: Nemo hoc credit, aut certè tam pauci, ut Christus ingemiscens dixerit: Et pauci inveniunt eam.*

Fides quae aeternam vitam praebamus, fides somnolenta & deses est: Hinc illi, quos vocamus, heroici actus, & generosi aggressus tam rari. Hinc illud religiosissimi scriptoris oraculum: *Promittit Mundus temporalia & parva, & servitur ei aviditate magna: Christus promittit summa aeterna, & tepescunt mortalium corda. Vile pretium quaritur; pro uno numismate interdum turpiter litigatur, pro vanâ & parvâ promissione die noctisque fatigari non timetur. Quis pro caelo tam acer & strenuus est? Quanti vigiliis suas ad abacum lusorium, ad hilares choreas, ad poculorum aciem suavissimè toleratas non sentiunt? Ubi tam hilariter vigilarur pro Christo, pro caelo, pro aeternitatis praemio? Millies repetendum: Et nemo credit. Ubi fides vivit, & immensas caeli voluptates, perpetua Orci tormenta capit, longè alii mores, longè alia est vita; hic oblectatunculae & voluptatulae tam turpes quam breves non sicutur, hic labor in pretio est, hic dulce ac jucundum est pati.*

Franciscus Borgias Dux Gandiae ardentissimâ febris debilitatus didicit, nihil in rebus humanae stabile, nihil esse perpetuum. Cum verò alterno & novercali die, igni medullae coquerentur, pia illa cogitatio mentem pupugit; equaenam illos flammæ urerent, qui ob flagitia apud inferos penas aeternas penderent? Multum in hoc principe valuit ad omnem reliquam vitam haec cogitatio. Cogitatio profus utilissima si ulla, in morbo, in omnibus omnino adversis admittenda. Ita spiritum juvet, quod corpori nocet.

Quasi per amœna prata in carcerem pervenit, qui per praesentis vitae prospera ad interitum tendit. Et certè tam damnosa vanitas est longam vitam optare, & de vitâ meliorem parum cogitare. Quisquis es, cum Bernardo in aurem tibi insulurro. *Cogita, unde veneris, & erubescere; Cogita tibi sis, & ingemisce; Cogita quò vadās, & contremisce.*

Tot

Hinc vitia potius intermissa quam abdicata.

Plautus in Rudente, Act. 4. Scen. penult.

Oblivio hilaris sepelit priorem sanctitatem,

Et telam quam orsi sumus, perteximus.

Luc. cap. 21. vers. 28.

In tertio editione, Dominicus seculus adventus è Jacobo de Prato, Car.

thys lib. de peccatis mental. criminal.

Matt. cap. 3. Luc. cap. 3. vers. 9.

Matt. cap. 7. vers. 14.

Fides est somnolenta quae vitam aeternam praebamus. Thomas de Kempis l. 3. de Imitat. Christi c. 3.

Bern. serm. de primordiis & novissimis nostris, mihi gita tibi sis, & contremisce. pag. 376.

Tot aliorum affectata cœcitas nemini patrocinabatur. Jam pridem monti sumus, angustam esse portam, & arctam viam quæ ducit ad vitam.

Via ad inferos expeditissima.

Via ad inferos expeditissima, Libido & Luxuria. Incipe gradi hoc tramite, & brevi magnis itineribus ad Orcum non ibis, sed curres, sed volabis. Id Thomas Morus vir tam eruditus quam sanctus affirmatissime pronuntiavit, voluitque suis etiam scriptis inferere hoc disticho:

Si quis ad infernos properat descendere manes, Huc iter accelerant Balnea, Vina, Venus.

Hæc sexcentis, hæc millies audimus, & præne fastidimus. Et quod longè deterrimum, voluptatibus æternis hilare, tamen si turpe momentum ultro præferimus, & cupimus perire. Quocirca usque, & usque repetendum, Et nemo credit.

CAPUT XVII.

Compendium dictorum & Epilogus.

Certum nullius hominis linguâ cruciatus inferorum vel leviter adumbrari, nedum explicari aut exaggerari posse. Ab ore ad aures hæc monita pertinent, sed animum plerumque non vulerant.

Flamma picta & vera nimium quantum differunt, hæc tamen quandoque sibi simillima sunt: dolores nostri cum cruciatibus hominum damnatorum collati, heu quam nihil habent similitudinis, siquidem finiti ad infinitum nulla est proportio.

Certum est & illud, de plurimis Christianorum verissimè dici, eos nequaquam seriò credere, apud inferos puniri fontes, alioquin indubie aliter victuros. Eò dictum Domini collineat: *Filius hominis veniens, putas, inveniet fidem in terrâ*. De ceteris non minus verè dici poterit, eos de inferorum tormentis aut nunquam, aut rarò cogitare; & quidem cogitare solum, non inhaerere huic cogitationi, non perpendere hæc tristia, non ea imaginationi imprimere: aut certè altiore paulò cogitationem, velut salutarem flammam, curarum ac negotiorum mole obruere & ita cœcum ac surdum ad inferos descendere: omnes enim qui eò deveniunt, cœci & surdi sunt, uti Hierosolymæus civis, Lazari interfecto, tunc primum oculos aperuit, cum jam extra viam fuit. Sed ut dicta in compendio conferamus, Novemplex Æternitatis luctuosæ tormentum statuimus: singulorum hîc denuo monere, consultum ducimus.

Luc. cap. 18. vers. 8.

Diximus superiori capite.

Primum, Tenebræ.

Psal. 18. vers. 3.

Psaltes Hebræus: *Dies, inquit, diei cruciat verbum, & nox nocti indicat scientiam. Quis jam impiis persuadeat, eos errare, & impiè agere? Optimus vitæ dies inaniis & vanitatibus frangunt. Sed illis hoc demum persuadebunt: Avernales tenebræ, æterna nox; scientiam nox indicabit nocti. Quemadmodum dies felicitatis perpetuæ ostensus est beatis, quam opportunè hos vitæ dies sanctis actionibus expenderint: ita nox illa horribilis, sempiterna noctem dereget, quam inter vitia jam ducunt improbi, brevi æternâ nocte sepeliendi.*

O nox, ò tenebræ! hæc nocte, his tenebris latrat conscientia canis, favor humanus dormit, voluptas omnibus jam evanuit, nil fulget auri, nec splendent abaci, sileat amici, absint medici, terrent umbræ, involvunt flammæ, conclusit Æternitas. O nox, ò tenebræ!

Videte mihi mercatores duos divites, adultæ jam nocte latrunculis ludentes. Hic tabula lusoria, in quâ rex, regina, gemini tam cursores, quam elephantes & saltatores cum sedecim rusticis, universè triginta duo calculi. In mensâ, proximè lusoriam tabulam pervigilat lumen, & hoc latruncolorum prælium accendit. Ferret

A opus, ardentius, demum in ultimum punctum pænè omne aurum ponitur. Alter evadit victor, auferre aureos. Victus abit fremens frendensque: Et ò fortuna, inquit, nequissima, ò latrones! quis meum mihi aurum reddidit? Ita domum redit, stomachatur, furit, queritur, familiam turbat, famulos exagitat, evertit omnia. Ita noctem vix sui compos transigit.

Tabula hæc lusoria est vita humana, cui lumen rationis non deest; variæ vitæ status diversæque dignitates sunt latrunculi. Sunt reges ac reginæ, sunt proceres & oprimates, plebs urbana & pagana, honorum & opum maxima diversitas. Qui his peritè scit uti, vincit; ignatus vincitur. Inde nox una, sed perpetua; sive tenebræ nullis radiis collustrandæ, inde desperatio sempiterna. Non videbunt lumen in æternum. O nox, ò tenebræ!

Vitæ humanæ cum tabulâ lusoria comparatio.

Alterum, Fletus.

B Angelus, tanquam cæli Prætor vociferatur jam olim: *Quantum glorificavit se, & in delictis fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Tartarum luctui destinatissima domus. Hic fletus siccis lacrymis, nihil tamen doloris egerit fletendo.*

destinatissima.

O mortales, quid nummos perditos, quid charorum funera, quid iniqua tempora deflemus? sterilis hæc fletus materia est: nec mala sunt ista, nisi malis. Hic illud Christi usurpandum. *Nolite flere super me, sed super vos ipsos flere.* A conspectu Dei æternum abjici, hoc ploratu dignissimum, hoc nullo lacrymarum mari sat poterit defleri.

A conspectu Dei abjici ploratu dignissimum.

Prophetas omnes eorumque vaticinia considerate. Mala passim ingentia denuntiant, calamitates maximas prædicunt. Repentè stylum vertunt. Subitò videntur omnia in integrum restituta, loco esse optimo. Hinc illæ solatioium promulges: Et fluent colles lacte & melle.

Apprehendet mesium trituram vindemiam, & vindemia occu-

Levit. 26.2.

post tempestates & procellas subita sese infundit serenitas. Causa est in aperto. Nullum in hoc Orbe tam insanabile vulnus, cui Deus non possit malagma imponere, nullum tam grande malum quod suo destituitur seu remedio, seu solatio. Tobias pauper & cœcus, sed patiens & piscis felle curatus; Naaman leprosus, sed opulentus & Jordanis aquâ sanatus. Theffalia veneni quidem ferax, sed & Alexipharmacis destituta non est. Insula Philippinæ vites non habent, sed habent palmas, quæ liquorem vino nobiliorem ferunt. A lignis egena est Italia, sed hiemem habet mitiorem, & fructibus abundat.

Ita Deus Adamo Christum, Christi genitricem Evæ, delicto gratiam, transgressioni obedientiam, morti vitam opposuit. Nullum hîc ulcus tam fœdum & hians, quin suum sibi emplastrum inveniat; nulla tam miserabilis clades, quæ non & sanabilis sit. At verò in luctuosâ Æternitate illâ, & insanabilia sunt omnia; plurima illic ulcera, sed nullum illic emplastrum, cataplasma nullum est; malum summum, malum æternum, immedicabile.

M. Marcellus captis Siraculis, florentissimæ urbis miseratione motus illacrymavit. Non lacrymas sed sanguinem stillent ex oculis damnati, cum seipsam quicquid aspiciet totius Æternitatis captivum. Hic lacrymis sanguineis, non tamen profuturis, hîc fletui acerbissimo locus est. Verè ibi erit fletus, sed fletus solatioium ibi nullum erit.

M. Marcellus captis Siraculis illacrymavit.

Tertium, Fames.

Ergo exercentur panis, veterumque malorum supplicia expendunt

Virg. lib. 6. Æneid. ante finem.

Nimium lautè pranderunt improbi, ideo tam misere ac siccè jam cenant. Edendi ac bibendi libidinem non conti-

continuerunt, hinc varia gula flagitia, hinc frequens ebrietas & ingens vitiorum agmen, quod ebrietatem comitari afolet. Non edebant ut viverent, sed vivebant ut ederent. Quorum animus in patinis vixit, quibus vite modulus culina fuit. De his dicitur Augustinus: *Nam cum ideo, inquit, manducant ut vivant, ideo se putant vivere, ut manducant. Istos omnis sapiens reprehendit, & maxime divina scriptura edaces, ebriosos, belluones, quorum Deus venter est. Hos ad mensam non adducit nisi concupiscentia carnis, non indigentia refectiois. Itaque isti cadunt in escam & potum.* O homines qui beatitudinem & felicitatem in mensa tanquam pecus in praesepe constituunt. Edunt, bibunt, vomunt. Jam demum esuriunt, jam sitiunt, jam crapulam luunt. Sed nec minimum famis aut sitis solatium reperiunt. Samaritana aut Sargentina fames apud inferos in deliciis essent: illic crudelius esuritur & sititur. Aqua guttula in voto est, sed & guttula negatur. Haec gulae sunt supplicia: ita suavitas voluptatis exiguae, dolore cruciatur aeterno.

Aug. tom. 10. serm. 63. de diversis. c. 14. mibi p. 538.

Decoctor juvenis & patrimonii sui gurges, Albidius, re omni per gulam absumpta & comesta, domum praedestinatione incendit. Ubi hoc Cato vidit: *O te religiosum juvenem*, inquit, *qui tam liberaliter Proterviam facis!* Mos erat in hoc Protervia sacro, ut quod homines ex epulis non adsumpissent, Deus claudus Mulciber devoraret.

Maer. l. 2. Satur. c. 2.

Tor damnata ad Orcum capita plane Proterviam fecerunt, turpissimi decoctores omnium bonorum Divina lege spreta epulis ac vino proterve profus indulerunt: jam non solum ipsarum domus, sed & ipsi ardent, arsurus aeternum. Hoc plane est Proterviam fecisse.

Augustini, (siamen Augustini.) serm. 10. serm. 63. ad fratres, mibi p. 748.

Huc illa prisci Patris referri poterunt. *Ibi nulla vox, nisi genitus: nulla requies, sed ardor continuus: ibi nullum in flamma refrigerium, sed ignis perpetui continuum incendium. Ibi lux nunquam videbitur, ibi tenebris nunquam carebitur: fructus, mibi ibi nulla est in bono eorum memoria, sed oblivio Dei ipsorum aeterna. Quorum cibus, eorum cruciatus, quorum mansio non Abrahae, sed Satanae finis. Emenda dum potes, ad Deum clamandum tempus habes, dum spatium datur iuge, dum licentia tribuitur, poenitere non protrahe.*

Quartum, Fœtor.

Ne quid scilicet desit ad totius hominis omnigenos cruciatus, suum etiam naribus opobalsamum ingeretur, fœtoris extremi pestis. Sunt inter homines quibus paupertas & pauperes horrendum foetant: Sunt quorum cum Catullo votum est in narium delictis nasum fieri. Hi obsecro praebent quinam in illa Mundi cloaca foleant odores incendi.

Mat. c. 25. v. 33. Tithymali, & pisces & flos est odoris gratissimi: hinc adagio. Apoc. c. 2. 1. v. 27.

Et quid miramur Aeternitatis carcerem foetere? haec odorum & hircorum stabulum est. Hoc illi nomen ab Orbis iudice habent. Christus de seipso: *Statuet oves quidem, ait, a dextris suis. hircos autem a sinistris.* Haec pecudes nec piscem olent nec florem. Ad haras spectant, & ad Augite stabulum, procul a caeli delictis, procul, & hircos & porcos. In illam beatorum domum, non intrabit aliud coinquatum, aut abominationem faciens. Immundus, ille hircorum grex, tanto tunc gravius foetebit, quanto nunc immoderatus illecebras odoris quaesit.

Suaviorum odorum alii gulam, alii libidinem irritant. Horum appetitus praesertim vehementes incontinentiae notam subit. Explerunque, ut summam dicamus, hujus generis oblectamenta, quae auribus, oculis, naribus percipiuntur, vel levia, vel foeda sunt. Parere sensui, & inhare voluptati, aut inane, aut obscœnum est, maxime si ablit modus.

Odores & unguenta non paucis damno, invid & exitio fuere. Mulcasses rex Tuncetorum regni recuperandi causam in filium Amidam pugnavit. Cum autem ex infelici pugna fugeret cruore & pulveribus foedatus, ex

Tom. I.

A solo unguentorum odore agnitus, & e fugâ reprehensus est. Jam capro filius utramque pupillam candentem scalpello rimatus diem abstulit.

Vespasianum Imperatorē juvenis, ut erat unguentis illitus, gratias acturus, adjerat. Odore mox haulto Caesar stomachatus, acri supercilio & voce asperat: *Malleum, inquit, oboluisse allium.* Sic increpitum sine honore, recessissis etiam gratiae jam concessae litteris dimisit.

C. Plotinus Plancus a triumviris proscriptus, mortis metu Salernitanis latebris abditus, unguenti odore proditus, sibi quidem perniciem, suis autem proscriptoribus exculationem saevitiae quaesivit. Ita semper decore sunt hujusmodi odores, aut etiam damno.

L. Pleius dicitur a Plinio l. 2. hist. nat. c. 3.

Hoc sciamus, haec etiam quae minuta credimus, divinus oculus observat. *Erit ergo, quod Isaias praedixit, pro suavi odore foetor.* Hic Michax monitum instillo: *Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, & quid dominus requirat a te: Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo.*

Vale. l. 6. c. 8. Is. c. 3. v. 24. Mich. c. 6. v. 8.

Quintum, Ignis.

De hoc igne insigniter, & singulari nervo Isidorus Pelusiora: *Scire debes, bone vir, inquit, quod nemo latebit illiustriusimum illum ac pervigilem oculum, ne quidem si in occultissimis penetralibus aliquid patraris. Aperta enim & nuda ipsi sunt omnia, quantumvis operata & abdita esse videantur. Quamobrem etiam peccantes neque resistentes excipient fluvii quidam perpetui, ignem terribilem ebullientes, quorum flumina nihil sunt aliud quam flamma ad supplicium fluctuantes. Metuamus igitur divinum Numen. Christianus vates Prudentius de hoc incendio illud canebat:*

Is. l. 4. epist. c. 47.

Vermibus & flammis, summis cruciatibus avum Immortale dedit, senio ne flamma periret.

Prudentius contra Marcionitum.

Heu ignis quem nulli lustrorum tractus, quem nulla, ut Nazianzenus loquitur, saeculorum innumerabilitas extinguet! Quocumque te verteris, sunt omnia Ignis, Fix, Sulfur, Ira & Indignatio Domini. Inter ignes etiam nostros plurimum est discriminis. Ignis fulminis multo est actuosior quam vulgaris. Sed utroque longè potentior est ignis Avernalis, devorans, sempiternus. Nunc quero cum Isaiâ: *Quis poterit habitare de vobis cum Isaiâ igne devorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis.*

Illud igneum salis mare, tamen noctes atque dies ferveat, habet tamen suos per annum intercalares dies, quibus restincto incendio interquiescat. Apud inferos centum elabentur anni; mille, decem millia annorum transigentur, at nec unicus quidem dabitur intercalaris dies. Hinc optime dixit Augustinus: *Qui sanam considerationem habet, qui credit Dei verbis, meruit plus ignem aeternum quam cujuslibet truculenti barbari ferrum: plus metuit mortem perpetuam morte quamlibet hic pestifera.*

Aug. tom. 9. tra. 5. de Tempore Barbarico, circa med. mibi p. 324.

Quot igitur horas, vel quot dies, quot menses, aut annos in igne hoc permanebunt perduelles Dei? Nec horæ, nec dies, nec anni numerari possunt, quantovis numero collecto. Aeterna erunt horæ, aeterni dies & menses, aeterni anni, ignis aeternus. *Nunquid igitur in aeternum projiciet Deus? Projiciet in aeternum.* Nam, *Triumphator in Israël non parceret, & poenitudine non steteret. Haec qui paver, cavet, inquit Bernardus, qui negligit, excedit.* Hinc prifici ac religiosi scriptoris sapientissimum est consilium: *Memoria aeterni ignis tecum singulis noctibus dormiat.*

Bern. ser. de Convers. ad Clericos. Climacus gradus 7. pag. 116. post med.

Sextum, Vermis Conscientiae.

Mala conscientia vel unius dieculae, heu quanta crux! quis erit dolor si sit aeterna crux? Damnatorum conscientia undique vulnerata, hinc afflictissima semper & desperatissima, nullo unquam solatiolo mulcenda. De

R

lanienâ

Bern. l. 1. de lanienâ tam exulceratâ conscientiâ Bernardus egregiè: **A** *quod æternis doloribus subjacebit. Ac per hoc ideo durior mors ista secunda mors erit, quia finiri morte non poterit. Ibi & dolor permanet ut affligat: & natura perdat, ut sentiat: quia utrumque ideo non deficit, ne pena deficiat.*

Nullus, inquit, de tantâ numerositate spectantium molestior oculis, suo cuiusque. Non est aspectus sine in celo, siue in terrâ, quem tenebrosa conscientia effugere magis velit, minus possit. Non latent tenebræ vel seipsas. Se vident, quæ aliud non vident. Opera tenebrarum sequuntur illos, nec est quo se abscondant ab illis, nec in tenebris quidem. Hic est vermis, qui non moritur, memoria præteritorum. Semel injectus vel potius innatus per peccatum, hæsit firmiter, nequaquam deinceps avellendus. Nec cessat rodere conscientiam, eaque partem, esse à utique inconsumptibili perpetuat vitam. Esperiri erit hoc vocem illius, Arguam te, & stultitiam contra faciem tuam.

Apud inferos nulla sunt horologia, nulla regendis horologiis sidera, nulli fastidat Kalendaria. Nulla illic temporum vices distinguuntur. Ecclesiastes asserit: *Nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quod tu properas. Hic unicum conscientiæ horologium auditur, sed turbatissimum.*

B *Ægroto, qui nihil somni possit capere, molestissimum est, nullum audire horologium, nec posse noctis periodos discernere. Hinc unicus ei quadrans pro horâ, hora unica pro nocte totâ est. Et tamen ubi sex septemve horulæ abierint, aviculæ cantillando salutant auroram, sol paulatim è quotidiano suo tumulo emergit, ætus remittit, somnulus plerumque adrepat; omnia quæ ad noctis adventum exasperabantur, jam sunt miriora: brevi aderunt quasituri, qui valeat, nec verbis tantum, sed & fomentis aliis recreaturi ægrotum. Nihil horum, ô Deus, apud inferos est, nihil diei aut solis, nil somni aut toris, aurora nulla, nullæ aviculæ nisi dæmones, fomenta nulla, nec aquæ guttula; perpetuè illic tenebræ, dolores æterni, laniena conscientiæ nunquam desitura.*

C *Verè ex multis centenis millibus hominum vix ullus est, qui hæc recogitet corde, qui tam serâ conetur penetrare. Vita longè foret alia, alii profectò mores, si aliæ essent nostræ cogitationes. Ita conscientia vitii exsurdita, in tormentis sensum recipit, quem in scelere tumultu amiserat, tantò jam afflictior & desperator, quantò antea formolentior fuit & securior. Augustini vox est: *In inferno erit penitentia, sed serâ.* Vermis eorum non morietur.*

Septimum, Societas & Locus.

D *Domus commoda, & mali vicini, magnum malum: Incommoda domus, & vicini pessimi, malum maximum. Hæc habitandi ratio est apud inferos. Sepulchra eorum, domus illorum in æternum. Ardebunt damnati velut sepulchris clausi. Domus planè incommodissima, nec alias licebit conducere. Accedant vicini longè deterrimi, qui vel ipsum cælum infamant & exosum reddant, grex damnatorum hominum & diabolorum. O quales vicini! De his illud Domini pronuntiat: Bonum erat eis si nati non fuissent homines illi; Bonum erat eis si creati non fuissent spiritus illi. Homines damnatos aspice: *Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos.* Sed quomodo sunt jam oves, an non, dum viverent, fuerunt tigrides, porci, vultures, lupi, leones? Fuerunt certè, sed ultio divina eos reddidit oves, & ita mansuefecit, ut nullis doloribus, nulli malo possint resistere; mors depascet eos. Nam velut oviculæ gramina depascunt, non ea radicibus convellunt, sed attondunt, ut radice salvâ, recrescat herba, iterum, iterumque depascenda, ita illos inferorum reos depascit mors; non eis admittit vitam, ut in aliam atque aliam semperque novam referrentur lanienam. Atque hæc est mors altera semper victura, de qua Augustinus: *Eorum, inquit, qui non pertinent ad istam civitatem, erit è contrario miseria sempiterna, quæ etiam secunda mors dicitur: quia nec anima ibi vivere dicenda est, quæ à vitâ Dei alienata erit; nec corpus,**

quod æternis doloribus subjacebit. Ac per hoc ideo durior mors ista secunda mors erit, quia finiri morte non poterit. Ibi & dolor permanet ut affligat: & natura perdat, ut sentiat: quia utrumque ideo non deficit, ne pena deficiat.

Hinc locus damnatorum rectissime domus doloris & omnigeni luctus appellatur. Bernardus in profundissimam hanc domum gemitus emittens: *O regio dura & gravis, inquit, regio eximenscenda, regio fugienda terra oblivionis, terra afflictionis, terra miseriarum, in qua nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Locus letifer, in quo ignis ardeat, ubi frigus rigens, vermis immortalis, feror intolerabilis, mallei percutientes, tenebræ palpabiles, confusio peccatorum. Totus tremo atque horreo ad memoriam istius regionis, & concussa sunt omnia ossa mea.*

Hic ego Solonem pænè imiter, qui gravius mærentem civem in editam turrim evocavit, iussitque per subiectæ urbis ædificia circumferre oculos, addiditque: *Cogita, quantus jam olim sub his relictis fuerit, quantus hodiè sit, & multis post sæculis futurus sit luctus, & mitte mortalium mala tanquam tua deslere. Vix ego aliter: Videte, mortales, & considerate formidabile luctus spelæum inferos, ô quanta sub hoc Æternitatis antro delitescit comploratio: quanta infinitis post sæculis sine ullo sæculorum exitu congeries malorum hic futura! Desinite ergo mortuunculas vestras ut mala maxima deplorare. Hic verissimum est omnium miseriarum receptaculum; hæc luctus officina. Quisquis etiam viator es, cave, & iter tuum sic moderare ne iste tormentorum locus, æternum tibi obtingat diversorium.*

Octavum, Desperatio.

E *Varias omnino clades hic Orbis noster continet, sed demum omnes suam quæque finem fortiuntur. Video paupertate pressos, sed video paupertatis & finem. Video calumniis exagitatos, sed video & calumniarum finem. Video in gravissimis morbis decumbentes, sed video & finem morborum. Video verbera, video fiducias: video & membris singulis parata machinamenta. Sunt istic hostes cruenti, cives superbi, domini avari, sed video, quod ab his omnibus liberet, mortis imperium. Video quosdam cruciatibus & tormentis immanibus affectos, sed video & finem tormentorum mortem.*

Ar verò in flammeis diabolorum cavéis video quidam supplicia horrenda, infanda; sed non video ullum suppliciorum finem, non video usquam pœnarum terminum mortem. Hic nullus, nullus finis. Mors optimæ naturæ inventum, Mors omnibus finis, multis remedium, quibusdam votum, de nullis meliùs merita bebunt. quàm de his ad quos venit, antequam invocaretur. Mors servitutum invito etiam domino remittit, mors captivorum catenas levat, mors è carcere educit, quos exire imperium impotens vetuerat; contra omnes iniurias vitæ, beneficium mortis est. Sed hoc, eheu, apud inferos non est. Per omnia inferorum latibula circumspicio, sed mortem nullam video. Imò verò video mortem, sed vivacissimam, & agnatis sibi doloribus plenissimam. Apud inferos, sicut nullus lugendi & dolendi, sic nullus moriendi finis est. Damnati ipsi, ut Dionysius notat, sic calculum ponunt: *Elaipsis decem millibus istius ætatorum, adjiciuntur centum millia, post hæc centum millia, cælo amittuntur myriades, & milliones quor in firmamento sunt stelle, & in littore maris arena. Post quæ longissima amorum spatia, quasi nihil de pœnis nostris accisum esset, sic iterum ab initio pati tormenta incipimus: atque ita sine interruptione, sine fine, sine modo volvetur assidue nostrorum tormentorum rota.*

Atque hinc desperatio multò quàm acerbissima. Hæc tam intelligentiam quàm voluntatem ac memoriam dirissimè torquet. Quidquid memoria secum revolve-

Serm. de quinque & gignibus & gignibus, qui Bernardus tribuit, mihi pag. 1749.

Pf. 48. v. 12.

Mat. c. 26. v. 24.

Pf. 48. v. 17.

Aug. l. 19. de Civit. Dei. c. 28. & ult.

Dion. Chrysostomus notat, sic calculum ponunt: Elaipsis decem millibus istius ætatorum, adjiciuntur centum millia, post hæc centum millia, cælo amittuntur myriades, & milliones quor in firmamento sunt stelle, & in littore maris arena. Post quæ longissima amorum spatia, quasi nihil de pœnis nostris accisum esset, sic iterum ab initio pati tormenta incipimus: atque ita sine interruptione, sine fine, sine modo volvetur assidue nostrorum tormentorum rota.

revolverit, affliget; quidquid cogitaverit intellectus, in tormentum cogitantis vertet; voluntas ipsamet obstinationem suam stupebit, neque enim unquam velle poterit quod Deus ita semper suae malignitatis in seipsa poenam experiet. Et quam horrendum est, scire, Deum sibi aeternum fore inimicum, severissimas ejus manus se nunquam evasurum, sub ejus pedibus perpetuo calcandum. Hinc jugis ac desperatissima rabies, hinc summum Dei odium oritur. Omnis dolor irruet super eos. Mala omnia super eos congregabuntur.

O miserissimi noctis inquilini, voluptates vestrae evanuerunt, & ut Joannes Apostolus loquitur, poma desiderii animae vestrae discesserunt à vobis, & omnia perguia & praeciosa perierunt à vobis. Jam superest desperatio. Spes omnis jam decollavit. Vocabitis mortem, & non veniet. Eum ingressi estis carcerem, è quo mors nulla vos unquam educet. Jam sola superest desperatio. Meminitis quam avidè, velut ursi, mel voluptatis se staremini. Mel omne evanuit, jam vobis inhaeret apum aculeus, aeternum inhæsturus. Jamque sola superest desperatio. Hoc nimium voluistis, centies, sexcentis moniti, hoc ipsi vobis malum accersistis; habete ut nacti.

Ultima omnium malorum aeterna desperatio.

Nonum, Aeternitas.

Loquantur omnes Angeli, nunquam tamen satis explicaverint poenarum apud inferos Aeternitatem. Quid enim est Infernus? Tormentum absque omni dolorum interapedine sempiternum, summum. Priora octo tormenta quantumvis acerbissima, valde tamen tolerabilia essent dicenda, si ea vel multis annorum millibus forent toleranda. Sed cum aeterna sint, cheu, inexplicabilia, & multo magis intolerabilia, sunt, & tamen aeternum toleranda. Cogito, inquit priscus Theologus, mille annos, cogito milles mille annos, cogito tot annorum millia, quot sunt momenta seu puncta in toto tempore à condito Mundo, usque ad ejus consummationem. & de Aeternitate nihil adhuc habeo. Laborabunt in aeternum, & vivent adhuc in finem.

Et haec dolorum aeternitas singulare supplicium est. Damnati namque non solum poenam praesentem patiuntur, sed cum certè sciant eam fore aeternam, velut rotas Aeternitatis immensum, inæstimabile pondus sustinent, & modò patiuntur, quod in omnem aeternitatem passuri sunt.

Atque haec causa est cur plurimi sanctorum hominum ad asperitatem vitae rationem se ipsos ultro damnarint dum viverent, ut illam scilicet poenarum aeternitatem effugerent. Ebrios facit Aeternitatis meditatio, veluti multum. Sanctissimi quique plurima fecerunt Aeternitatis intuitu, quae videri poterant hominum ebriorum deliria. Porerat de illis dici: Musto pleni sunt isti. Erant certè, sed musto, quod eis propinavit Aeternitas. Quanti eorum in solitudines sese abdidit, in vepres & spinas abjecerunt, aquis gelidissimis merserunt, nives nudo corpore tulerunt, ignes infilire non horruerunt, modò peccatum effugerunt, aeternitatis luctuosissima seminarium. Votum singulorum erat: Ingredietur patrido in osibus meis & subter me scaecat, ut requiescam in die tribulationis. Et verè praestat mori milles, iterum iterumque milles jugulari melius, quam morti aeternae obijci. Aut pecus, aut faxum est, quem à vitis non revocet aeternitas.

Annis superioribus homo Belga, Bertrandus Corneclii, juvenis fuit ferax, turbidus, vitiosus, pugnax, ut urbe totà Rex turbarum audiret, in symposiis, ludis, tripudiis effusus. Proximà sub cineraria nocte, dum convivatur, choreas ducit, bacchatur, à Deo in ipsi choreis intimè tactus Aeternitatis radio, subdixit sese, velut auram captaturus liberiozem. Paulò post secuti focii re-

periunt hominem subtristem & cogitationibus merisum. Illi blandissimè rogare, curas abigeret, choreas repeteret, aut si mallet, pocula, & verò jam secum rediret, interspirationi sat datum. At ille de morte, de reddenda judici ratione, de Aeternitate ita piè cepit philosophari, ut, licet primò eum id joco agere opinarentur, ubi tamen seridè & constanter differentem audierunt, vehementer omnes fuerint obstupefacti. Deum ille in haec verba finiit. Desinitum est mihi, focii, deinceps alium agere hominem, hisce ludicris abstinere, mutare moras pristinos, de gibus Christianis vivere. Et certè si sapio, nullam impostero occasionem negligo consequenda salutis. Nec putem serum minus respicere. Quamvis doleo, non citius huic cogitationi animum adhaesisse, cum jam satis intelligam, fugacissimis his voluptatibus unam immerere Aeternitatem. Sic pergo. Vos singuli reus vestram agite.

Ita dixit & abiit, deseruitque rei novitate attonitos, quosdam etiam ad meliora persuasos. Nemo non mirabatur, quotquot turbulenti hominis ingenium norant. Sub illud ipsum tempus opportunissimè Eleutherius Pontanus Menenas è Societate Jesu sacerdos illuc locorum venit, & ad Bertrandi domum non ignotus hospes diverit. Audito ejus adventu mox occurrit Bertrandus, ad pedes sese abjecit, & in eandem Societatem admitti ardentè rogavit. Post aliquod temporis spatium factus voti compos, ad domestica munia obeunda est admissus. Hoc vitæ genus ad obitum usque triginta quatuor annis feliciter perduxit. Erat in eo ægrotorum cura insignis, & religiose disciplina tanta observatio, ut circumgeitata cleptidra, orationis horas ægrotorum obsequio interruptas metiretur. Eò Bertrandum Aeternitatis meditatio pertraxit.

Scire, à quolibet graviore delicto luctuosum Aeternitatem pendere, & nihilominus graviter delinquere, extremæ fauicatis specimen est. Aeternus ignis suppliciorum ac tormentorum omnium est epitome.

Hæc omnia Bernardus illustri oratione complexus. Quis putas, inquit, tunc mæror erit, quis luctus, qua tristitia, cum separabuntur impij à consortio sanctorum, & à visione Dei, & traditi in potestatem demonum, ibunt cum ipsis ignem aeternum, ibiq; semper erunt sine fine in luctu & gemitu. Procul quippe à beatâ paradisi patriâ exulati, cruciabantur in gehennâ perpetuâ, nunquam lucem visuri, nunquam refrigerium adepturi, sed per millia millium annorum in inferno cruciandi, nec inde unquam liberandi. Vbi nec qui torquet, aliquando fatigatur, nec qui torquetur, aliquando moritur. Sic enim ignis ibi consumit, ut semper referret: sic tormenta aguntur, ut semper renoventur. Iuxta verò qualitatem culpæ, poenam sustinebit unusquisque gehennæ: & similis culpæ rei, sui similibus jungentur cruciandi. Nihil aliud ibi audietur nisi fletus & planctus, gemitus & ululatus, mærores atque stridores dentium: nihilq; ibi videbitur nisi vermes & larvales facies torzororum, atque terretima monstra demonum. Vermes crudeles mordebunt intima cordis. Hinc dolor, inde pavor, gemitus, stupor, & timor horribilis. Ardebunt miseri in igne aeterno in aeternum, & ultra. In carne cruciabantur per ignem, in spiritu per conscientia vermem. Ibi erit dolor intolerabilis, timor horribilis, fætor incomparabilis, mors anima & corporis, sine spe veniæ & misericordiae. Sic tamen morientur ut semper vivant, & sic vivent, ut semper moriantur. Ita anima peccatoris aut in inferno pro peccatis cruciatur, aut in paradiso pro bonis meritis collocatur. Nunc ergo alterum è duobus eligamus, aut semper cruciari cum impiis, aut perpetuo letari cum sanctis. Bonum siquidem & malum, vita & mors, ante nos sunt posita, ut ad quod voluerimus manum extendamus. Si tormenta non terrent nos, saltem juvent præmia.

Hæc nostra nos fides docet, hanc ipsam tamen fidem, ut jam supra demonstratum est, aut in torpore ac somnno defluere, aut penitus interire sinimus.

Narrat Patavinus Præsul Petrus Barocius, virum oppido crudum optimo suorum amicorum se fuisse

Horrendum scire Deum sibi aeternum fore inimicum. Job c. 20. v. 22. Deut. c. 32. v. 23. Apoc. c. 18. v. 14.

Poenarum aeternitas apud inferos in explicabilis.

Aeternus labor, Homil. Doct. I. quatuor. Psal. 48. v. 01.

Cur sancti plurimi ad asperitatem vitam rationem se ipsos damnarint. Act. c. 2. v. 13.

Hæc c. 2. v. 16.

Annales Societatis anno 1602. die 2. Janu. Lovani in Belgi.

Bern. l. de Animâ c. 3. mibi pag. 1052.

* Barocius l. 2. de ratione bene moriendi

De decem
Bellarminus
Carol. de
Arve bene
moviendi
l. 2, cap. 9.

post mortem cum ejuscemodi oratione : Sub ipsam mortis horam in rebus fidei turpissimè à Satanà deceptus sum. Ita mors animum qualem reperit, abduxit & obtulit Judici. Ab eo in ignem abire iussus sum. Quem, etsi maximus sit, utcumque tamen tolerabilem judicarem, si post mille annorum millia finiendus esset. Sed æternus est, idcircoque tantus, quantum apud vos nulla conspexit ætas. Maledicta scientia, que in tam immane præcipitium me dejecit. Dixit, & in auras abiit. At superstes alter, cum rei novitate, tum amici exilio æterno motus, amicissimos quosque, quid super ea re in medium consulere, interrogavit. Aliter vixit, sanctiūs obiit.

A ante oculos, incidit in gehennam. Nullus ex iis qui gehennam despiciunt, effugiet gehennam.

Refert Joannes Moschus ad religiosissimum senem Alexandrum, qui cænobio abbatis Gerasimi præerat, venisse qui diceret: Migrare cogito, Pater, locus enim quem hæcenus habitavi, nimis inamtenus frequentissimum mihi tædium parit. Cui optimus senex: Et hoc quidem signum est, fili, luculentum, nec cæli delicias, nec tartari flammam à te unquam seridè cogitari. Nam si hæc animo agitates, crede mihi, nihil in cellâ tuâ tædii sentires.

Verissimum, & ex tripode oraculum. Quicumque cælum, quicumque infernale balneum attentâ mente perpendit, molestias & miserias etiam gravissimas, aut non sentit, aut certè quod sentit, in lucrum trahit, paratissimus & plura & graviora perferre, modò pœnas exire liceat æternas.

Talis certè Olympius abbas, eodem Climaco teste, qui interrogatus, quâ ratione speluncam habitare, æstus tolerare tantos, inter muscarum & cyniphum examina totos dies perdurare possit? Ad quæ ille: Hæc, inquit, tolero, nec invitus, ut à cruciatibus futuris liberer: cyniphes fero, quia vermem immortalem horreo: nec æstum curo, quia ignes æternos formido. Illa enim temporis sunt, suum visura finem: idque brevî: ista sunt æternitatis, omni sine caritura.

Idcirco hæc assidue cogitanda, hæc vigilante animo sunt pertractanda. Firmo etiam corpori in futuros morbos infunduntur medicamenta: sic animus hisce cogitationibus armandus in vita. Hæc cogitationes non nihil amaræ, sed salubres; non statim obveniunt, sed paulatim tempore, contubernio, usu adolefcunt, ac roborantur; fugantur otio inerti, quod quantum virtuti adimit, tantum addit omni vitiotum generi.

Age, quisquis es, salutî tuæ maturè prospice. Vaticinantem audi Siracidem: Si non in timore Domini tenueris te instanter, citò subvertetur domus tua. Nunc in manu tuâ est, ut regnes, ut pereas.

Miles è pulvillo & lecto non surrexit generosior. Cogita beatitudinem Laboris & Virtutis esse filiam. Non erubescat, inquit Augustinus, penitentiam agere, qui non erubuit penitenda committere, sed citò in se bonis operibus contrarietate reparare, ut inter filios mereatur agnosci à patre, ne ab illâ æternâ beatitudine exclusus, & à convivio nuptiarum projectus, ligatis manibus ac pedibus projiciatur in tenebras exteriores. Optime Tertullianus: Peccati cessatio radix veniæ; gehennæ meditatio, principium salutis. Gehenna cum malis omnibus abundet, illud ei bonum maximè deest, quod est in malis optimum, supplicii finis.

Aug. in psal.
68. post mit.
mibi p. 294.

Ergo rectissimè ratiocinatus Augustinus: Quis, inquit, non bibat tribulationis temporalis poculum, metuens ignem gehennarum? Et quis non contemnat dulcedinem sæculi, inhians dulcedini vite æternæ? Majore timore minorâ contemnimus, & majore æternitatis cupiditate omnia temporalia fastidimus.

Chrysostom.
4. hom. 11.
in 1. ad Tit.
cap. 4. mibi
pag. 1333.

Quantum arena, inquit Chrysostomus, in dædè verò quantum stilla ab immensa abyssu distat, tantum vita præsens ab æternis & immortalibus bonis. Non est hæc vera possessio; usus est, nec ipse quidem satis proprius. Sola virtus nobiscum migrare consuevit. Virtus sola ad æternam vitam pertransit. Evigilemus tandem, pecuniarumque extinguamus appetitum, ut desiderium omne ad æterna transferre possimus.


Idem hom.
9. in ep. 2.
ad Co. cap. c.
mibi p. 685.

Sed heu quanta est humanæ gentis inconsiderantia, quanta cæcitas! de obolo litigamus, cælum per risum & jocum prodigimus. Sic passim furoris contagione infatimimus, mutisque exemplis suaviter perimus. Non erubescit, ait aureus orator, quod præsentibus addicimus: Non desinis desipere, & insanire, & juveniliter nugari: Quidquid hic molestum est, exiguum est; quod illis dulce erit, immortale erit. Ergo animos à fluxis & perituris ad æterna ac digniora transferamus, cælestium tangamur desiderio, ut bonis perfruamur futuris. Non satis invitat præmium? terreat supplicium.

Idem hom.
2. in ep. 1.
ad Thess.

Illâ ergo nobis, inquit Valerianus, sunt ante omnia cogitanda supplicia, ubi homo vivit durante pœnâ, ubi nec tormenta corpori, nec membra desunt dolori. Cui Chrysostomus accedens: Si non everfionem, ait, timuissent Nini vitæ fuissent everfi. Si tempore Noë timuissent diluvium, non fuissent obruti diluvio. Si timuissent Sodomitæ incendium, non fuissent exusti. Magnum est malum, minus negligere. Nihil est aquè utile atque de gehennâ differere. De eâ dicatur assidue, ut nunquam in eam indicas. Fieri non potest ut anima de gehennâ sollicita citò peccet. Nullus ex iis qui gehennam habet

FINIS Scripti: Sed ubi es, ô finis supplicii æterni?



CÆLVM,

li
lu
lu
ed
mi
44
44
46
46
Ert
300
301
302
Aug.
Aug.
Et c
Ang
400

CÆLVM BEATORVM CIVITAS

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

Partitio scriptiois, & Lectori documenta.



HIEROCLES Græcus ac vetus scriptor, hominem fuisse commemorat obesissimæ naris, & cerebri nullius. Hic venalem domum proclamaturus, unicum ex eâ lapidem velut specimen mercis circumtulit. Nemo fuit qui hominem non luculentæ fatuitatis damnaret. Quodd si saxum quadratum ingens monstrâset, affirmâsetque omnes vendendæ domus lapides ejus generis esse: aut si regulam inauratam, quales olim in Capitolio fuerant proposuisset, rem sanè non absurdam fecisset: habuisset, arbitror, non spectatores tantum, sed & emptores.

Cælum venale est. Sed unde constat emptoribus quàm amplam & quàm pulchram empiriæ sint domum? Surtit qui cælestia gaudia vario dicendi & scribendi genere explicant, velut specimen monstraturi magnæ illius domus. Sed reverâ quidquid dicatur, aut scribatur, id omne velut unicus lapis, aut velut regula unica est: venali domo subtracta. Nec calamo, nec ore humano Cæli arcana fati explicari queunt. *Nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit*, illud Beatitudinis mare, quod in domo DEI Beatæ omnibus fluit.

Ego de cælo locuturus fatuo illi homini simillimus esse videor: quid enim quàm regulam unam, aut unicum ex illâ domo lapidem monstrâvero, quidquid demum dixerit? Quid nos infantes dignè loquamur de cælo? Nimium sterilis est humana lingua ad encomium tantæ voluptatis. Ne miremur; cum Christus ipse tam pauca de cælo dixerit, & omnia pænè per parabolas, & ut videtur, plebejas proposuerit. Hinc præsul Hippo-nensis Augustinus verissimè dixit: *Excedit vires meas, excedit facultatem eloquentiæ meæ, transcendit capacitatem intelligentiæ meæ illud decus, illa gloria, illa celsitudo*. Mera balbuties est, quidquid de cælo differimus. Interim tamen penitus tacendum non est. Frigidè cælum amat, qui non ad illud assiduè cogitationibus, colloquiis creberrimis aspirat. Augustinus ad illam DEI civitatem identidem suspirans. *Libet sanè de te loqui, ait, de te audire, de te scribere, de te conferre, de tuâ beatitudine & gloriâ quotidie legere, & lecta sapius sub corde revolere, ut vel sic possim ab hujus mortalitatis & perituræ vitæ ardoribus, periculis & sudoribus sub tuâ vitalis auræ refrigerio transire, & transiens in sinu tuo fessum caput dormiturus vel paululum declinare*.

Augustini sensu, hic sermo nobis de cælo ante omnia tragemata & mella sit.

Hoc igitur agamus, cum domum illam penitiùs inspicere non possimus, unicum saltem ex eâ quadratum saxum aut inauratam regulam attentius inspiciamus, & fatebimur non inviti, admirandæ dignitatis eam esse domum, quæ talibus saxi constructa, talibus tegulis sit operata. Et ne in auras otiosè abeat quod de cælo dictum

sumus, in antecessum servandi ordinis fundamenta jam ponimus.

Primum: Resurrectio & Beatitudo sapientiam ac scientiam omnem excedunt. Hac in re prælusit Noè in Arcâ, quæ totius humanæ gentis, hoc est, octo hominum vivum fuit conditorium. Hæc, inquam, Arca elevabatur ab aquâ, quæ *quindecim cubitis altior fuit super montes quos operuerat*. Eucherius secreti hujus interpres, *Quindecim, ait, è numeris octo & septem complectitur*. Octavus numerus Resurrectionem, septenarius quietem Beatitudinis significat. Porro Sacramenta Resurrectionis & Beatitudinis transcendunt omnem sapientiam superborum.

Augustinus id sæpius pronuntiavit. Hæc sanctissimi Præsulis verba sunt: *Effugit omnem sermonem, excedit omnem sensum humane mentis, decus illud atque majestas. Quod DEVS preparavit diligentibus se, Fide non capitur, Spe non attingitur, Charitate non apprehenditur, desideria & vota transgreditur. Acquiri potest, estimari non potest*. Idcirco si in explicandis cælestibus gaudiis defuerint verba, illud Augustini memoriam subeat; acquiri potest, estimari non potest, multo minùs explicari: Effugit omnem sermonem Beatitudo Cælitum.

Alterum: Auditu solo cælum non capitur; intellectu accedat necesse est. Considerate tot docentis Christi similitudines, quas auditoribus suis instillabat ad cælum attentius cogitandum. Demum interrogabat: *Intellexistis hæc omnia? Dicit eis, Etiam: Cur obsecro tam accurate omnia sunt intelligenda? Rationem Christus hanc addit: Omnis qui audit verbum regni, & non intelligit, venit mælus & rapit quod seminatum est in corde ejus*. Itaque & aures & animus ad attentionem erigendus; nihil dicendorum prætervolat, quod non in animum descendat.

In lege veteri res ignota erat, felicitas æterna cælum vim nullam patiebatur. In votis erant agiti fertiles & promptuarie plena eructantia ex hoc in illud. Hinc Christus: *Ided, inquit, omnis scriba doctus in regno cælorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova & vetera*. Primus in regno cælorum Scriba, primus concionator Christus Dominus fuit, qui præfca & recentia divinisimis suis concionibus miscuit, ut in auditorum animis desiderium moveret cæli. Sed qui cælum ferid vult desiderare, sæpe illud cogitet. Verbum regni non solum audiat, sed & intelligat, ne veniat mælus & rapiat quod seminatum est in corde eius.

Tertium: Cæli gaudia non capiemus, nisi ea ferid meditemur. Bonum tam arcanum attentâ cogitatione expendendum est. Hinc illud Augustini: *Inllectus cogitandus, principium omnis boni*. Sionis Rex David suspirans altum: *Quàm dilecta, inquit, tabernacula tua, Domine virtutum, concupiscit & desicir anima mea in arvia Domini*. Sic cælum ardebat David, ut pænè animo linqueretur. Unde tam æltuans cæli desiderium? Dies noctisque patriam cælestem cogitabat. His desideris cor calefactum, id unum expetebat, quod assiduè apud seolvebat.

Nos volatici sensûs homines, cælestia & divina non gustamus, nisi ea ferid perpendamus. Nimium oculi lippientes ac lusciosi solem ægerimè intuentur. Etre-

Cæli fun-
damenta:
1. Resurre-
ctio &
beatitudo
sapientiam
ac scientiam
omnem ex-
cedunt.
Gen. c. 7.
v. 20.

2. Auditu
solo cælum
non capi-
tur, intel-
lectus ac-
cedat ne-
cesse est.
Math. c. 13.
v. 11.
Ibid. v. 19.

Ita Lucas
Brugensis
in Matth.
c. 13. v. 52.

3. Cæli
gaudia nõ
capiuntur
nisi ea ferid
meditemur.
P. Jan. 83.
v. 1.

Lingua
humana
sterilis est
ad enco-
mium tan-
te volupta-
tis,
Aug. serm.
44. de San-
ctis.
Et tamen
non est
omnino
tacendum.
Aug. in Me-
dic. 22.
Et cur, ex
Augusti-
no.

CAPVT II.

Ad Beatitudinem caelestem rectius explicandam, Præceptiones novem.

Atè dixit Aristoteles : Sicut se habet oculus nocturne ad lucem A solis, sic se habet intellectus noster ad manifestissima nature. Quod si naturalia tant lentè capimus, tardius profectò ea percipiemus, quæ naturæ limites excedunt. Tanto igitur attentior sit meditatio necesse est, quanto sublimius est illud, quod meditandum est. Hoc interim soletur, quod voluptas caelestis vel leviter gustata, incredibiliter sui desiderio trahat.

4. Cùm de Quartum Cùm de cælo sermo est, vix ullæ ut in rebus aliis, exaggerationes metuendæ sunt. Quidquid hic dicitur, minus dicitur. Aeterna bona infinitè majora sunt, quam ut ea mortalium ullus congruè possit instillare auribus. Effugit omnem sermonem, excedit omnem sensum humanæ mentis. Ego quidem de cælo locuturus pictorem mihi videò agere, cui in tabellâ exiguâ decem millia cataphractorum militum sunt pingenda. At ille quindecim aut viginti viros penicillo exprimit, ceterorum galeas tantum adumbrat: Sic ego de futurâ Beatitudine scripturus, è mille gaudiis vix decem, aut quindecim vel adumbrare tantum potero. Hoc omnino sensu Chryostomus: *Vultis, inquit, deum vobis similitudinem quandam illius statui? Non est quidem possibile, verumtamen in quantum possum conabor dare vobis quandam imaginem.*

Tom. 5, h. 6. in cap. 4. ad Heb. mibi pag. 1519.

Acquiri potest Beatitudo, dici non potest, æstimari non potest. Hoc igitur in antecessum probè scias, mi Lector, ad gaudia cæli explicanda sapius desutura verba. Quis eò pertingat stylo? Vix cogitatione possumus. Interim hoc idem, quod Bernardus in re pænè simili se dixit facere, promitto: *Non opinionis propria conjecturas, sed divinatorum librorum sequar auctoritatem.*

Serm. de omnibus sanctis inii.

Quintum: dicendi ordo in re tam seriâ videtur optimus, qui simplicissimus. Scimus in Magnatum aut Principum conclavia non esse iriendum. Sua illis vestibula sunt, quæ prius salutariâ. Idem hîc faciendum. Priusquam cæli penetrabilia ingrediamur, aliquantulum in vestibulo erit subsistendum. Liber primus tanquam cæli vestibulum nos nonnihîl morabitur. Hic Lectoris animus sensum ac suaviter disponendus ad cæli voluptates perquisitis pensandas. Ita succedet Liber Secundus, qui quindecim distincta cæli gaudia explicabit hoc ordine:

5. Dicendi ordo in re tam seriâ debet esse simplicissimus.

In primâ quidem parte, Hominem beatum seu beati corpus & animum describemus. 2. Beatitudinis donum, domesticorum amorem & concordiam. 3. Beatitudinis oceanum & voluptuosissimam abyssum: sic univesè quindecim Beatorum gaudia prout licuerit, exponemus.

Initium faciemus à sensuum exteriorum delitiis, inde ad alia atque alia progressuri, dum ad visionem DEI veniamus. His autem pænè singulis dissertationibus, una è quinque illis nobilioribus virtutibus velur digito erit monstranda. In virtutum choro eminent Humilitas, Patientia, Puritas cordis, Caritas DEI, Conformitas cum divinâ Voluntate. Harum unam semper oculis observari utilissimum est. Quamvis enim disertissimus sit Ecclesiastes, qui non mulum tantum, sed & aurum, & gemmas loquatur, si tamen illud Domini: **CONTENDITE INTRARE**, non persuaserit, actum ager. Frustra sunt alia omnia, nisi hoc probè condiscamus. Iis, qui auribus quidem benevolis de cælo loquentem audiunt, nec tamen faciunt, quæ ad cælum emerendum sunt, occinendum est: *Cecinimus vobis, & non saluastis.* Quod Simplicius dixit de Episcopi aerimonia; Qui ab eâ non excitetur, eum non nisi apud inferorum tribunalia corrigendum: Ego de cæli contemplatione verissimè usurpem. Senium boni honestique non habet, quem ad meliora non impellit consideratio caelestis gloria.

Math. c. 11. v. 17.

Ovum gallinaceum tanti nominis cibus est, ut si Ovum oriatur quaestio: Quis omnium ciborum optimus sit? Non incrudite responderi possit, Ovum. Ovo vix melior ullus, vix utilior & salubrior cibus, qui minoris pretii, & melioris nutrimenti, qui paratu & coctu facilius, digestu ac concoctu aptior. Ovum non sanissimum solum, sed pænè dixerim sanctissimus cibus est. Vix enim ciborum ullus est, qui minus gulam mulceat, quam ovum sorbile aquâ clixum. Gula, non nescio, ingeniosa simul & fatua est, subinde vilissima eduliorum appetit poma, porros, pepones, olera, fungos; sapius tamen perdices & aprorum capita, capos spadones similagine lacteque saginatos inhiat; hîc domi suæ est, hîc suam sibi pabulum habet. Ab Ovis parum voluptatis percipit. Ita Ovum cibus innocuus, cibus optimus.

Verum quod in rebus creatis omnibus, hoc etiam in Ovo exit deprehendere. Nihil est quod adeò sine omnino ac vitio sit, quod æquè omnibus proficit. Ovum durum valentissimâ materia est, & vix ab ullo satis digeri potest, præsertim albumen Ovi. Deinde Ova pænè nimium fellis favent. Corpus quod bile abundat, ova parcius edat, aut induratis aliquid aceti misceat. Sic ova salubritatis famam non amittent.

Ovo confertur cælum, de quo nobis hîc sermo. Augustinus venustè ac eruditè Spem cæli ovo comparans: *Quid strepis, inquit, ô Munde? Immunde quid strepis? Quid avertere conaris? Tenere vis periens: quid faceres, si maneres? motus assiduum non deciperes dulcis, si amarus alimenta mentiris? Ergo tunc ovant, si habeo spem, si teneo spem. Ovum mecum non est à scorpione percussum: Civitas sancta, civitas fidelis, civitas peregrina, in celo fundata est. O fidelis, noli corrumpere spem, noli amittere spem. Quid expavescis quia pereunt regna terrena? Ideo verbis Domini caeleste promissum est, ne cum terrenis perires. Non ergo despiciamus fratres, finis erit terrenis regnis omnibus. Figite spem in DEUM, aeterna concupiscite, aeterna expectate. Toleremus potius presentia quam diligamus: adversorum manifesta est pernicies, prosperorum falsa blandities. Time mare, etiam quando tranquillum est. Omnino non frustra audiamus, Surrexerunt Cor. Quid ponimus Cor in terrâ, cum videamus quia evertitur terra. Nos Ovum nostrum sub alis illius gallinae ponamus, gallinae Evangelicae.*

Ergo quod Augustinus rectissime monet, caveamus ne Ovum nostrum frangatur: Cælum assidue cogitemus & speremus. In eam rem nostræ dictioni velur prælaturi, de caelesti Beatitudine complura documenta seu præceptiones ordine ac compendio dabimus. Hæc tamen omnia, ut cœpimus per Ovum, oculis subjecero conabimur. Juverit istud, arbitror, ad cælum frequentius & studiosius cogitandum.

§. I.

Præceptio prima. Principium Beatitudinis tenuissimum. Quid minus sinapis granulo huic tamen cælum comparans Servator: *Simile est, inquit, regnum caelorum grano sinapis.* Christe! Vix nobis dissimilius quidquam videtur, quam modicis principiis parvus beatorum grex instar sinapis excreverit in turbam, quam dinumerare nemo poterat, cum eam Joannes cerneret.

Romani rerum Domini cœnas dabant lautissimas, totos iis apros inferebant. Imò in unicam quandoque cœnam octo apri integri erant assandi. Quo luxu M. Antonium sapius cœnasse constat. Lucullus in singulas cœnasque quotidianas cœnas, quinque millia philippeorum ab-

De Beatitudine præceptiones:

1. Principium beatitudinis tenuissimum. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

Op. lib. col. capi. beati

Romanorum absumpsit. Res pueris nota. Sed hæc tam lautæ ac A sua omnia vendit, & in egenos distribuit, ut cælum emat. Ille aurum præ cælo adorat mortalium stultissimus: iste sui etiam sanguinis prodigus, vitam mavult quam cælum perdere: hic omnibus se privat voluptatibus, ut majores recipiat certo fehere. En variam cæli æstimationem. Hæc nostra est seu miseria, seu infania, quod plerique omnes pretium vile nimis constituamus cælo. In tenebris hæc gemmam à vitro non dignoscimus: ænigma nobis est beatitudo. Hic tamen omnium sensus est: Bonnum ingens cæleri cælo.

diversissimi affectibus inscribitur.

Horat. l. 1. serm. sat. 3. initio.

Si collibisset ab Ovo Vsq; ad mala citaret, id Bacche.

Ergo Romanorum quantumvis regie cæne, Ova tamen fercalorum initium dabant.

Vita Christi in omnibus tenuissimum habuit principium.

Cogitate, Christiani, omnem Christi vitam, à Natali die ad Resurgentis & in cælum Ascendentis gloriam; tenuissimum sanè principium in omnibus observabitis. Judæi opulentum Messiam ingenti famulatio stipatum expectabant. Extremam Domini humilitatem, stupor illorum capere non potuit. Talia sunt omnino Beatitudinis principia. Et quales, obsecro, in hoc orbe sumus, quam miseri, quam afflicti, quam diis non similes! Verùm sic illi vitæ meliori præcludimus à viliori edulio, ab ovis incipiendum est. Quod Joannes asserens: *Charissimi*, ait, *nunc filii Dei sumus, & nondum apparuit, quid erimus*: nondum apparet futura Beatitudo. Cænam illam magnam ab ovis ordinur. A quo sumus animo; post hæc ova sequentur fercula meliora.

1. Ionn. c. 2.

Præceptio secunda. *Sudore aut sanguine immortalitatis purpura est emenda.* Lampridius narrat, quo die Imperator Septimius Severus natus est, ab ancilulâ puerperæ Ovum purpureum esse oblatum. Aruspices hoc inter Imperii omina habuerunt. Septimio Cæsari duo filii fuerunt Aurelius Antoninus Bassianus (qui & Caracalla dictus à veste) & Antoninus Geta. Hic cum natus esset, gallina ovum purpureum in ollâ peperit, quod allatum Bassianus Getæ recens nati fraterculus accepit, & quasi ludens applosum ad terram fregit. Julia mater in hanc ovi mortem jocata: Maledicte parricida, inquit, fratrem tuum occidisti. Ac sanè occidit postea, ut putres velut divinitus emissam non ludentis, sed augurantis vocem.

2. Su dore aut sanguinis immortalitatis purpura est emenda. Aurelii V. Ser. in Epit. Imp. & Spartianus.

Christi duplex purpura.

Sudore dicimus aut sanguine immortalitatis purpuram emendam. Christus patiens sub vitæ fine, duplicem inter tormenta gessit purpuram, muricis & sanguinis; muricis alienam, sanguinis suam. Purpuratum cernimus Dominum Jesum tam in Pilari domo, quam in Golgothæ clivo. In Pontii Prætorio jam flagris liberalissimè purpuratum milites conchyliatâ chlamide vestierunt. Hæc illa duplex purpura. Sic cælum emit rex cæli. *Et nōme hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam*; Judæi perfidissimi cum Christo fratre suo, sicut Bassianus cum Getâ, cum Josepho fratres egerunt; verè maledicti parricidæ. Ergo Christus emerit cælum sanguine, nos nec sudore quidem id emere velimus?

Luc. c. 24. v. 26.

Non est è terrâ mollis ad astra via. Non est. Lucandum & sudandum. Et cum venditor policit sanguinem, nil emproxi cunctandum: *Non sunt condigna passionis hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.* Seu sudor, seu sanguis, vilissimum pro cælo pretium est; obolus pro regno.

Rom. c. 8. v. 18.

Præceptio tertia. *Varia Beatitudinis æstimatio.* Quam multò aliter homo paganus, aliter vir doctus, aliter homo voluptuosus, atque aliter religiosus cælum gustant & æstimant. Quærit Seneca: *Quid est beata vita?* Respondit: *Securitas & perpetua tranquillitas. Hanc dabit animi magnitudo, dabit constantia bene judicati tenax. Ad hoc quomodo pervenitur? Si veritas tota perspecta est, si servatus est in rebus agendis ordo, modus, decor & innoxia voluntas intentationi, nec inquam ab illâ recedens.* Alii aliter. Disparia capita, diversi affectus.

3. Varia Beatitudinis æstimatio. Sen. ep. 92. initio.

Ovum album omnes colores recipit, sic beatitudo

Ovum album omnes colores recipit, cæruleum, viridem, croceum, purpureum, violaceum, tingi, scribi, pingi sustinet ad lubitum se tractantis. Beatitudo velut Ovum, diversissimis affectibus inscribitur. Hic quidem

In illo Trimalcionis convivio inter ceteros missus repositorium allatum est cuin corbe, in quâ gallina erat lignea patentibus in orbem alis, quales esse solent quæ incubant ova. Accesserê continuò duo servi, & Symphoniâ strepente scrutari paleam cœperunt, erutâque subinde pavonina ova divisere convivis: Hic Trimalcio; Amici, ait, pavonis ova gallinæ jussi supponi, & timeo ne jam concepta sint. Convivæ cochlearibus argenteis ova ex farinâ pingui figurata pertundunt. Inter quos unus pæne projecit partem suam, nam videbatur illi jam in pullum coisse. Deinde, ut audivit veterem convivam: Hic nescio quid boni debet esse, persecutus putamen manu, pinguis simam, & piperatam ficedulam pro vitello invenit, laudavitque voces momentis: Hic nescio quid boni debet esse.

Scrutemur obsecro, Beatitudinem cælestem, & quotidianis eam meditationunculis gustemus; idem & nos pronuntiabimus: *Sub hoc Ovo nescio quid boni debet esse.*

S. II.

Præceptio quarta. *Beatitudo thesaurus absconditus.* Pli-nius affirmat; Hieme Ova paleis, æstate fufuribus optimè servari. Nimirum tantus thesaurus operimento tam vili tegitur. *Simile est regnum calorum thesauro abscondito.* Paleis & fufuribus etiamnum reclus hic thesaurus later. Hunc ita latentem Christus in cruce cepit dividere. Et quod mirissimum, cum dividitur, totus singulis datur. Hunc patris Patres acceperunt in limbo. Si quidem eo puncto temporis quo Christus in cruce mortuus clausit oculos, eo captivis illis referavit cælum. Nam D. Th. disp. 43. q. 1. art. 1. aspectu jam fruebantur, quod primum cæli præmium est. Res certa Theologis.

4. Beatitudo thesaurus absconditus. Plin. l. 10. nat. histor. c. 60. Mat. c. 13. v. 44. Vide Suarez in 3. part. D. Th. disp. 43. q. 1. art. 1.

Thesaurus absconditus Beatitudo hunc multi non inveniunt, quia non querunt, aut malè querunt. Nec id philosophis ignarum. Annaeus optimè: *Quid est ergo, inquit, in quo erratur, cum omnes beatam vitam optent? Quod instrumenta ejus pro ipsâ habent; viam ad cælum pro cælo eligunt, ita & illud dum petunt, fugiunt.* Nam cum summa beatæ vitæ sit solida securitas, ipsi sollicitudinibus causas colligunt, & per insidiosum hoc iter vitæ, beatâ querunt errant. non tantum ferunt sarcinas, sed trahunt, divitiis sese implicant. Ita longius ab effectu ejus quod petunt, semper abscedunt, & quò plus operæ impendunt, hoc se magis impediunt, & feruntur retrò. Quod fit in labyrintho properantibus, ipsa illos indocta discursatio involvit. Vanissimas sollicitudines has & multiplices labores, quos non cælo sed terræ impendimus, religiosissimus scriptor considerans, significanter admodum dixit: Pro modicâ præbendâ longa via curritur: pro æternâ vitâ multis vix pessemel à terrâ levatur. Prorsus sic est. Obi orbem & inspicie: Oraculum hoc dices: Beatitudo thesaurus absconditus.

Præceptio quinta. *Resurrectio & Beatitudo multis somnium est.* Somniavit unus aliquis, quod Suidas memorat, è lectuli sui suspensio mantili pendere Ovum. Ille avidus scire quid hoc somnium sibi velit somniorum interpretem seu conjectorem adit, & super oblatâ per somnum specie sciscitatur. Cui interpretis: *Sub lecticâ, inquit, thesaurus latet. Tu, si quid agis, rimare pavimenti viscera,*

5. Resurrectio & beatitudo est somnium. Suidas, Cic. l. 2. de divinatione.

& pretiosum ovum inventis. Cujus hic ignavia cessaret? Fodit, vas invenit in quo argenti aurique velut nucleum ignota avaritia concluderat: ita quidem, ut medium aurum veluti vitellus Ovi argento tanquam albumine cingereetur. Invenit tam pretioso lectissimus interpreti suo aliquot de metallo sequiore philippeos misit. Tum ille gratias quidem egit, unâ tamen venustissimo dicitio ampliore in mercedem exigens: Nihilne, inquit, de vitello? Nam absque me fuisset, & somnium tuum non nisi somnium fuisset.

Beatus Paulus Athenis Christum in cruce quidem mortuum, sed à morte redivivum annuntiavit, dixitque concione publicâ: *Suscitans eum à mortuis. Cùm audissent autem Resurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant, quidam verò dixerunt; atudicimus te de hoc iterum. Visum est eis somnium, Resurrectio mortuorum. Ita plurimi beatitudinem magis somniant, quàm seriò cogitant. Istitus ovi vitellus, tam eis absconditus est, ut pœnè nullo illius desiderio tangantur. Divinus psalterium in admirationem raptus: Quàm magna, inquit, multitudo dulcedinis tue, Domine, quam abscondisti timentibus te!*

Omnittm quidem oculos fugit vitellus tam pretiosus; ut verò qui DEVM religiosè metuunt, sic eum latere nôrunt, ut appetere sciãnt. Beatitudo vitellus est plane absconditus. Hinc multis somnium.

Carthaginensium Dux Amilcar, cùm obsideret Syracusas, inter somnium vocem exaudisse credidit nuntiantem futurum, ut proximo die in eâ urbe cœnaret. Somnium videbatur lætum, sed sinistram ejus interpretationem exitus tristis consecutus est. Dum in vivis agimus, velut in prandio sumus; ibi post mortem cœnaturi. Tantò igitur conveniret moderatius esse prandium, quântò lautior sequeretur cœna. At plurimi jam lautissimè prandent, tanquam cœna illa magna somnium foret. Ideò fatui interpretes isti, & pransiores ebrii apud inferos cœnabunt: quandoquidem cœnam apud superiores velut somnium habuerunt.

Præceptio sexta: *Beatitudo sui appetentem trahit.* Licet hæc querere: Quis Ovum vidit per peticam aut hastam ascendens? Sed forsân tu contrâ quæres: Quid hoc magia? Unde motus OVO? Nihil hic incredibile: certum est quod dicimus, & exploratum, nec grande arcanum. Etenim si Ovum liquore suo vacuum, impleatur rore, & tigillum clementer acclive parieti applicetur, ovum ad tigilli pedem positum per illud rependo ascendit. En Ovum ambulans, en sursum reptans. Si quis immortalitatem beatissimam cogitatione sæpius complectatur & reputet, Ovum in pectus recipit, neque ovum vacuum, sed cælesti rore plenum, nec motu destitutum; per transillum ibit, sursum tender. Hoc ajo: quisquis cogitationem in cælum, in æternitatem defixerit, optimis desideriis aestuabit, suspiriis ac gemitibus alta petet, subinde & lacrymis fluet, in summum eniteatur, & expeditiùs longè, quàm aut Atheniensis Dædalus, aut

Græculus esuriens in cælum jussus, ibit. Homo qui cælestium contemplatione animum exercet, per gladios, per hastas, per ignes impavidus curret, se jaculis scopum, hastis se ludibrium objiciet, ut tantò celerius ac felicis in cælum penetrat. Ne mirate, ovum pectore gerit, sed ovum rore distentum, quod sursum tendit, quod in altum trahit; amor & desiderium cæli non quiescit; unde descendit, eò redire cupit.

Christum aspice; per erectam crucis peticam ascendit: *Proposito sibi gaudio sustinuit crucem.* Christum tor millia sanctissimorum hominum secuti; qui hanc ipsam crucis peticam conscenderunt, tormentis sese omnibus animosissimè objecerunt, modò potirentur cælo. Quin & nos sequimur? sequemur certè, si roscidum illud ovum in pectus recipiamus.

Ite nunc fortes, ubi cæsa magni Ducit exempli via. Superata tellus sidera donat.

Ite, & ad cælum sequimini. Neque enim vos in profectu positi virtutis distluere delitiis & emarcescere voluptate venistis. In vestra situm est manu, qualem vobis vitam formare velitis. Omnis enim quæ videtur aspera, aut bonos exercet, aut lapsos castigat, aut improbos puniat. Boni exercentur ad præmium, lapsi aut lapsuri castigantur ad profectum, improbi puniuntur ad supplicium. Ergo animosè: per confragosa & aspera cundum est: sed sic ad cælum itur.

§. III.

Præceptio septima. *Beatitudo morte comparatur.* Pulchro ovo conclusus, si in auras emittendus sit, prius ovi cortex rumpendus. Sterilissimâ lite altercantur docti, an gallina mater, an verò pullus rostello pertundat ovum ut exeat? Inanis concertatio: nobis non licet esse tam otiosus. Hòc assero, ut pullus extra suum carcerem sit, putamen ovi rumpendum est: ut homo fruatur Deo, moriendum est. Christus ipse mortuus, mater Christi, Discipuli Christi, omnes amici Christi mortui sunt. Hic nulla immunitas, nullum privilegium, nullum moriendum est. Mori cupiebat, & ovi corticem per-rumpere, qui clamat: *Educa de custodia animam meam ad confutendum nomini tuo.* Jam brevi educendus cantabat: *Nunc dimittis servum tuum Domine, secundùm verbum tuum in pace.*

Anselmus hic eleganter: *O misera fors hominis, inquit, cùm hoc perdidit ad quod factus est! ò durus & dirus casus ille! Heu quid perdidit, & quid invenit? quid abscessit, & quid remansit? Perdidit beatitudinem ad quam factus est; invenit miseriam propter quam factus non est. Abscessit sine quo infelix est, & remansit, quod per se non nisi miserum est. Erummosi Unde sumus expulsi? quò sumus impuls? Unde precipitati; quò obruti? A patriâ in exilium, à visione DEI in cecitatem & barathrum, à jucunditate immortalitatis in amaritudinem, & horrorem mortis.* O igitur verè felices, qui è carcere tam sacro in palatium, ad regnum, in solum educuntur.

Hegesistrarus Elaüs à Lacedæmoniis captus, & in vincula conjectus rem fecit omnibus post sæculis admirandam. Nam cùm ferratis soleis nexus esset, dimidium pedem præcidit, ut illis sese compedibus eximeret: Demum excubitoribus deceptis, subrutòque muro effugit carcerem. Christi suasu oculi quandoque nostrâ nobis ipsis sunt eruendi, manus amputandæ; pedes præcidendi, ut ad libertatem cæli evolemus. Quid cunctamur? quin illos eruimus, has amputamus, istos præcidimus? Denique carcer effringendus, per-rumpendum est ad altâ. Videte corpus Domini Jesu trahi suffixum: quomodo flagris, vepribus, clavis laceratum, quasi viam præbuit ut evolaret spiritus. Aspiras paradisum? Prius illuc non evolabis, quàm ovi cortex pertundatur. Per-rumpendum, moriendum est.

Præceptio octava. *Beatitudo gaudet ingeniosis inventori-bus.* Christophorus Columbus gente Italus, suo pte ingenio id invenit, ut novum Orbem reteregeret primus. Cùm autem res ea in magnâ gloriâ simul & invidiâ esset, ita evenit in convivio quopiam Hispani proceres hanc laudem ejus delibatum irent, & variè vellicarent. Quippe id facile cuivis & prionum fuisse; navigationem illam gravibus periculis caruisse, adeòque suæ gentis hominem potuisse easdem illas terras gentèque reperire, sine Italorum artificis. Columbus (aderat enim) cùm tacitus diu audisset, denique surrexit, & velut aliud acturus ovum attulit à gallinâ, illudque reposuit in mensâ. Et heus Domini mei, ait, quis vestrum ille tam follers, qui hoc mihi ovum in caput, erectumque destituit? Mustare illi, circumspicere, jamque mutuo aspectu filere, nega-

Aet. c. 17. v. 31. & 32.

Psal. 30. v. 30.

Valer. l. 1. cap. 7.

6. Beatitudo sui appetentem trahit.

Juvenal. Sat. 3. v. 78.

Hebr. c. 12. v. 2.

Beati. l. 4. de cons. Phil. metro 7. 31. ne.

Vite asperæ effectus.

7. Beatitudo morte comparatur.

Ut homo fruatur Deo moriendum est.

Psal. 141. v. 8. Luc. c. 1. v. 29.

Anselm. in c. 1. de scol. c. 1.

Herodotus in Calliope.

8. Beatitudo gaudet ingeniosis inventori-bus.

Lipsius l. 1. Antiq. l. 1. in præfat. ad lectorem.

Christo-minem potuisse easdem illas terras gentèque reperire, sine Italorum artificis. Columbus (aderat enim) cùm tacitus diu audisset, denique surrexit, & velut aliud acturus ovum attulit à gallinâ, illudque reposuit in mensâ. Et heus Domini mei, ait, quis vestrum ille tam follers, qui hoc mihi ovum in caput, erectumque destituit? Mustare illi, circumspicere, jamque mutuo aspectu filere, nega-

re, negare ad extremum omnes id posse fieri. Ille clementer: Imò verò, ait, fiet, & simul ovum leniter à capite læsum super mensam erectum deposuit. Hic rursus omnium & irrisus, pro se quisque rem facilem ac nugatoriam dicit. Hoc nostrum cuiuslibet, ajunt, effectu promptum fuisset. Sed enim, ait Columbus, non cuiuslibet vestrum hoc promptum fuit excogitatu, ante me indicem. Talis est inventio novi Orbis, quem invenendum nemo, omnes inveniant inventum.

A non est, nec vera hæc transiliri potest. Transendum est per multiplicis afflictionis ignem & aquam. Solutio sit solum esse transitum, quidquid malorum patimur. Eja ergo transcamus usque Bethlehem, transcamus: Educet nos Dominus in refrigerium.

CAPUT III.

Aliæ novem præceptiones ad cælum crebrius meditandum.

Sancti admittendas inventiones excogitantur ut cæli primum obtineant.

Qui Divorum res gestas evolverit, quales, DEVS bone, quamque admirandas reperiet inventiones? Quid ii non excogitarunt, utque certius auctiusque cæli præmiu obtinerent? Sanctissimi quique hominum, quid non moliti, quid non ausi, quam in seipos duri ac severi extiterunt, quam sibi nec acriter imperarunt? Quam novâ mundum arte delusit Alexius? Quam generosâ inventionem Venerem triumphavit Nicetas! quam vario stratagemate diabolus debellavit Antonius! quam salutare sui odium in seipos concitarunt alii. Fuerunt qui nudum corpus lorica ferrea vestirent, aut ferreo cingulo lumbos stringerent, ut ferum intrumescens circum caro tegeter. Alii totos dies, quandoque biduum triduumque intransi & incænarum laboribus ac precibus se fatigarent: alii jejunia longius producerunt. Fuerunt qui pluribus annis nil cocti aut calidi libarunt. Alii cum demum somno succumbendum, non jace-re, sed incommode, nec tamen innixi parieti sedere voluerunt. Alii humo nudâ, subiecto pro cervicali saxo insuavem & parcum somnum admiserunt. Quanti precibus totas noctes pervigilarunt? Plurimorum mos fuit trecenties aut sexcenties, & verò sæpius de genua submittere ad precandum. Fuerunt, quos Stylitas nominarunt, qui annis compluribus diu nocteque columnis insisterent sub puro Jove, tempestatum omnium tolerantis. Alii virgis armati seipos utraq; manu acerrimè ceciderunt, dum omnes Davidis Psalmi recitarentur: alii die unâ nocteque tamdiu in se virgis sævierunt, dum omnes Psalmi novies pronuntiarentur. DEVM immortalem! quam obstupescenda sunt hæc inventa in fraudando genio, in affligendâ gulâ, in fallendo somno, in toto corpore macerando! Hæc omnia ad beatitudinem certius obtinendam excogitata sunt. Christus ipse ut feris diademata regni acquireret, prius spinis coronari voluit. Inaudita inventio! Beatitudo gaudet ingeniosis inventoribus.

IN superiore Palatinatu cænobium est in cuius perystilio Epitaphium cum hac inscriptione: *Singulis militibus ovum unum: Schweppermano geminum.* Epitaphii origo hæc est: Ludovicus IV. Imperator Augustissimus, anno Christiano millesimo trecentesimo decimoquarto, eam annonæ difficultatem in castris experterus, ut quod alimonie reliquum, parvissimè inter militem fuerit distribuendum. Neque verò aliud quidquam supererat quàm ova. Hinc optimus Imperator, velut providus paterfamilias cum annona ingravescit, liberis suis graciles panis lamellas præsecat; sic ille civis militi, ovum unum assignavit. Erat tunc in Exercitu Seuffridus Schwepperman vir sanè militaris ac strenuus, amplâ fortunâ dignus. Huic Imperator ob excellentem viri virtutem ova duo præcepit dari. Hinc illa pars Epitaphii:

Singulis militibus ovum unum: Schweppermano geminum. Hic licuit parsimoniam ac temperantiam condiscere. Fuit edonum quispiam qui in convivio viginti quinque ova velut in antecænum sorberet, & etiamnum curaret. Huic sanè in militiam proficiscendum non est; unum illi ovum vix umbra cibi videretur, cui hecatombe ovorum opus est. Cujusmodi ferculum apud Athenæum Evippus nominat, & cum bellatis afferit devoratum.

Nos de Beatitudine compendio loqui & dissertationi exactiori vel præcludere cæpimus. Ovum sumptuosius huic promulsi proorsus idoneum. Ita pergemus dum ad graviora deveniamus.

§. I.

PRæceptio decima. *Una Beatitudo, mille gaudia.* Quid voluptatum ac gaudiorum animus humanus vel excogitare vel optare, imò plus quàm optare potest, id in uno DEI aspectu fruendum inveniet. Gloriantur coeci, si ex oviculâ unicâ distinctos missus plurimos condite sciant. Fuit qui è solis ovis sexcenta fercula disparia noverit parare. Ejus generis fuit Livianus ille cocus, qui è suo domestico nescio quot epularum & aprugnæ species confecerit. Cæna illa in cælo Magna, beatitudo una est, sed mille gaudiis abundat. Veritatis oraculum est: *Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cæli.*

10. Una beatitudo, mille gaudia.

Livius l. 7. de bello Macedon.

Matth. c. 5. v. 12.

9. Ad beatitudinem per ignem & aquam transendum.

PRæceptio nona. *Ad beatitudinem per ignem & aquam transendum.* Hoc itidem ab ovo descendum. Quis ovum obsecro, lixare aut coquere sine igne potest? Dicat: Si ovo fracto, vitellus in bullientem aquam effundatur, esui commodissimus fiet. Hic ovi coquendi modus nihil ad rem: Sed nec ille cum in ponte Tiberino Romæ, fabulo ardenti ovum exponitur à sole decoquendum. Aliter lixari potest ovum ad parietem pendulum, idque hac ratione: Sacculum scorreum mihi igne coqui date quemcumque obvium; hic calce vivâ & affusâ aquâ impletus ad proximum parietem appendi poterit: Huic sacculo injectum ovum, velut in pensili foco pulcherrimè decoquetur sine igne, non sine occultâ vi ignis.

Ovum sine igne coqui potest.

Nos sine ferro & flammâ Martyres esse possumus, si veram in quâvis calamitate patientiam exhibeamus. Hierosolymanus Rex David sine igni & aquâ, ignem & aquam expertus: *Transivimus, inquit, per ignem & aquam & eduxisti nos in refrigerium.* DEI filium cruentæ trabi suffixum aspice: Transivit per ignem & aquam. Prædicæ mortis per torrentem Gedron ad iudices tractus, in illos denique dolorum ignes præcipitatus est, ut extrema siti confectus exclamavit: *Sitio.* Verè per ignem & aquam transit in paradysum: eductus est in refrigerium.

Pf. 65. v. 12.

Rom. cap. 6. v. 9.

Scientes, inquit Paulus, quod Christus resurgens ex mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Agite, Christiani, hæc transendum est, alia via in paradysum

Interrogata sponsa, de sponsi formâ: *Qualis est dilectus tuus ex dilecto, qualis est?* Illa velut penicillo sumpto depictura sponsum: *Caput ejus, inquit, aurum optimum: Come ejus sicut elata palmarum: Oculi ejus sicut cor-lumba: Gena illius sicut areola aromatum: Labia illius lilia distillantia myrrham primam.* Post omnia vultus lineamenta: *Guttur ejus, inquit, suavissimum.* Bona mulier non reperit cui guttur conferret. Beatitudinem cælestem cogitationi subjicere, feram possumus inferere, verbis explicare non possumus. Hic non hominibus solum, sed & Angelis silentium indicitur: hic solus DEI filius cum dignitate loquitur. Beatitudo una est, sed mille, mille, mille gaudia. In montis Taborei jugo silent Angeli, Moses & Elias loquuntur quidem; sed de nece ac excessu Domini; solus Pater loquitur, jubetque audiri filium. Petrus, quod Augustinus observat, omnium mysteriorum oblitus, clamavit quasi ebrius, & tamen filium can-

Capit. c. 5. v. 11. & seq.

Beatitudo cogitari potest, non explicari.

lam tantum gloriæ gustârat. Mortalium nemo, nemo Angelorum caelestem gloriam satis explicaverit; mille, mille, mille gaudia beatitudo unice complectitur.

11. Beati- tudo ex- pensis & laboribus omnibus dignissima. *Erycius Putean. de summo nativ. & miraculo mihip. 101.*

Præceptio undecima. *Beatitudo expensis & laboribus omnibus dignissima.* Audite quid juveni studioso contigerit. Is patriâ Italiam studiosum causâ pretulit, & Patavii cæpit agere. Cùm domo subsidia numerorum expectaret, vilus est sibi per somnium à tabellario accipere ovum, mox frangere, & nucleo toto corpus perungere. Verum profectò somnium fuit. Etenim paulò post transmissa pecunia est, quæ partim aureis, partim argenteis constabat numis. Atque hoc candidum luteumque ovi erat. Vix numos acceperat, & in gravissimum morbum incidit; quo omne illud aurum argentumque consumptum est. Hoc proflus erat ovi liquore corpus perungere.

Matth. c. 13. v. 45. & 46.

Beatitudo ejus generis gemma & cimelium est, ut Christus asserat: *Simile est regnum celorum homini negotiatori, querenti bonas margaritas. Invenit autem unâ pretiosâ margaritâ, abiit & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam.*

Cur Christus sit solus verus mercator.

Quis verior Christo Domino mercator qui pretium sui sanguinis infinitum pro pretiosis illis mercibus dedit? Verè abiit, vendiditque omnia; famam, sanguinem, vitam exposuit, ut nobis cælum emeret. Beatitudo expensis omnibus dignissima. Tot millia hominum Christi exemplo invitati hoc ipsum à tot sæculis egerunt; abierunt, & vendiderunt omnia quæ habuerunt, ut emerent unam illam beatitudinis margaritam, omni sumptu dignissimam. Vide mihi hominem, qui beatissimam æternitatem, qui cælum serio amat; lætus is abiit, venditque omnia; parentes deserit, voluptatibus valedicit, facultates omnes excutit, honorum compedes rumpit, rem & spem fortunæ blandientis abjicit, quidquid est illecebrarum à se præscindit, ad omnia pro Christo promptum paratum se sinit; ita totis brachiis crucem amplectitur. Num iste tibi non omnia vendere videtur, ut unam atque unicam æternitatis margaritam emat? O felix emptio! ubi pro mille auri talentis obolus expenditur. Interroga illum ipsum hominem, qui si sapit, & serius est, hoc ipsum dicit: Multa vobis videor reliquisse? Nihil reliqui: cupreum teruncium dedi pro sexcentis auri millionibus: Beatitudo laboribus & expensis omnibus dignissima est.

11. Beati- tudinis gustulus amicis mittitur.

Præceptio duodecima. *Beatitudinis gustulus amicis mittitur.* Antequam Europa tor bellis arderet (quorum incendia nondum sopita) in nostrâ superiore Germaniâ varii equestres ludi dabantur, plurimæ personatorum pompæ visabantur, in amplioribus præsertim civitatibus quæ sæpius per annum ejusmodi Hilaria celebrabant. His ludis plerumque intererant ova, sed pretioso liquore fragrantia: nam angustissimo foramine ovi medulla solet efflari, & florum succus infundi. Hæc ova honoris & amoris signa per ædium fenestras dextrè injicere artis est. His ovis plenos sæpe corbes onerabat festivus luxus, ut ea liberaliter huc illuc missilia spargerentur. Ita imbres odoriferi ovis clausi, in domos notiores perpluebant.

Deus ova fragrantia in amicis cælo deicit, & quæ suat.

Istius moris DEVS etiamnum retinens, ova fragrantia in amicis cælo deicit, tangitque destinatissimo ictu. Ea subinde suavitas, & copia solatiorum bonam mentem obruit, ut homo jam sibi cælo receptus videatur. Hinc paratissimus est pro Christo vinciri, uri, necari: obvium quodvis patibulum suo corpore ornare, aut contusis membris vestire rotam; DEI causâ pati plurima desiderat: esurit contumelias, prurit in tolerandas plagas, cupiditate pro DEO moriendi ardet. Unde huic homini tantus tamque alacer animus? hæc corruptior natura nõ docet. Unde igitur illi hic estus tā generosæ patientiæ? Cor ejus caelesti solatio plenus est, mel beatitudinis jam lingit: hinc paratus ad omnia. Sed unde hoc ipsum illi? DEVS in illum ut in amicum fragrans ovum deiecit cælo; hinc

ardor iste, hinc accensus in Christum & Beatitudinem amor. Beatitudinis gustulus illi submissus est, fragranti nimbo permaduit, caelesti ovo in amoris signum tactus est. Jamque cum Paulo etiam hostes provocat, & excel- Rom. c. 8. s. 35 & 37. *tribulatio an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? In his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos.* Nulla laboris aut doloris, sed nec arumnarū vis ulla me hinc avellet: DEO duce superabo omnia.

Unde animus tam invictus? Fragranti ovo ad beatitudinem initiatus est. Vide Antiochenū Præsulem Ignatium: Leones provocat ad sui lanienam, ut sentiat se mori: Urinam, inquit, fruar bestii, quas & oro mihi veloces esse ad interitum. Nunc incipio Christi esse discipulus, nihil de his quæ videntur, desiderans, ut JESVM Christum inveniam. Ignis, crux, bestia, contractio osium, membrorum divisio, & totius corporis contritio, & tota tormenta diaboli in me veniant: tantum Christo fruam. En amicum Christi, fragranti ovo, cæli desiderio concitatum ad alta rapi. Nimirum Beatitudinis gustulus amicis mittitur.

§. II.

Præceptio decimatertia. *Beatitudinis præmium nondum parvum facillimè frangitur.* Ovum, nobile quidem edulium, sed fragile. In Germaniâ superiore ludi genus est, Ova legere. Exeunt in præcum & cursu certantur ova sportis efferunt. Centum, ducenta vel plura ordine & cillimè passis unius intervallo in longam lineam locata extenduntur: Hæc singula ita reditque ad ovorum numerum reperito in sportam juxta positam, quam potest. celerimè infert qui certat. Interea constitutam sibi metam antagonista currendo satagit emetiri. Certamen est, uter celerior sit, hic currendo, an ille colligendo. Sed si collector ovum rumpat priusquam absolvat, jam victus est. Spectaculum jucundum.

13. Beati- tudinis præ- mium nondum parvum fa- cillimè frangitur.

In Belgio tripudium ovi passim instituitur hoc mo- *Erycius Putean. l. 1. sup. cit. pag. 96.* do: Saltant singuli seu pueri, seu puellæ, gyroque ducunt certis legibus circa ovum quod humi jacer lignæ scutellâ testum. Hanc inter saltandum pedibus amovent, eamque nudato jam ovo, ad numeros circumagunt. Cùm omnia ex ritu fecerunt, eodem involucro rufus ovum operiunt. Quisquis hoc ruperit, aut læserit in pecnam forebet.

Dum vivimus, velut choreas ducimus obtinendæ bea- *Beatitudo intra nos est, Luc. c. 17. v. 21.* titudini. Ea in medio nostrum est. Christus id asserens: *Eccè enim, inquit, regnum DEI intra vos est.* Sumus hæredes scripti caelestis regni, hæreditatem nondum possidemus, Eâ etiamnum excidere possumus. Agendum cautè, incedendum sollicitè, saltandum peritè. Ovum hoc facillimè frangi, momento potest amitti. Impudicus oculo rum jactus vel unicus hoc ovum rumpit, beatitudinem perdit. Ur vidit Rex David, periit. Expressissimè Chri- *Matth. c. 5. v. 28.* stus: *Qui vidit mulierem ad concupiscendum eam, jam mæ- 1. Cor. c. 6. v. 9.* chatus est eam in corde suo. Atqui Paulinum illud scimus: *Neque fornicarii, neque ebriosi, neque adulteri, &c. regnum DEI possidebunt.* Res proflus delicata est hoc beatitudinis ovum: Non impudico tantum oculorum jactu, sed cogitatione obscenâ vel unicâ totum æternitatis re- *Hanc Theo- logi Moro- sam vocant quæ fovet cum assensu in delicia- rum, est absi assen- & suis in- tum.* gnum perditur.

Attendite, Christiani, attendite, & cautos pedes figite. Hoc ovi tripudium est periculosissimū. Fregisti ovum? Et te, & ovum perdidisti. Peccatum letale vel unicum cõ- *Cor. c. 6. v. 9.* munitum est. Et beatitudinem, & bona simul omnia amissisti. Scis, ô bone, decalogi præcepto sexto adulterium, & omne libidinis delictum; Septimo furtum prohiberi. Nunquid hæc solum illicita? evolvamus sericem divina legis. Præcepto nono non mæchia solum omnique la- *Cor. c. 6. v. 9.* scivia, sed etiâ mæchiæ cupiditas: præcepto decimo non furtum tantum, sed omnis furti cupiditas veratur. Ergo tripudia, sed cautè: hoc ovum cave prius perdas, quam acquiras. Beatitudinis præmium facillimè frangitur.

Præceptio

14. T. quælibet præceptio

15. l. 1. 2.

16. non mo- do est exi- tus

Cor et prod. dicit

14. Post ignes afflictionis, premium beatitudinis.

Præceptio decimaquarta. *Post ignes afflictionis, premium Beatitudinis.* Rem miram & pœnè inauditam narrat laudatissimus Poloniae Dux Nicolaus Christophorus Radzivilius, quam ipse oculis suis spectavit. In Ægypto, inquit, fornaces sunt, in quibus omnibus generis ova in pullos cœunt. Fornaces illæ sunt rotundæ mero stramine contextæ glutine foris & intus accuratè perlatæ. Ab unâ fornacis parte ostiolum, ab oppositâ foramen non grande. Medio fornacis tergo fenestella est per quam obliquis radiis Sol penetrer. Tanti autem sub meridiem calores sunt, ut paulò diutiùs uno loco consistere nec calcæatus quidem possit. Porrò hæ fornaces capacitatis tantæ sunt, ut in iis tria millia ovorum commodè reponi possint, & alterum ab altero non tangatur. Hinc tria millia pullorum, scilicet ovorum numero totidem pulli, aut certè non multò pauciores, jam ex ovis exclusi simul produnt.

In clibano nunc sumus, quamdiu extra cælum sumus, hic claudimur & urimur. Beatus ille quem amor cælestis sic excoquit, ut ex æstuosâ hac cavèâ in cælum evolet. Dixi tria millia pullorum ex unico tali Ægyptio clibano simul in auras emergere, parum hoc est. Fuit cum ex unico templo viginti millia Christianorum in cælum unâ evolarent.

Anno à Virginis partu trecentesimo primo, Diocletiani & Maximiani Herculei ævo, Nicomediæ ipso die Natalis Christi viginti millia Christianorum ad rem divinam in templo convenerunt. Diocletianus id commodam occasionem ratus, templi januas occludi, & circum circa ignem strui, pro foribus tripodem Jovi cum thure statui; simul etiam præconis voce proclamari iussit: quisquis ex eo numero tueri vitam cuperet & flammam effugere, foras exiret, Jovi thus adoleret: sin minus omnes uno templi incendio exurendos. Hic omnium animi in unam sententiam erecti, malle centies mori, quàm Diis facere. Ita unus omnium loco respondit: Omnes Christiani sumus; Christum Dei filium æternum regem colimus; huic uni sacrificamus; pro Christo milles mori non recusamus. Vix ea dixit, & continuo ignis convalescens templum corripuit, simulque illa viginti millia Christianorum, flammâ fumòque extinxit. En clibanum è quo ingens hic numerus subvolavit in cælum. Ita tor verè pietatis pulli eo prorpsus die vitam immortalẽ auspicati sunt in cælo, quo Christus mortalitati natus est in terrâ.

Æstuosâ nos claudit cavea, dum vivimus. Tolereamus. Post ignes afflictionis, refrigerium beatitudinis.

Præceptio decimaquinta. *Beatorum formositas elegantiam omnem extinguit.* In hominem formosum & pumice expoliturum vetus verbum est: *Ex ovo prodit.* Non eâ quâ ceteri lege natus, ad omnem venustatem excultus est. Quemadmodum enim de impolito & agresti homine dici solet:

Viridi puer excidit orno.

Ita de polito & eleganti dicitur: *Ex ovo prodit.* Ab Apologores ortum habet. Ledam Tyndari filiam fingebant præsi duo peperisse ova, ex uno Pollucem & Castorem gemellos, ex altero Helenam prodiisse.

Ea est omnium beatorum corporum formositas, ut de singulis illorum rectissimè dicatur: *Et macula non est in te.* Ex ovo prodierunt omnes. Dum enim viverent, tam assiduâ cæli contemplatione animum exercuerunt, ut cælo velut ovo seipsos concluderint. Inde jam progressi ad immortalẽ vitam, ex ovo planè prodiisse dicendi sunt. Quod si more modòque veterum loqui libeat, dicendum: In cælo meri Castores & Polluces, meri Narcissi & Spurinæ, Ariadnæ sunt tantum & Helenæ mortalibus omnibus formosiores. Omnem mortalium elegantiam confusa, & cum unius beati formositate comparata, Æsopum cum formosissimo simul & castissimum Democle comparaveris. Quid mortualis calva

aut cranium ad juvenis venturissimi frontem? Quid oris humani decus est ad beati Stephani formositatem in cælo, qui etiamnum mortalis faciem tamen Angeli præferebat? Paulus diversa ex æquo comparans: *Primus homo, inquit, de terrâ terrenus: secundus homo de cælo cælestis.* *Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cælestis, tales & cælestes.* Christus adhuc moriturus, formâ tamen speciosus exiit *pro filiis hominum*: quàm erit formosus jam cælo receptus? qualis ergo cælestis hic homo tales & alii homines cælestes erunt. Quid igitur cadaverosos mortaliū vultus præproperè ambimus?

Suavius ex ipso fonte bibuntur aquæ.

Hoc oculorum spectaculum in cælo longè amabilius, & insuper æternum erit: Hoc amemus, hoc expectemus: Beatorum formositas elegantiam omnem extinguit.

§. III.

Præceptio decimasexta. *Beatitudinis amor invincibilis.* Est forsân qui putet vitrum & ovum æquè fragilia esse. Ego verò inter robustissima ovum numero. Et Plinius disertè id affirmans: *Firmitas putaminum*, inquit, *tanta est, ut rectè nec vi, nec pondere ullo frangantur, nec nisi paululum inflexâ rotunditate.* Qui vires & nervosum corporis firmitatem jactant, hoc certamine solent exercei, ut ovum tentent frangere. Conantur ii quidem, & valido palmarum nisu utrumque ovi cacumen æqualiter premunt; sed frustra sunt, & fateri denique coguntur, vires humanas vinci à fragili testâ. Putes sub ipsis manibus ovum in marmor commutari. Certum ab experientiâ. Nec id cuiquam aded mirum videatur, nil pœnè facilius lædi, frangi què ovo, nil tamen pertinacius resistere: tenerrimo cortici hanc firmitatem confert concameratio.

Quid fragilius homine aut imbecillius, quem rectè dixeris ipsam imbecillitatem. Sed ubi beatitudinis amor hunc ipsum occupaverit, videbis non jam ovum fragile, sed saxo, sed ære, sed chalybe firmiore. Intuere, obsecro, Jobum: hominem cernes invalidum, debilem, innumeris miseris obnoxii; omni ovo, omni vitro fragiliorem. Sed expecta sis, brevi saxum, mox æreum, mox chalybeum atque adamantinum exhibebo. Quod paulò antè de divis omnibus affirmatum est, id optimè de Jobo dicitur: *Ex ovo prodit.* Jobus futuræ beatitudinis voluptates ita animo & cogitatione comprehendit, ut inter medios ærumnarum turbines lætus cecinerit: *Scio quidd Redemptor meus vivit, & in novissimo die de terrâ surrecturus sum. Et in carne meâ videbo DEVM Salvatorem meum. Reposta est hæc spes mea in sinu meo.* En geminum ovi cacumen invictâ firmitate concameratum. Unum illud: *De terrâ surrecturus sum.* Alterum, istud: *Et in carne meâ videbo DEVM meum.*

Diabolus & Mundus in viri hujus caput conjurarunt, hunc unum perditum voluerunt; utrimque vim omnem exeruerunt, ut ovum hoc comprimerent. Non potuerunt. Diabolus in iras confurgens omni ope atque operâ in unius exitum ruit. Hinc Jobus, non ulcerofus tantum, sed merum ulcus; liberi, ruinâ domûs sepulcri omnes; uxor non solatricem, sed diabolum egit, & viro pariter insultavit. Quid ei nisi anima vix labris hærens restabat? Parte aliâ Mundus strenuè collaborans in greges armentorum Chaldæos & Sabæos immisit, qui pecus omne abegerunt. Nihil agis Munde; frustra sævis diabole, tenuissimum ovi corticem non dicam contere, sed nec commovere quidem potestis: hoc ovum utrinque acuminatum est, conteri non potest, vim omnem è transverso illatam superat. I, nunc diabole; I, Mûde, & Jobum ludos facite: ille vobis illustrat. In fineto cecinit, inter tot funera risit, amore beatitudinis invictus stetit. Verè Beatitudinis amor invincibilis.

Præceptio decimasextima. *Beatitudinis contemplatio continentia & castimonia mater.* Filii ovo medio circumligatum, mater.

16. Beatitudinis amor invincibilis. *Plin. l. 2. 9. Nat. hist. c. 3. med.*

Job. 6. 19. v. 25. 26. 27.

Geminum ovi cacumen in lo-bo quod.

Nicophor. 1. 7. hist. Eccl. c. 6.

15. Beatorum formositas elegantiam omnem extinguit.

Sinius.

Cur beati ex ovo prodierint dicuntur.

17. Beatitudinis contemplatio continentia & castimonia mater.

Philoſo-
1. 29. Hiſt.
nar. c. 3. poſt
m. 3.
Eccli. c. 5.
v. 4. & 6.

Job cap. 31.
v. 12.

Ibid v. 9.

Ignes Ven-
eris toto
orbe graſ-
ſantur.

1. Cor. c. 15.
v. 50.
Homini-
bus libidi-
noſis cæl-
lum eſt la-
ſcivire.

18. Ad
Beatudi-
nem angu-
ſta ducit
ſemita.

Matt. c. 7.
v. 13. & 14.

Tertull. de
coronâ mil-
it. c. 14. ſine.

Virg. l. 6.
Æneid.

Eccli. c. 21.
v. 11.

Apoſt. c. 14.
v. 21.
Matt. c. 20.
v. 8.

garam, ut ajunt, reſiſtit prunis & igni. Certè Plinius *Vi-
verò tanta eſt, inquit, ut lignum perſuſum ovo non ardeat, ac
non veſtis quidem contacta aduratur.* Siracides ne in DEVM
ingratus eſſet: *Liberaviſti me, ait, à preſſurâ flammæ que
circumdedit me, & in medio ignis non ſum aſtuatus.* Ignis
eſt qui toto perſurit Orbe, ignis impurus, Venerius,
ex orco emiſſus, de quo dilucidiffimè Job: *Ignis eſt, in-
quit, uſque ad perditionem devorans, & omnia eradicans geni-
mina.* Et ut probè ſciretur de libidinis igne ſermonem
eſſe, proximo verſu præmiſit: *Si deceptum eſt cor meum
ſuper muliere, & ſi ad oſtium amici mei inſidiatus ſum.* Hæc
enim nefas eſt, & iniquitas maxima.

Atque hi Veneris ignes impuriſſimi locis omnibus
ſic laetè graſſantur, ut dici poſſit, *ardor Orbis.* Tot ubique
ſpurca colloquia, tam lædi geſtus, tot prava exem-
pla, tot libidinum ſunt illecebræ, ut quiſquis Venerium
hoc incendium effugerit illuſus, cum Siracidâ DEO gra-
tias meminerit, dicatque: *In medio ignis non ſum aſtuatus.*
Magnus Antonius olim videre ſibi viſus eſt univerſum
Orbem laqueis obductum. Hic ille ingenuâ interroga-
tione DEVM compellens: Domine, ajebat, quis evadet?
Idem hic licebit quærere: Cùm ubique terrarum,
cùm in omnibus partè latebris hic luxuriæ ignis vivat, O
Domine quis evadet? Reſponſum in promptu eſt; Ovo
perſuſus non ardebit. Quiſquis Beatitudinem & deli-
tias cæleſtes ſeriâ mente pertraçaverit, & unâ illud ex-
penderit: *Curo & Sanguis regnum DEI poſidere non poſſunt:*
ab illis ignibus ſat tutus erit. Res liquida & certa. Nam
homines qui libidinum cæno voluntantur, cælum pro-
fectò non cogitant, niſi rariffimè, idque prorsùs per-
ſuſtorio. Hoc illis cælum eſt, laſcivire & ſordibus
mergi. Ovo beatitudinis non perfunduntur. Hinc igni-
bus Veneris non reſiſtunturuntur & ardent: & quan-
doquidem animus eorum in flammâ eſt, os etiam &
lingua, & oculi ac manus ob ejuſdem flammæ vicini-
tatem turpiter ardent. O DEVS! meliora. Cælum medi-
tare, & ignes libidinum effugies. Beatitudinis contem-
platio, continentia ac caſtimoniam mater.

Præceptio decima octava. Ad Beatitudinem anguſta du-
cit ſemita. Ovum gallinarium tam docile ac patiens eſt,
ut etiam per dactylum aut ſigillare annulum trahi,
aut in vitrum anguſtiſſimi colli ſe ſaluſum intrudi patia-
tur. Quod eâ ratione fit, ſi ovum à gallinâ recens aceto
non nihil maceretur, ita molleſcit, ut per annuli angu-
ſtias non difficulter tranſeat. Viam minimè latam, por-
tam eſſe anguſtam ad cælum clamant omnes Prophe-
tæ, clamat Chriſtus, clamant Apoſtoli omnes. Domi-
ni voces novimus: *Intrate per anguſtam portam, quia lata
porta & ſpacioſa via eſt, que ducit ad perditionem, & multi
ſunt qui intrant per eam. Quam anguſta porta, & arcta via eſt
que ducit ad vitam, & pauci inveniunt eam.* Chriſtus trigin-
ta quatuor annis quam non laxâ incefſit viâ? Tertullia-
nus elegantè: *Chriſtus, ait, ſavos poſt ſella gūſtavit, nec antè
vex gloria à cæleſtibus ſalutatus eſt, quam rex Iudeorum pro-
ſcriptus in crucem.*

A Chriſto jam ſexdecim annorum centuriis tot cen-
tena millia beatorum quam arctam & aſperam iverunt
viam, quam anguſtam & humilem deſciverunt portam?
*Ampla eſt & alicena, & ſuaviter declivis ad Erebum via:
Facilis deſcenſus Averni.*

Via peccantium, ait Siracides, *complanata lapidibus & in ſi-
nè illorum inferi, & tenebra & poena.*
Bion inter Græciæ Sapientes Philoſophus dicere ſo-
lebat: *Viam ad inferos faciliffimam eſſe, cum illic clauſis eatur
oculis.* Ipſiſſima veritas. Reverà quiſquis eò contendit,
oculis compreſſis & cæcus incidit.

Via que ducit ad beatitudinem laborioſa eſt & ar-
dua, oculis attentiffimis carpenda, *Quoniam per multas
tribulationes oportet nos intrare in regnum DEI.* Cùm vi-
neæ Dominus juberet denarium expediri vinitoribus,
non dixit: *Voca diſcretos & eruditos, voca divites & ho-*

noratos, voca honos cantores, aut nobiles pictores.
Multò minùs dixit: *Voca otioſos & ceſſatores: ſed, vo-
ca operarios.* Cæleſtium arcanorum ſcriptor Joannes di-
gitò monſtrans, quinam è terrâ emerſiſſent ad cælum: *Hi ſunt, inquit, qui venerunt de tribulatione magna.* Per an-
guſtum annulum ovo tranſeundum eſt. Per arumnas
ad felicitatem, per mortem eluctandum eſt ad vitam.
Hæcitur; nec alia eſt via. Ad beatitudinem anguſta du-
cit ſemita.

CAPVT IV.

Totidem aliæ præceptiones ad cælum ardentius
deſiderandum.

Cibus nobiliſſimus ovum quatuor velut elementa Ovum
complectitur: reſta terram, albumen aquam, in-
clufus ſpiritus aërem, vitellus ignem refert. Ovum
compluribus iſſque honeſtiſſimis titulis triumphat. Nec
enim immeritò ſerculum appellatur Optimum, Para-
tiſſimum, Pariſſimum, Saniſſimum, Securiffimum.
Optimi quidem ſerculi nomen acquiſiſit inde quòd
igniter nutriat, celeriter ſanguis fiat, & minùs aliis ci-
bis rejectaneorum habeat. Ferculum autem Paratiſſi-
mum eſt, vili monetâ, ſæpe obolo emitur, condimento
non eget, celerrimè coquitur, imò eſui eſt & medicina
fundæ, agitabântque, dum caleſcerent: nos ovum diſſo-
lutum aquæ calidæ injicimus, mox coctum habemus.
Porro ſerculum eſt puriſſimum, nam reſtâ clauſum, non
tangi, non fumo aſſari poteſt. Quidam cibi à le-
bete, ab ollâ, cacabo, patinâ ingraturum contrahunt odo-
rem; hæc ovum non metuit, miſſus ſimul & diſcus, ci-
bus ſimul & potus eſt. Ferculum dixi ſaniſſimum, nam
alit, & non onerat. Securiffimum appellatur; cùm præ-
inauditum ſit venenum ovo propinarum.

Nulla aconita bibuntur
Ficilibus: tunc illa time, cùm pocula ſumes
Gemmata, & lato ſerim ardebit in auro.
Quod de ovo, id cælo dicendum omni jure. Beatitu-
do cæleſtis ſerculum eſt optimorum ſerculorum opti-
mum; magna & jugis cæna. Eſt paratiſſimum: Nam re-
gnum cælorum venale eſt, te da & habebis illud. Eſt pu-
riſſimum, ſaniſſimum, ſecuriſſimum; quia voluptas illic
ſine turpitudine, ſine noxâ, ſine fine eſt. Verùm id quod
dicere cœpimus, prolequamur.

S. I.

Præceptio decimanona. Falfum Beatitudinis ſimula-
rum averſandum. Plenum recenſque ovum in aquâ
ſubſidit, putre vacuümque natat, cada veris inſtar, quod
principio quidem ad fundum devertit, jam putreſcens
ad aquæ ſuperficiem emergit. Nihilominùs recens &
puridum ovum ſibi eſſe ſimillima videntur. Sunt quos
Paulus deplorat. *Quorum DEVS venter eſt, qui terrena ſa-
piunt.* Hi ſibi neſcio quod cælum ſingunt; & animo ac-
mente concipiunt, cælum terræ ſimillimum; cælum pla-
nè Turcicum, ubi caput beatitudinis, eſt voluptas cor-
poris. Hic ovum putridum natat, ubi cælum eſt quid-
quid uni corpori ſuave ac jucundum eſt. Audite, quæſo,
Turci cæli incolæ; ut inter ſe colloquantur, & ſuo ſe
gladio jugulent, ſuis ſe argumentis convincant: *Transi-
bit, ajunt, vita noſtra tanquam veſtigium nubis, & ſicut nebu-
la diſſolvetur.* Optimè hoc quidem dicitur, ſed peſſima &
indoctiſſima eſt ſyllogiſmi conclusio: *Venite ergo, & fruamur
bonis, que ſunt, Addunt: Ut amur creaturâ tanquam in
juventute celeriter, non prætereat nos ſlos temporis.* Hic con-
clusionem imperitiſſimè omitunt. Ergo hi flores (di-
cendum) marceſcent, & decident: Ergo voluptates rap-
tium ingurgitandæ, antequam evaneſcant. Armiſterri-
ma, imò

Apoc. 6. 7.
v. 14.

Cure dicat
tur opti-
mum ſer-
culum,
Paratiſſi-
mum,

Puriſſi-
mum,
Saniſſi-
mum; &
Securiſſi-
mum.

Generoſum
vinum, in
auro poſito
reſiſtens.
Juvenalis
Sat. 10.
v. 25.
De beati-
tudine
idem di-
cendum
quod de
ovo.

19. Falfum
beatitudi-
nis ſimula-
rum aver-
ſandum.
Philip. c. 3.
v. 19.

Sap. c. 2. v. 1.
Ibid. v. 6.

ma, imò nulla Beatitudo est, quæ finire potest. Sed pergunt stultissimi Dialectici: *Nullum pratum sit*, inquit, *quod non pertranscat luxuria nostra: ubique relinquamus signa lætitiæ.* O fatui! Hoc rectius boves dicerent, quàm homines. Deinde in Cælo prata omnia pertransiti non possunt; in cælo non signa fructus lætitiæ, sed lætitiæ æterna. Ergo non cælum, sed cæli falsissimum simulacrum queritis. Ita vos ipsos capitis damnatis. Solemus irridere rusticos, quibus lac pane simillagineo intritum, cælum est. Vos illi estis rustici, qui Beatitudinis umbram frigidissimam sectamini, negligitis Beatitudinem ipsam. Saltem illud terreat brevè occinendum: *Fili, recedisti bona in vitâ tuâ.*

Eon hæreticus aliique complures præstigiis suis, quoties libuit, extemporale cælum condidit, ut incautos fallerent. Sancti Vulfranni diaconus falso ejusmodi cælo sic sese opposuit. Objecerat ei præstigiator palatium amplum, aut ac gemmis radians variâ amœnitatem admirandum: Et hæc, aiebat, præmia sunt illorum qui Deos colere perseverarint. Diaconus præstigiator voluptate captus quidem, ne tamen precipitanter ea vera crederet: Si horum, inquit, Deus est conditor, permaneat; sin diabolus, dispareat. Mox præstigiator & omne palatium evanuit. Diaconus cum comite in vastâ se solitudine deprehendit, è quâ vix triduo potuit eluctari, & domum redire. Tale cælum habent homines voluptuosi, extemporale, falsum, subitò ruiturum. Cui Cælum amoris est, falsum cæli simulacrum aversetur.

Præceptio vigesima. *Beatitudinis hostes maximi prava cupiditas, & hostile odium.* * Theologis duplex est appetitus, concupiscibilis & irascibilis; pessimi suaves nisi rigidis imperiis coercerentur: Ille voluptates ambit, hic similitates exercet, ingenti hominis damno. Scarabæus quidam est, Aquilæ capitalissimus hostis, qui ne iras inanes gerat, Aquilæ alis se fertim insinuat. Ita in hostis sui nidum subvehitur, hoste ipso vecturam commodante. Scarabæus jam pænè victor, hoc gnaviter agit, ut Aquilina ova perrodant, ne possint excludi. Ubi hoc egerit, non sterili odio se vindicavit. En irascibilem appetitum, en capitale odium. Sed hos mores bestii permittamus; aliis legibus homo stringitur. Odisse alterum, est cælum perdidisse. Joannes mortis sententiam apertissimè pronuntians: *Qui odit fratrem suum, inquit, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quid eat, quia tenebræ obcæverunt oculos ejus.* Addit: Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. *Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in semetipso manentem.* Quid magis serium dicatur? Maximus Beatitudinis hostis est, odium, sed non minor prava cupiditas.

Hic tamen risum teneatis amici. Vir eruditus natus, de quo sibi certò constabat: Tubingæ Medicus & ejus artis Professor conjugem in primis charam habuit. Hæc eo tempore quo uterum ferebat, liberaliorem numerum ovorum in foro emerat. Domum ea referens, & mariti muscum ingressa ingemuit altum. Maritus tam ferri gemitus causam sciscitavit, & verò etiam solari promptus: *Quid est, aiebat, quod cruciet? die, mea conjux, quid hunc gemitum expressit? Illa tam suavi questione jam animosior: Mi optime marite, inquit, nosti me gravidam, & quanti ea res periculi sit gravidarum appetentiæ oblectari. Et quid ego hîc dissimulem? ingens cupido me incescit, hæc ova omnia, sed ordine & in tuam faciem projiciendi ac frangendi. Quid hîc ageret maritus? conjugis amor & periculi metus potentissimè persuaserunt cupiditati huic cedere. Ergo bonus maritus, conjugi suæ jacularitici futurus scopus strophium expromit, & vulvè præparandis. Mox illa ordine, prout animus suggererat, ova jaculando frangit in viti facie. Ad finem ludi monita est uxor ne deinceps veller cupidine trahi tamen insolente. Hæc ille*

A ipse, inquit scriptor, mihi retulit qui lusum hunc per-tulit.

Heu quantus Beatitudinis hostis prava cupiditas! Venatorem illum Esau considerate. Ut lentis edulium, quod concupierat, obtineret, jus primogenitorum vendidit: sic generosissimum equum teruncio commutavit. Ea est vis cupiditatis prave, ut si animum non solùm invaserit, sed & occuparit, fiat pænè inexpugnabilis rationi. Hinc illæ prava cupientium voces: *Morior*, ni huic cupidini satisfaciam; quidquid sequatur, explendus est animus, utcunque res cadat, exsaturanda est cupiditas. En tibi Beatitudinis hostem. *Radix omnium malorum est cupiditas.*

Imbecillis est primò cupiditas, deinde ipsa se concitat, & vires dum procedit, parat: Excluditur facilius quàm expellitur. Non obtinebis ut desinat, si incipere permiseris. Primus quidem motus cupiditatum non voluntarius, quasi præparatio illarum est. Motus alter cum voluntate, non tamen contumaci. Tertius motus est jam impotens, & rationem evincit. Ergo intransibus maturè resistendum: Imperandum est cupiditatibus, non servendum, quia facilius, ut dixi, non recipiuntur, quàm exeunt.

At nos initio iis cedimus, & admittimus velut hospites nobis profuturos. Hinc series malorum. Hinc ovum Beatitudinis temerè projicimus, & frangimus, modò cupidinem expleamus. Instar gravidæ mulieris sumus, quæ honestum putat & necessarium cupiditatibus suis obsequi: *En morior*, clamabat Esau, *quid mihi proderunt primogenita?* Et sic accepto pane, & lentis edulio, comedit, & bibit, & abiit, parvipendens quod primogenita vendidisset. Ita nos jus cæli parvipendimus: comedimus, bibimus, genio indulgemus: jactura cæli parva est. Beatitudinis hostes maximi, hostile odium, & prava cupiditas.

Præceptio vigesima prima. *Beatitudo avaros & immundos odit, execratur & arceat.* An non omnes vitiosos? Ita profus omnes; præcipuè tamen avaros & impuros excludit. Quod luculenter affirmans Paulus: *Hoc, inquit, scitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut avarus (quod est idolorum servitus) non habet hereditatem in regno Christi & Dei.* Romano idiomate tam avaritiam quàm luxuriam rectissime sordes & cœnum appellamus. Has sordes, hoc cœnum singulariter abominatur Beatitudinis domus. *Non enim intrabit in eam aliquid servus, conquinatum, aut abominationem faciens.*

Mulierem viduam fuisse aiunt, quæ gallinam nutrebat, quotidiano partu ovorum fecundissimam. Illa verò arbitrata si hordeum in escam liberaliùs obstitaret, oviparam suam convicticem bis parituram uno die. Itaque alimentum auxit. Sed gallina pinguefacta stultissimam mulieris vorum elusit, & parere desuit. Avari appetendo plurima, non tantùm aliena sæpius non acquirunt, sed etiam amittunt sua. Avari terram retinere non possunt, cælum non acquirunt; geminâ falluntur sede, utrimq; miserimi. Nam quod maximè amandum esset, non quarunt, & quod nimium amant, emittunt. *Neque fures, neque avari, &c. Regnum Dei possidebunt.*

Sed avaræ illi feminæ non dissimilem ait Apologus eum, cui domestica gallina potuit aureum ovum ponere. At ille latenti thesauro inhians, ut abditam celeriter occuparet opulentiam, jugulavit gallinam. Bis miserum! Aurum non invenit, & gallinam perdidit. Avarus maximam cælo injuriam infert, qui terræ spumam, quam non retinebit, tam anxie colligit, & cæli thesauros æternum possidendos, velut per jocum negligit; Ter miserimus.

Impuris & libidinosis in domo DEI nil esse loci fat constat. Jam pridem proclamatum est: *Foris canes & im-pudici.* Foràs lascivientes vacca, foràs hirci, foràs omnes luxuriosi. Has pecudes cæli & odit & arceat, foràs, foràs. Decretum est: *Si secundum carnem vixeritis, moriemini.*

Camerar.
Cent. 2.
Memorab.
cap. 32.

1. Tim. c. 6.
vers. 10.

Cupiditas
facilius ex-
cluditur
quàm expel-
latur.
Primus e-
jus motus.
Secundus.
Tertius.

Genes. c. 25.
v. 32. & 34.

21. Beati-
tudo avari-
os & im-
mundos
odit, exe-
cratur &
arceat.

Ephes. 6. 5.
vers. 5.
Aut: qui est
idolorum
Beatitudinis
domus. Non enim intrabit in eam aliquid servus.
Apost. c. 21.
vers. 27.

Avari sua
perdunt
appetendo
plurima.

1. Cor. c. 6.
vers. 10.

Apost. c. 22.
vers. 15.

Rom. cap. 8.
vers. 13.

Ibid. v. 8.

Baruch, ut
videbitis,
vocat domum
Dni locum
immensum.
Luc. cap. 16.
vers. 25.

Baron. ad
ann. 1148.
Zach. Lipp-
ho tom. 1.
lib. 20.
Mart. in vi-
ta S. Vulfr.
pag. 100.

20. Beati-
tudinis
hostes ma-
ximi prava
cupiditas,
& hostile
odium.
* Odium
maximi.

1. Joan. c. 2.
vers. 11.

1. Joan. c. 3.
vers. 15.

D. Georgius
Hamberger.

Rudolf. h.

§. II.

22. Beatorum discrimen sedulo noscendum. Cælum Rhodiginus refert fuisse qui plurimas gallinas alerent quæstus causâ. Hi ova tam peritè internoscere callebant, ut quàm plurimis ovis è suo gallinario sub aspectum positis promptè dicerent, hoc ovum ab illâ gallinâ, hoc ab alterâ, istud ab aliâ est, & sic deinceps dissimilitudinem assignarent admirabili delectu. In eum prorsus modum quo gulosissimus homo, quem priscus Satyricus depingit, ostreorum patriam de nomine nòrat. Montanus vir ventriosus & delicatissimæ gulæ.

PRæceptio vigesima secunda. *Beatorum discrimen sedulo noscendum.* Vetus verbum est de rebus sibi simillimis: Nec ovum ovo similius. Fuerunt nihilominus qui ovum ab ovo discernere scirent luculento discrimine. Cælum Rhodiginus refert fuisse qui plurimas gallinas alerent quæstus causâ. Hi ova tam peritè internoscere callebant, ut quàm plurimis ovis è suo gallinario sub aspectum positis promptè dicerent, hoc ovum ab illâ gallinâ, hoc ab alterâ, istud ab aliâ est, & sic deinceps dissimilitudinem assignarent admirabili delectu. In eum prorsus modum quo gulosissimus homo, quem priscus Satyricus depingit, ostreorum patriam de nomine nòrat. Montanus vir ventriosus & delicatissimæ gulæ.

Ostrea callebat primo deprèndere morsu, Et semel aspectu licet dicebat echini.

Discriminis subtilissimi notitia. Itane ab ovis ova, ostrea ab ostreis, à vino vinum peritissimè scimus distinguere, & cuiusque vini patriam nominare, citè obsecro, non sæpius illud beati Pauli cogitamus: *Stella à stellâ differt in claritate, sic & resurrectio mortuorum.* Hoc beatorum discrimen sedulo cogitatum & perpensum, mirabile calcar est ad omnem virtutem ardentius amplectendam. Quicunque honoris dulcedinem gustârunt, iis existimatio semper sanctissimâ est, nec magno æstimant in imo dignitatis gradu hærare, aliud atque aliud eniti satagunt, & ad apicem atque fastigium contendunt.

Sunt & in cælo diversi præmiorum ac honorum gradus. **D**EVM alius præ alio profundius intuebitur, prout alius alium pro meritis superârit: quod infra copiosius demonstrabimus. Quin ergo jam strenuè agimus ut ad altiora enitamur. Abjecti animi est dicere: Modò non excludar cælo; imus an summus sum, nihil laboro. Imò verò id quàm maximè laborandum est, ut non solum in Angelorum aut Archangelorum, sed in Cherubinorum aut Seraphinorum ordines adscribamur. Ne est quod quisquam hic terreatur. Etiam extra cœnobium, & sine sanguinis impensâ eò licet peringere. Duæ potissimum virtutes id facillè assequuntur: Major sui despicientia, seu Humilitas, & ardentior DEI amor, seu Caritas, ad supremos gradus non difficulter evolant. Hic iure nostram ipsi extremam ignaviam damnemus, qui non singulis tantum horæ partibus, sed pænè momentis, amplius atque amplius promereri, in altiore iterumque altiore cæli sedem conscendere possemus, & negligimus. Levissimus quidem neglectus, sed damnum æternum. Quò autem plures horæ partes aut plura sunt momenta, tantò demum immensior fit jactura, quantò crebrior præcessit negligentia. Ideo Beatorum discrimen sedulo noscendum.

Invenial. Satyr. 4. vers. 142.

1. Cor. c. 15. vers. 41. Beatorum discrimen est calcar ad virtutè amplectendam.

In cælo sunt diversi præmiorum gradus:

Duæ virtutes eos assequuntur Humilitas & Caritas.

23. Beatitudo non obtinetur joco. Tillmannus Bredonpach. lib. 7. mirac. cap. 60. a. Tunc erat dies 7. Aprilis. b. De la Bierro.

c. Hic, Ioannes Haepus audiebat.

A dentem è sevo candulam. Hanc arripienti in fauces immergit, ut ovum protrudat, sed frustra. Scvum hæsit in gutture, extracto lychno pænè nudato. Ita exspes vitæ procumbit humi, atroxque vultu supinus & mutus aliquamdiu jacet, & elidit spiritum, illo ipso, quem dixi, parochio adstante. Nam ex ægrota mulieris domo digressus, tabernam transit, & lugubres voces audiens quæsit, quid mali esset? Re cognitâ juvenem etiamnum palpitantem reperit, & paullo pòst expirantem vidit. Hæc ego, inquit scriptor, verbum è verbo exprimens ab ore Antonii Vorstii, qui apud Noviomageneses viginti sex annis curionem egit, recitavi. Res Belgio toto innovuit, in triviis etiam decantata.

Christus audaciori linguæ injecturus frenum: *Ego autem, inquit, dico vobis, non jurare omnino, neque per cælum, quia thronus DEI est.* Pari modo dicendum: Non solum DEVS in se joculari neminem sinit impunè, sed nec in sedem aut domum suam. Multò minùs jocando cælum obtineri potest. *Regnum cælorum vim patitur, & illud non lubidundi, nec nugatores, nec jocularii diripiunt.* Beatitudo non obtinetur joco.

Præceptio vigesima quarta. *Beatitudinis meditatio pravorum emendatio, afflictorum consolatio.* Est in Pharmacopoliis quod *Ovum aureum* vocant. Illius inter ceteras virtutes est, cor à terribilibus fuliginibus rueri. Inter Romanas superstitiones certum lustrationis genus constabat ovis & quidem plurimis. Eò priscus Satyricus intendens digritum. Tam sædam maculam, inquit, non eluet facillè.

Nisi se centum lustraverit ovis.

De plurimis pænè idem affirmandum; Hic veritas delicias, ille mores improbos, iste voluptates inconcessas non deseret, nisi aureum beatitudinis ovum gustaverit; ac proinde cognòrit, omnia Mundi gaudia, ad illud mel cæli merum esse absinthium, merum fel: contra verò adversa omnia pro Christo tolerata, pretiosum quintæ aut septimæ decoctionis saccharum esse.

C Beatissimus Martyr Quintinus patriâ Romanus, proficiat nobilis, jussu Ricciovari Præsidis sanguinarij virgis ferreis cæsus, liquatâ pice perfusus: Hæc, inquiebat, omnia mihi sunt refrigerio. Mox Ricciovarus, ut voces tam generosas intercluderet potionem longè dirissimam ex aceto, sinapi, & vivâ calce misceri, eamque in os loquentis infundi; præterea digitos omnes inter carnem & unguis terebrari, geminumque veru per medium corpus ab humeris ad usque talos adigi jussit. Nihilominus Quintinus spiritu cælesti ardens: Domine Jesu, exclamat, hæc quidem amarissima sunt & letalia, propter te tamen mel illa & saccharum reputo.

Aureum Beatitudinis ovum gustavit; hinc animi robur invictum. Serio cælum cogitare mæiores & dolores omnes ingentibus solatiis delinit. Jucundum est pati, quiddam dulce erit in cælo recordari.

Anno Christiano millesimo quinquagesimo septimo, cum Orientis Imperator Michaël per legatos urgeretur ad Patriarchâ, ut Imperii fasces poneret, eòsque Isaacio Comeno cederet, Michaël legatos ingenuè interrogans: Ecquid mihi, aiebat, pro Imperio Patriarcha reddet? Illis responderibus: *Cæleste regnum.* Mox diadema & purpuram deponens, privatis ædibus se conclusit. Ad eò non afflictorum tantum consolatio, sed etiam pravorum efficax emendatio est Meditatio Beatitudinis.

§. III.

PRæceptio vigesima quinta. *Beatitudinis spes certa thesaurus maximus.* Ovi candidum vivæ calci admistum glutinat vitri fragmenta. In rebus humanis nihil esse potest tam deploratæ calamitatis, nemo tam fractus animo, quin eum spes vera cæli solidet, confirmetque.

Athenus Reges Persarum olim ex ovo aureo bibere solitos affirmat. In Germaniâ superiore moris & juris est alicubi, unicum è gallinâ ovum curru quadrijugo imponere,

25. Beatitudinis spes certa thesaurus maximus.

imponere; & sic ad loci dominum devehere: Ille pro ovo dolium vini dat revehendum. Hic infans aut juvenis factus dixerit: Ego malum vini dolium quam gallinæ ovum. Infanti & fatuo veniam damus; de consuetudine hæc prudentius discreverit, seam meliùs intelligerent. Toparchæ illi gratius est ejusmodi ovum, quam plures vini amphoræ. Siquidem non ovum, sed jus suum & spem utendi juris sub ovo abditam considerat. Itaque mavult hoc tale ovum, quam vini plaustrum.

Spes juris opportunè usurpandi vel præfenti auro melior est. Nos certè haud aliter sentiamus. Domum Beatitudinis nondum possidemus, sed spem beatitudinis, cui talis nemus. Hoc velut unicū in plaustro grandis est ovum; idque longè charius quam mille vini optimi plaustra. Spes certa cæli thesaurus maximus. Opimæ spei nihil difficile. Agricola tempestatum vicissitudines; hiemis algores, & æstatis calores, laborè que perpetuos patientissimè tolerat: seminat, arat, colit, occat, metit, terit, ventilat. Spes alit agricolam. Quò mercatorem spes non impellit?

Impiger extremos currit mercator ad Indos

Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

Spes lucri adhibet calcæta, & ad hos cursus provocat mercatorem. Miles in castris quantos labores, & quantò majora subit pericula? Arnis oneratus incendit, excubias agit, vallum jacit, omne genus tempestatum excipit, cespiti aut gramini indormit, famem ac sitim frequentissimè sentit, animam semper venalem gerit, in assiduis panè periculis. Et tamen spes prædæ aut gratiæ militiam ei jucundam faciunt. Spes ingenia potest, cum adest; spes quæ adeò invalida est, spes non est. Et tu Christiane mollis ac delicate, non ut triticum in horrea convehas, non ut militaria stipendia colligas, non ut arcas auro distendas, sed ut cælestem gloriam obtineas, pauculis annis, exiguo prorsus tempore jubere patientiam tuam Deo probare, & pati recusas? Spes beatitudinis tibi deest, Erige animum, &

Horat. c. 1. epist. 1. ad Macer. nat. med.

Psal. 36. v. 3. spera in Domino, & fac bonitatem, & inhabitabit terram, & Aug. tom. 2. pasceris in divitiis ejus. De spe quam ovum claudit, egre- Aug. tom. 2. ad epist. 121. ad Probam de est, sed futura est; nec jam videtur, sed speratur. Spes enim qua oratio Deo, videtur, non est spes.

Psal. 137. v. 26. Vatum Beatitudinis desiderium nullis frangitur laboribus.

Præceptio vigesima sexta. Verum Beatitudinis desiderium nullis frangitur laboribus. Puerorum alicubi lusus est, ova perinde ut lapides jaculari ad scopum. Id autem eâ ratione fit, ne frangantur. Ovum fundè imponitur, & rotando agitur, dum quidquid liquoris continet probè commisceatur. Illi verò lusui pratum molli cespite vestitum eligitur: sic ova perinde ut saxa non facillè rumpuntur. Quisquis beatitudinem attentius meditatatus fuerit, eamque velut ovum animo agitaverit, is nec minis terretur, nec blanditiis flectit, nec laboribus frangi, nec doloribus vinci unquam poterit. Ille contra audentior ibit, illudque Pauli assidue usurpabit: Sed in his omnibus superatus. Beatitudo dignissima est his omnibus.

Beatitudinem meditantis minis non terretur, Rom. cap. 8. vers. 37.

Hieron. Ru. bens. lib. 1. de Martyrib. Rav. m.

Cùm Ravennæ Ursicinus medicus ob Christianam fidem ad supplicium ductus horrore mortis paululum titubaret; Christianus miles Vitalis id observans, exclamare ausus est: Ursicine medicè, qui solebas alios curare, cave teipsum in æternam mortem præcipites; patriam cælestem cogita, eò properas. His vocibus Ursicinus ad constantiam erectus ultimum supplicii fortiter subivit. Vitalis ob cohortationem tam animosam à Suetonio Paulino Judice comprehendi jussus, & in equoleo suspendi, patientiâ & constantiâ incredibili tormenta omnia superavit, cælestis patriæ desiderio ac spe invictus. Demum ferali sententiâ capitis damnatus in altam foveam non jam mortuus, sed ut moreretur abjectus, terrâ & faxis obrutus, morienti sibi & lectulum simul & sepulchrum invenit mortuo.

Nec ullis

Beatitudinis desiderium nullis succumbit laboribus,

A paupertati non cedit in periculis crescit, ærumnis accenditur, in doloribus augetur. Qui cæli cupiditate inflammatur, ei cor subilit, cum illud Domini audit: Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Math. c. 5. vers. 12. Nec verò unquam tam crebris tantisque miseris consistatur, quin cum Paulo liberè proclamet: In omnibus 2. Cor. c. 4. tribulationem patimur, sed non angustiamur, aperiemur, sed non desistimur, deicimur, sed non perimus.

Hæc vera est nota civitum qui ad illam civitatem magnam pertinent, cælestis patriæ desiderio æstare, & alia omnium velut pupas & crepundia ridere. Facillè saltidit furfures, qui ambrosiam gustavit.

Præceptio vigesima septima. Testationum & afflictionum omnium est victoria, Beatitudo serè cogitata. Non tantum cibum famelicis, & pharmacum ægris est ovum, sed ovi etiam puramen si teratur sistit sanguinem, ovimembrana fissis labris medetur, albumen munit faciem ne à sole comburatur: variè prorsus è re ac usu medicinæ ovum est. Non minùs istud de quo loquimur, ovum Beatitudinis affectibus persanandis est utilissimum. Homerus incendium Trojanum cantans hoc etiam miscet. Priamus Rex Trojæ, jam inflammata civitate in turrim evasit, & cum eo complures qui erant à consiliis. Hæc urbis subjectæ miserabilis aspectus in oculis fuit. Flammæ jam grassabantur in domos; stridor clamoribus, ejulatu omnia miscebantur; clangor tubarum, armorumque sonitus & horror magis ac magis clarescebat; plurima per vias perque domos cadavera sternebantur. Ubique luctus, ubique pavor, & plurima mortis imago. Dum hæc Priamus ex alto spectat, Helena fax belli in eandem turrim subrepat. Videbatur Dea penetrare ad homines. Nam plerique omnes non præsigni formâ subirè oblatâ capti promittantur: Justum videti bellum, formam istam majoribus etiam impensis dignissimam esse.

Itane, ô viri, hæc belli decennalis mole, hoc sanguinis mari, hoc urbis everse incendio unius mulierculæ forma non immeritò redimenda? Quid, obsecro, nos Christiani, cum Beatitudinis excellentiâ infinitam fuerimus contemplati, an non dicemus? Hæc forma longè dignissima est, cui ego, cui quisvis nostrum gravissimos labores, cui continuam tolerantiam, cui sanguinem, cui vitam impendat. Hæc illa formosissima Rachel, Beatitudo cælestis, pro quâ vel centum vel mille annis laborare, nemini non jucundum & suave videri debeat.

Christus servator, antequam in horto traderetur hostibus, omnem cruciatuum futurorum seriem sibi præsentissimam habebat: in oculis erant verbera & contumeliæ capto inferendæ; cernebat flagra, spinas, crucem, clavos, feralia suæ mortis instrumenta; supra ma simul tristitia sudorem sanguineum exprimebat; discipuli & mater mærebant; natura balneum tam cruentum horrebat; Christus ipse pallebat in mortuum; Nihilominus eo ipso tempore: Surgite, inquit, eamus nostris occurrere hostibus. Perinde si dixisset, æquissimum est, ut pro tantâ gloriâ, quam mihi & humanæ genti emerebor, omnia sustineam. Surgite mei, surgite; eamus, Nimirum proposito sibi gaudio sustinuit crucem. Sic omnes amici Christi labores suos & ærumnas solati sunt. Nec aliter rot centena millia martyrum ore renidenti ad cruces, ad bestias, ad ignes properarunt. Nemo miretur: Proposito sibi gaudio sustinuerunt Crucem.

Helena illa formosissima, cælestis gloria his omnibus & longè gravioribus laboribus est dignissima. Sicut herois illi Machabæorum mater proposito sibi, suisque filiis Beatitudinis gaudio, egit fortissimè. De eâ Chryso- mus: Facile, inquit, metiri possumus, quid illi pertulerit, quæ homin. ac 7. non rem aliquem extraneum, sed septem filios simul, & in unâ die variè laniatos pennis videbat interfici. Causa autem hujus virilis animi in eâ fuit, quæ non proficiem eorum sanguinem afflictebat, sed magis ad coronas eorum, quæ spebantur in cælis, intente

Christus pro gloriâ quam sibi & humanæ genti emerebor omnes cruciarius sustinuit.

Chryso- mus: Facile, inquit, metiri possumus, quid illi pertulerit, quæ homin. ac 7. non rem aliquem extraneum, sed septem filios simul, & in unâ die variè laniatos pennis videbat interfici. Causa autem hujus virilis animi in eâ fuit, quæ non proficiem eorum sanguinem afflictebat, sed magis ad coronas eorum, quæ spebantur in cælis, intente

intenta gaudebat. Non considerabat circumstantes populos. quia videbat adstantes Angelos: non in terrena presentia intenebat, sed in futura caelestia preparabatur. Hinc generosissimæ voces illæ ad filiorum ultimum; *Peto, ajebat, à te nate, ut aspicias ad cælum, &c. ita ferit, ut non timeas carnificem istum.*

1. Machab. cap. 7. v. 28. & 29.

Apoc. c. 10. vers. 2.

Nos in hoc mortalitatis proliodio stamus in modum Apocalyplici Angeli, qui posuit pedem dextrum super mare, sinistrum autem super terram, & habebat in manu sua libellum apertum. Ita nos pede uno turbidissimum vitæ istius mare calcamus, alterum juvat per Spem in terram viventium exponere; libellum apertum tenet, qui illas Domini præceptiones: *Beati pauperes; Beati mites; Beati qui lugent, &c.* assidue perpendit. Cælum aspice, & labores nullos metues, aut dolores.

C A P U T V.

Memoria cæli, omnium malorum pharmacum est.

Mitati libet, nec immeritò, cum injicitur mentio eorum hominum, quos nunquam expugnavit tristitia. Socrates Philosophus, uti serenum & innube cælum quod totis diebus ridet, semper lætus, sibi quæ similibus nullas tristitiæ nebulas ostendebat. Beatus Antonius nunquam non serenissimi vultus speciem caelestis lætitiæ jam degustatæ præ se ferebat. Beatus Martinus Turonensis præsul nunquam iratus, nunquam mœstus, aut terrensus est visus; exporrecta semper fronte, & ad cælum versâ hilaritatem spirabat inusitatam, è cælo petitam. Beatus Josephus Anchieta, qui anno millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, * in Brasiliâ mortuus, hoc nomine prioribus accensendus videtur. Nam idem ei vultus semper, eadem animi constantia, eadem orationis lenitas ubicunque esset, cum quibuscunque ageret. Cognita est multis in rebus ipsius animi tranquillitas, nullo unquam ne levissimo quidem motu agitata.

Vita ipsius l. 3. pag. 188. * 9. Junii.

Quânam, inquires, id ratione fieri potest; cum omnia tædiorum, miseriarum, ac calamitatum plena sint? Cum quotidie plurima nos turbent, affligant, & pœne encitent. Qui ergo potest fieri, ut amœno semper vultu lætitiæ spiremus? Istud omnino potest fieri. Nec enim frustra suis imperans Paulus: *Gaudere in Domino semper, inquit, iterum dico gaudere. Quasi tristes, semper autem gaudetes.* Atque hoc ipsum semper gaudere crebrioribus epistolis commendavit.

Phillip. c. 4. vers. 4. 2. Cor. c. 6. vers. 10. & 1. Thess. c. 5. vers. 16.

Tristior Apostolis dies vix ullus luxit, quam cum Christus eis valediceret. Nihilominus eo ipso tempore illud amarissimi magistri audierunt: *Si diligereis me, & gauderets utique. Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* A quo animo estote mei Apostoli; jam quidem separabimur, sed exiguo tempore. Post pauculos dies lugubres, conveniemus iterum, & quidem in eo regno, è quo mœror omnis exulatur, in quo gaudium omne triumphat, id quæ æternum.

Ioan. c. 14. vers. 28. & c. 16. v. 22.

Cæli memoria malorum omnium pharmacum est.

Hujus regni vel sola memoria miseriarum omnium levamentum, malorum omnium pharmacum est. Nil dulcius quam cæli meminisse. Quisquis solidius hac memoriâ imbutus est, in adversis non difficulter lætus est, quod hac dictione ostendemus.

§. I.

Hebræus vates Ezechiel quatuor animalia inter se multum disparia vidit: Leonem, Aquilam, Bovem, Hominem. Bos grave animal, & lenti mortis, nihilominus non geminas tantum alas, sed parâ duo alarum habuit, velut avem duplici volatu superaturus. Deus bone! quid Bovi cum alis? quàm malè conveniunt remigiùm alarum, & obesa tauri moles? Avibus alæ congruunt, non bobus. Ezechiel dubitationem exi-

mens: *Et similitudo, inquit, super capita animalium, firmamenti. Hoc jussit volare Bovem; firmamenti similitudo: cælum in oculis huic animanti fuit.*

Ezech. cap. 1. vers. 21.

Eæ rerum vices sunt, tam facilè hilaritas in mœrorem mutat, ut subinde cor humanum sibi met videatur plumbeum. Hunc talem hominem, vix quidquam est quod fati exhiberet: torvum tuetur, frontem taurinam gerit; bos est. Ad lætitiæ eum provocaturi plus turbant. Nimirum *Musica in luctu importuna narratio.* Quid huic homini facias? solaris, excitas? magis torques, & afflictas. Respondebit ille cum regio psalte: *Remittit consolari anima mea. Consolatores onerosi omnes vos estis.* Verba vestra plus aloës quam mellis habent. Quibus igitur deum solatiis hic homo erigendus ad hilaritatem?

Ecclesi. c. 11. vers. 6. Psal. 76. v. 3. Job cap. 16. vers. 2.

Seipsum solari poterit, si velit: Dicat cum eodem vate regio: *Memor sui Dei, & delectatus sum.* Meo nunc quidem animo egrè est, sed cum patriam caelestem, ubi Deum visuri sumus, cogito, mox mœror omnis & dolor evanescit.

Psal. eodem.

Si Deus vel ærumnosissimo homini ad inspiciendum cælum unicam duntaxat aperiret rimulam, mox ille ærumnarum omnium suaviter oblivisceretur. Hanc rimam profectò reperit, quisquis beatitudinem caelestem in animo insculptam gesserit. Quantumcunque mœror quotidianus laceret, & quamvis cor plumbeum, & ipse homo sibi met tardissimus bos videatur, alas tamen acquirere bos iste, & volabit, quoniam similitudo firmamenti est super caput ejus.

Antonius Magnus (cujus antea mentionem fecimus) è mille monachis facilè noscendus fuit; est cum antea nunquam visum nemo monstrasset. Ejus rei causam assignans Athanasius: Nam semper, inquit, hilarem faciem gerens liquidò ostendebat, se de caelestibus cogitare.

Apollo Abbas, Palladio teste, si quem suorum vidisset mœstum dejectò vultu veluti bovem securi jam saucium, continuè eum affarus: *Mi frater, ajebat, quid vanis mœroribus conficimur? tristenter ii, quibus spes ad cælum interclusa, qui terram sapiunt. Beatitudo nobis Christi chirographo promissa est: Spes nostra minime fallax non cæco nos itinere ducit: ad beatos tendimus. Quid igitur contristamur.*

Pallad. hist. cap. 52.

Doctissimus Philo spem vocabat gaudium ante gaudium. In terrâ scilicet spe gaudemus, omnigenis in cælo gaudis perfundendi. Laborem, præsertim irritum, plerique omnes naturâ fugimus; nimirum operam ludere res insuavisissima. Cum verò certa merces & quidem major labore in oculis est, jam agiles sumus, jam manus pedesque promptissimos monstramus, jam currimus, jam volamus, labor qui antea leonis, nunc ovis aureæ formam gerit: jam suavis & jucundus est, qui prius molestissimus erat. Tanti est spes certa præmii.

Spes est gaudium ante gaudium.

§. II.

Subinde hominis caput eo modo venale ponitur, ut si quis illud attulerit, tantum auri referat, quantum ponderis habuerit caput ad libram appensum. Initio belli civilis quod contra Cajum & Fulvium Gracchos Senatus gesserat, Opimius Consul edixit, Caii Gracchi caput se auro repensurum: Tam grandi præmio invitatus Septimulejus nihil non audere voluit. Graccho caput abscidit & pilo suffixum per urbem ferre sustinuit. Sunt qui tradâr eum cavati capitis partem, quò ponderosius esset, liquato plumbo explèssè, atque ita septemdecim auri libras retulisse. Aded præmium cum magnum est, esuritur, ut posthabitis omnibus vitæ periculis nihil nimis arduum videatur.

Valer. lib. 9. cap. 4.

Coracotæ latronis per Hispaniam famosissimi caput Augustus Imperator decem millibus Philippicorum aestimavit. Coracotta extrema audaciæ homo seipsum sistens Cæsari: En, inquit, ego ipse caput meum huc defero

Quo Deum dicit

libro sacro

cap. 52.

Spes est gaudium ante gaudium.

Psal. eodem.

Coracotta

Valer. lib. 9. cap. 4.

Psal. eodem.

defero, & spero, præmium delaturo promissum. Non solum vitam gratia ci facta, sed & pecunia. En præmii dulcedine illecti vitam ipsam spernimus. Hic igitur ita ratiocinandum.

Quomodo
à Deo præ-
mium ob-
tinendum.

Præmium DEVS promisit non decem millia philippensium, non decies centena millia aureorum, sed præmium Beatitudinis infinitum, immensum, seipsum. Sed quomodo præmium istud obtinendum? DEVS te siste; Te ipsum da. Sed malus sum, inquis; Te dando bonus eris. Et vita tibi donabitur, & cum ea inestimabiles thesauri.

Hoc est quod exhilaret, quod bovi alas affigat, quod volare doceat, quod pavidas cogitationes in altum erigat. Quandoque humi dejicimur, à nostris ipsi cogitationibus, quæ crebros ejusmodi pavores ingerunt: Non ego præmium, sed supplicium tot noxiis meis sum meritis; quod ego patior, improbitatis meæ stipendium est, qui cælum sperem? ad inferos mea me facinora deducunt.

Quidquid sit meliora spera; furem hæcenus, homicidam & prædonem egeris; Te da & habebis præmium, quod sperare iusti. Cogita quanti DEVS caput tuum æstimavit: Beatitudinem, cælum pollicitus est; Ipse hoc mereri velis? per caput tuum. Cælestium gaudiorum æternitatem cogita, & gaudebis in Domino semper.

Laboribus
succubens
nullam fi-
de & spem
ad cælum
habet.

Qui laboribus aut adversis succumbit, illius fides atque spes ad cælum aut nulla est, aut exigua. Atque ab hac nota seipsum quis insigniter nosse potest. Nam si labores fugiat, adversa horreat, candidos ac fortunatos dies quaerat, ipse sibi non injuriã approbrabit: En pavidissimè lepus, non miles, dum ambis cælum, refugis: Fidei aut spei quam in te nihil est? alioqui non tanto opere labore declinares, nec adeo formidares adversa, inò potius artraheres.

Gen. cap. 45.
vers. 27.

Isaacides Jacob longè afflictissimus ob Josephum filium, ut putabat, à ferâ laceratum: nihilominus quamprimum audit filium, quem lugebat, etiamnum vivere, mox absterfis lacrymis luctum omnem posuit; *Reversus est spiritus ejus.*

Haud aliter nos affici par est, cum illa plena dulcedine audimus: Vivit Christus & imperat, rex cæli & cum eo calites innumeri qui expectant te. Cujus spiritus non reviviscat ad nuntium tam lætum?

§. I II.

Gen. c. 49.
vers. 15.

Iacob, quem dixi, jam vicinus morti suprema sua ordinaturus, de filio suo Isachar hac pronuntiavit: *Vidit requiem quod esset bona, & terram quod optima, & supposuit humerum ad portandum.* Subinde audias dicentem: *erumnis opprimor; succumbo; intolerabile me pondus dejicit; vix respirandi locus est; mergor malis.*

Ægrè ha-
bentibus
requies in-
spicienda.

O vos omnes quibus tam ægrè est: Videte requiem quod sit bona, & terram quod sit optima, & supponetis humeros ad portandum. Memoria Beatitudinis omnium malorum pharmacum est. Ipse cæli aspectus exhilarat, & invitat ad futura gaudia. *Quasi tristes,* ajebat Paulus, *semper autem gaudentes.* Decrescant vites, pallefcant vultus, fluant lacrymæ, tremat pectus, lauret stomachus, labent genua, corpus omne deficiat, quasi tristes erimus, nihilominus mens cælo inhaerens, animus in æternitate fixus gaudebit semper. Terra quam brevè possidebimus delictarum est plenissima. Videbimus DEVM *Doorum in Sion.* Quod si tenuis memoria DEI omnem mundi voluptatem extinguat, quanto potentior erit spes obtinendæ gloriæ certa, imago beatitudinis animo insculpta?

2. Cor. c. 6.
vers. 10.

Novus è cælo concionator Christus, conciones prorsus admirabiles, & Mundi legibus planè contrarias instruit. Et quàm novum illud & antea inauditum: *Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos mentientes.* Quàm insolens hoc dicendi genus! & qualis, obsecro, beatitudo est, innocentem calumniis opprimi, in omnium odium adduci, facultatibus exui, suis ædibus pelli? Hoc ipsissi-

Matth. c. 5.
vers. 11.

imum Beatitudinis initium, sive prolium est. Nam addit Christus: *Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra ibid. v. 12. copiosa est in cælis.*

Nomenclaturam Christus & Dictionarium longè aliud quàm Mundus habet; aliam Christus Grammaticam, Syntaxin longè aliam docet. Optima Syntaxis est, dicere: O felix necessitas, ô felix labor & paupertas! ô felix egritudo & dolor! felices vexationes, felices erumnæ atque afflictiones omnes, per quas longè certius & securius quàm per voluptatis prata in patriam cælestem tendimus. Beati estis cum persecuti vos fuerint. Beati non idcirco tantùm quia afflicti, sed quia per afflictionem ad cælum evocandi.

At verò Mundi Grammatica est: O dira necessitas, ô Mundi improbus labor! ô infausta paupertas, ô maligne dolor, quæ. ô pessima egritudo, ô abominandæ vexationes, ô execrabilis erumnæ, ô detestabiles afflictiones! Hæc Nomenclatura Mundi, hæc illius Syntaxis est. Hæc tamen omnia quæ Mundo videntur acerbissima, ut leve quid ac momentaneum rider & tolerat, qui animum ad quotidianam cæli memoriam revocat.

Hæc cæli memoria ipsos etiam idololatrias recens ad Christiana sacra tractatos sic animavit, ut læti ac hilares ad crucem, ad rotas, ad ignem, ad quamcunque mortem properarent. In votis erat eò quàm celerrimè pennerrare, quò jam animus prævolasset.

Cæli me-
moriam ido-
lollatras
lactos ad
crucis &
rotas ani-
mavit.

Hadrianus evo Diocletiani & Maximiniani, vir magnus militiæ, Imperatorum jussu Christianos variè torquebat. Sed incredibilem eorùm in tormentis constantiam demiratus quæsit: Quàm tandem spe tantis suppliciiis non cederent? Huic Christiani: Speramus, ajebant, illam voluptatum affluentiam quam nec oculi, nec aures unquam hauserunt, quam nec cogitando licet assequi. Hanc autem DEVS noster, pro quo morimur, ex promisso dabit. Hæc Hadrianus non surdis auribus admittens, tanto cæli desiderio exarsit, ut Christo jam aucto-ratus, mortem pro Christo constantissimè obierit.

Cum nobis igitur tedia obteperere, cum mæror infesere, cum nimium nos labor frangere, cum dolor nimium urere videtur, videte requiem quod sit bona, & terram quod sit optima, & supponite humerum ad portandum.

Ejus rei nos commonens Augustinus: *Quidquid laboras, inquit, ad hoc laboras ut videas. Nescio quid magnum est quod visuri sumus, quando rota merces nostra visio est. Ergo para unde videas quod amas, antequam videas.*

C A P U T V I.

Memoria cæli quotidie instauranda.

Apostolis Christus velut exprobrans: *Vsq̄ modo, Ioan. c. 16. inquit, non petistis quidquam in nomine meo. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Basilii & Augustini sensu, Apostoli orârunt quidem, sed Deum nihil rogarunt. Sed quâ tandem id fieri potuit? Apostoli homines erant egeni, qui necessaria vitæ subsidia utique sæpius à DEO petierunt. Sed Basiliius & Augustinus id quod dixerunt, è Domini verbis confirmant: *Si quid petieritis: si aliquid ronaveritis, dabit vobis Pater. Hæcenus nihil petistis.*

In oculis divinis Nihil est, quidquid non summum bonum est. Augustinus expressè: *Hoc gaudium, inquit, in nomine Christi petendum, si divinam intelligimus gratiam, sive beatam poscimus vitam. Quidquid autem aliud petitur, nihil petitur: non quia nulla omnino res est, sed quia in tantæ rei comparatione, quidquid aliud concupiscitur, nihil est.* Ergo Augustini sententiã decies & vicies & centies oramus, nihil tamen petimus, quia summum boni non petimus.

Eam ob rem Christus Apostolis dixit: *Vsq̄ modo non petistis quidquam.* Hic forsitan cogitaverint Apostoli: Mi DEVS, homines adulti, jam viri, jam senes iustus, &

nunquam hactenus precati sumus? Ergo unius vice omnium rogans: *Domine*, inquit, *doce nos orare*. Ad quæ promptè Christus: *Sic ergo, ait, vos orabitur. Pater noster qui es in cælis*. Admirabile profus exordium. Id è nobis quæri posset, quod Philippus olim è quæstore Regina Candaces quæsit; *Putasne, intelligis quæ legis*? Et tu, quisquis oras, *Putasne, intelligis quæ dicis, quæ pronuntias*? Pater noster qui es in cælis. Nunquid *DEVS* non ubique locorum præsens est? Cur ergo cum in cælo esse orando præsumur? Respondendum ad hoc, & unà explicandum quàm Christus cupiat memoriam cæli assistuè in nobis instaurari.

§. I.

Qui in Galliam proficiscitur, nescitè vix potest Regem Galliarum toti quidem regno imperare, sed non habitare toto. Propereà visurus regem, Parisios contendit, Parisios regiam adit, in regiâ trichinium petit, ubi regem præsidentem aut cœnantem aspiciere possit. Rex cæli terræque *DEVS*, non tantùm toto terrarum Orbe Dominus est, sed & ubique præsens, est, ubique domi suæ est. Cur ergo sic preces exordimur? Pater noster qui es in cælis?

Principes præfationis hujus causa: Vult *DEVS* humanam mentem à rebus fluxis abductam erigi ad alta. Ideò *Psalmes* regius hortatur objurgando. *Filii hominum usquequò gravi corde, ut quid diligitis vanitatem*? Infantum oculos, ne potu præcipitanter sumpto suffocentur, in sublime avocamus & dicimus: En infantulus cælo delabitur. Ut ita dum suspiciunt cælum, evadant periculum. Ita profus nobiscum agit optimus *DEVS*: infantiam nostram à periculis servaturus, oculos animòsque vult in cælum attolli, ne cum periculo & damno terræ sordibus inquinente. Eò nos Pauli voces erigunt: *Quæ sursum sunt sapite, ubi Christus est, in dextera à Dei sedens; quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram*.

Deinde *DEVS* quidem ubique locorum est, sed gloriam suam ostendere non vult nisi loco omnium pulcherrimo: & amœnissimo. Perinde ut hominis animus toti quidem corpori, membrisque omnibus sese præsentem exhibet, tam totus in minimo digito, quàm in capite ipso; singulariter nihilominus sedes animi & veluti arx est caput. Ita microcosmus iste seu parvus Orbis pulcherrimè responderet magno. Ita *DEVS* in omni quem designamus loco totus est, nihilominus in cælo se videndum præbet. *In sole posuit tabernaculum suum*. Ita *DEVS* ostendendæ suæ gloriæ locum elegit altissimum, arcem incolit celsissimam. *Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat*? Alta erat arx Athèniensium, ubi *Minerva* colebatur; altum Romæ Capitolium, ubi *Jovi* litabatur; altum Ephesi templum, ubi *Dianæ* sacrificabatur: sed & alia Deorum templa in alto erant. Vana & ridicula hæc ædificiorum altitudo est. *Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis, (imò in altissimis) habitat*.

Ita beati genii nocte nascentis Domini canunt: *Gloria in altissimis Deo*.

§. II.

Hic Questio nascitur, utrum mortalium ullus ante finem suum viderit *DEVM*?

Sunt qui Mose, qui Paulo, qui beatissimæ Virgini divinæ Matri hanc prærogativam afferant concessam. In partes suas Augustinum* & Thomam Aquinatem trahunt. Hic ego litem nemini movebo. Cum venià illorum dixerò, nec Augustinus, nec Theologus Aquinas in hanc opinionem discedunt. Controversia omnis est ditempta, si scriptorum quos laudavi, expendantur verba: Sed scholis sint concertationes istæ. Nos asserimus à nullo unquam mortalium ante mortem obitam, visum esse *DEVM*. Hæc unius Servatoris Christi excellentia est: Solus Dominus *JESVS* inter mortales tenebras *DEVM* aspexit.

A De Mose liquet. Huic etenim dilucidè dictum: *Non Exod. c. 33. poteris videre faciem meam: non enim videbit me homo, & videret. Moses* transeuntem Angelum à tergo vidit, arcana cernere non permittitur. Atqui, ajunt, loquebatur Dominus ad Mosem facie ad faciem. Præcorum interpretatio est: Cum Mose *DEVM* familiarissimè egisse, & corpoream illi ac spectabilem formam objecisse.

A Paulo visum esse *DEVM*, Paulus ipse negans: *Quem, r. Timoth. inquit, nullus hominum vidit, sed nec videre potest. Deinde si c. 6. v. 16. Paulus vidisset DEVM, utique etiam cognovisset, num in corpore, an extra corpus hoc sibi visum fuerit objectum; quod negat plus simpliciter vice.*

Idem omnino assentitur nobis Joannes Apostolus, *Joan. cap. 1. qui enucleatè: Deum, inquit, nemo vidit unquam: Unigenitus, r. Timoth. rus filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit. Ergo nec Moses, nec Paulus, nec alius hominum ullus, naturam divinam vidit, antequam obit.*

B Sed obsecro, Lector, quæstionis causam accipe & cognosce, quàm id summæ ac supremæ felicitatis summa sit, *Videre DEVM*. Augustinus, *Videre DEVM, Ineffabiliter vitionis vocat. Nos miserè, imò nos cæci & fatui, quàm istud DEVM videre non suis momentis expendimus, & pænè teruncio vendimus, terrarum Orbe, si totus sit aureus, non commutandum.*

§. III.

Si qui ea offertur gratia, ut omnia quæcunque Orbis terrarum habet præsentia, spectare possit, omnia terræ germina, flores, herbas, arbores, imò & hortos omnes, omnia animantia, homines omnes, omniæque ædificia & quidquid denique pulchrum aut spectatu dignum est. Si spectaculum istud pretio emendum, dic, quanti emeris? Reverà si quis suas omnes huic tantæ varietatis spectaculo impendat, nil absurdi fecerit prudens emptor. Enim verò quantum id est ad illud in cælo spectaculum infinitum, ad *DEI Visionem*, quæ suis spectatoribus exhibebit, quidquid cælo terræque fuit, quidquid est, & erit unquam. Sed hoc suo loco futurus.

Moses, ut dictum, non vidit nisi transeuntes Angeli tergum. Quòd si tantùm Angelus omne nativum jubar suum explicuisset videndum, Moses luminibus captus fuisset: ideò splendor ille humanis oculis attemperandus erat, ne eos nimium præstringeret. Nihilominus Moses hoc uno aspectu incredibiliter lætatus, suo ipse vultu radiare cœpit & splendescere. Quid futurum credimus, si ipsum splendoris Auctorem, omni velo jam remoto, intueamur?

Quemadmodum verò fieri non potest ut quis vultum suum inspiciat in aquâ turbidâ, ita nemo *DEVM* in hac vitâ. Aliquid semper turbatum est dum vivimus; nam etsi non reipsâ semper delinquamus, delictis tamen proximi sumus. Atqui *DEVS* non aspici vult nisi in aquâ purissimâ nisi ab homine qui non tantùm non peccat amplius, sed nec potest peccare.

D Leges anticas Assueri regis novimus, non fuisse licitum, *indutum sacco, regis aulam intrare*. Ita profus mortalium nemo unquam mortalitatis sacco etiamnum indutus, ad videndum *DEVM* penetrare potuit. Decretum est supremæ curiæ: *Non videbit me homo, & vivet. Deus in altissimis habitat*. Nemo illuc penetraverit, nisi prius mortalitatis saccum exuerit. Sed ad rem.

§. IV.

Censuit Aristoteles omnibus gentibus à natura persuasum esse, *DEVM* habitare in cælo. Ita in Hesiodo ceterisque Poëtarum, Habitatator Olympi nominatur *DEVS*. Naturali huic opinioni sese attemperans Christus ita nos precari docuit: *Pater noster qui es in cælis*. Perinde si dixisset: *Non errat opinio naturæ, Cælum DEI habitaculum est.*

Luc. cap. 11. vers. 1.
Matth. c. 6. vers. 9.
Act. c. 8. vers. 30.

Cur DEVS vult preces sic exordiri: Pater noster qui es in cælis.
1. Causa.
Psalm. 4. v. 3.

Coloss. cap. 3. vers. 1.

2. Causa.

Psalm. 18. v. 5.

Psalm. 112. v. 5.

Luc. cap. 2. vers. 14.

* Aug. 10. 2. epist. 112. cap. 13.
S. Tho. 2. 2. q. 17. art. 5. Et quæ 180. artic. 5. Vbi ajunt per vaptum id posse fieri, non autem ajunt id esse factum.

Deum nullus mortalium vidit ante mortem.

Psalm. 112. vers. 5.

C

11

12

13

14

15

16

17

18

Psal. 12. vers. 13.
Psal. 122. vers. 1.
Cic. pro C. Rabirio.

E Regio Pſalte id diſcimus: *De celo reſpexit Dominus, A vidit omnes filios hominum, de preparato habitaculo ſuo reſpexit ſuper omnes. Ad te levavi oculos meos qui habitas in cælis.* Præſcis idololatris aliquid lucis hæc in re illuxit. Tullius orator: *Bonorum virorum mentes, inquit, mihi divina atque æterna videntur, & ex hominum vitâ ad Deorum religionem ſanctimoniâque demigrare.* Divinum domicilium eſt cælum. Sed perſigimur.

3. Cauſa.

Vel ideo etiam Chriſtus preces noſtras ordiſi nos voluit ab his verbis: *Pater noſter qui es in cælis*, ut animum tunc maximè attolleremus cælo, cum oraturi ſumus. Nam oratio, ſi præſcis Parribus fides, eſt elevatio mentis in DEVM. Oraturus igitur fiducia ingenti pectus impleat, illudque ſecum commeditur: Pater meus in cælo eſt: opulentes ſanè ac nobilibus parens, in cujus manu ſunt omnia. Huic Patri meo nihil gratius quam à ſe plurima peti. Ab eo quidem nos filii nunc exulamus, & peregrè agimus velut alienigenæ, ſed non longinquum eſt iter noſtrum. Brevi ſuprà erimus cum Patre. Nam illam voluptatis domum propter nos potiùs, quam propter ſe ſtraxit. Equè bene illi erat cum cælum non erat. Nos hîc in tirocinio ſumus variis experimentis inſpicendi, nunc optimi in Patrem affectûs ſpecimen demus. Hoc ubi ritè dederimus, ad Patrem aſſumemur in cælum. Cur ergo non ſingulis horis ſumimus illud & hereditarium bonum cum gaudio aſpicimus? Cur non ardentiffimo affectu precamur, *Pater noſter qui es in cælis: Adveniat regnum tuum?*

Valer. lib. 1. cap. 5.

Pompejus Magnus, teſte Valerio, in acie Pharſalicâ victus & fugatus à Julio Cæſare, curſu in Inſulam Cyprum, ut aliquid in eâ virium contraheret, claſſem direxit, appellensque ad oppidum Paphum, in litore ſpectulatum ac præalium vidit ædificium, & navarchum interrogavit, quod loco nomen eſſet? Qui reſpondit, *κακά* *Μαλαρο-καθωστίλεια* vocari.

Malavro-καθωστίλεια

Hîc mali omnis voce territus Pompejus, ſpem omnem, quantalacunque reſtabat, perdidit. Neque id diſſimulante tulit; averit enim oculos ab illis tactis, & dolorem quem è voce ominoſâ conceperat, gemitu patefecit.

Matth. c. 5. vers. 34.

Si nos de immenſo ſiderum ædificio quæramus: quod nomen eſt huic tantæ machine? Reſponſum à Chriſto habemus, qui ſtructuram illam Thronum DEI nominans: *Ego autem dico vobis, inquit, non jurare omnino, nec per cælum, quia Thronus DEI eſt.* Cum ergo ad orationis noſtræ prologum ſic DEVM alloquimur: *Pater noſter qui es in cælis*, cum ingenti gaudio cælum ſuſpiciamus; nam hoc ædificium *καθωστίλεια* rectiſſimè nominatur. Hic DEI Thronus, hæc domus cælitum vel cogitatione tantum, vel oculis ſolùm exterius libera cor noſtrum gaudio, & fiducia complet, ſemianimes in ſpem æternitatis erigit beatiſſimâ.

S. V.

Idcirco etiam cum Patrem noſtrum cæli Dominum I compellamus, ſimul etiam meminerimus, digna ipſo & cæleſtia rogare. Fas quidem eſt valetudinem, victum, laboris ſucceſſum, exigui cenſûs incrementum, pacis & concordiæ augmentum petere. Hæc tamen omnia eò petenda, ut tantò conſtantius non ſolùm petamus, ſed impetremus illud, quod aſſiduè petendum, *Adveniat regnum tuum.* Iſidori Peluſioræ dictum eſt: Ided non impetratis, quia terrena, non cæleſtia poſtulat. Ingentis enim miſericordiæ atque amentitiæ fuerit hæc petere, quæ etiam cum habemus, excutere juſſi ſumus. Sæpe nobis precantibus pater cæleſtis jure objecerit: *Quid rerum hîc petitis? Filius meus aliter vos erudit. Beatos pauperes dixit, vos opes poſtulat: Beatos mites prædicavit, vos vindictam poſcitis: Beatos lugentes aſſeruit, vos gaudia Mundi quæritis. Hæc meus Filius docuit contempere, quæ impetrata cupitis. Ita proſius in-*

gentis eſt amentitiæ, ea petere, quæ cum habemus juſſi ſumus excutere.

Sed dixeris: Ego cæleſte quid peto, ſingulare lumen, calentes in DEVM affectus, mellitos de DEO ſenſus, divinum amorem, voluntatis meæ cum divinâ conſonitatem. Sed neque hæc impetro; vacuus remaneo & ſiccus.

Cur Deus noſtras preces non exaudiat?

Oſtendam quid erroris hîc lateat. Eſt qui doliolum generoſiore vino, aut oleo, aut liquore alio velit implere. Illud itaque priùs experitur, num aquam inſuſam contineat: ubi vas illud rimarum plenum perfluere obſervat: O meum doliolum, inquit, nec vinum, nec oleum, ſed nec acetum tibi committam, dum aſſulæ ſic jungantur, ut quod inſuſum eſt, non diſſulat. Ita DEVS nobilicum agit, qui, Ambroſio reſte, in multis ſucceſſus proſperos. Hoc omne aqua eſt, quam DEVS inſundit experientis nobis. Quod ſi minoribus his DEI donis incurioſe ac ſegniter utamur, pecuniam prodigè diſſipemus, honoribus inſlemur, favoribus extollamur, cibum porumque intemperantiùs ſumamus. Ohe! vas iſtud perfluit; aquam non continet, ergo nec vinum inſundetur; caducis abutitur, ergo cæleſtia non impetrabit.

Chriſti ad Nicodemum reprehenſio eſt: *Si terrenâ dixi vobis, & non creditis: quomodo ſi dixerò vobis cæleſtia, credetis?* Scipſum quis obſurgatione haud falſâ feriet, ſi dicat: Circumſpice qualis ſis; cum litigatur non eſt ultimus; cum luditur, non eſt pigerrimus; cum potatur, non eſt tardiffimus; inter ambitioſos non inſimus; inter detractores minimè taciturnus; inter deceptores non indoctiffimus; inter ebrios non poſtremus; inter iracundos & invidos non minimus; cum juratur & pejeratur, tu certè ſacundiffimus eſ; cum in templo garitur, tu planè primus eſ; cum orandum & jejunandum, hîc profectò ultimus eſ, cum vigilandum, hîc omnium inſirmiſſimus eſ; cum pauperibus quid erogandum, hîc pauperrimus eſ omnium. Ohe! doliolum iſtud non continet aquam: homo iſte præſentibus rectè uti neſcit, hinc malè futura quærit. Utrinque miſer, nec præſentia ſervaturus, nec lætaturus futuris. Cælum ſincerè non amat, cui nondum ſordet terra.

CAPUT VII.

Memoria cæli quibus modis quotidie ſit inſtauranda.

DE beatâ vitâ inſigniter proſus Philoſophus Cordubeniſis dixit: Vivere omnes beatè volunt: ſed ad pervidendum quid ſit quod beatam vitam efficiat, caligant; Adeoque non eſt facile conſequi beatam vitam. Proponendum eſt itaque primùm, quid ſit quod petamus: tunc circumſpiciendum eſt, quâ contendere illò celerimè poſſimus. Quamdiu quidem paſſim vagamur, non ducem ſecuti, ſed fremitum & clamorem diſſonum in diverſa vocantium, vita brevis inter errores conteritur. Decernatur itaque & quò tendamus, & quâ: non ſine perito aliquo, cui explorata ſint ea, in quæ procedimus.

Quoniam quidem non eadem hîc, quæ in ceteris peregrinationibus conditio eſt; in illis comprehenſus aliquis limes, & interrogati incolæ non patiuntur errare: At hîc tritiſſima quæque via & celeberrima maximè decipit. *Quid poſſet magis Chriſtianum diſci? Nihil ergo magis Seneca l. de præſtandum eſt, quam ne pecorum ritu ſequamur anteceden- beatâ vitâ tium gregem pergentes non quâ eundem eſt, ſed quâ itur. Quid verius? Tota planè ac ſpatioſa via eſt quæ ducit ad interitum, arcta quæ ad vitam, ad cælum.*

Act. 1. v. 6.

Apostoli è Christo jantjam in cælum ascensuro quæ-
fierunt : Domine, si in tempore hoc restituit regnum Israël. O
viri quid istuc quæritis ? Tam præclara & multa de cælo
audiistis, & adhuc de terrâ & terreno regno interroga-
tis ? Quid ad vos hæc peritura & infima ? Non recor-
damini quis vobis in cœnâ suprêmâ dixerit : Tam non di-
cam vos servos : Vos autem dixi amicos. Igitur, o amici ascen-
dite superiùs : Cogitationes ac desideria in altum erigite :
mittite terram, exquirite cælum. Non humilietur in
pulvere anima vestra, non conglutinetur in terrâ ven-
ter vester.

Joan. 15.
vers. 25.

Psal. 43.
vers. 25.

Sunt Geographi qui Orbem Orbisque partes spe-
ctandas in tabulis proponunt : Sunt & Astrologi qui
cæli leges, siderum meatus, orbisque cælestes è ligno
aur metallo fabricatos in spherâ representant. Fuit har-
ruce rerum imperitior quispian & albæ mentis homo,
qui Geographum primò accessit & petiit, per Orbem
sefe compendio duceret, docerétque varias regiones in
chartâ nôsse.

Nec minus è tabulâ pictâ ediscere Mundos.

Mox ille hominem ad ingentem tabulam suaviter
trahens, ostendit fermocinante manu hîc Asiam, no-
vam illic Americam, istic Africam & Europam : ita flu-
mina, maria, provincias, regna plurima demonstra-
vit. Sed jam instructus à Geographo Astronomiæ Do-
ctorem adit & rogavit, cælestium orbium composi-
tionem sibi explicaret : quis eorum numerus, quis ordo,
quis motus, qui eccentrici, qui plani, qui solidi sint Or-
bes. Astrologus cœpit versare spheram & ostendere,
quinam eccentrici, qui plani, qui solidi dicantur, quæ
circularum volumina vel orbiculata parallela, vel obli-
qua decussata, quæ axium sint vertigines. Spheræ me-
dio, cingebatur terra vix nucem æquans; ita simul etiam
cæli terræque distantiam explicavit. Hîc auditor admi-
rabundus : Quid hoc rerum est, obscuro ? exclamat.
Prior ille geographiæ professor, in extensâ telâ terræ
globum esse maximum monstravit; Tu verò doctissime
Domine, terram vix nuci magnitudine parem exhibes.
Cui credam ? Adstitit amicorum aliquis qui in aurem
insufurrans : Ne mireris, inquit, nam ille Geographus,
iste Astrologus est; diversa tractant studia; rem suam
uterque curat. In rem nostram hæc faciunt.

Diabolus
est Geo-
graphus
peritissi-
mus,
Math. c. 4.
v. 8. & 9.

Diabolus Geographus est peritissimus. Et ecce artis
speciem. In monte Christo monstraturam quàm ing-
gens esset terra, ostendit ei omnia regna Mundi & gloriam
eorum, & dixit : Hæc omnia tibi dabo. En obscuro, Geogra-
phum profus egregrum, qui omnia terræ bona ut in-
gentia, ut maxima repræsentat : vitam mortalem pre-
tiosissimam, ideòque charissimam, umbram honoris
speciosissimam, pecuniam rerum omnium potentissi-
mam, beatitudinem ipsam esse comonstrat. Hinc il-
lud Mundi sanctissimum dogma :

*— querenda pecunia primum est,
Virtus post numos. —*

Hæc. lib. 1.
q. 1. ad
Mecenas.
Christus
verè astro-
logiæ do-
ctor peri-
tissimus.
Act. c. 1. v. 3.
Joan. c. 15.
vers. 18.
1. Joan. c. 2.
vers. 15.
1. Cor. c. 4.
vers. 18.
Senec. epi-
stol. 12.

Hæc Geographi ex orco fallacia est, sic ille terram
magnificat. At verò Christus veræ astrologiæ doctor
peritissimus, loquens de regno DEI, terram à suis omnibus
contemendam docet, & ascensionem ædificandas in
cælo. Hinc illæ cohortationes assidue : Si mundus vos odit,
scito te, quia me priorem vobis odio habuit. Nolite diligere
mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Ergo non contem-
plantibus nobis, quæ videntur, sed quæ non videntur iter ingre-
diendum sublime. Verissimè dixit Seneca : Nemo alius
est DEO dignus quàm qui opes contempserit. Expedita ad cæ-
lum via est, Contemptus terræ.
Aude hospes contemnere opes, & te quoque dignum
Finge DEO.

§. III.

1. Aspectus
cæli.

Tertium quo memoria beatitudinis resta-
randa, Aspectus cæli. Domum vel foris tantum aspiceret &

A non amare difficile. Christus in cælum abitus suos
omnes præsentés esse voluit. Videntibus illis, ait Lucas, *Act. c. 1. v. 9.*
elevatus est. Cùm orbem nascendo ingrederetur, silen-
tio & noctu, ignotus occultisque venit, cælum ascen-
surus; centum & viginti spectatores, homines ex omni
munero selectissimos ad hoc spectaculi excivit.

Regum facti memorant Jonatham juvenem regium fame compulsum è favo mellis aliquid immersâ virgâ
libasse, & mox ejus oculos esse illuminatos. Tobias cæ-
cus oculorum usum reparavit non melle, sed felle, En
collyrium planè dissimillimum, sed eundem profus ef-
fectum. Jonathas & Tobias nitidos vegetosque reddi-
derunt suos oculos; ille mellis, hic fellis beneficio.

Dominicum illud in nos quadrat : Modicum lumen in
vobis est. Sicut oculi noctuæ ad solem, ita nostri ad divi-
na & cælestia caligant. Hîc minimè lince sumus; heu
volutio victitamus; tam ægris & affectis oculis cælum lan-
guidissimè penetramus. Ergo collyrium admittendum.

B Sed num mellis an fellis malumus ? Citius melle ac sua-
viùs sanabimur. Quocirca mel placet. Hæc quidem di-
cimus, sed sæpe alia omnia facimus. Ediscro quod dixi.

Susplicere cælum, & intimo pectore beatitudinem
visus dup-
plex medi-
cina quæ:
suspirare, mel est omni melle suavius; gravia & aspera
pati, fel est omni felle amarior. En visus interioris me-
dicinam duplicem : utra placet ? Quando nos igitur tam
rarò tamque oscitanter & perfunctoriè cælum cogita-
mus, mel reverà spernimus. O curvæ in terras animæ,
& cælestium inanes ! Subinde horulâ unicâ, aut parte
horulæ mel istud oculis posset allini saluberrimè. Hoc
scilicet faciendum. Cogitationes aliæ omnes curæque
tantisper seponendæ, ut tantò attentius ac suaviùs sola
cogitari possit beatitudo. Ipse sibi quisque dicat : En
hoc, & hoc, & hoc etiam promissum est tibi, chirogra-
phum Christi penes te habes : Expectat te immennum
voluptatis mare : æternùm ab omni malo securus; æternùm
undequaque beatissimus eris ; si tamen velis esse.

C Hac solâ lege assumèris, si nolis servire vitii.

En cælum sideribus distinctum quàm etiam extrin-
secus formosum sit ! Quin ed manibus pedibûsque
perreptas ? Age, tolera, & labora ut bonus miles; brevi
vinces. Num tu à carne tuâ, ab appetentiâ tuâ, à falla-
cissimis illecebris patieris te vinci ? Si libet insanire, qua-
so, cum ratione insanias, ne æternùm pereas. Cælum
suspicet & esto frugi.

En talis homo aquilinos & lynceos sibi oculos con-
ciliat melle, hoc est aspectu cæli; uti Jonathas, sic & illius
illuminabuntur. Sed plerunque nolimus pedibûsque
hoc melle. Ad omnes nugas vacamus, hîc solùm nil super-
est temporis; omnia alia solertissimè curamus, cælum
in postremis curis habemus. Vix illud unquam seridè &
cum curâ consideramus. Ita hoc melle sanari nolimus.

Idcirco DEVS felle nobis medicinam facit, plagis nos
erudit. Quâ quidem ratione, illuminamur; sed lentior est,
& acerbior hic medendi modus. Jacob Patriarcha
quantis quàmque diuturnis calamitatibus pressus est ?
cùm duo filii Simeon & Levi civitatem Salem cædi-
bus vacuassent : Turbâstis me, inquit, & odiosum fecistis me
habitoribus terræ hujus. Amisso Joseph filio, noluit con-
solationem admittere, sed illud in continuo luctu inge-
minabat : Descendam ad filium meum lugens in infernum.
Hunc luctum viginti tribus annis perleverat. En quo-
modo fel istud oculos Jacob horrendum usserit. Ubi
verò Angelum humanâ specie velatum vidit : Vidi Do-
minum facie ad faciem, inquit, & salva facta est anima mea.
* Vidisse
Christum
in cælum
abeuntem
mel cæli gustavit.

Hoc melle Christus Apostolos curavit. Viderunt il-
lum abeuntem in cælum. * Hoc vidisse plus illis profuit,
quàm conciones plurimas audivisse. Attollamus quoti-
die audisse.

Genes. c. 34.
vers. 30.
Genes. c. 37.
vers. 37.
Genes. c. 32.
vers. 30.
* Vidisse
Christum
in cælum
abeuntem
plus pro-
fuit Apo-
stolis, quâ
plurimas
conciones
die audisse.

die oculos supra hanc caliginem, in qua volutamur, & suspiciamus cælum. Non fuerat operæ pretium nasci, nisi admitteremur ad contemplanda hæc alta. Quid enim erat, cur in numero viventium me positum esse gauderem? An ut corpus hoc fluidum ac perituum cibo potuque farcirem, diligens ejus minister? Non est vita tanti, ut eam amemus, nisi animum assidue erigamus in cælum. O quam contempta, quam ærumnosa res est homo, nisi se supra humana erexerit!

Non aberrabit à cælo, cui cælum semper in oculis, æternitas est in pectore. Turonensis Præsul Martinus Sanctissima, quam egit, vitæ initium & progressum dedit continuo cæli aspectu. Hinc & cæli suspex nominatus est.

Cur Martinus Turonensis Episc. cæli suspex nominatus.

Sanctissimi quique viri cælum assidue suspiciebant, velut patriam peregrini & exules; velut portum, naufragi metuentes; velut cotonam & præmiùm horribilibus decertantes. Hæc illis contemplatio, in laboribus quies, & mæroribus solamen, in pugna robur, in adversis subsidium fuit.

Isa. cap. 40. vers. 26.

Isaias vates digitum cælo intendens hortatur & clamat: Levate in excelsum oculos vestros, & videte quis creavit hæc. Sol unicus toto aquæ terræque globo centies sexagesies septies major est. Quid de reliqua cæli vastissima plantitie dicendum? O illa Senecæ verissima! Sursum ingentia spatia sunt, in quorum possessionem animus admittitur. Hoc sciamus, omnia hæc angusta esse. Quapropter eò mittendus est animus, ubi æternitatis immensi campi pateant.

Domin. III. post Pentec. & die Ascensionis Domini.

Ejus rei Ecclesiæ præces sæpius monent. Quales sunt illæ: Sic transeamus per bona temporalia, ut non amittamus æterna. Et istæ: Concede quæsumus omnipotens DEVS, ut hodiernâ die Vnigenitum tuum Redemptorem nostrum ad cælos ascendisse credimus, ipsi quoque mente in caelestibus habitemus.

Christus ipse quoties eò præiit, cum actionum suarum penè omnium hoc voluerit esse principium, ut sublevatis oculis in cælum cum Patre loqueretur. O imitemur, & cælum quam creberimè missis illuc oculis salutem. Aspectus cæli laxat animum ac preparat ad cognitionem celestium, aptumque efficit, qui in confortium DEI veniat. Hoc habet animus argumentum dignitatis suæ, si illum divina delectant, si non ut alienis interest, sed ut suis.

C A P U T V I I I.

Cælum proprie Beatorum sedem ac mansionem dici. Vbi aliquid de Mundi fallaciis.

Conducturus aedes, primò eas inspiciat: si placeant, id singulariter exquirat, num in iis stabilem possit sedem figere. Permolesum est singulis annis cura suâ supellectile huc illuc vagari. Habitatio si quæ placeat, tandè est gratior, quanto stabilior. Atqui toto terrarum Orbe, quod nostra nos Religio docet, nusquam is locus est, quo trita cantilena illa non occinatur: Exi hospes, exi; jam satis est; exi. Quò igitur tandem eundem?

Ioan. c. 14. vers. 2.

Christus extollens manum ad sidera: In domo Patris mei, ait, mansiones multe sunt. Mansiones in terrâ quæri possunt, inveniri non possunt. Nulla hæc quies, nusquam mansio. Vaticinatus olim Moyses: Firmissimo habitaculo tuo quod operatus es, Domine; Sanctuarium tuum, Domine, quod firmaverunt manus tue. Licet nos chalybe strueremus domos; non tamen firmum forent habitaculum. Inquilinos singulos mors extrahit, & subinde plures uno tractu. Demum & ipsa domus corruit. Ad eò nihil adamantinas mortis manus effugit. Ab Adamo quot centena millia, quot mille myriades seu miliones hominum

Exod. c. 15. vers. 17.

In terrâ nullum firmum habitaculum.

ad hanc usque horam mortui? Nulli hæc tenus Regum aut Cæsarum de suo Palatio licuit dicere: Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. Simile quid non nemo somniavit, sed demum patuit fuisse somnium.

Matth. 13. vers. 14.

Ludovicus XI. Galliarum Rex ætate inclinante Medicis auri montes promisit, aut donavit. Deinde sanctos viros è silvis eduxit, quibus vitam suam non emendandam, sed propagandam commendavit. Tali spe iterum & metu, ut in arcæ munitâ & fenestris ipsis atque omni aditu clathris ferreis obstructo, sese includeret. Obone Rex! hic nusquam est mansio, migrandum est.

In cælo stabili firmaque sedes Beatorum.

In domo Patris, in cælo mansiones & quidem multe sunt. Hæc stabilis firmaque sedes, hic Beatorum quies, hic cantilena illa, Exi hospes, in omnem æternitatem proscripita est; quod hoc capite ita exequemur, ut simul etiam deregamus Mundi fallacias, qui omni Euripo instabilior, mansionem nihilominus & quietem mentitur, ut incautos suis fluctibus involvat. Qui mundi perfidiam iniquissimam probè noverit, mansiones illas æternas flagrantissimè desiderabit.

Regni mundi possid. ut sit collect. tur.

§. I.

Artensis Paulus non solum dixit: Non habemus hic manentem civitatem: Sed & illud insuper adiunxit, ut res exactè caperetur: Præterit enim figura hujus mundi. Elapsos centum annos sequuntur alii; sæculum aliud ex alio nascitur, annus extrudit annum. Nos annum sæcularem millesimum sexcentissimum vidimus: Transiit hic annus, & post illum aliquot & triginta anni. Ubi proximus secularis annus mille simus septingentesimus illuxerit, ubi quæso nos erimus? Præterit figura Mundi, præterit.

1. Cor. c. 7. vers. 31.

Monachii, ubi hæc scribo, die quo ritu anniversario sacrum ferculum obit mœnia singulis olim septenniis, aut crebrius tam præcæ quam novæ legis historias celsa pegmata (figuras vocant) repræsentant. Hæc sacra & solenni pompâ imago imaginem impellit, ab insequente pegmate pegma prius excluditur. Ita hæc præfigurationes omnes transeunt, posteriori priori urget, altera cedit alteri, prætereunt tamen omnes, nulla vel diem unum in viâ manet. Huic pompæ simillima est vitâ nostra. Spectamus tempus? Veri hiemem excludit, veri dat finem ætas, ætati autumnus, autumnum fugat hiems. Ætatem nostram attendimus? Infantiam claudit pueritia, pueritiam juvenus, juventutem virilis ætas, hanc senectus excipit, senectutem inter se morbi & mors dividunt. Pari modo voluptatem expellit aut mæror aut alia voluptas, alter alterius clausula est. Omnes prætereunt, brevissimæ sunt omnes. Jobus id asserens: Gaudium, inquit, hypocritæ ad instar puncti. Huic assentitur vatum maximus: Vidi, ait, impium superexaltatum & elevatum sicut cedros Libani, & transivi, & ecce non erat. Quò formosissimus hic apex descendit? Quò solent omnia. Præterit, evanuit.

Lam. annis octiduum omissum.

Vita est ficta. nihil pomæ.

Job cap. 20. vers. 5. Psa. 36. vers. 35.

Nihil stabile aut firmum esse voluit ille rerum arbiter præter seipsum. Omnia ista quæ suspicis, quæ miraris, vicibus suis aut pereunt, aut cerrè mutantur. Solem illum vides? deficit. Lunam? laborat, & tabescit. Sidera? Labuntur & cadunt. Videntur astrologi annis superioribus in cælo ipso nasci aliquid posse & mori. Quod si ad interitum mutationemque magna illa corpora & nostro sensu æterna, destinata sunt, quis ullam terræ stabilitatem promittat? Unus sub Tiberio terræmotus duodecim celebres Asiæ urbes evertit: Totidem Campaniæ oppida alius sub Constantino: Et unum aliquod Atticæ bellum, plus centenas. Quod terræ partibus, quod urbibus, hoc & singulis hominibus fatum imminet. Attolle, & circumfer mecum oculos, & vide rerum humanarum alternas vices, & ut in Oceano, æstus. Tu surge, tu cade: tu impera, tu servi: tu occultare, tu emerge.

Deus nihil stabile esse voluit præter seipsum.

Di. in. an. Ph. & h. Mi. tu. be. 44. 207.

Hac lib. 2. ubi suscitabitur.
 emerge. Nulla hinc quies, nusquam mansio. In celo mansiones, in celo felicitas quietis eternae. Vera germanaque patria est caelum; eò aspiremus.

§. II.

Matth. c. 4. vers. 9. & Luc. cap. 4. vers. 5. Regna mundi non possidentur, solum ostenduntur.
Dabolus Servatorem tentaturus, ostendit illi omnia regna Orbis terrae in momento temporis. Observa Christiane: Haec tantum ostendi solent spectanda, non dari possidenda. Tu forsitan te possessorem credis, & domos, praedia, villas, hortos, latifundia jaetas, eorumque te Dominum scribis? spectator & dispensator es. Et hoc quam diu? Nam audi: *In momento temporis.* Haec enim praeterquam quod tantum ostendi soleant, brevissimo etiam tempore ostenduntur. Interrogemus eos qui totum penè Orbem subegerunt armis: Auguste Caesar, Rex Alexander, ubi vestra sunt regna? Ostensa sunt tantum vobis, & quidem momento. Baruch vates Hebraeus

Baruch c. 3. vers. 16. & seq.
 similiter interrogans: *Vbi sunt, inquit, Principes gentium, & qui dominantur super bestias quae sunt super terram? Exterminati sunt & ad inferos descenderunt, & alii loco eorum exsurrexerunt.* Nulla hinc quies, nusquam mansio.

Virgil. eclog. 1.

Favet Mundus & aridet? Hoc autem quamdiu? Mundum noto illi opilioni Meliboeo simillimum dixerim, qui pecori suo valedicens cecinit:
*Ite meae quondam felix pecus, ite capellae,
 Non ego vos posthac viridi projectus in antro
 Dumosam pendere procul de rupe videbo.
 Carmina nulla canam.*

Ita Mundus: Ite mei alumnuli, ite: Sat lusum est: Ad finem ventum est. Jam ferio res agetur. Nil amplius suaviorum carminum a me audietis. Canam, sed aliis, non vobis: ridebo, non vobis, aut vestro commodo, sed irrisurus vos. Ite, & alibi quietem querite, apud me nunquam inventuri. Hec Mundi derisio, haec illius postrema est lavatio.

Mundum opilioni composuisse honestum nimis elogium. Si verum spectemus, carnifex est mundus. Anni sunt complurculi, cum in vicina civitate vir magni nominis ob peculatum paribulo adductus, publice ductus est. Jamque ferale hoc theatrum averso ascensu occupandum erat, jam in fatalibus scalis stabat reus, cum carnifex blando imperio: Domine, inquit, unum adhuc gradum superemus. Ascendit ille Dominus, & pendit. Ita mundus innumeros per funestos scalarum gradus eduxit, educitque in altum, ut lapsu graviore ruant: illaqueatos sceleribus in auras extrudit velut patibularium. Nunquid non plures ejuscemodi nos ipsi novimus? Nec opus Amanum, Eutropium, Bellisarium, Ruffinum magna nomina, nota Mundi ludibria huc sistere. Sat fuerit unicuique nominasse.

Plautianus Antonini Caesaris focer opulentissimus simul & potentissimus filiae dotem dedit quae reginis quinquaginta suffecerit. Et populo Imperator minus erat formidini quam Plautianus. Vox omnium erat, caelum prius ruiturum, quam focero Imperator incommodatum irer. Sed vices, ut fit, verterunt. Nam Plautianum structae caedis infimulatum, ut Herodianus credit, Antoninus gener in Palatio Romae occidit. Nec satis vitam ademisse Patri, filius Plautus & Plautilla filia in Insulam Lyparim exulare iussi, paullo post necari. Plautiani nomen insuper ex omnibus monumentis ac tabulis erasum. I nunc, & quietem aut mansionem in Mundo ambi. Optimè Philo: *Nihil est, igitur, in humanis rebus ac negotiis prater umbram aurantque levissimam sine sit immutata. moram pratervolantem.* Nulla mansio.

§. III.

Negat Dio.

Dio Cassius in Severo. Baron. ad ann. 206. Philo lib. Quod Deus sit immutata. moram pratervolantem. mibi pag. 248. Mundus crudelis bestia. Hist. c. 14. vers. 11.

Opilioni aut Carnifici Mundum contulisse nimis etiamnum honorificum est. Mundus vasa & crudelis bestia est, nec habebunt requiem die ac nocte qui adoraverint hanc bestiam, & imaginem ejus. Cum Ab-

salon in patrem rebellis, praelio infeliciter commisso ex acie diffugeret mulo vehens, abjecta galea, capillo volante subter quercum transire conatus est. Sed arbor injectis manibus lictoris instar fugitivum crinibus prehensens ita vinxit ac tenuit, ut subrus suum dominum elaberetur mulus, Absalon caeli terraeque medius penderet. Mundus est mulus: quisquis equitem agis, cave hoc jumentum crudele & vafum. Videris tibi commode sedere, suaviter vehi feliciter progredi? Expecta sis, & tu tuam invenies quercum, qua pendeas. Ne fide mulo, humanis favoribus ne crede. Arbore qua non putaveris, subito haerebis, & pendebis vivum funus. Excusso te praetervolabit mulus, humani favores te destituent: te terra ejectum respuet, exclusum te non admittet caelum.

Et enjus rei nobile paradigma. Judas Iscariotes rebellis in magistrum discipulum, mulum quo veheretur, quaesit, Pontificum favores ambiit, pecuniam recepit. O breve nimis gaudium! Nam & hic suam reperit quercum, qua haesit, elabente mulo. Cum enim argentum rejiceret, iridentes Pharisei responderunt: Tu videris. Tute hoc intrivisti, tibi omne exedendum est. Quid ad nos? Tu videris. Ita mortalium miserimus furiosam penitentiam praecipis in desperationis quercum impedit, & elisit animam.

Hoc & Mundus aliquandiu blandus & mulcens responderet: Quid ad me? tu videris. Sed clamat in arcto alumnus Mundi, & opem poscit: Nec tamen aliud audit, quam istud: Tu videris: Quid haec ad Mundum? Exede quod intrivisti. Conscientiam tu tuam neglexisti, favores Mundi quaesisti, Deum offendisti, caelum perdidisti? Tu jam videtis. Jam pende, jam palpa, jam infelicem animam effla: nemo juvat. Exi holpes, exi. Nulla hinc quies, nusquam mansio, nusquam nisi in caelo, quod ipse tibi occlusisti.

Protopolomaeus Rex Aegypti potentissimus, ut Machabaeorum res gestae memorant, intravit Antiochiam, & inposuit duo diademata capiti suo, Aegypti & Asiae. Quietem cogitaverat Protopolomaeus & mansionem; sed tota Aegyptus, Asia tota non reperit. Nam audi quid sacer historicus subjungat. *Et Rex Protopolomaeus mortuus est in die tertia: qui erant in munitionibus, perierunt ab his qui erant intra castra.* Nulla hinc quies, nusquam mansio.

Rex Medorum Arphaxad subjugaverat multas gentes imperio suo, quod sacra pagina testatur, & ipse aedificavit civitatem potentissimam Ecbatanis. Ex lapidibus quadratis & scelis fecit muros ejus in altitudinem cubitorum septuaginta, & in latitudinem cubitorum triginta, turres vero ejus posuit in altitudinem cubitorum centum. Firmissima civitas (quis negat?) in omnes hostium insultus. Nec defuit tantae potentiae superbia. Siquidem Rex Arphaxad gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui, & in gloria quadrigarum suarum. O mi superbe rex! brevi detumescet haec animi elatio, & mansio, quam struxisti, ad alium transibit.

Ita evenit. Nam Nabuchodonosor Rex Assyriorum pugnavit contra Arphaxad, & obtinuit eum in campo magno. Sic uno die, hora unica tam firmam mansionis aedificator periit, & mansionem alius occupavit. Nulla hinc quies, nusquam mansio.

Propheta Jonas sub textili sua silvula, sub viridi tentoriolo suo latebatur plurimum. Quietem illi ac mansionem promittebat saltem aetivam, umbra amoenissima. Hic sedere, hic habitare, hic quiescere lubebat. *Et Iona cap. 4. letatus est Iona super hederam latitans magnam. Falleris, mi Iona, falleris.* Nulla hinc quies, nusquam mansio. Cras istud certius credes. *Et paravit Deus vermem ascensu diluculi in crastinum, & percussit hederam, & exaruit.* Dic jam, o Jona, mansio tua ubi est? Vermiculus unicus, & hederam & umbram, simul etiam quietem ac mansionem, & dietam, & amentitatem omnem abstulit. In domo Patris mansiones multae: extra eam nullae. In caelo Beatorum

2. Reg. c. 18. vers. 9. & seq.

Judas Iscariotes quaesivit multum quod veheretur, cum Pontificum favores ambiit.

1. Machab. c. 11. v. 13.

Ibid. v. 18.

Judith c. 1. v. 1. & 2.

Ibid. v. 4.

Ibid. v. 7.

perinde si salutis cardo in eâ vertatur : gratiam divinam quærimus, sed supinè & in transitu; humanâ perditâ irreparabilem jacturam stultè credimus. O homines rusticissimos ! ô verè fatuos ! Tam non fidendum vitæ quàm gratiæ, utràque tam fallax quàm incerta est. Nemo fidat vitæ :

Horat. lib. 2. epist. 1. ad Augustinum.

*Labitur occultè fallitque volatilis ætas,
Et nihil est annis velocius. ———
Nemo fidat gratiæ. Quanti
Ploravère suis non respondere favorem
Speratum meritis. ———*

Nihil inanius, sed nec fallacius quidquam humanâ gratiâ. Qui tibi jam videntur favere, illud sub vitæ finem occident : Tu videris. Quare non Nilum, sed cælum vel centum oculis, toto vultu, pectore intimo suspiciamus ? Lustrare Orbem, nulla hîc quies, nulla mansio. In domo Patris cælestis mansiones multæ, quies æterna.

CAPUT IX.

Quo pretio Cælum Beatorum sedes comparanda.

Isaias vates ferrâ ligatâ dissectus est.

Hæbræorum vates Isaias, regiæ stirpis, in aula educatus, vir eloquens & styli nitidus, annis ante Christum octingentis vaticinatus, horrendum sui vaticinii supplicium tulit. Nam cum regem impium Manassen, omnemque illius aulam paullò liberius perstrinxisset, in carcerem, inde ad mortem raptus, ferrâ & quidem ligatâ dissectus est; initio laniens hujus à capite per medium hominem facto. Horribile profus tormentum, & vel ipsi spectatoribus oculis triste.

Hoc tamen Isaias, licet annum ageret centesimum vigesimum sextum, incredibili constantiâ pertulit, non minus morte quàm vitâ clarissimus.

Vir iste sanctissimus cælum, & quidem etiamnum obleratum reverà magno emit; sanguine per tantos cruciatus fuso gloriam cælestem obtinuit. Cælum esse venale gaudemus, sed quis illud emat tam carè ?

Vitæ pro cælo prodigere, & non invitum mori in magno ducimus; sanguinem etiam fundere, hoc durum. Cur quæso DEVS naturâ non opulentissimus solùm, sed & liberalissimus cælum à se vult emi, & quidem pretio tam grandî ? Liberalitatis proprium est gratis dare. Hîc duo ista veniunt explicandâ : Primò, num cælum emendum ? Dein, quo genere monetæ ? De utroque nunc pauca.

§. I.

Natura corruptior nos tales genuit, ut liberalitatem potius alienam, quàm nostram amemus. Malumus gratis accipere, quàm dare. Hinc illæ argumentationes nostræ : Si quis ea omnia, quæ ab exordio ad finem vitæ passurus, sub uno aspectu posita videret, nunquam hilarescere posset, imò vivere recusaret tam duris legibus. Quorsum autem ista ? Quid sibi vult tam longus ærumnarum ordo, quid formidanda hæc calamitarum series nisi cælum expectat ? spem cæli tolle, & nemo sponte miser esse cupiet. Pro cælo laboramus, pro cælo patimur. Longè tamen gratius foret hoc præmium, si gratis daretur. Triplex ad hæc responsum est.

Cur pro cælo laboramus triplex responsum. Primum.

Primum : Cælum DEVS planè gratis dat. Crumena auro plenam cum in viâ invenis, et si manu attollis, tamen aurum gratis accipis. Domum occupas, sed domus Dòmino assensu rependis, tu certè gratis habitas. Cælo te DEVS recipit, quid rependis ? Collige omnia quæ rectè fecisti unquam, aut placidè tulisti ad illam mansionem collata, vix assensum unum constituent. Quâ igitur fronte cælum à te emptum jactabis ? Tace; gratis accepisti.

Secundum.

Deinde : Omnia promerita nostra, vim suam omnem à DEI gratiâ habent. Aufer gratiam, & promeritum

Tom. I.

A nullum erit. Rectissimè dixit Augustinus : *Quod est meritum hominis ante gratiam, quo merito percipiat gratiam ? cum omne bonum meritum nostrum, in nobis non faciat nisi gratia : & cum DEVS coronat merita nostra, nihil aliud coronet nisi dona sua.* Cum ergo gratia gratis detur, gratis etiam cælum dabitur, non dandum nisi propter gratiam.

Aug. tom. 2. epist. 105. Sixto presb. contra Pelagianos, mibi pag. 177.

Tertium : Cælum DEVS omnino gratis dare tam suam quam nostri causâ non potest. Sui causâ : Nam impiis ac rebellibus, imò cælum averfantibus, cælum vi ingerere non potest. Justus ipse ac sanctus est : ergo capitalibus ac profectis hostibus, & nolentibus beari, quâ æquitate aut necessitate Beatitudinem obtruderet ? Cum ergo invitis cælum non det, dabit obedientibus & volentibus, qui hoc ipso cælum emunt dum obediunt, dum cælo asserti feridè volunt. Nostri causâ non penitus gratis dandum est cælum, nulla hæc beatitudo nobis tam suavis non accideret, nisi priùs fel gustaremus. Post laborem dulcis est quies, post famem grata refectio, post

B bellum jucunda pax. *Non coronabitur, nisi qui legitimè certaverit.* Donatio parùm honorifica est, ubi nulla donandi causa est.

2. Tim. c. 2. vers. 5.

Abrahamum DEVS ad ingentem gloriam evecturus, promisit ex ejus posteris nasciturum DEI filium. Ut autem Abrahamus tantâ gratiâ non indignus censeretur, filium jussit immolari. O Domine, quàm nihil das gratis ? Imò verò, dixerit DEVS, gratuitum hoc donum offero, sed simul causam donandi quæro. Cum igitur Abrahamus in has dandi & accipiendi leges consensisset, suum etiam filium mactare paratissimus, mox DEVS :

Per memetipsum juravi, ait, quia fecisti hanc rem, & non percipisti filio tuo unigenito propter me; benedicam tibi, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terra. Signatè ait, *Quia fecisti hanc rem,* idè à meâ liberalitate consecutus es hoc munus. Ita DEVS longè promptior donare, quàm nos accipere, obedientibus dabit æternitatis præmium :

Gen. cap. 22. vers. 16. & seqq.

vult tamen & omni jure id vult, ut felicitatem tantam cupiant, ambiant, petant, apprehendant, eâ se non indignos exhibeant, ad eam se non invitos ostendant. Hinc illa Pauli ad Timotheum vociferatio : *Apprehende vitam æternam.* Et unâ hortatur, idem aliis inculcet, ut thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant vitam æternam. En ergo donum, tu apprehende Nec tamen desiner esse gratuitum, cum fuerit à te apprehensum. Quo modo, inquis, quâ manu apprehendam ? Jam dicemus.

Vult DEVS homines ne se indignos exhibeant æternitatis præmio. 1. Tim. c. 6. vers. 12. ibid. v. 19.

§. II.

Aunt eos olim milites quos Soli dicatos scripserant cum sacramentum dicerent, coronam à mucrone gladii pendentem accepisse. Quo quidem ritu significabant victoriæ & coronæ laudem, non aliter quàm ferri cuspidè obtinendam. Si quæras, quâ ratione gloria cælestis sit acquirenda ? Beatus Paulus, non aliud, quàm quod modò diximus respondet : *Apprehende vitam æternam :* Porrigit DEVS beatitudinis coronam, sed à mucronato ferro pendulam. Vis illam ? Apprehende. Esti manum ferri cuspidè nonnihil lædas, non refert, modò coronam auferas.

Beato Paulo res certa est : *Si sustinebimus & conregnabimus. Si mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiam vivemus cum Christo.* Christus verissimus regni hæres & summi regis filius, hoc tributum tamen & vectigal nihilominus pependit Patri. *Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati.* Eadem membrorum lex est, quæ capitis fuit. Quod beatus Leo expendens : *Certa, inquit, atque severa est expectatio promissæ beatitudinis, ubi est participatio Dominicæ passionis.* Gloria coronam nobis comparamus fortiter agendo, & constantè sustinendo.

2. Tim. c. 2. vers. 12. Rom. cap. 6. vers. 8. Luc. c. 24. vers. 46. Leo. serm. 9. de Quadrages.

Isaias vates, cujus antè facta mentio, ad rem nostram accommodatè : *Et eris, inquit, corona gloria in manu Dòmini, & diadema regni in manu DEI tui.* Corona è gemmis & auro dum imperfecta in aurificis manu est, mal-

Isa. cap. 62. vers. 3.

T leos,

leos, ignem, ictus crebro repetitos subit, dum perficiatur & in regium ascendat verticem. Si coronæ huic sentire & loqui concessum, has ejus querelas audiremus; Væ mihi misera, quoties per ignem trahor, quot ictibus diverberor, quot malleis & malleolis contendor, malim in quamvis arcam abjici tanquam indigna sole, quam ista perpeti, tot percussionibus conquassari. Hæc in aurificii officinâ diceret, longè aliter alibi locutura. Nam ubi in caput regium jam ascendit, & auro gemmisque collucentibus irradiat, vultum tot oculis spectaculum, vocibus mutatis hæc diceret: Non me pœnitet, sub malleis ingemuisse, incudem tolerasse, in ignibus sudasse. Nunc summo fidei honore, in sublimi sto, regem orno, auro & gemmeos ignes jacio, velut sidus effulgeo, omnes unâ cum rege me adorant. Beatam me, ô terque quaterque beatam! En regis coronæ planè dispares voces! aliter in aurificinâ, aliter loquitur in domo Palatinâ. Ibi querelas & planctus fundit, hæc ingentes jubilatibus edit.

Eadem omnium proborum hominum conditio est, quæ regis coronæ. Cui libet illorum singillatim dixit Isaias: *Eris corona gloria in manu Domini.* Nondum es, sed eris, cum è manu aurificis, in manum regis perveneris. Adhuc in officinâ es inter malleos, ignes & instrumenta ferrea. Adhuc poliendum est opus & omni artificio elaborandum. Tum est jam pati & sustinere. Ubi opus hoc fuerit perfectum, è tabernâ in regiam transibit, à percussibus tam crebris ad honores maximos. Nichilominus hominem bonæ mentis, dum in hac officinâ est, dicentem audias: Væ misero mihi, quàm me pauperas urit, quàm morbus me lancinat, quàm malè me tractat ignominia, quàm me mei hostes exagitant? ærumnis plurimis deformatus, miserè perditus sum. Sed heus bone, memineris te in aurificinâ etiamnum esse, in manibus bractiarum; hinc aliud non expectes, quàm ultiones, percussus & innumera verbera. Certè aurum malleatum & laminatum aliter non fit. Ubi absolutum fuerit hoc opus, eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu DEI tui. Aliter loqueris in cælo; jam suprà dices: Bene laboribus meis, bene meis hostibus & vexatoribus, bene pauperati & morbo, bene contumeliis & maledictis, bene pessimis linguis, bene omnibus afflictionibus & calamitatibus meis. Absque his fuisset, huc forsitan non pervenissem. Bene igitur DEO Optimo, Maximo, qui me per malleos & ignes transire voluit in domum honoris æterni.

En iterum sermones dispares auri, dum in camino uritur, & cum in folio locatum honoratur. Ita vivimus, ita transimus à miseriis ad delicias, modò non precipitemus, & priùs esse beati quàm miseri velimus: Sic apprehenditur æterna vita. Sed ista confirmamus.

§. III.

Cælestis sponsus conjugem futuram suavissimè invitans: *Veni, ait, de Libano sponsa, veni, coronaberis de capite Amanâ de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.* Num sponsus è cælo tam pauper est, ut ne hortulum quidem habeat, è quo flores in sertum componendos colligat? Num in montes abeundum, ubi pardi & leones stabulantur? Quis inde rosas aut violas petat, ut corallam texat? En, quibus involucris arcana divina contegantur: En quos flores, hic sponsus amat, & unde illos colligi velit. Preces fundere, noxas deslere, incediam tolerare, stipem erogare, somnium frangere, indormire asseri, à corpore se abstrahere, genium fraudare, cupiditatibus & sibimet acriter imperare, conari Christianas leges integrè servare, sunt veluti flores, è quibus corona plectitur: sed hi flores non in pratis publicis, non in viridariis amœnis, sed in ferarum collibus crescunt. Veni, coronaberis, ait sponsus, sed de montibus pardorum, de cubilibus leo-

num: Cum dæmonibus, cum pardis, cum leonibus istis dies noctesque luctandum est. Has feras aut vincere oportet, aut cælum perdere.

Corona pificis erat quam ipsi *Cylisam* nominarunt. Hæc non è rosis, aut ficis, sed ex aculeatis rosarum ramulis, & asperis ficorum foliis necebat. Hoc sertum vitæ nostræ congruit, quæ longè ornatior & sanctior est, si non ficus & rosas, non voluptates & delicias, sed aspera secleretur, & in Christi gratiam amplectatur ad-versa. Gaudet patientia duris. Erramus toto cælo, si cælum obtinendum credimus quietâ, molli, & delicatâ vitâ. Violenti rapiunt illud.

Non est è terrâ mollis ad astra via.

Illic per spinas itur. E paradiso in paradysum nemo transit: in cælum nullus nisi bene contrusus, & saucius pervenit. *Omnes qui volunt piè vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur. Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum DEI.* Quid dici potest clarius?

Credamus itaque Christo, & omnibus Christi amicis monstrantibus rurissimum iter & clamantibus. Hæc itur ad astra, hæc secundum frugalitatem, hæc secundum temperantiam, hæc secundum fortitudinem & patientiam: non illac secundum voluptatem & luxum, secundum desidiâ & lasciviam. Religiosissimi scriptoris verba novimus: *Non est alia via ad vitam, nisi via sanctæ lmi. Chl. Crucis, & quotidiane mortificationis.*

Cantabat olim Rex Sion: *Quàm dilecta tabernacula v. sal. 83. tua Domine virtutum: Beati qui habitant in domo tuâ Domine, in secula seculorum laudabunt te.* Carminis hujus titulus est: *In finem pro torcularibus filiis Core.* Cassiodorus interpret: *Core, inquit, mons est Calvarie, ubi Christus crucifixus. Psalmus igitur scriptus est filiis Core, hoc est Christi crucifixi filiis, ut eum cantent, sed non in vineis sub umbrâ, nec in tricliniis ad pocula, sed ad torcularia, ubi labor & opus ferret, ubi sudor & industria in pretio est, ubi uvæ calcantur & exprimentur, non dum bibuntur: nisi placeat libare vinum turbidum, & fœcibus plenum. Nunc igitur dum pro torcularibus sudandû, nostros interim labores hoc carmine solemur: Beati qui habitant in domo tuâ Domine, in secula seculorum laudabunt te.* Quid est, inquit Augustinus, quod desiderat, quod concupiscit? *Hic postus, illa meditatur, postus inter tentationes, postus inter pressuras, postus in torcularibus, suspirans in superna promissa: quasi quid ibi acturus, jam premeditatur gaudia futura.* Differamus tantisper sitim, dum vinum illud bibamus novum in regno DEI.

Christus Dominus de cælesti melle guttulam suis instillaturus, duxit eos in montem excelsum seorsum. Labore hic opus fuit & sudore, dum in Taboreæ rupis cacumen evaderent. Talis ad cælum via est; per ardua & abrupta difficultatum ascensus patet in montem amœnitatis æternæ.

Hinc Joannes de innumerabili turbâ cælitum interrogatus: *Hi qui amici sunt stolis albis, qui sunt, & unde veniunt?* Cùmque Apostolus id ignorare se dixisset, respondit ille ipse qui interrogat: *Hi sunt qui venerunt de tribulatione magnâ.* Quibus verbis ad illam quidem primam quæstionem, Qui sunt hi? nihil responsum est, ad alteram verò: Unde venerint, significanter dictum est, Venisse eos de tribulatione magnâ. Ratio responsi in promptu est. Non enim attendit DEVS, quis ille hominum, qui cælum emeretur, num dives an pauper, servus est, & non an liber, eruditus an rudis, formosus an deformis, disertus an elinguis, rex an opilio sit, modò à sordibus purus sit, modò de tribulatione magnâ venerit, modò patientiam à se non excusserit. Hic apprehendit vitam æternam. Romani veteres, quod sacri codices testantur, pænè omnia Orbis regna, locum omnem possederunt: Machab. consilio suo & patientiâ. Possidere vis cælum? si consilio non possis, certè poteris patientiâ.

Dum vivimus nostrum est pati.

Cantic. c. 4. vers. 8.

Qui sint flores è quibus corona plectitur.

Dali Lat. pta.

Cælo est del. tabiliu

Cvid. i. & Pen. dig. 4.

Homo tenet. rursu. cogita.

Antonius Ricciardus in comment. Symbol. to. 1. v. 164. Viti aspera secleretur, & in Christi gratiam amplectatur adversa.

2. Tim. c. 3. v. 12. Aclor. c. 14. v. 11.

lmi. Chl. st. l. 2. c. 11.

Aug. tom. 8. in psal. 83. mibi p. 375.

Matt. c. 26. v. 29.

Cur ad quæstionem vide v. 11. r. 11. sponsum num, qui cælum emeretur, num dives an pauper, servus est, & non an liber, eruditus an rudis, formosus an deformis, disertus an elinguis, rex an opilio sit, modò à sordibus purus sit.

Machab. cap. 8. v. 3.

C A P U T X.

Cur Cælum tam frigide desideremus? Hic languens desiderii flamma excitatur.

A Grande hoc vitium est humanæ mentis, & copiosis lacrymis dignissimum.

Hebraeus populus nullius pænæ frontis, & ferreæ cervicis plurima in DEVM peccaverat, mitissimus tamen DEVS plurima dissimulans, illud singulariter conquestus: Et pro nihilo, inquit, habuerunt terram desiderabilem. Diximus inter omnia desiderabilia, nihil desiderabilius esse cælo Hinc jure in nos divina sævit indignatio, ardentius à nobis terræ sordes, quam cæli delicias desiderari.

Augustus Imperator cum observasset Romæ ad eum apud exteros quosdam legatos in delitiis esse caretos Melitæos, ut eos gestarent & suaviarentur, joco quæsit: Num etiam apud eos feminæ enterentur liberos, quando illi tantum amoris impenderent canibus? In hunc pænæ modum è Christianis quæri posset, num sperarent cælum, quando tam ardentem inhiarent terram? Sed quid, oro, causæ est, rem omnium desiderabilissimam tam remissè desiderari?

§. II.

Causa prima est, quæ ignaviam nostram non nihil veler. Quemadmodum infans, qui nascitur & educatur in obscuro carcere, liberioris auræ dulcedinem penitus ignorat, ita nos etiam in hoc terræ carcere nati & educati summas beatorum delicias non desideramus, quia ignoramus. Ignoti nulla cupido. Esset hoc sanè quo culpam purgaremus, sed è cælo venit Christus DEI Filius, qui sermone non uno cælesti nobis gaudia explicavit. In cælo fuit Paulus Apostolus Christi discipulus, qui liberè pronuntiavit eam esse beatitudinem cæli, ut nec simile quid unquam visum, nec auditum, sed nec cogitatum sit: nec cum cælesti gloriâ quidquam conferri posse. Idem Prophetæ, idem & Apostoli ceteri sunt testati. Cur his testibus, eorumque oculis non credimus? Excusâ igitur rejectâque primâ causâ, videamus alteram.

Secunda causa: Cælum rarè cogitamus, rariùs de Secunda cælo loquimur: Quia igitur beatitudinem nec primoribus quidem labris degustamus, idè nec appetimus. Cum falco ad ardearum venationem eruditus, hostem suum, ipsam ardeam est assécatus, & ut videt hostilem sanguinem libavit, agrè retrahitur à venatore, qui ardèa creptâ, falconis oculos pileolo tegit, & hunc prædonem suum ad perticam ligat. Hic falco plurimum luctari, vincula rostro vellere, ea conari abrumperè, unguibus pileolum trahere, eum velle excutere, alas librare, volatum meditari, miserè huc illic se torquere, vincetum retineri nolle. Quid avem hanc tam inquietam facit, ad avolandum quid impellit? Gustatus sanguis ardæ: frui capit, quo jam inescari cœpit.

Videte mihi Paulum falconi simillimum. Permittitur volare & gustare beatitudinem; rapitur in paradysum, redit in terram, caput obnubitur, velantur oculi, ad concionatoris munus velut ad perticam alligatur. Hæc multum à paradiso divertunt. Illic audit arcana, que non licebat homini loqui. Vidit divina quæ verbis non poterat effari. Jam igitur avis nobilissima, pugnat & luctatur, oculorum velum vult amotum, alas parat, redire cupit: Hinc illæ voces: Cupio dissolvi & esse cum Christo. Unde hic labor, unde inquires & lucta hæc? Vidit & gustavit beatitudinem. Hinc ille suis vinculis indignatur, volare tentat, mortem optat, tenebras oculis ademptas cupit, cupit dissolvi & esse cum Christo. Imò si mille mortes subeundæ forent, vel mille mortibus promptissimè se objiceret, modò sursum ire, modò ad DEVM liceret pervenire.

Quod in nobis ejuscemodi desiderium non ardeat, in causâ est magna parte socordia nostra: Beatitudinem rarissimè meditamur, & non nisi raptim & perfunctoriè: non ponderamus, animum in eam non defigimus. est.

Psal. 107. vers. 24. Ideo in nos divina sævit indignatio.

Cur rem desiderabilissimam tam remissè desideramus?

Causa prima.

Genus accipitris, alius Erosinus

2. Cor. c. 12. vers. 4.

Philip. c. 1. vers. 23.

Italis Lampreia.

Petrus Damianus commemorat Abbatem ceterâ virum religiosum, paulò tamen immoderatiùs appetiisse certos pisces. Negarunt famuli acquiri posse id piscium genus. Fuit ex his qui unicum toto foro à se visum affirmaret, eum tamen utique florenis aliquot indicari. Hunc ipsum emi voluit Abbas quantivis esset pretii. Emptus piscis, coctus, appositus est. Priusquam tamen antistes manum admoveret huic ferculo, ad ostium cœnobii mendicus quantâ potuit importunitate petiit, ex apposis cibus aliquid sibi deferri. Hic Abbati radius de cælo illucens optimis cogitationibus animum implevit: Ergone ego, ajebat ipse secum, piscem tam pretiosum solus glutiam? num hoc boni exempli? An non sermonem Urbi dabimus? An non in ore omnium decantata ero fabula? Quid si gulosam hanc cupiditatem substringerem? Quid si genium hoc ferculo fraudarem? Urgeor exemplo sanctissimi regis, qui aquam è Bethlemiticâ cisternâ haustam effudit, & Domino eam oblitit: Huc me impellit fames mendici ad portam prætolantis. Quin audes aliquid anime, & oblectariunculam brevem subducis gulæ? Nulla obsonii jactura est; fruetur eo pauper; tibi lucrum accedet ingens. Quid diu mecum litigo? sic fiat. Et mox ne longior esset deliberatio, conversus ad famulum: Heus, inquit, hunc piscem tolle, unâ cum disco, & pauperi eum defer. Ut jussit, factum. Vix istud edulii mendicus acceperat, & sese cum illo plurimis inspectantibus in auras libravit, ut ostenderet qualis sub personâ latuisset mendicus. Atque hoc sui domandi specimen prorsus illustrius fuit, nam quantò appetentia major & effrenatior, tantò etiam pugna difficilior, inde autem tantò illustrior secuta est victoria.

Hæc una res inter Christianos summi est artificii summæque prudentiæ, ea omnia quæ nobis pretiosa & chara, maturè præmittere ad cælum, ubi fenore millesimo aucta recipiemus, quidquid hic DEI causâ sapienter placuit negligere. Cur verò tam agrè id persuaderi possumus? Cur cælum tam frigide desideramus? Cur rariùs cogitamus patriam? Cur tam languidè tamque modicis itineribus Hierosolymam cælestem tendimus? Causas hic dabo.

§. I.

Cælo nihil est desiderabilius: Nter omnia desiderabilia, nihil est in Orbe hoc desiderabilius cælo. Vita nostra peregrinatio est, cum diu ambulaveris, denique redeundum. Vita nostra navigatio est, cum diu navigaveris, denique appellendum. Quis unquam tempestatibus maris jactatus non desideravit portum? Mare navigamus vastum, scopulosum, piratis plenum, ventis adversis, exiguo lembo, portitore imperito & sæpè remis, malo, velisque laceris aut fractis, & portum tamen non desideramus. Cui peregrino nullum patriæ desiderium est?

Ovid. lib. 1. de Ponto eleg. 4.

Nescio quâ natale solum dulcedine cunctos Duct, & immemores non sinit esse sui.

Ipsas etiam bestias hoc desiderium ferit. Silvas suas & natales latebras amant. Assueta leones antra petunt. Et arbores transplantatæ solum suæ originis mallent. Quin & saxa properant ad suum centrum. Etiam flumina ad suos fontes & ad mare recurrunt. Solutus homo quamvis peregrinus, quamvis in exilio pessimè habitus, vix tamen patriam desiderat. Animus inquilinus terræ oriundus è cælo, cælum tamen rarissimè seriùs cogitat.

Homo tamen cælum rarissime cogitat.

ginus. Atque hinc vix ullus beatitudinis gustus est. Nimitum æstimare non possumus vinum, cujus censuram non fecimus.

Ioannes Hierodotus in serm. lit. G.

Jordanus è Divi Dominici familia vir magnus interrogavit hominem à cacodæmone infessum: Quid perpeti non recusat, ut DEVM intueri posset: Ad quæ invitus hospes respondens: si ego solus, inquit, omnium sociorum meorum penis ac suppliciis par essem, non eas detrectarem usque ad supremi iudicii diem, perferre, modò demum liceret intueri DEVM. Expavit vehementissimè ad has voces Jordanus, & iterum: Dic, ait, pulchritudinem Conditoris nostri, cujus rei pulchritudini comparandam censet? Cui malus genius: Stultè, inquit, quaesivisti. Sed quia id scire aves, compendio dicam: Si pulchritudo omnium florum, metallorum, gemmarum siderum, animalium, hominum in unam conveniat elegantiam, quis hominum eam satis æstimaverit? Atqui certò scias hanc unam omnium creaturarum rerum velut colliquam venustatem cum divinà pulchritudine minùs conferri posse, quàm densissimas tenebras cum claro meridie.

Intuitus Dei à Dæmone est imatus.

Ve illis qui sui nequitia perdunt tam immensum bonum.

Psal. 38. vers. 4.

Tanti æstimat cacodæmon intuitum DEI. Væ igitur illis, qui eò conditi sunt, ut infinità illà pulchritudine fruantur, suà tamen nequitia perdunt tam immensum bonum. Hoc autem quilibet attentius cogitat, certè ardentius amat & desiderat. Desiderii frigus à considerationis defectu est. Suà id experientià nos docens Rex David: *In meditatione meâ, inquit, exarsescet ignis.* Ne mirare ignem tam modicum, si ei tam tenuè subijcias pabulum.

§. III.

Tertia causa.

Tertia causa. Rebus caducis nimio adhæremus affectu. Quid mirum? Beatitudinis desiderium in nobis languere, cum ad eò vehementer ardeamus oblectationibus terrenis. Nihil sine mœnore deseritur, quod cum amore possidetur. Ita comparati plerique omnes sumus, ut ubicunque nobis bene est, aut ubi commodè sedemus, inde ferè nolimus excedere. Jucundam oblivionem patriæ nonnunquam inducit fortuna foris quam domi beatior. Audias non neminem blandiente fortunâ dicentem: Mihi bene est; quid ultra velim? Ita sedilia visco peruncta occupamus, hinc illis adhærescimus non sine ingenti detrimento.

Lært. lib. 6. cap. 1.

Antisthenes Philosophus paucos, ut fertur, auditores numerabat; quando eos, quod ipse ferebatur, argenteâ virgâ repellebat. Nam grande satis exigebat minerval. Enim verò vulgus magis amat pecuniam quàm sapientiam:

Invenial. Sat. 7. v. 157.

Scire volunt omnes, mercedem solvere nemo. Facilis est DEVS cælestem infundere sapientiam, & ingens cæli desiderium inflammare, modò affectum retrahamus à terrâ. Nos verò terram brevî amittendam malumus amore prosequi, quàm cæli desiderio accendi. Ita terram perdimus, & cælum non obtinemus. Suarum quisque voluptatum catenis stringitur & detinetur.

Hercules virtutis iter arduû præmii causa decrevit sequi.

Hercules adolescens ut præci fingunt, dubius quod iter vitæ ingrederetur, duas mulieres sibi dissimillimas adiit, virtutem & vitium: Auditurus quid super eâ resuaderent. Hæc quidem delitiis innutrita, & ad omnem elegantiam compra, sed præter voluptatum illecebras vix quidquam habuit promittere: altera pallore, rugis, macie decorâ, venerabilis magis quàm deformis laborem impensissimè laudavit; eo autem peracto immortalitatis consortium est pollicita. Has ubi adolescens intentius considerasset, spiritus vitii blandimentis, virtutis iter licet arduum præmii fiducia decrevit sequi. Ad eò multum promovet amorem ac cultum virtutis, noritia & desiderium beatitudinis. Incipe cælum serio desiderare, & nulla tibi displicebit virtus,

Ruffinus Aquilejensis memorat ad Abbatem Achilam venisse juvenem religiosum, qui contra seipsum questus diceret: Mi Pater, quid faciam? Cùm in cellâ sedeo, supra modum me desidia & tædium infestant; quid jubes fieri? Cui senex: Hoc, inquit, inde provenit, fili, quia tormenta quæ timemus, & requiem quam speramus, nondum vidisti. Si hæc sedulo cogitata gustasses, etiam si cella tua ebulliret vermibus usque ad collum tuum, tu nihilominus vermium medius perdurares sine omni tædio & desidiâ. Vero verius oraculum. Hinc querulis illis assidue istud occinendum, *Nondum vidistis requiem.* Quid enim est quod vos ad eò fatigat? Num nimii labores? Num paupertatis sorores, fames & sitis? Num injuriæ & contemptus? Num mortis præcursores morbi.

Ruffinus n. 107. G. Pelag. li. bell. 7. n. 28.

O Phrygia! ô molles & ignavi, *Nondum vidistis requiem.* Cælum non cogitatis, id eò nec desideratis; majori autem desiderio appeteretis cælum, si minore terram. Quàm verè religiosus scriptor: *Os tibi hæc saperent, Thomas à Kempis l. 3. de imit. Christi cap. 47.* inquit, & profundè ad cor transirent, quomodo auderes vel se mel conquiri? *Nomme pro vitâ eternâ curâ laboriosa sunt toleranda?* Finge tibi & ante oculos animûque proponere quiddid ubi jucundissimum, pulcherrimum, suavissimum, gratissimum in veste, victu, auditu, visu, in omni vitâ videretur, simulque animo comprehendere hæc omnia cælum centes uberiora dabit & meliora: quin igitur famem eò differimus?

Duæ sunt artes nobilissimæ, & quæ aliquid e cælo trahant, Pictura & Musica; ingens ab utraq; delectatio est. Sed quid ea omnis, ad illam cæli picturam & Musicam? Pictura cæli res creatas omnes & creatorem ipsum exhibebit, spectaculum æternum & infinite voluptatis, ut infra copiosius demonstrabitur. Musica cælestis mel aurium, sic dicam, mellissimum, omnem modulorum hæc auditorum suavitate sopiet, & exstinguet. Vale terra cum omni tuâ Musicâ, quæ ad cælestem illam pastorium melos, aut bubulcorum concentus est. Quid ergo hæc reculis vilissimis affixi detinemur. Quin beatitudinem toto affectu exercitu invadimus & rapimus.

Reverà nostram ipsi cogimur ignaviam mirari. In ceteris tam alacres sumus & indultrii, ut subinde voluptatis aliquid aut commodi votis ardentissimis expectamus: cùm lucrificandum est cælum, oscitamus & dormimus. Ubi quæso desideria nostra, ubi noster conatus? Illud longè verissimum sæpius inculcandum vel nauseantibus: *Pro modicâ præbendâ longa via curritur, pro æternâ vitâ à multis vix pes semel à terrâ levatur. Vilepretium quaeritur, pro uno numismate interdum turpiter litigatur, pro vanâ re & parvâ promissione, die noctisque fatigari non timeatur. Sed proh dolor! pro bono incommutabili, pro premio inestimabili, pro summo honore & gloriâ interminabili, vel ad modicum (notetur hoc) fatigari pigritatur.* Ex tripode dictum.

Thomas à Kempis l. 3. imit. Christi cap. 3.

Canis venaticus nare acer dum nulla sentit feræ vestigia lentus est, & vinculo quovis ducitur, at ubi vestigia odoratur & captat naribus auras, jam omnia vincula abrumpere, huc illuc currere, indagare, nusquam quiescere, dum feram investiget. Nos tales sumus: dum cælestem gloriam non odoramus desideris ac meditationibus, lentissimè agimus, & vel filo vinciri sustinemus: Cùm verò beatitudinis odorem, cogitando & indagando percipimus, mox vincula nexitque abrumpimus, properamus, currimus, volamus. Qui etiamnum res terræ amat, is profectò bonorum æternorum ignorantia laborat.

Jacob Patriarcha dum sub dio dormiret scalas vidit, quarum pes hærebat terræ, caput se nubibus insererat. Visum sanè admirandum. Nam his scalis Angeli descendens & ascensum iterarunt. Hoc spectaculum tam amœnum in domo paternâ Jacobo nunquam fuisset obiectum:

Esob. 2.

Psal. 118. v. 1. v. 2. v. 3. v. 4. v. 5.

Vid. l. 2.

Gen. 1. v. 1. Qui i. Pauli pore ubian Phil. 1. 2.

objectum : sed ubi jam peregrè fuit in loco deserto, sub Jove puro, ubi terram pro lectulo, saxum pro pulvino, habuit, à domesticis turbis semotus, hæc cæli negotia suavissimè spectavit.

Ex te, mi Christiane, quæro, num cælum attentè cogitare, & verò etiam ardentè desiderare cupias? Ita, inquis, cupio. Quòd si serius es, à rebus fugacibus ac perituris, quantum potes, avellere:

Non bene conveniunt nec in unâ sede morantur

Cæli ac terræ, fluxarum rerum & æternarum amor. Quantò excitatior est tuus affectus ad terrena, tantò erit segnior ad cælestia.

Cùm Hebræus populus jam captivus, unâ cum vate suo Ezechiele Babylonem migrâisset, hoc contigit. Ezechiel DEVS futuri templi restorationem ostensurum, quod ipse Propheta testatur, *In visionibus adduxit illum in terram Israël.* Ita corpore remansit vates in Babylone, animus illius in Hierusalem perductus est. Ita nimirum qui cælestem Hierusalem contemplari cupit, licet corpore hanc Mundi Babyloniæ habitet, mente nihilominus ac spiritu quotidie quavis horâ, turbis Babylonicis desertis, in cælum evolare potest. Hoc planè modo innumerè in turbis extra turbas erant, quia cæli desiderio frequentissimè in cælum ascendebant.

§. I V.

Hierosolymæus Rex David ingenti beatitudinis desiderio flagrans clamabat: *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te DEVS. Sitivit anima mea ad DEVM fontem * vivum: Quando veniam & apparebo ante faciem DEI? Domine dilexi decorem domus tue, & locum habitationis gloriae tue. Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum, concupiscit & desicit anima mea in atria Domini. Quis ægrè ferat has optimi regis vocationes? Videndi DEI cupiditate ardebat, & languebat amore.*

*Psal. 42. v. 1. & 2. * Al. for. tum. Psal. 25. vers. 8. Psal. 83. vers. 3.*

Valer. Max. l. 5. c. 7.

Antiochus Regis Seleuci filius, amore, sed vetito, correptus, memor quàm improbis facibus arderet, deformè pectoris vulnus, piâ dissimulatione contegebatur. Itaque diversè affectus, iidem visceribus ac medullis inclusi, summa cupiditas & maxima verecundia ad ultimam tabem juvenis corpus redegerunt. Jacebat Antiochus in lectulo moribundo similis; Seleucus pater mœore prostratus obitum filii lamentabatur, ingemiscebant necessarij, totius palatii funebris magis quàm regius erat vultus. Sed hanc tristitiæ nubem Leptrina Mathematici, vel (ut alii malunt) Herasistrati medici providentia discussit. Hic Antiocho ægrotanti assidens, ut eum ad introitum reginæ Stratonices ruborè perfundi, & spiritu increbescere, eâque ingrediente pallere, & excitatorem anhelitum subinde recuperare animadvertit, curiosiore observatione ad ipsam veritatem penetravit; siquidem reginâ intrante, & rursus abeunte, brachium adolescentis dissimulante apprehendendo, modò vegetiore, modò languidiorè pulsu venarum, comperit cujus in valetudinis æger esset. Amore, sed inconcesso, languebat. Notitia morbi pars maxima sanitaris.

Ægrotum hîc monstro, qui solo langueat amore, sed honestissimo. Divinus Paulus formosissimæ Reginæ cælestis gloriæ cupiditate exstians, ut eger ardentissimâ febrî correptus clamavit: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Diversi affectus, quod de Antiocho diximus, in castissimo Pauli pectore calebant, & certabant; amor propriæ beatitudinis ad cælum rapiens; amor alienæ salutis, è terrâ non dimittebat. Hinc illa vox ægrotantis: Coarctor è duobus, desiderium habens dissolvi, & esse cum Christo, multò magis melius: permanere autem in carne necessarium propter vos.*

Rom. cap. 7. vers. 24. Qui affectus in Pauli corpore certabant. Philip. c. 1. v. 23. & 24.

Daniel vir denderiorum, in aulâ regis Babylonicæ, curarum medius, cùm templum Hierosolymæum cor-

ingressus, fenestris Hierusalem versus aperitis, ter in die stetebat genua, & adorabat, constabatque coram DEO suo.

Dan. 6. vers. 10.

Et nos, eheu, in Babyloniâ degimus, in perturbatione vitæ, & magnâ rerum omnium confusione, procul, ah procul ab illâ civitate sanctâ. Sed Daniele mimerati aperiamus contemplationis nostræ fenestras, & de die sapius cælestem Hierusalem intimis affectibus salutemus: abeat illuc frequenter animus, quò nondum corpori concessum: animo, quò liber, ire licet.

Ovid. lib. Trist.

Dædalus, ut in fabulis est, artifex omnificus, & fabræ artis ingenio celeberrimus, cùm à Minoë rege labyrintho velut carcere clauderetur, sibi & Icaro filio alas conficiens

Terræ licet, inquit, & undas Obstruat, ac cælum cernè pater, ibimus illas. Omnia possideat, non possidet æthera. Minos.

Virg. lib. 6. Æneid. Ovid. lib. 7. Metamorph.

Ita cùm terrâ marique negaretur effugium, fugam sibi per aërem tentandam duxit, commisitque se cælo. Nos non doctas * fabulas secuti, hoc iter ad cælum facere quotidie possumus, alas & viam invenire facillimum. Animo, quò liber, ire licet: cælum cernè pater. Quin ergo terram deserimus, quin evolamus ex hoc labyrintho, quin affectus omnes à terræ sordibus in cælum transferimus? Hanc viam nemo nobis obstruxerit; aperta est omnibus. Volemus: Et videte quanti prævolent.

** Aut in doctus. 2. Pet. c. 1. vers. 16.*

§. V.

Augustinus quoties hoc iter ad cælum non affectavit tantum, sed peregit? Quoties inexplicabili cupiditate ad alta raptus volabat, & cantabat? Hinc voces illæ: *O vita quam preparavit DEVS iis qui diligunt illum, vita vitalis, vita beata, vita secura, vita tranquilla, vita pulchra, vita munda, vita casta, vita sancta, vita ignara mortis, nescia tristitiæ, vita sine labe, sine dolore, sine anxietate, sine incorruptione, sine perturbatione, sine varietate, & mutatione, vita totius elegantia & dignitatè plenissima; ubi est amor perfectus; & timor nullus; ubi dies æternus, ubi DEVS facie ad faciem cernitur, &c. O vita, amore tui languet.*

Aug. 1. Me. dist. cap. 12.

En alium amoris morbo ægrotantem. Mille talia scripsit dixitque Augustinus, quibus inexhaustum cæli desiderium nobis patefecit, in seipso auxit. Sileant fabulæ. Augustinus verè Dædalus itinere jam assueti, quoties libuit, ad cælum evolavit, neque solus. Mater Augustini Monica diu collocuta cum filio de cælesti regno; qualis nimirum futura esset ea vita, cujus ideam non tantum non oculis, nec auribus, sed nec cogitationibus possemus effingere; denum subjunxit: *Quantum ad me attinet, fili, nullâ re amplius delector in hac vitâ. Quid hic facio? Ad vitam propero meliorem. Vox homine Christiano dignissima. Ille cælum verè desiderat, quem nihil terrenæ voluptatis amplius delectat. Verè dixit Augustinus: Odit valde patriam, qui putat sibi bene esse cum peregrinatur.*

August. 1. 9. Cõfess. c. 16. & 11.

Idem tom. 8. in Psal. 93. mibi p. 426.

Ita Ursinus Presbyter integritate vitæ & præcipuè castimonîâ insignis, sub vitæ finem, inhærens cælo, lætus exclamavit & gratias iis egit, quos ad se venisse solus cernebat. Et cùm quærerent, qui lectulo astidebant, quinam ii essent quorum adventu tantoperè lætaretur? Nunquid non videtis, inquit, beatos Apostolos Petrum & Paulum hîc adeste, & evocare me? Mox ad eos versus. Venio, venio, ait, ecce venio. Hanc optimam vitæ clausulam adjecit, & obiit.

Ægidius è D. Francisci familiâ vir festivæ sanctitatis, cum quinque Religiosis viris Provincialibus in occursum tenderet, repente beatitudinis æstu abreptus, oculis in cælum sublatis, & diductis brachiis velut sidibus usurus cœpit canere: O mi frater, ædifica mihi castrum quod faxis & ferramentis careat; ò mi charissime frater, ædifica mihi civitatem quæ careat calce & lapidibus.

Chronicon S. Francisci parte 2. l. 7. cap. 14. mibi pag. 257.

Hæc illa sine lateribus & ferro nobilissima civitas cælum

cælum est, quò amici DEI quotidianis eunt desideris: Sequamur præventes, imitemur ad alta prævolantes. Variè nos invitât DEVS, & sæpissimè ipsi eriani æruminis urget, & impellit propeperat in patriam. Quin pro se quisque iisdem illis vocibus vocanti se silit: Venio, venio, mi DEVS, venio; & tantò promptius, quanto propius ad te vocas. Innumeros ad cælum traxit calamitas, quos voluptas ad orbem misisset. Quem admodum diluvii fluctus Noëmi Arcam extulerunt in sublime, sic adversa mentem electorum evehunt ad cælum: Ut vires fax inclinata resunit, sic bonæ mentis homo, cum deprimitur, elevatur. Et ut palma, quò plus gravatur & calcantur, tantò altius affurgunt, ita probi quò magis exagitantur & proteruntur, tantò magis animum cælo arcollunt: Ardens cæli desiderium perumpit omnia.

Cæli desiderium martyres agonizant ad perficendum quævis tormenta.

Hoc cætos Martyrum exercitus sic animavit, ut in maxima quævis tormenta promptissimè simul & fortissimè perseverent. Ex innumèris vel solos quadraginta illos Athletas generosissimos aspice, qui ad Armeniæ oppidum Sebastei acerbissima supplicia exhauserunt, cæli desiderio incredibiliter inflammati: In carcerem horribilem septius contritabantur; at illi gaudebant; omni laxis contundebantur; ridebant: mediâ hieme summo frigore sub diò nudi pernoctare subebantur, non resistebant: reposita balnea, si Diis facerent, offerrebantur; præter unum omnes respuebant: rogos illis & ignes proponebantur; non horrebant: crura demum omnibus frangebantur; constantissimè perseferebant. Vox una omnium erat: Hòc stadium quadraginta ingressus sum, pro te, Domine. Ja sperare turri: licet hoc idem coronas obtinere. Armata preces: Nam est finis defecit, mox ratiò de custodù numero. Successit alius; qui ubi ab Angelis triginta novem coronas viderat defecit: Et ego; a Jebel, meò quoque sanguine quadagesimam emerit. Dixit, & fecit. Itæ omnes beatitudinis desiderium rapiebat, ut fœdissimam etiam cruciatu ridenti ore sustinerent; tanquam ad nuptias ituri. Eamus & nos, & moriamur cum illis. Via brevis est; sed ad vitam ducit quæ erit æterna.

§. VI.

Aug. 10. 10. serm. 17. de verbis Domini, mihi pag. 31.

Hinc videndum est, inquit Augustinus, hinc considerandum, quemadmodum amanda sit æterna vita, quantum se amat miser ista & quandoque finienda vita: Considerate, quantum amanda sit vita, ubi nunquam finis vitam. Ecce qua pateris in miserâ istâ, quam diligis, vitâ, & putas te semper victurum, & nunquam moriturum? Discite ergo, fratres, querere æternam vitam, ubi ista non tolerabitur, sed in æternam cum DEO regnabitur.

Ephes. cap. 5. vers. 16.

De his diebus quos agimus, ait Apostolus, quoniam dies mali sunt. Ecce quam malos dies, & nemo vult finire ipsos malos dies, multumque hinc rogant homines DEVM ut diu vivant. Quid est autem diu vivere, nisi diu torqueri? Quid est aliud, diu vivere, quam malos dies malis diebus addere? Cùm crescant pueri, quasi accedunt illis dies, & nesciunt, quia minuantur, & ipsa est falsa computatio. Crescentibus enim decedunt dies potius quam accedunt. Constitue alicui homini nato, verbi gratiâ, octoginta annos: quidquid vivit, de summa minuit. Et inepi homines gratulantur plurimis natalitiis, tam suis, quam filiorum suorum.

O virum prudentem! Si tibi vinum minuat in utre, tristaris: dies perdis, & gaudes? Mali ergo sunt dies, & ed peiores quia diliguntur. Sic blanditur hic Mundus, ut nemo velit finire erummosam vitam. Vera enim vita & beata hæc est, cum resurgemus, & cum Christo regnabimus. Vita itaque non est nisi beata: Et vita beata esse non potest, nisi æterna, ubi sunt dies boni: nec multi, sed unus. Dies ille nescit ortum, nescit occasum: Illi diei non succedit crastinus, quia non præcedit cum hesternus. Hunc diem, & hanc vitam in promissis habemus. Alicuius ergo operis merces est. Si mercedem amamus, in opere

A non desiciamus. tam vos, inquit Gregorius, delectat locus cælestis, prius via exerceat laboris.

Gregor. hom. 27. in Evang. ante med.

Ergo (quod hoc capite sumptis exponendum) nihil æquè desiderandum est dum vivimus, atque immortalis vita, cum pænè nil minùs desideremus. Enim verò valde repugnant cælum ardentè desiderare, & rarò cogitare. Ibi autem cogitationes de cælo raræ sunt, ubi perpetuas sibi curas terra vindicat. De quâ mentionem injiciens Augustinus: Hic nidus est, inquit, & hic peregrinatio, & hic suspirium, & hic trituratio, & hic pressuratio, quia & hic torcular. Quid est autem quod concupiscimus? quid it, quò tendit desiderium nostrum? quò nos rapit? O Augustine, erubescimus, quod res est faceri. Desideria nostra nos trahunt, rapiuntque ad gloriam, sed fluxam; ad divitias, sed perituras; ad delicias, sed breves & fœdas. Sunt qui negent & pernegent id se facere, dum faciunt: Alii contentes rei sunt, sed quò hodie derestantur, cras repetunt.

Tom. 8. in P. sal. 33. mi. hi pos. 171.

Fili hominum usquequò gravi corde? Severinus Boethius litteralissimus Martyr, ad desideranda cælestia manu ducit aureo hoc metro:

Vnica gens hominum celsum levat altius cacumen, Atque levè ratio stat corpore, despiciq; terras. Hac, nisi terrenus, malè desipis, admonet figura: Qui rectò cælum vultu peris; exerisq; frontem; In sublime feras animum quoque, ne gravata pessum Inferior sicut mens, corpore celsius levat.

Severinus Lib. 5. ma. tro 5. infat.

Quin ergo totæ sordès averfati, cælum toto pectore anhelamus? Hoc uno scilicet probi improbiq; luculenter differunt, quòd probis vita mortalis in patientiâ, æterna in voro est: Improbis longam quidem vitam, sed brevem patientiam cogitant; Ita brevem vitam citò finiunt, nunquam incipiunt æternam, æternâ morte moriuntur.

Probi & improbi differentiâ.

Ita Prædestinationis divinæ non fallax signum, cæli desiderium: Ignis qui totum jam lignum corripuit, à ligno quidem non recedit, à quo pabulum habet, nihilominus sursum ad suam regionem tendit. Igni non assimilès sunt ad beatitudinem destinati: suam corpori vitam defendunt, corpore tamè implicati gemunt, dum assidue mansiones æternas expetunt.

Prædestinati ad beatitudinem igni similès.

Rex Macedo Alexander, auditâ Indiæ opulentia, plurimum auri, & terræ purpuratis suis amicis prædam fecit, quam inter illos liberalissimè distribuit. Miranti hoc Ephestioni dixit: Ne mirare; Auri feraciora regna ferro quaerimus, nec fiducia deest ea brevis obtinenda. Parva damus, speramus maxima. Ita homines cælo assignandi, omnem terræ opulentiam minimi faciunt, & calcant cæli desiderio. Quâ in re satis ostendit se cælo natos.

Julius Cæsar memorat Helveticos compertâ Galliæ fertilitate, sic illius exarsisse desiderio, ut sedes suas non reliquerint solum, sed etiam exusserint, urbèsq; cænis nudaverint, ne spes esset cuiquam revertendi. Sic signa in Gallias intulerunt. Quos divina præsentio ac præscriptio elegit ad vitam, ii tanto desideriorum impetu feruntur in cælum, ut honoris & opum non affectu tantum, sed & usu quantum fieri potest, se ipsos spoliarent: longè meliora possessuri post mortem. Atque hoc consiliu Augustinus suggerens: Non vis, inquit, ut habeat finem possessio tua? Vitam æternam desidera. Hoc est verè vivere, vitam in contemplatione DEI, & custodia sui exigete.

Cæsar lib. 1. de bello Gallico.

August. in P. sal. 90. mihi p. 416.

§. VII.

Barus Ignatius Lojola tanto videndi DEI desiderio veniret, gaudiis perfusus lacrymas non teneret. Neque idè solum quò summum sibi bonum fruendum citius obveniret, sed ut gloriam Christi tantopere amati coram intueretur. Ita comparati sunt amici Christi, manus illorum hyacinthis plenæ sunt. Hyacinthus cælum colore

B. Ignatii Lojole DEI videndi desiderium.

Cant. cap. 5. vers. 14. colore

Quintan & habon

Et g. dium.

Dixi quide de ci dicitu

colore refert, quem illi & oculis & manibus ferunt. Quidquid enim agunt, cælum identidem respiciunt; eò cogitationes, eò sermones, eò actiones & labores omnes dirigunt. Manus illorum plenæ sunt hyacinthis. Cur nostræ ab his gemmis tam vacuæ, cur cælum non desideramus?

Summa loci amœnitas est. Omnia regum palatia caula: sunt & stabula cælo comparata. Domus & urbes ex auto & gemmis finge, ad cælum niduli erunt, & hirsutium domicilia tandem ruitura: domus beatorum stabit in omne ævum. Cur illam non desideramus?

Potro quot illic beati homines, tot soles, imò sole multo pulchriores Deo simillimi, omnes triumphali diademate redimiti, reges verissimi. Illorum minimus major est cunctis Regibus. Singuli beatorum singulos nominatim nôruat, cum singulis quando placuerit, familiarissimè agere ac colloqui possunt. Summus omnium & mutuus ac reciprocus amor est. Unus omnium labor laudare conditorem & omni voluptate sine ulla intermissione frui. Cur hæc non desideramus?

Sua cuivis sensuum singularis erit oblectatio. Infinitam videndi voluptatem oculi, Musicæ suavitatem aures, odoris fragrantiam nares, cupidiarum delicias gustatus, incredibilem totius corporis beatitatem tactus percipiet. Corpora omnium non tantùm immortalia & inviolabilia, à morbis omnibus eximia, sed insuper ita splendida, ita velocia erunt & subtilia, ut splendore solem & sidera, velocitate ventos & fulmina, subtilitate solares radios sint superatura. Quin hæc non animo desideramus?

Et quantum erit gaudii, tot evasisse mala, tot superasse periculâ, tot laqueos effugisse, jamque beatitudinis aeternæ vivere securum, non errare, non labi, non decipi, non peccare, divinis favoribus non amplius excidere posse? Interim sub se inferorum incendia beati, & infinitam impiorum colluviem flammis involutam, & instar lignorum struis ardentem videbunt; & gaudebunt se iis incendiis ereptos, ab iis aeternum securos. Felicitatem suam cum illorum extremis & aeternis suppliciis comparabunt. Ita duplici nomine & sibi gratulabuntur, & Deo gratias agent. Nam infiniti beneficii loco habebunt, interminatum malum, quod periculosissimè impendebat, devitasse, & aeternis voluptatibus cumulatissimè jam abundare. Et quomodo tandem hanc vitam non desideramus?

Sed ita plerique comparati sumus, ut ubicumque nobis bene est, inde avellamur ægrius. Hinc nonnunquam oblivionem patriæ inducit fortuna foris quàm domi beator. Ergo animum cælo attollamus. Nihil beatitudinis habet exilium, si patriam illam seriò cogitemus.

Quidquid autem de cælo commemoremus, unicum illud omnia complectitur, Deum videre. Quid in Deo visuri sumus, explicatè & cum curâ dicemus libro sequenti. Interea nos ipsos interrogemus: Videre Deum, qualis erit voluptas? Summam censemus esse delectationem simul omnium creaturarum rerum amœnitate frui. Sed addamus auctarium. Creer Deus alios decem Mundos, creer Mundos viginti, aut centum alios, & exiis voluptas omnis ad unum hominem derivetur, res

infiniti gaudii censebitur. Hac omni voluptate longè major erit Videre Deum, ostendetur vobis omne bonum. Licet igitur voluptatem è centum Mundis percipiendam Dei causâ deseramus, nihil facimus jacturæ.

In cælo hæc omnia longè cumulatius habebimus. Videre Deum est quasi fieri Deum. Aristotelis scitum est: Ex cognoscente & cognito fit unum. Quod hic longè verissimum. Nam ex beato cognoscente, & Deo cognito per inseparabilem amorem sanè fit unum.

Quemadmodum verò sui ipsius intuitu Deus ab omni ævo semper fuit, & est, eritque beatissimus; hoc certissimè videre ac nôsse ita Beatos in tot millies iterumque milies millena millium annorum, in omne ævum lætitiâ perfunderet inexplicabili, aspiceret Deum, & cognoscere. Hic aeterna semper novitas, & nova semper aeternitas erit: Quia enim videbimus Deum, Deum etiam amabimus, & nos amabit Deus intimè; Deo perfectissimè fruemur.

Hinc liberè proclamo: Quidquid hæctenus de cælo diximus, quidquid dicturi sumus, planè somnium est & umbra cæli. Beatitudinem suis coloribus depingere, illam sat ponderosis verbis describere quis Angelorum possit? Quid igitur nos homunculi de cælo balbutimus, verius somniamus quàm edisserimus. Psalmum centesimum, viciesimum quintum Hieronymus ex Hebræo verbis eisdem sic reddit. Cùm converteret Dominus captivitatem Sion, facti sumus sicut somniantes. Cùm Israël's populus primò audisset decretum sibi reditum in patriam, præ gaudio vix fidem distis habuit; nec enim id sibi videbatur audire, sed somnare.

Captivi nos sumus, paullo post è carcere in paradisum, è vinculis ad diademata & solium, ab ærumnis ad immensum gaudium, à morte ad immortalem vitam educendi. Quidquid hæc verborum congeramus, minus est, quàm res ipsa postulet. Cùm de cælo sermo est, omnis dicendi copia somnium est, silentio cognatum. Hoc unum restat nobis dicere: Videbimus Deum. Quod rectè Augustinus, ineffabilitatem visionis nominans; Visuri sumus, inquit, visionem quandam, visionem præcellentem, omnes terrenas pulchritudines argenti, auri, gemmarum, &c. pulchritudinem Angelorum superantem; quia ex ipso pulchro pulchra sunt omnia. Visio Dei tanta pulchritudinis visio est, & tanto amore dignissima, ut sine hac quibuslibet aliis bonis præditum atque abundantem, non dubitet Plorinus infelicissimum dicere. Desideremus & amemus: flagremus, si sponsa sumus.

Hæc strictim de cæli gaudiis præmittenda videbantur, ut aures animusque ad sequentia pararentur. Hæctenus velut in vestibulo cæli egimus. Nunc protollamus pedem; ingrediamur penetralia; libro posteriore de quindecim distinctis cæli gaudiis loquemur. Age jam, Lector, reipsum tibi excute; pelle tædium. Non de tribus capellis, nec de inferis, sed de cælo nobis sermo est. Quidquid aurium, quidquid attentionis habes, huc impende. Ad fabulas nectare potes: Arcana cæli vigilantem postulant auditorem. Quod Christus sæpissimè, idem hic monemus: Qui habet aures audiendi, audiatur.

Quis amor Beatorum & labor.

Sensuum oblectatio.

Et gaudium.

Deum videre, complectitur quidquid de cælo dicitur.

Exod. c. 33. vers. 19.

Præsertim, cum Deus simul obiectum sit & species, ut Theologi loquuntur.

Beatos in tot millies iterumque milies millena millium annorum, in omne ævum lætitiâ perfunderet.

Aug. tom. 5. l. 10. de civitate. cap. 16. mibi p. 113. idem tom. 10. mibi p. 426.

Marc. cap. 4. v. 9. & 23. & alibi sæpius.

LIBER SECVNDVS DE CÆLO.

CAPVT PRIMVM.

Primum in caelo gaudium, voluptas oculorum.

Lib. 19. de civit. c. 1.



VGVSTINO teste, celeberrima olim questio inter Peripatericos, Academicos, Stoicos, Epicureos, ceteramque Philosophorum turbam agitabatur: Quid sit Beatitudo, & in quo illa consistat? Tot ferè sententiæ, quot capita.

M. Varro diversissimas opiniones illas colligens numeravit ducentas octoginta octo. Fingamus unam è tot sententiis veritati congruam fuisse: Ergo ceteræ omnes aberrarunt à vero. Hem quantæ tenebræ! Christiana sacra ita nos instruunt, ut pueri, mulierculæ, homines pagani loquente digito caelum monstrent; & vel tacendo dicant, illic esse Beatitudinem, ubi DEVS se spectandum exhibet.

Lib. 3. divi nar. instit. f. 7. & 8.

Lactantius luculenter ostendit tot illos Philosophos errasse omnes. Nos oraculis divinis habemus fidem, & Beatitudinem eam speramus, quam illa nobis pollicitatione minimè fallaci promittunt. Uti ergo Beatitudinis immensa gaudia ordine explicemus, ordiamur ab oculis Beatorum. Oculis celerissimus ac nobilissimus est exteriorum sensuum. Quanta porro sit oculorum voluptas in caelo, nunc differemus.

§. I.

VT cæli gaudia tantò rectius perpendamus, aviculas iniremur necesse est. Alaudas scimus cantillando aliusque altius per auras ascendere. Volemus & nos, & simul cantemus. Ab humanis & naturalibus ascendamus ad cælestia. Duo habet humana forma, colorem scitum, & proportionem seu symmetriam debitam: ubi hæc duo, hæc scilicet minio mixtum, & elegans partium compositio conveniunt, amcenum spirat forma, trahit, invitat, & omnium se spectantium amorem elicit. Hinc forma præcis tam eleganter, quam verè Tacita tyrannis dicebatur. Incredibile dictum est quàm hæc una res potenter ad amandum non tam alliciat, quàm pænè cogat, planè Tyrannis, sed muta, sed nimium imperiosa. Hinc Helenæ forma veterum charactis adeò celebrata est, ut fuerint qui dicerent, dignam esse decennali bello.

Forma duo habet, colorem scitum & proportionem debitam: Tacita tyrannis est. Vide mi Letor que in aternitatis celsis. c. 5. dicamus, de Iacobo & Rachele. Gen cap. 31. vers. 41.

Gen. c. 24. fine.

Judith c. 10. vers. 14.

E facris codicibus constat, quàm duram servitutem Jacob servierit pro decorâ Rachele, idque septennio, cumque spe ceci tisset ducendæ domum virginis servituti septennium alterum adjecit. Matris obitum grandi luctu deservit Isaac: at visâ Rebecca, eam animo hilaritatem concepit, ut dolorem qui ex morte matris ejus acciderat temperaret? Tacita Tyrannis, forma. Quis eximium decus Oris, & in niveo mystum candore ruborem aspicit, & tyrannidem istam non sentit? Juditha elegantiam singulare specimen, quàm ea omnium oculos in se rapuit? Assyrii ad hoc formæ miraculum attoniti, Considerabant faciem ejus, & erat in oculis eorum stupor, quoniam pulchritudinem ejus mirabantur nimis. Holofernes ipse Dux Assyriorum, visâ viduam illam vidit, & captum se sentit. Hæc talia utique probè capimus. Nunc igitur paulò majora canamus. Cum alaudulis ascendamus ad altiora ratiocinatione cuiusvis promptissimâ.

A Si unicus hominis forma sic oculos animumque invadit, occupat, trahit, vincit, ignem tam amcenum elicit: & hæc quidem hominis cada verosi morituri forma est, nec, ut res humanæ sunt, ad omnem perfectionem venusta. Quantum igitur placebit forma longè venustissima, tot centenorum millium, tot millionum formosissimorum hominum in illâ cælestium arce? In caelo nemo non formosissimus: Omnes illic Narcisci & Adonides, omnes Helenæ & Lucretiæ.

Hic tria nobis observanda sedulo. Primum est: Beati omnes è propinquo sese invicem videbunt. Hæc mortalis oculi miseria est, ut ille quò remotius quid à se cernit, eò minus cernat. Hinc hominem ad miliare vel unicum distantem non videt, solo aciei defectu. Longè aliud erit in caelo Ibi unus omnes tantquam sibi proximos & velut in speculo conjunctissimos intuebitur. Nam objectum, ut in scholis loquuntur, immediatè ager in sensum etiam distantem. Et sunt qui dicant hominis beati corpus, ab alio pariter beato homine ad quamcumque distantiam videri.

Alterum est: Date mihi hominem qui in Orbe nostro credatur formosissimus: De hoc verissimè dixerit, potest DEVS decies, potest ceteris, potest millies formosiotem creare, augendo pulchritudinem in infinitum. In caelo beatorum hominum forma tam erit intense formosa, ut sicut capularis tussiens anus ad Helenam, sic Helenæ omnes ad Beatorum infimum conferri neutriquam possint. Ite Helenæ, ite; ite buxtuaræ larvæ; vestra omnis elegantia sordet, cum formas cælestium contemplamur. Afopos odi cum Democles & Spurias aspicio: cada vera non amplector, cum meis se brachiis infundunt Angeli.

C Tertium est: DEVS idè tantam rerum pulchrarum copiam in hoc Orbe spectandam proposuit, ut esset cæli gustulus, qui traheret ad conditorem pulchris omnibus infinitè pulchriorem. At nos infani res conditas orbe spe deperimus amore præcipiti, & spernimus conditorem, sectamur rivulos neglecto fonte. O mortales! suavius ex ipso fonte peruntur aquæ.

Sitanta in rebus creatis est pulchritudo & suavitas, in Creatore quantam esse censebimus?

§. II.

Voluptas oculorum tunc maxima est, cum obtinent quod & diu, & valde cupierunt, aut cum intueri licet quod multò pulcherrimum judicatur. Apollonius Thyanæus quantum itineris fecit, quot regiones peragravit, ut in Æthiopiâ Solis mensam videret? Betamitæ quantâ lætitiâ exultabant, cum daretur occasio videndæ Arcæ? Israëlitæ quantis perfundebantur gaudiis, viso juvène Salomone jam coronato? Nam ut Regum facti testantur, Ascendit populus canentium tibiis & latantium gaudio magno, & insonuit terra à clamore eorum. Tres illi ex Oriente dynastæ, viso iterum, quod amiserant, sidere, gravissimè sunt gaudio magno valde. Zachæus Christo paupere ac mortali viso plurimum lætatus est. Petrus in Taboræâ rupe, cum stilla solùm Beatitudinis in eum deflueret, quantam animo voluptatem cepit? Joannes Baptista Christum visurus, quanto gestit desiderio? Ipse etiam avicula quàm ad solis exortum lætè concinunt.

Quantum

Angell. Mania.

Theolo infamm pulchritudinis gr ad Dev collata

Celum gaudis libentis cœlesti

Den. inf. 1

1. Co. vers. 1

Thom. iprat. manan sui ev

Man. vers.

Spier cælest non mole oculi tenui accre in or ceteri tss

Quantum igitur liquidissimæ voluptatis erit divinum Christi vultum, tot Angelorum, tot hominum formosissimorum sideream venustatem contueri? Verissimè dixit Augustinus: *O anima, si quotidie oporteret nos tormenta perferre, si ipsam gehennam longo tempore tolerare, ut Christum in gloria videre possemus, nonne dignum esset pati hoc omne?*

Augus. in Manual.

Theologi in summo pulchritudinis gradu DEVM collocant.

Cælum quibusvis laboribus emendandis cur.

Theologi pulchritudinis sex gradus discernunt; in summo DEVM collocant, cujus pulchritudo inestimabilis, infinita. Huic proxima est Angelorum & cælum aliorum pulchritudo. Neque verò arctior cogitari aut esse potest similitudo, quam quæ inter DEVM est & animum beatum.

Nunc secum quisque in hunc modum ratiocinetur: si tot milliones hominum formosissimorum, tot mille milliones Angelorum mihi proximi, meis oculis semper inhæsurus sint, hoc solum purissimæ voluptatis quantum erit? Nec illud nescio, quod quanto quis alteri est charior, tanto ejus forma sit delectabilior. Omnes autem illi longè charissimi mihi erunt. Dico igitur, si hoc unicum in cælo, idque perpetuum foret gaudium, sat voluptatis cælum haberet, ideòque laboribus quibusvis esset emendandum.

Sed dicas: Si ejuscemodi quindecim sint gaudia, quis hominum est, qui par futurus sit huic tanto gaudiorum ponderi ferendum? ipsa obruetur & extinguetur lætitiâ. Non vana hæc argumentatio est: Mortalium nullus hanc gaudiorum molem sustineret. Idcirco lumine gloriæ opus erit: de quo nos suo loco.

Daniel vates, & Joannes Apostolus, viderunt Angelos eâ majestate radiantes, ut mox humi corruerint adoraturi. Daniel, seipso teste, etiam emarcuit, nec quidquam virium habuit. Et tamen hi duo nativam Angeli pulchritudinem non viderunt, sed formam ex aère momento assumptam; hæc autem ab illâ tantum differt, quantum corpus à spiritu. Quò autem hæc exactius capiamus, gradum faciamus ad ulteriora.

Den. c. 10. v. 8.

Josephus scriptor Hebræus Moysen etiamnum infantem, ait, tam præcellentis fuisse formæ, ut obvii quique constitissent in contemplatione tam amœni vultus, ab eoque vix avelli poterint. De Moysi jam viri coruscante facie sacræ paginæ loquuntur: Eâ enim refulgebat majestate, ut non intenderent filii Israël in faciem ejus. Stephanus inter purpuratos Athletas signifer, quàm amabili formâ entivisse censendus est? Nam viderunt faciem ejus tanquam faciem Angeli. Atqui omnes in cælo Beati erunt sicut Angeli DEI.

1. Cor. c. 3. v. 13.

Them. Cantiprat. l. 2. de miraculis sui ævi c. 54.

Cameracensis Proëpiscopus eruditionis notæ Theologus commemorans: Mihi, ait, Cisterciensis Ordinis Antistita in Flandriæ cœnobio, cui nomen Reclinatorium, recessit dignissimum relatu istud: Unam, ajebat, è mei cœnobii sororibus, quæ una omnium sanctissima habebatur, quæ sivi, eam demum in oede angulo hærentem reperi altâ meditatione defixam. Cùmque velum ab ejus ore dimoverem, tantum à vultu jubar emicabat, ut pænè relapsa retro corruerim impar huic fulgori aspiciendo.

Math. c. 13. v. 13.

Ecquid aliud hæc talia nisi scintillæ sunt è cælo? Quod affirmans Christus: *Tunc justii fulgebunt, inquit, sicut Sol in regno Patris eorum.* Mox addit: *Qui habet aures audienti audiatur.*

Splendor cælestis, non erit molestitus oculis beatorum, sed recreabit in omnes æternitates.

Neque verò hic tantus splendor inimicus aut molestus erit oculis. Cogitate obsecro, tot soles toties multiplicatos, soles imò innumeros, quorum quilibet amœnissimum diffundet lumen, quo Beatorum oculi non tantum non fatigabuntur unquam, sed recreabuntur in omnes æternitates. Et hanc luminis amœnitatem tam in se quàm in aliis beatorum quibusvis videbit. Arbitratur Augustinus beatos Martyres, eâ corporis parte plus fulgoris exhibituros, quâ plus supplicii tulerunt. Quantum ergo luminis spargent Philippus in Cruce,

A Stephanus in terrâ lapidatus, Bartholomæus pelle spoliatus, Thomas telis confossus, Jacobus intercisus membratim sectus, innumeri alii toto corpore lacerati?

§. III.

Quanta igitur Oculorum erit voluptas, tot Beatorum ordines, tam firmis oculis, tam distinctè cernere? Magna est profectò, sed non nihil formidanda voluptas, instructissimum ab alto exercitum prospicere: quid voluptatis sentietur in cælo, cum in omnium oculis erunt Noveni Angelorum ordines? Ab his Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum tam copiosi exercitus. Tot inde sanctissimi Reges, Imperatores, Pontifices; tot Sacri Doctores, & Sacerdotes, Confessores; tot centena millia religiosorum hominum; tot virginum ac viduarum myriades. Dein spectandam se dabit turba magna, quam dinumerate nemo poterit: Unius omnes & oris, & cordis & amoris.

Voluptas oculorum in visione tot beatorum ordinum: &

B Quantum habebit oblectationis cernere tam immensum palatium, tam amplam civitatem ex auro & gemmis solidissimè structam? Quidquid jam oculos nostros subterfugit, tunc eosdem suavissimè, nec sine fame saturabit: elementa omnia, eorumque admirandam magnitudinem, cælorum Orbes, illorumque obstupescendam immensitatem cernemus: & quidquid oculos incurret, novum nitorem præferet.

Immensi palatii ac tam amplæ civitatis.

Quid quæso in Orbe hoc nostro amœnius habemus, & quod magis ad alta trahat, quàm innubi ac sereno die ex edito patentissimum undequaque campum obire oculis, & toto haurire aspectu jucundissimam illam varietatem silvarum, pratorum, aquarum, arcium, hortorum, fegetum, camporum, vivariorum? Sed quantum hoc terræ spatiosum est ad immensa cæli æquora collatum? Est tamen & hoc cæli gustulus, & ut Boëtius loquitur, pulcherrimi operis pulchra portio; sed nihil hæc ad illam voluptatem, quæ Christum DEVM humani schemate velatum, quæ beatissimam Christi Matrem dabit spectandam. Job velut eminus hæc conspiciens: *Scio, inquit, quòd Redemptor meus vivit, & in carne meâ videbo DEVM meum. Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspiciantur, & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo.* Et hinc tam patiens, tam animosus, tam hilari excellèntique animo fuit inter vermes, & in simo tanquam in thalamo ludibundus cecinit. Jobum oculi solabantur DEVM visuri.

Boët. lib. 2. de consol. Phil. soph. libro 4. prosâ 5.

C Sed hic ultra progredi verborum verat inopia, quæ nobis sæpius intercludet dicendi viam. Verum hoc agamus: Fingat quisque sibi & pro arbitrio imaginetur quàm potest maximam oculorum voluptatem, quidquid unquam per omnem vitam amœni vidit & pulchri, in unam velut massam colliquet, & visus voluptates in cælo infinitis partibus majores deprehendet. Quisquis sub ærumnarum mole jam fatiscis, *Tunc videbis & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum.* Illuc animos erigite, quos jam ærumnæ depriment: *Videbitis, & Idem c. 56. gaudebit cor vestrum.* Non sic alta cæli voluptas, satis hæc satis, abundè satis labores nostros pensaret. Et nos tam lenti ac somnolenti, velût ad paupertinam cœnulam vocati, testudine gradu non imus sed repimus, & sæpe torpore victi sublimitis in viâ. Quin Hebræorum voces nos impellant: *Ascendamus & possideamus terram, quoniam poterimus obtinere eam.*

Job cap. 19. vers. 25. & sequ.

Isa. cap. 60. vers. 5.

D Duo germani fratres, quod Rufinus Aquilejensis memorat, Abbas Pæmen, & Abbas Anub eremum habitârunt. Ad hos mater, visura filios venit. Sed repulsa aliquoties, & nec ad conspectum quidem admissa est. Illa non imprudenter in viâ statuit operiri filios dum ad templum progredierentur. Neque dubitavit pium hunc actum oprimè cessurum. At illi quamprimum feminam viderunt, mox celeri fugâ in suas sese latebras receperunt, obsecrâti januâ. At anus opûima repulsæ impatiens

Idem c. 13. vers. 31.

Rufinus lib. 3. n. 154. Pelagius lib. 2. c. 4. n. 33.

patiens plorabat ad januam. Huc progressus Pæmen : Quem hîc, inquit clariorem edis mulier ? desine molesta esse. Illa, filii voce agnita, jam contentius vociferari cœpit : An non ego vestra sum mater : filios meos videre cupio. Sed num, ait Pæmen, in hoc vel Orbe altero videre nos cupis ? In isto, ait mater. Cui demum Pæmen filius : si jam contineas te, & hanc oculorum appetentiam refrenes, loco meliorem nos indubiè videbis. Persuasa demum his filii promissis mater : si ait, in cælo vos visura sum, patior hanc oculis meis injuriam fieri, & filiorum conspectum negari. Ita filius non visis abiit.

August. in Psal. 118.

Hic ego animi Puritatem monstror. Beati Augustini monitum est : *Vix esse beatus ? esto immaculatus. Illud enim omnes, hoc pauci volunt, sine quo non pervenitur ad illud quod omnes volunt.* Quanta sunt quæ per oculos velut ostiola duo, subeunt cor, illudque turbant, inquinant, depravant, jugulant ? Hic omnibus & singulis illud certissimè promitti potest, si DEI causâ vos continere, vestrisque oculis, quod noxium, subducere non cunctemini, voluptatem in cælo millecuplo majorem obrinebitis. Hanc igitur oculorum noctem longè utilissimam, non inviti admittite; sequetur æterna dies.

Chrysost. tom. 4. in ep. ad Heb. cap. 4.

Chrysolomus loquente digito ad cælum oculos nostros erigens : *Suspiciamus, inquit, in cælum, quando nulla se interponit nubes, & clara est omnis ejus corona : deinde ad pulchritudinem aspectus ejus considerandum aliquantulum temporis perdurantes, intelligamus quoniam & solum habebimus, non quidem tale, quale nunc est, sed tantò melius effectum, quando luteis rictis aureum est melius.*

Quidquid in hoc Orbe pulchri est, vilis umbra & nox est. merissima ad illas oculorum voluptates perpetuas. Ah, cælum, quæso, suspicite : Hæc est illa Sion formosa, hæc illa Hierusalem beata, centenniali non bello, sed martyrio dignissima. Videbitis, & gaudebit cor vestrum.

C A P U T II.

Secundum in cælo gaudium, Voluptas lingue & gustatus.

Hebræorū felicitas,

Et infelicitas quibus in rebus consistebat.

OMnis olim Hebræorum felicitas rebus caducis stabat: fertiles agri, fecundæ vineæ; penora, cælar, promptuaria, horrea plena, proles copiosa, quies ab hoste secura, cælum erat Judæorum. Eorundem contra infelicitas omnis à fluxu itidem rebus aestimabatur, agri steriles, infecundæ vineæ, malignæ segetes, caritas annonæ, publica fames, morborum sævities, bellorum turbæ, suprema Judeis maledictio censebatur. DEVS nimirum suorum sese ingenii attempèravit. Judæi homines crassè, serviles, asperi, rudes, ferrei, rerum cælestium magnam partem ignari, hoc capiebant quod videbant & tangebant. His longè rudiores idololatræ hoc saltem observare, & vel ipsi oculis suis credere poterant, Hebræorum DEVM in suos perquam liberalem esse ac beneficium, ea largissimè præbendo quæ ad vitam sustentandam faciunt.

Christus veniens in mundum dives cæli monstravit.

At ubi Christus æterna DEI sapientia in hunc Orbem demigravit, non uberem terram, sed dives cælum monstravit. Hinc illa in Christi concionibus toties repetita: Simile est regnum cælorum denario, margaritæ, thesauro, nuptiis, cœnæ magnæ, &c. Nunc ergo iterum paulò majora canamus, nec jam ampliùs terræ glebas, sed cæli delicias suspiciamus. Rerum creaturarum nulli mens nostra se affigi patitur: Ad altiora nati sumus, quàm ut amorem perituris rebus impendamus.

Clemens L. 1. Padagog. cap. 12.

Clemens Alexandrinus eruditè nos monet, Ut accincti & expediti, & ad vitæ melioris æternitatem parati simus. Christus nos preparat, unumquemque sui ipsius penum esse docens. Non ab simili sensu Theodoræus: Judæi, ait, humi reprobant, nobis monstratur cælum, ut volemus: Fames, morbi, paupertas, ad hoc

iter alas nobis affigunt, & in altum extollunt: Judæi velut conducticia mancipia laboris mercedem postulârunt, nos ipsum mercedis largitorem poscimus. Inter Christianos voluntaria paupertas honori & lucro est; hac arte thesauros paramus immortales: Fames, sitis, morbus, contemptus, ceteræque miseræ humanæ ad vitam meliorem præludia sunt; jejunia & inedia longè gratiorem faciunt magnam illam beatorum cœnam, de quâ nunc agendum est.

Christiani paupertate voluntariâ thesauros parant immortales.

Dicitur 1. cor. 13.

August. 17. 15. 4. in libro de civitate dei.

1. Cor. 13. 4.

Cur dicitur in psalmo quod paradisi arboribus dicitur volui.

Primum cæli gaudium explicavimus, Voluptatem visûs, sequitur Gustatûs. Hic præmonendi sumus, non meras esse metaphoras, quæ Christus, de cælesti epulo, de Beatorum cibo, de vino novo docuit. Nam & Gustatus verè ac reipsâ suas in cælo delicias invenit, quod hoc capite explicabimus.

S. I.

SI quid est quod humanam mentem non calcifacere solum, sed & accendere possit cæli desiderio, est illud Hebræi Regis jubulum: *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, torrente voluptatis tuæ potabis eos, quoniam apud te est fons vitæ.* De cælo facer Poëta hoc pronuntians: Apud te, inquit, est fons vitæ. Vita hîc ad dimum datur, & quidem parcissimè. Quibusdam anni viginti aut triginta, aliis quadraginta, quinquaginta vel sexaginta, paucis septuaginta aut octoginta conceduntur. Aliis horula una, dies, hebdomas, aut mensis aut annus unus vivendi spatium est; nonnullis quæ horulæ, duæ tresve dieculæ. Mensura vitæ heu quàm modica! Hic non scaturit fons vitæ; rivulus est, & brevî siccandus. Ergo in cælo fons vivendi fluit. Nam Joanne Apocalyptico teste, *agnus deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & præcipitabis illis mortem in sempiternum.* Hæc quam vivimus mortalis vita, illa verè vitalis & immortalis est.

Apost. 1. cor. 7. vers. 17. 1. Jo. cap. 2. vers. 8.

Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ. Voluptas quâ frui nos putamus, vitreis eisquè angustissimis libanda vasculis porrigitur. Hæc sitim non sedant, sed accendunt, & quod pejus, subitò rumpit vasculum, jamque omnis perit voluptas. Sæpe pro unico voluptatulæ linctu centena rependuntur tædia, unicum hilaritatis poculum mille nauseis pensatur; potus ipsè quamvis aliquid suavitatis habeat, turbidus tamen est & infalubris, & panè guttatim tantùm bibitur: In cælo inebriabuntur ab ubertate domus illius & torrente voluptatis potabuntur.

Et videte, obsecro, infinitam DEI beneficentiam: Labores & lacrymas admittitur DEVS, nec mensuram ingerens odiosam: Potestis, inquit, bibere calicem? Quivis hominum suum habet caliculum ad unguem exactissimè mensuratur. Hebræus vates affirmat: *Potum dabis nobis in lacrymis in mensurâ.* At verò cæleste præmium sine mensurâ, infinitum, immensum dabitur. Inebriabuntur ab ubertate beatissimæ domus.

Deus ad mensuram labores & lacrymas.

Ubi bubula vel ovilla caro majoris pretii est, ibi ea familiis ad pondus dividitur, præsertim in religiosis ædibus, in quibus plerunque duæ libræ carniū quinq; pransoribus assignantur. In iis verò regionibus ubi pecoris abundè est, non ad libram carnes examinantur; oculi libripendes sunt, qui mensuræ res suas lautissimè præbent. Suis alumnis Mundus laboris centum pondium obtrudit, mercedis vix paucas reddit uncias, subinde vix drachmam, octavam partem unciæ. More prorsus contrario DEVS, laborem ad mensuram, laboris præmium dat immensum. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.

Et dar præmium immensum.

Inter Israëlites leges & hæc erat: *Fasciculum hyssopi tingite in sanguine, & aspergite ex eo super liminare.* Eo laborum aut ærumnarum pondere subinde premimur, ut sanguine sudaturi videamur. Sed ð delicati, *Nondum usque ad sanguinem restitistis, vix aspersi aut leviter tincti estis sanguine.* Neque tam rigidus est DEVS, ut purpureum hunc

Exod. c. 12. vers. 22.

1. Reg. 12. 4.

Mai. vers.

Idem vers.

At verò cum suam reddit operi mercedem, abundantissimus remunerator est, Torrente voluptatis amicos potat, Voluptatum plaustra, imò flumina, imò & maria pro guttulis refundit. Inundationem maris quasi lac fugent. Innatabimus profectò voluptatis oceano, idque æternum. Hinc cælum, Voluptatis mare, deliciarum oceanum, beatitudinis abyssum rectissimè appellavero.

Augustinus grande quid dicturus, perinde si verba eluctari non possit inops ab eloquio: *Audeo*, inquit, *dicere, fratres mei, etiam de Sanctorum linguis & cordibus, per quæ veritas nobis est annuntiata, nec dici potest, quod annuntiabant, nec cogitari. Res magna est & ineffabilis, & ipsi videbant ex parte, in enigmate. Plura viderunt quam dicere poterunt. Audivit Paulus arcana verba, quæ non licet homini loqui.* Licuisset forsân, si potuisset effari, quæ vidisset.

§. II.

Divinus spiritus non sine causâ per partes & accuratè scribi voluit convivium Regis Assueri, convivium sanè magnificentissimum. Assuerus centum & viginti septem Provinciarum Dominus tertio Imperii sui anno, convivium longè nobilissimum struxit, ad quod Persarum & Medorum Principes ac Præsides & Magistratus evocavit, ut nemini non constaret quàm potens rex esset Assuerus. Convivii tempus centum octoginta dies, dimidius annus. Res ab Orbe inaudita. Post regale ac prolixum hoc epulum, omnes omnino incolas Susan regis civitatis, maximos, minimos natu ad alterum ab illo convivium vocavit, nemine penitus excludo. Amœnissimum convivii locus in paradysum formatus regio cultu nitebat. Ex omni parte tentoria pendebant aerei coloris columnis marmoreis fulta, bysinnis ac purpureis funibus sustentata: Sub his lectuli argentei & aurei, pavimentum Pario & Smaragdino lapide constratum erat. Cibi exquisitissimi aliis atque aliis variis inferebantur: vinum magnificentiâ regis dignum, abundans, & præcipuum aureis fundebatur poculis. Hic cuius liberrimum edere, bibere, quantum saperet. Ab his ad paulò altiora ratiocinemur.

Si **D**EVUS cum nostrum aliquo sic pactus fuisset: Annis triginta mihi fideliter servi, pro his ego tibi non septem dierum, non anni dimidii, sed mille annorum convivium dabo; nec deerit quidquid apparatus, ferculorum, potus, musicæ, quidquid voluptatis omnigenæ ad regium convivium spectaverit: Si hoc, inquam, solum promississet, an non dignissimum huic tali domino ac promissori quàm accuratissimè servire, nihil laboris in ejus gratiam suscipiendi recusare? Siquidem labor omnium, omnèque servitium illis, mille annorum voluptatibus abundantissimè pensaretur. At videte promissum infinite amplius minimè fallax, promissum certissimum de totius æternitatis immensâ voluptate. Et nos velut somniantes agimus lentissimè, & plerumque inter postremas curas numeramus cælum. Infania nimis cæca, & cæcitas insanissima, hæc perfunctoriè cogitare, divinis promissis minùs fidere, præsentia non spernere, futura oscitanter appetere.

Prò superi, quantum mortalia pectora cæca Noctis habent!

Quid enim Assueri Regis epulum, ad septenos dies, ad dimidium annum, ad annos mille productum, cum totius æternitatis voluptatibus collatum? Hilare momentum, umbræ merissimæ. Ad astra digitum intendit

Mat. c. 22. vers. 4.

Idem c. 26. vers. 29.

Christus, & eò nos invitans: *Ecce, ait, prandium meum paravi, tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata, venite ad nuptias, æternas illas nunquam finiendas.* In supremâ cænâ valedicens suis: *Non bibam amodò, inquit, de hoc gemine vitis, usque in diem illum, cum illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei.* Illic profectò verissimum propinabitur nectâr cælestis Creticum, sine satietate ad omnem satietatem bibendum. Et promissâ consummans

A Dominus: Ego, inquit, *dispono vobis, ut edatis & bibatis secundum mensam meam in regno meo. Beatus qui manducabit panem in regno DEI!* Et, *beati servi illi quos invenerit vigilantes, Amen dico vobis, quod præcinget se & faciet illos discumbere, transiens ministrabit illis.* Quos & humanissimè hortabitur ad fruendas delicias his ipsis verbis: *Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimè.*

Luc. cap. 22. vers. 29. Idem c. 14. vers. 15. Idem c. 12. vers. 37. Cant. c. 5. vers. 1.

Dum Marianus & Jacobus Martyres attinerentur in carcere, visus est Jacobo in quiete Agapius Martyr convivio accumbens lautissimo. Dumque eodem Marianus cum socio deduceretur, occurrit illis puer, quem constabat ante triduum cum matre pro Christo jugulatum. Hic corollâ rosâ redimitus, & palmam viridissimam manu præferens: Quò properatis, inquit, viri? Gaudete & exultate, cras enim nobiscum & ipsi cœnabitis. Ita factum; Nam altero die Martyres morte obitâ ad epulum cælesti transierunt.

Suivus 10. 2. in vitâ SS. Mariani & Jacobi.

Non sine arcano sensu toties tamque luculentè cælestis epuli admonemur. Sed nunquid ambrosia illic & nectâr propinabitur? Num edentes & bibentes in cælo spectabimur? Istud jam explicatissimè tradendum.

§. III.

In liquido est, panem, vinum, carnes similesque mensarum delicias in cælo non apponendas: nihilominus suâ Gustatus oblectatione minimè fraudabitur. Docent namque Theologi sensus exteriores omnes, suâ quemque singulari voluptate perfundendos. Et Gustatûs quidem hæc erit. Inherentem **D**EVUS qualiteram, & ut ipsi loquuntur, sapidissimum atque suavissimum humorem, in Gustatûs organo creabit, qui sensum hunc cælesti permulcebit suavitate, ac si regio præfens convivio, cibus vesceretur exquisitissimis, ac delicatissimis. Qui quidem liquor suavissimus linguam, palatum, & omnia Beatorum interiora sic imbuet, ac si ad perpetuum epulum inter voluptates summas accumbentur.

Franciscus Suarez 10. 2. in 3. partem B. Thomæ disput. 47. sect. 6.

Neque hîc quidquam est minus decori, quod felicissimo Beatorum statui non conveniat. Christus à morte redivivus, cibum non tantum gustavit, sed verè sumpsit & comedit, cibusque saporem percepit. Deinde omnes damnatorum hominum sensus exteriores cruciantur, gustatus singulariter fame sitique torquebitur: omnes igitur & Beatorum exteriores sensus suis singulari voluptatibus demulcebuntur. Addo: Gustatus in hac vitâ plurimum fert supplicii à jejuniis, abstinentiâ, sui que odio, imò nulla hominis pugna crebrior, quàm cum hac sui parte: bis quotidie luctandum est, ne nimium cibi os rapiat ad ingerendum. Quando igitur assidua & quotidiana hîc pugna est, nobilior destinata victoriæ corona est. Singularem gustus voluptatem percipiet in cælo, quisquis hîc sui victor severiore gulam imperio potuit coercere. Ille sui potens, sui que dominus est, qui edendo ac bibendo limites non excedere, appetentiam frangere, & jam parte cœnæ, jam omni cœnâ genium dididit fraudare. Huic cæli Falernum, huic panis Dominicus Beatorum sapiet. Eder ac bibet super mensam Domini sui. O millies beatum, qui manducabit panem in regno DEI!

Sine materialitatem, ut in Scholis loquimur, alteratione.

Qui gustâ coercet voluptatē gustus in cælo percipiet.

Ut hanc gustatûs singularissimam voluptatem quodammodo prælibemus, fingat quisque sibi quas potest summas ferculorum delicias, quidquid unquam amicitatis hausit: quidquid autem ejuscemodi oblectationis hinxerit, id cælestis mensa exhibebit, ah longè aurius, longèque suavius, non mille solum annis, sed quàm potest æternitate totâ fruendum. Si Manna ferculum cælo restitit dejectum, tam admiranda fuit virtutis, ut quidquid quis delicatè edulii appetisset, in hoc uno ferculo repererit, quid de ambrosiâ & de delitiis cælestibus dicendum? Sapiencia testatur: *Angelorum estâ nutriti populum tuum, & paratum panem de calo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suavitate.*

Luc. cap. 14. vers. 15.

Cælestis mensa majores gustus delicias exhibitionis exhibebit quam potest æternitate totâ fruendum.

Sap. cap. 16. vers. 20.

rem. Itane DEVS rebelles tam laute pascit? quibus ergo cupediis amicos suos, suos filios faginabit? Inebriabuntur ab uberitate domus beatissimæ: Torrente voluptatis suæ potabit eos.

Infantia est nil gulæ negare,

Et famem ad cœnam illam magnam non differre,

Plin. lib. 2. nat. hist. cap. 103.

Deut. 4. 26. vers. 11.

Cum in viâ sumus ad epulum cœlesti.

Quæ igitur nostra nunc infantia est, tantopere in cibum potumque æstare, gulæ nihil negare velle, eruditum ad omnes cupedias palatum non refrenare, temperantiam odisse, jejunia & abstinentiam horrere, inedia omnem fugere? O infanti mortales, nihil deliciarum aut cupidiarum perdimus, etsi delitiis & cupediis omnibus abstineamus. Ea omnia quæ DEI causâ nobis ipsi jam negamus, obstupescendo fenore in cælo recipimus longè meliora. Cur ergo famem ad cœnam illam magnam non differimus: Cur locum placentis in mensâ cœlesti apponendis non servamus? quid cibo potuque nos farcimus? Philippus Macedo à familiari quopiam invitatus, suos moneo: servarent locum placentæ: Ego rectè monuerim: servare locum Neclari & Ambrosiæ: Enimverò quid magni præstaremus, etsi quoridie solo pane & aquâ victitaremus; ad cœnam magnam vocati sumus, ad epulum nunquam desituro, ad æternum non Assueri, sed summi regis convivium. Torrente voluptatis potabimur.

Olim petreæ aquas, mella montes ad satietatem dederunt, alia & meliora dabit cælum ad usque felicitatis ebrietatem. Sint admiranda flumina, quæ aurum vehant, quæ oblivionem inducant, quæ ingenium acuunt, quæ stupidum reddant, quæ oves albas, nigras, rufas efficiant, quæ faces extinctas accendant, accensas extinguant, quæ cum maris æstu crescant & decrescant, quæ ligna lapidescere faciant: Ubi flumen quod hilaritatem afferat, quod voluptate perfundat, quod cibi potuque delicias vehat?

Quisque nunc suus sit Ecclesiastes, illudque Moysi affigat animo: *Epulaberis in omnibus bonis, quæ Dominus DEVS tuus dederit tibi.* Leve quid tolera vel exiguo tempore: impera gulæ, indomitas cupiditates subtringe, abstinentiam quam potes maximam exerce: In viâ sumus ad epulum cœlesti. Epulabimur in omnibus bonis, quæ Dominus DEVS dederit nobis: Torrente potabimur voluptatis æternæ.

CAPVT III.

Tertium in Cælo gaudium: Voluptas Odoratûs.

Anaxagoras patriæ ac divitiis scientiam prætulit.

Anaxagoras est veteri lyceo Philosophus tam auro quam avorum imaginibus dives fuerat, scientiam tamen pecuniæ, & latifundiis eruditionem longè prætulit: pummis carere maluit, quam libris. Eam ob causam neglectis domi prædiis discendi causâ peregrinatus est. Cùmque interrogaretur, cur rem suam, cur & patriam non curaret? Ille digitum in æthera intendens: Imò verò, inquit, hanc ego patriam quam maximè curo. Cùmque ampliùs rogaretur, cur se natum putaret? U: cælum, inquit, contempler.

Hæc dixerit idololatra, quid nos, obsecro, Christiani tot annorum sacris concionibus eruditi? Quamvis si hoc ipsum interrogemur cur nos esse natos censeamus? Paulò liberalius responsum rectè hoc dabimus. Ut cælum nunc contempler, & eo brevi fruamur. Ad cælum porro studiosius contemplantum, tam exteriorum omnium quam interiorum sensuum vis intendenda est. Notum illud Aristotelis: *Nihil est in intellectu, quod non fuerit in sensu.* Quid in cælo Gaudiorum sensus exteriores sint habituri, differere cœpimus. De Visu ac Gustatu dictum, sequitur Odoratus, cujus voluptates inter beatos jam explicabimus.

S. I.

Lætiensis Abbas Ludovicus Blossius, de cæli amœnitate differens: *Melodia, inquit, sapor, odor sunt in spiritu, c. 14. DEO modo quodam indicibili, superessentiali, verissimo atque perfectissimo. Planè quidquid dulcoris, excellentiæ, amabilitatis & perfectionis in creaturis sparsim ac fuit invenitur, hoc in DEO collectim, simplicissime, & cum infinitâ plenitudine est.*

Blos. mon. & ult. son.

E Theologiæ adyris hoc pronuntiatum est: Nam ex illo divinitatis mari torrens voluptatis in os, oculos, aures, ceterosque Beatorum sensus influit. Et hanc ab odore præstantissimo decerptam voluptatem præfici Patres & Theologi Beatis assignant. Franciscus Suarez: *Suar. in 3. Ipsi etiam Beatorum corpora, inquit, imò & locus ipse suavisissimum odorem spargent.* Hæc perfectio illum Beatorum statum maximè decet. Nam contra damnatorum corpora erunt foetidissima; quemadmodum & diabolorum, cùm hospitium deserunt, usitatissima symbola est, odorem horribilis foetor. At verò Beatorum corpora omniâque

Suar. in 3. part. D. The. disput. 47. sect. 6.

Beati suavisissimum odorem spargent,

corporum viscera non aère aut malignis humoribus, sed optimis ac odoriferis qualitatibus erunt plena, ex hoc enim ad laudes Numinis & amorem suaviùs provocabuntur. Atque hoc Beatitudinis congruum erit auctarium. Christus certè jam redivivus à Cruce, odores haustrit: nam hoc objectum, ut Theologi loquuntur, corpori glorioso proportionatum est, & mutare potest olfactum, sine alteratione materiali. Assertionis nostræ erit fundum habemus; rem explicamus.

Quia hoc Beatitudinis congruum auctarium erit;

Plutarcho teste, Alexandri è Macedoniâ Regis non solum os, sed & totum corpus gratissimum odorem spiravit. Hinc & sudor ejus fragrans ac medicus fuit. Miram hanc fragrantiam interiores ejus tunicæ quoque retinuerunt. In causâ forsitan fervidum & igneum regis temperamentum fuit. Nam calidas regiones aromatum & odoriferæ mercis feraces esse novimus. Ergone mortales tam suaviter oleant in hoc carcere, & beatis cœlitibus in paradiso hæc odoris amœnitas desit? Miramus Alexandrum. De plurimis Divorum constat, eorum corpora aut mox à morte, aut quod mirius, post aliquot annorum spatia, referatis tumulis, cinnamomum & balsamum oboluisse. Eorum hinc catalogum texere non est animi: in specimen sint hæc pauca.

Quod constat de plurimis corporibus Sanctorum balsamum fragrantibus:

Beati Hilarionis corpus, Hieronymo teste, post decimum à sepulturâ mensem incorruptum profusus ac tabis expers, vivòque simillimum, eo insuper odore imbustum fuit, tamquam id ars pollinctoria balsamo recens condidisset. De beato illo mendico servulo Gregorius Magnus hoc omnino testimonium fert: Sancta illa animâ exeunte, tanta illic fragrantia odoris aspersa est, ut omnes qui aderant, inestimabili suavitate repleterentur. Amita Gregorii Tarilla, jejuniis & precibus ad sublimem sanctitatis fastigium pervenit. Hæc funeri vicina, compluribus fatalem leetulum stipantibus, subito: Recedite, ajebat, recedite, Jesus venit. Nec ab hoc adventore oculos deinde vel minimum deflexit, & in hunc obturum fixissima migravit è vitâ. Beatum hanc mortem, Gregorio teste, locus subito fragrans, tam nobili ac exotico thure redoluit, ut hæc odoris suavitas, auctorem suavitatis eò venisse ostenderet.

B. Hilarionis: Hieron. in ejus vitâ. Cujusdam mendici: Gregor. 1. 4. dialog. 1. 14. & cap. 16. Tarilla;

Beatus Hieronymus, cùm jam fato concessisset, corpore exanime splendorem insolitum præ se ferens, odorem suavisissimum halabat. Beata Ediltrudis regii sanguinis virgo, cùm ab obitu sedecim annis sepulchrum mortua habitasset, eo demum aperto spiranti similis reperta est. Inusitatum vitæ colorem in vultu, odor suavisissimus mirificè commendavit. Simeon Stylites, quod perditus & pernox stare, vermibus scaterere vivus cœperat, mortuus officinam aromaticam representabat. Turonensis Præsul Martinus, oculis à morte jam clausis, ita radiabat vultu, fragrabat corpore, ut ad immortalitatem transisse cuius facilè fidem faceret. Mercurius Martyr Cæsareæ capite plexus splendorem & odorem post mortem

B. Hieronymi. B. Ediltrudis. Beda lib. 4. hist. Anglie. cap. 19. Simeonis Stylitis. Turonensis Præsul. Sulpicius in ejus vitâ.

Realios

Cæsar 1. cap. 109. anno 17.

16. 1. 6. 1.

20. 1. 8.

Theos n. quas i. rothi. tiera. cepit.

16. 1. 27.

16. 1. 16.

et aliorum. mortem sparſit. Idem de compluribus diviſ aliis, Thomã Aquinate, Franciſco de Paulã, Bennone Miſnenſi Pontifice, Philippo Nerio, &c. Res geſtã illorum aſſerunt. Imò & vivi etiamnum, è ſqualidiſſimo carcere producti Martyres cum nonnumquam odorem ſparſerunt, ut idololatriã unguentis delibutos crederent.

Cæſar Ba-
ron tom. 2.
anno 179.

Iſa. c. 35.
v. 1.

Euſeb. Eccl.
hiſt. l. 8. c. 6.

Theophi-
lus roſas,
quas à Do-
rotheã pe-
ticit, re-
cepit.

Gm. c. 27.
v. 27.

Heb. c. 10.
v. 36.

§. II.

Quid ergo futurum cenſebimus in regione vivo- rum, ſi talia ſiant in terrã mortuorum? Num aromatum & unguentorum odor deſcit in cæleſti viridario, & abundabit in hoc abſinthii deſerto? Eccleſia deſtandã Paſchalis lætitiã canit: Sancti tui domine flore- bunt ſicut lilium Alleluia, & ſicut odor balfami erunt ante te Alleluia. Tunc reverã, quod Iſaias vaticinatur: *Exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium.*

Anno à naſcente Domino trecentiſimo ſecundo, Dorothea virgo Chriſtianiſ ſacris eximie imbuta, cum tormenta varia virili conſtantiã ſuperãſſet, quod Euſe- bius commemorat, denique ad gladium damnata eſt. Illa feralẽ ſententiã ore residentiſ admittens: Nunc, inquit, in viã ſum ad ſponſi mei paradifiſum. Audiit hæc Theophiliſ vir eruditus, ſed idololatra, qui Virginis di- etum irridens: Quæſo te, inquit, õ bona Virgo, cum ad ſponſi paradifiſum veneris, inde mihi aliquot roſas ſub- mitte. Cui prompẽ Dorothea: Accipies, inquit, quos peris flores: Tu modò agnoſce Chriſtum Orbis Serva- torem. Ita ducta eſt, & capite plexa.

Mox puer ex aſtris ipſiſ formoſior aſtris,

Theophilo ſe ſtitit, & odoriferas roſas, quas petierat, unã cum formoſiſſimis pomis à Dorotheã miſſas obtu- lit. Theophilus ad verna hæc dona attonitus vix ocu- lis ſuis fidem habuit. Quid faceret? Rem è joco natam vidit, & undique conviẽtum ſe ſenſit. Ita Chriſtum cæleſtis paradifiſ Dominum liberrimẽ profeſſus, Sa- pritio Præſidi ſititur. Theophilus blanditiis & minis variẽ exagitatus, equuleo tortus, demum caput por- rigere juſtus ſecuri feriendum, omnia conſtantiſſimẽ pertulit:

*Lãm, Deo fruitur. Quid poſthac Numen avarum
Dicimus? En etiam vendidit aſtra joco.*

Cælum paradifiſ eſt inexpugnabilis; in cælo ver æter- num, quod nulla unquam fugabit hiems. Odorum amœnitas in cælo, cinnamonum & crocum omniãque aromata, balfamum & nardum, omniãque unguenta, lilia & roſas, omneſque horum delicias, omniãque florum oblectamenta longẽ ſuperat.

Iſaacus jam grandævus & nocte oculorum preſſus, cum veſtes Eſau, quas Jacob matris hortatu induerat, odoratu, tactuque explorãſſet, ſtatim, quod ſacer codex loquitur, *ut ſenſit veſtimentorum illiſ fragrantiam, benedi- cens illi, ait: Ecce odor ſiliũ mei, ſicut odor agri pleni cui benedi- xit Dominus.* Optimus agrorum odor, cum frumentum flores induit, formoſiſſima eſt arborum amœnitas, cum floribus triumphant. Ego digitum intendo ætheri, & cum Patriarchã clamo: Ecce odor filiorum DEI, ſicut odor Paradifiſ, cui benedixit Dominus.

§. III.

IN Orbe hoc noſtro varius nos fator cruciat; ſæpe quo non putamus loco mephitis ſpirat; è ſtabulis, hãris, cloacis multiplex narium crux emergit; hircorum & porcorum vicinia ſæpe infeſtant: accedit ſuperbiã fator, avaritiã ſordes, luxuriã canum omnibus cloacis graveolentius. Hæc ſunt quæ teterrimas exhãlant au- ras. Hic igitur patientiam monſtro ſeãctandã, dum veros paradifiſ odores hauriamus. *Patientia nobiſ nece- ſaria eſt, ut voluntatem DEI facientes, reportemus promiſ- ſam.*

Tom. I.

A ſonem. Ad patientiam vel hiſ etiam exempliſ anima- bimur.

Superiori ævo Matrõna fuit Catholica, cui Cathari- nã nomen, quã vitã Religioni impendit. Huic cum mors ſua monſtraretur, duo ſcilicet ingentia ſaxa qui- bus elidenda erat anima. Hiſ illa viſiſ in generoſiſſi- mam vocem erumpens: Quã hæc, ajebat, non longa ſunt ſaxa, tam brevis eſt ad cælum via. Poſt horas pau- culas, juvantẽ DEO, ſuprà ero, ſolem ac ſtellas pedibus calcaturã. Quidquid mihi reliquum fuiſſet vitã, nec quidem horula, nec punctulum fuiſſet ad immenſam æternitatem. Cur ergo & pati, & mori recuſemur? Di- xit, conſtanter paſſa, ſanctẽ ac feliciter mortua: jamque, quod de Theophilo diximus, DEO fruitur, & Paradi- ſum habitat immortalis.

In Angliã.
Exempla
ad patientiam
abimantia.

Vincentius ſupra omnium pænẽ martyrum ſuppli- cia inauditã Daciani carnificinã tolerans, cum in caſtã pendet, undique lacerato corpore, per ludi- brium à Daciano interrogatus eſt: Qui haberet, & ubi eſſe ſibi videretur? Cui Vincentiſ: In alto ſum, inquit, unde te deſpiciam. Minitanti acerbiora, dixit: Hoc cu- pio, quò altiùs evehar in cælo. Cumque ardentẽ faces, ferrei peẽtines, ungule candentes, forcipes admove- rentur: Sciatis, inquit Vincentiſ, acerbiffimũ hunc luſum Chriſtianiſ non ingratum eſſe, ob inexplicabilia cæli gaudia. Eandem vocem uſurpans Mennas Ægy- ptiſ Martyr: Secate, inquit, urite, lacerate: Mennã à Chriſto non avertetis. Tormenta omnia cæli gaudiſ in- feriora ſunt.

Anno à Virginis partu trecentiſimo quadrageli- mo quarto, ſub Perfarum Rege Sabotio Jonas & Barachi- ſiſ fortiffimi Martyres infanda paſſi ſunt. Jonas acer- rimẽ flagellatus ſpinis, & pede tractus uno ad glaciẽ hiemẽ perfrigidã, ſic pernoctavit ſub diõ. Mañẽ per lu- dibrium interrogatus qui dormiſſet, animoſẽ reſpõdit: Nunquam omni vitã meliùs. Qui fegetem amat, fru- mentum ſerit, & labores ſuos pluviiſ, nivibuſ, ventis, omnibuſ cæli injuriis exponit; atque hæc omnia ſpẽ meſſiſ. Nos jam ſeminamus, ut Beatitudiniſ æternã fegetem paremus. Chriſtiani athletã dicta irriſuſ ex- cepit, & tormentum multò acerbiffimũ; nam om- neſ ejus digiti ſunt præciſi, quos in terrã ſpargentes: Di- gitos tuos, inquit, jam ſeminamus, tu expecta ſis dum eos denuò meras: At ille animi erẽctus: Aderit dies, inquit, cum illoſ non ſine amplo fenore recipiam. Demum pice liquatã merſuſ, omniãque illiſ oſſa in- ter cochleã contruſa ſunt. Ita ſinit, & ad paradifiſum tranſiit.

Barachiſto herois iſtiſ ſocio, candentes globi ſub axillas admoti, ſuſile plumbum naribuſ & palpebris, liquata pix ori inſuſa, totum corpus ſpinis concuſum, omnia demum oſſa contracta ſunt cochleã. Sub hæc tormenta Martyriſ voces fuerunt: Ingenioſa eſſe ſolet crudelitas in ſupplicia; ſcitiſ plura? tentate plura; cæ- lorum regnum hiſ omnibuſ digniſſimum eſt.

O verẽ digniſſimum! Idcirco cum Auguſtino vociferamur: *Domine hic ure, hic ſeca, hic lacera, modò in æternum parcas:* omnium in nos odium deſpumer, ab omnibuſ excluſiſſimi ſumus, modò tua nos domus reci- pias. In exilio eſſe miſerum nil eſt inſoliti. Nos exules ſumus, nec eſſe miſeri detreãtamus, modò nos patriã, modò paradifiſ non excludat.

Præceptum eſt olim Iſraëlis populo: *Sex diebuſ colli- gite: in die autem ſep̄timo Sabbathum eſt Domini: idcirco non invenietur.* Nunclaborandi & colligendi tempus eſt; brevi dieſ æternitatiſ illuceſcet, æterno perfruemur Sabbatho.

Exod. c. 16.
v. 26.

CAPVT IV.

Quartum in cælo Gaudium, Voluptas Tactûs.

CVm ab Alarico Gothorum rege vastaretur urbs Roma, Hipponensis Pontifex Augustinus occasionem ac causam sumpsit scribendi illud, quod ipsemet opus grande vocat: Ita libros viginti duos de Civitate DEI conscripsit.

Annæus Seneca jam senex ad Gallionē fratrem de beatâ vitâ librum edidit, ubi monita & sensus aurei, profusus digni, quos Christiana volumina velut sui partem agnoscant & venerentur. Nec alibi dissimilis sibi Annæus; cuius verba hæc sunt: Beata vita bonum in se perfectum habet, inexuperabile: quod si est, perfectè beata est. Numquid dubitas, quin beata vita summum bonum sit? Ergo si summum bonum habet, summè beata est. Quemadmodum summum adjectionem non recipit, ita nec beata quidem vita, quæ sine summo bono non est.

E Theologiæ meditullio istud pronuntiatum est; nam Theologorum Antistes Thomas ab Aquino, hoc beatitudini proprium censet, adjectionem non posse recipere: cum vita beata perfectè beata sit, nec ullo modo majus præmium possit Beatis dari, quàm DEVS ipse, & jugis aspectus DEI.

Exortus sumus de hac beatitudinis perfectione loqui: De Visûs, Gustatûs, & Odoratûs exteriori sensu diximus, proximum est de Tactu jam differere.

§. I.

QVemadmodum apud inferos inter exteriorum sensuum tormenta summum est, Ignis æternus, qui Tactum cruciat infandis modis: Ita in cælo non minima Voluptas percipitur Tactu. Theologorum calculi hæc conveniunt, usum Tactûs etiam in cælitum domo futurum; cum Christus à suo funere redivivus de se dixerit. *Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.* Neque hic sordium quidquam aut impuri miscebatur: Maxima Tactûs voluptas erit, sed purissima. Ita nos Servator docuit: *In Resurrectione neque nubent, neque imbutur, sed sunt sicut Angeli Dei in cælo.* Ita & iste Tangendi sensus suis fruatur delictis.

Inter has sanitatem perfectissimam numeramus, quæ omni mortis morbiq; metu sit libera. Istud arcani explicatissimè demonstrans Paulus, *Seminatur, inquit, in corruptione, surget in incorruptione, seminatur in ignobilitate, surget in gloria; seminatur in infirmitate, surget in virtute: Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale.* Porro illud appellat Paulus corpus spirituale, non quod ossibus & carne careat, sed quod spiritui tam exactè sit subiectum, ut ubicunq; voluerit esse spiritus, eò citra omnem laborem celerrimè ac pænè momento moveatur & corpus; seu sursum, sive deorsum sit eundem. Huic tali corpori nullâ montium moles obstabit, vel mille ferreos parietes velocissimè transire poterit sine ullo penitus obstaculo. Corpora nostra etiamnum morti obnoxia innato deprimentur pondere. Hinc quando molliendus ascensus, multum laborant, lassantur, sudant: At corpori beato huc illuc, deorsum sursum ferri longè facillimum erit; instar sagittæ, quò volet, suavissimè pervolabit. Non hic equis, non quadrigis, nec alis opus. Cogitemus, obsecro, & velut in rem præsentem veniamus: Si quis nostrum hoc rerum statum, decimâ horulæ parte ad solem subvolare possit, quantum inde voluptatis hauriret? Anaxagoras certè hoc experiri unicè, soli proximus stare, eumque contingere, etiam si mox moriendum foret. Atqui revera, hoc omnium Beatorum corporibus proprium erit, quocunq; lubuerit volatu admirabili, suavissimo perferri. Sed de hoc amplius infra.

Sense, ep. 83. mod.

In cælo maxima voluptas percipitur tactu Luc. c. 24. v. 39.

Matt. c. 22. v. 30.

1. Cor. 15. v. 42. & seqq.

Quod corpus spirituale Paulus intelligit.

A Tangendi sensus, dum hic agimus, præ sensibus ceteris sua habet supplicia. Fames, sitis, gelu, ætus, verbera, plagæ, vulnèra, dolores, morbi, similesque miseriæ omnes tangendi sensum exercent & cruciant; quæ si patientiùs tolerantur, tantò copiosius ab iis omnibus jam liber gaudebit.

Quantum pecuniæ opulentus quispiam impenderet, si liceret per omnem vitam à dolore dentium, oculorum, capitis, stomachi, à pleuritide, calculo, podagrâ, ceterisque ejuscemodi malis immunem agere. In cælo erimus, non à morte solum, sed ab omni doloris aut morbi umbrâ immunes. *Mors ultra à non erit, neque luctus, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt.*

Quòd si quas alias Tactûs voluptates hic percipiamus, DEVS utique longè nobiliores hoc ipso in genere suis præstabit. Quis enim insanus adeo ut somniet pecora pastui nata plus haurire voluptatis, quàm homines DEO amicissimi sint percipuri? caducas voluptates æternæ tanto superant discrimine ac intervallo, quantum est inter corpus & animum, naturam & gratiam, bestiam & Archangelum, tempus & æternitatem, rem conditam & conditorem.

§. II.

Gregorius Magnus Isaacum hominem tectæ virtutis laudat, quòd triduo inter preces Spoleti in æde sacrâ pernoctasset, & patientissimè tulisset, cum eum æditimus tam insolitæ pietatis impatiens colaphis cæsum eiecisset. Hic ipse Isaac urbis fugitans solitudinem habitavit vaticiniis & miraculis clarus. Nec defuerant, qui viri exemplo ducti æternæ vitæ desiderio inflammabantur. Illud tamen labeculæ viro integerrimo inharere videbatur: subinde insolenter lætus fuerat. Ejus rei causam indagemus: Gregorius hanc assignat: Plerumque contingit, ut quibus majora bona DEVS præstat, iis minora quadam non tribuat, ut hi tales se ipsos semper accipient & reprehendant, dum esse perfecti cupiunt & nequeunt. Deinde vult DEVS, ut hec ubi tam crebra lucta est & pugna, frequentior quæ sit victoria, & inde amplius vincantis premium. Tertiò, ne talibus unquam desit submittendi sese occasio, dum expendunt vanos ac irritos esse conatus hominum sine presentissimâ ope divinâ. Putant humanorum litterarum scholasticæ, vel versus scribere, & carmina pangere; quamvis magister thema subjiciat, verba suggerat, malè rotundatos versus corrigat. O boni, quantilla hæc discipulorum pars est: quid hi suum dicent? Vos scilicet & Virgilius carmina venusta scribitis. Tales sunt omnes labores nostri: minima pars illorum nostra. DEVS est, qui operatur in nobis & velle, & perficere. Absque DEO non tantum non perficere quidquam, sed nec velle possumus. Quarta denique tam insolescentis lætitiæ causa erat in Isaaco, voluptatis æternæ premeditatio. Fieri non potest ut mens sincerâ cælum cogitatione percurrat, & non plurimum hilarescat. Illas cæli delicias velut contingere ac preguftare occulti, sed magni gaudii est, quod eò excrefcit subinde, ut in totum hominem sese diffundat.

Hebræus Rex David, varias calamitates lamentatus: *Miserere mei Domine, ait: quoniam tribulator, quoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemibus: Oblivioni datus sum tanquam mortuus à corde: Factus sum tanquam vis perditam.* Subitò velut resumptis viribus respirans: *Ego ibidem autem in te speravi, Domine: Illustra faciem tuam super servum tuum: Domine non confundar, quoniam invocavi te; Quam magna multitudo dulcedinis tue quam abscondisti timentibus te.* Tua domus, ô Domine, amœnitatibus undequaque offertissima est; cælum omne mellem & saccharum est, quâcunq; gustetur parte, suavissimum est.

Sed

Apoc. c. 17. v. 4.

Cur Deus in viris integerrimis præstat, iis minora quadam non tribuat, ut hi tales aliquid labeculæ imperfici cupiunt & nequeunt. Deinde vult DEVS, ut hec ubi tam crebra lucta est & pugna, frequentior quæ sit victoria, & inde amplius vincantis premium.

Philipp. c. 1. v. 13.

Pf. 10. v. 10. 11. 13. 14.

Ibid. v. 17. & seqq.

O gr in bi a

Duc eam de ti 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25.

Sed manna hoc absconditum non sapit, nisi seriò indagantibus. Plurima hîc latet dulcedo; sed abscondisti eam, ò Deus, timentibus te. Non exhilarant mentem cæli gaudia, nisi attentè cogitata.

Dictum è Rhetorum scholis depromptum est: Omnis similitudo claudicat: Rem exemplo môstramus. Inferorum ignis quo tactus præcipuè torquetur, si succenso clibano, si fornaci calcaria, si officinæ vitriaria, si bullienti salis mari, si æne saxa & ignes jaculanti confectur, similitudo erit qualiscunq; sed hem quàm claudicans! Siquidem noster ignis ad Avernalem illum pictus est ignis. Deinde quamvis sal coqui cœptum, dies noctesque in extensissimâ farragine ferveat, subinde tamen ferias agit hic focus; inferorû supplicia toris sæculis nec momento interquiescunt. Ita similitudo multum claudicat. Idem pænè ad rem propositam asserendum: Omnis tangendi usus in hoc Orbe claudicat. Non rarò agroti ajunt nescire se quâ præcipuè parte dolor se viat, cum se viat ubique, omnia esse læsa, malè affecta omnia; quaquâ tangis, offendis. Deinde, non solum fragile est quidquid hic tangi potest, sed & fallaciosum est: nam plerumque acum aut hamum abditum regit, qui tangentem invadit. Ita Tactus errore creberimo fallitur, amicum existimans quod hostile demum experitur. Exempligratiâ: Dentes pruriunt & salivâ natant, manûsque velut tardas increpant, cùm aut cerasâ duracina, aut fucus mollissimas, aut optimas placentas, aut dulcianas nebulas appetunt: sed latet sub his scorpionis aculeus, suum dentes hostem sentient. Nam hæc fixa & dulcia licet mollia plurimum obesse solent dentibus. Sic Tactus non sine damno ubique pænè decipitur, & læditur.

Omni tâgendi usus in hoc orbe claudicat,

Non autem in cælo,

Longè aliud in cælo erit: Quidquid illic tangi poterit, gratissimam ad Tactum proportionem exhibebit. Totum cujuscunq; beati corpus, simmetriâ decentissimâ, temperie nobilissimâ, sanitate perfectissimâ gaudebit. Erit in eo temperamenti præstantissimi sensus intus. Nam Beati suavissimè sentient quàm ex toto valentes & sani sint, ab invaletudine omni securissimi æternum.

§. III.

AD bellum miserat heroïs Spartana filiû, sed claudicantem: cùmque eum ad aliquantulum viæ deduceret, acriter hortata: Fili, ait, singulis gradibus fac virtutis memineris. Non enim militiam proficisceris ut fugias, sed ut collato pede stes: Aut vincendum igitur, aut moriendum.

O Christiani, ad omnem tangendi usum, memento te Christianæ virtutis, memento cæli. Cùm aliquid in corpore urit, dolet, pungit, cruciatu est, memento te Beatitudinis, ubi nihil amplius pungit, dolebit, urer, cruciabit, ubi molestiæ nihil esse poterit. Nunc in prælio sumus, non ut fugiamus, sed ut stemus. Aut vincendum, aut moriendum.

Itud tunc maximè versandum animo, cùm cacodæmon Tactum pellicit ad pomum vetitum tangendum. Quocumque igitur veterator Stygius suadet & invitat, ut tangamus quod illicitum, inhonestum, prohibitum, hoc illi & nobis occinamus: Aut vincendum, aut moriendum. Rem vetitam tangere, mortis est; pruriem tactum coërcere, victoriæ est. Aut ergo morere, aut vince.

Hic animi puritatem instillo: Si purus sit animus, facile continebit manum ne limites transiliat, & tangat non tangenda Huic rei altius & tenaciùs capiendæ, duo hæc documenta suggero.

1. Botros immaturos ne carpe. 2. Manum petulantem in sinum mitte. Botros, inquam, ne carpe immaturos. Inter Israëlitis plebem proverbium olim jactabatur: Patres comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt.

Duo documenta ne tangatur non tangenda. 1. Botros immaturos ne carpe. Hier. 6. 31. v. 29.

A Gregorio uvæ acerbæ, voluptates sunt hujus vitæ. Nam quisquis, ait, præsentis vitæ delectationibus satiari desiderat, fructus ante tempus comedere festinat. Eam ob causam Philo disertissimus oblectamenta vetita, surta delectationum vitæ futuræ nominat.

Vitæ acerbæ sunt voluptates hujus vitæ.

Cùm ergo præfens oculos voluptas allicit, blanditur, trahit, suadetque: tange, carpe, frueri: Cùm cibus quia vetitus, non comedendus; cùm potus quia nimius, non admittendus; cùm pecunia quia aliena, non attrahenda; cùm femina non aspicienda, multò minùs tangenda, cùm aliud quippiam nociturum oculis ac manibus se offert, uvam immaturam cogita, & cave tangas. Hic aut vincendum, aut moriendum. Amore beatitudinis differ obsecro hanc Tactus voluptatem, in beatitudinis domum. Illic licebit botros maturos capere. Omnis voluptas amore Numinis contempta, millecuplo redibit fenore.

Utsi nimium appetentes mellis prædantur alvearia, sed tuber ac faucium referunt caput ab apibus læsis compunctum: ita nos præmaturâ manu rapimus voluptatem, sed surta nostra conscientie vulneribus puniuntur: Cave tangas illicita tactu. Si appetis botros, carpe, sed maturos; cælestes præliba delicias.

Alterum est: *Petulantem manum in sinum mitte*, cum Mose forsitan extrahes leprosam. Cùm nobis videtur nescio quanta pro Deo ausi, cùm nosmet circumspicimus velut atlantes grandibus promeritis adorandos, strictius seipsum quisque hunc in modum examiner: Dic enim verò maxime Atlas, quos pro cælo labores subis? qualem te pœnitentiæ permittis? quàm arduæ sunt actiones tuæ? quantum inedia ac famis toleras? quid somno demis? quor nocturnis horis vigilas? quantum noctis nõ ad pocula, nec ad fritillum, sed inter preces exigis? quàm severè carnem maceras? quantis rigoribus petulantiam corporis coërces? quantum lacrymarum fundis, non ob amissam pecuniam, sed ob cælum nondum acquisitum? Dic denique quantus tui victores, quàm tibi ipse imperiosus? sic manum mitte in sinum, leprosam, planè puto, extracturus.

2. Petulantem manum mitte in sinum.

Abacuc vel abveestus in sinum.

Descende in teipsum & apparebit, quàm parùm labores pro cælo, quàm frigidus, quàm nullus sit tuus pro illo sudor.

Age igitur, Excitias tandem tibi te: sudoribus paratur cælum. Nullus hîc torpori locus est. Cælum in oculis, in animo sit. *Interroga*, inquit Augustinus, *ultima & intima sua si capere possint gaudium de tantâ Beatitudine.* Anhelas ed? sepone noxia, botros ne carpe immaturos, nocituram rejice voluptatem. Certissima via est ad æternas voluptates; despiciere caducas.

CAPVT V.

Quintum in cælo Gaudium, Voluptas Aurium.

Mentionem injicit Augustinus in libris de Trinitate hominis jocularis & mimi, qui in medium theatri progressus; Audite cives, inquebat, proximis ludis omnium vestrum cogitationes aperiam. Proximâ igitur ludorum instauratione, maximo studio ingens hominum frequentia convenere, se quisque ex adversum quàm proximè collocavit. Toto theatro jam farto ingens stipatio, & vox omnium fuit:

Quid dignum tanto feret hic promissor biatu? Adfuit demum histrio;

Concituere omnes intentiq; ora tenebant. At ille iterum: Dicam, inquit, quid quisque vestrum cogiter velitque: Vili omnes vultis emere, & vendere carò. Ingens obortus risus, dicti veritatem commendavit. Negat Augustinus è toto id verum esse, &: Novi virum, ait, cui venalis, liber delatus, pretio quàm par erat, longè

Flora. de arte Poëtica post inir. Virg. l. 2. Enkid. inir.

verò cum epulamur more Gallico, simul omnia fercula, aut plurima eorum pars apponitur, ita panem simul plura possunt delibari.

In hoc Orbe, Hispanico ac Germanico ritu prandemus: Hodie fortasse læti sumus, quid lux ferat crastina, quid sequens hebdomas, quid proximus mensis mineatur, ignoramus. In cælo non sic gradatim beatitudine fruemur, omnes cæli voluptates quolibet momento percipiunt Beati, æternum eas sic percepturi. Quod, si exactius cogiteretur, incredibiliter beatitudinis bona commendat.

Theologi concinnè dicunt: Amor & gaudium faciunt Musicum. Fit non rarè ut Amatorculus aliquis delirus mediam noctem vel medià hinc fidium cantu domum celebret, & tota personet vicinitas. Ab hoc infano Musicam frigoris patientem extorquet amor quantumvis impurus. Ad limen non cantaret tamdiu, nisi amaret. Ita & gaudium provocat ad cantum. Pharaone illiutque exercitu in undis sepulto, Tunc cecinit Moses & filii Israël: *Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est.*

Quoties David & amorem & gaudium testatus in cantum prorupit? *Cantate Domino canticum novum, & cantate Domino omnis terra. Cantate Domino, & benedicite nomini ejus.* Hæc ei cantica persualit amor. Beati cælitè cum & amore ardeant, & gaudiis cumulatifsimi sint, non mirum si cantent. Amor & gaudium faciunt Musicos.

Augustinus futuri spe lætissimus: *Felix ego, inquit, & verè in perpetuum felix, si post resolutionem hujus corpusculi audire meruero illa cantica cælestis melodia. Fortunatus ego nimisimque beatus, si & ego ipse meruero cantare ea, & assistere Regi meo, Deo meo, Duci meo, & cernere eum in gloria sua.*

§. III.

Harmonia minùs quàm duas voces non admittit; vox unicà concentum non facit. At in cælo Sanctorum quilibet singularem constituit symphoniam: perinde uti artificiosa sunt horologia, quæ Musicis vocibus instructa torum decantant carmen. Hic unicum est horologium, sed voces diversæ; sic unicus beatorum hominum symphoniam & concentum potest edere. Quale igitur jubilum erit in cælo à tot myriadibus cantorum? Nostri Musica paupertate grandi laborat, solis quatuor constat vocibus. Musica cælestis ditissima est, voces habet innumeras. Nos præstantissimam laudaturi Musicam, Orpheorum harmoniam, Sirenium concordiam appellamus; sed quid hæc ad cælitum concentus? Nos velut nosocomii ruffientes senes & anus latrante stomacho inamcenum canimus, si cum aulædis cælestibus conferamur. Illi ad mensam offertissimam cantant, amore & gaudio undequaque perfusi: nos velut cicadæ stridulis querimoniis fatigamus cælum: Illi canunt, nos gemimus.

Franciscus Assisias suo fato jam vicinus, vix ossibus harebat, & magnis urgebatur doloribus. His mitigandis unum aliquem è focis (Pacificus is audiebat, poetarum olim non infimus) rogabat, chelyn adferret ad institendum concentum: & ita rationem addidit, cur id fieri veller. Cui Pacificus: Hanc tibi gratiam, mi Pater gratificari minime recusarem, sed vereor, ne aliis simus officiculo. Ergo, ait Franciscus, omitte exequi quod dixi. At liberalissimus DEVS in suorum vota, non passus est fidicinem hæc deesse. Ergo Angelus in subsidium venit, & quamvis unico per chelyn ductu, ita fidibus cecinit, ut æger Franciscus jam in meliorem Orbem se delatum crederet. Hæcine potuit vel unus Angelus, vel unico chelys contactu? Quid erunt mille tales fidicines, quid tot millena milia excellentissimorum ejuſcemodi cantorum in cælo? *Torrente voluptatis tue potabis eos.* Hanc è cælo Musicam complures sanctorum hominum jam tumulo proximi velut eminus audierunt. Hinc

Tom. I.

illis promptissimum fuit huic Orbi valedicere, & omnem cogitationem transferre in paradysum.

Beatus Nicolaus Tolentinas sex mensibus ante obitum suavissimos Angelorū concentus singulis noctibus audivit. Quo illum desiderio cælestis vitæ aruisse credimus, ad quam tam suaviter, & à tot Orpheis invitabatur? Beatum Martinum Sulpitium commemorat hymnis cælestibus honoratum; beatum Servulum Gregorius: de aliis alii. Talem DEVS promulſidem suis prælibandam solet submittere: hæc illos gustatione ad cælum initiat.

Hic ostendo conformitatem humanæ voluntatis cum divinâ. Non est in Orbe symphonia suavior, quàm hoc bicinium, DEI & hominis consentientium, idem volentium, atque ita simul canentium per intimam voluntatum conjunctionem. Hominis est contentâ hæc voluntate acutum scanſim insonare: Ego Domino meo & Deo meo; Ego dilecto meo, & ille mihi: possumus alter alteri cedere; alter alterius dicta capit, mutuo nosmet amore complectimur; ambo idem volumus, idemque nolumus: Domini mei voluntas mea est, & meam meus Dominus transfudit in suam: idem canimus.

Hæc nobis cantiuncula est discenda. Et sciamus nos nunquam in discendo hoc cantu sic profecturos, quin plura dicere, melius proficere, suavius canere, noſtram cum divinâ voluntate arctius conjungere possimus. Ideò *Cantate Domino canticum novum; Cantate Domino omnis terra:* Cantate, oro, cantate: Quod DEVS voluerit, volo: Sicut mandavit mihi Pater, sic facio. Hoc canticum Christus è cælo tulit. Hoc canticum ad modulorum fines, ad supremum halitum est producendum. Pessimè cecinit, qui ante finem canere desistit.

Psalmi quadragesimi quarti hæc est inscriptio: *Canticum pro dilecto, in finem iis, qui commutabuntur.* Paulus rem maximâ diciturus: *Ecce, inquit, mysterium vobis dico: omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.* Vultis immutari, vultis ad suavissimam cæli Musicam extolli? Cantate canticum pro dilecto, in finem. Cantate: *Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terrâ.* Hic ego cum Isaiâ vociferor, & hortor singulos: *Bene cane, frequenta canticum, ut memoria tui sit.* Non turbent hoc tuum canticum latratus canum, non mugitus bouum, non rugitus leonum, non fremitus equorum, non ululatus luporum. Non te hominum rixantium aut vituperantium voces impediunt, non obreſtantium, non iracundorum, non lascivorum, non obmurmurantium clamor terreat.

Sunt qui nihil minùs velint, quàm quod vult DEVS: sed nec humanæ nõrunt suam subjungere voluntatem. Hi non canunt, sed rudunt cum onagris. Quisquis cælestem amas Musicam, Bene cane, fiat voluntas tua: frequenta hoc canticum: Non sicut ego, sed sicut tu vis. Cane canticum pro dilecto, idque in finem, ut memoria tui sit in cælo.

CAPVT VI.

Sextum in Cælo Gaudium, Voluptas è quatuor corporis gloriosi dotibus.

NEMO non assentietur præcis Patribus, qui paradysum, primas Orbis delicias, cælo conferunt. Inter complures paradysi arbores una fuit *Lignum vitæ.* Præter salientes fontium aquas, nobilissima quatuor flumina fuerunt, quibus hæc deinde nomina sunt in-

Surius die 10. Sept. in ejus viâ c. 11.

Symphonia suavior non est in mundo sine conformitate humanæ voluntatis cum divinâ.

1. Cor. 15. 51.

Matth. c. 6. v. 10. Isa. c. 27. v. 16.

In paradiso dicitur, Ganges, Nilus, Euphrates, Tigris. In Paradiso cælesti lignum vitæ Servator Orbis est Dominus Jesus, æterna Sapientia, Rex Regum, à quo in nos omnis gratia, omnis favor & gratia, æterna vita derivatur: ceteræ hujus paradysi arbores sunt alii cælitè. Poteò cælitè.

V 3

Amor & gaudium faciunt musicum.

Exod. c. 15. v. 2. Ps. 95. v. 1.

Aug. c. 25. Metast.

In cælo quilibet sanctorum constituit symphoniam.

Chronicon Fratrum Minorum parte. 1. l. 2. c. 62. mihi pag. 535. S. Bonavent. in viâ S. Francisci c. 5.

Ps. 37. v. 9.

Gen. c. 2. v. 10. Quatuor beatorum corporum dotes.

Porrò sacrâ paginâ teste, Fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradysum, qui inde dividitur in quatuor capita. Cum quatuor his fluminibus, quaternas beatorum corporum dotes licebit comparare. Theologorum omnium vox una est, Ex animo cuiusvis Beati, in corpus redundaturam ingentem gloriam. Hæc verò quatuor illas excellentissimas condiciones continet, quas dotes appellare consuevimus.

- 1. Immortalitas. 2. Subtilitas. 3. Agilitas. 4. Claritas.

Harum prima est Immortalitas, quam alii Impassibilitatem vocant: hæc corpus gloriosum ab omni penitus corruptione servat integerrimum. Altera est Subtilitas, quâ gloriosum corpus dotatâ quævis corpora penetrare potest. Tertia Agilitas, quæ corpori tribuit facultatem quoquoersum celerrimè se movendi. Quarta est Claritas, lumen corporis admirabile, quod splendori solis a deo non cedit, ut illud etiam superet. Hæc illa sunt quatuor flumina è Beatitudine velut è paradiso profuentia, & nunquam defectura. De his ordine nunc agendum.

§. I.

Hæc, quas diximus gloriosi corporis condiciones, Dotes nuncupantur ob communem, quem cum dote habent significatum. Jurisconsulti duplicem statuunt dotem Profectitiam & Adventitiam: illam parentes, istam alii largiuntur. Ritu veteri dos sponsæ dabatur die nuptiali, eum in aedes sponsi primum inferret pedem. Non aliter sanè ad ipsum cæli ingressum Christus animarum sponsus hanc suis elargitur quadruplicem dotem, quam rectè adventitiam vocabimus.

Duplex dos, Profectitia & Adventitia.

Dos prima corporis Immortalitas. Beatus Paulus firmiter omnes quatuor dotes complexus: Seminatur, inquit, in corruptione, surget in incorruptione; seminatur in ignobilitate, surget in gloria; seminatur in infirmitate, surget in virtute; seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Dum corpus mortale gerimus, in corruptione feminamus: Verum ut idem Apostolus loquitur: Oportet mortale hoc induere immortalitatem. Ita corpus redibit ad vitam, incorruptionis & immortalitatis munere affectum. Atque hæc beatorum hominum Immortalitas unde quaque perfectissima erit. Nam & corpora damnatorum erunt immortalia: sed (heu!) sic illa semper vivent, ut semper moriantur, ad æternam lanienam velut perpetim renascentia. At verò corpora beatorum non ferro, non igne, non aquis, non veneno, re nullâ lædi poterunt. Hinc illa vel mediis inferorum flammis illæsa, vel mari medio tuta; vel inter mille curulum tormentorum globos secutura, vel medio serpentum acervo salva, ut quæ nec pati possunt amplius nec mori. Hanc corporis beatissimam Immortalitatem vaticinatus Joannes: Mors, inquit, ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt. Quisquis eximius est à morte, ab omni mortis comitatu, ab omnimortuorum & dolorum agmine nec vel minimum lædi potest. Mortis imperium Plutonis regno conclusum est: Ad superos mors nulla penetrabit.

1. Cor. c. 15. v. 42.

ibid. v. 53.

Corpus gloriosum lædi.

Apo. c. 21. v. 4.

Nec ab ullo quidquam pati poterit.

Es. 53. v. 5.

Visus est sibi Archimedes id artis repperisse, quâ totum commoveret Orbem terrarum, si vel passum unicum à terrâ liberum haberet: Promissum audax. Cras credam, hodie non. At verò beati cælestes hoc poterunt, quibus omnis terrarum Orbis ut pila erit, quâ datatim luditur. Samsonem ad hos gigantes infantulum dicemus. Philoprophorum scitum est: Omnis passio fit per actionem agentis in passum: At corpus gloriosum à nullo quidquam pati poterit, soli animo quem vestit subiectum, rebus aliis omnibus superius, omnibus fortius, inviolabile, invictum. Beati corporis forma non deflorescet, robur non deficiet, sanitas non mutabit, vita non elanguescet, semper vivacissima. Gratulatus sibi Rex David de futuro hoc statu: Cor meum, inquit, & caro mea exultaverunt in Deum vivum. Ætas Beatorum floridissima, nulli obnoxia senio, virili, sic dicam, juvenatâ gaudens, æta-

tis Christi amula. Paulus id asserens: Donec, ait, occurrat, Ephes. c. 4. v. 13. nus omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Cuiusvis beati corpus, eodem teste, Christus, Philip. c. 3. v. 21. configuratum corpori claritatis sue restituet. Nemo inter beatos luscus aut cæcus, nemo deformis aut mutilus, nemo debilis, aut claudus, nemo pumilus aut monstruosus, nemo vel minimum defectivus. Neque ramen nec refurget Augustinus eâ quemque faturâ posse resurgere quâ defunctus est, modo absit deformitas.

Dos altera gloriosi corporis est Subtilitas. Seminatur corpus animale, inquit Paulus, surget corpus spirituale. Spirituale vocat non quod ossibus & carne careat, non quod aëreum, sed quod spiritui ex integro subiectum sit ad omnem nutum. Quemadmodum verò Christus sepulchrum exiit immoto saxo, illæso signo: quemadmodum ad discipulos januis clausis, & in cælum empyreum orbibus cælestibus non disjunctis penetravit, quanvis & ossibus constaret & carne; ita Beatorum quilibet vel Babylonica vel Niniveterana mœnia, vel omnes montes penetrare poterit. Non ferreus, non vel centum cubitis crassus paries ob stare poterit ulli corporum beatorum. Sit terram inter cælumque mons, unius, & sparium hoc omne obstruat, momento seu brevissimo tempore gloriosum corpus penetrabit. Radium solarem cogita, vitrum penetrat; vitrum tamen nec dividit nec lædit.

Sed subtile & spirituale. 1. Cor. c. 15. v. 42. Quid hic spirituale vocetur.

Angelum è loco ad locum cum moveri non transiit medio, creantur quivis. Imit. ego non. Loc. sup. cit.

§. II.

Tertia gloriosi corporis conditio, Agilitas. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Admirabile gaudium, sed nobis planè inexploratum, sic volare posse, & quidem tam felicibus alis, ut sive in cælo esse placeat, sive in terrâ, illic momento pænè Beatorum quisque sit, ubi esse voluerit. Isais id prædicens: Qui sperant in Domino, inquit, mutabunt fortitudinem, assumunt pennas sicut Aquilæ volabunt. Placet esse vicinum solio Christi, proximum stare parentibus; cominus contemplari terram medio aëre pendentem? vel sidera in alto suspensa? Continuo ibi erit beatorum quivis, ubi esse voluerit. Neque hinc temeraria per cælum discursatio somnanda. Hæc omnia sine turbis ad nutum exactissimæ rationis sicut. Fulgebunt iusti & tanquam scintille in arundine discurrent. Cum fructum aut nemus incenditur, nihil velocius est scintillis. Sed tarda est earum velocitas, si ad Beatorum volatus conferatur.

Isa. c. 49. v. 31.

Sap. c. 3. v. 7.

Hipponensis Præsul admirabundus: Certè, inquit, ubi volet spiritus, ibi protinus erit & corpus, sicut Angeli. Neque sua tantum, sed & alia quæcumque ingenia corpora celerrimè movere poterunt Beati; velut Angeli, quibus nihil est negotii arbores eradicare, turres dejicere, exercitus diffilare, fontes durare, amnes in ortum revocare, mare pigrum colligare, turbines & ventos impellere, diem tollere, noctem tenere, stellas evellere, cælum deponere, terram suspendere, manes sublimare, montes diluere, sidera extinguere, tartarum illuminare. Hæc Angelis in facili sunt. Angelus supremum è cælestibus Orbem tam celeri rotatu circumagit, ut nec sensu, nec animo id capiamus. Ejus rei specimen præbuit Angelus qui Abacuc eum messorum delitiis è Judæâ in Babylonem quingentis milliariibus distantem transtulit momento. Beati, Christo teste, erunt sicut Angeli Dei. In Orbe hoc nostro, Corpus quod corrumpitur aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. In hac valle omnia suo nutant ruuntque ponderè: hinc jam plumbei sumus, futuri auri si velimus. Nunc motus noster testudineus est, brevè aquilas & sagittas superabimus. Ibunt, inquit Ezechiel, & revertentur instar fulguris.

Aug. l. 22. de civit. c. 11.

Certè partem cæli, terra, elementorum.

Matth. c. 22. v. 10. Sap. c. 9. v. 15.

Ezech. c. 1. v. 14.

Quarta gloriosi corporis conditio, Claritas. Quot sanctorum hominum, mortales etiamnum, miro splendore radiabant? Quot Christiani Martyres ergastulo-

rum tenebras cælesti die collustrant: Quot amici Numinis inter precandum insolitâ luce perfusi sunt? Quoties oculis etiam incredulis fulgor insolitus in hæc vitâ oblatu?

Caesar. Hei. serbaeb. l. 12. mirac. sui avi c. 54.

Ajunt in Parisiensi olim Academiâ virum litteratum ægrotasse. Cùmque is in morbo, ut fit, amœniore cogitatione tempus fallere institueret, futuram beatitudinem sibi sumpsit considerandam. Hic hæere non nihil & subdubitare cœpit, quâ ratione fieri posset, ut corpus è luto fictile, splendore certaret cum sole? Mox tantus è decumbentis pedibus emerfit splendor, ut oculos avertere coactus Christo ingentes gratias meminerit ob tam luculentum beatitudinis futuræ testimonium.

Sap. c. 3. v. 7. Dan. c. 12. v. 3. Philipp. c. 3. v. 21.

Verissimè fulgebunt iusti. Nam corpus seminatur in ignobilitate, surgit in gloriâ. Quod Hebræus vates Daniel confirmans: *Qui docti fuerint, ait, fulgebunt tanquam splendor firmamenti, & qui ad justitiam erudiunt multos, tanquam stelle in perpetuis æternitates.* Nec Paulus aliter: *Reformabit corpus humilitatis nostræ, inquit, configuratum corpori claritatis sue.* Cui plus beatitudinis, plus & splendoris erit, cum admirabili pulchritudinis excellentiâ, quam nec macula, nec ævulus ullus, nec ruga, nec aliud quidquam temerabit, quod placere non possit. Et quantum dabunt fulgoris ea corpora, quæ Christi causâ plagis & verberibus mulctata, vibicibus, & ulceribus turgida, flagris confissa, spinis flagellata, malleis aut cochleis contusa, forcipibus & pectinibus lacerata, largis pateris suum propinabant sanguinem Crucifixo Domino? Hæc corpora velut encausta mirrissimi splendoris gemmas ostentabunt. Sed quod mirius est, ajunt corpora Beatorum fore velut diaphanum vitrum, aut pellucidissimum crystallum; ita ut omnis interior symmetria nervorum, ossium, venarum, partiumque ceterarum omnium oculis è toto pateat. Verissimè Joannes: Tunc, inquit, apparebit quid erimus. Nunc corpora nostra velut arbores in brumâ sunt sine frondibus, sine floribus sine fructibus, sine honore: hæc tamen omnia ver æternitatis explicabit, frondes & flores, & fructus; & honores omnigenos daturum.

Marc. c. 9. v. 6.

Petrus Apostolus in rupe Taboreiâ insolito aspectu raptus, & gaudio subsultans: *Bonum est, inquit, nos hic esse.* Mox velut architectus ædificium dicat, jam jam admoturus manum structuræ, ne gaudii tam insperati amœnitas exvanescat. *Non enim sciebat, ait Marcus, quid diceret.* Hic Augustinus: *Si unica, inquit, mellis guttula è paradiso, sic omnem vanitatis suam extinxit, quid faciet inexhaustum voluptatis pelagus? Si unicus gloriæ divinæ radius sic mentem affecit, quid sperandum est gaudii post superatam hanc meroris vallem, cum ipsum esse divinitatis jubar in calicolas omnes largissime diffundet?*

§. III.

Hoc loco Patientiam ostendo & quidem utrâque manu. Hic extra cælum Mors imperat, hic morbi Mortis famuli, hic ingens miseriarum agmen, & longissima calamitatum series in regno suo sunt, domi suæ sunt. Quocumque aciem flectamus, Mortis plena sunt omnia. Nihil hic uspiam tam vitale, aut firmum, quod Morti non pendat tributum: Omnes Mortis stipendiarii sumus. Sed Patientia, oblecto, Patientia, Patientia. Brevi meliora. Levius sit Patientiâ quidquid corrigere est nefas. Levi momento hæc omnis vita vertitur. Brevi dies aderit; qui detracto sacco, immortalitatis purpurâ nos vestiet. Tantisper non indignemur tam misere vestiti; quamdiu Deo visum, feramus saccum. Tolerando fit levior. Hic quidem nostra corpora tam non subilia sunt, ut ea vel paries ligneus, vel asser unicus impediatur, & progressum sistat. Pecudes, pisces, aves multò nobis beatores, quibus mira velocitas, aut etiam volatus est concessus. Aves per aërem liberrimè comitant, idque celeritate mirâ; pisces per aquam ad instar jaculiferuntur.

Hæc cernimus, sed assequi nequimus: nihil minus corpori quam volare licet, animo licet.

Quod Dædalum dixisse jam supra memoravimus, id etiam Christiana generositas dicat, ita loquatur cælestium amator: *Etsi omnes mihi domus pestilum obijciant, etsi undique sim exclusivissimus; Terras licet & undas obstruant; at cælum certè patet, ibimus illuc, ibimus, ibimus. Hoc iter nemo mihi clausit, hunc mihi volatum nemo prohibuerit. Omnia possideat, non possidet athera Mundus. Ibimus in cælum, ibimus.*

Rudolphus II. Imperator augustæ memoriæ, unicam hanc voculam: *AD SIT*, pro simbolo sibi delegit. Vox ista scutis, vestibus, signis, tapetibus, vexillis, parietibus, muris hærebat fixa. Quinque solum litterulæ hanc omnino sensum representabant: *Adjuvante Deo superabo imperatorem Turcarum.* Laudanda in Imperatore fiducia; ingenium, & excelsus animus imitandus. Ita quisquis Christiani sanguinis est, hoc imperatorum sibi symbolum vindicet, cùmque res suas senerit vel turbatissimas, hoc identidem ipse sibi occenter, *Ad sit, Ad sit, Ad sit.* Quid trepidas fugitive, quid formidolose miles expallefcis? *AD SIT*. Euge dic, *Adjuvante Deo superabo inferorum tyrannum*, Adjuvante Deo superabo innumera turbamenta, iniquissima tempora, infinitas tentationes. Dic iterum, dic centies, dic millies, adjuvante Deo superabo ipsum Tartarum, & omnes tartareos exercitus. Et hæc ego victoriam paravero amore cæli; ita me *DEVS* adjuvet. Cælum certè patet, ibimus illuc.

Symbolum Rudolphi II. imp. & eius significationo.

Quid hic amplius moramur; Subtilitas corporum nostrorum aut agilitas hic nulla est: Non tantum non volamus; vix repimus. Cùm maximè festinamus, testudines sumus. Multis sæpe annis ædificamus, & struimus, sed in aëre: Demum structura omnis evanescit. O plumbeos homines! Quin ergo mentem liberam expeditum, quin animo aptamus alas, & sequimur prævolantem. Et en regium ducem, qui tanquam alis sibi met jam affixis: *Volabo, inquit, & requiescam.* Volemus, & requiescamus. Hic extra cælum in tenebris nascimur, vivimus, morimur. Omnis Mundi gloria, favillæ ac fumus: *Omnis caro fenum, & omnis gloria ejus tanquam flos Isr. c. 40. feni.* Hæc quantis ignorantia tenebris premimur, quam altâ nocte mergimur! Sed & hic nostra duret Patientia: Dies æternitatis affulgebit brevi, æternâ cingemur luce.

Isa. c. 54. v. 7. v. 6.

Mardocheus dum velut columbula à milvo capta sub unguibus Amani trepidabat, jejuniis se maceravit, vacavit precibus; pro veste cinerem & saccum, pro lectulo pavementum habuit. Hoste capitali sublato, purpurâ & torque conspicuus, jamque proximus regi, tantò esse cœpit beator, quantò antè fuerat calamitosior. Calamitas virtutis thalamus, calamitas divini favoris nuntius; calamitas beatitudinis prodromus est: A calamitate spes & desiderium cæli nascitur: calamitas cælum ipsum referat. Quantumvis ergo calamitosissimi, volemus & requiescamus, prævolantem sequamur regem.

Calamitas virtutis est thalamus & cælum referat.

Hic ipse rex, etiamnum pastoritius juvenis cùm in Goliathum solus pugnaret, peram sagulùmque rusticum pro lorica habuit. Post pugnam & victoriam, regis Jonathæ vestibus indutus est. Ita & nos etiamnum in arenâ versamur, nunc luctæ tempus est, & pugna: Vincendum jam, aut moriendum. Victoriâ obtentâ immortalitatis cyclade ornabimur. Arca fœderis dum per desertum exulat, corio velatur, in templo reposita auro regitur. Nos itidem jam sacco regimur: sed patientia, paulò post immortalis gloriæ veste donabimur.

CAPVT VII.

Septimum in celo gaudium, Voluptas Intellectus, Voluntatis, & Memoriae.

S Calas, sed sanè brevissimas celo admovit divus Anselmus, & ad ascensum invitavit. Trium duntaxat radiorum sunt scalae istae. Tribus modis, ait Anselmus, sentitur DEVS, Intellectu, amore, usu: ita tribus omnino passibus ad DEVM facillè pervenitur. In quantum quis DEVM intelligit, sapiens est; in quantum diligit, justus est; in quantum DEO utitur, beatus est. Hoc ait: Humanus animus Intellectum, Voluntatem, Memoriam in se continet. In triplex gazophylacium istud etiam si mille terrarum Orbes, etiam mille mundos ingesseris, non tamen impleveris: inane adhuc & vacuum est ærarium hoc triplex. Nec expleri ullo modo poterit, dum DEVS ipse, summum bonum, seipso illud impleverit. Vox Hebraei vatis est: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Interim nulla hinc Satietas.

Tribus modis Deus sentitur.

Ps. 16. v. 33.

In celo beati omnes tam intellectu, quam voluntate, ac memoriâ DEVM intimè complectentur. Ita triplex illud animi gazophylacium implebitur. Quantum verò gaudiorum tam Voluntas & Memoria, quam Intellectus beatorum in celo sit percepturus, nunc exequemur dicere.

S. I.

Intellectus in celo gaudium erit ineffabile, aspectus divinus seu clara DEI visio. Joannes id attestatus: Hæc est, inquit, visa aeterna, ut cognoscant te solum DEVM verum, & quem misisti Jesum Christum. Intellectus in DEO rerum omnium conditarum varietatem perspicit. Dum hinc agimus terram, animantia, terra gemina, fontes, maria, Solem & Lunam ceteraque sidera intuemur oculis: Intellectus tamen cæcitat, nec enim è rebus creatis ullam perfectè capit. Ita proprietates, vires, & principes rerum differentias ignoramus. Et quid homini minus notum, quam humanus animus? Albus an ater, formosus an deformis sit? Undique tenebræ & ignorantia. Hinc cæcorum more parietes palparamus, & non rarè graviter impingimus. Exiguam profus est quidquid rationis nostris assequimur.

Idem. c. 17. v. 3.

Scientia hujus mundi exigua est,

respectu scientiæ beatorum.

At illic Beatorum infimus plura sciet & exactius intelliget, quam vel primus incola Paradisi Adamus, vel Salomon sapientissimus, vel Propheta sanctissimi scripserit acintellexerit. Quod Plato, quod Platonis discipulus Aristoteles nunquam cogitatione percepit, quod nullus eruditissimorum invenit, quod Cicero, quod Demosthenes eloquio exponere nequit, id quivis cælum intellectu penetrabit, id oculis spectabit.

Archimedes, Vignuvio teste, in labro aquæ pleno sedebat, nec tamen artis suæ reconditam commentationem ab animo dimittebat. Unum aliquid præcipuè dies noctesque assiduis agitabat curis; quâ ratione dimensionem coronæ reperiret, ne scilicet deciperetur ab aurifice. Hinc ille se lavaret, seu legeret, seu cœnaret, sive aliud quid faceret, cogitationibus profundis mersus, hoc unum nolle nitentur, quantum vel corona, vel crater inauratus præter argentum haberet auri. Ubi hoc in labi aquis repperit, gaudio sublimi evigens clamabat, evigens. Sed hem quantilla hæc scientiæ pars est, quod Archimedi tam grande videbatur! Illic in celo, ubi rerum planè omnium naturas ac proprietates, ubi abditissimorum mysteriorum arcanâ prospiciemus, vociferari poterimus, invenimus, invenimus.

Sciendi desiderium jam quidem insaturabile, illic in domo Mansionum multarum saturabitur plenissimè. Cognoscent Beati altissima hæc mysteria, quo tandem modo cælestis Pater ab omni ævo generavit Filium, quo

Beati mysteria altissima cognoscent.

A Sanctus Spiritus ab utroque processerit. Hæc nobis jam nebulae sunt, & nox merissima. Mente complectentur superi perfectiones Numinis immensas; mysteria Christi hominem induentis, nascentis, morientis; arcana Eucharistiæ, admiranda gratiæ & naturæ opera, secretissima & obtusescenda prorsus DEI judicia circa eos potissimum, qui licet homines essent improbi, tamen optimum quemque pessimè vexarunt. Quâ in re David plurimum conatus: Exestimabam, inquit, ut cognoscerem hoc: labor est autè: donec intrem in Sanctuarium Dei. Non capio, non assequor; hoc ergo sciendum differo. Videbunt insuper Beati divinæ circa se providentiæ mirissima secreta, idque minutatim intelligent; quibus sese impulsibus vocavit DEVS, quibus duxerit auxillis, quantis ornarit gratiis, quam variis ad salutem perduxerit incitamentis: videbunt pericula in quibus luctati, cernent beneficia quibus adjuti, agnoscent monita quibus instructi, laudabunt verbera quibus castigati, prædicabunt munera quibus affecti. Istæc beatis omnia erunt apertissima. Verè tunc erimus sicut Dii, scientes bonum & malum. Per Isaiam DEVS promissit. Dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum. Et hæc v. 3. Intellectus erunt gaudia.

S. II.

Voluntas potèrò duobus maximè gaudebit, Amore & iustitiâ: Omnium Beatorum Amor, tam in Justitiâ DEVM quam in se mutuo ardentissimus, inextinctus est. Amor hic verè mel cæli, & non septimæ tantum, sed centesimæ aut millesimæ decoctionis saccharum est. Id Amori quod amat, & bonum & pulchrum videtur. Hinc parentes Amore decepti suos liberos, & formosos, & dociles, & moratos putant: Sed errant sepissimè: Nimirum, Amor talia eis specilla præfigit, Qui in celo erunt, omnes & formosissimi & sapientissimi erunt. Hos unus omnes, omnesque unum amabunt: his omnibus præsens erit, quod amor maximè desiderat: Amare & Amari præsentiam cupere, conjunctissima sunt. Cum ergo Amoris propria sedes sit Voluntas, sic ea in celo implebitur, ut inexplicabiles inde voluptates sit percipitura: Præsertim cum hic amor sit indissolubilis, lacrymarum & lictum, expers, illud mœstissimum V. A. L. B. nunquam auditurus.

Nec Amore solum, sed & Justitiâ gaudebit Voluntas: Nam Beati eum se viderint ab omni sorde purissimos, justos, sanctos, DEO, Angelis, cælitibus, sibi ipsis amabiles, immensum gaudebunt. Si famulus honestior omnes actiones suas suo Domino mirificè probari sciat, quod rarissimum, gaudio subsultat, & præthesauris id æstimat. Atqui sciunt Beati se Divinis oculis ex toto placere, quod illis summo est gaudio. Etenim Justitiâ, quam Patriæ vocant, multo perfectior est quam Viâ. Illa etiam Adam primæva, illi alteri collata, lancea aut linea vestis videri potest, hæc verò aurea sine navo, sine ruga est. Qui in celo sunt, toti pulchri sunt, & macula non est in eis, & nec minima peccati labescula: quales nos nunquam sumus. Illa Patriæ Justitiâ omnes præne virtutes complectitur: Religionem; DEVM enim bonorum omnium fontem venerantur omnes, cælitis: Submissionem; Se nihil esse fatentur esse; omnia divinis tribuunt favoribus: Obedientiam; Divinis nutibus nemo illic non subiectissimus; vox una omnium: Ita Pater, Mathe. 11. quia sic placitum fuit ante te. Ita Pater: Quatuor animam; oblivio illinc exulat, ubi perpetua beneficiorum memoria regnat. Spes & Fides in celo non habitant: quod enim sperarunt, quod crediderunt, hoc vident, hoc possident.

Duo erant germani fratres mercatoris filii, quod Palladius narrat, alteri nomen Isaias, alteri Pæsius: himortuo parente, præter latifundia præsentem monetam quinque millia florenorum inter se partiti sunt, idque mirabili

Palladius c. 15. & 16.

mirabili consensu. Dein cogitationibus injectis sanctioribus: Qualenam, ajunt, vitæ genus eligimus, quod pecunias elocamus? Parentem inducere, merces & Mercurium seqti, res anceps & periculosa; maria oberrare, Africum metuere, ad Indos curere, mediis in undis hiemare, Thynam, Ægyptiam, Syram mercem convehere negotium laboris plenum, & sæpe subdoli quæstus est. Quoties inter pecuniarias causas venalis exponitur conscientia? Omnia si perdamus, animam curare meminerimus. Quid nobis nummi, si desit virtus? parentis bona expendemus honestissimè, si ipsi boni simus. Hoc sciamus, nos à pecuniâ tam facilè quàm suaviter seducendos, ni præveniamus blandissimam hanc seductricem. Pessimè res agitur, ubi pecunia imperat. Quin ergo Domini fumus, & jubemus servire pecuniam? Aliter perimus. Pecunia vel semel in dominam evecta & posita sceptrò, contumacissimè regnum, quod nacta est, tuebitur. Nostræ igitur pecuniæ mancipia simus? An libertas placet? Quid cunctamur in re liquidâ? Revera terram odimus, si cælum anhelamus. Quin ergo religionem amplectimur? Res aspera est. Sed initio, sed inassuetis. Paupertatem quam alii tantopere fugiunt, ultrò ambire, amarum est & difficile. Amarum, sed non diu; difficile, sed pulchrum, sed honestum, sed animo saluberrimum.

Matth. c. 19. v. 24. Marci c. 10. v. 25. Luc. c. 18. v. 25.

Num ignoramus quàm arcta sit divitiis cum vitis cognatio? Num illud horribilissimum tonitru nunquam audivimus? *Facilius est camelum per foramen acis transire, quàm divitem intrare in regnum DEI.* Quin ergo malumus egenam tranquillitatem in porru, quàm opulentum naufragium in mari: *Quin uterque religionem amplectimur?*

Utrique consilium placuit, sed modo dispari. Præsius, quidquid bonorum habuit, id cœnobiiis, templis, carceribus, Xenodochiis impendit: ipse sibi laborem sumpsit, quo victum pararet ac quotidianum. Isaias verò domum ædificavit, facies adfcivit, hospites suscepit, ægròs curavit, egenos juvit, advenis mensam intruxit. Ita religiosæ liberalitatis & hospitalitatis munera exercuit.

Utrouque fratres mortuo diffidium inter utriusque sectatores natum, quales ii futuri sint in cælo, qui vitam quidem religiosam, sed planè disparem egerint in terrâ. Illi Præsius, Isaiam isti præferabant. Interrogatus est super eâ re Pambo: qui ad questionem: Uterque, ait, justus & perfectus est apud DEVM. Ille quidem Abrahamæ functus est partibus, suscipiendo hospites; hic Eliæ, frequentando preces. Negabant partes id fieri posse, neque enim æquale præmium pro meritis tam inæqualibus solere reddi. Præsius, ajebant isti, Evangelio paruit, sua omnia vendidit, quidquid habuit in pauperes erogavit. Isaias, dicebant isti, sua quidem retinuit, sed ut diu haberet quod hospitibus, quod ægrotis, quod pauperibus, quod peregrinis impertiretur. Quibus iterum Pambo: *Quid litigatis?* inquit, ambo sunt apud Dominum. Num verò placet expectare, dum DEVS aliud de fratrum istorum obitu manifestum faciat? Non displicuit mora. Post aliquot dies redeunt audituri novum Pambonis judicium: Quibus ille denuò? Vidi, ait, utrumque stantem apud Dominum in paradiso: uterque justus est. Perinde si diceret: Erit quidem præmium in cælo inæqualitas, eam tamen nos indagare non possumus. *Labor est ante nos, donec intremus in Sanctuarium DEI.* Hoc sciamus non uno tramite ad illam Cælitum Justitiam, de quâ loquimur, perveniri. Atque hæc Justitia singulare Voluntatis erit gaudium.

Ps. 72. v. 16. c. 17.

§. III.

NEC suum Memoriam deerit. Memoria, dum hinc agimus, diverso recreatur gaudio, sed plerumque inani & volatico. Elapsâ recordamur juventæ, ac

dicimus: Heu quàm mihi bene erat, dum genua virent, & sanguis ebulliret, à curis liber vivebam genio. Est alius qui dicat, memini me autâ navigare secundisumâ, memini me felicem, in cælo esse. Audias & has voces: *Beatus olim vixi, digito cælum attingi, fortunæ pulvis, ad summa votorum conscendi.* Hæc memoriam sunt gaudia, sed plerumque mærore mixta. Sic Jobus præteritorum memor: *Quis mihi tribuat, inquit, ut sim juxta menses pristinos, sicut fui in diebus adolescentiæ meæ.*

Job c. 29. v. 2. & 4.

In cælo Beatorum quilibet omnem vitam suam sub uno aspectu positam, unicâ velut pagellâ comprehensionem aspiciet. In hac rerum serie luculentè comper quas ierit ambages, quoties in tenebris impegerit, quoties DEO servitium negarit & officium debitum renuntiârit; DEVS verò servulum nequam denuò in gratiam receperit. Ita suavissimè præteritorum omnium memor, non invitatus faretur: *Quanta mi DEVS, in me unum contulisti beneficia, & in animum meum liberalissimus & in corpus? quantis objectus periculis? ea tamen evasi te duce.* Quoties letali farcinâ pressus inferorum fluvio spatiabar proximus, heu levi & unico mortis impulsu in aquas flammæ præcipitandus, te duce, mi DEVS, evasi. Ex his omnibus eripuisse, benignissime Domine.

Mirissimum hoc gaudium erit, & fons gaudiorum. Memoriam dulcissimæ hujus memoriæ in nobis frequenter refricet omnium pænè concionum solemnem clausula: *Largiatur nobis DEVS beatitudinem ac vitam æternam.* Aut ultima sacri Symboli verba: *Et expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi. Amen.*

Sed & illud Memoriam accedet: Omnia ab Orbe condito gesta, omnes omnium tam gentium, quàm sæculorum historias Memoria Beatorum complectetur. Summa rerum, varietas & copia hinc nihil turbabit, aut impedit. Nunc magna pars hilaritatis censetur novos rumores ex Italiâ, Galliâ, Hispaniâ aut aliunde ex Orbis angulo audire, cum non nesciamus hos nuntios majorem partem confictos, nihilominus mendacis pasci non injucundum est. Quantum igitur rerum omnium memoria in cælo Voluptatis adferet, cum omnium sæculorum series sub unum se aspectum representabit, cum ex omnibus obstupefenda DEI providentia elucescet explicatissimè. Nunc variè divinâ Providentiam si non damnamus erroris, profectò tacitè arguimus oblivionis aut conniventia. Est cum illa nobis nimitum in pœnas lenta, subinde nimitum præcipitans videtur; nimis subinde mitem, aliàs sævum nimis censemus DEVM: Tunc æquissimam semper Numinis lancem fuisse perspiciemus: tunc omnium oculis patebit, *Altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ DEI.* Tunc videbimus cur permiserit DEVS gentem humanam labi, eamque à lapsu revocârit: cur Angelos præcipitari siverit, eoque ab hoc præcipitio nunquam reducturus sit: Cur Judæos pervicacissimos & ferreæ cervicis homines in populum elegerit: cur optimos quosque hominum plus aliis affligi & cruciati non veruerit. Omnia quæ nunc latent, tunc in apertissimo erunt.

Omnia que ab orbe condito gesta beatorum memoria complectetur;

Rom. c. 12. v. 33. Et cur Deus hominem labi, eumque à lapsu revocavit.

§. IV.

HIc ego Patientiam monstro quæ generosè aggressu & constanti Fortitudine gaudet. Sionis rex David: *Inclinavi, ait, cor meum ad faciendas justificationes tuas in æternum propter retributionem.* Cor meum, ô Psal. 118. DEVS, instar libræ est, quæ duas habet lances, in quarum unam si præmium æternum, illas voluptates immensas, illa Intellectus, Voluntatis ac Memoriam gaudia componam; laux altera, quæ vitæ hujus ætumnas continet, velut pauculis plumulis injectis subilit: *Inclino Cor meum, ô DEVS, inclino ad faciendas justificationes tuas in æternum, sed propter retributionem.*

Premio-

Premiorum magnitudini cedo, vincent suavissime: futura voluptatis immensitas eò me adigit, ut ad omnia perferenda sim paratissimus; licet innumeris tibi securis servare jubear. En, Domine servum me habes ad omnes nutus excipiendos promptissimum. Inclina cor meum, ut quidquid tibi placuerit, perficiam, quantumvis longissimo tempore tuus esse servus debeam, non recuso, modò tandem post multa secula promissa præmia percipiam.

Servire gratis naturæ horremus omnes: Cùm verò nobilissima merces in oculis est, hinc celeres manus, hinc prompti pedes, hinc labor & obsequium in expedito fuit. Ideo hic ipse, quem dixi, pastoritius Juyenis David, cùm audisset Philistæum gigantem, omnibus esse terrori, nec ullum reperiri, qui pedem cum illo conferre auderet, sagaciter quæsit: *Quid dabitur viro qui percussit Philistæum hunc?* Responderunt passim omnes: *Vitulum, qui percussit eum, dabitur rex divitiis magnis, & filiam suam dabit ei.* Hæc tanta merces victori sponsa Jesseum juvenem animavit, hæc illi manus pedesque ad pugnam expedit, hæc pugnare, hæc vincere docuit. Percussit David Philistæum, divitiis ditatus est magnis, & filiam regis conjugem duxit.

Vita hominis, Jobo teste, militia est. Hanc Philistæus ab Orco nunquam finit esse tranquillam: Cùm hoc gigante ab inferis quotidie, imò in horas pænè singulis luctandum & pugnandum est. Nos hinc non imitèrèdò quærimus: *Quid dabitur viro, qui percussit Philistæum hunc?* Omnes ex alto cælites respondent: *Vitulum, qui percussit eum, dabitur rex divitiis magnis, & filiam suam dabit ei.* Victor omnibus thesauris cælestibus potietur, omnibus cæli voluptatibus perfruetur, beatus tæque quaterque sexcentis millies beatus tam animo quam corpore, tam exterius sensibus, quam intellectu, Voluntate ac Memoria, intus ac foris beatissimus. Rex Regem supremam Filiam suam dabit ei, Vitam immortalem, æternam, bonis omnibus cumulatissimam vitam. Hæc illa Regis filia; dos filia, honorum omnium quæ optari, & plurium quam optari possint, affluentia.

1. Pet. c. 5. v. 8.

Atque hæc ob causam proclamat Petrus: *Fratres sobrii estote, & vigilate; quia adversarius vester diabolus, tanquam Leonugiens circuit, querens quem devoret: cui resistite fortes in fide.* Philistæus gigas ille orcinianus ferocissimis oculis circulator, si quem ignavum & segnem reperiat. Ergo alacriter, ergo patienter & fortiter, ergo impavide & constanter labores & adversa omnia perferamus. Cælum his omnibus dignum, dignissimum est.

Inclinèr quique cor suum ad faciendas justificationes in æternum propter retributionem. Divitiæ magna, Regis filia, præmium æternum dabitur viro qui percussit Philistæum hunc. Ergo toleranter, ergo strenuè, ergo perseveranter. Vel maximus labor, nullus est labor, si spectetur magnitudo præmii. *Quod pro æternâ vitâ agitur, inquit Gregorius; etiam post mortem servatur; & tunc apparere incipit, cùm laborum carnalium fructus cooperit non videri.*

CAPUT VIII.

Octavum in cælo gaudium, Voluptas è Beatitudinis Loco.

Terrarum partes petinde ut homines suis quæque privilegiis gaudent. A lupis Anglia, à leonibus Germania, à serpenticibus, & omni plebe venenatâ immunitis est Creta insula: Sic aliæ Orbis plage alias ignorant noxias feras. His ipsis tamen commodis sua sunt annexa incommoda. Locus in quem omnium frugum ubertas confluerit, à quo bestia omnes maligniores exulent, nondum hæctenus inventus est, nec am-

pius, putem, querendus est extrâ cælum. Cælum illa regio est beatissima, à quâ venenum omne profectum, unde omnis ferarum immanitas eliminata, in quam omnium voluptatum beatitas velut flumen derivata; quidquid amœnum, quidquid pulchrum & beatum est, ibi est.

Lociamenitate raptus succlamat rex David: *Gloriosa dicta sunt de te civitas Dei. Fundamenta ejus in montibus sanctis.* Urbi Hierosolymorù sanè non conveniunt ex æquo, quæ de illâ Beatorum civitate pronuntiantur. Et nemo miretur regem Hebræum sic abruptè sacrum hoc carmen ordini, illius civitatis mira vidit mirissima. Ecquis ordinem dicendi aut scribendi servet, cùm infinita, innumera, immensa sint quæ dicenda, quæ scribenda sunt? Artificiofissimus Architectus civitatis hujus conditor est: Ipse fundavit eam Altissimus, neminem in opere tanto socium adhibuit: *Latantium omnium habitatio est in te.* In hac civitate nemo pauper, nemo mœstus, nemo agrotus, nemo contemptus, nemo vel minimùm afflictus. Hinc communis eaque summa civium omnium est læticia. Habitatio est lætantium omnium, de quâ nunc agendum.

Descriptissimus Hominem Beatum, seu Beati Hominis corpus & animum, & futuras tam corporis, quam animi voluptates. Hoc primum venit secundo libro describendum. Alterum est, Beatorum domum & concordiam domesticorum exponere, quod hinc exequemur. Quâ in re tria potissimum consideranda; Primum, Beatissimæ domûs illius altitudo & situs; alterum, Magnitudo & amplitudo; Tertium amœnitas & Pulchritudo. De his nunc differendum.

S. I.

Cùm beatus Fulgentius veterem Romam vidisset aded laxam & amplam, tot insignibus altisque edificis aded venustam, in has voces cum ingenti admiratione prorupit: *Quam speciosa erit caelestis Hierusalem, si sic fulget Roma terrestris? Si in hoc seculo datur tanti honoris dignitas diligentibus vanitatem, qualis præstabitur Sanctis diligentibus veritatem?*

Romæ nihilominus non solum regum turres, & illustria palatia, sed & tuguria & viles erant domunculae: nec omne quod Romæ fuit, aded rarum & exquisitum fuit, ut alibi reperendum non fuerit. In cælo mera sunt palatia & augustissimæ domus; nulla illic humilior casa, nullum Diogenis dolium: in cælo est quod nusquam est.

Primum consideratu dignissimum in domo Beatorum est Altitudo & situs. Incredibile profus videri potest, quod Astronomis certum est. Rem compendio dicam. Christophorus Clavius eruditissimus Matheleos professor è scriptis notus affirmat infimum Lunæ cælum à terrâ distare miliaribus Italicis 120630. Sunt quinque quinginta quæque millia centum octoginta tria miliaria Germanica, cum teritiâ miliaris parte. Solis seu quartum cælum abesse ait à terrâ 4013923. sunt miliarium Germanicorum nongenta millia & sexaginta quatuor millia, trecenta sexaginta unum. Porrò firmamentum sive octavum siderum fixorum Orbem asserit à terrâ remotum miliaribus Romanis 161884943, sunt miliaria Germanica trigescies octies millena octingenta nonaginta tria millia & quingenta miliaria. * Atque hic Astrologos jubet Plato quiescere; neque enim ultra octavam cæli sphaeram metiendo licet progredi. † Ad hoc

Ad hoc firmamentum miliaria Germanica 38893500. Cornelius de Lapide in suo Pentateucho ait à terrâ distare Lunam quatuor millionibus miliarium, seu quadragies centies millibus miliarium. Solem verò à terrâ distare asserit octoginta millionibus miliarium cum dimidio. Ad dicit. Quænam modum terra distat à concavo firmamento octoginta millionibus miliarium, sic concavum firmamenti à convexo abest octoginta idem millionibus miliarium. Eandem hanc sententiam dicitus Auctor reperit in Baruch, pag. 373. Cuius Apostolorum Acta pag. 58. † Clavius in sphaeram Joannis de Sacrobosco c. 1.

Beati

1. Pet.

1. Pet.

1. Pet.

1. Pet.

1. Pet.

1. Pet.

1. Pet.

1. Pet.

1. Pet.

1. Pet.

1. Pet.

1. Pet.

1. Pet.

1. Pet.

1. Pet.

1. Pet.

1. Pet.

Ad hoc igitur tam excelsum palarium non pertingit...

Sapientissimè Seneca: Punctum est, inquit, in quo navi...

Senec. l. 1. nat. quæst. in pr. sat.

§. II.

Magnitudinem & amplitudinem Christum explicans: In domo Patris mei, ait, mansiones multe sunt.

sublimius incedens, & ex hoc puncto punctum subtra-

Boëth. l. 2. de consol. Philos. me- tro 6. pro- monstracionibus accepisti, ad cæli spatium, puncti constat conti- nere rationem: id est, ut si ad cælestis globi magnitudinem con- feratur, nihil spatii prorsus habere judicaretur. Huic tam exigua terrarum portioni, si quantum maria, paludes, loca inhospita, bestiarum regna occupant, cogitatione subtraxeris, vix angustissima inhabitandi hominibus area relinquetur. In hoc igitur minimo puncti quodam puncto circumsepri, atque conclusi, de pervulgandâ famâ, de proferendo nomine cogitatis?

Hinc Ratio deducit ista. 1. Nemo octo millibus an- norum ad cælum empyreum perveniret, etiamsi quoti- die octingenta milliaria conficeret in hoc ad cælum ite- nere. 2. Quod si molare saxum ab octavâ siderum spherâ dejiceretur ante nonagesimum secundum annum non attingeret terram; etsi singulis horis ducenta mili- aria (nec enim plura posset) cadendo pervolaret. 3. Quod si verò cælum inter cælestes Devs partiti institueret, quamvis cuilibet Beatorem grandis terrarum Orbe spatium assignaret, nihilominus superesferet, quod in plurimos eadè proportionem dividi posset. 4. Terra cælo collata punctulum est, sed quod ferro & igne inter tot gentes dividitur: unica maris guttula est, sed quæ tot bellorum & incendiorum cladibus exponitur. Non iniquâ æstimatione terram punctulum unum & guttu- lam appellamus, cum stella quælibet vel infimæ solùm magnitudinis (nam eas in sex magnitudinum differen- tias distinguunt) omnem terræ magnitudinem decies & octies complectatur: at verò Stella primæ summæ- que magnitudinis universam terræ molem centies & septies excedat. Jam verò præh quantum cæli spatium à stellis vacuum est! Non absurdè dixit Diogenes, Cælum esse spheram volubilem, & rectum immensum.

In terrâ undique sunt angustia, sola Dæi Domus magna est, & ingens locus possessionis ejus. Beati qui habi- tant in domo tuâ Domine, in secula seculorum laudabunt te. Atque hæc summæ Arcis amplitudo est. Sicutus ea est ra- tio, ut cælum Beatorem, quod Emphyreum, sit omnium supremum. Verè fundamenta ejus in montibus sanctis. Sum- mo subiectum est cælum, quod primum mobile appel- lant: Huic crystallinum; crystallino, Orbis siderum seu firmamentum. Post hoc septem Planetarum Orbis volvuntur. A Lunæ ultimo spheræ Ignis suum explicat imperium: post ignem Aër, ejusque distinctæ tres re- giones, suprema calida, media frigida, mixta infima. Aërem elementum aquæ sequitur, cui adjuncta est ter- ra, terræ gremio gehenna delitescit. Hic hostis terræ re- gitur, & nos dormimus? Ergo supremum in Orbe locum, eumque à carcere damnatorum remotissimum obtinet cælestis regia. Heu quam dispares Æternitatis domus! Chaos immensum inter hanc & illam interje- ctū est. Felicitatis arcem jure meritissimo Christus Re- gnum cælorum sæpius appellat: nam omnia Orbis regna complectitur: sed Domus ideò nuncupatur, quia cælorum regnum hoc regnum, quantum quantum est, tam con- cordes alitinquinos, tantâ fruunt pace, tam undique ornata & nitida est, ac si domus sit unica. Ita que situ altissima, magnitudine amplissima, ornatu amœnissima; quod tertio loco considerandum sumptissimum.

Ps. 83. v. 5. tant in domo tuâ Domine, in secula seculorum laudabunt te. Cæli situs. Sum- Pf. 86. v. 1. mo subiectum est cælum, quod primum mobile appel- lant: Huic crystallinum; crystallino, Orbis siderum seu firmamentum. Post hoc septem Planetarum Orbis volvuntur. A Lunæ ultimo spheræ Ignis suum explicat imperium: post ignem Aër, ejusque distinctæ tres re- giones, suprema calida, media frigida, mixta infima. Aërem elementum aquæ sequitur, cui adjuncta est ter- ra, terræ gremio gehenna delitescit. Hic hostis terræ re- gitur, & nos dormimus? Ergo supremum in Orbe locum, eumque à carcere damnatorum remotissimum obtinet cælestis regia. Heu quam dispares Æternitatis domus! Chaos immensum inter hanc & illam interje- ctū est. Felicitatis arcem jure meritissimo Christus Re- gnum cælorum sæpius appellat: nam omnia Orbis regna complectitur: sed Domus ideò nuncupatur, quia cælorum regnum hoc regnum, quantum quantum est, tam con- cordes alitinquinos, tantâ fruunt pace, tam undique ornata & nitida est, ac si domus sit unica. Ita que situ altissima, magnitudine amplissima, ornatu amœnissima; quod tertio loco considerandum sumptissimum.

§. III.

Est Theologorum non nemo qui dicat: Si Devs è singulis arenæ granulis quæ littus marinum stipant, sin- gulos crearet Orbis terrarum, innumeri certè ac infi- niti esse dicerentur, ii tamen immensa cæli spatia non implerent. Magna est domus Dæi & ingens locus pos- sessionis ejus. Magnus est & non habet finem, excelsus & immensus.

Mcenitatem ac pulchritudinem divinæ domûs Joannes velur arrepto carbone ab extincto fo- culo effingens: Ipsa, inquit, civitas aurum mundum, si- mile vitro mundo. Et fundamenta muri civitatis omni la- pide pretioso ornata. Et duodecim porte, duodecim margaritis, vitæ per singulas: & singule porte erant ex singulis margaritis. Platea civitatis aurum mundum, tanquam vitrum perlum. Dixit quod dicere potuit: Neque enim minus, sed nec amplius quid potuit enuntiare. Auro & gem- mis æstimationi humanæ nil pretiosius. Hęc, inquam, carbone deformavit: Suis rem coloribus effulgentem cernet, qui domum ipsam habitaverit. Joannes addit: Et Templum non vidi in eâ, Dominus enim Devs omnipotens templum illius est Agnus. Et civitas non eget Sole neque Luna, ut luceant in eâ: Nam Claritas Dæi illuminabit eam, & lucerna ejus est Agnus.

Hymnus sa- cer: Platea & muri e- jus, Ex au- ride pretioso ornata. Et duodecim porte, duodecim margaritis, vitæ per singulas. Apoc. c. 21. vers. 18. & seqq.

Ite jam mortales, ite cosinophili, & neglecto cælo pro terræ glebulâ digladiari magnificentem putate. Ite infani, & ambit domos & prædia, villas, civitates, regna, & hoc punctum in infinita puncta disceperite. Nimirum punctuli tantilli amore cælum spernitis, in gratiam momenti beatissimam æternitatem negligitis. De fractæ acis apice, de affini umbrâ bellum movetis, & cæ- lum perditis. Sapientior hæc in re Tullius: Quid potest, inquit, ei magnam videri in rebus humanis, cui æternitas om- nis, totiusque mundi nota sit magnitudo? Ipsa terra ita mihi parva visa est, ut me imperi nostri, quo quasi punctum ejus at- tingimus, paniteret. Religiosè Ptolemaus: Ille, inquit, in- ter homines altior est Mundo, qui non curat in cujus manu sit Mundus.

Hic quæstiuncula per transfennam sese ingerit: Si Sol illic & Luna non sint, num aër non erit? Ajunt Theo- logi non defuturum Corpus spirabile, auram cælestem, in cælo nõ quam attrahere possint Beati. Cetera loci ornamenta, nos noctis ac terræ inquilinos latent. Ecquid miramur?

In cælo nõ deerit cor- pus spira- bile.

Baruch c. 3. magna est domus Dæi, & ingens locus possessionis ejus! Magnus est, & non habet finem, excelsus, & immensus. Hæc cælestis arcis est altitudo.

Joan. c. 14. v. 4.

Certissimum videtur mox in Mathæ. maticâ præ- ceptori P. Johani Lan- cio.

Quædam notanda.

Id eorid seiri requit.

Joan. Gai- ler. in suo peregrino, mibi p. 223.

Cic. in som- nio Scipion.

Ptolem. in præf. Al- teri homines altior est Mundo, qui non curat in cujus manu sit Mundus.

DEVS ipse architectus hanc diætam & amœnitatis domum sibi suisque amicis condidit, unde tenebræ & omne noctis imperium, unde hiems & sævum gelu, unde tremores terræ ac tempestates longissimè arcerentur: ubi nullus hostis, molestiarum nihil, nihil litium aut turbarum, tædiolum nullum, ubi vel nomina morborum, & mortis exclusissima. Ibi fruemur gaudio sine tristitiâ, luce sine tenebris, sanitate sine morbo, securitate sine periculo, satietate sine fastidio, jucunditate sine interruptione, voluptate sine dolore, societate sine suspitione, gloriâ sine invidiâ, copiâ sine defectu, vitâ sine morte, bonis omnibus sine fine. Ibi pulchritudo non defluit, ibi hilaritas non deficit, ibi nullus auditur genitus, nullus sentitur mœror, ibi gaudia luctu non miscentur. *Isaia vaticinium est: Auferet Dominus DEVS lacrymam ab omni facie.*

Isa. c. 25. v. 8.

Humana desideria ad triplex bonum excurrunt.

In cælo tria conjunctissima.

Humana desideria, ad triplex præcipuè bonum excurrunt. Expetimus id quod decet, quod delectat, quod expedit. Sunt quos voluptatis oblectatio sic rapit, ut nec honestatem ii curent, nec utilitatem. Sunt qui quæstum & utilitatem sic appetant, ut honestum dissimulent & jucundum. Porro alii tam voluptatis quam utilitatis negligentiores honorem solum avidissimè sectantur. In Cælo hæc tria conjunctissima sunt. Summa Utilitas, summa Gloria, summa Voluptas. Quidquid expedit, quidquid decet, quidquid delectat in cælo est, ubi bonorum omnium summa, ubi summum bonum est; in quo omne utile, omne honestum, omne omnino delectabile est.

2. Cor. c. 5. v. 1.

Campi olim Damasceni & Paradisus in terrâ ad Superiorem illum, velut hortus paganus erat ad regium.

Gloriatur Augustus Imperator, quod è Româ Latinitatè fecisset marmoream. Sile, mi Cæsar, & hunc honorem cede alteri. Christus Servator Orbis nostræ singulorum lutea tuguriola in domos non marmoreas, sed aureas transformabit. *Scimus enim, quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod ædificatio nem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in calis.* Illic profectò farebimur amplissima Regum palatia, hirundinum nidos, columbarum caveas, Diogenis dolium fuisse. Nam quantum est delictum inter lutum & aurum, inter silices & uniones, inter solem & facem, tantum est & longè majus inter omnem terræ ornatum & cælum.

Psal. 101. v. 26.

Si quis regum centum anhorum à morte inducias sibi polliceri posset, an non is formosam sibi domum strueret? Et DEVS architectorum omnium magister suæ suorumque æternitati felicissimæ non struxerit domum multò quàm ornatissimam? *Opera manuum ejus sunt calis.*

† Sebastiam, Barrad. 10. 3. Commentar. in Concord. Evangel. l. 10. c. 3. mibi pag. 617. Favet huic sententiæ B. Anselmus l. Si- milium, c. 44. Sotus in 4. dist. 49. q. 4. art. 7. Cajet. parte 3. q. 57. a. 5. Ioan. c. 14. xit: In domo Patris mei mansiones multe sunt.

Non defunt Theologi, qui sentiant & censeant in cælo verè domos nobilissimas, amœnissima ædificia, & palatia esse magnificentissima; non ad propulsandas aëris molestias, sed ad augendum civitatis illius beatissimæ decorem. Nunquid enim, ajunt, beati erunt in cælo, velut oves in agro? Nunquid empyreæ sedis loca plurima lugebunt vacua? Crediderim ergo, inquit, & crudeliter Scriptor, ampla & admirabilia palatia, aliæque ædificia, fortè etiam prata, nemoræque, amœnitatis summa, materiæ incorruptæ, supra gemmas pretiosæ in cælo esse; quæ Beatorum oculos ipsâ varietate oblectent, & illam civitatem beatissimam exornent. Habebunt certè mansiones Beati, ut è verbis Domini constat, cur non palatia, alia aliis superiora, quibus non concludantur (erunt enim perlucida) sed alii ab aliis sepentur & pro dignitate distinguantur, prout rex cæli pollicitus dicitur: *In domo Patris mei mansiones multe sunt.*

Hujus olim opinionis fuit Eboresis Academiæ primarius Theologus Ferdinandus Peresius, vir sapientiâ & virtute præclarus.

§. IV.

Hoc igitur DEI domicilium, divini artificii specimen, omnigenæ voluptatis sedes, immortalitatis beatissimæ paradisus est; ubi bonorum omnium affluxus & abundantia, ubi omnis mali exilium est. Jure meritissimo admirandus proclamat David: *Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.* Tempus eò migrandi vix præstolari cogeo; moræ impatiens sum; pænè animo linquor, cum cogito illam mihi destinaram esse sedem, me tamen criamnum exulem inter feras degere. *Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.* Id. v. 8. circo summè deprecor te, *Ne perdas cum impiis animam* *ibid. v. 9. meam.* Hoc unum à te impetrem, domo tuâ non excludar cum hostibus tuis: Cetera omnia quantumvis molesta & acerba, & velcentum annorum exilium libens tolerabo, modò demum tui domicilii sim inquilinus. Atque hinc licet intelligere, quàm vera sint quæ sanctissimis quibusque viris de æternâ felicitate quomodocumque sunt patefacta.

Ps. 72.

Psalm. 25.

Id. v. 8.

ibid. v. 9.

Chronicæ

Fructum

Minorum

part. 1. c. 60.

mibi p. 19.

Franciscus Assisius oculorum dolore dies noctesque sic urebatur, ut omnis eum somnus destituerit. Augendo huic malo cacodemon ægrotantis cubiculum muribus implevit, qui assiduo stridore ac discursu nunquam non molesti essent. At vit Sanctus, quidquid molestiarum & doloris senserat, nozarum supplicium interpretatus, in divinas laudes effundi, amplissimas Deo gratias meminisse, atque in has omnino voces cepit erumpere: Domine Jesu, plura & acerbiora sum meritus: Tu verò bone pastor, concede mihi oviculæ tuæ, ut in nullâ tribulatione, angustia vel dolore à te recedam: Hic vox ad precantis aures allabi visâ: Francisce, si terra merum sit aurum, si flumina & maria merum sint balsamum, si montium ac rupium saxa in gemmas abeant, ingentem utique thesaurum dices: Sed hoc ipso alius tanto major sit thesaurus; quantum aurum melius est luto, balsamum aquâ, silice, gemma, atque hic alter thesaurus in morbi tui præmium tibi detur, num eo contentus fores? Gaude igitur Francisce, hic æteræ vitæ thesaurus est, hic ipsissimus est tibi quem promitti sepius audis. Ad hunc thesaurum morbi & dolores certissimi duces sunt.

Res certa: *Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita in lavare in gloriam suam?* Non melior membrorum quam capitis est conditio, *Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.* Et quid demum est omnis humana miseria futuræ Beatitudini collata? Aque guttula ad ingens optimi vini plaustrum, imò ad rotam vineam comparata.

Hoc jam agamus: Quisque omne id quod vel agit vel patitur in acervum trahat, audiaturque Christi alloquentis vocem: *Eternæ felicitatis domus te expectat, thesaurum capies omni auro, gemmis omnibus pretiosorem, si quod tibi ferendum dedi, submisit ac patienter tuleris.* Hæc via est ad vitam; sic itur ad astra. Hæc paucula nobis observanda Humilitati ac Patientiæ non discenda tantum, sed & exercenda.

Quædam

observanda

humilitati

ac patientiæ

exercenda:

§. V.

Expeditum ad cælum iter habet qui scit cedere, & necessitati parere. Optimè Anæus dixit: *Primum est levamentum malorum ingentium, pati & necessitatibus suis obsequi.* Ut scilicet quod necessario faciendum est, sponte facias aut patiaris. Ejusdem animi Epicætetus: *Necessitati, ait, qui se probè accommodat, sapit.* Et si angustissimè hic habitandum sit, sat laxa est cælestis domus; et si contemni ac deseri contingat, *Gaudere & exultare quoniam merces vestra copiosa est in cælis.* Ibumus illac, ibimus in Domum Domini, ibimus.

Primum

Senec. l. 3.

de ira c. 16.

Mat. c. 5.

v. 12.

II. Triplex nobis à Deo præstitutus est locus: Uterus Secundum maternus

maternus, Orbis inferior, & Cælum seu superior Orbis. Matris Uterum habitamus ignari nos vivere: Inde in hunc Orbem migramus, necdum sortis nostræ fat gnari; sed experimur demum in carcere nos esse, cum totus Orbis in angustio nobis est. Ergo ad locum tertium properemus. *Respice Sion*, clamat Isaias, *civitatem solemnitate nostræ: Oculi tui videbunt Hierusalem, habitationem opulentam, tabernaculum quod nequaquam transferri poterit: nec auferentur clavi ejus in sempiternum, & omnes funiculi ejus non rumpentur, quia solummodo ibi magnificatus est Dominus noster. Festinemus ergo ingredi in illam requiem.*

Isa. cap. 33. v. 20. & 21.

Hebr. cap. 4. vers. 11. Tertium.

III. Nemo dejecti sit animi, nemo cælum oderit, cum terram sencerit minus faventem. Nihil ad cælum impediementi, imò adjuvamenti plurimum est, contemni, deseri, excludi, non posse emergere, imi subfellii virum & esse & vocari: Veniet, ne dubitemus, veniet qui dicat: *Amice, ascende superius; Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus; coram universis cælitibus. Festinemus ergo ingredi in illam requiem.*

Luc. cap. 14. vers. 10.

Quartum.

IV. Si omnia Hispaniarum & Galliarum regna, vix sunt terræ glebula, quid nostræ domus, quid agri, quid magnifici nominis latifundia erunt, ad illud Beatorum regnum? Et tamen pro terræ glebulâ decertamus acerrimè: hoc terræ punctum gladiis & bombardis dividimus. *Festinemus ergo ingredi in illam requiem.*

Quintum.

V. Si quis igitur æternæ voluptatis domicilium paulò attentius contempletur, an non suis ille oculis, an non suis ille membris omnibus concionabitur? Eia, mei oculi, quid hæc infimâ tam curiosè intuemini? nihil hîc pulchri est, si pulchritudinem cogitemus cælestium: quidquid hîc vago volatu quæritis, vanum est, & ipsa vanitas; illic milles æmœniora cernetis. Idcirco velum vobis injici ne recusate; vos claudi jam utilissimum, ut ad cælum mentis erigantur oculi. O lingua mea, ô meæ aures, ô manus, ô membra mea omnia, quid hîc vano labore ambitis brevè eripienda? Vanitas vanitatum, & omnia vanitas: quid hîc curiosâ, quid mollia & formosa sectamini? peritura sunt hæc omnia; nihil sub sole perennat. Jam labor vobis placeat, sequetur quies; jam vobis sapiat jejunium, succedet cæleste convivium; Jam spinas animosè calcate, fragrantissimi rosarum imbres in cælo vos excipient. Tunc animus noster habebit quod gratuletur sibi, cum emissus his tenebris, in quibus volutatur, non tenet visum clara perspexerit, sed rotum diem admiserit, & redditus cælo suo fuerit, cum receperit locum ab Orbe condito sibi destinatum. Surfum vocant illum initia sua. Erit autem illic etiam antequam hæc custodia exsolvatur, cum vitia disjecerit, purisque ac levis in cogitationes divinas emicuerit. Hoc nos oportet agere; in hoc ire impetu toto. *Festinemus ergo ingredi in illam requiem.*

C A P U T I X.

Nonum in cælo Gaudium, Voluptas è Beatorum Societate, & concordia.

IN Æternitatis parte alterâ, Novemplex Inferorum tormentum statuimus. Tormentum primum, Tenebræ, quibus in tertiâ hac parte colorum delicias opposuimus. Secundum, Fleus & stridor dentium damnatos cruciat; contrâ Musices inaudita suavitas Beatos recreat. Tertium, fames ac sitis in Tartaro: Gustatus voluptas, cœna magna in cælo est. Tormentum quartum horribilis fœtor: Huic adversatur in cælo Odoratus oblectatio. Quintum æternas flammâs, Tangendi voluptas in cælo excludit. Sextum lanienam conscientie non sentit triplex animi gaudium, quod Intellectus, quod Voluntas & Memoria percipiet. Septimum Damnatorum carceri responder Paradisus cælitum, de quo

A priori capite locuti. Restat ut etiam de Beatorum longè suavissimâ Societate differamus.

Phocion inter Athenienses vir maximus, cum suam domum cuperet promulgari venalem, illud singulariter addi voluit: *Et vicinos habet bonos.* Cælum nobis venale ponitur. Domus hæc tam commoda, tam ampla, tam amœna non immeritò laudatur, nec unquam factis laudari potest. Non minimum istius domus encomium est: *Et vicinos habet optimos.* Ubi melior, mi DEVS, esse potest vicinia, quàm in cælo, ubi tot centena millia unius voluntatis & amoris, sensus & animi unius, velut unum Cor, & anima una est omnium? Atque de Actor. 6. 4: hæc suavissimâ Societate ac concordia nunc pluribus agemus.

§. I.

HEBRÆUS vates Isaias bonis omnibus gratissimum ferens nuntium: *Dicite justo, inquit, Quoniam bene.* *1. In cap. 3. Si justo tam bene est, dum in luctu est, dum innume-*

ris etiamnum malis conflctatur, quanto illi melius erit, cum extra omnem luctum erit, cum nil amplius mali subire poterit? Hic altum vociferari licebit: Dicite justis, Quoniam bene, quoniam optimè, quoniam plus quàm optimè. Verè mirabilis est DEVS in sanctis Psal. 67. suis. Admirabundus Rex David: DEVS, inquit, in loco sancto suo, DEVS qui inhabitare facit unius moris in domo. Ibid. v. 7.

Beati calites non solum eodem velut colore vestis insigniuntur, sed eandem induti voluntatem, perinde ut fratres & sorores, imò ut homo unicus consensione & concordia vivunt summâ. *Et ecce quàm bonum, & quàm jucundum habitare fratres in unum. Quoniam illic mandavit v. 1. & 3. Dominus benedictionem, & vitam usque in seculum.*

Homo gregarium & sociale animal ceteribus gaudet & frequentia sui similibus. Hinc tot tamque variae Societates & congregaciones. Sed earum nulla unquam sine paribus & dissidio fuit, nisi unica hæc cælestis Societas, quæ corporibus propè infinitis unicum gaudet inesse animum.

Verissimè dixit Cordubensis Philosophus: *Nullius Seneca ep. 6. boni sine socio jucunda possessio est.* Quod ipsa, crediderim, testetur experientia. Homo unus sed solus palatio regio claudatur, rebus omnibus abundet, ad omnem vitam amœnitatem nil desit, nisi socius homo, vel Angelus. Sic clausus demum diceret: *Aur hinc dimitte me, aut admittite socios. Sine socio injucunda est rerum omnium possessio.* Idè Architas Tarentinus dicebat: *Si quis cælum conscenderet, siderum ortus & obitus, naturamque universi contemplanturus; si redux in terram neminem reperiret, cui quæ vidisset exponeret, voluptate frueretur non magnâ.* Profectò Paulus in cælum evectus, quantum licuit cæleste hoc iter exposuit. DEVS ipse nullo egens, Societatem tamen affecta-

re se simulans: *Delitia mea, inquit, esse cum filiis hominum.* Noluit solus habitare cælum; Angelos & homines in Societatem adscivit. Voluit possessionem cæli sine sociis esse injucundam. Societas jucunditatem parit & gaudium.

Et videte obsecro illam multò beatissimam Societatem in cælo. Hujus caput est Christus Servator Orbis; à Christo est beatissima Mater Christi; ab hæc novem Angelorum ordines. Ab his Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, Reges; Inde tot myriades purpurati exercitus, sanctorum Martyrum: Inde Confessores, Sacerdotes, Religiosi, Virgines, Viduæ. *Post hæc, ait Joannes, Apoc. cap. 7. vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum, amicti stolis albis & palmæ in manibus eorum.*

De Angelorum numero differtans Daniel: *Millia millium, inquit, ministrabant ei, & decies milles centena millia assistebant ei.* Angelorum quivis formosior est, quàm fuerit, aut futurus sit mortalium formosissimus. Beata

DEVS noluit solus habitare cælum. *Prov. cap. 9. vers. 31.*

Quæ sic societas in cælo.

De Angelorum numero differtans Daniel: *Millia millium, inquit, ministrabant ei, & decies milles centena millia assistebant ei.* Angelorum quivis formosior est, quàm fuerit, aut futurus sit mortalium formosissimus. Beata

X Birgitta

De numero
Angelorum
vide Hæro-
logium meū,
Horā 4. No-
ctis consil. 7.
Iob 6. 2. 5. v. 3.

Birgitta cælesti magisterio didicit, eum esse Angelorum numerum, ut si DEVS unicuique hominum ab Adamo ad usque ultimum assignasset in tutelam decem Angelos, nequaquam omnes ad hoc officii genus adhiberentur. Nos cum Jobo dicimus: *Nunquid est numerus militum ejus?* Innumerabiles sunt.

Sunt dies
365.

Beati ad
multitudi-
nem clam-
natorum
collati sunt
pauci.

In celo est
disparitas
sive præmio-
rum nulla
tamen in-
de nascitur
invidia,
quod

Hieronymus in eundo Martyrum qualicumque numero sic calculum ponit: Si quolibet anni unius die quinque millia Martyrum veneratione solenni prosequeretur Ecclesia, non ad omnes hic venerationis ordo pertingeret. Taceo tot centena millia, tot miliones ex utroque sexu religiosorum hominum: Taceo turbam illam magnam nemini numerabilem. Hi tamen omnes ad innumeram damnatorum multitudinem collati, à Christo nuncupantur PAVCI.

Porrò in hac suavissimâ Beatòrum Societate nec umbra vel invidiolæ minimæ serper, licet impar sit futura Beatòrum gloria. O Societatem beatissimam, in qua multitudo tanta sine confusione, magnitudo sine ambitione, varietas sine contentione, inæqualitas sine discordiâ, charitas sine imminutione; nulla hinc æmulationis, nulla dissensio, nulla altercatio, perturbatio nulla. Hæc mala nobis hinc omnem felicitatem corrumpunt, & inferos supra terram adducunt. Alter altero videri vult doctior, nobilior, ditior, potentior, sapientior: hinc mille invidiarum forme; hinc innumeræ furiarum noxæ; hinc sinceri aut tranquillissimi nihil est. In cælo disparitas quidem est præmiorum, uti priùs fuerat meritòrum; nulla tamen malevolentia, simulas, aut invidentia nulla est. Explicamus.

§. II.

à simili
probatum.

Pater decem filios staturâ impares prorsus, serico & holoserico vestit. Minimus natus non invidet ætate primo, quod thoracem amplioiorem, quod pallium longius, quod caligas habeat laxiores; veste suâ quilibet contentissimus est, cum cullibet accommodata & certo commentu ad corpus habilis sit. Eadem pænd ratio est regii convivii. Assident convivæ mixti imparis ætatis, juvenes, senes: Bitias aliquis octo aut decem Cretici sextarios, puer nobilissimus in eadem mensâ vix unum perthaurit: Nulla hinc invidia; quantum sapit & facis est, cuius esse ac bibere permittitur. Sic in cælo diversa sunt præmia, consensio tamen omnium est summa. Quemadmodum doliâ compluraminus magis que capacia flavio mersa jacent, omnia quidem plena sunt, sed inæqualiter, prout his illa sunt capaciora. Plures ac diversas habet fides chithara, & tamen suavis harmonia oritur ab inæquali fidium concentu. Hæc Augustinus considerans: *Habebunt, inquit, etiam tunc Sancti differentias suas consonantes: Sicut concentus fit suavissimus ex diversis quidem, sed non adversis sonis.*

August. in
Psal. 150.

Idem in humano corpore videre est; officium oculi non ambit digitus; non invidet pes manibus, nec labris genua: Lux oculi ad omnium labores vigilat, ad oculi vigilias membra omnia subserviunt; ita uni beato homini omnium Beatòrum gloria singulare gaudium communicabit, ut participi. Siquidem bonum unius est omnium, & bonum omnium est unius. Unus de omnibus singulisque dixerit: Hic est alter ego. Ita omnes non tam lætantur suâ, quam alienâ felicitate. Et quod magis admirandum, omnes se mutuo nõdunt suavissimè, tamque familiariter inter se agunt, perinde si semper fidelissimi fuissent amici. Et verò etiam eadem omnes fruuntur mensâ, & ex eadem velut paropside pascuntur; ex eodem omnes hauriunt fonte. DEVS oninibus, & omnes conjunctissimi sunt DEO, qui illis est omnia. Atque hinc illud Philosphorum verissimum est: *Que sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se.*

Apo. c. 21.
vers. 4.

Joannes Domini amor allatam cælo vocem audit; *Mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor. Cur clamor*

arctetur cælo? Hic omnia mœstis personant clamoribus. Debiliorem premit robustior: clamant qui premuntur, clamant qui verberantur, qui fortunis exauntur, qui honoribus spoliantur clamant. Sic Hebræi ab Ægyptiis iniquè pressi clamabant. Ubique plurimus clamor est: *At illic sedebit & populus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducia, & in requie opulentiâ. Sedebit:* Hic nusquam quieti sessio, imò ipsam sedere nos fatigat. Quoties vel ad jucundissimum spectaculum sessitando lassescimus? Quid nostra omnis vita, nisi statio continua, excubiæ perpetuæ, nec ante mortem finiendæ? Hic standum, & pugnandum est. Ibi quies succedet atque sessio, & quidem *In pulchritudine Pacis.* Pulchrum est quod perfectum est: Pax illic pulcherrima erit, quia perfectissima, & bonis omnibus abundans, idque, *In tabernaculis fiducia.* Cum vastissimas solitudines peragraret gens Hebræa, tenoribus ac tabernaculis pro domibus est usa, sed erant tabernacula sollicitudinis, ac timoris: in terras uberes via vi ac ferro aperienda, metuendus hostis, res armis gerenda fuit. In cælo nullum periculum, nullus hostis, hostile nihil, nullæ insidiæ, inimicitia nulla, securitas & fiducia undique tutissima, idque etiam *In requie opulentiâ:* non enim solum possident quod optârunt, & plus quam optârunt, sed etiam plus quam optare poterunt; unus possidet quod possident omnes. Requies opulentissima; Societas suavissima, vicini optimi. *Dicite iustus, quoniam bene, quoniam optime.* Rem hinc admirandam probiùs observate.

Isa. cap. 32.
vers. 10.

Isa. cap. 3.
vers. 10.

§. III.

Invenit DEVS artificium admirabile, quo unus homo beatus gaudia multorum millenorum millium faceret sua, atque ita singuli centies milles essent beati. Amor sui ipsius angustissimus est, eò refluit continuo unde fluxit: Amor alterius amanti bona transcribit illius quem amat. Amor sincerus & purus cum recipro-
Ccus est, merum mel, saccharum est ineffabilem gustus cæli est, quo nihil suavius. Bernardus arcana hujus dulcedinis non ignarus: *O charitas, inquit, quæ neminem ex-
polians omnia rapis: Dilige proximum, & omne bonum ejus est.* Artificium singulare, quo fit ut unus omnium beatorum
gaudius fruatur. Ego exempli gratiâ, DEVM aliter intue-
ri non possum, quam ut unus homo; atqui jam amor
efficit, ut ego unus & solus sim omnis homo, dum alio-
rum, dum universorum gaudia per amorem facio mea.
A simili patebit dicta. Ad balsami fontem consisto,
sed non nisi hydriolam quæ vix quadrantem vini capit,
ad manus habeo. Hic voti mei est, ò si prægrandes ca-
dos & amphoras, ò si capacissimas merretas huic fonti
liceat supponere! Aut, ò si amicorum meorum fidelissi-
mi cum ingentibus doliis simulque plaustris hic sint,
dolia implere, plaustra iis onerare fas esset! Sic omne
quod exciperem balsamum, foret meum. Equis me
tandem esset ditior?

Amor su-
cerus cum
est reci-
procus, g-
stus cæli
est.

Artificium
singulare,
quo fit ut
unus om-
nium bea-
torum
gaudiis
fruatur.
A simili
patet.

Hæc omnino Beatitudinis est ratio. Beatòrum vel minimus ad balsami fontem, ad infiniti Boni scaturiginem consistit, in manibus illi vas est unicum, & non maximum, nam unus homo est. At sunt tot centena millia, tot myriades Sanctòrum; hi unici illius hominis integerrimi adsunt amici, qui balsamum suis quidem amphoribus, sed hujus bono excipiunt; omnes illum ardentissimè amant, & ille omnes.

Cullibet Beatòrum fixissimè inhæret cogitatio hæc dulcissima: DEVS me intimè amat, & ego DEVM totus; hi omnes me, hos ego omnes amo, æternum amandus, æternum amaturus. Hoc millestræ decoctionis saccharum, hoc infinitæ dulcedinis mel est. Hoc mille balsami centumpondiis longissimè præferendum. Hoc autem minùs capimus, putem, minùsque credimus, quam inferorum reos laxari, concepri, affari. His enim similia

similia spectavimus; illa non patent oculis. Sed amores A Societatis aeternæ suavissimos uberius explico.

Horologium affabrè factum & pretiosum, picturam nobilem & artificiosam ego quidem amare possum, sed non illa me: Amor est iste, sed non reciprocus. Canem fidelissimum aut equum amo generosissimum; mortuis meas etiam lacrymas impendo, nam & illi me suum Dominum ut potuerunt, amarunt. Hic quidem reciprocus est amor, sed proors inæqualiter reciprocus. Hominem denique amo, & ille me. Hic ignis est mutus, hic amor reciprocus, & hoc ipso ceteris amoribus omnibus præcellentior. Nunc animum erigamus ad alta. Si tot centena millia, si tot milliones Beatorum, si tot Angelos, si Domini Matrem, si Christum Dominum, in terrâ præ omnibus amatum tunc unicè, medullitus, intimè toroque pectore peramem, neque aliter ab illis omnibus amari me sciam: Et omnes illi quos amo nil indecori, nil fœdi, nil mali habeant, formâ venustissimi, virtutibus ornatissimi sint: ô quantum hic amoris reciproci! ô quantum ignis inveni, flammarum quantum est! Et en omnes illæ tot flammæ in meo colliguntur pectore, inde in omnes diffundendæ.

Neque hoc inane somnium aut commentum est: ita sese res habet. Et hic illud Theologorum usurpem: Cognitio foris stat, Amor intrat. Cognitio DEVM, intuetur, Amor amplectitur DEVM, & immergit se in hunc mellis Oceanum. Intrat amor. Hinc verè Læticus Abbas Bloisus: *Omnia, inquit, gaudia & oblectationes quæ in hoc mundo percipiuntur, in comparatione pervenium voluptatum, quæ in celo ex visione DEI, ac Societate Sanctorum habentur, sunt velut una aqua guttula cum toto Oceano collata.*

Abf. Monil. Spirit. c. 14. fenult. post mod.

Aug. tom. 3. l. de Spiritu & animâ.

Dicta omnia excellentissimè confirmans Augustinus: *Tantum, inquit, unusquisque gaudebit de Beatitudine alterius, quantum de suo ineffabili gaudio, & quot socios habebit, tot gaudia habebit. Quidquid expedit, & quidquid delectat, ibi est, omnes divitiæ, omnis requies, omne solatium. Quid enim ibi deesse potest, ubi DEVS est, cui nihil deest? Omnes ibi cognoscunt DEVM sine errore, vident sine fine, laudant sine fatigatione, amant sine fastidio. Et in hac dilectione requiescunt pleni DEO: adherentes semper Beatitudini sunt beati, contemplantes semper aeternitatem sunt aeterni.*

Tale scilicet voluptatis mare beatissima hæc Societas propinat, ut si unicus in cælo annus daretur exigendus, tamen propter hunc annum unicum univerſa vitæ presentis oblectamenta promptissimè spernenda essent. Quod vates regius affirmatissimè pronuntians: *Quoniam melior est, inquit, dies una in atris tuis super millia.* Et nos insanissimè cæci sermonem regium sic invertimus: Quoniam mille anni in atris tuis meliores non sunt super unam apud nos dieculam. Heu miseri, ter miseri & nimis quam insani! Ut pauculos dies suavius ducamus, aeternitatem perdimus felicissimam: Exiguo tempore nolumus esse miseri, ut aeternum simus: Hilarem momenti insaniam voluptatibus aeternis præferimus. Hoc stultorum mercari est, regnum pomo vendere.

783. v. 11.

Et videte mihi mercatorem summè fatuum qui Germaniam pererrat, & aurum, argentum, margaritas, aromata sibi comparat, lucri gratiâ in Indias devehenda. Quis hominem stultissimum non largiter irrideat? qui merces ibi colligit, ubi earum magna est inopia, ibi venditurus, ubi earundem copia ingens est. Non minùs fatuè agit qui dum vivit in terrâ sterili, in valle absinthii voluptates congerit ut negotiator, perinde ac si eas habiturus in cælo, ubi voluptatum & longè meliorum summa est copia. *Vinum sapient, & intelligerent, ac novissima providerent.* Non querendum est, quid, aut quantum patiamur, sed quàm bene, & ob quantum premium.

Deut. c. 32. vers. 29.

CAPUT X.

Decimum in cælo Gaudium, Voluptas ex omnium Deliciarum affluentia.

Omnia Ægyptiarum mulierum formosissima Strabo l. 17. habebatur olim Rhodope. Hæc ætatis amœnio-Ælian. l. 13. re tempore in hortum suum secesserat, ut animi gratiâ Variar. hist. cap. 33. lavaret. Pedisequa custodiendas vestes acceperat: Sed laxatâ nonnihil hæc custodiâ ex improviso advolavit Aquila, & Rhodopes calceum unum rapuit, asportavitque in regiam urbem Memphim, ubi rex Psammerichus sub puro Jove sui copiam fecit, & litigantium causas cognovit. Hic Aquila raptum ex horto calceum in regis sinum excussit. Quâ in re Psammerichus duo præcipuè mirabatur. Primum, quid hoc sibi velle avis regia, tam insolitam prædam in id loci dejiciendo. Alterum, artificiosam calcei concinnitatem non sine magnâ pariter admiratione spectavit. Accessit humanæ gentis vitium curiositas, quæ studiosissimè indagari voluit, cujusnam esset hic calceus? Inventa tandem Rhodope, & Memphim perducta, cum regis oculis mirè placuisset, in regium thalamum dempsit.

Eâ in homines DEVS benevolentia fertur, ut res creatas in eorum velut gremium infundat. Et quamvis vermiculus solum, aut foliolum, aut flosculus obijciatur oculis, mirari tamen & fateri cogimur, mi DEVS, qualis hic colorum varietas, quanta odoris suavitas, quam venusta partium distributio! Artifices omnes vel junctis operis nil tale fecerint. Quod si DEVS ita se spectandum præbeat in exilio, quid fiet in patriâ? Hæc terræ donat, quid cælo non reservavit? Si talis est forma cæli exterior, interior qualis erit?

Si quis palatium ingressus, stabulum, culinam, famulorum hypocauſta videat auro illusa, quid de regio conclavi sentiendum judicabit? Si inimicus DEVS, & in carcere tantum oblectationis exhibet, quid in suâ regia non exhibebit filiis? Hinc Augustinus optimè ratiocinatus: *Si tanta, inquit, facis nobis in carcere, quid ages in Soliloquio palatio? Si tanta solatia in hac die lacrymarum, quanta confers in die nuptiarum? Nam ex his minimis tua magna, & ex his invisibilibus tua invisibilia comprehendimus.*

Cum de Inferorum tormentis disserteremus, octavum supplicium statuimus, Desperationem undequaque desperatissimam. Nam quocumque vel oculus vel cogitatio eat, ubique meros luctus, mærores, cruciatus, dolores, malorum ac tormentorum ubique plurimum cernit, omnia undique oppellulata, & obscurata, nullus uspiam exitus, fuga omnis interclusissima, ubique Præsentia omnis mali est. Aliter in cælo vivitur, quocumque vel oculi vel animus excurrant, in patentissimo voluptatum campo sunt, ubique Præsentia omnis boni, & Absentia omnis mali est. Cælum undique & undique cælum: Deliciarum omnium affluentia, Præsentia omnis boni, de qua nunc pluribus agendum.

§. I.

Nihil est in hoc terrarum Orbe, quod non suum habeat hostem, & plerunque vicinum. Nihil pulchrius, nobilius nihil virtute, illius tamen capitalis hostis Vitium nunquam non ad latus hæret.

Semper odoriferis proxima spina roſis.

Sic sapientia Fatuitatem, sanitas Morbum, vita Mortem habet proximam. Suum quæque hostem patiuntur. Nihil hic ex toto sinceri aut puri est, mixta omnia & corrupta. Tenebræ luci, amarum dulci, bonum malo insidiatur. Aurum terrâ & saxi clauditur, gemmæ in conchis & sordibus deliteſcunt, rosâ vepribus cinguntur, triticum obsidetur lolio. Idem in moralibus. Abundat quis honoribus, sed non abundat nummis; fulget

In hoc mundo suum quodque habet hostem.

titulis, sed paupertate laborat. Alius quidem dives est, sed in honore ac pretio non est: Hic sapiens est, sed pusillanimitis; hic magnanimus, sed imprudens. Ille valetudinis est robustus, sed semper ægorus; hic sanus quidem, sed indoctus. Militiæ Dux Naaman opulentus, sed leprosus; Rex Alexander potentissimus, Orbis Monarcha invictus, sed hoc quam diu? intra duodecim annorum angustias tota hæc stetit felicitas. Talia sunt omnia Mundi bona, misera, caduca, & amaritudinibus innumeris mixta. Tandem *extrema gaudii lætus occupat*: imò lætitiã omnem mætor aliquis interturbat. Et adhuc amamus Mundum; adhuc nauseamus cælum?

Proverb. 14. vers. 33.

Extra cælum nulla sine amore voluptas.

Extra cælum nulla sine amore voluptas. Cibus sapiat? fames necesse est præcedat. Edis quantum cupis? Fastidium tibi ipse paris. Minus quam cupias edis? appetitus irascitur, & reclamatur. Potus recreet? prius sitis maceret. Bibis quantum lubet? cuperes mediam partem rejectam. Sicut decipis? Venter furit, & queritur. Quies placeat? Labor & fatigatio præeat. Ita nunquam non desit aliquid. Estate nimium calemus, nimium frigemus hieme, & æstivi soles nos vexant, & brumales. Dormis, quantum genius præscribit? excedis limites, & tibi nocet. Somnus immodicus, somnus injucundus. Parci ac brevis somni es, ut tempus studiis assignes? caput gravedinem excusabit, obmurmurabit stomachus ob carnã indigestam. Semper erit quod vellicet; nunquam deerunt morsus, aut morsunculae. Ite per omnia terrarum gaudia, & quidquid in rerum naturã volupe est, ubique dulcis & amari, lætus & gaudii mixturam reperietis. Nihil hic puri & sinceri; confusa omnia. Cur igitur regionem non quaerimus benigniorem, cur terras non aspiramus beatiores? Ultrius tendendum est: itineris metam nondum contingimus. In monte Taboreo Petrus ardens postulat: *Faciamus hic tria tabernacula. Qualis hæc Beatitudo est Petre, ubi extemporaneum struendum est tugurium? Talis omnino est universa Mundi felicitas: fulcimentis eget jam jam ruitura.*

Matt. 6. 17. vers. 4.

In cælo est fons voluptatum limpidissimus.

In cælo merum meracum vinum ponitur his aquis non adulteratum, fons illic voluptatum limpidissimus fluit. Platoni beatus est, cui nihil boni deest. Cælestis beatitudo sola talis est. Ita olim pollicetur DEVS: *Ego ostendam tibi omne bonum.* Stabit pollicitis DEVS: ostendet nobis omne bonum. Hanc talem beatitudinem commonstrans Bernardus: *Beatitudo est, inquit, ubi nihil sit quod nolis, & ubi totum sit, quod velis.* Quod infra cælum averfamur, quod nolumus & horremus, in cælo sanè non est: non fames illic, non sitis, non gelu, vel æstus cruciat. Nihil laboris, nihil fatigationis, mæroris aut timoris in cælo nihil est: Curæ omnes, paupertas omnis, adversa penitus omnia procul à cælo abarcantur: Mors & omne morborum agmen æternum cælo proscriptum est. Imò inde malorum omnium maximum, in omne ævum eliminatum est. Tota illic æternitas nec minimum peccati navulum videbit. Nihil ibi est, quod nolis. Absentia est omnis mali: Totum ibi est, quod velis: Ibi fanitas sine defectu, securitas sine metu, dignitas sine timore, serenitas sine nube, scientia sine ignorantia, festivitas sine mœstia: Abundantia sine indigentia, divitiæ sine inopia, Pax sine dissidio, Forma sine vitio, Virtus sine adversario.

§. II.

DEVS habet tres contignationes in domo totius universi, & earum differentia.

DEVS in magnã hæc universi totius domo tres habet contignationes seu tristega: Cælum, terram, Inferos. Hæc autem inter has contignationes differentia est: In cælo purè purissimè bona omnia, merum putum gaudium: In inferno purè purissimè mala omnia, purum putum tormentum: In terrã mixta omnia, gaudia supplicii temperata, mel felli affusum est; dici

nox, hiems æstati, bono malum, probis improbi insidiantur; mixtim fluunt omnia. Philosophi tres regiones aëris assignant, quæ tribus illis contignationibus possint conferri. In imã Inferorum regione tantum sunt mortui, seu veriùs æternum morituri. De quibus Hebraeus fidicen: *Non mortui, ait, laudabunt te, Domine, Psal. 111. neque omnes qui descendunt in Infernum.* In hæc mediã partem vivi, partim mortui. Eò illud Domini spectat: *Di. Matt. 6. 8. mitte mortuos sepelire mortuos suos.* In supremã tantum vivi. *Inf. autem in perpetuum vivent.*

Sap. cap. 5. vers. 16.

Tota pulchra es, ô Patria mea, tota pulchra es, absque eo quod later intrinsecus. Cælum nobis Beatitudinem DEVS. Quòd si mortalium ulli ea fieret gratia, ut ei cælum veluti per riuam vel brevissimo tempore liceret inspicere, & intueri DEVM; talis, putem ego, deinceps gravitùs nunquam delinqueret, imò laboribus, jejuniis, aliisque corporis rigoribus sibi vitam suaviter adimeret.

Verùm, ô Christiani, patefacta in cælum rima, meditationes sunt nostræ; per has ruinas cælum inspiciendum datur; modò applicemus mentis oculum, modò Beatitudinem illam contemplatione seriã expendamus. Calestet animus, imò ardebit hæc talia meditando. Hic ego Humilitatem, Patientiam, Puritatem, Charitatem, & veram cum divinã voluntate Conformitatem ostendo.

Refert è beati Dominici familiã Joannes Heroldus *Et post hæc sacram virginem, diebus omnino septem, in extremis cum morte luctatam, magno adstantium omnium cum sensu & miseratione. Post luctam denique tam gravem obiisse. Post aliquot ab obitu dies suæ antistitæ defuncta stitit cum his vocibus: Benignissimus DEVS minime etiam actiones suo honori factas tam liberaliter remuneratur, ut ego ad corpus, si possim promptissime redeam, & alios septem dies cum morte lucter: nam minimum quid pro DEO agere vel pati, præmium habet maximum, ineffabile, immensum. Dixit, & in auras sese abdidit.*

Quid igitur habebit præmii, DEI causã pati grandia, aggredi ardua? cum ingentibus ærumnis colluctari, periculis sese objicere, laboribus maximis perfungi? Quid ergo feriamur & opportunitates tantas negligimus? Singulis horæ partibus licet ditiores fieri, sublimiorem in cælo gloriam promereri. Quid ergo cessamus, & ipsi nostris obstatum lucris? Quin cælum, dum licet emimus? Laboribus venditur & patientiã.

Veneris Patriarcha Laurentius Justinianus eruditione ac sanctimoniam clarissimus, dum assiduis cælum gemitibus pulsatur, in has voces erumpit: *O si scirent mortales, qualia & quanta sint gaudia electis reposta in calorum convivio! O si gustarent qua præparavit DEVS diligentibus se! excuterent prorsus à se omnem torporem.* Ita & Beatus Ignatius Religiosæ Societatis Parens sæpius succlamasse dicitur: *O utinam, Domine, si utinam te nosset homines.*

§. III.

Quid ergo nos decipit, quid excæcat, quid absterret, quò minus votis omnibus & suspiriis assiduis ambiamus cælum? Dicam paucis.

Ephraimitæ plerunque sumus. De his Osee vates: *Osee. cap. 10. Ephraim, inquit, vitula docta diligere trituram.* Hebraei bouum ungulis terere fruges & excutere messem solebant, quod hodièque asinorum calcibus facit Hispania. Subinde boues ita trituras os hordeo vel tritico mergebant in laboris solarium. Hinc illa lex: *Non alligabis os bovi trituras.* Tantò igitur libentiùs laborem hunc capebant jumenta, quantò eum fami sentiebant commodiorem. Tribus Ephraim his jumentis vix generosius se gessit. Hinc DEVS jure queritur: *Ephraim vitula docta diligere trituras.* Ephraimitæ ad id non inviti conferebant operam, è quo gulæ solatium aut commodum aliquod

aliquod sperabant. Modò os implere, modò farcire ventrem liceret, laborem non detrectabant: non quòd laborem amarent, sed quòd commodum suum avidè sectarentur. Hinc aratro alligari ingratiſſimum, quia nullum hìc gula commodum. Tales Ephraimitæ, tales profus & nos sumus. Carni & Mundo, inſuper & Diabolo ſervimus, & multum laboris ac operæ in hoc ſervitio conſumimus, vituli docti diligere trituram. Sed nunquid laborem non amamus? Non certè; ſed laboris commoda ſectamur. Iſte quidem dignitates ambit, hic pecuniam quærit, ille voluptates ſicit, alii alia. Ita præſens commodum ſpectamus, & ille ſibi diſtor videtur, qui copioſior, qui plura ſui laboris percipit emolumenta. Sed quid eſt hoc omne niſi buccæ? niſi breviffimi temporis voluptas exigua? Surſum corda, ô mortales, ſurſum, ſurſum.

*Os homini ſublime dedit, cælumque videre
Iuſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.*

Ergo, *Quæ ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt, in dextera
DEI ſedens, quæ ſurſum ſunt ſapite; non quæ ſuper terram.*
Quod & vates, quem dixi, Oſeas monens: *Arabii Iudas,*
ait, *conſringet ſibi ſulos Iacob.* Hi tales arare, ſarrire, occare, non recuſant, ſed amore vitæ melioris, ſpe futuri. Et en luculentum inter improbos probòſque homines diſcrimen. Improbi trituram amant, quia voluptatem præſentaneam inhiant. Probi arant, & multis ſe laboribus fatigant, quia futura ſperant. *Quoniam debet in ſpe, qui arat, arare.*

Non ergo trituram, ſed agriculturam amemus, non præſentes, ſed futuras voluptates inhiemus. Grave illi non erit trahere aratrum, qui ſeridè ſperavet it cælum.

C A P U T X I.

*Vndecimum in cælo Gaudium, voluptas è perfe-
ctiſſimâ omnium deſideriorum ſatiætatè.*

DVX belli Narſes, vir maximè nominis, Bibliopola fuit primitus: Dein Juſtiniani Imperatoris famulus à cubiculis. Cùmque in hoc officii genere virtutem, & magnum animum exeruiſſet, factus eſt Patriſitus. Et quia viri Virtus ac maſculum pectus magis magiſque ſe prodidit, ad ſublimentiora conſcendit, dum Belliarii loco, militiæ Imperator eſt dictus. Decennio ſcè militarem præclarè geſſit, præliis & victoriis felix, Gothorum regem panè invictum vicit, ac debellavit. Hìc fortuna vertit, prout omnis humana felicitas terminis concluditur anguſtiſſimis. Juſtinus Imperator novus dicitur, qui velut Pharaò ignorabat Ioseph. Sophia Imperatrix neſcio qui læſa cùm Narſetem ferre non poſſet, eolum ei ac fuſum miſit, ut feminam indueret, & ſila duceret. Tam infami munere exacerbatus Narſes: Ego, inquit, Cæſari ejuſque uxori talia deducam ſila, quæ non facile rupturi ſunt; telam ordiar non ſolvendam. Mox optimos Italiæ fructus, uvas, ficus, mala Heſperia, poma aurea Longobardis miſit & ampliſſimè invitavit, venirent tantùm, & terram opimiſſimam armis ſuam facerent, ſe ſtrenuum hâc in re fore adiutorem. Venerunt, præſtantiffimis terræ frugibus invitati & tracti. Omnium illorum vox erat: Eamus & poſſideamus terram ejuſcemodi fructibus abundantem, quos longè ſuavius erit recentes capere.

Haud aliter DEVS Hebræorum populum ad terras fertiſſimas ferro ſubigendas accendit; fructus eis nobiliſſimos propoſuit, ut mutuis ſeſe hortatibus impellerent. Eamus & poſſideamus terram. Ita & Chriſtus humaniſſimè nobiſcum agit, invitât ad cæleſtia, fructus præſtantiſſimos proponit. Nam de Beatis pronuntians: *Sicut Angeli DEI in cælo:* Nihil voluptatum illis deerit. In cælo perfectiſſima ſatiætas erit. Et ut prælibemus hos

A fructus, maxima creaturarum rerum variètas in conſpectu eſt. Guſta, Viator, guſta.

Quæque latent, meliora puta.

Optatiſſima erit in cælo Deſideriorum omnium SATIÆTAS. Et de iſtâ hoc capite diſſerendum.

§. I.

Hieroſolymitanus rex David velut ſuam ſolaritius famem: *Satiabor,* inquit, *cùm apparuerit gloria tua.* Vix *Psalm. 16.* capimus tantò Principi hanc vocem excidiſſe. David *verſ. 15.* Rex opulentiſſimus ingenia duo regna poſſederat: In his ille tot numeravit horrea ſelectiſſimo tritico ſtipata, tot præta, tot villas pecude pinguiſſimâ refertas, tot penora omni generis ad menſam apparatus pleniffimâ, tot cellas generoſiſſimo vino ſpumantes: nihilominus tantquam mendiculus inſimus, qui vix ſemel totò anno eſt ſatur, fami ſuæ ingemiſcens: *Satiabor,* inquit, quia jam vehementer eſurio. Eòne mendicitatis rex tantus eſt redactus, ut famem futurâ ſolùm ſatiætatè ſoleret? Ita ſanè mendicus eſt, ſeipſo teſte: *Ego ſum pauper,* inquit, *& dolens. Mendicus ſum & pauper.* Ego verò egenus ſum, & pauper, DEVS adjuva me. *Psalm. 68. v. 10. Pf. 39. v. 18. Pf. 69. v. 6.*

Sed forſan argenteos aureòſque montes eſurit? quis hanc gulam ſatis propitiet? Ah non iſtud alimenti generis appetiit, argenti & auri ſatis habuit: nam *auri talenta centum millia, & argenti mille millia talentorum* ſtruendo templo deltinavit. Sunt bis mille octingenti duodecim milliones Hiſpanicorum ducatorum ſupra octo millia *Davidò* egre- *rimus.* trecentos ſepuaginta quinque ducatos. Ergo aurum non eſurit. Sed forſan dignitates ampliores & plus quàm regias ambivit? Neque hoc. In apice dignitatis ſtetit. Toto terrarum Orbe nomen decuſque geſſit. Sed forſan copioſiores ſitit voluptates? Ah neutiquam. In promptu fuiſſet, quidquid oculi, quidquid animus delectari oprâſſet. Ille nihilominus ſe mendicum, non diſſimulans: *Satiabor,* inquit, *cùm apparuerit gloria tua.* *Psalm. 16. v. 15.* Et ſperatæ ſatiætatè cauſam adjungens: *Adimplebis me, Psal. 15. ſine.* ait, *lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tuâ uſque in finem.* Hieronymo interprete dixit: Oſtendes mihi plenitudinem lætitiarum ante vultum tuum.

Dum vivimus, oculos & animos gerimus inſatiabiles; quo plus ingeritur, plus appetunt; nulla hìc lætitiæ plenitudo. Lætatur, ſed non implemur: in ſuperficie natat hilaritas noſtra, mœror in profundo hæret. Delectationum guttulas libamus, totis pateris propinat dolor: heu! nimium brevi ludimur fallaciâ. Ideò rex David, ſublimes ſpiritu: *Quid mihi eſt in cælo,* ait, *& à Psal. 72. re quid volui ſuper terram?* Domine, aulici mei miniſtri *verſ. 25.* monſtrant, ut ad hilaritatem me provocent: At ego nihil uſquam reperio quod ſolidè vel exhilaret vel lætiet. Quid mihi eſt? Hæc cupidiarum minutia ad meam famem non ſunt.

Comedonis & helionis inſtar loquitur, cui hiante ſemper fame nil eorum quæ apponuntur, ſatis eſt: qui uberiorem etiam cœnam accuſans: *Quid mihi,* ait, *has buccellas, quid patinarias has nebulas ponitis? ægrotuſ ruſticus plus abſumeret: Chamæleon ego non ſum, ut vento paſcar; hauſtu non ſæpe geminato paucis bolis hæc omnia glutierim. Cibum largiùs præbete. Ita reverà David: *Quid mihi eſt in cælo, & à re quid volui ſuper terram?* Cælum ipſum nolim, ſi tu abſis, mi DEVS, tu ſolus cor plenè ſatias. Ergo *satiabor cùm apparuerit gloria tua.* *Pſalm. 72. v. 15.**

Itâne potentiſſime Regum tunc primùm ſatiaberis? jam pridem ſatiata credi potuit omnis tua cupiditas. Cùm etiamnum opilionem ageres, ex tibi conceſſæ ſunt vites, rariffimum munus, ut Urfos & Leones velut hædulos diſcerperes. Nunquid plus virium cupis? Gigantem illum Goliath agminis Hebræi dedecus affectas ſternere? Conceſſum eſt: ſtravitti. Num plura vis? In præmium

Ovid. lib. 1. Metamorph.

Coloſſ. cap. 1. v. 1. & 2.

Oſe. cap. 10. verſ. 11.

1. Cor. cap. 9. verſ. 10.

Exodi cap. 1. verſ. 8.

Num. c. 13. verſ. 31.

Matt. c. 22. verſ. 30.

Isa. cap. 64. vers. 4.

rum centuriis præveniens Isaias: *A seculo*, inquit, *non audierunt, neque auribus perceperunt: Oculus non vidit, Deus absque te, quæ preparasti expectantibus te.*

Ubi Intellectus hæc cæli gaudia, quæ omnem intellectum, cogitationem omnem excedunt longissimè, non nihil altius in se admiserit, addat quæ & Voluntatem inflamment. Age sis ergo Voluntas, & promissas tibi voluptates præliba: Non illæ quinquaginta, non centum duntaxat aut mille, non decem millibus, nec decies centenis millibus annorum, sed in æternitates perpetuas durabunt. Age, age refractaria plerumque Voluntas, & tantis te gaudiis para: quanto minùs te ipsam sequeris aut amas, tantò meliùs te paras. Optimè

Aug. lib. de Patientia cap. 23.

de te dixit Augustinus: *Voluntas quando est avidior temporalium bonorum, tanto est inanior æternorum.*

S. IV.

Satietas gloriæ Domini nullum adfert retredium.

ERGO fatiabitur cum apparuerit gloria Domini. Et hæc satietas nullam adfert tædium, fatigationem ac nauseam nullam: post decies, post centies, post millies annorum millia tam recens & grata erit voluptas cæli, quàm fuit primo omnium quadrante, ad primum cæli ingressum. Apud nos vel suavissimæ voluptates tandem amarescunt & expirant: Ipsum mel tandem, cum satui sumus, veluti mures farinam, nauseamus. At verò inter Beatos, ut divus Gregorius loquitur, satiari desiderabimus, & desiderantes fatiabitur. Satietas & fames alioqui hostes conjungi non possunt; hæc illam expellit. In cælo hæc duo conjunctissima tam suaviter & amicè conveniunt, ut non modò altera alteram non impediatur, sed etiam quamplurimum juvet. Satieta-tem jucundissima fames, famem perfectissima satietas commendat. Nos verè in esuriali regione jam degimus, mendicorum ollulas & scutellas chartaceas tractamus; e- quid hæc ad animi famem ac sitim? Vitellii & Æsopi patinæ, saliares epulæ, Adipales Pontificiæ & Adjiciales cœnæ, Falerni mare, animum esurientem non implent. Hic nulla satietas, aut certè satietas cum nauseâ & fastidio.

Satietas & fames in cælo conjunctissime sunt.

In ditiorum ædibus quidquid paupertinæ tribui seponitur, in unam ollam mittitur. Hinc ei nomen Olla pauperû, quæ carnes & juscula, pultes & olera, pulpam & ossa recipit congerie confusâ. Nos pauperum ollam lambimus quotidie, dulcia amaris, risus lacrymis, mel felle, gaudia suspitiis mixta sunt: sincerum nihil, nulla satietas. At inter Cælestes futuritas perfectissima, & cupiditas jucundissima simul sunt: ita quidem, ut si Beatorum infimum interrogemus, num voluptatis aliquid excogitari aut optari possit, quod in cælo non sit: Ore omnium responderet. Replemur in bonis domus Domini: nec optari nec excogitari quidquam poterit, quod in domo Domini desit. More suo insignissimè

Aug. tom. 8. in Psal. 83. mihip. 376.

Augustinus: *Securi ergo, inquit, simus, fratres, non nos facit tibi nisi laus DEI, Amor DEI. Si deficias ab amore, deficias à laude. Si autem amor sempiternus erit, quia illa insatiabilis pulchritudo erit, noli timere ne non possis semper laudare, quem semper poteris amare. Huic vita suspiremus.*

Chronicon Fratrum Minorum part. 1. lib. 2. cap. 61. mihip. pag. 331. S. Franciscus expectatione gloriæ omnium penâ delectatur.

Hinc Franciscus Assisias dolorum medius dicere ausus est: Tanta est gloria quæ me expectat, ut omnis poena me delectet. Jejunii, flagris, carneiis, carnem frangere, humi cubare, asseri indormire, vigiliis protrahere, preces prolongare, irrisui esse, probra & calumnias audire res in se insuavissima est, at nihilo satietas hæc omnia inter gaudia & lucra numerans Franciscus, liberrimè proclamavit: Omnis poena me delectat, tanta est gloria quæ me expectat. Atque hinc sub vitæ finem vir iste sanctissimus, viribus exhaustus, macie torridus, & vix ossibus hærens, dolores, quibus urebatur, suos fratres vocabat. Er fuit cum unus aliquis de familiâ suggereret Francisco: Rogaret DEVM, ut mitius cum suis ageret. Cui vir sanctus: Nisi tuæ, frater,

A simplicitati parcerem, inquit, hoc dictum acrius lueres. Itane DEO nos modum præscribere, & extrema quæque meritis blandientem manum vis postulare? Mox suo sese lectulo evolvens, jamque nudâ humo supinus DEVM omnibus precibus rogare institit, augetur poenas, geminaret verbera, duplicaret dolores, nec parceret misericordissimè saviendo. *Cum tanta sit gloria quæ nos expectat, ut omnis poena delectet.*

Hic ego Patientiam omnibus cæli aspirantibus commonstro. Videte sedulum opificem; gaudet in laboribus, sudore delectatur, jucundum illi est conductis operibus obrui; non quòd suavia sint ista, sed quòd gratissimum laboris sit lucrum.

Quid ergo nos ignavi ac desides laborem horremus, quid poenas averfamur? Hæc dulciâ non sunt, sed dulcis est laborum merces, immensum Patientiæ præmium: Cum Francisco vel millicies proclamandum: Tanta est gloria quæ nos expectat, ut meritò poena omnis delectare debeat. Satiabitur cum apparuerit gloria Domini.

CAPUT XII.

Duodecimum in cælo Gaudium, Voluptas & gaudiorum omnium securitate.

DEMADES inter Græcos vir magni nominis, multæ experientiæ, nec picturæ ignarus, ad Philippum Macedonia regem missus est Athenarum Legatus. Super mensam rex Macedo varia quaesivit de Athenis, quàm ampla civitas, num pulchra, num suâ metropoli major? Demades graphidos peritus, non verbis solum, sed & lineis Athenas in tabulâ sic figuravit, ut Rex urbis potiundæ desiderio incensus dixerit: Ut urbs hæc mea sit, ferro vel auro efficiam. Ita rudis hæc Athenarum adumbratio Philippum movit, ut beatum se regem non putârit, nisi eâ urbe potiretur.

Humanæ genti DEVS Orbem terrarum proposuit Orbis spectandum, & in eo adumbrationem, sed rudissimam, rarè proponitur. Orbis illius melioris & beati. Tanta hic rerum conditarum varietas in oculis est, ut de inferiore hoc DEVS quo est opificio rectè dixerimus: *Sparsit æternæ voluptatis umbras.* At quemadmodum Rex Macedo Philippus non urbem Athenarum in chartâ lineatam, sed veram appetit: ita beati nos non adumbrationem patriæ, sed patriam appetamus; has rerum creaturarum umbras generosè spernamus. Creatura hæc omnia non nisi lineamenta sunt & rudis imago beatissimæ illius civitatis Hierusalem: eò gemitis & vota tendant. Quòd si aliter non liceat, manu, ferro, vi urbs illa est obtinenda. Hæc omnium mens sit, non conquirecere, dum nostra sit urbs illa; in quâ non cives solum, sed & Domini æternum vivamus & imperemus.

Hactenus de diversis cæli gaudiis actum. Enimverò celestium gaudiorum in hoc firmamentum est & robur, ea esse penitus securissima; nullo eventu, nullis satellitibus turbanda. Beati omnes loca casuum secunda habitant, DEI gratiâ excidere nequeunt, quia nec amplius peccare possunt; in portu navigant, non est quod timeant naufragium, in tranquillo & tuto sunt, in libertatem confirmatissimam asserit. Atque de hæc tranquillimâ Divorum securitate jam disseremus.

S. I.

SEVERINUS Boëthius non à rarâ solum eruditione, sed ab illustri etiam sanctimonîâ æstimandus ea de consolatione Philosophiæ scripsit, quæ cedro & auro sunt litteranda. Hic Beatitudinis mentionem injiciens: *Omnia, inquit, mortalium cura diverso quidem calle procedit, sed ad unum tamen Beatitudinis finem vititur pervenire. Id autem est bonum*

Boëth. lib. 3. Consol. Philosoph. prosa 2.

est bonum quo quis adepto nihil ulterius desiderare queat. Quod quidem est omnium summum bonorum, cunctaque intra se bona continens: cui si quid absorer, summum esse non posset, quoniam relinqueretur extrinsecus, quod posset optari. Liquet igitur, beatitudinem esse statum bonorum omnium congregatione perfectum.

Hanc Beatitudinis adumbrationem Theologi omnes, ut legitimam probamque admittunt. Nam vera STATUS est nullis fortunæ eventibus subiectus: Nihil hic minus stabile aut inconstans. Humana vanitatis elogium est, Nunquam in eodem statu permanere. Homo simillimus Euripo, jam hilaris; jam tristis; jam opulentus, jam egenus, modò sanus, modò ægrotus, modò & mortuus. Nunquam in eodem statu permanet. In cælo aliis vivitur legibus. Nulla illic mutabilitas. Sicut DEVS ab omni ævo beatissimus fuit, sic & beatissimus erit in omnè ævum, & omnes cum eo Beati, beatitudinis communicatione admirandâ.

Hic Status in cælo cunctos durabit in annos.

Nos hic suaviter somniamus varios status Baronum, Comitum, Marchionum, Principum, Ducum, Regum, Imperatorum, Risum teneatis amici. Qualis obsecro hic status? Homo quasi flos egreditur, & coneritur, & fugit velut umbra. Hodie stamus, cras non in lectulo, sed jam in capulo jacemus. Hocce stare est? Sed ludamus verbis, & cerevisiam Falerni aut Cretici nomine dispemur. Sit status in vitâ nostrâ. Ubi jam alterum illud? Omnium bonorum aggregatione perfectus. Numinis promissum est: Ego ostendam omne bonum tibi. Quidquid bonorum est cælo terræque aut esse potest, eo fruuntur Beati omnes, quamvis, ut dictum, inæqualiter. In terrâ quàm rarus & tenuis est bonorum cumulus! Videas virum divitem, sed non sanum; videas sanum, sed non divitem: Alius & dives & sanus est, sed inglorius & inhonorus: Reperias forsan qui & dives, & sanus, & honoratus sit, sed aliud illi deest; vix unquam ex integro lætus est; formosissimo pomo similis; cuius medium vermiculus perrodit. Sed inveniemus reor hominem, qui & opulentus, & validus, & eruditus, & cum primis honestus, & nunquam non latissimus sit: Sed hic ipse cum cogitat tam omnibus; quàm sibi etiam moriendum. Heu! quàm inhorefcit, quàm non beatus est tam vultu nuntio? En obsecro, quis noster hic Status, quàm non perfectus vel paucissimorum etiam bonorum aggregatione?

Sed cum mihi virtum sistite, cui summa, quæ quidem possit, felicitas obtigerit, qualem ajunt fuisse Q. Metellum. Hunc, teste Valerio, plurimis beneficiorum gradibus à primo originis die, ad ultimum usque fati tempus indulgentiâ nunquam cessante, ad summum beatæ vitæ cumulum felicitas perduxit. Nasci enim in Urbe terrarum principe voluit, parentes ei nobilissimos dedit: adjecit animi rarissimas dotes & maximas corporis vires, ut omnibus sufficere laboribus posset. Conjungem ei nobilitate, pudicitia & fecunditate conspicuam conciliavit. Decus insuper Consulatus, Imperatoriam potestatem, speciosissimi triumphî prætextum largita est. Fecit ut eodem tempore tres filios Consulares, unum etiam Censorium, duos Triumphales, & quartum Prætorium videret. Concessit ut tres filias nuptui daret, earumque sobolem sinu suo exciperet. Tot parvus, tot incunabula, tot viriles togæ, tam multæ nuptiales faces, honorum, imperiorum, omnis denique gratulationis summa abundantia, cum interim nullum funus, nullus gemitus, nulla tristitiæ causa. Hunc vitæ actum contentaneus, & æquè felix excepti finis: Nam Metellus ultimæ senectutis spatio, lenique mortis genere, inter oscula complexusque charissimorum extinctus est. Filii & generi suis humeris defunctum per urbem extulerunt, & rogo imposuerunt.

Hic insulsiſſimè Valerius: Cælum, inquit, contem-

plare, vix tamen ibi talem statum reperies. Venia danda idololatræ, qui gentilitaris tenebris oppressus, luctum etiam & dolores in cælum admittit. Apage tale cælum, quò vel umbra luctûs dolorisve penetraverit. Et qua, oro, Metelli aut fortunatissimorum quorumcumque hominum omnis felicitas est? Ecce defunctus, ecce finis, ecce præcipitium fortunæ. Demum ruunt omnia, & voragine sepeliuntur profundissimâ. Stat beatitudo vera, nunquam ruitura, à nemine sepelienda. Beatitudo status est omnium bonorum aggregatione perfectus. Neque solum bona omnia Beatitudinis gremio continentur, sed bona semper stabilia, bona undequaque perfecta & summa, bona in omne ævum tutissima ac securissima. Est hic multiplex cupiditas, sed mala; est varia voluptas, sed falsa, & plerumque fœda. Sint hæc omnia bona; secuta & stabilia esse non possunt. At ibi nullus est metus amittendæ Beatitudinis, ubi tranquillissima gaudiorum omnium est securitas.

Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus.

S. II.

Beati omnes jam in tuto extra omnem teli jactum lætissimè capiunt: Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Dum extra cælum agerent, in metu fuerunt; jam nec timendâ, nec timorem illum metuunt. Quamdiu, inquit Augustinus, vitia repugnamus, plena pax non est, quia illa quæ resistunt, periculo debellantur prælio, & illa quæ victa sunt, nondum securo triumphantur otio, sed adhuc sollicito premuntur imperio. Solus æternitatis dies securissimus est; cuius Isaias lætissimus nuntius: In illâ die, inquit, præcipitabit Dominus mortem in sempiternum.

Psal. 124. vers. 7.

Aug. lib. 19. de civi. cap. 27.

Isa. cap. 25. vers. 8.

Rectè mors nulla erit, ubi nullum & peccatum erit. Quòd Beati nec minimam quidem labeculam contraire possint, inde oritur. Vident Beati DEVM, summum bonum, quod non possunt non amare plusquam bona omnia; & hic amor semper in actu est, nunquam non ardet. Atqui tam perfectus, tam actuosus amor, vel levissimum peccati navulum unâ secum non tolerat.

Cur Beati peccate nõ possunt.

Non bene conveniunt, nec in unâ sede morantur tantus amor, & odii seminarium noxa. Cum ergo ardentissimè ament, eidem etiam in omnibus placere, & quidquid ei displicet, vitare cupiunt. Hinc à peccatis securitas æterna. Quod nos repetitis toties lapsibus delinquamus, inde est, quia licet amemus DEVM, amor tamen non semper agit. Subitò in pecuniam, aut in escarias delitias; aut in mulierculam, aut in radium honoris præcipientes abripimur, relicto DEO. Quemadmodum felis conspecto mure, aut simiâ visus nucibus, aut vulpes præsentibus gallinis illico ad delitias suas convolant: ita nos in voluptatem pronissimi, ubi ubi ea conspiciendam se dederit, mox accurrimus, deserto DEO, tanquam in rebus conditis majorem oblectationem, quàm in conditore inventuri. Hæc cæca & præceps ignorantia beatos non inquinat. In DEO bonorum omnium pelago nullam non voluptatem reperit. Hinc avertere se nequeunt, sed nec interrumpere possunt amabilissimum hunc intuitum. Nam bonum infinitum infinitè trahit, humanamque voluntatem sic implet satiâque, ut ea non possit extra illud velle aliud, aut amare.

Et nos in hoc mûdo toties repetitis lapsibus delinquamus.

Atque hæc ratione cæcites omnes non ampliùs peccare nõrunt. Quod beatus Petrus attestatus: Regeneravit nos in spem vivam, inquit, in hereditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem conservatam in calis in vobis. Hereditas est incorruptibilis, quia nec desineve nec perdi potest: Immarcescibilis, quia nec deflorescere, nec imminui potest: Incontaminata, quia nihil admittit immundi. Beato Joanne teste: Non intrabit in eam aliquod coinquinatum aut abominationem faciens. Omne maledictum non erit ampliùs. Undique & undique secuta sunt cæli gaudia.

1. Pet. 1. 23.

Apoc. 6. 21. vers. 17. & c. 22. 3.

Hic quidquid opum, quidquid honoris & gaudiorum

Job cap. 14. vers. 5.

Exod. c. 33. vers. 19.

Valer. lib. 7. c. 1. fine.

rum est, heu nimium quantum *marcescibile* est. Ipsimet fortunæ pulli, & voluptatum avidissimi sectatores id fatentur, hinc mirus ille hortatus: *Coronemus nos rosas, an requam marcescant.* Non marcescibile solum, sed contaminatum ac corruptibile est, quidquid extra patriam est. Vitam pænæ omnem infamamus noxis. Hinc Jobus dicere ausus: *Ecce, inquit, inter Sanctos ejus nemo immutabilis, & cali non sunt mundi in conspectu ejus.* Sanctissimi quique, quos Jobus calos nominat suos patiuntur manes, suis lutulantur affectibus & nævis.

Exp. 2. v. 8.

Job cap. 15. vers. 15.

Horat. lib. 1. form. sat. 3. med. 2. Cor. c. 4. vers. 12.

Nam vitis nemo sine nascitur: optimus ille est, Qui minimis urgetur.

Mortis stipendiarii sumus omnes. Quotidie *Mors* in nobis operatur. Quidquid machinemur, hæc nulla securitas, in cælo summa.

§. III.

Narrant tres amicorum intimos sanguine etiam claros incredibili animorum consensione ac datis dextris, in illud fœderis conspirasse, ut fortunam quamcunque tandem alacritate pari exciperent. Ergo unâ fecerunt iter. In eo ad silvam delati, plurimum viæ transmiserunt silentio. Varia nemoris amœnitas cogitationes illorum rapuit præclusâ voce. Nemore jam transmissio unus illorum: Num, inquit, linguam perdidimus focii? Unde tam altum silentium? Cui alter: Tam amœni saltus opacitas altiùs me ire jussit: in cælo eram. Et ego, inquit alter. Et ego etiam, ait tertius. Hæc natu maximus opportunè: Mihi credite, viti, non temerè hoc factum existimem. Bonum omen; cælum cogitationibus nostris interest. Inuit nos *DEVS*: quin natus divinos sequimur. Rex cæli opulentus sanè Dominus est, & solutionis explicatissimæ, abundat præmiis. Ita sensim tam in aliorum quàm in suum etiam animum sermone non concepto irrepit ignarus. Hoc dicentis exordium. Cùmque attentos haberet focios: Hactenus, inquit, fidei & gnavâ operâ servivimus Mundo: Quid inde nobis est præmii? Quod dare Mundus & Diabolus assolent. Non sapimus tandem piscatores isti? Ego in aulis obsequiis ætatem, valerudinem, pecuniam, utinam non & animam, prodegi. Quantillum est gratiæ quod ambii, id fortè nunquam impetraturus? Nostis dominicos favores & vinum cariophyllis conditum nocte unicâ expirare. Experiat qui voler malo suo: Nos experti loquimur. Quid si aggressu unanimi, prout nostra sunt fœdera, excutiamus hoc jugum, & Regi serviamus, cui nemo servit gratis? Incaluit uterque cohortatione focii. Ab hæc varii sermones. Neque prudente videbatur rem arduam tam citò velle.

Joan. Major in speculo, quibus p. 110.

Job cap. 15. vers. 15.

Denique post multam ventilationem, ne quid in fœdus peccaretur, in eandem ivère sententiam, Mundo nuntium remittere, & obsequiis se addicere divinis. Neque tardè faciendum censebant, quod sanctè decrevissent. Ita uno se cœnobio abdunt, & aliquanto tempore præclare se gerunt. Sed, *Ecce inter Sanctos ejus nemo immutabilis.* Duo minores natu paullatim remittere ac intepefcere, vitæ austeritatem nimium sentire, & eam acculare, id quæ invicem fateri, & hinc illinc solatiola mendicare. Ita tertium accedunt mœsti hilarem, frigidum calentem. Ille focios fastidio plenos observans: Optimi fratres, inquit, otium, & quod inde nasci solet tedium, vos perdunt, hinc vita vobis omnis amarescit: Ego, quod Numini tribuo, molestam temporis moram non sentio. Hoc autem ago, ut nunquam non occupatus sim. Mirantur hominem non minùs quàm ipsi essent illiteratum tam suaviter cum tempore convenire. Quibus ille religiosò joco: Ut verò etiam, inquit, literatum me esse sciatis, meus me magister tres potissimum litteras exactis nôsse docuit, non illas mercatorum; Piper peperit pecuniam, sed has: *Peccatum, Passio, Præmium.* Primam vocem a cœat atramento, alteram minio, tertiam auro

scriptam. Hi mei codices, hæc volumina mea, quæ assidue læctito. Atque inde literatum me censeatis velim. Hæc porro læctio, & precandi studium & laborem omnem mihi facilem reddit: quidquid molestiarum aut rigoris est inter nos hæc læctio condit. Hinc Otium mihi non onerosum, hinc nullæ horæ videntur longe: Hinc jucundum est pati, quod olim meminisse dulce erit. Et ut sciatis quâ ratione has litteras expendam, eni paradigma.

I. *Peccatum* atro liquore scriptum. Hæc expendo, qualis fuerim cum Mundo servirem; quot quantaque peccata commiserim, quàm graviter *DEVM* offenderim. Reverà Mûdus ludificavit me, & Orcus expectavit me; propè proximè periissem, si viâ cœptâ progressus fuissem. Hæc cogitando, & preces solitas adjungendo, majorem partem antemeridiani temporis expendo.

II. *Passio Domini* minio exarata. Ad voces has mecum verso quid Dominus *JESVS*, dum inter homines ageret, pro hominibus & ab ipsis hominibus injuriarum ac cruciatuum tolerarît. Hæc vitæ mortisque Dominicæ mysteria, prout ordine sequuntur, meditanda sumo: Nec ad fundum aut finem unquam devenio. Sic diem ad horam tertiam vespertinam exigo, quo tempore Dominus expiravit in cruce.

III. *Præmium cali*, auro litteratum. Hæc immensa Beatorum gaudia considero. Res infinita est; quantò enim plus cogito, tantò plura superesse cogitanda invenio. Neque hæc ad finem ullum aut fundum perveniri potest. Sic diem ad exitum duco. Et vos, obsecro, hæc verba paucula contemplatione expendenda sumite. Hæc commentando nunquam exhaurietis. Profuit certè duobus aliis jam tepescitibus hæc audisse; nec leviter deinceps & ipsi profecerunt.

Hæc ego Puritatem animi monstro; Nam ex, quas exposuimus cogitationes de peccatis, de Domini tormentis, de cali præmiis, facillè omnes impuras cogitationes excludunt.

Christus ad cœnam ultimam suis plurima de cælo instillans: *Et gaudium vestrum, inquit, nemo tollet à vobis.* Ab omni hoste securi agetis; omnia æternitatis sæcula beatitudini vestræ nihil decerpent: Immensitatis præmium nemo tollet à vobis. Hæc à nobis demum omnia tolluntur: ætas paullatim subtrahit vires corporis, oculorum aciem, memoriæ firmitatem, agendi & laborandi alacritatem. Sic parentes à liberis, liberi à parentibus, sic cognatis aliis cognati, ab amicis amicorum optimi tolluntur & abstrahuntur; sic denique & ipsi tollimur, auferimur, abjicimur. Ergo cor purum ad alta tendat, ubi Gaudium nostrum nemo tollet à nobis; nec ipsi unquam tollendi; ubi status est bonorum omnium aggregatione perfectus. Hæc assidue cogitemus, hæc speremus, hæc votis omnibus desideremus. Invitans ad hæc & animans *Isaias*: *Ipsi videbunt, inquit, gloriam Domini, Isa. cap. 35. & decorem DEI nostri. Et redempti à Domino convertentur, v. 2. & 10. & venient in Sion cum laude, & lætitia sempiterna super capita eorum: gaudium & lætitiâ obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus.*

In hoc mundo omnia à nobis auferuntur.

In cælo autem nemo tollent; ubi gaudium tollent;

Ibi nulla incipiæ aut morbi mentio; ibi libidines seculæ, iræ & invidentiæ faces extinctæ; insidiæ cacodæmonum nullæ; nullus paupertatis, nullus ægritudinis, nullus gehennæ metus. Nemo ibi leditur, irascitur nemò, invidet nemo. Malum quod ibi non est, sciri potest; quidquid Bonum quod ibi invenitur, exprimi non potest. Ibi quidquid amabitur, aderit, nec desiderabitur quidquam quod non aderit: Ibi erit quidquid volēs. In illâ *DEI* civitate Rex Veritas, lex charitas, dignitas, æquitas, pat felicitas, Vita, æternitas. O gaudium vincens omne gaudium, extra quod non est gaudium!

Quia in cælo iræ & invidentiæ faces extinctæ, & mo, invidet nemo. Malum quod ibi non est, sciri potest; quidquid desiderabitur aderit.

Job in illud: quia tanta vis amoris in illa pace nos sociat, ut quod in se quisque non accepit, hoc se accepisse in alio exultet. Ambrosius in hæresin Joviniani pugnans multò clarissimè: *Agrestis ululatus est, inquit, nullam virginitalis gratiam, nullam castitatis ordinem velle reservare, promiscuè omnia velle confundere, diversorum gradus abrogare meritum, & paupertatem quædam celestium remunerationum inducere, quasi Christo una sit palma quam tribuit, ac non plurimi abundant tituli premiorum.* Eundem Joviniani errorem disertissimè confutârunt Augustinus & Hieronymus. Eandem cum prioribus sententiam mordicis tenuerunt Patrum antiquissimi Irenæus, Basilus, Cyrianus, Hilarius, Gregorius Nazianzenus, Cyrillus Alexandrinus, aliique tam Græci quàm Latini Patres. Vox eadem omnium erat: Domus una, mansiones multæ, sedilia distincta, præmia diversa, dispar retributio. Quod ex Isaiâ jam supra demonstratum. *Dabo eis* in domo mea locum & nomen melius à filiis & filiabus.* En, in domo Domini aliquibus bonus locus, aliis melior assignatur: quibusdam magnum nomen, nonnullis majus conceditur. Justis & æquis partibus, sed non æqualiter illic vivitur.

*Aug. serm. 191. de Tempore. Hieron. l. 2. contra Jovinianum, & in Apolog. ad Pâmach. pro libro suo contra Jovinianum. * Isa. c. 56. vers. 5.*

Quid multis opus? Quid inter nos de hujusmodi controversiamur? Hic longè quàm luculentissimus & minimè vacillans testis Paulus: *Vniquisque, ait, propriam mercedem accipiet, secundam suum laborem.* Sed labor est impar, ergo & merces. Atque ut à se dicta confirmet: *Qui parcat, inquit, seminat, parcat & metet.* Messim omnino uberem Beati omnes colligent, sed uberiozem illi, qui semen sparserint liberalius. Denique de hoc eodem multò clarissimam testationem interponens Paulus: *Alia, inquit, claritas solis, alia claritas lune, & alia claritas stellarum; stella enim à stellâ differt in claritate: sic & Resurrectio Mortuorum.* Splendor siderum planè inæqualis est, sic & gloria Beatorum; prout alter plura tulit, fecitque. Si præmium grande accipit, qui semel precatur; grandius utique accipiet, qui bis, qui sexies, qui decies precatus fuerit. Et quamvis iste non sapius illo precatioes iteret, quia tamen & attentius & ardentius se in preces effundit, copiosius etiam remuneratum se sentiet. Eadem est jejuniarum, cleemosynæ & omnium cum virtute susceptarum actionum ratio. Crebrius jejunium, nobilius præmium; si cetera tamen, ut loquuntur, sint paria. Nam fieri potest, imò nisi fallor sit sapius, ut quis orationem Dominicam semel dumtaxat recitet, sed tanto sensu, eoque animi ardore, ut amplior rem à Deo gratiam emerçatur, quàm qui orationem eandem millies; quàm qui omnes psalmos pronuntiarit. Id quod nos antè asseruimus, hoc erat: *Qui Dominicam orationem decies iterat, plus promeretur præmii, quàm qui eandem sensu ac religione pari, vice tamen simplici pronuntiauit.*

1. Cor. cap. 3. vers. 8.

2. Cor. c. 9. vers. 6.

1. Cor. c. 15. vers. 41.

Mat. c. 20.

August. serm. 59. de verbis Domini.

Hier. lib. 2. contra Jovinianum.

S. III.

Quid multis opus? Quid inter nos de hujusmodi controversiamur? Hic longè quàm luculentissimus & minimè vacillans testis Paulus: *Vniquisque, ait, propriam mercedem accipiet, secundam suum laborem.* Sed labor est impar, ergo & merces. Atque ut à se dicta confirmet: *Qui parcat, inquit, seminat, parcat & metet.* Messim omnino uberem Beati omnes colligent, sed uberiozem illi, qui semen sparserint liberalius. Denique de hoc eodem multò clarissimam testationem interponens Paulus: *Alia, inquit, claritas solis, alia claritas lune, & alia claritas stellarum; stella enim à stellâ differt in claritate: sic & Resurrectio Mortuorum.* Splendor siderum planè inæqualis est, sic & gloria Beatorum; prout alter plura tulit, fecitque. Si præmium grande accipit, qui semel precatur; grandius utique accipiet, qui bis, qui sexies, qui decies precatus fuerit. Et quamvis iste non sapius illo precatioes iteret, quia tamen & attentius & ardentius se in preces effundit, copiosius etiam remuneratum se sentiet. Eadem est jejuniarum, cleemosynæ & omnium cum virtute susceptarum actionum ratio. Crebrius jejunium, nobilius præmium; si cetera tamen, ut loquuntur, sint paria. Nam fieri potest, imò nisi fallor sit sapius, ut quis orationem Dominicam semel dumtaxat recitet, sed tanto sensu, eoque animi ardore, ut amplior rem à Deo gratiam emerçatur, quàm qui orationem eandem millies; quàm qui omnes psalmos pronuntiarit. Id quod nos antè asseruimus, hoc erat: *Qui Dominicam orationem decies iterat, plus promeretur præmii, quàm qui eandem sensu ac religione pari, vice tamen simplici pronuntiauit.*

Sed objicias: Vinitoribus illis, inæqualissimè laborantibus, sub vesperem tamen denarius idem omnibus in mercedem est datus. Nihilò plus accepit, qui toto die æstuavit, quàm qui horâ unicâ laborem salutavit potius quàm subiit. Hoc dilucidè Augustinus explicans: *Quamvis, ait, meritum diversitate fulgebunt, alius magis, alius minus; quod tamen ad vitam æternam pertinet, æqualis erit omnibus. Non enim alteri erit longior, alteri brevior, quod pariter sempiternum est, quod non habebit finem, nec mihi, nec tibi.* Simillimè Hieronymus: *Vnus, inquit, denarius, non unum est præmium, sed una vita, & unâ de gehennâ liberatio.*

S. I V.

Incitatio ad majores labores

Hic obsecro sublimiori paullulùm cogitatione hanc præmii diversitatem commeditemur in hunc modum: Mercedem, mi De vs, tuis omnibus perfol-

A ves fed inæqualem; gaudia tuorum omnium erunt maxima, sed tamen disparilia, idque æternum: scilicet ad actionem præacti laboris & promeriti rationem. At verò gaudium illud, & dignitatem cælestem singulis horis, quo vis quadrante, momenti singulis augere possumus ad usque supremum in morte hialitum. Nos autem rerum nostrarum negligentissimi, saluti ac cælo indormimus, & majorem ævi partem desidiâ conterimus: Modò, ut nostræ sunt ratiunculæ, non excludamur cælo. Proh ignaviam extremam! Non seipsum qui que his talibus extimulet: Tu ignavissime amator, tu cessator desidiosissime, nescis mereri quod optas. Cuperes sanè altiore gradu in cælo locari; velles in fruendis gaudiis non esse infimus: & manum semper, quod ajunt, sub pallio habes, otio langues inertissimo. Te ipsum circumspecte quàm pauca pro cælo agas agendo plurima, sed vana. In horas singulas, si velles, præmium tibi tuum auctius parares. Nihil paras. Cunctando & cessando totos dies, totos annos exigis. In rebus corporis volas: in rebus animi marces, ofcitas, jaces. Pro aciculâ fracta bellum moves; cum pro cælo certandum, in minimis etiam tricaris: Ad iugas, ad epulas, nonnunquam etiam ad choreas alacerrimus ades; cum evocaris ut cælum rapias, solumè prorufus ac negligenter agis. Ut scias; *cælum vini patitur, & violenti rapiunt illud.* Tu verò somni plenus cælum scilicet præripies tot egregiis luctatoribus? Excute veterum dormitator, & vel homines aulicos intueri. Omnium in aulâ studium est, ascendere, emincere, in alto esse. Nullis parcunt laboribus, omnem movent lapidem, amicos & inimicos in auxilium vocant, & sagunt, & moluntur, ut suave illud audiant: *Amice ascende superius.* Et quanti per argenteas, per aureas scailas ascendunt ad ruinam; tantò gravius præcipitandi, quantò altiùs ascenderint. Sed esto celeriter ascendant, feliciter emerint: Et hoc quamdiu? Ad summum annis pauculis. Et nos immensum, infinitum, æternum in cælo bonum singulis horis augendum negligentissimus? Amatores ignavissimi nescimus mereri quod optamus. Leander juvenis nobilissimus ex Abydo Asiæ oppido, amator non ignavus, aliquoties noctu tranavit mare, ut amores suos sequeretur: Nam cum in Hellesponti litore habitaret, in oppositi littoris civitatem Seston natando sapius pervenit, ut suis voluptatibus litaret. Iamque audacior factus cum mari tumido & impacato se commisisset, vi ventorum fluctuumque jam pænè victus clamabat:

Parcite dum propero, mergite dum redeo. Tam alacer & animi plenus erat amor, quo mulierculam deperibat. Sed miser in Hellesponto submersus, sic demùm suos ignes exinxit.

Intimo pectore nos pudeat, ob nostri in cælum amoris ignaviam. Longè faciliora poscimus, & recusamus. Alicubi moris est, ut vinitoribus & messoribus, quò alacrius laborent, fidicen seu aulædus addit, qui agresti Musicâ opus fervere faciat. Nobis Deus sat tibicum conduxit, qui labores nostros cantu animarent; tot dedit concionatores, qui ad amorem cæli excitarent. Dicitur, scribitur, clamatur. At nos pigerissimi mectores faciem languidissimè tractamus; citra laborem, sine sudore speramus cælum: Mereri nolumus quod optamus.

Hæc præmiorum in cælo disparitas, hæc horis singulis gloriæ augendæ ratio tot millia hominum in vastas solitudines, in paupertina cænobia egit; non viles solum animas, sed Principes, Reges, Cæsares, quibus rigidissimum vitæ genus persuasit. E multis compendio paucos nominò. Ex Orientis Imperatoribus vitam reliquia egit, giosam ac severam amplexi sunt Anastasius, Theodosius, duo Michaëles, Isaciis Commenus, omnes Imperatores. Ex Occidentis Cæsaribus Lotharius & Hugo; Ex Regibus in Italiâ Barachisus; in Hispaniâ Bamba; Varemundus, Ramitus; in Angliâ Sigebertus, Elteredus,

Math. c. 11. vers. 12.

Amice ascende superius. Luc. c. 14. vers. 10.

Ovid. epist. Heroid.

In Fræconiâ maximè.

Disparitas præmiorum in cælo homines in solitudines & cænobia egit.

Elteredes, Inas, Ceolulphus omnes Reges; In Armenia Rex Joannes; in Bulgariâ Rex Trebellius; in Germaniâ Rex Carolus, qui Pipino fratri regnum cecit. Hi sanè voluntarii horridè atque incultè vixerunt cæli amore. De iis qui detrudebantur in Monasteria inviti, nullus hâc sermo.

Sed illos tot Reges ac Imperatores numero longè superârunt Reginae & Imperatrices, quæ posteo diademate, & cum eo titulorum ac honorum omnium blandimentis delicatissimam vitam asperimâ commutârunt. Tot istæ Principes feminae omni luxu fastidito fortem infimam sunt amplexatæ cæli desiderio; & ut majus inter Beatos præmium obtinerent vilissima Pauperatis imperia non horruerunt. Quot hodiè que clero sanguine, antiquâ stirpe, amplissimâ familiâ, illustri summoque loco nati ad abjectissimam religiosâ vitæ munia sese demittunt, ut tantè sublimius in cælo solum ascendant, quantè hîc submissius sponte servitium elegerint? Hi omnes profectò nòrunt quemque recipere mercedem secundum suum laborem, ideò laboris & molestiarum plurimum subire desiderant, quò plus mercedis & celestium deliciarum obtineant; malunt pauxillo tempore minus habere solatii, ut æternum plus percipiant gaudii. Paulinum illud jugiter versant animo: *Vnusquisque propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem.*

Atque hi omnes, non ignavi amatores sciverunt mereri quod optârunt. Et nos quid facimus?

Et dubitamus adduc virtutem extendere factis

Hîc quisque sibi feridè inculcâr: *Quidquid hâc horâ, quidquid hâc horâ parte, quidquid hoc die lucelli facti vel solâ sanctiore cogitatione, vel a actione piâ congesto, id mihi reponitur in cælo, ut eo fruatur æternum.* Quid igitur cesso? Quid tunicis manus infero? Cur carni meæ, cur meæ pecuniæ sic parco? Cur preces tam inarrentas, jejunia tam rara, elemosynas tam parcas non emendo? Ego planè, ego ille ignavissimus amator cæli sum, nescio mereri quod opto. Sed agedum exuendi sunt antiqui mores, mutatio in contrarium, in melius facienda est. Appropinquat regnum cælorum. *Vnusquisque propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem.*

Eleganter Augustinus: *Triumphat victor Imperator, inquit, & non vicisset nisi pugnasset: Et quando majus periculum fuit in prælio, tantid majus est gaudium in triumpho. Iactat tempestas navigantes, imitatque naufragium, omnes futura morte pallefcunt. Tranquillatur cælum & mare, & exultant nimis, quoniam timuerunt nimis. Vbi que majus gaudium, molestiâ majori præceditur. Labores magni, magnum præmium; prolixior patientia, merces copiosior.*

C A P U T XIV.

Decimum-quartum in cælo Gaudium, Voluptas ex aspectu, seu visione DEI.

Photius, vir eruditionis magne, sed majoris nequitiæ in l. quem vocat Bibliothecam pag. 68. initio.

Indiarum Fons est aurifer, de quo Photius Constantinopolitanus memorat. Ex fonte hoc aurum hauritur sicilibus. His adherescens si quid auri est statim conerescit, nec eo potiri licet, nisi sicile frangatur. Vas sicile humanum corpus est, autum Beatitudo, cujus delictis non est aliâ ratione frui, nisi mortalitatis compâgibus excedamus: fracto sicili, quidquid inerat auri, possidetur.

Boëtii, lib. 3. de Consol. Philosoph. metro 12.

Felix, qui potuit boni fontem visere lucidum: Felix, qui potuit gravis Terra solvere vincula.

Nos quidem egrè adducimur, ut venustum hoc sicile finamus frangi: sed reverâ frangendum est; res cogit. Nec aliud divinæ leges permittunt: *Non videbit me homo & vivet.* Moses tam charus & commendatus Deo: fuerat, ut hoc ab eo testimonii tulerit; *Invenisti gratiam coram me,* & te ipsum novi ex nomine: præ ceteris mihi charus es. Hic notissimus & charissimus Deo famulus rem unam unicè petens: ostende mihi, ait, faciem; ostende mihi gloriam tuam. Hoc aliquoties impensissimè rogavit. Nihilominus Deus id planissimè negans: *Faciem meam, inquit, videre non poteris. Non enim videbit me homo, & vivet.* Fictile prius, è Moyses, frangendum est, quàm Beatitudinis auro portaris; mortalitatis faccus prius deponendus est, quàm immortalitatis purpurâ vestiariis. Ut autem nôris te plurimum apud me gratiâ valere, hoc rupis cavo te abdam, ut me transitorum à tergo videas. Faciem autem meam videre non poteris. Ah, quanti Deus æstimat se aspicere. Visio Dei, ut eam Theologi vocant, bonum ineffabile, incomprehensibile, bonum immentum, infinitum. Hîc ego verissimè dixero:

Non mihi si lingua centum sint, orâque centum, verbis exequi possim, quid voluptatis habeat Dei visio, nec immeritò Chrysostomi verbis quæsero: Quousque qua incomprehensibilia sunt persequor? Quæ hæctenus dicenda erant, oratione complecti non licuit, multò minus licebit ea quæ dicenda restant. Conabor tamen hæc saltem adumbrare, velut si carbone arrepro venustissima imago deformanda sit. Ordiamur igitur dicere quid sit Deum intueri. Istud jam ceterâque huc spectantia ordinè prosequemur.

§. I. Theologiæ Antistes Thomas Aquinas ingenuè factetur: *Beatitudo creata ex hoc quod est fruitio Dei, non potest fieri melior, sicut non potest aliquid melius esse Deo.* Quemadmodum humana Christi natura ad majorem dignitatem evehi non potuit, quàm quòd unita Deo sit; & sicut Virgo beatissima sublimius extolli nequit, quàm quòd Dei Mater electa sit: ita prorsus beatitudo auctior reddi aut excellentior nequit, quàm Deum aspiciendum, cognoscendum, fruendum proponit. Denique beatus Thomas concludens: *Quidquid desiderabile est, ait, in quacunque felicitate vel verâ vel falsâ, id omne emittitur in divinâ felicitate continetur.* Hujus autem Beati omnes sunt participes per visionem Dei.

Quàm autem inexplicabilis sit voluptas, Deum intueri, à simili ac dissimili, ut possumus, explicamus. Refert Ludovicus Blosius beata Birgitte à Christo dictum: Si videres pulchritudinem beatarum animarum, aut sanctorum Angelorum, sicuti sunt, cor tuum præingenti gaudio rumperetur. Eodem teste, Dominus Catharinæ Virgini dixit: *Meministi, filia, quòd cum aliquando tibi à sensibus abductæ Diabolum propria specie terribilem puncto temporis monstrâstem, tu tibi restituta dixeris: Malo per prunas nudis plantis ambulare usque ad supremi Judicii diem, quàm formam adeò terrificam rursus intueri.*

Itane verò tam truculenter deformis est Dei hostis, Satanus, ut sua vius videatur ignem tolerare, quàm illum aspicere, quàm immensa, obsecro, voluptas erit, Deum intueri, omnis formositate & amœnitatis fontem? Quòd si vel unius beati hominis aut Angeli aspectus cor nimio gaudio suffocet, quale gaudiorum mare affluer, ubi beatus homo celesti lumine jam roboratus, suum Conditorem Deum ipsum aspiciet? Gertrudis virgo dicere solebat: Si universi homines & Angeli & linguas, & voces, & vires suas omnes conjungant, nec unicum tamen verbulum efformare poterunt, quo dignè cæli voluptatem vel attingant, vel expriment. Sic est. Hæc reverâ solum cogitari, dici aut explicari non possunt.

Hic autem Dei aspectus, quod primo loco ponimus, est primaria, summa, verissima hominis Beatitudo. Ita docent præfati Patres & Theologi omnes. Res certa è divinis titudo.

Exod. c. 33. vers. 20.

Phil. c. 2. c. 2. c. 3. c. 4. c. 5. c. 6. c. 7. c. 8. c. 9. c. 10. c. 11. c. 12. c. 13. c. 14. c. 15. c. 16. c. 17. c. 18. c. 19. c. 20.

Virg. lib. 1. Georg. & l. 6. Enid. Chryst. in s. hom. 6. in c. 4. ad Tit.

Th. 1. p. q. 2. ar. 6. ad 4. & q. 2. ar. 3. Christi natura humana non potuit evehi ad majorem dignitatem quam quòd Deum quòd Dei Mater electa sit: ita prorsus beatitudo auctior reddi aut excellentior nequit, quàm Deum aspiciendum, cognoscendum, fruendum proponit.

Blosius Ludovicus Blosius beata Birgitte à Christo dictum: Si videres pulchritudinem beatarum animarum, aut sanctorum Angelorum, sicuti sunt, cor tuum præingenti gaudio rumperetur.

Dei aspectus est verissima hominis beatitudo.

de divinis oraculis. Quoties hanc beatitudinem anhelans A
vociferatur David: *Ostende faciem tuam & salvi erimus.*
Apud te est fons vite, & in lumine tuo videbimus lumen. Aper-
tè Christus ipse pronuntiavit. *Beati mando corde, quoniam
ipsi DEVM videbunt.* Subiunxit Joannes: *Hæc est vita æter-
na, ut cognoscant te solum DEVM verum.* Priscorum Pa-
trum omnium loco Augustinus: *Visio, inquit, quæ est fa-
cie ad faciem summum premium promittitur iustis.* Atque
hoc primum sit.

Alterum est, quærere, quid sit DEI visio? Si vel rudi-
dissimo respondendum, dixerim: Non est aliud visio
DEI, quam DEVM sibi præsentissimum reipsâ, verè sine
ullo impedimento aut interjectu veli aspicerè & co-
gnoscere. Theologi dicunt esse, Comprehensionem
seu perfectissimam possessionem ultimi finis, qui est
DEVS. Extra cælum non habemus, nisi obscuram DEI
effigiem, rudi linearum ductu descriptam: *Videmus nunc
per speculum in ænigmate.* Ad cuiusvis caprum id explicio.

Est quis in præaltâ turri, aliòve loco edito, & quidem B
innubi dic, serenissimòque cælo. Hinc oculorum acies
in amplum Orbem ad aliquot milliaria undique ver-
sum potest excurrere. Quâ in re summa est circumcirca
amœnitas. Hic fontes, rivus, flumina; hic domos, ar-
ces, castra, oppida; illic prata, segetes, agros, pascua;
illic silvas, montes, memora subiecta conspiciet & mirè
delectatur. Atqui hæc minima terræ particula est. Id-
circo ille ipse, qui hæc oculis cernit, intellectum, quo
pertingere oculi nequeunt, emittit, & primò quidem in
medium terræ gremium, in ipsam inferorum abyssum,
ubi mortis æternæ imperium contemplantur. Inde per
montium cavernas, ubi æris, argenti, aurique vidit in-
cunabula, emergit in apertum. Hic grandem terrarum
globum velut pilam in æris medio pendentem consi-
derat: simul anistho versat innumeras plantarum, ger-
minum, herbarum, florum, arborum, fructuum for-
mas, tot brutarum animantium, tot hominum diffe-
rentias. Inde in aquas & maria se immittit, ubi tot mil-
lia navium & tiremium, tot centena millia omnigeno-
rum piscium miratur.

Jamque terrarum globum ejusque incolæ contem-
platus, in auras se librat, tres ævis regiones pari modo
peragrat, dum ad ignem, elementum quartum & supre-
mum perveniat. Inde grandius orditur iter per unde-
cim cælos, per planetas & sidera, per lunæ ac solis vias
evolat, atque simul incredendam illam & inenarrabi-
lem Orbium cælestium altitudinem ac densitatem ob-
stupescendam mente contrectat. Jam & calorum
suspensuram, eorumque pensile & assidue mobilem
machinam emensus, ad supremum empyreum cælum,
ad sedem Beatorum transit. Hic pluresculum motari co-
gitat, hic in omnem partem circumspiciens, singulâque
lustrans oculis, distinctissimos videt Beatorum ordi-
nes, symphonie cælestis suaviter audit, sparsos odo-
res naribus admittit, ambrosiam & nectar gustat. Hic
non admirari solum & obstupescere, sed animo penè
desicere cogitur. Uti Regina Saba inenarrabilem Sa-
lomonis magnificentiam & gloriam contemplata, non
habuit ultra spiritum, dixitque: *Verus est sermo quem au-
divi in terrâ: meâ super sermonibus tuis, & sapientiâ tuâ: &
non credebam narrantibus mihi, donec ipsa veni, & vidi oculis
meis, & probavi quod media pars mihi nuntiata non fuerit:
major est sapientiâ & opera tua quam rumor quem audivi.
Beati viri tui, & servi tui hi, qui stant coram te semper, & au-
diunt sapientiâ tuam.* In has voces jure multo meliori
prorumpit, qui cælum cælique voluptates animo ac
mente concipit.

§. II.

Siquis ergo, ut dixi, in loco edito confidens, ea quæ
recentius, partim oculis cernat, partim cogitatione
depingat, quid has omnes imagines, quid hoc omne

A seu visum, seu cogitatum esse dicam; nisi rudem ac
parvulam DEI effigiem; nam hæc omnia & infinitè plu-
ra in DEO videbimus, visuri DEVM ipsum. Atque hic
verus DEI aspectus & cognitio tam immensas ingerit
voluptates, ut si quis mediis inferorum flammis collo-
cicaretur, modò DEVM intueri posset, doloris aut mœ-
roris nihil sentiret; imò verissimè diceret, quod ille in
Phalaridis tauro dicturus somniabatur: Quam mihi
hoc suave est, quam hoc non curio; DEVM video, nihil
mihi sentio; beatissimus sum, voluptatibus affluo. Hòc
nemini miram videri velim. Græcus interpres Pela-
gius nobilissimam sui victoriam de homine solitario
commemorans: Senferat, inquit, cor suum ignitis Dia-
boli sagittis peti. Seipsum igitur hunc in modum allo-
cutus est: Qui cæcòdæmoni talia suadenti obtempe-
rat, cum cæcòdæmone torquetur. Quocirca prius
explora, num ignes æternos tolerare possis. Et cum di-
cto digium ardenti cereo admovit; doloris tamen
acrimoniam non sentit, ob nimios latentium cupidita-
rum ætus. Hic fortior ignis impedit in fortem, & in-
valuit.

Jam nemo mirabitur, puto, quod diximus homi-
nem in concitatissimis flammis medium doloris nihil
senturum si simul aspiciat DEVM. Nam tantâ hic homo
gaudii magnitudine perfunderetur, ut ea non tantùm
omnem doloris acerbiteriam sopiret, sed jucundita-
tem insuper incredibilem afferret menti, tanquam in
voluptatis pelagus abrepta. Atque hinc facile intelli-
gere est, Beatos à divino hoc intuitu, nunquam am-
plius abducendos, sed nec totâ æternitate nunquam ab-
duci posse.

Quæ jam insanissima cæcitas nostra est, nec cruentis
lacrymis sat deploranda, quod in Orbe hoc nugas, cre-
pundia, apinas, affanias, folia picta, aciculam fractam,
res vilissimas, oblectatiunculas inanissimas, & ipsa pla-
nè somnia; pecuniolam, dignitatis fumum, honoris
auram, venustiorum mulierculam tanti faciamus &
pænè adoremus; Bonum summum, infinitum, immen-
sum negligamus? Cæcitas prorsus insanissima, quòd
hæc ipsi parùm cogitemus, his qui hæc cogitant aut in-
culcant, ægrè aut ne vix quidem credamus; promissio-
nibus divinis non fidamus. Est igitur visio DEI, Consec-
ratio & Possessio summi Boni: Aut, Expressa perfe-
ctaque similitudo ac imago essentia divinæ, seu Pictura
divinitatis.

Similitudinem & imaginem voco: siquidem eam
penitissimo pectore ita recipimus, ut non solum filii
DEI, sed verè veluti Dii sumus futuri, DEO simillimi.
Clarissimè Joannes: *Scimus, inquit, quoniam cum appa-
ruerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.*

Sciamus itaque; quod sedulo monuerim; ea quæ
diximus, quæque dicturi sumus, non vigilantium som-
nia, nec vanas esse commentatiunculas. Hanc de Beati-
tudine dissertationem è factis paginis & Theologorum
consensu liquidam & firmatam proponimus. Illa ita-
que imago DEI nobis ipsis imprimenda inexhaustus
omnigenæ voluptatis Oceanus est, & tantum tamque
infinitum bonum, ut quidquid vel laboris jam vel
ærumnarum subeamus, id omne vix obolus unicus ad
mille millones aut censendus sit.

Cæcòdæmones hoc exactissimè nôrunt. Lucifer cum
desperatissimis suis affectis, illam quam dixi divinitatis
picturam nunquam apexit. In cælo quidem fuit, cæli
gaudia gustavit, sed in viâ ad videndum DEVM corruit;
ita DEVM nunquam vidit. Sed cum spiritus sit intelli-
gentissimus, mera imò intelligentia, facillimè assequi-
tur quanti sit videre DEVM. Hinc si ulla spes rediùs ef-
ferat gratiæ, millies iterumque millies majori pretio
quàm nos, cælum emere paratissimus esset. Hanc cæli
dulcedinem nos miseri nunquam gustavimus, alioqui
illam aliter appetituri.

Psal. 79.
v. 20.
Psal. 35.
v. 10.
Matth. c. 5.
v. 8.
Ierem. c. 17.
v. 3.
Aug. l. 1. de
Trinit. c. 13.
Quid sit
Dei visio.

1. Cor. 13.
v. 12.

Cam Sen-
còdæmoni
lucet.

3. Reg. c. 10.
v. 6. 7. & 8.

Dei aspe-
ctus tam
immensas
ingerit
volupta-
tes, ut nul-
lus dolor
aut mœror
sentietur.
Pelagius li-
bell. 5. n. 37.
mibi p. 579.
apud Ro-
servid.

Quia est
consecra-
tio & pos-
sessio sum-
mi boni.

1. Ioan. c. 3.
v. 2.

Cum Luci-
fer & ejus
affectus di-
vinitatis
picturam
non aspe-
xerunt.

Cæsarius
Hicsterba-
tenjis qui in
agro Colo-
niens ante
quadrin-
gen-
tos annos
duodecim
libros mira-
culorum in
lucem dedit.
Eic l. 5. Mi-
rac. c. 10.

Marc. c. 1.
v. 24.

Inter prisca miracula narratur, Coloniae in aede di-
vi Petri Diabolum per feminam a se infessam varia gar-
rivisse. Inter cetera interrogatus, me audiente, inquit
qui interfuit, quid de suo ad caelum reditu sentiret, quo
cum pretio si posset, emerere? Ad haec invitus hospes: Si
a terra, inquit, ad nubes columna porrigatur, clavis,
muricibus, cultris, novaculis undique praefixa, & ego
humano corpore ac membris vestitus dies noctesque
per eam sursum deorsum assidue trahendus sim usque
ad supremi iudicii diem, id propterea non recusavero, im-
mo in eam qua excidi, & gratiam & gloriam liceat re-
dire. Hoc utique mendacis genius fateri coactus
est. Nec enim ignoramus eadem demonem jam olim ver-
itatis testem proclamasse de Christo: *Scio quis is, San-
ctus Dei.* Deinde multum lucri redit ad Diabolum cum
talia spargit; nec enim nescit, nos quidem haec auditu-
ros, sed quae sciverimus, minime facturos, suo lucro,
detrimento nostro non modico.

§. III.

Hic, obsecro, in id quod diximus, cogitationem
acritus intendamus. Cum nostri nobis labores jam
nimium difficiles, cum aeternae graves nimium viden-
tur, nobis ipsi & quisque sibi objiciamus: En imbellis
miles, en Martyr delicate, quam etiam levia recuses to-
lerare caelo emerendo! Non tibi columna figitur praeca-
lucis ferramentis armata, in qua sursum deorsum rap-
tandus irrequieto cruciatu lacereris. Tu modò hoc
verbulum taciturnus digere, hoc ratiolum non obmur-
murans exhausti, hanc molestiam non impariens per-
fer. Non te omnium maximae quas patiaris, calamitates
premut. En, facile istud perferre poteris, modò velis
poteris, poteris, ne dubita, modò tu tuam non subtra-
has refractariam voluntatem. Quid haeres, quid cun-
ctaris haec pati? de caelo agitur. Caelum, ut scias, sine im-
pendio non emittitur. Deus jam mercatorem agit. Nam
Augustino praecone & interprete: *Venale est quod habeo,*
dicit tibi Deus, eme illud. Quid habes venale? Requiem ve-
nale habeo, eme illam. Pretium ipsius labor est. Rectè Pau-
peritate regnum, dolore gaudium, vilitate gloria, morte
vita, requies emittit laborem.

Aug. in Pf.
83. post med.
pag. 432.
Requies
haberi pro
pretio la-
borem.

Age, age; laborii fructus amplissime respondebit.
Denario jam emes, quod sit non solum mille dena-
rium, sed mille millionum auri. Vel Diabolum non vi-
des, non audis? Ille novit pretium caelo ponere. Si il-
lud ipsi aequè ac tibi venale foret, nullis sumptibus, im-
pensis nullis parceret: noller non magno sibi stare tam
immensa gaudia. Is enim optimè novit labores omnes
longissime superandos praemii magnitudine.

Quid tu ad haec empro? fastidiosis? Euge serve piger
& infidelis, nunquid dum dormis ad caelum blandis ma-
nibus es deportandus? Aut forsitan suavi per hortos am-
bulatiuncula ed te perventurum speras? O tam igna-
rum, quam ignavum pecus! an non millies audisti: non
esse mollem ad astra viam; eundem per senticeta; cal-
candas spinas; vim pati caelum, & a violentis illud diripi?
Erubescere quæso, non plus à te æstimari tam inæsti-
mabile bonum.

Rom. c. 8.
v. 18.

Nam & beatissimo Paulo non credis, qui caelestium
gaudiorum non ignarus, nec caecis aëstimator exclamavit:
*Non sunt condigna passiones hujus temporis ad futuram gloriam
que revelabitur in nobis.* Omnes actiones nostrae quan-
tumvis nobis videantur excellentissimae, si cum im-
mortali praemio componantur, minus sunt quam terun-
cius ad mille auri talenta compositus: Non sunt con-
dignae. Cum gloria caelesti aequam dignitatem ah neu-
tquam habent. Quid enim tanti est, pauculis annis ser-
vire Deo, humanas miseras pati, quid hoc ad vitam

Tam in se
spectans,
quam etiam
charitate
præditus.

Caelum est beatissimam & aeternam? Quidquid facias, quidquid
perferas, caelum non minus gratuitum est donum. Et
quamvis unus idemque sepius mori & tormenta pluri-

Caelum est
gratuitum
donum,
non obli-

morum suo quavis tempore possit perpeti; quamvis ut tibus ter-
Stephanus saxis obrui, ut Philippus & Andreas in cruce-
mentis affigi, cum Bartholomæo detractâ pelle spoliarî, ut
Thomas & Sabastianus jaculis configi, ut Laurentius, ut Pamphilus,
ut Acindynus, ut Orestes, ut Eultradius, ut plures alii in candenti
crate assari sustineat, de co nihilominus proclamat Paulus: *Non sunt condigna pas-
siones hujus temporis ad futuram gloriam.* Et quamvis ille
idem & unus homo per centum annos, annis singulis
vivid exuratur lentis ignibus; imò si solus ipse tempori-
s successu Martyrum omnium cruciatu perferendo
exhausti; imò si etiam aliquanto tempore gehennam
ipsam toleret, Paulus tamen etiamnum vociferatur:
*Non sunt condigna passiones hujus, temporis ad futuram glo-
riam.* Res certa. Nil certius unquam Phœbi cortina
protulit.

Quidquid Machabai, quidquid Paulus, aut Step-
hanus, quidquid Laurentius & Vincentius, quidquid
Acharius & Mauritius, quidquid alii omnes Martyres
passi, leve fuit, momentum fuit, ad illas infiniti tempo-
ris æternitates. Lapides, equulei, sartagine, gladii, secures,
laquei, tormenta omnia caelo collata velut bulla,
punctum, pluma, sunt levissima. Acerba prorsus & im-
mania pertulerunt Martyres; latera facibus adusta, membra
omnia unguis lacerata, viscera ferro protrahita, saxis
contuse genæ, excisa lingua, dentes excussii, oculi
evulsi, omnes manuum ac pedum articuli particulatim
praefecti, in portionem liquatum cum pice plum-
bum, aut mixtum sinapi, calx & acetum est infusum; se-
cti sunt, discepti, assii, frixi, tosti, membratim mortui
sunt. Promptissime tulerunt omnia, vitæ perennis gratiâ.

Et quanta sine ferro, flammâ & sanguine prisca Ana-
choretæ promerendo caelo sunt passi? Vastissimas soli-
tudines ingressi, antra & specus habitaverunt, procul ab
omni humano solatio. Labores illorum graves & continui,
mensa parcissima; rigidissima jejunia, orationes frequen-
tissimae, lacrymae quotidianae; vigiliae assidue, necum vi-
vexationes daemonum creberrimae; pro veste sacco & cilicium,
pro lecto saxa & solum, pro Musicâ silentium perpetuum.
Eorum res gestas inspice, & obstupesces. Nihilominus
quidquid perpassi sunt, momentaneum illis & leve visum
est amore caeli. Paulinum illud etiamnum verissimum:
*Non sunt condigna passiones hujus temporis ad futuram
gloriam.*

Quod Anachoretæ pertulerunt, leve illis & mortu- menta- sum est amore caeli.

Loc. cit.

§. IV.

Anno Christiano trecentesimo decimo sexto
Edestæ vir integerrimus Abibus diaconus, à Licio
nio in equuleum est raptus & unguis laceratus. Jamque
membus omnibus scedè disceptis, & defluentibus undi-
que cruoris rivulis interrogatus est Martyr: Quid haec
sibi profutura crederet? Generosâ voce hoc ipsum re-
spondit: *Non sunt condigna passiones hujus temporis ad futu-
ram gloriam que revelabitur in nobis.*

Quid nos ad ista, & istos: Cum modicum quid fellis
gustandum, aut pars Dominicæ crucis portanda est,
heu mœsti vultum contrahimus, & vel excusamus, vel
indignamur, & patientiam omnem abjicimus. Ubi amor
& desiderium caeli? Augustinus in nos rectissime sic
argumentatur:

Loc. cit.

*Si verum vis comparare, & verum judicare, aeterna re-
quies aeterno labore rectè emittitur. Verum hoc est: sed noli time-
re: Misericors est Deus. Si enim haberes aeternum laborem,
nunquam pervenires ad aeternam quietem. Ergo ut aliquando
pervenias ad id quod emis, non in aeternum laborandum est: non
quia non valet tanti, sed ut possideatur quod emittitur. Decies
centena millia annorum in labore quid valent? Decies centena
millia annorum habent finem: quod tibi dabo, dicit Dominus,
non habebit finem: Qualis Misericordia Dei? Nec dicit: Decies
centena millia annorum labora; non dicit, vel mille annos
labora; non dicit, quingentos annos labora; cum vivis labora,
in paucis*

Aug. in Pf.
93. post med.
mibi p. 431.

in paucis annis. Inde jam requies erit, & finem non habebit. A pter quod non deficiemus, dum æternum illud gloriæ pondus obrineamus.

CAPVT XV.

Visio Dei, summum omnium gaudiorum suis explicatur.

N Arrat Palladius, quâ ratione Macarius Alexandrinus animo in cælum evolare sanctissimè conatus sit. Consilium suscepit Macarius quinque omnino dies, non aliâ quàm de DEO rebusque divinis ac cælestibus cogitationes admittere: atque his impransum, incenatum, & quantum licuerit in somnem inherere, nec sinere, ut animum his cogitationibus affixum, quidquam inde avellat. Eo animo tugium occlusit & obferavit, ut quibuscumque demum foris turbantibus, nil responsi daret. Ita Macarius destinationis suæ certus, incepit stare, sibi que ipse dicere: En ascendimus in cælum; tu cave prius descendas, quàm tempus præstitutum abjerit. Sat illic hominum habes quibuscum loquaris, habes beatos Angelos, habes ipsum DEVM: fruce colloquis divinis, gusta beatorum delicias. Geminos dies noctesque sic perdis & pernox stetit, abreptus cæli dulcedine. Verè conversatio illius in cæ-

Palladius de Macario Ægyptio & Alexandrino c. 19. & 20.

Philipp. c. 3. v. 20.

Rude textum & junctis.

Meditatio cæli diabolio valde molesta est.

lis erat. Cacodæmon religiosissimam hanc contumaciam ægerimè ferens, & turpe sibi judicans eò vivos homines subvolare, unde ipse præcipitatus esset ad æternam mortem, hoc machinari aggressus est, ut omne tugurium ardere videretur; ipsam etiam stoream, cui Macarius infisteat, fallax flamma corripuerat, jamque undique vir sanctus se flammis cinctum credidit. Ita terzitus incepto desistit. Causam homo religiosissimus addivians: DEO, inquit, fortassis id permittente, ne mihi hoc reputaretur in superbiam.

Credibilissimum est, cacodæmonem vix quidquam adeò moleste ferre atque cum cælum sumimus meditandum, & nos ipsos veluti in eo collocamus. Hic insanit Diabolus, cum sciat, se his sedibus pulsatum, in quas homines è luto facti, sint evehendi. Non terreamur hanc inventiã Diaboli, sed tantò crebrius de cælo cogitare, de cælo loqui lubeat, quantò dæmon molestius obturbat. Id vetare non potest vaferrimus alator. Vellicare nos potest & vexare, impedire aut avocare non potest, si nolimus.

Eam in rem proximo capite de Visione DEI loqui cœpinus, quo duo hæc explicata, quid DEI Visio, & quod primarium virtutis præmium sit. Sequuntur plura de hoc eodem DEI aspectu differenda, in quo scilicet hæc visio consistat, quid ad eam necessarium, & quomodo fiat. Hæc ordine sunt exponenda.

Hic in antecessum, mi Lector, moneo, ea quæ dicturi sumus, ne difficilia crede, aut scholis aptiora. Ad cujusvis captum sic illa expressè ac planè conabor sub oculos dare, ut nemo facile futurus sit, cujus intelligentiam effugiant.

§. I.

Tertio loco igitur querendum: DEI aspectus in quo consistat? Beatus Thomas, & cum eo Theologorum scholæ, tria huc requirunt: Cognitionem, Apprehensionem, Fruitionem. Obscurè & barbarè videntur loqui. Res illicò patebit. Nam complura quæ de his articulis scholæ præcipiunt, studio transimus. Quæ de cælo tradimus, non audiri tantum & legi, sed intelligi ac retineri cupimus, cum nihil æquè nobis expediat, quàm futuram Beatitudinem exactissimè animo & cogitatione comprehendere. Dicta facillimè sic capiemus.

Pictura meis oculis objicitur summi artificii elegantissima.

Aug. in Ps. 26. serm. med. p. 118.

Cur Paulus dicat non esse condignas passionis hujus temporis ad futuram gloriam? 1. Cor. c. 4. v. 17.

Nam hic quidem innumeris flagitium caligantia.

Ibid. v. 16.

Aug. in Ps. 95. serm. med. mibi p. 432.

1. Joan. c. 3. v. 2.

Si diceret tibi DEVS (Decies centenis millibus annorum labora) magnam tibi gratiam faceret. Nam hi tot anni ad finem decurrunt, at tui laboris merces nullum videbit finem. Sed nequiquam tibi DEVS decies centena millia annorum, non decem millia, non mille, sed nec quingentos laboris annos imperat: Hoc tibi dicitur, Annis pauculis labora dum vivis. Quanta hæc gratia? Et tu etiamnum deliberas, num labores?

Si vi sustinere laborem, attende mercedem. Cum autem attenderis, quid sis accepturus, omnia tibi erunt vilia, quæ pateris, nec digna æstimabis pro quibus illud accipias. Nam utique fratres, pro æternâ requie labor æternus subeundus erat. Æternam felicitatem accepturus, æternas passiones sustinere deberes. Sed si æternum sustinere laborem, quando venies ad æternam felicitatem? Sed plura posset esse longa tribulatio pro æternâ felicitate. Est mille annorum esse? appende mille annos contra æternitatem. Quid appendis cum infinito quantumcumque finitum? Decem nulla annorum, decies centena millia, si dicendum est, & millia millium quæ finem habent cum æternitate comparari non possunt. Huc accedit quia non solum temporalem voluit laborem tuum DEVS, sed etiam brevem. Paucorum dierum est tota vita hominis, etiam si leta duris non misceatur. Si ergo per totam vitam suam homo in laboribus, & in ærumnis esset, in doloribus, in tormentis, in carcere, in plagis, in fame & siti omnibus diebus, horis omnibus, per totam vitam suam usque ad ætatem senectutis, pauci dies sunt tota vita hominis: quo labore transacto, veniet regnum æternum, veniet sine fine felicitas, veniet æqualitas Angelorum, veniet hereditas Christi, veniet coheres Christus.

Cum ergo labor fatigat, cum ærumnæ premunt, hoc ipsi nobis identidè occinamus: Non sunt condigne passionis hujus temporis ad futuram gloriam. Paulus ipse cur id tam affirmatè dixerit, rationem hanc reddit: id enim quod in presenti est momentaneum & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate, æternum gloria pondus operatur in vobis. Hic pensatorem agit Paulus & libram manu gerit, in cujus alteram lancem miseriæ vitæ istius omnes conjicij, in alteram cælestis præmii componit. Sed quia lax illa miseriæ plena, velut paucis plumulis nihil onerata violenter attollitur, laxæ autem ista præmio cælesti gravis subsidit, ita demum Paulus velut libripens pronuntiat: Quod in lance primâ est, leve ac momentaneum instar plumulæ est: quod verò in lance alterâ, æternum gloriæ pondus est, & quindecim pendit auri centumpondia.

Quocirca nemo miretur Paulum in tantis laboribus, in tot periculis, in ærumnis innumeris, in quotidianâ panè moriendi necessitate adeò non defecisse: leve illi ac momentaneum videbatur, quidquid tolerandum erat. Hoc ipsemet ingenuè faretur: Propter quod non defecimus. Non enim condignas censuit passiones hujus temporis ad futuram gloriam.

Ad rem insignissimè Augustinus: Verum est, inquit, quod dixit Apostolus: Etenim quod ad presens est, temporale est, & leve tribulationis nostræ, juxta incredibilem modum, & in incredibilem modum, æternum gloriæ pondus operatur nobis. Ecce quantum pretium damus, quodammodo unam siliquam ad accipiendos thesauros sempiternos. Siliquam laboris ad requiem incredibilem. Gaudes ad tempus, noli ibi fidere: tristis es ad tempus, noli desperare. Non te corrumpat felicitas, & non frangat adversitas. Promisit requiem, patere molestiam. Minatur ignem æternum, continere dolores temporales.

Ergo non contemplantes quæ videntur, sed quæ non videntur, vultum animumque attollamus cælo. Videbimus DEVM facti est. Appendamus cum Paulo & labores nostros, & nostra præmia, & gravissimas etiam ærumnas, leve ac momentaneum appellabimus. Pro-

strat, & robotat, ut ea suos oculos in DEVM veluti solem, acie non laesa possit defigere.

Fit nonnunquam ut oculi iudicent tres Soles a se videri; quod exponens Seneca: *Historici, ait, Soles vocant, & binos ternosque apparuisse memoria tradunt; & Graeci parelia vocant, quia accedunt ad aliquam similitudinem Solis. Sunt autem imagines Solis in nube spissâ & vicinâ, in modum speculi. Sic revera DEVS, velut Sol aeterno lumine suo Beatos omnes illuminabit, ut & ipsi radios emissuri tanquam Solis imagines & specula divinitatis purissima.*

Sunt Chalcographi, qui tria quatuorve specillorum parva firmatis oculis affigant, sine quibus scalpura aratra tam subtilis nunquam prodiret. Lumen gloriae Beatis loco centum conspiciuntur est: etenim illud sic eorum firmat aciem, ut infiniti splendoris Solem, non tantum non palpitantibus ac tremulis, sed vegetissimis, inconnivis, lætissimis oculis aeternum cum voluptate summâ sint aspecturi.

Hoc idem lumen gloriae, humanam mentem sic extendit & dilatat, ut illud immensum bonum suavissimè possit capere. Perinde uti lux vitæ hujus efficit, ut oculi duo innumera videre gradatim & particularim, terrarum Orbem universum complecti possint; sic lumen gloriae intellectum laxat, & amplificat, habilemque reddit ut DEVM comprehendat, † & velut in se includat.

Si hujus luminis vel scintilla nobis affligeret, subito à malis & ignorantis omnibus immunes ageremus. Verum id fieri non potest, dum in regione mortis degimus. Prius mortalitatis faccus est deponendus. Olim, non erat licitum, * *indutum sacco aulam Assueri Regis intrare.* Multo minus est licitum, intrare aulam DEI, sacco vestitum. Sed ulterius.

Quinto loco quaeritur, Quomodo fiat Visio DEI? In Philosophorum Lyceis res notissima est, nihil videri nisi species visibiles, velut per specilla; nihil intelligi, nisi per species intelligibiles. In exemplum fit istud: Hominem ante me stantem video. Hominis istius forma in oculo meo est, quæ Philosophis species vocatur. Ita DEVS seipsum quidquid vel oculus, vel intellectus admittit, id harum specierum beneficio fit. In caelo nihil negotii habent hæc species, procul inde exulant. Nam DEVS cum cuiusvis Beati animâ per intimam præsentiam sese conjungit & unit. Quemadmodum ignis candenti ferro conjunctissimus & intimus, ferrum quasi merus ignis est, sic Beatus quasi merus DEVS. Significanter dixit Joannes:

Cum apparuerit, similes ei erimus. Quod Gregorius exponens: *Anima in semetipsam, inquit, auctoris sui inconvertibilem speciem dum respicit, assumit.* Cur nolimus hæc capere, cum facillimè possimus? Cur verò divinos intuitus non tanti æstimemus aut obitum, à simili perspicuum fiet.

Si quis hortum aut pratium omnigenis floribus velut tapete pictum densissimâ nocte transeat, florum varietatem, et si ei proximis, non æstimabit, quia non videbit altis tenebris impeditus: Ubi verò diluxerit, illam ludentis naturæ picturam uno obtutu cerneret, & obstupesceret. Ita profusus, præsentem semper habemus DEVM, sed non cernimus præsentem, altis tenebris oppressi. Vel Aristoteli hoc credamus: In divinis Oculos nostros esse nocturnarum: At ubi gloriae lumen effulserit, & DEVS sese intimè cum Beati cuiusvis animâ conjunxerit, in eamque divinitatem suam veluti transfuderit, mox gaudium tam inexplicabile, interminatum, mox tantum amoris incendium in Beatorum mentibus existet, tantopere Beati exardescunt ad id quod nunquam viderunt, ut eos aeternitate totâ nullum unquam tedium inde sit avulsurum.

§. IV.

Magni ponderis quaestio inter Theologos hoc loco nascitur: Num DEVS, qui spiritus est, corporeis oculis videri possit in caelo? Eam silentio penitus transire vix sinit susceptum thema; illam tamen exactius definire dictionis nostræ brevis non permittit. Medio non intuiti, teor, ibimus. Patere, mi Lectione, hæc paucula tibi non nihil videri nubila. Verè Theologi, non distitemur, censuerunt à nemine DEVM aspici corporeis oculis.

Hic obsecro meminisse liceat, quod in plurimis fieri animadvertimus. Sapissime unum dicendi aut scribendi auctorem centum alii, hos centenos alii mille; ut cervi ducem cervorum plures, ovem unam aliarum sequuntur. Neque verò in tantâ rerum mole ad unguem omnia exigi, nec ad artificis libellam universa trutinari possunt. Circuli quadraturam nec Aristoteles, nec Archimedes, nec Euclides, summa ingenia, invenire potuerunt; à nemine tamen unquam deinceps invenendam asserere non cogimur. Gregorius de Valentia ingenue fassus est eos qui sentiant oculis corporeis DEVM aspici posse, opinionis falsæ minimè damnandos esse. Nec defunt recentiores Theologi qui hanc pro viribus propugnent. Sic illi ratiocinantur. Si corporeis inferorum ignis potest torquere spiritum, cur corporeis oculi non possint videre spiritum? Ignem Avernalem esse corporeum in Theologia notum est. Hinc illud Augustini: *Torquentur miris, sed veris modis.*

Deinde creata omnia Creatori suo ita sunt subjecta, ut non tantum habeant omnigenam facultatem ad patiendum, quod vult Creator, sed etiam ad agendum quodlibet ac producendum, ad quod ea conditor assumit, velut instrumenta; bonus scriba deterrimo etiam calamo optime pingit. Ita de divinâ Majestate sentire profusus æquissimus est. Nam in talibus, quod Augustinus affirmat, ratio facti est potentia facientis. Quod in Evangelio aliisque ejusmodi arcanis verissimum.

Accedit divini Voluminis auctoritas. Clarissimè Jobus: *In carne meâ, inquit, videbo DEVM meum. Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspiciuntur sunt, & non alius.* En meridianum Solem, si suo permittantur verba significati. Quod si lubeat, verborum interpretem audiamus. Meliorem Augustino nullus postulaverit.

Augustinus ergo ipsissimum istud indagaturus, his omnino verbis interrogat: *Verum etiam corporalibus oculis ibi videatur DEVS, hoc in istâ quaestione versamus.* Ad quam luculentissimè respondet his omnino verbis, quæ optimâ fide adnumero: *Ratiocinatio illa Philosophorum, quæ disputantiam aspectu intelligibilia videri, & sensu corporis sensibilia, id est, corporalia, ut nec intelligibilia per corpus, nec corporalia per seipsa mens valeat incuere, si posset nobis esse certissima, profecto certum esset per oculos corporis etiam spiritualis, nullo modo posse videri DEVM. Sed istam ratiocinationem, & vera ratio, & Prophetica irridet auctoritas. Quid ad hæc dicitis, ô boni, quicumque contradicitis? Addit Augustinus: Quod de Prophetâ Eliseo paullo antè diximus, nōme satis indicat, etiam spiritu, non per corpus, corporalia posse cerni: Sicut ergo constat videri corpora spiritu: quid si tanta erit potentia spiritualis corporis, ut corpore videatur & spiritus? Spiritus enim est DEVS. Quamobrem fieri potest, valdeque credibile est, scenos esse visuros mundana tunc corpora cali novi & terra nova, ut DEVM ubique presentem & universa etiam corporalia gubernantem, per corpora quæ gestabimus, & quæ conspiciamus, quæ aquaversum oculos duxerimus, clarissimâ perspicuitate videamus.*

Concludit demum Augustinus: *Ita quacumque spiritualia illa lumina corporum nostrorum circumferemus, incorporeum DEVM omnia regentem, etiam per corpora contuebimur.* Quid dici posset clarius? Unus hic Aristes pro mille testibus est.

Verum animi mei non erat, hinc judicem agere, aut quidquam hæc in re definire, sed Augustini & aliorum cum illo sentientium mentem aperire. Cum piis facere plerumque iustus.

Senec. l. 7. nat. quæst. c. 22.

Lumen gloriae firmat aciem oculorum.

& humanam mentem sic extendit, ut immensum bonum possit capere.

Quantum fas homini. Nam omnes Theologi docent, DEVM à beatis conspici non posse. Est de fide. Communionem eorum significat notissimam æqualem obitum in perspicione.

Quo quidam modo solus Deus seipsum quidquid vel oculus, vel intellectus admittit, id harum specierum beneficio fit.

Joan. c. 3. v. 2. Greg. l. 2. 4. moral. c. 7. principium huiusmodi.

Aug. l. 10. p. 1. 22. De Civitate. c. 29. mibi p. 310. col. utraq.

Aug. loco citando vocat non parvum quæstionem.

Deum videri posse oculis corporeis probatur.

Aug. l. 21. de Civitate. c. 20.

Hanc vocat omnimodam obedientiam potentiam adivam.

Aug. ep. 3. ad Volusianum.

Job. c. 19. v. 26. & 27.

Aug. l. 10. p. 1. 22. De Civitate. c. 29. mibi p. 310. col. utraq.

Spiritualia vocat, nam & ipsum corpus ab Angelo spiritali appellatur.

§. V.

Quæ omnia meritò nos impellant, ut suis quisque oculis quotidie concionetur in hunc ferè modum; O mei ocelli, avertite vos ab omnibus, quæ periculosa vobis aut noxia occurrunt. *Adhuc enim modicum aliquantulumque, qui venturus est veniet & non tardabit.* Tunc omnis voluptas saluberrimè jam subtracta fenore millefimo redibit; res creatas omnes in Deo videbitis. Ne quæso in fallas vos oblectationes præcipitate: Differte paululum cupiditates vestras, & brevi Voluptatis Oceanum in cælo habebitis, in quo suavissimè natabitis æternam. O mei ocelli, cavete dum evolaris, ne sicut columbæ seducamini! Sunt præta floribus picta, sunt agri segete copiosa fertiles, qui invitant ut illuc pabulatum evoleatis. Attendite, cavete, lateat anguis in herbâ, accipiter supernè volitans, in vos collineat. Dulce malum, sed grande incautis imminet. Quid vultis videre, quod non licet habere? Fucata rerum species fallit, humana forma blanditur in mortem. Rex David hoc expertus est; idem mille alii experti sunt. Longè tutius est, penitus non videre noxia, quàm videre cautè. Ocelli tunc verè cauti sunt, cum sanctè clausi sunt.

Elias vates, primus Anachoretarum parens, cui pro domo specus erat, mox ut delicias cælestes summis velut lapris gustavit, sensum fenestras clausit, os, oculos, vultumque totum pallio cooperivit.

Silvanus Abbas, cum prolixiores preces finisset, manus oculis opponens, sic eos allocutus est: O mei ocelli, diem vobis negari permitтите. Claudamus has valvas, quæ vix unquam sine periculo patent. Nihil est in Orbe terrarum, nihil est quod visu dignum sit. Quidquid ostendat terra, modicum, vile, nihil est ad cælum. In cælo magna, pulchra, æterna sunt. Illic abundabimus: Videbimus DEVM.

Hic ego animi puritatem monstro: *Beati mundo corde; quoniam ipsi DEVM videbunt.* Puritas animi pretium est ad æternum hoc spectaculum emendum. Huic Puritati obtinendæ nihil consultius, nec magis necessarium est, quàm omni mortalium voluptati promptissimè valedicere, nam eam illic cum fenore millecuplo recepturi voluptatibus longè maxime cumulabimur.

Hic grande quid dixerò. Si tantis cæli gaudiis, non nisi unicâ liceret dieculâ, vel horulâ frui, rectissimè saperemus, si nihilominus complures annos rigidissimæ virtutis disciplinam amplexi asperimus vitæ genus duceremus, ad unicam illam horulam obtinendam. Illud quod Augustinus in eam rem affirmatissimè dixit, vel millies inculcandum est: *Tanta est, inquit, pulchritudo, & jucunditas lucis æternæ, ut etiam si non liceret amplius in eâ manere, quàm unius diei morâ, propter hoc solùm innumerabiles anni hujus vitæ pleni deliciis & circumfluentiâ temporalium bonorum rectè meritoque contemnerentur. Non enim falso aut pravo affectu dictum est: Quoniam melior est dies unus in atriis tuis super millia.* O Beati mundo corde, ut per hoc efficiamus conjores naturæ divinæ!

CAPVT XVI.

De Dei Visione plura explicantur: Maxime Quid in Deo visuri simus.

Refert Isidorus, in Idumæâ fluere fontem, quem Job nominant, quater anno uno colorem variare. Principiò quidem pulverulentus fluit ac turbidus: Dein purpuram induit, ut sanguinolentus censeri possit: Tertio colorem prasinum ac viridem assumit: Denique purus ac limpidus meat. Huic fonti non absumilis est humana vita; majorem partem limosa & turbida; nonnumquam sanguine infecta, & creuentis flucti-

Abus: Vix quidquam habet gaudii sine luctu, nec mellis aliquid sine felle: Interim subviridis, viridulque color, spes vitæ melioris non deest, solatur nos securura felicitas, annos æternos in mente habemus, ita luctum gaudio mutandum non odimus. Succedit tandem pellucidissimi fontis crystallus, *Aqua viva, saluens in vitam æternam.* Hic, crystallinus argenteulque fluvius sanguinolentum turbidumque rivum exarudit, *Fluminis impetus perficit civitatem Dei.*

Et statim momento quo DEVM aspiciemus, omne miseriarum ac calamitatum agmen evanescet; De hoc beatissimo Numinis aspectu orsi sumus dicere. Explanatum est 1. Quid sit DEI Visio. 2. Visionem DEI caput esse beatitudinis. 3. In quo DEI visio consistat. 4. Quid ab eâ etiamnum excludat. 5. Quomodo ea fiat. Restant explananda sexto loco. Quomodo nos DEI Visio transformet in DEVM. Septimo, Quid denique visuri simus in Deo. De postremis duobus nunc disseremus.

§. I.

Quod igitur sexto loco statuiimus, est Quâ ratione nos DEI Visio in DEVM transformet. Ab æterno illo Miraculo divinæ formositatis, quæ profus infinita, inestimabilis, nihil sanè pulchrius est aut formosius animâ beatâ, quæ Deo tam similis, ut non possit esse cum Deo major similitudo. Sed cum hoc fati aur capimus, aut credimus? Certè Theologorum illud exploratæ veritatis censendum, quod illi his verbis enuntiant: Beatitudo est summa & perfectissima communicatio divinitatis, cujus mens beati est capax. Quemadmodum verò vitreus aquæ caliculus, in doliium vinarium infusus, & colorem vini & odorem induit, fitque planè vinum: sic profus Beati transformabuntur in DEVM: similes erunt, sicuti est. Tanta enim inter Beatos omnes & DEVM erit conjunctio, tanta unio, ut Beati cujusque anima in DEVM, velut in mare immensum se mersura sit. Atque hinc voluptatum omnium affluxus inenarrabilis, æternus.

Nos ipsos, obsecro, non nihil circumspiciamus, dum hic illi vitæ meliori præcludimus. Heu quàm undequaque afflictî, quàm miseris cooperci, quàm deformati ærumnis & peccatis sumus, quàm perditî videmur! Velut umbræ & larvæ obimus, semimortui ad mortem tendimus. Verùm inter miseriam hanc, & illam felicissimam vitam unicum interest momentum, quod nos subito miseris & noxis omnibus exoneratos, jam sapientiâ ornatos, jam divitiis & gaudiis plenos, jam bonis omnibus cumulatos super omnes reges veluti Deo simillimos, ad sceptrum & diademata evehet. Hoc DEVS nobis in filio velut in prototypo monstravit. Die Parasceves pendit DEI filius in cruce ut latro, imò ut eorum coryphæus, nam latronum pendit medius, ab omni populo irrissus, spinis operatus, tormentis undique confectus, viribus & sanguine exhaustus, ita & mortuus est inter mutuas hostium gratulationes & applausus. Post triduum hic ipse in trabe extinctus ad vitam rediit, paulò post vi suâ in aërem se libravit, cælos penetravit, ad Patris consessum summâ gloriâ receptus. Quales hæ vices, quàmque subita mutationes: E cruce in paradysum, è tumulo in cælum. Ita solet DEVS; hic DEI mos est, *pauperem honestare subito.* Quod enim ostendit in filio, id in usu habet, & in nos etiam exercet. *Nam quos præservit, & prædestinavit conjores fieri imaginis filii sui.* Quapropter non turbemur, obsecro, nec adeo indignemur, etsi jam sputis & probris, etsi calcibus in nos clis premamur: Momento in dignitatem regiam assurgemus, transformabimur in DEVM Visioque DEI.

§. II. Septi-

Heb. c. 10. v. 37.

Mat. c. 5. v. 8.

Aug. tom. 1. l. 3. de libero arb. c. 25. ut. mibi pag. 299.

2. Pet. c. 1. v. 4.

Beati Deo nati: 1. O eius sciti

2. S. fimo nati

At la nati

3. fa di

4. 8. ti

5. 7.

D. re vi fr. Pr. P. v. 2. 7.

Esti. c. 11. v. 23. Rom. c. 8. v. 29.

S. II.

A indigni sunt; jucundum est oculos supplicii illorum pascere.

Beati videbunt in Deo omnia: &c.

Septima hinc quæstio est & ultima: Quid igitur in Deo videbimus? Promptum ac facile responsum: OMNIA. Sed hanc vocem, OMNIA, explicatius proponamus.

1. Omnes ejus perfectiones.

Principio igitur: Beati omnes in Deo videbunt divinam naturam, & omnes Dei perfectiones, Sapientiam, Bonitatem, Potentiam, Immensitatem, Misericordiam, Justitiam, Sanctitatem, Pulchritudinem, Aternitatem, & quidquid Perfectionis tribuendum est divinæ naturæ.

2. Sacrosanctæ Trinitatis arcanum.

Secundo: Videbunt illud sacrosanctæ Trinitatis altissimum arcanum: qui filius à Patre genitus, Spiritus ab utroque processerit; qui intra divinitas, una sapientia & Omnipotentia, unum sed interminatam ab æterno lumen, tres tamen sint personæ. Ita videbunt Verbum quod humano se corpore vestivit, humanamque naturam ad infinitam dignitatem evexit. Sic omnia Patientis Christi mysteria clarissime intuebuntur. Nos in plurimis jam divinamus, & hallucinamur: illi in luce erunt, & errores suos ridebunt. Sic Omnia divini voluminis arcana, interpretationes & explicatus, prædictiones & vaticinia cognoscent. Hæc crediderunt. Est autem prima Fidei merces, videre quod credideris. Quod affirmans Augustinus: *Ibi, ait, videbimus & gaudebit cor nostrum. Nec exprefit quid videbimus. Sed quid, nisi DEVM? Et omnia illa que nunc non videmus, credentes autem pro modulo capacitatis humane, longè nimis quam sunt, atque incomparabiliter cogitamus. Hic creditis, ibi videbitis.*

Aug. tom. 5. l. 20. de Civitate. c. 21. mihip. 269.

3. Immenfam cæli domum.

Tertio: Videbunt Beati immensam cæli domum, omnésque cælites. Altissimum hoc Numinis palatium tam amœnum & eximie pulchrum est, ut omnes regum turres, & nobilissima quæque ædificia præ illo haurundinum niduli & columbaria rectè censeantur. Hic Beatorum singuli universos tam hominum quam Angelorum Ordines cernent; imò quod obstupescendum, non confusam illam hominum & Angelorum multitudinem, sed omnes singillatim tam homines quam Angelos tanquam sibi proximos in oculis habebunt. In terrâ ipsam etiam Imperatorem innumeri nec vident, nec norunt. Alia in cælo ratio est, melioribus illic oculis utemur: nam uti omnes unum, sic unus omnes videbit; alter alterum tanquam semper notissimum familiarissimè noscet. Ita omnibus atque singulis, de omnium ac singulorum numero, de meritis, dignitate, præmiis ac gloriâ liquidissimè constabit.

4. Inferos & eorum tormenta.

Quarto: Videbunt ipsos etiam Inferos, & omnia Inferorum tormenta; cernent tam diabolorum, quam omnium damnatorum numerum, cujusvis malefacta & quomodo ad noxarum modum sua singulis attemperata sint supplicia, certo commensu. Qui gravius peccaverit, acerbius torquetur. De hoc Beatorum spectaculo Isaias: *Vermis eorum, inquit, non morietur, & ignis eorum non exstinguetur. Et erunt usque ad saturationem visionis omni carni.* Ita non tantum supplicii, sed spectaculo ac ludibriis æternis sunt expositi; tanquam qui publicis numellis inserti stant omnium ostentui & irrisui.

Duplex voluptas in visione inferorum.

Quid autem voluptatis est, dixeris, acerbissima tot reorum supplicia spectare? Est sanè, eaque duplex. Prima: spectabunt inferos beati non amplius sibi metuendos: Lætissimum carmen omnium erit: *Animam nostram erepta est de laqueo venantium; laqueus contritus est, & nos liberati sumus.* Pro se quisque insultans Orco: Non gluties, dicit, me amplius. Erripuit Deus animam meam à morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapsu. Id triumphæ. Altera. Suos, Deique capitales hostes cernent mediis flammis ardere. Non est apud nos majus, sed nec exitiosius gaudium, quam letalem hostem in ærumnis cernere. Nec parentum aut cognatorum miseratio Beatos tanget; capitalissimi hostes sunt, omni miseratione

Quinto: Videbunt in Deo Beati divinæ providentiæ obstupescendum ordinem. Ecclesiæ preces sunt verissimæ: Deus cujus providentia in sui dispositione non fallitur. Atque hanc ab Orbis incunabulis ad ultimum diem deductam seriem æternæ Providentiæ Beati, explicatissimè videbunt. Hinc omnia omnino quæ unquam in Orbe toto sunt gesta scient non aliter, ac si ea oculis spectassent. Idque ideò potissimum, ut divina Justitia universis ac singulis pateat, quam scilicet jure puniantur illi, præmiis afficiantur isti. Beatus Paulus sciam præceptionem ingerens. *Nolite, inquit, ante tempus judicare, quoad usque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.* Adeoque non exteriores solum actiones, sed abditissimæ cogitationes & occultissimi in agendo fines patebunt. In aperto erit & in oculis, quæ ratione divina hæc providentia singulos suaviter invitavit, potenter traxerit; quæ ad salutem subsidia subministravit, quantis beneficiis ornavit, quàm benignè sustinuerit, quàm amanter protexerit. Hæc damnati scient, multò magis Beati. Itaque omnium populorum ac gentium, imò totius Orbis Historias sic scient ac si eas tunc primum ante se cernerent.

5. Divinæ providentiæ ordinem.

1. Cor. c. 4. v. 5.

Sexto: Videbunt in Deo res creatas omnes prout olim fuerunt, modò sunt, & tunc erunt. Deus totius Universi theatrum est, quod in amplitudinem infinitam extenditur, nullis claudendum terminis. In teatro isto spectabunt, quomodo Deus in omnibus rebus conditis, & omnes in ipso existant, atque ab ipso pendeant. Neque tantum res creatas omnes, sed eorum magnitudinem, proportionem, pulchritudinem, naturam, vim, vires, proprietates ac motum cernent. Hinc opus non erit, ut Beati ad terræ globum descendant, instaurantionem elementorum visuri. Tametsi neque hoc iis negandum. Nam puncto temporis in terram sese præcipiti volatu poterunt demittere, & velut in rem præsentem venire, divino interim aspectu neutiquam amisso. Quemadmodum diaboli, licet extra Inferorum carceres sint, suos tamen Inferos ubique secum circumferunt: Ita Cælites ubicunque locorum sint, aspectu Dei beati sunt. Quæ Bernardus dilucidè confirmans: *Videt Verbum (Beatus) & in Verbo, inquit, facta per Verbum. Nec opus habet ex his que facta sunt, factoris notitiam mendicare. Neque enim ut vel ipsa noverit, ad ipsa descendit, que ibi illa videt, ubi longè melius sunt quam in seipsis.* Tantam porrò varietatem rerum conditarum Deus esse voluit, non ut iis genium lubitu nostro propitiaremus, sed ut eas jam beati cognosceremus, earumque opificem tantò cumulatius laudaremus. In hanc rerum conditarum notitiam sponte nostrâ naturali ferimur proclivitate, quam Beatitudo liberalissimè saturabit.

6. Res omnes creatas.

Bern. l. 4. de consid. c. 1. med.

Abstinet hinc angusta & trepida illa cogitatio, quæ sibi persuadeat fieri vix posse, ut infinitarum prope rerum exactior cognitio ob earum multitudinem, varietatem, distantiam, & proprietates abstrusissimas habeatur. Vanus est ac puerilis hic metus. Nam lumen gloriæ, ita animum oculisque firmabit, ut Orbem universum cum iis planè omnibus quæ Orbis continet, facillimo simul ac suavissimo intuitu cognoscant. Quemadmodum ei qui in templo mediocriter amplo consistit, omnia templi ornamenta in oculis sunt: Ita Beati jam Orbis Domini maximas minimas suæ ditionis partes inspectabunt. Est è Theologis non nemo qui etiam à Dæmonibus ea talia videri arbitretur. Si dæmonibus id concessum, quanto magis Dei amicis?

Sed Moses suo id exemplo confirmet. Hic Geneleos sacer Historicus, ita de Mundi opificio, deque hominis ac ceterorum animantium creatione scripsit, tanquam si rerum omnium productioni præsentissimus adhuisset,

cùm tamen duobus millibus annorum & quadringentis tribus natalis dies Orbis natalem Mosis præcesserit. Unde igitur Mofi tam remota & nihilominus tam enucleata rerum cognitio? In cæli vèstibulo fuit, *Diphtheras & pugillares Numinis inspexit. Quid ergo non videbunt, quid rerum omnium ignorabunt, qui cælum ipsum ingressuri, qui DEVM ipsum inspecturi sunt? Luculenter hac de re Augustinus: *Si propheta Elizabeth, inquit, puerum suum Giezi absens corpore vidit accipientem munera, quæ dedit ei Naaman Syrus, quem propheta memoratus à lepra deformitate mundaverat, quod ferrus nequam, domino suo non vidente, latenter se fecisse putaverat: quantum magis in illo corpore spiritali videbunt sancti omnia?* Quod idem sanctissimus Doctor aliâ scriptione firmans: *Per divinam potentiam, ait, Martyres vivorum rebus intersunt.*

Septimò: Videbunt in DEO Beati, non solum illa omnia quæ unquam creata sunt, sed eorum etiam multa quæ creati potuissent, non tamen omnia, sed plura pauciora, prout quis sublimis super astra solium occupaverit: Potuisset DEVS decem alios & ampliores Mundos, potuisset centum, potuisset mille & plures condere. Hos omnes & quæ huius generis in infinitum abeunt, in DEO videre, solius est Christi Servatoris. †

† Sola Christi anima videt in Deo scientiâ visionis omnes possibiles creaturas. Ita etiam Christus videt omnes omnium tam Angelorum, quàm hominum cogitationes, quæ unquam fuerint, sunt, & erunt. Vide Iacobum Granadum Theologum in 1. parte D. Thoma mihi pagina 203.

§. III.

Synopsis corum, quæ beati visuri sūt in cælo. a Sed non in totum, Deus enim solus seipsum totum ex toto videt, & comprehendit.

b In particulari & indivisivo, ut loquimur.

Psal. 15. f. no.

Alii ajunt fuisse Æthiopia. Ego prius malim pò cassas.

VT autem ea omnia, quæ Beati visuti sunt in cælo, summam enuntiemus, eni dictorū hoc capite synopsis. Videbunt igitur in DEO beati cælestes, 1. Naturam divinam & omnes DEI perfectiones. 2. Omnia fidei & divinorum librorum arcana. 3. Cæli omnēsque cælestes, & gloriam singulorum. 4. Æternitatis carcerem, damnatos omnes, & singulorum tam malefacta quàm supplicia. 5. Videbunt omnia divinæ Providentiæ decreta, & totum DEI gubernantis regimen, res gestas Orbis universas, historias omnes. 6. Totam orbis machinam, cum rebus creatis omnibus & singularis; b omnes conditarum rerum proprietates & naturas. 7. Eorum etiam plurima quæ creati potuissent.

Atque hæc non particulatim aut gradatim, sed simul omnia, idque distinctè, clarè, firmiter, facillimè ac suavissimè obtutu cernent immutabili. Hinc eorum nullus ab hac, quam diximus divinitatis picturâ, ab hoc viso in omnes æternitates avelli poterit. Post decies centena millia, post centies centena millia, post millies millena millia annorum, hæc visio tam recenti tantæque voluptate perfunder omnes, quantâ perfusi sunt primo omnium momento. Immutabilis est voluptas cæli, quia æterna est. *Delectationes in dextera tuâ usque in finem.*

Hic velim efficacissimè sciamus omnem creaturarum rerum dulcedinem ad Creatorem collatam merum esse absinthium, & omnem rerum conditarum pulchritudinem ac formam ad conditorem comparatam, meram esse deformitatem, noctem merissimam.

Nec verò quidquam extra cælum tam melleæ voluptatis est, quin demum in sel degeneret, velut generosum vinum in acetum. Potentissima illa inter Arabiæ reginas Saba, cum summam Salomonis sapientiam, ornatissimum palatium, nobilissimam familiam, venustissimum ordinem recens ex itinere vidisset, in maximam admirationem rapta vix sui compos fuit. Si anno integro ea omnia spectasset, rei novitas in familiaritatem, admiratio in tadium vertisset: voluisset demum hæc regina & videre & audire alia, prioribus jam saturata Sic tandem omnis venustas & amœnitas in familiarem contemptum transit; cuncta evilescunt tempore. Nihil evilescit in cælo; nullum illic fastidium, nulla

nausea. Post decies millies centies millena millia annorum tam nova tamque grata erit voluptas cæli, quàm fuit primo temporis puncto. Delectationes in dextera DEI usque in finem, in omne ævum, in infinita sæculorum sæcula.

Narrat Laticiensis Abbas, beatæ Gertrudi Virginem sacram à morte visam, quæ mira pandebat de cælesti gloriâ. Cui Gertrudis fidentius: Et unde, ait, hæc tibi omnia, quæ inter simplicissimas habebaris? Huic iterum Virgo: DEVM, inquit semel conspexisse, est omnia didicisse. Pauca, sed satis dixit. Et verissimum est, quod dixit: Et beati Gregorii sensu, Non credendum est Sanctos qui intus Claritatem DEI vident, aliquid foris esse quod ignorent. Quod confirmans Augustinus: *Beatus, inquit, non est, nisi qui & habet omnia quæ vult, & nihil malè vult.*

Hic non unam solum monstro virtutem ut hæcenus, sed omnes: Humilitatem, Patientiam, Puritatem, Charitatem atque Conformitatem cum DEI voluntate. Simul illud cum Orbis Ecclesiastâ proclamo: *Non sunt condigne passionis huius temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.* Quidquid præclari faciamus, quidquid asperj perferamus, est quotidie centies precationem iteremus, quotidie pane solo & aquâ victemus, est quotidie corpus acerbissimum flagris castigemus, est facultates nostras omnes in stipem erogemus, nos ipsos insuper obsequiis arctissimis mancipemus; etiamnum clamo: Non sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam. Bono animo: patienter & constanter. Paucis sæpe passibus ad cælum itur.

CAPVT XVII.

Decimum quintum cæli gaudium, ÆTERNITAS Gaudiorum.

Angelus Nazarethanæ Virgini salutem è cælo deferens, exposuit quantum illa Regem suis esset receptura visceribus, & vestitura in hominem. *Patris, inquit, hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus DEVS sedem David Patris ejus.* Atque ut constaret de regni amplitudine ac diurnitate subjunxit: *Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni ejus non erit finis.* Quale regnum hoc, quod nullis temporum aut locorum finibus circumscribatur? Plurima in Orbe regna numeramus, nullum infinitum, æternum nullum.

Adonibezecus rex Chananaeus, cum ab Hebræo milite jam captus, & præcisus pedum ac manuum digitis, prout meruerat, mutilatus esset, in has voces confitens reus erupit: *Septuaginta reges amputatis manuum ac pedum summitatibus, colligebant sub mensâ meâ ciborum reliquias: Sicut feci, ita reddidit mihi DEVS.* Proh superi, quot reges, quot regna? Sed horum nullum immortale, nullum sine fine. Suus tandem & reges & regna fatalis finis sepeliet.

Darius Rex Persarum opulentissimus, copiosissimos in Alexandrum Macedonem exercitus ducebat; in his decem millia suorum numerabat, quos Persæ immortales vocare soliti. Ubi jam immortales illi, ubi eorum Rex Darius, ubi Darii regnum? Altis cineribus sepultum, suo jam pridem sine contabuit. Suus est regnis omnibus finis.

Solius Christi regnum ignorat finem. Angelus prædixit: *Et regni ejus non erit finis.* De hoc æternitatis beatissimæ regno jam plura.

§. I.

Regnum omne fluctuans & instabile. *Vt alta ventos semper excipiunt iuga; Imperia sic excelsa Fortuna objacent.* Itaque occultis sæpe causis labuntur: & quæ domesticis ste-

17. 18. 19.

Rom. c. 8. v. 18.

Luc. c. 1. v. 31. 32.

Indic. c. 1. v. 7.

Carinth. 3. c. 37.

Luc. c. 1. v. 33.

Sense. Ord. p. 1.

cis steterat bellis, quæ externis regna, nullo impellente ruunt. Sæpe inter fortunam ultimam & maximam nihil interest.

v. Lips. l. 3. p. 111. c. 6.

Cyrus per annos triginta in magnâ gloriâ Rex Persarum, finitimis deinde ac longinquis subactis, longius etiam manus ad Scythas porrexit. Venit cum magno & victore exercitu, sed à feminâ vincendus. Thamyris genti Scytharum præerat, & filium ad regni fines externam vim repulsurum miserat: sed victus est, & insidiis à Cyro circumventus. Ergo ipsa molem regni ultimam excivit, & animosè obviam se dedit, atque iisdem artibus circumventum & clausum regem, copiisque cecidit. Ducenta millia Persarum erant. Clades ingens, nec sine ludibrio. Caput mortuo Regi amputatum, quod Thamyris in utrem sanguine plenum misit, & exprobravit: Satis te sanguine, quo expleri nequisti.

Isa. 6. 7.

O Regnum longâ mole fundatum ubi es? Rex Cyretot annos felix & victor tibi es? Quid fata & ordo rerum miserunt? A summis ad ima decidisti. Hic tuus, hic regniter fuerat finis. Rex Christus cum suis regnabit in æternum, & regni ejus non erit finis. *Isaias suis id vaticiniis affirmans: Multiplicabitur ejus imperium, inquit, & pacis non erit finis: Super solum David, & super regnum ejus sedebit, ut confirmet illud, & corroboret in judicio, & iustitiâ amodò, & usque in sempiternum.* Hæc utique non Salomonem, multò minùs Roboamum ejus filium, sed Christum regem æternum commonstrant. Salomonis regnum quadringentis annis floruit, demum in Babyloniâ extinctum est: *& hujus regni erat finis.*

Helvius Pertinax decimus octavus Romanorum Imperator, tribus solum mensibus diadema gessit: Siquidem post inaugurationis diem exacto trimesfri à militibus occisus est. In aliquod mortis solatium addita hæc pictura. Stabat Helvius, & cælum, in eoque stellarum unam rangebat, velut jam vicinus superis, aut inter eos relatus. Rex Orbis Christus, cum infans in gramineis cunis decumberet, stellam illustrissimam non solum tetigit, sed eam in cælo fixit, accendit, nutu suo duxit, ire, stare jussit ut voluit, verè rex, verè siderum Imperator, qui ut gentem humanam à morte vindicaret, in cruce mortuus, ipsum Solem atratum in exequias ire præcepit. Cùmque Romanus Præfes Pontius Pilatus interrogaret: *Ergo Rex es tu?* Affirmatissimè respondit: *Rex sum ego.* Hos ipsos titulos crux loquebatur: *JESVS Nazarenus Rex Judæorum. Rex est Christus, Et regni ejus non erit finis. Et regnum ipsius omnibus dominabitur.*

Isa. 4. 18. v. 37. Ps. 102. v. 19.

§. II.

HOC Christi regnum immensum, sine limitibus, infinitum est. Omnia Orbis regna colliminium & terminos habent, suis clauduntur marginibus. De quovis illorum afferendum: hucusque profert fines, nec longius: hos limites, hæc habet confinia regnum Macedonia, hæc regnum Syriæ; hæc regnum Ungariæ, hæc Galliar, hæc Bohemiæ, hæc Poloniæ. De Filio Altissimi, de Servatore Christo dixit Angelus: *Et regni ejus non erit finis.*

Isa. 4. 1. v. 33.

Poëtarum princeps suæ ingenuitatis oblitus, ut Romanis palpum venderet, sic olim cecinit:

Virg. l. 1. Æneid.

His ego nec metas rerum, nec tempora pono, Imperium sine fine dedi.

Quid ais hic Maro? Regnum hoc quod sine fine datum, in terrâ est, an in cælo? Uti que in terrâ. Esti esset in cælo, Cælum & terra transibunt. Transibunt quæ fecit ipse DEVS, quantum citius quæ condidit Romulus?

Et ubinam nunc est Romanum sine fine imperium? Fuit: olim stetit, olim cælo caput extulit, floruit, Orbem dominatu preffit. Fines imperii Romani Orbis & Oceanus, ut quidquid opportunum aut dignum vinci, vicerit. Itaque terminos sibi fecit Orientem & Occasum, exceptis locis inaccessis & inhabitatis, aut quibusdam

A habitatis quidem, sed ignobilioribus. Et ubi jam istud tam amplum, admirandum imperium? Quæri vides. Ubi qui promoverunt, & propagarunt? Periisse vides. Illa ipsa rerum gentiumque Domina, & falsò æterna urbs, ubi est? Diruta, obruta, incensa, inundata; perit non unâ morte; & ambitiosè hodie quæritur, nec invenitur in suo solo.

Ego te Roma illa vetus & speciosa super omnes usquam aut unquâ urbes non solum non video, sed etiam quæ fueris, quæro. Quæ fueris? Imò, & ubi fueris? Ecquis scio, an non aliquando, Utrum fueris, quæretur? Non magis hoc mirum, si plura currant sæcula, quam nunc de Thebis Ægyptiis, aut Trojâ dubitari. Nam habet hoc ætas, ut primò formam tollat, tum rem, denique famam & nomen auferat. Sicut Solem istum assidue vel aliqua nubes subducit, vel nox denique condit: talis omnis hic splendor & felicitas rapitur ut evanesceat. Omnia ista somnium, bulla, nihilum, si cum æterno & æternitate comparentur. O spes & res humanæ quid estis? quò iris? Nos ipsi quid sumus? quò imus? Post aliquot annos futuri pulvis, umbra, nihil. *Et regni nostri est finis.* Solum Christi regnum extra omnes fines & limites est. *Et regni ejus non erit finis.*

DEVS imperium filio suo sine fine dedit. Quod divinus Pfalter luculentè vaticinatus: *Dominabitur, inquit, Ps. 71. v. 8. à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos Orbis terrarum.* Nimirum à mari orientali Indico, ad Gaditanum occidentale, & à Jordane flumine, ubi Christus concionari cepit, usque ad Orbis terminos. Sed hoc imperium in terrâ non tam finietur, quam transferetur ad illud cæleste, quod omnem excludit finem: *Regnum Psal. 144. tuum (Domine Jesu) regnum omnium seculorum, & dominatio tua in omni generatione & generatione. Habent, inquit Augustinus, mutationes regna terrena. Veniet ille de quo dictum est: Et regni ejus non erit finis.*

10. serm. 29. de verbis Domini c. 7.

§. III.

Dominus regnabit in æternum, & in seculum seculi. Reges Hebræi regnarunt quidem in domo Jacob, sed ne utquam in æternum. De illorum quolibet affirmandum: *Et regni ejus erat finis.* Saul annis viginti septem tenuit, David annis quadragintâ; Salomon pater quadraginta. *Et regni eorum erat finis.* Ab his Roboam annis septendecim, Abia tribus, Asa quadraginta unum, Josaphat viginti quinque, Joram quinque, Ochozias unum duntaxat annum Rex fuit. *Et regni ejus erat finis.* Post hos furia illa Athalia septem annis, Joas quadraginta, Achaz sedecim, Ezechias inter optimos censendus viginti novem, Manasses inter flagitiosissimos habendus quinquaginta quinque cum imperio fuit. Tandem etiam, *& regni illius erat finis.* Sic Amon annis duobus, Josias triginta unum, Joachaz tribus solum mensibus, nec pluribus Joachim dominatum tenuit. Alius ab eo ejusdem nominis annis undecim, totidem rex Sedechias regnum administravit. *Et regni ejus, sicut & priorum, erat finis.* Hi solum Israëlitis tempore publicam gesserunt: Reges Juda silentio præterimus. Quorum omnium regna, in carcere Babylonico sortita finem, expirarunt.

Post potentissimum & quidem geminum Israëlitis & Juda regnum lacrymabili sine extinctum, Duces potiti sunt rerum, inter quos Zorobabel primus, à quo alii tredecim magistratum ordine habuerunt. Sed & Ducum potestas cum Machabæis sepulta est. *Regni horum omnium erat finis.*

Si ab Israëlitis ad Romanum imperium transire licet, beat, eisdem regni fines videbimus. Julius Cæsar annis quatuor diadema gessit. Augustus Imperator, quinquaginta sex annis summo cum imperio fuit. Res rara, & sine exemplo. Tiberius annos viginti duos, Cajus tantum, Cladius tredecim, totidem & Nero dominatus

Impetii & regni Romani finis.

natus est in Orbem. *Et domini eius erat finis.* Galba Imperator septem mensibus; Otho tribus solum, Vitellius mensibus octo, Vespasianus annis novem, Titus biennio, Domitianus annis quindecim, Nerva unico, Trajanus novemdecim, Hadrianus viginti, Antoninus viginti duobus, Aurelius Verus annis quinquaginta imperavit. Et tamen imperii eius, perinde ut ceterorum omnium, erat finis. Omitto longam ceterorum seriem, quos omnes regnandi finis folio dejecit.

Quid jam Romanos Pontifices enumerem, quorum plurimi annis patulis rei Christianæ præterunt. Primus Pontificum Petrus Apostolus annis viginti quinque imperii facti clavum tenuit: Alii ab eo annum unum, duos, quatuor, plerumque paucos: Quot autem Pontificum paucis solum mensibus, imò diebus solum aliquot, rebus præsidebant? Sinissimus Pontifex dies viginti, Bonifacius VI. dies quindecim. Urbanus VII. dies duodecim, Leo XI. dies viginti sex, Valentinus dies tantummodo quatuor ad gubernacula sedit. *Deus bone quam breve regnum, quam præceps regni finis!*

Ad Imperatores Romanos redeo. Superiori sæculo Carolus V. Augustissimæ memoriæ Imperator annis triginta octo Republicam Christianam gessit, Ferdinandus sex annis, Maximilianus II. duodecim, Rudolphus II. triginta quinque, Matthias octo, Ferdinandus II. anno jam duodecimo, quo hæc scribo, summam rem administrat. Verum enim verò, & regni horum etiam regum quos ipsi novimus, fuit, eritque finis. Nec Reges tantum, sed & regna suis quæque funeribus efferruntur. Ubi nunc Hebræum Regnum, ubi Græcum, ubi Romanum, ubi Syrium & Ægyptium? funerata sunt, cineribus submersa sunt.

Ultimus Assyriorum Rex Sardanapalus, Medorum Astyages, Persarum Darius, Macedonum Perseus, Romanorum Tarquinius, Judæorum Rex ultimus Herodes. Veteres Ægypti Thebas vix fama retinet: Centum Cræte urbes vix retinet fides. Cadavera Carthaginis, Numantia, Corinthi præci viderunt & mirari sunt: Nos Athenarum, Sparta, & tot illustrium urbium ignobiles ruinas, Regnorum omnium horum erat finis. Regnum Christi immortale, sine fine, æternum est. *Domini regnabit in æternum, & ultra. Et regnum ipsius omnis dominabitur.*

§. IV.

ERuditè dixit Philo: Vide regionum integritatem & gentium mutationes. Floruit quondam Græcia, sed Macedones abstulerunt ei potentiam. Postea Macedonia viguit opibus, sed divisa in plures portiones debilitata est, donec omnino interit. Ante res Macedonum incluta fuerat Persarum felicitas: sed una dies tam ingenti regno finem attulit: & nunc Persæ penes quos paulò antè fuerat imperiù, sunt Parthorum provincia. Fuit & Ægypti olim præampla magnificaque potentia, sed nubes in morem præteritæ eius felicitas. Quid Æthiopes? Quid Carthago in Africa? Quid Pontici Reges? Quid Europa Asiâque, & ut compendio dicam, totus Orbis habitabilis: Nonne more navis susque deque jactatæ marinis fluctibus, nunc secundis ventis, nunc adversis utitur? Nam verbum divinum choreas in orbem ducit, quod vulgus hominum fortunam nominat: Et cum perpetuò feratur per civitates, gentes, regionisque, res aliorum aliis omnium omnibus tribuit, subinde variantibus apud singulos temporibus: Ut totus terrarum Orbis tanquam una civitas optimo Republicæ genere administraretur, populati regimine. Nihil igitur est in humanis rebus ac negotiis præter umbram auramque levissimam, sine morâ prætervolantem: eunt enim ultro citroque tanquam æstuarium. Omne regnum fluctuans & instabile, per omnium pompæ ac triumphorum

A seriem ad suum sibi sepulchrum choreas ducit. Suis rebus omnibus finis imminet. Regnabit Christus in æternum, & regni eius non erit finis. Regnabimus cum Christo, si priùs fuisse cum illo etiam sustinere didicerimus. Beatus Paulus hoc ipsum acriter, inculcans: *si sustinebimus, inquit, & conregnabimus.* Quid, oro, sustinendum?

Duo sunt Christi regna. Primum quidem ligneum & insuave, sed aureum alterum & gemmeum. De ligneo expressè cecinit Hebræus Psalter: *Dicite in gentibus, quia Dominus regnavit à ligno.* Justinus Martyr arguit Judæos & convicit, quòd voculam illam, à ligno, eraserint. Pro testimonio dicit Prudentii vetus pœma:

*Impleta sunt quæ concinit
David fidei carmine,
Dicens, in nationibus
Regnavit à ligno Deus.*

Verè regnavit Christus à ligno, & factus pro nobis in ligno maledictum, ex altâ trabe jus dixit Orbi. Illum Judæa repudiavit, nos amplectimur. Interim tamen sepiuscule querimur, acerbiorem vitæ sortem, & malis nostris parùm toleranter illacrymamur. O Christiani! quid hoc agimus: Durat etiamnum ligneum Christi regnum: Sed ne cadant animi, sequetur gemmeum. *Si sustinebimus, & conregnabimus.* Subeat memoriam quod Ducibus, Regibus, Imperatoribus quandoque contigit.

In venatum iit Maximilianus II. Imperator. Sequi debuit ex more suum dominum argentea supellex. Cum autem vitæ impeditores occurrerent, in eis insuper erraretur, argenteum mensarum statò tempore haberi non potuit. Idcirco Cæsari scutellis partim reſteſte, partim ligneis cibi fuerunt inferendi, cum præstatione, argenteas patinas brevè adfore, veller tantisper ligneis non indignari. Idem hîc monendi sumus: Regnum Christi nunc ligneum toleremus, succedet aureum. Si sustinebimus & conregnabimus.

Beatus Gregorius ad regnum Mundi generosè calcandum, & ad ligneum Christi regnum tranquillè tolerandum provocans: *Ubi que mors, ait, ubi que luctus, ubi que desolatio; undique percutimur, undique amaritudinibus replerimur: & tamen cecâ mente carnalis concupiscentia amaritudines ipsas amamus; fugientem Mundum sequimur, labenti inharcemus. Et quia labentem retinere non possumus, cum ipso labimur quem cadentem tenemus. Aliquando nos Mundus delectatione retraxit à Deo, nunc tantis plagis plenus est, ut ipse nos jam Mundus mittat ad Deum. Pensate ergo quia nulla sunt, quæ temporaliter currunt. Finis temporalium ostendit, quam nihil sit, quod transire potuit. Casus rerum indicat, quia res transiens, etiam tunc propè nihil fuit, cum stare videretur. Hæc sollicitè consideratione pensate, in eternitatis amore cor figite.*

§. V.

ANNO Christiano trecentesimo trigesimo sexto Constantinus Magnus Imperator filios suos Constantinum, Constantium, & Constantem ad tabulam geographicam duxit, ubi digitum intendens: Tibi, ajebat, hoc regnum, hanc provinciam do Constantine: Tibi verò Constanti, è meis regnis hoc & hoc asigno: Tu verò Constans has à me terras habeto, quas simul loquente digito monstrabat. Quâ in re Constantinus Pater non utique pictas illas in relâ vel ligno Provincias, non picta illa regnorum nomina donavit, sed regna vera in imagine representata. Sic & Christus nobiscum agit, immensum illud sine fine regnum monstrat, brevè possidendum: Id tamen nondum possidemus, sed velut in ligno relâve pictum aspiciamus. Nos autem adedò infantes sumus, ut de his ipsi picturæ particulis acerrimè digladiemur: Terram quæ celi rudissima est adumbratio, avidè ac anxie inter nos partimur; terræ voluptates rapimus, veræ Beatitudinis oblitii.

O infan-

Anno 1634.

Exod. c. 15. v. 18. Psal. 102. v. 19.

Philo, l. Quod Deus sit immutabilis, sine, mibi p. 248. Regionum & gentium mutationes.

Quæ sunt duo Christi regna. p. 95. v. 12.

Galat. c. 3. v. 13.

2. Tim. c. 2. v. 12.

Greg. tom. 3. in Evang. p. 102.

Phil. 159. v. 12.

O infantissimi mortales, quid inania hæc & minuta se-

egessit, & signandum monetæ dedit, sed & illud quod in occulto servavit posterorum aviritia.

Augustinus in alium evectus. Quanta erit illa felicitas, inquit, ubi nullam erit malum, nullum latebit bonum, vacabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus. Quoniam tunc non erit ulla necessitas, sed plena, certa, securæ, sempiterna felicitas. Ipse finis erit desideriorum nostrorum, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur. O verè maximum sabbatum non habens vesperam! Ibi vacabimus & videbimus: videbimus & amabimus, amabimus & laudabimus. Ecce quod erit in fine, sine fine. Nam quis alius nosser est finis, nisi pervenire ad regnum, cuius nullus est finis? Hac est requies sempiterna; sine fine erit requies ista; sine fine erit gaudium hoc, sine fine erit incorruptio. Vitam æternam habebis, regniem qua non habet finem. Quanto labore digna est requies, qua non habet finem? Nemo ex vobis, inquit Bernardus, parvam aliquam requiem aut letitiam sufficitur eorum, qui ab omni penitus molestia liberi recogitant annos suos in dulcedine anime suæ; letantur pro diebus, quibus humiliati sunt, annis quibus viderunt mala; cum jucundâ admiratione, & mirâ jucunditate considerant pericula quæ evaserunt, labores quos pertulerunt, certamina quæ vicerunt.

Hanc ipsam Beatitudinis æternitatem Chrysostrus velut attonitus suspiciens: Cogita, inquit, quantum sit animam illuc pergentem, nequaquam finem honorum illorum expectare, neque mutationem; quin potius incrementum. & vitam finem non habentem, & vitam omni periculo liberam, ab omni morore & cura alienam, plenam gaudii & mille boni. Porro idem antequam Orator proprietate admirabili rem oculis subjiciens: Nunc, inquit, quemadmodum in utero puellus, sic in Mundo vivimus, multis interclusi angustiis, venturæ, saculæ, nec fulgorem neque claritatem contruemur. Sic est omnino. Æternitati magis, magisque in dies proximamus, & rerum nostrarum minimè latagentes stertimus. Eho, evigilate justî, imminet Æternitas. Ille jam apparuit in carne, inquit Gregorius, qui electos suos ascribit in æternitate.

S. VII.

Celestiales oculos humanos ad æternitatem erigens: Si, ait, ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit. Si ad iratum judicem corruerit, ibi erit: si in desperatorum flammâs, ibi manebit: si in diabolorum catervas, ibi manebit: si ad Austrum & cæli divitias, ibi erit, ibi manebit. Æternitati suppliciorum, æternitas præmiorum respondebit; utraque sine fine, sine omni termino.

Cum Abalon notus ab impietate regius juvenis, germanum fratrem Amnonem jam temulentum super mensam jugulasset, de parentis maximo luctu hæc Regium fasti affirmant: Luxit ergo David filium suum cunctis diebus. Quid obsecro luctum tam inauditum in omnem regis vitam obfirmavit? Nihil certè aliud quam horribilis ille lapsus in æternitatis precipitium. Sanctissimus Rex David Amnonem ebrium occisum ad Aquilonem, & ad æternas flammâs corruisse conjectabat. Hinc ille inauditus luctus: Hinc idem Hebræus rex David jam morti vicinus Salomoni filio hanc ipsam æternitatem altissimè infixurus: Si quaeseris Dominum, inquit, invenies: si autem dereliqueris eum, projiciet te in æternum.

Imenias Thebanus vir sapiens legationem patriæ causâ ad Persarum Regem suscepit. Hunc tribunus militum Titrautes, ex officio ad Regem deducturus; Verum, inquit, o Thebane hospes, lex est apud Persas recepta, ut qui in conspectum Regis venerit, non prius sermonem cum eo conferat, quam eum adoraverit. Quod si ergo lubeat eum adire, perages quod lex jubet. Imenias: Duc, inquit, & Regi me sille. Cumque jam eò ventum esset, anulum legatus quem gestaverat, digito detractum clam abjecit ad regios pedes, & mox

Philonis eruditionem hic iterum instillo: Quid alia res corporis, nonne somnia sunt, inquit? nonne pulchritudo momentanea penè prius marcescit, quam floreat? Sanitas incerta infirmitatibus obnoxia? robor morbis expugnabile per occasiones plurtimas? Sensuum integritas humoribus vitiosis facillè corrumpitur? Jam quanta sit in rebus externis obscuritas quis nescit? Ingentes opes sæpe una dies abstulit: Multi honoratissimi antea versis rerum vicibus in contemptum venerunt cum ignominia: Imperia regum maxima brevi temporis momento subversa sunt. Fidem meis verbis astruit Dionysius in Cotintho quondam tyrannus Sicilia, mox pulvis & Corinthum profugus, literator factus è tanto Principe. Attestatur & Cræsus Rex Lydia ditissimus regum; qui sperans se delecturum Persarum potentiam non modò proprium regnum amisit, sed & ipse vivus in potestatem hostium redactus minimum absuit quin exureretur. Testantur de hujusmodi somniis non singuli tantum, sed civitates, gentes, regiones Græcia, Barbaria, insularum continentisque incolæ, Europa, Asia, Oriens, Occidens. Nihil enim usquam permanet sui simile.

Solum Christi regnum immortale, infinitum, immutabile, æternum est, iusti in perpetuum vivunt, & apud Dominum est merces eorum. Deus jam olim promissit: Gaudetis & exultabitis, usque in sempiternum in his que ego creavi. Sic semper cum Domino erimus. Præcipuum Beatorum gaudium ex eo nascitur, quod sciant Beatitudinem fore sempiternam: sicut præcipua damnatorum afflictio est, quod videant tormenta sua fore perpetua.

Mors damnatorum non absolvi, vita Beatorum finiri non potest. Cum enim lumen gloriæ non possit extinguï, certè Beatitudo quæ ex eo necessariò sequitur, non poterit amitti.

S. VI.

Vid ergo, inquit Anselmus, per multa vagaris homuncio, & bona corpori tuo, tuoque animo quaris? Si pulchritudo & forma delectat; Fulgebunt justi sicut Sol in regno Patri. Si velocitas, si vires & libertas; crunt similes Angelis Dei. Si vita sana & immortalis, iusti in perpetuum vivunt, & salus eorum à Domino. Si fatietas sine tædio; Satiabuntur cum apparuerit gloria domus Dei. Si Musicæ non desitura suavitas; concentus Angelorum nullo sopietur luctu. Si omnium voluptatum copia; Torrente voluptatis suos potabit Deus. Si Sapiencia; Ex ipso Sapiencie fonte, quantum volent, haurient. Si Amicitia; Mutuus erit omnium amor, Deus Beatos, beati Deum ardentissimè amabunt. Si concordia; Cor unum & anima una, voluntas una omnium erit divinæ voluntatis sententia. Si potestas; omnia cum Deo suo poterunt, rerum omnium Domini. Si honores & divitiæ; Deus fideles servos supra multa constituet, & honorificabit illos, ut ubi ipse est, sint & ministri ejus. Si vera securitas; Præcipitata est mors in sempiternum.

Immensa est, finemque potentia cali non habet.

Tunc consummatum habebunt plenumque bonum sortis humanæ, cum calcato omni malo in interiore illum æternitatis sinum venerint. Tunc juvabit inter sidera ipsa vagantem divitum pavimenta ridere, & totam cum auro suo terram: non illud tantum dico, quod

Philo lib. de Joseph med. mibi p. 425.

Sap. 7. 5. v. 16. Isa. c. 65. v. 18. 1. Thess. c. 4. v. 17. Præcipui beatorum gaudium quod sciat esse sempiternum.

Math. c. 13. v. 42.

Sap. 5. v. 16. Ps. 16. v. 15. Es. 55. v. 9.

Ibid.

Senec. l. 7. nat. l. 7. quæst. 2. v. 2.

Idem tom. 8. in 1. p. 93. mibi p. 432.

Bern. serm. 2. de Sanctis omnibus an. 10 med.

Chrystom. 4. hom. 6. in c. 4. ad Hebræos mibi p. 1520.

Greg. hom. 8. in Evang.

Eccles. c. 11. v. 5.

2. Reg. c. 13. v. 37. al. multis diebus.

2. Paral. c. 28. v. 9.

Ælianus 1. 1. var. hist. c. 21.

& mox procumbens velut adoraret, illud animo secum verfabar: Non tibi, sed Annulo. Quem iterum sustulit, tanquam adorationis munere perfundtus.

Plurima sunt, non negamus, gravia perpesu & aspera, quae tamen facilis & suaviter perferimus, si huic ipsum beatissimae caelestis aeternitatis annulum assidue aspexerimus, illud animo idehntidem versantes: Non tibi, sed annulo. Est venia danda inimico? Arduum hoc & difficile: sed aeternitatis annulum, oro, respice, & dic: Non tibi, sed Annulo: hoc est, non in tuam, inimice, sed in aeternitatis gratiam hoc facio. Est injuria gravis concoquenda? acerbus quidem bolus, sed eondiasum & dicas: Non tibi, sed annulo. Vigiliae, jurgia, rigores alii carni maceant? Dic alacri animo: Non tibi, sed Annulo. Morbus & dolor infestant? Dic iterum: Non tibi, sed annulo. Paupertas & rerum inopia premittit? Dic denuo, dic centies: Non tibi, sed annulo. Ita temporis eede, & submitte te; tolera quod non vis, ut assequaris quod vis. Non sunt condigna passiones hujus temporis ad futuram gloriam. Quidquid faciamus aut patiamur gemmeus aeternitatis annulus his omnibus dignissimus est. In hujus gratiam nihil laboris recusandum, nihil afflictionis non tolerandum. Clamar Aggaeus vates: *Adhuc unum modicum est. Quingenti etiam anni, mille etiam anni unum modicum sunt.* Post hoc modicum aeternitatis annulus tradetur.

Rom. c. 3. v. 18.

Aggaei c. 2. v. 7.

§. VIII.

Um ad Xerxem regem deferrentur Atticae ficus venales, quae dulcedine alias longe superarent, negavit Rex illas se gustaturum, dum regione potitus esset, quae fructus ejusdemmodi ferret. Christus Rex Regum in supremam cum suis edna apposti vini quidquam amplius a se gustandum negans: *Dico vobis, inquit, non bibam amodd de hoc genimine vitis usque in diem illum, cum illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei.* Rectissime nos fecerimus, si in omnes veritas aut suspectas oblectationes liberè pronuntiamus: Procul o procul voluptates pessimas, quae veluti dulcissimae ficus, sed venenatae nos fallunt: Non libabo, non tangam has amplius; dum illis fruar melioribus in aeternitatis felicissimae regno.

Matth. c. 26. v. 29.

Terrae gaudia sunt brevissima.

In caelo aeterna. Cantic. c. 1. v. 17.

Omnia terrae gaudia sunt brevissima, & extrema gaudidii plerumque luctus occupat. Jobi familia genialiter ac hilariter epulabatur: Fatali turbine repente omnes involvuntur, & quod eis modò trutinum erat, jam sepulchrum est. Rex Balchazar convivium agitat latissimum; subitò ad parietem scriptoria manus arcani quid pingit, & omnis ligni in luctum maximum vertit. Solum Aeternitatis regnum in caelo aeterna praestat gaudia: caelum aeternat. Hoc sponsa caelestis asserens: *Tigna, inquit, domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypresina. Utrumque ligni genus nec cariem sentit unquam nec vitium. Nostrae hic domunculae ruinam proximè spectant, caelum aeternat.*

Aug. tom. 10. serm. 29. c. 6. de verbis Domini in Evang. Matth.

Nobilissimus Poeta Graecus Euripides apud Alcestidem tragediarum scriptorem aliquando questus est, quòd ingenti nisu, summòque tridui labore non nisi tres versus scribere potuisset: Alcestides contra gloriatum est, se uno die facillimè centum versus fundere. Ad quem Euripides iterum velut dicti poenitens: Hoc tamen, inquit, non nefcias velim, versus tuos triduo tantum, meos in aevum duraturos. Hoc revera cuique nostrum assidue cograndum: Quidquid hoc die, hac hora fecero, id non triduo solum, sed in aevum durabit. Si Deo laborem, si Dei causa patiatur, laboris & patientie fructus me tota solabitur eternitate. Gemmeus eternitatis Annulus mihi nunquam amplius eripietur: Caelum eternat. Quod Augustinus praclarissime dixit: *Aeterna promittit aeternus: si credidero, ex mortali siam aeternus.*

Amenus vitam aeternam: & ex eo noverimus, quantum pro vita aeterna laborare debemus, cum videmus homines amatores praesentis vitae temporalis atque finiende sic pro illa laborare, ut quando venerit metus mortis, quidquid possint, faciant, non ut auferant, sed ut differant mortem. Quantum laborat homo, quando mors imminet, fugiendo, latendo, quidquid habet dando, & se redimendo, laborando, cruciatus molestiasque sustinendo, medicos adhibendo, & quidquid aliud homo potest. Videte quam consumptis laboribus & facultatibus suis, ut aliquantum vivat, potest facere; ut semper vivat non potest. Si ergo labore tanto, tanto conatu, tantis impendiis, tantà instantiâ, tantà vigilantia, tantà cura agitur, ut aliquantulum plus vivatur; quomodo agendum est, ut semper vivatur? Et si prudentes dicuntur qui omnibus modis agunt ut differant mortem, & vivant paucos dies: quàm stulti sunt qui sic vivunt, ut perdant diem aeternum? Hoc solum ergo nobis promitti potest, ut dulcescat nobis utriusque munus DEI, ex hoc quod habemus modo: quia de munere ipsius habemus ut vivamus; ut salvi simus.

Ponamus ergo nobis ante oculos talem vitam, cum promittitur aeterna, ut removeamus ab illa quidquid hic molestum patimur. Facilius enim invenimus quid ibi non sit; quàm quid ibi sit. Ecce hic vivimus, vivemus & ibi. Salvi sumus quando non egrotamus, neque aliquid dolet in corpore: salvi erimus & ibi. Et quando nobis est bene in hac vita, nullas poenas patimur: nullas patientur & ibi. Pone ergo hic hominem viventem saluum, nullas poenas patientem: Si ei donaret quisquam ut semper sic esset, & hoc bonum non desineret: quantum gauderet? quantum extolleretur? quomodo se non caperet latitiam sine poena, sine cruciati, sine sine vita? Si hoc solum nobis promitteret Deus, quod dixi, quod modo, quibus potui verbis, descripsi & commenlav: quanti erat emendum, si venale esset, quantum dandum erat, ut emeretur? Sufficeret quidquid haberes, etiam si totum Mundum possideres. Et tamen venale est: eme si vis. Nec multum exastues de re magnâ propter pretii magnitudinem. Tantum valet quantum habes. Ad aliquid ergo magnum & pretiosum comparandum parares aurum vel argentum, vel pecuniam vel fructus aliquos pecorum aut frugum, qui in tua possessione nascerentur, ut emereres nescio quid hoc magnum & praclarum quo viveres in hac terra felix. Et hoc eme, si vis. Noli querere quid habeas, sed qualis sis. Res ista te valet. Tantum valet, quantum es tu. Te da, & habebis illam. Quid exastuas? quid turbaris? Nunquid quaesiturus es te, aut empturus es te? Ecce tu qui es, qualis es, da te illi rei, & habebis illam. Sed thalus sum; inquit: & fortè me non accipit. Dando te illi bonus eris. Ut hanc fidei promissionem, te des, hoc est bonum esse. Cum autem bonus fueris, pretium ipsius rei eris, & habebis, non quod dixi solum, salutem, incolumitatem, vitam, & sine sine vitam, non hoc solum habebis, adhuc alia tollo. Non erit ibi lassari & dormire: non ibi erit esurire, & sitire: non ibi erit creescere & senescere, quia nec nasci erit, ubi numeri integri manent. Numerus qui est, ipse est, nec opus est ut augeatur, quia non ibi fit ut minuat. Ecce quanta tuli, & nondum dixi quid ibi erit. Ecce jam vita est, jam incolumitas est, jam nulla poena, nulla fames, nulla sitis, nullus defectus, nihil horum, & tamen nondum dixi quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. Creditur, & non videtur: non solum non videtur, sed nec dicitur. Quomodo ergo creditur, si non dicitur? Quis credit, quod non audit? Si autem audit aut credit, dicitur: si dicitur, cogitatur; si cogitatur, & dicitur, & in auribus hominum intrat. Et quia non discredetur, nisi cogitaretur & in cor hominis ascendit.

§. IX.

Alta mente reponendum est, quod religiosissimi vir ille fiducia ingenti dixit: *Bonum quod expecto, tam immensum est, ut omne supplicium, & omne tormentum mihi sit oblectamentum.* Cui rectè jungimus Chryso-
sostomum, qui alacritatem hanc talem animans: *Quotquot enim duxeris labores, inquit, & quotquot supplicia per-
tuleris, haec omnia nihil erunt ad futura bona. Eam ob causam tantoperè furit Satanas, ut eò non ascendat homo,*
unde

In dicitur Granat. de Grammat. Patimonia Chry- 1. 1. c. 2. §. 1. Chrysostom. 1. 1. c. 2. §. 1. 1. 1. c. 2. §. 1. 1. 1. c. 2. §. 1.

1. 1. c. 2. §. 1.

unde præcipitatus est Angelus. Attendite mortales; hostis offert pomum, ut rapiat paradysum; tertiam cum auro suo ingerit, ut subtrahat cælum; voluptates non duraturas obrudit, ut auferat æternas; honoris fumum venalem habet, ut adimat immortalitatis gemmam. Attendite, quibus Beatitudo est cordi. Revera omnes beati suas illas cæli voluptates tanti æstimant, ut longè paratius mallent mori milles, quàm vel minimam cælestium deliciarum particulam perdere. Quid nos torpidi & stupidi? Cælum totum perdimus; & adhuc, velut phrenetici, ridemus. Attendite, obsecro, attendite, quibus Æternitas est cordi.

Verùm hoc denique ex animi mei sententiâ censeo: Pænè nihil esse dictum; quidquid tandem de æternitate dixerimus. Verissimè dixit Augustinus: *Totum quod dicebamus, nihil est ad illam vitam quâ vivemus quidem, quâ salvi sumus. Æternitatis annulus acquiri potest, æstimari non potest.* Pretium illius effugit omnem sermone, majus est omni eloquio, transcendit omnem cogitationem. Æternitatem nullis Oratores verbis, nullis Dialectici argumentis, nullis Arithmetici numeris; nec ullis Geometrarè dimensionibus comprehendere queunt.

Aug. 10. 10. serm. 64. cap. 9. mibi pag. 92.

D. Dionys. l. de divinis nominibus cap. 10.

Æternitas ut beatus Dionysius loquitur, *ærum æporum est, quod non interit, sed eodem modo semper se habet.* Æternitas, Interminabilis vitæ tota simul & perfecta possessio. Æternitas circulus est, cujus centrum est SEMPER, circumferentia NVS QVAM. Quamdiu ergo durabit Æternitas? SEMPER. Quando finietur? NVN QVAM. Hanc igitur vitam nunquam finiendam desideremus.

Joh. cap. 31. vers. 35. Greg. l. 22. mor. cap. 13. mibi p. 814.

Gregorius Magnus in illud Jobi: *Quis mihi tribuat adjutorem, ut desiderium meum audiat Omnipotens? Vera postulat, inquit, non in oris est vocibus, sed in cogitationibus cordis. Valentiores namque voces apud secretissimas aures DEI non faciunt verba nostra, sed desideria. Æternam etenim vitam si ore petimus, nec tamen corde desideramus, clamantes tacemus: si verò desideramus ex corde, etiam cum ore conticescimus, tacentes clamamus. Quod si mens vestra appetit quod demulcet, prius bibite quod dolet. Sic sic per amarum poculum contentionis pervenitur ad gaudium salutis.*

Idem l. 27. in Evang. ante med.

Hæc omnia mellissui scriptoris vocibus consigno: Verissimè dixit Bernardus: *Profectò ad cor suum redit, qui Animâ omnes cordis motus in uno Æternitatis desiderio figit.*

Bern. lib. de animâ x. 17. initio.

EPILOGVS.

Regum optimus David Beatitudinem sitienter appetens: *Regnum tuum, inquit, regnum omnium sæculorum. Quid nos, quid regna nostra sunt? Omnis regia potestas paucis annis, imò diebus sæpe pauculis concluditur. Quod Hebræus Sapiens signatè dixit. Suis spatiis transeunt universa..* Ponamus hominum alicui hanc fieri gratiam. Angelus eum evehat in altissimum montem, & singula tam Orbis regna, quàm variâs regionum voluptates monstrat: ad singulorum contemplationem nil aprius hic homo responderit, quàm illud Ecclesiastæ: *Suis spatiis transeunt universa.* Amplissimum Hispaniarum regnum monstratur? Dicat spectator: *Transeunt universa, ergo & istud transibit.* Regnum Galliarum ostenditur? Iterum dicat: *Transeunt universa.* Regna Poloniae, Sueciæ, Danicæ proponuntur? *Transeunt universa: Ergo & ista.* Si & Japoniorum regnum digito notetur. Dicendum idem: *Transeunt universa.* Sinarum etiam regnum designatur? *Transeunt universa.* Quod si etiam diversâs Orbis voluptates oculis subjiciat, dicatque: *Hic potatur, hic luditur, hic saltatur: Transeunt universa.* Hic aucupia & piscationes: Hic ludicræ decursiones, hic Musica suavissima, hic jucunda venationes, hic tripudia & armatæ saltationes, * hic convivia & epulationes sunt. Idem ad singula repetendum: *Transeunt universa, transeunt dum loquimur, dum ea contemplamur transeunt.* Regnum

Psal. 144. vers. 13.

Eccles. cap. 3. vers. 1.

Loc. cit.

* Sen Pyrr. tbe.

Christi, regnum omnium sæculorum. O Regnum verè beatum, ò verè tutum regnum, quod pro pessulo habet æternitatem, quod pro hereditate omnigenam præbet voluptatem. *Dominus regnabit in æternum, & ultra.*

Exod. c. 15. vers. 18. Cassianus l. 4. de institutis remonstrant. c. 3.

Cassianus refert eos qui olim ad cœnobii disciplinam recipi cupivissent, prius non receptos; quàm decem aut pluribus diebus, ad fores monasterii excubantes, patientiæ, submissionis ac perseverantiæ singulare specimen dedissent. Hic ad omnium genua se provolvete, probris omnium & injuriis onerari legis erat. Nec aliter patebat aditus ad ceteros, nisi quis rigidissimum hoc experimentum placidè tulisset. Ei qui fortè injuriarum minus perferens fuisset, mox occinebatur: *Abi, ò bone, abi, unde venisti. Ad nostras leges impatentia tua non quadat.*

Hoc experimenti genus tam juri, quàm præcæ religionis consuetudini consentaneum erat. Liceat hic à minimis argumentati ad illa summa. Si ad vitam asperam per hæc prologia eundem: ad vitam voluptuosissimam ut ingressus pateat, quàm stricta jure tolerantia exigetur? Si tantæ molis fuit recipi cœnobio, quàm majoris erit admitti cælo? *Quisquis igitur cælum seridè desideras, tironem te cogita, experimentis mille inspiciendum: Ad omnium pedes, si fas, te abjice, & venisse te scito ad injurias omnium perferendas. Cælum aliter non obtineatur: hic ingressus est. Coronidis loco has quinque præceptunculas animo, velim, affigamus.*

Præceptio- nes quinque ut æternitatem animo imprimamus. August. 10. 8. in Ps. 100. mibi p. 455.

I. Tot millia, imò tot centena millia quotidie moriuntur, & ad æternitatem transeunt. Ex his, eheu, quod Judæi, Turcæ, idololatræ, quot mali Christiani cælo excedunt? Quapropter, ut Augustinus monet: *Damna quod es, ut merearis esse quod non es.*

II. Nos qui vivimus, in viâ ad æternitatem sumus. Nostra omnis vita æternitatis est prologium: *Qui in exitu vitæ jus cæli perdit, in omnes æternitates cælum perdidit. Ante omnia viam spatiosam & voluptuariam, quam multi calcant, caveamus. Viâ Crucis arctâ ibimus tutissimam.*

III. Quædam è dictis melioribus insculpenda sunt menti: *Qualia sunt: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Hoc vitæ nostræ congruit. Veritas veritatum, & omnia veritas. Hoc DEI judicio, Voluptas voluptatum, & omnia voluptas. Hoc cælo, Æternitas æternitatum, & omnia æternitas. Hoc statui futuro. Quisquis jam felix es, audi: Momentum est quod hic delectat, sed æternum quod illic cruciat. Tu verte & canta, quisquis jam ærumnosus es: Momentum est quod hic cruciat, sed æternum quod illic delectat.*

IV. Vita cuique unica est, eaque brevissima. De vitâ discessisti? nemini concessum redire, commissos errores jam serum est corrigere, jam omnis pœnitentiæ janua occlusa est. Beatitudinis præmio semel excidisti? actum est: æternum periisti. Sententia supremi judicis est irrevocabilis. Isaias Propheta conciones suas omnes hoc protius epilogo clausit: *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* Omnibus de Cælo dictis hanc ego clausulam appono: *Gloria eorum non conturpetur; Beatitudo illorum non finietur. Ibumus in eternum, domum æternitatis nostræ. Ibumus, imò imus in superam vel inferam.*

Isa. cap. 66. vers. 24. Eccles. c. 12. vers. 5.

V. Nunc quidem inter Cælum & Orcum mediū stamus. Cautè gradiamur: Hæc itur ad voluptates, sed viâ crucis: Istæ tenditur ad crucem, sed viâ voluptatis. O Viatores attendite, quâ viâ & quò eatis. Illuc placeat ire, ubi placet & manere.

Si quis militum munitissimam simul & opulentissimam urbem occupare possit, suamque facere; alia tamen via non pateat, quàm per illapsum foraminis quo fordens aqua emittitur, miles verò dicat: *Profectò non lubet per hunc canalem irrepere: meis ego vestibus parco, quas cæno & madore perderem. Alius sese per hanc*

hanc cloacam inferat, ego vestes servabo siccas & integras, vestibus parco. O militum omnium ignavissime, ô stultissime omnium mortalium! Tu occasionem hanc negligas, ut vestibus parcas? etsi vestes tuæ sint holosericeæ, sint aureæ, sint gemmis distinctæ, iis tamen minime parcendum, cum præda tam optima & nobilis in-
vitar. Urbem occupas? His vestibus meliores, & unâ divitias summas, summam tibi gloriam paris.

O Christiani, nos tales sumus milites, simillima nobiscum ratio est. Cælum occupare licet: Spolia hîc amplissima referre nemini negatum: sed rependum est subinde per foramen arctius, per canalem angustio-
rem. Nos modò connitamur, transire possumus. In eo situm est, ut nos ipsi nobis imperemus. Prava consuetudo coercenda est, vis aliqua inferenda corpori; & angusta viarum facile perreptantur. Hîc nos ignaviores nescio an stultiores milites, illud fatuum objicimus: *Parcendum vestis, indulgendum corpori.* Itane? Servanda vestis, & negligendum cælum? Ut bene sit carni, perdam Beatitudinem? Quid, obsecro, tot milliones hominum excludit cælo? Una & unica hæc causa: Pepercerunt vestis, nimium indulserunt corpori. Quisquis indagandæ veritatis studio laboras, vivus ad inferos abi, & damnatorum singulos examina, quid ipsos ede dejecerit. Pax maxima respondebit: *Pepercimus vestis, plus a quo indulsumus carni.* Hæc labe nostra, hæc infania nostra est ex-

trema: malumus cælum non acquirere, quàm carnem asperius habere; *Vesti parcimus*: Malumus Beatitudinem negligere, quàm corpori aut pravæ voluntati vim inferre: Ita nimirum, siccas & integras servamus vestes, & totum perdimus cælum. Sed quæso, tu ille ipse qui vivus subisti Tartarum ad quæstionem citaturus damnatos, nunc etiam in cælum evola, & interroga singulos Beatorum, quid illòs ede exerit. Respondebunt omnes: Non pepercimus vestis, nil indulgimus corpori, carnem tractavimus asperissime. Videte Stephanum, Bartholomæum, Laurentium, videte omnes alios, quàm illi suis vestibus non pepercerint.

Tu si miles es, & stultus non es, per hunc canalem, per foramen hoc quantumvis arctum, per hanc cloacam quantumcunque sordidam, promptissimus inferpes, modò cælum occupes, modò in illam Beatorum civitatem penetres. Vestes quas urbis illius desiderio destruxisti, & quidquid deum contempnisti, Numinis amore recipies, recipies fenore infinito.

Ut hæc alius insculpantur anitho, te, mi optime Lector, extremum hîc alloquor, sed Hieronymi ver-
bis: *Quapropter moneo, & flens genensque confessor, ut dum hujus Mundi viam currimus, non pariter Christum velimus habere & seculum; sed pro brevibus & caducis, æterna succedant; & cum quotidie (secundum corpus loquor) præmoriatur, in ceteris non nos perpetuos existimemus, ut possimus esse perpetui.*

Legendo partem alteram aternitatis de mortis supplicij ferociam.

Hieron. to. i. Epist. 124. ad obitu. L. 2. ad Marcelian. lib. 1. p. 66.

FINIS LIBRORVM DE COELO.

Ad majorem Dei gloriam.



ZODIA.

ZODIACVS CHRISTIANVS.

PRIMUM PRÆDESTINATIONIS SIGNVM.

SYMBOLVM I.



Symbolum I.
Lux interna.

ARDENS ardens. Ardente cereo designatur *Lux interna*, quæ beneficia Dei, vanitatem mundi, vitæ brevitatem, peccatorum cœnum, voluptatum omnium vanescentes umbras sic ostendit, ut, qui hæc videre incipit, cælum jam suspiret & exclamet cum regio

vate: *Sitivit anima mea ad Deum fortem, vivum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei. Multi dicunt, quis ostendit nobis bona? signatum est super nos lumen vultus tui, ô Deus, & in hoc vultus tui lumine ambulabimus.*

Psal. 41. v. 3.

Psal. 4. v. 6.

Psal. 83.

vers. 17.

§. I.

Lumen rationis dicitur nos Deo esse similes.

HABEMUS magistrum intra nos, lumen rationis, quod liberalissimus Deus, à suomet vultu derivatum, in meliore hominis parte collocavit. Hoc lumen non tantum à bestis nos fecernit, sed Deo jubet esse similes. Hoc lumen menti humanæ impressum, indelebilis est concio, quâ identidem monemur: *Faciendum alteri non esse, quod nobis ab aliis fieri volumus*, ab altero enim sperandum, quod alteri fecerimus; *quâ mensurâ mensi fueritis, remerietur vobis*. Proinde nec vi nec dolo, neque bona, neque pudicitiam aliorum temerandam. Hoc lumen & creata omnia, & ipsum nobis (sub velo tamen) monstrat creatorem Deum, habentem omnia, perfectum, beatissimum, æternum, ipsum sibi cunctisque sufficientem, principium & medium & terminum. Qui lucem habitat inaccessam, qui operibus & muneribus tam amabilis, quam potens, cujus idem sit & VELLE & FACERE: qui totus misericordia sit & bonitas; idem tamen sanctus, severus, incorruptus, inadulabilis iudex: idem totus justitiâ; qui formâ & magnitudine nobis sit inenarrabilis, cui nihil simile nec videamus, sed nec suspicari aut conjicere possimus visuros: præ quo venusta omnia & pulchra, merissimæ sint tenebræ & vilis umbra: quæ quidem amabilissima & summa pulchritudo, nihil sibi gratius habeat quam amari. Hoc idem lumen, nostri nobis conditoris ostendit opera, æternum diei noctisque imperium, oculæam stellatamque cæli majestatem, longissima solis lunæque itinera, florulentum terræ gremium, spatiosissimos fluminum errores, tremendum maris dominium, animalium nationes, proventus fructuum: quæ omnia non manibus nec labore ullo fecerit Deus, sed quia voluerit hæc fieri, facta sunt omnia.

Luc. cap. 6.

vers. 38.

Mat. c. 4.

vers. 24.

Creata omnia & Deo creatoris monstrat.

Nostris i

conditoris

ostendit

opera,

In quo fita

fit nostra

felicitas

commo-

strat:

1. Joan. c. 3.

vers. 2.

Hoc quoque rationis & fidei lumen supremam hominis felicitatem in eo sitam monstrat, si suo se operis quâ maxime assimilaret homo, gratum namque semper esse omne quod est simile: certum enim imaginari nil fieri posse melius, quam si exemplari suo sit quam simillima, & hoc demum etiam futurum, sed aliis in terris, in orbe alio, in regione vivorum. *Nondum apparuit, inquit Joannes, quid erimus, scimus, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.* Ex

affulgente hoc lumine, è cogitatione tali ingens existit in voluntate læticia, spes seise in altum attollit, magnus in Deum calensque affectus consurgit. Quid enim dulcius, quam seipsum vivam infinitæ pulchritudinis imaginem circumspicere; scire, suo exemplari esse charissimum? quia verò non omnibus hoc lumen ita liberaliter affulget, beatus David, non eandem etiam omnium esse lætitiâ expertus, de prærogativo hoc munere sibi plurimum gratulatur, & : *Signatum est, inquit, super nos lumen vultus tui Domine: dedisti lætitiâ in corde meo.* Non in corde omnium, sed in meo, eorumque qui à re, ô bonitas, prædestinati sunt ad vitam: ideo in hoc lumine vultus ambulabimus, & in nomine tuo exultabimus totâ die, læti, emerisse nos è tenebris, ut quotidie magis ac magis in sanctissimæ voluntatis tuæ notitiâ erudiamur, & arcaniorem in dies tecum ineamus amicitiam. *Beati sumus, ô Israel, quia quæ Domino placent, manifestata sunt nobis.* Jobus, cum ei omnia è terrâ, è cælo adversarentur, hujus tamen luminis jucundè recordatus: *Splendebat, ait, lucerna ejus super caput meum, & ad lumen ejus ambulabam in tenebris.* Ergo vos, inquit Ecclesiasticus, qui timetis Dominum, diligite illum, & illuminabuntur corda vestra. *Lux vestra in tenebris orietur, & requiem dabit vobis Dominus semper, & implebit splendoribus animas vestras:* quod si deflexeritis à Deo, Ægyptiis undique tenebris involvemini. Nam *error & tenebra peccatoribus concretae sunt.*

Ex hoc lumine in voluntate ingens existit læticia.

Psal. 4. v. 7.

Baruc. c. 4.

vers. 4.

Iob cap. 29.

vers. 3.

Ecclesi. cap. 2.

vers. 10.

1. cap. 58.

v. 10. & 11.

Ecclesi. cap. 11.

vers. 16.

§. II.

TALIA, inquit divinus Spiritus, *dixerunt in inferno hi, qui peccaverunt.* Quænam illa? neque enim otiosa videtur aut inutilis curiositas, nosse quæ apud inferos loquantur damnati. Quæ apud exterarum nationum, in regum palatiis, in principum curiis agantur avidi auctus: scire, quæ apud inferos fiant, si non ingratum, multò minùs erit inutile; præsertim cum hæc non incerta sit, uti plerumque rerum novarum narratio. Qui ergo damnatorum sermones sunt? *Ergo erravimus à viâ veritatis, & justitiæ lumen non luxit nobis.* Ergo erravimus. Hæc quidem consequentia est, sed ubi antecedens? *Venite, fruamur bonis quæ sunt: vino pretioso & unguento nos impleamus, & non prætereant nos flos temporis.* Coronemus nos rosis antequam marcescant: nullum præteritum sit, quod non pertransierit luxuria nostra. Ad præta se invitant; quid amplius facerent boves & vaccæ? En, istud est antecedens, quod fecerunt in mundo, *consequentia* primum facta est in inferno. Heu, pessimi dialectici! ubi enim antecedens posuerant, ibi & consequentiam debuissent subjungere: *Venite, fruamur bonis quæ sunt.* Mox fuisset concludendum: *Ergo erramus.* Nam aut in hac vitâ poenitendum, aut arrendendum in alterâ; poenitendum hîc est, non sine fine peccandum; cruce jam cogitandæ, non delicia; certandum hîc est, alibi triumphandum. *Ergo erravimus:* consequentia bona est & vera, sed nimis sera: *& justitiæ lumen non luxit nobis.* Et quodnam hoc justitiæ lumen? Si justitia est, uti legumlatores volunt, jus suum cuique tribuere, justitiæ quoque munus erit debitam rebus omnibus æstimationem non negare: illud ergo animi lumen, quod cuius rei congruam assignat æstimationem, justitiæ seu intelligentiæ lumen merito dicitur. Et hoc est,

Sap. cap. 5.

vers. 14.

Sap. c. 5. v. 6.

Sap. c. 2. v. 6.

Justitiæ

lumen est

cuius rei

congruam

assignare

æstimationem,

quo se caruisse damnari querunt. Generosa vina di-
gnoscere, corollas capiti, epulas ventri seligere, per vira-
ta delicias sectari, hæc quidem omnia ex ætate sciverunt;
sed hæc eadem delictis æternis nequaquam esse præse-
renda, suaviter nascere voluerunt. Pudendas & breves
oblectatiunculas tanti fecerunt, ut præ illis omnia bea-
torum gaudia non magni viderentur esse pretii. Vina
sua, suas epulas, Veneres, rosas suas tam tenerè amarunt,
ut audacter spernerent ipsas etiam cælestes delicias.
Adco chara fuit illis peccandi libertas, ut vilis esset om-
nis æternitas. Sed hæc est iniquissima rerum æstimatio:
contrarium docet intelligentia lumen, quod unam &
unicam summam vult æstimari æternitatem, vilipendi cete-
ra omnia. Ergo erravimus? Res ipsa loquitur. Ergo iustitia
lumen non luxit nobis? Nunc iam certum est. Multi sunt,
& qui nolunt intelligere ut bene agant. Voluntariâ sed
blandâ semet ignorantia decipiunt; omnem viam non
bonam ingrediuntur. Ex horum numero & vos fuistis:
nolulistis intelligere ut bene ageretur. Ergo clamate jam,
& ululate miserè; hæc vestra per totam æternitatem erit
canticiuncula: Ergo erravimus, ergo iustitia lumen non luxit
nobis. Hic inferorum palmus est, hæc eorum flebilis
carmina æternum ploranda.

§. III.

A Trendite Christiani, & missos cælo radios ne ex-
tendite & det Dominus virtutem nobis, & illuminet oculo
nostros. Hoc intelligentiæ lumine immisso, faciliè cuivis
patet, non pluris faciendos esse homines quàm Deum,
nec divitias quàm conscientiam, nec pluris humanum
quàm divinum favorem; sed nec voluptatem quam cura-
que cælo præferendam, nec fluxa hæc æternis esse ante-
ponenda. Et verè non habet (ait Chrysoctomus) quod super
terram amaret, qui cælestem dulcedinem degustavit.

Barn. c. 1.
verf. 12.
Hoc intel-
ligentiæ lu-
mine cui-
vis patet
non pluris
esse faciè-
dos homi-
nes quàm
Deum.
Lib. 1. con-
fess. cap. 10.

Serm. 3. de
circumcis-
Dom.

Psal. 33.
v. 6. & 9.

Hoc intelligentiæ lumen bonus Deus Augustino li-
beralissimè voluit allucere: Admonitus, inquit, redire ad
me ipsum, intravi in intima mea, & vidi qualicunque oculo ani-
me mee, lucem Domini incommutabilem; qui novit eam, novit
æternitatem. Et inveni me longè esse à te in regione dissimilitu-
dinis. Ab hoc intelligentiæ ac iustitiæ lumine non mul-
tum discrepat lumen devotivum, de quo D. Bernardus:
Roga, inquit, dari tibi devotionis lumen, diem serenissimam &
sabbatum mentis, in quo tanquam emeritis miles in laboribus
universis viyas absque labore, dilatato nimirum corde currens
viam mandatorum Dei, ut quod prius cum amaritudine &
coactione tui spiritus faciebas, de cetero cum dulcedine peragas
& delectatione. Ad idem invitans nos regius psalter: Acce-
dite, inquit, ad eum, & illuminamini, gustate & videte, quo-
niam iustus est Dominus. Amicem hoc cordis lumen est,
& plena voluptatis flammula, quæ Deum homini ma-
jorem in dies atque majorem ostendit. Ad hoc lumen in
humano pectore accensum, quotidie crescit (res mira)
incrementi omnis incapax, immensus Deus.

II. PRÆDESTINATIONIS

SIGNVM.

SYMBOLVM II.

CRANIVM seu CALVA, quâ declaratur animus ad
mortem quamcumque illam semper paratus. Et vos, in-
quit Christus, similes estote hominibus expectantibus Domi-
num suum ignando revertatur à nuptiis, ut cum venerit & pul-
saverit, confestim aperiant ei. Pulsat Dominus, inquit Gre-
gorius, cum per ægritudinis molestiam mortem vicinam esse
denuntiat. Cui confestim aperimus, si eum cum amore suscipi-
mus: aperire pulsanti iudici non vult, qui exire de corpore tre-
pidat, & videre illum, quem contempsisse se meminit, iudicem
formidat. Qui verò de spe sua & operatione securus est, pulsanti
mox aperit, vocari se gaudet, & ob futuri præmi gloriam vel
Phil. 1. v. 23. inter lacrymas hilarescit. Quin ergo dissolvi cupimus &

Symbo-
lum II.
Prompti-
tudo ad
mortem.
Luc. c. 12.
vers. 36.
Hom. 13. in
Evàng.

esse cum Christo? multo id melius, quàm si prolonge-
tur nos hic lugubris incolatus. Non potest malè mori qui
bene vixerit, nec bene mori qui vixit malè. Et quid illud est,
quod nobis eripi adeo formidemus? vita quid est? nisi
ludibriorum scena & mare miseriarum. Quæcumque
veharis navi, aureâ an argenteâ, gemmeâ, seu lignâ, affi-
lientes fluctus non declinabis, in adversantes scopulos
sepius impinges, in periculosis vadis crebrius obhære-
sces. Beatus ille qui mare hoc transit, beatus qui ena-
vit, & jam in portu est. Quod si quis ad mortem ante
feros annos perveniat, non magis conqueri debet, quàm
qui citò navigavit. Quid ergo mortem, laborum finem,
præmiorum auspiciam metuamus? hoc iudicium à sit finis la-
Domino omni carni. Prioribus sæculis nemò evasit, sed
nec futuris evadet illis: quotquot antecesserint, om-
nes sequentur; ad hanc legem nati sumus, & eò imus
quò eunt omnia: mors, omnibus est finis, multis reme-
dium, probis etiam votum; iis certè qui ad vitam præ-
destinati sunt: mors omnium dolorum & solutio est & votum:

terminus, ultra quem mala eorum, non exeunt. Infania
forer, optimi Domini decreto resistere, ac tributum
nolle pendere quod pendunt omnes, libertatèmq;
ambire, quæ nulli conceditur. Altior est Theologia
Christianorum, quæ vitam in patientiâ, mortem habe-
re novit in desiderio. Cygnus, si Solino credimus, in vi-
tâ gemit & tristatur, in morte lætatur & canit. Itidem
electi faciunt, dum vivunt, gemunt, cantant in morte,
æternum in cælo lætaturi. Ita octogenarius ille olor ce-
cinit, Simco: Nunc dimittis servum tuum in pace. Et cur
lamentemur ruente tuguriolo nostro? scimus quoniam si
terrestri domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod ad-
ficationem ex Deo habeamus, domum non manu factam, sed
æternam in cælis.

Pf. 119. v. 54
Aug. de
div. Cri-
stian.
Vita mare
miseria-
rum est,
Unde bea-
tus est qui
hoc mare
transit,
cum mors
à sit finis la-
borum,

& probis
votum:

Solin. de
mirabilib.
mundi.

Luc. 2. v. 19.
2. Cor. 5.
ficationem ex Deo habeamus, domum non manu factam, sed
æternam in cælis.

§. I.

ET quis è rigido strato non surgat promptius? ii fo-
lùm cunctantur, qui in plumco calore molliùs foti,
difficiliter deserunt calente nidum. Agè tibi est in hac
vitâ? ergo non invitus, puto, transibis ad meliorem. Bene
tibi est? ergo maturum omnino est ut mori finias, ne te
prosperitas, uti multos, præcipitet serâ quidem sed gravi
ruinâ. Non ergo timendum est, inquit Tertullianus, quod nos
liberat ab omni timendo. Longum Deus admittit tormentum
homini, cum vitam ei concedat brevem. Ideo generosus mar-
tyr Cyprianus, audita Valeriani Imperatoris contra se
sententiâ: Thascium Cyprianum gladio animadverti placet:
elatis cælo manibus & oculis: DEO GRATIAS, respon-
dit, qui me à vinculis hujus corporis dignatur absolvere. Mira-
tur Ambrosius quoddam, cum moriendum, extudi
velle potiùs è suo carcere quàm educi, &: Quid, inquit,
est in mundo & vitâ hæc, nisi pugna cum irâ, libidine, gula
Ejusdem animi Chrysoctomus: Quid, inquit, dicis homo, in
ad regnum vocaris, ad regnum filii Dei, & oscitabundus es to-
tus, ac desiderium more scalpis ac torpes? Si namque singulis die-
bus vel in mi!l: mortes insiliendum esset, an non omnia ferre
oporteret? atqui principatus gratiâ nihil non faceres, cum ve-
rò confors futurus sis regni Vnigeniti Dei, non objicies te vel mil-
le gladiis, non insilies in ignem? at tu luges etiam quod abiturus
hinc es, & presentibus libenter immoraris, plus equo corporis
curam agens. Quidnam hoc est? & mortem etiam horrendum
quid esse putas. Horum verè causa sunt delicia & vite remissio,
alioqui qui vitam vivit acerbam, avolare quoque vellet & ab
hac vitâ liberari. Ita idem nobis evenit, quod pigrescentibus
avinum pallis, semperque in nido hæere cupientibus, sed quando
dilatius hæserint, tandem redduntur imbecilliores: Nidus quidam
est præfens hæc vitâ ex festucis & luto compactus. Est magnifi-
cas mihi ostenderis ades, etiam ipsas regias auro multo & lapi-
dibus pretiosis splendidas; nihil tamen illas ab hirundinum ni-
dis putabo disferre. Ingruente namque hieme sponte sua cadent
omnia.

Mors ergo
nô timen-
da, cum
nos liberet
ab omni
timendo:

Lib. de bono
mori.

In cap. 1. ad
Coloss.

Ita sit profusus, Chrysoctome, aurec orator: cadunt
tandem omnia, & nos cum ipsis, plerumque hoc ipso
tutus

I
d
e
o
h
c

Sap. cap. 4.
vers. 11.

tutius quo citius. Hinc gratulatur Sapiens, Raptum esse justum, ne malitia mutaret intellectum ejus. Hinc & Angelus mori timentem increpans: Pati, ait, timeris, exire non vultis, quid faciam vobis? Fidem resurrectionis non habet, qui ad meliora non festinat. Si domus ruinam minetur, nonne prompti ex eâ migramus? si navis inter procellas periclitetur, nunquid animo toti sumus in portu? mundus hic ingentibus ubique ruinis fatiscit, ubique fluctus & procellæ: quin ergo portum cogitamus, quin migramus ad patrem? ubi nos charorum turba expectat, de suâ salute secunda, de nostrâ sollicita. O beati mortui qui in Domino moriuntur, quia in Domini sinu quasi morientes conquiescunt, & sic quiescendo suaviter in mortem obdormiscunt. Ita Stephanus inter ipsos saxorum nimbos, in tanto lapidantium tumultu & fremitu, obdormivit tamen in Domino. Ita Lazarus amicam suam Christum obdormivisse dixit. Ita & Moses servus Domini mortuus est jubente Domino. Er sicut mater infantulum brachiis suis indormientem deosculatur, & sic in lectulo taciturna molliter reponit, ita sunt qui dicant, scripturæ sensu Mosen ceu dormientem infantem à Deo per osculum & amplexum in sinu Abrahamæ quasi in lectulo collocatum. Nimirum, cum dederit dilectis suis somnum, ecce hereditas Domini. Ter beati sunt hi mortui. Amodo jam dicit Spiritus ut requiescant à laboribus suis, opera enim illorum sequitur illos, tanquam famuli suum Dominum, filii suum patrem, nobiles suum principem, sequuntur usque ad tribunal Dei, deducunt & comitantur usque ad supremam Dei curiam, quod solum nobiles hi famuli intromittuntur. Quisquis ergo ad vitam prædestinatus est, mortem ut optimum naturæ inventum prædicat, cum non aliâ viâ illum se perventurum sciat, & quia ejusmodi homo nunquam non paratus est mori, sic secum ipse ratiocinatur.

§. I.

Apoc. c. 14.
vers. 13.

Act. cap. 7.

Joan. c. 11.
vers. 11.

Deut. c. 34.
vers. 5.

Psal. 126.
vers. 3.

Apoc. c. 14.
vers. 13.

Vid mori trepidem? iter patrum, imò omnium larum tritamque semitam ingredior, quid solus ego mihi nescio quid aliud malim? libens faciam, quod facerem etiam nolens: scio, quidquid fit à volente, fit levius, & definit esse necessitas, cum accedit voluntas. Sed nec tergiversandi causam habeo, cum esse desino, quod invitus fui, mortalis. Ideo corpus hoc accipi ut redderem, & ideo reddam, ut denuo recipiam cum favore. Hactenus à conspectu Dei mei derentis sum per morales has moras, quibus illi vitæ meliori præcluditur. Nam lux ista quam velut extremam multi reformidant, æternæ natalis est: venit iterum qui me in lucem reponat dies, & ideo æquissimo animo, rediturus exibo. O quam latus amplectar diem, qui meo me domicilio assignet; qui me hinc ereptum, & omnibus laqueis exutum restituat paradiso! In multis me reum non nescio, sed misericordia tua, ô mi Domine, Oceanus est & immensissimum mare. In hunc ego me Oceanum, in hoc mare præcipitabo, cum me voluerit mors de hoc vitæ colloquio dejicere. Sic unico mei ipsius in sinum misericordiæ jactu, omnes vitæ molestias abrum-pam. Et utinam mors nullas in via moras necet: quandoquocumque veniat, volentem me inveniet, & paratum quiescere. Non sic odi quietem, ut respuam malorum ferias. Et cur non potius tunc gaudeam, cum vitam hanc miseriarum innumerabilium officinam licebit claudere, mortis & fortunæ jugum excutere, diem ordiri nullâ nocte finiendum. Felix nuncius cum me Rex meus vocaturus est, & ex hoc carcere liberaturus: multa faciam solutus quæ vincens nullo unquam studio didicissem. Avicula, aperta cavcâ non ejicitur, sed evolat, sic ego in apertas illas & caruleas plagas libens emigrabo, vitæ jam pridem satur. De loco mortis meæ, de tempore nil angor penitus. Faciat ille qui me fecit, quidquid vult. Voluntas illius unica mihi vitæ mortisque est regula: nil mali ab eo aut acerbi metuo qui ipsa est bonitas.

§. II.

Sicque iter patrum, ac trita semita;

Et æternæ vitæ natalis;

Ideo gaudentes est, cum vitam miseriarum officinam liceat claudere.

A Et nonne in figuli manu est, vasculum levi rota effingere, & idem frangere? Vasculum ego sum à magno illo Figulo: quid querat, si qui me finxit, velit frangere, imò refingere & ex misero reddere beatum? vivere me vult? quamdiu vult, volo. Vult me mori? nullas mortis inducias nec ad momentum posco. Initium meum & finis ab illo sunt, quidquid ille immiserit, excipiam non libenti tantum, sed & hilari fronte: *mibi vivere Christus est Philip. c. 1. & mori lucrum.* Amo te, ô mi amantissime Deus, cupio- vers. 21. que ardentius amare; hæc amoris flammâ cor meum penitus liquefiat: nihil extra te me beat. Et quando, mi Deus, & quando ad te hinc evolabo? sequor te, benigne parens, sequor, & eo promptius cum propius ad te vocas.

§. III.

Ta sentit, qui alibi vivere, & cum Christo esse cupit: neque istud novi quid est. Nam sicut medicus, inquit Theophylactus, cum videt egrum suscipere cibos & pharmacâ, prior ea ipse sumit, ut egrum ad eadem sumenda inducat: ita Christus prior ipse gustavit mortem, ut eam gustare Christus non horreat Christianus. Cur jam, mi Christiane, estis timidus sis, & mori te sentias, non priorem illum, quem loquentem audisti, æmuleris, & intrepido ac fidenti animo tu quoque in has voces crumpas: *Calicem salutaris accipiam & nomen Domini invocabo*: calix iste Christiana- amarior quidem est, illum tamen bibit ipse meus Servator & ex cruentâ cruce eundem mihi exhauriendum propinavit. Calix iste fatale mortis poculum est, quod Christus sponte, quod omnes omnino homines perhauriunt inevitabili necessitate; cur ego hoc solus recusem? quisquis cœpit vivere, desinere debet, ut denuo incipiat, & quidem illam vitam quam nunquam desinat. Quid ergo tibi vis vane timor, quid revocas damnosa mœstitia? calicem quem dedit mihi Pater, quem Christus mihi miscuit, & ipse bibit, non vultis ut bibam illum? mortalis ego sum, & mori non didicerim? Cum apud Alexandrum Macedonem gravius decumbentem aliquot malè anxii amici, Philippum medicum de veneno porrigendo insimulassent, Rex Philippum cum paratâ potionem ad se venientem sic excepit: alterâ manu amicorum illi litteras porrexit, alterâ pharmacum ab illo accepit: dumque medicam potionem ori admoventer, oculos in Philippi vultu defixit, si quas forte in illo, ob commissum toxicum, conscientie notas deprehenderet: cum egregiam in se medici fidem à facie diceret, intrepidus portectum poculum perhaurit. Ita & ego faciam: poculum quod me in quietem & longiorem somnum daret, Jesus meus, medicus & Servator meus mihi temperavit, & porrexit ebibendum: ego, dum illud exhaurio, oculos ab hoc meo medico non dimittam; vultum meum firmabo in crucifixi Domini mei vultu, in quo summum in me amorem inscriptum legam, simulque constans & imperterritus hunc calicem perhauriam, qui tantò plus habet salutis, quò plus amarioris. Ita, mi Christiane, mors ipsa cum venerit, facile vincitur, si prius quam veniat, semper cogitetur, nunquam timeatur.

III. PRÆDESTINATIONIS SIGNVM.

S Y M B O L V M III.

AVREA EVCHARISTIÆ HIROTHECA. Quâ Symbolum III. exprimitur, Frequens Sacramentorum, Confessionis & Communionis usus. Olim, erant perseverantes in doctrinâ Apostolorum, & communicatione fractionis panis. Observatum est autem luculenter, quò magis hic Ecclesiæ præfessionis & mævæ mos intrepuit, eò magis ardor spiritus, charitatis Cômunionis usus, sanctitas omnis refrinxit. Hic omnes cacodemoni- nus altus & conatus mitificè desudant. Hoc agit, hoc laborat

rore confumeris? hinc vinum est quod lætificat cor hominis. Delicias quæris? nusquam veriores sunt, quam in hoc epulo, quod delicias præbet etiam regibus. Patriam aspiras: en viaticum. Pretiosior tibi datur viatica cœna ad cælum tendenti, quam Eliæ ad montem Horebum eunti. Quod si sanguinis fluxum stitit illico, Christi vestis vel tacta tantum, quid Christi corpus non poterit? Sed indignus sum, inquis, qui toties pascat tam divino cibo, nec dignam adversus illum reverentiam exhibere possum. Obsecro, Christiani, pigritiam nostram reverentiæ nomine ne coloremus: *Melius est ex amore accedere,*

Pat. 3. q. 80. n. 10. ad 3. l. de Sacra. cap. 4.

quàm ex timore abstinere, inquit D. Thomas. D. Ambrosius, verba Domini, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, de Eucharistia interpretatus: *Si quotidianum, inquit, est panis, cur post annum illum sumis? accipe quotidie, quod quotidie tibi proficit. Sic vive ut quotidie merearis accipere: qui enim non meretur quotidie accipere, non meretur post annum accipere.* Si enim quotiescumque (inquit loco alio) sanguis Christi effunditur, in remissionem peccatorum effunditur, deo semper illum accipere, ut mihi peccata dimittantur, qui semper pecco, semper deo accipere medicinam.

Lib. 4. de Sacram. c. 6.

Lib. de dogmat. Eccl. cap. 53.

Gennadius Massiliensis: *Quotidie, inquit, percipere Eucharistiam, nec laudo nec vitupero, omnibus tamen dominicis diebus communicandum suadeo & hortor, si tamen mens sine affectu peccandi sit.* Quæ præcipi posset facilius præparatio, quàm affectum ad flagitia ponere, hoc est, deinceps Deum odisse nolle. Certè nimis illiberalis est in suum conditorum, qui hoc pestilenti ad turpitudinem affectu carere non vult in gratiam sui conditoris. His talibus non immeritò iratus paterfamilias: *Dico vobis, inquit, quod nemo virorum illorum gustabit cenam meam. Quid ais Domine? illimet ipsi sunt, qui cenam tuam gustare nolunt, & id tu eis in contumacia supplicium statuis? ita profusus, id quod ipsi volunt, sit ipsis in pœnam, & pessimum eorum velle, sit ipsis in supplicium.* Cùm gravi fame laboraret Samaria, & Elisæus vilissimam annonam rei frumentariæ propediem futuram promitteret, unus è regibus satrapis ut vanum hoc vaticinium irridens: *Si nubes, inquit, prægnantissimæ frumenta pluant, nunquid ideo farina tam vilis erit pretii? Cui Elisæus: Videbis, inquit, oculis tuis, & inde non comedes: omnia ex ordine sunt facta.* Multorum hodiè que pœna hæc est: vident divini panis abundantiam, sed inde non comedunt. Videbis, frigidissime Christiane, sub re divinâ panem hunc in altum attolli, sed inde non comedes; videbis per plateas ad agros deferri, sed inde non comedes; videbis plurimos illo in templis refici, sed tu inde non comedes: exclusus es ab hac mensâ, quia te ipsum exclusisti.

Luc. cap. 14. vers. 24.

Lib. 4. Reg. cap. 7.

id est: *ideo farina tam vilis erit pretii? Cui Elisæus: Videbis, inquit, oculis tuis, & inde non comedes: omnia ex ordine sunt facta.* Multorum hodiè que pœna hæc est: vident divini panis abundantiam, sed inde non comedunt. Videbis, frigidissime Christiane, sub re divinâ panem hunc in altum attolli, sed inde non comedes; videbis per plateas ad agros deferri, sed inde non comedes; videbis plurimos illo in templis refici, sed tu inde non comedes: exclusus es ab hac mensâ, quia te ipsum exclusisti.

S. III.

Prædestinari diu pane cœlesti carere nolant,

AT verò prædestinati, velut germani Dei filii, hoc pane diu carere, gravissimam patris iram interpretarentur, ita nullam illius fruendi occasionem negligunt: non enim nesciunt quàm benignè providentissimus Deus cunctis animantibus suum cuique cibum paravit; aquilis aves, leonibus feras, equo avenam, bovi fœnum, gramen ovibus, cetero pisces, homini panem è terrâ; si qui hominum velint esse filii, panem è cælo.

Et ardente affectu huc Angelorum panem creberunt sumunt.

Hunc illi cælestem, hunc filiorum, hunc Angelorum panem, magno desiderio, submissâ reverentiâ, ardente affectu sumunt creberunt, malintque piè impudentes filii quàm malè verecundi hostes videri. Ex horum prædestinatorum numero si quem Christus in magnâ hac cenâ sic alloquatur: *Attende quid amore tui pro te fecerim. Spinas in capite meo numerabis, non item dolores alios in corpore. Flagella & clavi corpus meum faciunt, at verò cor meum injuriæ innumeræ. Ipsam pœnè mortem pro te passus sum in orto, angores me prius flagellarunt quàm milites. Tuum jam est cogitare, quid hostes fecerint, cùm etiam amicissimi læderent. Scis, in quàm duro lectulo pro te mortem objerim.*

Amor meus (ut disceres quantus fuisset) acerbissimâ omnium & ignominiosissimâ morte defungi voluit, sed ignominiosior illâ crucis & acerbior reperiri non potuit. En, pro te mortuus sum, & milies pro te moti non recusassent. Tu verò pro me quid patieris? si vis ut meus in te amor sit perpetuus, fac ut sit mutuus, amantem te ama. Ego te amavi ad mortem, ad crucem usque, & quousque tu me amabis? Quis prædestinatorum illorum non sincerissimis infusus lacrymis respondeat? Etiam ad mortem usque, ô mi amantissime Domine, etiam ad ipsam usque crucem te amabo, si sic tibi placeat. Et quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te, mi Jesu, ô Jesu mi suavissime? quis ego sum, ut pro te mori sim dignus; & quis tuus hic est amor, ut hæc pati, ut sic mori pro me, sine me, ô vita mea, volueris? Hi tales gemitus, castissima hæc suspiria crebræ communionis, epulatoria solent esse colloquia; sic animus Deo suo intimè unitur.

Et idcirco communionem crebram (modò sinceris ea habeat affectus, et si non ardentissimos) magnum prædestinationis signum ponimus. Verum, quidquid vel libri clament, vel cathedræ, pars magna Christianorum tam gravi malæ consuetudinis vetero premitur, ut nullis piorum exemplis, nullis sanctorum monitis excitari queat, & ad frequentiore sacramentorum usum pervenerit.

Communio crebra est magnum prædestinationis signum.

O Christiani quæ glacialis rupes, quod letale frigus pectora vestra constringit, ut sic refugiaris amoenissimum hunc solem? non advertitis, hoc meras esse rethinas cacodæmonum, qui omnem divini amoris ignem in nobis cupiunt extinctum, ut hoc animi pessimo frigore obrigescerent, vivamus velut mortui, pereamus in sordibus, nec in illam vivorum regionem perveniamus? At qui perseveranter Christum amat, nil magis quàm sæpe cum Christo esse desiderat, ut verissimè dixerit Cassiodorus: *Inaudita est dilectio quæ amicum amat, & præsentiam ejus non amat.*

IV. PRÆDESTINATIONIS

SIGNVM.

SYMBOLVM IV.

ALTARE NVDVM ET DEVELATVM. Per quod significatur *Renuntiatio omnium*. Proclamat Servator noster: *Qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Renunciare iussit omnibus, sua sit relinquere omnia. Ita dicat qui Christiani sanguinis est: *Pauperrimus esse malo quàm Dei inimicus; malo bonis omnibus, quàm divinâ gratiâ spoliari.*

Symbolum IV. Renuntiatio omnium. Luc. cap. 14. vers. 33.

Paupertas multos fecit mercatores non aromatum aut panni, sed cæli. *Simile est, inquit Christus, regnum cælorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas, inventâ autem unâ pretiosâ margaritâ, abiit & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam: mercator iste non damnnum censet, sed maximum quæstum, omnes opes suas amisisse: imò certè non amisit, sed vendidit, quia pro illis maximi pretii gemmam recepit. Reculas suas dedit, & Christi chirographum acquisivit, quo uno erit olim beatissimus: aurum contempsit, & totum sibi cælum jam habet oppigneratum: prædiola sua non deseruit, sed paratus erat deserere, & amplissimum sibi regnum comparavit. Qui margaritam habet, inquit Chrylостomus, novit se divitem esse, etiamsi ignotum illud sit, cùm parvo in loculo margarita recondatur.* Certè negotiandi causâ vivimus, non otiandi. Neque ullus tam rerum egenus est, qui hanc gemmarum mercaturam nequeat facere; Nos enim quærit Deus, non sine nobis nostra, inquit Augustinus.

Paupertas multos ceteros cæli mercatores fecit, Matth. c. 13. v. 45. & 46.

Non quod prædiola sua deseruerint, sed quia parati fuerint deserere: Lib. Evang. 93 in Matt. 9. 11.

Neque verò etiam ullus tam abundans rerum est & dives, cui difficile videri debeat, emendis unionibus illis, parvi facere sua omnia. Mercatus hic non exigit, ut opes amittat, sed ut paratus sit, si necesse, amittere; negotia enim hic

Mercatus enim hic

Signum IV. Prædestinationis.

non exigit
ut opes
amittat.

tionis hujus ratio non est, ut pecuniam omnem erogat, sed ut, si opus, malit animæ parcere quam pecuniâ, & multo promptius mendicis esse velit quam Dei inimicus. Non enim animam pro pecuniâ, sed pecuniam pro animâ deponere convenit, seu sponte largiendo, seu patienter amittendo. Et hoc esse signum prædestinationis affirmamus. Huc nos non tantum Christiana fides, sed & ratio ducit.

§. I.

Stilpon & Bias amissis bonis, se nihil amississe dicebant.

Stilpon captâ patriâ, ereptis liberis, amissâ uxore, cùm ex incendio publico solus & tamen beatus exiret, interrogant Demetrio, nonquid omnia perdidisset; Nihil, ajebat, perdidit; omnia mea sunt mecum. Idem, amissis omnibus, ausus est dicere Bias: pectore enitit illa gestabat, non humeris, nec oculis videnda, sed animo æstimanda. Hoc generosi pectoris nota sit in idololatrâ, in Christiano certæ prædestinationis signum est ad vitam. Ille Christo facit stipendia, qui cùm amissit plurima, dicere tamen audeat: Omnia mea mecum porto: Deus meus, & omnia.

Sanctissimum virum, Franciscum Assisiatem accipimus, noctes ipsas, quatuor verbulorum horum commentatione & creberrimâ repetitione, summâ cum animi sui voluptate transegit. Sanctissimum hunc virum liceat imitari, & in omni egestate gloriarî: *Deus meus, & omnia*. Alii alia quærant, alia desiderent, aliis oblectentur: unum ego Deum quero, Deum desidero, Deo meo delectabor, *ô Deus meus, & omnia!* opes aliis & honores, voluptates aliis universas relinquo: Deum ego habeam, & omnia habebô. Totos ego aliis mundos concedo; aufeos & gemmeos montes non invidéo; exquisitissimas eorum delicias non ambio; mihi Deus meus est omnia. Nihil ita bonum; nihil ita pulchrum aut jucundum est, quin summum illud, & primum, ac supremum bonum, & melius, & pulchrius, ac amœnitate incomparabili sit jucundius, *ô Deus meus, & omnia!* quàm me varia sæpe accendunt desideria, quàm diversis quandoque ignibus ardeo, quàm multis æstuo cupiditatibus? ita ut cum lunatico illo adolescente, modò in ignem, modò in aquam rapiar. Sed quænam illa tanta bona sunt, quæ ego tam auxiè appeto? heu vana, fluxa, sæpe turpia, & quæ non possunt esse diuturna, sic ut suum dominum & amatorem vel moriendo prævertant, vel deserant morientem, Deus meus, amor meus, gaudium meum, & mea omnia, quid tandem est quod appetere possim, cujus loco non tu mihi sis, *ô Deus, & sis omnia?* mihi cibus, mihi potus, mihi quies, mihi gaudium & voluptas, meus mihi maximus honor est Deus, Deus mihi omnia, & plus quàm omnia. Nam etsi cibus, quos inhio, vesci: potu, quem cupio, refici: voluptate, quam ardeo, frui liceat: quid tamen istud vesci, quid istud frui est & refici? *Deus meus, & omnia*, te frui, à te refici, est perfectissimè recreari, est frui omnibus bonis. At interim præmit labor, dolor affligit, curæ distrabunt, opes minuunt, favor subtrahitur, vita decrefcit, homines turbant & exagitant. *Nihil horum reveror*, proclamat Paulus, *nec facio animam meam pretiosorem quàm me, dummodo consumnem cursum meum*. Neque enim hæc omnia, etiamsi simul ingruant, mala sunt, si summum illud bonum optulerit, Deus: *Deus meus, & omnia*. Tu mihi *ô bone Deus, ô bonitas*, in ipsis laboribus es quies, in doloribus voluptas, in curis securitas; in paupertate vera es opulentia; tu mihi ab omni hominum insultu, propugnaculum es tutissimum, tu mihi, quidquid malorum fugiam, es refugium; tu mihi es omnia, quæcunque tandem desiderare possim, vel optare. Omnis copia quæ Deus meus non est, egestas mihi est. Quid impuros rivulos scētēmur? ipsum fontem habemus, cùmque limpidiſſimum: Deum habemus, omnia habemus, quæcunque habere concupiscimus. Si quem

Matth. 17. vers. 15.

Act. 20. vers. 24.

A paupertas flagellat, si cui fortuna irascitur, minus quidem is gaudet, sed & dolere minus: suum ab hoc fortuna repetere non potest, nec alienum mors auferre.

§. II.

Hic tamen eo modo pauperi, felicitate non cedit dives ille, cui cùm plurimum bonorum possideat, nihil amat: opes arcâ claudit, non corde; tristitiâ nequaquam extinguendus, etsi perdat universâ. Nam sine dolore amittitur, quidquid sine amore possidetur: Quæ verò ardentè diligimus habita, graviter suspiramus ablata, ait D. Gregorius. Bonum quo quis verè bonus est, nemo invitus accipit, nemo amittit invitus, bonum est quod enim censendum non est, quod eripi potest. I nunc, Sardan, & tabellarium te finge, nondum omnis patientissimè Jobi familia est extincta, etiamnum vivunt, qui renunciare possunt omnibus: Curre ergo, nuncia tali, clama altum: Res tua & pecunia tua omnis est perdita. Responsum nunc audi: Nisi ego illam fortassis, illa me perdidisset; jam in viâ ad cælum ero expeditior. Exoneravit me Deus, caro quidem sed periculoso pondere, & tutiore posuit loco; damnun non putabo, quod Deus mihi voluit esse remedium. Et cur me frustra & vanè affligerem? habui ista tanquam perditurus: nunc ego magis meus sum, cùm ista non sunt mea amplius. Auditis Christiani, audis Orciniana vulpes? sic sentit, sic & loquitur, quisquis cælo prædestinatus est, nec unquam tantum bonorum potest perdere, quin liberam hanc vocem retineat: Jactura non est, sed versura, cùm lucrum ingens dispendio levi comparamus, cùm terræ glebulis mercamur cælum.

V. PRÆDESTINATIONIS

S I G N V M.

S T M B O L V M P.

FRUTEX ROSARVM spinis septus undique. Per Symbolum quem monstratur *Afflictio perpetua, & exercitatio cum patientia*. Abraham Evangelico epuloni in flammis hoc signum opponit: *Recordare filii, quia recepisti bona in vitâ tuâ, Lazarus, similiter mala; in vitâ tuâ lætabaris, Lazarus cruciabat: nunc tu cruciarius, lætatur Lazarus. Sic vertuntur vices certâ Dei lege. Patendum est, aut hic, aut ibi in alio prorsus orbe & verè novo. Alterutrum nunc maturè eligendum; nemo evadit. D. Chrysostomus, quem videris, inquit, virtutis studiosum, innumeris tamen affligi molestis, beatum hunc puta, ut qui commissâ peccata hic diluat, & illic paratam habeat mercedem.*

Impossibile est ut qui malis indixerit bellum, pressuris careat. Nefas est pugilem Dei vacare deliciis, non licet epulari luctantem: luctamen enim sum præsentia omnia, certamen, bellum, pressura, angustia, stadium: aliud est quietis tempus, hoc ætumnis deputatum est atque sudoribus. Nullus, ubi ad certamen se exiit, unctusque est, requiem quærit. Si enim requiem quæris, cur te exuisti? cur libidinibus ac naturæ bellum indixisti? Nihil horum te perturbet, siquidem illi in quiete, tu in tentationibus vivas. Alioquin erroris damnandum est beati Jacobi hortamen: *Omne gaudium existimate, fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis*. Nihil eo infelicis, cui nihil evenit adversi. Argumentum est talem à Deo contemni ut imbellem & ignavum. Amphitheatrum honoris est, inter adversa luctari. Certa beatitudinis tessera est, posse in perpeſſionibus gaudere, & circumlustrantibus undique malis, hilarem cælo animum posse in atrollere, etsi per genas copiosæ fluant lacrymæ. Scivimus equidem Christus nos ingenitæ ærumnarum acervo locupletes, gaudium solidum, præter spem futuræ mercedis, cedit habere nullum. Et tamen tanquam beatis: *GAUDETE, ET EXULTATE*. At nos, quoties vanè lamentamur

1. Pe
2. Pe
3. Pe
4. Pe
5. Pe
6. Pe
7. Pe
8. Pe
9. Pe
10. Pe
11. Pe
12. Pe
13. Pe
14. Pe
15. Pe
16. Pe
17. Pe
18. Pe
19. Pe
20. Pe
21. Pe
22. Pe
23. Pe
24. Pe
25. Pe
26. Pe
27. Pe
28. Pe
29. Pe
30. Pe
31. Pe
32. Pe
33. Pe
34. Pe
35. Pe
36. Pe
37. Pe
38. Pe
39. Pe
40. Pe
41. Pe
42. Pe
43. Pe
44. Pe
45. Pe
46. Pe
47. Pe
48. Pe
49. Pe
50. Pe

§. II.

mentamur cum affligimur? sæpe puerilem in modum querimur, ac ad omnem pæne ictum trepidi expavescimus, nec agnoscimus paternam Dei & medicam manū vulnerantis, cum tamen & pueri sciant, vulnus quod à chirurgo est, medicamentum esse & initium valetudinis. Ut medeatur & fanet, vulnerat Deus, non ut jugulet. Testis horum beatus Petrus: *Si quid patimini*, ait, *propter justitiam, beati: Hæc est enim gratia, si propter conscientiam sustinet quis tristitias, patiens injuste. Quæ enim est gloria, si peccantes & colaphizari suffertis? sed si bene facientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum.* Ita & beatus Gregorius: Sæpe contingit, inquit, ut electus quisque, qui ad æternam felicitatem ducitur, continuâ hic ad veritatem deprimitur. A cunctis despiciabilis cernitur, & hujus mundi gratiâ indignus æstimatur: sed tamen ante oculi judicis oculos virtutibus emicat, vitæ meritis coruscatur, honorari meruit, despici non refugit; corpus continentriâ afficit, solâ in animo dilectione pinguefcit; mentem semper ad patientiam præparat, & erectus pro justitiâ de perceptis contumeliis exultat.

§. I.

Verè æterna providentiâ, hominem probum in delictis non nutrit, experitur, indurat, sibi illum præparat, ita tamen ut simul ei promittat: *Cum transferis per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cum ambulaveris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te.* Nimirum in undas immittit nos Deus & in flammâ, uri sinit & mergi, ætu suos explorat & gelu, sed quos ad vitam prædestinavit, non comburi permittit aut submergi. *Fidelis Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione preventum, ut possitis sustinere.*

Eximiè, si quisquam, de hæc prædestinationis notâ videtur sensisse Ludovicus Blofius, qui plenissimè affirmans: *Non est ullum, inquit, certius signum divinæ electionis, quàm si quis afflictionem, vel quidquid adversorum à Deo immittitur, non tantum repugnet, sed submisce atque patienter sustineat, cum homini utilius nihil eveniat quam affligi.*

Et hic est ille inestimabilis gemmæ annulus, quo Deus desponsam sibi animam donat. Tanti est, vel minimam molestiam pro Deo perpeti, ut Chrysofomus velut decretum proclamat: *Nihil esse melius, quàm malè pati propter Deum.* De torrente nunc electi bibunt in viâ, propterea caput exaltant in celo. Nunc deprimuntur & calcantur, ut olim assurgant & extollantur ad instar palmarum. Vult nos Deus probè scire, arduum esse bonum, & infinitum quod quærimus, pro quo obtinendo laboramus, ut verissimè dixerit Marcus anachoreta: Deus confcius imbecillitatis nostræ, nemini solet magni quid conferre, nisi præviâ calamitate. Mosen Deo vocanti obtemperantem, & aulâ egressum, glomeratâ clade invaserunt pauperas, ignominia, cõtemptus, infidiæ regis, pericula mortis, fuga, exilium. Electos Dei cernimus, inquit Gregorius, & pia agere & crudelia pati;

Pia agere & crudelia pati;

hinc ergo colligitur, districtus judex quantâ illic feriat districtione quos reprobât, si cruciat quos amat. Erras, mi Christiâne, erras, si cogitas te integrum & non bene contusum, perventurum ad cælum. Circumspice, & videbis, quod plerumque qui ditiores sunt virtutum, locupletiores sint afflictionum: qui virtus opulenti, crebriò etiam numis & fortunæ favore. Nimirum pecudes macello destinatæ, liberrimè saltant per pascua, aliis in opere sudantibus: sic & homines cælo assignati, non lascivunt in pratis, sed hinc illinc gemunt in angulis, adeo ut verissimè quoque Ludovicus Blofius ex magni viri ore pronunciet: *Quemcumque Deus potioribus donis exornare sublimiterque transformare decrevit, cum non blandè & molliter lavare, sed totum in mare amaritudinis immergere consuevit.*

A
B
C

Galenus & Hippocrates retinere doctuerunt animam & fovere, Christus odisse docuit & perdere, ita ut quod dixisse fertur Themistocles, omnes olim cœlites sint dicturi: Perieramus, nisi periissemus. Plurimis saluti est, perire: revera multi malè perierant, nisi à Deo periti bene periissent. Hinc Paulus, cum perditus aliis, sibi tunc maxime restitutus videbatur: *Placuit mihi, ait, in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecucionibus, in angustiis pro Christo: cum enim infirmor, tunc potens sum.* Bernardus quærendo Deo quasi fatigatus: *Circumire, inquit, possum Domine cælum & terram, mare & aridam, & nusquam te inveniam, nisi in cruce. Ibi dormis, ibi pascis, ibi cubas in meridie. Igitur Dominum servi sequamur, & brevi molestiâ cruciatu æternos redimemus.* Athanasius ab Juliano Apostotâ in exilium abire iussus, cum Alexandriæ illacrymantem circa se cerneret Christianos: *Bono animo, inquit, estote, nebula enim est, quæ brevi evanesceat.* Verè nebula solùm est, quidquid horrois habet hæc vita, sed nebula brevi dissipanda, per æternam serenitatem. Prisci, si qui ex illis laboriosi, nullum diem ferebant esse sine lineâ: Christiani, quotquot prohi ex illis, nullum diem ire cupiunt sine nubeculâ, ut habeant semper per quod amore sui Domini patiantur. Jobo cælum fuit non tantum nubilum, sed & ferreum, & tamen omnem patientiæ speciem, uti Tertullianus loquitur, adversus omnem diaboli vim expunxit, quem non abacti greges, non filii uno ruina impetu adempti, non corporis cruciatu à patientiâ exclusit. Quale in illo viro feretrum Deus de diabolo extruxit? quale vexillum gloriæ erexit? cum ille homo ad omnem acerbum nunciium nihil ex ore promeret, nisi **DEO GRATIAS?** quid ridebat Deus. Quid? dissecabatur Satan. Hinc omnia duplicia recuperavit. Itaque dum patimur, grandi profici in patriam proficiscimur.

2. Cor. 12. vers. 10.

Sozom. lib. 5. cap. 15.

Nec voluit ulli diem præterire sine molestiâ ut habeat quod amare Dei patiantur: Lib. de patient. c. 13.

§. III.

Diverse ad cælum viæ sunt, tutissima est omnium & certissima, regia via crucis. *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.* Er uti *vasa signi probat fornax, sic homines justos tentatio tribulationis:* sed in fornace ardet palea, aurum purgatur; illa in cinerem vertitur, illud sordibus exiit. Fornax est mundus, aurum justus, ignis tribulatio, artifex est Deus. Quod si auro vox sit & sensus, sic loquetur: *Quod vult ergo artifex, facio; ubi me ponit artifex, tolero. Ardeat licet palea ad incendendum & consumendum me, illa in fumum abii, ut ego sordibus caream.* Videte ergo paleæ videte & vos qui aurum estis, in eodem igne palea fumat, aurum rutilat; in eadem afflictione improbus blasphemat in Deum aut accusat, patiens laudat, & ex ipsis adversis vires sumit, uti ignis qui flatu imperitur & crescit, atque unde extinguendus creditur, inde roboratur. Crescit

Via enim crucis est via tutissima ad cælum.

Alf. 14. vers. 21. Eccl. 27. vers. 6.

Augustin. in Psal. 60.

D adversis agitata virtus. Numeram mihi ab orbis incunabulis omnes Dei amicos, & in omnibus hæc prædestinationis notam reperies. *Deus tentavit eos, & invenit illos dignos se.* Abraham exercetur variè & affligitur, Joseph à fratribus venditur, David à filio iniquissima patitur: Isaias ferrâ medius secatur, Ezechias eliso cerebro per saxa raptatur, lapidatur Hieremias, Michæas gladio feritur, Amos secundum tempora clavo transfigitur, Daniel leonibus objicitur, Naboth saxis obruitur, Elifusus deridetur. Job ulcerosus, etiam conspuitur, Tobias excœcatur, Susanna innocens damnatur. Paucos dixi. Er quid malorum non subiit Paulus? Apostolorum ceteri flagellantur, crucifiguntur, recantur. Nemini suorum parciit Deus, quem enim diligit Dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit, omnem, omnem. Omnes enim qui piè volunt vivere in Christo Iesu, perfectionem patientur.

In afflictione improbus blasphemat, patiens laudat, & ex ipsis adversis vires sumit, uti ignis qui flatu imperitur & crescit, atque unde extinguendus creditur, inde roboratur. Crescit

In afflictione improbus blasphemat, patiens laudat.

Sap. 3. v. 5.

Hebr. 12. vers. 6. 2. Timoth. 3. vers. 12.

§. IV. At

§. IV.

T hoc habet pro certo omnis qui te colit (ò Deus) quod vita ejus, si in probatione fuerit, coronabitur: quia post tempestatem tranquillam facis, & post lacrymationem & fletum, exultationem infundis. Ergo beatus homo qui corripitur à Deo. Si enim sustinemus & conregnabimus. Quare nemo flagellari timeat, sed timeat exheredari. Ad hereditatem æternam flagellis erudimur, ne dum delectamur in viâ, obliviscamur quod desiderabamus in patriâ. Si exceptus es, inquit Augustinus, à passione flagellorum, exceptus es à numero filiorum. Noli esse iniquo sensu & puerili, ut dicas: Plus amat pater meus fratrem meum, cui permittit facere quidquid vult, quàm me, quia si me movero contra ejus iustionem, flagella invenio. Potius gaude sub flagellis, quia tibi servatur hereditas: illis ad tempus parcat, quos in æternum damnabit. Tanquam per amœna prata ad carcerem venit, qui per præsentis vitæ prospera ad interitum currit. Observant aliqui rosam juxta allium plantatam reddi fragrantiorum. Suas habet & cœlestis hortulanas fragrantissimas rosas, homines paradiso destinatos. Has ipse rosas plerumque sic plantat, ut noxiarum herbarum vicinia illis sit toleranda, quo enim quisque probior, hoc in eum improborum insultus audacior, hoc etiam variatum ærumnarum incurfus crebrior. Sic fragrantia rosarum, allii fœtoribus est acienda. Quin & hoc ajunt, rosam quæ per artem sine spinis nascitur, etiam sine odore esse: virtutum odor, præsertim patientiæ, fragrantia nulla est, ubi nulli sunt rerum adversarum aculei. Nemo sanè quantum profecerit nisi inter adversa cognoscit.

Quantum profecerit nisi inter adversa cognoscit.

VI. PRÆDESTINATIONIS

S I G N V M.

S T M B O L Y M V I.

FICVS, quam Christus in suis concionibus non tantum nominavit sapius, sed quæ divino verbo iustâ comas ponere & exarescere, momento paruit. Fidelem diceris divini verbi auditricem, ideo hac designatur *Auditio verbi Dei*. An non illustre hoc Prædestinationis signum ex ore Christi? *Qui ex Deo est, verba Dei audit*. Eximie id declarat Ambrosius: *Quomodo, inquit, possunt verba Dei dulcia esse in faucibus tuis, in quibus est amaritudo nequitiæ?* Facile agitur quod libenter auditur. Sed illi veri sunt divini verbi auditores, de quibus Servator: *Beati, inquit, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud*. Frustra custoditur memoriâ, quod non custoditur & vitâ. Sunt qui auditâ sic retinent ne obliviscantur, hoc tamen agunt vivendo ne corriganter. Mens prædestinati divina & sacra cupidè anhelat, seponi jubet negotia, ludos abrumpi, epulas etiam quandoque deseri præcipit, ad templum, ad concionem urget, nec excusationes admittit, pluvium cœlum non metuit, serentum etiam negligit, aprico & campis templorum fornices præponit, satagit audire, nec satiatur auditis. *Viri bona audiet cum omni concupiscentiâ sapientiam*: quæ utique certior haberi nequit quàm è verbo Dei. *Querit anima Verbum*, inquit Bernardus, *cui consentiat ad correctionem, quo illuminetur ad cognitionem, cui imitatur ad virtutem, quo re-*

Ioan. cap. 8. vers. 47. In Psal. 118. Isido. soliloq. Luc. cap. 11. vers. 28.

August. in Psal. 118. Mens prædestinati ad concionem urget, nec excusationes admittit; Eccl. cap. 3. vers. 31. Serm. 85. in Cant.

A formetur ad sapientiam, cui conformetur ad decorem, quo fructur ad iucunditatem. Animus hoc cibo pascitur, quoties cum Hieremiâ prophetâ succlamat? *Inveni sunt sermones tui, et comedi eos, & factum est mihi verbum tuum in gaudium & in letitiam cordis mei*. Nam D. Chrysothomo testatur, uti esurire signum est valetudinis in corpore, sic hom. 14. in amare divina eloquia, iudicium maximum sanitatis in animâ.

§. I.

ET quis eum credat valere animo, qui adversas à Is non veritate aures, ad fabulas laxissimè sine excurrere, & dum in templis vitia verbis castigantur, ille factis domini exercet, & in piæ exhortationis vicem, vel calicem trahit, vel fritillum & tesseras movet, aut otiosis ambulatunculis diem immittit, aut cum canibus agros & templis, silvas pererrat; aut dum concionator in suggestu sudat, ipse languidissimus dormitator, adhuc dum inter plumas volutatur, nec erubescit somniculosus glis, à sole jam panè meridiano, in plumo sepulchro deprehendi. Turpe est de Christianis hoc scribere, sed longè turpius Christianos hoc facere. Hæc signa non sunt nescientium: longè aliis noscuntur prædestinati. *Factum est autem*, ait Lucas, *cum turba irruerent in eum, ut audirent verbum Dei* &c. Non synagogis aut templo, sed nec civitatis mœnibus hæc audiendi sancta fames coerceri poterat: in camporum amplissimam planitiem sese effundebat. Sed nec solitudines horrebant viri feminæque, modò liceret audire concionatorem eum, quem sequebantur, quoquò ibat. Nos templis vicini habitamus, & sæpe nec pedem movemus audiendis iis quibus meliores sumus, nedum ut imprans & incœnati ad solitudines, ad mare properemus, ita fit ut plerumque nihil magis fastidiamus quàm divina. Hoc avo sanè non desiderantur qui dicant, sed qui audiant: concionatorum satis est, non ita semper auditorum. Sexcentas fingimus absentia causas: nec desunt qui audire nolint ideo, ne fortè dormientem excitent conscientiam: qui enim se reum novit, etiam se iudicem formidat, & tribunal horret propria conscientia.

Deslevit Hieremiâs, vias Sionis lugere, eò quod non sint qui veniant ad solennitatem: non minus vitæ ad templum sæpe nunc lugent, dum in viis ad tabernas plauditur. Non densæ nimium concursationes fiunt ad auditionem divini legis: at si ridiculus histrio novam spectaculi venustatem promittat, si nuptialis pompa per urbem incedat, si mundialis curiositas alliciat, mox usum pedum recipimus, & quidquid oculorum habemus, adferimus; concurrunt insolitâ stipatione. Dei verò nuncii, si non, ut olim, sublannantur, certè parvi penduntur sermones illorum: quod graviter pagina sacra queitur.

Non quidem negandum est, multos esse qui conciones audiant, sed & illud tamen fatendum erit, paucos esse, qui animo desiderent à concione auditâ redire emendatiorum. Aures habent, manibus carent, audiunt & non faciunt. Non abeunt inde vel tantillo meliores. Sunt qui audiant, ut piæ curiositati non obstant, alii ut tempus fallant, quidam ne peccent in consuetudinem: isti ut doctiores fiant non ut meliores, hi ut charos oculos, quos alibi minus commodè possent, in templis videant; at isti ut videantur, & aliorum in se oculi convertantur: sunt qui dicentis vocolas excipiant in risum aut calumniam; sunt etiam qui confabulaturi, aut certè dormituri accedant, aut aures præbituri, sed jam onustas. Pauci sunt, & ii demum verè probi auditores, qui animum adferunt excipiendis monitis paratissimum, nec aliam ob causam veniunt, quàm ut recedant seipsum meliores: non scholæ discunt, sed vitæ; audiunt utraq; aure vincit, nec unquam facilè audire desinunt, nisi virtuti jam procliviores. Nemo adeo ferus est qui non miscere

Sed signa euntium: longè aliis noscuntur prædestinati. Factum est autem, ait Lucas, cum turba irruerent in eum, ut audirent verbum Dei &c.

Nihil magis fastidiamus quàm divina. Hoc avo sanè non desiderantur qui dicant, sed qui audiant: concionatorum satis est, non ita semper auditorum.

hom. 26. in li. 10. hom.

loc. cap. 2. vers. 39. Psal. 118. vers. 11. Luc. cap. 8. vers. 15.

Conciones excuset sic remanet, ut memoriam sustinet, ut sit, ut.

hom. 4. de concionibus, ut verbum Dei excipiant, ut in concione dicatur.

Multi conciones audiant, pauci verò qui à concione auditâ desident redire emendatiorum.

Multi conciones audiant, pauci verò qui à concione auditâ desident redire emendatiorum.

de fi. A

mitescere possit, si modò cultura patientem aurem accommodet. Et Christi oviculæ ab alienis dignoscendæ, cauma seu signum in aure gestant; verbum divinum avidè audiunt, & obediunt.

§. II.

NOrant prædestinati quàm sollicitè monuerit Augustinus: Non minùs reum esse qui verbum Dei negligenter audierit, quàm qui corpus Christi in terram negligentia sua cadere permisit. Non ergo tam attendendus est, qui dicit, quàm qui dicat, & dicèda imperat Deus. Ego qui sum, inquit Augustinus, nisi cophinus seminatoris? Ille in me ponere dignatus est, quæ vobis spargo. Nolite attendere ad utilitatem cophini, sed ad claritatem seminis, & potestatem seminatoris. Christianus ubique invenit quod dicat, semperque proficiat, atque hoc etiam suæ prædestinationis iudicium agnoscat, sedere ad pedes Domini, & cum Magdalena audire verbû Dei; neque ob domestica ministeria, nec ob sororis murmura, non etiam ob amicissimorum avocamenta, ab ore loquentis pendentem avelli posse. Neq; verò electionis nota est, audire tantùm, sed & meminisse, sed & exequi. Quorsum est comedere, si quod comestum, mox indigestum revomatur?

Num. 26. in lib. 10. hom.

Luc. cap. 2. vers. 19. Psal. 118. vers. 11. Luc. cap. 8. vers. 15.

Conciones exponit sic meminisse, ut memoria sit effectiva & strenua. Iam. c. 13. vers. 17.

Serm. 4. de Luc. 10. Christianus verbum Dei excipit ut eo in afflictione pascatur.

Act. 9. Act. 10.

Act. 8. Exod. 18.

Luc. 2.

Christi matre maximæ laudis erat, quod conservavit omnia verba hæc, considerans in corde suo. In corde meo, ait psaltes regis, abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Terræ bonæ conferuntur ii, qui in corde bono & optimo audientes, verbum retinent, & fructum asserunt in patientiâ. Nam uti legere, & non intelligere, sic audire & audita memoriâ non custodire, ferè tantundem quod negligere est. Otio abutitur pictor, qui lymphatis coloribus quidlibet in tabellâ, magno studio pingit, quod mox spongia detergat: sic turpe Christiano est, audire, & mox omnium oblivisci. Sic meminisse conetur, ut memoria non sit ignava, sed effectiva & strenua, quæ fieri urgeat, quod meminit faciendum. Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea. Scripsit neminem ad cælum extulit, sed fecisse; facere autem non vult, qui recusat scire faciendâ. Fons sciendi purissimus, libri divini. Et quamvis ex eodem divinæ scripturæ fonte diversi hauriant, idque sapius, nemo tamen unquam poterit totas has opes eruere. Ea est hujus opulentia natura, ut quo foderis altius, hoc magis exundet divini sensus; fons est nunquam deficiens. Quemadmodum verò formica pabulum in hyemem ætate sibi colligit, sic Christianus in tranquillo verbum Dei excipit, ut inde in rebus turbidis pascatur. Constat, eos, qui hac in re contemptores, sic quandoque puniri à Deo, ut & ipsi sentiant se puniri, & videant alii. Alium ab alio doceri, alterum alteri submittere vult Deus. Sapientissimus erat rex David, præceptorem in plurimis habebat Spiritum sanctum, probè sciebat adulteria & homicidia esse verita, & tamen penitentiam priùs non egit, quàm de eâ differentem Nathanaem audire. Christus Paulo è nubibus concionatus est, & tamen erudiendum illum ad Ananiam misit. Cornelio nunciavit Angelus, preces ejus & eleemosynas Deo probari, sed simul ei Petrum, à quo instrueretur, monstravit. Regina Candaces quaestori Isaiam in Curru legenti, non Angelus in præceptorem, sed Philippus à Deo assignatus est. Moses, quem jure diceres Deo à secretis fuisse, & supremum intimumque Numinis consiliarium egisse, nihilominus à focero suo tamen alicuiusmodi instituitur velur puer, nec sine acri verborum castigatione, modum docetur gubernandi populi. Christus ipse, æterna sapientia, medius doctorum sederet, & interrogat. Nullus hominum sexus, nullus ordo & status, audiendarum concionum immunis est.

§. III.

Qui se sci- re dicit. **A**T inter doctos, inquis, censor: nil novi audiam; quæ dicturus est Ecclesiastes, jam ante scio. En

humani ingenii eruditam superbiam! & quis eo pervenit ætatis & doctrinæ, ut non plura nesciret quàm didicisset? Sed fac, omnium te esse doctissimum, nec doctiorem è concione rediturum: ita quidem intelligentiâ antecelles omnibus. Sed quid voluntas & memoria? an non movenda illa & inflammanda, movenda ista erit & juvanda? memoriæ facillimum est falli, pronissimum voluntati errare, nisi quotidianis subsidiis dirigantur, illa ut firmetur, hæc ut ab erroribus liberetur. Ergo non utile tantùm, sed & necessarium est omnibus, conciones audire; malis, ut corrigantur; bonis, ne corrumpantur; ignatis, ut doceantur; doctis, ut commoneantur, & ut nova discant, aut certè vetera memoriâ recolant: Audiens sapiens, sapientior erit, & Auris sapientium querit doctrinam. Herodes multis sceleribus clarus, tam barbarus tamen, aut fatuus non fuit, quin alicum concionatorem suum, & libenter audiret, & auditò eo multa faceret. In Herode non libentia tantùm audiendi fuit; sed & longa quoque patientia. Multa enim ex Joannis concionatoris sui præscriptione facere non potuisset; nisi concionatorem sapius, & de multis audisset, neque per catalogum dumtaxat enumerando, vitia regis Joannes castigasse censendus est, sed rationibus & copiose egisse, ut non tantùm indicaret mala, sed & potenter dissuaderet. Non poterat regis adulterium, & tot ejus flagitia, unicâ Joannis concione faris elui. Singula singulas conciones, imò singula plures exigebant; mens sceleribus obfirmata, crebro arcte quatienda erat: Et tamen libenter eum audiebat. Et quamvis ei Joannes in os & in faciem objiceret publice: Non licet tibi habere uxorem fratris tui, idque oratione indubiè longè probaret, tamen libenter eum audiebat: tantùm in Herode fuit audiendi studium, nec desistit Joannes; cetera omnia Herodis facinora silentio politico non involvit. Clarus tectis beatus Lucas: Herodes autem, inquit, tetrarcha cum corripere ab illo, de Herodiade uxore fratris sui, & de omnibus malis quæ fecit. Itaque Joannes in Herodis tyrannidem, in cædes, in tributa tam avarè collecta quàm prodigè in omnem luxum dissipata invehatur liberè, & tamen libenter eum audiebat. Tanta in Herode fuit concionatoris objurgationis patientia, ut non primâ illâ vehementiore, non secundâ, nec terciâ, non multis concionibus sequentibus fuerit offensus, libenter eum audiebat. Herodi Joannes nunquam neque nimis læpe, neque nimis prolixè, neque nimis simpliciter aut populariter, libenter eum audiebat, & auditò eo multa faciebat: modò facere perseverasset, queri certè non potuit quòd fortuna sibi veritatem invideat. Queritur id olim Seneca, & Monstrabo, inquit, tibi, cuius rei laborent magna fastigia, quid omnia possidentibus desit, scilicet, ille qui verum dicat. Non vides, quemadmodum illos in præceptis agar extincta libertas, dum nemo ex auri sui sententiâ suadet dissuadetque, & unum amicorum omnium officium est, una contentio, quis blandissimè fallat. Non fessellit Herodem Joannes, tam candidi pectoris, tamque aperti oris monitorem se præstitit, ut nil minùs posse sit vitus, quàm veritatem tacere. Regis aures assidue vellebat, quibus & flagitium illud identidem occinebat: Non licet tibi, Herodes, non licet tibi. Ubi mihi nunc illi delicatuli & prurientes auribus, qui si uno verbulo, etiam sæpe detortio & perperam intellectu, notatos se putent, & concionatorem execrantur, & cathedram. Herode patricidâ & adultero, nescio an in hoc non deteriores sint, qui quamvis vitia, ut ipse, non fugiant, fugiant tamen conciones quæ vitia medelam faciunt, quod non faciebat Herodes. Seductori dat manum qui dare dissimulat præceptori, & stulto discipulum committit, qui se solum pro præceptore agnoscit. Quisquis jam adeo sibi sapit, ut neminem docentem audire nisi se dignetur, plus elationis ostendit, quàm eruditionis. Nec potest

que Ecclesiastes dicitur esse suam superbiam ostendit. Cur necessarium sit omnibus conciones audire, Prov. 1. v. 5. Prov. 18. vers. 15. Marc. 6. vers. 20. Herodes Joannem Baptistam libenter audire sua vitia castigantem Ibid. v. 18. Luc. 3. v. 19. Eius concionatoris objurgationis patientia. Lib. 6. de bo. nific. c. 3. Qui concionatorem execrantur castigantem.

in eo

in eo virtutis esse amor, in quo celestis doctrine odium est, aut neglectus. Initium recedendi à Deo, est fastidium audiendi divina: nec Deum diligit, qui pia monita non esurit. Lapis lydius explorat aurum, Evangelium Christi revelat cogitationes hominum.

VII. PRÆDESTINATIONIS

SIGNVM.

SYMBOLVM VII.

FRUTEX TABACI. Saluberrimam hoc fruticis genus est, ulceribus præsertim & vulneribus curandis illastre. Grande ulcus corporis est, paupertas: grandius animi, peccatum. Utrique perlanando mitificè conducit Eleemosyna, illa præsertim qua datur benigno affectu in egenos. Et hæc per Tabaci fruticem representatur.

Ab Apostolo id discimus: Induite vos, inquit, viscera misericordie sicut electi Dei. Non dantis manum duntaxat, sed & affectum requirit. Verè beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die malè liberabit eum Dominus.

Divinæ scripturæ syllogismo id firmatur: Qui accipit mutuum, servus est fœnerantis. Sed ditissimus Deus per pauperem accipit mutuum. Facilis est jam conclusio.

Alteram syllogismi partem confirmans Salomon: Fœneratur, inquit, Domino (scù, quod idem, Dominus accipit mutuum ab eo) qui miseretur pauperis. Augustini ore Christus sic stipem mendicat: Da mihi ex eo quod dedi tibi, de meo quero: da & redde; habuisti me largitorem, fac me debitorem, habeam te fœneratorem; temporalia mihi das, æterna tibi restituam, te ipsum tibi reddam, quando te mihi reddidero. Gregor. Nazianz. Orat. de amore pauperum. Fac calamitose sis Deus, Dei misericordiam imitando, nihil enim tam divinum homo habet, quàm de aliis bene mereri: tibi delictus est pauper, velut Deo. Talis in terrâ Deus

Job cap. 29. Job fuit; Pater, inquit, eram pauperum, & causam quam v. 16. & 15. nesciebam, diligentissimè investigabam. Oculis fui cæco & pes Tob. 4. v. 11. claudio: Tobias Deo charissimus: Eleemosyna, inquit, ab omni peccato & à morte liberat, & non patitur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram summo Deo eleemosyna, omnibus facientibus eam.

S. I.

Chrysostronus: Melius est, inquit, hanc artem dandi eleemosynam scire, quàm esse regem. Hæc enim domos adificat in caelis semper manuras, hæc docet quomodo Deo possis similis fieri. Magna res est homo, & pretiosa, vir misericors. Qui promissus est ad misericordiam, benedicetur, de panibus enim suis dedit pauperi. Ergo beneficentia, ut eodem ore aureo loquar, Deo similis facit: & hæc charitatis mater, Christiane virtutis proprium insigne, per quod discipuli Christi noscuntur: hæc nostrorum scelorum est medicina, hæc anima sordes emundat, hæc scala qua in calum usque porrigitur. Christus præcipit: Thesaurizate vobis thesauros in celo. Audite, dicitur, dicitur, novam è cælo artem: novus colligendi thesauri modus est, SPARGERE. Errastis hæctenus; nam dando discimus, non contradendo & servando. Thesauros in orbe illo supero struit, qui pauperibus eos in hoc infero distribuit. Imò nec opus quidem, plenas auro manus in egenos excutere; date obolos & asses, date panis frustilla (modò benevolus affectus accedat) & in fœnus recipietis plenissima horrea, opulentissimum ætærarium. Censores olim lustrabant civium aedes, & num si quæ tineæ in vestibus, vermes in carnibus, mures in panibus reperirentur, indagabant. Non callus hic labor, hodiè que forsitan invenirentur, qui mallet hoc genus animalium pacificare, quàm pauperes. Sed jam inventus est locus, patèret que cunctis ad eum aditus, ubi nulli mures, non tineæ, nulli vermes. Thesaurizate vobis thesauros in celo, ubi neque arago neque tineæ demolitur, & ubi fures non effodiunt nec su-

tantur. Manna non corrumpitur nisi quod in diem alterum servabatur; numi non amittuntur, nisi quos amittere nolumus: tutius servari non potest, quàm Tutius fer-

quod perit inter manus mendiculorum. Ventres pauperum ampla sunt horrea, quidquid hic reconditur, in test quàm cendii securum, augetur multiplicatâ usurâ. Si Absalom quod perie mus auream cesaricam suam attondidisset, crines capite, non funes gessisset: si fortunatior rem suam in pauperum subsidium acciderent, tot amicos arcâ clauderent, quot numos; nihil dando hoc agunt, ut periculosiores sint infidia, quo plures pecuniarum. Perde pecuniam propter Eccl. 19. fratrem & amicum tuum, & non abscondas illam sub lapide vers. 13. in perditionem, suadet Ecclesiasticus. Christus: Date & Luc. 6. v. 38. dabitur vobis. Puteus, si sua non amittat, lutescit: uberior finit & purior, sape hauriendo. Cælo destinati cum stipem dant, si possent, cor adderent, adeo benigno sensu in egenos feruntur. Idcirco beatos pronunciauit Qui di-

Christus misericordes, non eos solum qui possent quàm cantur mi-

plurimum elargiri, sed qui vellent omnium misereri, fericordes.

Pythagoras olim docuit, similia non nisi à similibus comprehendî; hoc vitæ mercatu, non nisi simile simili paratur, oleum emittit oleo. Misericordiam vis conse-

qui? hamum jace, misericordie opus. At dando aliis, egebo ipse? Pusilli animi homo, & qui mavis diffidentia tuâ credere, quàm syngraphâ Christi! quantos avaricia ad incitas redegit? nullos eleemosyna. Certat Deus cum liberalitate nostrâ, nec munificentia fuit se vinci: Date & dabitur vobis. Sareptana vidua non tantos fecit Luc. 6. v. 38. sumptus in sicum prandiolum Eliæ, quantos lucrata 3. Reg. 17. vers. 9. est. Elisei hospita plus recepit quàm hospiti suo contulit. 4. Reg. 4.

Qui elec-

tant, nisi dent malignè. Malignè dant, qui quæ molynam nauscant, quibus carere malunt, quæ vix aut esui sunt, dent ma-

aur usui amplius, pauperibus elargiuntur: si quid in do-

liguè:

mo verminosæ carnis, si quid mucidi panis; si quid fugientis vini, aut morientis acetii; si quid putridi, si quid fœtidi quod vix cani porrigas, mox ad pauperes abit, munificè donatione. Heu Christiani, quàm sape blandâ persuasione, nos fallimus! hoc non est oleum, sed (quod Baruch exprobrat) olivarum ossa offerre. Deus ad Cain Gen. 4. v. 6. & munera ejus non respexit, quia vilissima de terræ fructibus offerrebat, qui poterat meliora. Parum potes? sufficit Hom. 32. in multum voluisse. Multum potes? cave velis parum dare. Si re epist. ad non potes, pauperem spe bonâ, & mirè alloquio juva; saltem tibi. animo miserrere. Spreti non sunt Israelitæ illi qui similes, setas, aut caprarum pilos obtulerunt; meliora deerant: sed si aurum habuissent, & ista obtulissent (ait Chrysostronus) maledicti protinus fuissent. Quidam non malignè dant, sed Qui non oleum misericordie, sordibus luxuriæ vitiant; tam faci-

gnè, & ta-

men ingra-

ta sic cost-

tantur. Manna non corrumpitur nisi quod in diem alterum servabatur; numi non amittuntur, nisi quos amittere nolumus: tutius servari non potest, quàm Tutius fer- quod perit inter manus mendiculorum. Ventres pauperum ampla sunt horrea, quidquid hic reconditur, in test quàm cendii securum, augetur multiplicatâ usurâ. Si Absalom quod perie mus auream cesaricam suam attondidisset, crines capite, non funes gessisset: si fortunatior rem suam in pauperum subsidium acciderent, tot amicos arcâ clauderent, quot numos; nihil dando hoc agunt, ut periculosiores sint infidia, quo plures pecuniarum. Perde pecuniam propter Eccl. 19. fratrem & amicum tuum, & non abscondas illam sub lapide vers. 13. in perditionem, suadet Ecclesiasticus. Christus: Date & Luc. 6. v. 38. dabitur vobis. Puteus, si sua non amittat, lutescit: uberior finit & purior, sape hauriendo. Cælo destinati cum stipem dant, si possent, cor adderent, adeo benigno sensu in egenos feruntur. Idcirco beatos pronunciauit Qui di- Christus misericordes, non eos solum qui possent quàm cantur mi- plurimum elargiri, sed qui vellent omnium misereri, fericordes. Pythagoras olim docuit, similia non nisi à similibus comprehendî; hoc vitæ mercatu, non nisi simile simili paratur, oleum emittit oleo. Misericordiam vis conse- qui? hamum jace, misericordie opus. At dando aliis, egebo ipse? Pusilli animi homo, & qui mavis diffidentia tuâ credere, quàm syngraphâ Christi! quantos avaricia ad incitas redegit? nullos eleemosyna. Certat Deus cum liberalitate nostrâ, nec munificentia fuit se vinci: Date & dabitur vobis. Sareptana vidua non tantos fecit Luc. 6. v. 38. sumptus in sicum prandiolum Eliæ, quantos lucrata 3. Reg. 17. vers. 9. est. Elisei hospita plus recepit quàm hospiti suo contulit. 4. Reg. 4.

S. II.

AT sunt, non è numero prædestinatorum, qui rarò Qui elec-

dant, nisi dent malignè. Malignè dant, qui quæ molynam nauscant, quibus carere malunt, quæ vix aut esui sunt, dent ma-

aur usui amplius, pauperibus elargiuntur: si quid in do-

liguè:

mo verminosæ carnis, si quid mucidi panis; si quid fugientis vini, aut morientis acetii; si quid putridi, si quid fœtidi quod vix cani porrigas, mox ad pauperes abit, munificè donatione. Heu Christiani, quàm sape blandâ persuasione, nos fallimus! hoc non est oleum, sed (quod Baruch exprobrat) olivarum ossa offerre. Deus ad Cain Gen. 4. v. 6. & munera ejus non respexit, quia vilissima de terræ fructibus offerrebat, qui poterat meliora. Parum potes? sufficit Hom. 32. in multum voluisse. Multum potes? cave velis parum dare. Si re epist. ad non potes, pauperem spe bonâ, & mirè alloquio juva; saltem tibi. animo miserrere. Spreti non sunt Israelitæ illi qui similes, setas, aut caprarum pilos obtulerunt; meliora deerant: sed si aurum habuissent, & ista obtulissent (ait Chrysostronus) maledicti protinus fuissent. Quidam non malignè dant, sed Qui non oleum misericordie, sordibus luxuriæ vitiant; tam faci-

gnè, & ta-

men ingra-

ta sic cost-

tant oleas, & olivas legunt. Christianis certissimum sit, na-

oleam hanc nostram & Veneris myrtum, inimicissimas esse arbores, nec in eodem plantario jungi posse. Ingrata est Deo eleemosyna, quam fœda carnis voluptas comiratur, nec simul placere possunt, manus munificæ, & libidinofus animus. Sunt alii, qui quidem hoc carnis luto non merguntur, sed quia videri amant & laudari, oleum suum sterilissimo labore effundunt. Et cur, mi

Christiane, scit læva tua, quid dextera tua faciat? Jo- Tob cap. 11. bus olivæ te comparat florem projicienti. Hæc enim av- vers. 33. bor, inquit Gregorius, etsi largè floreat, si tamen immode- Greg. 1. 12. rata stringatur nebula, fructum omnem desperari jubet. Ita, mor. 12. 6. qui tunc maxime misericors est, cum spectatores habet, vel ut habeat, fructum operis perdit, ex nebula favoris. Hominis prædestinati eleemosyna, unicum observat oculum, sed omnia cernentem; nec laudem expectat, nisi à quo & præmium, ab uno solo Deo: Et quamvis auricæ habeat Hom. 31. alas

Deum non diligit, quia pia monita non esurit.

Symbolum VII. Eleemosyna cum beniguo affectu.

Ad Coloss. 3. vers. 12. Prover. 12. vers. 7.

Prover. 12. vers. 7.

Prover. 12. vers. 17.

Job cap. 29. v. 16. & 15. Tob. 4. v. 11.

Hom. 33. & hom. 36. ad pop.

Prover. 22. vers. 9. Chrysostr. hom. 6. in c. 3. epist. ad Tit.

Matth. 6. vers. 20. SPARGERE est novus colligendi thesauri modus.

Matth. 6. vers. 20.

Em

In di dicit mite dâ r dum exat Mart 1. 4. 1.

Mat 1. 14.

Tit. 2. 11.

Cef. 2. 10. 1.

In Ma

Symbolum V. Vilis se stitima

Mat. 10. 7.

alm. 32. *alus eleemosyna.* Chrysofomo docente, non tamen pavonis instar, admiratores sibi deligit in terrâ, cum numeratorem habeat in calo, eò suis aureis alis subvolat, & Christo se ficit, quem in mendico agnoscit. Eleemosyna tam non cupit esse nota, ut si possit, etiam clam domino suo latere velit: nam homo verè misericors, non laborat ut à multis sciatur quantum dederit, modò sciat is unus, qui potest danti reddere. Ideo D. Cyprianus hunc benevolam in egenos animum, securitatis nostræ salutare vocat præfidium, quo Deum debitorem constituimus, & Christum judicem demeremur.

§. III.

In die iudicii de misericordiâ rigidi rigidi erit exam. Math. 2. 5. v. 41.
Supremo fatalis iudicii die, de misericordiâ rigidum examen erit, & quæstio. Ii quibus cor immitte, durum, immisericos fuit, terribile velut in tabellâ decretum legent: *Ite maledicti in ignem æternum.* At ii quos jam ab æterno divina destinatio Angelorum locitaci adscriptis, fidentius loqui poterunt cum iudice; licebit illis dicere: Da, quia dedimus; da te, quia tuâ causâ dedimus: miseri sumus aliorum, tu nostri misere: fecimus quod iussisti, redde quod promissisti. Non crubescet hæc postulata iudex, & debitorem se libenter fatebitur. Cernent electi patulum in Christi latere hianque & roseum vulnus, inque eo velut gemmis scriptum: *Venite benedicti, possidere regnum.* Impetrastis quidquid petitis. Agnosco promissionem meam, laudo misericordiam vestram, quæ iure sistere se præmio potest; accipite præmium quod pretio æstimari non potest. Quidquid ulli meorum fecistis, mihi factum est. Vestra me commiseratio cibo portique sæpius refecit: vestris ego vestibus tegebar, ad vestras ego ædes peregrinus divertebam; vester in me amor, ipsos ad me carceres penetravit; vestra misericordiâ vixi: *Venite benedicti.* Fragmen panis famelico dedidistis; En, mensam paratissimam, venite æternum epulaturi. Peregrinos tecto non exclusistis? Angelorum cives vos esse jubeo. Seminudorum argentibus membris lanam iniecitistis? adeste, immortalitatis purpura velandi: *Venite benedicti.* O quæ hæc rerum commutatio pro centonibus, pro obolis, pro mensarum miculis, paludamentum gloriæ, thesauros cæli, delicias non finiendas recipere! *Eccl. 16. v. 15.* *Omnis misericordia faciet locum unicuique secundum meritum operum suorum, & secundum intellectum peregrinationis ipsius.* Hæc, si quam vera, tam essent omnibus persuasa, nemo foret, qui non tam vili vellet cælum emere. Veritissimè dixit Augustinus: *Si vis mercator esse optimus, da quod non potes retinere, ut recipias quod non poteris amittere; da modicum ut recipias centuplum; da pauperi nummum, ut à Christo impetres regnum; da buccellam, ut obtineas peccatorum veniam; da vestem ut merearis gloriæ stolam; da vilia ut consequaris æterna.* *Que autem stulticia, inquit Chrysofomus, illic tua relinquere unde exiturus es, & illic non præmittere, quò iturus es? Illic ergo tua repone ubi tuam habes patriam.*

VIII. PRÆDESTINATIONIS

SIGNVM.

SIMBOLVM VIII.

Symbolum VIII. Vilis sui æstimatio. Psal. 100. v. 7.
CVPRESSVS. Hæc perpetui vitoris & jucundi odoris arbor putredinem in se non admittit, ab aliis etiam, cadaverosum fetorem prohibet. Hac non immeritò *Vilis sui æstimatio* significatur, quæ latentem superbiam verniculum interficit, nec hominem ita corruptum finit & putrescere, ut sibi placeat. Mala certè sanies, placere sibi ipsi. Odi superbos & arceo. Clamat David: *Non habitabit in medio domus mee qui facit superbiam.* Rarum ajunt esse generosum pharmacum, cui non inhit veneni aliquid aut sacchari: nullum certè vitium est, in quo non aliquid superbiam. Percensè omnia, & sic esse

A deprehendes. *Initium omnis peccati est superbia, & qui te-merit eam, replebitur maledictione, & subvertet eum in finem.* *Eccl. 10. v. 15.* Superbia pessimi ingenii fomes, funestis ac multiplicibus vitiis in diversa prorumpit, odii, amorisque & superbia omnia invidiae supplicii obnoxia. Nec alii magis anxii aut perpetui motus sunt, quàm hominum non tam quærentium laudem, quàm hanc sibi deberi credentium. Et contemni se facillè suspicantur, & hanc aliorum, ut putant, contumaciam, in se acerbissimis cursis vindicant. Jam sua vitia nesciunt, jam virtutes aliorum. Sic inflatis & turgentibus, pietas, fides & quidquid in hominibus sacrum, infra famam honorumque cupiditatem jacet. Et ceterorum quidem vitiorum materies sæpe vilissima, plerumque nobilissima est superbia: quæ quodvis præclarum facinus, eruditionem omnigenam & virtutem, omnem sanctitatem audent arroderere; prorsus ad instar vermium, qui non nisi optima pyra aut poma perrodunt: non est qui Diaboli mores venustius exprimat superbo. Ille Altissimo par esse nitebatur, iste non exæquari vult aliis, sed præferri. Sed nusquam non *resistit superbus Deus*, uti miles stans in pinnis mœnium, quotquot ascendunt, romphæa deturbat: quandoque tamen vi nullâ superbus à Deo sternitur, perinde ac si regius olitor excrecentes in altum herbulas ludentibus digitis attondeat. Saul humilis in regem evectus, sublimis dejectus est. Sunt qui naturâ cepas, sunt qui araneas aut feles horreant nativo odio: hæc natura Dei est, superbos horrere & execrari: *Abominatio Domini est omnis arrogans: Immundus est apud Deum omnis qui exaltat cor suum.* Sed veluti pestifera lues, variâ corporis parte se prodit, sic superbia non unâ moratur sede: quorundam occupat oculos, aliorum linguam: horum manus invadit, plurimorum veste se involvit: sunt quorum collari tam pacata sedet & immobilis, ut illam nec centum concionatores loco moveant. Sunt quos sui negligentes, & juraros superbiæ hostes dices, nisi suas epulas, ædificia sua, liberos suos atque familiam, ipsam supellestem suam superbiæ docerent, arcano magisterio. Sic variè superbiam spiramus, subtili prorsus ventulo; quandoque ipse nos dejicimus infra quamlibet vilitatem, rosas & mulsæ loquimur, aulæ byssina verba jactamus, omnium genibus advolvimur, ut malè super alios efferamur; in alto jam positi, nec superiorem ferimus, nec parem. Quid superbis pulvis & cinis? levi te mors afflatu disperget. Quid tibi places Suffene? fetes hominibus, fetes Angelis, fetes Altissimo. Terram spiras (ò lutum prisçi Adam!) & Luciferi factorem spargis. Si tibi non odor tantum cupressi, sed & altitudo placeat; age, ascende, sed præter te solum, neminem despice. Hoc grande & præclarum est, in alto non altum sapere; cum extolleris, teipsum deprimere, & (quod prædestinatorum est proprium) meritis cælum attingere, & opinione suâ circa solum reperere. Bernardus: *Semper, inquit, divina gratia familiaris esse solet humilitas. Que est hæc tam sublimis humilitas, que cedere non novit honoribus, insolescere gloriâ nescit? non est magnum in abiectione esse humilem, magna & rara virtus est, humilitas renovata.* Auditis hæc reges, & principes, rerum Domini? Auditivæ ista vos viri tam docti quàm superbi, vos tam fastuosi quàm numosi? rara virtus est, *humilitas honorata.* Veræ autem humilitatis hoc est proprium, ut quò quis, cælo teste, sanctior, eò se iudice vilior censeatur. Abraham Deo commendatissimus, nonne sibi *cinis & pulvis*: Petrus Ecclesiæ petra, nonne se palam & ex animo confessus *hominem peccatorem*: Paulus, vas electionis & Apostolorum princeps, nonne sibi *abortivum, & indignum vocari Apostolum*? Verè aliud exaltationis principium non est, quàm humilitas, & vilissima sui æstimatio.

Superbus est invidiae supplicii obnoxius, & contumaciam, in se acerbissimis cursis vindicant.
Diaboli mores venustius exprimat superbo.
Superbiæ sedes variè.

Prov. c. 16.
Prov. c. 16.
Hom. 4. super Missa.
Gen. 18. v. 27.
Luc. 5. v. 8.
1. Cor. 15. v. 9.

§. I.

Superbia est omnium virtutum ruina.

Superbia virtutum omnium ruina, & altissimum hominum & angelorum præcipitium. Qualis, & Deus, inter cælum & terram facta est olim commutatio! Pulcherrimus omnium angelus cælo præcipitatur, & miserimus omnium mendiculus in cælum ab angelis deportatur. Nam unde Lucifer superbus cecidit, eò ulcerosus Lazarus ascendit, quem credibile est sapius sua ulcera numerasse, quam suas virtutes, nec dubium quin cunctis patientior sit visus quam sibi, genuino sui contemptu. Non illepidè & verè dixit Sanctorum quispiam: Parum valet, qui se aliquid valere censet; nil penitus valet, qui se multum valere autumat. Huic assentitur Bernardus, &, Omnia, inquit, illi desunt, qui nihil sibi deesse putat. Addi potest: cælo natos non videri, quibus sua tantum placent; qui alienæ vitæ superbissimi censores, suæ vanissimi aestimatores, tam falluntur circa aliena, quam in propriis cæcutiunt jucundè lippitudine. Abite, & vani, cælum ejuscemodi pavones non admittit: cælo prædestinati, nullius vitam ita rigidè censent ac suam, nullius mores torques damnant quam suos; faciliè indulgent omnibus, nunquam sibi in neminem severiores quam in seipos. Miseri nos! pulvis sumus & umbra, brevi ad plures abituri, & tamen origines nostras, & Majorum imagines longè ostentatione percontemimus, tanquam si magis homines sint, qui plures avos numerant. Homo vanitati similis factus est, dies ejus sicut umbra prætereunt. Quoquò vertamus, oculos, lacrymas nostras cernimus. Cælum tuemur? patriam quidem eminus videmus, sed in exilio nos esse sentimus. Terram despiciamus? foveam illa nobis minatur, & licet eam pedibus calcemus, caput tamen nostrum sibi ea pollicetur, paulò post pro libitu tractandum. Nos ipsos despiciamus? pulchrum & tubicundulum pomum! sed vermiculus later. Putredo, sanies, mors penitis scribis delitebant. Cor ipsum inspiciamus? profundam speculam, & frædam! quantum hinc anguium & colubrorum agmen? heu, vitis scæremus, nobis tamen necdum vilescimus. Miseriis, stultitiâ, peccatis obruti jacemus, & tamen beati, sapientes, docti videri volumus, ac digito monstrari. Prædestinatos universa hæc ad maximam sui vilitatem compellunt, ita ut quò magis se suâque considerant, tantò magis in dies sibi ipsi sordescunt. Et his ex facili, uti B. Paulo, sordent omnia, qui sibi prius ipsis sordere incipiunt; nec difficulter omnia contemnant, qui ante omnia seipos. Quisquis beatus esse vult, discat contemni, & præter Deum contemnere univèrsâ. Norunt prædestinati quàm verè sit dictum à Chrysolomò: Minimum de se sensitisse tam magnum est, quàm res maximas fecisse. Norunt clamantis vocem: Qui vestrum major esse voluerit, in regno cælorum (si tamen eò perveniat) minor est futurus. Viam humilitatis norunt esse confragosam, & initio non nihil difficilem, sed planiorem paulatim & commodiorem; colliculum sibi esse superandum sciunt. Hunc quærunt & ab aliis ostensum avidè scandunt; amant contemni, occasiones arripiunt: cum se despici vident, lætantur, sibi que ipsis plus quàm ullus inimicorum insultant, horum nemo, sui despicientiam gladio se vindicaturum minatur; nec verbo vindicant: nemo manum, nemo pugionem intentat contemptori, ut qui plus commodi ferat quò plus contemptus. Prædestinati in scholâ Christi altè combiberunt, se hominum famnis non decreverunt, nec contemptu fieri minores. Tantus est unusquisque, quantus est in oculis Dei, non pilo major, nec juxta hominum intuitum Deus judicat. Parvi Deo sumus, si magni nobis: grandes ipsi, si nobis exiles. Purpureus quo est profundior, hoc illius aqua purior; aestimatio sui quo vilior, hoc Deo gratior. Defodiendi sunt immodici, ingentes animi deprimenti, atque univer-

Superbus est vitæ alienæ censor, for,

Psal. 143. v. 4.

Cor habens ut profundam speculam vitium plenam. Prædestinatus omnia ad sui vilitatem compellit,

Hom. 3. in Matth.

Amat contemni, & inde lætantur,

Sciens se famnis non decreverunt. Imit. Christi lib. 3. c. 50. 1. Reg. 16. v. 7.

A sa nostra superbia, miseriarum, incitæ, defectuum nostrorum mole obruenda. Moschem ajunt in locis graveolentibus amissum odorem recuperare: ita nos si ferid nobis ob sordes nostras vilescamus, non quem hæc tenus dedimus, sed quem oportuit, emendatoris vitæ odorem exhalabimus.

§. II.

Rogatus vir religiosissimus, quam potissimum ad cælum viam invenisset, respondit: Si se homo semper accuset. Hoc panè tota Christianorum disciplina est, inquit Augustinus. Ambrosius: Signum, inquit, Electorum est, malè de se sentire, & vulnus suum agnoscere. Gregorius, Reproborum, ait, est proprium, semper prava agere, & nunquam quæ egerint, retrahere. Omne enim quod faciunt, cæcâ mente pertranseunt, factumque suum, nisi puniti, non agnoscunt. Electi actus suos quotidie ab ipso cogitationis fonte discutunt, nec inde securi sunt, quia, videri à Deo in se quod ipsi non vident, agnoscunt. Ecclesiastici consilium est: Quamto magis es, humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam. quoniam magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur. Verè in maxima in omnibus perfectio, suæ imperfectionis cognitio: & longè laudabilior est animus, cui nota est infirmitas propria, quam qui eâ non respectâ, mœnia mundi, vias siderum, herbarum vires, fundamenta terrarum & cælorum fastigia rimatur. Cogitas magnam constituere fabricam celsitudinis? de fundamento prius cogita humilitatis: omnes delectat celsitudo, sed humilitas ad eam gradus est. Excelsa est patria, sed humilis est via: qui ferid inquirat patriam, non recusat viam. At verò, quod D. Hieronymus meritò deplorat: Multi humilitatis umbram, veritatem pauci sectantur: pauci, sed hi beati & cælo prædestinati, qui quò magis seipos vident, tantò magis sibi ipsi displicent, tantò pretiosiores Deo, quàm sibi viliores, qui minus se vident, minus sibi displicent. Multi sciunt multa, seipos negant, tantò minores in Dei oculis, quàmto majores in suis. Magnus & tutus ad Deum adscensus est, proprio vilitatis agnitio. Er verissimè dixit Cassiodorus: Descendendo cælum ascen-

B

C

D

IX. PRÆDESTINATIONIS

S I G N V M .

S Y M B O L V M . I X .

HASTIS PER OLEAGINVM SERTVM CON- SYMBO-
IVINCTIS repræsentatur Dilectio inimicorum. Oli- lum IX.
væ ramus, præcis notissimum pacis signum fuerat. Plectio
xilix hinc olivæ hastas hostiliter concurrentes conciliat, & dilectio
in amplexum cogit, uti amor inimicos. Serium inimico-
Christi præceptum est: Ego autem dico vobis, diligite inimicos rum.
vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequen- Math. 5.
tibus & calumniantibus vos, ut sitis filii patris vestri qui in ca- v. 44.
elis est. Opus hoc, inquis, arduum est & difficile. Sed Aug. in En-
quo difficilius, hoc Deo gratius & nobis utilius. Multa chir.
sunt genera elemosynarum, quæ cum facimus, adju- v. 14.
vamus ut nobis dimittantur peccata, sed eâ nihil est
majus, quàm cum ex corde dimittimus peccata iis
qui offenderunt nos. Christus jam in alto pendens, lin-
guam solam à flagris & clavis habuit immunem, &
hanc in ipsa cruce primò omnium solvit, in patrocini-
um eorum qui se manu aut lingua crucifixerunt.
Disertus & potens suismet hostibus advocatus. Et disci-
pulos in hoc habuit hinc in cruce Magister, sed pau-
cissimos. Stephano pro inimicis oranti cælum pandit, velut si ad nobile hoc spectaculum cæles omnes
sint intenti. Idem sanctissimus protomartyr pro se stans, pro inimicis utroque genu flexo precatur, & simul patfactum intuetur cælum, stantemque
Jesum

Ste
ori
lum
dic

17

1

7

9

11

13

15

17

19

21

23

25

27

Stephano
oranti ca-
lum pau-
ditus

Jesum à dextris virtutis Dei. Si liceat quæreretur: Domine quid hoc agis? proutne præmium & triumphus, quam prælium? nondum os Stephani aperitur, & jam cæli januæ referantur? nondum vivere desit hic Levita, & te jam videt? nunquid nemini bene meritorum te suis esse aspectabilem, nisi in supremo tui domicilii recessu? quid ergo est quod Stephano exeat obviam beatitudo, & extra cæli januas procurrat? nondum ex arenâ hinc miles abiit, adhuc in pulvere luctatur, etiamnum orat, & quidem pro suis hostibus. O felix & potens oratio! Sed perpendamus causam sic accelerantis præmii. Tam grata Deo est injuriarum remissio, & seria deprecatio pro inimicis, ut mitissimus Deus omnem hinc majestatem, ponat, amplissimam legis gratiam faciat, nec ad regium solum primùm coronare athletam velit, sed præveniat, jubeatque pulcherrimam beatitudinem ad ipsas palatii valvas, imò extra domus limina prodire, ut felicissimus hic pugil, qui hostes infensissimos ac ipsos interfectores suos amavit, proque eis & lacrymans & moriens supplicavit, præter legem honorificentissimè ad triumphos evocetur. Et hoc est æterni regis privilegium, iis qui injuriarum volunt esse immemores, concessum. Adco non malè pati, sed malè facere, est malum perpeti. Mitissimus David, qui cum urfis & leonibus pugnabat, & vincebat; ille sic strenuus & nullo timore perterritus, cum hostem capitalissimum Saulem sub hastæ cuspe non semel teneret, parcere tamen maluit quam occidere, illudque veluti armorum suorum insigne cantabat: *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis.* Fortissimus Paulus qui armorum cuneos, qui mortem, qui inferos ipsos in certamen vocabat, in inimicos adeò clemens erat & benignus, ut diceret: *Maledicimur & benedicimur: persecutionem patimur & sustinemus: blasphemamur & obsecramus.*

§. I.

Nobilissimum & generosissimum vindictæ genus est, ignoscere cum possis ulcisci: & longè gloriosius est tacendo vincere inimicum, quam respondendo: *Honor est homini qui se separat à contentionibus.* Ambrosius: *Vindicare se, inquit, non est actus fortitudinis, sed abjectionis, & timiditatis: Vincitur ab inimico, non vincit, qui se vindicat. Nec aliter sentit philosophorum princeps: Sicut debilis est stomachi, ait, cibum duriores non posse concoquere; ita hominis pusillanimitas est, verbum durissimum non posse sustinere.* Nemo luculentis probat se Christianum esse, quam qui amat inimicum. Virtuti exercendæ aut sincerissimo amico est opus, aut asperissimo inimico, cui nemo unquam sic nocuit, ut non magis sibi ipsi. Chrysostronus: *Vindicta, inquit, in corde posita, nocentior est viperâ.* Neque enim minus malum est, referre injuriam quam inferre. Inimicum feris? te ipsum letaliter jam læsisti. Et hoc est prunas è foco rapere, sed omnium primò sibi manus amburere, dein alios iis perfundere. Sic semper prima pars malorum in auctorem suum vertitur; interdum etiam novissima, cum sæpe interim sit illæsus, in quem perniciès parabatur. Quisquis alium odit, primum animæ suæ vulnus infligit. *Qui non diligit, manet in morte.* At durum est, quidquid dicant alii, durum est, inimicum amare: Sed erit longè durius inter innumeros inimicos apud inferos ardere. Difficile cum diligere quem vix odio dignum censeas: sed difficultus erit audire ab iride clamantem: *Abite maledicti in ignem æternum.* Nimis arduum est, illæsum eum sinere qui toties læsit: Montem non scandet, qui vitat ardua: cælum fugit, quisquis inimicum odit. Peregrinabundi huc illuc sæpe currimus, subinde deteriores redimus; templorum aras cerâ cumulamur, nos interim saxea pectora gerimus; imperando Jubilæo satagimus,

Tom. I.

A nec tamen vindictam urgere desinimus. O mi Christiane, Jubilæum Deus in arduum tuarum vestibulo tibi statuit, tuum facis vel verbulo. Dic: *Ignosco, & non xarum omnium veniam impetraſti; Dimitte & dimitteretur tibi, nam si tradideris corpus tuum ita ut ardeat, charitatem autem non habueris, etiam erga inimicos, nihil tibi prodest. Dives cenſetur, qui multos numerat debitores: inimici in te injurii multa tibi debent, ideo ab illis ditesces si velis. Subduc modò ratiunculam, quantum tibi sit æris tui, quantumque alieni: dives es, si non reddis iis quibus debes. Quor nomina apud Deum contraxisti? & jam negligentia tuâ factus es non solvendo. Quin tu ergo Deum ad debitores tuos remittis, & tua nomina, quæ nunquam posses, per illos expungis? Dimitte & dimitteretur tibi. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata solventur.* Ingentia tibi debita condonat Deus, si tu aliis parva. Notum illud Hieronymi: *O formidolosa sententia! Si parva fratribus non dimittimus, magna nobis à Deo non dimittuntur.* Veniam quam quis habet inimico, hanc à Deo speret.

§. II.

Ergo saltem tui miserere, ô homo, & ne teipsum oderis, ama inimicum. Ultionis non longa est delectatio, misericordiæ sempiterna. *Noli, obsecro, vinci à malo, sed vince in bono malum. Si esurierit inimicus tuus, dâ illi: si sitierit, dâ ei aquam bibere, prunas enim congregabis super caput ejus, & Dominus reddet tibi.* Vince in bono malum. De hac victoriâ Chrysostronus: *In Olympiis, ait, certaminibus Diabolo consecratis lex est, malefaciendo vincere: in stadio Christi, omnino lex est contraria; hinc enim non eum qui percutit, sed qui percutitur, coronari doctum est.* Si mansuetudinem exhiberemus, effensus omnibus insuperabiles, nec ulla ad nos injuria perveniret. Ergo, ne dicas: reddam malum. *Expecta Dominum & liberabit te. Nec dicas, quomodo fecit mihi, sic faciam ei.* Et cur damno tuo nocere cupis alteri? O canis, quid lapidem mordes? cum manu age quæ misit lapidem. O bubo, ô cæce, quid furis in adversarium? *dimitte eum ut maledicat: Dominus enim præcepit ei ut malediceret tibi.* Ad mortem damnatus carnis non indignatur, sed judici. Et cur, miselle homo, carnificem tu tuum invadis? judicem attende. Deus est, qui talem in te antagonistam immisit, sed bono tuo, plectendis delictis tuis. Jobo Diabolus nec unam quidem oviculam admiserit, nisi Deus id permisisset. *Dominus dedit, & Dominus etiam abstulit, non Diabolus. Non haberes potestatem adversum me ullam, nisi tibi datum esset desuper, respondit Pontio Christus. Idem profus inimico tu tuo responde. Plurimis plus inimici profuere quam amicissimi.* Tyrannos tolle, non erunt martyres: non sint inimici, tollentur plurimorum præmia. Non minus Diocletianus Ecclesiam ampliavit inmanitate & gladio, quam Constantinus liberalitate & auro. Evangelicus ille patetfamilias, voluit frumentum & lolium unâ surgere: *Sinite, inquit, utraque crescere, sed usque ad messem.* At nos præproperi & in perniciem nostram festinantis ingenii homines, ut primum noxiam herbulam conspiciamus, mox clamamus: *Carduos ad ignem, ad flammam lolium, inimicos ad Orcum.* Lentius, ô boni, lentius; non sic licet ante messem in agros grassari. Tempore messis dicitur messoribus: *Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum.* Cur ergo vota nostra damnamus ipsi tam malè festinato impetu, quid inimicos ad pœnas rapamus? hoc genus lolii, falcem & ignem non evadet, sed nondum est messis. Christus cum suos orare, ac septemdecim petitionem divino patri offerre docuisset, è septenis his petitionibus non sine causâ solam illam de condonandis

A a 2

Luc. c. 6.
v. 37.
1. Cor. c. 13.
v. 3.

Eccle. c. 2.
v. 2.

Rom. c. 12.
v. 21.
Prov. c. 25.
v. 21.

In c. 12. ad Rom.

Prov. c. 20.
v. 22. &
Prov. c. 24.
v. 29.

2. Reg. c. 16.
v. 10.

Iob c. 1.
v. 21.

Ioan. c. 19.
v. 11.

Math. c. 13.
v. 30.

Math. c. 13.
v. 30.

Ps. 7. v. 5.

1. Cor. c. 4.
v. 12. 13.

Prov. c. 20.
v. 3.
Lib. 1. Offic.
c. 36.

Aristo. lib.
4. Ethic. c. 3.
Christia-
nus est qui
amat ini-
micum.

Rom. 41. in
Act. Apost.

Lactan. de
ira Dei.
1. lo. c. 3.
v. 14.

Math. c. 23.
v. 41.

nandis injuriarum debitis reperit, explicavit, & quid A
 explicatione hac aliud declaravit, quam, quedam
 monstranda esse, quedam etiam inculcanda. Nec enim
 unquam nimis dicitur, quod nunquam satis dis-
 scitur. Et vel inde divinam legem dilaudans David:
Latum, inquit, mandatum tuum nimis. Verè latissimum,
 quod notos ignorosque, tam benefactores quam
 hostes, dignos & indignos, inimicos pertin-
 de atque amicos amari præcipit. *Nemo torque aureâ
 collo assusè, tam certò se vel divitem, vel doctum, aut
 obilem probat, quam certò quis Dei se filium esse demon-
 strat, qui inimicos amat.* Sed quis ita semper apud se est,
 cum ira fluctus insurgunt, qui non pessimis excera-
 tionibus inimicum liberè ore devoveat? At
 Christiani est, imperare iræ & motos ejuscemodi fluctus
 componere. Pulchrè Augustinus: *Audisti, ait, con-
 vitium? veniens est. Iratus es? fluctus est. Vento igitur flante,
 fluctu surgente periclitatur navis, periclitatur cor tuum. Au-
 ditu cognovito vindicari vis, & ecce vindicando te, fecisti nau-
 fragium, & quare hoc? quia dormit in te Christus, oblitus
 es Christum. Nimirum excidit tibi, Christum, càm cruci-
 figeretur, inimicis suis non crucem, sed veniam à patre la-
 crymis exorasse. En ergo Christus in te dormit, qui pro suis
 hostibus, non vigilare tantum, sed & mori te docuit. Excita
 ergo in te Christum, & dic tibi ipse: Et qui sum
 ego ut ulcisci me velim? forsan prius ego mortem,
 quam inimicus ultionem meam sentiet. Hinc verò mi-
 grantem animam repellat à se Christus, qui mansue-
 tudinem docuit non furorem; submissionis præceptor,
 non ultionis; charitatis atque veniæ magister, non
 odiorum & vindictæ.*

§. III.

Sed sine oculis, sine auribus est ultio, surda & cæ-
 ca fertur, quò eam rapit impetus, ut jure præcisus
 pœta indignetur:

*Verum ita sunt isti nostri divites
 Si quid bene facias, levior pluma est gratia:
 Si quid peccatum est, plumbeas iras gerunt.*

Nempe plumbeo plerique sunt obrusosque & jacente
 animo, qui rebus omnibus, præterquam injuriis in-
 dormiunt. Qualibet offensionis aurâ, gratiam avo-
 late jubent & evanescere, contumeliam grandi odio,
 velut appenso plumbo in pectus altissimè demittunt.
 Date veniam, Christiani, ab ipsis idololatriis supera-
 mur: eorum & testimonia & exempla nos lapidant,
 ut supremo mundi die nulla nobis futura sit excu-
 satio. Sanè Pompejo Magno non magis laudi datum
 lego, quod tribus amplissimis triumphis tres orbis
 terrarum partes complexus sit, quam quòd esset, ut
 Paterculus scribit, amicitiarum tenax, in offensis exo-
 rabilis, in accipiendâ satisfactione facillimus. Augu-
 stus Imperator Cinnam necem sibi machinantem vi-
 tã donans: O Cinna, inquit, iterum tibi vitam do,
 prius hosti; nunc insidiatori ac parricidæ, eique con-
 sultatum obtulit. Vis exitum? Cinnam habuit perpetu-
 um amicitissimum, & solus illi hæres fuit. Phocion in-
 nocentissimus, & Imperator, jam capite damnatus,
 cum lictor ei vènenatum calicem porrexisset, roga-
 tus à cognatis, quidnam ad filium manderet? Man-
 do, inquit, ut obliviscatur hujus poculi, quod ab Athe-
 nienibus propinatum nunc epoto. Julius Cæsar ni-
 hil unquam præter injurias oblitus dicitur. At quis
 nostrum hinc videri aut esse vult obliuiscus? quam fir-
 màm plerique omnes memoriã sumus, cum injuriarum
 res agitur? Beneficia pulveri, silici verò injurias in-
 scibimus, manet altã mente repostum. Nemo cedit,
 nec Deo quidem imperante. Jam olim Deus vindic-
 tam omnem prohibuit, & leverè prorsus edixit: *Mea
 est ultio, & ego retribuam in tempore.* Nihilominus quo-

tusquisque est, qui non impiè reclamet? *Mea, Domi-
 ne, est ultio, & ego retribuam.* Opponit iterum Deus:
Mibi vindictam: ego retribuam. Obluctatur iterum ho-
 mo: *Mibi vindictam, Domine, ego retribuam: tu nimis es Rom. c.12.
 exorari facilis, sera nimis tua est ultio.* Sic improbitissimo
 & plusquam temerario ausu, Dei munus invadimus;
 gladium in inimicos nostros ab ipso stringendum fla-
 gitiosè præcipimus; pars læsa cum sumus, judicis severi-
 tatem induimus.

§. IV.

Narrat Rufinus Aquilejensis (& complures alii Rufin. l.3.
 Græcorum interpretes): Ad Sisojum, inquit, inquit,
 religiosissimum senem, injuriam quidam passus se con-
 tulit, & contumelia genus, ore, ut sit, tragicò ex-
 ponens: Obsecro, inquit, permitte mihi Pater, ut
 homo sim, & me vindicem. At senex multis apud
 eum precibus instittit, ne sic homo esse vellet, ut dia-
 bolus fieret. Nimirum Deo id curâ futurum, Deo vin-
 dictam omnem permitteret; sat fortem esse huic ul-
 toram; injuriarum reum divinas manus non evasurum.
 At ille: Mihi certum est, inquit, hoc ei non con-
 donare, nec desistam dum par pari reddidero. Cui
 senex: Quæso te, inquit, homo sis, sed Christianus,
 & quid ratio dicet, non quid impetus velit, atren-
 de. Et verò ratio, inquit iste, hoc suadet, ut ei non
 parcatur, qui nec ipse pepercit aliis. Contra Sisojus:
 Sed hoc tuum non est, inquit, aut velle, aut facere.
 Jus gladii in hac causâ penes solum Deum est. *Deus ul-
 tionum Dominus, Deus ultionum liberè egit.* Nobis hæc
 agendi libertas negata est. Et nosti, credo, quid Chris-
 tus non consilii sed præcepti dederit: inimicis non
 tantum veniam, sed & preces, amore, beneficia
 deberi. Pater, inquit iste, animus meus commotum
 mare est, nec quieturum dum me vindicaro. Quan-
 doquidem ergo, inquit Sisojus, obfirmasti animum,
 saltem non præcipita; obsecro prius oremus. Ambo
 simul submiserunt genua, & vocem prævit senex, in
 hæc verba: Deus, tuum nobis auxilium jam non est
 necessarium nec ut pro nobis sollicitus sis, rogamus:
 nos ipsi omnia curabimus; nostra est ultio, & nos
 retribuemus, jamque in eo sumus ut inimicos no-
 stros ponamus scabellum pedum nostrorum. Adeo v.1.
 perculerunt hominis animum hæc verba, ut mox to-
 to corpore ad senis genua provolutus, humentibus
 oculis promiserit, illatam injuriam nec verbulo à se
 vindicandam. Hoc Justitiam justorum præceptum est;
 hæc germana filiorum Dei nota, non gravatè dare
 veniam offendentì, insuper etiam offensam benefi-
 cio redimere. *Videte, inquit Paulus, ne quis malum pro
 malo alicui reddat, sed semper quod bonum est sectamini
 in invicem & in omnes: nulli malum pro malo redder-
 tes.* Hæc Paulus; sed hæc Christus apertius etiam lon-
 gèque severius injungit; *Vobis, inquit, dico qui audis-
 tis: diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos:
 benedicite maledicentibus vobis. Et prout vultis, ut faciant
 vobis homines, & vos facite illis similiter. Et si diligitis eos
 qui vos diligunt, quæ vobis est gratia? nam & peccatores
 diligentes se diligunt. Et si benefeceritis his qui vobis benefa-
 ciunt, quæ vobis est gratia? siquidem & peccatores hoc fa-
 ciunt: Veruntamen diligite inimicos vestros & erit merces
 vestra multa, & eritis filii Altissimi, quia ipse benignus est
 super ingratos & malos.* Hæc quidem justè imperas &
 liberaliter promittis, sed, è bone Domine, quam
 multi sunt qui te non audiunt, nec lex tua apud il-
 los tanti est, ut sinem ponant odiis; fatentur nul-
 se in istam ignoscendi facilitatem effeminari; nil si-
 bi fore jucundius quam præsentì & pari monetâ fa-
 ctam injuriam perfolvere: arque si oprio illis, quæ
 Salomoni, fieret postulandi quod vellent, non sa-
 pientiam

Psal. 118. v. 96.

Chryf. hom. 2. in epist. ad Ph.

Serm. 3. in serm. 17. hom.

Plant. in Pœn. Act. 3. scen. ult.

Lib. 1. hist.

Vindicta Deo relin- quenda: Deut. c. 32. v. 35.

Lib. 10.

Inf. 10.

Bar. 2. 11. Cl. 12.

Eri. 7. 5.

Cl. 12. qui.

Mat. 7. 31.

Alit. v. 6c.

Luc. c. 6. v. 34.

Le. 12. v. 28.

Eccl. 3. Mat. 18.

pietiam peterent, sed vindictam. Horum nemo non clamaret: Da mihi Domine inimicorum meorum animas; cetera relinquam tibi. Hic germanus vindictæ spiritus est, Dei legem non curare, Dei minas parvi ducere, injuriam non tantum non perferre sed reddere, totam bilem ad unum verbulum evomere, furentis ex dolore animi impulsus sequi, voris omnibus inimicum perdere. *Hæc ulciscendi libido*, inquit Tertullianus, *negotium curat, aut gloria aut malitia; sed gloria ubique vana est, & malitia Domino odiosa, hoc quidem loco maxime, quia malum duplicat quod semel factum est.* Quid enim refert inter provocantem & provocatum, nisi quod ille prior in maleficio deprehenditur, iste posterior, uterque læsi Domini reus est. Dominus monet: Verberanti te in faciem, etiam alteram genam obverte. Fatigerur aliena improbitas patientiâ tuâ: plus improbum illum cædis sustinendo; ab eo enim vapulabit cujus gratiâ sustines. Et quem honorem litabimus Domino, si nobis arbitrium defensionis arrogaverimus? Sequester patientiæ est Deus, si injuniam deposueris penes eum, ultor est: si damnum, restitutor est: si dolorem, medicus est: si mortem, resuscitator est.

§. V.

Sed objicias: Semper ego auditor tantum, nunquamne reponam, vexatus toties? Ita, mi Christiane, tu nunquam repones, etsi centies, etsi millies vexatus. Si vis esse Dei filius, tuo patri hanc causam committe: tu sile & patere. *Nocentes peribunt qui te vexaverunt, & qui gratulati sunt in tuâ ruinâ puniuntur. Qui injuriam fecit, recipiet id quod iniquè gessit.* Sed inquis; Injuriam condono, non oblittero, non obliviscor. Itane hæc tua liberalitas est: nec tu aliam apud Deum quære. *Hommo homini, inquit Ecclesiasticus, reservat iram, & à Deo quarit medelam: in hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur. Ipse, dum caro sit, reservat iram, & propitiationem petit à Deo? quis exorabit pro delictis illius? Clementia vanissimus fucus est, nolle ulcisci, nec tamen oblivisci velle: si quid donas, ex integro dona, aut caelum despera. Nosti, quid minetur Christus: Sic & pater meus caelestis faciet vobis, si non miseritis unusquisque fratri suo DE CORDIBVS VESTRIS.* Sed dicas: Ego quidem non difficilis forem ignoscendo: at publicum mihi munus commissum est, impunè nemo injuriam mihi fecerit, honorem meum eo defensum. Obsecro, Christiani, non arguemur in tam serio salutis negotio: auferte hæc picta vocularum ludibria. Munus publicum gerebat & Stephanus, nullo tamen lapidem in hostes regerebar, neque honorem suum ita defendebat, quin sincerissimo pectore clamaret: *Domine Iesu ne statuas illis hoc peccatum.* *Jesvs crucifixus, non quâ hominis tantum, sed quâ Dei filius, supplices lacrymas pro hostibus ad patrem mittebat: Pater dimitte illis.* Tantæ majestatis non est ullus mortalium, ut turpe sibi putet, injurias præsertim proprias ex toto ignoscere. *Non quæras ultionem, nec memor eris injuria civium tuorum.* Sed nulla, inquis, offensionis causa illi nebuloni à me data est. Si causam dedisses, injuria non esset quam tolerares; parilis utrimque foret læsio. Quid de causâ disputas? quid Joseph fratribus nocuit, cum somnium suum narravit? & tamen injuriam omnem jam Ægypti prorex generoso silentio concoxit. Sed non est, inquis, levicula injuria quæ illata mihi est. Quid jam injuriæ gravitatem exaggeras? nec præmium erit eximium, si dimissa offensio sit levis. Virtute nunquam magnus eris, nisi magnis injuriis exercearis. Hieronymum audi: *Deus faber est: inimici lima sunt & mallei, quibus nos ille expurgat sanctèque sculpsit.* Sed nunquid cum Paulo jam lapidatus, aut cum Christo flagellatus, & in Cracem

Tom. I.

sublatus es? Sed nobilis sum ego, vilis ille homuncio est; & terræ filius. O testa Samia! de eodem luto es, de quo tuus inimicus, aut paullulum meliore. Si vindictæ libido te vincit, non nobilitum es filius, sed peccati servus. Ergo potius *memento novissimorum & desine inimicari.* Etsi non vindicem, inquis, ut tamen vindicare me nolim, eam mihi vim facere non possum. Portes, modò velis, sed quamdiu odiis alimentum in animo ministras, quidquid cogitas, merum est absinthium: urticas, tribulos, sentes geris in pectore, quibus cruenta conscientia miserimè uritur. Ardeo, inquis, vindictâ. Nisi mature hunc ignem sopias & extinguas, cæli januam tibi jam oberasti, & magnis passibus ad ignes stygios tendis, ubi æternum ardeas. Porta cæli injuriarum perpetratio est, at qui vindicari *Eccli. 6. 28. vult, à Domino inveniet vindictam, & peccata illius servans v. 1. servabit.* At nulla, inquis, quies mihi est, non somnus, non cibus, aut potus sapiunt, dum Mardocheum sedentem video & intactum, dum inimicum talia in me molientem cerno & indemnem. Pulchre, mi homo, in caput tuum deciperis. Narrat Ezechiel de quibusdam militibus qui posuerunt gladios suos sub capitibus suis, & descenderunt ad infernum cum armis suis. En novum cervicalis genus, gladium! tali cervicali somnum suum fulciunt omnes vindictæ cupidi, qui nullam sibi quietem nisi à convitiis, à manu, à gladio petunt. Sic primus diaboli discipulus (ita Cainum vocat Basilius) in fratrem jugularice manu ibat, ut extinctâ fratris gloriâ suam sibi stabiliret. Contrarium evenit. Esau, Saul, Antiochus divinum misericordiam non sine lacrymis implorant, non auditi. Esau non invenit locum pœnitentiæ, quamvis cum lacrymis inquisisset eam. Ita Saul, ita & Antiochus, ab atâ misericordiæ, ad quam confugerant, rejecti, & jure: nec ipsi parcere volebant iis quos inimicos sibi statuerant. *Judicium sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam.* Rex David scædo lapsu peccatum duplicavit, & libidinem sanguine miscuit, quamprimum tamen pœnitentiæ signum edidit, & vix geminas vuculas, *Peccavi Domino, pronuntiavit, mox à Nathane audiit: Dominus peccatum tuum transiit.* Quoties Antiochus peccasse se fassus, non sine grandi ejulatu clementiam Numinis imploravit, templo donaria vovit, emendatissimos mores in reliquam vitam promisit. Sed repulsam tulit. Nec mirum: longè aliter Hebræus ille rex, & aliter Assyrius tyrannus iste, in adversarios se gessit. David nullo regum inferior bellando & vincendo; omnibus tamen longè superior parcendo, ut qui nihil minus sibi voluerit licere, quàm ulcisci; benignior vel in hostes suos, quàm in suos cives Antiochus, qui non nisi gladios, ignes, sanguinem, ultionem, cædes spirabat.

§. VI.

AGrotos medici non deserunt, donec videant prostratas vires ad rumbam fatiscere. Est tamen morbi genus, cujus primo intuitu medicus dicat: Sepulchrum aperite; hic homo moritur. Ita prorsus, licet nullius improbi hominis desperanda sit salus, dum exhalarit, in hoc tamen ægritudinis genere, cum putrida viscera felle natant, cum animus odiis & vindictæ cupidine laborat, apertè Joannes Apostolus pronuntiat: *Sepulchrum aperite huic misero; est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget quis; raro respiciunt qui semel obstinarunt animum in vindictam. Non est sensus ubi est amaritudo.* Sed etsi clament omnes sapientes, mimentur omnes prophetæ, hortentur omnes angeli, ut sepulta injuriarum memoria, in mutuos amplexus ruamus, adhuc tamen audacissimè conciliationem omnem averfamur, adhuc rationem postulamus. Sapientium denique omnium sapientissimus homo, prophetarum

A a 3

Lib. de patient. c. 8. 9. 10. 11.

Improbitas aliena sustinetur patientiâ.

Barn. c. 4. v. 11. Cab. c. 3. v. 25.

Eccli. c. 28. v. 3. 4. 5.

Clementia fucus quis.

Mat. c. 18. v. 35.

Act. c. 7. v. 60.

Luc. c. 23. v. 34.

Levit. c. 19. v. 28.

Hier. in c. 5. Mat. c. 5.

Qui se vindicat servus est peccati. Eccli. c. 28. v. 6.

Eccli. c. 28. v. 1.

Cap. 32.

Hebr. c. 12. v. 17.

Iacob. c. 2. v. 13.

2. Reg. c. 13. v. 12.

Cur Antiochus non fuit exauditus, David autem fuit.

1. Joan. c. 5. v. 16.

Eccli. c. 21. v. 15.

phetarum doctor, rex angelorum, auctoritate maxima, potestate summâ venit, non ut suadeat hanc unionem, sed ut præcipiat; non ut consiliium offerat, sed ut legem figat, & adhuc impudentissimè refragamur. Audite Christum regem præcipientem, audite reluctantes subditos: Stat Christus & patris nomine imperat: *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros.* Stant rebelles subditi & clamant: O Christe, frustra hæc dicis, frustra imperas. *Vobis dico, vobis Christianis.* Nos ab Ethnicis in hoc stamus; non auditis Christe. *Diligite inimicos vestros.* Vix ullus est qui obtemperet. *Ego autem dico vobis, non resistere malo.* Ignavi dicemur & imbelles. *Orate pro persequentibus & calumniantibus vos.* Rara est hæc oratio & nimis frigida. *Ut sitis filii Patris vestri qui in caelis est.* Nimis carè venalis est hic titulus. *Benefacite his qui oderunt vos.* Contra naturam, Domine, imperas; manda faciliora. *Dimitte & dimittetur vobis.* Non possumus, ut scias Christe, non possumus, hoc est nolumus iram cohibere, dentes restringere, manum continere: & quis cogitationibus imperet? *Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester caelestis delicta vestra.* Parati sumus perire, modò simul pereat inimicus.

§. VII.

Qui inimico non remittunt ad inferos properant.

O Christiani, adeone calum odistis, ut sic velis remittite ad inferos properetis? Ubi vestrum illud, *Dimittite nobis debita vestra sicut & vos dimittimus?* aut ergo inimici vobis vestri amandi sunt, aut toties vobis ipsi laqueum iniicitis, quoties hoc à Deo postulatis: Sicut nos alii dimittimus, ita tu nobis, ô Deus, dimitte. Sed nos nihil condonamus, omnia vindicatum, omnia imus punitum, odio implacabili. Ergo & tu in nobis nil impunitum relinque. Impiorum est hoc ingenium non prædestinatorum: nam hi tam graviter lædi non possunt quin clament: Pater dimitte illis, Ne statuas illis hoc peccatum; Ego omnia condono, omnia remitto, nihil ulturus. Hæc voces prædestinatorum sunt. Sed priusquam finiam, obsecro vos omnes, qui hæc legitis, nec tamen inimicos diligitis, creditisne hæc vera esse? vera, dicetis, nisi Veritas mentiri & Christus decipere poterit. Si ergo vera sint ista, uti sunt verissima: quæ tandem impia hæc est contumacia, quæ hæc tam obstinata divinæ legis irrisio, quis iste tam protervus jubenis Dei contemptus? Clamat Christus & præcipit: Ignoscite, dimitte, diligite, non amicos tantum, sed & quoscunque inimicos. Adhuc vestra stat perveracia, adhuc inimicos odistis? nondum ignoscitis, nondum malevolos obrectatores amatis? nec tantum apud vos Christus? nec tanti est Deus? nec tanti caelum est, & æterna salus? & necdum extorqueri à vobis potest vel unicum, sed serium & ex pectore promptum verbulum? Ignosco, dimitto; condonet Deus, quidquid in me à quocunque peccatum est. Adhuc, saxa statis sine sensu, sine voce, sine motu ullo ad veniam? adhuc ferreus vester animus spirat vindictam? adhuc clamatis: Inimico mala crux, inimico mala omnia? adhuc vociferamini: Inimicis ultio, inimicis mors, inimicis omnes dira? Ergo adhuc in inimicum durant odia? ergo necdum imperantem Christum auditis? Ite jam, ite vos tales Christiani, quæcunque libet viâ, non errabitis: securè & certè, ad illud quò tenditis, diaboli regnum perventuri. Ite compressis oculis; ad inferos jam quævis semita vos ducent: ad hunc viæ terminum non certius itur quàm errando. Et certissimum est effectum istud: Non potest amare Deum, qui non cessat odisse inimicum.

X. PRÆDESTINATIONIS

SIGNVM.

SIMBOLVM X.

FLAGELLO ET VIRGIS monstratur *Detestatio præteritorum peccatorum.* Facinus abominabile judicatum X. esse Augustinus, præteritorum peccatorum meminisse, & inde gloriari ac gaudere, cum de illis magnopere dolendum sit, & contrâ nitendum; nam, ut idem Augustinus verè affirmat: *Qui peccata sua tundit, nec corrigit, peccata solidat, non tollit.* Lugens David de se pronunciat: *Peccatum meum contra me est semper: ideo benedixit Deum tam efflictum rogat: Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innova in visceribus meis.* Beati qui sic lugent & odio tam generoso peccata detestantur, hoc ipsum dolentes quod non satis dolcant; ex hoc ipso tristes, quod minus quàm par sit tristentur. Et hæc quæ secundum Deum tristitia est, penitentiam in se stabilem operatur. In stabilem salutem, inquit Apostolus, quod attentissimè considerandum. Multi salutem per penitentiam recuperant, sed heu non stabilem salutem. Ideo Christus disertissimè monet: *Nisi penitentiam habueritis, omnes similiter peribitis:* præcipit, non agendam tantum, sed habendam esse penitentiam, eamque retinendam. Nec enim ut itati temporis mutuum, quærenda est penitentia, non transvolare permittenda, sed certo perseverandi proposito firmanda. Ita D. Thomas Aquinas: *Vera, inquit, & seria penitentia, non tantum à peccatis præteritis expiat, sed etiam præservat à futuris.* qui non habet propositum firmissimum non amplius in priores noxas relabendi.

§. I.

CHRISTUS paralytico, quem sanarat, præcepit lectulum ut tolleret: Et mox sustulit grabatam suam, & ambulabat. Occasiones peccati cavendæ, tollendæ, removendæ sunt, & sic ad honesti rectique metam currendum. Evangelicus prodigus extremâ fame tabescens? *Surgam, inquit, & ibo ad patrem meum.* Nec tantum dixit iturum se, sed ivit. *Et surgens venit ad patrem suum.* Hic plerique omnes & manuum & pedum usum nostrâ culpâ amittimus. Linguâ valeamus, non opere: ore strenui, languidi manu. Arcum intendimus, nec tamen sagittam emittimus: proponimus facturos, non facimus. Post commissas noxas gemimus; sed ne committamus, oscitanter cavemus. Nimirum vulnus obductum cupimus, & sanguinem non sistimus; peccatis medelam admovemus, & affectum ad ea, non tollimus. Differendo & procrastinando senescimus. Ita dum proponimus & promittimus, abit vita, & inter meram & pigram velle, tota evanescit. Sic demum in longis nos propositis mors deprehendit, ridetque tot annis voluisse facere, fecisse nunquam. Augustinus olim talis, sed non diu talis, maturè fecit idque ante senium, quod vidit sibi esse faciendum. *Dicebam, inquit, apud me intrus: ecce modò fiat, modò fiat. Et cum verbo jam ibam in placitum, jam penè faciebam & non faciebam, nec tamen relabebam in pristina, sed de proximo stabam & respirabam. Retinebant me muga mugarum & vanitates vanitatum, antiqua amica meæ, & succubabant vestem meam carnem & submurabant: Dimittisne nos? Dimisit certè & excussit jugum: vitam priorem omnem sic detestatus est, ut aliam viveret.*

§. II.

NOs sæpe quidem meliorem vitam incipimus, sed hoc tantum; nec telam hanc perteximus, in capris

Pa
tia
est
lis.

lib. 6.
v. 7.
Hier. c.
v. 7.
v. 7.
v. 7.
v. 7.
v. 7.
v. 7.
v. 7.
v. 7.

ptis non modò non pergitur, sed in antiquam sil-
 vam redimur. Sunt, quis dubitet, multorum pii co-
 natus, sanctæ cogitationes, optima consilia, castissima
 proposita: sed plerique Athenienses sumus, oprimè de-
 cernimus, pessimè exequimur, aut certè in exequendo
 non persistimus. Modos vivendi honestissimos ac pla-
 nè salutare nobis præscribimus, sed cuius mox tædio
 molestiæque cedimus: sancta proponimus & grandia,
 sed ubi rebellem carnem, invitantes socios, allicientem
 Dæmonem sentimus, non inviti manus damus, & ad
 priores vitæ sordes, nos retrahi non prohibebimus, insta-
 bili prorsus & nimium brevi pœnitentiâ. Decrevisi, mi
 optime Christiane, vitam institueræ castiorem, occa-
 siones cavere, oculis in amore ducibus imperare, car-
 nis petulantiam edomare? rectè. Corpisti verecundè lo-
 qui, paginas impuras averfari? pulchè. Proposuisti bi-
 lem substringere, & iræ moderari, omne odium depone-
 nere, invidiam omnem animo pellere? optimè. Institui-
 sti linguam coëcere, silere cum alii verbis detrahunt,
 sustinere cum diceris laceffunt? omnia præclare, & ad
 normam veræ pœnitentiæ. Quantò verò præclarius, in
 hoc vitæ curriculo perseverare? quàm multi se heri con-
 tinuerunt, linguam & libidinem represserunt, iram fre-
 gerunt, seiplos vicerunt, qui se hodie in priore vitæ
 licentiam effundunt, linguæ & libidinis jugum subeunt,
 iræ habenas solvunt, vitis ut ante serviunt. Non est vera,
 quæ non est firma & stabilis pœnitentia: inconstans hæc
 & desultoria mentis levitas est. O quales gladiatores fu-
 mus, qui doctè quidem ventilamus, eruditè preludimus,
 sed cum mucrone pugnatotio utendum, cum in gradu
 standum, & celeres ictus eludendi sunt, ignavi recedi-
 mus, & vulnera in statu evitanda, in abitu accipimus. O
 quales cursores nos, qui primo itinere brachia iactamus,
 pedes incitamus, pœnè jam sudamus: paulò post, ante
 vitæ medium hæremus, deficiamus, succumbimus. Ah!
 quoties præclara conamur, inchoamus cum laude, per-
 gitur aliquamdiu spe bonâ, languemus paulatim, cadim-
 us tandem, jaccemus in fine. Arbor frustra flore suo
 triphat, & fructus promittit, nisi & proferat. Archite-
 ctus fundamenta incassum jacet, si ea non in parietes &
 muros excreverint. Quid navarchum juvat malum eri-
 gere, antennis aptare, vela explicare, applicare remi-
 ges, si litore navim non solvat, aut ad litus quàm pri-
 mum redeat? Ita nos cum architectis fundamenta jaci-
 mus, & nullum surgit ædificium: cum oratoribus crebrò
 exordimur, vix unquâ peroramus: sepe vela damus cum
 nautis, sed ingruente procellâ, ad litus, unde solvimus,
 redimus. Illud nobis in ore continuum: Volo facere, volo
 me emendare; nihil facimus, nunquam seriò emenda-
 mus. Per Sacramenta ritè percepta carceribus quidem
 evolamus, sed medio cursu frangimur, cadimus, jace-
 mus. Et jam nullum amplius extat argumentum pro-
 missi nostri quod fecimus, aut divini epuli quod accep-
 simus. Ita quàm memores injuriarum sumus, tam obli-
 viosi propositorum nostrorum. Prudentissimum ani-
 malium censeretur homo, at sibi stultissimum videri, ajebat
 Polybius. Nam ceteræ animantes ubi semel offen-
 derint, cavent; non vulpes ad laqueum, lupus ad foveam,
 canis ad fustem temerè redibunt: solus homo ab ævo in
 ævum peccat ferè in iisdem incautum, oblivio-
 sum animal.

§. III.

P Et Isaiam queritur Deus: *Non posuisti hæc super cor-
 tuum (ò anima) neque recordata es novissimi tui. Et dixi,
 cum fecisset hæc omnia, ad me revertere, & non est reversa. Pœ-
 nitudo, inquit Bernardus sine correctione non proderit. Unus
 ædificans & unus destruens, quid prodest eis nisi labor?
 qui enim baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, nihil pro-
 ficat lavatio ejus. Vere pœnitentiæ comes est correctio, ut
 jam coëctas gulam, jugules luxuriam, superbiam de-*

A primas, & facias fervire corpus sanctitati, quod iniqui-
 rari ante servierat. Hæc nos omnia facturos pollicemur:
 vix dies abit, sæpe nec hora, & jam pollicitorum oblitii,
 redimus ad ingenium, & quod Isaias deplorat, è salubri
 luctu malè hilarescimus: *Venite sumamus vinum & implea-
 mur ebrietate, & erit, sicut hodie, sic & cras, & multò amplius.*
 Simillimi sumus cum Pharaone ingenii: *Videns autem*
Pharao quod cessasset pluvia & grando, & tonitrua, auxit pec-
catum. Ita nos post impetratam veniam, sæpissime au-
 gemus culpam. Quoties mane ovicule sumus, leones
 vesperi, & sub humanâ fronte tigrides! quoties mane
 angeli, vesperi vix homines esse deprehendimur: ita
 larvam aliam fumimus, & illa vobis sæpe familiarior est,
 quæ turpior: ita è vasis gloriæ in vasa contumeliæ mu-
 tatur, heu crebrâ nimium vicissitudine. *Sicut autem*
egrotantes, inquit Chrysothomus, nisi semper ordinatè vi-
xerint, nulla ipsis disciplina per tres aut quatuor dies servata
utilitas: sic & peccantes, nisi semper sobrii sint, nihil proderit ipsis
duorum vel trium dierum correctio. Pulli gallinæ jam plu-
 mantes, sæpe per domesticum atrium musculas & ver-
 miculos, pabuli sui delicias venantur, interim eos subli-
 mis per aërem milvus curiosè numerat. Atque cum jam
 volans ille fur, cunctabundo motu, eodem pœnè loco
 pendulus circumtuetur, & quærit quorsum in prædam
 superne sese ruat fulminis vice, de cælo improvisus ad-
 est, & incuriosam ex his avem rostro transfodit, secum-
 que trepidantem sub ungue cibum avehit. At pulli ce-
 teri, metu celeres sub matris alas coëunt, sed non diu
 latent; mox metum omnem oblitii & tegi reculantes, è
 plumatili latibulo securè provolât, torâ areâ in pastum,
 ut prius, effusi. Sed adest iterum alatus prædo, & pul-
 lum alterum subito abripit. Diffugiunt iterum pavidi, &
 notum asylum, maternas alas repetunt. Sed hic mali me-
 tus nunquam est diuturnus, & tandiù lusus iste utrim-
 que luditur, dum pullis area vacuatur. Non impari lusu
 nobiscum mors ludit: hic vicinum nobis, illic cognatum,
 amicum ibi abripit. Ingemiscimus, & quia propinquum
 malum non sine causâ credimus, trepidamus etiam,
 morèque sanctiores promittimus. Sed quamdiu hæc
 ipsa trepidatio, quamdiu hi gemitus? it unus aut alter
 dies, & iterum vermiculos passim sequimur, jamque &
 lacrymarum & gemituum oblitii, ad hilares cachinnos
 & calices; ad lucella justa, ad ejuratas libidines, ad vitio-
 rum nostrorum circulum redimus, & ad pristinam vitæ
 consuetudinem liberè provolamus; tandiù malè secu-
 ri, dum ultimæ nobis fluant lacrymæ, & mortis unguis
 jam nostro hæreat pectore. Tunc velle facere, nimis
 serum; fecisse solum juvat; & quod durum erat pari,
 tunc meminisse dulce est. Sed hæc neque aliis, neque no-
 bis ipsis satis credimus: peccata detestamur quidem ho-
 die, cras eadem, sæpe plura & graviora repetimus. Lu-
 dimus cum bono Deo; vix facta deservimus, mox ite-
 rum descendenda facimus, ita catenam necimus è vitis.
 Quod deslet Isaias, & minatur: *Va qui trahitis iniquita-
 tem in funiculis, & quasi vinculum plausuri, peccatum.* Hic
 mos noster est peccata alia atque alia, aliis atque aliis
 peccatis accumulare, ac plerumque in pejus proficere.
 Et quemadmodum Antiochus Epiphanes bonus puer,
 sed malus juvenis, & vix pessimus fuit: sic iisdem pœnè
 gradibus & nos abimus in profundum. Delictis namque
 per pœnitentiam & exomologesin culpæ, primâ forsan
 hebdomade caleamus, alterâ tepescimus, frigemus ter-
 tiâ. Demum omnis bonus spiritus evanescit, & rursum
 morimur. O lunas, non uno duntaxat mense, nec heb-
 domade unâ, sed uno quandoque die crescentes & de-
 crescentes, opulentas & inopes. Et quot Euripos in an-
 gusto pectore circumgestamus? quoties è bonâ olivâ in
 oleastrum turpiter degeneramus? heu volubilitatem &
 inconstantiam, non fortunæ quæ sensim fit pessima,
 cum esse bona desinit. *Inipius facit opus instabile.*
Infortunata autem semita quasi lux splendens, procedit & cre-
scit v. 18.

Pœnitentia
 debet esse
 stabilis.

Isa. c. 56.
 v. 12.

Exod. c. 9:
 v. 31.

Post im-
 petratam
 veniam
 culpa non
 augenda,

Hom. 3. ad
 v. 31.

quia duo-
 rum aut
 trium die-
 rum corre-
 ctio non
 proderit,

si ad vitio-
 rum no-
 strorum
 circulum
 redimus.

Cap. 5. v. 18.

Prov. c. 11.
 v. 18.

Prov. c. 4.
 v. 18.

Prædestinati Dei semel offensis nunquam obliviscuntur.

fit usque ad perfectam diem, peccata prædestinati sic detestantur, ut ea penitus averterentur; non tutum arbitrantur, hunc cum Deo lesum reciprocate, ut peccata commissa desceant hodie, cras iterum desenda committant. Dei semel offensis nunquam obliviscuntur, nec sine gemitu recordantur condonatae offensæ. Hinc amplissimam à Deo gratiam ineunt. Offensum se Deus obliviscitur, si nos offensus cum dolore recordemur.

A voluntates meas. Ideo & ipse Dei filius omnem suam ad patris voluntatem composuit: Descendi de celo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me. Ab hac bonæ rectæque voluntatis normâ nimis remotus est, qui non tantum non ad nutum, sed nec ad imperium obedit. Sapiens timet & declinat à malo, stultus transiit & confidit. Hoc est comedere, ac tergere os suum, & dicere, non sum operatus malum. Qui hujus animi est, oppignerat animam diabolo, & ridet; calum perdit, nec damnum sentit, tanquam inter omnia damna levissimum.

XI. PRÆDESTINATIONIS

SIGNVM.

§. II.

SYMBOLVM. XI.

Symbolum XI. Voluntatis in bonum propensio. Psal. 118. v. 106. 1. Jo. 3. v. 21. Quod sit signum reprobationis.

ANCHORA, est voluntatis in bonum propensio, quæ sese tunc demum exercit, cum quis firmissime stetit, nullum unquam gravius peccatum committere, est bonorum omnium ipsiusque vitæ faciendæ sit jaçtura. *Iuravi & statui custodire iudicium iustitiæ tuæ. Quod si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habebimus ad Deum.* Ludovicus Granatenfis: Reprobationis, inquit, signum mihi certum videtur, facilitas leraliter peccandi sine doloris sensu. Nimis est malus, qui quod bonum est nec serid quidem vult velle: magna pars bonitatis est velle bonum fieri. Cælo prædestinati, ut nil unquam mali velint, id volunt unice, quod vult Deus. Omni horâ & momento clamant cum Paulo: Domine quid me vis facere? Non est quidquam quod pro te pati recusem: nihil mihi nimis acerbum aut arduum, nihil difficile nimis erit aut inexpugnabile: omnia superabo tolerando; pervincam & expugnabo omnia Deo meo duce & adiutore. Et quidquid viribus non potero, id ardentissimis desiderii consequar: quodcumque me pedes non rulerint, eod cogitationum alæ perducent: & uti solares herbæ ad suum solem, sic ego semper ad tuam, Domine, voluntatem me vertram. *In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei, in medio memoriæ, intellectus, & voluntatis meæ illam reposui.* Bernardus ad hoc divinæ voluntati præstandum obsequium promptissimus: *Pauperculus ego, inquit, non habeo nisi unum minutum, voluntatem meam: & non dabo illam ad voluntatem illius, qui toto se totum me comparavit.* Equum omnino est, ut voluntas divina regula sit humanæ voluntatis & anchora. Epictetus: *Constitui, inquit, & conformavi voluntatem meam divinæ. Vult me fabricitare? Ego volo. Aliquid aggreditur volo. Potiri? volo: non potiri? nolo. Mori? volo. Quis jam igitur prohibere me aut cogere præter voluntatem potest, non magis quam ipsum Deum?* Turpe hæc olim à præcis in cæcâ nocte versantibus visa, à Christianis ad clarissimum solem cæcurentibus non videri. *Fiat voluntas tua; tua, ô mi Deus, tua voluntas fiat, sicut in celo & in terra. Quare accingimini & estote filii potentes, ut pugnetis adversus nationes (insultus vitorum) sicut autem fuerit voluntas in celo, sic fiat.*

Act. 9. v. 7.

Psal. 39. v. 7. 8.

Serm de qua. deb.

Diff. 3. c. 26.

1. Machab. 3. v. 58. & 60.

Loc. cit. v. 60.

Act. 13. v. 22.

§. I.

Horologia urbana, primarium unum sequuntur omnia; cur non & omnium hominum voluntates, velut minuta horologiola, ad illud cæleste magnum, ad unicam divinam voluntatem dirigantur? Sicut fuerit voluntas in celo, sic fiat. Dici non potest quàm hoc Deo sit gratum. Gratulatus ipse sibi Deus velut de re maximâ: *Inveni, inquit, David filium Jesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.* Ergo diu quæsit Deus, quæritque ejus animi & voluntatis hominem quid solùm, in omnibus, semperque aut nolit aut velit quod ipse. Hoc tali repto homine, gaudium non dissimulat benignissimus pater: *Inveni qui faciet omnes*

AT contra, cælo destinati sic animum in bono stabiliant, ut omnem mali speciem, & vel umbram peccati perhorrescant: non sinit id sibi placere quod Deo displicet; in id solùm totâ mente pronissimè, quod, est displiceat omnibus, modò uni sciant placere Deo, hoc cogitant, hoc & loquuntur; nec dubium quin sapius eorum voluntas sic ignescat, ut præ Epicteto longè religiosius exclament: Deus meus, amor meus! ablit hoc à me, ut quod tu vis, ego nolim; aut quod tu non vis, velim ego, tua voluntas, mea est voluntas; imò mea jam amplius mea non est, quia tua esse cæpit; & ideo tua mihi jam sequenda est, quia mea esse cæpit. Idem ego velle debeo, quod tu, & verò etiam, ô Domine, volo. *Ægrotare me vis? volo. Pauperem esse? volo Domine. Doloribus affligi? hoc volo. Contumeliis & injuriis affici? etiam volo. Contemni atque despici? & hoc volo, quantumvis id graviter sentiam. Vis me destitui solatiis? volo. Animi angustiis premi? volo, etiam si tu, mi Domine, id me velis ad extremum usque iudicium perpeti. Vis me rebus charissimis spoliari? difficile est quidem amata relinquere, tecum tamen hoc ipsum volo. Etiam mori me vis? inter difficilia omnia, difficillimum hoc est, tamen centies mori non recuso, modò divinis sanctissimæ voluntatis tuæ brachiis immoriar. Vis me præmaturè mori? volo, vel reluctantè naturâ. Vis me cælo adscribere? volo, ô Domine, volo. Inferno addicere? Ah! bone Jesu, ut tu tuâ hoc velles sententiâ, factis ego mes vellebam & merebar, sed ut ego hoc nollem, & volebas tu & merebaris tuo sanguine. Atque si fieri posset (uti sanè non potest) alterutrum istorum, aut æquissimam tuam voluntatem esse irritam, ut ego beatus sim; aut me damnatum esse, ut iustissima tua voluntas sit rata, proclamo: melius est damnari me, & servari quod tu vis, ô Deus. Sed ô bonitas, mortem meam, scio, non vis, qui filii tui mori ideo volebas, ut posses non velle meam. Per illam ergo filii acerbissimam mortem te rogo, ô pater, ab æternâ morte me serva. En vulnera, en sanguinem quo tibi pro me litatum est: filio nolebas parcere, ut posses servulo. Ego mancipium tuum. O rex immortalis, ad omnem arbitrii tui motum versari me patiar: suave mihi erit quidquid à voluntate tuâ evenerit. *Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum.* Hos aniat cæli monarcha famulos, qui heriles natus oculo tam vigilante observant; ut Domini voluntas, lex fiat servi, qui semper explicatâ fronte dicat: *Dominus est, quod bonum est in oculis suis faciat. Nihil enim melius est quam respicere in mandatis Domini.**

§. III.

SUM illud nobile monitum commendat Græci: *Psal. 118. Ne quid nimis. Tu sane, ô Deus, Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.* Servos suos vult Deus ad omne præceptum, & ad omnem nutum paratos promptos, qui vel uno etiam die, vel etiam afflictissimi, millicies tamen corde & ore vult, *quod Deus vult.* Ita quidquid hi tam bonæ mentis homines volunt, hoc vult Deus, nam promptos illi

Symbolum XI. Modestè affectum. Ad Gal. 1. v. 21. Serm. de S. Andr.

Psal. 118.

Zoph. 8. v. 116.

Reparandum est sicut est mali generis. Psal. 118. v. 32.

Eccli. 1. c. 23. v. 37.

Eccli. 1. c. 19.

illi constantissimè nolunt, quod Deum averfari sciunt & nolle. Ita hi tales, quidquid desiderant, impetrant, quandoquidem non aliud unquam desiderant, quam ut ad unam & unicam Dei voluntatem se conforment. Sciunt enim quàm verè Hieronymus de obitu Blæsillæ scripsit ad Paulam: Bonus est Deus, & omnia quæ bonus facit, bona sint necesse est. Nec illi bonæ voluntatis homines pro malo habent quidquid à bono Deo est. Sani sunt? gratias referunt conditori. Languent? & in hoc Domini sui voluntatem agnoscunt & laudant. Charorum orbitas irrogatur? plangunt quod accidit; sed quia sic placere norunt Domino, animo sustinent æquissimo. Unicus rapitur filius? durum quidem, sed tolerabile; quia sustulit ille qui dedit. Imminet dura pauperies, aut gravior pauperie morbus? contemptus affligit aut contumelia? injuriarum agmen laessefit? alias sibi voces elabi non sinunt quàm istas: *Sicut Domino placuit, factum est, ita bene factum; etiam in hoc laudatur Deus.* Benedictus Deus in æternum. Hac bonâ voluntate, velut anchorâ stabiles supremam expectant horam, breve putant omne malum, quod finis melior subsequetur.

A stiane, ad castra vocamur, & ad confictus ab eo, qui legem dedit. Legem non servabit, quisquis contra legis hostes pugnare derectaverit. Carnem suam nemo vicit blandiendo: suadentem Diabolum, Mundum seu blandientem, seu sævientem sine pugna nemo superavit; resistendum est & luctandum cum omni affectu, quem hostes divinæ legis concitant. Qui suis solum noxis irascitur, & affectibus indulget, is malæ arboris ramos amputat, sed salvâ radice: rami repullulabunt. Ita Chrysofomus Christi verba expendens: *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo.* Non modò, inquit, *morbatus est eam in corde suo.* Radix adulterii concupiscentia est impudica. Quare non solum plectit adulterium, sed & concupiscentiam, matrem adulterii. Ita non tantum cædes prohibet, sed & iram ad illas ducem, sed & contumeliosa verba iræ fermenta. Iracundia & amor, duo violentissimi affectus sunt, nec leges admittunt, nisi ferias & severas; blandis præceptiunculis vix emendantur. Ira non aliorum vitiorum more sollicita animum, sed abducit, imò præcipitat. Et quamvis nemo velit tam graviter ferire hostem, ut manum in vulnere relinquat, seque ab ictu revocare non possit: tale tamen telum est ira, vix retrahitur. Ira est telum quod cum longius excurrere cœperit. Ira non abhorret ab ullo scelere, & si quem sibi destinavit suo fulmine tangendum, non nisi letali plagâ lenitur. Iracundus, velut pyrites lapis, quacunque sui parte cum silice collidatur, ignem vomit. *Vir iracundus provocat rixas, & qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum proclivior.* Ira & furor utraque execrabilis. Et vix ulla pestis humano generi pluris stetit. Nam virum stultum interfecit iracundia, & parvulum occidit invidia. Itaque fratres amantissimi, inquit Augustinus, ne, obsecro, tantum malum nobis inducamus; anima morbum, rationis tenebras, à Deo alienationem, oblivionem familiaritatis, principum bellorum plenitudinem calamitatum, demonem pessimum. *Qui quidem tantò magis cavendus est, quò plures quotidie invadit. In omnes personas, inquit Seneca, hic exarscit affectus: tam ex amoris nascitur, quam ex odio: non minus inter serias quàm inter lusus & jocos. Nec interest ex quàm magnâ causâ nascitur, sed in qualem perveniat animum. Sic ignis non refert quam magnus, sed quo incidat. Nam arida scintillam quoque fovit usque in incendium. Atqui nihil est, aut, tam difficile & arduum, quod non humana mens vincat, nulliq; sunt tam feri & sui juris affectus, ut non disciplinâ perdonentur.* Quodcumque imperavit animus, obtinuit. *Quantum verò est, effugere maximum malum, iram, & cum illâ rabiem, savitiam, crudelitatem, furorem, & alios comites ejus affectus.*

XII. PRÆDESTINATIONIS

S I G N V M.

S I M B O L V M X I I.

Symbolum XII. Moderatio affectuum. Ad Galat. 5. v. 24. Sermon de S. Andr.

C ITHARA, quâ exprimitur Moderatio affectuum, seu, victoria tentationum. *Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis suis, liberè clamat Paulus. Eleganter Bernardus de Christo nos ad se invitante: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, ac si dicat: qui me desiderat, se despiciat; & qui vult facere voluntatem meam, discat frangere suam.* Quod autem pugnantem fatigat, vincentem coronat. Et hoc est lucrari vitam, quotidie sibi suisque affectibus mori. Ubi affectus vivunt, ibi aut cæca, aut mortua est ratio. Ideo sanctissimus David: *Revela oculos meos & considerabo mirabilia de lege tuâ.* Scio Domine in lege tuâ magna & sublimia secreta contineri, sed ego homo sum, carnè pressus, & variis affectibus obnoxius; nec ignoro, quanta sit vis illorum qui mentem meam turbant, & excæcant: tuæ igitur pietatis sit aperire oculos meos, & offusam ab affectibus caliginem dispellere. Verè de affectibus Seneca: *Facilis est invidia eorum prohibere, quàm impetum regere.* Nam sicut in præceptis dato corpori nullum sui arbitrium est, nec resistere dejectum potest, sed omne consilium irrevocabilis præcipitatio abscedit: Ira animus si in iram, amorem, aliòve affectus se projecerit, non facile reprimet impetum; rapiet illum ad inum vitiorum proclivis natura. Optimum igitur ipsis repugnare seminibus, cujuscunque demum malignioris affectus. In consinibus arcendum est hostis, nam ubi portis se intulerit, modum à captivis non accipiet. O quanto melior est patiens viro fortis, & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium!

§. I.

Lib. 1. de Sermon. Dem. 5. 2. Exod. c. 19.

A Vgustinus: *Beati pacifici, inquit, in seipsis, qui omnes animi motus componunt & rationi subjungunt: beati qui carnis concupiscentiis edomatis, regnum sunt Dei, in quo nihil non ordine agitur, in quo mens imperat, non reluctantiis famulis, corporis sensibus.* Hæc illa pax ab Angelis, nascente Christo, proclamata, sed ea non nisi per arma & pugnas obtinetur. Cur enim Deus inter bellicos rubæ clangores Mosis legem in manus tradidit? num mitior & suavior musica, religioni Ecclesiastica, quolæ spectabat, non fuisset convenientior, castis tuba quàm templis est aptior? Et nos, mi Chri-

Prov. c. 29. v. 18. Eccli. c. 27. v. 33. Job. c. 5. v. 5. Lib. 4. de Civ. c. 6. Lib. 2. de Ira c. 12. Epist. 18. Lib. 2. de Ira c. 12.

Q uod Romanus hic sapiens dixit, de irâ, idem hoc de notissimis furis Superbiâ & Invidiâ, idem de nequissimis sororibus Luxuriâ & Gulâ, de què omnium vitiosorum affectuum exercitu dicendum: Quantum est, hæc mala maxima effugere, & ad beatam tranquillitatem, & quandam quasi harmoniam, ac omnium cupiditatum concordiam, animum componere? Beatus ergo ille, qui tanto minorem affectibus libertatem indulget, quanto minus ipse vult servire vitiis: & ut rationi suam stabiliat sceptrum, crucem statuit affectibus. Ad tritemes damnati, certas habent, tamen breves remorum ferias, subinde sua membris est quies: qui affectibus serviunt, quieto nunquam vivunt animo: unus ex alio cogitationum tumultus nascitur: *Servitibus alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem.* Idcirco Ecclesiasticus: *Post concupiscentias, inquit, tuas non eas.* Equus refractarius freno coercendus; deses, calcariibus urgendus. Idem affectibus faciendum, quorum aliquos impellendo, pleròque retinendo melius regas.

§. II.

Nemo

Nemo magis odisse se potest, quam qui sic perdit se amat, ut in voluptates immodicè solutus, nec impetrare sibi, nec negare quidquam possit. Sed sciant hi, quid eis vaticinetur Apostolus: *Si, inquit, secundam carnem vixeritis, moriemini; si spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.* Nemo majus obtinet imperium, quam qui ipse sui est Dominus; non est inferior servitus quam suis servire affectibus: nec illustrior est triumphus, quam parta de seipso victoria. Brevis hinc confictus, præmium æternum. Affectus suos vicit, qui eis servire non vult. *At servit, ait Ambrosius, quicumque metu frangitur, vel delectatione irretitur, vel cupiditatibus ducitur, vel indignatione exasperatur, vel morore dejicitur. Nec ulla servitus turpior est, inquit Seneca, quam voluntaria, cum alius libidini, alius avaritia, alius servit ambitioni.* Bonus, Augustino teste, etiam si serviat, liber est: malus, etiam si regnet, servus est; nec unius hominis, sed quod gravius, tot dominorum quot vitorum. Cupiditatem verò non magis unum genus ac ratio est, quam vultus humani & formiarum: quæ, cum ex æquo homines simus omnes, maximam habent varietatem, sic alii aliis rebus afficimur, neque omnes isdem æqualiter delectamur. Hic in libidines exætuat, ille auro capitur, hunc strangulat invidia, iste potando sibi quærit exitium, alius otando aut ludendo. Nemo eâ, quam sibi fingit, perire se putat beatitudine, perinde atque si minus suffocaretur qui in vino submergitur, quam qui in aquis. Rectè divus Gregorius asserit: *Reproba menti valde placet quod concupiscit, sed in æternâ penâ, quod ei modò est dulce, amare scit.* O miser, species te decipit, & concupiscentia subvertit cor tuum, ut aquas fugaces ore decepto appetas. Et quæ hominis beatitudo sit libido? de quâ Ambrosius: *Febre, inquit, libido flagrantior est, gravidsque inflammat, & precipitat: sed ubi quis respuerit à furore, tunc conscientia visus aperitur, & sui unusquisque facinoris pudendam turpitudinem erubescit.* Tunc Deus timetur, & peccator se celare cupit, sed non potest; patet deformitas, nudum enim est Deo omne secretum, & peccator divinum mente conscia iudicium formidat. Pecuniæ fames, ad omne scelus egregium calcar, non sedatur lucro, sed incitatur; nec minus animum quæsitis torquet quam quærendis, cùmque cetera vitia senescente homine senescant, sola juvenescit avaritia. Odium porro & invidia pertinacissimi morbi, nec qua reliqui affectus facilitate sanabiles, nisi in cunabulis pereant. Gulæ verò qui serviunt, malam certè dominam habent, quæ tantò sit imperiosior, quò fidelio rem nacta est servum, & quia cognatam habet lasciviam Gula, tantò plus ea nocet castimoniam, quò plus illecebris nutritur. Quis jam ille, & laudabimus eum, qui cum Tobia gloriatur: *Mundam servavi animam meam, ab omni concupiscentia: hoc enim est omnes citharæ fides in concordiam componere?*

S. III.

Saul Agagum regem carcerè damnavit, quem Dei iussu, capite debuisset. Nos quoque non minùs turpi clementiâ in affectus nostros statuimus, & jugulandos non necamus, sed fello multædamus carcere; cum id potissimum cavemus non ut extirpentur, sed ne sædè prorumpant foras, licet intus sæviant. Ita dum latenti hosti parcimus, eum in nos ipsos armamus, ut quod principio lapsus fuerat & error, paulatim mos fiat & consuetudo, ex quâ demum vitiolissima oriatur necessitas. Ita sensim ab hoste domestico undique oppressi, clamamus: Non possum me hic vincere: afflicti carcerè non possum; mori me cogit, qui hanc mihi delectationem eripit. Sic errores nostri in mores abeunt; & quia malignos affectus non in herbâ opprimimus, sed crescere permittimus, tandem silvam crevisse cernimus, & ingens dumetum, quod nullis panè viribus amplius convelli possit. Sed neque hinc desperandum,

cùm etiam consuetudo expugnari queat consuetudine meliori, & tantò futura sit corona pretiosior, quò difficilior pugna: volenti cum bono Deo vincere, certa est victoria. Modò Moses marinos fluctus virgâ increpet, cetera curabit Deus, & tutus transibit Israël, & tota mergetur Ægyptus. Amorrhæus & Chananeus nostris confinibus exterminabuntur, modò dicamur certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi. *Milicia est vita hominis super terram.* Nemo sibi fidat, periculosiorem etenim insidiatorem & hostem nemo habet, quam seipsum, cum quo nullæ fatis tutæ possunt esse induciæ: neque securum est, prius claudi hoc hominis armamentarium, quam aperiri sepulchrum. Semper in armis excubet cui cordi est reportanda de tot hostibus victoria. Pulchrè Cyprianus: *Voluptatem, inquit, vicisse, voluptas est maxima; nec ulla major est victoria, quam ea que à cupiditatibus refertur.* Qui enim hostem vicit, fortior fuit, sed altero: qui verò libidinem repressit, fortior fuit seipso. Citharædus tam diu discordes inter se chordas ad musicam legem attempat, dum in symphoniam cõsentiant: Prædestinatus tam diu turbatos inter se affectus cõciliat, dum religiozæ paci non contradicant. Si Plaroni credimus, corpus nostrum cithara est, citharædus est animus, cui nunc hæc, nunc illæ fides tentandæ; modò lex oculis, modò linguæ ponendæ; modò aures, modò manus astringendæ; Nunc luxuria, nunc impatientiæ affectus ad debitam normam revocandi. Peritus sanè citharædus fuit qui dixit: *Castigo corpus meum & in servitutem redigo.* Prædestinati princeps cura est, ut quotidie citharam suorum affectuum examinet: & jam cum iracundiâ suâ litragit, nunc invidiam reprehendit, modò suam somnolentiam extimulat, mox lætitiâ refrænât, inde tristitiâ mitigat. Semper his suis chordis oberat, totiesque vel remittit, vel se verius intendit, donec in harmoniam conspirent. Nichil suis affectibus indulget prædestinatus, nemini minus parcit quam sibi: deprehensam in se ream cupiditatem, non nisi ad crucem absolvit. Signum itaque, prædestinationis est & istud: *Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis suis.*

SIGNORVM
DE
PRÆDESTINATIONE
ET
PRÆDESTINATORVM
P A V C I T A T E
C O R O N I S.

Dictis addat coronidem mellifluus doctor, Bernardus: *Novit Dominus, inquit, qui sunt ejus, & solus ipse scit quos elegerit à principio: quis verò scit hominum, si est dignus amore vel odio quod si, ut certum est, certitudo nobis omnino negatur, nunquid non tantò delectabiliora erunt, si qua fortè electionis hujus signa posimus invenire? quam enim requiem habere potest spiritus noster, dum prædestinationis sue nullum adhuc testimonium tenet? Fidelis proinde sermo & omni acceptione dignus, quo salutis testimonia commendantur. Hoc sanè verbo & electis consolatio ministratur, & subtrahitur reprobis excusatio. Cognitis siquidem signis vitæ, quisquis hæc negligit, manifestè convincitur, in vano accipere animam suam, & pro nihilo habere terram desiderabilem. Jure nemini nisi ipsi culpam impingat, qui nullum in se prædestinationis lignum deprehendit. Non cæcâ fortitione, cælo vel inferis, hos vel illos prædestinavit Deus. Non a se, sed à saculo est Domino opus suum. Ita ex prævisis omnium meritis,*

Rom. 8. v. 13.

Non enim inferior servitus quam suis servire affectibus. Lib. 2. de Iacob & Vita beatâ. Sen. epist. 47. Malus tot dominorum servus est quot vitorum.

Lib. 4. in 1. Reg. c. 4. Daniel. c. 13. v. 56.

Libido est flagrantior febre.

Pecuniæ fames ad omne scelus egregium calcar est.

Tob. c. 3. v. 16.

1. Reg. c. 15. v. 8. 9. Affectus jugulandi:

Ne dum parcimus, in nos ipsos armemur.

Epist. 3. Epist. Galilæi. Lib. 1. simpli. Epist. 3.

Mat. 23.

Luc. 6. v. 24.

Timo. 2. 12. Gal. 1. 1. Co. 2. 8. Matt. 5. 18. v. 18. v. 21. v. 22. Paul. 1. Cor. 1. 10. v. 10. v. 11. v. 12.

Corpus nostrum est cithara.

1. Cor. 9. v. 27. corpus meum & in servitutem redigo.

Prædestinatio est, ut quotidie citharam suorum affectuum examinet: & jam cum iracundiâ suâ litragit, nunc invidiam reprehendit, modò suam somnolentiam extimulat, mox lætitiâ refrænât, inde tristitiâ mitigat. Semper his suis chordis oberat, totiesque vel remittit, vel se verius intendit, donec in harmoniam conspirent. Nichil suis affectibus indulget prædestinatus, nemini minus parcit quam sibi: deprehensam in se ream cupiditatem, non nisi ad crucem absolvit. Signum itaque, prædestinationis est & istud: Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis suis.

Gal. 5. v. 24. crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis suis.

Gal. 5. v. 24.

Hæc ceteris vitiis omni potest. v. 5. v. 6. v. 7. v. 8. v. 9. v. 10. v. 11. v. 12.

Serm. 2. de ost. v. 15. h. i.

1. Cor. 1. 10. v. 10. v. 11. v. 12.

1. Cor. 1. 10. v. 10. v. 11. v. 12.

Resp. ad cop. object. Gallie. Lib. 1. ad Simpliq. 2. Epist. 105. Matt. c. 7. v. 13. Luc. c. 13. v. 24. Rom. c. 14. v. 12. Gal. c. 6. v. 5. 1. Cor. c. 3. v. 8. Matt. c. 20. v. 16. & c. 22. v. 14. Verbum Pauci multos e vitorum veterino exciavit. Hac paucitas salvandorum omni ævo proposita. 2. Pet. c. 2. v. 5. Gen. c. 7. Cur impius Cham fuerit in Arca cum pauculis salvandis. Gen. c. 18. v. 2. 2. Gen. c. 22. v. 22. Exod. c. 12. v. 37.

meritis, vel his præmium, vel supplicium illis decrevit, ut rectissime dixerit D. Prosper: Non ex eo necessitatem pereundi habuerunt, quia prædestinati non sunt; sed ideo prædestinati non sunt, quia tales futuri ex voluntariâ prævaricatione presciti sunt. Consecit Augustinus: Non odit Deus Esau hominem, sed Esau peccatorem. Nihil enim in homine, Deus aliud odit, nisi peccata. Idem: Solum, ait, peccatum viam obscurat ad cælum. Omnes quidem metam ad unam properamus, sed heu quàm diversis semitis & imus, & currimus, & perimus! Arcta via Vitæ; mollis, rosea, & lata perditionis: asperitas montium illic, hîc vallium declivia, Facilis descensus Averni. Clamat Veritas; monet & adhortatur; Intrate per angustam portam, quia lata porta & spatiofa via est, quæ ducit ad perditionem, & MULTI sunt qui intrant per eam: quàm angusta porta & arcta via est quæ ducit ad vitam, & PAUCI sunt qui inveniunt eam! Idem denovo ingemit: Contendite intrare per angustam portam, quia multi, dico vobis, querent intrare, & non poterunt. Verè angusta hæc est semita, quâ non nisi uni & sine comite licet incedere. Vnusquisque nostrum pro se reddet rationem Deo: unusquisque onus suum portabit: unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Et hoc est quod inmisciscens Christus: MULTI sunt, inquit, vocati, PAUCI verò electi. Hoc unicum verbulum PAUCI, velut horrendum & inaudium tonitru, magnam orbis partem e vitorum veterino excitavit: ex urbibus in antra atque horridas solitudines non paucos expulit, & quot centena Martyrum millia in catastas & equuleos, in rotas atque rogos, in cruces & bestiarum fauces, in armatas tortorum manus egit? vox una erat illorum omnium: Mori nobis facile est, modò demum vivere liceat, inter PAUCOS illos ELECTOS: ludat gladius jugulis nostris, modò PAUCIS illis sed BEATIS annumeremur. Et quis eorum non ausus dicere? Si unus ego vel centum cruces vestire possim, non abnuam: si unus ego possim vel centum cervices securi porrigere, nullam subtraham: centies mori, jocus mihi erit, tormenta pro fomentis habeo, modò ad illam PAUCORVM in paradiso societatem admittar. Hinc illa Ignatii martyris generosissima vox: Ignis, crux, bestia, tota in me tormenta diaboli veniant, tantùm ut Christo fruatur. Hoc idem ore Christi missum tonitru, hæc eadem vocula PAUCI, tot impuræ vitæ homines e vicidantibus luxuriæ pratis, in domum luctus & pœnitentiæ compegit; factus illis visum est inter paucos servari, quàm cum plurimis perire, non enim minùs perit qui perit in turbâ. Et hæc salvandorum paucitas omni ævo proposita nobis in cautelam. De hac ipsâ justitiæ præco Noë (sic appellatur à Petro Apostolo) centenis annis & ampliùs concionatus est ante diluvium. At omnibus in scelere obstinatis, octo solùm animæ ex omni hominum numero, in ligno illo seu carcere, seu navigio sunt servatæ: & inter hos pauculos, impius Cham erat. Nam uti semper odoriferis proxima spina rosis jungitur, ita rarissima proborum societas est, sine mixturâ improborum. Quod si Deus Sodomæam terram everfurus, vel decem probos reperisset, ad Abrahami preces omnibus aliis pepercisset, sed omnis illa terra nec denarium quidem justorum alvit. Verè tunc sterilissima fuit probitatis annona. Igitur Lotho ab Angelis præcipitur: Festina & salvare. Ita maximo huic incendio, quo florentissimæ Sodomorum & Gomorthæorum civitates deflagrarunt, non nisi tres homines sunt subducti: id est: inæ signa hodiè que illic locorum extant. Sed & illud servandorum paucitatem clarè prænuñtiabat: Cùm Moses sexcenta millia virorum peditem, absque parvulis & mulieribus, educeret Ægypto, & vulgus promiscuum innumerabile sequeretur, duo tantùm e tanto numero in fertiles illas terras pervenerunt, ceteris omnibus eremus pro capacissimo tumulo fuit; in hoc vclut unicum conditorium tot millia mortuorum

A descenderunt. At verò Ægyptius tyrannus, qui populum è fugâ retracturus infecutus est, cum universo exercitu, rubri Oceani fluctibus sepultus est. En, quot millia vivorum in vastissimo hoc sepulchro sint cõdita? Quis non timebit te, ô rex Gentium! Porro propter adoratum idolum; proclamavit Moyses: Si quis est Domini, jungatur mihi, & eodem die cæla sunt viginti tria millia hominum. Magna profecto strages, quam edidit unicus ex auro vitulus. Tanti est coram Deo vel unicum peccatum. Cùm Josue civitatem Hiericho, circumcumeundo & clamando expugnasset, quidquid & hominum & jumentorum in eâ fuit, flammâ gladiò que perit; urbs ipsa demum quasi unius cadaveris bustum, in altissimo cinere deflagravit, una domus à cæde urbis que incendio servata est immunis. Duce Gedeone Madianitas impugnaturo, est triginta duobus millibus militum, trecenti tantùm selecti sunt ad pugnam, rejeçtis ceteris omnibus. Nullum Deus numerum curat, nisi bonorum: nec via ad inferos longa est; unico itur anhelitu, unico letali crimine rei læsæ Majestatis efficiuntur & digni æternis rogis. Ita olim propter unicum libidinofum facinus, quadraginta millia Hebræorum, Benjamitarum quinquaginta millia & sexcenti jugulati sunt. Bethsâmite arcem Domini curiosius tantum intravit, quot millium strage hanc oculorum licentiam luerunt? Non minùs clarè in sacrâ Regum historiâ hæc prædestinatorum raritas oculis subjicitur. Absalom rebellem exercitum in patrem ducente, pervolat cursor ad regem David, nunciâtque: Toto corde universus Israël sequitur Absalom. Cùmque etiam Seba futiosam multitudinem in suam regem eoncitasset, mox alius supervenit rumor: Separatus est omnis Israël à David, securusque est Seba. Mundum inspice, & idem nunc pœnè fieri dices. Christus, alter David, viam nobis signat suo sanguine cruentisque vestigiis, opertum spinis gerit caput, infamem crucis trabem fert humeris, sanguine mixtum lacrymisque natant moribundi oculi, & hoc habitu Calvariæ montem conscendit, & ut sequamur, horretur. Sed heu, quàm raros habet comites, qui cum ipso, eo quo possunt modo, velint crucifigiliceat dicere: Totus mundus in maligno positus, toto corde sequitur non Sebâ, sed Satanam: pancorum iter est in montem Golgotha cum Christo. Huc illud quoque pertinet, quod cum David rex clatiore spiritu populum censerij jussisset, septuaginta hominum millia peste sunt consumpta. Et ista quidem omnia, futurorum umbra, & velut prologus seu exordium fuerunt concionis illius, quam Christus de paucitate prædestinatorum erat habiturus. Judæos jam mihi numerâ ab Abrahamo usque ad diem mundo ultimam, & illa in Apocalypsi centum quadraginta quatuor millia, vix pars erunt millesima omnium simul numeratorum, ita ut ex omni eorum numero millesimus Judæus inter prædestinatos non veniat numerandus. Et quod de Hebræorum, idem de omnium aliorum hominum numero, salvâ proportione, rectè astruitur. Nam quod Christus prædixit Judæis & omnibus aliis commune est: nec enim paucos tantùm ex Judæis arcto tramite ad vitam ituros, sed absque discrimine pronanciavit: PAUCI inveniunt eam. Huic veritati confirmandæ, Prophetæ plerique omnes acclamant. Isaias: Dilatavit infernus animam suam, & aperuit os suum absque termino, quia successa est velut ignis impietas, voprem & spinam vorabit & succendetur in densitate saltem, & convolvetur superbia fumi. Vepres enim & spina erunt in universâ terrâ. Et ubi quæso libidinis atque luxuriæ vepres non in silvam excrescunt? ubi non surgunt densissima spina curarum, & sollicitudinum pro nummis, non pro cælo? Verè terra infecta est ab habitatoribus suis, quia transgressi sunt leges, mutaverunt jus, dissipaverunt factus sempiternum. Omnes in viam suam declinaverunt, unusquisque ad novissimum. Hieremias non minùs flebiliter questu v. 1.

Exod. c. 14. Hier. c. 10. v. 7. Exod. c. 32. v. 26. Iosue c. 2. v. 6. Ind. c. 7. v. 7. 1. Reg. c. 6. v. 9. 2. Reg. c. 15. v. 13. 2. Reg. c. 20. v. 2. 2. Reg. c. 24. v. 15. Math. 7. Luc. 13. Isa. c. 5. v. 14. Isa. c. 9. v. 18. Isa. c. 7. v. 24. If. c. 24. v. 5. Isa. c. 56. v. 11. Hier. c. 5. questu v. 1.

Hier. c. 1. v. 28.

questu hanc proborum paucitatem deslens: *Circuite*, inquit, *vias Hierusalem & considerate, & querite in plateis ejus, an invenitis virum facientem judicium, & querentem scientiam, & ferrum, universi corrupti sunt.* Non divites tantum, sed quod miseris, pauperes quoque superbire sciunt & lascivire, jamque etiam paupertas didicit cum vitis habere amicitiam: universi corrupti sunt, æs & ferrum, argentum & stannum. Et ut mali originem exploraret propheta: *Attendi*, ait, *& auscultavi, nemo quod bonum est loquitur, (nimis verum nostro hoc ævo) nullus est qui agat penitentiam super peccato suo, dicens, quid fecerit omnes conversi sunt ad cursum, quasi equus impetu vadens in prælium.* Væ terræ, væ hominibus, adulteris repleta est terra. Michas æquè lamentatur hanc virtutis orbitatem: *Væ mihi*, ait, *non est horrus ad concedendum: perit sanctus de terrâ, & rectus in hominibus non est.* Davidi hæc consideranti, exundantes lacrymis oculi, ad instar fonticulo- rum cœperunt fluere: *Deus*, inquit, *de celo respexit super filios hominum, ut videat, si est intelligens aut requirens Deum.* Omnes declinaverunt, simul iniviles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Consideret quis lacrymabilem hujus ævi statum, variâque morum corruptelam, & cum regio vate sentiet, dicetque rediisse Noë- mi tempora, aut simillima illis, Nam, *sicut erant ante diluvium comedentes & bibentes, & nuptii tradentes, usque ad eum diem quo intravit Noë in arcam, & non cognoverunt donec venisset diluvium & tulit omnes.* Ita & nunc ubique que terrarum aut exulat, aut ubi admittitur, non habitacionis lege ut inquilina, sed hospitii gratiâ ut peregrina recipitur, non nimis diu retinenda. At vitium amplissimè juris & dominii, regna sua non amplius numerat; latè nimis dominatur. Palliata injustitia, oculatissima invidiâ res suas audacter hinc agunt; & multo quàm audacissimè, exolum cælo vitium, spurcissima luxuria. Sic denum proborum numerus ad paucos redigitur, qui ad improborum myriadas collatus, Bianis dictum confirmat: *Rari boni, pravi plurimi.* Huic accedens Ambrosius: *In comparatione*, inquit, *reproborum, exigua est turba electorum.* Nam ubique multitudo peccantium, ubique semita Babylon. Profectò, si quis mentis oculos in viam que præcipio ad inferos imminet, intendat, ad- verteret eam tam esse viatoribus frequentem & celebrem, ut alius alium impellar ac trudat gratiosâ compressione. Ita cuncti ad gehennæ flammam, vel ad nuptias æternis exemplis propeant: Non pronum est tantum iter ad vitia, sed præcept. Ad virtutem via dicit ardua, sed viatores hinc pauci, & ferè ignoti. Præ- latio luctu commonens Isaias: *Hæc erunt*, inquit, *in medio terræ, in medio populorum, quemodo si pauca oliva que remanserunt, exultantur ex oleâ, & racemi, cum fuerit finita vindemia.* Hoc vaticinio, bonorum raritas, racemulis & olivis pauculis, quæ post copiosam olivitatem & vindemiam pauperibus in prædam relinquuntur, impro- borum verò copia abundantè uvarum & olivarum se- geti conferri potest. *Non est enim veritas*, inquit *Oseas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terrâ. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulte- rium inundaverunt, & sanguis sanguinem tetigit.* Nimis quàm aperte proborum paucitatem Prophetæ deplora- verunt.

Hier. c. 8. v. 6.

Post Prophetarum lacrymas, eandem hanc beato- rum paucitatem, in lege novâ deplorant Apostoli, Joanne affirmante: *Mundus totus in maligno positus est.* Petrus querit: *Si justus vix salvabitur, peccator & impius ubi parèbunt?* Paulus luget: *Omnes que sua sunt querunt, non que sunt Christi.* Hoc ipsum lapis repetit. Christus ipse: *Regnum calorum*, inquit, *vini patitur, & violenti rapiunt illud.* Nec interiri minari desinit. *Væ vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram: Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis: Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis.*

Hier. c. 23. v. 10.

Idem Paulus Athenis in curiâ de Christo disserit: audi- tores non tantum multi, sed & docti, multi etiam irri- fores, qui tamen Paulo crederet, non fuit nisi Diony- sius & Damaris. In celeberrimo septuaginta duorum concilio, vix unus aut alter reperti, qui Christi sangui- nem non sitient. Sic ante crucem Domini, spectato- res multi, amatores crucis aut imitatores pauci. Sic & hodie conciones multæ, mutationes morum raræ: tan- guntur vitia, non extinguuntur; notari se vix ferunt, ne dum eradicari: *MULTI vocati, PAUCI electi*, cheu PA- VICI. Ad fidem, inquit Gregorius, *multi veniunt, sed ad celeste regnum pauci perducuntur.* Nimirum in arciâ plus palæ- rum est quàm tritici, plura sunt arborum folia quàm fructus: multi in vite pampini, pauca uvæ; multe in ro- setis spinæ, pauca rosæ; multi ubique filices, pauca gem- mæ; sic & numerus eorum quos divina providentia ad beatitatem provehet, ad improborum multitudinem collatus est exiguus. Quâ verè vaticinatus est Hieremias:

Matt. c. 24. v. 38. & 39.

Defolatione desolata est omnis terra, quia nullus est qui recogit- ter corde. Qui corde scilicet, corde recogiter: nimis volati- les sunt cogitationes nostræ, nec bono honestoque af- figi se diu patiuntur: quâ lubet expatiuntur. Hinc exi- guus gehennæ metus aut nullus, hinc frigidum cæli de- siderium aut inconstans. In Christianos etiam hæc cadit accusatio: *Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem. Quid cælo desiderabilius? sed quia cogitationes nostræ, rarò illuc comment, hoc etiam beatorum regnum, ut rem ignotam fastidimus, aut certè frigidissimè appeti- mus. Et hinc spes & vires crescunt tartareo gigante Be- hemoth, uti de eo Job: Ecce absorbebit fluvium, & non mi- rabitur, & habet fiduciam quod Iordanis instat in os ejus.* Ideo idem iste patientissimus virorum: *Verèbar*, inquit, *omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti: Omnia dicta factaque mea, imò & cogitata suspecta mihi sunt, dum inexorabilem Dei justitiam cogito.* Et hoc est quod nunc ille Hilarion (de quo Hieronymus) in morte trepidat, & jam jam tribunali judicis Christi sitendus, pavet. Modicus adhuc calor tepabat in ejus corpore, nec præter sensum quidquam vivi hominis su- pererat, & tamen apertis oculis loquebatur: Egredere, quid times? egredere anima mea, quid dubitas? septua- ginta prope annis servisti Christo, & mortem times? non tam mortem timuit animus, quàm imminens sibi judicium expavit. Ite nunc mei Christiani, & dum san- ctissimi viri de salute suâ trepidant, vos securè delitiamini, auri argenti que cervos struite, æternis invidiæ mor- sibus vosmet lacerate, & consumite; honorum vena- tiones & gloriarum aucupia instituite; indulgere genio hilariter: *Calum celi domino terram autem dedit filius homi- num*, hinc este cives: sit sua libertas oculis, sit & cogita- tionibus, sit omnibus affectibus: excurrant ii quò vo- lunt: quidquid lubet, licere vobis credite, nullam cor- pori voluptatem negate; curate, ut vobis hinc bene sit & suave:

Epist. 1. c. 5. v. 19.

Epist. 1. c. 4. v. 18.

Ad Phil. 2. v. 21.

Matth. 11. v. 12.

Luc. 6. v. 24. & 25.

Thren. c. 1. v. 4.

Isa. c. 24. v. 13.

Os. c. 4. v. 1.

Epist. 1. c. 5. v. 19.

Epist. 1. c. 4. v. 18.

Luc. 6. v. 24. & 25.

A Nec auribus tantum quæ audiunt, sed & oculis quæ vi- deant, opponit. B. Luca narrante, pars boni seminis in laxa jacitur exiccanda, pars alia in dumos & vepres spargitur suffocanda; pars etiam in viam abjicitur conculcanda, quarta pars duntaxat terram bonam fortitur. Sic è decem leprosis jam curatis, unicus regressus agit gratias. Invitati ad lautissimam cœnam, coperunt simul omnes excusare. Motâ piscinâ è tot morbidis unicus sana- tur. Unicus Nicodemus inter Hebræos senatores, libe- rius paulò pro Christo loquitur. E tot divitibus & ava- ris Hierichuntinis civibus, è tot scilicet onustis came- lis, unicus Zachæus depositâ gibbi farsinâ (sic Beda lo- quitur) hoc est, opum onere relicto & per angustam portam ingressus, rem injustè partam restituit. È telonio unicus Matthæus, unica Magdalena è prostibulo ad vitæ innocentiam narratur transisse. Paulus ante Phi- lippos urbem Macedoniæ, concionatur; auditores mul- ti, factores ferè nulli; uni Lydiæ Christiana lex placet. Idem Paulus Athenis in curiâ de Christo disserit: audi- tores non tantum multi, sed & docti, multi etiam irri- fores, qui tamen Paulo crederet, non fuit nisi Diony- sius & Damaris. In celeberrimo septuaginta duorum concilio, vix unus aut alter reperti, qui Christi sangui- nem non sitient. Sic ante crucem Domini, spectato- res multi, amatores crucis aut imitatores pauci. Sic & hodie conciones multæ, mutationes morum raræ: tan- guntur vitia, non extinguuntur; notari se vix ferunt, ne dum eradicari: *MULTI vocati, PAUCI electi*, cheu PA- VICI. Ad fidem, inquit Gregorius, *multi veniunt, sed ad celeste regnum pauci perducuntur.* Nimirum in arciâ plus palæ- rum est quàm tritici, plura sunt arborum folia quàm fructus: multi in vite pampini, pauca uvæ; multe in ro- setis spinæ, pauca rosæ; multi ubique filices, pauca gem- mæ; sic & numerus eorum quos divina providentia ad beatitatem provehet, ad improborum multitudinem collatus est exiguus. Quâ verè vaticinatus est Hieremias: *Defolatione desolata est omnis terra, quia nullus est qui recogit- ter corde. Qui corde scilicet, corde recogiter: nimis volati- les sunt cogitationes nostræ, nec bono honestoque af- figi se diu patiuntur: quâ lubet expatiuntur. Hinc exi- guus gehennæ metus aut nullus, hinc frigidum cæli de- siderium aut inconstans. In Christianos etiam hæc cadit accusatio: Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem. Quid cælo desiderabilius? sed quia cogitationes nostræ, rarò illuc comment, hoc etiam beatorum regnum, ut rem ignotam fastidimus, aut certè frigidissimè appeti- mus. Et hinc spes & vires crescunt tartareo gigante Be- hemoth, uti de eo Job: Ecce absorbebit fluvium, & non mi- rabitur, & habet fiduciam quod Iordanis instat in os ejus.* Ideo idem iste patientissimus virorum: *Verèbar*, inquit, *omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti: Omnia dicta factaque mea, imò & cogitata suspecta mihi sunt, dum inexorabilem Dei justitiam cogito.* Et hoc est quod nunc ille Hilarion (de quo Hieronymus) in morte trepidat, & jam jam tribunali judicis Christi sitendus, pavet. Modicus adhuc calor tepabat in ejus corpore, nec præter sensum quidquam vivi hominis su- pererat, & tamen apertis oculis loquebatur: Egredere, quid times? egredere anima mea, quid dubitas? septua- ginta prope annis servisti Christo, & mortem times? non tam mortem timuit animus, quàm imminens sibi judicium expavit. Ite nunc mei Christiani, & dum san- ctissimi viri de salute suâ trepidant, vos securè delitiamini, auri argenti que cervos struite, æternis invidiæ mor- sibus vosmet lacerate, & consumite; honorum vena- tiones & gloriarum aucupia instituite; indulgere genio hilariter: *Calum celi domino terram autem dedit filius homi- num*, hinc este cives: sit sua libertas oculis, sit & cogita- tionibus, sit omnibus affectibus: excurrant ii quò vo- lunt: quidquid lubet, licere vobis credite, nullam cor- pori voluptatem negate; curate, ut vobis hinc bene sit & suave:

Edi- cor- hidi

2. Pa- cor- Divi præd- nate signa

Edi- cor-

Mat- cor-

Phil- 1. c. 4. v. 18.

Job. c. 40. v. 18.

Cap. 9. v. 28.

In vitâ illius

Psal. 113. v. 16.

Psal. 113. v. 16.

Eccl. 6. 11. vers. 9. lib. 9. 8.

2. Pet. 1. vers. 10. Divina prædestinationis signa.

Eccl. 6. 11. vers. 11.

Matth. 6. 7. vers. 13.

Philip. Dicitur qui intrant per eam. Multi, multi. Complurium scriptis narratur, anachoretæ per ecclasin visas animas, densæ nivis instar aut pluvie ad inferos delabi: adeo ut damnati manes (narrat id Lufitanus orator) non immerito querere possint: nunquid mundus ut antea perse verat? tot enim animæ in hunc locum tormentorum veniunt, ut vix credibile, tot homines in mundo esse posse.

S. Vincent. Dominica Sept. serm. 6. post initium. Sed plures hoc idem narrant.

Quid hæc in re sentiendum, unde Iacobum Granatorem Theol. in 1. partem D. Thoms. 10. tract. 12. disp. 4. mibi p. 32. 7. 9. Putat hic auctor e Christianis plures sal. 2. mans. : à quæ non dis-

suave : Ambulare in viis cordis vestri, & in intuitu oculorum vestrorum, & scitote quod pro omnibus his adducet vos Deus in iudicium. Et quamvis annis vixerit homo, & in his omnibus letatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum multorum, qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita. Ergo potius satagite, ut per bona opera, certam vestram vocationem & electionem faciatis. Divina Prædestinationis signa quæ sunt, audistis. 1. Non amici tantum, sed & inimici sunt amandi. 2. Sublevandi panperes, non argentea tantum manu, sed & pleno misericordiæ affectu. 3. Adversâ omnia sic toleranda sunt, ut Dei voluntas, in his etiam laudetur, & patientia continetur. 4. Fortunæ bona præ celo nihili facienda. 5. & 6. Admonitiones autem sive interiores Dei, sive hominum exteriores parum est ei exaudire, qui obedire detrectat. 7. Porro prioris vitæ delicta sic detestanda sunt, ne novis identidem cunctulentur. 8. Neque ullus placere se putet Deo, qui sibi nondum displicet. 9. Nec Christum à se amari credat, qui in se Christi præsentiam non amat. 10. Affectibus vitiosis, principio præsertim, fortiter obstitendum, nam hæc esse potest, quisquis volet, Imperator. 11. Sic denique voluntas in bono firmabitur, alioqui semper vacillatura. 12. Sic & mors eodè modo erit formidini, quod sæpius fuerit objecta meditationi: non invenimus morieretur, qui se moriturum quotidie & seriò cogitaverit. Et hæc via est ad illam sine morte vitam. Suam nunc quisque conscientiam interroget, num hæc prædestinationis signa in se observavit, unde sperare possit, in via proborum quæ ad cælum ducit, non errare. Via peccantium complanata lapidibus, & in fine illorum inferi & tenebræ. Et tamen hæc sibi initium facili, plana & amœna via, densissimum agmen ita confertim ruit ad interitum, ut vel oculi testari cupiant, verissimè à Christo dictum esse: *Lata porta & spaciola via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Multi, multi.* Complurium scriptis narratur, anachoretæ per ecclasin visas animas, densæ nivis instar aut pluvie ad inferos delabi: adeo ut damnati manes (narrat id Lufitanus orator) non immerito querere possint: nunquid mundus ut antea perse verat? tot enim animæ in hunc locum tormentorum veniunt, ut vix credibile, tot homines in mundo esse posse. Sanctus Vincentius Ferrarius Valentinus, è Sancti Dominici familia religiosissimus, & verè igneus ecclesiasticus de paucitate prædestinatorum publicè pro suggestu disseruit, dictaque confirmavit celebri exemplo. Tanti auctoris verba mutare religioni duximus; ea fideliter adnumerata, hæc sunt: Antequam Christus veniret in hunc mundum in humanâ carne, transierunt ultra quinque millia annorum, & totus mundus damnabatur, exceptis paucis de populo Israël, qui ibant ad limbum sanctorum patrum. Item, tempore legis Moï, cogitare quot infantes mortui sunt absque circumcissione. Sic modò tempore legis Christi, quot moriuntur absque baptismo, & de his nullus salvatur. Item, quot Judæi, quot Agareni, quot pagani & infideles. Item, quot mali Christiani, quia fides & baptisimus cum bonâ vitâ salvat hominem, aliâ non. Quot Christiani sunt, qui licet habeant fidem, tamen sunt superbi, avari, luxuriosi, & sic de aliis peccatis, &c. Nota hæc de Archidiacono Lugdunensi, qui per quadraginta annos fuit in eremo magnâ pœnitentiâ, postquam resignavit sua beneficia, qui post morem apparuit Episcopo Lugdunensi, qui quæsit ab eo ut diceret sibi aliquid de alio mundo, qui respondit, quod in die quâ ipse obiit, mortui fuerunt in mundo triginta millia, de quibus solum quinque fuerunt salvati, scilicet ipse, & beatus Bernar-

denus, qui etiam illâ die obierat, qui statim sine purgatorio ascenderat ad paradysum, & tres descenderant ad purgatorium; alii quidem descenderunt ad infernum. Propterea dicit Christus: *Intrate per angustam portam.* Angusta porta, paradisi, Voluntas Dei est. Ad istam oportet se restringere, qui paradysum vult intrare. Lata porta est, Voluntas propria. Via spaciola inferni, conversatio mundanalis, bene comedere, bene bibere, luxuriari, delectari, vindicare se de injuriis &c. Pauci sunt electi: Hæc cohortatio beati Vincentii, cui alium addimus Evangelicum oratorem. Bertoldum memorant è D. Francisci familiâ, disertum ævo suo per Germaniam concionatorem, cum pro suggestu certum quoddam vitium gravissimè verbis in se ceteretur, feminam ejus sibi consciam, tantis animi doloribus haustam, ut in mediâ circumstantis populi coronâ, velut exanimis repente corruerit, mox tamen ad populi preces redierit ad se, recentueritque quæ ad Dei tribunal vidisset, illud cum primis: Adducta illuc sexaginta millia, vario mortis genere defunctorum, ex omni gente, Christianis, Barbarisque, ac tres dumtaxat animas ex ingenti hoc numero ad brevius supplicium relegatas, ceteras ignibus addictas æternis. O verè *MULTI* qui intrant per eam, per latam & spaciolam viam perditionis! hoc sensu Christi, Joannes Chrysostomus ausus est scribere & dicere: *Multi sunt plures gehennam ingrediētes, sed majus est Dei regnum, licet habeat paucos.* Et: *Quot esse putatis in civitate nostrâ qui salvi sunt? infestum quidem est quod dicitur sum, dicam tamen: Non possunt in tot millibus centum inveniri qui salventur: quin & de his dubito. Quanta enim in juvenibus quæso malitia: quantum in senibus torpor?* &c. Hæc Chrysostomus, vir prudentissimus & sanctissimus, Ecclesiæ doctor, lumen orbis; idque dixit de Antiochiâ urbe longè populosissimâ, idque eo tempore quo primævæ Ecclesiæ spiritus nondum intepuerat. Quis jam miretur, Paulum adeo sollicitum monere: *Ad Phil. 2. Cum metu & tremore vestram salutem operamini;* quando Christus ipse tam apertè præmonuit: *Contendite intrare per angustam portam.* Contendite, clamor Veritas, contendite, enitimini, adlaborate, conamini omnibus viribus, ut hanc portam dignis pœnitentiæ fructibus penetretis. Vacillantibus & ludibundis passibus huc non veniunt: vigilantissimo conatu opus est, & qui velis difficultates quascumque perfringere. Nisi enim mentis intentio ferveat, ait ex Gregorio Beda, & vim sibi insigniter homo faciat, facilè gradum revocat, haud valens portæ angustias petranare, præ eâ quam patitur effœniū carnis concupiscentiarum effusione: ut præteream tentationes persecutionesque, quos dæmon & mundus iis movent, qui portam hanc trãscire conantur. Et uti remiges adversus flumen Sapham impellentes, omni quo possunt conatu remis incumbunt: sic qui contra tot hostium insultus animam ad cælum impellant, toto pectoris annisu virtuti incumbere, impetumque impetrâ majori vincere necesse est; si nolint, anima perinde ut scapha, vi fluminis in errorem irreparabilem abripitur. *Evigilate itaque justis, & nolite peccare.* Is autem vigilare censendus est, qui sic semper & ubique vivit, ut unquamque lucem tanquam ultimam & non redituram consummat: qui in omni cogitatu & factu sic suam observat conscientiam, quasi hodie moriturus. Faciamus ergo dum possumus, quod fecisse vellemus, cum non amplius poterimus. *Quæ seminaverit homo, hæc & metet: quoniam qui seminavit in carne suâ, de carne & metet corruptionem: qui autem seminavit in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.*

sentimus. De quinque millibus annorum alii dicit sancti.

To. 3. p. 522. hom. 24. & pœn.

Ad Phil. 2. vers. 12. Luc. cap. 13. vers. 24.

Lib. 11. mor. c. 26. in nov. exemp.

1. Cor. c. 15. vers. 34.

Gal. cap. 6. vers. 8.

F I N I S.

HOROLOGIVM

AVXILIARIS TVTELARIS

A N G E L I.

D I E I H O R Æ.

H O R A P R I M A D I E I.

Disce MORI: id te doceat Mors certissima.



MEMENTO homo lutum, venturum mane illud (& forsitan brevi) cuius tu vespere victurus non sis, aut venturum vespere, cuius tu mane non sis visurus. Quare, dic tibi ipse dormituro, Potes, non expergisci: dic expectato, Potes non dormire amplius. Dic exeun- ti, Potes non reverti: dic redeun- ti, Potes non exire ampli- us. Mors ubique proximè te est. *Statutum est homini- bus semel mori.* Debemur morti nos nostraque omnia. At verò discere qui vult MORI, omnibus id horis ne- cesse discat. Et quid longas spes præcipis, quid magnis cogitationibus animum imples? cras forsitan futurus favilla & cinis. Cautos fige pedes ò homo; illa atra Di- va, Mors cuique nostrum super caput quotidie adstat, & ultimas vitalis clypeidæ arenulas inopito & vigili oculo expectat. Age, si quid agis, abibis brevi: virtus, si quam amasti, vitia, quæ patrasisti, tecum ibunt, nec alios hinc habebis comites. Ergo propterea bene vivere, & sin- gulos dies, singulas vitas puta. Memento mori.

Disce VIVERE: id te doceat lex Patientia.

IVRÈ prima hæc tibi virtus sit, quia summè neces- saria. Vitam hanc bene noveris; sunt ubique feren- da plurima. Bonam vitam ego puto, ait Bernardus, mala pati & bona facere, & sic perseverare usque ad mortem. Qui pati non vult, vivere recusat. Ad hoc sacramentum adacti sumus, ferre mortalia; nec per- turbari his, quæ vitare nostræ potestatis non est. No- stri ad Deum pædagogii sunt, MŒROR & DOLOR. Affligi & non murmurare, est calum jam cominus salutare. Magnum sanè malum est, non posse perferre malum. Vulneris fervorem nihil tam exasperat, quàm ferendi impatientia. Deus si sæpe ferire, at sapiusimè etiam mederi consuevit, præsertim si quis leniter, & cum gratiarum actione molestias perferat, nec eum, à quo immittuntur, oderit, aut cum Dei providentiâ expostulet; nec in secundis tantum rebus bonum se præbere didicerit. Sæpe protrahitur labor pugnae, ut crescat corona victoriæ. PATIENTIA thorax ferreus est, impenetrabilis & Virtus dum patitur, vincit. Opti- mum, cum pateris, canticum est: SIT NOME N D O M I N I B E N E D I C T U M. Omnis impatientia hoc habet lucti, proprium malum auget, promissum præ- mium perdit, supplicium novum commeretur. Ergo tolera quod non vis, ut assequaris quod vis: tormentis præmia crescunt.

A *Disce ORARE: id te doceat actus Contritionis.*
Domine JESU I. Christe, verus Deus & homo, creator ac redemptor meus, pœniter 2. me ex toto corde, quod offenderim te Dominum meum & Deum meum, quem 3. amo super omnia. Et propono 4. firmi- ter amplius non peccare, omnèque peccandi occasio- nes devitare, confiteri, & implere pœnitentiam, quæ mihi fuerit injuncta. Et in satisfactionem peccatorum meorum offero 5. tibi passionem tuam, merita B. Mariæ semper Virginis, & omnium Sanctorum tuorum, atque omnia opera mea, & totam vitam meam. Et confido 6. in bonitate & misericordiâ tuâ infinitâ, quòd per merita pretiosi sanguinis tui, mihi remissurus sis omnia delicta mea, & gratiam 7. uberem largiturus, quâ vitam sanctè instituere, tibi que perfectè usque in finem servire va- leam. Qui cum Patre sanctoque Spiritu vivis ac regnas Deus in sæcula benedictus. Amen.

Includuntur hæc oratione

1. Actus fidei. 2. Dolor de peccatis. 3. Amor Dei super omnia. 4. Propositum de futuro. 5. Oblatio sui per Christum. 6. Spes veniæ per Christum. 7. Petitio gratiæ & auxilii Dei.

Admonitiuncula in Contritionis actum.

Contritio adeo res est pretiosa, ut momento vel mille gravissima etiam peccata extinguat; homi- nem Deo, homini Dei gratiam restituat, ac beatam æternitatem tribuat, si quem sublatâ confessionis occa- sione sic mori contingat. *Sacrificium Deo spiritus contribu- talus, cor contritum & humiliatum Deus non despicies.* Con- tritio verò maximè nititur amore Dei super omnia, continetque tres actus.

Primus est, DOLOR ob offensum Deum, qui digni- simus est, ut ab omnibus super omnia & ametur, & col- latur: hinc bonum quod quovis letali peccato perditur, infinitum est, majus est omnibus bonis: hinc & malum quod quovis letali peccato incurritur, infinitum est, ma- jus est malis omnibus: proinde tanti boni jactura, & mali tanti perperissio majorem dolorem meritò inurat, quàm si bona cuncta, pecunia omnis, valetudo, fama, vita, cetera omnia sint perdita. Interire millies, jocus est, si æternis inferorum ignibus conferatur, quibus nos peccatum vel unicum obstringit.

Secundus est, PROPOSITUM, non amplius nec amo- re, nec timore delinquendi, atque, si quid contra jus fac- tum. que sit acquisitum, restituendi. Ex hoc firmo animi de- creto ita paratum se quis offert ad omnes Dei leges servandas, ut dicat: Dixi, Domine, custodire legem tuam: quidquid præcepisti, ò mi Deus, faciam quàm possum integerrimè.

Tertius est, SPES VENIÆ, & PETITIO GRATIÆ ad seriam vitæ emendationem. Accusare se & se non emen- dare, est Deum tentare: nec quidquam valet à malis veni- am poscere, & mala de novo iterare. Sanguis autem & mors Domini JESU, hanc nobis fiduciam ingerit, ut hæc speremus, petamus tanta, seriam scilicet emenda- tionem vitæ post tam graves ac multiplices offensas.

Accusatio

Hebr. 9. vers. 27.

Omnibus horis dis- cendum moris

Mors enim super ca- put nostrum quotidie adstat.

Bona vita est, mala pati & bona facere usque ad mortem.

Patientia est thorax ferreus.

Psal. 50. vers. 19. Contritio- nis tres actus:

1. Dolor.

Psal. 1 vers. 1

Accusatio sui & propositum emendanda vita, ubi quis in culpam, quam sciverat sibi maxime cavendam, relapsus est.

OMni amantissime Deus, ego ingratus, ego perditus sum evagatus: nunc te amicum quero, quem ipse mihi hostem feci. Iterum deliqui, & post mille jam casus iterum cecidi. Ah! Domine pessimas illas cogitationes iterum in animum admisit, illa pessima verba iterum dixi. Ah! in culpam illam, quam sciebam tibi plurimum displicere, mihi maxime nocere, in hanc ipsam iterum relapsus sum; quantum mihi hæc cavenda esset, præsciebam; & tamen non cavebam. Ita Majestatem tuam, ô Deus, offendi, gratiam tuam perdidit, cælum amisit, me ipsum damnavi, ob vilissimam delectationem. Scio, Domine, tu mihi super omnia es amandus: agnosco, mi Deus, quod lex tua & tuus honor, cariora mihi esse debeant rebus creatis omnibus, & tamen tam perdidit me ipsum amo, ut meum honorem, lucellum meum, meamque libidinem, tibi, tuæ Legi, tuoque honori prætulerim jam sapiissimè. Ah, quam adhuc carnalis sum! & licet ego negem, opera mea loquuntur. Mundus non tantum mihi nondum crucifixus est, sed totus in me vivit & spirat. Plenus sum pravus moribus, sædis concupiscentiis & desiderijs; & tamen probus ac bonus haberi cupio. Vita mea merus est Euripus, metissima inconstantia, & murabilitas, sensus mei exteriores quocumque volunt liberrimè expatiantur: quam variè & quam sædæ imagines animo meo insident? quam ego, ô mi Deus, dura & immobilis cautes sum, cum de poenitentia agitur! ad loquendum tam promptus sum, quam incautus: surdus ad monita; ad fabulas & stultiloquium attentissimus; quæ de celo, de Deo dicuntur, nimis peregrina mihi sunt & fastidiosa; ad lucri rationes satis vigilo, cum orandum est, totus naufragum epulandum, torus anhelo & propero. Ad cultum divinum restudo sum, ad lusum & petulantias pernix aquila; ad honesta repo, ad vitia volo. Ad invidiam & suspiciones pronissimus sum; vix tangor & irascor, & ferio, certè linguâ, cum manu non possum. Nemo me lædit, in quem non ultionem mediter & vindictam. Libidinis ignes, ô Deus tu nosti, quam mihi sunt vicini: hic ego quidem dissimulo & rego, tibi tamen, ô mundi oculo, aperta sunt omnia: nullum cordis secretum est, quod tibi celeri possit. O quoties, & quanta facturum me propono & spondeo! mox omnia in ridiculam, imò in flagitiosam oblivionem evanescent.

Jure igitur doleo, me dolenda toties committere: imò vel hoc ipsum doleo, me non magis dolere, nec satis, ut par est, propriam sentire miseriam. Et quamvis hæcenus ad omnem pietatem lentissimus fuerim, & heu nimis alacer & festinus ad vitia, tamen talis deinceps non ero: Dixi: Nunc cepti. Iter ad cælum nemo bene perficit, nisi qui quotidie incipit.

Igitur firmissimè statuo, ope tuâ, Domine, confusus, D priores culpas illas, & omnem peccandi occasionem quam diligentissimè cavere. Jam ero alius, ita me cælestes juvent. O Dominus meus, & Deus meus, cor mundum & castum in me crea: innova, oro, in me spiritum rectum, ut tandem aliquando vitam seriò emendem, ex animo te amem, & ad finem vitæ sic perseverem.

Pro Veniâ Peccatorum.

Miserere mei Deus, miserere mei miserimi peccatoris, indigna agentis, & digna patientis, affidue peccantis, raro dolentis, & tua flagella impatienter ferentis. *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum: gravius est quod commissi, levius quod tolero: non injustè nec crudeliter nos affligis, ô misericors Deus.* Scio Domine & certus sum vitam nostram non temerariis moribus raptari, sed à Deo nostro disponi & gubernari

Ton. I.

tibi cura est: de omnibus, præcipue de servis, qui omnè desiderium suum in sanctissimo beneplacito tuo collocarunt. Ideo ego ad aram misericordiæ tuæ confugio, & oro supplex, non me punias secundum peccata mea, sed parcas secundum magnam misericordiam tuam. Flagellari, mi Deus, non recuso: tu modò da patientiam. Sub ipsis, Domine, flagellis & bonitatem tuam laudem, & vitam meam emendem. Miserere mei Domine, miserere mei, & adjuva me, sicut tu nosti: scis omnia, Domine, potes omnia, qui vivis in sæculorum sæcula.

Pro omnibus Dei beneficiis.

Benedicant te, Dñe, omnes Angeli tui, Archangeli, & Principatus laudent & glorificent te in sæcula.

Benedicant te Potestates, Virtutes, & Dominationes, laudent & glorificent te in sæcula.

Benedicant te Throni, Cherubim, atque Seraphim, laudent & glorificent te in sæcula.

Benedicite Patriarchæ & Prophetæ Dominum, laudate & glorificate eum in sæcula.

Benedicite Apostoli & Evangelistæ Dominum, laudate & glorificate eum in sæcula.

Benedicite Martyres & Confessores Dominum, laudate & glorificate eum in sæcula.

Benedicite Virgines & Sancti omnes Dominum, laudate & superexaltate eum in sæcula.

Fideles tuos, Deus, benedictio desiderata confirmet, quæ eos & à tuâ voluntate nunquam faciat discrepare, & tuis semper indulgeat beneficiis gratulari. Per Christum Dominum nostrum.

H O R A I I.

Disce MORI: id te doceat Mortis incertissima hora.

MEMENTO homo umbra, nullum esse in orbe æt- Non est
tificem, qui tale continet horologium, quod ti- horologiū
bi supremum vitæ diem aut horam indicet. *Futura nullo* quo supre-
scire potes nuntio. Mors ubique tibi minatur; diabolus mis vitæ
semper insidiat, & tu tamen torpes & nugaris. Quid dies aut
annos proponis & nescio quam vitæ seriem? nulla tibi hora indi-
horula à morte secura fluit. Incertum prorsus est, quo cetur.
re mors loco expectet: itaque tu illam expecta omni
loco. Quam stultum est ætatem dissonere! ne crastino
quidem dominamur. Suavis sed periculosa est dementia, longam vitam sperare, & de bonâ vitâ vix unquam cogitare. Magna res est, & diu discenda; cum adventat hora illa tam inevitabilis quam incerta, æquo animo abire. *Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur ha- Eccl. c. 9.
mo, & sicut aves laqueo comprehenduntur, sic capiuntur ho- vers. 12.
mines in tempore malo, cum eis extemplo supervenit Mors.*
Memento mori.

Disce VIVERE: id te doceat lex Obedientie.

Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem Ad Rom.
resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt: Græcæ olim c. 13. v. 2.
erant victimæ Deo, sed multo gravior semper Obedien-
tia. Qui suas à Deo preces audiri vult, vocem ipse im-
perantis audiat, & obedire discat. Citius exauditur una Obedien-
obedientis oratio, quam decem millia contemptrorum: tis oratio
Non attendit verus obediens, quam suave sit quod præ- exauditur,
cipitur, hoc solo contentus, quia præcipitur, nisi quid
contra Deum præcipiatur. Viratibus ceteris dæmno: Et obe-
dientia de-
diceris, imperare scies, certè in celo. mon vincitur.

Disce ORARE: id te doceant tres istæ Precationes, tam brevissimæ, quam optimæ.

1. Benedicis Deus in æternum. Triplez
2. Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam. oratio.

B b 2

Psal. 118. vers. 137.

cordiam tuam: etsi, Domine, minor sum cunctis miserationibus tuis.

3. O Dominus meus, & Deus meus, ego me tibi offero in omne tuum beneplacitum: fiat voluntas tua.

Observationes in tres illas orationunculas.

Observatio I.

I. Orationuncula prima sumpta est ex ore David & Zachariæ, Prophetarum. 1. Reg. c. 25. & Luc. c. 1. Secunda ex ore David regis, & Jacob. Patriarchæ. P. 150. & Gen. c. 32. Tertia ex ore Christi, & Thomæ Apostoli. Matth. cap. 6. & Joan. cap. 20. Eandem compluribus aliis sacre Scripturæ locis repetuntur.

II. Omnem bonæ orationis perfectionem continent hæc tres orationuncule: Laudem Dei, Gratiarum actionem, Opis implorationem, Veniæ petitionem, Demissionem animi, Oblationem sui, Reverentiam Numinis, Voluntatis sacrificium principem amoris effectum, omnium bonorum desideriorum summam.

III. Hæc orationunculae, tres sunt sagittæ aureæ, quæ ubi non è labris, non ab ore solo, sed ex ipso corde hominis avolarint, non feriantur nec cessant, dum ipsum Dei cor (sic loquimur) attingant & penetrent.

IV. Folles sunt hæc precariunculae, quibus ignis sincerissimi amoris in Deum, assiduis quasi flabris conservari, foveri, excitari, augeri potest. Incredibile dictum est, quam hoc Deo gratum, utile homini, assiduis hæc talibus orationunculis mentem ad Deum erigere, ac cum Deo unire.

V. De his verissime dici potest: *Quod crebrius, hoc melius.* Millies de die, iterumque millies non nimis crebrum sit: *Quod crebrius, hoc melius,* si tamen cordis & oris diffiduum non sit, modò cor consentiat, & non solius linguæ sit labor. Nam uti fieri non potest, quin ignis exiliat, cum pyritus pulvis & ignitarius fomes conveniunt, ita harum orationum vel unica & cor humanum nunquam simul erunt, quin divini amoris igniculus subsaltet.

VI. Nec necesse est semper omnes tres simul, aut linguam pronunciare, aut animo cogitare: sæpe unica harum sufficit, præsertim prima, quæ aliquot centenis per diem iterationibus assidue ingeminanda est, præcipue dicit hæc vocula: *Benedictus Deus, Benedictus Deus &c.* Nec etiam necesse, semper illas offerri linguam (quamvis id bonum) sed satis animo eas identidem agitari.

VII. Hominiibus negotiosis, ægris, calamitosiis, erumnosis, convenientissimæ sunt hæc piæ ad Deum precariunculae: durum est longas ab eis preces exigere; preces tunc penitus intermittere, impium est, & Christus verrat: *Quoniam oportet semper orare, & non deficere.* Ergo hoc optima cuivis hominum lex sit: *Quod plus labor*

In ec. cap. 18. vers. 1.

urget, dolor urit, quò magis tædium aut mæror, aut ægritudo, aut afflictio quæcumque premit, hoc & sæpius & ardentius clamandum: *Benedictus Deus, Benedictus Deus in æternum, &c.* vel, *Miserere mei Deus, miserere,* vel excellentissimum illud: *Fiat voluntas tua: fiat, fiat: tua, Domine, voluntas, tua fiat, tua, non mea,* ò mi amantissime Domine, *FIAT VOLUNTAS TVA.* Hoc ardentè tunc præsertim repetendum, cum nostræ voluntatis contumaciam advertimus.

VIII. Sunt, qui corde & ore assidue hæc volvant, & quò rariùs, hoc sibi pejus; quò frequentius repetunt, hoc sibi melius esse fateantur. Certè mirificum quid viri sancti in his talibus jaculatoriis, ut vocant, orationibus & ad Deum aspirationibus senserunt. Alatae sunt hæc preces, quæ mentem evehunt, & in sereno locant, suavi amoris afflatu accendunt, divinam humanamque voluntatem sic uniant, ut tandem amarum sit homini, vel le quod nolit Deus, aut nolle quod Deus velit. S. Chrysofostomus (uti de eo Nicephorus) animam acturus in hæc ultima verba expiravit: *Gloria tibi Domine de rebus*

Lib. 13. c. 37.

Mat. c. 7. vers. 37.

omnibus. Optima vox plebis fuit: *Bene omnia fecit.* Ergo, *Benedictus Deus in æternum, Benedictus centies, Benedictus milies, infinites, Benedictus in æternum.*

A IX. Nemo terreatur, si hæc initio aut non tam suaviter videantur, aut non tam utilia. Nihil principio sui potest perfici. Usus, & perpetua ejusdem iteratio, & facilem faciet & utilem hunc orandi modum, modò non solius linguæ sit hoc officium; cordis solius esse potest. Vox si adit, ne desit cor; junctæ operæ cordis & oris nunquam non fructuosas preces Deo admovebunt.

IX.

X. Et quia bona (quam vocant) intentio in omnibus actionibus nostris summè necessaria est, potest triplici orationuncula illa triplex ad Deum cæq; omnium optima pliciter oratione renovari. Prima est, omnia velle facere ad majorem Dei honorem & gloriam. Et hæc significat illud: *Benedictus Deus in æternum.* Altera; omnia sua cogitata, de Deum in cæta, facta, cū iis quæ Christus pro nobis cogitavit, dixit, tenetio recit cupere unire, & sic Deo Patri offerre. Et hæc designat istud: *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, &c.* Verè maxima omnium misericordia Dei fuit, Filium dare unigenitum. Tertia; sua omnia ad Dei voluntatem divinumque beneplacitum referre. Cujus nos monet hoc: *O Dominus meus, & Deus meus, ego me tibi offero in omne tuum beneplacitum: fiat voluntas tua.*

X. Ex hac triplex ad Deum in cæta, tenetio referre.

B Ad omnes SS. Angelos pius gemitus.

Angeli, Archangeli, Throni, & Dominationes, Principatus, & Potestates, Virtutes cælorum, Cherubim, atque Seraphim, Sanctique omnes, intercedite pro me, nunc, & in horâ mortis meæ.

H O R A I I I.

Disce MORI: id te doceat Penitentia procrastinata.

MEMENTO homo sæcnum, & emendationem vitæ (uti facis) ne differ de die in diem, de hebdomada in hebdomadam, de mense in mensem, de anno in annum: sera nimis est crastina, incipe hodie. Pars magna sanitatis est morbum agnovisse, & pars magna bonitatis est velle bonum fieri. In morbis pessimum est non habere mali sensum. Ecquid miserius misero se ipsum non miserante? Initium est salutis notitia peccati, nam qui peccare se nescit, corrigi non vult. Rem tuam age matire; mors tua non claudicat, sed volat, aderitque subito: inscii rapimur. Crastinam diem suspectam habe, & nunc dole, nunc emenda. *Hoc est,* ait Augustinus, *quod multos in exitum trahit, cum dicant: CRAS, CRAS, & subito clauditur ostium.* Memento mori.

Emendatio vitæ non differenda.

Initium salutis notitia peccati.

Disce VIVERE: id te doceat lex Temperantia.

MVta sunt quæ sustineas, sed plura pænæ, à quibus abstinere. Peccatum semper in foribus est, nisi tu ipse aperias, non intrabit. Temperantia sua rebus omnibus mensuram ponit, victum jubet esse sobrium, vestitum honestum, somnum non sine parsimonia, omnia cum modo. Id namque in omnibus cautè observat: *Ne quid nimis.* Nil tutum est quod modum excedit. Optimus est modus cupidorum, non quantum velis, sed quantum debeas, sumere. Satius est indormire stramine, & conscientiam tranquillam tenere, quam lecto aureo recubare, & perturbationibus agitari. Gulofo modulus vitæ, culina & gula est; sobrietatis abstinenti. Mensam sumptuosam fortuna, frugalem apponit Temperantia. Temperanti lex Deus est, & ratio; voluptas, aut venter, intemperanti.

Temperantia rebus omnibus ponit mensuram.

Disce ORARE: id te doceat officium parvum Custodis ANGELI.

A D M A T V T I N V M.

ψ. Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. 2. Amen.

Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.

Deus

Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen. Alleluja.

A Septuagesimâ usque ad Pascha, loco Alleluja, dicitur,
Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.

Hymnus.

Custodes hominum psallimus Angelos,
Naturæ fragili quos Pater addidit
Cælestis comites, infidiantibus
Ne succumberet hostibus.

Antiphona.

Sancti Angeli custodes nostri defendite nos in prælio, ut non pereamus in tremendo iudicio.

ψ. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.

℞. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Oremus.

DEVS, qui ineffabili providentiâ sanctos Angelos tuos ad nostram custodiam mittere dignaris, largire supplicibus tuis, & eorum semper protectione defendi, & æternâ societate gaudere. Per Dominum, &c.

A D P R I M A M.

ψ. Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. ℞. Amen.

Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen. Alleluja.

Hymnus.

Nam quod corruerit proditor Angelus,
Concessis meritò pulsus honoribus,
Ardens invidiâ pellere nititur
Quos cælo Deus advocat.

Antiphona.

Sancti Angeli custodes nostri defendite nos in prælio, ut non pereamus in tremendo iudicio.

ψ. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.

℞. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Oremus.

DEVS, qui ineffabili providentiâ sanctos Angelos tuos ad nostram custodiam mittere dignaris: largire supplicibus tuis, & eorum semper protectione defendi, & æternâ societate gaudere. Per Dominum, &c.

A D T E R T I A M.

ψ. Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. ℞. Amen.

Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen. Alleluja.

Hymnus.

Huc custos igitur pervigil advola,
Avertens patriâ de tibi creditâ
Tam morbos animi, quam requiescere
Quidquid non finit incolas.

Antiphona.

Sancti Angeli custodes nostri defendite nos in prælio, ut non pereamus in tremendo iudicio.

ψ. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.

℞. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Oremus.

DEVS, qui ineffabili providentiâ sanctos Angelos tuos ad nostram custodiam mittere dignaris, largire supplicibus tuis, & eorum semper protectione defendi, & æternâ societate gaudere. Per Dominum, &c.

Tom. I.

A D S E X T A M.

ψ. Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. ℞. Amen.

Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen. Alleluja.

Hymnus.

Christe Sanctorum decus Angelorum,
Rektor humani generis & auctor,
Nobis æternum tribue benignus
Scandere cælum.

Antiphona.

Sancti Angeli custodes nostri defendite nos in prælio, ut non pereamus in tremendo iudicio.

ψ. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.

℞. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Oremus.

DEVS, qui ineffabili providentiâ sanctos Angelos tuos ad nostram custodiam mittere dignaris: largire supplicibus tuis, & eorum semper protectione defendi, & æternâ societate gaudere. Per Dominum, &c.

A D N O N A M.

ψ. Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. ℞. Amen.

Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen. Alleluja.

Hymnus.

Angelum pacis Michaël ad istam
Cælitus mitti rogitamus aulam;
Nobis ut crebrò veniente crescant
Prospera cuncta.

Antiphona.

Sancti Angeli custodes nostri defendite nos in prælio, ut non pereamus in tremendo iudicio.

ψ. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.

℞. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Oremus.

DEVS, qui ineffabili providentiâ sanctos Angelos tuos ad nostram custodiam mittere dignaris: largire supplicibus tuis, & eorum semper protectione defendi, & æternâ societate gaudere. Per Dominum, &c.

A D V E S P E R A S.

ψ. Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. ℞. Amen.

Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen. Alleluja.

Hymnus.

Angelus fortis Gabriel, ut hostem
Pellat antiquum, volitet ab alto,
Sæpius templum veniens ad istud
Visere nostrum.

Antiphona.

Sancti Angeli custodes nostri defendite nos in prælio, ut non pereamus in tremendo iudicio.

ψ. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.

℞. Adorabo ad templum sanctum tuum & confitebor nomini tuo.

Oremus.

DEVS, qui ineffabili providentiâ sanctos Angelos tuos ad nostram custodiam mittere dignaris, largire supplicibus tuis, & eorum semper protectione defendi,

B b 3

fendi,

fendi, & æternâ societate gaudere. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

AD C O M P L E T O R I V M.

Ꝟ. Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. R. Amen.

Converte nos Deus salutaris noster, & averte iram tuam à nobis.

Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen. Alleluia.

Hymnus.

Angelum nobis medicum salutis
Mitte de cælis Raphaël, ut omnes
Sanet agrotos, paritèrque nostros
Dirigat actus.

Antiphona.

Sancti Angeli custodes nostri defendite nos in prælio, ut non pereamus in tremendo iudicio.

Ꝟ. In conspectu Angelorum passim tibi Deus meus.

R. Adorabo ad templum sanctum tuum & confitebor nomini tuo.

Oremus.

DEUS, qui ineffabili providentiâ sanctos Angelos tuos ad nostram custodiam mittere dignaris, largire supplicibus tuis: & eorum semper protectione defendi, & æternâ societate gaudere. Per Dominum nostrum **JESUM** Christum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Has horas canonicas cum devotione

Dixi, custos Angele, tui ratione:

Precor me custodias mortis in agone,

Et præsens me deducas cæli regione.

Angele Dei, qui custos es mei,

Me tibi commissum pietate supernâ

Hodie illumina, custodi, rege, gubernâ, Amen.

H O R A I V.

Disce MORI: id te doceant Damna-
torum inania vota.

MEMENTO homo bulla, & seridè expende, quanti emerent damna horulam nostri temporis vel unicam, quarum tu tam multas liberalissimâ societate ludibundus prodigis. Vive memor læti; fugit hora, & nihil est annis velocius: rigidum jus mortis est, & inevitabile. Moriendum est: cum nascimur, huic tributo subijcitur; moriendum est. Quid ad ineptias & lusus vacas? ingens tibi negotium in manibus est: moriendum est. Veniet dies, qui de omnibus annis nostris laturus est sententiam. Quid egeris, tunc apparebit, cum animam ages: quid profeceris in vitâ, mors dicet. Pectus mortale nunquam magis divinum est, quam ubi mortalitatem suam cogitat, & scit in hoc natum hominem, ut vitâ defungeretur. Ergo dum licet, operare & proficere, est qui reddat labori tuo præmium. Habes operis tui perpetuum & attentissimum spectatorem Deum, qui sicut capillos, ita & minimos cogitatus tuos numeratos habet, aut ad præmium, aut ad supplicium, idque ÆTERNVM. Memento mori.

Disce VIVERE: id te docet lex Fiducia in Deum.

QUO magis te ipsum tibi diffidere necesse est, tanto minus Deo, cui semper, & in omnibus fidendum. Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion non commovebitur in æternum. Fide Deo, fide affectu quam potes generosiss-

Psal. 124.
vers. 1.

A simo; ecquid trepidas modicæ fidei? Deus providebit. *Genes. 11. vers. 8. August. serm. 4. de fest. mari.* Dominus regit te, & nihil tibi deerit. Quid angeris? et si membra tua dilaceret inimicus, capillos tamen tuos dinumerat Deus. Ne ergo timeas jacturam membrorum, quando securitatem accipis de numero capillorum. Mihi hoc crede: proborum vita, etiam per singula rerum ac temporum momenta, à Deo sic temperatur ac regitur, ut omnia in eorum cedant bonum. Securè navigat, qui fiducia suæ anchoram in Deum jactat, Deoque fidit in omnibus.

Disce ORARE: id te doceant SS. ANGELORVM
Litanie.

KYRIE eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.
Christe audi nos, Christe exaudi nos.

Pater de cælis Deus, Misere nobis.

Fili redemptor mundi Deus, Misere nobis.

Spiritus Sancte Deus, Misere nobis.

B Sancta MARIA regina Angelorum, Ora pro nobis.

Sancte Michaël, qui populo Dei semper defensor fuisti,

Sancte Michaël, qui Luciferum cum complicibus rebellibus de cælo deturbasti,

Sancte Michaël, qui accusatorem fratrum nostrorum in profundum inferni dejecisti,

Sancte Gabriel, qui Danieli visionem patefecisti,

Sancte Gabriel, qui Joannis Baptistæ ortum & ministerium prænucciasti,

Sancte Gabriel, qui Incarnationis Verbi divini nuncius extitisti,

Sancte Raphaël, qui Tobiam salvum duxisti & reduxisti,

Sancte Raphaël, qui dæmonium à Sarâ depulisti,

Sancte Raphaël, qui Tobiam seniorellum illuminasti,

Sancti Seraphim,

Sancti Cherubim,

C Sancti Throni,

Sanctæ Dominationes,

Sanctæ Virtutes,

Sanctæ Potestates,

Sancti Principatus,

Sancti Archangeli,

Sancti Angeli,

Qui super Dei solium excelsum & elevatum statis,

Qui jugiter Deo Sanctus, Sanctus, Sanctus, concinitis,

Qui discussis tenebris mentem nostram illuminatis,

Qui divina hominibus nunciatis,

Qui hominum custodiam à Deo accepistis,

Qui semper faciem Patris, qui in cælis est, videtis,

Qui super uno peccatore pœnitentiam agente gaudetis,

Qui Loth de medio peccatorum eduxistis,

Qui per scalam Jacob ascendistis & descendistis,

Qui in monte Sinâ divinam legem Moysi tradidistis,

Qui Christo nato gaudium hominibus annuciastis,

Qui Christo in deserto ministrastis,

Qui Lazarum in sinu Abrahæ deportastis,

Qui juxta Christi sepulchrum in albis sedistis,

Qui Christo in cælum ascendente, ejus discipulis apparuistis,

Qui Christum ad iudicium venturum cum signo crucis præcedetis,

Qui electos in fine sæculi congregaturi estis,

Qui malos de medio justorum separabitis,

Qui orantium preces ad Deum deferitis,

Qui morientibus assistitis,

Qui animas justorum ab omni labe purgatas ad cælum deducitis,

Qui prodigia & miracula virtute Dei perpetrastis,

Qui

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Qui

Qui hereditatem salutis capientibus in ministerium mittimini,
 Qui super regna & provincias constituti estis,
 Qui hostium exercitus sæpe dissipastis,
 Qui Dei famulos ex carceribus & aliis vitæ periculis sæpe liberastis,
 Qui Sanctis martyribus in tormentis sæpe solatio fuistis,
 Qui Ecclesiæ Prælatos & Principes ejusdem nutritios peculiari curâ fovete soletis,
 Omnes Sancti beatorum spirituum ordines,
 A cunctis periculis, per Sanctos Angelos tuos, Libera nos Domine.

Orate pro nobis.

Ab insidiis diaboli, Libera nos Domine.
 Ab omni hæresi & schismate, Libera nos Domine.
 A peste, fame, & bello, Libera nos Domine.
 A subitaneâ & improvisâ morte, Libera nos Domine.
 A morte perpetuâ, Libera nos Domine.
 Peccatores, Te rogamus audi nos.

Per Sanctos Angelos tuos,
 Ut nobis parcas,
 Ut nobis indulgeas,
 Ut Ecclesiam tuam sanctam regere & conservare digneris,
 Ut dominum Apostolicum & omnes Ecclesiasticos ordines protegere digneris,
 Ut Imperatori nostro, Regibus, & omnibus Principibus Christianis pacem & unitatem largiri digneris,
 Ut fructus terræ dare & conservare digneris,
 Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris,

Te rogamus audi nos.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Parce nobis Dñe.
 Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Dñe.
 Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.
 Christe audi nos, Christe exaudi nos. Kyrie eleison,
 Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster, &c.

Psalms ex variis Psalmis.

Laudate Dominum de cælis: laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes Angeli ejus: laudate eum omnes virtutes ejus.

Benedicite Dominum omnes Angeli ejus: potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum ejus.

Benedicite Domino omnes virtutes ejus: ministri ejus qui facitis voluntatem ejus.

Benedic anima mea Domino, & noli oblivisci omnes retributiones ejus.

Qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordiâ & miserationibus.

Quoniam Angelis suis mandavit de te: ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te: ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis Leonem & Draconem.

Immitter Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

☩. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.

☩. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

☩. Domine exaudi orationem meam.

☩. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Omnipotens & misericors Deus, qui nos Angelicâ custodiâ munire dignatus es, concede quaesumus, ut tantâ protectione securi, & à pravis cogitationibus

A liberemur in mente, & ab omnibus adversitatibus erua-
 mur in corpore. Per Dominum nostrum Jesum Chri-
 stum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate
 Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum,
 Amen.

H O R A V.

*Disce MORI: id te doceat assidua
 mortis rapina.*

MEMENTO homo vanitas, non moriturum te, sed
 MORI, quovis die, quâvis horâ. Vitæ hujus prin-
 cipium, mortis est exordium: prima hora quæ vitam
 dedit, eandem etiam carpsit & mutilavit; hunc ipsum
 quem agis diem, cum morte dividis. Quidquid facis,
 respice finem. *Breves dies hominis sunt, numerus mensum
 ejus apud Deum est: constituti sunt termini ejus qui præteriri
 non poterunt;* non poterunt, cheu non poterunt. Et non
 tantum non præteriri sed nec sciri possunt, quàm sint
 vicini. Vis esse immunis à morte subitâ? mortem assidua
 cogita. Semper discendum est, quod an sciamus, ex-
 periri non possumus: meditare mortem. Nemo im-
 provisè moritur, qui semper se moriturum cogitavit.
 Memento mori.

Disce VIVERE: id te doceat lex Iustitiæ.

Virtutis est proprium, injustitiam odisse, & omnem
 injustitiæ comitatum, insidias, fraudes, injurias:
 has accipere malis, quàm inferre. Non mundi, sed
 Christi lex est: Rapturo pallium etiam tunicâ adjicien-
 dam in austarium. Et quod illud lucrum sit, argentum
 in arcâ, damnum in conscientia? lucro turpi jactura
 longè præferenda est: *Quid enim proderit homini, si lucr-
 tur mundum totum, & detrimentum anime sue faciat. Sed
 is jam moribus vivitur, ut justitiæ nomen religiose ado-
 reretur, res ipsa ad cuiusvis sensum aut commodum tor-
 queatur: justii haberi volunt plurimi, pauci esse. Pars
 magna justitiæ est, ut, quod aliis vitio vertis, ipse non
 committas, & quod tibi fieri non vis, alteri non facias.*
 Discite justitiam moniti (ò mortales) & non temnere
 Divos.

Disce ORARE: id te doceant tres orationes iste.

Prima.

Deus qui miro ordine Angelorum ministeria ho-
 minumque dispensas, concede propitius, ut à qui-
 bus tibi ministrantibus in celo semper assistitur, ab his
 in terrâ vita nostra muniatur. Per Christum Dominum
 nostrum, &c.

Secunda.

Benignissime Deus, cujus immensa bonitas & sa-
 pientia, in omnibus sanctis Angelis tuis mirificè re-
 luctet, te rogo suppliciter, ut Angelicis pro me interve-
 nientibus suffragiis, omnia opera mea & placatus susci-
 pias, & ad salutem meam provenire concedas. Per
 Christum Dominum nostrum.

Tertia.

OÆterne Deus, bonitatem tuam per omnium San-
 ctorum Angelorum atque Archangelorum pre-
 ces & merita, humiliter imploro, ut quod meo in te
 amori deest, illorum in te ardentissimus amor compen-
 set. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum
 filium tuum, qui tecum vivit & regnat cum sancto Spi-
 ritu in sæcula sæculorum.

H O R A VI.

*Disce MORI: id te doceant quotidiana
 plurimorum funera.*

MEMENTO homo putredo, quot hac, non dicam Vitæ brevi-
 die, sed horâ, è vivis citandi ad tribunal summi
 judicis, cogitanda.

judicis, & quot ex eis damnandi. Ita non tantum sepe, sed assidue mortalem te cogita. Nil aequè tibi proderit ad temperantiam omnium rerum, quam frequens cogitatio brevis avi hujus & incerti. *Noli de mortuo inimico tuo gaudere, sciens quoniam OMNES morimur.* Attende ergo tibi & vitæ tuæ. Ortum quidquid habet, finem timent: *ibimus omnes, ibimus.* Illi, & isti, & isti præcedunt, nos singuli, quo quemque mors ordine vocaverit, sequemur. Omnes dies, omnis hora, quam nihil sumus, ostendit; attende tibi: Vitam lucrari est, in singulos dies mori. Memento mori.

Disce VIVERE: id te doceat lex Misericordie.

Eccli. cap. 8. vers. 8.

Eccli. cap. 9. vers. 13.
E Dicit Veritas: *Misericordiam volo, & non sacrificium.* Aequum est egentibus subveniri non divitibus. Effundit, qui in plenum mittit; illud potius reconditur, quod valis vacuis commendatur. Laudent te esurientium viscera, non ructantium opulenta convivia. Ter mirum in plenissimo resurgentium conventu, coram universis Angelis tacet Christus, quod Abel primus martyr fuerit, quod Abraham obedientiam excelluerit, quod Moyses legem tulerit, quod Petrus crucem Jesu primus ascenderit: hæc, inquam, tacet Judex, & solum proclamat, quis sibi pauperi cibum dederit, quis nudo vestem obtulerit, quis domo foverit. En, quidquid datur pauperi, non est donum, sed mutuum; quidquid enim tribuitur, tam pulchro quam magno fœnore recipitur. Quæstuosissima omnium ars est elemosyna, & cæli janitoribus notissima. Eleemosyna verò aurea, & summa est, INIMICOS DILIGERE.

In judicio opera misericordie à Christo proclamantur.

Disce ORARE: id te doceant Orationes de S. Michaële Archangelo.

Prima.

B eati Michaëlis Archangeli tui, quæsumus Domine, intercessio gloriosa nos semper & ubique protegat, & ad vitam perducat æternam. Per Christum Dominum nostrum.

Secunda.

P rinceps gloriosissime, Michaël Archangele, esto memor nostri, hæc & ubique semper, precare pro nobis Filium Dei.

Tertia.

B eati Archangeli tui Michaëlis commemoratione lætantes, humiliter te Domine deprecamur, ut quod nostris meritis non valemus, ejus intercessione consequamur. Per eundem Christum Dominum nostrum.

H O R A VII.

Disce MORI: id te doceat temporis jactura irreparabilis.

Temporis pretium est inestimabile.

M EMENTO homo favilla, non verba solum, sed & tempus volare irrevocabile. In domus combustæ vicem fugit alia: in temporis combusti pretium nulli uniones sunt computandi. Paleæ sunt gemmæ omnes præ hoc temporis censu. Nec futurum ullus damnosior est, quam qui hoc ipse sibi furatur, aut malè agendo, aut nihil agendo. Fluunt dies, & irreparabilis vita decurrit. Aliqua est rerum omnium recuperatio, nulla temporis: mille florenas perdere, magnum damnum censetur; famam amittere, multò majus, tempus otio comburere, multò maximum, & quo plus temporis in vanum avolat, hoc mors formidabilior propinquat. Memento mori.

Disce VIVERE: id te doceat lex Mansuetudinis.

Eccli. cap. 3. vers. 19.

Illi, in mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligere. Quidquid dicas, faciasque, super

A omnia vultus & verba accedant bona: *Beati mites.* Cælestis Hierusalem non spoliū bellatorum, sed spoliū hæreditatis mansuetorum. Mites sunt, qui improbi-rati cedunt, & malo non resistunt, sed vincunt in bono malum. Sunt quidam mites, sed quamdiu cuncta fiunt pro eorum arbitrio: range montem, mox cerines futurum. Nimirum, qualis quisque apud se lateat, illata contumelia probat. Magni animi proprium illud est, ut sciat esse placidus, ut norit iram substringere, injurias atque offensiones serenè semper fronte digerere. Verè mansuetus, est ut tractabilis cæra, mitis columba, tranquillum oleum.

Disce ORARE: id te doceant Orationes ad Custodem Angelum, Christi Matrem, Christum.

I. *Ad Angelum Custodem.*

S aluto te, ô Sancte Angele Dei, Princeps nobilis, Custos meus fidelis, cui me gubernandum divina bonitas tradidit. Quam multa secundum Deum, tibi tuæque charitati debeo, quod indigno mihi tot annis totque modis fideliter atque clementer assistis, & animi corporisque mei salutem procuras. Commendo me tibi hodie, ut adversus malignum hostem, te duce illæsus conferver, & in gratiâ Dei, ad extremum usque halitum firmus & constans perseverem, & tecum in cælo Dominum nostrum laudem in æternum.

II. *Ad Beatissimam Virginem MARIAM: Salutationes XII. totidem stellis assimilatae.*

A ve Mundi decus, lampas inextinguibilis. Ave Mundi oculæ, cælorum janua, Seraphinorum gloria.

Ave Mater purissima, quam nulla unquam sequor invasit cogitatio.

Ave ingens & portentosum mundi miraculum.

C Ave ornatissimum supremi regis palatium.

Ave armarium vitæ, pratum totius fragrantie Spiritus sancti.

Ave latens thesauræ gratiæ, quæ sola portas Verbum, quod portat omnia.

Ave vas electionis admirabile; Ave Mater Filii, filia Patris, sponsa sancti Spiritus.

Ave nubes lucida, Ave columna ignea, quæ populum Dei per desertum mundi deducis.

Ave vellus mundissimum de cælo humectatum, per quam & in quâ ovem induit pastor.

Ave doctrinæ sceptrum, devotionis templum, donorum omnium gazophylacium opulentissimum.

Ave novi Adami paradisi: Ave urna aurea cælestis manna continens.

Ave fax fidelium, infiniti circumdatrix, castarum animarum ara: Ave gaudium semper & in æternum ineffabile.

Nomina Patrum, è quibus hæc stella sunt excerpta.

C yrillus Alexandrinus, Epiphanius, Elias Cretensis, Fulgentius, Gregorius Nicomedensis, Gregorius Neocæsariensis, Hildesonsus Toletanus, Origenes, Proclus, Sophronius, Theodoretus, Methodius, Olympius. Inter hos velut duodecim Apostolos, decimus tertius esse cupit Bernardus, uti fuit & Paulus. Nec se continet Bernardus, & ad DOMINI MATREM succlamat: Ex totis animæ viribus te saluto ac compello: Ave Virginum Regina: Ave mare gemmis plenissimum.

Nec hoc ei satis; totum invitans orbem ad matris istius venerationem:

Totis ergo, inquit, medullis cordis veneremur Mariam, quia licet est voluntas ejus, qui totum nos habere voluit per Mariam.

III. *Ad*

Est vitæ ad

Zel
147
Fid
147

Sant
res
conc
Virtu
Virtu

Cap. 41
vers. 1

III. Ad Christum.

IESU bone, ego nimis imperfectè tibi servio, nimis frigidè te laudo & diligo. Ah, quàm longè adhuc absum à verà mei abnegatione; à verà Humilitate, Patientià, & Charitate! Te ergo rogo, ut quòd minus est in me, tu digneris supplere pro me, & divinum cor tuum amoris plenissimum Patri offerre pro corde meo, amoris egentissimo.

Domine Jesu Christe, amem te solum propter te, & nihil amem nisi in te.

Domine Jesu Christe auge mihi laborem & dolorem, modò augeas patientiam & amorem.

Domine Jesu Christe da mihi ut in divino beneplacito tuo, in sanctissimà tuà voluntate unicè delecter, & in eà super omnia requiescam.

H O R A VIII.

Disce MORI: id te doceat imminentis metus iudicii.

MEMENTO homo pulvis; conscientiamque tuam interroga: Si hac te horà ad tribunal suum evocaret Deus, num paratus fores reddendæ rationi? dicelne: *Cras ero* emendationi tuæ indulgentiam promissit Deus, sed tuæ dilationi diem crastinum non promissit. Nihilominus omnia in futurum disponimus, & inter præcipitia lenti sumus. Heu, heu, nos miseròs, quàm totus homuncio nil est! O theatrum & ludum quidquid in hoc orbe *VIVERE* vocatur: Age, valedic rebus humanis, & ad reddendam rationem te para; tribunal te vocat. Nullam hîc moram, nullas inducias, nullam comperendinationem quære. Hinc abeundum est; ne tergiversare: ratio reddenda est, ne excusa. Qualis vixeris, talis & iudicaberis. Memento mori.

Disce VIVERE: id te doceat lex Veritatis.

ANTE omnia opera verbum verax præcedat te. Veritatem enim requirit Dominus. Jurare & mentiri nesciat lingua tua. Veritati sic studeas, ut quidquid dixeris, juratum putes. Non est sincerus, non probi hominis, aliud peccatore clausum, aliud lingua promptum habere. Veritas, sicut ubique mater est sanctitatis, sic ubique amanda est. Nullæ duæ res tam inter se concordēs sunt & cognatæ, ut *VIRTUS* & *VERITAS*. Premi quidem solet veritas, non opprimi; emergit tandem: impugnat sæpe, non vincitur. Veritatis amatori nullus reprehensor est merendus, aut enim reprehensurus, inimicus est, aut amicus: inimicus si insultat, ferendus; amicus si errat, docendus; si ipse doceat, audiendus est. Tegere, polire, fingere, comere, fucare Veritatem, est dehonestare; mentiri, est animam necare. *Os enim quod mentitur, occidit animam.*

Disce ORARE: id te doceat Oratio exercendis divini amoris actibus.

XIII. Actus amoris in Deum.

OMNI amantissime Deus, 1. Ad te summum bonum, toto cordis affectu feror. 2. In immensissimâ bonitate tuâ exulto, 3. & gaudeo, quod te omnes Angeli adorent, beati omnes honorent & laudent. 4. O mi creator, quàm ego cupio, ut omnes homines te agnoscant & colant; tibi uni omnes serviant! 5. Ah, quàm me pœnitent omnium peccatorum meorum! 6. Et ideo firmissimè statuo legem tuam posthac in omnibus observare. 7. Omne solarium meum in sanctissimo tuo beneplacito quæram; 8. Aversabor, quidquid tibi displicuerit. 9. Mi Deus, omnia mea tua sunt, tibi omnia consacro: 10. Propter te adversa omnia liben-

terissimè tolerabo: 11. Permissione & dispositione tuâ semper contentissimus ero. 12. O Bonitas, tuum in me amorem adauge. 13. O Charitas, te nunquam amare desinam.

Explicatio præcedentis Orationis.

CVM virtutis laus omnis in actione consistat, amoris in Deum tendentis actiones interiores à Theologis plerumque hæc solent assignari.

1. Deum, tanquam *summum bonum*, videndum ac fruendum pronissimo affectu desiderare.
2. Sua Deo bona omnia velle, nec aliam ob causam, nisi quia bona Dei sunt, uti sunt sapientia, bonitas, potentia, &c.
3. Impensè gaudere, Deo ab Angelis, beatis, probis omnibus ferviri.
4. Desiderare unicè, ut res creatæ omnes, gloriæ, honorique divino sese impendant.
5. Animo dolere ob omnes in Deum injurias, & à se & ab aliis commissas.
6. Serio constituere, omnem Dei legem exactè observare.
7. Unicam in omnibus Dei voluntatem sibi sequendam proponere.
8. Aversari omnia, quæ quis Deo displicere cognovit.
9. Omnia sua Deo liberalissimâ submissione offerre.
10. In res adversas omnes Dei causâ tolerandas promptum animum obfirmare.
11. Divini regiminis providentiam ubique agnoscere; & extollere.
12. Fatei se divinis favoribus minùs respondere, & amoris augmentum poscere.
13. Beatam in Dei amore perseverantiam assiduis precibus efflagitare.

Circa hæc divini Amoris actiones duo maximè notanda.

Primum. Letales animi plagas non perstant, nisi *AMOR* aut *DOLOR*, sive, ut Theologorum ore loquamur, duo tantum sunt actus, qui perditam Dei gratiam recuperent, actus charitatis, & actus pœnitentiæ; quorum alter alterum includit. Publicanus dolendo potissimum, Magdalena diligendo præcipuè omnem animi pestem dederit: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.*

Secundum. Primaria divini amoris actio est, serio & ex animo velle omnibus Dei præceptis parere. *Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est, qui diligit me.* Ad hanc amoris divini actionem exercendam quivis hominum obstringitur in triplici fere periculo. Primum periculo cum quis graviter à dæmone impugnatur, aut aliis ad vitia illecebris invitatur, & hæc sint exemplo: videt quis auream sine custode monetam; deprehensum habet sub unguibus inimicum; cernit oblatam explendæ libidinis occasionem; hæc cacodæmon ingenti conatu suggerit: sic elabi fines pulcherrimam hanc occasionem? en nummos aureos, en opportunam ultionis horam, en paratas delicias; aude aliquid, fructe, & opportunitate, dum licet, utere. Hîc necessarium omnino, ut, qui letale crimen horret, in Deum amorem sic testetur: *Domine Deus, lex tua & tuus honor, chariora mihi sunt, quàm lucrum meum, quàm turpis & vetita voluptas, quàm totus orbis.* Nisi is, qui in hoc lubrico stat, sic egerit, Deum perdidit, gratia Dei excidit, cælum amisit, aut ergo tunc Deum amabit, aut à diabolo vincetur. Quod si hominem clandestinæ mentis, aut furtivæ corporis libidini deditum interrogem: *Mi homo, amasne Deum? amare se affirmabit. Sed an decalogum nosti? novi, dicer. Etiam præceptum sextum tenes: dicer, teneo.*

Amoris in Deum tendentis actiones interiores.

Duo notanda circa amoris actiones.

Luc. cap. 7. vers. 47.

Joan. c. 14. vers. 21. 1. Joan. c. 5. vers. 3.

In triplici periculo homo tenetur ad hanc amoris divini actionem,

Emendatio vix non differenda.

Zach. c. 3. vers. 10. Psal. 30. vers. 24.

Sunt duæ res inter se concordēs Virtus & Veritas.

Sap. cap. 1. vers. 11.

neo. Nunquid colibidinem omnem prohiberi censes? censeo, respondebit, nec aliter poterit. Et tamen in hanc expressissimam Dei legem, nihilominus tam petulantur, toties peccare audes? ergo tua tibi muliercula, tui tibi furivi amores, tuæ tibi oblectatiunculae præ Deo, præ Deilege, præ honore Dei, longè sunt chariora; ergo in te nec scintilla vivit divini amoris, quamdiu hos mores & impurum hunc amorem perseveras. *Hæc est enim charitas Dei, ut mandata ejus custodiamus. Quid est, inquit Augustinus, quod diligo Regem, si odio habeo ejus legem? & verissimè Gregorius: Verè, inquit, amat, qui ad mandata ejus à suis se voluptatibus coarctat: qui per illicita desideria diffluit, profectò Deum non diligit, quia ei suâ voluntate contradicit.*

Deinde, ad eandem divini amoris actionem quæmque obligat alterum hoc periculum, cum quis prudenter sibi metuit, ne ratione loci quò iturus, aut hominum quibuscum acturus, gravius delinquat, tunc sanè opus, animum Dei amore sic inflammet & muniat, ut cum Pfalte regio sincerè pronunciet: *Scrutabor legem tuam Domine, & custodiam illam in toto corde meo. Hæc est enim charitas Dei, ut mandata ejus custodiamus.*

Postremum denique corporis animique periculum, idem quod dixi, divini amoris argumentum postulat: ut, cum quis fatalem sibi horam imminere sentit, hoc ipso in summo conditore amore feratur, idque non pœnæ formidum, non præmii spe, sed quod agnoscat, hoc à se **SVMMO BONO** modis omnibus deberi. Hæc certè supremâ vitæ horâ, si unquam, lex illa, quàm integerrimè potest, observanda: *Diligas Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex totâ animâ tuâ, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tuâ. Charitas nunquam excidit. Ergo, in charitate crescemus in illo per omnia.*

Protestatio ad Deum, satem semel per hebdomadam dicenda.

Siquidquam, ô mi Deus, cogitavero, dixero, fecero per imprudentiam, quod divino beneplacito tuo repugnet: coram te, Domine, totâque curiâ tuâ caelesti protector, id præter & contra voluntatem meam fieri. Si aliter accidat, Misere, Domine, & errantem illicò revoca, cadentem subleva: & ne id contingat, per bonitatem tuam rogo te, misericordissimè Deus, ut benedictione tuâ me prævenire, & tanquam rem tuam possidere ac regere digneris. Arbitrii mei libertatem tibi sic subijcio, ut illam à te, si opus, etiam cogi cupiam, & vinciri, ne contra te rebellet, aut contra voluntatem tuam vel minimum quid committat. Unicè velim, mi Deus, quod tu vis, & quod tu non vis, id & ego unicè nolim. Hæc mea unica sit voluntas, voluntatis tuæ beneplacitum querere, ac facere in omnibus. Si quid, Domine à te petam, ne largiaris petenti quod honori tuo deroget, quod tuæ voluntati repugnet. Scio, ô bonitas, scio: id mihi solum obest, quod tibi non placet. Ergo te per omnes Sanctos Angelos tuos oro, da mihi odium mei, & tuum omnibus amorem.

Gemitus ad Deum anhelantes, amoris plenissimi.

Amo te mi Deus, cupièque ardentius amare. Hæc amoris flammâ cor meum penitus liquefiat. Nihil extra te me beat. Et quando, mi Deus, & quando ad te hinc evolabo?

H O R A I X.

Disce MORI: id te doceat maximus debitorum numerus.

MEMENTO homo spuma, immenso ære alieno te laborare. Cogita peccata tua omnia, & in unum

Aea cumulum compone: tot lascivas cogitationes, tot verba non oriosa tantum, sed contumeliosa, fœda, detractoria: tot facta improba nullo fisco excusanda. Intuere hos tantos nozarum acervos, & fateri cogaris: Magnus debitor sum inultorum millium talentorum, & heu, si me sic obæratum mors meò ad versario tradat, certum est, carcere non exibo, dum ad tertium solvere. Mature hæc cogita & aliis sæpe ignoscito, tibi nunquàm. Qui se cognoscunt, uti semper peccant, ita semper plorant. Vis nunquam esse tristis? bene vive: beatus ille homo, qui semper & ubique sic vivit, ut unamquamque diem velut ultimam, & non redituram consumat. Memento mori.

Disce VIVERE: id te doceat lex Castitatis.

Frustrus Spiritus est charitas, continentia, castitas: Omnis autem ponderatio non est digna continentis anima. Nemo jactet pudicum animum, si impudicum habeat oculum: nemo de casto corpore gloriatur, cujus casta non sit cogitatio. Optimus Job ideo cum oculis fanciebat fœdus, ut posset etiam cum cogitationibus: *Pepigi, fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine. Quam enim partem haberet in me Deus desuper? Oraculum accipe à beato Hieronymo editum: Quacunque, ait, virtute polleas, quibuscumque operibus nitæas, si cingulo castitatis careas, omnia per terram trahes.* Et crede mihi, mi homo, si te pestilens libidinis uredo adurat, nec resistas, petiisti. Corpus, animus, pecunia, fama, omnia tibi tua perierunt: vale dic cælo, & morere. Ergo principii obsta, & caput obtere huic colubro, ne cauda te venenct.

Disce ORARE: id te doceat Oratio

B. Francisci.

DEVS MEVS, ET OMNIA.

Beatum Franciscum accepimus noctes ipsas quatuor verborum horum commentatione & creberrimâ repetitione, non semel summâ cum animi sui voluptate transegit. Igitur voce præeuntem sequere, & dic:

DEVS MEVS, ET OMNIA.

Millies hoc dicam, millies hoc cogitabo, millies hoc, & usque, & usque, & usque millies repetam. Neque enim vel dicere vel cogitare majus possum aut melius, quàm hoc ipsum, **DEVS MEVS, ET OMNIA.** Alii alia quarant, alia desiderant, unum ego Deum meum quero, Deum desidero: **O DEVS MEVS, ET OMNIA.** Opes aliis & honores, voluptates aliis universas relinquo: Deum ego habeam, & omnia habeo. Totos aliis ego mundos concedo: aureos & gemmeos montes non invideo; summas delicias permitto; mihi Deus meus est omnia. Nihil ita bonum, nihil ita pulchrum aut jucundum, quin summum illud & primum bonum, & melius sit, & pulchrius sit ac jucundius.

DEVS MEVS, ET OMNIA! quàm me varia sæpe accendunt desideria, quàm diversis subinde æstu cupiditatibus! ita ut cum lunatico illo adolescente, modò in ignem, modò in aquam rapiar. Sed quænam illa tanta bona sunt, quæ ego tam anxie appeto? num hoc vel illud genus edulit aut portionis? Deus meus, cibus meus, potus meus, & omnia. Num hoc vel illud genus relaxationis aut voluptatis? Deus meus, gaudium meum, voluptas mea, & omnia. Num hoc vel illud genus honoris aut dignitatis? Deus meus, honor meus, mea dignitas, & mea omnia. Quid est tandem quod appetere possum; & cujus loco, mihi non Deus sit, & sit omnia? mihi epulatio, mihi oblectatio, mihi quies, mihi thesaurus Deus est, mihi Deus omnia, & plus quàm omnia. Nam etsi cibus, quibus inhio, vesci: potus, quem sitio, refici: voluptate, quam ardeo, frui: honores, quos ambio, assequi

Deo frui
est perfe-
ctissime
frui omni-
bus bonis.

assequi liceat : quid istud vesci, quid istud refici, & frui, A
& assequi ? DEVS MEVS, ET OMNIA, te frui, à te refici,
est perfectissimè refici, est frui omnibus bonis: DEVS
MEVS, ET OMNIA. At verò labor premit, dolor affligit,
curæ distrahunt, homo turbat, & exagitat. Nihil horum
metuendum; neque enim hæc omnia, etiam si simul in-
gruant, mala sunt, si summum illud bonum opituletur
Deus. DEVS MEVS, ET OMNIA. Tu mihi, ô bone
Deus, ô bonitas, tu in labore quies, in dolore voluptas,
in curis securitas; tu mihi ab omni hominum insultu
propugnaculum tutissimum; tu mihi ab omni malo re-
fugium; tu mihi es OMNIA, quæcunque tandem desi-
derare possum. Ergo, quæcunque in posterum, &
quæcunque bonum appetiero, hoc ipse mihi semper
occinam: DEVS MEVS, ET OMNIA. Desine, ô homo,
impuros vinctos sectari, cum fontem purissimum ha-
beas: Deum habes, omnia habes, quæcunque habere
concupiscis.

Oratiuncula selecta ad Christum Dominum.

Prima.

DA mihi obsecro, Domine, diabolica vitare conta-
gia, & ad te meam, etiam rebellem, compelle
propitiis voluntatem.

Secunda.

OMnipotens æterne Deus, fac me tibi semper, &
devotam gerere voluntatem, & majestati tuæ sin-
cero corde servire.

Tertia.

TVA me quæso, Domine, gratia semper & præve-
niat & sequatur, ac bonis operibus jugiter faciat
esse intentum. Qui vivis in sæcula sæculorum.

Vna voluntas Dei, adversa, morbum, mortem inferentis :
& hominis ista perferentis.

DEus meus, amor meus, absit, ut quod tu vis, ego
nolim; aut quod tu non vis, velim ego. Tua volun-
tas, mea voluntas: imò jam amplius mea non est, quia
tua esse cœpit, imò tua jam mihi sequenda est, quia
mea esse cœpit. Idem ego velle debeo, quod tu; & verò
etiam, ô Domine, volo. Vis me ægrotare ? volo. Vis me
depauperari ? volo. Tabescere ? volo. Doloribus affli-
gi ? volo. Solatiis destitui ? volo. Adversis plurimis exer-
ceri ? volo. Mori etiam ? & hoc volo. Vis me cælo ad-
scribere ? volo quàm maximè. Inferis addicere ? Ah !
bone Jesu, ut tu hoc velles, volebam ego & merebar:
ut ego hoc nollem, & volebas tu & merebaris. Arque
si fieri posset (uti sanè non potest) horum alterutrum:
aut sanctissimam tuam voluntatem irritam esse, ut ego
beatus sim; aut me damnatum esse, ut sanctissima vo-
luntas tua rata sit, proclamo: melius est damnari me; &
servari, quod tu vis, ô Deus. Sed, ô bonitas, mortem D
meam, scio, non vis, qui Filii tui mortem ideo volebas,
ut posses non velle meam. Per illam ergo Filii mortem
te rogo, ô Pater, à morte æternâ me eripe. En vulnera,
en sanguinem, quo tibi pro me litatum est: Filio nole-
bas parcere, ut posses servulo. Quia ergo & potes, &
vis misereri, ô immensa, ô tremenda Majestas, misere-
re mei, parce mihi. Peccavi; negare non possum; sed tu
potes condonare quicquid peccavi. Serva me, Deus,
quem creasti: opus tuum sum, & te meum opificem
videre & æternum laudare cupio. Potes quidem, instar
figuli, me luteum vasculum & sub sui auctoris manu
parum obsequens frangere: & (pridem id meritus sum)
in flammis abjicere, sed quia major est tua bonitas,
quàm malignitas mea, parce Domine, parce, parce, vi-
vam amando te, qui brevè moriar, hoc per ultimum ha-
litum rogando te: MISERERE.

Annotatiuncula de Divina & humana voluntatis
conformatione.

PER omnem sacram paginam, nihil commendatius Prima de
est, quàm hæc divinæ & humanæ voluntatis unio. divinæ &
Christus utique omnium hominum optimè orare no- humanæ
vit; sic autem oravit: Pater, non mea, sed tua voluntas fiat. voluntatis
Sed nec nos aliter orare docuit: Fiat voluntas tua, sicut in conforma-
calo, & in terrâ. Mille alia bibliorum pro hoc testimonia notatio.

II. Unicam in omnibus Dei voluntatem attendere, Secunda.
est compendium & summa optimæ ac tranquillissimæ
vitæ.

III. Extra omnes tempestatum furias, supra nubes Tertia.
securus degit, quicunque sua omnia ad unicam Dei vo-
luntatem collineat. Amicis summum precandi genus est
VELLE: Deo amicum facit, idem in omnibus semper
OMNIA cum Deo.

IV. Quæcunque in orbe fiunt, aut verè mala, & in Quarta.
Deum peccata sunt, aut certè mala non sunt; quia nec
peccata sunt. In prioribus illis Dei permisso, in his dis-
positio semper admirabilis elucet. Nam omne malum
pœnæ, ut Theologi loquuntur, positivè & effectivè à
Deo est, illius etiam quæ è peccatis nascitur. Ipse Deus
harum pœnarum omnium clarissimè auctorem se fate-
tur, Isaiâ proclamante: Ego Dominus & non est alter: for-
maus lucem & creans tenebras, faciens pacem, & creans ma-
lum: Ego Dominus faciens omnia hæc. Amos hoc ipsum con-
firmans: Si erit malum, inquit, in civitate, quod Dominus
non fecerit? Ergo quæcunque demum subeamus pœnas,
æquo & fidenti animo dicamus: Dominus est, quod bonum
est in oculis suis faciat.

V. Ideo sapienter Epictetus: ne postules, inquit, ea Quinta.
qua sunt, ita fieri ut tu vis: sed, si sapias, ita velis ea fieri ut sunt.
Sic omnia secunda tibi accident. Sapienstis Thomas à Imit. Chri-
Kemp. Homo interius citò sese colligit, sicut res eveniunt, sic se
illis accommodat. Sapienstissimè Salomon: Non contrista-
bit justum quicquid ei acciderit. Quid enim tristetur ille,
qui in omnibus summam Dei providentiam, & sanctif-
simam ejus voluntatem agnoscit?

VI. In omni fortunâ, secundâ & adversâ, in quavis Sexta.
turbatione aut tentatione, in quibuscunque procellis,
tutissimum & optimum, unicam sibi Dei voluntatem
sequendam proponere: universâ & singula, quæ facien-
da & ferenda, in unam Dei voluntatem reducere. Hac
quicquid iverit, tutissimus ibit.

VII. In morbo & morte non est utilius exercitium Septima.
ullum (Ludovico Blofio teste, quàm ut quis seipsum
ex integro divinæ voluntati submittat, & immensam
Dei bonitatem ac misericordiam HUMILITATIS &
CHARITATIS brachiis amplectatur.

H O R A X.

Disce MORI: id te doceat usitatus
defunctorum Psalmus.

MEMENTO homo aura, quid tibi omnes è tumulis
defuncti acclament: MIHI HERI, ET TIBI HO-
DIE: Memor esto judicii mei, sic enim erit & tuum. Hic ille
communis mortuorum Psalmus est, quo invitamur ad
tumulum. Inus huc omnes, nec se jungimur, sed leniter
alter alterum anteimus. Hæc lex est universi: nasci, sur-
gere, languere, mori. Omnes morimur, & quasi aqua dilabi-
mur in terram, quæ non revertuntur. Ideo id sæpe cogitan-
dum est. Quare sarcinulas collige, brevè aderit qui te
ducat ad PLURES. Iter hoc ne auro, nec prece, nec pre-
tio, arte nullâ redimes. Eundum est, eundum, & in
alium orbem migrandum: si mortem metuis æternam,
vide ut tua ante te vitia moriantur. Memento mori.

Disce VIVERE : id te doceat lex Humilitatis.

Prov. c. 15.
vers. 33.
Humilis
non vult
videri hu-
miliis, sed
vilis.

Gloriam præcedit Humilitas. Et qui sine Humilitate Verè modestus & humilis non vult modestus & humilis, sed vilis videri, cum affligitur & contemnitur, sibi ipse identidem occidit: HIS OMNINO DIGNVS ES. Cadere vult, non ascendere, qui ad alta non per infima tendit: petire vult, qui se in superbiam & pretium sui præcipitat. Quanto magnus es, humilia te in omnibus. Et quæso cur spectatores tibi deligis in terrâ, cum theatrum habeas constructum in calo? quid sterilem gloriam aucuparis, cui gloria æterna promittitur? Nihilominus Humilitatis umbram multi, veritatem pauci se Ætantur. Humilem ostendit indefessâ patientia, & generosus sum-mer conceptus. Er hoc tibi longè sit certissimum de teipso: Tantò major eris in oculis Dei, quantò minor fueris in tuis: tantò Deo pretiosior, quantò tibi ipse vilior.

Eccli. cap. 3.
vers. 20.

Disce ORARE : id te doceat commendatio anima in manus Creatoris : In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.

Iam commendo sanus & valens, ut commendatum habes, ô Christe, quando illum commendare non potero amplius, etsi suis vinculis nondum solutum. Timeo tempus illud, quo inter vivos ero, nec esse me sciam. Videmus in plerisque moribundis id fieri. Spirant, vivunt, & vivere se nesciunt. Quis palpitantem tunc spiritum & migrate trepidantem tandem tamen ex amico carcere migrantem recipiat, si tu excludas, orbis Cõditor? Christe patientissime recordare, etiam te in extremis illis angustiis lacrymarum, & deserui questum esse, spiritum Patri commendasse, exclamasse, expirasse: Ad te ego jam clamo, ut tu meus servator spiritum meum suscipias, quocumque morbo, tempore, loco, è corpore abeuntem. Recordare, bone Jesu, in cruce te brachia expandisse, pectus aperuisse, caput inclinasse. Ecce, anima mea à rebus creatis omnibus deserta refugium querit : in illa tua brachia sese immittit, in tuum illud pectus sese ingerit : admitte, obsecro, miseram, & ne inde extruatur, donec ira Dei transeat. Hic secura, hinc ab inferorum satellitibus tuta lateat. Ergo, in manus tuas, Domine, commendo spiritum meum, imò tuum, quia tu cum creasti & reparasti : Figmentum tuum; ô Deus, ne despice.

Aspirationes ad Christum pro felici obitu.

Psal. 142.
vers. 2.

Non intres in iudicium cum servo tuo, dulcissime IESV, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Ne mementis, bone IESV, iniquitatum mearum, citò anticipent me misericordia tua, quia pauper factus sum nimis.

Psal. 12.
vers. 4. & 5.

Illumina, mansuetissime IESV, oculos meos, ne unquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, prævalui adversus eum.

Domine IESV Christe, fili Dei vivi, pone passionem, crucem & mortem tuam, inter iudicium tuum, & animam meam.

O mi amantissime Domine IESV Christe, ob honorem & virtutem, tua benedictæ passionis, iube me adscribi in numerum electorum tuorum.

Ad omnes SS. Angelos ardens suspirium.

Securrite, subvenite, ô vos omnes beatissimi Spiritus, Sancti Angeli Dei, & cum in extremis vestram opem non amplius implorare poterò, ne me deserite.

H O R A X I.

Disce MORI : id te doceant repentinae mortis insidie.

Memento, homo somnium, cum cubitum te

conferens, quam plurimos somnum inchoasse &

A usque cõtinuasse, morte subitâ extinctos. Ita Sizarâ sopor-rem morti socians desecit, & mortuus est. Quot sani cubitum jenuit, reperti mortui? quot inter colloquendum, cõ-nandam, ridendum subitò abrepti? mille modi sunt leto. Unica venenata herbula, vulnuscule neglectum, pustula vix conspicua, acinus uvæ, recti tegula, piscis meros ad- spinula, guttula medicata, tenuissimus pilus, ipsa etiam tub. vel paulo corruptior aura necat hominem : ad vitam rapiendam innumeros habet aditus insidiosissima mors. Ideo dies omnis & ordiendus cautissimè, & claudendus, optimus ordo est, à Deo diem incipere, & cum Deo finire; nec prius plumis se mergere, quam rationes sint positæ de luce transactâ, Nimum temerarius est, qui offenso & nondum propitiato Deo, audeat obdormire. Sic somnum semper inchoa, ac si quis auri insulur-ret. Hac nocte repetent à te animam tuam. Memento mori.

Luc. cap. 12.
vers. 20.

Disce VIVERE : id te doceat lex Charitatis.

Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, omnia. Beatus, ô Domine, qui amat te, & inimicum pro-pter te. Causâ diligendi Deum, Deus est; modus, sine modo diligere. Ubi thesaurus tuus, ibi & cor, & amor tuus est. Vis nosse ubi tuus thesaurus sit? attende quid ames, vis nosse quid ames? attende quid cogites. Ibi thesaurum condid, quò crebras cogitationes mittis. Ubi Dei oblivio est, ibi Deus thesaurus non est. Sed nec Deum amat, qui illum hominem odit. Paulinum dogma nosti : Si charitatem non habuerò, nihil sum, etsi ha-beam alia omnia. Et; Super omnia autem charitatem habe-re. Licet ergo tota horrea, totas vineas, aureos montes, gemmeas domos in stipem eroges, si vel unicum hominem odisti, nihil dedisti. Nunquam enim concordiam habebis cum Christo, si discors esse volueris cum Christiano. Tota lex Christi tribus litterulis includitur: AMA Deum ama & omnes leges servasti.

1. Cor. c. 13.
vers. 2.
Coloss. cap. 3.
vers. 14.

Non habet cõcordiam cum Chri-sto, qui discors est cum Chri-stiano.

Disce ORARE : id te doceat Oratio pro felici vita sine.

Sanguine tuo, Christe Jesu, à peccatis omnibus lava me, & concede ut anima mea, cum è corpore migraverit, ante tribunal tuum appareat munda. O bone Jesu ne deseras me in ultimis angustiis, in supremâ mortis luctâ, à quâ tota pendet ÆTERNITAS. O mi redemptor in manus tuas spiritum meum jam commendo. Tua, ô mi Deus, sanctissima voluntas in me semper fiat, & in æternum.

Ad Christum crucifixum.

Adoro te, Jesu Christe, & benedico tibi, quia per crucem tuam redemisti mundum. Salvator mundi salva me, qui per crucem & sanguinem tuum redemisti me. Trahe me ad te, ô bone Jesu, qui dixisti, cum exaltator fuero à terrâ, omnia traham ad meipsum; te deprecator per pretiosum sanguinem tuum, quem pro me peccator effundere voluisti, ut abluas omnes iniquitates meas. Creator & redemptor meus, Christe Jesu, totum me tibi trado, non me rejicias; ad te venio, non me repellas. Ne projicias me à facie tuâ, & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Ne perdat me iniquitas mea, quem creavit omnipotens bonitas tua.

Ad omnes SS. Angelos hominis moribundi gemitus, & impendentis iudicii memoria.

Ovos omnes purissimi Spiritus, Sancti Angeli Dei, respicite in me. Hic ego jaceo gemens & suspiras, quia manus Domini tetigit me. Mors mihi in oculis est: mortalium jam nemo amplius, vos soli potestis succurrere. Iudicii dies mihi jam est inductus; eheu, comparandum est coram summo Deo, & reddenda ratio de cogitatis, dictis, factisque omnibus. Scitis, ô beatissime mentes me vilem terræ vermiculum, quotidie honori vestro dicere aliquid aut facere conatum esse. Ah, ne

me

me deserite in his summis angustiis meis, in hac ultimâ necessitate, à quâ mihi tota pendet ÆTERNITAS. Momentum illud jam imminet, in quo salus mea omnis, aut perenne fiat exitium. Ah! juvate, & ante regem regum pro me supplices procumbite, & meum mihi obsecro conciliate judicem. Sententiam ego nunc expecto supremam; vos impetrate, ut ea mitis sit & ad vitam. Mortem, quam ego meritis fuisset, æternam, per vestras preces meritæque liceat deprecari. Subvenite Sancti Angeli Dei, subvenite, succurrite, jam jam aderit iudex, Christus JESUS. Miserere, ô JESUS, miserere: per omnes Sâctos Angelos tuos te rogo, JESUS MISERERE.

HORA XII.

Disce MORI: id te doceat improvisa mortis irruptio.

MEMENTO, homo nihilum, uti fures in domum illam nunciare non solent, quam horâ noctis duodecimâ, aut primâ, aut secundâ effringere vel suffodere statuerunt, sic nec mortis mos est, certis nunciis præmonere, se tali die aut horâ venturam. Ubique mors est, & semper in propinquo. Vigilate itaque, ô mortales, omni die, omni horâ. *Ipse enim diligenter scitis, quia dies Domini, sicut fur nocte, ita veniet.* Jacob mortuus, collegit pedes suos super lectulum, & mortuus est. Animum tu tuum, ô homo, tuum spiritum tu collige. Ibis brevî, ibis in domum ÆTERNITATIS. Punctum est quod vivimus, & adhuc puncto minus. Vita, quam expectamus, verè diuturna, æterna est. Memento mori.

Disce VIVERE: id te doceat lex Familiaritatis cum Deo.

Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Non metuenda est hic familiaritas nimia; quo quis Deo familiarior erit, hoc erit & Dei reverentior. Amicos facit animorum conjunctio, & consiliorum communio. Amicus Deo nemo fit, nisi purgatissimis moribus. Hic ego, mi homo, summè oro, tracta causam tuam omnem cum tuorum amicorum optimo, cum Deo tuo. Bene tibi est? de hoc successu Deum consule. Malè tibi est? de hoc cuspido nil sine Deo tuo statue, omnia cum hoc amico tuo delibera; tam fidenter cum ipso loquere, quàm tu ipse tecum. Suavissimus est hic amicorum & fidelissimus, sed animæ solum Deum querenti. Dei quotiescumque minus fueris memor, mox redi & clama: O mi Deus, ô meorum amicorum amantissime, diem perdidisti, quia præsentiam tuam amisisti, tui memoriam neglexisti. Scio, cum, qui amicus est, omni tempore diligere: nec ei quidquam esse stitavimus, quàm esse cum amico. Amicitia quæ vera est, est ÆTERNA. Nam, omni tempore diligit, qui amicus est.

Disce ORARE: id te doceat examen Conscientiæ quotidianum practicum.

Tandè, inquit Gregorius, securus quis Dominum expectat, quandè quotidie vitam suam suspectius examinat. Eleganter hujus officii submonens Augustinus: in tribunal, inquit, mentis tuæ ascende contra te, & te reum constituere ante te: noli te ponere post te, ne Deus ponat te ante te.

Sapienter & Christianè Seneca: Deprehendas, inquit, te oportet, antequam emendes. Inquire in te: accusatoris primum partibus fungere, deinde judicis, novissimè deprecatoris. Ideo, quantum potes, te ipse coargue. Aliquando te etiam ostende.

Quotidianum examen conscientie, orationem esse longè utilissimam, omnium sapientum vox est. Multi quinque illius assignant capita, nemo est qui hunc orandi modum sic doceat, ut is nemini videri possit difficilis. At erit facillimus volenti doceri: tu modò sic ora, &

Tou. I.

A hoc solum observa, ut post duas primas orationes nonnihil subsistas, & quomodo diem expenderis, cogites.

Ergo si sic oraveris, rem penè omnem factam habebis.

Examina-
nda con-
scientie
capita.

I.
O Infinita bonitas, gratias tibi ago pro omnibus beneficiis tuis, quæ mihi hodie & totâ vitâ meâ contulisti. Tibi laus & gloria in infinitas sæculorum myriadas.

II.
O Immensa Majestas, da ut quidquid tibi hodie in Secûdum me displicuit, id mihi in memoriam integrè redeat.

III.
Hic exacta diei cogitata, dicta, facta in memoriam revoca, Tertium! & quid in Deum peccaris, expende.

IV.
O Inexhausta misericordia, ignosce mihi quidquid hodie peccavi contra te. Ego omnes offensas hujus diei, & totius vitæ meæ, in abyssum misericordiæ tuæ depono, & per mortem Filii tui te precor, ô Deus, dimitte mihi quidquid unquam in te peccavi.

V.
Æterna sapientia, Christe JESUS, firmissimè propono non peccare amplius.

Et hoc quotidianum est examen conscientie:

Addi possunt hæc.

Pater æternæ, per vitam & mortem Filii tui; per omnem bonitatem tuam te rogo, concede mihi ut in bono perseverem, & in gratiâ tuâ moriar.

Bone JESUS per extremas illas in cruce voces, quibus Patri spiritum commendasti, te rogo, suscipe spiritum meum in fine vitæ meæ.

Spiritus Sancte Deus, miserere mei, & sancta inspiratione tuâ me semper, & potissimum in horâ mortis meæ, adjuva.

Sanctissima Trinitas, unus Deus, miserere mei, nunc & in fine vitæ meæ.

A M E N.

HORÆ NOCTIS.

Exegimus HORAS DIEI; supersunt NOCTIS, quæ uti quietior, ita meditationi, quàm dies, aptior est. Idcirco quem per diem docuimus orare, per noctem meditari & considerare docebimus: prius tamen causas assignabimus, quare Angelî tanto amore, totque officiis meritisimè sint colendî.

Causæ cur SS. ANGELI, præ ceteris beatorum ordinibus, summè venerandî.

Causæ cur
Angeli præ
ceteris ordi-
nibus
sunt vene-
randa.

I. Causa, Sacra Biblia.

Plenæ sunt divinæ litteræ testimoniis & elogiis, de felicissimo statu, deque plurimis SS. Angelorum randi. in nos beneficiis.

II.

Omnis veteris historia amantissima circa nos Angelorum ministeria variè deprædicat.

III. Numerus Angelorum.

Angelorum numerus nobis infinitus, soli Deo est numerabilis: ita innumeros in cælo amicos habere poterit, quisquis eos sibi conciliare voluerit.

IV. Angeli, Dei vicarii.

Tam in prisca quàm in novâ lege vices Dei funguntur Angeli. Frequentissimè promittit Deus: Mittere Angelum meum: Præcedet te Angelus meus: Immittere Angelus Domini, &c.

V. Nobis additissimi.

Angeli nobis benevolentissimi sunt: & hoc unum omnibus suis officiis agunt, ut brevî eis quàm simillimî simus.

C c

VI. Nostri

Mortis
hora in-
certa.

1. Thess. 5.
vers. 2.

1ac. cap. 4.
vers. 8.

Prov. 17.
vers. 17.

Epist. 18.

V I. *Nostri sine numero patroni.*

Unico venerationis actu tot centena millia beatissimi mori spirituum innumeros nobis patronos cōciliamus.

V II. *Adversariorum de eis testimonia.*

Ipsi etiam adversarii Lutherus, Calvinus admodum honorificè de Angelis scriperunt. Calvinus, etsi neget alios Divos & beatos; Angelos tamen expressè docet invocari posse, ut patronos & caudicos nostros.

V III. *Experientia quotidiana.*

Multos hominū quotidiana docet experientia, quā affiduas pro nobis, & fideles agant excubias beati Angeli, in nostrum omnium tutelam attentissimi.

V IX. *Voluntas Dei.*

Deus Angelos curandæ nostræ salutis præfecit: provinciam custodiendi nos in omnibus viis Deus Angelis demandavit. Angeli sunt Pædagogi hominis, ut Basilus loquitur; & ut Augustinus, Angeli sunt Domestici Dei, cæli Cives, Principes paradisi, scientiæ Magistri, Doctores sapientiæ. Angelis Ecclesia theatrum est, in quo & Dei sapientiam mirentur, & ignorantia nostræ opitulentur. Mille nos Angeli afficiunt beneficiis; mille nos Angelos afficiamus obsequiis.

Tym. 10. pag. 984.

I. HORA NOCTIS.

Disce MORI: & cogita:

Nunquid non & mihi migrandum erit tandem, & moriendum? Cur ergo vasa non colligo?

Disce ORARE:

I. **A** NIMA Christi sanctifica me, corpus Christi salva me, sanguis Christi inebria me; 2. Aqua lateris Christi lava me; 3. Passio Christi conforta me. 4. O bone JESU exaudi me; 5. intra vulnera tua absconde me; 6. ne permittas me separari abs te; 7. ab hoste maligno defende me; 8. in horâ mortis meæ voca me; 9. & jube me venire ad te; 10. ut cum sanctis tuis laudem te in æternum, Amen.

Brevis est hæc oratio, sed exercendæ virtuti decem illustria documenta suggeruntur cogitanda, prout indicant numeri.

Documenta decem ad virtutem exercendam.

1. Communio crebra. 2. Confessio frequens. 3. Passionis Dominicæ meditatio. 4. Oratio assidua. 5. Judicii metus. 6. Perseverantia. 7. Fortitudo in tentationibus. 8. Memoria mortis. 9. Desiderium cælestis patriæ. 10. Æternitatis meditatio. *Et hæc ego tibi, unâ cum adjunctis duobus aliis documentis, per duodecim Noctis horas, brevissimè explicabo. Faciamus initium hæc horâ.*

Disce VIVERE: tua verò sit Vita,

Joân. cap. 6. vers. 53.

C OMMUNIO CREBRA. *Nisi manducaveritis carnem filii hominis, &c. non habebitis vitam in vobis.* Amicum non amat, qui ejus præsentiam odit: nec sanè Christum diligit, qui ejus convivium fugit.

II. HORA.

Disce MORI; & cogita:

Quid me fiet post mortem? quod anima deveniet? incertum est. Cur ergo tam securus vivo, velut jam certus cæli?

Disce VIVERE: tua verò sit Vita,

Psal. 50. vers. 4.

C ONFESSIO FREQUENS. *Amplius lava me à peccatis meis.* Operum bonorum initium, est confessio malorum. Quotidie peccamus, peccata si non quotidie, saltem crebrius eluamus: peccatum enim, quod penitentia non diluit, suo pondere mox ad aliud trahit.

Disce ORARE: & considerare.

Oratio vera est cor-

O Ratio vera, est cordis, non oris, aut laborum: neque enim verba deprecantis Deus intendit, sed

A orantis cor aspicit, ait Isidorus. Itaque paullatim, mi hōdis, Deus mo, & in minutioribus docebo te corde orare, hoc est, enim cor meditari, & quævis, divina maximè, attentius confiderans rare. Optimè orat, qui res suæ salutis hoc modo considerat. Pro more sic oraverat Isaac: *Et egressus fuerat ad meditandum in agro, inclinatâ jam die.* Nihil est quod non assidua meditatio facillimum reddat. Primum quod tuæ considerationi subjiciam, interrogatiunculæ sunt, quas tu ipse jam diu aves proferre. Nunc licet, tuarum partium sit quærere, mearum respondere.

Tres questuncule.

I. **Q** O mi Angele, cur Deus pro lapsis Angelis, non itidem factus est Angelus, uti pro lapsis hominibus factus est homo?

I. Resp. Ah noli hoc quærere: **R** VINAM Angelorum, & **L** APSVM hominum tu nunquam satis intelliges, nisi cum hominem exueris, & inter Angelos vixeris. Quis fando explicet aut cogitando satis indager decretum illud, quo mitissimus ille Deus, tot miliones nobilissimorum ac pulcherrimorum spirituum cælo proseripsit, in omnem æternitatem: & quis ille inter homines monarcha, qui trecentos principum aut regum filios ad gladium damnet, & in ferale theatrum productos securi percuti jubeat, ob culpam, multorum iudicio, levissimam? & quid sint, ignosce mihi, mille Cæsarium filii ad Angelum unicum? tot tamen centenis Angelorum millibus ipsa bonitas recusavit parcere. Et delictum quod erat? unica cogitatio, unicum **N** OLLE.

Verè vigilar rex noster, tam ad justitiam quàm ad misericordiam, ut indulgeat, & ut puniat. Creavit quidem Deus tot pulcherrimos Angelos, eos tamen ab æterno præcivit fore fœdissimos diabolos. At sicut Deus sicut Deus (ut rectè Augustinus) naturarum bonarum est naturarum optimus conditor, ita malarum voluntatum est iustissimus ordinator, ut cum illi malè voluntur naturis bonis, ipse bene uratur voluntatibus etiã malis. Apostatarum Angelorum sedes jam hominibus decretæ sunt, si luntatum eas velint facere suas, bene vivendo: ita Luciferi ruina, est humana genti causâ est sublimioris ascensus. Non vanè Origenes: *Sivearum*, inquit, *virium essem, ut Luciferum vincerem, Luciferi in calo solium obtinerem: quo quis enim fortiorum ac callidiorum superaverit diabolum, hoc celsorem inter Angelos occupabit locum.* Quis autem hominum, in principis Angeli sede sit collocandus, tuâ non refert scire: hoc scias, eum illic sublimissimum fore, qui ante hîc fuerit verè submississimus studiofissimus. Hæc sanctitatis regula non errat: Is apud Deum sanctissimus est, quisquis est apud seipsum humillimus.

2. **Q** Num, oro mi Angele, tot hominum in cælum sunt evchendi, quot Angelorum inde præcipitati? extant libri qui hoc constanter, nec sine ratione affirmant.

2. Resp. Et hoc velim omitras quærere: pia malim tibi placeant, quàm curiosa. Sed est humana gentis vitium, **C** VRIOSITAS. Verissimè dixit Ecclesiastes: *So-* *lunmodo hoc inveni, quod fecerit Deus hominem rectum & ipse se in finibus miscuerit quasiombus.* Tu hoc potiùs quære, quibus alis ad Angelorum cætus evcharis. E divinis libris nosti novem illorum esse ordines: infimum Angelorum, proximum Archangelorum, supra hos Principatus, Potestates, Virtutes, Dominationes, Thronos, Cherubim, Seraphim. Unui horum inferi cupias. Sed queris, quomodo id possis? Beata Mechtildis divinitus edocta, in hunc sensum de hac re loquitur. Ad primos **A** NGELO RVM ordines viam sibi sternunt, qui egenis, agris, peregrinis, Dei causâ inferviunt. Ad secundam **A** RCHANGELORVM coronam contendunt, qui orationi rerumque divinarum meditationi se dedunt. Ad **P** RINCIPATVS spectant, qui omnem in se noxiam cupidinem expugnant. Inter **P** OTESTATES censentur, qui aliis eâ quâ par est curâ, amore, vigilantia præstant.

VIRTU-

1. Pet. 1.

2. Pet. 1.

3. Pet. 1.

VIRTUTIBVS annumerantur, qui opibus paupertatem A
preferunt; qui se patientia ac obedientia totos emanci-
pant. Ad DOMINATIONVM chorom anhelant, qui de-
votissimis studiis omnem suam voluntatem ad divinam
in omnibus conformant. THRONI dicendi sunt; qui as-
siduis rerū celestium meditationibus cor suum dignam
Deo sedem faciunt. AD CHERVIBVS extollendi, qui,
quod in Deo per meditationem vidēt; quod in operosa
hac mentis quiete discunt, in aliorum animos sermone
transfundunt. SERAPHINIS accensentur, qui Deum
toto pectore amant, ardētque, & ipsos etiam, propter
Deum, inimicos; si quid amant aliud, in Deo amant; so-
lius Dei iniuriā percipiunt. Et hæc via est ad sublimes
illas Angelorum hierarchias.

3. Q. Et cur, mi optime custos, nullus unquam San-
ctorum Angelorum (quod ego sciam) chari hominis
corpus infedit? quod tamen transfuge Angeli sæpe sæ-
pius sunt ausi; quandoque multa millia diabolorum,
unius hominis membra, velut tabernam publicam
subierunt, vix multā vi pellendi. Cur non idem meliore
humanitate audeant beati Angeli?

3. Resp. Homo, templum est Numini sacrum; An-
geli, reverentia & amore ducti, principis sui conclave
suo ingressu nolunt temerare: impudentis famuli est,
spectantē Domino, aut sellam aut equum sui Domini
insidere: Angeli verò consertos sese non diffidentur. Ac-
cedit, quod cum Deus hominis originem adeo nobilita-
rit, admirando divinā & humanæ naturæ connubio,
tam nihil sibi in hominem licere volunt Angeli, ut non
tantum Numinis, sed & hominis servos se dici tolerant,
nihil nisi iussu Domini in hominem moliantur.

Angelus exul, Dei æmulus, modò Deus non abnuat,
omnia vi agit, & crudeli impudentiā. Atque huic Deus
sæpe annuit, puniendo homini, qui, si Deo neget hospi-
tium, hunc ab Orco hospitem jubetur admittere. Gemina
in corde hominis conclavia non sunt, unicum est,
in quo aut Deus hospitatur, aut diabolus: si Deo locus
non sit, certè est diabolo: sic ubi peccatum regnat, illic
exulat VIRTUS.

III. H O R A.

Disce MORI; & cogita:

Quo morbo, quo tempore, quo loco, mors me in-
vadet? Hæc nemini prænuntiantur. Cur ergo non quo-
vis loco, & omni tempore mortem expecto?

Disce VIVERE: tua verò sit VITA,

MEDITATIO DOMINICÆ PASSIONIS.
1. Petr. c. 4.
vers. 1. Christo passo in carne, & vos eadem cogitatione arma-
mini. Ab omni hoste tutus est, qui in vulncribus Domini
Jesu se novit abscondere: nec sentit sua devotus mi-
les, cum sui ducis intueretur vulnera.

Disce ORARE: & considera:

Meditatiunculæ ter novenæ, quibus compendio è
facris paginis, aut benignus Angelorum amor, aut iusta
in nos ira proponitur.

ANGELI I. Liberant è carcere.

Apostolos in carcerem à Principe sacerdotum con-
jectos, è vinculis educens Angelus: Ite, inquit, &
stantes loquimini in templo plebi omnia verba vite huius.
Nec audiendus, nec timendus est homo, cum aliud
jubet Deus.

2. Servant in flammis.

Hebræos tres juvenes in flammis Babylonicis quar-
tus ipse fervavit illatos Angelus. Innocentia ubique
tuta est: innocentibus flammæ pro rore sunt, liones
pro agnis.

Tom. I.

3. Vindicant à gladio.

Isaacum sub patris gladio constitutum, jam jam fe-
riendum liberavit Angelus. Et ecce Angelus Domini de celo
clamavit dicens: Abraham, Abraham: qui respondit adsum, vers. 11.
dixitque ei: non extendas manum tuam super puerum, neque
facias illi quidquam. Laudatissima est obedientia quæ in
arduis præstatur.

4. Inter leones protequant.

Agnellum unum septem impatis leonibus objectum
Angelus defendit intactum, quod de se confirmat Da-
niel: Deus meus misit Angelum suum, & conclusit ora leonum, vers. 22.
& non nocuerunt mihi. Inter leones, velut inter agnos se-
cura degit castitas, quam Angeli tuerentur.

5. In undis defendant.

Mosen in fiscellâ scirpeâ Nilo innatantem ab exitio
protegit Angelus, & educationem ei velut reginæ filio
impræparavit. Pallio pro navigio utitur per furibundum
mare, qui Angelum habet navarchum.

6. E vinculis educunt.

Ad Petrum Angelus geminis catenis vincitum velut
Sol irradians penetravit; & dormientem impellens:
Surge, inquit, velociter, & circumda tibi vestimentum tuum, Act. cap. 12.
& sequere me. Omnium serarum claves habent Angeli, v. 7. & 8.
omnia penetrant: vinciri non potest, quem Angelus in
libertatem asserit.

7. Incendio vicino subducunt.

Lothum proximo jam Sodomæ incendio educen-
tes duo Angeli: Salva, inquit, animam tuam: noli re-
spicere post tergum, nec stes in omni circa regione, sed in monte
salvum te fac, ne & tu simul percas. Bonis moribus nocen-
tissimum venenum est malorum societas: Cum his ver-
sare, qui te meliorem facturi sunt.

8. A mortis supplicio eripiunt.

Angelus castissimam Susannam, cum jam duceretur,
à morte liberavit per spiritum innocentissimi adole-
scantis Danielis, qui in impuros senes publicè procla-
mavit: Manet Angelus Domini gladium habens, ut fecerit te
medium, & interficiat vos. Nemo gratis fidit Deo: in sum-
mis periculis, quò minus humanum, eò præsentius ha-
bet divinum auxilium.

9. Imminentem cladem avertunt.

Angelus, velut Imperatorius caduceator, ut inferen-
dam vastitatem cohiberet, proclamat: Nolite nocere ter-
ra & mari, neque arboribus, quoad usque signemus servos Dei
nostri in frontibus eorum. Vasa etiam vacua honori sunt,
quando sic signata sunt.

ANGELI I. Contumacia resistunt.

Alaamum asinâ vehementem stricto gladio invasit
Angelus, & : Ego veni, inquit, ut adverser tibi, quia
perversa est via tua, mihiq; contraria, iussitque eum aliud
nō loqui, quàm quod ei præceperit. Pronum est homini
errare, modò errorem monitus non recuset emendare.

2. Inobedientiam reprehendunt.

Univerſum Israël's populum acerrimè objurgans
Angelus: Noluitis, inquit, audire vocem meam, & cur hoc
fecistis? concionem hanc non tantum magnus omnium
fletus, sed & magna morum emendatio lecuta est. No-
xas ridiculè plorat, qui deplorata mox iterum patrat.

3. Superbiam puniunt.

Angelus Herodem veste regiâ nitentem, pro tribu-
nali sedentem, & concionantem ad populum, percussit,
eò quod non dedisset honorem Deo, & consumptus à vermibus
expiravit. Exosa est superbia vel ipsis superbis, & quâ ra-
tione Superis placeret?

4. Hostium castra everiunt.

Angelus unicus magnum mare Assyrii sanguinis fu-
dit: Dejecit castra Assyriorum, & contrivit illos Angelus Do-
mini. Unica maledica lingua (qualem Sennacherib ha-
buit) & suum dominum, & innumeros alios trahit in
exitum.

Cc. 2

5. Pluri-

5. *Plurimos peste perierunt.*

1. Paral. c. 11. v. 15. Angelus 70000. Israelitarum triduo peste necavit: cumque Hierusalem etiam eadem lue laboraret, *Miseratus Dominus super magnitudine mali imperavit Angelo qui percutiebat: Sufficit, jam cesser manus tua. Levansque David oculos suos vidit Angelum. Dominum stantem inter caelum & terram, & evaginatum gladium in manu ejus, & ceciderunt tam ipse, quam majores natu, vestiti cilicis, proni in terram. Quam severus est Deus in peccantes, tam mitis est in dolentes de peccato.*

6. *In bellis terrori sunt.*

2. Machab. cap. 11. v. 8. Judam Machabæum Angelus eques candidatus, armis aureis coruscus, contra hostes præcessit, cumque militibus se sequentibus animum iniecit, ut in hostes leonum more irrueret, parati muros ferreos pepercere. Sub tali duce, quantumcumque parvis copiis, certa est victoria.

7. *Pro amicis se opponunt.*

4. Reg. c. 6. v. 16. & 17. Angeli in monte Dorbano aded formidandam & flammæam aciem explicuerunt, ut Elifæus servulo suo trepidanti dixerit: *Noli timere, plures enim nobiscum sunt, quam cum illis, & ecce mons plenus equorum & curruum igneorum in circuitu Elifæi. Veniant Xerxis copiæ, & invadant me; veniant univèrsæ diabolorum catervæ, & irruant in me: ridebo turus, dum me vel unicus tueatur. Angelus.*

8. *Belli duces constituunt.*

1. Jud. cap. 6. v. 12. & 14. & 16. Angelus Gedeonem belli duce salutans: *Dominus, inquit, tecum, virorum fortissime: Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Israël de manu Madian, scito quod miserim te; Ego ero tecum. Per Angelos nemo non fortis est, si velit esse.*

9. *Futurum exitium prædicant.*

Apoc. c. 18. v. 21. Angelus fortissimus saxum molare ingens sustulit (speckante id Joanne) & in pelagus excussit, clamavitque: *Hoc imperu mittetur Babylon, civitas illa magna, & ultra jam non invenietur. Cavete Babylonii, vos balneum hoc expectat.*

ANGELI I. Facundiam donant.

1. Isa. c. 6. v. 6. Saix Prophætæ labra calculo ignito, quem forcipe rularat de altari, atrectavit Angelus. Facile est ei facundos ignes in frequens auditorium spargere, qui sub tali magistro Rhetoricam addiscit.

2. *Aegrotos sanant.*

1. Ioan. cap. 5. v. 4. Aquam Hierosolymis intra Salomonis porticus conclusam Angelus per annum sæpius (ut plerique censent) in gratiam tot aegrotorum movit, ut qui prius in cam descendisset post motum, sanus exiret. Non plebejus hic medicus est, qui aquam dumtaxat turbat, & ægros sanat.

3. *Fatigatos resciunt.*

3. Reg. c. 19. v. 7. Eliam Prophetam sub umbrâ juniperi dormientem è somno excitans, & cum fontanâ panem apponens Angelus: *Surge, inquit, comede: grandis enim tibi restat via. Valeant regum delicia, valeat salernum omne præ hac aquâ, quam talis è cælo pincerna ministrat.*

4. *A caris vinci se sinunt.*

1. Gen. cap. 32. v. 24. & 25. A Jacob Patriarchâ vinci se luctando permisit Angelus, & victorem suum à fratris intentatis minis tutatus est. Dum vivimus, luctandum & pugnandum est: beatus es, si pugnando mortiaris, quia mortuus mox coronaberis.

5. *Afflictos solantur.*

1. Gen. cap. 21. v. 17. Angelus Abrahami ancillam Agar à desperatione revocans: *Quid agis, inquit, Agar? noli timere, simul vicinum fontem de sperata vitæ remedium monstravit. Miser & infelix est, qui non fuerit infelicitate tentatus.*

6. *Ad benefaciendum hortantur.*

1. Act. cap. 8. v. 26. Angelus Philippum hortatus: *Surge, inquit, & vade contra meridianum &c. Voluit Angelus occasionem arripere, per quam Candaces Æthiopum reginæ quaestor*

A religione verâ imbueretur. Occasio bene de aliis merendi, non quaerenda tantum, sed sæpe rapienda est.

7. *E cælo in terras commeant.*

Angeli tam in prisca quam novâ legè, officioso ascensu & descensu cælum terrasque petunt, *Vidit Jacob in Gen. c. 28. somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens vers. 12. cælum: Angelos quoque Dei ascendentes & descendentes per eam. Christus simillimum. Angelorum huc illuc commeandi studium prædicens: Videbitis, inquit, cælum aperiri. Iom. cap. 1. tum & Angelos Dei ascendentes & descendentes supra filium vers. 5. hominis. Errare cupit, qui viam ad cælum ab his cæli tabellariis discere negligit.*

8. *Orantes animant.*

Uxor Manue simplici narratione viro referens: *Vir. Iud. cap. 13. Dei, inquit, venit ad me, habens vulnum angelicum, terribili nimis. Cùmque iterum utrique conjugi sese videndum exhiberet Angelus, ac de nomine interrogaretur: Cur, ibid. v. 18. ait, quaeris nomen meum, quod est mirabile? Et terret probos, & solatur Deus, omniâque in eorum bonum vult cedere.*

9. *Castos ubique ardentissimè amant & propugnant.*

Castissima Judith pudicitiam suam inter ungues Assyrii prædonis Holofernis servatam, nulli nisi Custodi Angelo in acceptis referens: *Vivit Dominus, inquit, quoniam custodivit me Angelus ejus, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc revertentem, & non permisit me Dominus ancillam suam comminari. Amica Angelis est Obedientia, amica Patientia, amica Demissio, super omnia amica illis est CASTITAS.*

IV. H O R A.

Disce MORI; & cogita:

An non plurimi morte repentinâ sublati sunt? & quò migrarunt? Cur ergo ego mihi tam pacificam & lenitam mortem polliceor?

Disce VIVERE: tua verò sit VITA,

ORATIO ASSIDVA. Quoniam oportet semper orare, & non desicere. Meditatio docet quid desit: oratio, ne desit, obtinet.

Disce ORARE: & considera.

Consideratio I.

Sanctorum Angelorum natura, & numerus.

CAPVT I.

CONSIDERA mirificam in Angelis naturæ excellentiam, ob quam Angelus, perfectus homo; homo, imperfectus Angelus dici queat. Angeli beatissimè vivunt, sine omni corporeâ fæce, corruptionis omnino expertes. Summâ insuper præditi sunt rerum omnium notitiâ, & abditissimâ cognitione, excepto solo cordis secreto. Tu solus nosti corda filiorum hominum, ô Deus, quamvis ad hoc pectoris arcanum penetrare facile est Angelis: è signis plurima rimantur, & signa non sint; Deum cuncta scientem & videntem vident, & in Deo omnia. Patent eis univèrsæ naturæ mysteria; nec unum ex alio, uti nos, ratiocinando deducunt, momento & simul capiunt innumera. In gratiâ divinâ firmati intellectu suo Deum semper aspiciunt, idque sine velo, sicut illum nos olim (prout Paulus loquitur) facie ad faciem videbimus. Voluntate Deum solum ardent, amoris divini plenissimi. Hos, stellas matutinas rectè dixeris, aut purissimos soles: quòd si solem beatorum quilibet septies auctiore splendore vincet, quantò magis hi proximi Deo alicui, immenso radiabunt jubare? Verè terribilissimè nitidissimi que speculo sunt simillimi, in quo æterna sapientia, bonitas, potentia, & amor conditoris clarissimè relucet. Hi, illa sunt candidissima lilia, inter quæ celestis sponsus

spontus supra omnem amœnitatem pascitur. Hi, montes illi optimorum aromatum fertilissimi. Hi sunt velut amœnissimum pratum, in quo mille millia florum, inter quos tamen (quod obstupescendum) duo ejusdem coloris, formæ, odoris nusquam reperiantur. Ita D. Thomas Aquinas existimat. Nectamen secus sentientes rejiciendi.

C A P V T II.

Gen. 8. vers. 14.

Parte 1. qu. 50. ar. 4.

Orat. de Nativitat. Dom.

Cap. 25. v. 3.

Dan. cap. 7. vers. 10.

Angelorum numerus innumerabilis.

Psal. 67. vers. 18.

Matth. 26. vers. 53.

Luc. cap. 2. vers. 13.

Zach. cap. 9. vers. 8.

Ad Heb. 11. vers. 22.

Apocal. 5. vers. 11.

Cal. Hier. cap. 14.

1. de creat. hom. cap. 18.

Tert. 4. serm. 49.

Numerus eorum tantus, ut (quod de eo verè Nazianz.) mundum novum constituant, qui nostrum numero longissimè superet. Nam uti cælum ea omnia, quæ complectitur, magnitudine; sic cælestes, universa numero excedunt. Et hunc Angelorum numerum nec intelligentiâ comprehendendi, nec linguâ pronunciarî posse, è divinis paginis liquet. Job quærit: *Nunquid est numerus militum ejus? Lacedæmonum reges, trecentos celestissimorum militum; reges Macedonum, mille in corporis custodiam habuerunt. Omnia hæc numerabilia.*

Sed nunquid est numerus militum Dei? Daniel conatur sub calculum vocare: *Millia millium, inquit, ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei.* Nimirum hoc affirmat propheta: Angelorum numerum esse prorsus innumerabilem. Ita clarè B. Gregorius: *Super-norum, inquit, civium numerus apud sanctum Iob insinuat, & apud Danielem definitus exprimitur, ut qui Deo numerabilis est, esse hominibus innumerabilis demonstraretur.* Accedit huic sententiæ regius propheta: *Currus Dei decem millibus multiplex.*

Christus in olivarum horto præservidum Petrum inhibiturus: *An putas, inquit, quia non possum rogare Patrem meum; & exhibebit mihi modò plus quam duodecim legiones Angelorum?* Tuo, mi Petre, & sociorum tuorum auxilium non indigeo. Quiescant gladii Apostolorum, cum respiciam defensionem etiam Angelorum: ab aliis propugnari si vellem, non vos duodecim discipulos meos, sed duodenas Angelorum legiones à Patre meo exorassim: fuissent 72000. Angelorum, ut B. Hieronymus numerat. Albertus Magnus eadem ratione hoc supputans: In una, inquit, legione sunt Angeli 6000. Christus Dominus in monte Olivario, à septuaginta duobus millibus utique factis defensus fuisset, si sic defendi voluisset. Christo nato, ait S. Lucas, *facta est cum Angelo multitudo militia celestis.* Milites vocat Angelos, quemadmodùm Job, ut qui semper ad prælium, & ad honorem Imperatoris sui defendendum promptissimi ac paratissimi, Zacharia etiam teste: *Circumdabo domum meam ex his qui militant mihi, euntes & revertentes.* Hi milites tam cari sunt Deo, ut nomen sibi titulosque sumpserit, non ab aureo cæli palatio, non à terræ marisque thesauris, non à tremendo inferorum imperio, sed à suis militibus vocari voluerit: **DOMINVS EXERCITVVM.**

Paulus Apostolus in eandem ait sententiam, &: *Accessistis, inquit, ad civitatem Dei viventis Hierusalem, & multorum millium Angelorum frequentiam.* Joannes Apostolus arcanissimorum conscius, *Et vidit, ait, & audivi vocem multorum Angelorum in circuitu throni, numerus eorum millia millium.* Luculenta sunt hæc testimonia, numerum Angelorum majorem esse quam vel capere vel dicere possumus. Dionysius Pauli Apostoli discipulus, tantam inquit esse Angelorum multitudinem, ut eam numeris nostris quamvis in immensam multiplicatam non facile simus definituri. Aliquot Thomæ Aquinatis discipuli, eam ajunt fuisse mentem magistri ut asserant plures esse Angelos sideribus cæli, avibus aëris, Oceani gurgulis, arenæ granulis, terræ herbulis & flosculis, plures imò ipsi atomis, minutissimis corpusculis; demum plures quam sint omnia in orbe, ut vocant, individua. B. Gregorii Nysseni verba non discrepant: *Sunt, inquit, infinita millia Angelorum.* Eiusdem prorsus animi est sanctus Bernardinus Senenq.

Tort. I.

Mediolanensis præsul Ambrosius quosdam sentire ait, numerum Angelorum nonagies novies majorem esse omni numero hominum, idque confirmari è cap. 15. D. Lucæ, ubi de pastore sermo, qui 99: oves deserit, ut errabundam unicam reperiat. Ita Christus, ajunt, Angelos deseruit, & in hanc incultissimam eretum demigravit; ut humanum genus ab errore revocaret: ita sentit D. Hilarius. * S. Biggita: Tor, inquit, millia millium ferviunt Deo, ut si ab Adamo primo, homines universi, ad usque ultimum numerentur, omnibus & singulis hominibus, plures quam decem Custodes Angeli assignari possent. Hoc certum videtur, & divinis testimoniis congruum, multò majorem esse numerum Angelorum quam hominum. Quot eorum verò legiones, quot miliones sint, novit rex ille, qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat. Ipsi Angeli numerum suum in Deo, ut in speculo cernunt; mortalibus hæc arcana nondum scienda.

C A P V T III.

Submittamus ergo curiosi ingenii alas, & scire hoc nostrum tantisper differamus, dum in alium beatorum Orbem deveniamus. Beata nos interim spes soletur, & extrimulet, ut eò votis omnibus eorundam, ubi non tantum Angelorum numerum nosse, sed & Angelos, eorum medi, videre possimus. Interea loci, numerosissimam hanc supremi Regis aula, assidue vel sic eminus cõtemplemur, cui Salomonis effatum pulchrè congruit: *In multitudine populi dignitas est Regis.* Equissimam prorsus ut Rex Regum in immenso cæli regno copiosissimam alat familiam, quam obstupescens David exclamavit: *Deus qui glorificatur in concilio Sanctorum, Magnus & terribilis super omnes, qui in circuitu ejus sunt.* Mirum illud: in orbe nostro, à suâ Rex custodiâ defenditur; illic suam Rex in hoc orbe defendit custodiâ: regum nostrorum vires in multo milite sunt; Rex summus suis ipse dat vires militibus. Et quod obstupescendum, innumera hæc militia celestis agmina, eo inter se amore ununtur, ac si omnibus voluntâs una, unicus sit intellectus. Heu! quam dispar cæli terræque facies! ubique hinc lites, discordiarum & dissensionum ubique plurimum, omnia rixarum plena; turbæ è turbis, catenata bella, undique bella. Pax in terrâ, pax sit, sed pax hominibus **BONÆ VOLUNTATIS.**

V. H O R A.

Disce MORI: & cogita:

Quid mortem facit maximè formidabilem? mala conscientia. Cur ergo nunc eam non tranquillam reddo, ac bonam?

Disce VIVERE: tua verò sit VITA,

JUDICII METVS. Omnes stabimus ante tribunal Christi. Rom. c. 14. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Omnia tempus habent: tempus nunc miserendi, tunc verò tempus erit ulciscendi; dies illa, dies iræ.

Disce ORARE: & observa.

Consideratio II.

Quâ ratione pingantur Angeli: seu Vestes, Habitus, Forma, assumptum schema Angelorum.

C A P V T I.

FACIEM florentissimi ac formosissimi juvenis penicillum eis rectè assignat: juvenes sunt, nec ullum eos senium, aut morbus, aut annorum series corrumpet. De feminis Christum uncturis Marcus: *Introentes, inquit, in monumentum viderunt juvenem sedentem in dextris.* Forma eorum, omnium etiam ventuosissimorum hominum formas ita extinguit, ut sol stellas. Angelorum for-

C c 3

ma

Prima cogitatio quā amor noster in Angelos inspirat.

Secunda.

Psal. 76. vers. 11.

Vestis, *Serm. 14. de nativitate Dom.*

Luc. cap. 2. vers. 10.

Machab. lib. 2. c. 11. vers. 8.

Ibidē c. 10. v. 29. & 30.

Angelorum in bellis subsidium.

ma non fragile bonum est, rugin aut canis non scdatur, superbiā aut lasciviam penitus ignorat: immortalis est, nec unquam florere desinet. Duplicem hīc nobis cogitationem inspiret noster in Angelos amor. Prima; si infimus atque minimus Angelorum, omnem humanam formam ita superet, ut illa cum hac nec ferri quidem velit; quæ olim in celo voluptas erit, tot centena millia; tot milliones Angelorum, non enīmus aut caligante oculo; sed perfectissimo intuitu æternum aspicere; nec ullum fatieratis tedium sentire ab hoc suavissimo aspectu? & tamen pars hæc beatitudinis erit minima. Secunda; cura nostra sit quotidie juvenescere, non annis, sed castissimis desideriis, ac sanctis propositis. Omni die spiritus innovandus est, & senium desidiōsi languoris exuendum. Cadimus millies? millies resurgamus: David Rex quotidie factus seipso junior. *Dixi, ait, nunc capi.* Nobis ipsis idem de die sæpius occinamus: *Dixi, nunc capi, NVNC, NVNC.* Quod intra decem, viginti, triginta aut quadraginta annos neglexi; hodie, hac hora, NVNC faciam. Ita in novam quotidie recoqueatur ætatem, viginti, triginta aut quadraginta annis juniores. S. Carolus Borromeus, petenti è suis, quā viā optime iret ad celum? hoc dedit documentum: Ad celum sic eas, ut quotidie de integro ire incipias.

CAPITULUM II

VESTIS Angelorum rutilans, & plerūq; nivei candoris visæ, & rutilis etiam pingitur. Augustinus Angelum ad salutandam Beatissimam Virginem missum, ait venisse, facie rutilante, veste coruscante, ingressu mirabili. Quid ni albam vestem gerant innocentiissimi, purissimi spiritus? decet illos hæc textilis & decora vix. Neque verò atrati & in pullis vestibus prodire debent, cum summis semper afflaant voluptatibus, cum eorum vita inerrissimum sit gaudium. Noctē quā Christus natus, non sine lætissimo fulgore Angelus opilionibus primum ferens nunciū; *Evangelizæ, inquit, vobis gaudium magnum.* Visi tamen etiam Angeli in armis, & ut nostri milites ferro, sic illi autō quandoque cataphracti. Machabæorum historia narrat: Cum irruente Lyfā Judas Machabæus suis auxiliatum iret; *Apparuit procedens eos eques in veste candida, armis aureis hastam vibrans.* Contra Timotheum verò Asiatici exercitus ducem cum pugnetur, *apparuerunt de celo viri quinque in equis, frenis aureis decori, ducatum Iudææ prestantes: ex quibus duo, Machabeum medium habentes, armis suis, circumseptum incolumentem conservabant: in adversarios autem tela & fulmina jaciebant.*

Hic tuam, mi Lector, meditationem cum veniā interpellare liceat, & recens Angelorum, (sic arbitror) in bellis subsidium modesto compendio narrare: Angelis certè proprium semper militiæ curare.

Cum Serenissimus Bojariæ Dux MAXIMILIANVS, Anno crō. 10c. xx. in rebelles Bohemos moveret, non procul Bilsna, in vili pago (Lithiz ei nomen) per aliquot dies castra habuit, hoste satis vicino, & ad insidias variè procurrente. Multis frustra tentatis, noctem unam, quæ opportunior visa, delegit sibi hostis, forsā non minimam cladem illaturus, si inferre illi tam concessum quàm destinare. Mens erat Serenissimum MAXIMILIANVM Ducem, & omnem illic militem vi repentinā opprimere; & ut cruenta hæc fraus certiore iret successu, selectissimos quoque milites ad signa evocabant primipili. Ibat agminis caput, quod & belli, Fridericus, quondam Elector Palatinus, cujus regiam dignitatem annum magistratum fuisse, eventus docuit. Ibat Dux Anhaltini, ibat & Ducis Anhaltini filius, ibant præstanti animo & numero duces complures, cum suis quisque selectis copiis. Primum agmen Comes ab Hollāch ducebat, conjunctis ex omni turmā selectis equitibus & Mosquerariis, ut essent mille trecenti. Hos Unguari, illos Austrii, istos alii atque alii sequebantur.

A Principis Anhaltini filius (qui hæc suā manu conscripsit) regem proximus antecedebar. Hi omnes castris suis; horā septimā primæ noctis, cœperunt egredi. Decem millium insidiosa hæc phalanx fuisse creditur. Euntibus nox favebat: Serenissimum Ducem MAXIMILIANVM locus nocti defendebat, nec adeo numerosus, puto, miles, qui hosti par esset, vigilabat; vigilabant tamen pro eo insomnes Angeli, qui (quod ipsis facile) confusissimum hostem, & jam insidias metuentem, quas structurus venerat, in castra repulerunt, re non tantum infestā, sed nec quidem inceptā. Triplex hosti obiectum impedimentum. Primum: à viā aberrarunt, qui apud illos viæ duces peritissimi habebantur. Facillimum est errare, cum Angeli seducunt. Alterum; tantæ viarum angustia occurrebant, ut universum agminis ordinem turbarent & solverint. Tertium: terror planè. Panicus viam omnem coëgit relegere; nam ea inter Ungarorum præsertim ordinem ortæ sunt turbæ, ut hostem, quem quæsierant oppressuri, jam fugerent, velut proditi perditique. Atque hæc vel ipsorum hostium testimonio vera esse comperta sunt. Nam omnia quæ narraui, Principis Anhaltini filius, gallico idiomate accuratè perscripsit: sed in ultimo prælio & ipse & bellici ipsius commentarii sunt capti.

Attexo narrationem (in rem ipsam iudicis partes mihi non sumo) & duorum colloquium, è quo pronum sit opinari, in ultimā dicti anni & decretoriā pugnā, milites è celo superias advenisse, & luculentam opem tulisse Catholicis signis. Non ita diu post memorabilissimam illam cælis rebellibus victoriam, Augustæ in eodem hospitio convenerunt, miles unus religione Catholicus, & gente nobilis; alter dux belli è Wirtembergiā oriundus, qui rebellium Bohemorum castra sequebatur. Hic miles: Quæso, inquit, strenue domine, fas mihi sit quaerere, quid tandem fieri poterit, ut omnis adeo animus in pedes vobis conciderit? An non vobis æquè ac Catholicis copiosus exercitus? An non vobis locus multo æquior quàm Catholicis? An non penes vos Moravi equitatus robur? An non vos tormentorum curialium numero illic loci superiores? an non festum Catholicorum agmen, vos jam dispositā per quietem acie excepistis? an non vobis urbs à tergo munimen? vicinum palatium, Stella nomine, propugnaculum? Unde ergo Catholicis victoria, vobis fuga? Ignoscat mihi, domine, tuus genius, pene ausum dicere, femina fuistis, quia noluitis vincere. Audit hæc è Wirtembergiā militiæ dux, &: Si finisti, inquit, tela in nos promere volebas, & me audi. Pugnæ ratio hæc fuit: Nos nec nostras nechostrum vires ignoravimus; quis utrinque numerus esset legionum, scivimus, & ita equitatum equitatu, turmas turmis, legionem legioni opposuimus prout licuit: certè hīc ducum nec industria potest accusari, nec prudentia: arma nobis cum hoste paria fuerunt; locus, fatèor, nobis æquior fuit, ac opportunior, quàm hosti; ex edito pugnabamus in subeuntes. Sed & alia, non nego Bohemorum parti contra Bavarum militem favebant. Ideoque victoriæ jam ferè certi, non sicut illi, diu deliberandum de inundo conflictu censuimus è nostrā esse, visum est plerisque omnibus, CONFLIGERE: At verò post aliquod pugnæ felix initium, nova nobis ex adverso castra stare, gens incognita, & nunquam visa se opponere, legio ostendere, de quā nihil unquam nobis innotuit. Hic, mihi crede Domine, ea omnium animos invasit consternatio, ut nemo nisi fugam cœperit circumspicere. Nec est quod quis adeò id nobis vitio vertat: ipsi equi stabant, & tremebant. Mox partes nostræ labare, dein multum inclinare, inde ruere, demum omnes aperitissime fugere; & sanè plures è nostris in fugā cæsi, quàm pugna.

C ac Catholicis copiosus exercitus? An non vobis locus multo æquior quàm Catholicis? An non penes vos Moravi equitatus robur? An non vos tormentorum curialium numero illic loci superiores? an non festum Catholicorum agmen, vos jam dispositā per quietem acie excepistis? an non vobis urbs à tergo munimen? vicinum palatium, Stella nomine, propugnaculum? Unde ergo Catholicis victoria, vobis fuga? Ignoscat mihi, domine, tuus genius, pene ausum dicere, femina fuistis, quia noluitis vincere. Audit hæc è Wirtembergiā militiæ dux, &: Si finisti, inquit, tela in nos promere volebas, & me audi. Pugnæ ratio hæc fuit: Nos nec nostras nechostrum vires ignoravimus; quis utrinque numerus esset legionum, scivimus, & ita equitatum equitatu, turmas turmis, legionem legioni opposuimus prout licuit: certè hīc ducum nec industria potest accusari, nec prudentia: arma nobis cum hoste paria fuerunt; locus, fatèor, nobis æquior fuit, ac opportunior, quàm hosti; ex edito pugnabamus in subeuntes. Sed & alia, non nego Bohemorum parti contra Bavarum militem favebant. Ideoque victoriæ jam ferè certi, non sicut illi, diu deliberandum de inundo conflictu censuimus è nostrā esse, visum est plerisque omnibus, CONFLIGERE: At verò post aliquod pugnæ felix initium, nova nobis ex adverso castra stare, gens incognita, & nunquam visa se opponere, legio ostendere, de quā nihil unquam nobis innotuit. Hic, mihi crede Domine, ea omnium animos invasit consternatio, ut nemo nisi fugam cœperit circumspicere. Nec est quod quis adeò id nobis vitio vertat: ipsi equi stabant, & tremebant. Mox partes nostræ labare, dein multum inclinare, inde ruere, demum omnes aperitissime fugere; & sanè plures è nostris in fugā cæsi, quàm pugna.

Et quæ autem hæc invisa fuit legio, quæ acies illa incognita, quæ nova castra? nos qui præsentem fuimus, vetera

Nominari potest, nec ignotum est.

vetera novimus, non nova hæc, nisi ea fuerint è cælo: A certe nullus militum è formidandâ & fulminatrice hac legione, stipendium à nostris ducibus ullum exegit. Si Angelos à nonnemine nostrorum viſos, pro nobis pugnaſſe dicamus, nimium in rem noſtram honorificè locuti videbimur. Sed ſuum hoſti teſtimonium non reſtaturus: nobiliſſimum veritatis argumentum eſt, quod adverſarius ſuppeditat.

ſas eſt, & ab hoſte doceri.

Addo tertium, & recentius. Anno M. D. C. XXII. Dur- laciſis Marchio, Gregorius Fridericus, contra Bavaricam aciem ad Neccarum flumen inter Wimpffen & Hailbrun ſe oſtendit magnis copiis nec minoribus minis. Nam prædam (uti fertur) à ſe Monachii in præda brevi dividendam ſpondebat. Bavariam certè omnem bonus Marchio ſpe jam devoratur: nec vires deerant. Miles ei copioſus multorum millium cenſebatur. Atque hic illius exercitus, planè inſtructiſſimus fuit ab omni apparatu bellico. Tormenta curulia, & majores balliſtas grandi numero ſecum advexerat. Fuit qui ubi hæc omnia oculis ſpectaſſet, dicere non eſt veritus: Ad urbem Pariſiorum oppugnandam hunc talem apparatus fatiſ futurum. Ita Marchio hic Poliorcetes dici potuiſſet, ſi ei ſuccellus perinde reſpondiſſet.

Porro Catholicum agmen, gemino, ſed non adeo numeroſo conſtabat milite, Bavaro & Hiſpano, illi Tilius ſupremus Dux, virtute ſua, nec unâ victoriâ Orbi jam notus, huic Conſalyus Corduba præerat. Et ut partes Catholicæ, vel ante pugnam vincerentur metu, iis pridie commiſſi prælii Durlaciſis miles, victoriæ jam certus, nunciari juſſit: operirentur modò diem craſſini; cæſum iri ad unum omnes, & nec nuncium cladiſ évafurum.

Ergo pridie Nonas Majas, poſtridie Aſcendentis DOMINI in cælum, utrimq; velitationes præmiſſæ, conſuetæ prælii exordia. Inde conſiſtus cæpit acer, vehementer, crenatus, & qui ad ſex horas tenuit. Diu anceps ſtetit Victoria: Denum ex equeſtrium numero unus, undeunde advectus (*Albatum equitem* dixere) quòd equo candido niveòque ſit uſus, initium fecit victoriæ à parte Catholicâ ſtatuta. Admiranda in hoc equire fuerunt complura. Primum illud: equus ei non ſolùm niveus, ſed adeo pernix & Pegæſeus; ut hoſti non tam currere quàm volare crederetur. Alterum: in hunc unum equitem plures quàm quadringentæ plumbæ glandes convolabant, à Moſquetariis adverſæ partis emiſſæ: nulla læſit, ſed nec ulla tetigit. Tertium: auſu incredibili hoſtilem aciem prætervectus, à tergo hoſtium pulveri pyrio ſubjecit ignem. Atque ita victoriæ nobiliſſimæ præluſit. Nam ubi hoſtes volantem à tergo flammam viderunt, velut feræ indagine clauſæ, collapſis metu animis, ad fugam animarunt pedes. Sed vindicem Numinis iram non effugerunt, eoque tunc numero ſunt caſi, ut campi cadaveribus ſtrati lugubri ſpectaculo deciderent, inſultantem ſuperbiam detumuiſſe, D minas occidiſſe in auctorem: non armis & viribus ſidendum eſſe, ſed *Domino exercituum*, cui ludus eſt vel Xerxianas copias unico è ſuis milite debellare. Qui vero facinoris illius animoſiſſimi auctorem ſe ferret, qui unâ cum equo illo candido duci ſe ſitteret, qui præmium poſceret, nullus fuit.

Hæc mihi viſa ſunt ſilentio non involvenda, quæ ipſorum hoſtium teſtimoniis ſunt firmata. De re plura ego non diſputo, nec adverſariorum narrationem convello, quæ ſi è ſolido vera eſt, facilè liquet, *albatum* illum, ut vocabant, *equitem*, fuiſſe Angelum, qui Catholico exercitui aſpectabilis venerit ſuppeditas.

Angelis certè nil novi, militiæ gratuitis ſervire ſtipendiis. Felicia caſtra quæ vel unico tali gaudent milite! & quantam olim nocte unâ Angelus unicus in caſtris Sen- nacheribi regis ſtragem edidit? panè ducenta millia

hominum jugulavit unicus talis è cælo archiſtrategus. Atque huius ipſius Angeli, qui Aſſyriorum caſtra tantis funèribus opplevit, fuſilem è cerâ ſtatua, ante mille ducentos & ampliùs annos Chryſoſtomus ſpectavit, non ſine ſuavi ſenſu, & piis lacrymis. Ita pæce belloque Angeli ſuam nobis probant obedientiam & inviſtum robur; neque tantùm ſcipionem ferunt ut peregrini, ſed & clavam ut milites, & duces; pacem offerunt & bellum, uti olim Q. Fabius Carthagine in Curia, ſinu è togâ facto: PACEM, inquit, ET BELLUM PORTAMVS; VTRVM PLACET? Pacem ferunt Angeli HOMINIBVS BONÆ VOLUNTATIS, bellum rebellibus.

Orat. quod vet. & novi teſtam. unius ſit legiſſator.

Albati porro crebriùs viſi ſunt Angeli, non quod eis aliùs coloris veſte uti non liceat, quod nescio quis Severus Antiochenus ſomniavit, perinde ac ſi eis purpura, uti olim Romanis feminis, eſſet interdicta. Ridiculum figmentum. Candor placet Angelis, & in veſte, & in mente. Candidatos illos eſſe convenit, apud quos perpetui feſti ac nuptiales dies, continuum gaudium, æterna convivia. Sed laxiùs paullo evagati ſumus: à FACTIS & VESTE Angelorum ad ALAS devenimus, quod tertium meditationis caput eſt.

C A P V T III.

ALAS appingi ait Angelis divinus ille Arcopagita Alæ, Dionyſius, quod nihil in eis lutei aut fordidis è terræ facibus, ſed nec ullum corporis pondus eos moratur, quin momento ſint, ubi eſſe volunt. Ea etiam amoris dulcedine inhærent Deo, ac ſi in aère penderent indeſeſâ voluptate. Meminit alarum in Angelis Chryſoſtomus. Rectèque Gabrielem Archangelum alatum pingi aſſerit, non quòd Deus alatum creavit, ſed ut nos grati ſemper recordaremur mirandi volatus è cælo in beatiſſimæ Virginis Nazarethanum conclave; ubi legationem obiit Angelus, & Dei vice aſſenſum Virginis expetiit in Orbis reparationem.

Hom. 3. de incomp. nat. Dei.

Pernices alas avium, ſagittarum, ipſorum etiam ven- Angelarum torum: curſus cervorum, ſagittarum, ipſorum etiam ven- Angelarum torum: curſus cervorum, aut tigris, volatus aquila, velocitas. rum, velocitatem nubium, rotatus orbium cæleſtium, ſi cum Angelorum alis conferamus, res tarda eſt & morarum plena: nimium quantum prævertunt Angeli vel ipſos ventos. Multò celerrimos habet tabellarios magnus ille Dominus, Rex cæli. Quâ Dei nutus viam deſignat, hac momento eunt Angeli, ipſi omnem obedientiam promiſſi. Obſtupescit hoc faltes regius: *Domine Pſal. 103. Deus meus magnificatus es vehementer! qui ambulat ſuper verſ. 1. 3. pennas ventorum. Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros & 4. tuos ignem urentem!*

C A P V T IV.

GEMMAS tribuunt Angelis, & SERTVM cruce in- Gemmæ, ſignitum imponunt capiti pictores. Congruè id faciunt rationi, & litteris divinis. Ezechiel de omnium Exod. c. 28. Angelorum pulcherrimo locutus: *Omnis lapis pretioſus, verſ. 13.* inquit, *operimentum tuum.* Nobiliſſima eſt Obedientia: at quia hanc Lucifer excuſſit, gemmas ſuas omnes perdidit. Conſtantine Magnus, B. Damaſo teſte, in eadē D. Joannis ad Lateranum (baſilica Conſtantiniana olim dicebatur) præter innumeras ex auro & argento iconas, quatuor prægrandes ex argento Angelos, variis gemmarum ignibus collucentes ſtatuit. Horum ſinguli libras argenti centenas quinas pendebant: Donum proſus regium.

Conſtanti- ni Magni Imp. do- num.

Fronte cruce præferunt Angeli, quia hanc dierum ultimo, velut labarum ac trophæum ſui Domini, ad iudicii locum devehent. Prædixit hoc Chriſtus: Et tunc *Matt. c. 24. parebit ſignum filii hominis: ſignifici erunt Angeli, qui verſ. 30.* cruce ſui Domini amant, non quòd cruce ſint ab interitu ſervati, uti nos (quamvis ſint optimæ notæ ſcri- li cruceam ferent. ptotes, qui dicant Chriſtum etiam Angelis & gratiam & gloriam promeruiſſe) ſed quia Rex illorum cacoda-

Omnia a-
mor noster
ad crucifi-
xum J. E-
s. v. m. ren-
dere de-
bet.

monem debellavit cruce. Ideo & Seraphim a B. Fran-
cisco, non nisi crucifixus spectari voluit, ut eo nos spe-
ctaculo suaviter submoneret: Omnes amores nostros
ad crucifixum Jesum debere tendere, ut animo sepius
ingeminemus: AMOR MEVS CAVCIFIXVS; imò nos
a nobis ipsis quotidie crucifigi debere, neque enim di-
vini amoris aurum, ad aliam coticulam certius explora-
tur, quam ad crucem: IN AMORE NON VIVI-
TVR SINE DOLORE.

CAPVT V.

Solea.

EXCALCEATI plinguntur Angeli, nubibus inambu-
lantes. Nihil hoc insolitum in Dei legatis, hæc pe-
dum onera abjicere. Fecit id Moses, Isaias, Apostoli.
Sed & alii viri sancti, quorum mens cælo jam inerrara-
bat, calcis poruerunt non egere, per annos aliquot nu-
dis pedibus incedentes, uti Nicolaus Tolentinus, &
complures olim Christiani. Angelorum per nubes am-
bulatio modum docet, quo aduersa tranquillè vincam-
us. Levissimum quid nubes est, & non nisi densatus
vapor, quem ventus agitat. Omnis fulgurum & fulmi-
num intemperans in nubibus lætatur, quæ igneo hos
partus in inferiora ejiciunt. Ultra nubes jus nullum est
tempessati. Il, quorum conversatio in calis est, adeò tenaci-
tate inhaerent Deo, ut eos inde nulla fortuna sereni-
tas, nulla trilitia tempestas avellat: Deum curant &
conscientiam, cetera omnia non pluri quam fungum
æstimant. Atque nubes impatientiæ, invidiæ, iracundiæ
eos non turbant; ipsi supra nubes sunt, & caleant eas
imperio mentis. Et hoc est cum Angelis nubibus in-
ambulare.

Philip. c. 3.
vers. 30.

CAPVT VI.

Zona.

Matt. c. 22.
vers. 30.
Hom. 13. in
Evang.

ZONAM Angelorum vidit Daniel vates, esse non
holericam, sed aurum obryzum. Zona hæc ca-
stimoniar nota est: Erunt, inquit Christus, sicut Angeli
Dei. D. Gregorius: *Lumbos præcingimus, inquit, cum car-
nis luxuriam per continentiam coarctamus.* Neque lumbos
tantum, sed & pectus cingulo stringunt Angeli, neque
enim corporis solium, sed & cordis est castitas. Sed heu,
quam sæpe vilcm consensum hujus utriusque cinguli ja-
centuram?

Sunt lufiores, qui ubi pecuniolam omnem per lufum
decoxerunt, eò aguntur ludendi libidine, ut vestes quo-
que committant alee, & plerumque primum est cingulo-
rum, ut quò facilius carere se posse putant, quam pallio
aut pileo. Ita quicumque concupiscentiam in societate
lufus admittit, jam pudicitia jacturam fecit: modò
hoc, modò illud concupiscent miser; nunc hanc, nunc il-
lam, & brevè aliam atque aliam indagabit oblectariun-
culam, eò minùs satur, quò plus animum impleverit
turpitudine. Peritissima ludendi est *Concupiscentia*: frau-
dem ex fraude struit, blandè trahit, suaviter illaqueat,
retinetque planè viscosis manibus. Nam è suggestione
cogitatio, è cogitatione affectio, ex affectione delecta-
tio, è delectatione consensus, è consensu operatio, ex
operatione consuetudo, è consuetudine desperatio, è
desperatione peccati defensio, è defensione gloriatio, è
gloriatione demum damnatio. Pulcher lufus! post multa
hoc lufu perditam, proxima est Zona pectoris, seu, ca-
stimoniar mentis. Hac amiffa, proclive est, & lumbo-
rum cingulum, seu, castitatem corporis prodigere.

Quis con-
cupiscentia
lufus.

Ludit mundus, mihi credite, cum hoc utroque cingulo
castitatis. O *Castitas*, inquit Ephrem, *mater pulchra
dilectionis, & angelica vite ratio! O verè beata Virginitas, que
cum Angelis de gloriâ certat, imò superat, virtute non felicitate.*

Radix est odorifera, inimica pesti, quam ANGELI-
CAM vocamus: verè ANGELICA hæc est Castitas, quæ
venenum cordis, cogitationes impuras, alius non sinit
imbibi, resistit, & pellit hanc animi pestem, & Angelos
nunquam non amicos habet. Ambrosius: *Quis quisque
prior est, ait, eò magis est custoditus & circumdatus ab Ange-*

Angelica
castitas
quæ.
Lib. 1. de
virg.

luis, qui ob similitudinem, quam virginis castitatis, cum eis gerunt,
plurimum cum eis versari delectantur. Oderunt distinctos
Angeli, nec eorum societatem amare possunt, qui fluentem
vestem per omne genus, sordium trahunt. Repeto
illud Hieronymi: *Quacunque virtute polleas, quibuscunque
operibus nitæas, si cingulo castitatis careas, omnia per terram
trabis.* Fidelissimè de hoc admonens Christus: *Sint, in-
quit, lumbi vestri præcincti.* HANC FACIEM, VESTEM,
ALAS, GEMMAS, SOLEAS, ZONAM pictura dat Ange-
lis, quæ, nisi cæci sumus & surdi, formandis nostris mor-
ibus, taciturna, sed erudita est concio.

Luce. cap. 12.
vers. 35.

VI. HORA.

Disce MORI; & cogita:

Qualis tandem, quæ mores & vitam, à morte repe-
riti cupio? Cur ergo nunc talis non sum?

Disce VIVERE: tua verò sit VITA,

PERSEVERANDI STUDIVM, Ego fidelis usque ad mor-
tem, & dabo tibi coronam vitæ. Plus operis in eo est, ut
proposita quis custodiat, quam ut bona proponat: exi-
guum est bene incipere, nisi & bene finias. Scias diabo-
lum soli semper Perseverantiæ insidiari, quam solam
virtutum scit coronari. Tolle Perseverantiam, nec ob-
sequium mercedem habet, nec beneficium gratias, nec
laudem. fortitudo. Non, cœpisse nec fecisse, virtutis est,
sed perfecisse.

Cur dia-
bolus sem-
per insile-
tur perse-
verantiæ.

Disce ORARE: & considera.

Consideratio III.

Cantus Angelorum & Officia.

CAPVT I.

CONCENTUM cali quis dormire faciet? quærit Jobus. Eam
nos vitam vivimus, ut semper extrema gaudii lu-
ctus occupet. Subinde nostras aures suaves modulì per-
mulcent, putamus canere Sirenium concordiam, sed
hoc quamdiu tandem satietas, tædium, nausea prio-
rem suavitatem expellunt; aut certè dum muscos con-
centus avidissimè audimus, & adhuc integra est au-
diendi fames, cessatur, & omne illud mel aurium vane-
scit in ventum: sic sua perit vel invitis auribus dulcedo,
& tantò post durius cruciantur silentio, quantò plus an-
te fidium & vocum delectabantur inani sonitu.

Aliter in cælo canunt Angeli, & prolixiorum faciunt
suæ musicæ voluptatem, incipiunt & nunquam finiunt;
fatiant nec tædium creant post aliquot millena millia
annorum symphonia hæc tam grata erit auditu, ac pri-
ma fuit quæ cœpit audiri horâ: symphoniæ hujus suavi-
tas mortalium aures nunquam attingit, immortalibus &
jam beatis semet infundit. Sed quid canunt Angeli, quis
audivit cantantes?

Angelorum
cantus non
habet finem.

Isaias audivit, & cælestis illius odarii verba descripsit:
Seraphim clamabant alter ad alterum: Sanctus, Sanctus,
Sanctus, Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra glo-
riâ ejus. Hoc idem sacrum trisagion canunt irrequieta il-
la & insomnia animalia, quæ Apocalypsicus ille Ange-
lus vidit & audivit clamantia: Sanctus Dominus Deus omni-
potens, qui erat & qui est & qui venturus est. Conferat quis
obsecro nobilissimos hos Dei cantores, & auletas cum
tot impiis in terrâ hominibus, tot damnatis sub terrâ
diabolis, & spiritibus, qui nefariis execrationibus &
blasphemis continuis eundem optimum Deum inces-
sent æternum. Heu, quam dispar est beatorum ac dam-
natorum psalmus!

Isa. cap. 6.
vers. 3.

Apoc. cap. 4.
vers. 8.

Apoc. cap. 6.
vers. 11.

CAPVT II.

IOANNES etiam, ille Domini oculus, ille charissimus
discipulorum, hos Angelorum in cælo concentus au-
diens:

Ap. 01

Ap. 02

Ant. off. qui pie Pri

46

Det. tari. foni. scri. 25d

Seci

Joh. vers. 111. vers.

Apoc. vers. 1.

Serm. 111. 11. 11. 11.

Quid d. 11. 11. 11.

diens: Et vidi, ait, & audivi vocem multorum: Angelorum in circuitu throni & animalium, & seniorum: & erat numerus eorum millia millium, dicentium voce magna: Dignus est Agnus qui occisus est accipere virtutem & divinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & benedictionem. Sed & alibi narrat, quæ in celsissimâ illâ æternæ voluptatis arce viderit, & audiverit: Et omnes Angeli stabant in circuitu throni, & seniorum, & quatuor animalium, & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adoraverunt Deum, dicentes, Amen. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorum, Amen. Neque dubium est, quin & Angeli cum innumeris illis beatorum agminibus, latissimum illud celestium cantent, Alleluia. O cælum! ô domus amœnitatis & gaudii! quis non nauscer vel etiam suavissimos hominum concentus, velut inconditos pecudum mugitus, cum de te tuæque cogitat, non dulcissimâ tantum, sed æternæ dulcedinis symphoniâ! O mors veni, & transfer me è valle fletuum, in arcem canentium; avelle me ab hominibus, ut conjungar Angelis.

CAPUT III.

OFFICIUM Angelorum ferè quintuplex. Sunt Cantores, sunt Oratores, Legati, Procuratores, Belli Duces. Primum & princeps eorum munus est, Deum semper amare, & nunquam non laudare. Sic amant ut ardeant Deum, sic amant ut pervigili & insopita laudis harmoniâ collaudent. En, aulicos cantores indefessis obsequiis, suo Domino adstantes! Et tanti Deus hoc aulæ suæ officium facit, ut supremos Angelorum & nobilissimos, voluerit esse præcætores. Divinum illud melos, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Seraphini præcætant, Isaiâ teste, & dum canunt volant, uti per ætrem cantando alaudulæ ascendunt. Summi hoc desiderii argumentum est, & ardentissimi affectus, Deum ardentius atque ardentius amandi, & sic quasi propius ac propius accedendi: interim alis convellant pedes & faciem, summæ reverentiæ signo. Omnibus Deum precaturis duo hæc maximè necessaria sunt: Reverentia & Amor. Supremi hoc faciunt Angeli: & quid nos infimi vermiculi? Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore: hortatur Rex David. Laus sine amore friget, amor sine reverentiâ sordet: amari vult Deus, sed castè & reverenter.

Alterum Angelorum munus: Oratores sunt. Præces & vóta hominum offerunt Deo. Testes sisto ipsos Angelos, è quibus unus aliquis primarius Tobias: Ego, inquit, obtuli orationem tuam Domino. Hoc ipsum alius ex Angelis Cornelio Centurioni affirmans: Orationes tuæ, inquit, & elemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. Idem à se visum, narrat ille arcanissimorum conscius, & verè Dei primicerius Joannes: Stetit Angelus ante altare, habens thuribulum aureum, & data sunt ei incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium. In hunc modum & Sancti Patres loqui didicerunt è divinis paginis. Unus omnium loco sit Bernardus: Solent, inquit, Angeli ad stare orantibus & delectari in his, quos vident levare puras manus in oratione. Rabbini fabularum pleni, & hic nugæ suas ingerunt, caput primum Geneseos sic exponunt: Firmamenti facies ajunt, sunt volucres, quæ Deo referunt omnia. Aliquid veritatis involvit deliramentum istud. Sed oculis Patriarchæ Jacob, clausis etiam & sopitis plus credimus. Vidit is ascendentes & descendentes Angelos negotioso sanè ministerio, quasi cæli & terræ inter-nuncios, & regios cursores, ut qui è cælo litteras ferant in hanc vallem, & hinc ab hominibus illuc referant responsa, spectatores calamitatis nostræ, auditores suspiriorum ac gemituum, testes lacrymarum & precum nostrarum. Sed quid descensus aut ascensus iste, quid hæc precum nostrarum oblationes? an

Deo nunciant quod ante nesciat? quæ se, mi homo, cum tu oras, cum tuam in precibus agrimoniam deplo-ras, nunquid Deo, quod ante ignoret, explicas? scivit hæc, antequam ordereris, & ab æterno scivit. Ergo non orandum, ergo tollendæ preces? idem de Angelis cogita: Deo visum, sic ordine fieri, ut immanis Dei majestas magis innotescat, dum in ejus cultu operas jungunt cæli terræque incolæ. Ideo Deus omnes fecit administratores spiritus, & bonitati ac potentie suæ luculentius nobis demonstrandæ. Mittam, inquit, Angelum meum qui præcedat te, & custodiat in viâ, & introducat in locum quem præparavi. Aliam assignans causam Bernardus: Quis, inquit, dabit mihi per vos, ô benigni principes, petitiones meas innotescere apud Deum? non Deo, cui etiam cogitatio hominis confiteretur, sed is qui cum Deo sunt, beatis Virtutibus ac solutis carne spiritibus. Sed & alia insuper hujus est ratio: Precibus nostris suas jungunt Angeli, & hyemem nostrarum orationum igne suo temperant. Hilarius affirmans: In Psal. 90.

Angelis, inquit, non eger natura Dei, sed imbecillitas nostræ; nihil eorum quæ agimus, ignorat Deus, sed infantia nostra ad rogandum & promerendum hos tales desiderat oratores. Sed Cur tantum præces tantum, non opera alia dicuntur offerre? Inter opera bona optimum est oratio, & aliorum principium. Adde & hoc: ab Angelis orare discimus. Bernardus: Homines, inquit, docent Deum querere, Angeli adorare, solus Spiritus Sanctus est, qui doceat invenire. Nec illud omittendum: non preces tantum, sed & elemosynas ab Angelis offerri Deo, divina testantur oracula. At quo tandem modo exhibent preces nostras, cum non videant cogitationes nostras? Quid precemur, facillimè sciunt, aut nostri aspectu, aut Dei, quis est qui oret, & non simul gemat, suspiret, pectus tundat, et si verba non former: sagacissimis spiritibus hic facile est assequi, quid clausum sit animo. At nil penitus in nobis observent, in Deo certè rerum omnium obstupescendo speculo vident omnia, ea præsertim quæ ad sui clientis curam pertinent. Gregorius: Quid est, inquit, quod ibi nesciant, ubi scientem omnia sciunt? Tempore eodem, diversissimis locis orabant Tobias, & Sara, hæc in Rages urbe Medorum, ille in Ninive urbe Assyriorum, tamen uno hoc eodemque tempore utriusque preces, Deo quasi prælectæ sunt: sic enim liber Tobias loquitur: Missus est Angelus Domini sanctus Raphael, ut curaret eos ambos, quorum uno tempore sunt orationes in conspectu Domini recitatae. Quis recitavit, quis recitatas commendavit, quis commendatas obtulit, si non Angeli? Et hoc probis omnibus summo est solatio, oratores suos, suæque causæ patronos & actores habent in cælo; quidquid patiuntur aut agunt, quidquid precis aut stipis fundant, hæc Angeli commendatibus Deo fit commendatus.

Tertium Angelorum munus: Legati sunt, idque Tertium. in summi momenti negotiis. Cum Dei filius hominem indueret, cum in cruce obiret, in sepulchro ad vitam rediret, cum à nobis in cælum abiret, prompti parati erant ad omne obsequium Angeli. Non egebat illorum ope & operâ, sed hoc agebat bonus Deus, ut animus noster caperet, quantam ille nostræ salutis gereret curam. Solet nimirum amantissimus Deus sic nostris conatibus quotidie interesse, ut ad nostros mores & ad nostram intelligendi rationem sese quam plurimum attemperet, mirificis summi in nos amoris argumentis. Quartum Angelorum munus: Protectores sunt. Regius plaltes: Angelis suis, inquit, mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis: in viis, non in præcipitiis: gradientem, non volantem custodiet te Angelus tuus: perire qui vult, pereat. Uti verò quivis hominum; ita quævis regio, provincia, regnum suum habet tutorem Angelum. Et sic duo reges in quovis regno, sic in quavis diocæsi duo sunt episcopi, sed illi è cælo episcopi & reges secretâ majestate, humanis sese oculis non exponunt.

Quintum

Angelorum officium quintuplex. Primum.

Isai. 6. v. 3.

Deum orationis duo sunt necessaria. Psal. 2. v. 11.

Secundum.

Tob. cap. 12. vers. 12.

Ab. cap. 10. vers. 4.

Apoc. cap. 8. vers. 4.

Serm. 3. fit per Missus est, &c.

Gen. cap. 28. vers. 12.

Quid dicitur ad-

ensus & descensus Angelorum.

Ad Heb. c. 1. vers. 14. Exod. c. 23. vers. 20. Serm. 7. in Cant.

In Psal. 90.

Cur tantum preces dicuntur offerre.

Lib. 4. Div. cap. 33.

Tob. cap. 3. vers. 25.

Quartum. Psal. 90. vers. 11.

Quintum. Quintum munus Angelorum: **BELLI DVCEs** sunt, & tales, ut quoties velint, à parte stantem habeant victoriam. Sine tormentis, sine comenatu, sine impedimentis, sine copiis pugnant, & copias quantumcunque maximas levi distanc halitu. *Cum esset Iosue in agro urbis Iericho, levavit oculos, & vidit virum stantem contra se, virgatum tenentem gladium, perrexitq; ad eum & ait, noster es an adversariorum? qui respondit: nequaquam; sed sum princeps exercitus Domini, & nunc venio. O veni beatissime Angele; etiamnum bellorum turbines modò hanc, modò illam provinciam involvunt. Populo suo promittens Deus: Et mittam, inquit, *precursorem tui Angelum, & ejiciam Chanaanem, & Amorrahum, & Hethaem, &c.* Etiam nunc conferti malorum cunei in bonos irruunt, sed feliciter pugnat in quemcunque hostem, qui non legionem horum; sed unicum legionarium talem pro se habet pugnantem.*

VII. HORA.

Disce MORI: & cogita:

Si mihi hac ipsa. hora moriendum esset, quid facerem? Cur ergo id ipsum jam non facio?

Disce VIVERE: tua verò sit VITA,

FORTITVDO IN TENTATIONIBVS. *Resistite diabolo & fugiet à vobis. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino.* Ibi homo plus proficit, ubi magis seipsum vincit.

Disce ORARE: & considera.

Consideratio IV.

Angelorum in homines officia.

CAPVT I.

ANGELVS tutelaris nascentes nos in suam fidem recipit. Videtur bonus Deus, præcipua Angelorum in nos beneficia, in Raphael. Archangelo, velut in imagine, oculis voluisse subijcere: duxit is Tobiam juniorem, & reduxit in cololum ad parentes. Principium fidelissimæ familiaritatis in Raphaelem & Tobiam sic factum est: *Egressus Tobias invenit juvenem splendidum, stantem, præcinctum, & quasi paratum ad ambulandum.* Infans materno utero vix prodit, & eu adest Angelus, quem ei Deus in tutelam assignavit ab æterno. Testis locupletis Hieronymus: *Magna, inquit, dignitas est animarum, quòd habeat unaqueque ab ortu natiuitatis, in custodiam Angelum delegatum.* Hic ille splendidus juvenis est, nostræ peregrinationis comes; splendorem unius ex hoc numero juvenis describens Matthæus: *Aspectus ejus, inquit, sicut fulgur, & vestimentum ejus sicut nix.* Stat juvenis iste præcinctus, & paratus ad ambulandum, iter monstraturus ad cælum.

CAPVT II.

SVAM nobis tutelam & fidem obligat. Tobiam seniorem salutans: *Gaudium, inquit, tibi sit semper.* Hoc sanè vorum est custodis Angeli, hoc ipsi curæ & cordi, ut nunquam non gaudeamus, etiam cum lacrymæ fluunt oculis, cum lutor & mæror in ore sedet, etiam inter tormenta: *Non contristabit justum, quidquid ei acciderit.* Ruat cælum, impavidum ferient ruinæ. Audisne Tobia, *gaudium tibi sit semper,* etsi te paupertas premar, etsi cæcitas affligat, uxor obturber, irideant cognati: *gaudium tibi sit semper.* Idem Thessalonicensibus inculcat Paulus: *Gaudete semper.* Quæ autem causa gaudii, præfertim continui? Fidem ego meam tibi obligo, ait Angelus; *Ego ducam & reducam.* Hæc illa sinceri causa gaudii est; suo se nobis chirographo devincit Angelus, ducturus, & reducturus, officiumque fidelissimi comitis præ-

stiturus. Fidamus huic sponfori: non faller, ducet, modò non reluctemur; reducet, modò sequamur.

CAPVT III.

SOLATVR nos. Dum hic degimus, & hanc seu vitam, **Nos solam** lem mortem, seu mortalem vitam vivimus, solatio egemus assiduo. Nunquam deest quod patiamur. In singulos non tantum dies, sed & horas, in singula, pænè dixerim, momenta est qui nos vellicet vermiculus, & quandoque omnem spei ac gaudii nostri hederam depascitur. Sed sicut tranquilla ac fausta omnia, fluant ad nutum universa, solus tamen metus amittendi far grande est patibulum, felicitati nostræ torquendæ. Sic nunquam ex toto feriamur à malis; aut enim corpori ægè est, aut animo. Hæc vitæ lex, cui annexum dolere in omni sorte. Ideo perpetuum nobis solarii rorem instillans Angelus: *Forti animo esto, inquit, in proximo est, ut à Deo curesis.* Ne salutem despera, vicina est: uno solo fit halitus, & totam possides inter beatos **ÆTERNITATEM.** Neque tamen lacrymas semper abstergit Angelus, quandoque etiam elicit, ut fecit refractario Israël's populo, qui rebellem contumaciam exprobravit. Verum ad solandum & exhortandum proniores sunt, quam ad objurgandum, cælestes hi sacerdotes, qui assidue illud nobis ingerunt: *Fortes animo estote, in proximo est, ut à Deo curemini.*

CAPVT IV.

CACODÆMONIS technas detegit. *Audi me* (ait Tobia Dæmonis Angelus) *& ostendam tibi, qui sunt, quibus prevalere potest demonium.* Quantæ nobis quotidie ab hoc optimo tutore nostro sunt admonitiones? Quoties blandè suggerit? hic cave, omite hoc; fuge illinc, & istus Cupidinos exi, fuge, fuge. Hinc tibi periculum, hinc & exitium impendet. Hac parte te muni, quæ debilior es: huc ne accesseris, latet anguis in herbâ; hunc lapidem ne tange, scorpium sub eo le occultit. Abjice hoc, quod vides, non aurum est, sed latum, non lux fed fumus: hac cautus gradere, aut senties pedicas, dimitte voluptatem hanc magno luendam, &c. Ita centies, ita millies nos moniet; at multi & centies & millies ad hæc monita obfuscescant. Luemus miseri studiosam hanc surditatem: non audiemur perituri, qui toties, ne periremus, monentem audire detrectavimus.

CAPVT V.

CACODÆMONIS insultu defendit. Vociferabatur Tobias, instare immanem cetum, perire se, cui acclamans Angelus: *Apprehende, inquit, branchiam ejus, & trabe eum ad te.* Adeò trepidabar Tobias ad aquatilis hujus bellæ occursum, ut se jam in ejus faucibus hæcere crederet. Exemit metum Angelus, & voce juvenem adeò animavit in cetum, ut quem horrebat aspiceret, jam tangere non formidaret. Sapientissimè Apostolus Jacobus: *Resistite diabolo, & fugiet à vobis.* Diabolus simillimus est crocodilo, qui, ut ajunt, insequentem fugit, & fugientem insequitur. Ergo, mi Tobia, apprehende ceti branchiam: resiste diabolo, magno animo te isti oppone, & fugabis hunc formidabilem crocodilum, aut certè ille te, ni præoccupes. Aude tantum, & socium atque adiutorem Angelum cogita; vancisti, si unà cum illo pugnes. Neque enim Tobiam à cetò solùm, sed & diabolo illæsum vindicavit. *Tunc Raphael Angelus apprehendit demonium, & reliquit illud in deserto superioris Ægypti.* Ita & diabolum optimus hic tutor noster compefcit, ut jam non magis ab illo lædi possimus, quam à cane carenis adstricto. Latrare hic potest, mordere non potest, ni propius accedentem.

CAPVT

Ita
nos
sic
am
e
T
e
e
7
A
ver
Tob
ver
In
P
lis
G
bani
Tob
ver
Alis
do
tore
fa
re
Tob
cap
ver
8
Tob
cap
ver
16
Tob
cap
ver
18
Tob
cap
ver
18
Tob
cap
ver
18

CAPVT VI.

VT fratres nos habet, adeo tenerè amat. * *Tobia* fratres, si placet itaque tibi, procedamus. Sed & alius, probabili coniecturâ Angelus, gratulatur nobis: *Nunc, † inquit, facta est salus, projectus est accusator fratrum nostrorum.* Observa, viator, comitis tui, aut, tui fratris honestissimas blanditias: si placet itaque tibi, procedamus frater. Secum te vult præcedere, sed mente ac desiderio, & ad illam cælestem patriam. Quis viatorum non præmittit oculos ad viæ suæ terminum, etiam cum eum nondum licet contingere? at ubi vel iminus illum conspexerit, cor salit, & oculi prævolant, jamque ibi sunt, quò pedes contendunt; ita, mi frater, PRÆCEDAMVS, mens nostra jam ibi sit, quò brevi secuturum & corpus speramus. Amemus nostram quietem, sed eam solam, quæ nos, finitis tumultibus, & turbis omnibus exceptura est in cælo.

CAPVT VII.

In periculis omnibus tuetur. Redux Tobias narravit patri ordine, quanta sanctus ille vir (sic eum vocabat) in se beneficia contulisset, quantis à periculis liberasset. *Demonium, inquit, compefcuit; me ipsum à devoratione piscis eripuit.* Quam certi sunt, hi cæli principes, amici nostri, quis est, qui non id expertus in rebus sæpe incertissimis? quoties manus, crura, cervicem fregissemus, si horum amicorum nobis auxilia defuisent. Si bene calculum ponamus, ubique naufragium est, & periculum. Quot porci corporis, tor ostiola mortis, per quæ improvisa irreat, nec sudamus, nec algemus absque periculo; nec mensam, nec lectum à periculis securi adimus. Cibus avidum strangulat; fames jejunum necat. Hunc bellum rapit, illum penatum suorum ruina sepelit. In equis, in navi, in silvis, domi, foris; terrâ & mari undique pericula, & verè sub omni lapide scorpium dormit. At vigilant in rem nostram custodes Angeli: hi Jonam in ventre ceti, Paulum in undis pelagi, Danielè in leonum foveâ, in scirpeâ ficellâ Mosen, Juditham in hostium castris, Hebræos tres juvenes in ipsis fluminis servare norunt. Absque horum ope fuisset, centies & nos perissemus. Testor ego, qui hæc scribo, volare me nunquam didicisse, sed præcipitem è scalis in saxa; præcipitem è clivo & curru everso in Danubium, penitus incolumem evasisse (ut alia pericula taceam) non sine opitulante Angelorum manu: Testor, præsentissimam Angelorum opem me sexcenties expertum. Idem aliorum quoque confessione constare credo. Verè integerrimos amicos habemus Angelos; tum maxime præsentès, & sollicitos, cum plurimum urgent pericula.

CAPVT VIII.

Allis docet bene facere. Raphael, exenterato pisce, fel tradidit Tobia, &: *Lim, ait, super oculos ejus extelle isto piscis, quod portas tecum. Scias enim quoniam mox aperientur oculi ejus, & videbit pater tuus lumen cæli.* Præterquam quod à Gabelo pecuniam, à Raguele filiam, & omnem ex asse hæreditatem, suo Tobia impetravit Angelus, etiam artem docuit, quâ parenti oculos restitueret. Verissimè dixit Nazianzenus: *Nihil tam divinum homo habet, quàm de aliis bene mereri.* Et scimus, neminem sibi nasci, neque nos nobis tantum vivere. Sapientissimus hominum venustè submonens: *Deriventur, inquit, fontes tui foras, & in platibus divide aquas tuas.* Samaritis illa, cæteroqui non optimæ famæ femina, ubi à Christo meliores vitæ leges accepit, mox civis suos ad eandem pertraxit concionem. Maxima laudis est, cum Ecclesiastico gloriosi posses: *Respice, gstoniam non mihi soli laboravi.* Nemo gratis quamvis ingratisimum beneficiis afficit: quò minus mercedis ac laudis habet ab homine, tantò plus remunerationis ac præmii expectat à Deo. Ab Angelis discamus bene facere, ut Angeli fiamus.

Allis docet bene facere. Tob. cap. 11. vers. 8. Prov. cap. 5. vers. 16. Joan. cap. 4. vers. 28. Eccli. c. 33. vers. 18.

CAPVT IX.

Ad omnigenas virtutes inducit. Orandi, jejunan- di, ac largiendi studium, non ut mercator merces, quas vult extrudere, commendat Raphael, sed suâ hoc utilitate noscendum proponit, &: *Bona, est, inquit, oratio cum jejunio & elemosynâ, magis quàm thesaurus auri recondere; quoniam elemosyna à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata; & facit invenire misericordiam, & vitam æternam. Qui autem faciunt iniquitatem & peccatum, hostes sunt animæ suæ.* Libello breviorè, omnes omnino virtutes docere non potuisset. Hæc virtutum trias omnes actiones bonas includit. Oratio nos Deo reddit; nosipfos nobis jejunium restituit, pauperes Dei amicos, & nostros esse elemosyna facit. Oratio velut aquila est, quæ mentem ad Deum evehit, sed sine geminis jejunii & stipsis, seu Temperantiæ ac Misericordiæ alis, conatu inani in altum se librat, & decidit, antequam incipiat ascendere. Multum orare, & gulam non frenare, stipem egenis negare, est Æthiopem lavare. *Bona est oratio, sed cum jejunio & elemosynâ.* Thus sine prunis nec odores spargit, nec sublime petit; oratio friget, quam abstinentia & debita frugalitas, quam misericordia & pia liberalitas non commendat.

CAPVT X.

Omni bonorum genere nos cumulat. Tobias, tot sui comitis beneficia ordine patri enarrans, ut plurima compendio diceret: *Bonus, inquit, omnibus per eum repleti sumus.* Idem dicere habuit & Cornelius de Angelo, qui ei viam ad fidem & ad cælum patefecit, familiarissimo colloquio: *bonis omnibus per eum repletus est.* Idem prorsus & nostrum quisque de suo tutore Angelus ingenue fateri cogitur: *Bonus omnibus per eum repleor.* Quid enim mali nos doceant hi sanctissimi alites, hi oculi castissimi, hæ purissimæ flammæ, quæ identidem & exemplo suo & hortatu, dies noctesque illud unicuique nobis ingerunt: Deum ama, ama Deum, cetera omnia nisi ob Deum non amanda; mi homo, creatorem tuum ama, à quo tantis impendiis es amatus. Audiamus modò sapientissimos hos doctores nostros, *bonis omnibus per eos replebimur.* Nil boni desiderabimus quod per eos non assequamur. Amicos quaerimus? fideliores his non inveniemus. Consiliarios egemus? intelligentissimi sunt, pervident omnia. Patronos desideramus? hi sunt, & disertissimi. Propugnatores ambimus? Angeli sunt, & potentissimi. Benefactores optamus? his liberaliores non habebimus: *bonis omnibus per eos replebimur.*

CAPVT XI.

In mortis luctâ defendit. Raphael suo Tobia valedi- turus: *Tempus est, inquit, ut revertar ad eum, qui misit me; pax vobis, nolite timere.* Non est quod quis addubiter, mendico Lazaro (cujus chirurgi & medici canes erant) Angelos adfuisse in morte, qui cum post mortem tam honorificis exequiis detulerunt in sinum optimi patris: *Factum est, ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahe.* Angelorum ope nunquam magis egemus, quàm cum mors instat, & jam tota in oculis est ÆTERNITAS. Hic gelidus sudor, hic trepidæ conscientia vulnera, hic omnis generis angustia premitur. Hic fremet & furit daemon, omnisque nequitia suæ vires exerit. Non nescit, si hoc horulæ ultimo vincatur, aliam nullam de homine illo sperabilem esse victoriam. Ideo ne tot annis actum egerit, tunc agit omnia, in omnem terrendi aut fallendi occasionem attentissimus. Sed æquo animo esto, mi moribunde, seu juvenis, seu senex; tuus tibi defensor adstat: non expugnaberis, modò defendi velis. Mille nos lupi cingant, hunc pastorem non mordebunt; multa diabolorum millia nos impugnent, sat defender unus Angelus. Aspice, mi homo, quo tibi tuus hic propugnator digitum intendar? In Christum crucifixum.

Ad omni- genas vir- tutes in- ducit. Tob. cap. 12. v. 8. 9. 10. Oratio si- ne alis je- junii & sti- pisp decidit antequam ascendat. Loc. cit.

Omni bo- norum ge- nere nos cumulat. Tob. cap. 12. vers. 3. Act. cap. 10. vers. 3. 4. 5.

In mortis luctâ de- fendit. Tob. cap. 11. vers. 20.

Luc. cap. 16. vers. 22. Angelorū ope non magis ege- mus quàm cum mors instat.

crucifixum. Huc oculi tui, huc tui gemitus, huc omne tuum suspirium eat. Hic patientiam disce, huc fiduciam erige, huic Domino tuo, pro te in crucem acto, reipsam summam submissione offer. Dic centies, repete milles: fiat voluntas tua, Domine, fiat voluntas tua, fiat, fiat. Paratus sum vivere, agrotare, mori, sicut vis. Peccata mea me turbant, sed sanguis tuus instaurat; mea vita me damnat, tua solatur: sicut vis, bone JESU, sic fiat. Hac animo assidueolve, & tuo te Angelo ac Angelorum regi committere: perire vix potest, qui hac via tendit ad **ÆTERNITATEM.**

CAPVT XII.

Post mortem etiam inferuit. Est credibile Angelos suos, quos flamma piacularis celo parat, aliquid quandoque solatii affundere. Sed illud plurimum testimonio firmatum est, supremi iudicii die, cineres omnium nostrum ab Angelis legendos, ita quidem ut singuli, eorum hominum ossa sint congesturi, quorum olim gesserunt curam. Sic demum a longo nos somno excitabunt, aut ad æternas in paradiso nuptias, aut ad perpetuas in flammis vigilas & pœnas. *ipse Dominus in jussu & voce Archangeli descendit de celo. Vox erit tunc una omnium Angelorum ad iudicis amicos: Benedicite Deum celi, & coram omnibus viventibus (hic presentibus, & iudicandis) confirmari ei, quia fecit vobiscum misericordiam suam.*

1. Thess. c. 4. vers. 16.
Tob. cap. 12. vers. 6.

VIII. H O R A.

Disce MORI: & cogita.

Quid me fecisse aut pertulisse optarem annis prioribus, si mors jam immineret? Cur ergo jam, & agere & pati fortia recuso?

Disce VIVERE: tua verò sit VITA,

MEMORIA MORTIS, seu consideratio finis. Et vos estote parati, quia quâ hora non putatis, filius hominis veniet. Potentissimum in omnia vitia pharmacum est, assidua mortis memoria. Quid egeris, tunc apparebit, cum animam ages: Mors de nobis pronuntiatura est.

Luc. cap. 12. vers. 40.

Disce ORARE: & considera.

Consideratio V.

Angelorum in Christum obsequia.

CAPVT I.

DEUM hominem futurum nunciant. Gabriel in Galilæam, Nazarethum missus, castissimæ Virginis, illud de celo AVÈ tulit, gratiâ plenam pronunciat, Dei in utero concipiendi modum explicavit, filii nascituri nomen & stabile regnum prædixit, Elisabethæ cognatæ fecunditatem exposuit. *O beati mundo corde! quoniam ipsi Deum videbunt.*

Matth. c. 5. vers. 8.

CAPVT II.

CHRISTUM natum evulgant. Illustrius Angelorum gaudium, in orbe nostro, nunquam nec auditum, nec visum, quam cum rex illorum in coeelo natus. Alias, aut unus solum, aut duo sese videndos exhibuerunt, hic ingens exercitus & visus, & auditus est, illam de pace odam concinere: *Gloria in altissimis Deo, & in terrâ pax hominibus bonæ voluntatis.* Sed & opuliones in colloquio cicitatem advicerunt, nec crubuerunt regis sui tugurium, & viles panniculos. *O beati spiritu pauperes! ipsorum est enim regnum calorum.*

Luc. cap. 1. vers. 14.

Matth. c. 5. vers. 3.

CAPVT III.

CHRISTO fugam adornant. Dixisses Angelos nimium quantum pro divino hoc infante sollicitos. Non tantum tres illos ex Oriente dynastas, Herodis hospiti-

Christo fugam adornant.

um in reditu declinare iusserunt, sed & caelestem puerulum jam gladio destinatum ab Herodianâ sicâ defenderunt. Josephum porro ire, & in Ægyptum secedere, monens Angelus: *Accipe, inquit, puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum, & esto ibi usque dum dicam tibi.* Tandem fuit, ac si aperte diceret: Nos equidem pro rege nostro solliciti sumus. Ne tibi grave sit, mi Joseph, patriam terram exilio mutare, utriusque orbis thesaurum tecum vehis. Sed ne longiorem in Ægypto moram sentias, opportunè iterum monebimus, inter Ægyptios princeps hic noster non confesceat. Exincto igitur Herode monitor rediit, & hostes pueri jam funeratos nunciavit, viamque aperuit in terram Israel. *O beati, qui persecutionem patiuntur, propter justitiam! illorum est enim regnum calorum.*

Matth. c. 2. vers. 13.

Matth. c. 5. vers. 10.

CAPVT IV.

ESURIENTI Christo ministrant. Post DOMINI tam longum jejunium, post tot esuriales dies in eremo exactos: post triplicem sui ducis cum cacodamone congressum; post obtentam ter victoriam, post hostis recessum, præsto fuerunt fidere hi ephebi, & velut dapiferi, esurienti suo Domino mensam posuerunt. Ah! quam malim ego, ex hac quantumcumque frugali cœnula, vel miculas corradere, quam in lautissimo Herodis vel Tiberii epulo, lætus convivæ accumbere. *O beati qui esurunt & sitiunt justitiam! quoniam saturabuntur.*

Esurienti Christo ministrant. Matth. c. 4. vers. 11.

CAPVT V.

MOESTUM, & orantem in horto Christum solantur. Cum DOMINVS ad clivum olearum, etiam ante crucem & flagra, suo jam sanguine maderet, tristis, pavidus, tantum non exanimis, inter preces & mortem luctaretur, velut vivum funus, in terram se abjiceret, angoribusque supremis circumfluere, apparuit illi Angelus de celo, confortans illum (ait Lucas) illum ipsum a quo creatus, a quo in æternum beatus conservatur. Heu, spectaculum! cæli Dominum, terræ affusum, viribus delinquentibus labantem, pallidum, suomet sanguine sudantem, tristitiâ oppressum, jam morti proximum cernere! *O beati, qui lugent! quoniam consolabuntur.*

Maestum & orantem solantur.

Luc. cap. 22. vers. 43.

Matth. c. 5. vers. 5.

CAPVT VI.

CHRISTUM redivivum annunciant. Dum in cruce rex cæli animam ageret, Angeli velut in mœrore absentes, inter impios sicarios, in sceleratâ terrâ videri recularunt. Nec mirum: ipsa gemebant saxa, terra trepidabat, omne cælum exequias parabat, atrata stellæ in funus prædibant & lugebant, sol ipse pudibundum a tanto flagitio vultum avertēbat, & velo tegebat; ergo & Angeli, prout dignum erat, mœrebant. Sed enim Christo reviviscente, lugubri veste positâ, splendētem & candidam sumunt, crucifixum Nazarenum ad vitam rediisse nunciant, sepulti amictus lineos ostendunt, resurgētis locum monstrant, pavere vetant, discipulis lætum nuncium afferri, & ut in Galilæam migrent, dici imperant. Liceat dicere: post grandem luctum, inter varios applausus officiosissimi sunt Angeli. *O beati mites! quoniam terram possidebunt.*

Christum redivivum annunciant.

Matth. c. 5. vers. 4.

CAPVT VII.

CHRISTUM in cælum ascendentem comitantur. Admirandum prorsus fuit hoc iter DOMINI ad cælum. Hominem per aëra seu volare, seu gradi posse primi viderunt Apostoli. Dumque fixissimis oculis obtutantes hanc in cælum profectionem spectarent & submissa nubes, velut sella regia suum Dominum exciperet, spectantūque oculis subduceret; *Ecce duo viri adstiterunt juxta illos, in vestibus albis, qui & dixerunt, Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum, hic IESVS, qui assumptus est à vobis, sic veniet, quemadmodum eum vidistis euntem.*

Christum in cælum ascendentem comitantur.

Act. cap. 1. v. 10. & 11.

A
V
C
ju
si
M
v
Fr
m
Al
fr
Al
col
ali
tut
&
pa
fun
Ma
er

Colo
rur

I. Di
neo i
Angel
& ho
sem.

St. udu

Indf. c.
f. 3.

in celum. En iterum dñs Angeli (alios omnes in occur-
su sui regis occupatos cogita) in hilari festaque veste,
triumphum sui DOMINI comitari adfunt, simul etiam
indicant reditum ad tribunal, & iudicium. O beati paci-
fici! quoniam filii Dei vocabuntur.

Math. c. 5.
vers. 9.

C A P I T U L U M VIII.

Venturum
Christum
iudicem
stipabunt.
Mat. c. 25.
vers. 31.
Franc. Suar.
tom. 2.
lib. 57.
f. 3.
Angeli in
corporibus
assumptis
tubis usuri
& crucem
prælaturi
sunt.
Math. c. 5.
vers. 7.

Venturum Christum iudicem stipabunt. Nil cer-
tius hoc iudicis adventu. Iudex ipse præmonuit:
Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli
cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis sue. Nullus ergo
Angelorum deerit, qui Christum non comiterur, & om-
nes Angeli cum eo. Aderunt universi, & velut comita-
tus aulicus, parebunt. Conjectura est verisimillima,
Angelos in corporibus supra humanam dignitatem &
formam elegantibus, omnium se aspectui exhibituros.
Cum enim iudicium hoc apparatu maximo, summâ
gloriâ sit transcendendum, æquum erit, ut assessores & mi-
nistri iudicis, eum habitus splendorem præ se ferant, qui
augendæ iudicii huius maiestati, omnium oculis cerna-
tur. Quod si verè tubis usuri sint Angeli, & Domino suo
crucem prælaturi, credibile est in assumptis corporibus
hec facturos. O beati tunc misericordes! quoniam misericor-
diam consequentur.

IX. H O R A.

Disce MORI; & cogita:

Et quanti, cum moriendum mihi erit, omnes orbis
delicias ac voluptates aestimabo? Cur ergo illas tanti
nunc æstimo?

Disce VIVERE: tua verò sit VITA,

Coloss. c. 3.
vers. 5.

PERPETVA MORS. Mortificate membra vestra, quæ
sunt super terram. Ille demum censendus est optimè vi-
vere, qui quotidie vitis, sibi que ipsi magis magisque
moritur.

Disce ORARE: & considera.

Consideratio VI.

Angelus & Homo inter se collati.

Discrimen I.

J. Discrimen inter
Angelum
& homi-
nem.

ANGELVS, velut filius in arce regiâ natus, & edu-
catus rex est, verus regni hæres: nunquam deli-
quit, parentem sibi nunquam habuit offensum. HOMO,
IRÆ filius, heu quàm ignobili & fœdâ prodit origine!
non sine ingenti labore, assiduâ luctâ, continuis miseris
ac ærumnis, Dei favorem & cæli regnum emeretur. Et
nisi longos ac catenatos labores & dolores finis opti-
mus coronet, frustra tulit fecitque omnia. Ergo Ange-
lus ut filius, hominibus ut militibus, obtingit regnum.

Discrimen II.

Secundum.

ANGELVS, unico rerum intuitu, penetrat pervi-
dētque omnia. Nos unum ex alio colligimus, nec
sine tædio & morosè ratiocinamur: & adeò angusti
oris est mens nostra & intelligentia, ut si quid pluc-
ulum sublimius, guttatim ei sit instillandum. Terra cælo
comparata, punctum: homo, Seraphino collatus, for-
mica est. Theologorum eruditissimi ad infimum Ange-
lum pueruli sunt balbutientes & alphabetarii. Quam
verè Ecclesiastes: *Cunctæ res, inquit, difficiles; non potest eas
homo explicare sermone.* Multa scuramur & indagamus,
& nec ea quidem penetramus cogitando, quæ oculos
incurrunt. Miscelli, hæc infima non capimus, & qui tan-
dem illa cæli arcana rimando pervestigabimus? blandâ
& suavi cæcitate nosmet fallimus, & crebrè vanissimas
conjecturas, aut ignorantias, pro venerandis scientiis

Tom. I.

A adoramus. Scire nostrum nihil est, nisi pleraque omnia
nescire nos sciamus.

Discrimen III.

L Oco, ah, quàm dispari Angeli habitant & homines! Tertium
Celsissimam illi arcem, ab omni hoste undique se-
curam incolunt: Nos paradisi exules, in fordeute &
uliginoso viculo, in combusto pago degimus, & tamèn
genus atque proavos nostros, nostras terras, & palatia
jactamus. Animam Deus sic affixit corpori, ut suam illa
carerem perpetuò secum circumferret, miserè com-
pedita. Angelus è cælo in terram, inde in cælum, & qua-
quâ vult, liberrimè commeat & celerimè. Angelus à
Deo conditore, primavâ nobilitate donatus, sex mini-
mum diebus prævenit hominem, cuius dimidia pars
(erubescimus) merum lutum est, sed scire cælum, & qua-
vis mortalitatem. Angelus ab omni tabe immunis, nullum pendit vesti-
gal morti. Homo ipsa putredo, ad mortem sensim de-
fluat; tandem sic cadaver, & abjicitur; nec antehac ul-
lus vestitit, quin sese præberet vermibus cælestium
epulum. Spes sola nos alit, tales futuros olim, quales
nunc sunt Angeli: *Oportet mortale hoc induere immorta-*

Tertium.
1. Cor. c. 15.
vers. 5.

Discrimen IV.

V Oluntas Angeli efficacissima, memoria tenacissi-
ma, iudicium electioque rerum immobilis. Hic
nos omni infante procius infantiores sumus, malè judi-
cimus, sæpe pejus eligimus: namum autem piro,
equum fistulâ mutare, lucrum putamus: humana divi-
nis, caduca æternis anteferre, consuetam & facilem ja-
cturam censemus. VELLE nostrum, & pigrum, & in-
stabile est: *Vult & non vult piger.* Memoria nostra, pænè
dixerim, nulla est, in iis planè labilior, quæ utilissimè
retinerentur. Quoties vix à sacro confessionis tribunali
abimus, & ejurata mox repetimus: peccata sobriè de-
fleta, brevi, velut ebrii, denuò perperamus, damnosissi-
mâ oblivione? Ob hoc ipsum Chrysostronus auditor
res suos non semel, verborum mordaci aceto perfudit.
Erant Antiochiæ frequentes terræ motus: videbantur
iis etiam pectora moveri, & in pœnitentiam flecti. Sed
quamdiu durabat hæc morum emendatio? quamdiu
ferè terræ motus? paucis pòst diebus, omnia in ventum
& vanam oblivionem abibant; iterum ut ante, passim
omnes in vetitum ruebant. Sic vivimus; hæc memoriæ
nostræ labes est: jam peccasse dolemus, mox iterum
hilariter peccamus. Sic pigrum VELLE, facillimè sepe-
lit maligna oblivio. Accutare se, nec se tamen emenda-
re, est Deum ad sumendum de se supplicium incitare.

Quartum.
Prov. c. 13.
vers. 4.
Hom. 3. ad
pop.

Discrimen V.

F ORMAM nostram quandoque ipsi adeo suspici-
mus, ut veluti cælo delapfos homines, aut instar
Deorum vel Dearum nos coli non indignemur. Sed
D hem quo purpurisso rubicundulas genas vel levis tin-
git febricula? mors & morbus, omnem oris purpuram
extinguunt, & vultum vel venustissimum lutore cereo
sic fœdant, ut non tantum non alii, sed nec ipsi nos
amplius nostrum, & ad speculum quæramus, *QUIS ES
TU?* Ubi nunc quæso formosissimi Adonides, ubi lau-
datissimæ Helene? fuerunt. Non tantum fragile, sed
breve quid est, humana forma, & ad formam Angeli
ah neutiquam accedit. Confer in unum humanas ele-
gantias omnes, & una fiat, nondum sat digna erit, vel
infimo Angelo. Nitet quidem etiam aurichalcum, sed
quam illud exiguæ dignitatis est auro collatum? An-
gelorum pulchritudini, cum hominum formâ minùs
conyenit, quàm auro cum aurichalco. Narrat Guiliel-
mus Baldefanus, à Francisâ Romanâ miræ sanctitatis
& pudicitia; feminâ, tutores ejus Angelos (duos habuit)
vifos sæpius. Vestis illorum nivis aut cæli colorem ha-
buit,

Quintum.

D d

X. HORA.

Disce MORI: & cogita:

Quos maxime hostes, & quos potissimum amicos habeo in morte? Diabolo, & Angelo. Cur ergo nunc amicis istis non assentio? His hostibus non resisto.

Disce VIVERE: tua vero VITA sit.

DESIDERIUM CAELESTIS PATRIAE. Quam dilecta tabernacula tua, Domine Virtutum, concupiscit, Psal. 83. v. 2. & deficit anima mea in atria Domini. Ah, cui non fordeat terra, cum caelum cogitat! Mens, caelum, aut Deum semper cogitans, quidquid affligit, requiem purat.

Disce ORARE: & considera.

Consideratio VII.

Que Angeli in homine oderunt, mirentur, ament.

CAPVT I.

AVERSANTVR quidem Angeli, quidquid vitium redolet, maxime tamen oderunt in vitio CALOREM, FVRYM, FOETOREM. Calorem Ira & invidia, fumum Superbia, foetorem Luxuria. Ira calor quandoque tantus est, ut verè dicat Chryso- stomus: Ira quasi fulmen in animam irruit, servientemque sibi reddit amicum. Iratus nihil nisi crimina loquitur, & merum vomit venenum. Iratus (ait os illud aureum) demone plenus, dicenda & non dicenda effundit: quandoque etiam voces per jugulum rediturus protrudit. Iracundus ferrum semper in igne habet; ubi vel verbulo laeditur, proflit, & impugnat. De ira affirmatè dixit Seneca: Nulla pestis humano generi pluris sterit. Eiusdem animi Job: Virum stultum, inquit, interficit iracundia, & parvulum occidit invidia. Ira, vehemens & furibunda fera est, ferreo habet unguis, & fauces igneo veneno plenas. Ideo suos Augustinus enixe rogans: Ne obsecro, inquit, fratres amantissimi, ne tantum malum nobis inducamus, anima morbum, alienationem à Deo, principium bellorum, plenitudinem calamitatum, demonem pessimum. Paulus, & rogans & imperans: Omnis, inquit, amaritudo, & ira, & indignatio tollatur à vobis: estote autem invicem benigni. Nam sicut car- bones ad prunas, & ligna ad ignem, sic homo iracundus suscitatur rixas. Malum calorem, pessimum ignis sequitur: illum & hunc oderunt Angeli.

Aequè calorificum & letale toxicum est INVIDIA, oculos & cor invidia consumit. Salomon: vita carnis, inquit, sanitas cordis: putredo osium, INVIDIA. Hominum plerumque pessimi sunt, qui aliorum ærumnis lati, alienis jaeturis divites, calamitatibus locupletes, funebus immortales. Et quid alteri alteros flagellamus? Et cui tandem invidemus: bono? ergo & bonis dignus est: malo? sua illi malitia laqueus est, & interitus: quid opus illum saepius perire? Quilivoris & invidiæ peste carere vult, illam hæreditatem diligit, quam cohæredum numerus non minuit, quæ & omnibus una est, & singulis tota: præstans Invidiæ antidotum, est amor ÆTERNITATIS. Cælum vis ascendere? non his moribus illuc vivitur: inferiores gaudet superiorum bono. Ideo nec Angeli hæc à diabolo luem, in nobis tolerant. Sibi quoque id dictum putant: Neque cum invidiâ tabescente iter habeo, quoniam talis homo non erit particeps sapientia. Aut ergo invidiam pone, aut Angelos & cælum amittis!

CAPVT II.

NEC SUPERBIA FVRYM ferunt Angeli, ne miremur, nec David rex cum ferre potuit: Non habitabit, inquit, in medio domus meæ qui facit superbiam. Et unde Angelos superbiæ nostræ amicos speramus? in regibus hæc oderunt, in æqualibus suis eam non tulerunt.

buit, brachia in crucem pectoti appressa, oculi caelo elati, aurea casaries, vultus decorâ majestate longè fulgentissimus, & qui verè deceret Angelum. Si ulla Dei sit effigies, Angelus erit: De Lucifero Ezechiel: Tu signaculum, inquit, similitudinis Dei, plenus sapientiâ & perfectus decore, in deliciis paradisi Dei fuisti. Sic hominum ventustas, cinerea ac lutea deformitas est, Angelorum formæ collata.

Discrimen VI.

Sextum. FORTITUDO & vires Angelorum cæsunt, ut ipsi gigantes sint, nos imbecillimi pumilioes. Sapiens quidem astris dominari dicitur, sed heu quàm debile hoc, & remotum est dominium: Stellis & orbibus caelestibus jus dicitur Angeli, qui, uti Thomas Aquinas loquitur, admiranda possunt. Facillimum illis, ventos, pluvias, tempestates, tenebras, terræ tremores, momento producere; flumina sistere, fontes durare; montes diluere, sidera extinguerè, tartarum illuminare, cælum deponere, terram suspendere, possunt unico, sic loquimur, digitali motu, elementorum certè partes, si non tota, de loco in locum transferre possunt. Aequè facile illis est, homines, pecudes, sanare, necare; annonæ charitatem aut vilitatem inducere, incendia sine aquis præfocare, famelicos leones jejuniis docere, corpus ex aère formosissimum momento efformare, & æquè celeriter in auras dissolvere. Claves habent Angeli ad omnes feras & repagula: atque hæc omnia celeritate conficiunt incredibili. Unicus Angelus summum cælum tot millibus annorum, velur per otium circumducit, rotatu tam assiduo ac præcipiti, ut sol horâ unicâ dicentia sexaginta millia miliarium Germanicorum percurrat, & hic supremi cæli cursus est, quo & orbis ceteros secum rapit, incredibili prorsus velocitate, quam ei confert Angelus. Ex quàm læcetosum hoc brachium sit, quod immensam hanc molem sic gyret! Et quæ nostræ sunt vires, quæ illa potentia nostra? Isaias exprobrans: Vires, inquit, qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Hæc fortitudo ac potentia humana, copiosum vinum doliis egurgitare in ventrem. Cetera tam debiles sumus, ut Job miratus dixerit: Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris.

Discrimen VII.

Septimum. ERGO, quid nos homunculi, viles formicule potentiam, aut genus, aut scientiam nostram crepamus? delira vanitas est, & quæso ponamus cristas; Angelos cognatione proximè sanè non attingimus, neque de nobis pronuntiavit illud Rex David: Minuisti eum pauld minus ab Angelis: Parum ad nos laus ista; propria Christi est. Paulus id disertissime affirmans: Eum autem, inquit, qui modico quàm Angeli minoratus est, videmus Tesum, propter passionem mortis, gloriâ & honore coronatum. Nos verò Angelis multò inferiores sumus, nihilominus tamen Angeli, nobis tanquam dominis suis, inserviant fidelissimè. Angelis toga candida, pacis ac lætitiæ signum, nobis gladius, galea, clypeus, lorica convenit. Militia est vita hominis super terram. Quotidie in acie standum, quotidie tela tentationum excipienda, nunquam non pugnandum. Angeli suo nectare & ambrosiâ fruuntur, gaudiis æternum non desunt. Ob nostras dapes ingemiscens David: Cibabis, inquit, nos pane lacrymarum, & potum dabis nobis in lacrymis, in mensurâ. Isaias: Dabit vobis Dominus, ait, panem arctum & aquam brevem. Certè nunc Angelis quamplurima dissimilissimi sumus, spes unica solatur, olim in plurimis fore quàm simillimos. Veritatis oraculum est: In resurrectione neque nubent neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei in calo.

Ezech. c. 28. vers. 12.

Isa. cap. 5. vers. 22.

Job cap. 13. vers. 25.

Psal. 8. v. 6. non desunt qui sit interpresentur psalem, nos tamen munem sententiam non rejicimus. Ad Hebr. cap. 2. v. 9. Job c. 7. v. 1.

Psal. 79. v. 6. Isa. cap. 30. vers. 20.

Matt. c. 22. vers. 30.

E
H
P
Q
M
M

L
fo
A
10

T
9

Pa
Su
B

Prov. c. 26. vers. 21.

Prov. c. 14. vers. 30.

4. 21
v. 14
16. &
quam
liber
am
revers
cibus
Angeli
mran
quid
mus &
mori
mori
110 6
113 am

runt. Turpissimum monstrum est, superbus pauper. Habuit Lucifer unde superbiret, sed habuit etiam unde superbus rueret: nos verò mendiculi, unde turgemus? unde tam altum nobis supercilium? miseris & spurcitiis scatemus, & fastu extollimur? Superbi pauperes, turpissima monstra sumus. Quid lutum se jactat? quid homo superbit? cujus vita naufragium; cujus esse momentum; mors finis & exordium. Sic Angelorum non deliciae, sed nausea erimus. Verissimè Augustinus: *Vix toleratur*, inquit, *superbus dives, pauperem superbum quis ferret?* & nemo miretur, ad eò inimicos esse Angelos superbis: adhuc trepidant ob veterem suorum ruinam. Ex Angelo facit diabolus superbia, omnium malorum focunda mater; hæc turres evertit, linguas confudit; Goliathum prostravit, Amanum suspendit, Nicanorem discepserit, interfecit Antiochum, Pharaonem submersit, jugulavit Sennacherib, Herodem pediculis consecit: omnes hæctenus filios suos præcipitavit, & malè perdidit SUPERBIA.

Ex Angelo facit diabolus superbia est que omnium malorum mater.

CAPVT III.

Luxuriæ futores Angeli nõ tolerant.

NEC LUXVRIÆ FOETORES tolerare possunt Angeli: indignantur & horrent, quidquid in castitatem inverecundè peccamus; oculi toti sunt, imò oculi iique purissimi, qui sordes nostras celerrimè, & cum indignatione notant. Alnodæus & Gabriel non bene conveniunt in uno cubiculo, multò minùs in uno pectore. O homines, nolite fieri sicut equus & mulus. Tobiaæ arcanum hoc patiens Raphaël: *Audi me*, inquit, *& ostendam tibi qui sunt, quibus prævalere potest dominum: qui Deum à se & suâ mente excludunt, ut suâ libidini vacent, sicut equus & mulus, habet potestatem demonum super eos.* Angeli verò homines in amicitiam adfiscunt, non pecudes: divinus è cælo sponsum, nusquam suavius est, quàm inter odorifera castitatis lilia; eos solùm in amplexus admittit, qui omnem penitus à se Veneris & Cupidinis ignem excusserunt. Castas amat & virgineas mentes Virginis filius: abite impuri, odio estis, & Angelis & Angelorum regi. Narrat Antoninus, Angelum humanâ specie rectum iter fecisse cum anachoretâ. Transferunt forè cadaver in viam temerè projectum: anachoreta nares pressit, non ita focus. Paullò post obvium habuerunt hominem supra ornatissimas imagines cultum, sed qui occultâ libidine laborabat. Cetera pollicitissimus, & incessu venusto pedes ad legem & numerum ponebat. Quin & cinnama fragrans, & balsama rotans, odoros post se ventulos trahebat: optasset quis nasus fieri cum Catullo. Sed Angelus velur mephitim foetidissimam declinaturus, vultum pressâsq; nares avertit. Causam à socio rogatus: Homo libidinosus, inquit, olenitissimum cadaver est. Dixit, & evanuit. LUXVRIÆ FOETORES non ferunt Angeli. Procul è procul Cupidinis ignes à castissimis Angelorum facis. Neminem oderunt magis, quàm quem in libidinis cæno volutari cernunt. O mi juvenis, aut libidini amicus non sis, aut hostes habebis omnes Angelos.

Tob. cap. 6. v. 16. & 17.

Part. 4. Sum. Th. 6. lib. 1. cap. 6. §. 1.

CAPVT IV.

4. Esd. c. 8. v. 14. 55. 56. & 58. quædam hæc liber nõ ejus. ceteris sit ordinis. Angeli admittantur, quòd sciamus nos non tantùm mortuos, sed mori, nec tamen animâ interitum sentiamus, aut exitium horreamus, aut mores corrigamus. Nil novi, si fur furetur, cum solus est, & extra lictoris oculos, & tutam credit occasionem. Sed furem jam jam ducendum, in ipso carcere caliculum in manticam retrudere, hoc novi quid est. Et certè reperti tales, qui

EST quod Angeli summè in nobis mirantur. Hoc Esdræ sacerdoti exponens Angelus: *Transferunt*, inquit, *dolores, & ostensus est in fine thesaurus immortalitatis: Noli ergo adjuvare, inquirendo de multitudine eorum, qui perierunt, nam & ipsi accipientes libertatem, speraverunt Altissimum, & quidem scientes quoniam moriuntur.* Hæc Angelorum summa admiratio est, quod sciamus nos non tantùm mortuos, sed mori, nec tamen animâ interitum sentiamus, aut exitium horreamus, aut mores corrigamus. Nil novi, si fur furetur, cum solus est, & extra lictoris oculos, & tutam credit occasionem. Sed furem jam jam ducendum, in ipso carcere caliculum in manticam retrudere, hoc novi quid est. Et certè reperti tales, qui

cùm patibulum jam in oculis esset, imò sub ipsâ furcâ & riserint, & impiè jocari sint. Nos tales sumus; grandi passu ad mortem imus, imò morimur, atque dum morimur, audacter peccamus, & aut furtivas libidines animo agitamus, aut in alios linguam stringimus, aut manu nocemus. Eheu, jam in fatalibus scalis stamus, mox derubandi, & necdum petulantiam nostram desinimus! *Scientes, quoniam morimur*, adhuc vitia in nobis vivere concivemus: Verè hoc Angelorum admirationè dignissimum est.

CAPVT V.

Sed est etiam, quod Angeli, saltè in aliquibus nostrum admodum ament, SANOS OCULOS. Oraculum à Christo est, oculi sanitatem in totum corpus redundare: *Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus lucidum erit.* Angeli, ubi demum locorum sunt, per vigili, & nunquam interrupto obtutu Deum aspiciunt. Sunt inter homines, qui eo quo possunt modo, id æmulentur: Deus illis assidue in oculis est. E Sanctis quidam monuit, pictori nos similes esse debere, qui dum facinam aquâ subigit, dum brachia jactat, dum torus formandæ massæ incumbit, nihilominus jucundè garrit, & in colloquentem subinde oculos reflectit. Ita nobis, non ideo, ut Deum videamus, labores definendi, sed dum laboramus, oculi in Deum assidue & suaviter emittunt. Et hoc Tobias senex filium docens: *Omnibus*, ait, *diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum.* Hoc David se fecisse gratulatus: *Providebam*, inquit, *dominum in conspectu meo SEMPER.* Nimirum sanissimos oculos habuit Rex David. Lippientes sunt illi oculi, & multo pulvere corrupti, qui in viis, in domibus, in templis, in angulis omnes emissitii excurrunt, & interim mentis oculi amissum Deum non quaerunt. Tunc bona est actio, cum manus est in opere, oculus in Deo: Multa sæpe agimus, sed ignavè & oscitanter. Oramus: sed ubi attentio? stitemus: sed ubi affectus? jejnamus, & ubi Deo placendi studium? nimirum uti nos Deum non videmus; ita nec videri nos à Deo censemus. Ita quædam segniter, alia turpiter, & incompositè facimus, quia Deum spectatorem nostrum non aspiciamus. Attende tibi, ô homo, & fixos semper oculos intende Deo: *Non præterit illum omnis cogitatus, & non abscondit se ab eo ullus sermo.* Lasciva cogitas, & non erubescis? *Deus videt.* Impudica loqueris, nec te pudet? *Deus audit.* Illic rapacem, huc libidinosam manum extendis, nec corhorres? *Deus præsens est.* Quidquid agas, quidquid cogites, quibuscunque te latebris condas, memento te ubique deprehensum. Epictetus: *Tamen etiam custodem*, inquit, *cuique nostrum addidit, & Genium curatorem.* Cùm igitur fores obduxeris, tenebras intus feceris, ne succurrat dicere: Solus sum; non enim es, sed Deus intus est, & Genius noster intus est. Quibus quid opus illato lumine, ut videant quid facias? Clemens Alexandrinus: *Hæc solùm*, inquit, *ratione fit, ut quis nunquam labatur, si ego.*

Angeli a. mant sanos oculos.

Luc. cap. 11. vers. 34.

Tob. cap. 4. vers. 6. Psal. 15. vers. 8.

Ecdi. c. 42. ab eo ullus sermo.

Lib. 1. c. 14.

Lib. 3. pedu. c. 16. v. 2.

Prov. c. 15. vers. 3. & c. 16. v. 2. Ad Hebr. cap. 4. v. 13.

Desiderium optimum fecit monachum ex dissolutissimo milite hoc unicum beati Dorothei præceptum: *Cogita semper Deum presentem, & te coram illo stare.* Verè, in omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos. Spirituum ponderator est Dominus; omnia nuda & aperta sunt oculis ejus. Supremi iudicii die quot abditæ peccata, quot arcana scelera, quot monstra noxam in lucem & publicum protrahentur, quæ nunc aut simulationis mantela, aut arcana parietum fide, aut tenebrarum silentio teguntur? omnia Deus audit, videtque omnia? & quomodo gravius unquam delinquit, qui intuentem se Deum non desinit intueri? quidquid agis, ô homo, videri te scias & audiri; memento te in omnibus deprehensum.

XI. H O R A.

Disce MORI; & cogita:

An non in extremo morbo, omnibus ignoscam, & omnes mihi cupiam ignoscere: Cur ergo nunc tam longas nutrio iras, tam implacabilem spiro vindictam?

Disce VIVERE: tua vero sit VITA,

CONSIDERATIO PRESENTIÆ DIVINÆ. Opera omnis carnis coram illo, & non est quidquam absconditum ab oculis ejus. Deo nihil clausum est: & verissima vox Augustini: Deus, totus oculus est, quia omnia videt; totus manus est, quia omnia operatur; totus pes est, quia ubique est.

Disce ORARE: & considera.

Consideratio VIII.

Virtutes Angelorum.

Virtus I.

1. Virtus Angelorū: Puritas. PVRITAS, innocentia, castitas summa. Cælestes huiusmodi nullam unquam labem contraxerunt, constantissimi Numinis amici. Hos enim allocutus Deus: Gen. cap. 11. Venite, inquit, descendamus, & confundamus ibi linguam eorum. Angelos ad hunc descensum tam humaniter invitatos, Augustinus affirmat; Amat Deus suos innocentissimos ephesos, post tot millium defectionem. Infans in cunis innocens Angelus dicitur; tamen in paradiso alienâ manu deliquit, & primus ejus avus fur fuit. In nullo beatorum spirituum hoc dici potest, quos & Christus laudans: Erunt, inquit, sicut Angeli Dei. Quod si nostram in aliis similitudinem amemus, Angelis hoc quis carior erit quod castior, quia sic iis similior. Ideo pudicissimam Judith in castris hostium singulari defecerunt; castissimam Sulannam insidii senu eripuerunt; Cæciliâs, Agneses, Theodoras luporum dentibus subtraxerunt. Ubi cor castum, ibi deliciae Angelorum.

Virtus II.

4. Obedientia promptissima. Obedientia promptissima, Nonne omnes sunt admistratores Spiritus? Cum iussa acceperint, dictum factum. Confirmat hoc psalter regius: Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Ad nutum, eo quod mittuntur, celeritè feruntur, ad instar volatilis ignis. Nanaquid mirres, ait Job, fulgura, & ibunt; & reverentia dicent tibi: Adsumus: pluribus imperiis non fatigantur; parati sæpius ire & redire. Videbitis, ait Joannes, calum apertum, & Angelos Dei ascendentes & descendentes supra solum hominis. Uti fulgura eunt redeuntque Angeli, & novis sese officiis offerendo dicunt. A D S V M V S: hæc omnium obedientium vox est: adsum, ecce me, præsto sum; paratus ire, promptus facere quidquid imperabitur. Tardè velle nolentis est: proprium est libenter facientis citò facere.

Virtus III.

3. Amor in Deum & nos maximus. AMOR in Deum & nos maximus. Angelus Isaac à gladio vindicavit: ancillam vilissimam solatus est Angelus, luctatus cum Isaac filio & vinci non indignatus. Angelus incendio Lothum eripuit: Tobias incolorem velut tabellarius duxit & reduxit; Eliæ & Danieli Angelus à ferulis fuit, illi panem & fontem, huic delicias messorum apposuit. Angelus Philippum ad Reginæ Candacis quaestorem Æthiopem misit. Bono ægrotorum pauperum Angelus aquam Hierosolymis turbavit: Angelos amor pænè vespillones fecit; mendiculum in sinum Abraham non unus tantum Angelus deportavit. Suis nos manibus portant, ne of-

fendamus, ut majores natu filii fraterculos suos minores brachiis quandoque circumgestant. Nemo tam impius est, quin gaudium creet Angelis respicendo. Lacrymæ penitentium vinum sunt Angelorum, ait Bernardus. Ab Angelis beatissimam Dei Matrem, & Joannem Baptistam cibos accepisse, scriptorum complures asserunt. Amore nostri vilissima ministeria nunquam recusarunt Angeli. O Charitas! quanta Virtutum Regina es, quam tamen ubique passim, inhonora & contempta jaces.

Virtus IV.

Svbmissio admiranda. In lege præcæ, adorari se passi sunt Angeli. Advolvit se ad illorum genua pronusque imò humi abjectus adoravit ternos è cælo sibi parentes nuntios ingens ille Abrahamus: non prohibuerunt. Binos adoravit & Lothus: non interdixerunt. Adoravit eosdem Josue, Tobias, Manue: non reprehenderunt. Sed & alii hos ipsos adorant: non obstituerunt. Sed neque in submissionem deliquerunt; temporis decore paruerunt. In novâ lege, sui regis exemplo mori, & velut si profecissent, facti submissiones, post tantam DOMINI abjectionem, hunc sibi cultum deserunt, seque adorari vetuerunt. Viderant enim summum Deum ad infimorum hominum pedes, non procumbentem tantum, sed & lavantem. Ad hoc novum invisumque cælitibus spectaculum, se quodammodo attemperarunt, infraque suam naturam ac morem descenderunt. Ita Joannem in Pathmo jam procumbentem, jam adorare molientem, è terrâ erigens Angelus: Vide, inquit, ne feceris, conservus tuus sum & fratrum tuorum habentium testimonium IESV: Deum adora. ipsos cæli principes quodammodo seipis factos esse meliores. Miratur Gregorius, &: Quid est, inquit, quod ante Redemptoris adventum ab hominibus adorantur & tacent: postmodum verò adorari refugiant nisi quod naturam nostram, quam prius despexerant, postquam hanc supra se assumptam conspiciunt, prosternam sibi videri pertimescunt. Imò etiam à nobis mendicant jam Angeli, & quod Cæsares & Reges subinde fecisse constat; veste peregrinâ ignoti hospitium apud nos rogant, Sanctorum virorum complures (prout eorum res gestæ testantur) opulentissimos mendicos suâ mensâ non semel refecerunt. In beatis illis mentibus ne navulus quidem hæret superbia: Inde amor illorum & reverentia in pauperes. Nam Christi nati felicissimum nuncium solis pauperibus opilionibus detulerunt. Nec unquam in terris majore numero visi, quam cum Rex illorum in extremâ egestate, inter bestias hospitaretur: non erubuerunt atherci hi prætores sui Domini viles panniculos, & stramineas cunas. Prædixit Christus: Qui me erubuerit & sermones meos, hunc erubescet filius hominis, cum venerit in maiestate suâ, & patris, & Sanctorum Angelorum.

Virtus V.

Tolerantia constantissima. Illos etiam curandos suscipiunt Angeli, quos damnandos sciunt, neque ideo minus laborant, in erudiendo homine, etsi norint se frustra laborare. Curavimus Babylonem, ajunt, & non est sanata, derelinquamus eam. Hominem autem prius non deserunt, quam eum diabolus sui juris factum ad carceres abripiat æternos. Quis olitor in horto suo, quis vinitor in suâ vineâ colendâ tam patiens, ut cum illum aut illum votis non responsuram sciat, nihilominus tamen & illum colendo, & istam fodiendo exerceat? ejus tamen tolerantia sunt Angeli, vel etiam in desperatissimos. Ipse quoque Antichristus suum habebit monitorem Angelum. Vidit quidem Julianus Apostata suum à se Genium abire; sed hoc monendo illi factum, uti mater fugam simulat, ut infantis contumaciam frangat. Julianus

4. Submissio admiranda. Angeli in præcæ lege adorari se passi sunt. In novâ lege adorari vetuerunt.

Nunquam in majore numero visi sunt, quam in terris. Nunquam in terris erubuerunt atherci sui Domini viles panniculos, & stramineas cunas.

Tolerantia constantissima. Tolerantia constantissima. Tolerantia constantissima.

Julianus tamen ita monitus non respuit; unâ & sanguinem, & blasphemiam, & execrandam animam eiecit. Nos, si quem officii bis terve moneamus, abundè monitum censemus, & cessamus: Angelorum ingenium longè à nostro divertit; Angeli & centies & milles monent: quæso te, omittre hoc; oro, fac hoc, & quod præfractè magis omittenda facimus, aut facienda omittimus, eò constantior est eorum patientia, cujus tamen etiam imitatores habent.

Vita Patrum lib. 7. c. 13.

Ammoni & seni & agro, Joannes Thebæus, totis duodecim annis, mirabili & patientiâ & sedulitate servavit. Nunquam eum tetricus senex vel mitiore verbulo dignatus est: sed morti jam proximis, coram aliis compluribus, prehensa Joannis manu: Hic juvenis, inquit, non homo, sed Angelus est. Fateor equidem, vix utquam illum humaniùs sum affatus, tot annis tamen ægrotanti mihi, mirâ & industriâ & tolerantia inservivit. Moses patientiâ, non Angelus tantùm, sed & Deus, tam Pharaonis, quam Hebræorum est factus. Angeli quam exerceant, hanc & amant in nobis tolerantiam.

Libell. 7. num. 31.

Narrat Pelagius Diaconus è Græco, quod mirificè roboraret firmetque patientiam in rebus omnibus.

In horrenti vastaque solitudine habitabat cælo notissimus senex, & qui Dei causâ plurima jam didicisset & FACERE, & PATI. Domus illius magnam partem cælum fuit, cubile terra, somnus vigiliæ, cibus jejunium, colloquia silentium, casula palatium. Sustentandæ vitæ defiebant illi pleraque omnia, maximè tamen aqua, elementum publici quidem usus, sed non ubivis locorum adeundum. Ergo, si quando sibi mederi voluit, extremè priùs fatigari debuit, & ad fontem, quasi in mercatum proficisci, ad emendum Falernum; neque ante aquam bibit, quam viam longam devoravit. Hoc illi sitim pretiosam valde, imò & exosam faciebat, maluisseque esurire bis terve, quam vel semel sitire, nam ita extra omnem aquæ viciniam habitabat, ut, quoties hydriam suam implere voluit, milliari priùs integrum pedibus emitteri debuerit: neque tamen recentem & frigidam unquam bibebat, nisi continuò illic bibisset, ubi fontem reperisset. Hæc virum cælitibus carum sæpius turbarunt, atque ad indignationem etiam concitarunt. Fuit, ut assueto jam calle ad notum sibi fonticulum, instar sitientis cervi, properaret. Pedibus alas addebat non timor, sed sitis. At via nonnihil ultra dimidiam decursa, fauces arete, lingua faucibus hæerere, vox asperari, brachia languere, pedes succumbere, anhelistas deficere, corpus panè torum corruere, & solo æterni. Itaque fracto jam planè & fatigato gressu incedebat, meditationi, quam ante, ppetior. Multa igitur secum disputare, partes in omnes versare animum, ita demum secum ipse confabulari cœpit: Et quis tandem, inquit, potum tibi feret, cum te non ferent pedes amplius? Et fac immortalè te esse, neque unquam morbo tenendum, quæ tamen hæc panè quotidiana cum tantâ lassitudine excursio? ut taceam dispendium temporis, quo interim legere, meditari, precari commodius possem, dum ego toties, tam laboriosè tantum itineris conficio. Cui Creticum suum tanto itar pretio, quanto mea mihi aqua? quam me per ætatem ætus frangit, per hiemem frigus enervat? Et cujus hîc duret patientia, in tantis tamque assiduâ molestiis? ignosce mihi, Deus, non possum non indignari, & irasci habitationi meæ tam incommodæ.

Sed an nihil consilii est, quo rivulum mihi aut salientem aquulam viciniorem efficiam? Sempërne tot millia passuum decurram, ut bibam? profectò hujus vini cella nimium à me distat. Quid si ego illi fierem vicinior? illa certè mihi non potest, neque enim novâ alveo ad me derivatus fons curret. Ita prorsus, ita agam: sedem ego meam migrabo, & juxta fecaturientes latices domicilium mihi figam: ita demum compendium reperero

Tom. I.

A immensi laboris. Quid necesse est, ita quotidie fatigari? Er ò me infelicem, aut incogitantem, qui non pridem in hoc consilium iverim!

Vix hæc effarus, cum à tergo levissimum insequetris strepitum advertit, & respicit in ipso ambulationis motu, videtque juvenem sequi, qui omnes, quotquot ipse passus faceret, accuratè numeraret. Ad quem illico senex: Heus tu, inquit, quod fesso seni tacitum convicium facis, ut omnia vestigia mea passusque in digitos mittas? non sumus incessu pares, ut olim, cum & mihi virent genua; desine hoc ludibrium. Ne sevi (ait Angelus, quem ille juvenem credebatur) ne sevi, mi optime senex. Cælo missus sum, ut passus omnes & singulos numerarem, quotquot facis ad fonticulum illum; simul & præmia in numerum cogerem, pro his vel singulis passibus, sed olim, sed in cælo rependenda. Dixit & ex oculis se subduxit. Cum eremicola cælesti hoc affatu attonitus, in terram atque in præces funditur: & O mi Deus, exclamat, quæ tua hæc bonitas in servulum vilissimum? egone impatiens ille, & iracundus? ego defessus ille, & cessator famulus, tanto tibi vendam pretio vestigia vel singula? ignosce, ò mi conditor, huic & iracundia, & impatientia meæ; sit venia fatuo prorsus consilio. Revoco & damno quod cogitavi, quod & dixi, Tuturiorum meum magis à fonte in posterum distabit quam hæcenus, ut cum viâ crescat patientia. Atque ut verbis manum adderet, mox ad demolendam suam casam sese accinxit, illamque dimidio insuper milliari à fonte remotam denuo excitavit, ut ita plus passuum numeraret Angelus, plus præmiorum redderet Deus.

Et te, mi homo, quisquis es, tuus semper Angelus insequitur; nunquam à te abit; omnem incessum tuum, passusque singulos ad numerum revocat. Passus tantum? cogitatus etiam vel latentissimos, verba omnia, facta omnia, minima, maxima in numerato habet. Et, quàm fidum tu habeas amanuensè! quidquid agas, actiones ille omnes numerat. Precaris tu? voces ille vel singulas dinumerat: stipem erogas? numerat obolos: flagellis te castigas? numerat verbera: jejunii te maceras? numerat abstinentias, & omnes bolos quibus genium fraudas: de somno quid subtrahis? numerat vigilias: Cupidinem Veneremque vincis? numerat victorias: carnem cilicio domas? numerat horas: animum meditatione piâ instruis? hîc vel puncta horæ numerat: mentem confessione purgas? hîc ille dies numerat: legis demum, scribis, laboras? nec hîc ille suum numerandi mûnus negligit; modò tu Deo laudando legas, scribas, labores.

At scito habere te latronem etiam alium, imò verum ex Orco latronem, qui non pecuniæ tuæ, sed tuæ animæ insidiatur. Hic extorris cælo civis, æquè atque tutelaris Angelus, in suos pugillares refert omnia quæ facis; dicis, cogitas. Si juras aut pejeras, verba; si lasciva loqueris, syllabas; si fæda meditaris, cogitationes; si rem divinam negligis, horæ quadrantes; quando demum peccato letali te maculas, etiam momenta numerat, dum momentum illud veniat, quò te inimicum Dei, exharedem cæli, Divorum hostem, in suum regnum calu irrevocabili præcipitet. Ah! mi homo, per salutem tuam te oro, tu quoque (si sapias) numerare incipe annos, quos consumpsisti; dies, quos neglexisti; horas, quas perdidisti: sed & futuros dies horâque in numerum digere, si potes, cum nec hanc ipsam, quâ tecum loquor, horulam mortis securam habeas. Demum **ÆTERNITATEM** quam numerare non potes, saltè cogita. Non absurdè dicebat olim vir doctus: *Nuptias esse breves & lætam can-tiunculam, sed habere longum & triste epiphonema*. Sic nos verissimè dicemus: peccati conjunctum voluptas, brevis & hilaris est cantiuncula, sed longissimum habet & tristissimum epiphonema, tormentum **ÆTERNVM**. O

æternitas, ò æternitas, æternitas! quàm sæpe turpiter peccamus,

Angelus omnes bonas actiones & cogitatus in numerato habet.

C actiones ille omnes numerat. Precaris tu? voces ille vel singulas dinumerat: stipem erogas? numerat obolos: flagellis te castigas? numerat verbera: jejunii te maceras? numerat abstinentias, & omnes bolos quibus genium fraudas: de somno quid subtrahis? numerat vigilias: Cupidinem Veneremque vincis? numerat victorias: carnem cilicio domas? numerat horas: animum meditatione piâ instruis? hîc vel puncta horæ numerat: mentem confessione purgas? hîc ille dies numerat: legis demum, scribis, laboras? nec hîc ille suum numerandi mûnus negligit; modò tu Deo laudando legas, scribas, labores.

Diabolus autem omnes turpes actiones & cogitationes.

D quam numerare non potes, saltè cogita. Non absurdè dicebat olim vir doctus: *Nuptias esse breves & lætam can-tiunculam, sed habere longum & triste epiphonema*. Sic nos verissimè dicemus: peccati conjunctum voluptas, brevis & hilaris est cantiuncula, sed longissimum habet & tristissimum epiphonema, tormentum **ÆTERNVM**. O

Peccati voluptas brevis cantiuncula, sed habet æternum tormentum.

mus, quia te vix unquam serid cogitamus! O ÆTERNITAS! aut in deliciis inter Angelos, aut in suppliciis inter diabolos ducenda, & nunquam finienda! Attende, mi homo, horum an illorum amicitiam nunc ambias? Et hoc scito, tum denique te fore Angelis amicum, cum tu fueris TOLERANTIÆ & CASTITATI.

XII. HORA.

Disce MORI: & cogita:

Annon à mortis meæ momento, tota mihi pendet ÆTERNITAS: supremum halitum, aut aeterna salus, aut exitium excipiet aeternum. Puncto constat Æternitas. Cur ergo nunc per bonam vitam, ad optimam mortem me non dispono? tutissimum est, ut quiddam in extremo decessu, se quique vellet fecisse, id modò sanus incipiat facere.

Disce VIVERE: tua verò sit VITA,

Psal. 76. vers. 6.

CONSIDERATIO ÆTERNITATIS. *Cogitavi dies antiquos & annos aeternos in mente habui.* Quidquid in mundo est, vanum, breve, merum nihilum est, ÆTERNITATI collatum: Et solus ille omnium sapit, qui caducis his spectis, unam atque unicam sibi præfigit in terrâ cogitandam, in cælo assequendam ÆTERNITATEM.

Disce ORARE: & considera.

Confideratio IX.

Cultus & veneratio Sanctorum Angelorum.

Quomodo
debeat
Angelos
venerari.

CAPVT I.

Tob. cap. 12. v. 1. & 2.

TOBIAS pater filio & oculis sibi restituitis, Tobiam filium accersens: *Quid possumus*, inquit, *dare viro isti sancto?* Cui filius: *Pater, ait, quam mercedem dabimus ei, aut quid dignum poterit esse ejus beneficiis: & cæpit ea nar- rando petere.* Demum iterum, *quid*, inquit, *illi ad hæc poterimus dignum dare?* quidquid demus, minùs quam promeruerit, dabimus. *Et vocantes eum rogare cæperunt, ut dignaretur dimidium partem omnium, quæ attulerant, acceptam habere.* Et quid nos, nostro tutori Angelo rependemus, pro tantis beneficiis, per tot annos in nos collatis? Ecclesiasticus: *Si est, inquit, tibi servus fidelis, sit tibi quasi anima tua.* Et quo loco nobis erit fidelissimus hic custos, qui curâ & fide sinceriore nos tuetur, quam reges & principes possit: omne regium satellitium?

Ibid. v. 3.

Ibid. v. 5.

Ecclesi. c. 33. vers. 31.

Angeli pos-
sunt affici
eodem ho-
nore quo
ceteros
Divorum
devenera-
mur.

Angeli eo honore cultuque possunt affici, quo cæteri Divorum, quos precibus, stipe, jejuniis, tanquam Dei amicos deveneramus. Angeli Deum assiduis frequentant laudibus; hoc crebrior apud nos æmuletur oratio: Angeli criminis omnium purissimi castissimam integritatem absque nævo traducunt; huic illorum virtuti æmulandæ, frequentiora nos juvabunt jejunia; Angeli beneficiorum in nos largissimi sunt; id elemosynis nostris piè imitari conemur.

Constantinus Imperator verè pius, apud Constanti- nopolim in utroque maris Euxini litore, illustrissima duo templa condidit, Michaëlis Archangeli honori. Imperator Justinianus, eidem Archangelo Michaëli, aliis- que sanctis Angelis, sex magna templa à fundamen- tis crexit, rectè persuasus, si hunc alatarum legionum ducem, qui tot potentissimos perduelles in cælo sub ju- gum miserat, amicum haberet, bellum facile & felix se cum Wandalis habiturum. Seraphicus ille Franciscus præter quadraginta diebus jejuniis Ecclesiæ, alios insu- per quadraginta dies incedi maceravit, pro honore & cultu Sancti Michaëlis Archangeli. Anno à pariente Virgine millesimo, Otho III. Imperator Romanus,

A teste Petro Damiano, Româ in Apuliæ montem Gar- gånium, ad ædem Sancti Michaëlis, nudis pedibus con- tendit (sunt 50. millaria Germanica) idque factu San- cti Romualdi, ut crimen paulò antè commissum hæc corporis afflictatione expiaret.

CAPVT III.

Ubi Angeli sunt integerrimi spiritus, ab omni for- de carnis eximii, utique illis summo est gaudio & honori, cum quis eadem sese castæ integritatis veste amicit, seque illis, quantum conando potest, reddidit quàm simillimum, sitque castitate Angelus. Quor san- ctorum hominum castam & cælibem vitam quasi cæli- tem agnoverunt? nec in alio etymo Grammaticis mag- tis credendum. Verè dixit Hieronymus: *Esse angelum, felicitatis est; esse virginem, virtutis.* Narrat Basilius, Dio- cletiano & Maximiano in Christianos sævientibus, Theophilam virginem, formâ & profapiâ nobilissi- mam, cum à licitoribus in lupanar vi traheretur, in viâ sic esse precatam: *Mi JESU, amor meus: ô sponse mi, ô fons castitatis, matura opem, & sponsæ tuæ pudici- tiam serva.* Hoc cor, hoc os, & oculi lacrymis pleni lo- quebantur. Prostibulum ingressa, Evangelium, ut mos erat Christianis, lectura protulit. Fuerunt quidem qui irruere auderent, nemo qui tangere. Sedebat Virgo & legebat, verecundissimo vultu ad omnem modestiam composito; adstabat juvenis è cælo, pulchritudine in- narrabili, amœnissimos ignes oculis spirabat, itaque strictorum oculorum majestate terrebat ingressos, ut impuram vim omnem à virgine arceret. Et hic adoles- cens, inquit Basilius, Virginis protector fuit, uti virgi- neus Daniel Susannæ. Nemo amat Angelos, qui casti- tatem oderit: vita casta gratissimus Angelorum cul- tus est.

Vita casta,
Angelorum
cultus est.

Tract. de
verâ virgine.

CAPVT IV.

Quo portò cultu affici velint æthereæ mentes, cæ- lestes hi legati, facile id suo non exemplo docent. Beati Pauli sensu, *omnes administratorii spiritus sunt*, pleni officiis & obsequiis. Tales et eos esse cupiunt, quos in- struunt.

Heb. cap. 11. vers. 14.

Joannes Carrera, castissimus juvenis, inflammato semper studio erga tutelarem Angelum rapiebatur, cum hoc tanto erat tanquam familiari conjunctus usû, ut velut intimo cum amico sua consilia sermonisque con- ferret, sæpe ad eum de rebus suis dubiis arduisque re- ferret, sæpe interrogaret, exquireretque consilium. De- nique in eam Sancti Angeli familiaritatem venerat, ut ab eo quotidie horis antelucanis, ad orationem excita- retur è somno. Quamquam hanc aliquando consuetu- dinem Angelus intermisit, quod excitatus à se, languo- re victus; non è cubili protinus surrexisset. Sed si hæc culpa fuit, certè per dies plurimos occultante se Ange- lo, pœnas dedit. Cujus præsentia desiderio multis ad Deum placandum precibus ac jejuniis adhibitis, tan- dem aliquando quod amiserat, recuperavit. Receptum in pristinam familiaritatem Angelus monuit, idcirco suam fe occultasse præsentiam, quod ad orationem se suscitantem, non protinus audisset: Deumque ab eo pœnas voluisse repetere, ut documentum ei esset in pos- terum, ne in surgendo moras neceret.

Esst. Societ. l. 11. m. 66.

Non Musis tantùm, sed & Angelis amica est aurora: mane cum Deo, interdum de Deo loqui nos volunt. Nec tamen officiorum erga alios oblivisci. Sui cultum inter- pretantur, cum in alios obsequiosi sumus, urgent meri- tò, ut quod operæ aliis impendimus, id & promptè & li- benter impendamus. Invita & lenta ministeria vix me- liora sunt turpi otio. Placere non potest obsequium, quod *alacritas & promptitudo* non commendet. Dupli- cem fert opem, qui celerem fert.

CAPVT

Anter form.
8. Augustini
de Tempore
form. 7.

Munera à
pauperibus
depremen-
da quæ
Angelis
oblata
sunt gra-
tissima.

Sunt qui templa variis muneribus colant. Hi ceram, illi oleum, isti cereos, alii aras, pretiosam vestem, artificiosas imagines, calices aureos donant. Augustinus: *Æquum est, inquit, monitos nos à psalte regio, & VOVERE & REDDERE: duplici modo id fiet. Sunt qui ceram, oleum, telam, simulam, odores, aurum dent. Sed hæc nisi à ditioribus non expectes. Nobilita his muneribus habemus, è pauperum etiam arcibus depremdenda, quæ Angelis oblata, non poterunt non esse gratissima. Ea verò sic ordine numerat Augustinus, auro prorsus & cedro scribenda.*

1. Quicumque iram in alterum conceptam subtrinxerit, & Dei amore illatam injuriam obliteraverit, votum obtulit iste, oleum purissimum.

2. Si quis luxuria cæno volutari consueverit, respiciat tandem, & excuriat fordes suas, & animo ad Deum secretius clamet: Benignissime Domine, misericordissime Deus; sufficiat hæc tibi luisse tecum: huc usque peccavi, te contempsi, legem tuam abjeci, carnis meæ fororibus satisfeci: nunc, ô mi Deus, ad te redeo, & voveo nequitiam meam me desitutum. Et hic obtulit candidissimam virginem ceram, utique carissimum munus Angelis.

3. Si quis invidiâ laboreat, ærumnis aliorum exhilaretur, felicitate alienâ tabescat, quod est peccatum, inquit Augustinus, usque ad mortem, promittat & ipse animo, actus amoris potius, quam livoris & invidiæ se meditaturum. Et iste votum obtulit, calice aureo donavit Angelos.

4. Si quis injuriam intulerit alteri, aut etiam cædem fecerit, animum veneno plenum abstinentiâ cruciet & luctu, nec patem Angelorum tangat, dum se Deo, laesos sibi reconciliavit integre. Et hic votum offert: collapsam restaurat aram Angelis.

5. Si quis aliorum actiones carpere, suas non inspicere, omnium honori detrudere, maledicos dentes nemini non insigere sit solitus; Deo & Angelis se vocat: Huc usque de aliis dixi, me non inspexi: ego eram inferior, & alios miseros existimabam. Satis, ô mea lingua, satis meque aliis perdidisti; ætioribus te posthac vinculis constringam; serid lasciviam tuam emendabo. Et hic obtulit votum: grandem ex optimo ære statuum locavit Angelis.

6. Si quis se observet elemosynæ parcum, in egenos asperum, in domesticos tenacem, in omnes iracundum, voveat hic Deo & Angelis mansuetam liberalitatem. Iste quoque munificum solvit votum, sacrificium ex auro vestem dedit Angelis.

7. Si quis se humanæ laudis percupidum, arrogantem, jactabundum, insolentem adverteat: voveat is submissionem & modestiam. Peristromata hic offert & tapetia Angelorum ætimatione pretiosissima.

8. Si quis vino plus æquo indulgeat, & caliculis epotandis studeat, voveat is sobriam & frugalem mensam. Grande votum obtulit & iste; aliquot vini veteris urnas sacravit Angelis.

9. Si quis languidum se fractumque, & ad exercitia pia enervem & lentum sentiat, alectitatem is voveat, & ad divina fervorem. Pretiosum & hic votum obtulit, argentream, balsamoque ardentem lampadem suspendit Angelis.

Devota hæc Angelis munera ejusdem Augustini verbis configno. *Et cum hæc omnia, inquit, feceritis charissimi, offertis Deo votum placitum, & quasi remuneratis Christum. Et post hæc veniet vobis benedictio, & vota vestra offerentur ante tribunal Christi. Putamus, quam dulce erit, quando vota nostra talia, qualia dixi, Angeli ante conspectum divinæ Majestatis obtulerint.*

Singularis & Angelis convenientissimus, eorumque Præsentiam Angelorum utilissimus cultus est, *præsentiam illorum plurimum semper venerari.* Rectissime Bernardus: *In quovis, inquit, diversorio, in quovis angulo, Angelo tuo reverentiam habe: tunc audeas illo presente, quod vidente me non audeas.* Sanè custos iste castissimus oculos suos & aures (hominum more loquimur) pervigiles, sempérque intentos habet in omnia nostra facta, dicta, cogitata. Seneca nil efficacius visum est extirpandis vitiis, quam viri gravis præsentiam assiduo cogitatu sibi proponere. Iisdem, mi homo, verbis te compello, quibus suum Lucilium Seneca: *Accipe, inquit, & quidem urilem, & salutarem clausulam, quam te affigere animo voto. Aliquis vir bonus (scilicet melior custode Angelo) nobis eligendus est, ac semper ante oculos habendus, ut sic tanquam illo spectante vivamus, & omnia tanquam illo vidente faciamus.* Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis assistat. Aliquem videri animus quem vereatur, cujus auctoritate etiam secretum suum sanctius faciat. O felicem illum, qui non actus tantum, sed & cogitatus emendat. Sapienter idem in aliâ epistolâ inculcans: *Sic certè, ait, vivendum est, tanquam in conspectu vivamus: sic cogitandum, tanquam aliquis peccatus intimum inspicere possit; & potest: quid enim prodest ab homine aliquid esse secretum? nihil Deo clausum est, interest animis nostris, & cogitationibus mediis intervenit. Sic intervenit, dico, non tanquam aliquando discedat. Nil verius aut sapientius à calamo hominis non Christiani doceri potuisset. Verè omnium actionum nostrarum Deum, Dei que legatos Angelos & arbitros, & testes habemus: & quid enim nesciant, aut non videant Angeli, qui videntem & scientem omnia sciunt videntque obtutu perspicacissimo, perenni?*

Epist. 83.

B

Cupiet fortassis bonæ mentis homo, facili compendio nosse, quid operis quotidie fieri possent sanctis Angelis honorandis. Ut huic satisfiat, brevem tabellam exhibemus eorum, quæ singulis diebus, aut certè crebrius, honori sanctorum Angelorum præstanda.

Tabella eorum, quæ singulis diebus honoris SS. Angelorum sunt præstanda.

1. Quotidie Dominicam orationem, & Angeli lationem novies attentè pronuciare.

2. Litanias, Officium, aliisque preces, SS. Angelis inscriptas, quotidie recitare.

3. Quotidie aliquid boni operis, aut aliquam sui virtutum, Angelis offerre.

4. Cum è Scripturis sacris constet, novem esse Angelorum ordines, novenarium numerum, in piis præsertim exercitiis, studiosius attendere.

5. Castitati ab Angelis commendatissimæ virtuti singulariùs studere.

6. Cultum eorum & venerationem apud alios propagare.

7. Templâ iis sacra frequentare, dies eisdem festos observare, præsertim octavum Maii, vigesimum novum Septembris, & Dominicum diem Angelo Custodi sacrum.

8. Odium atque invidiam omnem, & quidquid in mente contra alios fellis, quidquid invidiæ, quidquid odii atque alienationis est, in gratiam illorum ponere: pleni namque diaboli sunt invidiâ, amore Angeli.

9. Præsentiam illorum assidue, sapientissimè saltem de die illam cogitare: in omnibus adversis & periculis, Angelos atque Angelorum Reginam, Domini matrem, in subsidium ac patrocinium vocare.

De Angelorum apud nos præsentia opportune hic addo, quod in ruborem det Christianos, qui præsentem sibi Angelos veneratione vix ullâ prosequuntur. Ille à Madaurâ philosophus Angelorum circa nos præsentiam

præcindat longissimam procrastinationis telam. Historiam profanam consulis? hoc idem te docet.

O Alexander Macedo ubi es? cujus illud innotuit, victorem fuisse nihil differendo. Tu ergo, *miserere anime tue*, & hoc ipso sanctius te moriturum crede, quo citius ad mortem te composueris. Cum vita tam brevis & contracta, mors tam incerta sit, temerarium proflus & fatuum est, in negotio salutis tam periculoso differre, cunctari, procrastinare. Ah, miseri homines, de beatâ vitâ in conspectu mortis agitis, & sæpe cum jam jam migrandum est, tunc primum, quod migrandum sit, quaeritis. Aurem tibi jam sæpius vellicavi: memento mori, memento ò nimium obliuiose homo. Mille tibi horâ si parcant, una sterneret, & ea quidem, quam tu nunc minime suspectam habes. Ubique mors est, ab homine, ferâ, domo, tegulâ, arbore, aquâ, vento, aurâ, herbâ, cibo, potu. Et quid excipiam? non ipsum te, qui eam non cogitas. At nunquid vis, ut ea omnia, quibus te ad MORTEM meliorem, ad VITAM sanctiorem, ad puriores PRECES instruxi, in compendium conferam? Ergo,

Quia factum est in negotio salutis differre.

Matt. 6. 24. vers. 36. 2. Reg. 6. 4. vers. 7.

Disce MORTI, & esto paratus, quia nescis diem neque horam. Isofeth dum suauiter meridiatur, dormiente ad ostium ancilla, frucidatur à mercariis. Ita mors & peccatum jugulabunt te, si mortis in te dormiat memoria. Audacissima quidem Mors est, raro tamen nisi incautos adoritur, & velut à tergo. Samson, dum Dalilæ gremio indormit, vires omnes amittit. I nunc, voluprati te crede, & tuam è Samsonis fortunâ metire. Suis olim vitibus mors pugnavit in homines, ut seneçtâ, peste, morbis aliis. Nunc etiam alienis armis utitur, cibo, potu, crapulâ, libidine. Multos in aquis submergit, sed multo plures in vino: omni loco insidiatur. Tu ergo

Iso. cap. 38. vers. 1.

Luc. cap. 12. vers. 35.

Ad occurrendum morti tria cõparanda: Cingulû,

Far, Tintinnabulum.

Dispone domus tuæ, quia morieris, & à rebus humanis toto alio orbe disjungeris. Et quam seridò Christus Dominus præmonuit? *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando revertatur à nuptiis.* Morti paratus occurret, si tria hæc, Domini iussu, tibi maturè compareres: Cingulum, Facem, Tintinnabulum. An recordaris, quæ de Castitatis cingulo supra te monuerim horis pluribus? Sed millies inculcandum tibi est beati Hieronymi monitum: *Si cingulo castitatis careas, omnia per terram trahis.* Cinge lumbos: eorum mors turpis est & mala, quos discinxit luxuria. Facem manu præferes, si decalogum non solum scias, sed & serues. At verò Tintinnabulum tua tibi conscientia est; hæc sæpius, imò quotidie velut campanulâ concutienda est, & quem sonum edat, an legi divinæ consonum, exploranda. Descende in te, & vitam tuam inspice, & teipsum quotidie ad tribunal cita, nec tantum quid facturus sis, sed & quid feceris, creberrimè cogita. Ita tuum hoc tintinna-

Abulum pulsa, conscientiam tuam de cogitatis per diem dictis, factisque tecum quotidie rimare & excute. Sic inducis, quas imminente morte, frustra peteres, nunc concessis urere; disce MORI: aut idem tibi cogar occidere, quod Angelorum unus Carthaginienfî Episcopo gravius decumbenti objecit. *Pati timetis, exire non vultis, S. Cyprian. quid faciam vobis? Ergo miserere anime tue, & mortem, quod illa venit insidiosius, hoc tu frequentius cogita.*

Sed & VIVERE disce castè & cautè vivendo. Si cauterus non sis, nec castus eris. Jobus tolerantia speculum, non tantum castimoniam coluit: nam & cum oculis scædus pepigit, ut ne cogitarent quidem de virgine, sed & idem cautissimus vixit: magna in illo morum sanctitas elucebat, & tamen timebat, trepidabat, cavebat. *Verēbar, inquit, omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti: suspectum illi erat, quidquid faciebat, ne forte faceret, quod Deo minus placeret. Sciebat vir integerrimus, alia longè hominum, alia Dei esse judicia.* Hanc ob causam opera sua omnia verebatur, verè & castus, & cautus. Disce, & imitare, ut tanto vivas castior, quanto in omnibus cautior, & circumspectior: *Miserere anime tuæ placens Deo.*

Sed & ORARE disce. Rex noster Christus non crebras tantum, sed & assiduas à te preces exigit: *quoniam oportet semper orare.* Et quam fideliter sæpius exhortatur! *Videte, vigilate, & orate, nescitis enim quando tempus sit. Sine intermissione orate. Ergo, non impediaris orare semper.* Excellentissimam hæc ORANDI artem non disces, nisi & sæpe ores, & fervidè. Hoc ipso multorum languida est oratio, quia rara. Fabri sunt fabricando, veri coram Numine oratores, sæpius orando: fatiùs tamen esse, breves esse preces & fervidas, quam longas & languidas. Vix ullarum est virium oratio, quæ nihil habet ignei. Oratio marcens & torpida, idem est ferè quod ignis frigidus. Paulus oraturus calidos spirabat ignes, quibus suscitandis: *Orabo, inquit, spiritu, orabo & mente.*

Quid prodest laborum strepitus, ubi cor est mutum? ignita verò censetur precatio, quam ardentes gemitus, & ad Deum crebra comitantur suspiria: oratio vana & frigida est, ubi hoc tam grave negotium soli committitur linguæ. Ergo, ut rectius discas VIVERE, disce ferventiùs ORARE: neutrum difficile est volenti. Et ut compendiarîâ proflus te viâ ducam ad cælum; hanc verborum meorum summam teneto, & duplex hoc monitum, nullâ unquam oblivione deleto.

I. Assiduc cogita, te quotidie propius atque propius ad ipsam totam immensam ÆTERNITATEM accedere, quæ tibi vel in flammis inter damnatos, vel in deliciis inter beatos agenda erit. Sic bene MORI condisces.

II. Deum tibi semper præsentem ex oculis nunquam dimitte, ita scies rectè VIVERE.

Ad Majorem Dei, Deiparæq; Virginis, & omnium SS. Angelorum honorem & gloriam.

F I N I S.

NICETAS,

N I C E T A S

S E V

TRIVMPHATA INCONTINENTIA.

L I B E R P R I M V S.

CAPVT PRIMVM.

SERMONIS INGRESSVS.

Parthenius & Aedesimus colloquuntur.

ARTHENIVS. In manu mihi erat his diebus Hieronymus, ille linguarum totiusque antiquitatis doctissimus scriptor, & Orbis Oraculum, de quo non immeritò ferebatur illud: *Neminem scisse quod HIERONYMVS ignoraret.*

AEDESIMVS. Breviter sanul & copiosè laudas doctorem laude dignissimum, cuius si vel epistolas solùm evolvas, magnum eruditionis thesaurum invenies eruendum. PARTH. Has ipsas legi, quibus libro, tertio miscet res gestas Pauli primi anachoræ, ubi mentionem injicit Ægyptii juvenis, cujus heroicam virtutem, nulla, putem, unquam sæcula satis obstupescunt. ADES. Hoc ipsum non ita pridem, & legi, & panè in saxum steti. Quid nos, Partheni, ad Heroas istos? PARTH. Ita est; sed quæso te, si quidem plura super hoc liber differere, hanc tu mihi sellam occupa, sedentes cœptum sermonem pertexemus, nam novi te è gente Peripareticorum non esse; & Dion olim putat, uti arcum & lyram, ita & homines quiete vigere, & Stagirite scitum est: *sedendo & quiescendo animum fieri prudentem.* ADES. Sed nùm, Partheni, de Castitate differituris quies adeò est commendanda: nostri illud de Ægyptho adultero: *desidiosus erat.* PARTH. Quietem, mi Aedesime, non otium, non desidiam suasi. Sed ad rem, & NICETÆ nostri palæstram propius inspiciamus. ADES. Sed hac lege, ut tu mihi Theseus sis per omnem hunc explicandi labyrinthum. Ego Hieronymum sumo, & ad verbum lego, te auditurus interpretem.

§. I.

Stratagemma continentie studendum.

ALium juvenili ætate florentem, in amœnissimos hortulos præcepit abducere: ibique inter candentia lilia & rubentes rosas, cum leni murmure aquarum iuxta serperet rivus, & mollis sibilo arborum folia ventus præstringeret, super extructum plumis lectum respiciari jussit: & ne se inde posset excutere, blandis serico nexibus iretutum relinquit. Quò cum, recedentibus cunctis, meretrix speciosa venisset, cœpit delicatis colla stringere complexibus, ut corpore in libidinem concitato, se victrix impudica superjaceret. Quid ageret miles Christi, & quò se conferret, nesciebat. Quem tormenta non vicerant, superaret voluptas? Tandem cælitus inspiratus, præcisam mortuam linguam, in osculantis læ

A faciem expuit: ac sic libidinis sensum, succedens doloris magnitudo superavit. PARTH. O factum, Superi, omnibus retro sæculis inauditum! omnibus post sæculis obstupescendum! Hoc est pugnare, hoc vincere, hoc triumphare! Eandem ego historiam ex Nicephoro verbis non nihil aliis, conscripsi nuper. Exercendo stylo, libèrne audire? ADES. Liber quàm maximè. Millies hoc mihi narra, nunquam satiabis has aures. PARTH. Ergo recitare jubes? ADES. Et jubeo & volo: recita. PARTH. Ergo animum & aures adverte.

CAPVT II.

Illustrissimum NICETÆ facinus paulò fusiùs narratum.

ACTat priscum ævum sui Anaxarchi libertatem, qui in vinculis tortus, linguam dentibus præcisam, in tyranni os expuit. Ne superbi, mi Anaxarche: Viros ego tecum vel cum Mutio, aut Aquilio, aut Regulo comparem? pueri & mulierculæ nostræ, vobis sæpe non parcs tantum, sed superiores longè, & vel in arctissimis vinculis libertiores sunt. Satis id ostendit Ægyptius ille juvenis, NICETAS, cujus plus quàm heroicam libertatem & fortitudinem, nemo satis, non dicam, laudet, sed nec miretur satis. Felicem te, dicebat Rex Macedo de Achille, qui virtutis tuæ præconem nactus es Homerum; idem ego de hoc juvene veriùs: Felicem te, NICETAS, qui tuæ virtutis panegyristen nactus es Hieronymum. Et videte mihi obsecro inter quot & quàm infidiosas catenas, libertatem suam sit professus, castissimus hic Achilles noster, cui longè periculosior scena fuit instructa quàm socio. Lectus erat supra omnem Sardana-pali plumam & Heliogabali olorinam culcitram mollis & delicatus; in hunc abjectus juvenis, non ferreis sed bombycinis vinculis ligabatur. Jam actum esse dixisses de retinendâ pudicitia inter tot insidias. Cicum circa Voluptas sua in vitamenta disponebat, quibus pudica mens suæ castitatis propositum vix potuit non vendere. Stabant foliorum germinè renidentes arbores, quæ cum hilari odore gratas diffundebant umbras, & clementi brachiorum motu dulces subsursos obfibilabant. Has inter loquax rivulus & omni crystallo nitidior exrantibus ludebat aquis, & querulo rore lapillos vexabat. Unde panè musico concentu pullabatur. Urimque flores & copiosa Zephyri familia. Hinc è viridi prato argentea ridebant lilia, illinc purpurascens rosæ promicabant; istinc Narcissorum nivem & ebur, Hyacinthorum sanguis & aurum acuebat; ventulus ab omni parte placidissimus aspirabat. Heu! quid facies Christiana libertas? undique ad voluptatem invitatis; in tot

florum

Dicitur
facinus
templum

tempe-
stas

florum lasciviâ, in tantâ odoris fragrantia; & invitarrici huic voluptati resistes? & quomodo tot pedicas abruptump? En, adrepti etiam petulanti vultu femina, quæ tot in te jacier vincula, quot verba, & ut basiliscus solis oculis necabit. Heu, miserande juvenis! Quomodo ab hac te viperâ servabis illæsum? nulli unquam sua magis captiva fuit libertas quam tibi. Oculos aperis? à formâ tibi laqueus est. Hos claudis? aures patent, per quas veneni fati instilletur. Sed neque manus pugnis, aut pedes calcibus castitati tuæ succurrere queunt: Ah! amissa videtur integritas, & expugnatum tot machinis pudicum pectus. Credibilis videtur, Romanum partitidam in culeum cum cane, serpente, gallo gallinæo atque simiâ insutum, à vulnere servari posse innocium, quam te, ô juvenis miserande, à libidinis peste immunem. Quidquid agas, constructus teneris, nec pater vel spes evadendi ulla. Lascivus Cupido ab omni parte tibi imminet, atque jam jam, quod in te venenavit telum, emittet. At, ar, ante victoriam cecinit triumphum Venus; reperit consilium Christianus hic Athletes, in letali hac arenâ. Invenit sibi viam, qua victrix Castitas hostem suum triumpharet. Nam, dum sic undique oppressus juvenis vicinissimum periculum contraheret: Quin, ait ipse secum, exurgis læte pudor, & quibuscumque potes armis, te ipsum defendis? sola lingua vinculum non sentit. Rectè est: lingua mihi telum erit: malo esse mutus; quam parum castus. Dixit, & generosissimo vulnere, mediam sibi linguam præmordit, càmque in frontem lupæ quæ fronte caruit, sanguinolentam ejaculatus est. O NICETÆ, ô macte virtutis & animi juvenis! qui tot ex Orco compedes rupisti, & virginei pudoris libertatem, in tutum asseruisti, fauce pro pharetra, lingua pro sagittâ fortissimè usus.

§. I.

ÆDES. O cælum, ô terra, & ô maria Neptunil quid simile in omni historia, profanâ & sacrâ; veteri, novâ, Romanâ, Græcâ reperire est? verè huic juveni acclamari potuit FACTVM BONVM, factum admirandum, præsigne, obstupescendum. Nihil ad hoc Lacon ille adolescens fecit, qui bello captus, identidem clamabat, non serviam: & ut primùm justus servili & contumelioso ministerio fungi, illisum pariter caput rupit. Quid Mutii dextera ardentis foculo castigata? Sed neque sicam Lucretiæ sanguine stillantem miror; casta illa esse voluit, cùm castitatem amisit. PARTHEN. Habuit quidem & priscum ævum magna Castitatis exempla: Xenocratem laudo, Scipionem prædico, Alexandrum Macedonem ob hoc veneror, Spurinam & Democlem admiror, solum NICETÆM obstupesco. Xenocrates, illius fuisse dicitur verecundiæ, ut si quid vel in bestiis impudici viderè contingeret, averis illud & retortis oculis continuò damnaret: Scipio commendatissimæ formæ virginem sponso, uti eam acceperat, intactam restituit, tam sui quam libidinis victor. Alexander Rex, Darii filias & conjugem, miræ elegantiæ feminas, nec oculis quidem voluit attingere. Spurtina proprii vultus elegantiam vulneribus confudit, ne alios ea ureret; Democles in bulliens ahenum insluit ut stuprum effugeret. Uterque Castitatis generosus propugnator; neuter tamen cum NICETÆ nostro conferendus. Et quia Circum hunc ingressi sumus, libèrte pedem protollere, & quâ possimus, hoc stadium emetiri? ÆDES. Vacamus ambo: nec est quod recusem, præsertim si tu manu ducas. PARTHEN. Sed si errem, veniam dabis: incidi nuper in versiculos, pauculos illos, atque si verba spectes, parum delicatos & teretes, sed sensu opulentos, & nescio an brevius quid legeris, & simul utrius. Triplex illis inscriptio, nec nisi sex univèrsim sunt: En, recito:

INCONTINENTIÆ ET LIBIDINIS INVITAMENTA.
Otia, Mensa, Libri, vaga Lumina, Verba, Sodales.

A Hæc tolle, hæc minue, hos muta, hæc claudè, hæc fuge, vita hos.

INCONTINENTIÆ ET LIBIDINIS EFFECTVS:
Corpus, Opes, Animam, Ingenium, Famam, Virtutes, Debilitat, perdit, necat, impedit, inficit, aufert.

INCONTINENTIÆ ET LIBIDINIS ANTIDOTA:
Lectio, Flagra, Preces, Confessio, Lympha, Labores, Portarum excubia, Christi presentia, Penæ.

ÆDES. Memoriæ juvandæ facti sunt, nec displicenti sed qui tu me hodie manu ducis, incipe Partheni, & explica illa tuorum versuum ænigmata; ne cui Arabicè locutus videaris. PARTHEN. dimitte jam paucos hos Epicos: alios post subdam de NICETÆ meo, qui, nisi luxuriæ malum ingens habuisset cognitum, non illud adeò fuisset detestatus, ut cum summo dolore balbus esse maluerit, quam cum paratâ voluptate impudicus.

CAPUT III.

Primum INCONTINENTIÆ
invitamentum OTIVM.

Nihil ad vitia seu discenda, seu committenda proclivius, quam otiosa vita. In ludo Vitii OTIVM Magister est & primarius doctor. Et ne mireris: Draconem lege, qui Otii damnati essent, capite multabantur. Ad libidinem maximè trahunt.

Otium capite multatum.

Otia, mensa, libri, vaga lumina, verba, Sodales.

En, ante signanum OTIVM. Non est quod hic quidquam controvertamus; omnium vitiorum usitatum pulvinar est Otium, quid si etiam sit luxuriæ? Et oraculum est, quod olim affirmatè Diogenes edens: Libido, inquit, est otiosorum negotium. Portentum est profecto, homo otiosus & castus, atque uti cognata sunt vitia, mentiri & furari, illic enim ego tibi furem ostendam, si tu mihi mendacem; ita profus, proxima sibi sunt nihil agere, & male agere; tempus perdere, & Castitatem non retinere; otiosi, & luxuriari. Ovidianum illud tritissimum nosti:

Otium & Venus individui comites.

Queritur Ægyptus quare sit factus adulter?
In promptu causa est; desidiosus erat.

A desidiâ pleraque libidini incendia excitantur. Otium favilla libidinis. Atque utinam patientes & magistri hic attenti vigilent, suis ut torporem omnem excutiant. Exemplo præit parens ille apud Satyricum:

at nunc

Post finem autumni mediâ de nocte supinum
Clamofus juvenem pater excitat, accipe ceras,
Scribe puer, vigila; causas age, perlege rubras
Majorum leges, aut vixit postè libello.

Invenal.
sat. 14.
vers. 137.

Magni Imperatores, cùm malè parere militem vident, aliquo labore compefcunt, & expeditionibus detinent. Nunquam vacat lascivire districtis. Revera,

Otia si tollas perière Cupidinis arcus,
Contemptæq; jacent & sine luce faces.

Siquidem eodem magistro monente:

Quàm platanus vivis gaudet, quàm Populus undâ,
Et quàm limosâ, canna palustris, humo;
Tam Venus otia amat.

Otiosus enim, uti verissimè Romanus Sapiens, non sibi vivit, sed quod turpissimum est, ventri, somno, libidini.

§. I.

Sed graviore tibi testes adduco. Mellifluus doctor Bernardus: Sicut, inquit, per rimam sentina aqua lateat, rontèr intrat & excrescit, donec navis per nautarum incuriam denuegatur: ita ex otio atque ignaviâ cogitationes pravæ, & concupiscentiæ multiplicantur, donec navis cordis, eis succumbens, in peccato periclitetur. Otii hostem capitalissimum scias fuisse Bernardum, qui seriò submonens: Omnium, inquit, tentationum & cogitationum malarum colluvies est otium,

Serm. de S. Andrea.
Otium est causa vitiorum.

Ep. ad frat. de mœ. Dei.
otium,

Pisicæ castitatis exempla.

Compendium operis.

otium, summa mentis malitia, malorum omnium sentina, mors animæ. Et ut sciretur quàm cavendum esset Otium Castitatis studioso: *Luxuria*, inquit, cito decipit homines otio deditos. & gravius urit si quem otiosum invenit: induvit & labori cedit.

Seym 51. de modo bene vivendi.

Lib. de per. fecit. grad. cap. 9.

Laurentius Justinianus, vir perinde sanctus ac doctus: sicut aqua, inquit, que caret decursu ac jacet in foveis, putrescit: ita & corpus otii tabe confectum concupiscentiarum ac voluptatum carnalium parit ac nutrit insaniam. Id alibi

Lib. de ligno vita cap. 5.

confirmans: quemadmodum, inquit, ex temperato labore carnis incendia cohibentur, sic ex otio foveantur & crescunt. In magnatum culinibus, pigritia coquorum id compendi reperit, cum ignis segnior est, butyrum affundant, ut ad flammam iritent. Idem pœne diaboli calliditas facit: cum libidinum ignis in nobis fractior est, tunc & oleo, & pice, & butyro illum reddit vivacissimum. Cibis poruque copiosior est oleum; pix, libri obscæni; molle butyrum, turpe otium: ad hæc fomenta facilis exurgit flamma. Qui castitatem odisse vult, amet otium.

§. II.

Catull. ad Lesb.

Senec. ep. 12.

Eccles. c. 33. vers. 29.

Otium & Reges simul & beatas perdidit urbes. Otium iners & languidum, solam requiem complectitur, quod nil sædius, nil similis est sepulchro. Otium sine literis, mors est & viri hominis sepulchra. Proximæ sanè agnationis sunt Otium & Vitium. Multam enim malitiam docuit Otiositas, ut rectè mater nugatum, & omnium virtutum noverca dicatur. Nullus fructus est Otii, sed dispendium semper maximum: Otium, res una omnium disciplinæ inimicissima est. Otium non tantum non acquirit nova, sed etiam acquisita consumit: & vix quidquam est, quod viam ad gehennæ fauces æquè facilem planamque reddat acque Otium, quod etiam fortissimum quemque in diversa vitia suaviter impellit. Multam malitiam docuit Otiositas.

Otium est via ad vitium.

Præclare scripsit Portius Cato, necesse esse ut sua cuique vitæ ratio constet; id certè nisi operoso & laboris amanti contingere non potest, & sanctioris quidem vitæ ratio processu gaudet & crescit; cessatione torpescit & deficit. Cui verò vitam per dedecus placet exigere, Otium lætetur, & à scopo suo quàm minimè aberrabit. Declivis, & ad omne flagitium compendiosa via est Otium. Vis veram hujus monstri descriptiunculam? Pulcherrimum omnium vitiorum breviarium & epitome est Otium. Mens otiosa in mille facinorum furias discurret; Multam malitiam docuit Otiositas. *ÆDES*. Plerique omnes contra Otium discerti sumus, & nonnunquam ore tragico in illud declamamus: at interim suavius nobis esse credimus, cum vacamus; otium melius reprehendimus quàm fugimus. Videmus meliora & probamus, deteriora sequimur. *PARTH*. tantò peiores sumus, quantò dulcius nobis est hoc pessimum malum. Verè, Multam malitiam docuit Otiositas. Hactenus in otium dixisse satis sit.

C A P U T I V.

Secundum INCONTINENTIÆ invitamentum, MENSA LAVTIOR, SATVRITAS, GVLA.

Res in aperto est, & pridem certa: sine Cerere & Libero frigere Venerem. Cum enim totum illud domicilium interioris hominis, esca stipatum, vino inutndatum, decoquendis excrementis inæstuar, quid tam in propinquo superest, quàm ad Lasciviam sapere? tunc enim libidinosus nec tenebras expectat, tunc impudicus morbum publicat; tunc petulans nusquam manum continet: & licet omne vitium detegatur in ebrio, libido tamen plurimum. Ita dum corpus fartum est, & cuticula bene curata, ante omnia vitia resurgit libido, quæ annis sæpe integris jacuerat emortua, aut certè sopita

A languerat, vires resumit, maximè dum adulteris caelata vasa propinant vinum, tanquam per se parum doceat libidinem temulentia, ut necessum proinde sit vinum ex libidine haurire, si lascivire lubeat. Nec vulgi dictum hic errat: post epulas chorea, cui & sacra pagina additpultur: Sedit papulus manducare, & surrexerunt ludere. Sed luxuriam non bonum, lulum impium, ideo vigilanter monet gentium Doctor: Nolite inebriari vino; in quo est luxuria. Et nosti, mi Ædesime, quod veteri & vero adagio dicimus: Nunquam fames adulteria genuit. Quod divinus Ezechiel clarissimè pronuncians: Hæc, inquit, fuit iniquitas Sodomæ; superbia, saturitas panis, & abundantia & otium ipsius, & filiarum ejus.

§. I.

ITa plerumque post lautiores mensas, post saliares cenas, post epulas copiosiores, ab homine non nihil divertimus, & quandoque etiam in pecudes degeneramus: Incrassatus est dilectus & recalcitravit. Incrassatus, im-pingnatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & cæsit à Deo salutari suo. Ita lex vitiorum certa est, ut lascivia ginæ substructa sit lascivia. Ut non mireris apud eos in continentiam, apud quos repereris offertam mensam. Er queso te, vel rationem tuam interroga: famelicè an saturitas Virginitati sit amicior? Tutius, puto, habitat pauperum tabernas Castimonia, quàm Regum turres & aulas. Tibias scis tum maximè fridete, cum maximè inflantur, & plenæ sunt vento: ita profus corpus humanum habet; tunc potissimum in lasciviam petulantiam exæstuar, cum plurimum ab epulis vinòque calet. Optimè Gregorius: Ex uno Gula vitio, innumera vitiorum agmina, ad conflictum animæ producantur. Vnum quidem Gula vitium est, sed aculei libidinis innumeri sunt, qui precedentem illum quasi regem sequuntur, qui læta quidem suggerunt, sed ad aterni sterus lamenta perducunt. Hæc totidem verbis Gregorius, qui, silere si velit, loquetur experientia. Quam multi perdiderunt pudicitiam, quia noluerunt vincere Gulam. Unde vox illa castissimi Hilarionis: Paleis te pascam, aselle, non hordeo. Itaque opimiores mensas adeo abhorret Castitas, ut tum demum victoriam speret, cum corpori, velut jumento, deliciæ omnes negantur.

Verum ab hac lege, nimium quantum recedit hoc ævum nostrum. Atque jam sæpe animum nescum subit cogitare, an non prisca illa sæcula, sanè non aurea, sed ferrea vel plumbea redierint, de quibus divinus Lucas: In diebus Noë, air, edebant & bibebant, uxores ducebant dabantur ad nuptias usque in diem, qua intravit Noë in Arcam, & venit diluvium, & perdidit omnes. Evum hoc nostrum cõsidera, & fareberis parissimum cum illo veteri Noëmi. Editur, bibitur passim, affluenter & saltariter. Neque hoc satis (venia sit à tuis auribus mi Ædesime) vomitur & luditur certatim, qualem scilicet lusum luserat Udo ille infelicissimus Magdeburgensis antistes. Nuptiarum etiam & chorearum ubique satis est (urbes ingredi, & necum senties) ubique Hymenæus & Thalassius personant. Hos mores, credo, perseverabit Orbis, dum veniat non Noëmus, sed Christus, & ab iridis tribunali decretoriam sententiam pronunciet in omne humanum genus.

§. II.

ERgo, si Venerem hanc flammam imminutum vis ire, mensæ faginam minue, cibum portumque tibi adime. Luxuriam subinde videmur fugere, dum fovemus. Canem tibi molestum vis abigere, & panem pro-jicis? Libidinem vis vincere, & ventrem refercis? Hoc est operam ludere. Quid Castimonia inter epulas & delicias queris, quam Hieronymus inter prolixas abstinentias & plagas ægrè reperit? Ergo quantum potes, circumscribe corpus tuum, & animo locum laxa. Id agere debemus,

lib. 12.

Eccl. 27.

Libri 1. c. 14. quod.

Mar. 14.

debemus, ut irritamenta vitiorum quam longissimè profugiamus. Indurandus est animus, & à blandimentis voluptatum procul abstrahendus. Iteus Alyrius, teste Philostrato, interrogatus: equas epulas iudicaret suavissimas? Ista, respondit, curare desit. Utinam & nos, Aedese, has curas corporis deserimus curare; mens rectius haberet. Imperio animi, corporis servitio utendum, nec plus fidendum huic seruo quam hosti. Hieronymus certè sol ille solitudinis, integrarum hebdomadam inedia, maligniorem in se flammam compressit; oculos cælo inhærentes, & quasi cavè suâ egrossos, lacrymarum pluvie sequebantur. En tibi, & aquâ pugnavit in hunc ignem, & alimenti subtractione. Sed pertexamus cæptum versiculum; ita is habet:

Orit, Mensa, Libri.

ÆDES. Attentionem habes auditorem, securus perge.

CAPUT V.

Tertium INCONTINENTIÆ invitamentum. IMPVRI & OBSCœNI LIBRI.

Pestis ipsissima sunt hi tales libri, & certissimum venenum legentium; & quod longè pessimum, ubique obvium est. Hoc genus toxici, & liberalissimè quacunq; sparsum reperies, neque enim uno tantùm idiomate obscœnitas in libros irrepit, omnibus grassatur linguis: Germanicâ, Italicâ, Gallicâ, Hispanicâ, Belgicâ, Latinâ, Græcâ; solutâ, & ligatâ oratione, suntque hoc fædo scribendi genere, prisicorum & recentium plurimi infames, è quibus alii historias texunt, alii satyras scribunt, alii poëmata pangunt, illi fabulas concinnant, isti alium scribendi Circum ingrediuntur, in quo cum veris, tum fictis narrationibus, historiis & fabulis hoc unum agunt, ut lectorum animos Veneris lue venerent, & ut minimùm ad cogitationes impuras, si non ad lascivos sermones, & ipsos ausus pelliciant. In hos tales jure commotior Tullius; *Mollium, inquit, animos nostros, nervos omnes virtutis elidunt.* In horum albo sunt plerique omnes prisici poëtæ, fabulatores, satyrici; non nomino ne nosse doceam. Horum omnium scripta si castigata non sint, & ab obscœnitate sordibus eluta, lectori merissimum venenum sunt: non tanger hos, quisquis Castitatem cordi habet. Ovidius ipse ob hoc ab Augusto in exilium relegatus, nec à Tiberio revocatus, cautè id monet;

*Eloquar invitus, teneros ne tange poëtæ;
Submoveo dotes impius ipse meas.*

Audisne, ipse pestilens poëta vociferatur: ne me attingas, abi, recede: prædicat periculum, malum antè denuntiat. Proclamatque, fuge, procul esto, ne inficiaris. Tu verò inferis te, & irruis; & nec amicorum revocantium, nec hostium repellentium voces audis; tangis, legis, relegis, expendis magis seriùs quam divinas paginas. Ergo jure vox è cælo intonat: *Quis miserebitur incantatori à serpente percusso, & omnibus qui appropriant bestis?* Tu igitur ne tange hos, quisquis infici non vis, & petire. Neque enim hi pestilentissimi codices aliud sunt Origeni, quam ranæ Ægyptiæ, Hieronymo glandes & siliquæ porcorum, Augustino flumen Tarrareum, in quo miserè devolvitur ad inferos humanæ gentis pars magna.

§. I.

At verò dicas: hinc verba discò, hinc stylum acuo, hinc eloquentiam haurio, & ritus veteres cognosco. Nimirum, discere vis bene loqui, & malè vivere. *Ex abundantia enim cordis os loquitur.* Et quid opus aurum in hoc luto quaerere? Itâne, mi juvenis, ex oleto isto tantum tibi eruditionis accedet? perinde atque si Musæ natæ sint & donatæ cum his Veneris satellitibus. Et deinde, si ita, mi juvenis, sine his eruditionem parati nõ

Tom. I.

A posse putas; nõquid satius est jaeturam facere doctrinam quam pudicitiam? & velle potius minus eruditum, quam minus castum esse? At istud mantelum est & prætextus vanissimus, sine hoc obscœnorum scriptorum lenocinio scientiam, stylum, eloquentiam non constare.

Si ego tibi, mi Aedese, Falernum capaci auro vel Araneus in gemmâ propinem, priùs tamen scedum araneum in vino, hoc generosi potùs carchesio commoluisse; responderè sine propinanti? Tantine apud te esset Opimianum vinum, vel rari artificii Chrysendeton, ut oculistuis certum periculum nunciantibus non crederes, sed allicienti gula pareres? tam fungi te & fatum non credo. Simillimum prorsus in his libris est: phrafis, stylus, elocutio velut aurea patera blandiuntur oculis: vestis insuper, libri, purpurâ & auro nitens, icones in æs incisæ, dictio vernans & florida, fabulæ etiam & factiores historiolæ, ritus prisici avi, velut vinum edentulum, & centum annorum Opimianum, invitant ad hauriendum, ad legendum. Sed cogita quam pinguis hinc innatet araneus: lascivia, obscœnitas, libido hinc latent; mors in hæc pocula ructavit: præstat hinc sitim ferre, quam mortem bibere.

B Libri certè inhonesti quavis colubrinâ sanie pestilentiores sunt & perniciosiores. Namque obscœnus scriptor, omnium horarum leno est, nõllòque non tempore ad impuros cogitatus, mortisq; invitatur & letali peste inficit, quos obsequentes habet, atque in exitium suum curiosos. Ita fit ut multò maxima sit horum librorum, & Librorum turpium picturarum pernicies, cum illi rectè sceditatis obscœnogenioso involucro alliciant, istæ tenaci oculorum visco rû scriptores quid. Castimoniam suaviter expugnent. Neque talium librorum auctores aliud faciunt, quam qui fontes publicos veneno inficiunt tot funerum rei, quot quot inde biberint.

§. II.

S Vrena, Parthorum Dux, Crasso unâ cum plurimo milite atque filiis interfecto inter prædam Aristidis Milefia reperit, & ob id Romanis plurimùm insultavit. Quid cacodæmon facier in morte, cum Ovidios & Amadisios &c. moriturorum oculis ingereret, quos sanis tantis studiis legebant, forsân etiam re divinâ ob id facile temerèque neglectâ. Scis, mi Aedese, quid olim Hebræi ad Romanum tribunal succlamant; *Non hunc, sed Barabbam.* Idem prorsus spurcorum scriptorum lectores faciunt, & grandi voce, hoc est, opere ipso succlamant: Non hunc, non libellum de Imitatione Christi, non stimulos Virtutum, non Claudium Viexmontium de Pœnitentiâ, non Dominicum Candelam de Virginitate, non Franciscum Brunum de Christo, aut Christi matre, non Ludovicum Grahatensem pro pierate plurima scribentem, non Franciscum Arias de imitandâ Beatissimâ Virgine differentem, non Ludovicum Richeomum de Peregrino Lauretano loquentem; non hos volumus, apage cum talibus. Sed neque Didacum Stelam de Mundi contemptu, neque Gabrielem Inchinum de omnium Novissimis, non opus Marianum Martini Deltii, non sacras meditationes Ludovici de Ponto; nullum horum, sed Barrabam, sed Amadisium Gallicum, copiosum illum & illustrem scriptorem, qui ultra vicenos quatuor libros cõscripsit. Da Heliodoros, Arbitros; da Madaurense, Faustos, hos volumus, non illos alteros morosos scriptores. Itâne vos, Christum & Christianas lucubrationes tam facile repudiare, admittere Barrabam, parricidas libros in exitium vestrum petere & fovere? Dixi jam supra, obscœnas has chartas ranis Ægyptiis similes, quæ absõno carmine perstrepebant in omnibus libris ni domo, ipsas etiam mensas scedabant, ipsa etiam cubricula turbabant. Ita sacra pagina: *Quæ ingredientur domum tuam, & cubiculum lectuli tui, & super stratum tuum vers. 5.* &c. Rectè, in stratum: nam & dormituro, imò & dormienti hæc tales obscœnæ ranæ sese ingerunt. Et hinc, mi

E c

Ædese.

Lib. 1. Inf. cul. 99.

Ecl. 1. 12. vers. 13.

Libri obscœni quid.

Matt. 1. 12. vers. 14.

Ranis Ægyptiis similes libris obscœni.

Exod. cap. 8.

Ædesime, etiam cum dormimus, sæpe culpâ non caremus: somnus etiam innoxiam nobis abit, quia cum vigilaremus, sine noxâ non fuimus. Et quæso, quæ tandem hæc nostra infamia est? jam proximius ardet Ucalegon, ac flammam vomit caminus noster, & nos resinam & oleum affusuri accurrimus. Quid opus, libidinem his libris accendere? jam antè sedit nimum quantum in humanis membris, à protoplasti letali morsu. Satius profectò foret vel oculis carere, quam illis tam malè uri.

§. III.

Lib. 12. An-
tiq. Iudæic.
c. 2. proxime
suam.

NARRAT Josephus, Theopompum mente motum fuisse, diebus triginta, quod fuisse circa legem divinam curiosior: Theodectæ verò potèr cum aliquid è sacro volumine tragediæ suæ inferere tentasset, oculos glaucitate suffulos caligasse. Quod si nec sanctæ quidem (sic loquar) curiositati sit venia, quæ erit impiæ illi & fœdæ? non bene conveniunt, nec in unâ sede morantur, Virginitas & Curiositas, hæc præsertim in lascivis paginis. Consultit sibi Nonnus poëta, qui Dionysiaca sua discepit, & stylum ad sacra convertit. Æneas Sylvius, dein Pius II. Pont. Max. dam illi virebant genua, quadam licentiose calamo in lucem dedit, quæ maturioris jam ævi, primus ipse iudex damnarit; plurimum etiam ut ea omnia suppressum iret, laboravit. Hinc ejusdem voces illæ & preces: Seni magis quam juveni credite: & Pontificem plures, quam hominem privatam facite; Æneam rejicite, Pium suscipite. Joannes Picus Mirandula libros amorum ab se compositos exulit. Novi ego, qui sub vitæ finem versuculos ejuscemodi molliores hoc versu damnarit:

ite mali versus, animam qui perditis, ite.

Ævo nostro, Laurætius Gambarà, Petrus Bembus, Franciscus Petrarcha, Torquatus Tassus, Petrus Ronardus, plures alii acerbè demum deplorarunt, quidquid olim calamo minùs veterando exararunt. Ita hi libri naspam tutiore sunt loco, quam cum in flammâ sunt. Sed ex te, quisquis ejuscemodi chartas revolvis, quæro: admittetne in aedes tuas lenonem aut lenoniæ artis vetulam? apage tu mihi hos tales hospites in honestâ domo, respondebis credo. Atqui, mi juvenis, obscæni libri & imagines omni lenone pejores sunt, ut qui omnibus horis pelliciant. Malus homo subinde boni consilii est auctor, at ex libro malo & lascivo honestatem nunquam condiscis. Hic, uti venenata bestia tolli potest, mutari non potest, idem semper & ubique sibi similis, pestilens, animorum corruptor, everfor candoris, pudoris, sanctitatis, universe virtutis; doctor proterviæ, inverecundiæ, lasciviæ, vitiorum omnium. Nulla Circe, nulla Sirenes, nulla Hydrâ aut Harpyia tam virosâ aut noxia fingitur, atque sunt impura volumina. Quare Concilium Lateranense & Tridentinum, à Christianis oculis & manibus, ea meritò severâ lege arcent. Si enim sanctissimus vir Hieronymus ad Christi tribunal flagellatum se asserit, quod Ciceronianus esset, quid D tu Catullianis, Propertianis, Amasianis, futurum censēs? **ÆDES.** Perluas, Partheni, nec differo quin hodiernâ aut crastinâ luce bibliothecam meam recenseam. Si quos hujus notæ libros reperero, expellam hospitio. Sed quid de picturis censēs, quæ cum veste honestatem exuerunt?

CAPUT VI.

Quartum INCONTINENTIÆ IN VITAMENTUM,
PICTURÆ INHONESTÆ.

PARTH. Quod de libris obscænis dixi, idem de picturis talibus affirmatissimè assero: pestem & venenum immittunt per oculos in animum. Cum tentatio deest, pictura supplet. Multa olim idola proponebantur

adoranda, quæ vel aspicere honesti oculi dedignantur. Ideo divina Sapientia clamat: *Initium fornicationis est exquisitio idolorum, & adinventio illorum corruptio vite.* Sap. cap. 14. vers. 12. Infani mortales turpitudinem, quam picti Dii Deaque præ se ferebant, eam ipsi honestatem interpretati sunt, nec sibi veritum credebant quod Diis licuisset: Ab his fontibus tales rivuli. Ab inhonestis picturis, facilis gradus est ad actus inhonestos. **ÆDESIM.** Nec tamen omnes ejuscemodi picturas damnabis mox ad Vulcanum ablegandas: quandoque artificio parcendum. Pictores & sculptores, hominem ideo sæpe fingunt investem, ut humani corporis eniteat artificium, quâ structuram, profus admirabile. **PARTH.** Quid? tu his patrocinare? quasi verò artificium pereat, nisi pereat pudor. Laudatissimi pictores fuerunt, qui tamen casto semper penicillo sunt usi. Quales Turianus & Tintoretus, Venetis; qualis Christophorus Schvarz Monacensis? eorum opera summi artifices etiamnum mirantur: ii numquam inverecundis coloribus pinxerunt. Tintoreti quidem opus, Christus à Romanis militibus crucifixus, in Venetâ Curia, sermone muto hodiè que concionatur. At verò Christophorus Schvarz, quidquid artis (ut ipse fallus) quidquid sensus, animi, affectus, venustatis habuit, in unam Beatissimæ Virginis sedentis & puellum filium genibus foventis imaginem ita consumpsit, ut sibi demum satisfecerit. Et hæc Monachii in aula Scholarum Societatis Jesu etiamnum spectatur. Sed (quod admirandum) nulli artificum est imitabilis, quamvis eximii pictores tentarint non semel parem effingere, successu tamen profus impari. Et hæc pictura eò nobilior, quò artifex ille ingenium omne atque artificium, non in amorum Deam, sed in Domini matrem pingendam impendit.

Pictores illi sine fronte, venatores simul sunt, sed diaboli: his talibus picturis velut retibus incautos oculos illaqueant. Incredibile, quantum malorum in Orbem invehant, lascivæ hæc imagines. Et tamen ubique panè locorum, hoc oculorum virus reperire est. In cubiculis, diætiis, cœnaculis, in hortis, fontibus, in propylæis, vestibulis, tricliniis, in ipsis poculis, in viis publicis; libros etiam cum eruditos, tum eos quos stemmarum vocant & amicitia, inficiunt. Et quor oculi ad hos scopulos fœdè impingunt?

§. I.

CALIGULA Romæ, publico epulo, servum ob detra- Sueton. in Caligulâ c. 32. & l. 7. in Gallâ. stem tradidit, ut manibus abscisus, atque ante pectus à collo pendens, præcedente titulo, qui causam pœnæ indicaret, per cœtus epulantium circumdiceretur. Sulpicius Galba numulario non ex fide monetam versanti, manus etiam amputavit, & ad pecuniariam abacum affixit. Digni profus hoc supplicio sunt pictores, qui ad eò veterandiæ obliviscuntur, ut plurimorum oculos in eandem secum trahant inverecundiam. Dignum obsecris pictoribus supplicium. Libros obscænos multi non legunt, quia non habent; imagines lascivas plurimi aspiciunt, quamvis eas non habeant. Et velut aviculæ quæ viscatæ virgis falluntur, quantò magis alas his applaudunt, tantò magis inhaerescunt; sic oculi hoc diaboli visco tenacius retinentur, quo diutius spectant. Certè vel ipsi idololatriæ picturæ tales minimè probabantur: si quis inter eos prudentior aut honestior, fœdas has oculorum illecebras plurimum semper detestatus est.

Aristoteles, in suis politicis: Cum verò, inquit, dicere quidquam tale interdixerimus, clarum est quod & aspicere, & picturas & actus deformes prohibemus: sit igitur cura magistratibus, nullam neque picturam, neque statuam esse talium rerum imitariem. Sed & mi optime Aristoteles, jam pridem vapulas, philosophia tua moralis dudum exulare iussa est, nos aliter mores

Multi lasciva sua scripta ipsi damnarunt.

Libri obscæni, lenone pejores.

Am. fuit.

Picti fuit. dicit. mit.

CAPUT VII.

Quintum INCONTINENTIÆ invitamentum. OCULI VAGI, CVRIO-
SI, EMISSITII.

mores instruimus. Si hodiè que fas tibi foret, ò mi Philosophæ, Christianorum ædes obire & pictas in iis tabellas inspicere, è plurimis ablegatam verecundiam omnem pronunciaris. Hæretici certè aded jam depuduerunt, ut Christi crucifixi effigiem cubiculari & hypocaustis ejciant, Faunos pictosque Cupidines, Veneres & Fortunas ad mensæ parietem affigant, ut unâ prandant & cœnent libidines. Sed nec in templis, Christi Divorūque icones turæ sunt; illinc etiam exturbantur, à mansuetissimo Calvini spiritu. Imagines lascivæ ratam patiuntur proscriptionem nec unius alteriusve loci exilium horrent, cum alibi tantò ampliore hospitio recipiantur. At verò castissimæ Catharinæ certamen, integerrimæ Ursulæ triumphus, verecundissimæ Agnetis victoria, tot mille fortissimorum martyrum depicta supplicia procul amandantur; evocantur contra ex inferis Deæ omnem impudicitiam professæ, eorum imagines sub aspectum collocantur, ut perire volenti, ubique pateat pereundi occasio. Indignum dictum est, à Christianis talia ex Orco monstra in pretio haberi, & Servatoris, Deiparæ, Divorum imagines, velut nescio quam idololatram sapiant, eliminari, & ex omni adium loco proferri: Beatissimæ Virginis effigiem nullâ domus parte tolerari, fœdissimæ Veneris imaginem loco editiore honorari.

§. II.

anno 1614. factum.

VNIUS è Sodalibus Matianis Ingolstadtii eximia virtus fuit in abolendo hoc malo. Compererat hic clam per urbem venire, à nescio quo propolâ, obscœnas imagines, quæ oculos honestos sequæ ipsas erubescerent. Constituit eas. adolescens tollere: abiit coëmptasque ad unam omnes, ne quos aspectu urcerent, flammis combussit: testatus, nihil se neque lucro majori emisse, neque dispendio minori perdidisse. O factum bonum & ad leges Pudicitia: Laceret, urat in verecundas imagines, qui discerpi non vult & comburi animus. Tales picturæ, mihi crede, sæpe pejores multò sunt colloquiis impuris: dictio dicta perit, avolant levissima verba; littera scripta manet, turpitudine picta perseverat, & ex his oculis in alios atque alios oculos sese infinuat. Ita, imagines spurcæ, aræ sunt diaboli, in quibus oculi, cogitationes, & cor huic Orci domino sacrificantur. Damnum, vix quisquam satis æstimet, quod ab impuris his simulacris inferitur, tam illorum auctori quam spectatori. Narravit mihi nuper celeberrimus chalcographus & pænè catalogum texuit eorum tantum pictorum atque sculptorum qui artificiosè quidem, sed inverecundè pinxerunt aut scalperunt; deum ad incitas redacti aut præmaturo funere sublati fuerunt miserimè. Aded nemo impunè vel conficit vel aspicit hæc libidinum irritamenta. Procul ergo, procul Aristidis vel Pausanias, aut etiam Nicophanis infames labores, quos meretricios pictores antiquitas vocabat, qui votum suum in picturâ consistebantur. Apagere hoc artificium quod oculis se vendit, & pudorem eripit. ADES. Pictorum causam, Parrheni, non agis. PARTH. Imò verò maximè, sed eorum quorum colores artificium monstrant, non lasciviam docent. ADES. Equidem tecum sensi, ut rem fatear, antequam ista in picturas inverecundas differeres: nec quisquam est, puto, tam ferreæ frontis, qui non fateri cogatur, has tales imagines concitandæ libidini plurimum facere. Et hoc tibi de me persuade, si quid ego minis verecundè pictum in museo meo, aut inter meos libellos aut in ceterâ suppellectile reperero, hodie in igne erit. PARTH. Sic oportet: melius est ardere telam aut chartam, quam animam. ADES. Sed promoveamus pedem ad vagos oculos.

Pictores & scalptores obscœni miseri.

PARTH. Inter libidinis invitamenta, posui *Vaga lumina*. Versiculum meum repeto:

Otia, mensa, libri, vaga lumina.

Libidinis malum non uno tantum ostiolo in animum irrepit: sæpe per aurium parulas portas, at sapius & pernitiosius per oculorum geminas fenestras ascendit. Vix opus hic testibus, malo nostro id experimur. Sanctissimum Prophetam David in duo ingentia scelera præcipitarunt incauti oculi. Vidit, & exarsit, factus adulter & homicida, solo lavantis mulieris aspectu. Ideo Job præcipitium hoc & metuens & cavens: *Pepigi fœdus*, inquit, *Job cap. 31. cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de Virgine. Quam enim partem in me haberet Deus desuper, & hereditatem omnipotens de excelsis?* Rectissime cum oculis fœdus pepigit, cum oculis enim paciscendum est ei, qui tueri vult Castitatem. Nam nisi oculi certâ lege & fœdere obligati sint ac constructi, nullum erit tam firmum Castitatis propositum, quod oculorum fraus vel importunitas, vel etiam negligentia & levitas non labefactet. Ephremi dictum est: *Aque ductus contractus perdit aquas; oculatorum procacitatem comprimeret, legem tulit tam severam: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam morchatus est eam in corde suo. Per Moysen, inquit Gregorius, luxuria perpetrata, per auctorem munditiæ Christum etiam cogitata damnatur.* Hinc tot monita, tot præcepta oculis data: Ne respicias mulierem, &c. Virginem ne concipias, &c. Averte faciem tuam à muliere comprâ, &c. Hinc illa multò prudentior quàm severior Zaleuci Locrensiū legislatoris lex de erudendis oculis adultero, ut qui sint adulterii vel duces, vel suasores. Oculum, primam amoris viam esse, non absurde dixit Lucianus. Oculus, Amoris principium est, Platoni: Amoris sedes, Philostrato:

Si nescis, OCULI, sunt in amore duces.

Propert. l. 2.

Ea, inquit Nazianzenus, oculi impudici & avidi attingunt, qua nefas est attingere: sunt enim organum avidissimum atque promptissimum. Hinc eleganter Basilii: *Lib. de vera Oculis, inquit, velut manibus incorporis, quidquid volumus, attingimus.*

oleg. 15.

§. I.

QVOD de Naphrâ, sulphureo bitumine Plinius: *Plin. lib. 2. cap. 105. Oculi Naphræ de ardentibus oculorum tradis, & concupiscentiæ igne affirmare licet. Ideo continenda omnino sunt lumina, ne alienam videant formam & pulchritudinem; est enim his oculorum ignibus cum pulchritudine maxime cognatio; transliunt in illam undecumque visam.*

Huic, inquit, magna cognatio ignium, transliuntque protinus in eam undequaque visam; hoc quoque de ardentibus oculorum tradis, & concupiscentiæ igne affirmare licet. Ideo continenda omnino sunt lumina, ne alienam videant formam & pulchritudinem; est enim his oculorum ignibus cum pulchritudine maxime cognatio; transliunt in illam undecumque visam. *Decor naturâ suâ, inquit Tertullianus, libidinis invitator est. ADES. At viri boni aut feminae pudicæ forma non feminae. PARTH. O mi ADESIME, multa bona sunt, multa sunt optima, sed non tibi, non mihi, non illi alteri. Susanna bona erat, & sancta, sed non solum illorum oculis: bona erat (puro) & honesta Bersabæe, sed non bona oculis David: bonus erat, optimus erat, Hebraeus Joseph, & tamen oculos dominæ adussit. Bona erat arbor Paradisi, sed suos illic oculos amisit Eva. Insani hominis est, oculos erudendos præbere, eâ tamen lege, si gladiolo eruantur aureo. Virginea forma gladiolus est aureus curiolo spectatori, sed oculos non minus perdit, qui sic perdit. Magnus ad concupiscentiam aditus est, hoc unum VIDERE. Nam, quod Clemens Alexandrinus*

Lib. 3. pe-

dag. c. 11.

lib. 3. pe-

dag. c. 11.

lib. 3. pe-

dag. c. 11.

lib. 3. pe-

dag. c. 11.

lib. 3. pe-

dag. c. 11.

lib. 3. pe-

dag. c. 11.

lib. 3. pe-

dag. c. 11.

lib. 3. pe-

dag. c. 11.

fapienter monet; dum lasivium oculi, calefcunt appetitiones. Sic prima fornicationis sagitta est oculus,

Virgil. 3.
Georg.

Non tam eleganter quam verè multis sapius occinendum. Cave tibi, tuisque oculis; cave animo tuo: Est mulier tactu viscus, visu basiliscus. *ÆDES.* sed revera difficile est, hos scintillantes capitis nostri orbiculos, tam severis semper legibus adstringere. Natura illos in capite, velut in animata turris vertice collocavit, tanquam speculatores, ut imminente malo reliqua membra præmonerent, & periculo subducerent. Ita oculi aperti sint necesse est, custodes enim sunt nostri corporis. *PARTH.* Non nego esse, sed de his custodibus, cum juvenale sepe quis querat.

Irven. sat. 8.
vers. 345.

Ergo faciant officium oculi, corpus custodiant, sed ita, ne hosti prodant animum, quem clausi aut modestè depreffi melius servabunt, quam hiantes & aperti. Erigere se volunt; cælum aspiciant; submittere terram tueantur. *ÆDES.* Non adèd pulchrum censeam sic dejecto semper vultu inter homines versari, quasi furti reum. *PARTH.* Imò verò pulcherimum; sed nec decentior alius Verecundiæ habitus est, quam oculos deprimere, & in terram figere. Et scilicet sanctissimo viro Ephremo, quid circa hoc, documenti dederit muliercula? *ÆDES.* Aveo scire, enarra sis.

§. II.

Sozom. l. 3.
hist. Eccl. 16.
Savins 10. 1.
Feb. 1. è
Metaph.
Ephrem
docetur
oculos
custodire.

PARTH. Edessam tendebat Ephrem, in viâ Deum sic precabatur: Domine, tu meum hoc iter sic dirige, ut primo urbis ingressu, in eum virum incidam, qui mecum disserat super iis, quæ sunt juvando & excolendo animo. Cùmque jam citatior gressu portæ immineret, secum ipse cepit disquirere, & quas viro illi quæstiones poneret, quæ primo, quæ loco ultimo interrogaret. Dum sic suis mersus cogitationibus incedit, eni tibi mulier levicula, sub ipsam portam illi fit obvia. Ephrem fixis in eam oculis, quasi emoræ mentis substitit: turbabatur nimirum vir sanctus hoc feminæ occurru, dolebatque votis Deum non annuisse; ita tristes & indignantes oculos in feminæ vultu statuit. Non minus illa, cum sic stantem obtutu acerrimo cœpit contemplari. Ubi sic inter mutuos aspectus aliquamdiu silentium tenuit, demum prior Ephrem, pudorem femellæ incusfurus: Non erubescis, inquit, procaculæ, tam fixis oculis me petere? Non erubescis, inquit illa, mi bone vir: licere mihi reor te aspicere, ex te tuoque latere sumpta sum. Tibi verò convenit, non feminas, sed terram matrem tuam aspicere, è quâ sumptus es, & in quam revertitur es. Audit Ephremus inexpectatam prorsus concionè, & ipse sibi tacitus dixit: *Hoc habes*, mi Ephrem, & nunc votis tuis satisfactam. Petisti à Deo vitæ magistram, & nactus es. Huic feminæ minerval debes, & gratias. Idem Deus viri, idem feminæ ore loquitur. Habes abundè satis in hunc diem, habes in multos annos quod discas, & exerceas: oculos custodi, feminis eos claude, terræ aperi, & sepulchrum circumspecte. Et nos, mi Edesime, aut cælo atollamus oculos, aut terræ defigamus: ita volare docendi sunt oculi, & repere; volare ad Deum, repere ad sepulchrum. Grande bonum, oculos tranquillè pudicos.

Et castigata collecta modestia frontis.

ÆDES. Pernitite, ut te turbem, & interfari liceat, & cur oculi in humani corporis formaturâ, ultimi omnium vitam accipiunt (sic fertur) & amittunt primi, cum moriendum? *PARTH.* Optime id constituit natura, ut quod majus est ipsorum periculum, èd minus sit nocendi spatium; & sapientissimè Deus, oculos sctus instrumentum esse voluit, ut quo vitiorum fordes hauriuntur, eodem per lacrymas diluantur. Nec enim amori tantum, sed & omnibus vitis in animum per oculos via

Oculi vitiorum omnium duces.

A est, ut rectè affirmat Fabius. Huic adulterium monstrat, huic incestum, huic domum quam concupiscat, irritamenta vitiorum ducèsq; scelerum sunt oculi, adeoque pars innocentie est cæcitas, quæ cupiditatibus innumeris via inciditur. Samson ille abstemius, & magno Dei dono natus, ut Dalilam vidit, perit; jam cæcus perditum robur reparavit, quod malè oculatus perdidit. Homo libidinis amans, compedes gerit in oculis quibus vinciat, gluten quo affigat, hamum quo inuncret, flammam quibus adurat, sagittas quibus confodiat, & suum animum, & aliorum. His compedibus vincus, hoc hamo inunctus, his flammis adustus, his sagittis confossus est Assyrius Holofernes; vidit Juditham, & *Ind. cap. 10.* vitam perdidit: *Cùmque intrasset ante faciem ejus, statim vers. 17.* captus est in suis oculis Holofernes.

§. III.

ALEXANDRI Macedonis non tam miror invictam dextram, quam pudicos oculos: Darii uxorem, *Libell. de* inquit Plutarchus, quia formosissima dicebatur, noluit *emissi.* in suum venire conspectum. Oculorum psetem quia prudenter timuit, fortissimè cavit; magis victor, Darii conjugem non videndo, quam Darium vincendo. Periclem Atheniensium principem hoc quoque nomine laudatissimum non transeo. Hic, cum in præturâ collegam haberet Sophoclem, ac is publico officio unâ diftrictus, prætereuntes pueri formam impensius laudasset, imperantiam ejus perstringens. *Pratoris*, inquit, *Valer. Max.* non solum manus à pecunia lucro, sed etiam oculi à libidinofo *lib. 4. cap. 3.* aspectu debent esse continentes. Væ nobis Christianis, supremi iudicii die: leges nostras tam exactè novimus, quam facile in eas delinquimus. Clamat legislator Christus: *Matth. 6. 18.* Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te: *vers. 9.* bonum tibi est unum oculum habentem in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Seria lex: sed apud multos petulantia oculorum ab ea non cadit; jocum putant, emissitios suos oculos, velut pecus suum, in omnem libidinem agere. Rari hodie Jobi vivimus, qui cum oculis sædus ineamus, ut ne cogitent quidem de virgine: Salomones potius sumus, & oculos nostros penitus exleges facimus. *Omnia*, inquit Salomon, *Eccl. cap. 1.* quæ desideraverunt oculi mei, non negavi eis. *vers. 10.* Et quam tu ab eo vitæ sanctimoniam speres, qui suos ipse oculos sic hortatur? Ite mei oculi, & quaquâ lubet, expatiamini liberrimè; licet vobis quidquid libet. Videre, ut intendo exatiamini pro cupidine; nullius jucundæ rei conspectum vobis eripiam: una vobis lex est, *LIBERTAS.* Ubi tanta oculis licentia permittitur actum est de animo. Vetus Patrum dictum: Incustoditus visus, incustoditæ mentis est nuncius. Et sicut domus munda non erit, cujus effractæ fenestræ omne genus avium admittunt: ita nec mens pura, si mentis fenestræ oculi, ad omnem pateant curiositatem.

§. IV.

ÆDES. Si tanta sunt animo pericula ab oculis, non immeritò sollicitus precatur David: *Averte oculos p. sal. 119.* meos, ne videant vanitatem. *PARTHEN.* Et nos, si Casti- *vers. 71.* tas & pudicitia nobis sit curæ, quotidie sædus cum oculis inire, quotidie Deum rogare insitemus: *Averte oculos meos, ne videant vanitatem:* juvabit Deus juvari volentes, sed seriò & constanter volentes. Scis quid *Aut. Lib. 5. C. 1.* Augustinus, de Alipio suorum sodalium optimo narret. *fest. cap. 3.* Averfabatur is omnem spectaculorum turpitudinem, Alipius sed cum ad amicorum blandissimos invitatus & preces oculis *vers. 1.* invisus, jam etiam traheretur familiari violentiâ: Ad amphitheatrum, inquit, non totum Alipium pertraheris; animus & oculi ibi non erunt; itaque absens adero. Venitur, considerat, fervet opus. Alipius oculos, ut staterat, comprimit; animum, quantum potest, avertit ad alta. Utinam & aures obturasset. Ita quidem

U
17

L
10
faci

Matth.
107. 2
Oculi
trenti
trued

dem cœpit, non ita finit. Subito ingens populi clamor coortus est: hic bonus Alipius curiositate victus, noluit esse cœcus amplius, nec erat jam ille qui venerat, sed unis de turbâ, ad quam venerat. Ita oculos diu pressos referavit, spectavit, clamavit, exarsit, abstulit inde secum infaniam, quâ stimulabatur non redire tantum cum illis à quibus antè trahebatur, sed etiam præ illis, & alios secum trahere. Hanc tamen postea infaniam, ad Augustini monita, ope divinâ correxit. Ad eod nunquam non orandus Deus: *Averte oculos meos, ne videant vanitatem.* Solent medici, cum morbos habent curandos sæviore, ægrum à quorundam ciborum non solum usu, sed & aspectu arcere, ne ulla inter os & oculos committatur proditio, purèque ager salubre sibi esse, quod sua ve futurum credit. Ita (è Cassiani sententiâ) is secum ipse agat, quem blandiens Caro sæpius infestat; oculos à regratâ quidem, sed noxiâ, constanter abducatur. Nam, Augustino teste, *solus aspectus via recta est ad opus.* Oculi raptores ad culpam, ut Gregorius loquitur, *prevertendi sunt rationis imperio; & maturè, obductus quasi valvis, ab aspectu cohibendi.*

§. V.

VXorem Lothi, vel etiam hac de causâ, exemplo tam inusitato punitam arbitratur Ambrosius, quod urbem impudicam & gentem lascivam, regressis illuc oculis esset intuita. Quandoque non eruendus tantum est oculus, sed & projiciendus: *erue eum & projice abs te.* Sunt qui petulantiorum oculum eruunt; sed minime abjiciant: libidinem aliquamdiu intermittunt, sed libidinis occasiones non fugiunt. Non ita castissimus Joseph, qui oculum eruisse non contentus, eum etiam à se projecit: favores dominæ atque minas, non tantum contempsit, sed & blandissimâ vi trahentem elusit, profugitque abjectâ veste. Quor castissimi homines, non tantum eruunt, sed ita projecterunt curiosiorum illum, & *condalizantem* oculum, ut nec matrum quidem vel sororum conspectum sustinerent. Pior Ægyptius, ipsis quinquaginta annis solitudinem habitavit, Angelis quam hominibus notior, vix demum Obedientiæ lege compulsus, ad speluncæ limen prodit, & à fore ore an se conspici passus est. Huic complures alii, ob eandem oculorum verewardam noctem, annumerandi. Nec defuerunt cui oppidâ severas, & sanguine scriptas leges oculis suis dictarint.

Lucia oculi eruunt facinus.

Lucia, religiosissima virgo, facinus retro sæculis inauditum est ausa, & ab hoc NICETA nostro non multum inferior. Auduit illa, impurum amatorem à suis oculis pestem traxisse & uti; nec diu cunctata: Itane, inquit, meos ille oculos ardet? Rex Britannorum? adeone illi placent mei oculi? oculos meos habebit. Mox utramque hanc lucentem stellam à cælo suo revulsit; oculum utrumque eruit, & proco transmisit, maluitque perire sua quam se. An non Domini legem, *erue eum & projice abs te*, fortissimâ simplicitate servavit? non eruit? non D proiecit? nec unum tantum; sed ambos oculos, etiam insontes, non quod deliquerint videndo, sed ne visi alios juvent delinquere. Amans Castitatis nec videre vult, nec videri; oculos cæcitate sanctâ castigat.

§. VI.

ADES. Ah, quantis nos intervallis absumus à tam illustri & forti pudicitia oculorum? PART. Sed nec opus ut ferro scrutemur, & eruamus oculos: *claudere*, & eruitis; *contine*, projecisti: præstabit, olim, fuisse luscum & cælo recipi, quam vagis oculis liberè usum, & gehennæ addici. Nimis quàm clarè legislator noster edicit: *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum & projice abs te: expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam.* Lucie factum fortasse non sit imitabile, habemus & alia quæ

Math. c. 5. v. 29. Oculi continentia eruendi.

Tom. I.

A imitemur. In rebus gestis S. Caroli Boromæi admiranda sunt multa, inter prima non immeritò numerem illud. Habitavit vir sanctus aliquanto tempore ad forum, ubi ob hominum frequentiam, largissimum semper pabulum habere potuisset curiositas; sed ad eod ille fluentem ad omnia curiositatem avertatus est, ut non tantum totos dies ad fenestras non combusserit (qui plurimorum sæpe mos est) sed nec horas, nec horæ partes prospiciendo consumpserit, imò prospexit nunquam, ac si desertum, aut carcerem habitaret æternæ noctis damnatum. Hunc, mi Ædesime, hunc virum, oculorum suorum dominum appellemus, quem constat & affectum fuisse, & magnum sui in omnibus victorem. Viris non cedit sexus infirmior.

Sara virginum sacrarum Antistita, in monasterio agebat Scythiatico; quod loco non inamæno sitam limpidiſſimum fluviolus allucebat. Amnis hoc placiditate ibat illimis, & perlucidus undis crystallinis, per quas numerabilis altè calculus omnis erat; viridis margo mitissimum hunc amnem ad oculorum amœnitatem vestiebat: quisquis vidit, laudavit hoc tam leniter ambulans vitrum. Sara argenteam hanc aquam commendari sæpius audivit, & ut sit, videndi cupiditatem ei fecit laudantium multitudo. At illa potens sui, suorumque oculorum verè domina & imperatrix, hanc ipsa sibi legem statuit: Rivulum illum præter labentem ut videas (ajebar illa secum) nulla necessitas cogit, ad perennes super astra fontes pervenire poteris, illo non viso. Sunt in orbe majoris amœnitatis plurima, quæ tamen tuos oculos nunquam attingent, inter hæc sit & iste rivulus. Quare sermò tibi edico, fenestram ad hunc prospectum nunquam aperies. Dixit, & fecit: atque annis sexaginta proximè hanc aquam habitavit, eam tamen spectavit nunquam. Ab hoste non potente certamen longum & difficile, victoria illustris, quam obtinuit oculorum continentia. Hoc ferro fodiamus oculos, C *Continentiâ.* Quæ tunc religiosior sit necesse est, quò majus ruinæ ac lapsus est periculum.

§. VII.

ET nunquam audisti quid monastico non inventum moncat faciendum, cum oculis periculum est, ab illice mulierum formâ? Attende; cano.

Quid facies, facies Veneris si veneris ante? Non sedas, sed eas; ne pereas per eas.

Capis? si virginei vultus elegantia oculos tuos incipiat laceffere, tu aut abi aut peri: qui abire non vult, vult perire. **ÆDESIMVS.** Oculos claudam, & manebo. **PARTH.** Claudere potes, sed & recludere potes, quamdiu manes. Bonum est operire oculos, optimum & tutissimum abire. Alipius cautè se gessit in spectaculis; sed non constanter: diu affedit cœcus cum laude, hanc tamen omnem perdidit, vitiosè oculatus in fine. Nimis quàm sæpe Alipii sumus, oculis fidimus, & imminente periculo, modestè in latebras recessuros speramus. Fallimur; hi proditores tunc minimè servant fidem, cum maximè deberent. Oculis ergo ne fide; bonum est illos claudere, & persuadere ne velint videre, sed melius est & longè tutius, illos abducere, ne possint videre, et si velint. Bernardus, anrequam Religioni se addiceret, feminam semel fixioribus oculis est intuitus: mox, ut ad se rediit, ad eod suam ipse curiositatem erubuit, itaque exarsit hanc in se quàm celeritè vindicare, ut neglectâ longiore deliberatione, rigente cælo, aquæ gelidissimæ stagnum insilierit. Hic collo tenus usque eod constitit immersus, dum exanguis pœnè conglaciaret. Ita omnem in se libidinis calorem extinxit.

Habes, NICETA, sanctissimum tui facinoris æmulatorum, qui licet linguam dentibus non convulserit, licet cruento bolo non pugnarit, Cupidinem tamen egregiè triumphavit, & ob unicū molliorem flexum oculorum, omnia

Ab occasione abire optima oculorum custodia.

Pœna ob oculos male custoditos.

omnia corporis membra ad pœnam rapuit, seipsum fortiter expugnavit, & vicit. Hoc est oculos docere alienâ formâ non lædi. Sed ab oculis ad os descendamus.

C A P U T VIII.

Sextum INCONTINENTIÆ invitamentum. VERBA PRÆTEXTATA & IMPUDICA.

1. Cor. c. 15. vers. 33.

Nolite seduci: corrumpunt mores bonos colloquia prava. Ah, quanti juvenes hac unâ peste perierunt, qui venenum, quod forè respuebant oculis, hauserunt auribus. Et uti parum interest quâ parte letalis plaga veniat, si mortem inferat: ita non multum refert, per oculos an per aures pereas, modò pereas. Ægyptii, Harpocrati facturi, clamabant: *Lingua fortuna, lingua demon.* Vita & Mors, verè in manibus lingua sunt; & plerumque aut Angelus aut diabolus illam infidet.

Plurarch. de Isr. & Osir. Prov. cap. 18. vers. 21.

Lingua lasciva, sepulchrum patulum spurciatæ & fœtoribus plenum: *Sepulchrum patens est guttur eorum.* Miratur hic Chrysostomus, quòd, cum cadavera terræ mandentur, & ne vicino putore nos ledant, alè defodiuntur, verba tamen putida, lasciva, obscœna toties eruantur è pectore; & sæpe pluribus audientibus, ut damnum latius serpat, in medium efferantur. Sepulchrum patens & fœrens, os impurum. O mi Deus, quantus ubique horum sepulchrorum numerus! *Orbem, Ædesime, percurrere, domorum angulos rimare, ubique ferè repèries procaciores linguas, quæ non otiosa tantùm, sed & fœda ac spurca instillent auribus; ubique sibilant hi colubri, ubique fermunculi, ad quos honesta frons se contrahat.* Hieremias jam olim querens: *Attendi, ait, & audivi, nemo quod bonum est loquitur.* Tale profus est nostrum hoc ævum: aded ut si quis immundissimi mundi penitus deserendi causam non habeat aliam, hæc satis impellat ad fugam; scilicet exire tot impudicos ac spurcos sermones. Ab urbibus jam pridem exulat Verecundia verborum; quandoque vix satis tuta in religiosorum penetralibus. Quamvis in his nunquam putem audiri talia, & non puniri. Inter profanos verò tanta verborum turpido, quanta libertas; tanta obscœnitas, quanta licentia & impunitas: vix uspiam invenias qui vel verecundo gemitu, aut severiore aspectu flagellet has colloquiorum sordes.

§. I.

AD ES. O mi Partheni, tu nunquam in novos mores resinges mundum, risum ferunt & plausum, non gemitus, nupta hæc & prætextata verba. PARTH. Hoc est quod queror & doleo: *Letantur cum malè fecerunt, & exultant in rebus pessimis.* Augustinus in seipso suisque sodalibus gravissimè hoc damnat; mutuis illi sese adhortationibus urgebant: *Eamus, & faciamus, & pudet non esse impudentem.*

Proverb. c. 2. vers. 4.

Lib. 2. conf. c. 2. & 9.

Divina pagina, verborum alioqui parcissima, huic tamen sermonis petulantia castigandæ omnem exprimit faciendam: *Lingua, inquit, constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam navitatis nostræ, inflammata à gehennâ.* Spurci sermones verè sulphuracæ tædæ sunt ex inferis, quæ mentes, etiam castas & pudicas, nonnunquam provocant ad impuros ignes. Cognata profus sunt, turpia dicere, & turpia facere; & propter agitur quod libenter auditur. Melleus scriptor Bernardus: *Vti sunt, inquit, elingues & muti, sic etiam sunt facundi & loquaces diaboli;* inter hos significet esse lascivus demon, cujus officium est, colloquia his verborum spurciis aspergere, in verecundos sales ubique miscere. Guilhelmus Petaldus, vir egregiè doctus & sanctus, Lugdunensis Antistes, hos tales sermones, *diaboli*

Serm. de 7. spirit.

Iac. c. 3. v. 6.

sputa, rectissimè vocat; nimirum suo rem titulo pro- Impudici ponit. Omnino diabolorum vomitus, & sputa sunt, sermones, omnes hæc verborum fœditates. Nec aliud agit impurus fabulator, quàm ut os suum diabolo locet pro nido; è quo quid boni speres, quid honesti? Verborum turpium licentia, omnis impudentiæ nutritrix est. Neque hoc in loquentis tantùm perniciem vergit, sed eos etiam qui hæc talia loquentem audiunt, aspergine lutulentâ inficit: paulatim pudor omnis per verba discutitur. *Vnus est, inquit Bernardus, qui loquitur, & unum dumtaxat verbum con-* Quam vatic nocet. *profert, & tamen illud unum verbum, uno in momento, audientium, dum aures afficit, animas interficit.* Sed forè Pe- Serm. 24. in Con. raldos aut Bernardos non audias, alium oppono, cui nefas contradicere. Divinus Paulus, severè hic imperat, *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat.* Et ut scias quem maximè sermonem malum nominet: *Fornicatio & omnis immunditia, aut avaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos; aut turpido, aut stultiloquium, aut scurrilitas quæ ad rem non pertinet.* Observa, nec nominetur in vobis. Nam uti optimè Tullius: *Pudici, ait, etiam cum de impudiciâ loquuntur, erubescunt, & si quidem rem odisse debemus, ipsa etiam rei nomina nobis sunt averfanda.* Quod enim loquimur, non immeritò & cogitare, & concupiscere arguimur, è laborum scissurâ febris argumentum sumunt medici: è verborum turpium mentem impudicam haud vanè conjectamus. Et quamvis omnis loquacitas pudori sit inimica, devehit enim curiositatem libidinum vehiculum, eâ tamen præcipue est, quam Paulus immunditiam & turpitudinem vocat: *simulque rogans: Et nolite, inquit, contristare Spiritum sanctum Dei.* Obscœni oris homo tam est odio Superis, ut vel ipsum lætitiæ auctorem Deum, afficeret tristitiâ; si eâ Deus posset affici.

§. II.

C Alvinianam illam pietatem meritò detestamur quæ sacros calices in profana pocula liquat, eaque impudicis ex Ovidianâ metamorphosi fabellis insignit. Et putes tu, mi Ædesime, Deo probari si quis ore suo, per quod dominicus Angelorum panis toties inferitur, petulanter abutatur ad narrationes, jocos, cantiones Venereas, & animi sui vestibulum, quo divina Eucharistia excipitur, in lupanar muret & prostibulum diaboli. Fœdum piaculum: linguam cœlestis epuli sedem, Venereis facere interpretem. *Propter hæc venit ira Dei.* Et serum nimis est in flammis clamare, *ut refrigeret linguam meam.* Neque tantùm cruciatur lingua, quòd nimium eduliorum admiserit edendo, sed quòd nimium verborum profuderit garriendo: nam *prima, inquit Gregorius, malè convivantibus famulatur culpa loquacitatis, & plerumque parum castæ.*

Ad Ephes. c. 3. v. 7. Luc. cap. 16. vers. 14.

Petrus Damianus tam sanctus quàm facundus, linguam lascivam eleganter turdo confert, cui idem quod scivaturdo alimento, hoc etiam exitio est: nam ex eo quod edit & sumpserit, viscus provenit, quo & ipse & aves ceteræ capiuntur: ita profus impudicè garrulus viscum excernit ore, quo eum stigii aucupes affigant. *Condemnabit te os tuum, inquit Jobus, & labia tua respondebunt tibi.* Plinius sterilescere affirmat oleam, si eam capre lingua tondat, etiam lambat tantùm. Sanè si ovidus caper talis, illoti oris homo, colloquiis interveniat, juvenum animos velut adolescentes oleas facillimè ita corrumpit, ut, quod semel malè audierunt, ejus per omnem vitam pessimè recorderentur: quod libenter auditur, celerrimè excipitur, eoque gravius nocet, quòd suavius instillatur; & quamvis non statim officiat, semina tamen in animo relinquit, sequiturque auditorem resurrectorum postea malum.

Job cap. 15. vers. 6. Plin. lib. 17. c. 8. & 17. cap. 24. Capræ similes impudicus fabulator.

Bernardinus gente nobilis, patriâ Senensis, tam verecundus à puero fuit, ut quoties fordidum ejuscemodi verbum audisset, non aliter colorem duceret, quàm si quis ei vultum colapho percurrisset. Unde coarxi quæri, si quando

Eni

2100 ju. vers

Ad Ephes. c. 4. v. 29. Ibidem c. 5. vers. 5.

Ad Ephes. c. 4. v. 30.

i. T. vers

Pro vers. capi vers. Erit vers. Sar. de S. rior. Veri obis pini Deo Matt. vers.

Lingua lascivaturdo similis.

Zach. I. h. 26. de S. R. 447 ho.

si quando fordidè locuti, viso eo : tacete, dicebant, tacete; Bernardinus venit. Utinam, ô utinam plures hoc ævo Bernardini sint, qui acetum portigant, ore tam illo garrientibus. Sed, quod miraris, etiam inter idololatrias hoc acetum venale fuit. Epictetus: *Periculosum est, inquit, ad oris obsecantem progredi.* Cùm igitur tale quippiam inciderit, objurgabis eum qui talem sermonem injecerit; aut taciturnitate saltem, & rubore vultûque ostendes, eam tibi orationem displicuisse.

*Nil dictu sedum visique hæc limina tangat;
Intra quæ puer est. Procul hinc, procul inde puella
Lenonum, & cantus pernoctantis parafiti.*

Et verissimè Plautus: Ego, inquit, illum periisse dico, cui perit pudor. Ergone, ô bone Jesu, ô judex orbis, etiam ab idololatriis apud tribunal tuum damnabimur! ergo etiam hostes tui sententiam in nos dicent? perimus, nisi nos vel hinc etiam perire sentiamus. Vicinum est exitum, ni illud caveamus omni verborum circumscriptione.

§. III.

ADES. Partheni, rigidus censor es in has proterviores linguas & nefas per te liberiores facietas serere. **PARTH.** Non per me, sed per Christianam legem, & quasi verò factus esse nemo possit, nisi & lascivus sit: sæpe, dum facietas aut urbanitatem affectamus, modestiam exuimus. At, ea demum jucunda nobis sint, quæ honesta. Sed multi, ut flagitium honesto nomine preterant, istam oris spurcitiem; aulicam comitatem appellat. Hoc est bis peccare, peccatum virtutis titulo vendere. Paulinum, in dè divinum tibi edictum iterum

2 Tim. c. 2. occento: Profana autem & inaniloquia devota, multum enim proficiunt ad impietatem. Neque in hoc hæreticorum sutelis & fallaciis, verborum spurcitiis multum impar est. Sermo eorum ut cancer serpit. Cancer, seu, gangræna, horribilis & edax morbus, vivas carnes scædè depascitur: ita profus petulantiores hæc narratiuncula, fabulæ, cantiuncula nimium quantum serpunt, &

Prov. c. 11. quidquid casti pudoris reperiunt, vitiant. Abominaciones vers. 26. Domini cogitationes mala, & purus sermo pulcherrimus. Qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteriet illum corruptus judicium. Non abscondit se ab omni sermo.

Refert Surius, Wallericum Abbatem iter fecisse hieme, & frigoris sævitie compulsum, è viâ divertisse in aedes hominis quem minime profanum credebat. Sed hîc multo acerbius frigus vitium optimum excepit, ubi nec scintillam divini amoris reperit. Paterfamilias & loci judex, non in otiosos tantum, sed & obscenos sermones trumperæ cœperunt. Hîc Wallericus: utique,

Matt. c. 12. ait, Evangelii legem meministis; quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die judicii. At effrontes illi monitore cachinno eludere, audacius loqui & scædiora etiam effutire. Cùm iterum Wallericus: Volebam, inquit, calor hîc aliquid haurire corpori fovendo, sed linguæ vestræ gravius adurunt quam ullum frigus; expellor, vos videritis, qui hanc oris impuritatem ad Dei tribunal purgetis. At illi, Ire modò bonis avibus, ut qui etiam invocatus venisset; nec ullus nostrum, inquit alter, penulam tibi scindet ut maneat, abi licet, abi. Sed & abeuntem dîcteriis impuris impetebant. Non distulit ultor Deus, & obscenam linguæ petulantiam vindictâ manifestari castigavit; illum quidem cæcitas, hunc inguinaris lues invaluit; urgebant miseri, & jam revocatum volebant, quem linguas ejecerant: frustra. Hunc scæda corporis putredo citò extinxit, ille diutius vixit, sed productiore supplicio cæcus.

§. I V.

Non immeritò Rodolphus Episcopus Eugubinus, vir sanctissimus, fratrem suum natu juniores, Pertrum, flagellari, & quadraginta diebus, omni vino ab-

stinere jussit, quòd in familiari colloquio verbum lascivius protulisset. Elzearius Comes Ariani dynasta intergerrimus, has aulae suæ leges condidit.

1. Diebus singulis rei divinæ interesse.
2. Singulis hebdomadibus de peccatis confiteri.
3. Singulis mensibus divinam mensam accumbere.
4. Aut castè vivere, aut dômò cedere.
5. Nò tesseri ludere, nec alio simili lusu se oblectare.
6. Juramentis, verbisque inhonestis ac turpibus peccatis abstinere.

O præclatæ leges & dignæ quæ ad omnium ædium valvas figantur, unde & juvenes senèque discant, & magis sapere, & cautiùs loqui. Mature igitur, animum & os ad omnem verecundiam is componat, cui curæ est Castitatis eminentissima nobilitas. **ÆDES.** Sed quid in mensâ, in convivii, in circulis, in pluriùm consessu faciendum, cùm hæc verborum sordes plenis faucibus sparguntur? **PARTHENIVS.** Nostri quid suadeat

B Siracides? *Sepi aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire.* Claudendæ sunt aures impuris vocibus, & quidem primis. Nam cùm initium fecerunt admittæque sunt,

plus audent. Qui sermones spurcos non invitis auribus admittunt, ii castaneis similes sunt, sed in ignem conjctis & violatis, quæ veste jam scissâ non se produnt, non crepant, non subsiliunt, quod tamen faciunt integra, & quantum tunica nondum rupta est. Ita profus ii quos libidinis ignis jam adussit, cùm lasciva audiunt, nihil obstreput, non reprehendunt, tacent, subrident, nec frontem contrahunt, & quàm hæc talia sibi non displiceant, improbo silentio satis ostendunt. His longè deteriores sunt, qui spurcè loquentem non tantum benignè audiunt, sed & juvant, atque de suo addunt, faciuntque huic vesti propudiosam laciniam. Diogenes observans duos è scholasticis in viâ sermonem & capita conferentes, interrogavit alterum, in quod colloquium cum altero venisset; cùm is quid sibi narratum esset, ex-

Cponeret, utriusque plagas infligi jussit, alteri quod tale quid narrasset, alteri quod audisset. Rectè factum. Nec Christianis hoc ignarum, quandoque tam graviter delinquere audientem quàm recensentem. Et quod de obtreccionis vitio, hoc etiam de impuro sermone verè dicetur: diabolum æquè in obtreccionis ore, quàm in auditoris aure desultare: idem hîc, & dicere talia, & audire, piaculum est.

O Clitomache! O nobilis athleta ubi es, qui si quis sermone iniecerit amatorios, surgere solebas & abscedere? Ita, si quis importunior prætextata verba jaciatur, repercutias illum sæviore ut minimum vulcu, aut cum Clitomacho subtrahas te ab ore impuro, si quidem carere velis hac aurium maculâ. In perpetuâ apud te statione tubor excubet, verecundiæ signum. Castimonia præambula certaque testatio: ostendit saltem & tibi displicere, quod Deo nunquam placere potest. Paulum tibi dentio huç sisto: *Nunc autem,* inquit, *deponite vos omnia: iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro.* Extremum hoc commendat, ut altiùs infigat, Mirum? erupturam tullium comprimimus, & scædissimam hanc salivam vi erumpimus, eaque omnium aures conspuimus. Adesime, sicut censorius Dei oculus ubique nobis observandus, ita censoria Dei aures nunquam non metuendæ: sic loquamur, ut sermo nostro, si non eloquentiâ, saltem pretiosus sit verecundiâ.

CAPVT IX.

Septimum INCONTINENTIÆ invitamentum. MALI SOCIJ.

VTi speculum, etiam terribissimum maculam trahit ab anhelitu: sic homo cetera optimus & castissimus, sum;

Enchir. c. 55.

Invenal. sat. 14. vers. 44.

2 Tim. c. 2. vers. 17.

Prov. c. 11. vers. 26. Sapient. c. 11. vers. 8. Eccli. c. 24. vers. 20.

Matt. c. 12. vers. 36.

Zach. Lippeloo 26. Junij de S. Rodolpho.

Idem 27. Septemb.

Obsceni sermones ne audiendi quidem. Eccli. c. 28. vers. 28.

Plutarch. 1. 7. c. 7.

Coloss. c. 3. vers. 8.

Mali confortium contagio-

Eceli. c. 13. vers. 1.

mus, à malorum societate navos recipit. *Qui communi-
caverit superbo, induit superbiam.* In quibusdam corporis
moribus vehemens est contagio, sed nihil contagiosius
est corruptis moribus: facillimè hi addiscuntur, adhæ-
rescunt, transfunduntur ab uno in alterum. Mali mo-
res, contagiosissima lues, nec ullus efficacius persuadet,
quàm qui vitia docet exemplo. Verissimè Seneca: Ver-
sat nos, inquit, & præcipitat traditus per manus error,
alienisque perimus exemplis. Nemo sibi tantùm errat,
sed alii erroris causa & auctor est. Primævum hoc ma-
lum est. Vix Eva deliquit, & mox in societatem peccati
attraxit maritum. Hæc omnium ferè vitiorum natura
est, nolle solum esse, sed velle cum socio atque comite
perire. Age cum improbo, & brevi senties, quàm blandè
invitet ut sequaris, quò ille præit. Proclamat Moyses:
*Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere
quæ ad eos pertinent, ne involvamini in peccatis eorum.* Idem
proclamat & Isaias: *Recedite, recedite, exite inde, pollutum
nolite tangere, exite de medio eius.*

Ntini. c. 16. vers. 26.

If. cap. 52. vers. 11.

*Ægyptius servator Joseph tam exosus est improbo-
rum societatem, ut nec mortuus quidem, inter eos mo-
rari sustinuerit. Ideo suos ex Israël heredes iurejurando
adegit, ut, si quando Ægyptum migrando desererent,
secum inde cadaveris sui reliquias aptarent. Voluit
magnus hic Ægypti prorex, nec cineres suos illaudatæ
familiaritatis noram contrahere: & uti Ægyptios mores
non probabat imitationi, sic nec terram sepulturæ:
confortium malorum omni modo fugiendum judica-
bat. Cæcitur, qui tetigit piecem, inquinabitur ab eâ. Unicus
pravæ vitæ juvenis, quàm plurimos potest corrumpere:
sicut grex totus in agris.*

Eceli. c. 13. vers. 1. Invenit sat. 2. vers. 80.

*Vitius scabie cadit, & porrigne porci
Vidæque conspectu à livore trahit ab uvâ.*

Pastoris est, morbidam ovem illico separare, ne dum
parcit oviculae, perdat gregem: cauti hominis est, om-
nem declinare amicum, omnes fugere socios; qui labem
moribus affricare possint. Ea enim rerum natura est, ut
cum bonus improbo se jungit, non improbus à bono
emendetur, sed bonus ab improbo contaminetur. Inter
malos bonum esse, est contra torrentem natare. Quod
quândoque fieri posse non negarim, sed tam difficulter
quàm rarò. Verissimè Romanus Sapiens: *Sumuntur, in-
quit, à conversantibus mores: & ut quedam in contactus cor-
poris vitia transfiliunt, ita animus mala sua proximis tradit.*
Ebriosus, convictores in amorem vini traxit: impudi-
corum cæcus fortem quoque & silicium virum emol-
liit: avaritia in proximis virus transtulit.

Sen. lib. 3. de ira cap. 8.

Ovid. lib. 2. de art.

Dum spectant lesos oculi, leduntur & ipsi.
Idcirco, mihi Adesime, melius est habere malorum
odium quàm consortium. Nemo vitiosus non aliquid
nobis vitium aut commendat, aut imprimit, aut ne-
scientibus allinit: sunt vitia quæ commendantur exem-
plo, alia imprimuntur sermone, plurima allinuntur
conversazione, tutissimum est omnes suspectæ vitæ
amicos ac sodales cavere, & discessionem ab iis maturè
facere: proximus periculo, diu tutus non erit: *qui amat
periculum, in illo peribit.*

Eceli. cap. 3. vers. 27.

§. I.

Proinde fugiendum.

MInuta quædam animalia, ut ait Phædon, cum
mordent, non sentiuntur, adeò tenuis illis & fal-
lens in periculum vis est, tumor morsum indicat. Idem
plerisque omnibus in conversatione malorum evenit:
non deprehendant quemadmodum, aut quando sibi
nocuerint, nocuisse deprehendunt. Ideo beatus Paulus
severè interdicens: *Ne, inquit, commisceamini fornicariis:*
v. 9. & 11. scripsi vobis, cum hujusmodi nec cibum sumere. Idcirco, ante
circumspiciendum est, quibuscum edas aut bibas, quàm
quid edas aut bibas. *Nescitis, addit Paulus, quia modicam
fermentum totam massam corrumpit?* Omni ævo sic fuit:
cum perverto perverteris: Salomon, patrem induens sa-

1. Cor. cap. 5. v. 9. & 11.

Ibid. v. 6.

A pientissimè monet: *Fili mi, si te lactaverint peccatores, ne Proo. cap. 1. acquiescas eis. Si dixerint: Veni nobiscum &c. Servum mitte v. 10. 14. 15. nobiscum, marsupium unum sit omnium nostrum. Fili mi, ne & 16. ambules cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum, pedes enim illorum ad malum currunt. Viva vox & convictus ad docenda vitia, & suavis & potens est persuasio: habet enim vim præcepti frequenter aspici, audire frequenter. Socium ergo improbum aut imiteris necesse est, aut insecteris: utrumque vitandum est; ne aut malis similis, aut multis inimicus fias: malorum enim ubique pluri-
mos invenies. Cum his versare, qui te meliorem facturi sunt; hos admittite, quos tu potes facere meliores, aut illi te. Aequalium quidem usus dulcior, sed senum aut hominum religiosorum tutior est. Mulierum familiarita-
tem damnat Basilius, non quia ipsæ sint malæ, sed quia earum familiaritas: *Danda, inquit, est opera, ut mulierum Basili. in c. 1. colloquia funditus fugiamus. Memento semper, ait Hierony- mon. cap. 4. mus, quod paradisi colonum de possessione sua ejecerit mulier. Ad Depo- sitan. S. Greg. 1. 4. dial. cap. 11.**

B *Remove paleas, nondum extinctus est ignis* clamat Ursinus. **ÆDES.** Liceat interfari: sæpe ardua nimis erit hæc dis-
cessio à conjunctissimis sodalibus. **PARTH.** Sic ardua, quia tamen necessaria, omnino facienda est. Arduum remedium est ut vitam ferves, brachium aut crus dare præsecandum: Christi tamen præceptum esse non ne-
gabis: *Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, absinde Matth. 18. eum, & projice abs te. Quid sibi conjunctius quis habet, quam sua membra? ea tamen sæpe sunt amputanda, immedicabile vulnus ense recidendum est, ne pars sincera tra-
hatur. Sic & amicus, Adesime, sic & sodalis aut socius quicumque amputandus est, si tibi noxius est. Quid hic cunctandum? multo melius est, familiaritatem amico quàm Christo renunciare, & jacturam facere amici-
tiæ potius quàm animæ.*

Remove paleas, nondum extinctus est ignis clamat Ursinus. **ÆDES.** Liceat interfari: sæpe ardua nimis erit hæc dis-
cessio à conjunctissimis sodalibus. **PARTH.** Sic ardua, quia tamen necessaria, omnino facienda est. Arduum remedium est ut vitam ferves, brachium aut crus dare præsecandum: Christi tamen præceptum esse non ne-
gabis: *Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, absinde Matth. 18. eum, & projice abs te. Quid sibi conjunctius quis habet, quam sua membra? ea tamen sæpe sunt amputanda, immedicabile vulnus ense recidendum est, ne pars sincera tra-
hatur. Sic & amicus, Adesime, sic & sodalis aut socius quicumque amputandus est, si tibi noxius est. Quid hic cunctandum? multo melius est, familiaritatem amico quàm Christo renunciare, & jacturam facere amici-
tiæ potius quàm animæ.*

Remove paleas, nondum extinctus est ignis clamat Ursinus. **ÆDES.** Liceat interfari: sæpe ardua nimis erit hæc dis-
cessio à conjunctissimis sodalibus. **PARTH.** Sic ardua, quia tamen necessaria, omnino facienda est. Arduum remedium est ut vitam ferves, brachium aut crus dare præsecandum: Christi tamen præceptum esse non ne-
gabis: *Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, absinde Matth. 18. eum, & projice abs te. Quid sibi conjunctius quis habet, quam sua membra? ea tamen sæpe sunt amputanda, immedicabile vulnus ense recidendum est, ne pars sincera tra-
hatur. Sic & amicus, Adesime, sic & sodalis aut socius quicumque amputandus est, si tibi noxius est. Quid hic cunctandum? multo melius est, familiaritatem amico quàm Christo renunciare, & jacturam facere amici-
tiæ potius quàm animæ.*

Remove paleas, nondum extinctus est ignis clamat Ursinus. **ÆDES.** Liceat interfari: sæpe ardua nimis erit hæc dis-
cessio à conjunctissimis sodalibus. **PARTH.** Sic ardua, quia tamen necessaria, omnino facienda est. Arduum remedium est ut vitam ferves, brachium aut crus dare præsecandum: Christi tamen præceptum esse non ne-
gabis: *Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, absinde Matth. 18. eum, & projice abs te. Quid sibi conjunctius quis habet, quam sua membra? ea tamen sæpe sunt amputanda, immedicabile vulnus ense recidendum est, ne pars sincera tra-
hatur. Sic & amicus, Adesime, sic & sodalis aut socius quicumque amputandus est, si tibi noxius est. Quid hic cunctandum? multo melius est, familiaritatem amico quàm Christo renunciare, & jacturam facere amici-
tiæ potius quàm animæ.*

Remove paleas, nondum extinctus est ignis clamat Ursinus. **ÆDES.** Liceat interfari: sæpe ardua nimis erit hæc dis-
cessio à conjunctissimis sodalibus. **PARTH.** Sic ardua, quia tamen necessaria, omnino facienda est. Arduum remedium est ut vitam ferves, brachium aut crus dare præsecandum: Christi tamen præceptum esse non ne-
gabis: *Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, absinde Matth. 18. eum, & projice abs te. Quid sibi conjunctius quis habet, quam sua membra? ea tamen sæpe sunt amputanda, immedicabile vulnus ense recidendum est, ne pars sincera tra-
hatur. Sic & amicus, Adesime, sic & sodalis aut socius quicumque amputandus est, si tibi noxius est. Quid hic cunctandum? multo melius est, familiaritatem amico quàm Christo renunciare, & jacturam facere amici-
tiæ potius quàm animæ.*

Remove paleas, nondum extinctus est ignis clamat Ursinus. **ÆDES.** Liceat interfari: sæpe ardua nimis erit hæc dis-
cessio à conjunctissimis sodalibus. **PARTH.** Sic ardua, quia tamen necessaria, omnino facienda est. Arduum remedium est ut vitam ferves, brachium aut crus dare præsecandum: Christi tamen præceptum esse non ne-
gabis: *Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, absinde Matth. 18. eum, & projice abs te. Quid sibi conjunctius quis habet, quam sua membra? ea tamen sæpe sunt amputanda, immedicabile vulnus ense recidendum est, ne pars sincera tra-
hatur. Sic & amicus, Adesime, sic & sodalis aut socius quicumque amputandus est, si tibi noxius est. Quid hic cunctandum? multo melius est, familiaritatem amico quàm Christo renunciare, & jacturam facere amici-
tiæ potius quàm animæ.*

Remove paleas, nondum extinctus est ignis clamat Ursinus. **ÆDES.** Liceat interfari: sæpe ardua nimis erit hæc dis-
cessio à conjunctissimis sodalibus. **PARTH.** Sic ardua, quia tamen necessaria, omnino facienda est. Arduum remedium est ut vitam ferves, brachium aut crus dare præsecandum: Christi tamen præceptum esse non ne-
gabis: *Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, absinde Matth. 18. eum, & projice abs te. Quid sibi conjunctius quis habet, quam sua membra? ea tamen sæpe sunt amputanda, immedicabile vulnus ense recidendum est, ne pars sincera tra-
hatur. Sic & amicus, Adesime, sic & sodalis aut socius quicumque amputandus est, si tibi noxius est. Quid hic cunctandum? multo melius est, familiaritatem amico quàm Christo renunciare, & jacturam facere amici-
tiæ potius quàm animæ.*

Remove paleas, nondum extinctus est ignis clamat Ursinus. **ÆDES.** Liceat interfari: sæpe ardua nimis erit hæc dis-
cessio à conjunctissimis sodalibus. **PARTH.** Sic ardua, quia tamen necessaria, omnino facienda est. Arduum remedium est ut vitam ferves, brachium aut crus dare præsecandum: Christi tamen præceptum esse non ne-
gabis: *Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, absinde Matth. 18. eum, & projice abs te. Quid sibi conjunctius quis habet, quam sua membra? ea tamen sæpe sunt amputanda, immedicabile vulnus ense recidendum est, ne pars sincera tra-
hatur. Sic & amicus, Adesime, sic & sodalis aut socius quicumque amputandus est, si tibi noxius est. Quid hic cunctandum? multo melius est, familiaritatem amico quàm Christo renunciare, & jacturam facere amici-
tiæ potius quàm animæ.*

Remove paleas, nondum extinctus est ignis clamat Ursinus. **ÆDES.** Liceat interfari: sæpe ardua nimis erit hæc dis-
cessio à conjunctissimis sodalibus. **PARTH.** Sic ardua, quia tamen necessaria, omnino facienda est. Arduum remedium est ut vitam ferves, brachium aut crus dare præsecandum: Christi tamen præceptum esse non ne-
gabis: *Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, absinde Matth. 18. eum, & projice abs te. Quid sibi conjunctius quis habet, quam sua membra? ea tamen sæpe sunt amputanda, immedicabile vulnus ense recidendum est, ne pars sincera tra-
hatur. Sic & amicus, Adesime, sic & sodalis aut socius quicumque amputandus est, si tibi noxius est. Quid hic cunctandum? multo melius est, familiaritatem amico quàm Christo renunciare, & jacturam facere amici-
tiæ potius quàm animæ.*

Remove paleas, nondum extinctus est ignis clamat Ursinus. **ÆDES.** Liceat interfari: sæpe ardua nimis erit hæc dis-
cessio à conjunctissimis sodalibus. **PARTH.** Sic ardua, quia tamen necessaria, omnino facienda est. Arduum remedium est ut vitam ferves, brachium aut crus dare præsecandum: Christi tamen præceptum esse non ne-
gabis: *Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, absinde Matth. 18. eum, & projice abs te. Quid sibi conjunctius quis habet, quam sua membra? ea tamen sæpe sunt amputanda, immedicabile vulnus ense recidendum est, ne pars sincera tra-
hatur. Sic & amicus, Adesime, sic & sodalis aut socius quicumque amputandus est, si tibi noxius est. Quid hic cunctandum? multo melius est, familiaritatem amico quàm Christo renunciare, & jacturam facere amici-
tiæ potius quàm animæ.*

Remove paleas, nondum extinctus est ignis clamat Ursinus. **ÆDES.** Liceat interfari: sæpe ardua nimis erit hæc dis-
cessio à conjunctissimis sodalibus. **PARTH.** Sic ardua, quia tamen necessaria, omnino facienda est. Arduum remedium est ut vitam ferves, brachium aut crus dare præsecandum: Christi tamen præceptum esse non ne-
gabis: *Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, absinde Matth. 18. eum, & projice abs te. Quid sibi conjunctius quis habet, quam sua membra? ea tamen sæpe sunt amputanda, immedicabile vulnus ense recidendum est, ne pars sincera tra-
hatur. Sic & amicus, Adesime, sic & sodalis aut socius quicumque amputandus est, si tibi noxius est. Quid hic cunctandum? multo melius est, familiaritatem amico quàm Christo renunciare, & jacturam facere amici-
tiæ potius quàm animæ.*

Remove paleas, nondum extinctus est ignis clamat Ursinus. **ÆDES.** Liceat interfari: sæpe ardua nimis erit hæc dis-
cessio à conjunctissimis sodalibus. **PARTH.** Sic ardua, quia tamen necessaria, omnino facienda est. Arduum remedium est ut vitam ferves, brachium aut crus dare præsecandum: Christi tamen præceptum esse non ne-
gabis: *Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, absinde Matth. 18. eum, & projice abs te. Quid sibi conjunctius quis habet, quam sua membra? ea tamen sæpe sunt amputanda, immedicabile vulnus ense recidendum est, ne pars sincera tra-
hatur. Sic & amicus, Adesime, sic & sodalis aut socius quicumque amputandus est, si tibi noxius est. Quid hic cunctandum? multo melius est, familiaritatem amico quàm Christo renunciare, & jacturam facere amici-
tiæ potius quàm animæ.*

Remove paleas, nondum extinctus est ignis clamat Ursinus. **ÆDES.** Liceat interfari: sæpe ardua nimis erit hæc dis-
cessio à conjunctissimis sodalibus. **PARTH.** Sic ardua, quia tamen necessaria, omnino facienda est. Arduum remedium est ut vitam ferves, brachium aut crus dare præsecandum: Christi tamen præceptum esse non ne-
gabis: *Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, absinde Matth. 18. eum, & projice abs te. Quid sibi conjunctius quis habet, quam sua membra? ea tamen sæpe sunt amputanda, immedicabile vulnus ense recidendum est, ne pars sincera tra-
hatur. Sic & amicus, Adesime, sic & sodalis aut socius quicumque amputandus est, si tibi noxius est. Quid hic cunctandum? multo melius est, familiaritatem amico quàm Christo renunciare, & jacturam facere amici-
tiæ potius quàm animæ.*

Remove paleas, nondum extinctus est ignis clamat Ursinus. **ÆDES.** Liceat interfari: sæpe ardua nimis erit hæc dis-
cessio à conjunctissimis sodalibus. **PARTH.** Sic ardua, quia tamen necessaria, omnino facienda est. Arduum remedium est ut vitam ferves, brachium aut crus dare præsecandum: Christi tamen præceptum esse non ne-
gabis: *Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, absinde Matth. 18. eum, & projice abs te. Quid sibi conjunctius quis habet, quam sua membra? ea tamen sæpe sunt amputanda, immedicabile vulnus ense recidendum est, ne pars sincera tra-
hatur. Sic & amicus, Adesime, sic & sodalis aut socius quicumque amputandus est, si tibi noxius est. Quid hic cunctandum? multo melius est, familiaritatem amico quàm Christo renunciare, & jacturam facere amici-
tiæ potius quàm animæ.*

Remove paleas, nondum extinctus est ignis clamat Ursinus. **ÆDES.** Liceat interfari: sæpe ardua nimis erit hæc dis-
cessio à conjunctissimis sodalibus. **PARTH.** Sic ardua, quia tamen necessaria, omnino facienda est. Arduum remedium est ut vitam ferves, brachium aut crus dare præsecandum: Christi tamen præceptum esse non ne-
gabis: *Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, absinde Matth. 18. eum, & projice abs te. Quid sibi conjunctius quis habet, quam sua membra? ea tamen sæpe sunt amputanda, immedicabile vulnus ense recidendum est, ne pars sincera tra-
hatur. Sic & amicus, Adesime, sic & sodalis aut socius quicumque amputandus est, si tibi noxius est. Quid hic cunctandum? multo melius est, familiaritatem amico quàm Christo renunciare, & jacturam facere amici-
tiæ potius quàm animæ.*

Remove paleas, nondum extinctus est ignis clamat Ursinus. **ÆDES.** Liceat interfari: sæpe ardua nimis erit hæc dis-
cessio à conjunctissimis sodalibus. **PARTH.** Sic ardua, quia tamen necessaria, omnino facienda est. Arduum remedium est ut vitam ferves, brachium aut crus dare præsecandum: Christi tamen præceptum esse non ne-
gabis: *Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, absinde Matth. 18. eum, & projice abs te. Quid sibi conjunctius quis habet, quam sua membra? ea tamen sæpe sunt amputanda, immedicabile vulnus ense recidendum est, ne pars sincera tra-
hatur. Sic & amicus, Adesime, sic & sodalis aut socius quicumque amputandus est, si tibi noxius est. Quid hic cunctandum? multo melius est, familiaritatem amico quàm Christo renunciare, & jacturam facere amici-
tiæ potius quàm animæ.*

Remove paleas, nondum extinctus est ignis clamat Ursinus. **ÆDES.** Liceat interfari: sæpe ardua nimis erit hæc dis-
cessio à conjunctissimis sodalibus. **PARTH.** Sic ardua, quia tamen necessaria, omnino facienda est. Arduum remedium est ut vitam ferves, brachium aut crus dare præsecandum: Christi tamen præceptum esse non ne-
gabis: *Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, absinde Matth. 18. eum, & projice abs te. Quid sibi conjunctius quis habet, quam sua membra? ea tamen sæpe sunt amputanda, immedicabile vulnus ense recidendum est, ne pars sincera tra-
hatur. Sic & amicus, Adesime, sic & sodalis aut socius quicumque amputandus est, si tibi noxius est. Quid hic cunctandum? multo melius est, familiaritatem amico quàm Christo renunciare, & jacturam facere amici-
tiæ potius quàm animæ.*

Remove paleas, nondum extinctus est ignis clamat Ursinus. **ÆDES.** Liceat interfari: sæpe ardua nimis erit hæc dis-
cessio à conjunctissimis sodalibus. **PARTH.** Sic ardua, quia tamen necessaria, omnino facienda est. Arduum remedium est ut vitam ferves, brachium aut crus dare præsecandum: Christi tamen præceptum esse non ne-
gabis: *Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, absinde Matth. 18. eum, & projice abs te. Quid sibi conjunctius quis habet, quam sua membra? ea tamen sæpe sunt amputanda, immedicabile vulnus ense recidendum est, ne pars sincera tra-
hatur. Sic & amicus, Adesime, sic & sodalis aut socius quicumque amputandus est, si tibi noxius est. Quid hic cunctandum? multo melius est, familiaritatem amico quàm Christo renunciare, & jacturam facere amici-
tiæ potius quàm animæ.*

Inf. mal. for.

Pro. vsj.

All. non.

Lib. 13.

Fugiendi maximè otiosi.

Alm. Alex. h. 17. Ga. 18.

C A P V T X.

Incontinentiæ primi effectus: CORPVS DEBILITAT, OPES PERDIT.

F Inivi, Ædesime, primos duos versiculos, qui Incontinentiæ inviramenta continent:

*Ora, Mensa, Libri, vaga Lumina, verba, Sodales:
Hæc tolle, hanc minue, hos muta, hæc claudio, hæc fuge, vita hos.*

Veruum horum ænigmata & scrupos, uti petieras, in lucem dedi. Et si quidem ænigmatistes tuus esse debeam, etiam alteros illos versiculos aliquâ luce perfundam: sunt isti:

*Corpus, Opes, Animam, Ingenium, Famam, Virtutes:
Debitat, perdit, necat, impedit, inscit, aufert.*

Jubes pergere? **ÆDES**. Quæso te, Partheni, ceremonias & delicias omitte, si permittis jubeo: si resistis, oro & obsecro. Et hoc de me scias velim, moras à me non sentiri, dum tu differis: ab ore narrantis pendeo. Nec tibi fastidio sit, auditorem habere unicum: nos alter alteri sat amplum theatrum sumus. **PARTH.** Ergo deducamus sermonem ad usque umbilicum dici, post verbis saturi è patinis pransuri.

Primula verba utriusque versicali, sunt, CORPVS DEBILITAT.

Non in animum tantum libidinis toxicum grassatur, ipsum etiam corpus enervat & scædat, cui & vires & valetudinem bonam subducit. Hic ego falcem meam subfringo: medicorum hæres est, & illorum pronuntiationis affirmanda. Unicum produco testem, qui unus pro mille dicat, quàm Venus inimica sit valetudini. Hippolytus Guarinonius, vir inter medicos etiam scriptis clarus, Anno Christiano millesimo sexcentesimo decimo librum typis vulgavit, in quo humanæ gentis multiplicem, quâ vitam, quâ mores, interitum deplorat. Hic,

C libro quinto sexagesimo capiti hunc præfigit titulum: Naturalis demonstratio & confirmatio, nullam pestem ad corruptionem humanarum virium, deflorationem juventutis, & inexpectatam humanæ vitæ præcisionem, æquè facere quàm Venerem. Eiusdem libri, capiti sexagesimo secundo hanc præmittit inscriptionem: Præclara & illustria testimonia Physices & Medicinæ Antiquitatis, quòd majus in orbe malum non sit ad immaturam & præproperam mortem accelerandam quàm Venus. Eiusdem libri quinti capitis sexagesimi tertii hoc est proloquium: Continentiam & Castitatem ad diuturnam valetudinem & vitam, non optimum solum & præstantissimum esse remedium, sed multò nobilius quid, humanæq; rationi cõvenientius digniusque, quàm illicitam Venerem, aut etiam licitum conjugium. Audis, mi Ædesime, quod nominatissimus & regius olim medicus, præ cælibe vitâ contra Venerem improbitatem testimonium dicat, vel in fronte solum dictorum capitum? Rationum & argumentorum pondus hîc omitto.

§. I.

C Hrysostrorum huic testem adjungo, agnosce illius *Tom. 5. hom. verba: Qui in deliciis & luxuriâ vitam ducunt, resoluta quædam quædam corpora, & omni cerâ molliora circumferunt, atque agmine quodam infirmitatum repleta, & eis est vita semper cum medicis & medicamentis: sensus autem ipsi tardi, graves, obruti, & quodammodo jam sepulti.* Magnus testis in rem præsentem. Contra verò non animi tantum bona è limpido fonte pudicitie præmanant, sed etiam flos, venustas, vires corporis, vita sanior, senectus tardior. Non immeritò & continentia illud gloriatur. *Flores mei, Ecl. c. 24. fructus honoris & honestatis, in me gratia omnis vitæ.* Ex te Viram longævam dat continentiâ, cia.

discendum quàm docendum aptissimus est. Otiolos nec pios libellos, nec sacras conciones, nec sacramenta curat, nec templa. Pro libellis chartulas luforias, pro concionibus computatiunculas, pro templis choreas frequentat: & ut tempus suavitus fallat, nunc solem somno excludit. Et mero meridie sterit, nunc ambulatiunculas instituit, nunc muliercularum fabellas excipit; omnia agit ut nihil agat:

hic niger est, hunc tu Romane caveto.

Otiolos nemo est, qui non & vitiosus sit. Hunc talem ut vicinam pestem consortio nostro excludamus maturè.

§. III.

Quod si etiam famæ nominisque rationem habeamus, deterioris notæ socios quàm maximè aversemur, nisi & tales haberi velimus, quales illi sunt, aut illis contemptiores. Invaluit jam opinio, ab iis vivendi nos accipere similitudinem, quibuscum versandi hauserimus cupiditatem: nec falluntur qui sic opinantur; testem habent Salomonem: *Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stultorum similis efficitur.* Et uti vinum dilutum colorem mutat, etsi non omnem vini virtutem perdat: sic boni nominis ac famæ colorem amittit, qui admittit socios tam diluta probitatis: Hieronymus: *Tales, inquit, habet socios quorum consuburnio non infamari: non ornentur veste, sed moribus, non calamistro crispent comas, sed pudicitiam habitu polliceantur. Talis quisque censetur, qualis est, quicum versatur. Nosti, aves concolores simul volant. Vis nosse hominem? attende quorum familiaritati affuescat: amicitia pares, aut accipit, aut facit. Ergo, qui probus, qui honestus vult videri, & proborum & honestorum amicitiam amet, & ambiat. Qui pensit non habet famam, & omnium indiscriminatum amicus sit, brevi plurimos numerabit titulos, sed parum speciosos.*

Augustinus senex, de seipso juvene queritur, &: *Præceps ibam, inquit, tantâ cecitate, ut inter coarctos meos puerer me minoris dedecoris quàm audiebam eos factantes flagitia sua, & tantò gloriantes magis, quantò magis turpes essent: libebat malum facere, non solum libidine facti, verum etiam laudis. Quid dignum est vituperatione nisi vitium? ego, ne vituperarer, vitiosior fiebam: singebam me fecisse quod non feceram, ne viderer abjectior quo et un innocentior, & ne vilior haberer, quo eram castior. Ecce cum quibus comitibus iter agebam platearum Babylonie, & volut abar in cano, tanquam in cinnamomo & unguentis pretiosis.* O nimis inimica amicitia! **ÆDES**. Non adeo metuendi sunt, quia nisi me fallo, pauci sunt, qui tam profecæ sint impietatis, ut primâ fronte flagitorum licentiam vendant. **PARTH.** Utur est, eorum certè pauci non sunt, qui lupum ovinâ pelliculâ tegunt, & in quorundam familiaritatem eò blandiùs se primò insinuant, quò deinde perniciosius instigant ad pessimam libertatem. In hos aptè convenit illud: *Homo homini lupus.* Fugiamus, Ædesime, fugiamus blandientes hos lupos. Turpis, & plerumque fera nimis est cantilena: *Societas me perdidit.* At ridebimur ut inhumani & agrestes? rideant, modò non noceant: carior nobis sit pudicitia & integritas, quàm ut ob eorum risum, fieri velimus stetu & lacrymis dignissimi. Qui vitare vult farinam, & vestium pullarum candidos nævos, nõnne molam vitat? qui vultus atrorem metuit, nõnne Cycloperum fornaces, & fabrorum ferrariorum officinas declinat? idem & nobis hîc faciendum, idque tantò magis, quia vitia pellicunt, serpunt, transiliunt. Apollonius Thyaneus sapienter hoc unum à Diis petiisse fertur: *Nosse bonos, malos vitare.* Optimæ preces. Nos idem, sed à Deo precemur: bonos & nosse & imitari, improbos & odisse & fugere.

Alex. ab Alex. lib. 4. c. 7. Genial. sur.

Infamæ malis consortium.

Proo. c. 13. sur. 20.

Ab Nepotian.

Lib. 2. c. 10. sur. 9. & 10.

Alex. ab Alex. lib. 4. c. 7. Genial. sur.

ria, tot annis produxerunt vitam: non illis hanc longævitate à Castitate potissimum concessam censet?

Simeon Stylites, illud Orbis miraculum, ille perditus atque pernox flator, per continuâ jejuniâ, ad annum centesimum nonum pervenit, at ut scias, uxorem nunquam habuit.

Antonius Magnus, cui Orbis pro libro fuit, centum & quinque annis vixit: at conjugem ignoravit.

Paulus, primus Eremita, centesimum decimum tertium annum attingit: at semper virgo permanit.

Hilarion, pauperimus monachus, & à sole nunquam comedere visus, vitæ annis octoginta quatuor, nullam uxorem duxit.

Panuphius, qui plurimis annis solo pane victitavit, nonagenarius evasit, & conjugium nescivit.

Macarius, annum nonagesimum excessit perpetuis jejuniis: nuptias nunquam celebravit.

Artenius Arcadii & Honorii Imperatorum Præceptor, ad centum viginti annos ætatem detulit: epithalamium ei nemo cecinit.

Romualdus Italus gente, hanc ipsam ætatem attingit, cultu victique asperimo: virginitatem semper coluit, & animi candorem jugalibus illecebris longè prætulit.

Franciscus de Paula, semel de die pane & aquâ se refecit, idque post occasum solem, nonagesimum tamen annum superavit, & jugi Castitate floruit.

Hieronymus Stridonensis laboriosam & exhaustam fame senectutem ad octogesimum annum protulit, Castitatem tam servavit integrè, quàm copiosè laudavit.

Beda ab ætatis suæ anno septimo, ad nonagesimum secundum in Religione virgo vixit, conjugii penitus ignarus.

Remigius, Pontificis Rhemenis officium gessit (quod rarum, & nescio an cuiquam alteri concessum) annos totos septuaginta quatuor. Unde Jubilæus nominabatur universè. Nonaginta sex annorum fuit, cum obiit: totum maritalem nunquam attingit.

Martinus Turonensis, octoginta sex ætates, Udalicus Paraviensis Præsul centum quinque, Epiphanius centum quindecim autumnos vidit: crebra his sanctissimis viris observata jejuniâ, Virginitas perpetua.

Longum nominare sexcentos alios, quos parsimonia, & eorum quæ aviditatem evocant, modus & Castimonia ad longam senectutem perduxerunt. Reperies hodiè que non paucos qui venerandam suam eruditamque canitiem partim abstinentiæ, partim Castimoniæ jure optimo ascribant. Cœnobita ingredi, & hominum Religiosorum ædes invenies complures, qui sexaginta, septuaginta, octoginta, etiam nonaginta hiemes tolerant, vitæ tantò longioris, quantò continentioris. Ante annos non multos, ad materiam meam in pauperimo cœnobio monialem revisi, & ut sermo ibat, quasi, quot jam annis illic serviisset Deo: respondit, quadraginta. Obstupui ad hanc vocem, & mox eam seriò intuitus, ex oculorum fide, viginti annorum virginem pronuncialem. Igitur Deo, inquam ego, gratias amplissimas meminere: extra Religionem nec virum istarum, nec hujus coloris effes; jam obijisses, aut tumbam proximè spectares. Hoc etiam vitæ continentis merces est, quæ quos cælibes, hos & longævus facit. Et quis enim, ille, dic Edesime, tam ferreus & aheneus, qui conjugii vinculis implexus, inter tot quotidie recurfantes curas, mœtiores, angores infortunia, æquè sanus ac vegetus vivat, quàm is qui hoc unum curat, ut Deo suo placeat? Illis aliis tot corpora sunt vestienda, tot ventres saturandi, tot morbi curandi, tot calamitates deplorandæ, tot funera lugenda, toties pœnè moriendum, quoties liberorum aut nepotum unus extinguitur.

Sed mittamus valerudinis & vitæ dispendia in conjugio: quor adolecentum & juvenum sanitas & vita in hoc uno maligna Veneris Euripo naufragata est? dic

A mihi, unde bubo, scabies Gallica, aliique innumerabiles morbi in humanum genus, velut ex insidiis prorumpunt, nisi ex hoc uno libidinis latibulo?

S. II.

DE opibus, quas uti vires, licentior & libidinosior vita ambedit, vix est quod addam. Verè, prout versiculus monet, **OPES PERDIT** Incontinentia. Res liquet, peras & marsupia mirum quantum ab impuro amore exenterati. Castus amor sine impensis est gratuitus inter duos pluresque recipitur: spurcus & Veneris, tam manus auro injicit quàm animo. Hic illa cantilena occiditur: aut da, aut non ama. Ah! quot miseri amatorculi post Paupertati fecere stipendia, qui prius Veneri. Evangelicus ille prodigus, quàm bellè & quàm facilè omne suum patrimonium inter impuram vitæ homines decoxit? Jacta ipsi est alea; cuncta absorpta sunt, perierunt universa; non naufragio, non ægritudine, non sinistro casu, sed *vivendo luxuriosè*. Non tot absorpsit rates charybdis vorax; non tot absumpsit noxios Atheniense barathrum, quot emunxerunt tales amica aureos in ejusmodi luxu: ita bonus ille juvenis porcorum demum conviva factus est, ubi meretricium sympulo esse desit. Prodigium est, quod addo. Fuit Meretricii

prisco ævo juvenis, cui Mundus nomen (nihil minus ei actus proconveniebat) qui Paulinam pudicam matronam ad inhonestam sollicitavit; ejus pudicitiam ut auro expugnaret, viginti drachmarum miriadas, hoc est, viginti milia Philippeorum spondit, si votis haberet obsequentem. Vah! quod hoc inauratæ petulantia portentum est? Nosti quid Demosthenes prudentissimæ Laidi pro nocte decem millia drachmarum stipulanti responderit? *tanti pœnitere non emo*. Quàm verè hoc à te dictum, mi facundissime orator, inhonestæ voluptati individuum comitem **PŒNITENTIAM**. Quis unquam Veneri vel horam, vel momentum servivit,

quem impuræ servitutis hujus non pœnituerit? & puerit? **EDES**. Oraculum fundis, Partheni: & priscis etiam illis notum fuit, ubi mel est, ibi & fel esse; & ubi uber, ibi tuber reperiri. **PARTH**. Atque, ut est in fabulis, litigarunt olim Jove judice, Voluptas & Dolor; neque illa huic, neque hic illi in ullo cessurus videbatur.

Ad quos Jupiter: Bene est, inquit, ita vos componam, ut dirimi nequeatis. Atque ita dissidentes adamantino & inenodabili vinculo colligavit velut fugitivos servos, ut neuter neutrum possit effugere: inde nunquam non simul sunt. Mirum, quàm eleganter Mediolanensis Pontifex Ambrosius Voluptatem producat hunc in modum faciendam: Ille apud me primus, qui omnium perditissimus; ille meus est, qui suus non est; ille mihi gratior qui sibi nequior. Calix aureus Babylonis in manu meâ, inebrians omnem terram; expoculo meo biberunt omnes gentes. Hipponensis Præsul Augustinus quàm verè: **O voluptates**, inquit, quàm faciles aditus habebitis, dum suadetis! & quàm difficiles exitus habebitis, cum perimetis: Dum suadetis, inungitis; sed postquam suaseritis, usque ad mortem animæ pungitis. Habemus ergo jam illustrata duo præmia libidinis: Corpus effarum, & depletum, exhaustumque marsupium.

CAPVT XI.
Incontinentiæ affectus alteri: ANIMAM

NECAT, INGENIUM
IMPEDIT.

NECAT, INGENIUM
IMPEDIT.

NECAT, INGENIUM
IMPEDIT.

NECAT, INGENIUM
IMPEDIT.

NECAT, INGENIUM
IMPEDIT.

NECAT, INGENIUM
IMPEDIT.

NECAT, INGENIUM
IMPEDIT.

NECAT, INGENIUM
IMPEDIT.

Celeritè animâ accar libido.

Lib. I. c. 10.

Lu. libi.

Ep. 10.

Ad.

Lib. 10.

Ter. aut. 10.

Ep. 10.

CAPUT XII.

Incontinentiæ effectus tertius: FAMAM IN-
QUINAT, VIRTUTES OM-
NES EXTIRPAT.

AD gemini versuculi finem, & unâ sermonis ante-
meridiani, tendimus. Incontinentia in famam &
Virtutes grassatur, illam *inquinat*, has *extirpat*. Hiero-
nymy voces hîc jure usurpem: O luxuria, ô ignis infer-
nalis, cujus materia gula, cujus flamma superbia, cujus
scintillæ prava colloquia, cujus fumus *infamia*, cujus ci-
nis immunditia, cujus finis gehenna! De jacturâ famæ
non est quod longè differam, res ipsa loquitur nullum
certè vitium est, quod plus erubescere nos cogat quàm
hoc, de quo sermo est. Meritò plurimum pudoris habet
& ignominia, quod plurimum habet infamiae &
turpitudinis. Nec ægrè credam, plurimos hominum,
tum demum perfidè mutos esse incipere, cum hoc ge-
nus flagitii in confessione prodendum est. Nec crebris
violari Pœnitentiæ sacramentum, quàm ab silentio
commisæ obscœnitatis. O tetrum flagitium! quod non
tantum letalem plagam imponit, ut alia, sed & mede-
lam excludit, & hoc unum agit, ut quem semel nexuit,
nunquam manu mittat. Nec illi satis læsisse, pecuniam
abstulisse, ingenium fregisse, memoriam hebetasse, ju-
gularisse animam, nisi demum & famam rapiat, probi-
que nominis thesaurum intervertat crudeli prædatione.
Neque hoc mirum in hoste omnigenarum Virtutum, & Libido
amico Vitiolorum omnium. *ÆDES*. Enimverò, Parthe-
ni, hoc ultimum nondum ex toto persuasisti: habent
Virtutes suum quæque hostem, habent & Vitia suum
quodlibet adversarium. *PARTH.* At ego te, mi *Æde-*
sime, hîc quidem inoffenso pede ire velim, nec quid-
quam subsistere, aut addubitare. Non retracto, dixi,
Cidque levi operâ planum facio. Libido sic immutat homi-
nem, ut nec homo quidem maneat, verè jam pecus,
post exitum turpiter hominem. Da mihi juvenem,
cujusmodi spurcitiarum amantem, & vide quid in illo
solidæ virtutis reperias? exulant virtutes, ubi libido vi-
etrix imperat. Canit olim *Venusinus* vates, de juvene
sui juris facto.

Cereus in vitium flecti, monitoribus asper.

Verissimum id est de homine obscœnarum sordium,
non puro: *Cereus* is est, non in unum aliquid, sed in
omne prorûs vitium. Principiò quidem, non negabis,
credo, si superbiæ eos studere dicam qui lascivis oculis
probari se cupiunt, qui compulli, qui munduli, & niti-
duli è meris pigmentis & nitelis formam sibi adstruunt,
& hoc maxime agunt ut placeant. At avari forsan hi ta-
les non esse videbuntur: non sint etiam: at erunt cer-
tè prodigi, quod æquè vitiosum est & turpe. Imò quod
monstruosissimum meritò dicas, frequenter isti, & avari
D sunt simul, & effusi. Ab his pecunias avarissimè compi-
lant, ut habeant quod in istos per prodigentiam ef-
fundant. Parentibus rapiunt, meretricibus donant. In-
vidiâ plenum esse amorem *Venerem* nemo nescit. *Ve-*
retes tibi tragedias recantari vis? *Troia* labores & ex-
cidium, sed & plurium civitatum, imò & regnorum
eversiones id satis loquuntur. De gula, non est quod
multis astruam: in aperto est, monstrum esse libidinem
sine gula. Sed neque familiares amicos reperies
quàm desidiarum & luxuriam, otium & *Venerem*. Con-
signo cum *Tullio*, qui in *Carone* *Majore*, *Archyræ* *Ta-*
rentini verba sic refert: Nullam capitaliorem pestem,
quàm corporis voluptatem hominibus à naturâ daram.
Nec multò post subjungit: In voluptatis regno *Virtus*
consistere non potest: quocirca nihil tam detestabile,
tamque pestiferum quàm voluptas, siquidem cum ma-
jor est & longior, omne animi lumen extinguit. At verò
Salomoni

munè est, animum *Æterna* mortis reum statuere. Sed **A**
hoc & faciliùs & celerius facit, quàm ferè ullum vitio-
rum. Hic enim, vel unâ atque unicâ cogitacionulâ im-
purâ, eaque solâ, quam nostrates Theologi, delectationem
morosam nominant, æternis flammis obnoxii red-
dimur. Absit facinus, absit parandi facinoris voluntas,
æternæ tamen morti ille se objicit, qui vel solum impu-
riorem cogitatum, in oblectationem sciens volens ad-
mitrit. Hoc *Augustino* credes, apertissimè id pronun-
tiant: *Totus homo*, ait, *damnabitur, nisi hæc qua sine volun-*
tate operandi, sed tamen cum voluntate animum talibus oble-
ctandi, solius cogitacionis sentiuntur esse peccata, per mediato-
ris gratiam revertantur.

Lib. 12. de
Trin. cap. 12.
2. sent. d. 2. 4.

Latro est
libido.

Epist. 51.
sem.

Rectè castissimus *Bernardus*, cum flagitiosas per
puellam insidias sibi strui adverteeret, *Latrones, latrones*,
exclamavit. Sanè latro est: omnis *Veneræ* libido, latro-
num ritu amplexatur ut perimat, osculùm mentitur
cum *Joabo*, ut sicam infigat in *Amasam* quem salutat.
Et *Senecæ* monitum est: *Voluptates precipue exturba, &* **B**
invisissimas habe latronum more, in hoc nos amplexantur ut
strangulent. Ah! quanti perierunt ab hac unâ peste. Et
quod lacrymis dignum, etiam fortissimi, etiam sapien-
tissimi, & quod mireris, vel etiam sanctissimi, *Samsol-*
nes, *Salomones*, *David*, hoc uno telo corruerunt. Et
nos qui stabimus qui nec *Samsone* fortiores, nec *Salo-*
*mon*e sapientiores, nec *Sandione* *David*e sumus; præ-
sertim cum pericula nostra sic amemus, ut in ea proni
magnoque nisu ruamus, & plerumque toti procumbamus
in voluptatem?

Memini ego & horreo, quoties id memini à Præce-
ptore meo me audire, si centeni juvenes inferorum
flammis addicantur, è centenis istis nonaginta novem,
ob hoc, de quo loquimur, vitium *Carnis* damnati; cen-
tesimum demum ob aliam aliquam graviorem noxam.
ÆDES. Conjectura hæc mihi non incredibilis est. *PARTH-*
EN. Nec mihi certè. Immobiles stat sententia in impu-
ros jam lata: *Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis*
fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum ser-
vitus, non habet hereditatem in regno Christi & Dei.

Ad Epist. 5.
vers. 5.

§. I.

Memoriã quoque & ingenium ab hac sædissimâ
lue afflari & corrumpi, nimis quàm certum est,
& verissimè *Philosophorum* *Deus* *Aristoteles*, *Venerem*
amentia præflectam ait. Scholas obscuro & gymnasia lu-
stremus: hîc tu mihi adolescentem aut juvenem da, qui
unâ & *Veneri* litet & *Apollini*, qui sit ingeniosus simul
aceruditus, & tamen parum castus. Monstrum hoc mi-
hi foret, albo simillimum coruo. Non sine mysterio
Musæ *Virgines* finguntur à poetis: malè simul habitant
libido & eruditio. De talibus verissimè *Comicus*:

Lib. 2. Rhet.
cap. 24.

Trem. He-
aut. ait. 4.
sem. 1.

Neque jus, neque botum aut equum sciunt,
Melius, pejus, profut, obfut, nihil vident
Nisi quod libido suggerit. —
Et *Claudianus* meus, poetarum ocellus, assentitur:
Luxuries prædulce malum, que dedita semper
Corporis arbitriis, hebetat caligine sensus.

Et verò si lubet, bibliothecas obeamus, & gnayè in-
dagemus, an plus librorum scripserint cælibes & casti,
an verò vinculis uxoris attenti. Et quâ possit, fac velle,
Veneris facibus vel leviter adustus, eâ tranquillitate
animi & serenitate, quâ opus est, tractare libros? quid
sani sensus, aut eruditæ cogitacionis, è tali cloacâ (da
veniam verbo) effodias? in impuro & sordente vase
malè servaveris opobalsamum. Et divina paginæ ora-
culum est: *In malevolam animam non introibit sapientia,*
nec habitabit in corpore subdito peccatis. In fonte cœnoso ac
turbido, nil liquido satis ac perspicuè cerni potest.

Sap. cap. 1.
vers. 4.

Salomoni magis credes quam Ciceroni, aut Deo de Salomone. Hunc ubi libido triumphavit, vitorum omnium mater idololatria turpissime sub jugum misit. Quid virtutis remanet in Herode, postquam victas manus dedit Herodiadis petulantia, cuius incestum non lacrymis, sed cruoris rivulis deploravit infonitissimi Baptistæ præcisum caput? O luxuriam! ô charybdi quæ omnes animæ vires, imò & corporis, quin & omnem virtutem gulosè absorbet abiguntque! **ÆDES I-M V S.** Persuades, Partheni, & me in tuam sententiam trahis vel invitum.

§. I.

PARTHENIVS. Ædesime, subleco quid velis. Epilogum expectas, & ut loqui desinam. Dentes credo; tibi præiunt in cibum. Nec mirum: — sextrâ jam lineâ tangitur umbra, meridiem esse & mihi stomachi mei horologium dicit. Sed quæso te, patere, uterque suam prius & memoriam & patientiam exerceat, quam mensam accumbat. Revoce me in cumulum & synopsin quidquid horis antemeridianis super **NICETÆ** nostri victoriâ prorsus obstupescendâ disserimus. Et nisi me fallit memoria, ordinem hunc servavimus.

Dictorum compendium.

Sermonis caput **NICETÆ** fuit, verè victor, verè major clogiis nostris quibuscumque. Quidquid illecebrarum, quidquid artis aut fraudis, quidquid machinarum Incontinentia seu Libido habet, in **NICETÆ** expedit. Omnia tenavit fœdissimus Cupido, omnia superavit castissimus **NICETÆ**, dolos, artes, fucos, fraudes, vim omnem expunxit; technas, illecebras; machinas elisit universas. Novo ausu & robore planè admirando suum debellavit hostem. Hanc ei victoriam dum mirabundi gratularemur, sermo nos suaviter ad Incontinentiæ armamentarium deduxit. Hic duplicis generis arma reperimus, *Invitamenta & Effritus* Incontinentiæ: illis oppugnat, istis jugulat. Ita primum laesentis Incontinentiæ telum est **OTIVM**, horribilis catapultæ contra omne genus bonarum actionum. Alterum Incontinentiæ telum oleo litum, ut sit penetrabilis, **GVLA** est. De hac notum illud Ambrosii: *Scurrilitas Castitatem prodigit*. Et sanè plures occidit Gula quam gladius; fuitque ea semper plurimorum malorum fomes. Tertium & Quartum Incontinentiæ telum, **LIBRI**, & **PICTURÆ** lascivæ. Rarissimum est his tangi, & invulneratum vivere. **QVINTVM**, **OCV-LORVM** **LIBERTAS**. Abundè, reor, demonstravimus, quantum veneni per oculos atrahamus in animum. Beatus ille, qui oculorum suorum dominus, seduci se ab illis non sinit. Sextum Incontinentiæ volatile illucium **SERMO IMPVDICVS**. Multiplex hic malum, & audientium & loquentium. Septimum trabale telum Incontinentiæ **SOCIETAS PRAVA**. Contra piccatam hanc tragulam, nemo nimium munitus erit aut cautus. Alienis exemplis, & societate plurimi perirent qui perire se nesciunt.

§. II.

Atque his armis oppugnavit **NICETÆ** Libido. Initium pugnae, ab illo hortensio Otio cœpit, cum fortissimus juvenis, ad mollissimum lectulum deduceretur, tanquam illic suavissimè meridiaturus, ubi hortus variam voluptatem velut offertant epulis mensam jam explicasset: Postquam ergo resupinus in toro juvenis blandè alligatus est, petulantissima mulieris compta facies, libris & picturis ad nocendum longè pestilentior, castissimis illius oculis sese impudenter ingessit. Hic, audire aut aspicere, hic tangi aut tangere, extremi res erat periculi. Ad fallendos oculos forma, ad inducendum animum verba incitabant compositissima. Et quid societate hac poterat esse periculosius, quam solum à solâ sic deprehendi? Vicit tamen, vicit

NICETÆ universa hæc incontinentiæ invitamenta. In lectulo delicatissimo, etsi vincetus, minimè tamen otiosus, voluptatem paratissimam penitus exolus, ad pictam supra omnes imagines feminam neutiquam curiosus. Ad omnes oculorum illecebras cœcus, ad melitos verborum globulos surdus, Veneræ hujus societatis fortissimus adversarius, invictus, inexpugnabilis. Quia ergo Incontinentiæ tela, quibus expugnare solet, incautum ceciderunt, arma etiam, quibus solet jugulare, frustra fuerunt. Recordarîne, Ædesime; quos Incontinentiæ statuerimus *Effectus*? & hi arma sunt illius, quibus, quos expugnare, necat. Primus ergo Incontinentiæ *Effectus*, corpus viribus; Alter, crumenam numis exhaustis; Tertius, apertum occidere; Quartus, ingenium hebetare; Quintus, famam inquinare; Sextus demum, virtutes omnes extirpare. Atque de his, etsi strictim & ordine nonnihil inverso, prout vericali suggererant, jam egimus.

Nunc mensa & prandium nos vocat: Adesum, meus hodie conviva eris, sed non asymbolus. Tres tibi quaestiuunculas ponam, quæ à proposito sermone, simul & à mensâ non abhorreant. Prima erit: cur Apicula volucres innubat, & virgines aviculæ, Cereris famulæ vocentur; quos illæ flores non tangant, quos homines non pungant, quo flore maxime gaudeant; quo etiam spectat quid niel virgineum, quid charta virgo, quæ virginea sit membrana? **ÆDES**. Num hæc una est quaestio? **PARTHENI**. Una, sed conglobata. Altera: quæ herba & oculos acuat, & Castitatem; & quæ avium tam vivæ quam mortuæ, seu, tam naturâ suâ quam esu nostro, sint castissima, & quid apud homines religiosos lactuca & hordeum, quotidiana pæne fercula sibi velint? **ÆDES**. Ut video, mille me quaestionibus petes. **PARTHENI**. Ne diffide: reperiemus responsa. Postrema, quæ, rerum delicatissima, quæ irreparabilis? in utroque ordine numerabis, jam præcisico Virginitatem. Eamus: nisi tu Chamæleon sis, & aëre vivas. De ceteris, jam pransi colloquemur.

LIBER SECVNDVS.

CAPVT PRIMVM.

Geminus **NICETÆ** *Benedictus, Illustrissimo*
idem facinore.



PARTHENIVS. In Sanctuariis Mithridatis maximi Regis devicti (Plinius memorat) Cn. Pœpcius Lib. 23. nat. hist. cap. 8. invenit in peculiari commentario, ipsius manu compositionem antidoti, è duabus nucibus siccis, ficibus totidem, & rutæ foliis virgini, simul tritis, addito salis grano: & qui hoc jejunos sumat, nullum ei venenum illo die nociturum. Satis veneni congestimus ante meridiem. Vis, Ædesime, huic suum etiam antidotum quaramus? **ÆDES**. frustra hoc rogas? epulis tuis satur sum, nondum tuis verbis. Pertexe telam, mi Partheni, quam orsus es. Venena nosse, te auctore didici: discam etiam nosse obsistentia venenis pharmaca. Tu mihi Mithridates sis. Marfos, Ophiogenes, Pysillos terrori serpentibus fuisse, narrat idem Plinius, & tactu ipso succive medico levasse. Anguis est Incontinentia, secundissima veneno, & quos non icit Partheni? è Pysillorum familia te virum præsta, & icitis aut icendis tactu medico succurte. **PARTHENI**. blandè cogis.

Ergo progrediamur sermone cœpto, & jam alterum à **NICETÆ** exordium ducamus, cui nemo non acclamet.
Vict

Vicit N I C E T A S; exulter, triumphet N I C E T A S. A
 Quod Seneca de suo Mutio, ego verius affirmarim de
 N I C E T A nostrro: Consecit bellum inermis ac mancus,
 & lingua truncata totum Veneris exercitum profligavit.
 Vicit. A D E S. Vicir excellentissimè; transcendit pænè
 omnem laudum nostrarum apicem: inimitabilis est. Et
 quis talem pugnam expetat, ut talem coronam referat?
 nil periculosius, quàm sic pugnasse; nil tamen etiam glo-
 riosius, quàm sic vicisse. Parem, puto, N I C E T A S in hoc
 neminem habet; facinus illius est incomparabile.

P A R T H. Sed habeat parem, conferri cum illo possint
 alii, hoc ipsum illius laudi accedit, quòd sic pugnavit, ut
 & alios ad similem pugnam animarit, & pugnare do-
 cuerit exemplo. Benedictus, magnus ille sanctissimæ fami-
 liaz Patriarcha, post N I C E T A M felicissimè pugnavit.
 Hostem ex adverso stantem, & quem oculis designaret,
 non habuit; seipsum vicit; Cupidinem triumphavit,
 quem non vidit. Vis narrem & hoc prælium? A D E S. Et
 nisi sponte animi faceres, conarer cogere. Tu perge mo-
 dò, quòd diutius hæc audio, hoc avidius. P A R T H. Neque
 Benedictus sine sanguine pugnavit, in hoc pænè super-
 ior N I C E T A, quòd non os solum, sed omne corpus
 crenarant, magnanimo voluntati per spinas. Et quælo
 liceat per te, Aedese, pugnam hanc Benedicti, peni-
 cillo paulò morosiore depingere.

§. I.

S Ed antequam gradum promoveam, nonnemini fa-
 tisfaciendum censeo. Quid? (dicat aliquis) viro sce-
 leris tam puro, vitæ tam integro, aries tam impurus in-
 sulter? Benedictum etiam spurcus Cupido lacestat? re-
 pugnat hoc tam sublimi sanctimoniaz. Imò propugnat
 hoc tam sublimem sanctimoniam, quæ nunquam fuisse
 tanta, nisi sic fuisset tentata. Ne mireris, ò bone; & si
 nescis, vel à prisco scriptore hoc discere. *Hos itaque Deus,*
inquit Seneca, quos probat, quos amat, indurat, recognoscit,
exercet: bonum virum in deliciis non habet: experitur, sibi il-
lum preparat. Quid miraris, bonos viros, ut confirmentur, con-
cuti? non est arbor solida, nisi in quam frequens ventus incur-
rit: ipsa enim vexatione constringitur, & radices certius figit.
 Et cujus virtus sine adversario non marcet, laceffita ve-
 rò multum sibi adjicit, erigitur cum tangitur, & impel-
 litur: omnia adversa exercitationes putat.

Talis Benedictus, qui molliter habendus non fuit,
 quandoquidem in tantum belli ducem eligendus. Dein-
 de, bella hæc & rebellionem carnis, vetare qui possu-
 mus; non magis quàm Pandari sagittam Menelaus ar-
 cere, quam ille furrim & à sociis reclus inamiserit. Et
 quamdiu duæ illæ partes, animus & corpus, junctæ con-
 cordiâ quadam discordi; quamdiu divinæ auræ, moles
 illa cibo tantum (ut Possidonius) recipiendo habilis ad-
 textitur, tamidju inter eas malè convenit, utique cum de
 imperio agatur, aut servitute. Regnum utraque pars
 exambit. Et magis illa quæ non debet. Terra attollere
 se supra ignem suum conatur, & cœnum hoc supra cæ-
 lum. Hinc in homine dissidia, turbæ, & velut assidua
 quædam vigilantium inter se partium pugna; cui Duces
 & Imperatores, Ratio & Opinio. Illa pro animo, & in
 animo: hæc pro corpore, & in eo pugnat. Sensit hanc
 pugnam & Benedictus, quia homo, quia mortalis, quia
 unus ex nobis. Sed sensit, non consensit: deprehendit
 intestini belli motus, sed nec è statu suo excessit, nec
 trepidus se vinci permisit. Stetit, pedem consulit, ma-
 nus conferuit, & contra seipsum vires suas expertus est,
 quæ nunquam certam dare fiduciam sui possunt, nisi
 plurimæ difficultates hinc & illinc irruerint. Sic verus
 animus & in hostis sui arbitrium non venturus, probat-
 ur: hæc ejus obrussa est. Videte ergo mihi quomodo
 Benedictus contra Benedictum, hoc est, seipsum pu-
 gnet: prælusionem attendite.

Adversa
 probant
 virtutem.

§. II.

A D E S. Adest avicula, sed nigella, & quales in Plutonis ca-
 veâ sunt. Adest ex Orco submissa, tanquam una
 ex velitibus, & quæ prælio exorsum daret, docta prius
 à nigro illo magistro, qui ipsi Stygium AVE expeditur.
 Exequitur ergo quæ iussa, & vices suas bellè fungitur.
 Vultum viri sancti circumvolat, alis decorè remigat; &
 nescio quid blandum susurrat. Blandiri eam diceret,
 quæ insidias struebat, jugulum & salutem petebat. Per-
 git illa & circa Benedicti caput, assiduo volatu auram
 circumat. Corvum crederes qui esurienti Thebyæ Ce-
 rerem deportarat. Nec sese ingerere cessat vel invito,
 adeò ut manu capi possit; sed cruce, quam manus benè
 cauta efformarat, cedere cogitur, & in infernas caveas,
 unde subvolarat, remeare. Pugnam finitam creditis?
 nondum cœpit. Anteludium hoc fuit & initium pugnae:
 lusorius tantum telis ater ille cornicen pulsus, & non-
 dum vulnus, neque vera congressio: pura solum, à fer-
 ro hasta, ut olim, & obtusi gladii in auras jactari. Jam
 primùm decretorios stylos & pugnatorios mucrones
 cerneris, & à ludicris transitur ad vera & versa arma.

Corvus S.
 Benedictū
 tentat.

Vix avolavit illa Cocyti merula, cùm Acherontis
 Imperator classicum canere, omnem Veneris exerci-
 tum convocare, inflammare in prælium, instigare in
 Benedictum: illatam sæpius ab illo injuriam exaggerare,
 prædicare suorum vires, Benedicti extenuare, omnes
 dolis & fraudibus armare, tandem amandare, & victo-
 riam polliceri. Ruit immunda phalanx ipsa Cypride
 ducè, & facibus Avernali sulphure stipatis casti pecto-
 ris in cœnia it expugnatum. Ah, Benedicte! in te vadit
 pedes iste Venereus, ni validus occurras, victus es, plu-
 res in te convolant Cupidines, quàm olim Arcefilas
 circa marmoream lænam effigiari. E poësi hoc natum
 putas, Aedese, & unum aliquod è ceteris figmentis?
 Rem dixi, de modo quo dixi, non laboro, nec aliud fa-
 cri codices loquuntur, qui sæpe plures cacodæmonas
 (quid ajo?) legiones totas in unicum hominem immis-
 sas asserunt. Et certè in Benedictum non ab uno tantum
 impetus; acies totæ in illum videntur pugnasse. Adeò
 enim faces illas tartareas sensit, adeò peccus exstuvavit
 flammis non puris, ut vix amplius durare sibi visus, con-
 tra tam latè populans incendium. Et propè fuit ut loca
 illa deserta desertum irret, & in urbem rediret.

Mox cacodæmonum
 agmè cum
 libidine
 oppugnat.

§. III.

S Ed adest auxiliatrix manus, & qui voluit Benedi-
 ctum impugnavit, expugnari vetuit. Adest Numen
 & animum fatiscentem in prælium restaurat. Mox ipse
 Divus recepto animo, & quasi aqua è languido refocil-
 latus, semetipsum affatur, & : Benedicte, inquit, cedis?
 & potior tibi fugacissimæ voluptatis umbra quàm cæ-
 lum, quàm Deus? nec exitum spectas? quò ruis? hæc
 olim polliceris, nempe cessurum voluptati, quæ pænè
 antequam venit, aufugit. Tam vile tibi cæli præmium?
 tam jucunda inferorum incendia? ubi robur? ubi per tot
 annos sapientiæ meditata studia, ubi ille animus, qui
 possit dicere: *si fractus illabatur orbis*, non expavescam.
 Et quæso; pudorem longâ inedia, crebrâ insomnia, mul-
 tã tolerantia adhuc servatum, momento perdes? Non
 ita. Et tu pecus (carnem suam compellat) hæc adfectes
 contra rationem, contra leges, contra Deum? hæc in
 me cudas pericula? tu me hosti prodere, cælo extrude-
 re, infero draconi gloriendum objicere? mercedem fe-
 res, ne dubita, te dignam. Mulceberis: & curabo ut
 hodie bene tibi sit. Dum hæc fatur, obliquos utrimque
 secus dimittit oculos, & arma circumspicit, quibus in
 rebellem carnem vindicet. Et en tibi, proximè circum-
 spicientem densi spinarum nexus, & crudele sentice-
 tum, quod sine contactu fauciet vel tantum spectan-
 tes oculos. Et bene est, inquit Benedictus, etiam de le-

Ille se con-
 tra animat.

ctulo tibi provifum, mea Caro; blandiret per illum volutaberis: quin ergo te, dignam hoc toro, molliusculè illic repono?

Et nudum
fpinis in-
volvit.

Primi quidem in omnibus praliis vincuntur oculi: & fæpe prius fugæ quàm pugnæ locus quaeritur. At Benedicti oculi etiã dumorum afpectu pavidi, non tamen fugitivi. Neque ullas cunctationi locus in eo confilio, quod non potest laudari nifi peractum. Mox enim Benedictus, post amarulento in carnem jocos, piè iratus & sanctè crudelis, vultum affeverat, virum se gerit, & lacinii develtis, neque latus obdit, ut olim pugiles, sed toto corpore ad veprium ictus expofitus, nullam partem fpineto interdicit. Et videte quàm non hæreat, quàm fecum non multa putet, quàm sibi non ignofcat: Melius est, inquit, corpus ardeat quàm animus; laceretur illud, quàm iste. Vix hæc factus, inerme corpus & nudum, hilari jactu in horridum dumentum præcipitat, & factos artus horrentibus undique paliuris fortiffimè induit. Currunt ex omni parte cruoris rivuli, & vitides fpinarum gladius liberaliter purpurant.

§. IV.

HVe jam oculos, & fpectate mihi purpureum corpus in mucronato hoc lectulo. Huc & aures, non quæ lamenta & queftus, sed quæ heroiz invictas voces audiant & adorent. Jacet inter fpinarum fcorpiones, non lacrymat, non ejulat, nec ingemit quidem. Sed ipse sui terror & fpectator, quod olim gladiato-ribus Romani *Repete ictum, repete*; hoc ipse sibi acclamat, & suæ voci obsecundans, transfixa membra magis verfat, & quasi extricando se labore, altiùs intri- cat, sentisque toto & profundo corpore admittit, & nova vulnera infligit, sive ampliat antiqua. Nec fati- s. Corpus quod vepres, etiam verba lancinant: Jam, mi care aqualicule, inquit heros, jam volutari licet & sa- tiari. Explicare tenellos artus, amplexare hos flores, & petulantia tuæ hic indulge, quantum fati. Tandem uti solebant Quiritis victo gladiatore, exclamat, *Hoc habet.*

Ah, Benedicte! (sed quid triumphis ingemisco?) ô magne athleta! jam tibi licet vocem illam emittere: *Vici*; & quidem victores gentium, ardores pravos. Et tu ille sapiens es, qui licet uratur, crucietur, in Phalaridis tauro sit, dicat tamen: *Quàm suave est hoc: quàm hoc non curio: beatus sum.* Hæc voces in ipsa officinâ voluptatis auditæ; cur ergo incredibiles sine apud eos qui virtutem colunt? Quàm bene Seneca: *Licet corpus, plenum bonâ conscientia, fillet; placebit illi ignis, per quem bona fides coluerebit.* Verè

Lætus est, quoties magno sibi constat HONESTVM.

Et Chriftianus Doctor hæc consignans Ambrosius: *Non frangitur*, inquit, *sapiens doloribus corporis: sed etiam in arumini beatus manet.* Etiam & tu Benedicte: imò beatus non mansisses, nisi quam sibi corpus beati- tudinem fingit, abjecisses: Vicitisti peccatum, quia tran- sultisti incendium. O tibi, nulli minùs quàm Benedic- to erubescendi! vos Veneri pudorem incussistis & ru- borem: illa in rubis victa, quæ rubos venerat satùra. Flammas ex Idâ tulit in Cassinatem, sed flammis pulsa est; aestuabat in voluptates Benedicti animus, sed hic aestus urticarum incendio repressus. Sentibus impunè licuit venas rimari, ne merfa visceribus libido, penitus medullas forberet.

§. V.

Fingit Theocritus impurum Cupidinem ab apiculâ punctum, flentem ad Cytheren rediisse, & voces il- las: Perii, mater, occidi; sæpius iterasse. Quàm veritùs ego; Cupidines omnes quotquot Benedicto insulta- runt, à suo victore discelisse, nec sine amaro ploratu. Et hoc illud è carduis vallum est, in quo vir sanctus ho-

stem suum, seipsum exarmavit; sanguinem suum senti- ceto gustandum propinavit, triumphavit Venerem, turpèque ignem fringere jussit. Sic miles iste vulnerato corpore animum reddidit invulnerabilem; incendium non quidem evitavit, sed mutavit; mentem servavit, cum calcavit carnem. Quod si huic pepercisset, tyran- nus fuisset in illam. Vulneribus ergo vulnera persana- vit, & flammis restinxit flammam. Iracundis tribulorum manibus corpus objecit lacerandum, ut ab uredine in- tegrum servaret animum. Quod si noluisse esse faucio corpore, fuisset animo; & hunc non effecisset sanum, nisi prius insanum illud. Mirum & novum sanandi ge- nus, sanitatem amittere; & ò novum artificium lucran- di, jacturam facere! quamvis hic nec jactura quidem, nisi luti sanguine mixti, Corporis. Et sit damnum, cor- pus hoc, quod, Solone teste, cum oritur; putredo; cum vivit, bellua; cum moritur, vermium esca est: sit, inquam, damnum, hanc belluam, an escam belluarum, lædere: quantum hoc est, & quàm nihil præ victoriâ quæ ex hoc nascitur? Bis vincit, qui se vincit: neque pulchrior, addo, neque opulentior est victoria, quàm de seipso. Innumerabiles sunt qui urbes, qui populos habuere in potestate, paucissimi qui se. Neque mihi jactes ustula- tam dexteram tuam Scævola. Faceffe: talis actor non fuisses, nisi tales fpectatores habuisses. Benedictus, Ni- cetas, sexcenti alii, teste cælo, fpectatore Deo, & solo non aspirarunt gloriam, sed prostigarunt: tantò illa di- gniores, quanto minus esse voluerunt. Ite Mutii, ite Lu- cretæ, vos violentas vobis manus artulistis jam violata: nostri hi athletæ ne violarentur. Non disputo, quo jure sibi vitam eripiat, qui non dedit. Benedictus, Nicetas, alii, servarunt vitam, vel rectiùs, vivam mortem mem- bris intulerunt, ut animi mortem effugerent, tantò cla- riores cunctis aliis, quanto fortiores. Secum luctati sunt; fpinas & supplicium sibi attemperarunt; pigrum illis visum sudore acquirere, quod possent sanguine.

Verè petierunt

pulchram per vulnera mortem.

mortem ajo, non corporis, sed Cupidinis imputi; mor- tem omnium virtorum. Viam ad cælum non volupta- riam, non stratum ofosis, non quæ plano pede aditur, sed dumis asperam ostenderunt: nec ostenderunt solùm, sed iverunt illam; pervenerunt per illam, quod plerique cupiunt pervenire, non ire. Stinitur nimirum per blan- dimenta corpus valefcere, languescere animus. Vege- tandus est hic, frangendum illud. Atque uti pugio veru- state obtusus asperatur saxo, & mucro ardescere jube- tur: sic corpus sæpe quod non vult, stimulis adigendum. Turpe certè est comitari, ut rectè Tacitus, *virtutum principis non adæquare.* Factum Benedicti aut Nicetæ admiramur? & imitari possumus. Neque ulli. Jobo sic proclamante, missio prius indulgetur ex hac militia, quàm è vitâ. Inquietus puer est, imò ipsa inquires cœcus ille Deus, quietos tamen & cœcos ferit; aut feriendo cœcos facit. Impia sagitta Benedictum tetigit, non pro- stravit. Infamem sibi repulsam tulit, retiamque retulit retusum, imò fractum, & pro victoriâ lacrymas habuit & pudorem, qui illum extorquere voluit. At nimium durum est, inquis, rubos insilite, membra fpinis amicare, excire sanguinem. Vis leviora? *Aude hunc hostem serid fugere, & viciisti.*

CAPVT II.

*Pugna NICETÆ & Victoria Epici
descripta.*

ADESIMVS. Illustriffima prorsus fuit, & hæc Benedicti de seipso victoria. Sed nescio quid majoris admirationis habeat, si vincat undequaque vin- ctus, quemadmodum vicit NICETAS. Benedictus cum pugnat

pugnare cœpit pugnam illam, liber fuit & solutus, nec in eo tam bulliens juvenatæ sanguis, neque ulla tunc ei femina blandientes manus injecit, sed nec ulla suis oculis illius uffit; nulla tunc impudica Siren illius aures vulneravit; omnis hostis arctavit in animum. At contra NICETÆ & oculi, & aures, & manus, & nares, & quidquid in NICETÆ vixit, pænè prius expugnatum fuit lenocinio Voluptatis, quàm NICETAS arma circumspiceret. Vincetus, ligatus (obstupescit!) ab hoste oppressus undique, vincendi spè præcisâ, vicit tamen, &, ausim dicere, plura potuit quàm posset. De milite Lusitano qui dentem pro plumbeâ glande in hostem bombardâ excussit, legi: qui linguam dentibus præfectam in hostem blandissimum expuerit, nec legere me memini, nec audire. Et quis unquam suo sanguine pro armis usus? mirabile certamen, in quo hostem conspici se vicisse fuit: mirabilis catapulta quæ ore potuit abscondi: mirabilis Castitatis triumphus, quem cruentum lingue frustulum obtinuit. P A R T H. Mira profusus, ter mira hæc pleraque omnia, & nescio an in omni Romanâ, Græcâ, Barbarâ, Christianâ historiâ, quidquam huic par inveniat. Et hoc mihi etiam puero stimulos addidit, hanc NICETÆ pugnam metro & numeris includere. Placet audire? aut potius tu lege, audiam ego. Carmen generosi & sani coloris ne expectes; à discipulo scriptum scias, non à magistro: Lege.

Ergo tanta animos subigit vesana nostros
Castra movere foras, alioque invadere fines?
Arma domi bellumque pati, atque in manibus hostem?
Hinc movet Idalias in nos Cytherea phalanges,
Inde Cupidineis irrumpunt agmina peltis.

Ergo ago quisquis adduc desulas integer alma
Virgo pudicitia, Castamque tueris honorem:
Sub mea signa veni; certam victoria laurum,
Certa trophæa dabit: solam ne desine pugnam,
Ing. hostes ferus esto tuos: ego bella docebo
NICETÆ, vires Deus ingeret, arma voluntas.

Hic matutino surgebat nobilis ævo
Flosculus, atque alias suavem spirabat odorem
Ante rosas: nam Christe tuis nova plantula in hortis
Eviruit, gratam redolens è virgine nardum
Pectore, cum toto diffusus in ore niteret
Integritatis bonos, & pulchro in corpore virtus,
Divaque Parthenis regnaret gratia libris.

Quid memorem verno conclusum flore virilem,
Celestemque animam? ipse suis excelsior annis
Ibat, & ingenio præfugis, & indole clarus,
Nec pietate minor, felix cum fortè procaces
Non premerent oculis jam nunc afflata malignè
Vritur adversis rosa fragrantissima ventis.
Quippe ambire omnes, omnes ardere decorem,
Admirari oculos, castissimæque ora tueri,
Denique pejus amare, placet puer omnibus, uni
Displicet ipse sibi, vultque infonsissimus uni
Possè placere Deo, rosa & esse, & nulla videri.

Mox ciet infernas tanta hec constantia turmas
Cocyti vulgus formidatamque Megaram:
Siccine felicem patimur florere juventam
Quam conitatur amor, quam fama & gloria vestit?
Nicetæmne meis non possè occumbere telis?
Cepimus imbellem, si dulce ligamen amoris
Vertimus in laqueos; annis, & viribus infans,
Ingenio puer est, Stygiis aptissima technis
Materia, & nostra seges haud incommoda prædæ:
Ipsa ego flammabo Veneres, ego Cypridis arcus
Ipsa venenabo, nec bellum imbellem movebo.

Dixit: & effræni tumefacta libidine terras
Invehitur, blandumque serit Dea sava venenum,
Hinc clandestinas ductura in prælia turbas,
Hinc Paphios raptura greges. Postquam agmina certo
Essidère loco Cyprias, denso imbre, sagittas:

Tom. I.

A Heu mihi! quæ pugna facies? uno impete lena
Lenonèstque ruunt castum expugnare pudorem:
Ipse etiam Decius certat, rabidissq; rebellem
Aggreditur furis, & scortum in virgine querens
NICETAM insequitur, NICETAM morsibus angit.
Qualis odorisequitur Spartanâ è gente Melampus
(Siqua fames angusta vocat, dominamque serina
Delicium invitat) densis erraticus antris
Militat in prædam, stricòque minatur biatu:

Sic Decius victu NICETAM attentat avaro
Exanimare; iris laudes, & laudibus iras
Suggerit; hinc blandis juveni sermonibus instat,
Inde metu, tumidæque Jovis, ceu fulmine, mirâ.

Iam tua virginea tam rara encomia miles
Deplorata videntur, & intermorta fama.
Protinus in plumam, lecto religatur eburno,
Sardanapale tuam, vinciturque inter odoras
Membra supina rosas, & serica texta tapetes:

B Vincula virgineas nectunt bombycina palmas.
Ferrea sunt, clamat, vel sunt adamantina: porro
Mollis olorinis fulcitur calcitra plumis.
Ehè! quàm malum vitreis incumbere testis!

Hortus erat variis vestitus honoribus, olim
Ante Semiramios fortunatissimus hortos;
Sive locum, seu dona loci tuearis, ameno
Pervius aspectu, roseis huc gratia gemmis
Nimpharumque chorus, Venerumque exercitus unam
Devenere domum; vivis argentea prætis
Sidera resplendent, & mollis amaracus albis
Crimitur violis, rubras nova lilia lambunt
Intermixta rosas, suaviq; fruuntur amomo.

Hic passim pingues Panchæa nutrit odores,
Totaque mellisuis interviret Hybla rosetis;
Purpureas Narcissus opes, Hyacinthus eburnas
Certatim ostendunt, & grato errore duellant.

Haud procul arboreis illudit blandula sentis,

C Et pariter dulces obsilbat aura susurros.
Passim hedera serpunt, gravidæq; in collibus uvæ
Maturantur, & arboribus circum intexuntur:
Celsior erectam contrâ decertat olivam
Cedrus, odoriferam diffundit amygdalus umbram
Garrula quas inter ludentibus undula lymphis
Ambulat, & querulos collidit rore lapillos
Ductus aquæ dulcis; nec soli sacra palato
Fistula, demissis fiat pervius humor ocellis.
Hic Zephyriq; Eurig; jocos, hic bella Favoni,
Æthiæq; domos, & veris regna videres.
Heu loca grata aliis, soli loca iniqua Pudori!

Quippe ubi NICETAS blandis cum fraudè catenis
Ductus in hortenses prosternebatur odores;
Continè totis florum lascivia castris
Militat in juvenem, & malè sano corpus amomo
Afflat odoriferi redolens fragrantia lecti.
In scelus aspirant auræq; & stridula tortis

D Flumina vorticibus, pictis erratica rivis.

Quid facies tanto miles fortissime bello
Arma, aciemque vides in te conversa; sed arma,
Heu nulla arma vides pro te! quæ machina blandis
Abrumpet pedicas? quæ vis bombycina franger
Vincula facta dolis? nullo manus obvia ferro est.
Fune ligata manus Samsonis robur haberet,
Rumperet irato fallacia fila lacerto:
Non habet, & propriis exuta eluditur armis.

Porro ubi mentito juvenis diademate vincetus,
Et prope victus erat, petulanti femina vultu
Insuper adrepat, stygia non degener hydra
Femina, lascivis importunissima verbis.
Monstrum horrendum, ingens, tot sanctæ spicula menti,
Quot mala verba jacit: nunquam sic flamma noceret
Misse oculis Basiliscæ tuis, quàm molliu lena
(Hæc scelus!) alloquia; occultum malè facta venenum

Ff 2

Parturit,

Parturit, & presentem inspirat vipera mortem.

Quid facis infelix? quibus amolire malignam
Pestem armis? quâve arte feram certabis in hydram?
Nulli ad extremum fecit intermorta bello
Quam tibi libertas; hem ludicra pacis inanes
Fabula Syrenes, & nulla relinquatur orba
Virtutis species: oculos aperire, perire est,
Et laqueum reperire oculis: hos claudere, frustra;
Vtraque reclusa est auris; satis ampla veneno
Ianua femineo: nec ceram pauper Vlysses
Extremum medicamen habet; nec carcere vincita
Auribus auxilium spondent, & opercula palma.
Nulla manus pugnis, nullis pes calcibus hostes
Proturbare valent; ipsi inter bysina sudant
Vincula, compedibus ceu luctarentur athenis.

Desperata tua juvenis castissime dixi
Serta pudicitie, tantisq; his molibus unum
Expugnari animum & Cypriis succumbere relis.

Non ita Romano vecors homicida duello
Angitur inter aquas, geminis dum morsibus urget
Et canis & serpens, cristatâque addita galle
Simia: majores (olim impenetrabilis) hostes
Sustinet integritas, nec spes super ulla saluti.
Quidquid agat (cane pressa fera est, indagine cincta)
Frustra agit, totio passim puer imminet arcu,
Atque Cupidinei admixta venena sagittis
Proximus intorquet: solum victoria plausum
Hæstentus expectat, magnaque Venus fruitur spe.
Lumque suo jactat sese lasciva theatro,
Lethæosque canit versus, & carmine dirum
Non ignara mali celebrat vitricæ Hymenæum.

Atqui inconsultum mulier sine fronte triumphum,
Turpis Erynis agit, nam que vicisse superba
Crediderat, victa est, dubia prope sessus arenâ
Nobilis athletes celo tutore secundum
Repperit auxilium, reperit quâ victor iniquam
Arte triumpharet lascivo pectore lenam.
Nâique ubi vicinis obseptus ubique periculis
Iam dare jamque manus mox cogebatur inermes:
Quin, ait ipse sibi, prorumpis, & arma requiris
Læse pudor, dabit arma dolor, dabit arma voluntas.
At frustra in vinculis gladium quasi verus, unam
Fortè tibi teneris non fascinat improba filis
Linguam mollities: ergo hac pudor utere lingua
Pro gladio quocumque potes, tibi major honesta est
Cura pudicitie, quam vana gloria lingue.

Dixit, & admorsam generoso vulnere linguam
Demetit, inq; lupa turpem vomit oscula frontem,
Oscula sanguineo effrontem pingentia rivo:
Macte animi juvenis, magnæq; amplissima fama
Materia, & sanctis nostrorum annalibus unus
Annuerande ducum, stygium qui viribus hostem,
Et Phlegethontæos tanto in certamine funes
Invictò rupisti animo, qui talibus ausis
Parthenidumque decus, libertatèque perennem
Servasti innocuam, doctus pro seniore vitam
Virgineo possuisse tuam: tu spicula torto
Librasti nervo, faucesque fuere pharetra,
Lingua sagitta fuit, Paphiûs, diremptio belli,
Imò corona fuit, tanti fuit ansa triumphi.

ÆDES, Ô NICETÀ! Ô Victor gloriosissime! qui om-
nibus retrò sæculis oblitescendus, in omnem posthu-
mam memoriam omni pòst ævo colendus & veneran-
dus, omnium vocibus es decantandus.

Sed, ain' tu hoc carmen discipuli? eras credam, hodie
non. In os, mi Partheni, te laudare non cogito, ne, pal-
pem. Somnias felicitè in bicipiti Parnassò. PAR-
THENIVS. Mirtamus hæc somnia, & ad rem redeam-
us. Nemo nostrum NICETÀ erit, si sciamus solum,
in hoc Circo vicisse alios, nisi & artem calleamus, quâ
& ipsi vincamus. Differuimus super *Invitamentis* & Esse-

A *libus* Incontinentia, restant *Antidota*. Tenes bellos illos
& rotundos verficulos: sed non tales Nasoni aut Ma-
roni, sunt isti:

Lectio, Flagra, Preces, Confessio, Lympha, Labores,
Portarum excubia, Christi presentia, Pœna.

Ne videamur, ut jam suprâ monebas, Arabicè loqui,
voces singulas exponamus. Hic omne Incontinentiæ
pharmacum, velut in nuce Ilias continetur: Ordiamur.

C A P V T III.

Primum INCONTINENTIÆ pharmacum, LECTIO SACRA.

P Arum erit, Ædesime, libros impuros amovisse, nisi
& meliores substituamus: nec virtutis est, noxia non
legere, si profutura spernamus. Piorum libellorum le-
ctio, tam utilis, quam necessaria est. *Cùm oramus, cum August. in*
Deo loquimur; quando legimus, Deus loquitur nobiscum. *Le. Psal. 67.*

B *ctio* sacra pharmacopolium est, è quo suam cuique
vitio medicinam petamus. Conciones, statim dumtaxat, Lectio pia
& non nisi festis diebus nos erudiunt: à libris, taciturnis fit freques.
his concionatoribus, quotidie doceri possumus, imò
debemus. Segerem non colliger, qui per plures hebdo-
mades, unam alteramve tantum spiculam infert horreo:
nec multum pietatis addiscet è libris, qui eos vix sæpius
quam menstrua lectione consuluerit. Quòd si simplici
vice parcius, sæpius tamen pii aliquid legendum est.
Ægrotis in hoc non ab similes sumus: ne bibant il lar-
gius uno ductu, jubentur frequentius bibere. Ita nos
non multa simul ingeramus, sed multum. ÆDES. Hoc
non satis assequor. P AR THEN. Brevi explicatius id tra-
dam. Hoc jam ago, crebram, imò quotidianam lectio-
nem sacram esse utilissimam.

D. Bernardus, elegantis ingenii, & admirandæ do-
ctrinæ antistes, multa illustria, quedam etiam pœnè profuit.
C divina scripsit: nullo aiunt magistro usum: solâ pre-
candi & lectitandi assiduitate, ad hoc eruditionis cul-
men ascendit. Ut legeret, intelligendi fecit cupiditas;
ut intelligeret, oratio impetravit; ut verò impetraret,
quid nisi vitæ sanctitas promeruit? Sic cupiat, sic oret,
sic & vivat, qui sic proficere desiderat. Soli ferè lectio-
ni sacræ debemus duos illustres Patriarchas Domini-
cum & Ignatium; quorum ille sanctitatis suæ primor-
dium, Collationibus Patrum; iste Vitæ Sanctorum jure
adscribat. Utrumque non mutavit tantum pia lectio,
sed alios fecit homines.

Audierat Magnus ille Antonius, ex Evangelio legi:
Vade, vende que habes & da pauperibus, & habebis thesaurum *Mat. 2. 19.*
in calo: & veni, sequere me. Hic ille cælesti oraculo sibi
hoc dictum interpretatus, mox rebus caducis æternum
Vale dixit, & Mundum res sibi suas habere iussit. Illud
ingenii miraculum Augustinus, Augustinus certè nun-
quam fuisset, nisi talis esse cœpisset à Sacra lectione.
D Ipse de se testis: *Sentiebam, inquit, me ab iis teneri (vitæ Lib. 7. C. 11.*
suæ sordes acculat) & jactabam voces miserabiles: *quandiu, fess. cap. 12.*
quandiu, cras, & cras? quare non modo, quare non hac hora?
sinis turpitudinis meæ? Dicebam hæc, & flebam amarissimâ
contritione cordis mei. Et ecce audio vocem de vicinâ domo cum
cantu dicentis & crebrò repetentis quasi pueri, an puella, nescio:
TOLLE, LEGE: TOLLE, LEGE.

Nec distulit; arripuit sacrum codicem, aperuit, legit-
que quòd primum conjecti erant oculi: *Non in cubilibus Ad Rom.*
& impudicitia, non in contentione & annulatione? *cap. 13. v. 13.*
Sed indu-
mini Dominum nostrum Jesum Christum, & carnis curam ne
feceritis in desideris. Hic legentis pectori lux admiranda
sefe infudit, & prior Augustinus esse desuit; ubi novus
cœpit.

O quoties otiosis illis fabulatoribus occinendum hoc
ipsum: TOLLE, LEGE: TOLLE, LEGE. Libellum pium
arripe somniculose cessator; inspicere, lege aliquid, ostende
de lis

A
v
O
de
Et
q
ad

Di
in
di
Nū
cap

Uti
de
p
Lib.
fess.

Uti
de
p
Lib.
fess.

de his te oculos nondum perdidisse. Quid totos dies A
vanissimis colloquiis comburis.

§. II.

§. I.

Com mendat sacra pagina quæstorem Candaces
Æthiopum Regina, ab industriâ sacræ lectionis:
Et revertebatur sedens super currum suum, legensque Isaiam
vers. 38. Prophetam. Mirantur Chrysostomus & Hieronymus,
Chrys. hom. de Lazaro. Hieronym. epist. 130. ad Paulin.
tam pium tamque sedulum legendi studium: En, ajunt,
homo barbarus, distentus curis, septus undequaque ne-
gotiis, cogitationibus innumerus involutus, legebat tam-
men, & quamvis non intelligeret quem legebat, nihilo-
minus tamen legebat, idque in viâ, in curru. Si talis in
ipso itinere, qualis in quiete domi fuisse credendus est?
Nec defuere Principes, Reges, Imperatores, qui hanc
ipsam viam præverint illustri exemplo. Nota est Theo-
dosi Imperatoris Junioris vigilantissima lampas, quam
aded artificiosa concinnavit manus, ut certis libramen-
tis monita motaque suum ipsa sibi pabulum sufficeret,
nec alienas vocaret manus, quæ oleum affunderent, sed
ad domini sui pervigiles lectiones non interruptâ fervi-
rer flammulâ. Noluit, lectionis studiosissimus Princeps,
ulli suorum famulorum somnum frangere, qui suum
sibi in multam sæpe noctem omnino adimebat. Al-
phonfus Aragoniæ Rex, non minus sacræ lectionis avi-
dus, utrumque Testamentum, vetus novumque, quater
decies (repeto) quater decies, neque cursim aut obiter,
sed presso vestigio, & unâ cum commentariis evolvit.
Quid nos, Ædesime, quid simile præstamus? in Regum
& Cæsarium manibus sacros codices spectamus, & nos
otiosuli, tor bonas horas tam malè perdimus, quas uti-
lissimè lectioni piorum libellorum impenderemus.

Scriptis Magni Antonii res gestas Athanasius, ille
per Orbem, Christi causâ, exul & profugus. Legit
hoc scriptum & Augustinus, atque alto spiritu de eo
id pronunciat: *Quid est hoc? quid audisti? surgunt indocti
& calum rapiunt: & nos cum doctrinis nostris sine corde,
ecce ubi volumur in carne & sanguine: an quia præcesserunt
pudet sequi?* Eiusdem Beati Antonii vita, duobus ex
Imperatoris Theodosii aulâ, sanctiorem vitam persua-
sit, tam celeri quàm admirabili prorsus metamorphosi.
Mens iis erat horas pomeridianas decambulando fran-
gere. Atque dum hi duo apricis vagantur campis, æstui
declinando ad monasteriolum egenum descedunt. In-
grediuntur, pauperimam suppellectilem otiose circum-
spiciunt. Hic alter fortè fortunâ beati Antonii vitam
languidâ manu prehendit, aperire, inspicere curiositas
suavit: etiam legere cepit fallendo tempori. Miratur
primò, substitit aliquoties, meditatur nonnihil, dele-
ctari incipit, paullatim trahitur, sensim inflammatur,
eâ demum lectione sic incaluit aulicus hic lector, ut
defixis in socium oculis: quæso te, inquit, quid ambiunt
univerſi labores nostri? altius fastigium omnis spes
nostra non habet, quàm gratiam Cæsaris, & istud
quamdiu? per quot pericula itur ad periculum gran-
dus? Mundi mancipia sumus, & sæpe diaboli Marty-
res sumus, & ubi ætatem, valetudinem, vitam impen-
derimus vanissimo huic otio, quod inde nobis præ-
mium? Amicus Dei si fieri volo, nunc esse queo. Dixit,
iterumque legere cepit, arduum quid volvens animo.
Tandem exclamat: Abrupî, servire Deo jam statui,
idque hæc ipsâ horâ, hoc ipso loco aggrediar. Et ad
socium; libetne, inquit, domine, adjungi & imitari?
silem ne adversari velis: non muto. Cui alter: Comes
cro individuus; usque sequar te. Cœperunt bene, san-
ctè perseverarunt, optimè miserunt. Sponsas habebant
ambo, quæ mutatione hac admirandâ & ipsâ mutatæ,
devorâ Deo virginitate, in cælestes thalamos denupse-
runt. Hæc tantò credibilia, quantò testis locupletior
Augustinus.

Alit. cap. 8.
vers. 38.
Chrys. hom.
de Lazaro.
Hieronym.
epist. 130.
ad Paulin.

Diligentia
in piâ le-
ctione.
Niseph. 14.
cap. 3.

Utilitas in-
de perce-
pra.
Lib. 8. con-
fess. c. 2.

Lib. 8. con-
fess. c. 6.

Tom. I.

EN mi Ædesime, quid in mentem hominis possit
pia lectio. Verissimum est effatum Augustini: *Cum
legimus, Deus nobiscum loquitur.* Qui legendo nil pro-
ficat, ne dicat, secum Deum non loqui, sed Deum lo-
quentem à se non audiri. Qualis rerum lectio, talis le-
gentium profectus: non tam multa legenda sunt, quàm
utilia. Maronem & Ciceronem non ajo penitus abdi-
candos, sed Thomam à Kempis aliisque scriptores esse
miscendos, ne ad Christi tribunal cum Hieronymo Ci-
ceroniani accusemur potius, quàm Christiani. Augusti-
nus inter Dialecticos Sophistas diu indagavit verum,
quod non solum illic non reperit, sed in Manichæum
etiam delirium incidit; nec ab hoc prius respuit, quàm
Pauli Tarsensis epistolas legit.

ÆDES. Quos ergo potissimum legendos suades? vix
est, quin plurimi adolescentum atque juvenum in libro-
rum delectu graviter errent, neque enim in libris idem
esse puro quod in cibis, ut ii plurimum nutriant, qui
maximè sapiant. **PARTHEN.** Rectè sentis; non ad gu-
stum, sed fructum, legendum est, neque ut doctiores
inde fiamus, sed ut meliores. Piorum librorum equi-
dem hoc ævo magnus est numerus, & qui in dies auget.
Sed en, brevissimum tibi syllabum de eorum librorum,
quos ego Adolescentibus, Juvenibus, Viris, præ millenis
aliis utilissimos cenſeo:

I. Stimuli Virtutum.

II. Considerationes de Æternitate.

III. De imitatione Beatissimæ Virginis Mariæ.

Ultimum horum scripsit Franciscus Arias, cujus viri
alia itidem opuscula omnia tibi commendo. Sed pri-
mus sit, quem primo loco nominavi, *Stimuli Virtutum*:
de quo hoc sentio, nescire me quis è plurimis Orbis bi-
bliothecis videri debeat præ isto juvenibus utilior. Ita
primus sit iste: ab hoc ad alterum progredere, & illi
fundamento, **ÆTERNITATEM** impone. Verum, cum
illos paucos suadeo, non nego alios itidem utilissimos
lectu esse, uti sunt, Dux peccatorum Ludovici Granatæ,
& ipsius alii eruditi sanè & pii libri; Praxis spiritualis
Antonii de Sales; Imitatio Christi Thomæ à Kempis;
Vita Sanctorum à Zachariâ Lippeloo scriptæ; Zodia-
cus Christianus de XII. Prædestinationis signis; Horo-
logium Auxiliaris tutelæ Angeli; Ascensio mentis in
Deum Roberti Cardinalis Bellarmini; Eiusdem de
Æternâ felicitate Sanctorum; Eiusdem de gemitu Co-
lumbæ; Eiusdem ars moriendi; Albertus Magnus, vel
Jacobus Alvarez de Virtutibus; Luca Pinelli pars pri-
ma & secunda Operum spiritualium; Manuale Sodalita-
tatis à Francisco Veron editum; Francisci Bruni partes
quatuor de Beatissimâ Virgine, Vita & morte Christi;
Ludovici de Ponte partes sex meditationum. En cu-
mulum, & paucos nominavi: tu selige. Plerosque illo-
rum & levi sumptu emes, & lectione brevi evolves. Ita
fac Ædesime: mei te consilii non pœnitebit. **ÆDES.** Pa-
rebo: sed à te legendi leges etiam expecto. **PARTH.** Pau-
cas dabo, nec plures, quàm libros. Tria mihi maximè in
lectione sacrâ videntur cavenda.

I. CELERITAS.

II. VARIETAS.

III. VANITAS.

Et ne ænigmata putes esse hæc nomina, explico.

§. III.

Pio Lectori ante omnia, & primò cavenda est **CE-
LERITAS.** Dixi jam: non multa sed multum legat
qui profectum amat. Apage mihi Lectores illos, qui
per libros volant, uti gallus gallinaceus per prunas, ra-
prim multa evolvunt, nusquam insunt, nihil meditatè
legunt. Sacra lectio penſculata sit, & crebrius interrui-
pta, ut quod legeris, meditando expendas, & recolendo
Edenti nõ voranti,

Qui le-
gendi sunt
ex libris
piis.

Quomodo
legendi li-
bri pii.

Ff 3

melius

melius intelligas. Sunt qui non edunt, sed vorant, & ut de iis proprie Plautus, tubercinantur, grandes bolos properanter ingerunt, nec mandunt, sed mox deglutunt. His cibus non tam alimento est, quam detrimento: ita qui multum ingerit legendo, nihil autem digerit expendendo, virtuosè legit, & cum noxâ. Pluvia est quam Stillam vocant, quæ cælo placidè & guttatim roante, terram fecundo illapsu penetrat: nimbus vehemens & subitus, plerumque parum fertilitatis adfert: ita lectio properata, meditatio nunc non distincta, velut repentinus imber, animum ad fecunditatem non irrigat, sed obruit & non penetrat. Si quid legis, quod formandæ vitæ magis faciat, parere, obsecro, ut penetrat: cogitatum ad id temporis talis fueris, num futurus sis talis. Frustra legis si non pensulatur legas.

Et pluvia
stillam
cadenti simi-
lis sic
pia lectio.

Varietas
legenti
noxia.

Deinde VARIETAS, in omni pænè lectione improbanda. Ferculorum multitudo multis ceteroqui sanis valetudinem adimig, multitudine pharmacorum plurimis jam ægrotis, vitam præscindit. Sic omnino librorum fastidiosa varietas, solidum profectum impedit. Vagum & instabile quid habet, omnis generis voluminum lectio. Nusquam est qui ubique est; sed nec sanitati conducit remediorum crebra mutatio. Fastidientis est stomachi, multa degustare; quæ ubi varia sunt & diversa, multa fercula faciunt: ita & lectoris vitium est voluptatem potius in libris quærere, quam utilitatem. Hos tales Polybius catillonibus, & gulosis convivis æquiparat, qui appositos cibos variè & carptim delibantes, neque in præsentia voluptatem solidam, neque fructum aut alimoniam in posterum ferunt. Ita legamus, mi Aedesime, ut non quæ sapiunt, sed quæ instruunt & profunt; utilia magis quam plausibilia lectemur.

Sed & VANITAS in legendis libris damanda, Vanitatem voco, legere, non ut facias, sed ut scias; scholæ dicere, non vitæ. Ah, mi Aedesime, scire nostrum cælo non probabitur, sed nostrum *facere*. Quid multa lego, si facturus non sum, quæ legi? Quid juvat sacra lectio, si profana sit nostra omnis actio? quid pios codices terimus, si nullam in nobis pietatis imaginem exprimimus? quid præcepta Castitatis accipio, si ea sequi recuso? Sacra lectio nunquam ordiendæ est sine ingenio firmoque animi decreto, exequendi quacunque in re, quidquid faciendum vel omittendum instinctus divini per librum dicitur. Angelus coram Ezechiel & Joanne, non solum librum *expandit*, sed illos etiam comedere voluminem iussit, & visceribus abdere. Vanissima lectio est quam opus non confignat. Post lectionem tales incipiamus esse, quales esse præcepit liber. Alioqui copiosum spargimus semen, & nulla messis sequitur. Et malè illi, qui faciendæ sciverit tantum, non fecerit. Hortatus nos Christus: *Ille, inquit, servus qui cognovit voluntatem domini sui, & non preparavit, & non fecit secundum voluntatem ejus, vapulabit multis.*

Ezech. c. 3.
vers. 1.
Apo. c. 10.
vers. 9.

Luc. cap. 12.
vers. 47.

§. IV.

Variis profuit lectio.

Beatissima Virgo, Domini Mater (cujus sanctissimos mores nullus unquam satis laudaverit) à nona dici horâ, ad primam usque facem divinas paginas perlegit, plûsq; profuit (ut Sabellicus loquitur) uni virguncule, singulari lectio, ad beatitatem & decus, quam omnibus sapientibus omnes bibliothecæ.

Sylvia Russina Alexandria Præfeti filia in Thebaïdis solitudine, id adepta est assidua lectione, ut non sola sibi esse videretur, cum maximè sola esset, & quorum virtutes legebat, illas ad profectum æmulata, in se conabatur effingere.

Alcibiades juvenis (uti memorant) scholam olim ingressus, Iliadem Homeri à magistro petere institit. Negavit Magister ejus librum copiam sibi esse. Cui audax juvenis non verba sed colaphum rependit atque abiit, hoc unum apud se mullans: Ludimagister sit, & Home-

rum non habeat? Forfan, mi Aedesime, Beatissimæ Virginis sodales reperias, quos si interrogas, num libellum de Imitatione Christi lectitent, etiam habere se negabunt. An non & his jure objicias: sodales sint, & faciunt hunc scriptorem, non habeant? Non potest esse major virtuositas, quam optimis esse inimicum. Alphonsus olim eximius ille regum interrogatus, qui essent optimi consilarii? Mortui, respondit, libros scilicet intelligens qui nihil blandientes, nihil celantes, veritatem & institutionem sinceris documentis expriment.

Sanus esse vix potest qui salubres cibos averfatus, gulam suam in cerasa & omne genus pomi effundit: ita nec sanctus erit, qui pios libellos exosus, audiendis aut lectandis fabellis se pascit. Utilia & pia legenda sunt, & nisi ea crebrè legantur, nec utilitatem nobis, nec pietatem conciliabunt. Atque hoc dicere habui de primâ voculâ versiculi (LECTIO) sequitur altera (FLAGRA) ADES. Jam mihi tergum horret. Sed perge, mi Partheni: nondum desii attentus esse.

C A P V T IV.

Secundum INCONTINENTIÆ antidotum, CORPORIS AFFLICTATIO.

PARTHENIVS. *Resistite diabolo, & fugiet à vobis.* Aedesime, Castimonia sine bello nulla est: pugnare non vis? Castitatem non amas. Res gestas omnium Sanctorum inspicere, pugnas videbis admirabiles. Vix ulli non magno sterit sua Castitas. Notum illud D. Chryostomi: Virgo à bello nunquam cessat. Hostis tam blandus & subdolos, quam propinquus est. Quisque sibi non solum vicinissimus est hostis, sed & pessimus. Diabolus & Mundus licet totis nos castris oppugnent, frustra sunt, si proditor iniquissimus eorum patri non faveat. Nec ignorat cacodæmon, victorias suas pænè omnes carni referendas in acceptis. Facili molimine vincit dominam *Rationem*, si expugnaverit ancillam *carnem*. Hæc sui amore stultissimo decepta, ut aliquot mellis guttulas emat, cælum vendit: æternum petere non curat, modò ei suave sit paucillo temporis. Insaniam hanc extremè damnans Siracides: *Quid, inquit, nequius quàm quod excogitavit caro & sanguis?*

Hic mihi Jabelem, Cinæam feminam, tam dolis quam manu robustam considera. Ad tentorium illius venerat, militiæ Dux Sisara, bello jam fractus, & ex fugâ fessus. Jabel in occursum egressa, suavi verborum fuce, & blandissimis benevolentia figmentis hominem invitans: Ingredere, inquit, mi domine, non est quod formides, ingredere. Ille, perinde si bos macellum subeat, ingressus, frigidam petere institit. Illa, velut in hospitem ultra preces liberalior, etiam lac propinavit, & pellibus contectum ad somnum suaviter composuit. Sic sopitum & jam altius dormientem aggressa, trabalem ei clavum trans tempora adegit. Ita miser somnum, quem cœpit, necdum finit. Jabeli simillima, imò pejor illa, est Caro nostra, petulans, procax, fallaciarum plenissima, & mille versutiis ad decipiendum instructissima, animo sitienti lacteam propinat promulsidem, varias *Carni* oblectationes & voluptates ingerit. Et quamvis hæc potio letali toxico sit mista, tamen est grata æstuant animo quem & pellibus cooperit conciliando sopori. Hic genius *Carni* est, mollia semper & delectabilia offerre, rejicere quidquid asperum aut laboriosum. His lenociniis Magnus ille dux *Animus* in somnum datur; dum dormit, suisque rebus cum nihil invigilat, trabali luxuriæ clavo ad terram affigitur & occiditur. O Sisaram, ô Animum miserimum! ita & somnum, & mortem simul incipis, & quidem æternam.

O Aedesime, non hic arripimus flagra, & nequissimam hanc deceptricem, prout meretur, contundimus? *Cibarius*

Ecclesi. cap. 7.
vers. 30.

Ind. cap. 4.
vers. 18.
& seq.

Caro animi
mum do-
lose sopi-
tum necat.

Brill. c. 33.
vers. 25.

Cibaria, & virga, & onus asino: panis & disciplina, & opus servo: operatur in disciplina & querit requiescere, laxa manus illi, & querit libertatem.

§. I.

Plutarchus de 17A.

Narrat Plutarchus, Agathonem ab irato jam jam percutiendum exclamasse: Atheniensis sum, Atheniensis sum. Ille irâ in asinum callidè versâ: Tu verò, inquit, Atheniensis non es. Mox miserum jumentum liberali fustuario mulctavit. *Animus* noster originem è cælo trahit, hæc ei patria, hic civis est: *Caro* terræ filia, fordidissimis prodit natalibus. Et quid ei tamen parcimus? Atheniensis non est, è cælo non est, *Animus* est. Cur ergo in hoc jumentum tam faciles & benigni sumus? viciosa hæc & fatua est mansuetudo. Sed modò *Carni* bene sit, modò huic jucunda & mollia non subtrahantur, modò plagas evadat *Caro*: sofdescat *Animus*, pereat; quid refert?

Uter caro regnet animum occidit. Tacitus l. 4. Annual. post initium.

Hic paria omnino facimus Neronis matri Agrippinæ. Consulenti huic super Nerone filio, responderunt Chaldræ, fore ut impèraret, matrè que occideret. Atque illa impiè: *Occidat, inquit, dum impèret.* Ita nos in *Carnem* damno nostro indulgentes & placidi, scommate impio sanctissimos monitores eludimus. Monet Christus, clamant Prophetæ, Apostoli hortantur. Urgent Ecclesiastæ, Divi omnes exemplo docent: non secundum carnem ambulandum, sed secundum spiritum. Prudentiam carnis mortem esse: sapientiam carnis inimicam esse Deo: eos qui in carne sunt, Deo placere non posse: debitores nos esse non carni, ut secundum carnem vivamus: morituros nos, si secundum carnem vixerimus, si autem spiritu facta carnis mortificaverimus, victuros. Quid nos ad hæc? Moriar, peream, occidat; modò imperet *Caro*, modò sua omnia salva sint carni, quidquid fiat animo. Redeunt monitores illi & contentius exhortantur: *Carnis curam ne feceritis in desideris: Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt: mundemus nos ab omni inquinamento carnis. Spiritu ambulante, & desideria carnis non perscietis. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, &c. fructus spiritus est Charitas, Conscientia, Castitas, &c. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis.* Hæc audimus. O *Ædesime*, & adhuc differimus flagra, & carnem mulcemus? nimirum alinum missione donamus, & impunitissimè dimittimus; Angelorum civem, Animum, heu pessundamus nequissimis blandimentis!

Virga, & onus asino, virga, virga.

§. II.

Caro remigis instat castiganda ut pericula fugiat.

In mari si quando Navarchus eminus prospiciat, aut Maurorum Liburnicam, aut Turcarum trirremem, celeritimo cursu contra se fecti, si se viribus imparem sentiat, & fugam capessendam cogiter, mox ad remiges advolat, quos si lentiores deprehendat, aut remigare non velle, lorum seu flagellum, quamprimum corripit, & horribili fremens voce, identidem clamat: *remiga canis, remiga, remiga.* Si nec flagrorum metus, operis celeritatem persuadeat, ponit flagrum Naucerus, & gladium stringit: nec multa præfatur, mox contumaciori manum aut brachium amputat. Dein proximum quemque priori carmine salutat: *remiga canis, remiga, remiga.* Et nos, mi *Ædesime*, in mari sumus procelloso, furibundo, ventis & fluctibus in ludibrium expositi: hic syrtes, hic scopuli, hic scyllæ, & charybdes interitum minantur. Cum undique eluctamur, piratæ cingunt, qui hoc unum agunt, ut viam ad cælum præcludant. Inter pericula hæc innumera, Caro contumax, perfida, quictis & otii amantissima, pulvillos & lectulos circumspicit, non nisi ferias & delicias querit, periculorum securâ & incogitans, lusibus & nequitiis incumbit. Et cur

hic non viri sumus? quid cessamus? cur non flagellis & loris ad remigandum bestiam adigimus? cur non vociferamur: *Vapula Caro, vapula pecus, vapula, vapula.* Aliter certè hoc vile mancipium tractandum non est. Parva corpori factâ indulgentiâ, rapit & evertit dominium rationis. Discat ergo subesse & servire, laborare discat, & Castim oniam tueri; sed hoc ei rationibus aut blanditiis non persuadetur: verberibus & vi agendum est.

Indigna res, Sanctissimi viri Castitati tuendæ acerrimè lætantur. Benedictus inter vepres, inter nives Franciscus, in lacu frigidissimo Bernardus, sexcenti alii totas horas, dies panè totos flagellis & loris se lætant, ut suam sibi Castitatem defendant. Unus Dominicus Loricatus, unâ solum quadragesimâ (plures autem habebat annuas) roties & ad preces tam prolixas se virgis atque loris acerrimè cecidit, ut incussorum verberum numerus, ad quadraginta quinque millium excreveret. Er nos in periculis longè gravioribus, quam illi tales constituti, ad omnem inertiam & languorem proni diffusimus: cumque ambabus ferendum esset, timidissimè parcimus. Ita ex facili à libidine triumphamur. Ah, mortales, hæc via non est ad astra, ad cælum non est. Et quæ te, *Ædesime*, nomina mihi è tot millenis millibus Sanctorum vel unicum, qui suo corpori non fuerit noverca, qui non illud parcè ac duriter aluerit, & exercuerit ad omnem tolerantiam. Dominicus, quem dixi, Loricatus solebat dicere, se ad hoc verberationis voluntariæ fastigium paullatim ascendisse: Idem cuivis alteri, opitulante Deo, posse contingere. Ur enim per vigiliis assuesceret, vigilare cœpisse: nam somnus, ajebar, invitat somnum, & ex vigiliis facilius trahuntur vigiliæ, sic abstinendo discimus abstinere. Ergo incipiendum est: difficilia sunt quidem initia, sed à cœptis non statim resiliendum; progressus est faciliior. Tu ne cede malis: — hic aude, aut Castitatem perdis. Usus certè flagellorum duo habet eximia. Primum est: carnis petulantiam nimium substantem velut asperum frenum insigniter coërcet. Alterum: Christi flagellis cæsi, spinis redimiti, in crucem acti cruciatus nemo satis cogitat, qui flagella, dolorè que similes non gestat. Quòd si funiculos nostros, nec iratâ quidem manu incussos, adedò tamen sentimus, jam cogita quâ hostiles dextræ hamatis loris armatæ, in Domini corpus sævierint. Mare dolorum fuit; infandi cruciatus. Ergo licet morigeram quis carnem habeat, si tamen patientis Christi summos dolores seridè velit perpendere, exiguus ipse non respuet; uterur flagris, quæ Dominus in nostros usus, suo jam sanguine sacravit. Nobis dictum putemus à Salomone: *Noli subtrahere à puero disciplinam: si enim percusseris eum virgâ, non morietur. Tu virgâ percuties eum, & animam ejus de inferno liberabis.*

Ira omnes Sancti fecerunt. *Vide Tac. Gret. ser. de disciplin. Pet. Dam. Svirius 10. 5: ad 14. Octobris.*

Certe flagellorum duo habet eximia. Primum est: carnis petulantiam nimium substantem velut asperum frenum insigniter coërcet. Alterum: Christi flagellis cæsi, spinis redimiti, in crucem acti cruciatus nemo satis cogitat, qui flagella, dolorè que similes non gestat. Quòd si funiculos nostros, nec iratâ quidem manu incussos, adedò tamen sentimus, jam cogita quâ hostiles dextræ hamatis loris armatæ, in Domini corpus sævierint. Mare dolorum fuit; infandi cruciatus. Ergo licet morigeram quis carnem habeat, si tamen patientis Christi summos dolores seridè velit perpendere, exiguus ipse non respuet; uterur flagris, quæ Dominus in nostros usus, suo jam sanguine sacravit. Nobis dictum putemus à Salomone: *Noli subtrahere à puero disciplinam: si enim percusseris eum virgâ, non morietur. Tu virgâ percuties eum, & animam ejus de inferno liberabis.*

§. III.

Quandoque tamen flagellis præferenda sunt cilicia. Subinde caro lentis rigoribus frangenda est, hoc cameuniæ vestes & cilicia præstant. Hæ molestæ tunicæ olim plurimi usus fuerunt, etiam in præcâ lege. Nec plebi tantum, sed & regibus usitatæ. Achab, David, Joram, alii que reges hanc hispidam vestem, ad carnem indurui gesserunt. Illud Hebræum sidus Juditha, castitatem atque pudicitiam suam cilicio insigniorem fecit & tutiorem. In lege novâ apud sanctissimos viros feminæ que nil usitatius his ipsis asperis indulsit. Omnis ætatis, ordinis, status, conditionis, sexus homines ea gestantur, & etiamnum gestant domandæ & vexandæ carni. Fuerunt qui, viginti, triginta, octoginta continuis annis dies noctè que, hoc ferolo amictu, carnis rebellionem omnem compresserint.

S. Lupus Trecentis Pontifex, qui humi somnum capere, nec annis vicenis ulli unquam lecto indormire potuit, sustinuit, qui alternas noctes vigiliis & precibus exegit,

qui unâ solum tunicâ se operuit, cilicium assidue gestavit, nec imitatoribus caruit. Nam idem S. Maximus Rhegiensis Præsul, idem alii fecerunt. Abrahamus Eremita, qui ex amplissimo patrimonio patris ex asse hæres, præter cilicium, stercem, poculum ligneum, nihil sibi retinuit, vestem cilicinam quinquaginta annis gestavit, nec unquam mutavit. S. Amarus abbas, non aliam quàm è cilicio culcitram admisit, eadem in morbo & morte usus. Comes Elzearius, serico thorace cilicium velavit idem ad quinquagesimi psalmi (Misereere) singulos versus, tribus ichibus idque catenulis ferreis se cecidit. Noxum Caroli Magni Imperatoris cilicium. Franciscus Borgias Dux Gandiæ, etiamnum sui juris & extra Religionem visitaturus feminas cilicio se armavit. S. Thomas Cantuariensis Archiepiscopus, pilosam vestem ad genua pertingentem gestans: si corpori meo, ajebat, præesse nequeam, & qui tot aliis præro? S. Edmundus in eodem folio successor, cilicium extra quadragesimam, in quadragesimâ lorica ferream, gestavit. Ad hoc eum maræ affluere fecit à puero, quæ, quoties ei Parisios recentia indusia, lotum simul misit cilicio-um, suadens biduo triduoque quot hebdomadibus uteretur.

Cilicii primus usus. Gen. cap. 3. vers. 7.

Gen. c. 17. vers. 34.

Da veniam quaeruntur: & quis primum cilicium induit? PART. Primus homo, Adam cum conjugè: *converserunt folia ficus & fecerunt sibi perizonia*. Aspera sunt hæc folia, nec blanda nudis. Sic cilicium ab arbore sumptum in Paradiso cæpit esse usui. Imitatus Jacob, qui cruentam filii tunicam cernens, piloso hircosque hoc texto in carnem pugnantur. Notum Ecclesiæ canticum: *Cilicio Cæcilia membra domabat, Deum gemitibus exorabat*. Nec ipse nuptiarum dies hanc ei hispidam interulam potuit detrahere: aureis quidem radiabat vestibus, latente tamen cilicio mordebatur; dumque fescennini canerentur, suam ipsa virginitatem Deo commendabat. Hac non inferior Editha Anglorum regis filia, quæ ut cilicii, quod dies noctesque gessit, vexationem sanctè dissimularet, vestem cultumque regium non abhorruit. Vidit eam sic regè compam S. Ethelwodus & substrictâ fronte: Non sic, inquit, non sic, ô mea filia, ad cælum itur. Cælestis sponsus hunc nitorem, hos radios non curat. Illa modestè: Sancte Pater, inquit, & hoc est quod me soletur, cor à Deo non vestem aestimari. Sensit vir sanctus mentem bonam, non semper à veste judicandam. Radegundem Clotarii Regis, Kunegundem Henrici Imp. conjugem omitto, quarum ista non indormire tantum sed & immori voluit cilicio.

§. VI.

Quid multis: hoc unum egerunt omnes Sancti; ut continuum corpori facerent injuriam. Omnes in hanc rem mirè ingenioli fuerunt, caveruntque unicè, ne sub nomine necessitatis, subreperet voluptatis nequitia. Hinc proluxæ illorum vigilie, humi cubationes rigidæ, inedia perpetua, insulsi & insuaves cibi, acerbæ potiones, vestitus asperissimus, mira in rebus omnibus patientia. Ludebant cum corpore, ne ludus ei fieret Animus: Vis, ajebant, ô mea caro dormire? hinc poteris, sed aut stando aut sedendo, prout vis; hic lectus pro te nimis durus est, aut si mavis jacendo quiescere, en hic optimum pulvinar, saxum. Vis prandere, cenare? & hoc potes: en herbas, en radices optimas, cum condimento etiam, cinere; acetur, sal, oleum tibi non conveniunt. Sitis, ô mea Caro? en aquam cristallinam, argenteam, licet non nihil tepidam, ne gelu tibi noceat. Ita in corpus amarissimè jociat, redegerunt illud in feritatem. Et assiduas has pugnas contra carnem summâ contentione aggressi sunt: sciebant enim bellum esse inturissimum, cum hostis est intra muros. Idcirco suum quisque corpus, velut benevolam inimicam (ita Na-

Sanctorum in corpora sua asperitas.

zianenus loquitur) aut insidiosissimum amicum frangere laboravit precationibus, laboribus, vigiliis, inedia, ciliciis, flagris, rigoribus aliis innumeris. Religiosissimâ in seipso tyrannide servarunt illud Caligula: *sic fieri, ut sentiat se mori*. Sic tractarunt corpus, ut servum se commeminisset, non dominum; sic carnem exercuerunt, ut ex adverso pugnaret medicina cum morbo, dolor sensus cum voluptate carnis.

At nos tenelli ac delicatuli (certè tales sumus ad illos comparati) nos mollicelli hoc unum agimus ut suaviter pereamus, id omne studiosissimè amolimus quod carni non blanditur. Equid parcimus huic asino? non est Atheniensis, cælestis civis non est, Animus est. Equid hanc vernium prædam tam blandis obsequiis in nostram perniciem demulcemus? an ignoramus, nullam pestem efficaciorè esse ad nocendum, quàm hostem domesticam? Carnem, capitalissimum nobis hostem imminere, quavis, non dicam de experiri licet, sed horrà, si libeat explorare. *Caro enim concupiscit adversus spiritum: spiritus autem adversus carnem: hæc enim sibi invicem adversatur*. Perpetua hæc rixa & lucta est, & quod crebrior Carnis est victoria, hoc majores illius sunt vires. At ibi semper vincit, ubi nunquam creditur esse hostis. Ah vani, ah miseri! quantum mortalia pectora cæcæ noctis habent! quid delicias & voluptates quaerimus, nec suo tempore, nec loco suo? In aliud & meliorem orbem migrandum est deliciarum avido. In orbe hoc nostro appetentia voluptatis, plena est anxietatis, fatieras verò plenissima pœnitentiæ. Tristes esse voluptatum exitus, quisquis reminisci libidinum suarum volat, intelliget, hinc morbi & dolores quasi quidam nequitia fructus referuntur. Ita demum voluptas omnis in tormentum vertitur.

In id verò solum ingeniosa est Caro, ut *onus, & virgam, & opus* à se removeat, & quiete fruatur delicatâ & voluptabili. Ergo, mi Edesime; ex æquo & justo: *onus, & virga, & opus* huic pecudi convenit, aut illam profectò habebimus refractariam. Ad finem capitis hujus, illustriissimæ & proflus severæ Continentiæ admirandum speculum extollo. Adeste spectatores; huc & oculos & animum.

Joannes Godefridus Bambergensis & Wirzburgensis Pontifex, Anno M. DC. XXXII. quarto Calendas Januarias, Ratisponæ in comitiis defunctus, per omnem vitam ad eò se totum Castitati consecravit, ut homines libidinum suarum mancipia, velut ipsos diabolos averteretur & fugeret; neque unquam induci potuit, ut cum his talibus vel paulò familiaris ageret. Jam inde à parvulo Godefridus cilicio consuevit uti toris diebus ac noctibus, integris etiam hebdomadibus: Diebus Veneris, sabbati, & pridie dierum Christo, Beatissimæ matris Virgini, aut patronis dicatorum, flagellis se acriter cecidit. Omnibus annis, quibus episcopum egit, stramine tantum, quod linteamine texerat, indormiit; multas noctes nudâ humo, rudî panno substrato, exegit: ad solitas preces mediâ nocte sapissime surrexit. Ad rem facit quod addo: Omnibus Veneris ac sabbati diebus cibo abstiniit, unicâ panis buccellâ & haustu modico contentus. Si quando his diebus hospitalitatis jus, aliavè causa eum mensæ admovisset, ut abstinentiæ suæ constantem rigorem sanctè dissimularet, cibos ab opsonii magistro seu structore divisos, tanquam cenaturus accipiebat, paulò post, aliis id minus observantibus, famulo intactos velut neglectim porrigebat. Die Christi patientis, & aliàs per annum crebrius omnis cibi abstinentis, præter panem & aquam gustavit nihil, & hoc tunc maximè fecit, cum omne alieni oculi arbitrium vitare licuit. Quadragesimali jejuniò nil è piscibus aut aliis animalibus esitavit, herbis solum, leguminibus, & rapis contentus. Per omnes Dominici Adventus dies nil carni in cibum admisit. Sanè non parvo ei stetit, Castitatis,

Cal
174
168
Ex
bur
Fria
For
P. J
Sall

Boeth. lib. 3.
de consol.
philos.
Ad Gal. c. 5.
vers. 17.

174
168
32

Castitatis
exemplum
insigne.
Ex funebri-
bus orat. D.
Friderici
Forneri, &
P. Joannis
Salleri.

statis, tam sincerus amq. Quod vel hinc etiam luculenter patefiat.

Adolescens etiamnum, liberali admodum & venusta erat facie, ita tamen ut in eo nobilissimam fecerit mixturam Pudicitia & forma. Hoc ejus virgineum decus cacodæmon isto sibi stratagemate sumpsit expugnandum. E gynecæo feminae magni nominis, insigni juvenis pulchritudine in benevolentiam parum pudicam inflexæ, ad convivium Godefridum specie honoris vocarunt. Adest vocatus, nec tamen solus (ut res tam periculo careret, quam suspitione) sed una secum vitæ suæ moderatorem adducit. Hunc præ omnibus benignæ invitationes & crebra pocula petebant. Hoc enim nequissimâ vafricie agebatur, ut is omnium minime gressum è domo moliri posset, qui primus deberet; itaque cogere cum commisso sibi juvene illic pernoctare. Res è voto successit, nam probè appotum, & jam vacillantibus vestigiis, articuli que subsidentibus labentem, in proximum conclave, blandè cubitum trahi jusserunt. Ita & juvenis eâ nocte pedem domo efferre prohibitus est: & quia nil mali suspicabatur, ipse quoque ad lectum tali hospite dignum deduci se passus est. Cum verò adultâ jam nocte quies & silentium teneret, cubiculum sopiti juvenis furia illæ libidine accensæ laneo passu irrepunt; jamque proximâ lectum quâ verbis, quâ gestibus, adolescentis innocentiam ad flagitium invitant. Hic castissimus juvenis, velut ad Stygii monstri aspectum evigilar, & mox horrendum vociferans, è lecto, ut erat lineis solum femoralibus & induso vestitus, prostravit, impuris manibus semet extorquet, & omni veste aliâ relicta, ex insidiosâ domo evolsans, in vicini ædes, velur in asylum transfugit, ubi reliquam noctis inter preces & gratiarum actiones, pro obtentâ Castitatis palmâ exegit. O factum dignum æternis annalibus! O Niceta, sunt qui tecum saltem certare velint, si superare non possint! O Ægypti Prorex Josephæ, tuæ virtutis æmulum agnosce! O Ædesime, penè redivivum Nicetam tibi sisto in hoc juvene. Pronissimum mihi est credere, Godefridum post tam nobilem victoriam, eum à Deo favorem impetrasse, quem Thomas Aquinas, cui lumbos strinxerunt Angeli; ut aut nullam deinceps carnis rebellionem senserit, aut facilis negotio repræsentit. Neque tamen noxiâ securitate castimonie suæ fessus, diaboli rethnas timere desit. Scivit quod supra monuimus, virginem à bello nunquam cessare. Ideo in domum suspectæ pudicitia aliâ invitatus: Malin, inquit, leprotrophium subire & cum leprosis cenare, quam vel semel castitatis periculo, ædes illas ingredi, meque sponte in ignem præcipitare. Nec aliter fecit quam dixit, & rigida virtutis exemplo perpetuam sibi Continentiam stabilivit, in sui corporis tormentum variè ingeniosus. Solebat namque cingulum ferreum insuper aculeis asperum ad nudos lumbos appressus gestare. Armillæ ipsæ, si quando iis usus, non lascivie instrumenta, sed Castimonie, ostentationem nullam præferrebant, sed virtutem tegebant. Siquidem sub hoc tortili auro carnificina manuum latebat, quæ maluissent metallo tam nobili non indui, quam abditis sub eo aculeis assidue compungi. Godefrido certè sua Castitas non gratis constabat: verberibus, jejuniis aliisque rigoribus, corporis animique florem & emeruit, & retinuit. Sed verliculus monet: *Lecho, flagra, preces* — de lectione & flagris diximus. Ad preces me verto.

CAPUT V.

Tertium INCONTINENTIAE antidotum,
PRECES & ORANDI STUDIVM.

Libell. 5.
num. 32.

A Nachoretam senem (ut Pelagius refert è Græco) consulens quispiam de animi sui latente malo: ec-

A quid ego, inquit, faciam! cogitationes meæ non nisi ad libidinem me trahunt, nulla mihi ab eis est quies, nec per horulam quidem & hoc non leviter me affligit. Cui fenex: Quando, inquit, dæmones ejusmodi cogitationes ingerunt, ne colloquaris cum animo, quia dæmonum est talia suggerere; tuum, suggesta identidem regerere. Penes te est, hos hospites aut admittere, aut ingredi volentes ejicere. Modò resistas, invito tibi consensum vi nullâ extorquebunt. Ad quæ juvenis: Atqui, mi pater, inquit, debilis sum, & tam potenti affectui vix resisto, vincor. Atqui nemo, inquit fenex, hic vincitur, nisi volens. Et scis quid fecerint Madianitæ? filias suas ad omnem illecebram comptas & ornatas, in oculis Israelitarum quasi venales proposuerunt. Ita quidem allicere potuerunt ad turpe nefas, neminem cogere. Israelitis omnibus integrum erat, non perire. Multi, quibus lex divina cordi fuit, non tantùm Venereum hoc illicium contempserunt, sed alios etiam, illecebrosos spectaculo captos, ultione laudabili puniverunt. Sic & nobis agendum. Fucatas tibi diabolus cogitationes prosternit? Contemne, non responde, desue in illas sordes; surge; ora, & clama: Fili Dei miserere mei. Ad hæc iterum juvenis: Ecce pater, inquit, & oro, & meditor, & clamo, sed sine omni gustu; lapis sum, non moveor. Tu tamen, inquit fenex, nihilominus & ora, & meditare, & clama. Incantator sæpe vim verborum quæ pronunciat, ignorat, ac sentit eam incantatus serpens, & velit nolit, humanæ voci se subjicit. Ita nobis quantumvis fauceum cor sit, & ad preces insensile, sentit tamen eas cacodæmon, terretur, & fugatur. Tu igitur ora, etsi silex tibi videaris.

Tentatio-
num re-
medium
oratio.

Num. 25.
vers. 2.

§. I.

S Alomon, illud opulentia & sapientia prodigium, & si solus hic loquatur, satis persua-deat: *Scivi, ait, quia aliter non possem esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientia, scire cujus esset hoc donum: adiu dominum & deprecatus sum illum.* Nobilissima gemma est castitas & pudicitia, tolerabili tamen & levi venditur pretio; pete illam à Deo, & jam emisti. Omnis quidem virtus, munus à Deo est, singulari tamen ratione Castitas, idcirco precibus ardentissimis perenda est à liberalissimo domino, qui sic rogatus, menti allucet, ut vicina pericula provideat; voluntatem afficit, ut congrua malo remedia constanter adhibeat; infrenem appetentiam sub legis imperium compellit; luctantem hominem confirmat ne ob pugnae difficultatem, vincendi spem despondeat, sed opem cælo affuturam erecto animo confidat: qui denique novas identidem vires subministrat, ut is qui cepit, hoc Castitatis stadium decurrat, promissumque Castitati præmium obrineat. Hæc Augustino causa fuit, sic efflictim precandi: *Deus meus, accende mentem meam; da quod jubes, & jube quod vis.*

Sap. cap. 8.
vers. 21.

Quomodo
castitatem
impetret
oratio.

Lib. 19.
Confess.
cap. 29.

Ille paradisi hospes, castissimus Paulus, virginitatis aded erat amans, ut omnes sibi cuperet quam simillimos, tamen & ipse has faces luteas sensit: *Datus est, inquit, mihi stimulus carnis meæ, Angelus Satana, qui me colaphizat: & quâ tandem ratione divinus hic homo ab hac carnis injuriâ se vindicavit? Precibus, & quidem ter repetitis: Propter quod ter Dominum rogavi, ut discederet à me. Ea demum oratio impetrat, quæ perseverat, quæ ignes oratio eam spirat: preces languidæ, nec hominem quidem ad assensum flectunt, nedum Deum. Spiritus est Deus, & Ioan. c. 4. eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare.* Falitas est illa, & turpe dissidium eum lingua preces & verba demurmurat, mens interim à precibus aliena ad ludos & choreas evolat. Precari putes hunc hominem? os certè occupat, cor oritur, aut pejora tractat otio, & nescio quid aliud nugatur. Atqui hoc non est in spiritu adorare. His precibus Castitatis gemmam nemo impetraverit. Sanctissimus David precationibus assiduus exactuans:

2. Cor. c. 12.
vers. 7.

Qualis
oratio eam
impetret.

Pfal. 122.
v. 1. & 2.

exestuans: Ad te, inquit, levavi oculos meos, qui habitas in caelis: ecce sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum, sicut oculi ancille in manibus dominae suae, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum donec misereatur nostri. In manibus, inquit, domini, stant oculi servorum, non in facie. Nimirum hic oculorum conjectus petit ut accipiat; ad heri dextram pervolat, ut eam aperiat ad dandum. Ira nos proflus oculis nostris in Dei manus statuamus, & Castitatis unionem pretiosissimum, violentiâ Deo gratâ extorqueamus.

§. II.

Oratio est
epistola
petitoria
auxilii in
obfidiione
animi.

Militiæ dux, cui castrum commissum est defendendum, si quando videat à vicinis jam hostibus castrum obsidione cingendum; literas quamprimum perscribit ad arcis dominum: hostem in propinquo esse, de arce agi, se cum suo milite in periculo versari, nisi quàm celerim submittatur auxilium: proinde rogare se, ut si quidem dominus arcem suam velit salvam, majores copias & recentem militem, quàm citissimè possit, suppeditatum mittat. Militiæ vivimus mi Adesime, & castrum suscepimus propugnandum, Animum. Varius hanc arcem incurrit hostis, maximè Cupido, Venerus ille jaculator, qui secum ingentia trahit agmina, tot occasionum, illecebrarum, tentationum: Heu cingimur saepe, ac undique magnis copiis obsidemur! Quid hinc consilii? primum est, non differre; proximum, literas exarare, & cum iis tabellarium quamprimum amandare ad dominum. Nuncius noster, nostra est oratio; literas scribimus, cum ad Deum preces fundimus. Hic juvat expeditum & celerem esse. Quamprimum in periculo est Castitas, cum occasiones invitant, illecebræ blandiuntur, cum tentationes incitant, mox ad Deum pervolet epistola; mox ardentissimæ preces concipiendæ in hunc ferè modum: & satis est quandoque vel unice tali precatiunculâ opem divinam poscere.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ. Psal. 50. v. 16.

O mi amantissime Domine succurre peregrino serva me. Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me festina. Psal. 69. v. 2.

O Jesu castissime, de animæ meæ salute agitur, custodi me ne peream.

Ad te Domine levavi animam: Deus meus in te confido, non erubescam. Psal. 24. v. 1.

O mi Jesu, ô Jesu fortissime defende me, à Satanæ laqueis erue me.

Illustra faciem tuam super servum tuum, salvum me fac in misericordiâ tuâ. Psal. 30. v. 17.

O mi Deus, fons puritatis, amator castitatis, crea in me cor mundum & castum.

In te Domine speravi, non confundar in æternum; in justitiâ tuâ libera me. Psal. 30. v. 1.

O Jesu purissime, in cordis puritate conserva me.

Complaceat tibi Domine, ut eruas me, Domine ad adjuvandum me respice. Psal. 39. v. 14.

O Jesu desiderabilissime, torum me traha ad te.

Potens est telum in cacodæmonem ardens oratio, quod etiam hinc discas. Unus è fodalitate Virginis Beatissimæ fuit (mihî rebus omnibus conjunctus) qui clam admotis facibus in flagitium agebatur. Ter illum nocturnâ molitione Cacodæmon impetiverat; jam in virum procerus; mox intra virum procerus; mox intra pusionis modum contractus; denique virgine assimilata nihil virgineum meditabatur. In his angustiis deprehensus adolescens, quidquid armorum habuit hosti obijcere, Præsidentem suam aliquando ingeminare; rursus cruce præcordia notare velle, sed irritò sermone conatu; nam torpebat exanimis pollex, & manus nihil virum retinebat. Ad ultimum lingua suppetias tulit, ut in clamato Numine redirent manus ad officium, & Sirenum

ora in fumum dilaberentur. Nec restinctum tamen eâ fugâ incendium est, sed viventibus adhuc flammis adolecens conflagravit. Ergo lecto se corripit, abjectusque humi ipse plectere se incipit. Ubi cum per horam decubuisse, tandem ab incendio triumphavit.

Christus, quotidie precari nos iussit: *Et ne nos inducas in tentationem.* Sed & clausulam addi præcepit: *Sed libera nos à malo.* Tam rogandus est Deus ne incurramus periculum, quàm ut evadamus. Et hæc oratio non à summis labris veniat, sed à pectore, & intimo sensu.

§. III.

Hic mihi duos velim consideres, in extremis pudicitiae periculis, precentes: Josaphatum Regem, & Thomam Aquinatem tibi sisto. Decreverat Thomas, primum aratis florem Deo ac pudicitiae dicare. Parentes, ut hoc animi decretum rescinderent, blanditiis, minis, promissis, inauditis artibus castissimum pectus sibi sumpserunt expugnare. Ictus vani, & in ventum abjere omnes. Obdurabat filius, destinari consilii tenax. Ergo validiore ariete quatiendus fuit hic paries, dum corrueret, nec consilii defuit vigilantissimus Satan. Solum se agere putabat Thomas in conclavi, quod demum carcerem esse sensit periculosissimum. Eo enim immixta est puella, melioris formæ quàm pudicitiae, ipso vultu petulantiam confessa. Cæpit ea variè & blandè verecundissimum adolescentem ad flagitium invitare. Omnia in eâ loquebantur, vox, forma, gestus, oculi, vestes, vestium odor. Quot verba, tot jacula: quidquid dixerat, venenum erat.

O Thoma, quot in te sagittæ volant! singulæ mortem ferunt, vel unam admixtæ plaga letalis erit. Equidem sensit eximius adolescens ad cor penetrare blandissimum hoc toxicum. Hic, velut in arenâ gladiator, consilium caput, æmulator NICETÆ, & mox ad Christum: Ne quæro sinas, exclamat, Domine JESU, & tu sanctissima Virgo MARIA, ut in oculis tuis turpissimum seculum committam. O mi castissime JESU, ne permittas, ut ob spurcam libidinem, æternas cæli delicias vendam. Dixit, & è foco titionem rapuit, insidiatricem fugavit, cubiculo extrusit, oclulst ostium, *vicit.* Opportunius hæc pugna subsidium non habuit, quàm preces ex ardenti pectore petitas.

§. IV.

Scenam habuit periculosiorem Rex Josaphat, Regis Abenneri filius, & nisi eximia illius virtus, in eodem quasi theatro bis vicisset, plausum ab Angelis non tulisset. Sacra Christiana regius hic juvenis à Barlaamo Eremitâ didicerat; jamque mores alios & castiores præ se ferebat, quàm idola coleret. Abennero patri severior hæc vita filii non probabatur, ut qui aliud cælum non nosset, quàm in sordibus volutari, & mergi voluptatibus. Cùmque filium non unis machinis tentatum, sentiret inexpugnabilem, imagorum suavis hoc eum stratagemate instituit adoriri. Removit ab eo famulitium omne aulicum, & solas quæ juveni ancillarent puellas substituit. Hic mihi Samsonem da da Davidem, da Salomonem, & videamus, num duret sceleris purus inter corruptelas. Nec Josaphato pectus adamante aut chalybestere, cæpit sentire pellacias, cæpit astuare; tale demum libidinis incendium pectore circumtulit, ut huic extinguendo se parem non crederet. Generosè quidem contra tot hostes luctatus est: & jam Deum objectabat animo, jam Dei leges: modò inferos cogitabat, modò cæleste præmium: hon inuis tamen Veneræ faces animum incendebant. Ita nec Deus, nec inferi, nec cælum, neque spes, neque metus impuram flammam multum adeò mitigabant. Ultimam & præsentissimum visum est mali remedium, in preces se sternere. Ergo manus oculoque celo attollens: O Deus, inquit,

Anno 1614.
factum.

D. Thome
Aquinatis
pro casti-
tate certamen.

Alit
Jol
cen

Alit
491

Josaphat
precibus
victor.
Ips

spes desperatorum, respice & miserere: tu omnia potes, A
misericos in omnes. Vide, Domine, quæ patiar; meæ
me cogitationes occidunt. Perii, nisi tu adjuves. Cordis
& corporis pudicitiam servare cupio, sed expugnor, nisi
tu defendas. O mi Deus, tuus sum; pereuntem à lapsu
revoca; tibi vivam, tibi moriar. Adfuit benignus Deus
sic calidè oranti, & impuratum cogitationum agmen
subitò evanuit. Nec tamen precari desit jam victor ju-
venis, sed ab eo tempore (valedicebat jam dies) ad alte-
rum usque solem in precibus pervigilabat.

§. V.

§. VI.

D Igresa ab se Oratrice illà pestilentissimâ, quia ipse
unus, & accusatoris, & patroni partes sustinuit,
ideo ipse sibi & objicere, & objecta diluere, secumque
ipso plurimum luctari cœpit, & in utramque partem
fluctuare, demum se solum sic affari: Nil, inquit, inho-
nesti à te petitur; conjugium proponitur, & quidem
non dispar: Regina est quæ sponsum quarit; nec leges
Christianæ contradicunt.

Id quidem verum est, sed meministi quid te docue-
rit Barlaamus? *Omnis ponderatio non est digna continentis* Eecli. c. 26.
vers. 20.
anima.

At hic occasio est lucrandæ animæ, & puellæ regię ad
Christum traducendæ.

O mi Josaphat, hoc non est lucrari animas, tuam ne-
gligere ut acquiras alienam. Nosti illud: *Quid prodest ho-* Matt. c. 16.
mini, si mundum universum lucretur, anima verò sua detrimen-
tum patiatur. vers. 26.

Sed non est omnium, vivere ut virginem, ut Ange-
lum. Rectè hoc quidem dicitur, sed qui declinat virgi-
num certamina, nec præmia desideret virginibus pro-
missa.

At durum est in continuâ luctâ vivere; sibi ipsi sem-
per contradicere. Durum est, sed gloriosum est, & res
una omnium Deo dignissima.

Credibile tamen est, multos sanctissimos homines
in conjugio fuisse servatos, qui alioqui perissent. At non
minus credibile, multos in conjugio perisse, qui si casti
vixissent, servati fuissent.

Sed fac, prout destinavi, sic incipiam: quis scit an sic
finiam? aliud est inchoare, aliud ad finem perseverare.
At istud Deo permittendum est; hoc ipsi erit cura. Qui
suasit incipere, juvabit etiam finire.

Sed repugnat natura. Corrupta, non integra: & Deus
naturâ longè potentior est.

Sed quid faciam? uror; ardeo, cogitationibus pessimis,
jam diu mens incenditur; sævit in medullis fax Sty-
gia. At hunc æstum igne Christi superare potes: hoc ta-
le incendium Christi sanguine potes extinguere.

Sed nunquid unus aliquis ex Apostolis dixit: *Quima-* 1. Cor. c. 7.
rimonio jungit virginem suam, bene facit? Ita est, sed idem
omnino Apostolus addidit: & qui non jungit, melius facit,
& bonum est homini mulierem non tangere. vers. 38.

Sed an non aliqui Apostolorum uxores habuerunt?
Habuerunt, sed inter illa omnia quæ Christi causâ re-
liquerunt, etiam uxores fuerunt: sic Apostoli omnes
erant virgines, vel post nuptias continentes.

Sed an non Pauli vox est? melius est nubere quàm
uri. Ejusdem tamen & hæ voces sunt. *Volo autem omnes*
homines esse sicut meipsum: Dico autem non nuptiæ & viduitas,
bonum est illis si sic permaneant, sicut & ego.

Heu quid faciam? utinam virginem illam regiam
nunquam ad aures, nunquam ad oculos admisissem.
Hoc forsitan melius fuisset, sed nec sic quidem omnis
victoria desperanda est.

At forma illius animo meo identidem oberrat. At
nunquid non formosior est Deus, à quo rerum omnium
forma & pulchritudo, velut è mari stilla unica, aut gur-
tula est?

Ah, ferendo non sum, si diutius duret tam vehemens
cogitationum pugna!

Hic Deus providebit: feramus hodie, quod nos ferre
vult Deus, ipsi cura est de crastino.

Sed num misellam illam virginem in Stryii draconis
faucibus hædere sinam?

Sed num etiam oblitus es, quantis te periculis obje-
cerit mulierum familiaritas? vix evasisti, & egressum cogi-
tatas? nemo veriùs periculum judicat, quàm qui exper-
tus est.

Sed Christianum est, alienæ salutis curam agere.
Sua,

Alterum
Josaphati
curramen.

S Ed necdum omni periculo defunctus est Josaphat.
Acerbior & longè periculosior instabat pugna.
Abennerò patri jam antè dono venerat puella, regis fi-
lia, bello capta; sed pulchritudinis tam eximie, ut om-
nem ejus ævi formam extinguere, & pænè Dea esse cre-
deretur. Et hæc, tragediæ caput statuebatur, mago re-
gio strenuè adlaborante. Hic, ut certior veniret victo-
ria, carmine magico cacodæmonem in puellam immi-
sit, ut sic junctis operis institueretur stratagema, nulli
eludendum. Adest ergo personatus diabolus sub venu-
stissimâ larvâ, & ut immittitùs pugnaret, blandissimam
prætendebat pacem. Puella ad omnem dolum ingenio
versatili erudita, religionis Christianæ cupidissimam se
dextrè simulabat. Volebat Orcinianus piscator, Satan,
eam hamis escam imponere, quam sciebat appetituros
hos tales pisciculos. Josaphatus juvenis præclaram hanc
ratus occasionem servandi ab Orco hominis: nihil equi-
dem se malle ajebat, quàm ut plurimi secum ab idolis ad
Christum transirent. In eam rem utrimque prolati ser-
mones. Puella sensim veritati cedere, & expugnari se
callidissimè mentita, in se quidem nil futurum moræ,
quin sacro fonte lustranda in leges Christianas juraret, si
modò regius juvenis reginæ conjugium dignaretur non
aspernari. Fortunam sibi regiam, non sanguinem dees-
se. Putare se verò, à Christianis non fortunam, sed vir-
tutes & animum in dote numerari. Parentes sibi, &
avos, atque atavos, & horum majores fuisse reges. Opu-
lentiam regiam bello nonnihil accisam, aut mutatam
esse: credere se tamen, non sine dote venturam; si pro-
bitatem conjugii futuro adferret. Ah, Josaphate, ah, ah!
non periculo tantùm, sed ruinæ vicinior nunquam
fuisisti!

Stabat juvenis, & venusti sermonis prudentiam non
sine tacitâ commendatione mirabatur, & ut sit, oculos
sua stationis oblitus, in loquentis vulvum subinde obli-
quabat. Et ne ad eò alienus foret ab honestissimis nu-
ptiis, cœpit fallacissima Siren, nescio quas sententias
(à magistro diabolo eas didicerat) ex Evangelii in me-
dium recitare, ipsius Christi præsentia nuptias com-
mendatas asserere, honorabile conjugium & immacu-
latum torum extollere, multa demum in conjugii lau-
des garrere.

Ad aures & ad oculos talem oratorem admittere, & D
non persuaderi, divinæ est potentie, non levitatis hu-
manæ. Forma vel muta, eloquentissima est oratio; quod
vult, impetrat. Ubi jam verborum mel affunditur, &
eblandiens animum suada facundia conjungitur, sine vi,
quidquid dicitur, persuadetur. Saxum antea videri po-
terat Josaphatus, & immota rupes ad omnem libidinis
impetum; sed lascivus dæmon tantâ sordentium flam-
marum vi hanc rupem vallavit, ut & ipsa instar solutæ
arenæ defluere cœperit, & minui. Nondum quidem
prostratus Josaphat, hoc unò tamen victoriam sibi fe-
cit accipitem, quia cœpit dubitare. Decretum erat ei
antea intactum servare corpus ab omni feminâ; jam verò
vaccillare, turbari, anxius hæsitare, nec turbationi sa-
tis resistere, nec dubitationem expedire.

Ad Hebr.
cap. 13, v. 4.

at
us

suæ, ante omnia. Speciosissimos titulos excogitat caro, quibus suam turpitudinem velet: mille veritates intrinsecus, ut fallat.

Diu secum ipse in hunc modum luctatus est reciproca contentione. Demum invenit virtute viam, & ipsa sibi necessitas reperit exitum. Ad preces iterum, velut ad sacram anchoram confugit. Precibus & lacrymis diu intentus in soporem solvitur. Hæc ea vidit, ut experrectus, & hæret præ lætitiâ, & præ Numinis reverentiâ tremere. *Inde omnis, inquit Damascenus, conspecta mulieris pulchritudo, cæno & sanie fædior ipsa visa est.* Ita cacodæmonum insulcus acerrimi repressi sunt precibus. Ergo, mi Deus, continentiam jubes; da quod jubes, & jube quod vis. Sed precibus tectæ jungitur Confessio.

CAPUT VI.

Quantum INCONTINENTIÆ antidotum,
CREBRA PECCATORVM
CONFESSIO.

Prov. c. 22.
vers. 11.

Qui diligit cordis munditiam propter gratiam laborum suorum habebit amicum Regem. Nihil æquè favores divinos emeretur, quàm nitidam semper ac testam habere conscientiam. Conscientiam verò ita puram non facile conservabit, nisi qui eam crebrius emaculaverit. Id frequens peccatorum confessio potest: hæc autem vix erit integra, si sit rara, ut verissimè dixerit Bernardus; *Computatio dilata, multa facit oblivisci.* Qui rationes suas raro inspicit, vix est ut non aliquid pertranseat connivente oculo: & sicut acuratiores illi sunt, qui, si non quot diebus, quot hebdomadibus saltem suarum rationum libellum relegunt, ita vixæ plerumque purioris sunt, qui conscientia navos, singulis hebdomadibus ad sacerdotis aures deponunt: *Velox confessio, velociter medicinam facit.* Et hæc prima frequentioris Confessionis causa est. Do & alteram.

Præservat
à lapsu.

Sunt quotidiana delinquendi pericula, quibus expositi vivimus. Diabolus, Caro, Mundus, noti hostes: tentant, vellunt, rogant, alliciunt, tenentes urgent, trahunt, tantum non cogunt, & hoc unum agunt, ne boni simus, nec Conscientiæ maculas tam studiosè observemus, easque non nisi tardè & segniter eluamus. Quid tibi cum tam delicatâ & tenerâ conscientia (ajunt illi deceptores nostri) habeas semper quod agas. Aeternum tibi creas negotium, & simul molestissimum semper erit, quod abstergas, & nullum laboris reperies finem. Non subolet hic tibi quid machinentur hostes tui? hæc consilia sunt secreta diaboli in amicum vestiti. Si nolis ea tibi obesse, detege. *Qui demulcat arcam amici, fidem perdit.* Amicitiam simulat cacodæmon; tu cuncta ejus arcana pande, confessione quàm creberrimâ, & larvarum hunc amicum facillimè vitabis. Quod Bernardus de Communionis, idem ferè de Sacramento Confessionis asseri potest: *Duo illud Sacramentum, inquit, operatur in nobis, ut videlicet & sensum minuat in nimis, & in gravius peccatis tollat omnino consensum.* Consilium Tridentinum affirmat eos, qui hoc sacramentum debita præparatione obeunt, custodiri ne statim succumbant tentationibus, & multò facilis in viâ virtutis, cautiore jam & vigilantiores, progrediantur.

Ecclesi. c. 27.
vers. 17.

In cæna
Domini de
baptis. &
ablut. pedu.

Sess. 14. c. 5.
& 8.

Ipsa verò (sunt verba Concilii) hujusmodi Confessionis difficultas, ac peccata detegendi verecundia, gravis quidem videri possit, nisi tot tantisque commodis & consolationibus levaretur, quæ omnibus, dignè ad hoc sacramentum accedentibus, per absolutionem certissimè conferuntur. Locuples testis experientia est iis in urbibus, ubi crebrioris confessionis usus, multos per omnem vitam sine gravius peccatis agere.

Sed & tertiam causam subijcio, cur conscientia cre-

abriore confessione purganda sit. Id luminis in hoc Pœnitentiæ Sacramento acquiritur, quo peccata eorum que origines longè facilius dignoscuntur. Initium est salutis, notitia peccati. Nam qui peccare se nescit, corrigi non vult: deprehendas te oportet, antequam emendes. Existimas tu, aliquid de remedio eos cogitare, qui mala sua virtutum loco numerant? quidam vitii gloriantur. Ideo quantum potes, te ipse coargue, inquire in te, accusatoris primùm partibus fungere, deinde judicis, novissimè deprecatoris, aliquando & te offende.

Votum est vatis regii: *illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte, nequando dicat inimicus meus: prevalui adversus eum.* Conciones publicæ si quos feriant ad emendationem, hoc ipso minùs feriunt, quòd feriant multos; ea verò monita quæ à Confessario suggeruntur cavendis vitiiis, in concionis vicem sunt, tantò efficaciora, quantò minùs multis dicuntur, cum uni soli dicantur. *Cum dispositione initur bellum; & erit salus, ubi multa confilia.* Bellum tibi pro pudicitia diu felix non erit, si ad illud te disponas exomologesi crebriore, in quâ etiam consilium capias de Castimonie hoste felicibus vincendo. Hostis certè vaserrimus est, & ferè inquilinus, nec in ullâ uspiam arenâ, tam præsentis opus consilio, quàm in hac.

§. I.

His quarta accedat causa. Piacularis confessio nunquam reperitur sine novo divina gratiæ augmento. Quantum Deo displicet impudentia peccantis, tantum ei placet verecundia confitentis. Verè Bernardus: *Omnis, inquit, spes veniæ & misericordiæ in confessione est; nec potest quis justificari à peccato, nisi prius fuerit confessus peccati.* Ex eo enim unusquisque justus esse incipit, ex quo sui accusator extiterit. Ideo Pipinus sub Dagoberto Galliarum Regis Major Domus, hoc est, Aula Præfectus & à Rege proximus, vir probatissimæ vitæ, famæque integerrimæ, & qui non inmeritò disciplina regum vocaretur, quoties de noxiis confessurus venerat, sacrum hoc tribunal nudis pedibus accedere solebat, in signum seriæ pœnitentiæ.

Vis etiam quintam causam? Qui recusat esse caurus, nec castus erit. Castissimos pleròque videas quos cauterissimos. Castitas & Pudicitia omni vitro veneto tenerius quid sunt, & illius levi aut vitiantur, aut perduntur. At verò cautelas huic crystallino vasi servando necessarias, maximè docet frequens Confessio; idè cacodæmon, ille technarum & mille artium magister, adèd laborat, ut confessionem faciat invisam & gravem. Tædia ingerit, negotia obtrudit, varia causatur, omnem movet lapidem, ut confessio & rara sit & frigida. Hæc, inquit veterator, exigua sunt; quid opus in minutissimis trepidare? quam tu conscientia lanienam patieris, si tantâ scrupulositate observes quævis minutula? Tu verò, mi juvenis, etiam minutissima cave, ni ad majora velis prolabi. *Qui spernit modica, paulatim decidet.* Nec cavebit magna, si negligat ea quæ videntur minuta.

Huic sextam etiam causam adjungo. Quies & gaudium Conscientiæ, non nisi à crebrâ Confessione est. Omnia, inquit Bernardus, in confessione lavantur, conscientia mundatur, amaritudo tollitur, peccatum fugatur, tranquillitas redit, spes reviviscit, animus hilarescit, post Baptismum nullum aliud nobis constitutum est remedium, quàm confessionis refugium. Quotidie sordium aliquid contrahimus, quotidie inquinamus (ea hujus vitæ ratio est) & nisi contræctas sordes eluamus creberrimè, nimium quantum augent, & pænè in immensum excrescunt; sit è gravis non multis arena maris. Regum optimus fuerat & sanctissimus David, quia tamen pœnitentiam distulerat, seipso inquit, *me mala, quorum non est numerus, comprehenderunt me iniquitates mee, & non potui ut viderem.* Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei. Ejus generis sunt hæc sordes animi,

Præ-

San-

Servi-

Ecclesi.

Animo

quieren

præstat.

Lib. me.

cap. 37.

Psal. 39.

vers. 13.

mi,

Apoc. c. 22. vers. 11. mi, ut, nisi quamprimum expurgentur pœnitentiâ, mox aliæ atque aliæ ipsis accrescant. Inde fit, ut, qui in *foribus est, sordescat adhuc.* Et quæ Conscientiæ quies sit aut hilaritas in perpetuo harum foridum aigmento? Puram effice Conscientiam, si eam ridere velis: tolle nubes tot noxarum, si serenam eam cupias: tranquilla non erit inter hos peccatorum morsus; tolle vermes qui eam lacerant. Sed levia, inquis, peccata, pacem animi non disturbant.

Prov. c. 15. vers. 15. Suas habet etiam leve peccatum morsiculas: quamdiu has ferre mens cogitur, tamdiu suavis ei quies non erit, sed nec unquam serid hilarescet. *Secura mens quasi iuge convivium.* At verò securam habebis nunquam (sanctissime affirmit) nisi ab illo veræ securitatis præsidio, Pœnitentiæ sacramento, eoque quam creberrimè reperito. Tum demum jucundo frueris epulo, cum vellicantes animi vermes occideris. Si diu hos vivere sinas, perit tibi tuum hoc convivium. Ubi puncturæ, ibi molestiæ: nec serid se hilarem credit conscientia, nisi ab omni verme, qui lancinat, ex integro sit libera. Jugi convivio ille non fruitur, nisi *secura mens.* Secura non erit, nisi pura sit, & quasi semper à Confessione recens lota.

§. II.

Sancti crebro sunt confessi. **H**ic septimam atreco causam priori affinem. Plurimi sanctorum hominum, viri femineque, quibus cordi erat conscientiæ quies & tranquillitas, Confessione, quantum licuit, creberrimè iterarunt. Fuerunt qui quotidianâ confessione animum lustrarent: sapius voluissent, si per alios licuisset.

Serius to. 4. die 13. Iulii. Birgerus, homo nobilis & potens, D. Birgittæ patrens, singulis diebus Veneris ad sacerdotis pedes se abjecit confessioni faciendæ. Eamque facti rationem assignans: Ita inquebat; mea hodie cum bono Deo componam & transigam, ut quidquid molestiarum ceteris diebus in me ille immiserit, æquo ego animo id perferam. Idem fecit per omnem vitam, & Birgeri filius, qui illam insuper clausulam adjunxit, ut confessionem voluntaria sui diverberatio exciperet. Idem fecit & Birgitta filia, eumque sibi morem à teneris annis indixit. In eandem legem juravit Birgittæ maritus Ulpho. Idem alii religiosissimæ hujus familie præstiterunt. Idem profrus B. Lydvvinæ avus in more habuit, qui ubi die Veneris animum Confessione purgasset, postero Sabato corpus jejuniis exercuit, nec in cibum aliud, quam panem & aquam admisit. Ea semper integerrimorum hominum mens fuit, aut nullam conscientiæ labem admittere, aut incuriâ qualicumque admissam, quamprimum abstergere.

Ab his in diversum abeunt illi, quibus volupe & jucundum est foridibus mergi, qui liberrimè peccant, quibus in vili frons est & pudor: at verò cum de peccatis instituendâ est confessio, hîc illi frontem induunt aheneam, illi hoc *verecundiam* vocant. Nimirum flagitiosè erubescunt fateri, quod patrare minimè verebantur: ad flagitia effrontes, ad noxium silentium pessimè verecundi.

Hic mihi in mentem est, nec sine gemitu recordor, quis ante annos centenos, Lutheri ævo rerum status fuerit. O sæculum, planè non aureum! difficile tunc erat ab hæreticis Catholicos dignoscere. Sacramento-rum usus vix ullus. Confessio quorannis erat una, eaque frigidissima, aut Confessionis mera puta ceremonia. Hæc enim talia plerunque quo rariùs, hoc pejùs facimus. Ita tunc omnia invaserat languor, ut sapius quam semel anno toto divinum epulum accumbere ad instar piaculi haberetur. In arcto, & velut in extremâ regulâ stabat tunc temporis Religio & Pietas, & pudori erat nolle sapere cum infanis. Hæc planissima via erat ad grassantem jam hæresin. Quid facilius plurimis, quam

A nunquam ampliùs de noxis confiteri, qui antea semel tantum in anno id facere confitebantur? Quod rarissimè fit, non difficulter penitus omittitur, illud præferim quod plus tormenti habet quam oblectamentum. Sed, propitio Deo, ita jam mutarunt tempora, ut affirmare audeam, quisquis nostro hoc ævo, annuam dumtaxat confessionem instituit, hoc omnibus de seipso suadet, ne se alium esse credant quam frigidissimum Christianum: qui, nisi lex urgeret, nec semel quidem per annum conscientiam expiaret, suis foridibus contentus. Fugiamus, Adestime, fugiamus letalem hunc veterem, sæpe peccamus, sæpe etiam peccasse doleamus.

§. III.

ADES IM. Sed quò confessio tam crebra? an non abundè satis menstrua? **PARTH.** Vix est: ut credam hîc te serium esse. Sed an non causas recitavi ejus quod affirmo? Obsecro te, vel tantum humanæ voluntatis inconstantiam & pravitatem cogita; nisi ea novis quotidie stimulis agatur ad rectum, in obliqua rēdit, ad vetitum abit, diffluit ad inhonesta & noxia. Vides hoc horologium concinnè & affabrè factum? nisi pondera quotidie attrahantur, oriabitur velut mutus & elinguis excubitor; nec indice nec tinctionabulo loquetur. Vides illic in angulo rextilem rotam aranearum? parietis diu non absterfi argumentum hoc est. Vitant araneæ cubacula illa ditiorum, quæ sedulitas ancillarum creberrimè devertit. Vides hanc citharam exaficiatam dexterimè? sed nisi fidium discordia ad musicæ leges sapius concilietur, dissonâ voce pulsanti respondebit. Vides, hanc mei stropholioli lineam nivem? usu fordidatur, & in atrorem declinat, ni sapius lavetur. Ea profrus Conscientiæ nostræ ratio est, nisi eam confessione sapius laves, mox in eâ maculas, impuritatem, sordes videbis. Quare vitia sua nemo libenter confitetur? quia etiam nunc in illis est. Somnium narrare, vigilantis est: & vitia sua confiteri, sanitatis indicium est. Expergiscamur ergo, ut errores nostros coarguere possimus.

Sed, num liber audire, octavam etiam causam? Brevisimè id perstringo, cujus jam supra mentionem feci. Diabolus infomnis, pervigil, septiceps draco; monstrum inquietissimum, aliis atque aliis insultibus nostram præcipuè pudicitiam incurfat, millies victus aliquam tandem acquirendam victoriam non desperat: via verò quâ tot hostiles incursiones avertas aut etiam antevertas, certior vix est ulla, quam Pœnitentiæ Sacramentum, & frequens Confessio. Cum proditur hîc hostis, vincitur; quamdiu latet, victoriæ partem obtinet. **Ævo** Joannis Chryostomi, horrificus leo magnam agris, pecori, villis, hominibus cladem intulisse fertur. Venerunt ad optimum Pontificem qui suppetias peterent. Ille pro suggestu respondit, non aliam sibi ejus vastitatis causam fingerent, quam divinæ legis contemptum, qui passim inter ipsos invalesceret. Avertendæ autem huic cladi pœnitentiâ & peccatorum confessionem suavit.

Volant quandoque per orbem querelæ: Num ergo diabolus omnes rupit catenas, omnia fregit repagula? an omnibus vinculis exutus liberè grassatur, & jam non rogat, sed imperat? ita videtur fuisse eo tempore quo Dei filius in crucem actus est; ipse Christus testatur: *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.* Videri tunc potuit cacodæmon omnes sui carceris clathros effregisse. Hujus mali præsciis bonus Jesus discipulis pedes lavit, Eucharistiam porrexit, vigilare iussit, & orare: Tali certè tempore, talia sunt quærenda remedia. Ergo, cum Strygiæ procellæ in te ruunt seviore impetu, pedes lava, affectus & conscientiam purga, ad Eucharistiam propere; vigila, & ora.

S. IV.

Finio, ad Nonam & ultimam crebrae confessionis causam. Omnia nobis tuta sint, nunquam erit vita. Mors incertissima est, & subiti casus, eo saepe loci ac temporis, quo minime veremur, nos opprimunt. Quoties, quamvis sollicitè prorsus, & omnium Evangelistarum voce, Christus monuit: in omne temporis momentum paratos nos esse. Neque ferè aliud atque inculcavit, quam hoc unum, **VIGILATE**. Orce Matthæi clamat: *Vigilate, nescitis quâ horâ Dominus vester venturus sit.* c. 24. vers. 42. *Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam. Vigilate & c. 26. v. 41. orate, ut non intretis in tentationem.* Per Beatum Marcum, non minus contentè nos inclamat: *Videte, vigilate, & orate, nescitis enim quando tempus sit. Vigilate ergo, nescitis enim, quando Dominus domus veniat, an mediâ nocte, an galli cantu, an mane, ne cum venerit, inveniatis vos dormientes.* Quod autem vobis dico, omnibus dico, **Vigilate**. Quæso te, quâ sincerius nos & ardentius exhorretur ad indefessas vigilias? At idem prorsus per sanctum Lucam impensivè commendat: *Vigilate itaque omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante filium hominis.* Quid crebrius monet Beatus Paulus, quàm hoc ipsum: *propter quod vigilate. Vigilate, state in fide. Igitur non dormiamus sicut ceteri, sed vigilemus & sobrii simus.* Quoties divus Petrus hoc ipsum admonuit: *Vigilate in orationibus. Sobrii estote, & vigilate, quia adversarius vester diabolus, tanquam leo rugiens circuit, querens quem devoret.* Nec aliud vigilantissimus Joannes vociferatur: *Esto vigilans: si non vigilaveris, veniam ad te tanquam fur, & nescies quâ horâ veniam ad te.* Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua. En, mihi Ædesime, nihil tam necessarium nobis quàm **VIGILARE**. Atquæ malè in rem suam vigilat, qui tam rapidè per Pœnitentiæ sacramentum, ad Mortis adventum se parat. Non exhorret mortem: promptus, paratus est migrare, qui de peccatis frequenter confessus, vitæ suæ rationes sapienter inspexit. Produunt

hominis fugat serpentem, jejunii virtus Strygium draconem. Hæc una omnium Sanctorum Patrum vox est. Basilius: *jejunium, inquit, contra exercitum demonum dat arma.* Chryostomus: *Adversus demonum naturam, inquit, constitutum est jejunium.* Hieronymus: *Pulchra res est, inquit, jejunium quod demones terret.* Origenes: *Cum jejunatis, inquit, demones vincitis, omnemque illius classem malignam retrorsum agitis, mala desideria effugatis.* Athanasius: *Jejunii vim, ait, spiritus mali metuant.* Ambrosius: *Nullum, inquit, remedium majus contra inimicum serpentem poterit invenire, quàm jejunium.* Quid multa? diabolus nemo vicit sine jejunio. Jobus, illud cæli spectaculum, jam undique infelicissimus, ipsis septem diebus jejunavit, Origene affirmante. Joannes, Domini prodromus, venit non manducans neque bibens: adeo enim parci cibi potiusque fuit, ut nec comedere, nec bibere videri poterit. De Apostolorum jejunio, prædixit Christus: *Ascetibus ab eis sponsum, & tunc jejunabunt.* Paulus, non unum alterumve jejunii diem sibi met indixit, sed in jejunio multis, in fame & siti, corporis rebellionem expugnavit. Antonius per omnem vitam (Athanasius id prædicat) adeo pertinacis fuit jejunii, ut nonnunquam biduo triduoque impransus & incenatus ageret, & quartâ demum die, panis aliquid, sed parcissimè gustaret: sal ei pro omni condimento, pro generoso Cretico fuit frigida. Hilarion quindecim annorum juvenis, ut omnem in se carnis petulantiam expungeret, ejusdem æmulus abstinentiæ, post occasum solem quindecim caricis, nescio an famem fallere, an irritare sit solitus. Cùmque ne sic quidem omnem libidinis scintillam in se sopitam crederet, jejunium adeo intendit, ut triduum & quadriduum sine omni alimento duceret usque dum vix amplius spirare posset.

S. I.

Sunt morbi, in quos medici liberè pronunciant: Simitatur è venâ sanguis, nec prius listatur dum linquntur animus. Morbi vehementia læne remedium contemnit. Hoc idem secum Hilarion egit, ira succurrendum putabat animo, dum deficeret caro; neque enim hac salvâ sanum sibi spiritum promitterbat. Herbarum succo, inquit Hieronymus, & paucis caricis post triduum vel quadriduum, deficientem animam sustentabat, & jejuniorum laborem labor operis duplicabat; sic Jejunii attenuatus, & in tantum excesso corpore, ut vix ossibus elogiaretur: Verum est omnino Beati Ambrosii effatum: *Quod nocet corpori, juvat spiritum.* Et Christi verissimum: *Hoc genus non ejicitur, nisi per orationem & jejunium.* Acriter enim demonia (inquit Hieronymus) docuit Dominus, non nisi oratione & jejunio posse superari: Certè sic est: acerrimus ille Luxuriæ spiritus hoc genere armorum enervatur: de quo Augustinus: *Videte, inquit, charissimi, quanta sit jejunii virtus, ut id facere jejunium valeat, quod Temp. Apostoli nequiverunt.* Inde pulcherrimè atque validissimè ratiocinatus Ambrosius. *Videte ergo, ait, quæ sit jejunii virtus, quantam homini suo præstet gratiam, quod tantam præstat alteri medicinam: videre quomodo proprium sanctificet hominem, quod ita purificat alienum. Mirum, ter mirum: alter jejunat, & alteri prodest jejunantis abstinentia, iste pharmacum sumit, & ille vi pharmaci curatur.* Quod etiam D. Leo Pontifex admiratus: *tam grata est, inquit, Deo, quàm terribilis diabolo jejunantis oratio.* Quod si ea est virtus jejunii, ut qui illo munitur, infestorem dæmonem ex alieno pellat corpore, quantò magis poterit impugnatorem è suo? alieni vim jejunii, in eo quem jam occupat, non sustinet cacodæmon, & quomodo sustinebit proprii in eo quem tantum impugnat? Ecclesia ergo rectissime canit? *Qui corporali jejunio vitia comprimit.* Diabolus intemperantiâ & gulâ vitii omnibus pandit aditum, ideo gulam Ambrosius vocat, *primum diaboli speculum:* Hieronymus,

Crebra confessio optima est vigilia.

Matth. c. 24. vers. 42. c. 25. v. 13. c. 26. v. 41. Marc. c. 13. v. 33. 36. & 37.

Luc. cap. 21. vers. 36. Act. c. 20. vers. 31. I. Cor. c. 16. vers. 13. I. Thess. c. 5. vers. 6. I. Pet. cap. 5. v. 8. & c. 4. vers. 9. Apoc. cap. 3. vers. 2. & c. 16. v. 15.

Alph. Boadr. p. 1. tract. 2. de perfect. cap. 5.

August. in Psal. 44. & l. 2. de viciis infirm. c. 5. tom. 9. Lib. med. cap. 73.

Sen. ep. 30.

E E H Jé H M E Jé

Ba & col Go v. f

Ma verj

Eph

Curr luxur

Inprei fid. 1.

Tent. Exand. Essid. e. v. f. 6.

Choreæ cultitatis testis.

CAPUT VII.

Quantum INCONTINENTIÆ antidotum, JEJUNIA, & ABSTINENTIÆ EXERCITIVM.

Ignis qui valentem materiam occupavit, aquâ, & interdum ruinâ extinguendus est: ille qui alimentis deficitur, suâ sponte sublidit: *Subtrahere ligna foco, ———* & fugâ vix notabili evanescet ignis. Ignis ex Orco est Luxuria, quæ ipsum etiam corpus inflamat. Oppressam vis hanc flammam? pabulum corpori subtrahæ, & licet extingui non sentias hunc ignem, certè senties ex-

Gulæ vituperia. Lib. de Elix cap. 1.

Epist. 22. ad Enstoch. *ad ronymus, prima demonum arma: Basilus primam malorum causam & universale venenum: Chrysostomus, rem summè gratam demoni.* Ideo Hieronymus, cum cibo, inquit, abundanti carnem rescimus, oleum igni affundimus, ut majores effundat flammæ. Et notum illud Augustini: Affluentiam ciborum, comitari solet insolentia verborum, saturitatem ventris, sequitur levitas operis, & vanitas mentis. Inter epulas & delicias intutissima est Castitas: esurire discat, qui Castitatem amat.

§. II.

Bacchus & Venus comites. Gen. cap. 6. v. 11. & 12. Matt. c. 24. vers. 38. Epist. 14. **ÆDES.** Ingrata est concio quæ famem laudat. Et quæso te, comedere, bibere, satiari quid demum mali est? **PARTH.** Quid hoc mali sit nescio, omnium malorum initium fuisse fat scio. Noëmi ævo, cum omnis caro corrupta viam suam, cum corrupta est terra coram Deo & repleta iniquitate, hoc ipsum omnis nequitia principium erat edere & bibere. Christus clarissimè testatur: Sicut enim erant in diebus ante diluivium comedentes & bibentes, nubentes & nuptiæ tradentes. En, quàm bene jungantur mensæ & nuptiæ, epulæ & nequitia, saturitas & libido, Bacchus & Venus. Mihi crede, ubi Jejunium exulat, ibi nullo in pretio est Castitas. Nam, uti verissimè Seneca: *Non est tibi vile est, cui corpus nimis carum est.* Qui famem odit, Castitatem vix amabit. Divi Ambrosii oraculum est hoc: *Pascitur libido convivii, nutritur deliciis, vino accenditur, ebrietate inflammatur.* Sic est profusus: lascivi corporis illecebræ non aliunde quàm ab immodicâ saturitate manant. Aptam huic malo medicinam passim docet Hieronymus. Cum enim virginem Eustochium doctor sanctissimus erudiret, dicere non dubitavit, castitatem diuturnam firmamque esse non posse, nisi temperantia eam defendat, ciborumque usus parcissimus, ut (ita ipse loquitur) stomachum potius quàm mentem dolere malimus, & crura magis quàm pudicitiam vacillare. Paleis asellum, paleis pasendum esse non hordeo, monuit jam supra castissimus Hilarion.

Curus luxuriz. Inproblem. sibi. 10. Terent. in Eumich. Exod. c. 32. vers. 6. Luxuriæ currus (uti cum aliqui depingunt) quatuor habet rotas: *Vestium mollitiem, Otii desidiam, Oculorum petulantiam, Ventris ingluviem:* à geminis equis trahitur, *Prosperitate vitæ, & Abundantiâ rerum.* Duo his præsumunt aurigæ, *Luxus & Languor.* Aristoteles hæc confirmans: *Venus, inquit, comes & pedissequa est Satiæ.* Ergo jejuniû & sobrietatis comes erit Castitas. Eadem enim est scientia contrariorum, ut eidem philosopho placet. Verbum tam vetus quàm verum repeto: Nunquam fames adulteria genuit. Nimirum, *sive Ceruus & Baccho frigit Venus.* Hoc est quod Israël's populum in libidines & vitia egit præcipitem. *Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.* Hic ordo rerum est; post epulas choreæ. Hæ enim lautioris mensæ sunt appendices.

ÆDES. Ergo etiam choreas prohibes? **PARTH.** Non ego, sed lex Pudicitia. Nostri ævi choreas attende, & eas plerumque non aliud esse dices, quàm diaboli theatrum, & palæstram aut præludium Veneris. Tripudia sæpe totius hilaritatis velut ultima scitamenta sunt. Scilicet post mensam, etiam lascivix sacra fiunt, temulento motu obunda.

Corpus animum & tegit, & detegit; membris tegit, sed iidem etiam detegit: nam manuum jactatio, pes mobilis, oculus vagus ac petulans tale aliquid arguunt esse in animo qui non cernitur, quale in ipsis est quæ cernuntur. In choreis multa fiunt urbanitatis specie quæ Castitatis nervos incidunt. Liberæ hinc manus, liberi oculi, liberæ volant voces. Hæc sunt quæ pudorem labefaciunt, hi sunt libidinis stimuli, hæc laxamenta licentia. Appositè quidam de choreis hoc pronuntiavit: *Chorea est circulus, cujus centrum est diabolus, & circumferentia omnes Angeli ejus.* Sanè illic variè offenditur Castitas, & quandoque tam spectando, quàm sal-

tando in illam delinquitur. Cum hoc exactè congruit dictum Chrysostomi: *Vbi lascivus saltus, ibi diabolus.* Rex *Hom. 49 in c. 13. Marib.* Alphonfus non illepidè, ajebar, saltatorem & stultum eo tantum distingui, quod ille totâ vitâ, iste dum saltet, stultescat; cum hoc unum agar, ut ad numeros & tibiarum voces scitè insaniat. Apud Jobum, petulantiam olet & libidinem exultare lufibus. Et cum liberior musica choreis applaudit, certè non Spiritum sanctum, nec castas cogitationes animis instillat. Saltando, *Ædesime,* nec sancti siemus, nec casti, nec si fuimus, tales manebimus. Ludus vocatur, quod verius appellaretur scelus, aut sceleris festivum irritamentum: & quis redit à choreis castior? Eo nomine choreas rectè quoque dixeris diaboli aucupium, è quo acceps iste vix unquam abit vacuus, & sine prædâ. **ÆDES.** Sed vereor, Partheni, ne frustra moneas, nec retrahas illos tam avidos saltationis. **PARTHEN.** Si sic illis collubitum est, pergant, & ad Orcum descendant saltando. Ego foveam & præcipitium monstravi currentibus; si nolint hunc cursum siltere, sibi culpam impudent, qui cupiunt perire. Ad institutum redeo.

§. III.

Abstinentiâ & jejuniis, lascivire dedidit caro. Hieronymus mihi iterum in mente est: *Omnis caro, inquit, concupiscit quidem ea quæ carnis sunt, & quibusdam illecebris ad mortiferas animam voluptates trahit. Sed nostrum est voluptatis ardorem majore Christi amore restringere & lascivians jumentum frenis media subjugare, ut non libidinem sed cibos querat, & sefforem spiritum moderato ac composito porret incesso.*

Daniel jejunus, inter septenos & quidem impastos leones, velut inter agnellos, sex continuis diebus illæsus agit, & ipsos etiam leones jejunare docet, ait Basilus. Hoc tu miraris, inquit Chrysostomus? jejunium interroga, à quo hæc virtus. Ideo D. Petrus contra rugientem ex Orco leonem quàm aliud non præcepit, *Sobrius esto, & vigilate.* Ideo sanctissimus ille Hebræus Rex: *Sobrius Operui,* ait, *in jejunio animam meam.* Bonum animi operimentum, subjungit Ambrosius, jejunium. *Qui non jejunat, nudus & intectus est, patet vulneri.* Adam si jejunio se texisset, nuditatem suam non erubuisse. Cum jejunat Noë, cunctis pereuntibus superstes est; cum vini vim ignorat & potat, sui filii sit ludibrium. Loth sobrius incendium evadit, temulentus incestum incurrit. Dum Samson jejunium servat, leones sternit, mille milites cædit, civitatis portas velut plumam tollit, vincit & perrupit omnia, ipse inexpugnabilis jam vini & feminæ illecebris captus, robur amittit, in hostium potestatem venit, oculos, vires, vitam, omnia perdit. Scivir hæc David, & idcirco pugna se paravit; & ne cui hostium aditus pateret ad rapiendum, vulnerandum, occidendum, jejunii operimentum arripuit, eoque se muniit: *Operui in jejunio animam meam.* Castitatem defendere, & servare vis? Operi te jejunio: Abstinento vinces. Illud Divi Ambrosii sapius iterandum: *Fames amica est Virginitati, inimica lascivia: Saturitas verò prodigit Castitatem, nutrit illecebram.* Eà de causâ idem hic sanctissimus Præsul Jejunium vocat delictorum excidium, salutis remedium, fundamentum Castitatis. Et Divi Augustini præconio: *Jejunium purgat mentem, sublevar sensum, carnem spiritui subjicit, concupiscentia nebulas dispergit, libidinum ardores extinguit, Castitatis lumen accendit.*

Audis hæc? & etiamnum Abstinentiam repellis? vel testium numero te obruam. Athanasius: *Vide, inquit, quid faciat jejunium; demones fugat, malas cogitationes expellit, cor reddit purgatius, corpus sanius.* Petrus Ravennas: *Serm. de je-* Scimus, ait, jejunium esse Dei arcem, Christi castrum, junio. Castitatis signum, Sanctitatis trophæum. In aperto & extra litem, Abstinentiam plurimum & Sanitati & Castitati

Ecl. cap. 2. vers. 1.

stati facere. Id enim quod noxii & nimii est in corpore, A
absumit, caput serenat, animum ad saniores cogitationes disponit. Et hæc Salomoni causâ fuit de genio fraudando consilium capere: *Cogitavi, inquit, in corde meo abstrahere à vino carnem meam, ut animum meum transferrem ad sapientiam, devitaréque stultitiam.* Ita Enos, Enoch, Mathusalem, Noë, non minus sapientes fuerunt quàm abstinentes. Ita Nazaræi ac Rechabitaræ à sapientiâ equè ac abstinentiâ commendantur. Juditha tam sapiens quàm casta, formam & pudicitiam suam ciliis & jejuniis propugnavit. Quid memore illos Terræ Angelos, tot millia Eremiticorum, Monachorum, Cœnobaritum, quorum omnis vita fuit abstinere, & Deo sapere? Verè, anima sicca & sobria, anima sapiens & casta.

S. IV.

Abstinentia circa cibum & potum in antiquis:

NEc idololatrias hoc latuit. Prisci Persæ, si Xenophonti credimus, ad panem nil nisi nasturcium adhibere soliti sunt, & variâ tunc virtute floruerunt: Orbis domini per annos ducentos, à Cyro ad Darium, qui inter delicias & vinâ imperium & vitam perdidit. Priscos Ægypti sacerdotes, Cheredemus asserit, carne, ovis, vino, & lacte semper abstinuisse, & libidinis ardorem restinguerunt, & divinis intentius puriusque vacarent. Judæorum Essenii vino & carne sibi interdixerunt. Delicias, maximam hominis pestem judicavit Socrates, ideo virtutis studiosos ad colendam abstinentiam crebrius hortabatur; eaque de re interrogatus, quid solus ipse à ceteris aded discrepare mallet: Alii, respondit, vivunt ut edant, ego verò edo ut vivam.

In recentioribus.

At mittamus vetera, longè illustriora præ his sunt recentia. Sed nosti me: catalogum non texam; paucos nominabo, sed Magnos. Inter ipsas dapes abstinere aut esurire mihi semper maximum fuit. Terror ille Romanorum Hannibal, sæpe tunc minimè bibit cum maximè sitiit. Et ut sitim suam redderet docilem, aquam quandoque spectavit, sed nec guttam libavit inde. Silius: *Exercetque sitim, & spectato fonte recedit.* Magnum hoc est, sed Hannibalem non ided inter Magnos numero, alios & majores specto.

Nic. Serv. lib. 5. hist. Mogunt. in Dan. c. 22.

Notus ille cælo Daniel, quinquagesimus septimus Archiepiscopus Moguntinus, Elector quadragesimus primus, qui anno Christiano 1582. obiit, vir sanè in omnibus Magnus, hoc multis superior. Jejuniorum erat observantissimus. Suaferant ei medici, aliique complures, ad jejunium verum melius tolerandum, ut, quandoquidem pisce non vesceretur, carnes in mensam admitteret. Pontifex etiam eum jejunii lege solverat. Solus ille sibi minimè indulgebat, atq; cum aulicam eamque exquisitam mensam accumberet, ovis solum & jusculis contentus, à jejunii legibus nec latum unguem abibat. S. Ambrosius Pontifex, annis compluribus nūquam prandit, de die semel dumtaxat refectus. S. Carolus Borromeus, Romanæ Curie purpuratus senator, dignus Ambrosii in tam alto solio successor, delicatè quidem educatus, ed tamen se assuefecit, ut ultimis vitæ annis solo pane & aquâ viveret; solis diebus festis aliquid opsonii addidit, nihil tamen eorum quæ gulam mulcerent; nam carne, pisce, ovis, vino semper abstinuit: per quadragesimale jejunium etiam panem sibi negabat, fabis tantum & ficibus famem mirigabat, non explebat; hebdomade sanctâ non nisi lupinis (amarorum pisorum genus est) victabat. Hem, tantus Princeps, tam rigidas jejunii leges ipse sibi statuat, & nos ad ipsum collati, mera mendicabula, juvenes robusti & vegeti, quibus sanguis in variam petulantiam ebullit, abstinentiam & jejunium sic horreamus? Nimirum, nisi venter bene fartus semper nobis turgat, mox morbum & mortem somniamus, cum fames in omne morborum genus validissimè pugnet.

S. V.

IN Italiâ certè peritissimorum medicorum, primum in omni morbo pharmacum est, fames & inedia. Rationi hæc admodum convenienter faciunt, primum enim omnium morborum seminarium est ingluvies & oppletio, cui sola abstinentia optimè medetur. Sicut ergo fames omnibus corporis affectibus conduct, sic eadem omnium in animo vitiatorum est Antidotum. Non cernis, ut elato frangat cervicem fames? Avaro, rubiginosos educere thesauros fames persuadet. Itacundus si egeat, fit mitior. Otio torpentem ad opus extimulat fames: qui enim vitat molam, vitat & farinam; & quia fames fastidiosa non est, gulosum à lautiis ad frugalitatem, luxuriosum à spurcitiis ad continentiam perducit. Omnibus vitiis resistit fames, luxuriæ plurimum. Perpeffi sunt exercitus, inquit, Seneca, inopiam omnium rerum, vixerunt herbarum radicibus, & dictæ fædam tulerunt famem. Hæc omnia passi sunt pro regno (quod magis mireris) alieno: & dubitabit aliquis ferre famem, ut animum libidine liberet?

Narrat Rufinus Aquilejensis dignum memoratu. Ad religiosum senem revisit quispiam, & Mi pater, inquit, quid faciam? non sum amplius sustinendo torpuras cogitationes, aded animum meum implent fordibus. Cui senex: ad similes cogitationum sordes non memini me trahi. Æguus id verbi accepit homo, & id fieri vix posse judicavit: & quomodo, inquit, hoc fieri potuit, ut nunquam ab importunis hisce cogitationibus impugnereris? Senex ad ista: Ex quo, inquit monachum indui, nunquam satis panis comedi, nunquam satis aquæ bibi, nunquam satis somni admisi. Ita profusus, quia nunquam satur, cibum potius aut somnum appeto; nihil molestiæ mihi facessit libido. Audiit juvenis, & plurimum profecit ex modestissimâ hac Abstinentiæ commendatione. Repeto meum, & finio: Fames amica Virginitatis.

CAPUT VIII.

Quartum INCONTINENTIÆ antidotum,
LABORES & AMOR
EXERCITII.

ÆDES. Satis multa de Jejunio. PARTH. Plura debuisse: sed capere te puto, quàm cognata sit Castimonix Abstinentia. Sed num recordaris vericuli nostri,

Leotio, Flagra, Preces, Confessio, Lympha, Labores

Lympham exposui. Sanè quod lympa est igni, hoc Abstinentia est libidini: Sed progrediamur, paucis te docebo, tam amicos Castitati labores esse, quàm inimicum otium. Reperias forsân, qui nequaquam ferant otiosorum titulo insigniri sese; illi ipsi tamen sic laborant, ut dubium sit, otiosi præstet an sic laborare. Garriunt, & fabulantur vanissima, & hoc colloqui vocant & seriâ conferre: ludunt, deambulant, potant, libros non legunt sed lustrant, otio nauseam demunt, sexcentis ineptis diem frangunt, & omnia agendo, nihil agunt. Homines, inquit Seneca, inter oleum & vinum occupati, quibus ad vorum dies est actus, si bene desudaverunt; qui, quantum sudoris effluit, tantum potionis ingerunt. Et hoc illorum est LABORARE: hæc sterilissimæ confabulationes CONVERSATIO vocantur. O quanta pars vitæ nobis elabatur nihil agentibus, quanta malè agentibus! Ego verò alios tibi labores ingeram tuendæ Castitati.

Nosti Dianam ideo fingi virginem, quod otium odisset, seque cum suis assiduo venatu exercuisset. Apud virginem hunc cœtum malè audit, Salmacis Nympha, quod ceteris perpetuò in opere sudantibus, sola illa ignavissimas se statetur occupatiunculas; & vel

L
II

Fames vitiatorum omnium antidotum.

Epist. 17.

Ad Lib. 3. apud Rosford. num. 62. leg. libell. 5. num. 31.

Lab
tate
est i
dum

Cassa
lib. i
c. 22.

Cassian.
lib. 6. 1

Vana occupatio est otium.

crines pecteret, vel vultum erugaret, vel genas sibio ficaret, vel speculum confuleret, vel in veste plicas emendaret, vel flores legeret; illa tamen sibi visa plus omnibus agere, & se neminem esse occupatiorem. Venustè de hac Ovidius:

Lib. 4. Metamorph.

*Sape suas illi, fama est, dixisse sorores:
Salmaci, vel jaculum vel pictas sume pharetras,
Et tua cum duris venatibus otia misce.
Nec jaculum sumit, nec pictas illa pharetras,
Nec sua cum duris venatibus otia misce.*

Eædem hæ voces, juveni tam malè occupatò sapius ingerendæ: Quid cessas dormitor? Age aliquid, age, age; chartam explicæ, calamum sume, nota, stylum exerce, epistolas concinna, orationes compone, poëmata pange. Scripsisti? Nunc librum arripe, lege, memoriæ manda. Legisti? Nunc ora, cum Deo age, pia & sacra meditare. Orasti? ad lectiorem, ad scipionem teipsum revoca. Nil sine magno labore mortalibus natura dedit assiduum labor, longæque exercitatio docent omnia.

Neque ego te jubeo assidue inminere libro aut pugillaribus; dandum est aliquod intervallum animo, ita tamen ut non resolvatur, sed ut respiret, & remittatur. Respirasti? Ad labores redi; calamos, chartas, libros resume, urge opus. Hic vitæ nostræ circulus est, aut laborandum, aut à labore non nihil respirandum, nec in ipsa tamen respiratiõne penitus otiaandum, ètque in ipso otio cavendum otium.

§. I.

Svbhi aliquando eremi tedium Antonium, dubitè que clamasse fertur: Servari cupio, sed meæ mihi cogitationes adversantur. Dum sic animo fluctuat, cernit in vicino hominem monachi veste, nunc calathos texentem, nunc ad preces in genua subsidentem, nunc alia facientem: simul & vocem audit: ita & tu fac Antoni. Oraculum secutus Antonius, per has orationis & operationis vices, omnem solitudinis molestiam absterfit perseveranti inexpugnabili. Instar refectionis est, mutatio laboris, & generosus animos nutrit labor. **ÆDES.** Et quorsum continua hæc cum laboribus lucta? **PARTHEN.** Ut *Cæro* tam quietis quàm libidinis appetentissima, hoc stratagemate distinetur, ne quiescere incipiat, & simul lascivire. Nimis ei pronum est, à quiete ad lasciviam defluere. Plerumque enim, cum manus ab opere cessat, mens sese cogitationibus impuris occupat. Ea re Hieronymi monitum est, sanè sapientissimum: *Nunquam te diabolus non occupatum inveniat.* Eà de causâ per totam Ægyptum nulli monachorum ferebantur otiosi, suum quique sibi victum labore parabat, nemini gravis, cum nec oblata quidem ab aliis admittere liceret. Tu tibi labora, dicebant, tuæ te manus nutriant, non alienæ: non est viri sudorem timere. Hinc ejus omnes industriæ fuerunt, ut non solum sibi, sed & peregrinis atque hospitibus cœnulam instruere possent. Imò etiam per loca Lybiæ quæ fames presserat, & per diversos carceres plurimum alimonie liberalissimis subsidiis partirentur; quæ omnia labor illis subministravit.

Labortationum est remedium.

Cassian. l. 1. c. 23.

Cassian. l. 1. c. 24.

Indè inter eos vulgatissimum erat, velut oraculum: Qui laborat, ab uno solum dæmone vellicatur; deses & cessator ab innumerabilibus exagitur. Ex illorum numero unus, probatissimæ vitæ, Paulus Abbas tametsi palmarum fructibus & hortuli sui provenit abundè reficeretur, & ideo colligendæ cænx securus ferriari posset, ne tamen innumeros in se diabolos conciter otiaando, & castitatem periculo exponeret, sportulas texebat, & quotidianum à se pensum exigebat severissimè. Tam remotus autem ab urbe degebat, ut si merces suas venum voluisset extrudere, majus vecluræ quàm omnium sportellarum pretium fuisset. Ita elapso anno cum antrium suum vimineis textis impleffer, ignem subjecit, & unius anni laboriosam soleriam Vulcano vendidit. Ne-

Tom. I.

A que enim ullus, ajebat, aut castas habebit cogitationes aut cor mundum retinebit, aut diabolum vincet feriando.

§. II.

Iter pigrorum quasi sepes spinarum. Quaquà it otiosus; *Prov. c. 14. vers. 19.* spinas offendit; omnes ejus semitæ impurarum cogitationum sentibus sunt obductæ, & hoc otiosi labor est; turpia cogitare: has ille corbes contexit, quas postea petulante linguâ pro libitu quibuscunque venales obrudit. Vix enim à spurcis sermonibus temperat, qui ejusmodi cogitationes non refrænât. **O Salmaci,** ò piger, sume pharetram, jaculum cape, & tua industriæ conatibus frange otia. Age aliquid, labora, opus adorna, aut te mille, aut te innumerabiles diaboli exagitant.

Pelagius memorat, fuisse qui cupiverit à molestissimis *Libell. 5. tuis Carnis & diaboli suggestionibus liberari, seridè tamen resistere nunquam animum induxerit.* Hunc religiosissimus senex aggressus: **O cursor,** inquit, testudinee, tantum nobis vâat? jam vivere, jam mori scimus? **O athleta dormiens,** vis salvari? vade, labora; vade, affligere; vade, vigila, pulsa. An nescis quid faciant Pancreatistæ? ad certamen vocati, projectis altrè brachiis consistunt, caputque & os manibus oppositis quasi vallo præmuniunt: membra eorum omnia aut ad vitandos ictus cauta sunt, aut ad faciendos paratæ; & calce, & pugno ferite norunt. Ira & nos oportet animo semper esse prompto atque intento: standum est, modisquæ omnibus contra nitendum; cor sanctioribus cogitationibus firmandum. Faciamus nos quod in nobis est, & dominus pugnet pro nobis.

Sic est inobis laborandum est, nec unquam ab opere cessandum, cetera bono Deo committenda. Quod si necdum ò piger, ad laborem incalescas, vel Paulum ad opus stimulantem attende: *Is autem qui ejusmodi sunt 2. Thess. 3. denunciamus & obsecramus in Domino Jesu Christo, ut cum v. 12. c. 10. silentio operantes, suum panem manducent. Quoniam si quis non vult operari nec manducet.* Peritissimus medicus iste, pharmaco unico plurimorum morborum causas incidit: quot enim ulcera ab unâ radice otii emergunt, tot uno illa omnia operis cataplasmate curantur. Quam vero alii legem tulerat, ejus ille prior observantissimus fuit: *Ipsi enim scitis, inquit, quemadmodum oporteat imitari Ibid. v. 7. nos, quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducavimus ab aliquo, sed in labore & in fatigatione, nocte & die operantes, ne quem vestrum gravaremus.*

En tibi Tarfensem Paulum, ubi classicum illud infilarat, quo partem multò maximam humanæ gentis ad Christi signa traduxit, alimenta manu quæstret; funes texuit, scenas & tentoria concinnavit. Ipsa Domini mater, quàm nunquam otiosa fuit! nulli pulchritudis diurna vitæ ratio constitit, quàm Beatissimæ huic Virgini, quæ à primâ luce ad tertiam diei horam placando Numini vacabat sedulo, inde ad meridiem lanificio, mox à cibo, qui illi parcissimus fuit, reliquum diei divinarum rerum lectiõibus applicabat.

§. III.

Quid si Apostoli, ait Hieronymus, habentes potestatem de Evangelio vivere, laborabant manibus suis, ne quem gravarent, cur tu in usus tuos cessura non præpares? *Facito aliquid operis, ut te semper diabolus inveniat occupatum.*

O Salmaci, Salmaci! ò pigrum pecus! ad laborem nati sumus, nec ulla nobis sine labore obtingit virtus. Scis, dum se David exerceret in militiâ, non insultabat ei luxuria: cum cepit abundare otio, cepit etiam laborare adulterio. Salomon dum templum ædificat, luxuriam superat; ab opere quietus, & Astarrem Deam colit, & Venere. Agamus, Ædesime, agamus semper aliquid, ut nos diabolus nunquam non occupatos inveniat. Concessam nobis otium vertamus in negotium,

Otium est causa omnis nequitie.

G g 3

nulla

11 00 ratiõnem.

nulla nobis prætereat expers laboris, non dies dumtaxat, sed nec hora, sed nec pars horæ. Si quibus vacare lubet & feriari, nondum didicerunt *nosse tempus*, quod Pittacus monebat.

Tempus pretiosissimum est impendium, nec alacrius ullius rei graviore est quàm temporis jactura. Perdi potest tempus, reparari non potest. Aliquid temporis amisisse, damnum est irreparabile. Idcirco ipsi Parthorum reges ne desidiam torpescerent, telorum cuspides acure confusse, seduloque id fecisse traduntur, ut non solum animi oblectationem ex ea re sibi quaesierint, sed & laudem. Satius profecto est aliquid agere, quàm nihil agere, modo id quod agitur, honestè fiat. Qui nihil agit, esse omnino non videtur nisi cadaver culcitrae incumbens & torpore multo sepultum.

Parthorum reges occupati.

Tempus pretiosum non est perdendum.

Senec. ep. 19.

Lib. de ligno vita cap. 5.

Plinius Major, cum nepotem suum cerneret otiosè diem imminere deambulando: Pereras, inquit, has horas non perdere. Ah (non sine dolore gemo) ah quoties videre est juvenem aut virum his ipsis vocibus compellendum! poteras has horas, hos dies; poteras imò hebdomades, hos menses non perdere. *Breve est vite hujus curriculum*, inquit Hieronymus, *hoc ipsum quod loquor, quod dicto, quod scribo, quod enenseo, quod relego, de tempore meo mihi aut crescit aut deperit*. Nihil aequè vitam hominum aut apertius instruit, aut validius confirmat, quàm honesta operatio, & solers industria. Ignavia hebescunt animi, torpescunt corpora, fiuntque morbis impensius obnoxia; utrumque tuetur diligens exercitatio. Omnis in actu virtus sita est, nec effugit diaboli pedicas, quibus fugit laborem. Labor est materia virtutis & gloria; illum qui rejicit, ejicit istas: non potest parvo res magna constare. Ad rem nostram verissimè Laurentius Justinianus: *Quemadmodum*, inquit, *temperato labore carnis incendia cohibentur, sic otio foveantur & crescunt*. Centies repetendum: Assiduè age aliquid, ut te diabolus semper inveniat occupatum. Sequitur: *Portarum excubiæ*.

C A P U T IX.

Septimum INCONTINENTIAE antidotum, sollicita SENSIVM exteriorum CVSTODIA.

Oculos pudicè claudendos, supra demonstravimus. Verùm urbs illa hostem non excludet, quæ unam obleraverit portam, apertis ceteris: omnes claudendæ sunt. Pars magna innocentia est, opportunè velasse oculos. Sed plures sunt januæ per quas illabatur hostis: nares odorem, sermonem aures, gustatus saporem admittunt, manus tactione gaudent. Ad omnes his portas intentissimis excubiis est opus: parum est hinc vigilare janitorem, nisi & pugnare sciat, atque hostiles ingressus vi atcere. De his quinque corporis sensibus non inveniunt Nicetæ Serronius: *Sensus*, inquit, *nisi probè regantur, ad vitium faciles sunt via, peccatiq; januæ; per eos enim ad vitia nobis aditus patet, ac per eos in animum insluit peccatum*. Hi ipsi sensus humani sepius lenones sunt, qui blandis illecebris mentem in vitium flectunt; nuncii sunt, qui ad voluptatem invitant; raptores sunt, qui animum ad res creatas abripiunt; fenestras sunt, per quas omnium scelerum contagio irrepit; ostia sunt, per quæ animus semet sibi suffuratus, clanculum evolat ad prohibitam pabulationem. Idcirco Gregorius Magnus. *Ad custodiendam*, inquit, *cordis munditiam, exteriorum sensuum mundities servanda est. Mors per fenestras ascendit, & domum ingreditur, cum concupiscentia per sensus corporis habitaculum mentis invadit*. Sic perimus miser, rimarum saepe ac fenestrarum pleni sumus, & quacunq; voluptas veniat & ingressum roget, benevolè eam ac faciles admittimus; non aliter quàm Troiani fatalem illum equum, qui tunc demum cœpit esse exitium urbis, cum urbe receptus est. Multa recipimus per exteriores sensus, quæ

Sensus vitiorum janua.

In comment. in orat. 38. Nazianz.

Intra c. 37. Job.

primâ fronte amicitiam præ se ferunt, recepta hostilem in nos sævitiam exercent, & animum necant. Quis delicatas epulas, generosum vinum, bellaria exquisita non applaudente gustatu recipit? ingrediuntur blandè, sed in novissimo mordent ut coluber. Et sicut regulus venena diffundunt. Quis suavissimam Sirenum symphoniam non avidis haurit auribus? At non semper pudica & casta est musica: aliquos quandoque ad bellum efferavit, alios tamen etiam ad libidinè incitavit. Quis Sabæos odores & fragrantia cinnama non patulis trahit naribus? Quis tactu mollia non promptis arrectat manibus? Saepè tamen hæc talia nescio quam mollitieni affricant animo. Quis elegantis formæ decus non benevolentissimis tueretur oculis? sed heu, quoties decepto lugendum fuit: *Vidi, ut perii, ut me malus abstulit error!*

§. I.

Ita frequentissimè Videre nostrum, & Audire nostrum Odorari, Gustare, Tangere, in apertum nos non periculum modò, sed exitium clandestinâ proditione perdidit. Salomon monuit: *Omni custodia custodi cor tuum, quia ex ipso vita procedit*. At cordis nulla erit custodia, nisi quinque illorum ad cor ostiorum custodita sint claustra.

ÆDES. Cui ergo claves ad quintuplex hoc ostium committendæ? PARTH. aut Necessitati, aut Utilitati; alterutri sanè: nunquam Voluptati. Hoc assero: si quid videre velis, si quid audire, si quid aliis sensibus admittere, aut Necessitas te cogat, aut Utilitas impellar. Si ad solum Voluptatis nutum hæc portæ pandantur, vel etiam unica illarum, non custodis cor tuum, sed proditorum tui te casti non gubernatorem fuisse, brevè senties. Voluptas enim ubi has claves nanciscitur, ad cordis penetrabilia, turbam intromittit promiscuam, & plures hostium quàm amicorum. Inde animus heu quantis inceptis, phantasiis, stultitiis impletur! omnium rerum imagines, pleræque vanæ, turpes, obcœnæ ad cor convolant. Ita Voluptas agit, cum clavium ad illas quinque januas sit domina: omnia susque deque vertuntur, illudque unum agitur, ut Animus à Voluptate delinitus atque persuasus, suis se concupiscentiis vendat, nec abhorreat ab ullâ cogitationum turpitudine. Eò spectant Beati Basilii verba: *Oblectationis appetitus è carne, velut ex fonte manat, & per omnes sensus, tanquam per flumina, diffunditur*. Idem: *Aspectum*, inquit, *æquè ac auditum ex æqua cum profectu inde consequuturo*. Sic oportet: quisquis ad aurium voluptatem metitur audienda, innumeris noxis vel solo auditu obstringet animum. Levia forsân creduntur, ar rigere aures ad vana, curiosa, ridicula, nova; ad nugas, fabulas, laudes proprias: & quis hic furdus aut somniculosus est, cum talia in sermonem veniunt? unica illa vox nova, nova, aures nobis longissimas facit. Sed ignoscat mihi tuus genius, qui rerum novarum narratiunculis delectatur, mendaciis pascitur, qui nugis & fabulis tam benignas aures porrigit, ventos reti venatur. Hinc quandoque gradus fit, ut aures sponte pateant ad scurriliâ etiam colloquia, lascivos sermones, fœdas cantiones, infames detractiones, qualia non rarò tam audisse noxium quàm dixisse. Nota est Bernardi censura in hos auditores: *Porro*, inquit, *detrabere & detrahentem libenter audire, quid horum damnabilis sit, non facile dixerim*. Nec fallitur Hieronymus, qui: *Si desunt*, ait, *audientes, non inveniuntur detrahentes*. Sapiens erit qui pessimè huic turbae verborum clausit aures, quibus ceram parum est obdere. Firmiori spissamento opus est, quàm usum in sociis Vlysem ferunt. Aures tuas non cereâ, sed spineâ sepe muni, & quandoque tui amantissimis surdum te præsta.

§. I.

§. II.

Odoratus etiam suis eget custodibus. ÆDES. Quid si me hortorum flores, si templorum odores & thuræ

2. ut pff. ut At. en. lib. fff.

Dei se q. dat. euh.

Tha. in G. de in. mmi. Baro. tem. an. i. non. Cic. a. tir. s. Mofe.

Tom. i. c. p. m. c.

Lib. 10. fff. ca.

Augu. a. c. m. i. a. m. i. c.

thureæ nubes invitent, num vis ut nares obstruam? hic ego torus cum Catullo cupiam nasus fieri. PARTHEN. Catullianum est hoc votum, scio, sed parum Christianum. Dixi jam sensuum exteriorum claves, non *Voluptas*, sed aut *Necessitas* habeat, aut *Virilitas*. Si suos tibi aut templum; aut hœrulus odores affler; non ut nares constringas; jubeo, sed ut simul mentem dilates, & memineris dicti Paulini: *Christi bonus odor sumus Deo*. Et Davidici: *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo*. Cogita *phalæ aureas plenis odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum*. Sic sine noxâ; seu thuribula seu florum agmina, suos tibi odores propinabunt. Alti hic animi Augustini: *De illecebrâ odorum, inquit, non satago nimis; cum absunt, non requiro; cum adjunt non respuo, paratus etiam eis semper carere*. Quod si solius hinc negotium sit *Voluptatis*, si moschum, si muris peregrini folliculos, si ambram & cyberram vestis, chirothecæ, manns, cubicula spirent, hinc jam noxa, & irritamentum libidinis, & culpandæ delicie. Harum appetitus incontinentiæ notam subit, præsertim si vehemens. Et hujus generis oblectamenta plerumque videbis in foeda esse vel levia. Assyrii, Arabes, & Sabæi nostris armis domiti, suis nos odoribus expugnant. Revera omne hoc bene olendi artificium, non boni odoris argumentum, sed latentium signum est defectuum: turpius est enim artificiosius quam simplicibus affuisse; omne autem quod turpe est, quod fit artificiosius, ed fit turpius. Meministi juvenis, qui cum Vespasiano Principi pro collatâ præfecturâ gratias acturus, factitiis ejusmodi odoribus halaret, stomachatus Imperator, acri supercilio & voce aspera: *Malem, inquit, allium oboluisse*. Sic inceptum sine honore, rescissis concessæ jam gratiæ litteris, bene olidum dimisit. Ita dedecori sunt odores ejusmodi; interdum etiam damno. Muleasses Rex Tunecorum contra Amidam filium, regni recuperandi causâ pugnavit, sed infelicer: cumque immittus fugientium turbæ Muleasses facile se regem dissimulasset, cruore & pulveribus fedatus, solo unguentorum odore agnitus, & è fugâ reprehensus est. Cæpto filius utramque oculorum pupillam candenti scalpello rimatus, miserum parentem æternæ noctis damnavit. Plura his non ab similia commemini. Horrificum illud quod Petrus Damianus prodit de feminâ Venerâ, non repeto; ejus narrationi hoc unum addo cum poetâ: *Optimè olet, qui nihil olet*. Et ab experientiâ discimus, eorum cadavera gravissimè foetere, qui dum viverent, optimè olebant. Fugiat has delicias, qui rerum vilium & ultimarum dignatur esse mancipium. Unguenta quidem penetrabilia, sed penetrabiliora sunt vitia, quæ hac viâ celerrimè ad nos se penetrant.

§. III.

VTi ad Visum, ad Auditum, atque Odoratum, sic ad Gustatum constitutere nefas est clavigeram *Voluptatem*. De perniciosius mensarum lauticiis, & Abstinentiâ jam egimus. Quam autem gustatui, ejusque appetentiæ, non ad *Voluptatis* leges agendum sit, insignissimè docens Augustinus: *Sicut ager, inquit, ad medicinam, sic ad sumendas dapes debet quisque accedere, nequaquam videlicet in illis voluptatem appetens, sed necessitati succurrens*. Et hanc gustatus legem à Deo se accepisse gratulatus: *Hoc me, inquit, docuisti, ut quem admodum medicamenta, sic alimenta sumpturus accedam. Non ego immunditiam opsonii timeo, sed immunditiam cupiditatis*. Scio *Esau lentacula concupiscentiâ deceptum, & David propter ea que desideravit à se ipso reprehensum, & Regem nostrum non de carne, sed de pane esse venturum*. Et hæc illum philosophia non dicere docuit, sed facere. Nam Augustinus, esu carnium ferè abstinnit, sed & aliis ciborum lauticiis mensâ suâ interdixit, mensas alienas & convivia studiosè declinavit, itaque se hinc in ordinem redegit, ut de seipso testetur:

Quotidianum bellum gero in jejuniis, sepius in servitute rediens corpus meum. Wolstanus Wigornienfis antistes, *Ser. de eo non minus gustatum insigni victoriâ triumphavit*. Fuit ut post rem divinam in abdito loco prolixioribus precibus vacaret: hinc ad ejus nares afflæ carnis delicatis odor pertigit, & unâ appetitus edendæ. Turbari sensit animum vir sanctus, à precibus in culinam ad ollas trahi. Tunciple secum: *Hocine, inquit, precari est? hocine est Deo loqui? dum lingua voces depromit, dum manus cælo attolluntur, mens per culinam vagatur? Lucet hoc commissum, ne dubita*. An non libenter estares carnes afflas? ego tibi eas condiam, ut sapiant. Sic statuo: nec illas quarum ad te odor pervenit, nec ulla alias libabis in posterum unquam: sic fancio lege irrevocabili. Dixit, & fecit: tam tenax & perseverans exequendi propositi, quam concipiendi. Hoc uno gustatus triumpho maximum gradum fecit, ad omnem vitæ sanctitatem: miraculis illustris obiit anno Christiano M. LXXVII.

B Hoc sanctissimorum quorumque hominum primum fuit negotium, Gulam odisse, & Gustatum velut proditorem, tam blandum quam noxium, modis omnibus persequi. Non solus Isidorus Sacerdos, nunquam satur è mensâ surrexit; plures hac lege vixerunt, NVNQVAM SATIARI. Magnus Daniel vates, magni focii ejus, hoc ipso quod vino regio & ferculis delicatioribus abstinerunt, contenti frigidâ & parabili victu. Ita non Gulâ tantum, sed & ipsis flammis superiores facti. Nos in contrarium nitimur, quos tanrò securis Gula in præceps agit, quanto frequentius honesto necessitatis nomine se tegit. Ita sæpe flammam flammæ addimus & oleum ardenti camino affundimus, qui calorem naturalem in vitia sponte protuberantem multo vino animamus. Vinum largius haustum, malus est consiliarius. Ergo *gulam frena, & omnem carnis appetitum facilis frenabis*.

§. IV.

CLaves ad Visum, Auditum, Odoratum & Gustatum negavimus *Voluptati*; multò minus concedemus ad *Tactum*. Sensus hictorum corpus permeat omnium oblectationum vaserrimus auceps: frequenter alios sensus, quorum ille operâ ad suas voluptates aucupandas utitur, unâ secum trahit in exitium. Basilius hoc advertens: *Tactus, inquit, omnium sensuum deterrimus, focis ab blanditur, ut eos adjuvatores habeat ad sectandam vitiorum dulcedinem*. Cautè hic, cautè prorius agendum, & pro norma honesti monitum hoc habendum: *quod non licet concupiscere, noli tangere*. Tactioni non satis est corpus vestiri; nisi & molliter vestiat; nec ei satis cubare, cum dormit, nisi & molliter cubet. Hoc primæ tactionis curæ sunt, ut omnia ubique reperiat molliat & blanda, idque, ut patet, ad voluptatem. At hoc pridem damnatum à Christo: *Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus re-*

D eterni. Et Joannem Zachariæ filium, Jordanis accollam, non à molli, sed ab asperâ & fetosâ veste commendavit. Neque divinus Lucas purpuratum epilonem à vestium mollitie accusasset, nisi cum Calites essent exotici, qui malè recti Lazari funus frequentarunt; alterum in purpurâ mortuum, in Orco sepultum, nullo dignati sunt honore. Mollem & delicatum habitum Castitas certè non amat; hæc libidinis aut insignia sunt, aut incitamenta. Simplicis cultus munditiæ gaudet pudicitia: illic plerunque pretiosus est cultus & mollis, ubi pudor est vilis. Augustus Imperator licentioiore habitu filiz graviter offensus comptam hanc in veste molliem, insigne vocabat superbiæ, & luxuriæ nidum. Sed hæc omnia sectatur tactionis sensus, nisi ad Christianas leges severius coërceatur: si quando indulgentius haberetur, tunc & mollem postulat vestem, & molliorem lectum; neque somnum

2. Cor. 6. 2. vers. 15. Psal. 140. vers. 2. Apoc. 6. 5. vers. 8. Lib. 10. cons. 4. 32.

Bene oluisse quibusdam noxium.

Ep. ad Blaudium Comitiss. de institut. monial. c. 11. Baronius tom. 10. an. 998. num. 20. Cir. ad Act. 2. Plant. Mosell.

Tom. 9. de civitat. viti. ram c. 18.

Lib. 10. cons. 4. 31. Hoc me, inquit, docuisti, ut quem admodum medicamenta, sic alimenta sumpturus accedam.

Augustini à carnibus abstinentia.

Thomas de Kempis l. 1. cap. 19.

Matt. c. 11. vers. 8.

Tactus vitia.

ſomnum ſperat facilem, niſi plumis profundius mergatur. Ah his incitiis ad viroſiorē licentiam proficit, & deum in leges verecundiæ impudenti audaciâ delinquit: vel nominatim, panē nimium eſt, inverecundos tactus, amplexus, oſcula : ſaris dixi, & juvabit forſan vel ſolo nomine perſtrinxiſſe hæc dedecora. Cautē, mi Aedeſime, cauſiſſimē, hinc agendum, ſi velis caſtē : è levi ſape tacta non levis ſecuta eſt turpido. Rogatus Aurelius Auguſtinus, quid eſſet quod nollet cum ſore habitare, ita occuſiſſe fertur : *quia non ſunt mihi ſorores, quæ cum mea ſunt. Enimverò malum eſt videre feminam, pejus alloqui;*

Gregor. Turon. in viii PP. c. 8. Sicutius 1. April.

peſimum attingere. Ideo Nicetius, ex optimo Sacerdote, Lugdunenſis Pontifex, amanſiſſimus putatis, ſuos aſſidē monebat, & tactus & verba caverent obſcœna: ipſe ſui maximē memor, vel infantium etiam membra nudâ manu tangere verebatur: neminem hinc nimis cauſum cenſebat, ubi *voluptas* ſeſe tam celeri dolo inſinueret. Cùm ferrum tangit ſilicem, exiliunt ſcintillæ; cùm tangitur ſerpens, mox caput replicat, ut mordeat tangentem: quod caſtior quis eſt, hoc & cautior eſt, ne carnem tangat non ſua, unde ſua uratur; nè ve ſerpentigena luxuria, mox ubi tactus impudicos ſenſerit, morſum inferat, & vulnèri venenum inſtillet.

Sicutius 16. Septemb. vixit circa ann. 980.

Editha Edgari Anglorum regis filia non ſolum regio ſanguine, ſed virtutibus illuſtiſſima, poſt mortem Dunſtano Epilcopo per ſomnum viſa, de corpore ſuo monuit: & ne hoc vanum duceret, addidit illud: etiamnum ab omni tabe illuſum reperiendum, oculis ſolum, manibus atque pedibus in cineres ſolutis, quibus olim puellari levitate eſſet abuſa; dextrum verò pollicem, quo toties crucem ſignat, remanſiſſe integrum, ut eluceret clementia divini benignitas in partibus ſervatis, juſtitia feveritas in abuſumptis. Rectiſſimè ergo Baſilius: *Sit virgo, inquit, virginis auditus, & viſus, & guſtus, & tactus; jugulando quidquid à verâ virginitate degenerat.*

Lib. de verâ virgine.

S. V.

Submoneor hinc beati Jacoponi & ſancti Franciſci familia, viri integerrimi. Hic perquam eleganter, quinque hominis ſenſus exteriore, in hunc modum deſcripſit. Virgo erat, & huic quinque fratres. Primus, Pictor: alter, Muſicus: tertius, Cocus: quartus, Pharmacopola: ultimus, Caupo; homines exigui cenſus: horum ſororem fecit opulentam nobiliſſimam Unio. Hunc pauperuli fratres precibus extorquere certatim inſtiterunt. Muſicus: noſti, ait, rem meam eſſe tenuem; da gemmam tuam, & ſervati vitam meam. Pro cæ ego modos muſicos faciam quos laudes. Tu verò abi, mi frater, inquit virgo, tantillo pretio gemma mihi mea venalis non eſt.

Virid. Ralderi part. 2. de contempt. ſui cap. 3. Senſus animæ proci.

Pictor, ut gemmam impetraret, picturam promiſit, quam haberet, elegantiſſimam: ſed repulſam tulit. Idem tentavit & pharmacopola, neſcio quid novæ fragrantia pollicitus, ſed eadem repulſa dimiſſus eſt.

Nec aliud tulit reſponſum cocus, eſti Jovis cerebrum, D & deliciis exquisitiſſimas ſponderet. Caupo, homo impudens, ſcire ſe ajebar lectiſſimos juvenes, qui omnes ejus eſſe cuperent mariti: hac in re ſolertem ſe fore actorem recepit. Minimè placuit qui maximam ſperabat gratiam, extemplo rejectus. Hanc demum gemmam Optimas obtinuit, in cujus unâ thalamum denupſit Virgo. Hoc, ita Jacoponus explicabat: Anima, Virgo eſt: Voluntas, gemma: Virginis fratres, ſenſus exteriore, viſus Pictor, auditus Muſicus, odoratus Pharmacopola, guſtatus Cocus, tactus Caupo. Sed an non inſigniter deliraffeſſet Virgo, ſi pro reculis viliffimis, ſua gemmâ privaffeſſet? Optimati, Chriſto Domino erat ſervanda. Atqui nos longè ſtultioreſ ſumus, & vero nomine, inſani, qui Arbitri noſtri, ſeu, noſtræ Voluntatis pretioſiſſimum unionem pro deliciis eſcariis, pro obſcœnis natiatiunculis, pro Venereis delectatiunculis,

A pro vitreis fractis & pupis, verè pro ſcarabæi umbrâ, non vendimus, ſed turpiſſimè abjicimus. Ille, ut cupira ſibi liceat videre, innocentiam perdit: iſte, ut gulam ſagine, Caſtimoniâ offendit: hic, ut omnis generis ſordes per aures recipiat, pudicitiam expellit: alii, ut omnem odoratiōni & tactiōni libertatem permittant, verecundiæ leges negligunt. Ita noſtram nobis gemmam, Voluntatem ſeu aſſenſum, illi peſſimi quinque fratres extorquent & ſubducunt. Ad extremam ſpiritus inopiâ devolvimur odorando, tangendo, maximè videndo & audiendo.

Memini me legere de homine ægro, ſed rectiſſimè ſibi conſcio, qui in mortis viciniâ, velut orator ad ſeipſum, omnibus corporis ſenſibus meritam gratiam retulit in hunc modum: O mei Oculi, amo vos de hac re, quod paſſi eſtis noctem vobis & cœcitatē perſuaderi, quotieſcunq; vanitatis aut laſciviæ aſpicendæ fuit periculum: hæc mihi nox, hæc cœcitas ſape fuit ſaluberrima.

B O mea Aures, gratias vobis habeo, quod artificio extemporaliter obſcuruiſtis, ad omnem inhoneſtum, obſcœtorium, noxiarum ſermonem: hæc mihi ſurditas ſæpiſſimè fuit ſaluti. O Manuſ mea, vobis memori mente adſcribo, quod delicias & tactui jucunda potuerim aſpernari: veſtra mihi ad hoc proſuit continentia. O mi Oſfactus, & tuis beneficiis reſpondeo; tuæ fuit virtutis, & odores gratos ſpernere, & ingratos perferre Dei cauſa: multum me juvit tua patiens induſtria. Et ò mi Guſtus, tibi quoque me gratum præbeo, tibi acceptas refero victorias plurimas; pars ſalutis meæ maxima in te ſterit: potuiſti & dapibus carere, & inter dapes eſurare; potuiſti & in copiâ abſtinere, & ſuſtinere inopiam: fateor, abſque te fuiſſet, mei hoſtes me milleſ ſub jugum miſiſſent: abſtinendo & ſuſtinendo promovimus. Igitur, ò meum corpus, ſine me brevi temporis ſpatio à te abeſſe: jungemur iterum, & unâ fruemur præmio iuexplicabili, felicitate non finiendâ. Utiſſima monita, ſi ſint qui iis pateant.

C Pelagius reſert, ſanctam Syncreticam dicere ſolitam: *Sobriè vivamus, quia per ſenſus corporis noſtri fures ingreduntur.* Verè: & ſape non unus aliquis furunculus, ſed furum & prædonum ingens turba, cogitationum & imaginum ſcædarum magnus numerus. Hinc lugubris ille gemitus clamantis prophetæ: *Deprædatus eſt oculus meus Thren. 1. 1. animam meam.* Voce præeuntem ſequamur; clamet pro ſe quiſque: heu præda factus ſum oris, & oculorum meorum, aurium, & manuum mearum! deprædatus eſt animam meam viſus meus, auditus, tactus, guſtatus meus! Cor ſine ſenſuum cuſtodia, urbs eſt ſine mœnibus, domus ſine oſtio, hortus ſine ſepe: illam hoſtes tranſiliunt, hanc fures expilant, iſtum conculcant feræ.

C A P V T X.

Oſtadium INCONTINENTIÆ antidotum, aſſidè cogitata DEI PRÆSENTIA in omni loco.

AD E S. Partheni, dimittis me plenum ingentis fiducia ad ſanctiores mores: inſtituis, diſputas, doces, adverſus omnem vim vitiarum me munis. PAREN. Silaudare velis, hoc eſt, adulari, ego interrumpi nolo; pede quo cœpi, pergami; jam enim proſpicio. Reſtant pauca; at profectò, ſi rem ſpectes, non paucis explicanda. Verficulum tenes?

Portarum excubia, Chriſti præſentia, Pœna.

Suas portas excubias dedimus. Nunc Dei Præſentiam contemplemur.

Et principiò quidem mirati ſubito, nos in plurimis non circumſpectiores eſſe, quos oculus Domini vigilantiffimus obſervat omni momento, omni loco. **ADES.**
Ergo

Dei oculo
omnia a-
perta sunt.

Prov. c. 15.
vers. 3.

Ecclesi. c. 23.
vers. 28.

Ad Hebr.
cap. 4. v. 13.
Hier. c. 32.
vers. 19.

Ergo hic Deus ad linguam, ad oculos; ad manum A meam? PARTH. Dubitas? etiam intra oculos, linguam, manum tuam est, qui cor tuum undequaque penetrat Deus. Quid clarius, quid crebrius inculcat sacra pagina, quam hanc ipsam Numinis præsentiam in omni loco; digitorum, pro more meo, intendam ad pauculos fontes, Salomon, apertissime pronunciat: *In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos*. In omnes sunt hi oculi, nullo temporis puncto clauduntur. Idem affirmat Siracides. *Oculi domini multo plus lucidiores sunt super solem; circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi; intuentes in absconditas partes*. O verè nimium quam lucidiores omni sole Oculis? Sol excludi potest sexcentis modis, nullo divini oculi, qui omne profundum rimantur, qui parietes omnes vel etiam ferreos penetrant. Nihil eis clausum est. Omnium luculentus testis, divinus Paulus: *Et non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus. Omnia autem nuda & aperta sunt oculis ejus. Cujus oculi (verba sunt Hieremiæ Prophetæ) super omnes vias filiorum Adam, ut reddat unicuique secundum vias suas, & secundum fructum adinventionum ejus.*

§. I.

Gen. c. 20.
vers. 15.

A Bimelech Rex, cum Saram Abrahami conjugem mille argenteis donasset, istud moniti adiunxit: *Et quocumque perrexeris, memento te deprehensam*. Auro propterea hoc, & cedo scribendum: *Memento te deprehensum*. Nulla tam abditâ cogitatio, tam furtiva libido nulla est, nullum tam clandestinum furum, quin & illam, & istam, & istud Dei oculo deprehendat. Quidquid dicas, faciâse, quidquid vel arcanissimi secreti etiam cogites memento te deprehensum. Ubi ubi locorum, & quidquid denique rerum agas; etsi tam solus sis, ut nec mica tecum sit, tamen memento te deprehensum ab oculo omnia cernente.

Deus omnibus adesse
presens.

Hæc ignorantia nostræ labes est, ad Deum velut longè distitum suspirare. Proximè nos est, imò in nobis est, & nos in ipso, velut piscis in mari, avis in aëre, in circulo punctum. Quoquò istud se moverit, clausum est; quoquò piscis nataverit, aquis circumfusus est, quoquò volaverit avis, ab aëre circumtecta est. Suum hunc errorem, qui Deum velut remotum fingit, damnans Augustinus: *Erravi, ait, & multum laboravi, querens te extra me, & tu habitas in me: mecum eras, & tecum non eram; malè querebam foris, quod erat intus. In ista formosa, qua fecisti, ego deformis irrueram. Ea me tenebant longè à te, qua esse non poterant nisi in te.*

Salmos. c. 31.

ÆDES. Sed num Deus sit præsens, etiam in impiis? PARTH. Te hominem albæ mentis! præsentissimus est, etiam in impiissimis & quidem, ut Theologorum ore loquamur, per essentiam, per præsentiam, per potentiam suam, solum non per suam gratiam. Deus cum omni sanctitate & sapientiâ suâ cum omnibus suis thesauris, æquè totus ac præsens fuit in Judâ Christi proditore, quam in Petro Christi defensore. Miseri nos & cæci, quam non cogitamus ista? momentis singulis, divinâ manu sustentamur, & quasi assidue recens creamur. Cesset Deus vel puncto temporis benefacere, & omnia, quæ nostra vocamus, in tenue nihilum evanescent. Pulchrè Bernardus: *Idcirco, inquit, sicut nullum est momentum, quo non fruamur Dei misericordiâ, sic nullum sit momentum, quo cum præsentem non habeamus in memoriâ*. Memento nos Deus, vel ignibus æternis addicere, vel cælo adscribere potest. Infullet modò vel unicam scintillam luminis, quod gloriæ vocant, & in cælo jam erimus, etsi extra cælum simus. Nusquam à Deo nec latum unguem recedimus. Er dic, quælo te, mihi: Si quis staret undequaque flammis præaltis & in orbem cinctus, sciretque, illicò pereundum sibi, si scintilla vel unica tangeretur, quam parvus ei risus foret, quam modestus se contraheret, quam pavidus trepidaret? Atqui verè in

Deo, igne illo immensissimo stamus, movemur, deambulamus; quidquid rerum agimus, agimus in illo, ab illo undique circumdati. Nec nefcire possumus, quòd unicum Dei velle, nutus unicus, aut in cineres redigere nos, aut ad inferos momento præcipitare possit: & tamen cum hoc igne intelligentissimo pugnamus, hunc conspuimus, hunc impio ferro fodimus, hunc novis quotidie injuriis lacessimus, & nequitas nostras (quo quid dementius?) non observari credimus. Heu, miseri, à Deo undique deprehensi. Tamque morti, quam inferis vicini, quid compressis oculis cæci ruimus in exitium? *In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos*. Ah! quam cautè & quam submissè se gerere par est, in Oculis tanti Domini, quos nec ad momentum vel exire licet, vel declinare. *Quocumque perrexeris, memento te deprehensum.*

§. II.

V Nicus hic, & ad omne flagitium æcerimus est stultus, credere, se non videri: Imodò, & furem interroga quid hæc audeat? arbitratur, dicit, me non videri. Sed & adulterum adi, & quære: Tunc alienam domum invadere, conjugem non tuam violare impurissimè? si Deum non metuis, etiam magistratus vindictam negligis? trepidè respondebit: Putabam, neminem hujus fore conscium. Sed ad plures te mittam. Accede silentio improbiissimi oris hominem, & dum dominum suum diris omnibus execratur, interroga: in quem hoc linguæ virus evomat? trepidus dicit: credebam me solum esse, & à nemine audiri. Hæc via ad inferos rectissima est, ita vivere, tanquam si nullius oculo notetur, à nemine videatur. Hinc impiorum voces illæ: *quomodo scit Deus, & si est scientia in excelsis? Et dixerunt: non videbit Dominus, nec intelliget Deus Jacob*. Contra hos acriter insurgens regius psalter: *Intelligit, inquit, insipientes in populo, & stulti aliquando sapire. Qui plantavit aurem, non audiet? aut qui fixit oculum, non considerat? dominus scit cogitationes hominum, quoniam vana sunt*. En, cogitatus tuos novit, vel latentissimos, & ignorabit ausus & facta? Sed hunc talem tenebriorem, qui humanos solum oculos amotos à se cupit, divinos non curat, sic loquentem producit Siracides: *Quis me videt? tenebra circumdant me, & parietes cooperiunt, & nemo circumspicit me: quem vereor? delictorum meorum non memorabitur Altissimus*. Impiis his vocibus opponit istas: *Et non intelligit quoniam omnia videt Oculus illius, quoniam expellit à se timorem Dei, hujusmodi hominis timor*. ÆDES. Nostra nos fides docet, nihil clam Deo fieri, omnes & omnia ab ipso videri; æquum proinde est, ut quis in omnibus seipsum sic excitet; ATTENDE Peccans tibi. PARTH. Rectè: sed vide, mi Ædesime, quòd hoc factio tuo minem malignior affectus, aut lascivior appetitus non nepertrahat, & abducat ab illâ fide. Homo impurus & libidinis seclator (eadem est omnium vitiorum ratio) ante se habet hæc duo: Carnis petulantiam, & Fidei notitiam: sæda petulantia illa vult in opus prodire quod cogitatur, non vult Fides, & à Deo cuncta cerni affirmat. Ergo ne ille crimen deserat, deserit fidem; & ut adulter sit, fit hæreticus factio. Idem vel solis sit cogitationibus. Cogitat quis obscœna, nec tamen nefcit has ipsas in se cogitationes à Deo videri. En hic fidem, quæ identidem pungit, vellicat, monèrque: *Deus videt illa quæ cogitas; cor tuum Deus penitissimum pervideret: ejice has & imaginum & cogitationum sordes*. Quid hic miser? nè cogatur suas expellere cogitationes, expellit à se fidem & tantundem facit, ac si dicat: non cernit hæc Deus, quæ cogito, quæ mente aspicio. Ita pergit infelix, & ejectâ aut sepultâ fide, cogitationes & imaginationes sordidissimas retinet, fovet, & quia ipsi pulchræ sunt, cum iis ludit, & sic obscœnâ suavitare seipsum perimit. Huc malorum, huc deducit impium illud: *Nemo me videt*. Quam nobile fuit par illud nequissimorum scenum,

Larendi fiducia est magna occasio viti-
orum.

Psal. 72.
vers. 11.
Ps. 93. v. 7.
vers. 8.
vers. 9.
vers. 11.

Ecclesi. c. 23.
vers. 26.
Ibid. v. 27.

Peccans tibi. PARTH. Rectè: sed vide, mi Ædesime, quòd hoc factio tuo minem malignior affectus, aut lascivior appetitus non nepertrahat, & abducat ab illâ fide. Homo impurus & libidinis seclator (eadem est omnium vitiorum ratio) ante se habet hæc duo: Carnis petulantiam, & Fidei notitiam: sæda petulantia illa vult in opus prodire quod cogitatur, non vult Fides, & à Deo cuncta cerni affirmat. Ergo ne ille crimen deserat, deserit fidem; & ut adulter sit, fit hæreticus factio. Idem vel solis sit cogitationibus. Cogitat quis obscœna, nec tamen nefcit has ipsas in se cogitationes à Deo videri. En hic fidem, quæ identidem pungit, vellicat, monèrque: *Deus videt illa quæ cogitas; cor tuum Deus penitissimum pervideret: ejice has & imaginum & cogitationum sordes*. Quid hic miser? nè cogatur suas expellere cogitationes, expellit à se fidem & tantundem facit, ac si dicat: non cernit hæc Deus, quæ cogito, quæ mente aspicio. Ita pergit infelix, & ejectâ aut sepultâ fide, cogitationes & imaginationes sordidissimas retinet, fovet, & quia ipsi pulchræ sunt, cum iis ludit, & sic obscœnâ suavitare seipsum perimit. Huc malorum, huc deducit impium illud: *Nemo me videt*. Quam nobile fuit par illud nequissimorum scenum,

senum, qui Susannæ pudicitiam tentarunt: Totum nequitia pallium, quo scelus suum velarunt, hoc ipsum fuit: *Officia pomarum clausa sunt, & nemo nos videt.*

Dan. c. 13.
vers. 20.

Hinc omne flagitium accenditur, & animos sumit, dum diabolus ad aures delinquentis suaviter occurrat: *Nemo te videt.* Aude feliciter: *Nemo te videt.* Ita perge conlitanter: *Nemo te videt.* Ita etiam pergitur miser, parietes nobis circumdatos judicamus, non ut tutius vivamus, sed ut occultius peccemus. Quid autem prodest recondere se, & oculos hominum aureque vitare? si honesta sunt, quæ facis, omnes sciant: si turpia, quid refert neminem scire, cum tu scias? Heu, stultissimi mortales, quam hic ultra bestias nihil sapimus? mugiles & lamprætæ, pisces marini, qui Plinio teste si caput undis immergant reliquum corpus parere oculis non putant.

Senec. ep. 43.

Plin. lib. 9.
c. 19. & 23.

Eadem & perdidit ridicula stultitia est. Hæc si solum abscondat caput, jam se totam credit oculis subductam. Eundem hunc lulum & infantes ludunt: pone januam, mantili caput obvolvunt, & licet pedes emineant, à nemine tamen videri se credunt, quando ipsi videt neminem. Tales nos infantes, tales imò bestia sumus, modò hominum oculos à nostro scelere amoliamur, oculos Dei parum cutamus, & sic à nemine nos observari credimus. Hinc illæ voces. Hoc meus dominus, hoc parens meus, hoc meus magister non videt, istud ille non recitet, salva omnia. Erras, mi homo, nil saluum illi qui divinos oculos non veretur, sui sceleris observatores.

Isaia c. 57.
vers. 11.

Neque cogitasti in corde tuo, quia ego tacens, & quasi non videns, & mei oblitus es. Ita per Isaiam queritur Deus. Ergo, quocumque perrexeris, memento te deprehensum. Videris, audiris: ubicunque es, totus in oculis Dei es.

§. I II.

Dei præsentis memoria juvat ad vitam sanctitatem.

Quemadmodum verò improborum plurimos in vitis audaces fecit stultissimum illud: *Nemo te videt.* Ita innumeros alios ad illustrem vitæ sanctitatem provexit unicum istud: *Deus videt omnia.* Primus & martyr, & virgo, & frater Caini Abel, ex hac unâ præsentia divinæ notitiæ, ad omnem virtutis cultum profecit. Clarissimus testis Josephus: *Abel, inquit, justitiam colebat, & omnibus actionibus suis Deum præsentem ratus, virtuti operam dabat.* Hic te verbulo monuerim: in Bibliis, *ambulare cum Deo*, non aliter explicandum, quam Deum ubique præsentem jugi memoriæ profecti: neque enim solemus aut possumus cum alio, nisi cum præsentem ambulare. Hinc nobile illud prætorum Patrum encomium, *cum Deo ambulavit.* Post mundi originem laudatissimus

Gen. cap. 5.
vers. 24.
Gen. cap. 6.
vers. 9.
Gen. cap. 17.
vers. 2.

Henoch, *Ambulavit cum Deo, & non apparuit, quia tulit illum Deus. Noë vir justus atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulavit.* Hoc ipsum Abrahamo jam nonagenario præcipitur: *Ambula coram me. Et esto perfectus.* Moses, ille Deus Pharaonis, qui & Numini à secretis consiliis fuit, dux infiniti populi, vatum maximus, non aliâ re magis divinam in se liberalitatem emeruit, quam assiduâ divinæ præsentia veneratione. Paulus id affirmans: *Fide, ait, reliquit Ægyptum (Moses) non veritus amovistatem regis: invisibilem enim tanquam videns sustinuit.* Hoc illi assiduo in mente fuerat: *Deus videt omnia.* Hinc tantarum molestiarum patientissimus, invictus perseverabat. Rex Ezechias (licet dicere) hac arte unâ, quindecim vitæ annos à Deo emendicavit, in paucis persuadens quod rogabat: *Obsecro domine, inquit, memento quesu, quomodo ambulaverim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim.* Prophetæ omnes in præcâ lege, Reges aliquot, omnes virtutis studiosi, plurimum in omni pietate promoverunt, ex hoc uno estato: *Deus videt omnia.* Admirandus in hoc rex David, Regionum quidem negotiorum mole premitur, & tamen in hoc uno est assiduus: *Oculi mei semper ad Dominum.* Perinde, atque si dicat: *vix mihi quidquam ab temporis, quo non meminerim præsentis*

Ad Hebr. cap. 11. v. 3.

quædam bene nota, ut gravius periret, multos secum peturos in voraginem traxit libidinis. Pereuntium miseratus Paphnutius, & militem indutus, Thaidem adit, & p. 2. bis. unum se simul adventorum. Dein loci secretum stipulatur, nolle enim se à quoquam videri. Inducit illa in cubiculum, negat ille satis arcanum locum. Itur in aliud interius; moram eandem objicit. Denum in domus penetrare perducitur, ubi personatus miles huc illuc circumspiciens: quæso te, inquit, num hic securi sumus, & sine omni arbitro? Quid dubitas, inquit illa, hic nemo nos audiet, videbit nemo, nisi Deus aut diabolus. Excepit vocem Paphnutius, & tanquam ad eam exhorruisset, quærit: *Credisne Deum? credo, ait illa. Quærit amplius: etiamne credis, eum ubique præsentem, omnia cernentem? & hoc credo, respondit illa. Subdit Paphnutius: an non improbis decrevit ignes æternos? ita, inquit*

Isaia c. 38.
vers. 3.

Pf. 24. v. 15.

quædam bene nota, ut gravius periret, multos secum peturos in voraginem traxit libidinis. Pereuntium miseratus Paphnutius, & militem indutus, Thaidem adit, & p. 2. bis. unum se simul adventorum. Dein loci secretum stipulatur, nolle enim se à quoquam videri. Inducit illa in cubiculum, negat ille satis arcanum locum. Itur in aliud interius; moram eandem objicit. Denum in domus penetrare perducitur, ubi personatus miles huc illuc circumspiciens: quæso te, inquit, num hic securi sumus, & sine omni arbitro? Quid dubitas, inquit illa, hic nemo nos audiet, videbit nemo, nisi Deus aut diabolus. Excepit vocem Paphnutius, & tanquam ad eam exhorruisset, quærit: *Credisne Deum? credo, ait illa. Quærit amplius: etiamne credis, eum ubique præsentem, omnia cernentem? & hoc credo, respondit illa. Subdit Paphnutius: an non improbis decrevit ignes æternos? ita, inquit*

A Numinis. Et affirmatiùs longè de seipso testatus: *Provi- debam, inquit, Dominum in conspectu meo semper: Assiduus mihi in oculis est Deus. Inde ingentis animi ausu: Esti ambulavero, inquit, in medio umbrae mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es. Neque satis hoc illi, obtutu continuo in Dei præsentiam oculos defigere, omnes alios ad hoc ipsum ardentè instigans: *Querite, inquit, Dominum, & virtutem ejus, querite faciem ejus semper.* Et idem ingeminat: *Querite Dominum, & confirmamini. Querite faciem ejus semper.* Cùmque à seipso minus hoc observatum deprehendisset largissimis lacrymis id deplorans: *Tibi soli, ait, tibi soli peccavi, & malum coram te feci. Mi Domine, præsentiam tuam non observavi, oculos tuos reveritus non sum, te inspectantem neglexi. Uria quidem oculos non admisi, cùm flagitium illud commisi, sed tuos, ô Conditor, excludere non potui. Tu ô Deus vides omnia, tu adfuiti, vidisti, tabellis id tuis inscripsisti. Ideo peccavi, sed tibi soli, & coram te solo grande hoc malum feci: Ah! in oculis tuis, te inspectante ausus sum hoc flagitium designare, si te præsentem cogitarem, adulter non essem, particida non vocarer. O mortales! exemplo meo sapite: *Deus videt omnia.* Jobus, ejusdem prorsus animi: *Nonne, inquit, ipse considerat vias meas, & cunctos gressus meos dinumerat? Et: Observasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti. Deus videt omnia, & capillos hominis numerat, & passus. Susanna castissima extremis angustis confictabatur: hinc probrosam facinus, illinc, ni consentiret, mors ei certa sic imminerebatur, ut exclamaret: *Angustie sunt mihi undique. Assentior? letali me noxâ obstringo. Resisto? capitis supplicium incurro. Et qui tandem ex his syrtibus est eluctata: Ante Deum se stare cogitavit; Deum præsentem & sui certaminis spectatorem est intuita. Inde tantum criminis horrorem hausit ut in libertam hanc vocem proruperit: Sed, *Melius est mihi, absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini.* Vos quidem pomarium clausum, nullum hic arbitrum, à nemine nos videri dicitis: at, *Deus videt omnia;* malo subire mortem, quam Deum omnia cernentem offendere. O voces cælo inscribendas! ut quemcunque carnis lascivia vellicare cœperit, cælum suspiciat, istudque legat: *Mori malo, quam peccare in conspectu Domini; Deus videt omnia.* Nicetas, cùm impugnaretur, solus erat, nec tamen solum se esse credidit, Deum præsentem vidit, præsentis open petiit, centies mori maluit, quam vel semel coram Deo assentiri flagitio. Hinc cruenta pugna, hinc victoria gloriosa. *Deus hoc videt omnia.* Adesine, sunt qui musæum aut cubiculum picturis impleant, tu tuum obsecro imple scripturis, & hoc unum vel centies omnibus appinge parietibus: *Deus videt omnia.*****

B C

§. I V.

Hoc ipsum: *Deus videt omnia,* homines etiam sceleratos quandoque attonuit, & retraxit à præcipitio vitiorum. Thais Alexandrinâ, femina tam male quam bene nota, ut gravius periret, multos secum peturos in voraginem traxit libidinis. Pereuntium miseratus Paphnutius, & militem indutus, Thaidem adit, & p. 2. bis. unum se simul adventorum. Dein loci secretum stipulatur, nolle enim se à quoquam videri. Inducit illa in cubiculum, negat ille satis arcanum locum. Itur in aliud interius; moram eandem objicit. Denum in domus penetrare perducitur, ubi personatus miles huc illuc circumspiciens: quæso te, inquit, num hic securi sumus, & sine omni arbitro? Quid dubitas, inquit illa, hic nemo nos audiet, videbit nemo, nisi Deus aut diabolus. Excepit vocem Paphnutius, & tanquam ad eam exhorruisset, quærit: *Credisne Deum? credo, ait illa. Quærit amplius: etiamne credis, eum ubique præsentem, omnia cernentem? & hoc credo, respondit illa. Subdit Paphnutius: an non improbis decrevit ignes æternos? ita, inquit*

in Dd
cap. 1.

A scelerate abstrahit Dei præsentis memoria. Anton. s. Ant. & p. 2. bis. s. 3.

inquit illa. Mox ille iterum: Ergo, ait, hæc credimus, & tamen in oculis iustissimi iudicis omnia spectantis tam turpiter peccemus? Et quid tu temeraria, impia, salutis æternæ prodiga, hoc unum laboras, ut unâ tecum tor alii æternùm pereant? tantine est corporis spurcissima voluptas? an duos illos, Deum & diabolum, non vereris? iudicem illum, hunc accusatorem non times? an non *Deus videt omnia*? Icta mulier dicto, altum ingemiscere, exculationis nil reperire, sordes suas erubescere: jamque & oculi lacrymas parturire, ipsa demum in genua procumbens, pœnitentiam & emendationem promittere. Dixit, & fecit, nec multo post omnem muliebrem mundum, libidinibus suæ instrumentum combussit, ipsa in Virginum cœnobium transit, arctissimo habitaculo clausa, fonte solum & pane-vixit. Dei nomen pronunciare non ausa, unum hoc affiduè reperit: Tu qui creasti me, miserere mei. Triennio sic acto, simul & isto, & corporis carcere absolura, in meliorem orbem migravit. Magni Antonii discipulus, Paulus, in cœlo ei paratum totum conspexit, ita cœlestem thalamum feliciter possedit, quia impudicum aliquando possedisse dolenter tulit, Mirum hoc, sed non semel dumtaxat factum. Eodem illo pronunciato, *Deus videt omnia*, Beatus Ephrem, æquè profligati pudoris mulierculam ad pudicos mores traduxit.

Et certè nisi in bestias aut in saxa degeneremus, fieri non potest, quin, si sapius serioque cogitemus, *Deus videt omnia*, in officio nos contineamus. Bernardus: *Quomodo*, inquit, *negligens potest fieri, qui intuentem se Deum non desinit intueri*? Si negligentiam, quomodo non etiam luxuriam à se repellat, qui divinos oculos in se defixos observat? Dorotheus vir religiosissimus, in familiam suam cooptavit juvenem spei non magnæ. Erat is libertati affluens, vanus, vitis plenus, & tamen monachum profiteri omni modo contendebat. Facile erat Dorotheo cogitare, hunc talem juvenem præceptis & legibus non obruendum; ita unicam dedit, sed auro exarandam: *Cogita semper Deum tibi præsentem, & te coram illo stare*. Dorotheus (hoc nominis accepit in cœnobio tyro ille) ex unâ hac lege, eos in virtute progressus fecit, ut elapso quinquennio, non in meliorem tantùm, sed in alium profusus hominem mutaverit; jam ceterorum non tardus imitator, sed antesignanus, & virtutis speculum. Tantum ei profuit, assiduè cogitasse, *Deus videt omnia*.

§. V.

Phengites, miri nitoris lapis, ea etiam quæ à tergo fiunt, monstrare dicitur. Domitianum Imperatorem eo usum affirmans Suetonius: Tempore, inquit, suspecti periculi appropinquante, sollicitior in dies, porticum, in quibus spatium consueverat, parietes, Phengite lapide distinxit, è cuius splendore per imagines, quidquid à tergo fieret, provideret. Ejus generis lapidem habuisse fertur Maximilianus I. Imperator. Huic celeberrimam Germaniæ urbem ingressò, gratularum advenit Magistratus, & chrysendeton aureis plenum obtulit in monumentum debiti obsequii. Erat tum Imperator in conclavi, non procul à foro, ubi spectacula parabantur. Digressò inde Magistratu civico, initium est datum ludorum equestrium. Alicui famuli plerique omnes huc illuc dilapsi, occupando commodiore loco. Secutus Imperator cum paucis, crateræ aureo in mensâ relicto, & januis per quas transierat, apertis. Jam omnibus in ludos intentis, familiarium unus in Cæsareum conclave obrepit silentio, aureos credo numeraturus, sed suæ crumenæ. Ergo poculum invadit, nec parçâ manu extrahit partem aureorum non minimam, ratus se à nemine videri. Interim Imperator Phengiten suum dissimulante ante se mover, omnia à tergo videt, & hunc furem. Reditur in conclave: magna hic omnium

In Domit.
cap. 14.

A expectatio partiendi muneris. Jubeat Cæsar singulos dominorum pro se quemque accipere. Etiam ille, qui ante invocatus venerat, vocatus est & iussus extrahere, quantum manu prenderet. Initio ille modestè tergiversatus, tandem pauculos aureos verecundis digitis attollit. Hic Imperator: numera sis, inquit, quot traxeris. Numerat. Cæsar iterum: Jam, inquit, & illos prome quos nobis absentibus traxisti: videamus, num antea, an jam fueris cordatior. Fit finius miser, balbutit, contremiscit, vocem vix expedit, mussat, deprecatur. Expromit tandem aureos è furtivo sacculo, & numerat, sed longè plures esse comperti, quos prius cleperat, quàm quos iussus excerpterat. Tum imperator: tolle, inquit omne hoc tuum est, sed sub oculis meos non redi. Tu, si sapias, cum magnatibus (multò minùs cum Deo) non ludis: à tergo etiam habent oculos. Et an nescis longas Regibus esse manus, acutissimos oculos, plurimas aures? an nescis, Deum merum esse *Oculum*, meram manum?

B Disertè Augustinus: *Deus*, inquit, *totus oculus est, quia omnia videt; totus manus est, quia omnia operatur; totus pes est, quia ubique est*. Hoc nempe servulorum linguas & manus coercet, ut nec flosculum carpant, nec pomulum ex horto rapiant, nec frustulum panis sublegant, si nullam sibi herilis absentia securitatem polliceri queant. Hinc crebriores querelæ illæ: Dominus meus semper mihi à tergo hæret, loco quo minimè formido, deprehendor. Et quis uspiam unquam oculos Dei cuncta cernentis evitare potuit? *Deus videt omnia*. Ergo quocumque perrexeris, memento te deprehensum.

Pausanias in Corinthiacis refert, Jovis simulacrum trinoculum celebrari, ob triplex in superos, medios, inferos imperium. Miramus figmenta. An non Deus noster triplices habet oculos, quibus omnia cæli, terræ, marisque, & inferorum vel minutissima pervidet? Augustinus: *Oculos*, inquit, *Dei simul universa cernentis, non abdita locorum, non parietum septa secludunt, nec solum ei cæca & cogitata, verùm & agenda & cogitanda sunt cognita*. *Deus videt omnia*, tam præterita & futura, quàm præsentia.

§. VI.

Hoc altè animo imprimere, & in laboribus roborat, & in molestiis atque doloribus erigit mirificè. Eò quisque contentiùs laborare solet quò plures habet & nobiliores sui spectatores. In Hierosolymorum obsidione, nulla præmia Romanos æquè in hostem animare potuerunt, atque Titi Cæsaris in bello præsentis oculi. Fidem facit Josephus his verbis: Romanos hortabatur consuetudo vincendi, & quia vicini non affueverant. Ante omnia verò Titus, semper, ubique præfens. Nam & inertia, spectante atque opitulante Cæsare, gravissimum facinus videbatur; & ei qui bene decertasset, testis aderat qui rependeret præmium. Præterea fructus erat, vel cognosci solum Principi virum fortem. Idcirco multorum major viribus alacritas demonstrata est. En, oculus domini saginat equum: En, oculus Titi magnanimos facit milites, qui, velut viri ferrei, stant inexpugnabiles. Potuerunt hoc oculi Titi Cæsaris? multò magis id poterunt oculi præsentis ubique Numinis. De Judâ Machabæo, ejusque copias sacra historia hoc prodidit: Erant manu quidem pugnantibus, sed Dominum cordibus orantes, prostraverunt non minus triginta quinque millia, præsentia Dei magnificè delectati. Vice-runt, quia Deum sibi præsentem fecerunt precando: & hæc illis cogitata Dei præsentia, famem sitimque, fatigationem & pulverem, vulnera, plagas, mortis pericula, facilia omnia reddidit. Quòd si milites hi inter tubas & tympana, inter armorum fragorem, inter vulneratorum, cælorum, morientium clamores & ululatus, ita sibi Deum stauerunt præsentem, ut ejus præsentia magnificè delectarentur: nos quoque vel in turbatissimis

Epist. 117.

Dei præsentia animarum ad bene agendum.

2. Machab. c. 15. v. 27.

Eccli. c. 42. v. 13. & 19. timendo castus esto. *Cognovit enim Dominus omnem scientiam* (ut Siracides loquitur) *abyssum & cor hominum investigavit, & in astutiâ eorum excogitavit.* Tandem fraus omnis ad solis testimonium publicatur: *Deus videt omnia.*

Ferdinandus I. Imperator, mirè delectabatur horologiis affabrè factis & rotundaris. Erat ei magnus horum numerus; & artificiosa varietas. Fuit, ut animi gratiâ loquaci hoc auro mensam oppleret; & velut mercem venditurus, ordine collocaret, gratum aulico comitarii spectaculum. Ubi satis datum oculis, ad colloquium factus secessit. Unus interim non spectator tantum sed emptor, furandæ libidine an occasione impulsus, unum ex horologiis raptim in caligas abdidit sagaci manu. Obliquo id oculo deprehendens Cæsar, hominem ad se vocatum, vario sermone, ad id horæ detinuit, dum sonorum illud antrum intra caligas loqueretur, & horam nunciaret. Erubuit miser vel invidus, & totam faciem minio perfusus, sine voce confessus est furtum. Cæsar rubore contentus, liberalissimâ conniventia, reum furii absoluit. Er nos, mi Aedefime, huius futi simillimi sumus: quoties nos aut fucata mendacia, aut clanculariæ confabulationes, aut furtivæ mentis libidines oblectant? miseri, latere nos credimus. Tandem, tandem, elapsâ vitæ horulâ, horologium nostrum, nostra conscientia loquetur: Oculis Dei non obliquus sed rectissimus atque fixissimus, in nos assidue intensus, factorum nos omnium convincet. Nam, in omni loco;

Prov. c. 15. v. 3. oculi Domini contemplantur bonos & malos: Omnia videt Deus. Nunc temporis dissimulat, & hunc furari, & illum adulterari sinit Deus: quid iste, quid ille, quid pos, quid omnes omnino homines cogitent, videt, & tacet. Erit tempus, cum singulari obiecturus hic iudex, hæc fecisti, & hæc & hæc etiam, & illa, & ista etiam, & tacui. Nunc tua te prodit conscientia, nec teipso iudice absolui potes. Heu, quid tunc miser fum dicturus, quem patrum rogaturus, cum vix iustus sit securus? *Infernus, & perditio coram Domino; quanto magis corda filiorum hominum? Si homini, ait Ambrosius, inspicaris, Deo fateris; etsi volueris negare, tua te cogitationes revincunt.* Lactantius huius rei optime commonefaciens: *Quid agis, inquit, quid machinaris, quid abscondis? Custos te tuus sequitur. Putas tibi contigisse ut oculos omnium effugas demens? Quid tibi prodest non habenti consilium, habenti conscientiam? Patremus Deo undique. Ergo, quocumque perrexeris, memento te deprehensum: Deus videt omnia.*

Eccli. c. 42. v. 11.

Prov. c. 15. v. 11.

Lib. 6. de vitiis. cap. 14.

A. liquerit eum, projiciet te in æternum. Concio, regum auri-bus dignissima. Sed Salomon paternæ disciplinæ immemor, alienigenarum mulierum libidines affectatus, edelirii & impietatis prolapsus est, ut Deum patris sui cœperit nescire. Ita curricula placet aliena, ut animula displiceat propria. Hæc vitæ labe inde est, quod Deum aut nostra non videre, aut facillè condonatum vitâ, stultè & improbè persuadearum. O tenebras humanæ mentis! Oculis ille qui videt omnia, & a nemine videtur, in lucem olim protrahet quæcunque arcana & abdita. Hic Oculis ostendet quos mortuos nocte sepelierit Tobias. Hic oculus monstrabit, quos palam, quot clam jugulaverit Herodes. Hic oculus pandet Orbibus Nicolai ille fuerit; qui furtivis beneficiis, pudicitia periclitanti alienæ subvenerit. Hic oculus humano generi proderet, non à Josepho dominam, sed à dominâ Josephum ad flagitium fuisse invitatum. Oculis ite declarabit, Elisabetham Ungari regis filiam, in abdito horti sui angulo, scabiosi mendici caput lavisse. Secretissima omnia ad solem producet hic Oculis. Res nunc in Orbe sæpe geruntur inæqualissimè, subinde etiam iniquissimè: illi ficus devorant, & accusant istos: reis venia datur, vexat censura insonces; coram delinquenti impunè, columbæ mulctantur. Non latebit, non est occultum quod non manifestetur, nec absconditum quod non cognoscatur, & in palam veniat. Ideo Christus: *Et Pater Math. c. 9. v. 9.* inquit, *qui videt in abscondito, reddet tibi.* Ergo, quocumque perrexeris, memento te deprehensum, Deus videt omnia. Non praterit illum omnis cogitatus, non abscondit sed ab eo ul-

Eccli. c. 42. v. 20. tus sermo. Ut verò hujus nulla nos unquam capiat obli-vio, certa memoriæ statuenda sunt signa, quæ quotidie moncant: seu sit imago cubiculi, seu dictum illustrius musæo inscriptum, seu pars vestis aspectui exposita, seu digito inferus annulus seu quotidianum illud sacerdotis in sacro: *Dominus vobiscum.* Quidquid illud sit, mendi sumus assiduo, Deum ubique præsentem videre omnia. Adde clausulam viri docti, & sancti Martyris Severini Boethii, qui aureum illud de Consolatione Philosophiæ opusculum, his ipsis verbis consignavit: *Magna vobis est, si dissimulare non vultis, necessitas indicata probitatis, cum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis.* Aut laxa sumus, aut his movemur: *Deus videt omnia.*

C A P V T X I.

Nonum INCONTINENTIÆ antidotum,
Novena ÆTERNITATIS supplicia.

Hic flere malim quam loqui. Quidquid dixerimus, minus æquo dicemus; verbis non assequemur, sed nec cogitationibus quidem, inexplicabilem illam damnatorum Æternitatem. Scio multos & multa de damnatorum tormentis scripsisse, sed vana est scriptio, inanis est omnis dictio, ubi non est atenta & profunda cogitatio. Legimus ista, audimus talia, cernimus picta, cogitamus futura, hæc omnia brevè evanescent, nisi ea vigilantissimâ mente sapius expendamus, & imaginationi seræ insigamus. Eheu quam multa sunt inferorum infanda supplicia, quæ hic mihi, Aedefime, tibi que meditata subijciam compendioso ordine.

Primum supplicium INFERORVM, tremendum, infandum;

TENEBRÆ. Primus hic cruciatus est, & maximus omnium, & verè infandus. Sed audi quas ego tenebras dicam. Deum posse aspicere per totam Æternitatem, o quantum erit liquidissimæ voluptatis hominem formolam intueri aliquam parit voluptatem, quæ mox ad amorem trahit. Creet jam Deus, uti potest, infiniè formosorem, quam sit homo vel formosissimus in Orbe; quam ille in sui spectatoribus amœnum amorem

Tenebræ.

H h p r o v o -

Oblivio presentis Dei causa est omnium peccatorum.

Dan. cap. 13. v. 9.

1. Paralip. c. 18. v. 9.

provocabit? hunc tu mihi homunculū unicū cum Angelo, Angelum imō Angelos omnes cum Deo, ejusque infinitā pulchritudine confer, ecquid jam sentis? Omnis pulchritudo florum, hominum, Angelorum, & rerarū omnium pulchrarum, ad Dei pulchritudinem collatā nox est, & meræ tenebræ, & deformis caligo. Ab hujus ergo immēnsæ pulchritudinis aspectu excludi, idque æternū, inexplicabile, infandum, incomprehensibile tormentum est. Et hoc Theologi, *panam damni* nominant. Chrysostomo mille gehennæ minūs sunt, quān sic à Deo rejci. Verba illius adnumerō, hæc sunt: *Novi autem, quod plurimi perimēscant tantū gehennam, ego tamen illius gloria amissionem, multo amarior, quā ipsius gehennæ, dico esse supplicium.* Et pauculis iriterjectis. *Intolerabilis quidem res est etiam gehenna: quis viscat, & supplicium illud: horribile non perhorrescat? tamen si mille aliquis ponat gehennas, nihil tale dicitur est, quale est à beatō illius gloria honore repelli, exosumque esse Christo, & audire ab illo: non novi vos.* Est enim fatius vel mille fulmina sustinere; quā vultum illam mansuetudinis pietatisque plenum, nos tanquā averfantem videre, & illos placidissimos oculos nequaquam nos aspicere sustinentes. Quid ergo lucuosius esse poterit, quā horrendum illud tonitruū, vocem audire divinam, sic repellentem: *Discedite à me maledicti: Foris canes, & impudici?* Ah, quān non capimus hoc irreparabilis damni supplicium, & interiores (sic vocemus) tenebras, quæ intelligentiam, voluntarem, memoriam hominis omnem scdā cœcitate obruent! Quidquid memoria secum repetierit, affliget; quidquid cogitaverit intellectus, malum erit & execrabile; in tormentum cogitantis voluntas obstinatione suā stupebit, neque enim umquam velle poterit quod Deus ita in se semper suæ malignitatis habebit pœnam. Verè Augustinus: *Exterioribus, inquit, deputati tenebris, nullo illustrantur interiori lumine.* O tenebræ formidandæ!

Tenebræ interiores.

In cap. 7. Matth. hom. 24.

Matth. c. 25. vers. 41.

Tenebræ exteriores. Matth. c. 25. vers. 30. & alibi.

Job cap. 10. v. 21. & 22.

SECUNDVM

FLETUS, & STRIDOR DENTIVM; ulularus & rugitus horribilis, lamentabilis. Post oculorum tormentum, sequitur aurium. Proponc hīc tibi omnes aurium cruciatus, clamores hominum, fremitus bestiarum, fragores nubium, dejectus aquarum, & quidquid in odium potest aures adducere, id omne damnatorum fletus superabit. Apertissimè præmonens Christus: *Ibi erit fletus, inquit, & stridor dentium: multi enim sunt vocati, pauci verd electi.* Hic damnatorum fletus, ulularus, rugitus velut pecudum exacerbatissimo dolore proveniet, qui vel faxis pectoribus desperatissimam hanc complorationem excutiet.

Fletus & stridor dentium.

Luc. cap. 13. vers. 28. Matth. c. 22. vers. 14.

Job cap. 24. vers. 19.

His odis atque modulis, miserorum illorum aures assidue torquebuntur. Aucarium hujus musicae erit stridor dentium à nimio frigore. Hæ vices erunt apud inferos, sed absque omni doloris lenimie: *Ad nimium calorem transeant ab aquis nivium.* O atrocissimam febrem damnatorum, quæ nullam habet declinationem! sempiternus hic horror inhabitat. Terror, tremor, ploratus, ancor undique opprimet captivos illos. Et quia hoc non aliquot annorum centuris, non vicenis solum

aut quinquagenis, aut etiam centenis annorum millibus patiendum erit, idcō Jobus *sempiternum horrorem* nominat. Annus videtur quandoque nox unica, quā quis solus in tenebris, sine somno, dolore acuto, compunctus, tamet si inter plumas, transigit: & quā is anxie horas numerat, quā avidè finem expectat tam acerbæ noctis; qui sic insomnis pervigilat: & quid fictus hic angus, quid nox hæc, licet expert somni, licet plena dolorum: ecquid certum, quid mille noctes dolorum plenissima ad illam sine æternitatem in Orco, ubi mæror, ubi fletus & dolor sempiternus? Ah! *Quam horrendum est incidere in manus Dei viventis!* O! immitra mus nos jam in manus & brachia Christi Domini in cruce mortui. Dolete aures; quidquid ad hoc temporis libidinum admisit; deinceps vos spiritus sepiri non recufate. Nimis horrendum est, in manus Dei viventis incidere.

TERTIVM

FAMES, & SITIS incredibilis. Ubi culpa, ibi pœna. Quantas à gulâ noxas trahimus, heu fame siti que acerbatissima luendas! Purpuratus epulo ardentem linguam exerens: *Crucior, exclamar, in hac flamma,* & Luc. cap. 16. vel extremi digitali stillā linguam refrigerari postulat. Non doliam frigidā plenum perit, sed gutturam; illam tamen non impetravit. En, eō devenit inopie opulenter ille gulo; ut non calicem, sed digiti extremum, non salernum, sed aquæ gutturam; non pincernam nobilem, sed Lazarum mendicum flagitaret. Hæc tamen ei negata omnia. Ita omnis solatii spes illic præcisa est; quacunque vel manus vel oculos moveant damnati, nusquam à dolore quies est vel minima. Velut qui in mare lapsus est, undis undequaque involvitur, nec invenit ubi pedem figat; frustra jactat brachia, fugitivam aquam incassum captat; fallit illa miserum, & eludit: sic infelices illi in tormentorum pelago submersi, nullum uspiam tormentis effugium reperiunt. Nihil est eō loci quod famem aut sitim mitiget. Recepistis, o miseri, bona vestra in vitâ vestrâ. Nil vobis debetur amplius, nisi tormentum, idque æternum. Olim epulari estis, jam dies sunt jejunii, nunc epulantur alii, qui quondam jejunarunt. Propter hoc hæc dicit Dominus Deus: *Eccē servi mei comedent, & vos esurietis: ecce servi mei bibent, & vos sitietis: ecce servi mei lætabuntur, & vos confundemini: ecce servi mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus ululabitis.* Vobis olim, sed surdis, prædicebatur centes delicias supplicii luendas: nemo audiit: *Vocavi & non respondistis; locutus sum, & non audistis; & faciebatis malum in oculis meis, & quæ nolui, elegistis.* Nunc longâ, nunc æternâ fame hilaris, sed brevis in sania digerenda est; voluprates fugacissimæ siti perpetuâ piandæ sunt. Nimis jam serum est, huic fami siti que mederi velle. Post tale prandium, talis cœna sequitur; saturitatem meritò fames excipit, temulentia justissimè torquetur siti. Hæc gulæ debetur merces. O Deus! gehennam profectò evitat, qui gehennam læpius cogitat.

QUARTVM

FÆTOR intolerabilis. Omnes exteriores sensus Fætor peccatum inficit, omnes vindicta punit. Olim pluit Dominus super Sodomam & Gomorrhā sulphur & ignem. His pluvii extinguendus erat æstus libidinis. Igni summus ardor, maximus fætor inest sulphuri. Qui ergo lascivâ carnis concupiscentiâ fœrebant, igne & sulphure peribant; ut ex animadvertione justâ dicerent, quid spercâ libidine commoverissent. Sic pluit super peccatores laqueos ignis, sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum. Duplex libidinofus & impurus supplicium meretur: dum vivit, seipsum magis atque magis luxuriæ laqueis irretit; cū vivere desinit, in lacum sulphureum transit.

Al

Lu

Mi
Mi
Mi
Mi
Lu
Lu
Pu
no
na
eti

Ma
u;

Ign
fieri
est.

transit. Quantus est autem vel unius cadaveris fœtor? & quantus erit inter innumera damnatorum cadavera? omnino apud nos mephitis crocum spirat, si cum graveolente Averno conferatur. Apocalypiticus ille Angelus, sæpius minatur sulphureum stagnum: *pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure.* Itē jam, Christiani, & delictis affluere supremam felicitatem credite, cras forsitan mergendi sulphureis his undis. Et quid tunc proderunt deliciae, cum vos inferorum sepelient flammæ? cum peregrinos odores sulphureus expellet fœtor? Ah! sapiamus, dum licet; ne dulce momentum amarissima comitetur Aternitas.

Q U I N T V M.

Ignis. **I**gnis, nullo sæculorum tractu extinguendus. Nihil quàm clara sunt quæ prophetæ, quæ magister prophetarum Christus, de hoc igne prædixit: *Discedite à me maledicti, in ignem æternum.* Paleas comburet igni inextinguibili: *Bonum est tibi claudum introire in vitam æternam, quàm duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis; ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.* Omnis arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Ignem illum inextinctum, qui omnes tangendi sensus nimium quantum cruciabit. Non tantum mala est arbor, quæ verminosa fert poma, sed etiam quæ nulla. Sæpe culpandi fumus, non quoddam grande malum patremus, sed quoddam nihil boni. Et plerumque citius ad ignem trahitur arbor, quæ nulla quàm quæ calculosa fert pira; uti non tantum ille servus vapulat qui nocuit, sed etiam qui otiano non profuit: non tantum pungentes spinæ, sed & vires lolium & zizania colliguntur, & alligantur in fasciculos ad comburendum. *Sic erit in consummatione sæculi: exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis: Ignis æternus, ignis, & quidem ignis æterni.* Humana crudelitas in pœnas ingeniosa, exquisitissima invenit supplicia, nullum tamen acutius, nullum vehementius est igne: Sed uti nullum est quod acutius torqueat, sic nullum est quod citius torquere desinat, & consumat. Quis ergo ignis ille, qui & acutissimè cruciat, & cruciari nunquam desinet? Sanè si hæc credantur, & cogitentur attentius, nemo peccati leralis conscientius à gemitu & lacrymis temperabit, nemo procrastinabit pœnitentiam. Adestime, nihil agimus, nisi flammam illas immortales, quantum fas, velur libemum atque tangamus, & oculis, & manibus. O quisquis es, cum te utit libido, admove, oro, extrémum digiti gracili cereo, nec cum prius flammulæ illi subtraha, quàm orationem dominicam semel dumtaxat pronunciaris: quid cunctaris id experiiri? ecquid injectum digitum subito retrahis! vix duas vuculas pronunciaisti, & mox intolerabilem ais esse cruciatum. Perdura & redde digitum igni. At negas id posse fieri, ob nimium dolorem. Ah, mi Deus, ah, per centesimam aut millesimam horulæ partem, digiti extremum igniculo admove, incredibilem, nimium, intolerabilem dolorem dicimus; & quis erit ille dolor, cum totum corpus non pictis his igiticulis, sed in tremendis illis gehennæ flammis ardebit, non horæ partem, non tantum horam, non diem tantum; non tantum mensem unum aut annum, nec sæculum tantum aut olympiadem, aut per decem millia, aut etiam per centum millia annorum tantum; sed nec per centum millia millionum annorum tantum, sed per annos innumerales, infinitos, in omne ævum, in æternum? Ah! ô mi Deus, & ô mi Adestime, quisquis hoc ferid vel semel per hebdomadem cogitat, aut viver ut hominem rationis compotem decet, aut jam in merum saxum dirigit, aut certe degeneravit in pecudem. Silex est, quem tremendum hoc, & verè infandum inferorum supplicium non percillit cogitatum. Sed communis infania, & sensum nobis eripit, & quidquid est sanæ cogitationis. Nam his sæpe non plus

Apoc. c. 21. vers. 8.

Math. c. 25. vers. 42.

Math. c. 3. vers. 12.

Mat. c. 9. vers. 45.

Luc. cap. 3. vers. 9.

Puniantur

non tantum

mali, sed

etiam otiosi.

Math. c. 13. vers. 40. & 41.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

Ignis inferni intolerabilis est.

A movemur quàm si pictas fabulas cerneremus. Communis, inquam, hæc hominum infania est, qui beatam vitam cum petunt, fugiunt; æternam mortem, quam videntur fugere, non perhorrescunt, & fugiendi laborem recusant.

O ignes! ô gehennæ flammæ! ô inferorum incendia, Ignis in nullis sæculis extinguenda! unius membri, unicus solum acutior dolor, seu ille stomachi sit, seu capitis, pedis, pe- thoris, seu dentis, oculi, quàm inquietas noctes, quàm dies efficit acerbos? Verùm, sit æger qui variis doloribus, membris omnibus torqueatur, flus sit omnibus corporis articulis cruciatus; sit homo undequaque miserimus & plenissimus dolorum, & qui vel silicem ad miserationis sensum emolliat: hic tamen adeo dives tormentorum, nondum scit, quàm infandi sit doloris gehennæ flamma, ad quam noster ignis pictus videri possit; præ quâ nostri dolores ludicrum quid & leves mortuiculæ dicantur. Minimum apud inferos tormentum, majus est quàm sit maximum in orbe nostro. Magnos cruciatus habent morbi, sed hos tolerabiles intervalla faciunt, quæ illic nulla. Summi doloris intentio, citò hinc invenit finem, & tunc desinimus dolore sentire, si nimium sentiamus: Nemo potest valde dolere, & diu, nisi apud inferos. *Sic enim natura disposuit, ut dolorem aut tolerabilem, aut brevem faceret.* In gehennâ & intolerabilis est dolor, simul & longissimus, nunquam desiturus, æternus. *Ignis eorum non extinguetur.*

S E X T V M.

LANIENA CONSCIENTIÆ miserabilis. *Vermis eorum* Laniena non morietur, affirmat Isaias. Iisdem verbis conformat hoc Christus: *Vbi vermis eorum non moritur, & ignis eorum non extinguitur.* Et hoc ipsum paucis interjectis (ut id stupor noster capiat) tertium repetit: *Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.* Rea hæc damnatorum conscientia, velur rabidus canis assiduo larratu & morsu, in desperatissimam rabiem ager miseros. Inde omnes illi, sceleratæ stultitiæ seipfos accusabunt; sua cuique conscientia identidem hoc exprobrabit: En perditissime, inter jocos & lusus perdidisti regnum: potuisses esse felix æternum, modò voluisses: brevi ac levibore beatam immortalitatem tibi paraffes, sed noluisti. En stultissime, pro carnis voluptatula & spurcâ, & momentaneâ immensas vendidisti voluptates: Nimirum, tua tibi caro, quàm cælum, carior erat. Sentis jam, quas delicias sectatus fueris? prædixi, monui, vellicavi, nihil profeci, nunc res & spes abs te segregant, sed tuâ solius culpa. En impurissime, ut oblectatiunculas sordidissimas aliquamdiu retineres, perdidisti omnia. Procul nunc à te honores; thesauri, voluptates beatorum, ad quas omnis tibi via intercepta est. A cæli deliciis undique exclusissimus es, quia esse voluisti. Hæc tibi tormenta libidines tuæ pararunt, in hos ignes tua te præcipitavit incontinentia: tuam illam hilarem sed brevem infaniam, nunc luis æterno luctu. Desperatè ploras paradisi gaudiis te privatum, tu te privasti. Acerbissimè doles, perenne, caeleste neglectum epulum? Tu neglexisti. Obseratam tibi cæli januam lamentaris? Tu eam ipse tibi obserasti. Ex toto beatissimus jam esses, modò esse voluisses. Facili operâ cælum emereri licuit; sed differendo, & negligendo, huc sponte irruisti cæcus & amens, hinc nunquam exiturus. Nulla hinc libertas, nulla salus: despera centies, millies, æternum desperaturus, æternum moriturus, & ad mortem nullis sæculis perventurus. Tu unus & solus, omnium quæ pareris tormentorum causa es. Damnatus es, quia damnari voluisti: à vultu Dei projectus es, quia teipsum ab illo avertisti. Non alienâ, sed tuâ culpâ peris, æternum periturus. Hæc conciones erunt conscientia, sed feræ nimis & acerbæ. Dum vivimus, oblatrantis conscientia morsus arte variâ eludimus, aut delinimus; nunc legendo, nunc col- loquendo

Ignis inferni maxime & acutissimus.

Sen. ep. 78.

Isaia c. uli.

vers. 24.

Cap. uli.

vers. 24.

Mat. c. 9.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

vers. 44. & 45.

Vang dam-
natorum
querela.

loquendo, nunc dormiendo, modò laborando, modò hilariùs comessando. Sed apud inferos non somnus, non quies, nulla lectio, nullæ comessationes, nulla consolatio; dies noctesque conscientie vermis laniatum undique peccus corrodet. In seipso furenter exardescunt damnati, & tabescent; assiduò sibi ipsis lugubrem hanc cantilenam occinent: O tempus, & ò dies aureos, quò evanuisitis, non redituri æternùm! O cæcos nos, & ex-cordes, obstructis oculis & auribus libidine furebamus, & mutis nos exemplis trahebamus ad interitum! Huc properavimus infelicissimi, & spretis monitis cucurrimus ad mortem, heu mortem, heu mortem æternam! Quid nunc juvant omnia quæ fallacissimus mundus offererebat: oblectationum priorum non sine dolore recordamur; voluptas omnis avolavit; & evanuit. Et quamvis eâ frui licuisset aliquot annorum centuriis, quid fuisset universa illa cum his tormentis comparata æternis? umbram solum captivimus amaræ voluptatis. Quis nos tam crudeliter fascinavit, ut huic certatim rueremus? O si annis singulis vel semel æternitatem serio perpendissemus! O vel dieculam, ò vel horulam unicam impetare liceat! Sed frustra sunt hæc vota; actum est, spes omnis præcisâ est. Maledictus ergo dies quo nati, maledictus Deus à quo conditi &c. Hic substringo calamum, & infandas blasphemias remitto sub Orcum. Hoc unum repeto, *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non exstinguetur.* Mature sapiat, & caveat, quiquis hæc supplicia formidat.

S E P T I M V M.

Locus &
societas
damnato-
rum dete-
stabilis.

Luce. cap. 16.
vers. 26.

Psal. 48.
vers. 12.

Luce. cap. 16.
vers. 22.

Matt. c. 22.
vers. 13.

Resert S.
Greg. Naz.
orat. I. in
Iul.

LOCUS, & SOCIETAS detestabilis. Locus ille à se-
dibus beatorum nimium quantum remotus est.
Clamat ex alto Abrahamus: *Inter nos & vos, Chaos ma-
gnum firmatum est, ut hi qui volunt hinc transire ad vos, non
possint, neque inde huc transire.* Et tamen Abraham in
caelo nondum degebat. Conclavia aut cubicula, sed nec
ergastula, qualia nostra, Orcus habet. *Sepulchra eorum,
domus illorum in æternum.* Nec aliter illic habitant vel
opulentissimi. *Mortuus est autem & dives, & sepultus est in
inferno.* O sepulchrum nimis profundum! hoc illius nunc
ædes, & arces, & arcus triumphales, hoc balnea, hoc
theatra, & palatia. Hic tamen habitant non soluti &
liberi, sed vincti & ligati. Christus imperans: *Ligatis,*
inquit, *manibus & pedibus ejus, mittite eum in tenebras ex-
teriores.* Non ambulare, sed nec movere se poterunt
damnati quò volent manus pedesque vincti, & velut
infixi veribus ardebunt, miserandum ignis pabulum.
Quantum tormentum est ægroto febris æstare, & loco
se movere non posse? Quod supplicium illud fuit Mar-
ci Arethusi sanctissimi martyris, qui arctissime colli-
gatus, & perunctus melle, ad ardentissimum solem
expositus est nudus, muscaram, culicum, vesparum mor-
sibus sic pungendus, ut diu sentiret se mori. Sed, ò Chri-
stiani, picti sunt hi cruciati ad illos inferorum. Sua fuit
& huic tormento jucunditas: solabatur martyrem &
brevitas temporis quo hæc passurus, & perennitas gau-
dii quod in caelo consecuturus. Sciebat utique, id quod
in præfenti est tribulationis nostræ, & leve, & momen-
taneum esse. Ita durabat athleta Domini, & quo plus
doloris sentiebat, hoc majus præmium sperabat. At verò
damnati nil penitus levaminis habent, nec à præfenti
tempore, nec à futuro loco. Ubi torqueri cœperunt il-
lic semper torquebuntur; ab ævo in ævum sic erit. Ac-
cedit consortium execrabile. Apud superos, felicitatis
pars magna est, inter Angelos degere: apud inferos,
pars magna infelicitatis, inter diabolos ardere. Hæc di-
vinæ iustitiæ lex est, ut tortores illos & hostes sentiant
improbi, quos suosores & amicos ante fuerant secuti.

O C T A V V M.

Desperatio
damnato-
rum.

DESPERATIO extrema honorum omnium.
Beatitudo compendium est omnium gaudiorum,

A sic Orcus suppliciorum & dolorum omnium summa-
rium est, & epitome. Quidquid usquam acerbum, illa-
tabile, luctuosum est, apud inferos invenitur: quidquid
usquam est amœnitatis, gaudii, voluptatis, apud superos
inter offeratissimas delicias reperitur. In orbe nostro nul-
lum tam grande malum est, cui non aliquid possit esse
leniminis: nunc ratio, nunc tempus, nunc mensa, &
somnia, nunc amici, nunc alii similia experti, nunc de-
nique spes finis, refrigerationis quiddam affundit affli-
cto. In Tartaro portæ solatiis omnes sunt occlusæ,
omnes vel minimis levamentis aditus sunt intercepti.
Opem illi neque è caelo, neque è terrâ; non à rebus præ-
sentibus, non à futuris ullam expectent: quocunq; oculo
vertunt, acerbissimæ mortis spicula in se torqueri
cernunt: undique luctus & angustia, mæror undique &
dolor, undique innumeri cruciatus. Verè, *circumdede-
runt eos dolores mortis.* Verè, tribulationem & dolo-
rem invenerunt, & quidem tam varium ac multiplicem,
ut suum cuique flagitio responsurum sit supplicium.

B Nemo sibi suæque carni plus æquo indulget. Hæc
ipsa caro prout deliquerit sic punietur. Hæc caro, cor-
pus istud, si ampliora sibi atria quam Deo templa stru-
xerit, si laquearium columnarum, specularium magni-
ficentiam, si hortorum ac nemorum amœnitatem nimio
studio quæserit, in terram relegabitur tenebrico-
sam, & operam mortis caligine. Huic carni, si balneis
calidis ad voluptatem, vel cum vitæ aut pudoris periculo
frigido gurgite ad lasciviam abusa, *preparata est Tophet* *Isaie c. 10.*
profunda, & dilatata, cujus nutritiva ignis & ligna multa, *vers. 10.*
stacus domini sicut torrens sulphuris, succedens eum. Hanc
carnem, si comendo & poliendo se, pretiosum mane
imminuerit, si veste variâ superbierit, *putredo & vermes* *Ecclesi. c. 19.*
heredit abunt. Hæc caro, si orio inerti, si somno discipuli-
narum hosti sic indulserit, ut pulchrum & suave duxerit
in medios dormire dies, vigiliis tunc perpetuis, in som-
niâ æternâ cruciabitur. Hæc caro, si choreis ac saltatio-
nibus impudicis & libidinosis se oblectarit, omnium
tunc membrorum contorsione, tractione, convulsione,
non ad suaves fidium modulos, sed ad terrificos dæ-
monum rugitus affligetur. Hæc caro, si ebrietati, & tem-
ulentia se manciparit, si sic vixerit ut ederet & bibe-
ret, dirissimâ fame siti que torquebitur. Hæc caro, quæ
ocellos emissit, turpitudinis & nequitia præcones,
quaquâ ludebat, evolare permiserit, nullum tunc forme
aut pulchritudinis florem delibabit, sed, terribilem
Behemoth, formidandum Leviathan, fœdam & truculen-
tam draconis effigiem invitis oculis spectabit. Hæc
caro, quæ florum delicias, & odorum illicebros naribus
venabatur, cadaverum putore, sulphurisque gra-
veolentiâ saturabitur. Hæc caro, quæ aures salubribus
monitis, & sacris concionibus occlusas, securilibus verò
fabellis, carminibus obscœnis, cantionibus impuris,
lascivis colloquiis apertas habuit, lætum epithalamium
in flebilem lessum, jucundum Io & Eugè, in Væ &
Eheu perpetuum commutabit. Hæc caro, quæ tactum
variis libidinum formis collutulavit, fœdissimorum
monstrorum amplexibus objicietur, liquatâ pice velut
unguento perfundenda. Hæc ipsa caro, & non alia vicaria,
pro singulis, quas contraxerit, noxis, cruciatibus per-
feret incnarrabiles, innumerabiles, eheu! æternos. *Per Sap. cap. 11.*
que quis peccat, per hæc & punietur. Et, *pro mensurâ peccati,* *vers. 17.*
erit & plagarum modus. *Dem. c. 25.*
vers. 2.

N O N V M.

ATERNITAS, nullius intelligentiâ comprehensi-
bilis. Hæc una vel ex levissimo tædiolo intolerabile demum, & infandum facit tormentum. Æternitatis
consideratio, tam serius labor est, ut in carminis leges ægè transitorius videatur. Observat tamen prudenter Seneca, & : *Quemadmodum,* inquit, *spiritus noster* *Sen. ep. 118.*
clariorem sonum reddit, cum illum tuba per longi canalis angustias

gustias tractum patentiore novissime exitu effudit: sic sensus no- A
stros clariore carminis arcta necessitas efficit. Eadem negligenti-
tatis audiuntur, minusque percipiunt, quamdiu soluta oratione
dicuntur: ubi accessere numeri, & egregium sensum adstrinxere
certi pedes, eadem illa sententia velut lacerto excussa torquetur.
Sic proffus credo fieri, & idcirco, quo tenacius animo
hæreret Æternitatis immensitas impenetrabilis; eam
nuperrimè versuculis, qua licuit, inclusi. Et ne amicus
esse desinam, etiam Ædesimum meum ad hujus car-
minis auditionem audeo invitare. An aures vacant?
ÆDES. Ambæ, quàm maximè. Lege, obsecro, lege, lege.
Nunquam ista factis nec dicuntur, nec scribuntur, nec
leguntur, nec cantantur, nec pinguntur. P A R T H.
Lego: sed tu verbis & metro ne nimium inhære; rem
& sensum expende.

L A C R Y M Æ
Æ T E R N I T A T I B
S A C R Æ.

I. **E**heu! quid hoc cor astat,
Elinguat ora terror.
Concussa mens percellitur,
Horrorque quassat artus.

II. Fons emicat per lumina,
Gene natant in undis.
Has lacrymas, hæc flumina
Vox una concitavit.

III. Tremenda vox, horrenda vox,
Ingens malum minatur;
Quod nulla lux, quod nulla nox
Quod astra nulla claudent.

IV. Vox una, sed vox ferrea,
Immicidique ferro,
Grassatur hausta pectore
Per ossa, per medullas.

V. ÆTERNITAS, est illa vox
Vox illa fulminatrix,
Tonitruis minacior,
Fragoribusque cali.

VI. ÆTERNITAS, est illa vox
Metâ carens, & ortu,
Mortalium qua pectora
Ad æterna ducit.

VII. Hæc vox totondit Casares,
Et induit cucullis;
Hæc antra ceca rupium
Implevit inquilinis.

VIII. Hæc mille Lauros condidit,
Sepsitq; mille Mandras:
Strinxitq; fetis corpora,
Et vestit camelis.

IX. ÆTERNITAS, ÆTERNITAS
Me lancinat, necatque.
ÆTERNITAS, ÆTERNITAS
Me torquet atque maclat.

X. O tempus absque tempore,
O finis absque fine!
Perennis heu ÆTERNITAS,
ÆTERNITAS perennis.

XI. Descende sis ad Tartara
Non ut coquare flammis:
Sed mente flammæ pensita,
Ut exas ab illis.

XII. Volvam rotas Ixionis,
Ætnasque sustinebo,
Pascamque fibrâ vultures,
Omnes subibo pœnas.

XIII. Araneos & viperas

Pleno ore devorabo,
Et Scorpios, & execratos,
Et noxias rubetas.

XIV. Misce cicutam toxico,
Picenique mi propina.
Metalla da liquentia,
Aurumque Cræstianum:

XV. Succo draconis bauriam,
Caldas bibam favillas,
Venena nulla respuam,
Pestem, Stygênque nullam.

XVI. Quin tostus in sartagine
Frigar, verique figar,
Rogoque vivus concremer
Vel torrear caminis:

XVII. Tauros, abena, sulphura,
Famem, sium, getique
Tunicas molestas induam,
Vncosque culteosque.

XVIII. Et seculis hoc perferam
Mille, alterisq; mille,
Dum spes sequatur termini,
Finsq; seculorum.

XIX. Tormenta nulla teritant,
Que finiuntur annis:
ÆTERNITAS, ÆTERNITAS
Versat, coquitq; pectus:

XX. Hæc inferos, Hæc tartara
Facit, crucisque tendit,
Augéque pœnas in dies,
Centuplicatque flammæ.

XXI. Eheu quid est ÆTERNITAS,
ÆTERNITAS perennis!
Non hora, mensis, seculum,
Centumve vel trecenta;

XXII. Nec mille sunt aut millies
Millena sacra Phœbi;
Cum claudit orbem temporum
Orditur orbis orbem.

XXIII. Sic itur in perennia,
Cursu perennitatis,
Æternitatis secula:
Sic itur, aut reditur:

XXIV. Nam finis est exordium,
Exordiumque finis:
O vita morte tristior,
O mors, sed absque morte!

XXV. I, mæche, nunc ad inferos,
Sed inde non redibis;
I, venter, I, lavernio,
Perenne sic peribis.

XXVI. Descensus est pronissimus,
Ascensus inde nullus;
Quos victus hausit tartari
In Tartaro manebunt.

XXVII. Relatus inter calites
Hos inter usque plaudet,
Rescriptus inter inferos,
Hos inter ejulabit.

XXVIII. Nec finis ullus gaudia,
Palmasque terminabit;
Nec finis ullus lacrymas
Absterget, aut levabit.

XXIX. Sed illud Orci pabulum
Ardebit heu perenne,
Perenne cum tortoribus
Et flebit, & dolebit.

XXX. Vivant beati calites,
Vivant, canant, triumphant,
Plorent stygis catharmata
In ÆVITERNITATEM.

Hh 3

XXXI. Ad

- XXXI. *Ad astra, ad astra tendite,
Non semper hæc parebunt:
Nunc sunt adhuc inducia,
In morte finiende.*
- XXXII. *Foras canes, cum Cerbero
Cenate, vel larvate:
Ad Castitatis regiam
Soli vocantur Agni.*
- XXXIII. *Vultur foras, Promethei
Prandebis in macello,
Paratur istud candidis
Convivium columbis.*
- XXXIV. *Sed dum beatos hospites
ÆTERNITAS fugiatur,
Exclusa turba prandio
Quid rodet in castro?*
- XXXV. *Micam fami, guttam firi,
Sed unicam rogabis
Cælum tamen gulonibus
Hanc sportulam negabit.*
- XXXVI. *ÆTERNITAS perennium
Pincerna lacrymarum,
Hæc præter undas stentibus
Nec guttulam propinat.*
- XXXVII. *Hoc, hoc bibent, quod fleverint,
O aridi bidones!
Nam quot propinquum lacryma
Siccantur ad caminum?*
- XXXVIII. *Sed lacrymarum fontibus
Succedet urna fellis,
Heu urna nunquam ad ultimum
Exhaurienda fundum!*
- XXXIX. *Fellis bibent plus quam volent,
Vrget Modimperator,
Et ingerit vomentibus,
Ab, suavius stirent!*
- XL. *Hæc sola Bachanalia
Sunt longiora voro,
Bibes: abire non licet,
Cur symbolum dedisti?*
- XLI. *Convivalem tesseram
Nunquam remitit hospes,
Hic nemo caupones Stygis
Fædisragos vocabit.*
- XLII. *Nec prima mensa collicur,
Nec ponitur secunda:
Pridem satur, nondum tamen
Promulsidem ebibisti?*
- XLIII. *Æterna Liberalia
Dat Liberalis Orcus,
Malè malè Liberalibus!
Malè Liberalitati!*
- XLIV. *Procrastinator improbam
Cane corve cantilenam:
ÆTERNITATIS ultimum
Cras corve non videbis.*

Ah! Æternitas! & quis te, non dicam, capit sed laborat capere: ille immortalis memoriâ dignissimus Godefridus, Bambergensis & Würzburgensis Præsul, quem supra diximus, ille unus ex millibus, & pene solus cepisse videtur, quid sit Æternum; nam Æternitatis assidue memor, dicere solebat: Omni momento sto ad ostium Æternitatis. In eum finem pietas, sculptas, cerâ fictas, rumulis etiam effossas cadaverum calvas habuit, per omnia conclavia, quæ habitabat, sic dispositas, ut certissima liceret oblivisci.

Legistine libellum de Æternitate? tremendum est, quod ille asserit, & tamen verissimum est, nec negari potest. Si rectè memini, hæc habet ad verbum: Cogita mille cubos, mille millionum annorum, hoc est, millies,

A millies, millies, millies, millies, millies, millies, millies, millies millena millia annorum (tam horribile hoc cogitatu est quam facile pronunciatu). Cogita ergo tot annos in igne transigendos: simul tamen etiam cogita, hoc omne temporis spatium, etsi duplicatum, triplicatum, etsi centuplicatum, nec principium quidem esse Æternitatis: post tot annorum revolutum tempus, necdum incepisse dici poterit Æternitas, Ædesime. Nisi hæc cogitatio sanctiores nos reddat, pecudes, saxa, merus chalybs sumus: nil eum movet, quem non moverit æternitas, imensa illa, interminata, sine fine, perpetua, semper duratura, nullis nec innumeris desitura sæculis. Quamdiu vivet Deus tamdiu morientur damnati. Sed ò mortem immortalem, ò vitam mortiferam? nescio quo te nomine appellem, vitæ an mortis? si Vita es, cur crudeliss; morte afficis? si Mors, cur crudelitatem tuam non finis? neutro te dignabor nomine. Et Vita & Mors boni quippiam habent: in vitâ requies, in morte terminus est; solatio sunt hæc duo in malis omnibus. Tu verò nec requiem habes, nec habes finem. Quid igitur es? & vitæ malum es, & mortis: à morte cruciatus habes sine fine, à vitâ immortalitatem sumis sine requie. O Æternitas damnatorum, ò mare amaritudinum!

Nec tamen Deus ullius crudelitatis est arguendus, quod peccato letali vel unico, supplicium decreverit æternum. Deus, quia iustissimus, miserorum cruciatu non pascitur, quia tamen & iustissimus est, impiorum supplicii non placatur. Factus est malo dignus æterno, qui in se bonum peremit æternum. Pœnas dabunt in interitu æternas à facie Domini, & à gloriâ virtutis ejus. Jurisconsultorum scitum est: reprobata pecunia non liberat solventem. Pœnitentia, pecunia est solvendis debitis apta: tamdiu durat pretium hujus monetae, quamdiu meretur vitæ. Hoc finito, pœnitentia omnis rejecta, adulterina est pecunia. Apud inferos est quidem pœnitentia, sed neutiquam vera, quia sera nimis, & plena blasphemiae & furoris. Nec mirum damnatos semper torqueris continuè blasphemant, & sic quasi semper peccant, semper ergo plectuntur. Dum viverent corrigi noluerunt, semper peccaturi, si semper victuri, ergo jam semper puniendi, cruciandi. Voluissent utique sine fine vivere, ut possent sine fine peccare. Ad judicantis ergo iustitiam spectat, ut nunquam careant supplicio, qui, dum viverent, nunquam volebant catere peccato.

Qui vivi dixerint, scimus: Venite, fruamur bonis, venite frangamus diem poculis; venite, choreæ nos vocant, invitant horri, ludendi est occasio, venite. Hæc vivi loquebantur. Quid verò jam dicunt ad inferos dejecti? alia illorum sunt voces: O Æternitas, inter intolerabilia omnia, intolerabilissimam! O Æternitas celestis, brevi tempore, levi labore retinenda! O Æternitas tartarea, solâ locordiâ, & spurcâ voluptate quasi talis O Æternitas luctuosissima, & longè acerbissima, quam facile te vitassemus, si te sapius cogitassemus! O Æternitas modò post nongenta millena millia annorum, vel dimidium tui liceret cernere! O Æternitas, in desperatione assiduâ desperatissima! O Æternitas ò omnium tormentorum multò atrocissimum tormentum, Æternitas!

Quis, ò Ædesime, Æternitatem hanc capere, quis eam satis obstupescere, ecquis decâ dignè differere possit? nulla hinc suspiria, nulli gemitus, nullæ sufficient lacrymæ; verba omnia, quin & ipsæ hinc deficiunt altissimæ cogitationes.

Æternum, ò mi Deus, æternum in flammis vivere! tuo conspectu æternum privati, in sandis doloribus excruciatu æternum, ah æternum? Heu insaniam extremam hominum! quam volucris decipimur bono, ò quam doloso ludibundi poculo sensim venenum comibimus! ita velut ebrii, voluptatum avidi, beatitatis immemores, Æternitatis oblitii, velut per jocum mergimus

gimus nosmet in omnium ærumnarum barathrum, in immensissimum Æternitatis Oceanum! In vanissimam gloriam, in aurum, in Venerem astuamus miseri, & illos ignes, illos Æternitatis rogos, heu non cogitamus: Nullus est, heu nullus est, qui recogitet corde. Ædesime, si quid adhuc hominis retinemus, hoc unicum assidue cogitemus, ÆTERNVM.

Hier. c. 12. vers. 11.

CAPVT XII.
DICTORVM
DE TRIUMPHANDA
INCONTINENTIA
EPILOGVS.

Horribile dictu est, quod sanctissimus Rhenensis Præsul Remigius, de Incontinentiâ & Libidine pronunçiauit: Dempris parvulis, inquit, ex adultis, propter carnis vitium, pauci saluantur. Considera jam mihi orbis statum, & miraberis, totum pæne mundum hoc Avernali igne ardere. Vix est ullum vitium quod pluris stetit humano generi, quam hoc libidinis & Incontinentiæ: Hydra est, aut draco, non trium, nec septem tantum, sed novem capitum; ad singula tibi digitum jam intendo.

I. C.

Libido in-
satiabilis.

Libido & Incontinentia vitium est **INSATIABILE**. Catenam Stygiam recte appelles, anulus ex anulo pendet; turpitudinis & cupiditatum hic series est, altera ex fine alterius nascitur. Si semel huius vitii jugum ceperis, dura pati imperia, quibus nec ulla servitute facies satis. Nunquam expletur voluptas; plurimum licet ingeras, semper plus appetet: Æternam montem æmulatur, perpetuis ardet ignibus, nec tamen decrescit. Obsequeris voluptati hodie? majora cras imperabit: ne gas? vim faciet: cælum proponis? distrahet: gehennam monstras? aliud avertet. Ideo princeps Apostolorum:

1. Pet. c. 2. vers. 11.

Charissimi, ait, obsecro vos, tanquam advenas & peregrinos, abstinere vos a carnalibus desideriis, que militant adversus animam. Militant, inquit, neque enim brevi res hæc velitatione conficitur, sed ubi vel semel huic hosti parucris,

Libido vi-
tium emen-
daru diffi-
cile.

diuturno quam miserabili bello intricaberis. Canis cum in heri manu os videt, adulatur, lambit, blanditur caudâ, dum offe potiar; ubi hoc obtinuit, i nunc, eripe, & minaces dentes videbis, non mulcentem caudam. Ita diabolus, cerberus ille trifaux, callidissimus, quantis blanditiis castimoniam sollicitat? ubi hanc nobis extorserit, heu quam difficile fuit multis denuò eâ potiri! Ergo canem hunc bene noveris, quò blandior hoc nequior; tunc maxime mulcet, cum turpissimè decepturus venit. Et hic quoque facilius sæpe fuit non labi, quam surgere. Tenacissimum est hoc vitium, ubi semel in hæserit, ægerrimè revellitur.

Ergo principiis obsta, & primos aditus libidini omnino constanter nega. Quòd si collum ei submittras, tuam tibi libertatem toller, rationem adimet, & ut verbo dicam rapiet te tibi, & quidquid in te hominis est; omni verecundo sensu exuet te, & inducet bestia. Hem quis hostis in quemquam tam contumeliosus fuit, quam in quosdam voluptates suæ sunt, oblectamæ illæ, & veritate? quibus tamen miseri sic se mergunt, ut iis in consuetudinem adductis carere vix posse videantur: & ob hoc miserimi sunt, quòd eò pervenerunt, ut illa quæ supervacua fuerant, facta sint pæne necessaria. Serviant itaque putidæ carni & mala sua, quod malorum est ultimum, amant. Tunc aut consummata est improbitas, ubi turpia, non solum delectant, sed etiam placent: &

A definit esse remedio locus; ubi quæ fuerant vitia, mores fiunt. Fuge, ah fuge, fuge, quidquid adversatur pudicitia.

II. C.

Vitium carnis ferme **IMMEDICABILE** est. Noëmi Libido im-
ævo, totus orbis in omne vetitum, maxime ta-
men in libidinem ruebat. Hinc ille Dei querela. *Non
permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est.* medicabi-
Univerfi homines (Noëmo excepto) tantum carnem
sapiebant, toti caro. Aversabatur Deus hanc illorum
obscenitatem, & profusam intemperantiam. Vindictam
tamen quingentis annis distulit, interea temporis per
Noëmum variè monuit, fabricandam Arcam dictavit,
omnes extremæ malitiæ damnavit, omnium interitum
prædixit; crebrius minatus est, universum humanum
genus, nisi respiceret, undis extinguendum. Nemo re-
spondit, nec unicus quidem. Ita omnes vitiorum dulce-
dini succubuerunt, ut quidquid diceret aut moneret
Noë, omnia illi cachinnis & sibilis digererent. Nemi-
nem suæ turpitudinis pœnituit, nemo doluit peccasse.
Tandem, Deus, uti decreverat, signo dato imbres emi-
sit, qui quadraginta continuis diebus & noctibus rue-
rent, dum terra omnis in faciem pelagi muraretur. At-
que ita genus illud universum libidini deditur, abole-
vit, ut aliud novum & à vitiis purum instauraret. Hæc
libidinis natura est, remedia spernere, monita contem-
ptim proculcare. Hinc eam Clemens Alexandrinus, *Lib. 1. pæ-
congruente titulo vocat morbum immedicabilem.* Chri-
stus Beati Marci ore: *Deceptio, inquit, divitiarum, & circa
reliqua concupiscentia introeuntes, suffocant verbum, & sine
fructu efficitur.* Cum silvam ignis corripit, nil opus est
igni pabulum suggerere, quò seipse pascat, abundè inven-
nit. Et nos silvæ instar sumus miseri, quos si libidinis
ignis carpere incipiat, nova identidem in nobis fomen-
ta reperit, quibus in nos magis ac magis invalescat.

Genes. c. 6.
vers. 3.

Lib. 1. pæ-
agog.

Marci c. 4.
vers. 19.

Nullum profectò vitium tam pertinaciter & obstinate divino spiritui resistit. Siracides restatur luculente:
*Verbum sapiens audivit luxuriosus, displicebit illi, & projiciet Eccl. c. 21.
illud post tergum suum.* Huic accedens Oleas: *Non dabunt, vers. 18.
inquit, cogitationes suas ut revertantur ad Deum suum, quia
spiritus fornicationum in medio eorum, & Deum non cognove-
runt.* Ideo aversare, fuge, execrare, quidquid Venerem
oler, aut libidinem: suspecta tibi sit omnis Incontinen-
tia. *Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra.*

1. Theff. c. 4.
vers. 3.

III. C.

Vitium carnis, vitium est **COMMUNISIMVM**. Inconti-
Non erraro, si orbem pæne totum dixerò, hoc
igne pestilentissimo ardere. Non palatia dumtaxat re-
gumque turres luxuria subit, sed & tuguria pauperum-
que tabernas ingreditur; non in plumis tantum, sed &
in paleis infestat; non ætatem solum florentiorem, sed
quandoque etiam effatam senectutem ad turpe pro-
brum instigat. Tantò ergo magis ab omni ætate ac sece,
ab omni hominum ordine cavendum, ac respuendum
hoc vitium, quantò magis apud omnem ætatem, sexum,
hominumque ordinem sese insinuat. *Sensus & cogitatio
humani cordis, in malum prona sunt ab adolescentiâ suâ.* Inconti-
nencia vi-
tium com-
munissi-
mum.
Nunquam ævi senio libido inoritur, nunquam crimen
hoc temporibus obruitur, nunquam scelus istud obli-
vione sepelitur. Hoc vitium sine modo, sine fine perse-
quendum est, nam illi quoque nec finis est nec modus.
Et eò corruptela morum alicubi progressa est, ut dete-
standæ verborum ac gestuum turpitudines, comitatis
ac urbanitatis nomine insigniantur. Multi, ut oris spur-
citiem honesto nomine prætexant, humanitatem auli-
cam appellant. Hoc est bis peccare, peccatum virtutis
titulo vendere. Nimirum in laudem ex crimine cresci-
mus, eoque festivior quis vocatur, quò judicatur tur-
pior. *Si possis, inquit Cyprianus, in sublimi speculâ constitu-*

Genes. c. 8.
vers. 21.

Lib. 2. ep. 2.
ad Donat.

tus oculos inferere secretis, recludere cubiculorum occultas fo- res, occulta penetrabilia referare, conscientiam hominum rima- ri, aspicias ab impudicis geri, quod nec possit aspiciere frons pu- dica; videas, quod crimem sit & videre. Et quanta ubique libidinum probra domesticis parietibus obsepta, quo- rum quod secretior culpa, hoc major est audacia. Verè, *Mundus totus in maligno positus est.* Et maximè in hoc im- puritatis & libidinis maligno. O fugiat mundum, quis- quis vult vivere mundus: impuritatem omnem excre- tur; quisquis affectat beatitatem. *Sint lumbi vestri præ- cincti.*

1. Ioan. c. 5. vers. 19.

Luc. cap. 12. vers. 35.

IV. C.

Vitium carnis An- gelis invi- sum. Ad Rom. c. 8. v. 8.

Vitium carnis, Angelis est **INVISISSIMUM**. O! ex- tingue Veneris ignes, & rebellantes carnis motus compesce, quisquis Angelos amas, & revereris. *Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt.* Sed nec pos- sunt placere Angelis Dei. Angelum & porcum in unam aliquam amicitiam compingere difficile est. At verò, B. porcum induit, qui puritatem exosus in libidinis cæno- volutatur: contrahendam cum Angelis societatem ne- speret talis. Mentis illæ castissimæ, purissimique spi- ritus quò sibi similiores cernunt, hoc integrèus dili- gunt; oderunt & averfantur omnes impuros. Nulla eis familiaritas, societas nulla, nisi cum castis & puritatis amatoribus: hircos illos & porcos extremè abominan- tur. Si quem castitatis sciunt studiosum, hunc in suam, eamque intimam amicitiam cooptant, & Angelum faci- unt: Tales sunt, sicut Angeli Dei in celo:

Matt. c. 22. vers. 30.

— melius nil calibe vitæ.

Quàm ei facile est fieri Angelum, quisquis se cupit præ- stare castum. Nam, si Chrylostomo credimus: *Virtu- tem Angelorum tulit è celo Christus.* Et Sanctorum Patrum seipsum est: *Vita casta, vita est Angelorum.* Nec errant. *Omnis ponderatio non est digna continentis animæ.* Nota, mi- Adesime, nota: Omnis ponderatio; omnis, omnis cum casto animo in comparisonem venire non potest. Tu iam aureos & gemmeos Pompeij Magni triumphos, tu turres Basilii Imperatoris auro stipatas, tu omnes Persicas gazas, & Cæsi thesauros; aureos imò montes propone, nondum animæ castæ pretium vel leviter ex- presseris. Non est digna continentis animæ omnis ponderatio. Nos tamen, stultissimi mercatores, quadrante uno aut teruncio, non tam vendimus quàm abjicimus castitatem, & brevi voluptatù deliniri, perdimus pre- tium incomparabile. Nemo hic Cypriano credit, cuius illud præclarum extat: *Voluptatem vicisse, voluptas est ma- xima.* Verè Christiani est, summam voluptatem in vo- luptatum fastidio, summam gloriam in carne inconta- minatâ ponere, & Angelos habere amicos: summum ejusdem dedecus est, ab Angelis, hominum alioqui amantiſſimis non amari, & hostes experiri omnes cæli- tes. Lasciviam ne amet, qui odium metuit Angelorum.

Ecclesi. c. 2.6. vers. 10.

V. C.

Vitium carnis fu- gacissimû.

Vitium carnis **FUGACISSIMUM** est. *Momentaneum cruciat æternum.* De hoc omnium turpitudinum fugacis- simo transcurso, nemo signariùs atque expressiùs mihi videtur locurus præ Terulliano: *qui cogitabant,* inquit, *interdum unde cecidissent, & post libidinum vaporata momen- ta celum suspirabant.* Quàm pulchrè putidas carnis volu- ptates momentum appellat, & vaporatum: quod priùs eva- nesceat, quàm quis illud satis advertat. Divinè hoc ipsum expressit in meritis suis Boëthius.

Lib. de con- sol. philof. mar. 7. * Al. fru- entia

Habet omnis hoc voluptas
Stimulus agit * furentes:
Apiumque par volantum
Vbi grata mella fudit,
Fugit, & nimis tenaci-
Ferit icta corda morsu.

Adolescentia & voluptas vana sunt, inquit Ecclesiastes *Ecclesi. cap. 11.* Joannes Apostolus: *Mundus transiit, & concupiscentia ejus,* *vers. 10.* Et Carnis, & Mundi gaudia, hoc sibi commune ha- bent, celerrimè transire, & quandoque priùs finire, quàm plenè incipere: dulci vino simillima, quod in an- num alterum non fert ætatem, sed aceffitantequam ex- hauriatur. Verè, & in puncto ad inferna descendunt: Fuge *Job cap. 11.* ergo, fuge mi homo, fuge fugacissimas illas voluptates. *vers. 21.*

VI. C.

Vitium carnis **DAMNOSISSIMUM** est. Hinc sanè vitium Quanta libido gentes, quàm validas hostibus tradidit? Quanta patefecit propugnacula? quantos ad ferrum ignemque impavidos fregit, & sedomuit? ad quæ non pudenda, nec ante cogitata, compulerit viros magnos, ignorare non potest, nisi qui Samsonem, Davidem, Sa- lomonem ignorat.

Vitium carnis damnosissimum.

Ob hoc vitium urbs Sichimorum evertitur, urbis princeps & omnes incolæ trucidantur.

Genes. c. 34. vers. 25.

Ob hoc vitium è Benjaminis viginti quinq; millia, ex Israëlitis quadraginta millia virorum in prælio cadunt.

Judic. c. 20. v. 21 & 25. & 45.

Ob hoc vitium sapientissimum mortalium cultor fit idolorum.

3. Reg. c. 11. vers. 4.

Ob hoc vitium potentissimus regum David innumeris plagis afficitur.

2. Reg. c. 12. vers. 10.

Ob hoc vitium septè mariti Saræ à diabolo necantur.

Tob. cap. 6. vers. 17.

Ob hoc vitium improbi senes Sufannæ pudicitiam subvertere aggressi lapidantur, statò in tales supplicio.

Dan. cap. 13. vers. 62.

Ob hoc vitium viginti quatuor millia fornicantis populi in Moab, plagâ unâ perimuntur. Ad historias veteres te non revoco: quotidianis exemplis far discimus, quantum libido & Incontinentia singulis etiam hominibus obsit, quibus vires, valetudinem, opes, memoriam, ingenium, famem, vitam admutilat: & relinquat hæc omnia, animam tamen & cælum rapit; pro jaçturâ horum omnium reddit infernum. Romæ olim Veneris & Libitinæ templa meritò conjuncta sunt; cum à Venerere ad mortem, animi præsertim, viâ curratur proxima. Quor juvenes, priùs Angeli, post diabolo simillimi, castis moribus exutis in præceptis vitiorum anhelò cursu ruerunt! Ideo Ecclesia rectissimè, velut mater, filiorum salutem metuens, assidue precatur. *A spiritu fornicationis libera nos Domine.* Sed quæso te, Adesime, quid jam diu files? dic etiam tu aliquid, ut duo simus. Quâ lege omnes loquendi vices mihi tradis? Quid melo- quente proficias, nescio: hoc scio, à te tacente me plurimum discere, cum primis insignem patientiam in me audiendo. Sed ne abutar illâ, jam jam dictioni finem impono. Et verò etiam serus vesper, velut præco si- prema dicta pronunciat: *Actum est, I licet. ADES.* Obsecro. Per te liceat, etiam hoc tempus non perdere meis quæstionculis. Tu perge. PARTH. Tria solùm capita hydræ illius restant demonstranda.

Numm. c. 25. vers. 9.

Phi- simi- bido

Viti- carni- piffi

Dan- vers.

Eph- vers.

Ad 3. cap. 4.

1. Reg- vers.

D

VII. C.

Vitium carnis **FALLACISSIMUM** est, præterquam quòd vix ulla pestis exitiabilior sit humano gene- ri. Luxuria dulcis Siren, venenum voluptarium, letale mel, felicissimus diaboli hamus, quo rotum pæne orbem & inescat, & trahit; ut perimat æternum. *Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum; peccatum verò cum consummatum fuerit generat mortem.* Ideò voluptas non veniens sed abjens consideranda: accessus illius blandus est, recessus amarissimus; à fronte mulcet, à tergo vipe- rat, pestis tam subdola, quàm noxia. Id Bernardus egre- giè demonstrans: *Hæc pestis,* inquit, *ed ad nocendum procli- vior, quò ad repellendum difficilior, quæ nolenti etiam se inge- rit, blandè onerosa, displicendo placens. Subtiliter intrat, & mentem occupat, & nisi subito repellatur, allicit & incendit, quæsi virus pestilentia, per totum corpus paulatim se diffundit:*

Vitium carnis fallacissimû.

Ine. 1. v. 13.

De Intern- demo. c. 39.

cogita-

cogitationes pravæ multiplicat, affectiones malas generat, mentem illicitâ delectatione afficit, & ad consensum turpitudinis, animam inleceat: omnes animæ virtutes corrumpit. Hac peste qui adstrictus tenerur, divelli ab eâ vix potest, quoniam stimulos ejus consuevit aut nescit, aut erubescit, tam subtiles & turpes sunt. Adjuva me Domine Deus, ut huic tam pestifero & mortifero vicio resistere possim. Scio, quod resistentem fatigat, vincen- tem coronat: Scio, si mentem cogitatione immundâ inquinato, tibi qui munditiæ auctor es, placere non valeo. Cor mundum crea in me Deus.

Phalango
similis li-
bido.

Julius Solinus memorat, Phalangium (aranei genus est, quod & Tarantulam dicimus) dirum esse animal- culum, tactu pestilens. Atque si nifum quæras, nulla ei vis est; si vim & potestatem lædendi, hominem icdum veneno interficit. Et cum æstu anni flagrantissimo affi- duus sol campos Apuliæ torret, tum maximè seu afflatu noxio, seu æstu accensa hæc phalangia, tam exitialis li- centiâ in humanos artus grassantur, ut, quotquot ab hac pestiferâ luc libantur, irrequieti vel canant, vel lacry- ment, vel delirent, aut tam lerali stupore pressi jaceant, ut membra omnia senescente tabo putrescant, & sic ani- mum extrudant. Phalangium est libido, pestilentius nescio an fraudulentius, iis maximè infestum, quibus minutum malum censerur: blandè serpit, celerimè in- ficit, suaviter occidit. Tacti ab hac peste in tam irre- quietam insaniam prolabuntur, ut id unum affidue ap- petant, quod maximè noceat. Ita Phalangium istud non tam vulnerare & lædere sentitur, quàm vulnerasse & læsisse.

VIII. C.

Vitium
carnis tur-
pissimum.

Vitium carnis, probro plenum, TURPIS- SIMUM est. Præ ceteris vitiis omnibus tam singulariter scdum & turpe est hoc, de quo agimus, peccatum, ut propriè & suo nomine vocetur TURPITUDO. Unde- que vitium hoc monstruosum & spurcum est, ideo renebras & angulos quærit, & pæne seipsum exhorre- scit. Optimi parentes Susanna, uti Danielis historia me- morat, Helcias & uxor ejus, laudaverunt Deum pro filiâ suâ Susannâ cum Joachim marito ejus, & cognatis omnibus, quia non esset inventa in eâ res turpis. Castissimus Paulus Ephe- siis præcepit, ne nominarent quidem hanc turpitudinem. In eâ quam ad Romanos scripsit epistolâ, ubi de iniqui- tate & immunditiâ mentionem injecisset: quem ergo, in- quit, fructum habuisti tunc in illis, in quibus nunc erubescitis. Nullum est vitium quod ad eod ruborem incutiat, & pu- dore suffundat, atque turpissima hæc bellua, quæ diem non fert, nocti amicissima.

Dm. cap. 13.
vers. 63.

Epist. c. 5.
vers. 4.

Ad Rom.
cap. 6. v. 13.

1. Reg. 4. 15.
vers. 13.

Eximie laudatur Hebræus rex Asa, quod inverecun- dam idoli statuam, simulacrum turpissimum confregerit, combusserit, & submerserit torrente cineres. Ubi libi- do, ibi turpitudinis; ubi pudicitia, ibi corporis mundities & mentis pulchritudo: Deformis esse Castitas non potest, sicut nec formosa unquam Incontinentia: illa rosas & lilia, urticas hæc & spinas profeminat; illi non nisi munda & sancta probantur, huic cœnum & sordes pla- cent. Christus Virginis filius, omnis generis tulit con- vitia; at incontinentiæ noluit insimulari; tam hoc scdæ notæ probum est. E priscis ille sapienter dixit: Uti nec cælum respicit, nec margaritum quærit porcus, sic & animus dulcedine voluptatis captus, & in luxuriæ cœnum delapsus, difficile potest cœlestia cogitare, & aliquid Deo dignum sapere. Turpitudinis mater est In- continentia: è sordibus nascitur, sordibus pascitur, in- ter sordes educatur, & moritur. Nimirum talis est rivus; qualis est fons & origo rivi, nec à lutosâ scaturigine lim- pidus amnis solet profluere; ita quidquid ab incontinen- tiâ emanat, sordet, & notam post se trahit T V R P I- T V D I N I S.

IX. C.

Vitium carnis, vitiorum omnium COMPENDIUM est. Nimis parum dixi, cum Phalangio, etsi pesti- lentissimo animalculo, libidinem contuli, bellua est, eâ- que truculentissima. Mantichora (si Ctesia credimus) apud Indos fera est, cui omnium bellaarum feritas inest, nec unquam ab humanâ manu mansuescit: triplex ei ordo, dentium pectinatum cœnantium, corpus & ma- gnitudo leonis, auriculæ & facies humana, oculi caesi & ardentes, cauda scorpionis bifida, missili aculeo ar- mata, color sanguineus, vox fistulæ non absimilis, velo- citas cervi. Et hæc fera humanæ carnis est appetentissi- ma. Huic belluæ infirmi & horribili simillima est libi- do, ut quæ omnium ferè vitiorum noxam & venenum participat, plerumque nullâ cicuratur arte, quamdiu vi- vere permittitur. Triplex libidini series dentium; prima crumenæ & corporis bona conficit, vires & opes; alte- ra famam nominisque honestatem discerpit; tertia om- nia animi bona foedè commolitur. Libidini leonina est truculentia; divinas & humanas leges perumpit, mo- nita omnia pessundat. At verò faciem hominis habet; inter omnia vitia humanissimum videtur; initium illius blandum, suave, jucundum, sed caudâ ferit ut scorpio, morsum conscientie infigit acerbissimum. Oculos ha- bet ardentes, quos in omnes sordes ejaculatur videndo. Colore sanguineo est hoc vitium, neque enim aliud præ se fert, quàm quod sanguis & caro appetunt. Vox libidinis, vox fistulæ: fistula dulcè canit, volucrum dum de- cipit auceps: blanditur turpitudine, dum irriari, idque facit celeritate incredibili; quandoque enim jactu oculo- ram unico, in animum transilit libido. Qui viderit mulie- rem ad concupiscendum eam, jam machatus est eam in corde vers. 29. suo. Quod exponens August. Etiam si, inquit, non sequatur Lib. 12. de factum, rea tenetur in consensione conscientia. Hem, quàm im- manis, atrox bellua! hanc nisi cavisti, mi homo, peristi.

A

B

C

D

Optima suadens Cyprianus: Primitus, inquit, turillationi- bus diaboli obvianandum, nec fovendus est coluber, donec in draco- nem formetur. Reperias non rarò, de quo dicere liceat: hic homo & frequenter orat & stipem libenter erogat; non est potator, non lusor, non decoctor, non perfidus, non maledicus, non contumeliosus, non ebriosus, imò officiosus; indultius, obsequiosus est, sed simul est libi- dinosus. Ah, laudem priorem omnem perdidit. A dia- bolo satis captus est, quisquis libidine vincitus est: om- nem virtutem vitiat libido; imò nullam habet virtutem, quisquis habetur ab hoc vicio. Quicumque totam legem Jacob. c. 2. servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Nul- lâ sui parte liber est, quicumque in hac vincula conje- ctus est.

Hoc carnis vitium, velut Pantotnimus, omnium sibi Pancomi- vitiorum larvas aptabit, nisi ab illo maturè te vindices, mus vitio- rum est li- bite? hoc te Vitium istud docebit; calamistratos facit & comptulos, quos in familiaritatem recipit. Numis alie- nis infidiari, tuos dilapidare, forsân nesciebas antea? hinc disces. Dies totos otiosâ urbanitate comburere fortasse non solebas; jam assuesces & orari, & in utram- que aurem secus stertere; si quid dici superfuerit à som- no & otio, id sibi curiosa lectio deposcet. Bono animo, omnes vitiorum formas condices, si magistram habue- ris Incontinentiam. Et licet horreas quodcumque turpe facinus, licet averseris scdritatem omnem, quæ oculis incurrit, modò sordida cogitare non recuses, modò scintillam libidinis animo conceptam non extinguas, modò phantasis & imaginationibus impuris hospitium non neget, hoc tibi satis erit ad interitum; satis perit, qui sic sine itreptu perit; satis malus est, qui sic occultè recu- fat esse bonus. Nec sanè ad cælum aspirat, quisquis in his cogitationibus sese oblectat. Verbulum otiosum vel unicum, in examen trahetur, & cogitationes obscenæ immunes

Vitium
carnis vi-
tiorum
compen-
dium est.
Vide Gesn.
lib. 1. de
quadrup.
pag. 631.

Manticho-
re similis
libido.

Matth. c. 5.
vers. 29.

Trim. cap. 13.

Jacob. c. 2.

Nul- vers. 10.

immunes erunt ab hoc tribunali? Animus paritatis amans vel levissimas etiam cogitationunculas extinguit, quamprimum illas à Castitate alienas deprehendit. O Castitas (exclamat Ephrem) Angelica vitæ ratio, quæ homines Angelis reddis similes! O Castitas, cui delicia, cui luxus vestium, & cura corporis pudori sunt, & odio! O Castitas oculorum frenum, quæ totum corpus è tenebris transfers in beatam lucem! O Castitas in quotidianis præliis imperterrita, & in tuos hostes animosa atque vigilans! O Castitas, cœlestis prudentia, & cœlestium capax! O Castitas currus igneus cultores tuos in sublime evehens! O Castitas, & pulchra & pretiosa possessio, donum Dei opulentissimum! O Castitas, mater innocentia, morum ornamentum, quæ proborum omnium in te gratiam concilias, quæ vel hostibus tuis es venerationi aut admirationi! O castitas, tuum ipsa decus; beata, & efficiens beatos; quæ in medio corporis animique velut rotas flores, & amœnum fragras! O castitas, in quâ divitias æternas recondidit prugatis amator Deus!

Catechesi
12.

His Cyrillus Hierosolymitanus subscribens: Non ignoremus, inquit, Castitatis gloriam; Angelica est corona. Parcamus corporibus quæ lucere debent sicut sol. Parva est ad horum voluptas, sed ex peccato æterna vercundia, & poena.

Castitatem, mi Aedefime, docebunt nos tot millia virginum, quæ sub gladio, in patibulo, stipite, leone, axe, incendio & rogis ut virginitatem servarent, vitam perdididerunt. Ita quò sublimior virginum cura, major gloria. Teclæ castimoniam adorat leo. Alciones impudicitiam vindicat ciconia. Puellæ Romanæ non pauca, Vestæ de virginitate censebantur: sed & quæ Delphis insaniebant, nubere nesciebant: sed & quæ Dianæ Scythicæ, quæ Junoni Achaicæ, quæ Cereni Eleusinae pro sacerdotibus serviebant, matrimonium à se abdicarunt.

Erubescere Caro, quæ Christum in lavacro induisti: illis diabolus continentiam præcipit, & auditur: tibi

1. Cor. c. 5.
vers. 7.

Gen. c. 19.
vers. 9.
Judith. c. 11.
vers. 11.
1. Cor. cap. 7.
vers. 26.

1. Timot. c. 5.
vers. 22.
Ad Gal. c. 5.
vers. 22.

Apostolus Castitatem prædicat, optatque Christianos omnes virgines esse, & negligitur. Ah, vel duas solùm has voculas pensita improbe, acturus quid ago? Ita castissimus Josephus: quomodo possum, ajebat, hoc malum facere & peccare in Dominum meum? Ita confortabitur cor tuum, ed quòd Castitatem amaveris, & eris benedictus in æternum. Quoniam bonum est homini sic esse; nam, mulier inupta & virgo cogitat quæ domini sunt, ut sit sancta & corpore & spiritu. O mi homo, quisquis NICETAM miraris, vel in hoc uno imitare, & Teipsam castum custodi.

Fructus spiritus est Charitas, Continentia, Castitas. Fructus carnis libido, Incontinentia, turpitudine. Aedefime, audisti hæctenus triumphatam in horto Incontinentiam, audi obsecro eandem in horto triumphantem; sed unâ tecum audiant, velim, omnes in orbe juvenes, audiant viri; Orbis audiat, & Incontinentiam omnem, ut turpissimam vitæ labem & animi pestem certissimam modis omnibus detestari discat. Audi tragœdiam inauditam.

In celeberrimâ civitate Lubecensi matrona erat venerabilis, & Consulis uxor, quæ uno partu tres filios edidit, quorum unus elephantiasis, alter in aquis, tertius, de quo nobis sermo, suâ manu perijt. Sed quo is modo, quòve ordine tam terram mortem objecit, sincerè conscripsit ille, qui & ipsum, & germanos ipsius, & omnem illam familiam optinè novit.

Erat tertius hic juvenis elegans formâ, ingenio acer, auro dives, veste nitidus, nec incultus moribus, sed, quo scædavit omnia, libidinosus. Unde post variam Incontinentiam, impegit in unam earum, quæ formâ vincere credebatur omnem Lubecensium seminarum pulchritudinem. Hac miserum inaverecundi amoris vinculo nexum, in suâ castra sic captivum duxit, ut eum nec numerum dispendium, nec fractæ libidine vires, nec Dei timor, nec terror gehennæ, nec publica honestas, nec amicorum privata correptio, à turpi consue-

Libidinis
funestus
exitus.

tudine potuerint abducere. Quâ ex te factum, ut crumenâ jam depletâ etiam necessariis inciperet egere. Quod ubi mater advertit (pater jam naturæ concesserat) filium indignam natalibus pauperiem incurrisse, materno affectu mota bis terte, iterum atque iterum æs grande filio donavit; simulque monuit illacrymans, memor esset Dei, generis item & honoris, memòr salutis æternæ, probrosam consuetudinem renunciaret, atque de cetero lasciviæ suæ impetus cohiberet virili animo. Sed heu! fulsere cæco lumina; surdo cecinit philomela. Voluit infelix, & non voluit, languidè conatus est, & idè libidinum cæno eluctatus non est.

Tandem cum videret mater, quidquid largiretur, in filii perniciem abire, animum obduravit, & clausit manus. Juvenis, animum & vultum matris mutatum observans, egestate & libidine consultricibus pessimis usus, stricto ense in matrem irruit non semel, & (horreo dicere) calcibus etiam protrivit; severè minatus, jam confodiendam, ni ocyus promptâ pecuniâ dure necessitati succurreret. Miserrima mater sub filii velut sub hostis gladio contremuit, & territa tam præsentis periculo, quidquid exigebatur, quamvis invita donavit. Neque ausa est sui patriciæ crudelitatem ad cognatos, ad magistratum deferre, verita ne forrè primores civitatis, quorum rigida æquitas jam innotuisset Orbi, filium tantæ improbitatis reum severâ sententiâ fulminarent. Tacuit ergo, & quanto potuit silentio rem pressit. Sed brevè nescio cujus linguæ vitio, tanti facinoris fama per omnium aures spargebatur. Quocirca convenerunt cognati; & consiliis agitatis, juveni sub pœna capitibus interdixerunt ne simili ausu gladium unquam amplius in matrem stringeret; aliâve injuriâ eam afficeret. At ipse effrons alioqui, ad Manlianum hoc edictum erubescens, statim maternis ædibus excedere, & unâ matris oculos exire instrit. Et ne solus erubesceret, in totius familiæ notam & dedecus, ipse cum infami mulierculâ in prostibulo habitare cœpit. Hic post sericas vestes consumptas, post dissimulatam diu famem, post mascupia omnia exhausta, æger animi, & dolore vix consolabili tabescens sine re, & propè jam exspes, partim æstuare, partim omnia desperare, & inferendâ sibi necis consilium coquere. Cùmque malum in dies crederet, nec mali remedium ullum occurreret, jam impar ægrimoniam, morte decrevit tam acerbam vitam abrumperè. Verùm ne quis tam funestæ tragœdiæ epilogum impediret, mulierculam quam ad id temporis deperibat, cum fictis negotiis aliò amandavit. Illâ domum egressâ, ille jam solus & absque arbitris, è culinâ cultrum rapit, & secedit in hortum, ubi scilicet Incontinentia suum sibi triumphum statuerat. Hic vagum lumen in omne latus circumferens, in solitudine se deprehendit. Itaque diffibulato raptim thorace, pallidum morbo pectus nudavit, & cultri manubrium infixit parieti ligneo, tantòque sese impetu in adversum mucronem impulit, ut osceâ crate pectoris transfossâ, dorsi quoque spinam violaret. Hoc vulnere faucis in terram corruit, visòque sanguinis effluvio, sævioribus furtis agitabatur, quòd invilum spiritum tam acerbis impulsibus exturbare non posset. Heu triste spectaculum! Et en quo furore suinet carnifex hærentem etiamnum pectori cultrum in orbem rotet (ut è signis in cadavere patuit) viscera laceret, & scelestum animum non tam emittat, quàm ejiciat.

Rediit interim domum infelix femina, & in horto demum reperiens amatum in submoet sanguine volutari, expalluit, & linquente animo humi collapsa est. Tandem, resumptis viribus cùm ad se rediisset, omnem viciniam sædo ejulatu concivit. Vicinis in horrum catervacim irruentibus, ipsa lacrymis infusa, quo habitu cadaver reperisset, narravit. Mox fama per urbem, & ad matrem evolat. Ad hunc nuntium mater, velut læna raptis

Al
id
pre
la
ver

Int
ver

hic
ver

raptis catulis irruens, pallore suffundi, & pænè alterum funus fieri, mox ad hortum non ire, sed currere. Hic inter spirantes flores, tam sædè extinctum flitium offendit, & mox primo aspectu, animâ deficientè, velut cum filio moritura in herbam procubuit. In flerium adduxit spectatores jam pænè geminum aut triplex funus. Mater è defectione recreata, uberrimis perfusa lacrimis, & madentes oculos in filii pellicem obvertens: O mulier, inquit, quid fecisti & meum mihi sanguinem tu seduxisti, horum omnium causa tu es, infelicissima.

Alteraluce cognati vix plurimâ pecuniâ impetrarunt, liceret sibi miserabile funus terræ mandare, quod leges flammis dari voluissent. Ita hic juvenis sui ipsius carnis in profano sepulchreto humatus est. Noctè unicâ post sepulturâ honorem exactâ, tumuli terra ita subleat repentinâ labe, ut non nemo conijceret cacodæmones, qui animam rapuerant, etiam corpus abstulisse. Ipse ego (inquit scriptor rei gestæ) vidi congestam glebam in eminentiorem turpulum: at verò postera die, tantum terræ dehiscerat, ut difficile fuerit credere, hominem illic sepultum esse.

Et hunc tam exitiale exitum habuit juvenis illius libido & incontinentia, in luculentum exemplum omni postera memoriæ, ut norint omnes, quâ malorum voragine sese præcipientes mergant, qui habenas libidini laxant.

Hoc illud nobile trophæum est Incontinentiæ in horto triumphantis, quæ pariter in horto à NICETÀ nostro gloriosissimè & victa & triumphata est. Discant juniores, discant viri, discat Orbis alienâ clade sapere, lasciviæ cupiditates frenare, consortium omne, quod libidini faveat, declinare.

Verùm, quod nos in Libidinis labyrinthum inducit, quod in luxuriæ abyssum præcipitat, est nozarum quotidianarum & crebrò repetitarum neglectus: In pigritiâ humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuum perstillabit domus. Cùm domus rimas accipit, & stillas admittit, in ruinam vergit, nisi rimæ obducantur, avertantur stillæ. Plurima sunt quæ nos minuta credimus, & quoniam ea per contumaciam non cavemus, ab his minutis in maximum sæpe malum prolabimur. Non magis nobis est una libidinosa cogitatio, aspectus femine curiosior, aliquot verba libentius prolata. Res hæc, ut putamus, levicula est. Ita cogitationes augentur & crescunt, aspectus iterantur, verba non jam licentiam tantum, sed & lasciviam olent: ab his paulatim transitus fit ad alta, quæ inter levia quoque numeramus, ut sunt litteræ parum virgineæ, anuli, chirotheculæ, flosculi, bullæ aureæ, munuscula alia dono missa, aut accepta: inde lectiunculæ, & cantilenæ parum pudicæ, inde tactus inverecundi, inde alia atque alia, mihi nec quidem nominanda: & ut cæno mergamur profundiore, hæc omnia tanquam non maxima facinora in nobis leniter vindicamus. Nimirum per has rimas & stillas ruinæ paratur domus. Qui modica spernit paulatim decider. Quamvis illa minimè sint modica nisi contempriori, cui solenne est dicere: quid tum postea? cogitationes sunt, aspectus & verba sunt, humanitatis indicia sunt. Per has rimas satis grandes, letale libidinis venenum instillatur. En, domum malignis imbribus perfluentem, brevè & cadentem cernes.

Sanctus Job, cùm statuisset apud se, ne cogitare quidem de virgine, mox hujus propositi rationem reddens: quam enim partem, inquit, haberet in me Deus destu-

A per? Perinde ac, si diceret: nisi ita seridè caverem, nisi occasiones tam studiosè declinarem, nisi omnem malam cogitationem mox animo prosciberem, nisi denique parva magni facerem, aliquod haud dubiè lascivum desiderium in me oriretur, per quod Deum amitterem.

In quo cacodæmon exercitarum furem feliciter sæpe imitatur. Hic namque clausam domum expilaturus, si quod foramen vel fenestellam sibi patefaciat, quæ tamen hominem aditum non admittat, puerum per illam immittit, ut is hac ratione in domum illapsus, magistro suo januam referet, quo rem suam intus agant. Papi modo diabolus, cogitationes impuras, tactus oculorum curiosos, lectionem incautam, voces & gestus parum verecundos veluti furunculos prævios intromittit in animum, qui veluti ostium pandant, viamque faciant ingressuro. Unde maximi refert, summâ hic cautione uti, occasiones etiam eminus cavere, nihil velut rem parvam negligere, nec tantum libidinem omnem, sed & libidinis umbram averfari, & fugere. In pigritiâ humiliabitur contignatio & in infirmitate manuum perstillabit domus. Verè, domini ignavia, est domus ruina: nam si facta tecta non conserventur, fiet ut tandem arcei non possit pluvia. Par ratio est animi quædam, velut non magna, negligentis; in eo his initiis libido crescit. Verissimè divus Gregorius: Si, inquit, curare parva negligimus, insensibiliter seducti, audenter etiam majora perpetramus. Quia igitur à levioribus malis incipitur, & ad graviora pervenitur, vanitas mentem obnubilat, iniquitas cæcat.

Cognata prorsus sunt turpia cogitare aut dicere, & turpia facere; properè agitur, quod libenter auditur. Edesime, qui incipit cogitationibus non resistere, incipit perire: cui suave est, jam hoc jam illud & istud audere, huic durum non erit toto pectore libidinem haurire. Ita demum scædissimis imbribus perstillabit domus tota. Nemo ergo dicat: hoc non grande facinus est, hoc modicum quid est, hoc leve, hoc exiguum quid est, modò gravioribus abstineam; tolerabile erratum hæc cogitatio, & hæc & hæc etiam; ferri potest hic oculorum, aut linguæ, aut etiam manuum error, possunt isthæc sic abire.

Non possunt, mi homo, non possunt; nam si ista sic abeant, alia atque alia sequentur & semper graviora ac scædiora: tandem tota perstillabit domus. Illud Gregorii repeto: Si parva non curamus, insensibiliter seducti, majora perpetramus: Ergo hic omnia cave, etiam quæ videri minuta possent, aut nihil cavebis.

Sed ad te redeo, tecumque finio, ô Christiane Samson, castissime NICETÀ, qui victa in horto Incontinentiæ trophæum & triumphum nobilissimum deportasti.

ONICETÀ revivisce in nobis; pugna, & triumphus in nobis, ô Victor illustrissime. Tuum nos exemplum, tua nos pugna & victoria, in certamen animæ, accendat, inflammet. Audeamus cum NICETÀ, pugnemus, vincamus. Is certam hic habet victoriam, qui feriam non detrectat pugnam. Pugnandum est: nulla hic sine pugna obtinetur victoria, hic nullum sine luctâ venit præmium: pugnandum est. Inæstimabilis pretii thesaurus est Castitas, æternis muneranda præmiis. Nec potest gratis constare Castitas. Hanc si magno æstimas, omnia parvo æstimanda sunt. Omnis autem ponderatio non est digna continentis animæ.

Non possunt, mi homo, non possunt; nam si ista sic abeant, alia atque alia sequentur & semper graviora ac scædiora: tandem tota perstillabit domus. Illud Gregorii repeto: Si parva non curamus, insensibiliter seducti, majora perpetramus: Ergo hic omnia cave, etiam quæ videri minuta possent, aut nihil cavebis.

Sed ad te redeo, tecumque finio, ô Christiane Samson, castissime NICETÀ, qui victa in horto Incontinentiæ trophæum & triumphum nobilissimum deportasti.

ONICETÀ revivisce in nobis; pugna, & triumphus in nobis, ô Victor illustrissime. Tuum nos exemplum, tua nos pugna & victoria, in certamen animæ, accendat, inflammet. Audeamus cum NICETÀ, pugnemus, vincamus. Is certam hic habet victoriam, qui feriam non detrectat pugnam. Pugnandum est: nulla hic sine pugna obtinetur victoria, hic nullum sine luctâ venit præmium: pugnandum est. Inæstimabilis pretii thesaurus est Castitas, æternis muneranda præmiis. Nec potest gratis constare Castitas. Hanc si magno æstimas, omnia parvo æstimanda sunt. Omnis autem ponderatio non est digna continentis animæ.

A minimis ad magna prolapsus. Eccl. c. 10. vers. 18.

Eccl. c. 19. vers. 1.

Job cap. 31. vers. 1.

Eccl. c. 10. vers. 18.

Lib. 10. mor. cap. 6.

Eccl. c. 26. vers. 20.

TRISMEGISTVS CHRISTIANVS,

S E V

TRIPLEX CVLTVS CONSCIEN TIÆ, CÆLITVM, CORPORIS.

A R G V M E N T V M.

L I B E R P R I M V S

Animi cultum, & rationem docet erudiendæ conscientiæ,
per quotidianum illius examen.

L I B E R S E C V N D V S

Modum tradit colendorum Cælitum, cum per menstruam illorum fortitionem,
tum per alia pietatis exercitia.

L I B E R T E R T I V S

Corporis cultum supervacuum, & vestitus insolentiam castigat.

L I B E R P R I M V S.

CAPVT PRIMVM.

*Ingressus ad sermonem de animi cultu,
& examine conscientie.*

Polychronius & Gerardus colloquuntur.

P O L Y C H R O N I V S.



Examen
conscien-
tiæ est res
utilissima.

Nimi cultum is minimè negligit,
qui Conscientiæ curam religiose
gerit: at verè conscientiam is opti-
mè curat, qui quotidiano eam
examine à vitiiis assidue purgat.
Porro Examen conscientie, uti
res est una omnium utilissima
virtuti per compendium asse-
quendæ, sic forsân à paucis bene fit; ab innumeris om-
nino non fit. Quætere, quid Examen conscientie sit,
quæstio mihi superflua censetur, optandum, ejus usus
tam notus nobis esset, quàm est natura vel definitio.
Quid sit, scimus, quantum proffit, vix scire laboramus.
Atque aded qui conscientiam suam vesperi perfuncto-
riè, & quasi aliud agenres examinent, fortassis multos
reperias; eos qui examen hoc utilissimum penitus inter-
mittant, difficile est numerare. Romanus Sapiens que-
ritur olim, & verè sic est: *Hoc nos pestimos facit, quod vemo
vitam suam respicit. Quid facturi simus, cogitamus; & id verò:
quid fecerimus, non cogitamus. Atqui consilium futuri ex præ-
terito venit.* Atque eò jam incuriæ plerique progredi-
mur, ut examen istud, quod appellamus *quotidianum*,
vocari possit *mensurum*, aut etiam *annuum*, quando ali-
qui vix singulis mensibus semel, alii vix semel singulis

Sense, ep. 83,
inicio.

A annis id instituunt. GERARDVS. Ne mireris, Poly-
chroni: seipsum accusare insuave negotium est, & ta-
men hoc examen aliter non constat. POLYC. Neglecti
hujus examinis plures sunt causæ, non nego hanc unam
earum esse. Omnino, *sui ipsius accusatio*, tam pulchra est
quàm rara virtus. Hinc sanctus ille senex, Pastor, omnes
virtutes ad unius domum commigrasse ajebat, extra
quam frustra quis desudet in quærendis virtutibus: ro-
gatus, quænam illa esset virtus? Seipsum, respondit, serid
ac jugiter accusare.

Et hoc docet Examen conscientie, in quo quisque
reum se citat ad tribunal suæ mentis, quod ad vitam
probam compendiosa via est.

§. I.

D. Basilius, post documenta plurima suis tradita, *Basili. serm.*
demum sic concludit: *Que quotidie feceris opera, ve-*
spere tecum commemora, & cum iis, qua fecisti pridie, conferto.
Ita voluit, ut omnes cum Conscientiâ suâ prius loque-
rentur quàm somno se permitterent. Ratus hoc unum,
optimum fore stimulum ad illa omnia, quæ ab ipso di-
dicissent, in opus producendo.

D. Bernardus: *Multa, inquit, scientia hominum, sed nulla*
melior est illa quâ cognoscit homo seipsum. Beatus homo
qui se potest cognoscere, probare, & improbare. Nam
qui sibi displicet, Deo placet; & qui sibi vilis est, Deo
carus est. Itaque tibi ipsi carus non sis, accusa te ipsum.
Omnem animi morbum hoc emplastrum & malagma
perfanat. Tardus es ad preces? in precibus vagus & osci-
tans? plumbeus ad iustitiam? volas ad mensam? effusus es in
ritum & confabulationes, fractus ad laborem, studio-
sus libertatis, incurius tui officii? sapius forsân de die
auribus, linguâ & oculis peccas? huic malo remedium
non

Bern. de im.
dam. cap. 23.
& 29.
Examen
conscien-
tiæ est mala-
gema ad
omnem
animi
morbum.

Ni
en
cō
cat
an
fū
no
tia

As
sus
& 2
den
Sera

Ber
to 1
Den

Pro
m.

non est opportunius, quam vesperi conscientiam con- venire, diei errores in numerum, aut certe in cumulum redigere, & quid, quave ratione sequenti luce sit cavendum, statueret. Et nisi hoc modo, quotidie teipso fias melior, securè credas, aut conscientiam sapius non examinatum, aut obiter tantum & perfunctoriè. Si ferveat hinc industria, non potest ei non par fructus respondere. Quod si levi brachio, anhelus ad lectum & semisopitus, oculis in somnum jam turgentibus, solum in ceremoniæ morem, hoc conscientiæ iudicium instituas, non erit hoc verum sed mentito nomine iudicium, aut iudicii larva, fœcior & ignava cogitationum discursatio. Ex hoc fonte talis emanabit rivus. Eadem post menses & annos in te vivent vitia quæ prius: æquè pronus in iram, facilis ad impatientiam, instructus ad superbiam, & æquè prociac in verbis, asper & mordax in dictis, dissolutus & levis in moribus, verbo, eris antiquus *Dormitantius*. Et in promptu causa est, nunquam domi tuæ es, nunquam te deprehendis, nunquam te observas, teipsum nunquam seriò accusas: visis in tranquillo frigore, omnia fluere finis, ut fluunt, pacificus homo es, sed malo tuo. Vitii tuis quietem non turbas, cum defectibus tuis non litigas, cum concupiscentiis tuis non pugnas. Quid multis? pacificus homo es, in tuam maximam perniciem. Alges & torpes, tunc solum vivacissimus, cum aut comedendum est, aut ludendum, aut etiam irascendum. Hinc in te vivunt omnia, hinc vir, hinc athleta es, & heros.

§. II.

GERAR. In me hæc omnia declamas, an in absentem alium? **POE.** Gerarde, ne metuas, nihil hæc contra te; nisi tu binominis sis, & non tam *Gerardus*, quam *Dormitantius* audias. In *Dormitantium* omnia à me dicta sunt & dicentur: illum, inquam, qui qualis olim fuit, talis est & hodie, qui in placido ignaviæ statu perennat, qui nunquam obedientior habet somnum, quam cum ei cum conscientia loquendum, qui in se nunquam aut raro admodum descendit: quæ omnia alia scire fatagit, præter se, miserabili neglectu animi: verbo, qui dormit, cum vigilandum foret. At hæc ratione nemini familiaris sit virtus, non enim natura dat virtutem, multò minus fœcior dicitur est, bonum fieri. Hanc artem dat exacta sui notitia, & quotidiani profectus ingens desiderium. Istam autem & istud non docet nisi examen conscientie nullo die neglectum. *Initium salutis, notitia peccati. Qui peccare se nescit, corrigi non vult.* Ideo **D.** Bernardus tam feliciter in suos paterfamilias: *Vnde, inquit, rogo dilectissimi fratres, ut unusquisque vestrum introit in cubiculum suum, seipset conscientiam suam, se querat in angulis cordis, circumceat laterbras mentis.* Idem inculcans alibi: *Redeamus, inquit, ad nos & discutiamus conscientiam nostram.* **GERAR.** Sed quæ lex, à quo, & quibus lata est conscientie diebus singulis examinanda? **POE.** Ut video, Gerarde, ex Volonibus non es, si lege vis cogi. Sed veniam da; sensim eò te ducam, ut ad solem cernas, quod etiamnum inter nubila videtur abditum. Primum erit scire, quam hoc prois novitium inventum non sit. Certè omni ævo fuerunt, qui sicut ultimam, ita primariam diei actionem esse voluerunt, suam vesperi conscientiam excutere, eoque vel ipsius nature lege ac luce præeunte ducebantur. Paucos è præcis nominabo, tuendæ huic veritati.

CAPVT II.

Examen Conscientiæ qui olim, & quo modo fecerint.

Ratio prois & Natura huc impellunt. Et asum dicere, hoc nature scitum esse: acto die dici acta cum animo suo repetere, simulque dispicere quid in lucem posteram aut omisistis sit futurum optimum, aut fa-

Tom. I.

Actu. Indi sapientes, quos Gymnosophistas dicebant, nullum suæ disciplinæ adolescentem ad mensam admittebant, nisi is prius conscientie suæ subiisset examen. Imò quod pudorem nobis meritò incutiat, mensam iis accumbere non licebat, qui in tertio huius examinis capite (ad morem nostrum loquor) non pulchrè stetit: impransus, impotus, incœnarus ejiciebatur domo, qui nil præclari à se gestum commeminisset. Luculentè id testatur ille à Madaurâ philosophus. Verba illius in-
Bregra tibi admertiar: Igitur, ubi mensa posita, priusquam edulia apponantur, omnes adolescentes ex diversis locis *vidor.* & officiis ad dapem conveniunt. Magistri perrogant: Quod factum à lucis ortu, ad illud diei, bonum fecerint? hinc, alius se commemorat inter duos arbitrum delectum, sanatâ similitate, amicos ex infensis reddidisse: inde alius, sese parentibus quippiam imperantibus obdissidisse: alius, aliquid meditatione suâ reperisse, vel alterius demonstratione didicisse. Qui nihil habet afferre cur prandeat, impransus ad opus foras extruditur.

O pulchrum institutum! & nunquid vel apud Christianos melius possit? O legem saluberrimam! quæ si hodie vigeat, multi dies plurimis jejuni forent ducendi, quod sese his iudiciis vel non sisterent, vel pejus starent in iudicio. En legem, Gerarde, brevem & strictam: *Aut non prande, aut prius Conscientie rationem redde.* Vis esse? ostende prius te laborasse. Et cur nos ipsi nobis non dicamus vespere: Vis dormire? ante cogita, quam bene vigilaveris. Festinas ad lectum? prius tecum disquire, qualis in templo, in foro, in domo, qualis in mensâ, qualis alibi fueris. Ad eone verò à recto sensu degeneramus, ut quod sciverunt feceruntque idololatræ, id nesciant Christiani, aut (quod pejus est) facere nolint quod faciendum sciunt?

§. I.

PHoclydes, si Stobæo fides, primus omnium mor-
Ctales docuit quotidie seipsum ad hoc Conscientiæ tribunal citare. Pythagoras certè nominatus ille è portici philosophus, tam occupatus non fuit aut somniculosus, quin prius in seipsum descenderet, quam somnum caperet; & quidquid die toto egisset, se iudice damneret vel absolveret. Unde apud Pythagoreos pulcherrimum hoc institutum usque quotidiani fuit: *Quid quoque die dixeris, audiveris, egeris, vespere commemorare.* Et hoc est apud Conscientiam suam examen instituere, & seipsum sibi velut censorem aut iudicem ferre.

Quid prætergressus? quid gestum in tempore, quid non?

Faciebat hoc idem Conscientiæ examen & P. Sextus, eo ipso vir optimus; & ad eò sibi nihil indulgebat, ad eò & somnum vincere, & negotia differre, & cogitationes in potestate habere poruit, ut consummato die, cum se ad nocturnam quietem recepisset, (cum Seneca loquor) interrogaret animum suum: Quod hodie malum tuum sanasti? cui vitio obstitisti? quâ parte melior es? O Pythagora, ô Sexti! quam nos Christiani non paria vobis facimus, in consuetudine tam Christianâ! Ah! quam hinc congruè illud Christi vociferaret: *Viri Nivivite* (viri idololatræ) *surgent in iudicio cum generatione istâ, & condemnabunt eam.*

Nostrî, quid Vir bonus (hic titulus carminis est apud Maronem) de hoc quotidiano examine conscientie moneat. Ille igitur vir bonus:

*Iudex ipse sui, totum se explorat ad unguem.
Quid proceres, vaniq; serat quid opinio vulgi
Securus justo trutina se examine pensat:
Ne quid hiet, ne quid prouberet, angulus æquis
Partibus ut coeat, nil ut deliret A M V S S I S.
Sit solidum quodcumque subest: nec inania subitus
Indicet adnotus digitis pellentibus ictus.
Non prius in dulcem declinat lumina somnum
Omnia quam longi reputaverit acta diei.*

Ii

Quæ

Neglectu
examinis
conscientiæ
eadè post
annos cau-
santur in
nobis vi-
tia.

Ans est bo-
num fieri,
& à quo
dicitur.
Senec. ep. 118.

Bern. ser. 2.
in cenâ
Dim.

Præm. de
im. dem.

Serm. 6.

Laert. Py-
thag.
S. Hieron.
l. 3. apol. ad
Russ. c. 10.
Anton.
Eidyl. 8.

Lib. 3. de
ira c. 36.

Math. c. 12.
vers. 41. &
Luc. cap. 11.
vers. 32.

Quæ prætergressus? quid gestum in tempore, quid non? Cur isti facti decus absuit, aut ratio illis? Quid mihi præteritum; cur hæc sententia sedite? Quam melius mutare fuit! miseratus egentem Cur aliquem fracti. i. perfracti mente dolorem? Quid volui quod nolle bonum foret? utile honesto Cur malus ante tui? num dicto aut denique vultu Perfrictus quisquam? cur me natura magis, quam Disciplina trahit? sic dicta, & facta per omnia Ingrediens, ortoque à vespere cuncta revolvens, Offensus pravis, dat palmam, & præmia rectis.

En Vitum verè bonum: tales sumus. Neque unus tantum alterve (quod quis objiciat) è Romanis Græcisque hoc fecit, & conscientiam hoc perci discuffit; plures in hac classe numeramus, inter quos & laudatissimus ille L. Annæus Seneca, qui vitos religiosos multos, qui Sodales Parthenios plerisque, ausum dicere, aut æquavit in hoc, aut superavit.

§. II.

ERat Seneca potens in aula, Imperatoris doctor & moderator, inter strepitus & discursus aulicos, & tamen examen hoc conscientiaē non dimittebat: erat in conjugio cum uxore, & tamen vespere conscientiam suam super diei actis audiebat: erat in studiis semper aut negotiis, neque tamen studia aut negotia potiora habebat, hæc utilissimam in seipsum animadversione: erat inter amplissimas opes, atque si voluisset, inter maximas voluptates & delicias, & tamen sub noctem, sepositis omnibus, solius conscientiaē negotium tractabat. Ipsum tibi testem sisto locupletissimum. De fide non est quod quidquam ambigamus: malim ego Senecæ narranti credere, quam multis aliis jurantibus. *Vror, inquit, hæc potestate, & quotidie apud me causam dico. Cum sublatum è conspectu lumen est, & conicitur uxor, moris mei jam conscia, totum diem mecum scrutor, facta ac dicta mea rememor. Nichil mihi ipse abscondo, nihil transco. Quare enim quidquam ex erroribus meis timeam, cum possum dicere: Vide ne istud amplius facias, nunc tibi ignosco.*

Obstupescit, quoties hæc lego, nec sine admiratione & rubore unquam legi. Homini tot negotiis, tot studiis, nobili etiam uxore distracto, hæc tam arcta & quotidiana in seipsum inquisitio fuerit? Et, obsecro te, Gerarde, considera mihi, quæ vir iste incomparabilis examinis hujus capita sibi statuerit, quos in seipso errores notarit, quid in dictis suis factisque culparit. Sic seipsum accusans: 1. *In illa, inquit, disputatione pugnacius locutus es. Audite litigiosi.* 2. *Illum liberis admonisti quam debemus: itaque non emendasti sed offendisti. De cætera vide, non tantum an verum sit quod dicis, sed an ille cui dicitur, veri patiens sit.* Audite critici, & omnium censores. 3. *Minus honorato loco positus, irasci capisti convivatori, vocatori, ipsi, qui tibi præ-*

Idem c. 37. ferebatur. Audite superbi & iracundi. 4. *Non æquis quendam oculis vidisti, quia de ingenio tuo malè locutus est.* Audite invidi ac malevoli, & oculos atque dentes continere discite. En, quantus vir, quam opulentus, neque tam ad opes suas, quam ad suam conscientiam fuit attentus.

Possedit Seneca (quod ei Sullius opprobrat) ter millies HS. is modus nobis esset 7500000. hoc est, septuagies quinque centena millia philippicorum: ipsi septem miliones auri cum dimidio. Opes pænè regis, fateor. Sed ò virum dignum opum vi majore! qui divitias, & quidem tantas in sinu positas & circumfusas sibi, potuit non adorare, potuit ridere, contemnere. O virum omni laude majorem, qui poruit in divitiis paupertatem non odisse, semetipso & ex se nascentibus bonis contentus esse. Divitiarum contubernio non corrumpi, sanè tam præclarum quam rarum est, quod Annæus hic noster habuit, qui non cum suis numis, sed cum libellis suis, secum ipse assidue locutus est. Et quod nos aliis libentissime facimus, hoc ipse sibi fecit, hoc est, de se apud se malè existimavit.

L. 1. de Ira cap. 36. Senecæ quotidianum examen conscientiaē

Quæ sibi hujus examinis capita statuerit. Loc. jam cit. cap. 36.

Idem c. 37.

Apud Tacit. l. 13. Annal.

A Ita, mi Gerarde, Seneca examen conscientiaē, perinde ac si lex cogeret, quotidianum sibi esse voluit; nec sine profectu. Nam ipse de se: *Hoc mihi satis est, inquit, quotidie aliquid ex vitis meis demere, & errores meos oburgare.* O beat. c. 17. virum vel hoc ipso argumento non tantum magnum, sed verè bonum! & qui non scripsit sentitque solum talia, sed fecit. Et homines Christiani, Sodales Parthenii, viri Religiosi, hunc stimulum virtutis rejiciant?

C A P V T III.

Examen Conscientiaē quantæ utilitatis sit, & quàm id à Sanctis impensè commendatum.

Vtilitatem hujus sanctissimæ in seipsum inquisitionis nescire non potest, nisi qui cæli & tartari securus, vivit in diem, & passim corvos sequitur; nec ullum post mortem tribunal aut judicem pertimescit. *Viri ma- Prov. c. 28. li, inquit Salomon, non cogitant judicium.* Talem mihi da, *vers. 5.* & videbis quàm is vel ab ipsis idololatriis longè superetur: da, inquam, talem, & dices: Hic homo non insilit viam quæ ducat ad cælum: jocando, ridendo, cachinando totos dies traducit, securus mortis, & post illam securus judicii. Transacto die cœnat idem hilariter, cœnam confabulatio, confabulationem somnus excipit. Hunc ille ordinem, hanc diei methodum servat.

O curvæ in verris anima & celestium inanes! *Perf. sat. 1.* O mi homo, quid demum habes quod hic obducas? sanctissimos illos eremi angelos, Antonios, Hilariones, Onuphrios imitari non vis? Senecas saltem, & Sextios, & Pythagoras te meliores esse non sinas. Et quæ tuæ occupationes tantæ, ut hoc non possis quod potuerunt occupatissimi? Præcis illis persuasissimum fuit, diem pessimè finiri, nisi sic finiretur: pænè perisse sibi censabant diurnas horas, quæ non haberent hanc diei clausulam, hoc somni prologium. Nimirum hanc maximum

C ad probos mores emolumentum capiebant, hanc unam ad virtutem viam compendiosissimam credebant, in hoc continuæ tranquillitatis portu persistebant. *Ecquid Sen. l. 1. de Ira cap. 36. enim pulchrius simul & utilius hac consuetudine excruciantium diem? qualis ille somnus post recognitionem sui sequitur? quàm tranquillus, altus, ac liber, cum aut laudatus est animus, aut admonitus, & speculator sui censorque secretis cognoscit de moribus suis? Detumescit sensum superbia; mens avara se latius expandit; libido frænum recipit; mitescet ira, eritque moderatior; omnia vitia minus sibi licere credent, si sciverint sibi quotidie ad judicem esse veniendum. Sed in digitos mitto hujus examinis vespertini commoda.*

§. I.

Somnus etsi tranquillus esse possit & placidus, tutus esse non potest, nisi præmittatur ei hoc conscientiaē examen. Nam pænè idem est, ignis in sinu, & peccatum in conscientia. Is demum securè dormit, cui dicere licet: Jam rationes posui cum Deo meo; promptus paratus sum ad omnem Dei nutum. Nec vivere recuso, nec mori pertimesco; bonum Dominum habemus. Huic ego me meaque omnia quàm integerimè committo. Ades somne, & fac officium; jam tuus sum. Hoc est, mi Gerarde, inter brachia Christi Domini suaviter obdormire.

2. Aurora insequens tantò erit jucundior, quantum fuerit compositior præcedens vespere. Nam posterum mane felicitatis suæ partem trahit à præterito vespere. Matutinas cogitationes nec lætas habebit nec sanctas, qui pridie cum tristibus aut pravis quietem aspiciatur. Hinc in cœnobiis lex pia & perpetua, Completorio, quod vocant, finito, linguæ ferias indicere, & altum silere. Quies & taciturnitas tunc omnibus imperatur. Vult quis loqui? Deum habet, cum illo sermones miscat:

188 P

189 M

190 M

191 M

192 M

193 M

194 M

fecat: vult quis deambulare? in caelo potest, sat amplum deambulationi hoc pratum est: cupit quis esse cum sociis? innumeros habet Angelos, illis se jungat, sed silendo, precando. Si secus fiat, nec proximam noctis, nec securam dici preces succedent, quidquid enim pridiano vesper viderit quis, dixerit, egerit, recurret, & omnem orationis & actionis bonae vim turbabit & elidet. Ergo, ne manet malus sis, vesperi bonus esse incipe.

3. In omne genus vitii pugnat. 3. In omne genus vitii nil aequè pugnat, quam firmum animi decretum ac propositum CAVENDI, idque crebrius restauratum. Atqui animus nitore sui amans, non opportunius hoc caput se statuerit, quam ubi vesperi errores suos ipse recens deprehenderit. Hic decernat, hic sanciat ac proponat quam firmissimè CAVERE in posterrum, quae toties male non caverat. Juret, hoc est, firmissimè statuat *custodire judicium justitiae Dei*: non uno alterove dumtaxat die, sed per omnem vitam, aeternum. Ad hanc animi destinationem facit, disquirere secum, quo loco, qua societate, quibus occasioneibus, ad noxas priores committendas, sit inductus, & has constanter evitare, conatu generosissimo insistat. *Id si quotidie* (inquit Chrysostronus) *diligenter facies, terribili futuri judicis tribunalis letus assistes*. Hoc modo Paulus seipsum munda-vit, ac ideo dicebat: *Quid si nosmetipsos dijudicavimus, non utique judicavimus*.

Psal. 118. vers. 106.

In cap. 11. Matih. ho-mil. 43.

1. Cor. c. 11. vers. 31.

§. I. I.

4. Gratum esse Deo efficit. 4. Maximi res momenti est, gratum esse Deo, idque si non singulis horis, diebus saltem singulis. Momento quovis in nos Deus beneficus est. Quid magni reddimus, si nos in ipsum grati sumus, quovis die femel sub vesperem? Aestimare beneficium, magna honesti pars est, & referre caepit, qui debere se confessus. Liberalissimus Deus est, nec vinci se patitur liberalitate: novis nos beneficiis assidue cumulat, quoties nos ea gratè accipimus. Hic verissimè dicitur, *Gratia gratiam parit*; neque nos unquam merita Deo gratiam referimus, quin novam identidem gratiam obtineamus. Certat nobiscum Deus, sed armis imparibus, ille beneficia conferendo, nos solum gratias referendo, seu agendo; nec istae unquam tor ac tantae sunt, quin illa & multò majora sint & plura. Ita felicitatis nostrae est, hic semper superari. Et quando autem commodius Deo gratos nos praebeamus, quam in vespertino examine conscientiae, cujus primum caput est, GRATIAS AGERE.

Sophoc. in Oedip.

5. Conscientiam à veneno letalium inimitiarum purgat.

5. Quoties dissensiones, lites, inimicitiae planè letales oriuntur interdiu? jurgiorum, sanè & discordiarum ubique plurimum est, nec ullus finis rixandi. Orto igitur incendio tali, & nondum sopito, cubitum ire & somno se committere, facinus est audacissimum, & exitiosa planè temeritas. Si hac nocte subitè (plurimis contigit) mors te configeret, ah! quò ires miser? quò migraret animus?

Est veneni genus lene, & quod non statim saeviat, sed eo hausto somnus letalis est. Et tu, mi Christiane, venenum haustisti, quod tibi Rixa, quod Odium & Discordia, quod Libido & Incontinentia propinarunt, & jam dormis? nec prius pharmacum adhibes, nec prius hoc toxico conscientiam liberas? Num tibi videris in plumis cubare? Mihi crede, ad ipsas inferorum fauces dormis: levi sit impulsu, & in inum præcipitaris. Ergo prius venenum expue, conscientiam purga, ingemisce, pete veniam, & sic demum somnum admitte.

6. Conscientia curatur esse per diem letali nevo in-quinata.

6. Eadem est ratio omnium letalium noxarum. Conscientiam sibi esse vel unci letalis criminis, nec illud poenitentia deesse, nihilominus se somno committere, extremam temeritatis est, & periculum proximum morti, idque aeternae. Et quis magis mortuus eo (ut Bernardus loquitur) qui portat ignem in sinu, peccatum in conscientia? nec sentit, nec excutit, nec expavescit. Vide, mi homo, si tibi Hispaniarum regnum, si Turcarum imperium, si totius Orbis dominium offerretur in praemium, ut vel nocte unica somnum caperes, letalis noxae

Tom. I.

A conscientius, haec tamen tibi omnia, velut frustillum fungi, rejicienda forent, praè illo formidabili periculo quod adires. Et discrimen non vides? aliquid quidem lucrari posses, sed infinitè plus posses perdere. Jam verò nullum tibi praemium ponitur, minae ingeuntur, supplicium proponitur, idque aeternum, tu tamen ludibundus, hilaris, jocabundus, potulentus in plumas te abjicis, absque ullo Numinis pavore; nullà conscientiae curam, nullo inferorum metu. O crebram, sed nimis periculosam insaniam! At verò qui letalem Conscientiam, prout par est, vesperi curandam sumit, & male acta deplorat, etsi forte per diem letali nevo se inquinavit, eaque nocte vi sita bita extinguitur, tamen *in refrigerio erit*, supplicium saltem aeternum evadere censendus est. Et hoc verè est brevi dolore cruciatus aeternos redimere.

Sap. cap. 4. vers. 7.

§. III.

7. Est ergo haec conscientiae exploratio, nostri in virtute profectus incitamentum primarium, & ut tale sanctissimi cuique ac doctissimi viri jam olim id nobis commendant. Hanc suis legem tulit Basilus, ut quovis vespere, suam quisque conscientiam rimaretur. Idem Antonius, idem Bernardus, Bonaventura, Cassianus, Ignatius auctor Societatis Jesu, aliique suis impense commendarunt. Cassiani verba sunt: *Quamobrem ita nobis adversus hac arripienda sunt praelia, ut unusquisque vitium quo maxime infestatur, explorans, adversus illud arripiat principale certamen, omnem curam mentis ac sollicitudinem erga illius impugnationem observationemque desigens*. At verò de vitii exploratè judicare nunquam sciemus, nisi in quotidiano conscientiae-examine naturam eorum nosse didicerimus. Mercator ad incitas redigetur, nisi quaè damni, quaè lucri calculos creberrimè subducatur. Et hic quidem si industrius sit, tam acceptae quam expensae pecuniae rationes quotidie inspiciet. Ita prorsus Ephrem Syrus faciendum suadet iis qui dum vivunt, lucrari cupiunt: *Diebus, inquit, singulis vesperi & mane diligenter considera, quo pacto sese habeat negotiatio tua, ac mercimonii ratio, & vespere quidem ingressus cubiculum cordis tui, examina teipsum ac dicito: Putasne hodie Deum in aliquo exacerbavimus in re aliqua fratrem irritavi? num alicujus famam detractionibus laceravi? &c. deprehensis noxis gemium, dolorem, & lacrymas jubet superfundi*.

7. Est incitamentum ad virtutem. Homil. 1. de Instit. mon. De int. dom. c. 65. Collat. 5. cap. 14.

De matutino examine: *Facto jam diluculo, inquit, rursus eadem tecum meditare & dicito: Quomodo, putas, ista mihi nox praeterit? Lucratum sum in ea mercimonium meum: numquid improbe ac sordida cogitationes invaserunt me, atque illis libenter immoratus sum? Eodem prorsus modo Dorotheus: Quo pacto, inquit, per singulos dies, nos ipsos purgare & propemodum expiare debeamus exactissime, docuerunt majores & Patres nostri. Nempe ut vesperi sedulo, quisque perquirat & investiget, quomodo pertransierit diem illum. Rursus mane examinet, quomodo exegerit noctem illam, & poenitentiam agat ac respiscat coram Deo, si quo pacto (ut fieri potest) peccatum aliquod admisit*. Chrysostronus, de hoc ipso

conscientiae tribunali differens: *Hac, inquit, fiant singulis diebus, nec prius dormieris, o homo, quam mente versaveris, quae à te interdiu perperam acta sunt: & die sequenti eris omnino tardior ad ea ipsa rursus aggredienda*. Post pauca interjecta: *Singulis diebus, inquit, vesperi ab animà rationem exige, & cogitationem qua peccavit, condemna, eam veluti in ligno suspende, & torque, & jube ne amplius ea aggrediatur*. Quid clarus? Et an, Gerarde, notasti illud, *singulis diebus, bis inculcati? Neque etiam nescis, haec à Chrysostrono non monachis, sed civibus, sed Christianis omnibus seridè dicta*.

Tom. 3. ser. ascer.

Serm. 11.

Tom. 1. in Psal. 4. post med.

Ibid. tom. 1. pag. 619.

A sanctis examen conscientiae est commendatum. Math. c. 18. vers. 16.

§. IV.

Ed num vis, Gerarde, aliorum etiam Patrum testimonia recitem? GERARDE. Satis me istis lapidasti Polychroni, & liquere puto, de hujus exercitii utilitate. In ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Fateor, rem

rem unam omnium utilissimam videri: modò ea etiam aut iucundior nobis videretur aut facilior. Et quis enim est qui non in se deprehendat & maximam proclivitatem peccandi, & peccatorum facillimam oblivionem? utriusque malo, non dubitem, insigniter medetur quotidiana hæc conscientiae perscrutatio. **ΠΟΛΥΧΗΡ.** Rem dicis, Gerarde: hinc & hinc miseri sumus, hinc nimis temerè delinquendo, illinc properè nimis obliviscendo delicta. Opus foret propemodum facere, quod illi apud Climactum, qui pendentem à cingulo libellum chartaceum ferebant, in quem suas etiam cogitationes quotidie referebant. Et hæc viris sanctissimis causa fuit, non semel tantum de die in seipsum inquirere, & in istud conscientiae jus ambulare: unà die sæpius id facitarunt.

Gradii 4.

Ribad. lib. 5.
vita S. Ign.
c. 1. & Mass.
lib. 3. cap. 1.Tusf. lib. 6.
vita Xaverii
cap. 6.Schoet. lib. 4.
vita Borg.
cap. 4.Hier. cap. 1.
vers. 10.Eccles. c. 10.
vers. 18.
2. Reg. c. 4.
vers. 5.
Matth. c. 13.
vers. 28.
Prov. c. 24.
vers. 30.Horat. serm.
lib. 1. sat. 3.Lib. 2. de
confid.De int. dom.
cap. 31.

Societatis Jesu pariter archa, sanctus Ignatius, horis interdiu singulis animum confuevit colligere, ac sepositis curis examine conscientiam urgere. Tum, si vis afferretur, quæ horam ei consuetudini negasset; proxima confestim refarcire. Ignatii sodalis, magistri sui felicissimus imitator, sanctus Franciscus Xaverius, eodem profus studio fervens, de die sæpius accuratè perscrutatioe intimos animi recessus inspiciebat, & ceteros ad idem faciendum magnopere hortabatur, raras in eo perfectæ vitæ cardinem verti. Rari exempli sidus Franciscus Borgias, eodem magisterio eruditus, non satis habuit his quotidie conscientiam pertentare, singulis horis diurnis seipse ad unguem excutiens exploransque, memoria repetebat dicta, facta ac prætermissa; inquirens in se graviter. Ab his exemplis, in legem retransiit, ut omnes in Societatem Jesu adscripti, quotidie bis examinandæ conscientiae accuratam navent operam. Sunt & alii hodièque religiosi homines, qui hæc legem tam exactè observant, ut non tantum bis quotidie conscientiam examinent, sed huic soli examini horam integram diebus singulis impendant.

§. V.

RE vera, nisi quotidie animi nostri hortulum ingressi, subnascentes in eo steriles herbas quam primum extirpemus, brevè silvam, non hortum habebimus. Quisque sibi dictum putet divina illud: *Constitui te hodie, ut evellas & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices & plantes.* Et nisi hoc semel minimum de die fiat, intellexit lolium & steriles avenæ dominabuntur, surget gramen inextinguibile. Nonne pigri & malè feriat hominis domum stillicidia tandem demoluntur? Nonne cum dormiret Ithobeth, à latronibus jugularis est? Nonne hoc pacto zizania dormiente patrefamilias excreverunt? *Transivi,* inquit Hebraeus Sapiens, *per agrum hominis pigri, & per vineam stulti, & ecce totum repleverant urtica, & operuerant superficiem ejus spine, & maceris lapidum destructa erat.* Talis est animus hominis; silvescit & fit desertum vepribus fertilissimum, nisi conscientia identidem & quotidianà industrià repurgetur.

Neglectis urenda siliæ innascitur hortu. Hic ligo nunquam manu mittendus, aut mox spinæ se prodent. Ligo iste aut sarculum, est examen conscientiae, ad omne vitium, antequam ætatem & vires acquirat, ex animo evellendum. Bernardus: *Quamobrem, inquit, noveris te, ut inter angustias, quæ non desunt, fruaris conscientie bono, magis autem ut scias quid desit tibi. Nam cui non desit? omnia illi desunt qui nihil sibi deesse putat.* Neque satis, ut mentium sit hoc examen, aut ut quot hebdomadibus, sed ut quot diebus fiat, quod Clarevallensis ille Antistes gravissimè urgens: *Disce, inquit, in eo secundum communis instituti leges tu tibi præesse, & vitam ordinare, & mores componere, & temetipsum judicare: teipsum apud teipsum accusare, sepe etiam condemnare, nec impunitum dimittere. Sed eat judicans justitia, sit rea & seipsam accusans conscientia: Nemo te plus diligit, nemo te fidelius judicabit. Mane præterita noctis fac à temetipso exactionem, & ventura*

diei tu tibi indicito cautionem. Vespere diei præterita rationem exige, & supervenientis noctis fac indictionem. Legem hanc quam alius tulit Bernardus, eandem & ipse servans: *Propterea, inquit, statuum me ante me, & judicabo meipsum, ut illius extrema & tremenda diei iudicium evadere possim.*

Et hæc examinis istius ingens est utilitas, in supremo iudicio beata securitas. *Si nos ipsos judicaremus, non iudicaremur à Domino, quem, uti D. Gregorius loquitur, tantò quis securius expectat, quantò quotidie vitam suspectius examinat.*

CAPUT IV.

Examien Conscientiæ, quantæ sit necessitatis: & quod dispendium, illud negligere.

Dixi jam de utilitate; atexam pauca de necessitate, quæ hinc tanta est, ut affirmare auisim, in plerisque omnibus frustra nos agere, nisi & hoc agamus. Potest concionator clamare & clamando raucescere; in frangentur pulpita, rumpentur columnæ, tremet sedilia. Omnia frustra, nec in te quidquam ferè proficiet, nisi tu ipse tibi vesperi concioneris, tuam ipsius & reprehensionem & adhortationem audias. Frustra monetur, qui se vult negligere; frustra custoditur, qui se vult perdere. Sic & Confessarius docebit te, sed frustra; monebit & incitabit, frustra & hoc; instabit & præscribet pœnam, frustra omnia. Sæpius tibi dicit: *Hoc vitium nominatim fuge; hos sodales, has ædes singulariter cave; hac viâ, ut scias, ad cælum non itur.* Hic teipsum vince, hinc abstine, hinc tuos impetus coercere; hinc autem generosè sustine, hinc dura, hinc te virum gere, hinc te Christianum ostende &c. omnia hæc futura sunt frustra, nisi tu ipse tui curam geras, nisi hoc ipsum velis aut nolis, quod velle aut nolle juberis, nisi noctu quotidie tuam ipsius confessionem audias, & à te confessario vel absolvaris vel damneris. Sic & magister in scholâ commendabit quidem diligentiam in studiis, patrimoniam temporis laudabit, probitatem in moribus majorem desiderabit, pietatem in omnibus constantiorem à discipulo postulabit, sed quo effectu aut fructu? nisi tu tuus ipse sis præceptor vesperi temet instruendo, examinando, puniendo, non hilum proficies; perdidisti minerval.

Sic & prætor, aut judex, seu alius quis magistratus, vinculis te addicer aut eximet; non tamen ideo verè liber eris aut nexus, nisi tu ipse tibi laxes carcerem, aut obferes, nisi causâ cadas, vel vincas teipso judice. Atque ita conciones, correctiones, admonitiones, castigatioes pleræque frustra sunt, nisi tuus ipse sis & concionator, & confessarius, & præceptor, & judex, quod esse potes, & debes in quotidiano examine conscientiae. Optima illa disciplina est, quam quisque sibi ipse necessarid adhibet: saluberrima mulcta, quam quis ipse sibi imponit. *Multam, inquit Siracides, inveni in meipso sapientiam, & multum profeci in eâ.* Ah, quid tandem sapientiae inveni in seipso vel sapientissimus, nisi seipsum nosse, & ad æquam iudicii trutinam appendere? quod tum fit, cum quis suam conscientiam ad usque fundum penetrat, & boni mali que congeriem secernit distincto examine. Hæc illa multa sapientia est, quam cuiusvis in seipso licet invenire, in eaque quotidianis incrementis proficere. Vanum est in omnibus aliis alium sapere, absque hac sapientiâ.

§. I.

Refert è Græco Pelagius interpres, ascetam senem apud religiosum juvenem de domo conscientiae semper purgandâ sic disseruisse: *Diabolus est inimicus, & tua conscientia domus. Igitur ingenium inimici qui notis: nunquam non sordes tractat, gaudetque unice, si illas,*

1. Cor. c. 11.
vers. 31.
Lib. 2. mar.
cap. 5.Tanta est
necessitas
examinis
conscientiæ, ut in
plerisque
sine eo ni-
hil agamus.Ad
p.Debi
male
de suiDebi
male
de sui

illas, quas odit, domos sordibus oppleverit. Hoc ergo agit, ut, quidquid potest immunditiarum, in te effundat. Tuarum verò partium est, immixtas spurcicias continud revertere, & conscientiae domum solertia quotidiana conservare mundam. Si neglexeris, tua tibi domus illuvie tantâ implebitur, ut ad eam vix ipse reperias aditum. Igitur principis obsta, & sicut inimicus tuus quotidie aliquid sordium in te conjicit, ita tu quotidie, quidquid inquinamenti per diem refecerit, hac velut spongia deterge, suum illi cœnum nullo non die remitte. Sic nitidam servabis domum; cesserit hæc cura, mox hara fiet conscientia, & immundum cubile vitorum. In navigiū sentinā quid fiat, nosci: uti ea semper aliquid aquarum recipit, ita est qui semper exhauriat, quod persillantium undarum receptum fuit, aut navis paulatim illabentibus & crescentibus aquis suaviter submergitur. Eodem profusus modo cum quotidie aliquid pravi operis, aut incauti sermonis, aut immundæ cogitationis, nobis etiam vigilantibus subrepat, necessarium omnino est, ut id quotidie hoc velut haustro, in dies singulos egurgitemus, aut sanè in dulcem succumbemus interitum. Ergo tuam vespere, mi homo, sentinam exhauri; tempus est, exhauri sentinam, I modò, & vide, reperies semper aliquid illabentium aquarum. Bernardus, de hac ipsa mentis sentinā differens: *In illud siquidem repositorium, inquit, velut in sentinam aliquam tota decurrit abominatio, & immunditia tota defluit.* Tu itaque exhauri, ne per noctem proximam in navim excurrat sentina & mergaris. Ergo exhauri, vesper est, exhauri. Non facile peribit, qui quovis die ferid cavet, ne pereat.

§. II.

SI ligno aut saxo similes essemus, hoc lustrandæ roties conscientiae labore facile supercedere possemus. Asser dolabrâ semel dedolatus, lapis scalpro semel levigatus permanent, quales eos vel ascia vel cavaorium ferramentum fabri formavit. At nos, hoc ipso miseri sumus, quia tam mutabiles fumus & varii. Uno anno, unâ sæpe hebdomade, quandoque etiam die uno, & virtuti & vitio sacrificamus; eadē frequenter horâ & in ridiculum furorem excandescimus, & mansuetudinem non duraturam descendimus. Stomachum subinde nobis movet luxuria; citò tamen cum illâ redimus in gratiam. Sic arbori crescenti, aut luxurianti palmiti similes sumus: hæc duo sæpius putanda & circumcidenda sunt, ne nimium luxuriant, ac in vitiosam sese amplitudinem diffundant, aut inutili fronde, aut pampino superfluo. Seipsam vermibus pro domo locat arbor, quæ nulla unquam brachia olitoris cultro præber præsecanda: in silvam degenerat vitis, quæ lacrymare non vult, quæ fecari non sustinet. Legibus suis pareat hortulanus necesse est, & nec viti parcat nec arbori: fecet, stringat, vulneret, incidat, amputet, quidquid vitiosi germinis subnascitur, nulli stirpium libertas sit à purgante ferro, si quidem non flores taurum desiderat olitor, sed & fructus. Sic & homo (nisi sui nimium sit amans) in seipso nunquam non reperit, quod purget, quod inferat, quod refecet, quod excutiat. *Et sicut humanis membris, inquit Theologus ille, ab evaporatione fuliginosi & mali humoris per poros, semper aliquid sordium accrescit, ita si caput non pectas, laborabis porrigine; si oculos non colluas, lenis; si dentes non desices, scabrities; si faciem non laves, illuvies; si unguis non refeces, in imo sicut redivivosi, à summo nigrescent & excresecunt aquilarum more: si pedum curam negligas, pedore obsolescent. Sic animus & conscientia, ob concupiscentia fœnitent perenni scaturigine inhaerentem, paulatim contaminabitur, & facies illius in carbonem mutabit.* Ita imago illa & similitudo Dei nobilissima, Christi sanguine lota & restaurata, sensum fœdabitur, & prototypo suo fiet dissimillima. Tam necessaria est hujus examinatio: contra nihil perniciosius est ejus negligentia &

Tom. I.

A omissione, quæ revera tabes quædam est animum excidens; est quædam scabies, seu potius clancularia lepra, quæ minutâ sed crebrâ lethalium pustularum congerie animum malè infectum conficit.

Facilis pereundi modus est, minuta non cavere, & paulatim prolabi ad grandiora: Nec ille unquam navis carebit, qui seipsum rarò aut nunquam reprehenderit.

§. III.

REx Hebræus: *Lavabo, inquit, per singulas noctes lectum meum.* Lectus hic quotidie lavandus, conscientia est. Nam uti lectulus fatigatis & sanis quies est, ad dulce fomentum, sic agris ingens tormentum; hos urit, hos affligit & cruciat, illos recreat & suaviter sopitos, molli gratòque calore circumregit. Ita profus conscientia, ægto à vitis animo urens lectus, aut catasta & equuleus est; animo à vitis libero & sano gratissimus thalamus est, cui ille quietem suam omnem in acceptis referat. Verissimè ille è D. Augustini familiâ: *Gaudebis, inquit, semper vespere, si diem expendas fructuosè. Vigila super teipsum, excita teipsum, admone teipsum: & quidquid de aliis sit, non negligas teipsum.* Neque hoc nimis crebrum putet; quotidie lavanda sunt, quæ quot diebus sordescunt. Lava ergo hunc tuum lectulum quotidie, per singulas noctes, quovis vespere. Nisi hoc à te impetres, ut ille tuus lectulus semper quasi recens sit lotus, nunquam tu quietus eris. Et quæ illa conscientiae quies sit, oprimos dies totòsque soles fabulis, jocis, poculis, nugis, deambulationibus frangere, noctu ad lectum, velut fessus equus ad stabulum, festinare, vix paucas vuculas precari, & in somnum defluere, conscientia frustra insufurante: Perdidisti diem, homo, diem perdidisti, jacuram cogita, fors sequenti die asportandus es ad tumulum. Hanc furdo fabulam occentat conscientia; non audit ille, jam somno sepultus stertit, de crastinâ luce securissimus. Hoccine vivere est, & conscientiae tranquillitati studere? unam quamlibet rem vix ad perfectum adducit assidua vigilia & intentio, ubi jam in utramque autem dormire quis incipit, antequam ad rem suam vigilare, nil unquam præclari operis prodibit. Statuarium aut lapicidam mihi considera, centies uno die regulam suam applicat, ne quid in artis suæ leges peccet, ne quid curvi relinquat, ne quid debitam mensuram excedat: Et nos nec semel quidem de die ad conscientia nostræ lineam opera nostra revocemus? Aspice mihi Chrysoftomum, & vide quàm solerter, ad suam ille regulam opus suum diurnum examinet: *Expendimus, inquit, diem? et in d' anima, quid boni fecimus? aut quid mali operati sumus? Et psal. 50. si quid boni fecisti, gratias age Deo: si quid mali, de cetero ne facias. Nihil est, inquit Augustinus, quod sic quisque debeat cogitare, nisi ut in semetipsum oculos conjiciat, se discat, se discutiatur, se inspiciatur, se querat, & se inveniat; & quod displicet, necet; & quod placet, optet & plantet.*

Hoc est quod regius Psaltes suavit: *Et in cubilibus vestris compungimini.* Spinis indormit, qui læsam conscientiam ad lectum defert.

CAPUT V.

Examinaudæ Conscientiæ quis sit modus.

DIVINUS vates Hieremias, modum examinis hujus instituenti, brevissimo effato docens: *Statue, inquit, tibi speculam: pone tibi amaritudines: dirige cor tuum in viam rectam.* Speculam principio vult collocari, è quâ Dei beneficia die illo nobis impenfa contuemur, & pro iisdem gratias agamus, sed non cum Phariseo illo, qui dum gratus fuit in suis, maledicus extitit in alienis. Verùm de gratiarum actione postea.

§. I.

Apostoli in
cena ult-
ma suam
conscien-
tiam exa-
minarunt.
Matt. c. 26.
vers. 22.

Coenante Domino cum suis ultimū, & jam jam suum corpus in cibum, sanguinem in potum potrecturo, cœptum est examen conscientiae. Nec enim quidquam dubitem, quin Apostolorum quilibet, excepto Icarione, suam prius conscientiam, dein & Christum interrogarit: *Nunquid ego sum Domine?* Perinde ac si pro se quisque diceret: Ego, mi Domine, modò meam conscientiam super vaticinio tuo examinavi; nil illa horum fatetur, nec me reum dicit, si quid tamen in me, me forsā inscio, proditionis lateat, velim, Domine, mihi non parcas, sed proditorem tuum, quisquis ille sit, palam nomines, etiamsi me nominaris: erubescere non recuso, si reus sim. Si nihili tantum flagitium celarit conscientia, te, Domine, loco conscientiae appello, & fidenter interrogo: *Nunquid ego sum?*

Ibid. v. 21.

En mi Gerarde, quā ratione corpus Dominicum eptulatur Apostoli, suam prius convenerint conscientiam, si quid occultae proditionis in ea deprehenderent. Dixerat Servator: *Amen dico vobis, quia unus vestrum me traditurus est.* At illi ob hoc lugubre vaticinium tristes, se reos esse, nec fateri nec negare ausi, quāviserunt singuli: *Nunquid ego sum Domine?*

Ita nos vespere cubitum ituri, à nobis ipsis quæramus: *Nunquid ego sum Domine?* qui hodie preces multas recitavi, & ad illas nihil auscultavi, linguā garriente, corde absente; *Nunquid ego sum Domine?* qui hodie meas ipse laudes tam liberali ore decantavi, alios sprevi, me cælo extuli: aliorum famā detraxi, meam immodicè auxi, lividos dentes aliis infixi, mihi innet blandè indulsi, verbis incautus, levis, sordidus, maledicus? *Nunquid ego sum Domine?* qui tot impuras hodie ac fœdas cogitationes hospitio non exclusi, cum iis, tanquam id nemo cerne- ret, colluisti, vetitæ delectationis avidus, & occultus castitatis hostis? *Nunquid ego sum Domine?* qui diem hunc perdididi, & tam malè tot bonas horas, partim colloquiis vanissimis, partim lusu & otio sterilitatē combussi? *Nunquid Domine ego sum?* qui Gulæ hodie ventriq̄ue cibo potūque nimio sacrificavi: qui cœcus & furens irā, in hos & illos fulmina misi, ad Orcum illos, si licuisset, detrusurus? Ah, mi Domine, namquid ego sum piger ille & indignissimus servulus? Multis quandoque sic interrogantibus, Christi nomine, respondebit conscientia: *TV DIXISTI; agnosce & corrige.*

Ut examen
conscientiæ
conficiatur
integre
suum tem-
pus assi-
gnandum.

Hic occurrit, cuius primo loco videtur monendi, ut scilicet hoc cognoscendæ conscientiae negotium conficiatur **INTEGRE**. Suum illi tempus assignemus, & tatisper alia omnia mittamus, dum hoc perfecerimus. Optimus hic modus est, ut quisque totum diem secum fruteretur, factaque & dicta illius diei omnia noctu remetiatur, ut ubi viderit, quo maximè morbo laboret, ei potissimum mederi curet. *Quidquid in se non sani deprehenderit, eò magis illud persanare conetur, quod minus id videtur sanabile; & hoc ipsum fortius semper aggrediatur & quatit, quod contumaciùs resistit.* Nul- lum sit tam potens aut frequens & familiare nobis vitium, in quo dediscendo desperemus: modò id quod facimus, faciamus integre, quā modum, quā tempus, quā omnes huius examinis partes. Pleraque res hoc ipso non bene fiunt, quia fiunt non integre.

Neque tamen integre solum, hæc vespertina in Conscientiam quæstio institranda, sed & accuratè, ut jam dicam.

§. II.

Accuratè
facièdum.

Hebræorum Regum optimus, David, non solum designavit tempus explorandæ conscientiae, sed quā accuratè id faciendum, exemplo suo docuit. Non ignorabat Rex sapientissimus, quanti referret hic vigilare, ideo quæsitore sui quotidianus: *Meditatus sum, in-*

Aquit, nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum. Neque id feci obiter, non levi brachio, non incuriosè, non oscitanter aut perfunctoriè, sed intentus operi, attentè, & accuratè magnā, omnes conscientiae meæ angulos rimabar, & quidquid sordium ac minimi pulvisculi reperiebam, id totum cum ramento evertebam. *Nocte cum corde meo meditatus sum,* ita ut integras quandoque noctes consumpserim, mecum ipse colloquendo, & exercitabar cogitando, varièque super delictis meis ratiocinando; & scopebam spiritum meum, huc atque illuc quasi scopis cogitationum versabam illum, animūque partes in omnes dividebam, penitissimos mentis meæ recessus scrutabar. Non auri venas in suffossis montibus, sed animi noxas scrutatus est David, de quo pulchrè Augustinus: *Quanta, inquit, homo habet inurus, & non fodit? Scrutabatur iste spiritum suum, & cum spiritu suo loquebatur, seipsum enim interrogabat, seipsum examinabat, in se iudex erat.* Verè non blandiebatur sibi rex iste potentissimus, non excusabat, sed Caronianam in seipsum censuram instituebat, & omne peccatoris sui arcanum rimabatur exactissimè, & quidquid hinc latentium sordium deprehenderat, atroci conatu effodiebat. Censet Gregorius hoc nobis imperari ab Isaiā, qui sic clamans: *Ingrederè, inquit, in petram, abscondere in fossā humo à facie timoris Domini.* Petram ingreditur, qui cordis sui duritiem penetrat: à facie timoris Domini defossā humo absconditur, qui cogitationes terræ inhiantes egerens, in imò suæ vilitatis, magnā submissiōne se contrahit. O cor humanum! ò rupem Marpesiam! ò surdum saxum & immobile! ò duram petram, præsertim cum monitis pulsatur! Vociferatur è cathedrâ Ecclesiastæ, instruit in pœnitentiæ tribunali sacerdos, hortantur probi, exempla invitant, funera monent, libri docent, leges urgent, clamat Christus, & tamen cor hominis, velut durissima petra, ad hæc omnia obsurdescit. Sic petra ista, nec voces, nec vociferationes illas, nec monita nec clamores hos audit, nisi quis hanc suam ipse petram subeat, & in omnia à se dicta, cogitata, cupita, omnia severus iudex inquiret. Et hoc alterum est, quod ad istius examinis modum pertinet, ut id fiat **ACCURATE**.

§. III.

Tertium in huius examinis modo spectandum, ut id fiat cum sensu & **DOLENTER**. Hieremias Propheta ad hoc cohortatur: *Pone, inquit, tibi amaritudines.* Hoc jubet vates, ut cum quis præteritæ diei noxas & errores deprehenderit, non illos tegere, non excusare, non defendere conetur, sed seipsum accuset, & omnem in se culpam derivet, doleatque, toties, tam protervè & petulanter, tam procaciter & impudenter Deum offendisse. Et quæ animi nostri levitas est? pecuniolam perdimus, aliquor obolorum aut rei vilissimæ jacturam facimus, & lacrymis maximè seriis damnum deslemus: Deum lædimus, tempus prodigimus, cælum amittimus, & etiamnum ludentibus oculis hilarissimè ridemus, nec damni magnitudinem sentimus; stat etiamnum exporrecta & serena fronte, nec ullum luctus indicium se prodit. O audacissime mortalium, *pone tibi amaritudines.* Deum offendisti? ingemisce, dole, peccatus tunde, de teipso pœnam exige, & quantum ex immoderato usu rerum habuisti delectationis, tantum tibi nunc doloris scias esse animo capiendum. Rex Ezechias accuratè hoc observans: *Recogitabo, inquit, omnes annos meos in amaritudine anime meæ.* Ita quis vespere seridè dicat: *Omnes horas quas per orium expendi, omnia momenta quibus Deum offendi, in amaritudine anime meæ recogitabo, nec ante lætitiā animi resumam, quàm Deum peccatis meis propitiaverō.* Jobus infensus sibi ipsi: *Nunc autem, inquit, oculus meus videt te.* Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiā in saxillis & cineribus.

De

Augul. in
Psalm. 76.

In Job l. 11.
cap. 21.
Isaia cap. 2.
vers. 10.

De
sem
med
vite

Ca
in o
per
dum
iter
ref.

Cum sensu
& dolenter
facièdum.
Cap. 31.
vers. 21.

Isaia c. 38.
vers. 15.

Job cap. 22.
v. 5. & 6.

vere. Ah quoties, mi Gerarde, possim ego vesperi dicere: O mi Deus, tui oblitus sum die isthoc integro: vagabar huc illuc, quod me vel oculorum curiositas, vel mentis libido egit: hic colloquii miscendis, illic pecuniis numerandis intentissimus; isthic libri & chartæ, hic alveus lusorius & tesserae me sibi totum rapuerunt: tu mihi, ô mi Conditor, nunquam in oculis, nunquam in memoriâ cras hactora die. Nunc autem oculus meus videt te; vix serò tandem, & sub exitum diei recordor tui, ô mi amantissime Domine, idcirco ipse me reprehendo & ago penitentiam, ob tam turpem & prolixam tui oblivionem.

Bern. de int.
Doms. c. 2.4.

De hoc conscientiae dolore præclarissime sanè disse- rit Bernardus, cuius verba omnia, prout omnino digna sunt, fidelissimè recitabo: De diversis igitur mundi partibus, inquit, in quibus cor vagum & profundum tenetur, vel vanè occupatur, ad seipsum redeat, & seipsum discutiatur, cumque invenerit culpam, timeat poenam. Quærendo autem culpam, nusquam illam nisi in se reperiat: reperit autem culpam & poenam causâ, seipsum puniendo, se ante se statuatur, & tanquam alium se iudicet. Se equidem culpatum, ante se afflictum: se reum, ante se iudicem severum: se impium, ante se ad pietatem reversionem: proponat se ante se, discernat quid à se faciendum sit de se, justè in se injusto insigat justa flagella. Loquatur etiam sic sibi: Quia pacem deseruisti apud Dominum Deum tuum, & bellum incurristi apud teipsum, scissuram pateris, ut tu à teipso condemneris, quia pactum pacis rupisti. Vis quod non vis, & non vis quod vis, à teipso condemnaberis. Nolenda vis, volenda non vis. Ecce de ore tuo te iudico serve nequam. Afflige itaque te, & statue contra faciem tuam, & recogites stultitiam tuam. Sic igitur in miseris suis ad seipsum convertitur cor, & sstitur cor ad cor.

Bernard.
serm. 10. de
vicio bene
vivendi.

Audis, Gerarde? prius nobis miseriam nostram gustandam, quam quies. Nemo somnum suavius aut securius admittit, quam qui tale poenitentiae & doloris præmittit exordium. Ergo Conscientiae navi, cum sensu, & DOLENTER abstergendi: hic omnis ex animo eradenda est nequitia. Ergo, ut idem Bernardus monet, *Batizemus lacrymis conscientiam nostram*: abstergamus & eradamus, quidquid ei vitiositatis inhæret.

§. IV.

Constant
in ceptis
perduran-
dum.
Hier. c. 31.
vers. 21.

A Marituidines sibi posuisse, uti Hieremias vates loquitur, satis non est, nisi & illud quod addit, sequatur. *Dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti.* Præteritam culpam horres? ergo & futuram cave. Agnoscis morbum? ergo & de remediis jam cogita. Deprehendisti forsitan cor tuum procul à cælo, procul à Deo in vias avias evolasse; retrahe, & dirige in viam rectam. Erit fortassis cum accusante conscientia fateri cogèris: Hodie bis litigavi, unum aliquem in via prætereuntem irrisi, convitia jeci non pauca in domesticum, absentium nomen detractationibus laceravi quinquies, uni amicorum beneficium exprobravi, ter imprudenter & incaute respondi, diras omnes & devotiones pessimas in alios deprecatus sum sexties, temerè juravi ultra quam decies, semel iterumque verbum lascivius mihi excidit, in mensâ mihi contradicentem audaci dictione momordi, ut minimum quater mentitus sum, ad morosus imperium eloquenter & copiosè obmurmuravi, in cenâ virtutes meas nescio quas vanissimè ostentatione jactavi, & dives fui promissis, quibus nunquam stare cogitavi: Sed & illud memini, quod in amici aures plautrum querelatum exoneraverim, simul & suffronem egerim, atque ab uno audita ad alium detulerim amicitia dissociandæ. Sed & illud recordor, quod in colloquentium circulo duorum mores temeraria censura vituperarim: porro verborum otiosorum nullum estimare numerum.

Et hæc tor pestes à solâ lingua sunt: quid jam oculi, quid aures, quid manus, quid ingentia cogitationum

A agmina die uno non delinquent? Dirigam ergo cor meum, & cum eo meos oculos, aures, & manus meas, meamque linguam in viam meliorem. Ita propono, ita sanctissimè statuo, neque solum memoria hoc tradam, sed & in opere tentabo. Nunquam probus ero, si scivero tantum hæc cavenda, nisi & caverò, & fugerò vitia. Hoc est enim esse sanctum, non si à sceleribus abes, sed si ea refugisti. Hunc laudemus. *Qui potuit transgredi & non est transgressus, facere mala & non fecit.* Ergo hoc unum agam, ut in ea quæ jam detestor, non recidam, aut id poenâ præsentem luam: certè toties mentiri, jurare, malè imprecare, aliis detrudere, similiaque vitia quæ me toties implicuerunt, posthac studiosissimè fugiam. Et in hoc obstinabo animum: *Dixi custodire legem tuam, Juravi & statui custodire judicia justitiae tuae.* Scio, tantum quisque proficit, quantum conatur, & vult. Huc ergo cunctas faciendi & non faciendi rationes dirigam. Etiam si laboriosum erit, faciam tamen, quod faciendum jam video, & quod facturum me recipio. Simili ratione, quidquid jam turpe iudicio, etiam si pecuniam, etiam si voluptatem ferat, tamen non faciam. Ab honesti amore re nullâ deterrebor; ad turpia spe nullâ invitabor. Decretum est, non committere, ut in antiquas sordes revolver. Dixi, statui, juravi, hujus tenoris mei permanere, & hanc animi obstinationem quotidianis stimulis urgere. Et modò hoc exercitii genus seridè tentem, usi ipso fiet facile. Accerrimus quisque labor sæpe ad oblectationis dulcedinem mansuescit; nec quidquam est quod principio sui possit perfici. Quod aliquanto tempore vix ullum successum habet, tandem succedit. Et quem unquam ista destituere tentantem? qui non faciliora apparuere in actu? Non quia difficilia sunt, non audemus: sed quia non audemus, difficilia sunt. Ergo audendum & incipiendum; ergo persistendum in cæptis & perdurandum. Et hoc est *CONSTANTER*, ac novis quotidie sanctionibus animum ad optima quæque impellere. Alioqui desultoria est nostra probitas, & nos ridiculi iudices sumus, qui in dies mutamus & nostra decreta ipsi convellimus; grandes poenas minamur, sed minamur tantum, & cum jam tenemus farentem reum, multamur occultè: *Sit venia factò, dissimuletur hoc; cur meus ipse sim carnifex?* Hoc non est *CONSTANTER* agere. Sed hoc ipsum paulò luculentius octavo capite demonstrabo.

Ecclesi. c. 37.
vers. 10.

Psal. 118.
vers. 57.
& 106.

§. V.

Vltima est, sed primaria ratio examinandæ conscientiae, ut illi vitio magis insistas, à quo magis infestaris. Et hoc ego appellem, Conscientiae ACCOMMODATE mederi. Quid digiti obligas, cum stomacho labores? quid pedi applicas malagmata, cum in pulmone sit vitium? quid pilos præcindis, cum membrum ressecandum est, ne pars sincera trahatur? Illam partem potissimum cura quæ æger es. Quid tecum ipse ligas, quod incautus somno cesseris, quod die vetito iuiculum è carne nescius sorbueris, quod lævo pede è lecto surrexeris, pransurus manus non laveris, die Veneris ungues secueris? quid in his tricaris? si te luxuria urit, si te coquit invidia, si accendit ira, si pungit avaritia, si inflat superbia. Medere tu prius tuæ libidini, aut ambitioni tuæ; malum expugna robustius. Quid Gabonitas obsides? Hethæos, Gergezæos, Amorrhæos, Chananæos, Pherezæos, Hevæos & Jebusæos impugna, hos pere, hos ad internecionem cæde, hos extingue, sed paulatim & per partes.

Ego quidem minores noxas non ajo negligendas, sed vitia maligniora potentiùs subigenda. *Qui omnè conatum cõfert ad extirpationem unius capitalioris vitii, is unà tollit radicem & fibras aliorum multorum.* Quisquis itaque seridè vult proficere, ante omnia norit, cui vitio sit proclivior, in quem animi morbum propensior.

Qui extirpat unum capitale vitium, is unà tollit radicem aliorum multorum.

Nam uti sum cuique crux est, quam Servator commenda-
dat porrandam, ita suum cuique est vitium, quod idem
imperat superandum.

Horat. lib. 1.
serm. sat. 3.
Plur. de ira
cohib.

In malis offendimus omnes.
Nam vitium novo sine nascitur: optimus ille est,
Qui minimis urgetur.

Quotivisquisque est, cuius inter illustria decora non ali-
quis naevus extet? Hic non penitus iracundiae, ille non
linguae est potens. Alteri in curando corpore necessita-
tis imponit species, non nemini species divinae laudis
in suis factis virtutibus commemorandis. Vir usque-
quaque sui Dominus peraratus est. Errare, labi, decipi
humanum est. Suis cuique naevus, suum cuique dome-
sticum est vitium. Huc vires, huc conatum & indu-
striam, huc machinas & arma transfer ad expugnan-
dum. In hoc vincendo & penitus extirpando quotidie
reipso sis fortior. Ira te inflammat? ad iram ergo, sub
imperium & potestatem rationis cogendam totus in-
cumbes, crebra eam mansuetudine retundere, vires il-
lius & impetum aliofsum divertere, omnia ei fomenta
subtrahere, illam denique quomodocumque comprime-
re, idque quotidianis victoriis assequi stude. Superbia
te tumefacit? ad superbiam ergo evertendam, quan-
tus es insurge, eamque frequenti submissione ex alto
dejecere, & nullo non die sub jugum mittere conare.
Ad ima descendere, abicunquē supercilium & fastus in al-
tum te invitat; in omnibus subesse discere. Libido te sti-
mular? ad libidinem ergo coercendam, omne consili-
um confer. Hoc cogita, hoc meditare, quibus artibus
hanc pestem à te penitus excutias; cave & fuge quid-
quid vel libidinis suspicionem olet. Quaecumque pudica,
quaecumque casta sunt, grata tibi sint & amabilia. Sen-
tiant te libido capitale hostem, & sibi nusquam non ad-
versari. Quae vero ratione contra libidinem unoquoque
die suas robustior, sub noctem cum tua ipse conscientia
expende. Idem assero faciendum cum aliis universis vi-
tiis. Praclare dixit Musonius, eos qui sani esse velint, ita
vivere debere ut perpetuo curentur. Nisi hoc agimus,
frustra agimus. Nunquam non intenti sumus in hanc ani-
mi curam. Qui animo valere vult, diligentiam assiduam
conferat in hanc valetudinem. Illud autem caput rei est,
nosse in quod quisque vitium feratur proclivius. Si sic,
Gerarde, inquit, in malo mederi vellemus, è facili &
brevis possemus sanari.

At nos saepe decimamus mentham & anethum, &
cuminum, & relinquimus quae graviora sunt legis, ex-
colamus cuscicem & glutinum camelum. Tetrores con-
scientiae nescio quos in minimis fovemus, & negligimus
maxima, integro brachio emplastrum imponimus, cum
exulcerati renes suppurent. Quid agis homo? tu tuum
ulcus cura: tu tuam iracundiam perlasa, tu fastum &
tuumorem tuum deprime, tu tuam libidinem extingue:
at tu invidiam tuam digere, tu gulam substringe, & de
hoc tecum ipse loquere. Quid autem, inquit Seneca, re-
cum loquaris? quod homines de aliis libentissime faciunt, de te
apud te male existima. Assuesce & dicere verum, & audire,
praesertim à teipso. Id autem maxime tracta, quod in te esse
infirmissimum senties. Nota, Gerarde, nota: ei parti praec-
cipue medendum judicat Romanus Sapiens, quam sen-
serimus infirmissimam. Et hoc inde liquet. Nota habet
quisque corporis sui vitia: itaque alius medicamentis
exterioribus levat stomachum, alius interposito jejunio
corpus exhaurit & purgat. Hi quorum pedes dolor re-
perit, aut vino abstinent aut balneo; in cetera negligentes,
huic à quo saepe infestantur, occurrunt. Sic in animo
nostro sunt affectae partes, in pectore collectio & vomica
est, cui adhibenda curatio. Quales vomicae, quam
maligna ulcera, Superbia, Libido, Avaritia, Invidia?
Quo circa quotidie ulcus tuum cura, vomica tuam ex-
terge, aut crescente malo interibit animus. Et hic est
modus sua dicta, facta per diem exacte recogoscendi,

Epist. 68.

Matth. 6. 23.
vers. 24.

si quis conscientiam suam integre, si accvrate, si
dolenter, si constanter, si denique accom-
modate, ut jam diximus, conetur excutere. Unum
hoc superest, non scire haec tantum sed exsequi, & usi
quotidiano facere faciliora. GER. Etiam de partibus
hujus examinis dicturum te spero.

CAPUT VI.

Examinae conscientiae quot, & quae
sunt partes.

POLYCHRONIVS.

RES pridem nota; plerique omnes, quibus de hac
re sermo, partes assignant QVINQUE, quas nunc
paullò explicatius proponemus.

§. I.

PARS prima: *Gratias agere conditori, pro acceptis beneficiis.* 1. Gratias
D. Basilio teste, *optimus precum prologus est, Gratiarum agere con-*
ditio. Et haec, vel ea etiam de causa, loco principe, po-
nenda, ut nostra improbitas liberalitati divinae collata, *beneficiis*
vehementiore nobis pudorem incutiat. Hac prorsus *in consi-*
methodo divinus Nathan, una cum Hebraeo rege Da-
mon. cap. 1.
vide conscientiae examen orsus est. Primo loco quae *post ini-*
Deus in eum beneficia conferta manu effudisset, recen-
sens: Rex, inquit, unctus es, insidias Saulis evasisti, do-
mum opulentissimam nactus es, imperium tibi in Israe-
lem & Judam commissum est: & si quidem tibi parva
haec videntur, paratus est Deus adiacere majora. En,
quam suaviter & aulicè (sic dicam) rex iste invitatur ad
agendas gratias. Hoc primum istius examinis caput. Al-
terum: mox enim caecitatis illum insimulans, & oculos
adhuc clausos vi diducens: *Quare, inquit, contempsisti ver-*
bum Domini, ut faceres malum in conspectu meo? Hoc secun-
dum examinis caput, cui mox adjunctum & tertium *et seq.*
hoc modo: Uriam occidisti, uxorem illius rapuisti, adul-
ter & sicarius, gemini sceleris compendio. Ergo, pri-
mum in hac conscientiae tractanda causa, caput est,
Agere Deo gratias. Omnia facienda sunt ut Deo quam
gratissimi simus. Et quid enim Numini magis debemus
quam gratiarum actionem. Dei beneficia nostris non
tantum non vincere, sed nec exaequare; non tantum non
paria iis, sed nec inferiora possumus reddere. Tanti nos
non sumus, ut in Deum possimus esse benefici. Penes
nos sola est potestas referendae gratiae. Quotidie, quavis
horà, (quid dico?) quo vis momento, alia atque alia be-
neficia confert in nos Deus. Singulis momentis hoc agit,
perinde si nos recens & denuo creet, atque insuper do-
nis auget quamplurimis. Et quod hoc monstrum ingra-
ti animi, in tantorum beneficiorum mari natate & nec
semel quidem per diem benefactoris meminisse? mi-
selli, nec digitum quidem movemus, Deo non juvante,
D à quo nobis cibus, potus, vestis, corpus, animus, bona
omnia. Quid autem hoc magni sit, semel per diem
oculos caelo attollere, & benefactorem suum venerari
his vocalis, AGO GRATIAS. Num possumus liberalissi-
mè danti, minus reddere? qui meminuit, sine impendio
gratus est. Pluit in nos beneficiis Deus, idque sine mer-
cede, & nobis grande quid videatur aut grave, vespere
fateri & dicere: ACCETIMVS. O mortales tam benefi-
ciorum avidi quam iis ingrati! quoties hominem exi-
tis & in bestias degeneratis? sit verbo venia, sic solent
porci sub illice pascentes, in dejectum pabulum cupidis-
simè feruntur, quis dejecerit, curae ipsi non est; quid-
quid oculorum habent, in glandibus haeret, ad pasto-
rem suum in arbore non suspiciunt. Ita nos novis sem-
per cupiditatibus occupati, non quid habeamus, sed
quid petamus, inspicimus, non in eum qui dat, sed in
illud quod datur, intenti. Nihil carius aestimamus quam
benefi-

lib
m)

2.
lun
De
nci
ror
die
mil

Ep

1 Ep
vers.

Hom.
Elast

beneficium quamdiu petimus: nihil vilius, cum accipimus. Saepe apud nos & gratia beneficij, & memoria omnis aded intercudit, ut nec confessione quidem grati sumus. Quod in primâ parte animi positum esse deberet & semper occurrere, ita seponimus ac abjicimus, ut in oblivionem ac ignorantiam vertatur. Inde non mirum, inter plurima maximâque vitia nullum esse frequentius, quam ingrati animi crimen. GER. Putem ego, Polychroni, plurimos hominum non improbitate ingratos esse, sed oblivione. POL. Et hoc tibi videtur non grandis culpa? *Ingratus est, si Senecæ credimus, qui beneficium accepisse se negat, quod accepit: ingratus est, qui dissimulat: ingratus, qui non reddit: ingratisimus omnium, qui oblitus est.* En, obliviosum infra omnes deprimit: & apparet, illum non saepe de reddendo cogitare, cui quidem obreperit oblivio. Et hanc turpissimam oblivionem pars prima in examine conscientiae nobis eximit, quæ hoc unum apertissimè monet: AGE DEO GRATIAS.

§. II.

PETE LUMEN À DEO, cernendis erroribus per diem illum commissis, pars altera est examinis istius, & quidem summè necessaria. In vitis alienis lynces, in perspicendis propriis talpæ sumus. Nævos nostros ab aliis videri aut notari non ferimus, nec eos ipsi videmus, nec tamen accutire nos fatemur. In his tenebris lumine è cælo nimis quàm egemus, ut cernamus tandem errasse nos. Eò hoc conscientiae iudicium instituitur, ut quis meliorem se ipse quotidie faciat ut aliquid ex erroribus suis ponat, ut intelligat sua esse vitia, quæ putarat aliorum. Jucundè narrat Seneca, onus hæreditarium sibi in domo remansisse, uxoris suæ fatuam Harpasten. Hæc subito desit videre, nesciebat tamen se cæcam esse, & subinde pædagogum suum rogabat ut migraret, neque oculis suis sed ædibus culpam impingebat, ajebat enim domum esse tenebrosam. *Hæc, inquit Annæus, quod in illâ videmus, omnibus nobis accidere, liquet tibi. Nemo se avaram esse intelligit, nemo cupidum.*

Crebræ sunt conciones, quæ in Avaritiam, in Superbiam, in Libidinem, in Iracundiam & Invidiam, in Usuram & improbum Fœnus, in fraudes & dolos disertissimè invehuntur, sed quàm paucos reperias qui sibi ipsis oggerant: Hæc tibi dicuntur, tu ille Avarus, tu Superbus ille es, tua Libido damnata est, tua Iracundia, Invidia tua hodie flagellata est, tu es ille nequam fœnerator: hoc tibi nemo infufuratur, nemo. Plerique omnes dicere solemus: Euclionem illum fordidissimum hodierna concio insigniter perstrinxit; litigiosum vicinum meum optime noravit Ecclesiastes; suis elogiis hodie ac titulis insigniti sunt superbi: contra Venerem acriter hodie dictum est; Iracundos hodie frigidâ perfudit concionator; certè Invidis excussit dentes; notus ille in foro usurarius non immeritò è cathedrâ vapulavit. Ita suaviter à nobis saluberrimam concionis acrimoniam in alijs derivamus, nec fatemur nos tales esse quales depinguntur.

2 Reg. 6. 12. vers. 7. & quis est qui in se commotior sibi dicat? *Tu es ille vir qui fecisti hanc rem.* Cæci sumus, & tamen, cum cæci duces quærant, nos sine duce erramus, & dicimus: Non ego ambitiosus sum, nemo aliter Monachii, nemo Angultæ aliter potest vivere; urbes ipsæ magnas impensas exigunt. Non est meum vitium quòd iracundus sum, quòd pessimus non laudo, quòd liberior vivo; illud natura, hoc adolescentia facit. Ita difficillimè ad sanitatem pervenimus, quia nos ægrotare nescimus, aliena discutientes, ut loquitur Chrysolomus, & propria non inspicientes. Dic tu jam, Gerarde, an non opus sit lumen à Deo petere, ut nostros ipsi errores deprehendamus, acculemus, puniamus? Et hæc vespertini examinis, ut dixi, pars altera est, cupere suum malum nosse. GER. Venia tua, Polychroni, hæc inter prima litterarum rudimenta

A puer didici. Agendas Deo gratias, scimus: petendum à Deo lumen, & hoc scimus. Sed, an solâ mente, an conceptis verbis, & quibus id faciendum, hoc arbitror, multi nesciunt, quod tu tamen nondum docuisti; hanc à te institutionem sperabam, cum de modo explorandæ conscientiae dissereres. POL. Num vidisti, obsecro, libellum, cujus frons hanc præfert inscriptionem, HOROLOGIVM TVTELARIS ANGELI? Hoc opusculum hora diei duodecima (hæc ejus est partitio per horas) verbis conceptissimis docet, quæ utrumque illud sit præstandum. Reperam id in tuam gratiam. Deo agendæ sunt gratiæ, hoc modo:

O infinita Bonitas, gratias tibi ago pro omnibus beneficiis tuis, quæ mihi hodie & totâ vitæ meâ contulisti. Tibi laus & gloria in infinitas sæculorum myriadas.

Lumen à Deo sic petendum:

O immensa Majestas, da ut quicquid tibi hodie in me displicuit, id mihi in memoriam integrè redeat.

B En tibi precandi formulas. Aut, si mavis, cum Jobo Deum alloquere: *Quantas habeo iniquitates & peccata? Job cap. 13. scelera mea, & delicta mea ostende mihi. Habes meliores? vers. 23.* utere iis. Cupis prolixiores? inventis addere, non magnæ artis est. Vis breviores? hoc te velle vix puto, nisi omnino nolis precari. Satis breves sunt precatiuncule istæ, sed & longæ satis, modò non in solis labris nascantur, sed magno & ardente affectu, è corde ad Deum recta evolent. Ideo enim tam breves proponuntur in exemplum, ut in eas minus possit licere vagis illis & importunis cogitationibus.

§. III.

TERTIA pars in trutinandâ conscientia est, secum hoc disquirere: QUID FECI? quæstionem hanc sequatur altera: QUID DIXI? sed & ulterius progrediendum interrogando: QUID COGITAVI? imò etiam quærendum? QUID NON FECI? quid omisi, quid neglexi faciendum? Ubi hæc tuam conscientiam interrogaris, audi & tace; attende quid illa respondeat. Conscientia naturâ suâ tam est facunda & impatiens silentii, ut jussa dicere, mox quicquid sciverit, eloquatur. Citharæcedus aut fidicen si vel digitulo uno chelyn suam aut testudinem carpat, vocem illa protinus reddit: ira conscientia velut garrula & sonora chelys, vix tacta respondet, & suam homini malitiam exprobrat disertè. Reticere illa & celare non novit, nisi prolixâ nequitia & scelere continuato exsurdata, & jam propemodum extincta. Si sana sit, modò ei dicendi sit locus, non tacebit, præsertim interrogata: modò ei vespere, loquendi detur spatium, fideli narratione totius diei gesta perconscribit: ubi dubitaverit, hoc ipsum, dubitare se, candidè fatebitur. Ergo suam quisque conscientiam loqui sinat vespere, non experietur mutam. Quòd si vel sola lingua & oculi ad hoc conscientiae tribunal citarentur, satis esset rerum discutiendarum. Quid die uno unica lingua malorum aut etiam pessimorum verborum non effundit? quid non delinquant oculi, lenones omnium vitiorum, & raptores ad culpam? Et quantâ egent discussione vel tantum preces nostræ? An non hic quærendum? Num me ad precandum disposui? an preces statas & debitas recitavi? an ad id quod precabar attendi? an cogitationibus meis liberam evagationem & excursum permisi? an oculos inter orandum continui? an verba præcipiti linguâ deproperavi? an voces fastidiosæ & frigide pronunciai? an sub precibus in somnum declinavi: an instar somniantis, sine sensu & affectu, ore solo, quod cor nesciret, demurmuravi? Crede mihi, delicata res est, serium ac plenum formidinis negotium, cum Deo colloqui. Si uspiam in ullâ re, hinc certè attentione opus vigilantissimâ: *Deus non irridetur.* Ita longa satis & intricata est quæstio, QVOMODO ORASTI? Ubi jam ceteri errores per diem & lapsus? Ego quidem existimo, noxas quo-

lib. 3. de Benef. cap. 1.

3. Petere lumen à Deo cernendis erroribus per diem commissis.

Epist. 50.

2 Reg. 6. 12. vers. 7.

Rom. 4. 3. in Math.

Secum disquirere, quid feci? quid dixi? &c.

Conscientia reticere non novit.

Ad Gal. 6. vers. 7.

has quotidianas pleraque omnes hoc brevissimo indiculo contineri. En illum :

Qualis { In precibus, & re divinâ } fuit? { In occupationibus } { In verbis & sermone } { In mensâ }

An nihil hodie temporis perdidisti? An nulli detraxisti, neminem offendisti? An nunquam iratus, nunquam impatiens extitisti? An omnes malas, acerbas, impuras cogitationes reliquisti?

An quod heri statueras tibi faciendum, aut cavendum, fecisti hodie, aut cavisti?

Si quae graviores sunt tixarum, perjuratorum, furto- rum, ebrietatis, libidinis & luxuriae peccata, in memo- riam facile revocabit conscientia; modò illa loqui per- mittatur, non dissimulabit has animi labe; producer in medium hæc monstra, ut plectantur. Conscientia, fidelissimus est antigraphus noster, à Deo assignatus, qui, quotiescunque postulat, rerum à nobis gestarum commentarium producit. Ita pars tertiâ examinis ve- spettanti hoc præcipit: EXPENDE QUID PECCARIS.

§. IV.

4. Pecca- torum ve- niam pre- care.

PRIorem illam ordine naturæ sequitur hæc quarta pars: PECCATORUM VENIAM PRECARE. Formulæ, quibus & antea deprecemur, & futura con- situamus, hæc sunt :

O inexhausta Misericordia, ignosce mihi quidquid hodie peccavi contra te. Ego omnes offensas hujus diei, & totius vitæ meæ, in abyssum misericordiae tuae depono: & per mortem Filii tui te precor, ô Deus, dimitte mihi quidquid unquam in te peccavi.

Emendationis consilium & conatus sic restaurandus:

O Aeterna Sapientia, Christe Iesu, firmissimè propono, non peccare amplius.

Quarta ergo hujus examinis pars est, supplicium pro- meritum ab se deprecari. Penitentiam itaque age ab hac nequitiâ tuâ, & roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogi- tatio cordis tui. Ah, quoties tibi dies nobis effluunt, qui- bus nec semel quidem recordamur Dei æquissimum profusum vel serò tandem, tui finem dici, cum dolore & gemitu vagabunda mens redeat ad Deum. Moyses Deo familiarissimus, promittens: Cùmque quaeseris, in- quit, ibi Dominum Deum tuum, invenies eum; si tamen toto corde quaeseris eum, & totâ tribulatione animæ tuæ. Queri vult offensus Deus, vult & inveniri, sed ab iis qui quan- tâ possunt industriâ quarunt: invenies eum, si tamen toto corde quaeseris eum, & totâ tribulatione animæ tuæ. Non ignoretur hoc puræ conscientiae amatorum. Quantis enim lacrymis sanctissimi homines deserunt naevos non grandes, crimina non summa, verbum imprudentius, molliorem offensam, risum leviorum, copiosiorum cœnularum, aspectum incautiorum, nego- tium solutius curatum, temporis exigui dispendium, cogitationem tardius expugnatam, sanctioris operis licet non imperati neglectum, aliâque ejusmodi pia- cula minora. Hinc ille manum, hinc linguam, iste ocu- lum pœnis mulctat gravissimis post errorem non ma- gnum. Evagris sacerdos, ob nescio quod detractionis verbum semel prolatum, dies quadraginta, perditus & pernox sub dio perduravit. Eusebius monachus ob ocu- los in agrorum opus evagatos licentius, & hos & omne corpus severissimè legibus castigavit. Moyses ab- bas respondentis durissimum horribili laic supplicio. Mauritius Episcopus, quod pueri mortem sacro fonte non prævenisset, seipsum feda sua emovit, & peregrina- tionis pauperissimæ damnavit. Maria Ogniacensis, in commemorandis vesperi actionibus suis, si vel mini- mas noxas deprehendisset, acerrimo dolore in eas vin- dicavit. Timeri vult Deus, etiam ab amicissimis. Pro-

Act. cap. 8. vers. 22.

Deut. cap. 4. vers. 19.

Quantâ possumus industriâ Deus quaerendus.

Theod. in Hist. SS. PP. scilicet. 4. Cass. lib. 7. col. cap. 27.

Iac. de Virg. lib. 1. vita illius cap. 6.

A clamat David: Timete Dominum omnes Sancti ejus. Inju- ria Deo illata, etiam minimæ, dolore non perfuncto- rio expiandæ sunt; ex imo pectore trahatur gemitus, quo peccatum abolere cupimus. Placari se finit Deus, sed totâ tribulatione animæ. Regii vatis monitum est: Et in cubilibus vestris compungemini. Nisi dolor de diurnis la- psibus conceptus pungat animum atque fodiat, vanus est, & obrutus sine mucrone gladius, non penetrat sa- xeam mentis duritiem. Tale sequetur CRAS alterum, quale præcessit HODIE. Sic multa agendo nihil profici- mus, semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis per- venientes. Dolor de offenso Deo sincerus & pungens, non solum noxas præteritas delet, sed & cavet futuras: Satis est, ait, lapsus esse, tu jam provide, ne lapsu re- perito gemines malum; attende tibi ne posthac tanti emas pœnitere. Nota vox Caligulæ, cùm occidendus juberet lentius torqueri: Sic feri, ut mori se sentiat, Idem & huic dolori esset imperandum: Sic punge, ut sentiat se peccasse. Idcirco non semper fatis erit dolere, nisi & sen- tias unde plus doleas. Adjungendus erit quandoque com- es dolori, afflictatio voluntaria. Fecerunt id integeri- mæ vitæ homines. Fuit, qui ubi deprehendisset vesperi crebrius se verbo lapsus, dentibus linguam acrius commordendam objiceret. Germanis verbum vetus est: Suavius digitum admordeas, quàm hæc talia lin- guâ effutias. Fuit, qui errores suos, quos noctu obser- vasset, flagris expiaret, & pœnam hanc ad delicti mo- dum attemperaret. S. Agathon ut silere diceret, ipso triennio lapillum ore versavit. Sanctus Ignatius Loyola circa initia sanctioris vitæ, contra risum sic dimicavit, ut quoties per diem se risisse numeraret, tot sibi plagas ante somnum infligeret.

Idcirco non semper fatis erit dolere, nisi & sen- tias unde plus doleas. Adjungendus erit quandoque com- es dolori, afflictatio voluntaria. Fecerunt id integeri- mæ vitæ homines. Fuit, qui ubi deprehendisset vesperi crebrius se verbo lapsus, dentibus linguam acrius commordendam objiceret. Germanis verbum vetus est: Suavius digitum admordeas, quàm hæc talia lin- guâ effutias. Fuit, qui errores suos, quos noctu obser- vasset, flagris expiaret, & pœnam hanc ad delicti mo- dum attemperaret. S. Agathon ut silere diceret, ipso triennio lapillum ore versavit. Sanctus Ignatius Loyola circa initia sanctioris vitæ, contra risum sic dimicavit, ut quoties per diem se risisse numeraret, tot sibi plagas ante somnum infligeret.

Non fatis est, mi homo, ut tuus ipse sis accusator, & testis, & judex, nisi sis ipse tuus carnifex. Multi sunt er- rores, quos etsi desleas, eodem tamen facillimè repetes, nisi & punias. Ejus genii est Caro, ut tibi aliquid furti- vi mellis gustaristi, ad furtum identidem redeat, nisi fla- gellata discat deinceps nolle furari. Mos erat præcis monachis, si quis silentii leges violasset, triduo sine men- sâ simul ei prandium & cœnam (sed post quam non sunt lavandæ manus) hoc est, panem cum frigidâ apponere. Nimirum tacere citius non discit incontinens lingua quàm ab hoc pharmaco.

His insuper afflictationibus voluntariis, offenso Deo facile satisfacimas, & favorem illius ad ampliora emer- remur. Parum habet obsequii & meriti, quod ab invito, quod Senec. ep. 66. à coactis fit. Honestum voluntarium est: admisce illi pigritiam, querelam, tergiversationem, metum; quod habet in se optimum, perdidit. Voluntarie sacrificabo tibi. Hoc nomine Daniel vates se suasque preces mirè Deo commendavit. Nam & Angelus recreando illi submissus: Noli, inquit, metue- re Daniel: quia ex die primo, quo posuisti cor tuum ad intelli- gendum ut te affligeres in conspectu Dei tui, exaudita sunt ver- ba tua: impetrasti quod rogabas, quia precibus rogasti armatis. Suavissimus Deus facillimè se finit expugnari, si preces armentur jejuniis, aliisque corporis castigatio- nibus. Infantulus, si lacteum fontem à matris ubere, si- gno solum aut plaudentibus manibus poscat, sæpe fert repulsam; nam subinde aut negat mater, aut differt: at si ploratu & contentiosis lacrymis agat, ac seipsum as- fligat flendo, non continent se diutius materna viscera, jubent dari quod sic flagitat. Ita ferè nobiscum bonus Deus solet agere. Optimæ sunt preces illæ: Domine, da mihi constantem patientiam. Mi Domine, largire donum casti- tatis. Da, ô Deus, victoriam in hoc pralio. Amen te, mi bone Jesu. O Christe, fac me mitem & humilem. Optimi desi- derii sunt hæc petitiones, sed si solis contentent verbis, in- terdum repulsam, frequenter dilationem patientur. Suos Deus impensissimè amat, tunc autem maximè, cùm cernit eos sponte afflictos. Hinc illa tam crebrè impe- rata: Affligetis animas vestras. Omnis anima quæ afflicta non fuerit

Non fatis est, mi homo, ut tuus ipse sis accusator, & testis, & judex, nisi sis ipse tuus carnifex. Multi sunt er- rores, quos etsi desleas, eodem tamen facillimè repetes, nisi & punias. Ejus genii est Caro, ut tibi aliquid furti- vi mellis gustaristi, ad furtum identidem redeat, nisi fla- gellata discat deinceps nolle furari. Mos erat præcis monachis, si quis silentii leges violasset, triduo sine men- sâ simul ei prandium & cœnam (sed post quam non sunt lavandæ manus) hoc est, panem cum frigidâ apponere. Nimirum tacere citius non discit incontinens lingua quàm ab hoc pharmaco.

His insuper afflictationibus voluntariis, offenso Deo facile satisfacimas, & favorem illius ad ampliora emer- remur. Parum habet obsequii & meriti, quod ab invito, quod Senec. ep. 66. à coactis fit. Honestum voluntarium est: admisce illi pigritiam, querelam, tergiversationem, metum; quod habet in se optimum, perdidit. Voluntarie sacrificabo tibi. Hoc nomine Daniel vates se suasque preces mirè Deo commendavit. Nam & Angelus recreando illi submissus: Noli, inquit, metue- re Daniel: quia ex die primo, quo posuisti cor tuum ad intelli- gendum ut te affligeres in conspectu Dei tui, exaudita sunt ver- ba tua: impetrasti quod rogabas, quia precibus rogasti armatis. Suavissimus Deus facillimè se finit expugnari, si preces armentur jejuniis, aliisque corporis castigatio- nibus. Infantulus, si lacteum fontem à matris ubere, si- gno solum aut plaudentibus manibus poscat, sæpe fert repulsam; nam subinde aut negat mater, aut differt: at si ploratu & contentiosis lacrymis agat, ac seipsum as- fligat flendo, non continent se diutius materna viscera, jubent dari quod sic flagitat. Ita ferè nobiscum bonus Deus solet agere. Optimæ sunt preces illæ: Domine, da mihi constantem patientiam. Mi Domine, largire donum casti- tatis. Da, ô Deus, victoriam in hoc pralio. Amen te, mi bone Jesu. O Christe, fac me mitem & humilem. Optimi desi- derii sunt hæc petitiones, sed si solis contentent verbis, in- terdum repulsam, frequenter dilationem patientur. Suos Deus impensissimè amat, tunc autem maximè, cùm cernit eos sponte afflictos. Hinc illa tam crebrè impe- rata: Affligetis animas vestras. Omnis anima quæ afflicta non fuerit

Idcirco non semper fatis erit dolere, nisi & sen- tias unde plus doleas. Adjungendus erit quandoque com- es dolori, afflictatio voluntaria. Fecerunt id integeri- mæ vitæ homines. Fuit, qui ubi deprehendisset vesperi crebrius se verbo lapsus, dentibus linguam acrius commordendam objiceret. Germanis verbum vetus est: Suavius digitum admordeas, quàm hæc talia lin- guâ effutias. Fuit, qui errores suos, quos noctu obser- vasset, flagris expiaret, & pœnam hanc ad delicti mo- dum attemperaret. S. Agathon ut silere diceret, ipso triennio lapillum ore versavit. Sanctus Ignatius Loyola circa initia sanctioris vitæ, contra risum sic dimicavit, ut quoties per diem se risisse numeraret, tot sibi plagas ante somnum infligeret.

Non vers. 6. & 6. vers.

Emendationem quam rimè 6. tum pi. pecc.

Dom. c. 10. vers. 12.

Matth. 11. 27. & 29.

Nam. e. 29. fuerit die hac, peribit de populis suis. Si voverit & iuramento se
 confixerit, ut per jejunium vel ceterarum rerum abstinencia
 & cap. 30. riam affligat animam suam &c. In quae verba Origenes:
 O mira, inquit, festivitas! dies festus vocatur, animae afflictio.
 Vide ergo si vis diem festum agere, si vis ut lateretur
 Deus super te, afflige animam tuam, & humilia eam:
 non ei permittras explere desideria sua, nec concedas ei
 lasciviis evagari: cum enim afflicta fuerit anima & hu-
 miliata in conspectu Domini, tunc repropitiatur ei
 Deus. Ita omnino solet optimus Deus; sibi charissimos
 in deliciis non nutrit, sed affluè mergit dolorum &
 amaritudinum mari. Ergo, cui animus est dolore peccata
 expungere, seridè doleat, & ut sentiat se dolere, ultro
 subinde addat, quod fodicit refractariam carnem. Vi-
 deat reus ad hoc tribunal consistens, ut gemitibus, sus-
 spiriis, lacrymis, quandoque & flagellis, aut aliis ad in-
 stitutum aptis suppliciiis, quibus hic decernendis pro-
 prius locus est, labes animi expiantur: hoc agat unicè ut
 cum Deo suo in gratiam redeat, & offensum placet, B
 quacunque de seipso sumptà vindictà: non expectet ul-
 torem Deum, sed voluntariis poenis seiora supplicia
 deprecetur. Nec prius in dulcem declinet lumina som-
 num, quam Deum & Caelites ex offensu propitiatos si-
 bi habeat atque reconciliatos. Et hæc quarta pars hujus
 examinis: PECCATORVM VENIAM PRECARE.

§. V.

Emendationem quam maxime se-
 riam pro-
 ponc.

SEQUITUR ULTIMA: EMENDATIONEM QUAM MAXI-
 ME SERIAM PROPONE. Vis omnis & efficacitas
 nocturni hujus iudicii, non in audiendis testibus sita est,
 sed in sancta erubescentiâ, in dolore legitimo, in seve-
 ra sui ipsius vindictâ, in solerti culparum castigatione,
 in generoso animi proposito, non desectendi amplius
 à vero rectoque tramite virtutis. Hic quisque cor suum
 dirigit in viam rectam: statuat apud sese, alius esse aliis
 atque aliis diebus, & in eam rem, poenam sibi sanciat,
 si, quæ rectè proposuit, tardius aut nunquam exequatur.
 C Deprehendit quis forsân hodie minus pudicum
 oculum, magis effrenem linguam; illi pudicitiam, huic
 silentium imperet, in utroque membro nimiam liberta-
 tem castiget. Fuit fortasse alius quis in precibus somni-
 culosus aut vagus, ad fabulas attentus & vigil: somni
 & cibi plus æquo liberalior, stipsis eroganda parci-
 or: forsân obedire iussus non paruit, silere monitus non ta-
 cuit, ad meliora instructus non audivit, ad divina cogi-
 tanda incitatus, fastidivit: jam ergo apud animum suum
 decernat, in precibus vigilare; aure surdâ fabulas et
 quidquid est obscæni colloqui transire; somnum & cibum
 ad dimensum sibi dare; stipem liberaliùs erogare;
 negotium salutis contentius curare, æterna præ his flu-
 xis avidius aspirare. Quod si Atheniensem se esse ob-
 servet, qui semper decernat, nunquam faciat quod de-
 crevit, multam etiam addat, & à seipso poenas exigat.
 Ita duo juvenes illi Beatissimæ Virginis matris Sodales
 fecère, qui ante quindecim annos litteris atque virtuti D
 navantes, examen conscientiae hunc in modum institu-
 erunt. Ille quidem prior in minimas etiam labeculas
 severè vindicavit, nec sibimet ignovit, nec timidam
 censuram exercuit, rigidus in se testis, & accusator, &
 vindex. Quotquot enim noxas in pugillares suos refere-
 bat, tot sibi reo colaphos infringebat generosâ manu. O
 dextram heroicam, & præ ambultâ illâ Scævolaë robu-
 stam! Nam nisi Murius spectatores habuisset, ad arden-
 tem foculum dextram non rapuisset: juvenis ille quia
 solus & sine teste, suam in se manum armavit, spectato-
 res habere meruit & laudatores superos Divò que om-
 nes. Idcirco poëta, suum illud de hoc verissimè pro-
 nuntiavit:

Ille dolet verè, qui sine teste dolet.

Alter, huic non multam impar, quotquot vana seu otio-
 sa verba per diem proximum excidisse sibi annotasset,

tot terræ fixit oscula, simul & minatus sibi suæque dica-
 citati Virgilianum illud:

Post mihi non simili poenâ commissa luetis.

Et, redeas modò, ajebat ipse secum, cum tot linguarum
 delictis, non ea os tantùm, sed & tergum sentierit. Hoc
 est seipsum gloriosè in triumphum ducere pompâ non
 magnâ. Addo & tertium, si liber audire. GER. Torus
 jam auris sum. POL. Miles fuit, qui in pessimam jurandi,
 & quod huic vicinum, pejerandi consuetudinem desse-
 xit: tandem adducto in consilium animo, sic ipse secum
 loquebatur: Vide, animum venalem circumfers, &
 mors tibi in oculis semper est; quocunque stes loco, se-
 pulchrum tuum calcas: vel unius tantùm glandulae sibi-
 lus te tangat, & totum hoc egisti, MORI. At quòd ires si
 sic obires in tantâ vivendi, jurandi præsertim & peje-
 randi licentiâ, (ò bonam conscientiae propriae accusa-
 tionem!) quid anima tua fieret? Agedum, legem tibi
 figo, quam aut violes nunquam, aut illicò violatæ des
 poenam. Lex hæc erit: Nunquam in posterum jurare,
 aut terram toties osculo salutare, quoties jurare conti-
 gerit. Et hanc ego legem, si vir, si miles sum, sanctissimè
 servabo, ita me Deus amet, & hoc meum decretum
 fortunet ac firmet. Sed audi obsecro rei eventum ad-
 mirabilem. Confectus instabat cruentus & atrox, nec
 nisi multorum sanguine finiendus. Concurrunt tandem
 acies geminae, & suas quisque vires in altero experitur:
 illi cominus acriter instare, illi haud timidi resistere, in-
 ter quos noster hic miles fuit. Volant utrinque glandes
 ferreae, incerti ictus, vulnera improvisa, utrinque caedes
 & funera plurima. Inter hæc miles ille, quem dixi, legis
 suæ immemor, devotiones pessimas deprecari, diris hos-
 tem omnibus execrari, omnia demum alia contra ani-
 mi sui propositum & dicere & agere. At en, in ipso præ-
 lio ardore, legis à se latæ recordatur, nec differt aut deli-
 berat, sed mox pronus ruit in terram toto corpore, &
 matrem suam osculatur. Dum hoc facit, glans ignita
 ferrea supra tergum jacentis volat, ictu certissimo traje-
 ctura stantem, quem jacentem impune transit, & sine
 omni noxâ. Non multò post prælium inde direptum,
 ille salvus è cruento campo digressus, & narravit ipse,
 & ab aliis narrari audivit quod in se obervassent: Deum
 etiam miraculi providentissimum auctorem veneratus
 est, hancque sibi legem æternam esse voluit, ut toties
 pronus in terram rueret, eamque linguâ lamberet, quo-
 ties linguâ peccasset. Factum egregium, & conscientiae
 probum examen. Imitari possumus, imò debemus, aut
 cælum fugimus. Nam Paulinum illud æternum & in-
 1. Cor. c. 11. concussam manet: *Quod si nosmetipsos diduciamur, non
 utique judicemur.* Judicis autem est, non tantùm absol-
 vere, sed & damnare, & multam dicere. Accusatores
 & testes ridiculi sumus, nisi simus & iudices in nosmet-
 ipsos, & plectamus quidquid malè deliravimus. Utique
 utilissimum est, & emendationis teriæ principium, pro
 noxarum modo & numero, etiam poenam injungere.
 Exemplum nobis positum sit hujusmodi, multam sibi-
 met irrogantis:

1. Orationem Dominicam & Angeli salutationem jam quinquies recita.
2. Psalmum quinquagesimum (Miserere &c.) passis brachiis, & lentè, mox pronuncia.
3. Precum hodie segniter omissarum neglectum, nunc compensa.
4. Ob tale delictum jam toties repetitum, cenâ se- mel abstine.
5. Carnis petulantiam, aut nunc flagro, aut cras mitiga cilicio.
6. Graviora meritis, terram novies osculare, & sepulchrum cogita.
7. Quia famæ aliorum detraxisti, nunc tuæ detrahe pecuniæ, & tot sestertios cras in stipem ex- pende.

8. Pro iis quos offendisti hodie, craftinā tot preces A perfolve.

9. Inter tot oculorum, linguæ, aurium, cordis & operis noxas, Confessionis & Eucharistiæ Sacramenta, ad illum aut illum diem repete.

Hæc verò in specimē dumtaxat propofui mon- strandæ rationi, quā quis seipsum, ut reum suo bono puniat, si quidem proficere cupiat ad virtutem. Alia atque alia pro gravitate aut numero culparum, aliis at- que aliis diebus sibi quisque imperet. Ita quinque sunt partes, ut jam demonstratum est, vesperini hujus ju- dicii :

1. Age Deo gratias.
2. Pete lumen à Deo.
3. EXPENDE QUID PECCARIS.
4. Peccatorum veniam precare.
5. Emendationem quā maximè seriam proponere.

Sed quæso te, Gerardè, dic etiam tu aliquid, ut duo sumus: nolo mihi tradas omnes loquendi vices. GER. Si ita vis, Polychroni, loquar equidem, sed contrate: multa hîc habeo obducere. Examen conscientiae multa sunt quæ suadeant, neque id nego, sed aequè multa sunt quæ impediunt. Sit hoc genus sacri studii utilissimum, sit omnino necessarium, quāvis id autem multis sit factu difficile, facilis conjectura est. POL. Age, Gerarde, ad- versare quantum placet; oppositiorum plausio non terrebitis.

C A P V T VII.

Examini conscientiae obijci solita diluuntur.

GERARDVS.

O Primè te dixisse affirmarem, si ad Examen con- scientiae instituendum, tantum mihi semper otii esset, quantum animi. POL. Itā verò, Gerarde, tam occupati sumus? tam non vacat, parare se cælo? Et quis nostrum æquè multis distractus est, atque fuerat rex David? & tamen mediā nocte surgebat, singulis noctibus conscientiam excutiebat, septies de die preces fundebat. Sunt hodièque optimates, principes, reges, qui quotidie vesperi multum temporis huic curæ impendunt. Illis hoc tempus superest, & nobis desit? præ illis nos in otio sumus, & vacamus? Et quod illud negotiorum aut occupationum genus tam varium ac multiplex, ut ante salutem animi curandam sit? Et quamvis tempus deforet ad petendum cordis sui secretum vesperi, pars tamen studiis potiùs aliisve negotiis detrahenda esset, quāvis omittendum illud. Adeo vilis est nobis animi salus? ecquid ei minus dèmus? pretiosissima gemma est Fama bona, at si hanc retinere non possim nisi velim perdere conscientiam, dico liberè; abi Fama, abi, abi: mea mihi carior est conscientia. Et hîc illud Annæi libenter exaudio: Nemo, inquit, mihi videtur plurius estimare virtutem, nemo illi magis esse devotus, quāvis qui boni viri famam perdidit, ne conscientiam perderet. Verè magnum & majus bonis omnibus est TRANQUILLITAS ANIMI.

Omnia prætermittenda ut examini conscientiae incumbamus.

Sene. ep. 81. circa med.

Bern. c. 21. de int. dom.

Tranquilla conscientia est, inquit Bernardus, quæ omnibus dulcis est, & nulli gravis, utens amico ad gratiam, inimico ad patientiam, cunctis ad benevolentiam, & quibus potest ad benevolentiam. Huic comparandæ, non ego partem horulæ libens quotidie impendendam? Abite litteræ, si non possim esse doctus, nisi simul sim impius, Abite. Quid mihi cum Grammaticorum libris, quando meæ conscientiae librum inspicere oportet? illi de litteris, accentibus, syllabis, disputationibus altercantur, iste me vitii docet obfistere. Quid mihi syllabarum enarratio, verborum diligentia, fabularum memoria, quid versuum lex ac modificatio; si meipsum ignorem? Quid mihi cum historicorum, poetarum, philosophorum libris, qui non rarò vana, ridicula, spinosa, incerta, falsa, obfœna pro-

pinant. Procul ô Procul omnes hos codices, si propter illos conscientiae meae liber sit negligendus. Quid mihi Medicorum, quid Jurisconsultorum aut Theologorum volumina, si nequeam conscientiae meae inextricabile volumen quotidie inspicere: illa alia febrim pellere, aut litem componere, aut religionem propagare me docent, at verò hic conscientiae codex docet me quæ me ipsum nosse possim, & melior fieri. Clarissimè de hoc Bernardus: *Unicuique, ait, liber est sua conscientia, & ad hunc librum discutiendum & emendandum omnes alii libri inveniuntur. Anima verò cum de corpore egreditur, nullum alium librum præter librum conscientiae secum poterit portare, atque in illo cognoscat quò debeat ire, vel quid debeat recipere.* Ex his quæ scripta erunt in libris nostris, iudicabimur. Illos ergo aliorum scriptorum libros rejicere non debeo, sed hunc quem Deus scripsit in corde meo præferre. Ergo cedant alii, cum iste mihi legendus & corrigendus est.

Lib. de conf. Unicuique sua conscientia liber est.

Exat. est. di. vitæ. diu. illi. pecc. nost. quan. nefici. Dei.

S. I.

GER. Legendum hunc librum non nego, sed legendum in quiete, procul turbis & strepitu. At impediti multos & turbati sapius, facilè crediderim, & ego id domi meae satis experior. POL. Quæ demum hæc impedimenta, quæ turbat? Si conscientia sit locus, ut plurimum aut fabulæ nos impediunt, aut somnus: nam ita quidam cœnare solent, ut mensam inter fabulas claudant, ubi fabularum satis est, jamque somnus invitat, & ocelli niſtant ac clauduntur, tum verò rectissimā viā itur ad lectum. Hîc raptim unòque tractu diffusulatur thorax, volat collare, excutuntur pedibus soleæ, fluunt reliquæ veltes omnes, ita denique excussis abjectisque laciniis, uno saltu lectus insilitur, operitque suum Curtium mollis hîc & plumeus hiatus. O festinationem alibi malam, hîc pessimam! quis ita ad scholam uti ad mensam, ad templum uti ad lectum, ad laborem uti ad soporem properat? an non priùs figendi humi poplites, caelo manus extendendæ, preces ad Deum fundendæ, elapsæ diei acta omnia repetenda sunt? ita bestiae somnum ineunt, ut ubi notum cubile obtinent, primo ingressu terræ affundantur, membrisque projectis corpore toto somnum admittant. Vincere has debet, qui homo esse vult, ne dicam Christianus, Catholicus, Religiosus. Somnus licet urgeat, inuiter blandissimè, moram tamen is ferre & imperium potest; diurna licet fatigatio lectum monitret, & quietem anhelat, illa tamen ad horulæ partem dilata non succumbet.

Fabulæ & somnus impediunt conscientiae exantem.

S. II.

GERAR. At difficilis est lucta contra blandientem somnum; fatigato protracta quies, crux est maxima. POL. Sed obsecro cogitemus, mi Gerarde, quotiescunque serus nobis obtingit vesper, ad stare turclarem Angelum, ad esse cæli Reginam, Christum ipsum in aurem dicere illud: *Non potuisti unâ horâ vigilare mecum?* Tūne has voces audies, & in lectum ac somnum corruas? Angelum custodem contemnes, Domini matrem repelles, Christum monentem negliges? Irâne non possis vigilare, non dicam horâ unâ, sed parte horulæ vel unicâ, cum tuo & in gratiam tui Angeli, tuæ Dominae, tui Principis, imò in gratiam tuam, tuique animi? Quin ergo in teipsum exandescens, his temet ipse verbis alloqueris? Excute non cœtem dormitator; causâ tibi dicenda est; ad cœdum, iudici te sistite; præteritæ lucis facta, dicta, cogitata tecum expende: differ paullisper somnum: libellos profanos remove: fabellas inutiles abrumpe: cum Deo colloquere, divina beneficia recole, noxas tuas inspicere, & ingemisce, emendationem promitte. Nisi tecum ipse sic egeris, verè dicere poteris cum Tito, imò verius quāvis Titus: AMICI DIEM HVNC PERDIDI. Multum enim perdit, imò perdit omnia, qui nunquam ad calculos seder, cui ratio expensū & accepti non constat:

Sene. ep.

Solitude in meo vitis quæ tendit.

Mat. c. 26. vers. 40.

stat: multum perdit, qui quod lucrari potest, negligit; multum perdit, qui debita cum potest, non dissolvit. Talis omnino is est qui dies, & menses, & annos ita traducit, ut ephemeridas & diaria sua raro, & non nisi halucinante & connivente oculo inspiciat; qui quotidie plurimum delinquit, nihil dolere de delictis; beneficia plurima accipit, nec gratias agit pro acceptis; plurimam ad exercendas virtutes occasionem habet, nec hanc arripit, nec illas acquirit, stertit ad comoda sua, in perniciem suam vigilar. Tale quid omnino examen conscientiae est; ephemeris est & diarium vitae, in quod redigenda sunt omnia quae facimus, loquimur, cogitamus: codicillus est tam peccatorum quae ipsi committimus, quam beneficiorum quae a Deo accipimus: stimulus & instrumentum est ad omnem virtutem aptissimum. Is vero nusquam est, qui raro domi suae est; facultates perdit, conciliandas rationes negligit.

§. III.

GERAR. Hominis conscientiam suam fugientis & somniculosi personam caepi agere, hanc sustinebo, dum missionem dederis, Polychroni, ex hoc theatro. Vis ut ignavorum pulcherrima dicta congeram? tuum erit ea dissolvere. POLYC. Placeat, audiamus. Sed verbis Gerarde, vapulabis, praedico. GERAR. Non recuso. Vapulem ego, modò alii sentiant. POLYC. Ergo, hoc dico: Vesperti domi tuae sis, in teipsum descendere, inquire in teipsum, rationes collige & dispunge. GERAR. Vellem, modò possem. POLYC. Pigrorum hic clypeus est. Sed tuas tibi voces reddo: posses, modò velles. *Nolle in causa est: non posse praetenditur. Quid enim? occupationes impediunt? at haec differri possunt. Negotia remorantur? vix haec tanta erunt, ut horae partem tibi non relinquunt. GERAR. At tot preces nimium sibi temporis perunt. POLYC. Si somno, si desidia, si sphaeristeriis, si confabulationibus, si discursationibus, si jocis, lusibus, symposiis temporis partem subtraheremus, esset quod animo, quod huic examini, quod Deo daremus. GERAR. At quandoque imperium heri aut iussa patrisfamilias obstitant. POLYC. Fac quod juberis, sed hoc non omitte: Dei iussa potiora sunt quam hominum. GERAR. Domesticis parendum est. POLYC. Pare illis, magis tamen, & ante omnia Deo. GERAR. At focii quietem obturbant. POLYC. Tu tibi pessimus es socius. Quòd si focius hic velit esse frugi, nemo intercedet. Hic ego pane idem insularum tibi, quod olim Diogenes juveni se secum loqui affirmanti, tacite ingesserat: Vide ne cum malo homine loquaris. GERAR. At turbæ domesticæ mea me agere non sinunt. POLYC. Inter ipsas turbas, in medio urbium fremitu brevis tibi solitudo quaerenda est: animus sibi sit intentus, & nulla vox te tibi excutiet; omnia licet foris resonent, dum intus nihil tumultus sit, dum inter te vagæ cogitationes non rixentur. Nam quid prodest totius regionis silentium, si affectus fremunt? GERAR. Commodus locus deest. POLYC. Non multum ad hoc locus confert, nisi se sibi praeter animus, qui secretum, & in occupationibus mediis, si volet, habebit. GERAR. At unde mihi cera vel sebum? candelæ defunt. POLYC. Huccine rerum devenimus, ut etiam noctem accusemus? in tenebris teipsum melius reperies, & sincerius iudicabis, uti olim Areopagitæ GERAR. At tempus est eundi cubitum, & lectus jam vocat. POLYC. Responde tu, post horæ partem te venturum, modò tibi esse quod cum Deo transigas. GERAR. At somnus invitat. POLYC. Excure somnum, & cave venientem annuentibus oculis excipias. GERAR. Obreperit incauto. POLYC. Rectè dicis incauto: cavere hunc posses & vincere, si velles. GERAR. At oculus ex insidiis invadit, & reluctantes claudit. POLYC. Parva hic lucra est, ubi hostis ceremoniis tam blandis recipitur. GERAR. At opprimit me & terra affundit. POLYC. Nimium ce-*

A: dentem ipsi & volentem vinci. Si vit sis, surges, stabis, in genua procumbes, ambulabis, pectus tundes, suspiria duces, de debitis solvendis, de noxis eluendis cogitabis, non de somno, non de lecto, nisi de eo qui apud inferos damnatis sternitur è flamma purpurâ.

§. IV.

ET quæso quæ illa temeraria securitas, & exitiabilis socordia est, cubitum facessere & somnum capere cum lethali peccato? Satius esset noctem illam in somnum ducere, aut virulentissimam viperam ad dormituri latus applicare, quam ita in stratum se abjicere, ut si somni foror mors lectum invadat, à somno transeundum sit ad vigiliam, sed ærunnosas, sed tartareas, sed æternas. Ah! audax & temerarium hominum genus!

Mirabatur Augustus Imp. olim, equitem Romanum ducentes HS. hoc est, quingenta millia philippicorum debuisse, & dormire potuisse: adeò illi creditorum voces somnum non rumpebant. Quare, ubi supellex mortui, voci præconis & hasta subjecta est, ex omni ea Imperator solum sibi emi voluit cervical, cui consueverat indormire tantus debitor. Et quæso quoddam cervical, quinam pulvilli sunt isti, quænam hæ culcitæ, quæ hominem post contractam, nec prius deletam, lethalem noxam, securum jubeant somnum ducere, nisi extrema salutis incuria, cæli oblivio, inferorum irrisio, mortis incogitantia, impia denique vitæ securitas, & Numinis contemptus? Hæ sunt illæ culcitæ, hi pulvilli, quibus indormiunt, qui conscientiam per diem læsâ, nec per nocturnam pœnitentiam sanatâ, plumis sese in interos sepe pliant, & soporem in altissimam lucem deducunt. At hoc cum Deo ludere est, & cælo per jocam valedicere. Neque tamen interea talis à conscientia stimulus & vulnere cor fodicante penitus liber ager; recurfabunt subinde domestici testes, & à suis conscientia furis infestabitur, quibus quidem subinde se subducere, eas tamen nunquam poterit omnino effugere, nisi per unicum & summè necessarium hoc amuleum, vespertinam conscientia censuram. Pulchrè & verè Minucius Felix contra idololatrias differens: *Apud nos, inquit, & cogitare peccare est: Vos, conscios timetis, nos etiam conscientiam solum, sine qua esse non possumus, neque enim conscientiam suam decipit, qui fallit alienam.* Et ò felicem illum qui eam sic tractat quotidie, ut nec aliorum elogia desideret, nec mortis egeat aut reprehensionibus, dum eam factis mereri laudem conatur, quam etsi ab aliis non impetret, à conscientia tamen nunquam non obtineat, dumque iis seipsum objurgationibus urget, quas etsi ab aliis non audiat, hæ tamen occultæ ad emendationem sufficiant. *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientie nostræ.*

§. V.

GERAR. At si quis diem optimè expenderit, & nihil navorum reperiat? POL. *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas non est in nobis.* Nemo nostrum non peccat, neque enim est homo qui non peccet, homines sumus. *Septies in die cadit justus, & resurget.* Verum sit ita, nullos die aliquo navos tibi videaris contraxisse, non tamen ideo superfluis hic labor, qui eò suscipitur, non ut semper reperias culpanda, sed ne reperias. GERAR. Sed si aut stultitia est, venatrum ducere invitos canes, aut invitos boves plautra inducere, quemadmodum nauseanti stomacho cibum obtrudere non expedit, ita hic prorsus purem minimè succedere quod à nolentibus extorquetur. Quid in nauca & fastidio vexanda conscientia? POL. Etiam ii qui mari se credunt, nauseant & everfi stomachi tributum fideliter mari pendunt, neque tamen ceptam viam desunt; progrediuntur, & spe contingendi portus solantur stomachum, contemnunt nauseam. *Virtutis est evictis fastidiis inchoatum opus pertexere. Triumphat diabolus si eam inducat.*

Examen conscientiae est diarium vitae, & codicillus tam peccatorum nostrorum quam beneficiorum Dei.

Eme. sp. 34. Solitudo in medio turbis quaerenda.

Exitialis socordia est cubitum facessere cum lethali peccato.

Macr. lib. 2. Satur. c. 4.

Quæ culminem post contractam, nec prius deletam, lethalem noxam, securum jubeant somnum ducere, nisi extrema salutis incuria, cæli oblivio, inferorum irrisio, mortis incogitantia, impia denique vitæ securitas, & Numinis contemptus? Mortali existentis.

Minucius contra idololatrias differens. Apud nos, inquit, & cogitare peccare est: Vos, conscios timetis, nos etiam conscientiam solum, sine qua esse non possumus, neque enim conscientiam suam decipit, qui fallit alienam.

2. Cor. c. 1. vers. 12.

1. Joan. c. 1. vers. 8.

2. Par. c. 6. vers. 16. Prov. c. 24. vers. 16.

Bern. c. 29. de int. dem.

Tityre tu patula stertens sub regimine pluma.

Nec corpus levare, donec clarum mane fenestras intret, & in lecto pandiculantem oscitantemque deprehendat. Siccine itur ad astra, ô adolescentes, hoc studere est? hoc sudare, algere, vincere? Quid deinde cum in gymnasio classica canunt? Musis magistrisque morbos excusare, pedes, caput, dentes, oculos dolere, negotia prætexere, heros, populares, parentes, ne ferulam subeant, adducere, de litteris & progressu nihil curare, alia omnia cogitare, imò desperare. Ita qui primis mensibus Cleanthes omnes & Demosthenes superaturi videbantur, tertio, quarto, quinto, & sequentibus, fracti animis, & luxu abducti, lurcones fiunt, Endymiones imitantur, glires ignaviâ vincunt. Nimirum, aliud est incipere, aliud incæpto non abire: felix principium ducere, & finem non disparem subjungere. En, Gerarde, quam brevi tempore scholasticus hic fervor elanguescat! Idem in moribus est observare. Par enim ferè ratio est vitæ & virtutis, piorumque operum & litterariæ palæstra. Et quamquam hæc, quæ in bonis artibus instantia, ingens detrimentum inferat, tanti tamen non est, quanti ea, quæ in bonis moribus. A litteris cessare, tamen si turpe adolescenti, cuius hoc unum est studium ut studeat, in eo tamen fortunæ Græciæ sita non sunt, non vita, non salus, non beata ac perennis immortalitas hæc periclitatur. Absque librorum comitatu viam ad cælum reperies, sed non absque virtute, vitæ sanctitate, morum innocentia; cuius elegantiam si corrumpas, & ab integritate deficias, simul spem & rem, & omnia perdas. Hic opus constantiâ.

§. III.

Verum, O quoties optimis desideriis turgemus, velut prægnantes ac fœci copiosâ prole; videmus mira parituri, magnam morum emendationem, & seriam ad Deum conversionem: tandem turpiter abortimus, & auram atque ventum parimus. Statuimus grandia, & nihil fit; promittimus multa, & æquè nihil fit. Sancta sunt quidem proposita nostra, sed nullum sortiuntur effectum; proles abortivæ, quæ lucem non aspiciunt, sed ante partum extinguuntur. Juramus Deo, hæc, & hæc, & hæc etiam non amplius facturos, sed brevî frigescente hoc juramento redimus ad ejuratas fordes. Laudatur Israël's populus ab hoc factis; *Juraveruntque Domino voce magna in júbilo & clangore tubæ, & in sonitu buccinarum, omnes qui erant in Iudâ, cum execratione: in omni enim corde suo juraverunt, & in totâ voluntate suâ quæserunt eum & invenerunt.* Jurant multi, sed non in omni corde suo; quærunt Deum, sed non in totâ voluntate suâ; damnant peccatum, sed non cum execratione, nec istud seridè & ex animo detestantur, hinc facilis ad illud regressus. Ægyptio tyrannò Pharaoni simillimi sumus, hac tantâ voluntatis inconstantia. Quoties improbus ille ingemiscens: *Peccavi, ait, in Dominum Deum vestrum, & in vos. Sed nunc dimittite peccatum mihi, etiam hæc vice.* Sunt qui sæpius in anno, confessione piaculari se luteant, eadem tamen vitia plerumque referant & illud, etiam hæc vice sexcenties occentatum, identidem adhuc ingeminent, etiam hæc vice. Condonat illis Deus delicta, etiam hæc vice, sed illi ad ingenium redeunt etiam hæc vice, & condonatarum culpam omnem repetunt vicibus immemris. Monuit quidem Pharaonem Moyses, &: *Verumtamen, inquit, noli ultra fallere, ut non dimittas populum sacrificare Domino.* Veruntamen fessellit ultra non semel, sed sæpius. Monet & nos sacerdos auctoritate divinâ: *Veruntamen noli ultra fallere, ut toties repetita, & quæ pridem emendasse oportuit, repetas: Ecce sanus factus es; jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.*

At nos post paucos dies, post pauculas sæpe horas, & ultra fallimus, & noxas sexcenties condonatas repetimus, millies sanati, nos ipsos iterum iterumque vulne-

ramus, & quidquid demum nobis accidat, ex integro animosè peccamus. O volubilem rotam, ô globum erraticum humanæ voluntatis! Lunam mutabilitate vincimus, & modò tam nobis promptum est *Nolle*, quam erat antea *Velle*.

§. IV.

Insistendum est cæptis, ne desit manus ultima; agenda sunt sanctiora proposita; magnis conatibus agendum ut in opus exeat, quod pulchrum erat statueret. Clavum per parietem adacturus, non cum semel dumtaxat iterumve malleo leniter ferit, sed tam diu ictus ingeminat, ac toties reducit malleum in caput clavi, dum is totus asserem penetrarit, & jam fixus firmusque hæreat. Ita non satis est quaecunque propositum obtinendæ virtuti. Proposuisse, ô mortales, non sufficit; ulterius tendendum est, & proposita persequenda. Parum est statuisse *facere*, nisi, cum licuit, *fecisse* constet, quod fuerat statutum. Eò spectet quotidianus conatus, ut è rebus omnibus quæ cernuntur, audiuntur, leguntur, cogitantur, majus atque majus in dies eratur peccati odium. Hoc quanto magis creverit, tanto feliciore incremento se proderit virtus. Atque ut his vestigiis tenacius insistamus, hoc sibi quisque certissimum persuadeat, si in libræ lancem unam mala & supplicia simul omnia, quotquot adhuc ab Orbe condito fuerunt; si egestas, si ærumna, carcer, catenæ, si cruces, rotæ, ignes, si membrorum lacerationes, si morbi, dedecus, dolores, si mors, si omnes humanæ vitæ formidines, si universi inferorum cruciatus, in unam, inquam, lancem componentur; in alteram verò unum atque unicum lethale peccatum immitratur; ab hoc unico, illa prorsus omnia, immani pondere superanda. Eheu! ô Jhs v mi amantissime! Et nobis tamen cæcus est, peccato lethali se obstringere. Parum est cæcos nos appellari, in sumus, & cum insanientibus furimus. Atque ut nos ipsos amplissime decipiamus, benignè persuademur, ad animi salutem satis id esse, si vel olim ad valetudinem redituros statuamus. Perinde atque si omnia vitæ nostræ momenta nostri sint arbitrii, ut quamdiu lubuerit, liceat insanire, & tum demum ad bonam mentem redire, cum visum nobis fuerit, insaniam definire. Ah! miseri, quid voluptaris est, sic eruditè falli, & solis se solari propositis? Qui nunc modus peccatorum est, olim & suppliciorum erit.

§. V.

GERAR. Liceat interfari: Bene proponere, & nunquam exequi, aut malè, cum oblivionis, rum imbecillitatis humanæ signa sunt. POL. Verum te dicere credam, si addas, cum pigritiæ tum malitiæ proba sunt. Aliquid, non negem, boni propositi decerpit oblivio, aliquid imbecillitas hominis & corruptior natura: non minus tamen honestum propositum subvertit pigritia; nequitia verò plurimum. Hinc mensibus, hinc annis singulis eadem atque eadem vitia, sæpe plura & graviora ad sacerdotis aures redeunt, quia licet bene incipiamus, cæptis tamen desumus, aut novo languore victi, aut veteri perversitate.

Apologum tibi recitabo sapienter factum, in nostrorum propositorum vanitatem. Lupo in caulâ deprehenso mortem minatus est opilio. Lupo ad dolosæ facundia artes confugiens: Mi Domine, inquit, non redibo huc amplius, sed & greges tui posthac à me tutissimi erunt. Ita promitto, ita spondeo, & fidem meam do. Cui pastor: Non me, inquit, decipies nequissima bestia; & verò tunc non redibis amplius, cum te jugulavero. Nimis crebrò fessellisti fidem. Et cur ego tibi parcerem, cui non satis est meos agnos & oves in campis lacerare, sed & in stabulum clam subrepere, & solâ nocendi libidine, fame non urgente, insontes pecudes discerpere. Nunc lues, non parco. Ad hanc vocem lupo: Agnosco, inquit,

Inconstantia in bonis artibus non est tam damnosa atque in bonis moribus.

1. Par. c. 15. v. 14. & 15.

Voluntatis inconstantia similes sumus Pharaoni. Exod. c. 10. v. 16. & 17.

Exod. cap. 8. v. 19.

1. Ion. cap. 5. v. 14.

Ita Ludov. Gran. lib. 2. Disc. peccat. cap. 3.

Conandū est ut in dies peccati odium majus eruat.

Pigritia & malitia subvertunt bonū propositum.

inquit, mi Domine vecordiam meam, & quid vis? habes confitentem reum, sed quem nequitia sua poeniteat ex animo. Et patieris, scio, me bonum fieri. Deinceps alius vivam moribus, nec quidquam rapiam, nisi cogente fame. Et licet dira me famas coegerit, non tamen nisi septem obolis caenabo.

Motus pastor tam sinceram confessione, tamque amplâ pollicitatione: Ergo abi, inquit, sed memento te vitam liberalitati meae debere: vide stes promissis.

Abit lupus; & jam dulcius ei erat vivere, post hanc vitam factam gratiam. In itinere secum meditatur frugalitatem abstinentiam, & mensam septem obolorum. Dumque cogitationibus mersus lentiore passu progreditur, en tibi verex pinguisimus venit obviam. O nimium potentes illecebrae! quis hic tam lapis sit, ut dentes salivâ natantes substringat? Ergone, inquit lupus, mihi ultro prandium occurrit? nefas videret fortunam tam propitiam non salutare: Sed qui palpum obrudam opiloni in jus trahenti! quo nomine hanc culpam purgabo, si fidem frangam, si foedus negligam? Ponamus ergo rationes: Verex nihil habuit obvium. Hic lupus priore facinore jam audacior: Bene est, inquit, bos iste quatuor obolis cenferi potest, vitulus tribus. Hac ratione tota caena septem obolos non excedet. Hoc joco & istud scelus praetexit. Quid tibi videtur, Gerarde, an non mutato nomine de nobis fabula cantatur? An non multi sub humana specie lupo illi parva faciunt? Hos ubi arcanus iudex, sacerdos cavere jubet: exitium aeternum, his talibus imminere, ipsi omnia se facturos recipiunt; ille furtum, hic crapulam, iste adulterium detestatur; crederes eos jurare in leges sanctimoniae. Sed enim quid jam? pauculi dies abeunt, redeunt occasiones pristinae delinquendi, invitant socii, blanditur caro, cacodaemon instigat, ita miseri paulatim audent antiqua omnia, & ne conscientia vehementius reclamet, repetitam culpam, ut lupus, variis pigmentis extenuant. Est qui ad popinam aut choreas invitet. Cui alter: Comitaret, inquit, ni promississem, eo loci me non rediturum. Mox prior: Non, inquit, tabernam, sed crapulam, sed luxuriam inter prohibita numeremus. Mens subinde à festis avocanda est: eamus. Itur, & in seram noctem bibitur, dum

— jam vertigine relictum
Ambulet, & geminis exurgat mensa lucernis.

Multò latentius libido sollicitat; tenuissimis saepe principiiis inspergit animo. Munnuscula, cantianculae, epistolia, picturae & libelli molliores placere incipiunt: laudatur aliena forma, colloquia quaeruntur petulantiora, & insidiosa blandimenta aurium, & quò praevolant oculi; paulatim sequuntur manus. Ita demum omne castimoniae propositum corrui. Ita in aliis etiam vacillamus, & animi nostri decreta ipsi facillimè convellimus.

§. VI.

HVnc lufum Hebraei millies luserunt cum Deo. Quantum: saepius promiserunt obedientiam? mox ad ingenium redierunt, & ad jam notam obedientiam: Cito secesserunt, oblitii sunt operum ejus, & non sustinuerunt consilium ejus. Cum hostis hæreret à tergo, cum serpentes igni morderent, cum varia eos necessitas premeret, quantis clamoribus apud Deum egerunt, ut servarentur? Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eripuit eos. Nihilominus: Exacerbaverunt eloquia Dei, & consilium Altissimi irritaverunt. Tales post correctionem, quales antea. Ab hac tam flagitiosâ inconstantia non multum nos abluimus; nimium

Inven. sat. 6.
vers. 304.

Pfal. 105.
vers. 13.

Pfal. 106. v. 6.
11. 19. 28.
Ibid. v. 11.

A frequenter Judaei sumus. In morbo, vitiis omnium inimici videri possumus: at ubi morbus valedixit, nos sensum cum vitiis in gratiam redimus, & postliminio morbi, novam jungimus amicitiam cum antiquâ Superbia, aut Libidine, aut Avaritiâ. Si facerent sani, quæ facturos statuunt ægroti, brevi Christianus Orbis faciem indueret meliorem.

Videns Pharaon quod cessasset pluvia, & grando, & tonitrua, auxit peccatum. Ita nos, cum adversis urgemur, grande odium indicimus peccatis; cum redit fortunæ serenitas, hilari cachinno peccatum resalutamus, & hostem toties ejectum, largiore, quàm antè, benevolentia recipimus. Et hoc est non tantum patrum suorum, aut sui nominis oblivisci, ut Messala Corvinus, sed sui ipsius, quæ omnium est damnosissima oblivio.

Hebraeis inter alia monumenta plurima, & fimbriae violaceæ erant in veste, ne sui ipsorum Deique obliscerentur. Ita Deus Moisi: Recordentur, inquit, omnium mandatorum Domini, nec sequantur cogitationes suas & oculos per varias res fornicantes: sed magis memores preceptorum Domini, faciant ea, sicut, sancti Deo suo. Isaias: Hic, inquit, qui habitaverint coram Domino, erit negotiatio ejus, ut manducent in saturitatem, & vestiantur usque ad vetustatem. Penitentia & sanctioris vitæ desiderio sapius bene vestimur, sed non usque ad vetustatem. Non licet per nos his vestibus ad senium pertingere: vix eas induimus, mox petulant manu laceramus. Inde merito nobis obicitur: Et nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & caecus, & NVDVS. Petulantia tua age gratias, quod optimam vestem innocentia tam cito laceraris, & hoc egeris, ut jam virtutum indumentis careas. Ita post initia saepe bona, progressus malus, pessimus exitus.

§. VII.

AH! quæ nostra est hodie rerum gerendarum inconstantia? Non sic, quicumque illâ in re clari magnique fuere, sese tractavere. Philosophia princeps evasit ille Stagiritæ, sed viginti totos annos audivit Platonem. Celebrati Pythagorei, sed annis pluribus tacere prius quàm loqui didicere, quamquam rectius semper tacuissent, quàm post multos etiam annos ita locuti. Laudatur hodie Apelles, sed nullum abire diem sine ductâ lineâ passus est. Agefilai dictum mihi summopere semper placuit. Hic admonitus, ipse sibi parceret ob incertam fortunam: at ego, inquit, me ipsum assuefacio, ut in nulla mutatione admittam mutationem.

Jusserat Dionysius, notus ille ab Sicilia tyrannus, ut omnes qui convivio interessent, in veste purpureâ saltarent. Recusavit Plato id facere, neque enim philosopho hoc tale vestimentum convenire. At verò Aristippus & vestem eam induit, & imperatæ choreas ingressus: Qui verè, inquit, pudicus est, nec inter bacchanalia corrumpitur. Uterque Christianè & constantèr; iste dicendo, ille faciendo.

D Atqui hæc ego profanis relinquo. In Christianâ Republicâ, Superi quæ constantia suppeditant exempla? Tacebo veteris memoriae Abrahamae, Jacobos, Moles, Josephos, Jobos, Tobias, Judithas. Paulum nostrum, Ecclesiae columen, gloriantem audi, qui immensis laborum, ærumnarum, periculorum malis terrâ marique exantlatis exclamar: *Cursum consummavi, fidem servavi, de reliquo reposita est mihi corona justitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die justus iudex.*

Fortissimas innumerabilium martyrum legiones, ad mortem & ultima supplicia decertantes intueri, ô vagi & inconstantis animi homo! Anachoretarum patientiam constantiamque vix credendam contemplant: videbis multos ad quinquagesimum, octogesimum, centesimum annum in summâ vitæ egestate, penuriâ, asperitate, labore, æstu, frigore, siti, fame constantissimè perdurasse. Noti nobis Pauli, Antonii, Macarii, Hilariones, Simcones,

Exod. cap. 9.
vers. 34.

Relapsus in vitia est oblivio suavisissima damnosissima.

Num. c. 15.
vers. 39.
& seq.

Isa. cap. 23.
vers. 11.

Apoc. cap. 3.
vers. 17.

Imit. C.
lib. 1. c.
mem. 6
Homo
constitui
propoli
servand

Isa. 9. 2

Isid. 9. 1

Mat. 1.
vers. 35.

Isid. 9. 7
& 72. 1

Isid. 9. 35

2. Tim. 4. 4.
v. 7. & 8.

2. Tim. 2.
vers. 5.

Ance nisi
fuerit ad
necessitatē

Simeones, Danieles Stylitae, quorum aeternae stationes, esuritiones, precationes, pervigilia omnem omnium saeculorum posteritatem in admirationem summam adducunt. Haec magna, haec praecleara, haec divina sunt. Nos agrè subinde per cineraria, per mensem, per diem, ne dicam per horam, pravos animi affectus in officio continemus. Ita saepe quidem inchoamus, initium ducimus, facienda destinamus, sed destinatis non insistimus. Non tantum in fine, sed & ante finem, corrumpimus.

§. VIII.

Hic te, Gerarde, velim esse prolixae patientiae. Nihil hinc nimium dicitur, quod dicitur, vix ulli satis creditur; nihil nimium inculcatur, ea est hujus morbi pertinacia & malignitas. Etsi plerique omnes hoc malo corripimur. Sumus promissores grandi hiatus, hostes nostros debellamus super mensam uno halitu, at ubi constanti conatu & ardore progrediendum est, terga vertimus, & labore exosi revolvimur ad eandem sententiam. Nosti quid dicat Thomas à Kempis: *O quantum fragilitas humana, quae semper prona est ad vitia! Hodie confiteris peccata tua, & cras iterum perpetrare. Nunc proponis cavere, & post horam agis, quasi nihil proposuisses.*

Imit. Christi lib. 1. c. 22. fragilitas humana, quae semper prona est ad vitia! Hodie confiteris peccata tua, & cras iterum perpetrare. Nunc proponis cavere, & post horam agis, quasi nihil proposuisses.

Fingebant praesici Tithonium immortalis aevi ab Aurora donatum, eum tamen & senuisse & defecisse, in cicadum denique mutatum esse. Et nos quandoque propositis nostris immortales nobis videmur & aeterni. Est cum & nostrum quis audeat has voces jacitare: Non morietur in aeternum. Ita David tot victoriis clarus: *Dixi, inquit, in abundantia mea, non movebor in aeternum.* At mox subjicit: *Avertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.* Paulò ante serenitas, lux, decus, felicitas me circumdabant, fortissimus mihi videbar, & maximarum virorum. Sed heu, robur hoc meum, à me non erat, à Deo erat: veritè ille se, & ego jam levi ventulo impugnor & dejicior. Princeps ille Apostolorum quantus erat ante pugnam, & quam ingentibus promissis alacer? *etiam si oportuerit, inquit, me mori tecum, non timebo.* Vix abierunt res horulae, cum jam plenus trepidatione, & ad ancillae sibilum exterritus, timidissimas voces spargit: *Non sum, non novi hunc hominem, nescio quid dicis.* Et ceteri quid? dilapsi sunt, fugerunt, latebras quaesiverunt. Sed an non omnes in mortis societatem cum Domino conjurarunt? ita prorsus: *Similiter & omnes discipuli dixerunt.* Sed aliud est dicere, aliud facere; aliud proponere, aliud quae propositis, in opus producere. Et ne miremur adeò sibi dissimiles fuisse discipulos Domini intra pauculas horas. Moniti erant & VIGILARE & ORARE; neutrum fecerunt. Hinc in pugna victi, quia ante pugnam imparati. Mala in pace securitas, incertam facit in bello victoriam.

2. ad Tim. 2. 2. mant! Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit. At neminis ullius certamen legitimum fuisse dixeris, quod ad finem debitum non fuerit perductum.

1. ad Tim. 2. 2. mant! Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit. At neminis ullius certamen legitimum fuisse dixeris, quod ad finem debitum non fuerit perductum.

Matt. c. 26. v. 35. Dicitur, inquit Jobus, quasi vinea, in primo flore botrus ejus, & quasi oliva projiciens florem suum. Flos olivae delicatissimus, quamcumque caeli injuriam non sine grandi damno accipit. Reflorescimus nos, velut oliva, quoties peccasse ingemiscimus, & mores emendatioris promittimus; at ubi vel strictior malignae impugnationis, vel mollior amena occasio aura nos tangit, mox omnem floris opulentiam excutimus, arbores nimis delicatae. Quaecumque temporis injuria aut vicissitudo urere nos aut dejicere potest. Vide mihi Danielem vatem quotidie ter constantissime orantem. Non cum aemulorum insidie, non leges regie, non capitis periculum ab hoc vitae instituto poterat abstertere. Ita decreverat facere, & quod recte ab se decretum fuerat, in eo constantissima mente censuit esse perseverandum. Nos crebro decernimus pie vivere, sed decretis nostris non diu, non pertinaciter inhaeremus: corpus habemus, sed nervos non habemus: sidera sumus, sed errantia, manus quidem aratro, sed oculi tergo inhaerent. Nimirum sicut sicut sol. Vox illa praesca de Christianis hic verissima est: Mane palsterium, meridie convivium, vesperi convitium & propudium. Nimirum his gradibus ad caelum nos ascensuros somniamus. Sic stulti sumus, ut cum spiritu caperimus, carne consummemur. Non sic, o Christiani, non sic ad alta pervenitur; hoc non est ascendere. Attendite vobis, in disciplinam perseverate; est facilis descensus Averni. Qui in via ad aeternitatem non continuo ascendit, atque de die in diem proficit, is sanè in declive fertur, & de die in diem deficit. In Dei obsequio non progredi, est regredi. Quatuor animalia illa Ezechielii vasa, illuc gradiebantur, quò spiritus impetu ferebantur, & non revertentur. In hoc itinere velle consistere, est velle reverti. Luna crescit, dum ad plenum orbem dritescat, flumina currunt dum in mare se provolvant, ascendit ignis dum ad suam sphaeram pertingat. Sic omnino dum vivimus, necessum est crescere, currere, ascendere constanti virtutis cultu. Aristotele monitore, ad virtutem requiritur, firmiter & immobiliter operari. Qui monitis his parent, ibunt de virtute in virtutem.

1. ad Tim. 2. 2. mant! Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit. At neminis ullius certamen legitimum fuisse dixeris, quod ad finem debitum non fuerit perductum.

1. ad Tim. 2. 2. mant! Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit. At neminis ullius certamen legitimum fuisse dixeris, quod ad finem debitum non fuerit perductum.

1. ad Tim. 2. 2. mant! Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit. At neminis ullius certamen legitimum fuisse dixeris, quod ad finem debitum non fuerit perductum.

1. ad Tim. 2. 2. mant! Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit. At neminis ullius certamen legitimum fuisse dixeris, quod ad finem debitum non fuerit perductum.

1. ad Tim. 2. 2. mant! Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit. At neminis ullius certamen legitimum fuisse dixeris, quod ad finem debitum non fuerit perductum.

1. ad Tim. 2. 2. mant! Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit. At neminis ullius certamen legitimum fuisse dixeris, quod ad finem debitum non fuerit perductum.

1. ad Tim. 2. 2. mant! Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit. At neminis ullius certamen legitimum fuisse dixeris, quod ad finem debitum non fuerit perductum.

§. IX.

Arbor, quamvis primo vere in frondes sese induat, flore triumphet, fructusque uberimos pollicematur, nisi tamen ad maturitatem baccas provehat, aut

A speratum cultori pomum largiatur, inutilis habetur ac penitus extirpatur. Vites quamvis gemmantes spem lætam vinitori ostendant, nisi mites quarum botros educant, à radicibus convulsa vulcano confectantur: Architectus quamvis alta palatiorum turriumque fundamenta rectè jaciatur, substructiones moliantur, parietes erigat, si deficiat in recto, exponit se ludibrio. Par ferè ratio vitae & virtutis; frondeamus, floremus, fructus spondemus, nullos damus; fundamenta jacimus, sed domum ad tecti fastigium non perducimus: cum Oratoribus saepe exordimur; cum nautis saepe vela damus, sed ingruente procella, ad litus, unde solvimus, redimus; carcetibus evolamus cum cursoribus, sed medio in cursu frangimur, languemus, labimur, jacemus. Primus & ultimus est Cacodaemonis aries quem admovet, ut à bene caeptis retardet, ubi hoc impetravit, sensum sine sensu ad alia atque alia, & semper ad deteriora pertrahit. Ita quovis die si non peiores, ad malum certè proiores evadimus, nisi caepa constantissime urgeamus.

Quoties victrices manus cum Mose tollimus, sed mox ad primam fatigationem, victas iterum demittimus, sic nunquam serio vincimus. Heu vitam consumimus adificando, deltruendo, & saxum Sisyphi volvendo, quod ubi ad montis umbilicum ascendit, quasi pernitens tam ardui itineris, repentino lapsu ad imum revolvitur. Ita nos identidem post brevem pietatem ad inolitas consuetudines revertimur, velut diuturnioris sanctimoniae jurati hostes. Ita Penelopes relam semper teximus, ac reteximus; ita omnis aetas elabitur incipiendo, & nunquam finiendo.

Ladetur, inquit Jobus, quasi vinea, in primo flore botrus ejus, & quasi oliva projiciens florem suum. Flos olivae delicatissimus, quamcumque caeli injuriam non sine grandi damno accipit. Reflorescimus nos, velut oliva, quoties peccasse ingemiscimus, & mores emendatioris promittimus; at ubi vel strictior malignae impugnationis, vel mollior amena occasio aura nos tangit, mox omnem floris opulentiam excutimus, arbores nimis delicatae. Quaecumque temporis injuria aut vicissitudo urere nos aut dejicere potest. Vide mihi Danielem vatem quotidie ter constantissime orantem. Non cum aemulorum insidie, non leges regie, non capitis periculum ab hoc vitae instituto poterat abstertere. Ita decreverat facere, & quod recte ab se decretum fuerat, in eo constantissima mente censuit esse perseverandum. Nos crebro decernimus pie vivere, sed decretis nostris non diu, non pertinaciter inhaeremus: corpus habemus, sed nervos non habemus: sidera sumus, sed errantia, manus quidem aratro, sed oculi tergo inhaerent. Nimirum sicut sicut sol. Vox illa praesca de Christianis hic verissima est: Mane palsterium, meridie convivium, vesperi convitium & propudium. Nimirum his gradibus ad caelum nos ascensuros somniamus. Sic stulti sumus, ut cum spiritu caperimus, carne consummemur. Non sic, o Christiani, non sic ad alta pervenitur; hoc non est ascendere. Attendite vobis, in disciplinam perseverate; est facilis descensus Averni. Qui in via ad aeternitatem non continuo ascendit, atque de die in diem proficit, is sanè in declive fertur, & de die in diem deficit. In Dei obsequio non progredi, est regredi. Quatuor animalia illa Ezechielii vasa, illuc gradiebantur, quò spiritus impetu ferebantur, & non revertentur. In hoc itinere velle consistere, est velle reverti. Luna crescit, dum ad plenum orbem dritescat, flumina currunt dum in mare se provolvant, ascendit ignis dum ad suam sphaeram pertingat. Sic omnino dum vivimus, necessum est crescere, currere, ascendere constanti virtutis cultu. Aristotele monitore, ad virtutem requiritur, firmiter & immobiliter operari. Qui monitis his parent, ibunt de virtute in virtutem.

Danielis in orando perseverantia.

Ezech. c. 17. sicut sol. Vox illa praesca de Christianis hic verissima est: Mane palsterium, meridie convivium, vesperi convitium & propudium. Nimirum his gradibus ad caelum nos ascensuros somniamus. Sic stulti sumus, ut cum spiritu caperimus, carne consummemur. Non sic, o Christiani, non sic ad alta pervenitur; hoc non est ascendere. Attendite vobis, in disciplinam perseverate; est facilis descensus Averni. Qui in via ad aeternitatem non continuo ascendit, atque de die in diem proficit, is sanè in declive fertur, & de die in diem deficit. In Dei obsequio non progredi, est regredi. Quatuor animalia illa Ezechielii vasa, illuc gradiebantur, quò spiritus impetu ferebantur, & non revertentur. In hoc itinere velle consistere, est velle reverti. Luna crescit, dum ad plenum orbem dritescat, flumina currunt dum in mare se provolvant, ascendit ignis dum ad suam sphaeram pertingat. Sic omnino dum vivimus, necessum est crescere, currere, ascendere constanti virtutis cultu. Aristotele monitore, ad virtutem requiritur, firmiter & immobiliter operari. Qui monitis his parent, ibunt de virtute in virtutem.

Gal. cap. 3. v. 3. Hebr. c. 12. v. 7.

Ezech. c. 17. v. 12.

2. Eth. c. 4. requiritur, firmiter & immobiliter operari. Qui monitis his parent, ibunt de virtute in virtutem.

Psal. 83. v. 8.

& carnes ab iis intactas servare. Et quanta cogitationum agmina nos invadunt, cum preces fundimus, & Numini supplicamus? Tu verò abige mufcas, perge precari, orationis exordio suum epilogum annecte, quod inchoasti perfice. Verum, in imagine pertransit homo. Imago hominis quem pictor sedentem aut stare parantem pinxit, nunquam surgit, nunquam stat, etiam si videatur velle surgere & stare. Millies hanc imaginem intueri, & nunquam surrexisse carnes, sed surgere tantum molientem. Tales plerique omnes pictæ imagines sumus, videmur velle surgere, velle stare, non surgimus, nec stamus. Surgere nos jubet dies Christi Nascentis: molimur surgere, non surgimus: surgere nos jubet dies Christi Resurgentis, nec jam aliud quam anxia facimus: surgere nos jubet & alii per annum sacratiores dies, sed nos moris nostri sumus, æquæ lenta sunt nostra molimina ad surgendum, nec tum surgimus, aut certè mox iterum sedemur, cadimus, jacemus. Ita sanè, in imagine pertransit homo: cadit ut vivus, surgit ut pictus.

Quomodo homines sunt pictæ imagines.

Resuscitatus in Atticis lib. 33, cap. 7. Philosophorum, Suidas, Strabo, & alii.

Premium virtutis bene fidentibus cedit. Apoc. cap. 2. vers. 10. fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Continuat in omni beatè agendæ vitæ instituto. Luc. cap. 1. vers. 75.

A quadraginta aut sexaginta annis, integros castisq; mores perseverare; pæne tot sæcula quot annos computamus. Aded levi morula nostra omnis elanguescit Constantia. O homines pusilli animi! Noëum videre, justum, perfectum, cum Deo ambulantem. Hic cum molendæ arcæ manum admoveret, quingentorum annorum erat. Finito sæculari opere illo, sexcentas jam æstas viderat; cum morti concederet, annos vitæ numerabat nongentos quinquaginta. Eò ævi constantissimam innocentiam perduxerat maturus hic cælo senex. Ulbi jam anni nostri pauculi, è quibus vel unum in innocentia integrum donare, nimia nobis videretur liberalitas. A custodia matutinâ usque ad noctem speret Israel in Domino. Psal. 129. Melius est non cepisse, quam non finivisse. Nihil est quod non expugnet pertinax opera, & intenta ac diligens cura. Hæc Christianorum vera demum est gloria, cum Christo posse dicere: Opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciam. Joan. c. 17. vers. 4.

Levi morula hominis elanguescit Constantia. Gen. cap. 6. vers. 9.

CAPVT IX.

Examen conscientiae commendatur Religiosis.

§. I.

Vos ego nunc maximè appello (sed reverentè & submissè) quorum leges quotidianum esse volunt hoc conscientia tribunal. Hic ego oro & obsecro (nihil enim in me imperii) si quid facitis, id rectè & integre facite. Animus domi suæ sit, vigilent oculi, perseverent genua, lingua suis partibus ne desit, opus suum faciant & manus, atque in pugillares, chartam, tabellas referant, si quid debitorum contractum, aut si quid rerum aliarum huc spectantium subnotandum est.

Inter profanissima veterum sacra clamabat olim præco: HOC AGE. Hoc ipsum quisque sibi sub noctem severius occlameret: HOC AGE, conscientiam tuam rimare, & omnes illius angulos excute. Neque unquam decrit quod rimeris & excutias. Si Bernardo creditur, conscientia tam nostra quam aliena, abyssus & nox est imperjurabilis. Ergo inquire in teipsum, de teipso fer sententiam non connivente oculo, attentisque auribus, HOC AGE. Sed actum te agere scias, nisi jam hoc unum, idque ferriò agas. Ergo hunc diem tuum recognosce, affectus insolentiores compeste, marcentia in te excita, soluta constringe, concumacia doma, cupiditates tuas jugula: & istis dicentibus, Quousque eadem responde, ego debeo dicere, Quousque eadem peccabitis: remedia ante vultis quam vitia desinere. Ego verò eo magis dicam, & quia recusatis perseverabo.

Conscientia scrutanda. Bern. ser. 4. de advent. Dom. Sen. ep. 89. proprius finem.

Hoc ergo agendum est, ut, quod censuram meretur, reprehendi & extirpari, quod laudem, commendari possit, & altius animo inferi. Beatus, qui Iudex ipse sui se totum explorat ad unguem, Nil ut deliret amissis: Cogitat, & iusto trutinâ se examine pensat.

Alfon. Etyll. 8.

Antequam veniat tibi somnus, inquit Chrysostomus, profer in medium codicem, conscientiam tuam, & reminiscere peccata tua, si quid in verbo, seu in facto, vel in cogitatione peccasti.

Hom. 2. in psal. 50. post med.

Cum Romano Sapiente hic quisvis optimè dixerit: Hoc mihi satis est, quotidie aliquid ex vitiiis meis demere, & errores vitæ meos objurgare. O quoties per diem nosmet amittimus, & vagâ licentiâ errantes velut perditi, aut in Iræ, aut in Impatentiæ, vel etiam in Socordia dominium impingimus. Vespero, quisquis voluerit revocare gradum, poterit, & à tam barbarâ servitute se vindicare. Inæstimabile bonum est, suum fieri, & in seipsum habere maximum potestatem, nec ulli rei affectu nexum esse, nisi uni Deo, cui, an mens hominis se ita donarit, non otiosè ad conscientia tribunal disquirendum. Hoc opus, hic labor, ut quod tunc faciendum, non oscitantè, non perfunctoriè, non somniculosè fiat. Quis enim non dixerit stultitiæ proprium esse, illud quod quis curâ & studio vix rectè faciat, hoc ignavè ac segniter facere, & aliò

Sen. de beatâ Sen. de beatâ meos objurgare. O quoties per diem nosmet amittimus, & vagâ licentiâ errantes velut perditi, aut in Iræ, aut in Impatentiæ, vel etiam in Socordia dominium impingimus. Bonum inestimabile est in seipsum maximum habere potestatem.

corpus impellere, aliò animum. Quidquid obsequii Deo deferretur, id quam potest studiosissimè & accuratissimè deferendum est: dignissimus est Deus, in cuius cultum nervi omnes, cum animi tum corporis intenduntur. Nec in levi negligentia ponendum quidquid hic paulò negligentius curatur. Divinus Paulus precatur: *Orabo, inquit, spiritu, orabo & mente.* Nimirum in aliis satis fuerit partem hominis fatigari, hic totus homo nunquam satis laboraverit. Sedulos ministros vult Deus, & qui id quod agunt, toti agant. O Religiosi! an non saepe hoc conscientiae negotium remisit agitur, cum tedium, invidia, fastidium se insinuant, cum somnus & torpor obrepunt, cum cursim & obiter conscientia inspicitur? Gratiae aguntur Deo, sed languide; Lumen à Deo petitur, sed in oculis nictantibus & semisopitis jam nox est; Culparum venia rogarur, sed frigide & mente alibi occupata; Emendationis in posterum sit promissio, sed ea nec firma nec valde seria. Ita hæc conscientiae quaestio & causa per transennam agitur, & dormitante iudice, à quo merito provocatio fiat ad vigilantem; ita rei accusatio, damnatio, castigatio somniculosa celeritate deperoperatur, jamque pedes ad lectum festinant. O Simon, dormis? ò servi Numinis, hæc actæ diei clausula est, hoc incunda noctis exordium? Aliquando ad unumquemque horum talium, vox venit non blanda: O Religiose, sic non potuisti, non dicam horâ, sed nec unâ horulâ parte vigilare mecum? Nunc mors tibi dies & horas computat, tu cogita an non animis præteritis trecentis & amplius, conscientiae causam dormiens tractaris? difficile tibi non erat ad rerum novarum narratiunculas attentissimis auribus vigilare; at in eam per horulâ partem rationes componere, fastidit plenum videbatur. O Religiose, rebus tuis consule, hæc illa vox te feriat: quia te non videns placuisti tibi, displicebis & mihi cum iudicaberis, & tibi cum ardebis.

1. Cor. c. 14. vers. 15.

Isaia c. 21. vers. 8. Psal. 31. v. 3.

Vitiarum radices extirpandæ.

Idcirco sui muneris esse quisque credat cum Isaia profâteri: *Super speculam Domini ego sum, stans jugiter per diem, & super custodiam meam stans totis noctibus: Confitebor adversum me in iustitiam meam, & Dominus remittet impietatem peccati mei.*

Dorothei consilium est, non fibras tantum nozarum amputandas, sed ipsas etiam vitiarum radices & indagandas & extirpandas, quod sanè nunquam fiet, nisi quotidiana vigilantia conscientiae hoc examen quam exactissimè instituat. Ergo, ò Religiosi, Hoc agite quod agitis. Non satis hic inæqualem superficiem utriusque complanasse; ardentiore conatu opus, altius fodiendum est, & ad ipsas errorum origines penetrandum. Vigiliis hæc res agenda & solertissima curâ, nec parcendum operæ; Nemini unquam sua probitas parvo stetit. Sanè dormiendo vitia non dediscimus. Summum vitæ gaudium bona conscientia; summum vitæ supplicium mala conscientia; maximum vel in gaudiis tormentum, conscientia laniantur; maximum vel in dolore levamentum; pax & tranquillitas conscientia. Hanc quisque tantò curat impensius, quapropter sincerius amat.

§. II. Idem Beatissima Virginis Sodalibus commendatur.

Eges etiam vestra, ò Sodales integerrimi, hanc vobis lineam ducunt, ad quam omne opus diurnum exigatis. At si bene calculum pono, triplex fore inter vos est factio. Sunt qui dicant: Conscientiam sub quemlibet yessorem examinare, non vacat. Alii paulò protervius: Non lubet, etsi vacaret. Demum vero nomine sodales: Et lubet, inquit, & ut vacet, nos curabimus. Sed nescio an primi illi, his alteris censendi meliores. Inter illos & istos exiguum est discrimen, nisi quòd illi excusationis mactelum præpandant culpæ, non vacat, ajunt; isti fœcundiam aperitè professi, dissimulare nolint vitium, non lubet, inquit, Itane vobis, ò boni, non va-

cat? Nimirum ad alia omnia vacamus, præterquam ad salutis negotium. Suas horas studiis, suas lubibus, & somno suas idque liberalissimè partimur; suas sibi horas mensa habet, una conscientia nec horæ quadrantem sibi ullâ ratione impetrat. Ad quascunque nugas abundamus tempore, cum verò à maculis eluenda conscientia, non vacat. Sic tempus avarissimâ tenacitate virtutis studio negamus, quod turpissimâ prodigentiâ, in somnum, in ludos, in confabulationes effundimus. Cum salutaris res agitur, non vacat; cum sordes animi deregendæ, non vacat; cum actiones præteritæ diei magno emolumento remediendæ, non vacat; cum horæ quadans saluberrimè sui ipsius notitia dandus, tam angustum nobis tempus, ut nec tum vacet. Sic ad virtutem contendimus, inter vitia districti. Pudet dicere, honesta non colimus, nisi quantum vacat. At quantum præmium nos expectat, si occupationes nostras, & mala hæc tenacissima abrumparamus? *Has ergo habentes promissiones, charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore. Non enim vocavit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem. Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra.*

Ad omnia vacamus præterquam ad salutis negotium.

1. Cor. c. 7. vers. 1.

1. Thess. c. 4. v. 7. & 3. v. 7.

At lunt, quibus sua placet segnitie, etiam sine pallio. Nil excusationis opponunt; hoc labore supercedere se posse autumant, modò dicant, non lubet. Quod tantundem est dicere, ac, nolo facere quod officii mei est, sodalium legibus parere non volo, conscientia tranquillitatem tantum non facio, ut eam his impendiss emam. Ah! miseri, quousque tandem vestrum illud ignavissimum, non lubet? *Fili hominum usquequo gravi corde!* Conscientia puritas tanti est, ut operæ pretium sit omnino, eam vel maximis laboribus, vel quantavis molestiâ redimere. Suppliciorum extremum est, in vitio sibi facere delicias, & mentem canterio relectam gerere. Beatus Gregorius: *Quisquis, inquit, vitæ suæ custodiam negligit discutere, qua agit, qua loquitur, qua cogitat, aut despicit aut nescit, sibi metipsi præsens non est, quia semetipsum quotidie exquirere atque cognoscere sollicitus non est. Ille autem veraciter sibi in præsentem est, qui se in suis actibus tanquam alium attendit. Nam sunt multa peccata que committimus, sed idcirco gravia nobis non videntur, quia privato nos amore diligentes, clausis oculis, in nostrâ nobis deceptione blandimur.*

Greg. ho. mil. 4. in Ezek.

Negligens custodiam vitæ suæ sibi præsens non est.

E veteri memoriâ in vos testes non producarn: vide te obsecro vel tantum sodales vestros alios, quibus hoc unice curæ & cordi est, conscientiam quotidie in sincerum nitorem repurgare: nullum illi diem finiunt, cui hanc clausulam non apponant: nullam illi noctem inchoant cui hanc præparationem non præmittant; nunquam illi prius in lectum quam in seipos descendunt: errores suos quotidie objurgant, quoridie aliquid ex vitis suis demere conantur. De his optimè, quem modò dixi Gregorius: *Electorum est, inquit, actus suos quotidie ab ipso cogitationis fonte discutere, & omne quod turbidum profluit, ab intrinis exiccare. Metuunt in his quæ se egisse meminerrunt, & panunt stendo, quod perpetrasse se intelligunt: timent subtilia divina iudicia etiam de his quæ in semetipsis intelligere fortasse non possunt. Vident enim videri divinitus, quod ipsi in se per humanitatem non vident. Atque in hoc secreto interioris iudicii, ipsa mentis sue executione constructi panitendo serunt quod superbiendo commiserunt. Ibi namque adversum se, quidquid se impugnat, enumerant: ibi ante oculos suos omne quod desceant coaccervant: ibi quidquid per iram districti iudicii decerni possit, inveniunt: ibi rotatiuntur supplicia quor pati timent, nec deest in hoc iudicio, mente concepto, omne ministerium quod punire reos suos plenius debeat.*

Greg. lib. 25. mor. cap. 6.

Mercatores sunt qui maria terrasque assiduis itinertibus circulantur; nunc Romæ, nunc Mediolani degunt, jam Parisios, jam & Constantinopolim appellant, domi suæ vix unquam sunt. Pace vestrà dixerim, tales & vos estis, vagâ curiositate omnium domorum incolæ, unâ conscientia domo pertinaciter deviatâ, ita vix unquam

Ezeri vers. Tunc mus non scien

Hugo de ani

Ab. fa

Greg. li. mor. c. 4.

Jer. li. conf. p. 1. in p. 1. in

Mala conscientia est in conscientia, i. e. in carceri

Greg. ho. mil. 4. in Ezek.

Negligens custodiam vitæ suæ sibi præsens non est.

Bona conscientia est in conscientia, i. e. in carceri

Ev. c. 2. v. 16.

Ev. cap. 15. v. 15.

Ev. cap. 10. v. 10.

Ev. c. 15. d. v. 15. Apol.

quam domi & apud vos ipsos estis. O Sodales, nusquam est qui ubique est, foris argus, domi talpa. Quam autem hoc congruum rationi, ut qui per diem tot aliis, vesperi secum ipse, & cum sua conscientia loquatur. *Ingrederet & includere in medio domus tuae, monet Ezechiel. Tuta domus, arcanum conscientiae: miser est, & nec Deo, nec sibi vivit, qui hac domo habitare nescit, qui cum conscientia convenienda est, inertiissimum illud objicit, non lubet. Sibi dictum putet unusquisque sodalium, quod Hugo Victorinus in haec verba submonet: Redi ad cor tuum, & subtiliter discute teipsum: considera unde venis, quod tendis, quomodo vivis, quid agis, quid amittis, quantum quotidie proficis vel deficis, quibus cogitationibus magis incuraris, quibus affectibus tangeris, quibus tentationum machinis à maligno spiritu acrius impugneris: & cum totum interioris & exterioris hominis statum plenè cognoveris, non solum qualis sis, verum etiam qualis esse debeas, de cognitione tui poteris subvari ad contemplationem Dei. Conscientiae rationes quisquis bene vult subducere, quotidie subducatur: hoc ipso male curatur conscientia, quia rariùs. Ah, quam male est extra legem viventibus, quidquid meruerunt, semper expectant. Nam conscientia accusat, ratio judicat, timor ligat, dolor excruciat. Quod iudicium eò certius punit, quod interitum lib. de vitis scribit. Præclarissimè Bernardus: Conscientia mala, inquit, contristat animam, eamque Deo exhibet immundam, angustis, & hominibus sedam & sibi ipsi turbatam & inquietam. Nulla enim poena major est malà conscientia. Omnium conscientia est siquidem delictorum nostrorum ipsa est testis, ipsa iudex, ipsa torrens, ipsa carcer. Ipsa accusat, ipsa iudicat, ipsa punit, ipsa damnat. At verò conscientia bona, templum est Salomonis, ut idem Bernardus loquitur, ager benedictionis, hortus deliciarum, aureum reclinatorium, gaudium Angelorum, Aula Dei, habitaculum Spiritus sancti, liber signatus & clausus, & in die iudicii aperiendus. Nihil est jucundius, nihil tutius, nihil ditius bonà conscientia: premat corpus, trahat Mundus, terreat diabolus, illa erit secunda usque in finem.*

§. III. Idem aliis quibuscumque commendatur.

Nemo hinc præmoliatur, se lege non teneri. Placuit confessionis lex neminem habet eximium. Atqui verò huic ritè instituendæ, necessarium prorsus est, conscientiam excutere et in notitiam deducere delictorum. Istud sanè quò rariùs, hoc & pejùs fiet atque remissius; ipsa exercitatione in hanc industriam roboramur. Qui in te familiari neglectum omnem cavere vult, expensarum rationes quotidie inspicit; ubi moræ & dilationes crescunt, rem familiarem decretere necesse est. Idem prorsus hinc, seipsum nosse non discit, qui seipsum raro inspicit. Horologii æquabilis ordo directricem manum quotidie postulat conscientia sanitas quotidianis vult subsidiis fulciri. Epictetus pulchrè submonens: Quemadmodum, inquit, in ambulando caves ne clavum calcas, pedemve distorques, sic in degendâ vitâ cave, ne gubernatricem actionum, mentem tuam ledas. Quod si in te unaquaque observabimus, omnia cautius aggrediemur. At si spinam aut clavum pede indueris, an non eâ mox horâ, eo certè die extrahas, ne pars læsa in malignum ulcus suppuret? ita pedi consulis. Et conscientiam si læseris (septies enim in die cadet iustus) non eodem mox die medicinam facies? mucronem subtilissimum pedi eximias, & lethale vulnus tolerabis in conscientia? Videre itaque, fratres, quomodo cautè ambuletis, ut ambuletis dignè, Deo per omnia placentes. In quæ verba insigniter Augustinus: Dicitis, inquit, quid est ambulare? Breviter dico, proficere, ne forè non intelligatis, & pigriùs ambuletis. Proficite, fratres mei, discite curite vos sine dolo, sine adulatione, sine palpatione. Non enim est aliquis intus tecum, cui erubescas & jactes te. Est tibi, sed cui placet humilitas, ipse te prober. Proba & teipsum tu ipse. Semper tibi displiceas quod es, si vis pervenire ad id quod nondum es. Nam ubi tibi placuisti, ibi remansisti. Si autem dixeris, sufficit, & peristi. Semper adde, semper ambula, semper profice.

A Noli in viâ remanere, noli retro redire, noli deviare. Remanet, qui non proficit: retro redit, qui ad ea revolvitur unde jam abscesserat; deviat, qui apostatat. Melius it claudus in viâ, quam cursor prater viam.

Laudata illa Moabitibus Ruth, ut sacre paginae testatur, collegit in agro usque ad vesperam, & qua collegerat, virgâ cadens & excutiens, invenit hordei tres modios. Constantia monet pertinax hic labor, & exigenda ab animo rationis sub serum vesperem. Quisquis es, hoc tibi merito persuade, non usquequaque omnia ex amussi & ad unguem te facturum, quin à te facta limam admittant, inò exigant: quantumcunque industrius & solers sis, tamen tam puri feminis acervum non colliges, quin collectum diligenter excutere oporteat, quando multa factum, quæ velut casta nux omni nucleo carent, & præter solam virtutis speciem nil habent in se pretiosi. Quam multi quarunt scientiam, & pauci conscientiam! Verendum sanè, ne olim cum reddenda erit ratio, eveniat nobis quod infelicibus illis Ephraëis, Jordanem transire molientibus. Hi namque à Galaaditis intercepti & interrogati an Ephraëi essent, illis negantibus, imperatum porro, vernaculi idiomatis notam ederent, pronunciantque vocem Scibboleth, hoc est, spica granis plena. Hic miseris inasuetâ lingua non parebat, neque illi aliud enunciare poterant quàm, Sibboleth, hoc est, culmus grano vacuus. E vocali hoc signo, hostes esse noscebantur, idèoque statim apprehensi jugulabantur in ipso Jordanis transitu. Et nos in itū perpetuo atque transitu sumus, è nostro in orbem profusum alium & novum: neque fas transire ulli, quem non excipiat severum examen, in quo sola virtus non rejicitur. Animus à virtute vacuus, velut sterilissimus culmus ad incendia æterna dejicitur. At verò quemadmodum spica licet prægnantes granis, ob paleam tamen sterilem societatem flagellis excutitur, ita vix ulli actus humani tam puri puri ab omni defectu & sorde, quin & in his pretiosum à vili, sincerum ab impuro sit fecerendum. Ergo teipsum, tuasque actiones, mi Christiane cæde & excute, rejice paleam, remove omnia quæ maculant. Et sanè par esset, ut, quod Ruth fecit, trium modiorum mensuram quotidie comportares. Hos sacri interpretes ajunt esse cogitationis puritatem, locutionis veritatem, optimæ operationis sinceritatem, ut diem totum sibi rapiant & sanctæ cogitationes, & colloquia utilia, & honestissimæ actiones unius Numinis honori editæ. Et hoc ipsum nocturnæ discussionis pars erit videre, num tres modios istos repleveris.

Omnis igitur cordis nostri recessus (inquit Cassianus) jugiter perscrutandi sunt, & ascendentium in eos vestigia indagatone sagacissimâ retrahenda. Aureus ille orator ad idem gravissimè suos hortatus: Et ne, inquit, ita simpliciter juniorum hebdomada prætereant, scrutemur suam quisque conscientiam, & rationem examinemus, & consideremus quidnam in hac hebdomadâ probè actum sit, quid in aliâ, & quale augmentum fecerimus ad sequentem, quas in nobis affectiones correxerimus. Quid si vitam nostram non instruxerimus, magnam animam nostram curam habentes, nihil nobis usui erit jejuniū vel inedia quam toleramus, præsertim si comperiti fuerimus inferiores his, qui tantum studium colligendis opibus impendunt. Opus suum prober unusquisque. Unusquisque enim opus suum portabit. Suum opus, inquit Auselmus, non alterius examinemet, ut Phariseus publicani. Neque tantum peccata, sed & actiones alias, quantumvis bonæ videantur, examinari vult Paulus. Deus quamprimum lucem creavit, inspicere illam & experiri voluit: Et vidit Deus lucem, quod esset bona. Quid luci cum hujusmodi experimentis? an non de bonitate illius constabat, maximè cum à Deo esset creata? Constabat omnino, sed ostendit hinc bonus Deus, quâ ratione nostra nobis opera tentanda sint & experienda, quantumcunque bona illa & lucida videantur. Sunt quæ nitorem, non tamen naturam auti habeant.

Christus

Ezech. 6. 3. vers. 2. 4. Tuta domus arcanum conscientia.

Hugo lib. 3. de anima.

Arh. sayr.

Greg. lib. 25. mor. cap. 6. Bern. lib. de vitis scribit. Præclarissimè Bernardus: Conscientia mala, inquit, contristat animam, eamque Deo exhibet immundam, angustis, & hominibus sedam & sibi ipsi turbatam & inquietam.

Mala conscientia est siquidem delictorum nostrorum ipsa est testis, ipsa iudex, ipsa torrens, ipsa carcer. Ipsa accusat, ipsa iudicat, ipsa punit, ipsa damnat. At verò conscientia bona, templum est Salomonis, ut idem Bernardus loquitur, ager benedictionis, hortus deliciarum, aureum reclinatorium, gaudium Angelorum, Aula Dei, habitaculum Spiritus sancti, liber signatus & clausus, & in die iudicii aperiendus. Nihil est jucundius, nihil tutius, nihil ditius bonà conscientia: premat corpus, trahat Mundus, terreat diabolus, illa erit secunda usque in finem.

Bona confessio requirit examinationem conscientia.

Prov. 2. 2. 4. vers. 16.

Epist. cap. 5. vers. 15. Cass. cap. 1. vers. 1. Aug. serm. 15. de verb. Apost.

Ruth. cap. 2. vers. 17. Constantia opus est in hoc examine.

Bern. c. 17. de inst. dom.

Judic. c. 12. vers. 6.

Actus humani ab omni sorde sunt excutiendi.

Cass. coll. 1. cap. 12. Chrysol. homil. 11. in Gen. ante med.

Gal. cap. 6. v. 4. 5. & 6.

Gen. cap. 1. vers. 4.

Luce. cap. 9. vers. 18.

Christus discipulos suos super famam suam examinans: *Quem, inquit, me dicunt esse turba? Idem & nostrum quis de se interroget: Et quem me ajunt esse cives mei? Quem? expectatis, mi homo, respondebo. Ajunt te esse hominem potentulum & madidum, vini amantissimum, & in dies paene singulos ebrium: & forsitan tu solus hoc ignoras? Aut dicunt te Veneris esse mancipium, ad omnem petulantiam & libidinem projectum, ore, oculis, manu inventandum: & forsitan tu solus haec nescis? Aut, non negant te cetera probum, sed de partem, fordidum, avarum Euclionem, qui multae pecuniae longae sit appetentior, quam pura conscientiae, avidior nummi, quam caeli: & fortassis te solum haec latent? Aut, constanter asserunt te hominem esse tuigentis supercilii, ore asperum, gestu inflatum, caeremoniarum & pompae cupidissimum, ostentatione & arrogantia plenum: & forte tibi uni haec ignota sunt? Aut, non equidem dissimulant te pacis & concordiae inimicum, omnis injuriae impatientem, ad arma & iram praecipitem ruere, difficillime placari: & tu forsitan te talem ad hoc temporis non credebas?*

Aut, plerique affirmant te dandis consiliis illustrem, politicum, comem; cetera te hominem tui sensus & cerebri esse, pertinacem & aeneae cervicis, nec religionis adeo tenacem; & fieri potest ut tibi soli haec nunquam innotuerint? Aut, vox ferè omnium est, te quietis tam amantem, ut nihil tibi dulcius sit quam feriari & otio disfluere: & tu forte hoc virtutis in te non notaras? Aut, fatentur plurimi, te precum quidem studiosum, sed parentem familias incuriosè agere, & pecuniam utraq; manu insigniter dilapidare: & forte an tibi haec à nemine objecta? Aut, nemo est qui non accuset lividos dentes tuos, & oris mordacissimum acetum, quo omnium famam perfundi dicunt: & tu fors edentulum te credebas & manuctæ linguae hominem?

Quid ergo contra sermones hos, obducis? omnésne falsi? Saepè fit, mihi crede, ut hominem sibi imer ignorissimum, intus alii & in cute norint. Tu ergo tuam conscientiam quot diebus interroga, non mentietur: si illa te ream pronuntiari, errores ne defende, sed emenda & corrige: si infontem te absolverit, tumores populi generosa patientia contemne. Conscia mens recti famam mendacia rider.

Augustinus olim intrepidè de seipso: *Senti de Augustino, ait, quidquid lubet, sola me in oculis Dei conscientia non accuset. Idem, quicumque alius serena conscientia homo liberrimè dicat; Loquantur de me alii quod volunt, modo me ad Dei tribunal defendat conscientia. At quomodo defendet eum à quo neglecta, oppressa, vix unquam loqui permisa? Hic forte dicas, quanti sunt, qui vix semel in anno, conscientiae suae potestatem faciunt loquendi: & nos quotidianas illius accusationes tolereamus? Et quid oro, Christiani, malae causae argumentis pejoribus patrocinamur? Non est bonitas pessimis esse meliorem, aut effrenatissimis moderatiorem; non inde conscientia nostra erectior, quod ab aliis ea calcetur, neque nos culpae eximit tantus aliorum neglectus. Job consiliis sanioribus usus: *Verumtamen, inquit, vias meas in conspectu ejus arguam, & ipse erit salvator meus. Et annexa causa: Verèbar, inquit, omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti. Ut tuum, o mi Deus judicium praevertarem, diebus omnibus meisipsum judicavi, & velut à deprehensio reo penas repetii.**

Pulcherrimè & ex natura rei de hoc differens Chrysolomus: *Est tibi tribunal, inquit, multum habens emolumentum, & nullam referens accusationem. Constitue super conscientiam judicantem rationem, & in medium omnia tibi parata propone, anime tuae peccata scrutare, & penas exige diligenter, & dic: Quamobrem hoc, & hoc anxia es? Et si haec quidem fugiat, aliena discutiatur, dic ad eam: Non de his te judico, non pro his venisti te purgatura. Quid enim si ille malus? quare*

tu hoc, & hoc admisisti? responde, noli accusare, tua consideres, non aliena. Et eam in hanc anxietatem agas contine. Postea, si nihil quod dicat, habeat, sed refugiat; dilania flagellans eam quasi quandam ancillam insolentem, & fornicantem: & quotidie judicium hujusmodi constitue (quotidie, nota Gerarde, quotidie) & ignis flumen designa, veneniferum vermem, tormenta reliqua: nec eam amplius sinas diabolo copulari, nec impudenter loquentem tolere. Ille, venit ad me, ipse mihi tendit insidias, ipse me tentat, sed dic ei: Nisi tu velis, illa omnia superflua. Quod si rursus dicat: Corpori connexa sum, carnem induta, mundum habito, in terrâ commoror, dic ad ipsam: Haec omnia sunt excusationes & praeextus. Nam & ille carnem erat indutus, & ille mundum habitans, & in terrâ conversans, probabilis fuit: quin & tu ipsa, cum bene te gesseris, carne circumdata id facis. Quod si doleat haec audiens, ne tollas manum: non enim morietur, si percusseris, sed eam ex morte erues. At si rursus dixerit, quod ille exacerbavit, ei responde: sed tibi licebat non exacerbari. Certè frequenter iram compressisti. Si dixerit, quod illius species me sublevavit, dicas ei, sed tu poteras continere, propone victos, propone primam mulierem qua dixit: Serpens de-

Ita verbum è verbo expressit Chrysolomus, qui una gravissimè questus: sed nos, inquit, non ita facimus, sed omne contrarium. Nam simul atque reclinati sumus, omnia versamus secularia, & hi quidem immundas inferunt cogitationes, hi verò senora & commercia, & corruptibiles curas. Ita somnum pessimè auspicamur, inter vanas, avaras, invidas, inter impuras & fordidas cogitationes. Ita nec dormimus quidem sine vitio, cum tam vitiosè obdormiscimus.

Hoc est quod Christus toties repetitis clamoribus Man. 1. 14. inculcat: Vigilate & orate, quia nescitis diem neque horam, vers. 42. quâ Dominus vester venturus sit. Et vos estote parati, quia quâ Luc. cap. 12. hora non putatis, filius hominis veniet. vers. 40.

Pestilentissimè incogitantia, & inexplicabilis audacia est, conscientiam agram, & letalis culpa, vel unica audeam, ad lectum deducere, ac plumis se sepelire, nec prius Numinis offensas deprecari, & cum Deo in gratiam redire. O mortalium miserrime, peristi, & aeternum peristi, si nox haec tibi sit ultima. Et cujus promissis securus, post hanc plures tibi noctes polliceris? Diebus paene singulis immatura efferuntur funera; morte subitâ hinc illinc plurimi rapiuntur ad tribunal, & tu nihilominus offenso & irato tibi Deo, lectum temerarius irruis? Ah, infelix, quam non ludendum est cum Aeternitate! levi obstaculo aut concussu, momento unico spiritus intercipitur, & omne tuum vivere consumptum est: cras cadaver tuum in sandapilâ, animus erit in gehennâ, si non prius peccatum excludas, quam somnum admittas. His sese periculis subducit, qui sopori se permissurus, ante seridè evigilat, & quidquid per diem noxarum navorumque contaxit, dolore abstergit & emendationis proposito.

Hic talis licet eâ nocte vitam finiat, vitâ tamen beatiore non excidet. Ergo vigilate, quia nescitis neque diem neque horam: Estote parati, quia quâ hora non putatis, filius hominis veniet.

Sermonem, Gerarde, unâ cum die finiamus. Lux haec abiit, sed non sine lineâ, quod tibi mihi que gratulor. Longus fui, fateor, sed praedixi hoc futurum, & ideo longam à te patientiam postulavi. Ego quidem oppidè fellus sum dicendo, sed non dubitem, quin tu etiam audiendo. Utrique fatigationem somnus eximer, sed somnus quem praecesserit Examen conscientiae, ut non doceamus tantum facere, sed & faciamus.

Nulla Catio cos ne vi Cae esse ve rados

Hier. ep ad Roja

Gregor. Luce. 8. hant. A. dicit.

Sabomo pates deos ve nans et

Tripliei dade di fures hos Dru. s. ha ter amicos.

Amici pu r e admu i-uis no tis auxi. lazar.

Epist. ad Secundum. Manich.

Job cap. 13. v. 15. & 16. & cap. 9. vers. 28.

Chrysol. to. 5. hom. 46. ad pop. Antioch.

LIBER SECVNDVS.

CAPVT PRIMVM.

Ingressus ad sermonem de cultu caelorum.

Polychronius, Gerardus.

POLYCHRONIVS.



Item primum ad conscientiae tribunal exegimus: hunc alterum Divis Caelitibus dicabimus. Ante omnia velim audire ex te, & quaesio quoniam quae questionem, Gerardus: Christianus es? GERAR. Sum. POL. Catholicus? GERAR. Sum. POL. Ergo jam peroravimus ma-

Nullus Catholicus negavit Caelites esse venerandos.

Hier. ep. 53. ad Ripar.

Gregor. de Lav. S. A. Iban. Alex. Arch.

gnam partem. Nemo Catholici sanguinis fuit unquam, qui Caelites negaret esse venerandos. An nos damnabimus, quidquid omnia retro annorum saecula probaverunt? Laus Sanctorum, Laus Dei, qui omnis sanctitatis fons est & origo. Quidquid honorandum aut commendandum in Divis est, Dei donum est: quidquid igitur honoris aut cultus Caelitibus impenditur, id omne in omnium auctorem Deum meritissima pensione refunditur. Laudatio servi, honor est Domini. Quod beatus Hieronymus disertè affirmans: Honoramus, inquit, reliquias martyrum, ut eum cuius sunt martyres, adoremus: honoramus servos, ut honor servorum redundet in Dominum, qui ait: Qui vos suscipit, me suscipit. In eandem sententiam beatus Gregorius Nazianzenus concedit, & Athanasium, inquit, laudans, virtutem laudabo, quoniam omnes virtutes complexu suo tenet. Virtutem autem laudans, Deum laudabo, à quo virtus ad homines promanat, cuiusque beneficio nobis contingit, ut ad eum per cognatam illuminationem evehamur, vel potius revehamur.

§. I.

Salomon plures deos venerat. Sal. 14.

Salomon humanae sapientiae miraculum, in eum errorem à feminis fasciatus est, ut pro uno, plurimos deos venerari coepit. Roma caput Orbis, & verae religionis nunc Antistita, olim eò prolapsa est abominandae pietatis, ut diversorum deorum ipsa triginta millia percensuerit nominatim & coluerit. Proh quae ista & quam vilis deorum anthona! alii longius etiam progressi infinitos paene deos posuere; alii nullos providentes alii, aliqui otiosos. Nos, quotquot Christiani sanguinis censemur, Deum unum agnoscimus, Divorum longè ultra triginta millia veneramus. Sed aliud est Deus, aliud Divus, qui quidquid honoris habet & ornamentum, habet à Deo.

Triplici classe distinctos Deos habet amicos.

Amici primae admissionis nobis auxiliantur.

Prisco aeo diversi generis amici numerabantur. Erant, quos prima admissionis amicos dixere: alii secundae, tertiae alii vocabantur, scilicet ex ordine quo admittebantur. Tiberius Imperator, ipse amicos solitus describere in tres classes, & ab hoc more admissiones dictae. Si haec infirma divinis fas conferre, Deus etiam amicos numerat, ferè triplici classe distinctos. Amicos tertiae admissionis dixeris, qui in gratia sunt apud Deum, sed etiamnum inter mortales degunt. Istos verò secundae admissionis nuncuparis, qui vitam functi & caelo destinati, sed necdum caelo admissi. At illos velut primae admissionis familiares jure veneramus, quos Deus caelo jam recepit, beatissimis sedibus locavit, & verè admisit in conspectum. Et hos sciamus auxiliari nobis & nosse, & velle, & posse. Preces nostras audiunt, miserias & gemitus nostras vident, idque in eo qui vider auditque omnia. Deus illis voluntarium speculum, & theatrum longè quam amplissimum est, in quo eis universa, prout sunt, repraesentantur. Haec illi assidue conuendo, incre-

A dibili prorsus voluptate perfunduntur. Beati utique immortalis lumine circumfusi, & plura & clarius cernunt in Deo, quam ullus olim prophetarum. Atqui prophetae ea viderunt quae esse desiderant, & praeviderunt quae nondum erant.

§. II.

CVr ergo Caelites, qui omnigenam felicitate circumfluunt, ea nesciant quae ad ipsos spectant, quaeque ab ipsis sciri cupiunt, qui opem illorum implorant? Helias clarissimus Hebraeorum vates jam in sublime curru igneo fuerat evehctus & tamen quid Joram Regi eventurum esset cognovit, & ad eum super futuro statu litteras scripsit. Divinus Paulus à Corinthiis corpore aberat, isdem tamen praesens animo; & iste nunc caelestis gloriae jubar indutus, rerum inscientiam labore? An non primus à Christo Pontifex Petrus Christianis promittit, non modò se dum viveret, sed & mortuum uniuersumque illorum memorem fore? Dabo autem operam, inquit, & frequenter habere vos post obitum meum, ut horum memoriam faciatis. Istud promissi probè cepit Chrysostomus, eaque de causa, die Principibus Apostolis Petro & Paulo natali, suis Petrum verbis compellat, monèrque fidei & pollicitationis, ut qui suis discipulis promississet, eorum se haud immemorem, post discessum è vita futurum. Ergo norunt Beati quina opem illorum implorant, ergo nil obstat quae notitiam hanc, quo minus auxiliari nobis possint. At jam caelo injuriam fecerit, qui beatissimam illius familiam non quidem neget id nosse, sed nolle affirmet: Caritas nunquam excidit. Caritas apud illos nunc auctor, inviolabili cursu aeternitatis manet intemerata. Et nos pronissimam eorum in mortales voluntatem in dubium vocemus? Verè & venustè Cyprianus: Magnus, ait, illic nos carorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum, frequens nos & copiosa illic turba desiderat, jam de sua immortalitate securus, & adhuc de nostra salute sollicita. Qui autem cum ratione ambigat, de amplissima eorum potestate gratiaque apud Deum, à quo, ut canit vates Regius, Constituti sunt principes super omnem terram. Ita iis ipsi olim per Joannem arcanissimorum conscium promissit: Qui vicerit & custodierit usque in finem operam meam, dabo illi potestatem super gentes, & reger eas. Ergo juvare nos norunt, & volunt, & possunt.

2. Paral. 2. 21. v. 12.

1. Pet. c. 1. vers. 15.

1. Cor. c. 13. vers. 8.

Psal. 44. vers. 17. Apoc. cap. 2. vers. 26.

CAPVT II.

Cultus Caelitum contra opiniones asseritur.

GERARDVS.

OBsecro, Polychroni, bonam tuam veniam, liceat mihi, sicut heri pigrum, sic hodie haereticum agere, & quae strictim in fundamentum à te prolata, tricorni ariete concutere.

Placidissimam quietem Divorum turbare necesse est, si ad hominum vota vocèque animum debeant attendere, cum alioqui immensissimae voluptatis suavitudine sic absorbeantur, ut aliud mentem nequeant invocare. Hoc primum: en & alterum cornu. In Christum Servatorem eam ratione injucii erimus, si alius insuper advocacionem nostram committamus. En & tertium. Nullum est in divinis oraculis edictum quod ab eis opem & tutelam jubeat exposcere.

§. I.

POLYCHR. Gossipio, non ferro praefixus est hic tunaricus. Et o fatuam religionem! beatarum mentium, quae Deo felicissime potiuntur, vim & efficientiam eo modulo meriri velle, quo nostros animos corporum custodia & concretione impeditos. Quid in mortalitatis mala superos adoptamus? hac quidem ratione Angelis, vix

vix liberum ullum tempus aut solutum foret, si huma-
na calamitates illorum continuè felicitati obstant.
Sic & alii Caelites æternis deliciis immergi, vix mutuos
in se aspectus fletere audent, si hac reciprocato amo-
ris benevolentia, à divinis amplexibus abstraherentur.
Somnia sunt hæc, quæ nostros mores affingunt cælo, &
quod terra patitur, id fieri putant in cælo sidera. Alii mo-
res supra nos sunt, & vitæ ratio nostræ longè dissimili-
ma. Beatissimæ cum Angelorum tum hominum men-
tes, in eo quem nunquam videre desinunt, dilucidè vi-
dent, quæ ad illos pertinent omnia, tanquam lineas in
suum centrum coëunt, cum inferior hic mundus per-
fectè contineatur & distinctè repræsentetur in arche-
typo illo infinitæ capacitatis mundo. Gregorius de An-
gelis: *Interioris, inquit, exteriorisque sciendo diffusi sunt, quia
ipsum scientia fontem contemplantur. Quid enim de his que
scienda sunt, nesciunt, qui scientem omnia sciunt?* Et de beatis
alitis: *Quia, inquit, in æternâ hereditate omnes communi cla-
ritate Deum conspiciunt, quid est quod ibi nesciant, ubi scien-
tem omnia sciunt?*

Lib. 1. in val.
cap. 2.

1. Tim. c. 2.
vers. 5.

Deut. cap. 5.
vers. 5.

Basil. or. 2.0.
in 40. Mar-
tyres.

Greg. Nyss.
or. in Theod.
mart.

Chrysost.
hom. 2.6. in
epist. ad Cor.

In lament.
ad finem
Patriarchon.

Lib. 2. in
Iob
Aug. tom. 4.
Ann. in
cap. 19. Iob
vers. 21.

Lib. 6. contra
Donat. c. 1.

Tom. c. 1. 27.
de civit. Dei
c. 27. proxi-
me finem.

§. II.

Sed tui arietis cornu alteritum retundo. Palam & li-
berimè fateamur cum Doctore Orbis: *Vnus Deus,
unus & mediator Dei & hominum, homo Christus JESVS.*
Hic humanae generis Advocatus, Mirabilis, Unus, Absol-
utus est, qui suo & nomine & auctoritate loquatur.
Sed negare inferiores alios velut sequēstres & prorege-
tis, quos eò produxerit suprema Christi auctoritas, di-
vinis paginis planè non repugnat. An non Moses suâ
voce divulgans: *Ego, inquit, sequer & medius fui inter
Dominum & vos, in tempore illo.* Propter hanc eandem ra-
tionem Basilii in Nicæno Concilio secundo laudatus,
Apostolos & Martyres vocat Mediatores, eorumque
opem implorandam docet his verbis: *Qui aliquâ premi-
tū angustia ad hos confugiat, qui rursus letatur, hos orat, hic
ut à malis liberetur, ille ut duret in rebus laetis.* Eleganter Gre-
gorius Nyssenus Theodorum clarissimum martyrem
obsecrat, ut immanitatem Scythicam armatâsq; cu-
neis Orienti jam imminentes suis precibus avertat: *Ut
miles, inquit, pugna pro nobis, ut martyr pro consensu utere li-
beritate loquendi &c. Admone Petrum, excita Paulum, Ioan-
nem item theologum ac discipulum dilectum, ut pro Ecclesiis
quas constituerunt, sint solliciti.* Chrysostomus, Regum &
Principum, Constantini Magni præcipuè pietatem in
Divos dilaudans: *Et ille, inquit, qui purpuram gerit, ad se-
palcitra illa se confert, ut ea exosculetur, abjectâque festu stat
supplex, Sanctisq; obsecrat, ut ipsi apud Deum presidio sint.*
Sed mens mihi non est præcorum Patrum, qui luculen-
tè idem testantur, syllabum hic texere. Quod si censura
sit ingeniorum, iis ego facillè crederem, quibus persuasum
est, neminem ullum Origenis aut Augustini ingenio
par unquam habuisse. Igitur quid Origenes, quid
Augustinus hac in re senserint, narratione brevi, sed fi-
delissimâ pandam. Origenes: *Incipiam, inquit, me genibus
prostrare & deprecari universos Sanctos &c. O Sancti Dei,
vos lacrymis & stertu pleno dolore deprecor, ut providatis mis-
ericordis ejus pro misero &c. Hen mihi, Pater Abraham, depre-
care pro me. O beate Iob viventis in perpetuum apud Deum, &
victor permanens in conspectu regis Domini, ora pro nobis.* Au-
gustinus multò clarissimè hanc in Divorum poscendâ
ope religionem firmat, & Jobi verba sic interpretatur:
*Miseremini mei, saltem vos amici mei. Angelos videtur postu-
lare, ut pro eo deprecantur, aut certe sanctos ut pro penitente
Iob. Et Augustinus ipse Divi Cypriani auxilium implo-
rans: Adjuvet itaque nos, inquit, orationibus suis in istâ carnis
mortalitate, tanquam in caliginosâ nube laborantes, ut donan-
te Domino, quantum possumus, bona ejus imitemur.* In opere
illo nobilissimo de Civitate Dei, hanc formulam con-
fectæ precationis (*ô Sancte, memor esto mei*) ore omnium
Christianorum usurpari affirmat his verbis:

Quique sui memores alios fecere merendo.
Profus tanquam eis diceret, quod frequentatur ore
Christiano, cum se cuique Sanctorum humilis quisque
commendat & dicit, *Memore esto mei, atque ut id esse possit, Tom. 4. lib.
promerendo efficit.* Et: *Cum itaque recolit animus ubi sepultum de curâ pro-
fit carissimi corpus, & occurrit locus nomine martyris venera-
bilis, eidem martyri animam dilectam commendat recordantis
& precantis affectus.* Ideo idem Augustinus, ad subsidium
à constantissimo martyre Stephano petendum hortatur, *facilius enim orationes illius pro orantibus quàm
pro lapidantibus admittendas.* Et: *Injuria est, inquit, ora-
re pro martyre, cujus nos debemus orationibus commendari.*
Nam, *Sanctorum martyrum orationibus propitiatur Deus pec-
catis populi sui. Omnes martyres qui cum Deo sunt interpellant
pro nobis. Non transeunt eorum interpellationes, nisi cum trāst
gemitus noster.* Gaudeant de vobis qui orant pro vobis. Num
tibi, Gerarde, solem claro meridie illustrioribus radiis
vis allucere? nihil capit, qui hæc non capit.

§. III.

Quod tertio loco divinas paginas requirit, en di-
ctorum testes. Vates Hebræus Baruch: *Domine
omnipotens, inquit, Deus Israël, audi nunc orationem mortuo-
rum Israël, & filiorum ipsorum qui peccaverunt ante te.* Ob-
serva mihi verba, orationem mortuorum. Ergo etiam mor-
turi orant? Utrique, sed it qui jam vivunt supra cæruleas
illas stellarum plagas. Laudatissimus dux, Judas Macha-
bæus per quietem vidit omniam Pontificem passis mani-
bus pro populo supplicentem. Proximè hunc alius senio
& majestate venerandus assistebat, quem Onias velut
digito designans: *Hic est, inquit, qui multum orat pro popu-
lo, & universâ sanctâ civitate, Hieremias propheta Dei.* Quin
& ipse purpuratus epulo in flammis pro fratribus ro-
gat, *ne & ipsi veniant in locum illum tormentorum:* Et Pe-
trus ac Paulus in summis beatorum deliciis, jam ex toto
securissimi, tacebunt? Hoc sensu Hieronymus ratioci-
natus: *Sanctus Paulus Apostolus, inquit, ducentas septuaginta
sex animas sibi dicit in navi condonatas, & postquam resolutus
esse coepit cum Christo, nunc ora clausurus est, & pro iis, qui
in toto Orbe ad Evangelium suum crediderunt, nutrire non po-
terit?* Divino pariter imperio Jobi tres cognati ad Jo-
bum sic ablegantur, *Sumite vobis septem tauros, & septem
arietes & ite ad servum meum Iob, & offerre, holocaustum pro
vobis, Iob autem servus meus orabit pro vobis: faciem ejus suscipiam,
ut non vobis imputetur stulticia.* Ergo numinis iram
mitigabit homo, etiamnum sceleribus obnoxius, & ci-
vis jam cælo donatus, jam Numini proximus, id non
possit? Tot in cælo potentissimi oratores nullam mor-
talitati nostræ gratiam exorabunt? tam copiosæ fra-
grantiæ nubes scætoribus nostris mederi non poterunt?
quid autem sunt cælitum preces, nisi odorum suavissi-
ma congeries? Hoc eis nomen tribuit beatissimus Joan-
nes, &: *Habentes, inquit, singuli citharas & psalteria aureas
plenas odoramentorum, que sunt orationes Sanctorum.* Ergo,
Gerarde, hæreticam larvam quam sumpteras, jam utò
ponere licebit iterum, & certam Divorum opem agno-
scere. GERAR. Si ergo Cælites colendi, an non cum
delectu id faciendum? an non alii præ aliis veneratione
afficiendi? num alius alio non sublimior est in sedibus
Beatorum?

C A P V T III.

Quinam Cælitum præcipuè colendi.

P O L Y C H R O N I V S.

Hic videri possumus in ipso limine offendere & er-
rare, dum quærimus ne erremus. Audio scrip-
torem sacrum qui moneat: *Noli etiam inquirere de meritis
Sanctorum, quis alio sit sanctior, aut quis major fuerit in regno
calorum?* Quidam zelo dilectionis trahuntur ad hos vel illos
ampliori

ergo Ma-
caulius
nec a
necatur.
Iam, fu-
it diffi-
l
l
t
g
n
g
si
n
si
d
fc
te
tr
re-
su
Pi
R
pe
la
qu
pe
pu

ampliori affectu, sed humano potius quam divino. Magnum est vel minimum esse in celo, ubi omnes magni sancti, quia omnes filii Dei vocantur. Sed pace tuâ, ô magne, & ô sancte scriptor, præceptis tuis nil refragatur nostrâ quæstio: Non illorum dignitates distinguere, sed nostrum obsequium instruere animus est. Nec malè hic credam, me omnium voce loqui, si dicam secundum Christum JESUM qui orbem restitavit sui sanguine, matrem Christi, & beatissimas illas mentes, Angelos præcipuè esse venerandos. Hæc ratio, hoc auctoritas sacræ paginæ, hoc priscom Patrum volumina, hoc omnis antiquitatis consensus docet. Sit, qui neminem Divorum noverit, matrem Dei, Deoque proximum famulatum, Angelos ignorare non potest. Non nescio Chrysostomum in beati Pauli tutelam mirifico affectu transiisse, cuius & iconem in suo musæo assiduè oculis voluit observari. Scio Sanctos Philippum & Joannem Baptistam à Theodosio Imperatore præcipuè veneratione cultos. Novi Paulum Elcanum Sancto Nicolao & sanctæ Catharinæ devotiorum quam Divis aliis. Non me later à beatâ Elisabethâ Landgraviâ, Joannem Evangelistam in Divum tutelarem additum, & regem Anglorum Edwardum, nulli hujus Apostoli nomine petenti, quidquam negare solitum. Non ignoro Hungum regem Piætorum divo Andreæ, Carolum Siciliæ regem divæ Magdalenæ, Constantiani Imperatoris filiam divæ Agneti virginis, Zimisiam Imperatorem divi Georgio & Theodoro martyribus, Urbanum II. Pontificem divo Benedicto singulariter devotum extitisse. Pati ratione alii alios sibi patronos delegerunt. Omnes bene & piè. Sed neque noster, puto, errabit amor, si præ Divis aliis omnibus, ad Beatissimam Virginis, Dei matris, sanctorumque Angelorum patrocinium confugiamus. Gerarde, si piè vivere & sanctè mori in animo nobis est, à matre Dei & ab Angelis deprecationem efflagitemus: perire non potest qui tales sibi conciliaverit patronos. Ita ego quidem inter Cælitum, Matrem Domini, & sanctos Angelos singularibus obsequiis censeo nobis in amorem devinciendos. Utrumque paulò explicatius nunc doceo.

§. I.

Virgo beatissima, Dei mater MARIA, nullius preces aspernatur, in omnes beneficiorum dives est. Quò major rogantis est miseria, hoc amplior dantis misericordia. Pulchrè & cum sensu Bernardus: ipsam, inquit, sequens non devias, ipsam rogans non desperas, ipsam cogitans non erras, ipsa tenente non corruis, ipsa protegente non metuis, ipsa duce non fatigaris, ipsa propitiâ pervenis. Ille solus hujus virginis laudes fileat, qui fidei præce appellatam suis necessitatibus senserit desuisse. Illud in hac Virgine admirandum, & opulentissimæ gratiæ illustrissimum argumentum. Ad eò in hujus Virginis vultu & augusta venustas, & verecunda Majestas certabant, ut vel solo aspectu, vel ipsis tantùm oculis etiam muta concionaretur, & aspicientis se animo castissimam flammam subjiceret. Neque solum omnes sui spectatores, ad pudicitiam mirificè accendebat, verùm etiam si quid obsecranti ignis in spectantium mente sciret, protinus quo vultu, velur frigidâ, extingueret. Auctores hujus & testes complures sunt. Hinc forsitan antiqui Patres, contra carnis maligniores illecebras, Virginis hujus imaginem, velur virtutis speculum, aspiceret, tam potens quam suave remedium censebant. Hinc illa Clarevallensis Præfulis assidua exhortatio. *Respice stellam, voca MARIAM.* Proxima Numini hæc Virgo est, quæ Numen peperit, quæ terris Deum dedit. Cùm hanc Virginem laudamus, feliciori encomio ad Deum affurgimus. Et quam laudem hac Virgine dignam humani oris paupertas reperiat? Sole clarior, Lunâ pulchrior; cælum premit, sideribus cingitur. Verè hortus conclusus, & pa-

Tom. I.

A radibus voluptatis, imò horto floridior, & paradiso amœnior est. Propinquo Numine potentissima, virginis flore pulcherrima, in totâ rerum univèrsitate eminet, quàm pulchra tam benigna, quàm potens tam propitia. Ut Deum caperet, cælo major esse debuit: sic Deum concepit utero, & enixa est, ut cælum in terram traheret, & castissimis visceribus auream immensamque cæli majestatem vinceret.

At cùm de Virgine hac dixerimus omnia, tacuisse plura videbimur innumeris & æternis virtutum facibus collucet. Quidquid præconii & laudis, quidquid ornamentorum & nominum per quoscunque titulos ingressi, in hanc Divam congesterimus, majus tamen elogium non superet, quàm unum illud naturæ ipsi obtusescendum, MATER & VIRGO, Mater Dei, Virgo perpetua, Virgo sine exemplo, Virgo sine pari, omnibus antistans, nec primam habere similem visa, nec sequentem; inter sanctas sanctissima, inter puras purissima, cælestis prodigium, Virtutis speculum, Mundi miraculum, Orbis utriusque gaudium.

§. II.

Vaticinatur olim de se Virgo beatissima: *Beatam me dicunt omnes generationes.* Ab ævo in ævum sic erit. *Luc. cap. 1. vers. 48.*

Vel hostes tui, ô Virgo! præconium tuum augebunt. Tu illa regina cæli, terræ, maris. Tu Angelorum hominumque domina. Tu fons misericordiæ uberrimus. Tu intermerata mater, & humani generis sospitatrix perpetua, semper fovendis mortalibus munifica, dulcem matris affectionem miserorum casibus dispensas. Nec dies, nec quies ulla, ac ne vix monentum quidem tepore tuis transcurrit beneficiis otiosum, quin eos qui tuam opem in clamant, mari terræque protegas, & depulsis vitæ procellis salutarem porrigas dextram. Te superi colunt, observant inferi. Tu solem illuminas, Orbem exhilaras, tartarum calcas. Tibi respondent sidera, ancillatur terra, servantur elementa. Supra te nihil nisi Deus est, infra

te est, quidquid Deus non est. Tu luna ab illo esse proxima. *Beatam te dicunt omnes generationes.* Quot enim librorum volumina, quot per orbem templa, quot divites templorum aræ, quot facundi ritibus ac donis parietes, quot sacrorum hominum cœtus, quot piorum juvenum sodalitia te colunt, tuas laudes commemorant, tuis honoribus deserviunt? *Beatam te dicunt omnes generationes.* Omnibus retro sæculis, omnes hominum ordines, ubique terrarum & locorum *te Domini Matrem*, religiosissimo cultu venerantur. Una ubique Virgo es, sed materis divini que affectus ignem locorum varietate multiplicas, templa ornas, scholas erudis, domos protegis, imple Orbem beneficiis, virtutibus, gratis, miraculis. Nimirum ab uno jubare innumeri emanant radii. O stella maris, quot naufragos servasti, quot perditos in salutis regnum revocasti? Mater es omnium qui cupiunt esse filii. O Magna! ô Admiranda! quæ in omnes esse benefica per te vis, per filium autem potes: ô verè animatum cælum! ô abyssus gratiæ! ô Mater Dei! Nemo hanc matrem coluit, & servus fuit; agnoscit illa nomen suum amabile, & in cultores derivat: reddit affectum, & filios appellat.

Et hanc Divam, Gerarde, præ Divis omnibus colamus, assiduâ sed non perfunctoriâ pietate. *Totis, inquit Bernardus, medullis cordium, totis præcordiorum affectibus, votis omnibus MARIAM veneremus, quia sic est voluntas ejus, qui totum nos habere voluit per MARIAM.* Si viæ duces hinc quæris, si exempla desideras, sanctissimos homines, augustissimos Imperatores, Reges, Principes, Virgini Matri devotissimos, his ipsis vestigiis præeuntes observa, & sequere.

At Angelorum Reginam tantò potentiùs nobis demerebimur, quantò studiosius & Angelos reverebimur. Huc Ambrosius digitum intendens: *Obsecrandi sunt, inquit, Angeli pro nobis, qui nobis ad præsidium dati sunt.*

L I

§. III. GER.

Virgo Maria nullius preces aspernatur. *Sem. 2. sup. pr. Miss.*

S. Tho. 2. 2. q. 1. art. 1. S. Bernar. qu. 2. c. 3. Gabriel Hæ. Inq. alii sup. D. Ambr. sup. inq.

Ejus imaginem aspiceret esse remedium contra illecebras.

Bern. serm. de Nativ. B. Virg.

Ambr. 10. 4. l. de Viduâ.

§. III.

GERAR. Mihi sanè placet, quod unà & Angelos, & Angelorum Reginam à nobis coli oportere doceas. Regina cæli supra omnes Angelorum ordines sublimis, illis præsidet: per Angelos ergo transcendendum est ad eorum dominam sua vota contententi. Po. l. Totus hoc sentio, beatissimam Virginem ab eo rectissime coli, qui & Angelorum amicitiam ambiverit: & quisquis Angelos amaverit, Reginam eorum utique amore prosequetur. Guilielmus Baldefanus, scriptor insigniter eruditus & pius hoc ipsum discrete docet, ante Cælites alios omnes, beatissimam Matrem Virginem, & secundum hanc, purissimos illos genios, nobilissimos cæli ephebos, Angelos, veneratione singulari afficiendos, Multum debemus Angelis, multum supra omnem modum, & præsertim suo quisque tutelari Angelo. Hic nobiscum quasi nascitur, & ad cunabula nostra mox vigilare non dedignatur. Hic nutricem fidelissimam longè superat, & infantem sapius, quam intercis negligentia necaret, rutilis manibus (sic loquitur) excipit. Post cunas custodit, pædagogum agere, vile sibi non putat. Semina maxime & veluti fundamenta virtutum, præalto affectu insinuare clientulo suo laborat. Simul virtutum aver-sandam fœditatem proponit, intemperantiæ, mendaciæ, fraudis, inobedienciæ, libidinis, rursiprudine, velut insolentia prodigiorum extertit, fastigium præmiæque virtutis monstrat: præcipue vim Numinis venerari docet, nunc beneficio, nunc vindictâ suspiciendam. Et hoc ipsum. Non atroci aut molesta ratione urget. Suavissimis impulsibus, hæc prima re & disciplina inicitia, in sui clientis animum stillatim transfundit. Ubi lenibus his rudimentis pueritiam inicitavit, ad virilem cautamque virtutem exhortatur.

Lib. 3. sim. Virr. cap. 12. & cap. 13. B. V. Maria & SS. Angeli singulati veneratione afficiendi.

Angeli tutelaris erga nos cura.

Discipulâ quantumcunque refractarium magisterio suo non excludit.

Quod verò admirandum, & in summis beneficiis æstimandum, quantumcunque indocilem & refractarium discipulam sit nactus, eum tamen magisterio suo non excludit, suâ opè non destituit, non subtrahit saluberrimos institutus, diurnas nocturnaque excubias non laxat, non subducit se; hominem quantumvis improbum & contumacem ad usque supremum halitum constantissimè tuetur & erudit.

O mi Deus, ò mi amantissimè Tutor Angele, quantis beneficiis per momenta pæne singula obruimur, nec sentimus, incogitantis animi stupore defixi morimur ingrati!

§. IV.

NOs misellos, viles vermiculos, tanti Deus æstimat, ut jugi castrorum incinctu providissimè nos tueatur. Basilus Magnus, illud regii vatis, *Immiter Angelus Domini in circuitu timentium eum*, sic exponens: *Omni, inquit, in Christum credenti Angelus assistit &c. Considera igitur quanta sit Angelorum natura, quoniam universo exercitui, & castris numerose hominum multitudinis unus assimilatur Angelus. Ob magnitudinem itaque ejus qui te custodit, castra tibi munitionesque præbet Deus: propter Angeli verò virtutem, veluti circumvallat te undique securitate, quæ est per illum.*

Basil. in P. sal. 33. v. 8.

Quot ergo nominibus huic castrorum vigilantissimæ fidelitati obstringimur? Per quinam Cælites in prisicæ novæque legis sacris voluminibus crebrius laudantur quam Angeli? Non est liber è divinis, qui Angelorum elogia non recitet. Angeli per tota biblia largissimè commendantur. Vix quidquam olim patravit Deus, quod effectum non sit actoribus Angelis, qui semper vigilantissimis studiis nostram salutem curant. Et hæc, mihi crede Gerarde, causâ fuit cur me ipsum Angelis arctissimâ devotione in omnem vitam strinxerim. Non reperio per omne cælum nec plures numero, nec origine nobiliores seu ministros Numinis, seu amicos. Ab his mihi tibi que omnem benevolentiam fidentissimè polliceor. Angelorum in nos beneficia & plurima sunt, &

Nulli cælites in sacris voluminibus crebrius laudantur quam Angeli.

A & maxima sunt, & sunt perpetua. Nihil eis fordet in ministeriis & obsequiis erga nos, dum profint nobis.

Et num me periturum trepidem, si pro me in extremis constituro, jam jamque animam acturo, infinita pæne millia Angelorum, admotis precibus Deo stant supplices: Num in hoc tribunali salutare mihi litteram non exorant, tot apud judicem gratiosissimi deprecatores? Num causæ meæ alioqui non bonæ diffidam, si tantos habeam advocatos & Oratores? Ita dico: beatissimæ Virgini & Angelis amicus, perire non potest, nisi quem ipsa peccandi libido præcipitat. Non peti illis, nisi qui prius ipse sibi.

§. V.

Illud tamén unum hic monuerim, quod à prisico Philosopho discamus. Epictetus, ille origine quidem vilis, ac debilis corpore, sed mente nobilissimus, & qui inter omnis ævi lumina refulsit, cujus lucerna scitilis, illo mortuo, mille drachmis, seu, centum philippeis vannit, in memoriam & honorem viri, & ob divinas scriptiones, quas ad lucernam illam elucubravit: non est sanè inter prisicos illos qui bonam mentem magis aut trahat aut former, tam docta scripsit, tam & salutaria. Hic, inquam, philosophus de tutelari Angelo differens: *Procuratorem, ait, unicuique addidit, genium cuiusque, cuiusque illi custodiendum tradidit, & ralem quidem qui nec dormiat nec decipiat. Cùm igitur fores clauseritis, & conclave tenebrorum effeceritis, cavete, ne unquam dicatis vos esse solos, neque enim estis, sed Deus intus est, vester genius intus est.* Non crubescimus ad has voces, Gerarde? hoc videlicet philosophus in illius ævi tenebris? ita Deum, ita custodem Angelum præsentem esse monuerit? Nos Christiani, nos beatissimæ Virginis sodales, tam insanâ libertate in veritum ruamus, ac si Deus, ac si custos Angelus longissimè remoti, nihil nostri sceleris arbitrarentur? O temeritatem furialem! O impure, ò libidinose, quisquis es, quid impium illud *SOLVS SVM*, in lascivam turpitudinem te animat? ah, cogita, ubicunque es, nusquam *SOLVS ES*. Quibuscunque vel tenebris vel latebris regaris, nunquam *SOLVS ES*. Habes tui sceleris vel secretissimi spectatorem Deum, & custodem Angelum, & eum quidem custodem (uti Epictetus) qui nec dormiat nec decipiat. Ergo attende tibi, & obscœnatum cogitationum vel primos aspectus exhorresce: **NON ES SOLVS**, etiam cùm solas cogitationes animo versas, Deus intus est, intra tuum animum præses est, libidinem tuam omnem vel latentissimam cernit. Ah, non *SOLVS ES*, ubique *DEPREHENSVS ES*; ipsa te conscientia nusquam deserit, ubique comitatur, omnium actionum testis & accusatrix: nusquam *SOLVS ES*.

Yenet suete triplic causa pice.

1. Est illo.

Tabl. 2. v. 9. v. 10. v. 11. v. 12.

Tabl. 2. v. 13. Procc. Item el. coallan.

Luc. cap. 1. v. 7.

Luc. cap. 1. v. 8. v. 9. v. 10. v. 11. v. 12.

Bernardi de oratio erga B. V. Genm.

E. Cærel. Bærenia

CAPVT IV.

Quam potissimum ratione colendi Cælites.

Non est dignior litatio sanctis, quam Sanctorum imitatio. Satis illos coluit, quisquis imitatus est. Augustino teste, summa religio est, imitari quod colimus. Atque: *Si ad consortium, inquit, Sanctorum martyrum pervenire volumus, de imitatione martyrum cogitemus: Solent enim martyrum, exhortationes martyriorum sunt, ut imitari non pigeat, quos celebrare delectat.* Neque arduum nimis videatur, eos qui hac viâ præcesserunt, eadem sequi. Illi ipsi jam beatissimi cælites iidem, quibus nos veneratè imitatis creverunt, iidem quibus nos elementis adoleverunt, eisdem quas nos, molestias senserunt, & sepe majores; ab iidem hostibus impugnati, simillimus illicis ad vitium invitati, iidem nobiscum periculis obnoxii, nec aliis quam nos supplicis & pœnis castigati; neque ipsis peccus ferro aut chalybe sterit; corpus eorum æque ac nostrum fragile, & ad omnem injuriam projectum; tam

Serm. 10. de Sanctis, & p. 47. qui Augustinus scribitur. Sanctos debemus imitando.

tam ipsos quam nos Mundi rabies allatravit; ipsis non minus refractaria fuit caro quam nobis; Satanas in eos non mitior, quam esse solet in alios omnes. At illi vincendis suis hostibus rationem monstrarunt, quâ nostros & nos debellaremus, si velimus esse victores. Illifne Deus adfuit? aderit & nobis. Vim eis & robur sacramenta contulerunt? & nobis conferent. Aliorum illis Divorum favor auxilio fuit? nec nobis decruit, tam illorum quam horum conjuncti favores. Divos igitur venerari conemur potissimum *imitando*. Porro nobilissimum hoc venerationis genus fere triplici capite constat, oratione, carnis castigatione, sacrâ lectione. De his, si ita tibi videatur Gerarde, libabo pauca, ut paulò copiosius differere liceat de mensurâ Divorum sortitione, de quâ hîc dicere institui. GERAR. Nihil contradico.

S. I.

Veneratio
sanctorum
triplici
constat ca-
pite:

1. Est Ora-
tio.

Eccl. c. 15.
vers. 9.
Precipue
Alb. Cassir.
de rosario.

Isaie c. 29.
vers. 13.
Preces de-
bent esse
constantes.

Luc. cap. 18.
vers. 7.

Luc. cap. 11.
vers. 8.
Cels. c. 4.
vers. 2. &
Eph. c. 6.
vers. 18.

Bernardinus
de devotio
erga B. Vir-
ginem.

S. Caroli
Borromæi.

POL. Oratione nobis conciliamus Divos, si tamen oratio è puro castoq; pectore Deum anhelat. Nos sæpe generosum Creticum propinquamus, sed poculo tam illo & fœdo, ut id etiam vehementer sitis averferur. Quandoque optimas preces Superis allegamus, sed animus interim suo hærescit luto. *Non est speciosa laus in ore peccatoris.* Beatissima Virgo, Dei mater, ut narrant, uni adolescentum per quierem sese spectandam dedit hac ratione. Vinum ei, ut videbatur, generosissimum porrigebat, sed poculo immundo. Miratus adolescens tam nobile donum in vase tam fordido. Cui Virgo: Vide, inquit, fili, rosarii tui preces mihi gratæ sunt & instar optimi portus, sed calix quo hunc offers, non placet. Oratio tua bona est, non item vita tua; pulchrè precaris, sed turpiter vivis: ut in utroque placeas, castius vivas. Morus adolescens tam salubri spectaculo, castiores mores induit, ut se cælo probaret tam vivendo quam precando.

Illud autem frequentissimum, ut precantis quidem animum tam fœdæ sordes non involvant, eum tamen cogitationes plurimæ plusquam Merium Sufferium distrahant, & à precibus amabili fraude abducant. Ita sæpe animus nihil minus cogitat, quam quod orat, sicut ipsum sibi blandissimâ vi suffuratur. *Appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me, cor autem ejus longe est à me.* Nec tantum putat, neque attentat tantum, sed & constantes sunt preces nostræ. Heu, nimium lunæ in susceptæ pietate offendimus. Sæpe diem unum alterumve, unam alteramve hebdomadem magno precum numero fatigamus cælum: mox elanguescit ac hebescit pietas, & jam vel pauca recet precari. Constantius, obsecro, constantius, nec enim in re ullâ laudabilior est constans importunitas, quam in precibus. *Deus non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte: Et si ille perseveravit pulsans, ait Christus, dico vobis, dabit illi quotquot habet necessarios panes.* Ergo, orationi instate, vigilantes in eâ, orantes omni tempore in spiritu. GERAR. Odi ego meam ipse inconstantiam, nec tamen arceo: cæpi nuper Angelos quotidianis precibus venerari. Sed heu! quod mihi antea quotidianum erat, jam vix est menstruum. P. O. L. Nos ipsi nobis sæpe pessimo exemplo sumus, sed en meliora & majoris constantia.

Bernardinus patriâ Senensis, qui jam à parvulo in virtutis leges jurarat, annis compluribus, idque quotidie, & nudis genibus, ad beatissimæ Virginis effigiem precari solitus est. Eadem fuit plurimum aliorum sanctissima in his conatibus pertinacia. Sed vicina & recentia nescio delectent magis an moveant. Prodigium est pæne, quod nostri ævi testimonium habet. S. Carolus Borromæus, Pii Quarti, Summi Pontificis nepos, è stirpe nobilissimâ, Romanus purpuratus senator, vir ad omnem virtutem à teneris factus, præter quotidianas prolixas sacerdotum preces, officium & coronam Bea-

tissimæ Virginis quotidie idque flexis genibus recitare consuevit, & nec in itinere quidem moris sui negligens fuit. En, tantus præsul, Cardinalis, Archiepiscopus, tantâ mole negotiorum pressus, nihilominus velut otii abundans, diebus singulis, flexo poplite suas Matri Virgini laudes liberalissimè admeitur. Idem sanctus Antistes, quandocunque æris campani signum ad Angeli salutationem audiret, quocunque loci esset, in viâ etiam fractâ & cænosâ, mox in genua ruebatur, ab equo etiam desiliebat, & humo poplites figebatur, salutans cælestem Virginem. Pari pietatis officio, si quem per compita sacerdotem, qui ægro Angelorum ferculum deferret, offenderet, cœptum iter deserebat, & Christum Dominum per omnem viam deducebat, nec prius abscedebat, dum in templo Eucharistia in suum locum reciperetur. GERAR. Quid nos, viles animæ, quid nos simile? est sanè quod colorem ducere & erubescere ad hæc talia velimus. P. O. L. Jure merito, in quibus nec umbra tam magnificæ virtutis elucet. Nec tacendus nobis vir ille doctissimus, Martinus Navarus, qui sexaginta amplius Martini annis rosarii quotidie recitandi consuetudinem habuit. Navarii. Quis nostrum hoc unquam fecit tamdiu, quis facturus? utinam longè faciliora non subterfugeremus. Sine incuriâ non præterierim illum Beatissimæ Virginis cultorem eximium, Joannem Godefridum Bambergensem Joannis & Würzburgensem Episcopum, qui Divæ matris officium & rosarium, quantiscunque negotiis distineretur, etiam in itinere, præter stas sacerdotum preces, quotidie recitavit, idque aded constanter, ut illâ ipsâ quâ obiit nocte, Canonicas preces (Matutinum & Laudes) unâ cum officio & rosario Beatissimæ Virginis recitavit: quod & S. Carolus Borromæus morti jam proximus fecisse perhibetur.

Porro Joannes Godefridus ad Divæ Virginis Detelbacensis ædem, duobus miliaribus distitam, supplicationem crebrius instituit, nudis pedibus. Divi quoque Caroli Borromæi exemplo, quotidie horâ unâ post cœnam, æris campani signo omnem aulicam familiam convocari jussit, ut in sacello litaniis unâ recitarent, & examinarent conscientiam. En, quanti hac præcant, quin sequimur?

S. II.

Sed hîc, Gerarde, velim unâ mecum in saluberrimam consuetudinem non consentias tantum, sed jures. Solent Beatissimæ Virginis, & suæ salutis amantiores singulis horis, ad cujusque horæ principium, verbis Gabrielis Matrem Domini salutare, eidemque illud præsertim, *AVE, & in horâ mortis nostræ, ardentius commendare.* Mos hic utilissimus quot horis Anglicam salutationem recitandi, etiam summorum Pontificum sacra liberalitate stabilitus est. Leo Decimus piæ memoriæ, Christianis omnibus mille dierum indulgentias impertit, qui horæ signo audito, illam Angeli salutationem pronunciant. Idem, piæ memoriæ Paulus Quintus sumus.

Recitare
singulis
horis An-
gelicam sa-
lutationem
mos utilis-

Pontifex Max. anno millesimo sexcentesimo undecimo confirmavit. Putem ego, decere admodum, si id loci ac temporis ratio ferat, submissis genibus hoc facere. Gerarde, est quod tibi hîc in aurem, imò è meo pectore in tuum mihi amicissimum pectus transfundam, si tamen silentium spondeas. GERAR. Fidissimum & laxo dictum credas, quod dicturus es. P. O. L. Ego, quandocunque domi in musæo meo, aut alibi solus ago, mox atque horam audio, in genua procumbo, & orationculam Ave Maria &c. pronuncio; addo quæ ex Horologio Tutelaræ Angeli didici: Benedictus Deus in æternum. Miserere mei Deus, secundam magnam misericordiam tuam: cæsi Domine minor sum cunctis miserationibus tuis. O Dominus meus, & Deus meus, ego me tibi offero in omne tuum beneplacitum: fiat voluntas tua. Ita Deo Deique matri me, mea, metinque

L I 2 obitum

obitum horis singulis commendo. Hoc tu alios docere quidem poteris, de me nec verbum poteris effutire, quia fidem tuam mihi obligasti in silentium.

Ceterum piam hanc industriam etsi facillimam, multis aliis precandi exercitiis præulerim, modò quod institutum facere, faciamus constanter. Et quid enim necessarium magis, aut magis optandum nobis, quàm bona vitæ clausula & felix obitus? Hunc uno die millicies & unicè à Deo flagitemus, neque enim aliter quàm precibus impetrari potest hoc protus gratitum donum. Hunc ipsum obitum nostrum divinæ Matri quot horis ardentissimè commendemus: & in horâ mortis nostræ. Ah! ab hoc mortis momento tota nobis penderet *Æternitas*. Hoc ergo momentum, Gerarde, momentis singulis prospiciamus, & vel singulis saltem horis seridè precemur: & in horâ mortis nostræ. Vix malâ morte defungetur, qui omnibus ante horis, illam ultimam prævidit, nec prævidit tantum, sed in eam cæleste sibi præsidium comparavit. GERARDE. In tuam sententiâ me omnino petrahis, nec invitum. Felici obitu nil felicius in hac vitâ, nec ullum operæ pœniteat, horis omnibus supplices preces cælo admovisse, modò unicam illam supremam horam impertet sibi benignam ac propitiâ. Igitur, *ô Sancta MARIA, mater Dei ora pro nobis, nunc, & in horâ mortis nostræ. O MARIA, mater gratiæ, mater misericordiæ. Tu nos ab hoste protege, & in horâ mortis suscipe.*

Sic statuo: hac horâ, & deinceps horis omnibus, ad usque horam ultimam, hoc unum assidue rogare non desinat: ita me juvent omnes Cælitæ.

S. III.

2. Carnis castigatio.

POLY C. Prima ergo ratio, Divos Cælitæ colendi, oratio est. Altera, Carnis castigatio. Hactenus nobis de Dei matre, & sanctis Angelis sermo est, de quibus & hæc dicta volo, quæ subjungo. Divus Bonaventura memorat, Angelorum Reginam cum devotâ sibi matronâ (is Elisabetham fuisse autumat) in hæc ferè verba locutam: Dico tibi filia, sine magno labore, continuâ oratione, ardenti desiderio, profundâ devotione, multis lacrymis & afflictione, nihil gratiarum aut donorum me obtinuisse, gratiâ sanctificationis exceptâ. Scias igitur nullam gratiam cælo in animam descendere, nisi per orationem & corporis afflictionem.

Levit. c. 16. vers. 29. & Tob. cap. 12. vers. 8.

Sanè jam olim saxeos illos Judæos toties Deus urget: *Affigete animas vestras: Omnis anima que afflictâ non fuerit die hac, peribit de populo suo.* Hoc & Angeli inculcant: *Bona est oratio, sed, cum jejuniis.* Testudinis fides nisi admonita & pulsata non respondet: hominis corpus nisi severius habitum rationi non obedit. Res gestas omnium Sanctorum evolve, & fateberis neminem illorum non novercam fuisse in seipsum. Hoc omnium certamen erat, corpori non blandiri.

S. Carolus Borromæus precibus & jejuniis gratiam B. Mariæ ambiit.

S. Carolus Borromæus, quem paullò antè nominavi, non precibus tantum, sed & jejuniis, & insolitis aliis rigoribus gratiam divinæ matris ambiit. Et quamvis frugalitatem nunquam non amarit, hostis lauticiarum, insuper tamen, omnibus Deiparæ pervigiliis pane solùm & aquâ ex more victitabat tantus princeps, velut pauperimus mendicus. Nec in eo uno fuit abstinendi ardor. Non lubet hic eorum catalogum texere qui singulis sabbati diebus, Beatissimæ Virginis honori cœnâ abstinerunt, & etiamnum id faciunt. Fecerunt hoc sanctissimi homines, potentissimi principes. S. Nicolaus Myrensis Pontifex etsi quavis hebdomade diebus Lunæ, Mercurii, Veneris non cœnaret, nihilominus tamen divinæ Virgini honorandæ, omni Sabbato præter aridum panem & fontanâ hydriam in opsonium nil admittebat. Idem fecit jam inde à puero S. Bernardinus Senensis, idem S. Didacus Complutensis, qui pariter omne sabbatum ac pervigilium Virginis, fonte & modico pa-

ne traducebat. Illustrissimum illud sidus, in comitiis extinctum, Joannes Godefridus Bambergensis & Würzburgensis Pontifex per omnem vitam, omnibus Sabbati diebus, beatissimæ Virginis honori, cibo abstinuit. Idem omnino fecit, qui in eodem folio præcessit Nyhardus Bambergensis Antistes, qui quovis Sabbato circa vesperam à negotiis jam magis vacuus esse voluit, ut Virginem Matrem impensoribus studiis coleret. Bono igitur omine, die Sabbati natus, Pontifex creatus, inauguratus; eo demum die vitâ functus, eo sepultus est, singulari utique beatissimæ Virginis favore ac patrocinio. Beatus Aloysius Gonzaga castissimus juvenis, è Societate Jesu, Sabbato cœnare nefas sibi duxit, ob amorem ejusdem sanctissimæ Virginis. Idem fecerunt alii complures, quorum exemplo ducti idem hodièque faciunt, non tantum religiosorum hominum plurimi, sed & reges, & principes maximi.

S. IV.

Hic ego nil arcani vulgo; urbs tota Monachium ejus rei conscia, jam pridem tacitâ veneratione suspicit, Serenissimum suum Ducem & Electorem Maximilianum cum Serenissimâ conjugè Elisabethâ, omnibus per annum Sabbatis cœnam rejicere solere, Virginum Virgini colendæ. Et quis Monachii nescit, omnibus itidem Sabbatis eisdem Serenissimos principes, cum aulicâ familiâ in hypogeum (beatæ Virginis cryptam nominant) descendere consueisse, atque illic, dum res divina fit, in pavimento lumi genibus niti; locum ipsum etsi ab aulico Palatio remotiorem sæpe pedibus adire, ita divinæ Matri se devotissimos in rebus omnibus approbare. Quâ in re & illud illustri argumento est. Cùm Serenissimus Elector, Dux Bojarie Maximilianus rebellis Austriæ ac Bohemiæ arma inferret, in labaro aulico, quod suum dominum fidelibus auspiciis præcedebat, beatissimæ Virginis imago eleganter depicta videbatur, cum hac inscriptione: *Da mihi virtutem contra hostes tuos.* Verè dedit, toto expeditionis tempore, præcipue ad urbem Pragam, fugatis, cæsis, debellatis hostibus, victoriâ æternum memorandâ, utraq; Austriâ, Bohemiâque jam donitâ & in Cæsaris potestatem redactâ. Postea plura tenerissimi in Dei matrem affectus symbola in medium dare, ab iisdem Serenissimis Principibus petita: sed arcanum non temero.

En, Gerarde, quantis exemplis ad divinæ Virginis & Virtutis cultum trahimur! Nec desunt aliorum Principum, Regum, Imperatorum imitanda in hoc facinora.

Illâ cælo dignissima Lusitanie Regina Elisabetha, Petro Perpiniano teste, non tantum preces plurimas, sed & plurima jejunia Angelorum Reginæ in obsequium deferebat. Incredibile pæne est, quàm illa in orando fuerit assidua. Siquidem diebus singulis sacerdotum preces ad omnes horas, Pontificum institutis comprobatas, septem psalmos pœnitentiæ scriptos, Officium defunctorum, unâ cum Officio Beatissimæ Virginis recitavit. Nec ei satis erat annum verum quadragintadie jejunium, huic insuper alterum duplex & geminatum, æquè diuturnum adjecit. Nam in honorem Matris Virginis à die festo D. Joannis Baptistæ, usque ad diem Virginis in cælum assumptæ, quadraginta omnino diebus, & ab hac Beatissimæ Virginis die ad S. Michaëlis Archangeli festum diem, diebus planè totidem, si dominicos demas, pane tantum & aquâ jejunium perpetuavit. Idem omnibus diebus dominici Adventus, omnibus S. Mariæ, & Apostolorum pervigiliis, idem diebus Veneris & Sabbati fecit, idem multis aliis diebus, quos ipsa privati quâdam religione, propter certorum Sanctorum merita delegit. Præter hæc statâ definitâque anni tempora tribus hebdomadâ: cujusque diebus à cibo se continuit. Ita Regina hæc, ut summam jejuniorum ineamus, post omnes Adventus dies jejuniis transactos, triplex insuper quadra-

1200. N. 34

3. Sacra lectio in studio

Perp. lib. 1. Laudationis, orat. 3. in B. Elisabeth. ante mod.

Elisabethæ reginæ Lusitanie jejunium in honorem B. Mariæ.

quadragintadiale jejunium servavit. Addidit per annum omnia Beatissimæ Virginis & Apostolorum multorumque aliorum Sanctorum pervigilia, omnes dies Veneris & Sabbati, quibus diebus omnibus communi continentia more non contenta, non solum carnes lautioreque cibos removet, sed nihil opsonii adhibuit, pane tantum & aquâ vitam agrè toleravit. Tu jam numera, quibus diebus per annum non abstinerit, & eos pæne digitis computabis. GERAR. Repeto, quod antè dixi, jam multò confirmator: quid nos simile, quid obsecro tantæ virtuti affine facimus? nescio quid magni præstare nos credimus, cum leges non contempnimus. Illustrissima certè sunt illa, & magni nominis exempla, quorum nos nec umbram assequimur.

POLYC. Quid jam aliorum voluntarias afflictationes memorem? Henricus Imperator verè pius, verè Divus, quotiescunq; Romam adiit, primam semper noctem in basilicâ S. MARIE majoris pervigil inter preces exegit. Maria de Oegnis quorannis ad ædem Deiparæ, duobus milliariibus domo distitam, unica ancillâ comite, nudis pedibus, aspera & rigente hieme revisit, impransâ & incoacta biduo illo duravit, noctem totam in Virginis templo precando insumpsit. Eadem unius diei noctisque spatio millies & centies in genua procubuit æternam Virginem salutaturo; & hoc salutandi officium subinde quadraginta diebus, ardore mirifico perseveravit. Sed ista me libaturum dixi. Orationi, & corporis afflictationi sacram lectionem subjungo.

S. V.

Quam necessarium sit piæ lectionis studium, id nos etiam NICETAS, seu, Triumphata Incontinentia docet: notum tibi libellum nomino. Hic tantum, quos de Beatissimâ Virgine & SS. Angelis legamus, digito monstrare instituo. Francisci Albertini de Custode Angeli libellum non ignotum tibi reor. Horologium Tulelaris Angeli, heri, me spectante manibus versabas. Hos perge crebrâ lectione terere, neque enim Ambrosios aut Augustinos, ingentia volumina præcipio legenda. Libelluli, quos dixi, nec lectoris fastidium obruunt, & virtutum radices quotidianis incrementis erigunt. Hac ergo suaviore lectione animum irriga quam creberrimè, nunquam non eruditior, aut melior lectionem defines. De Matre Domini duo iidem scriptores præ ceteris tibi commendaverim: Franciscum Arias, & Petrum Antonium Spinellum: Ille Imitationem, iste Amorem Deiparæ Virginis conscripsit, uterque magno emolumento legendus. Sed, quæso te, vidistine illud libri miraculum? Versus est unicus, nec plurium quam octo vocalarum, & librum implet. In tenui scriptione ingens Divæ Virginis encomium est; in opere pusillo æternum argumentum. Poëta hic, totum, versu uno complexus est cælum. GERAR. Hæc ænigmata tua, ego sanè non capio. POLYC. Explico: Bernardus Bauhusius, D versus scripsit unicum, hunc ipsum quem recito:

Tot tibi sunt dotes, Virgo, quot sidera calo.

Hunc versum quatuordecim syllabarum, millies, bis & vicies mutavit, iidem prorsus verbis, sensu, & metro, servatis. Quis hoc scriptiois prodigium non obstupescat? Versus quidem mille viginti duo numerantur, sed unicus est: in uno mille, in mille unus. Res inaudita & invisâ, versum pangi qui magnitudine suâ liber atque volumen sit. Vulgus stellarum numerum, quem confusum cernit, infinitum facit, quia oculis credit. E doctis alii jam olim ad calculos cælum vocarunt, stellas numerare autem, hodièque non plures quam mille viginti duæ recensentur. Hunc stellarum numerum poëta expressit versu unico, qui in mille viginti duos versus ducitur, & planè in librum dilaturatur. O admirandum voluminis compendium, novò prorsus & inaudito car-

minis miraculo: faciem mutat & pulchritudinem servat, numerum auget nec à monade recedit. Hic seu Versus, seu Liber, Proteus Parthenius inscribitur, & jure, nam mille viginti duas facies sustinet. Huic Erycius Puteanus vir eruditissimus, Thaumata pietatis adjunxit: scriptum tersum, elegans, admirabile. GERAR. Oro te, Polychroni, quæ officina venalem habet hunc librum? non morabor vel centum assibus emere. POLYC. Hoc volui: capta est hæc avicula. Decepi te, fateor, credebam enim hac offa te facillè inescandum. Ubicumque novi quid aut curiosi emergit, huc manibus pedibusque creditim advolamus. O vitium humanæ gentis! O curiositas! quàm blandè & suaviter rebus planè omnibus te insinuas? Pietas ipsa technis tuis capitur. GERAR. Feci quod multi, & rei novæ paullo appetentior fui. POLYC. Hic noster morbus est. In plerisque omnibus curiosa majoris apud nos preii sunt quam utilia, quam pia. Adolescentulis in ludo litterario simillimi sumus, quibus non tam placent solida quam picta, qui potius pulchra quam docta sectantur, nec tam agentia diligunt quam sonantia, & ut verè Chry-

sologus, *magis gaudent foliorum amœnitate conspèrgi, quam fructuum ubertate nutriri.* Aequa est, & illius scriptoris querimonia: *O quanti veritatem querunt non in veritate, sed in vanitate: quæstam inveniunt non ad veritatem, sed ad vanitatem, & quod miserrimum est, in verbis vite lucra mortis negotiantur!* Ita, mi Gerarde, pii esse volumus, sed simul curiosi; eruditionem sectari, sed curiositatem non negligere; in libros studiosè incumbere, sed simul etiam curiosè: amamus pia, sed vana non satis odimus. Ergo ut famam hanc sequiorem declinemus, eos libellos nostræ lectioni destinemus, qui nos facturi sunt meliores. Historiam ad solam contemplationem legere, otiosa voluptas est; imitari autem laudatos olim viros, vera & publica eruditio. Da veniam libertati meæ: querere, tibi Franciscus Arias de Divæ Virginis imitatione vendatur, hoc decet hujus Virginis sodalem. Formandis moribus, non fallendo tempore hæc talia legenda sunt. Nec multa simul aut rapim lustranda, sed uti cibum bene mansum in stomachum trajicere, sanitati conducit; ita lecta bene expensa in animum demittere, probitati. Unica subinde sententiola menti fidelius impressa, magna dedit incrementa Virtuti. Ed spectant gronæ menstruis Divis subscribi solitæ. Hic nobis ostium sponte se referat: si placet, ingrediamur, & quia de Cælitum cultu dicere instituimus, hoc agamus, obsecro, & de menstruâ Divorum electione seu sortitione breviter, ordine, compendio disseramus. GERAR. Hoc ipsum avidus expecto audire. Etiam hinc curiositatem pascere licebit; res est nova, nec mihi audita, nec ab aliis, puro, dicta. Et hoc, spero, non leviter faciet ad cultum Cælitum uberius promovendum. Sed agamus lege inter nos jam notâ: magistrum alium quam te, Polychroni, hic neminem admitto; ex linguâ tuâ prorsum captus sum. POLYC. Hoc quidem auribus das. Sed quæso, ostende ex intervallo, te linguæ usum nondum perdidisse. Nimis strictè Pythagoreus es: loquere & tu interdum. GERAR. Pœnitet me audaciæ, quâ jam toties te loquentem interrui. Incipe Divis faventibus. POLYC. Sed nunquid prius metas ducimus, & dictionem nostram septis includimus? Ordo & perspicuitas, vagem dicendi genus & extra suos limites effusum non amant. Certos ergo fines statuamus: & ne saltemus extra oleam, per hæc nobis capita eundum. Primum, quæ origo sit sortitionis istius menstruæ. Alterum, quid sibi velit Divi Cælitis nomen in menstruâ schedulâ expressum. Tertium, quo fine addatur sententiosum dictum. Quartum, quo consilio preces imperentur per mensam proximum. Quintum, adscripta Virtus quid moneat.

Prolog. super Math.

Richar. de S. Viñ.

Iuan. Nancel. gen. 34.

3. Sacræ lectionis studium.

Quinque pia incitamenta collendorum Divorum.

CAPUT V.

Origo menstruæ sortitionis Divorum
Cælitum.Menstrua
sortitio
Sanctorum:Ejusque
origo.

Inter complura colendorum Divorum pia incitamenta, privariim videri potest, menstrua sortitio Sanctorum, tam Partheniorum sodalium, quam religionum cætuum consuetudine recepta. Origo illius hæc. Franciscus Borgias, Gandiæ Princeps, vir sanè magnus quacunque spectetur. Opibus florebat, doctrinà non carebat, virtute præstabat, gratiâ pollebat. Nam à Carolo Quinto Imperatore Maximo in aulam adscitus, honoribus & largitudiniorum terrarumque censu auctus est. Inter has ille divitias atque delicias, inter has illecebras aula Sireniumque cantus, jejuniarum famem, flagellorum sevirentiam, ciliciorum asperitatem non intermittebat, divina frequentabat assidue, pius magis in aula quam multi in cœnobio. Si quando ille aucupio vacabat, vincendi sui causâ, sæpius captas jam volucres generoso animo liberâs rursum avolare pœmittebat, & missionem dabat: aut etiam dum aliis minorum gentium avibus casses & retia intendebat, tantisper animo volutabat, quam non dissimili fraude cacodæmon miseris homines in suas pedicas pertraheret. Inter hæc tam varia pietatis exercitia, illud etiam minimè neglexit. Erat solenne familia Borgiæ vetere instituto, ut è Divorum numero aliquem quotannis forte educeret. Hunc illi toto quidem anni spatio, sed illo præcipue die qui ei Divo sacer esset, singularibus obsequiis colebant sibi que demerebantur, adhibito ad lautas epulas certo mendicorum & pauperum numero, quos vicarim coligebant, iisdemque ad mensam ministrabant. Servabat religiosè hunc morem, etiamnum adolescens Franciscus, qui postea felici ingenio reperit, ut quot mensibus Divorum singuli, singulis schedis inscriberentur distribuendi.

Atque hanc sortitorum Divorum rationem Borgias, postquam in sancti Ighatii Lojolæ familiam transiit, Societatem Jesuæ complexus, in eandem secum migravit & omnium suffragiis hoc sanxit, ut eo quo dixi modo singulis mensibus suum quisque Divum sorte caperet, vario cultu afficeret, eique se quotidie per mensam illum impensius commendaret, & devoveret. GER. Nesciveram sanè tantum virum consuetudinis istius auctorem, qui olim Dux Gandiæ, Gothalanæ Prorex, tertius in Societate Jesuæ Generalis fuit. Vir magnæ virtutis & vel inde notus, quod cum juvenis obeso admodum & crasso esset corpore, post affiduis jejuniis ciborumque abstinentiâ, à cœnâ temperans, adeo se ipse inaceravit, ut ventris cutem duplicaret, & pellem togæ instat, quod vellet, traheret; utrem dixisses esse inanem. POL. Hanc tu abstinentiam miraris? nec immerito: ego tamen magis animi demissionem miror & obedientiam, quæ utraque virtus in hoc viro verè admiranda. Habemus igitur auctorem menstruæ illius sortitionis, quæ suam nobilitatem suo deber inventori.

CAPUT VI.

Cælitum nomen in menstruâ schedâ expressum quid sibi velit.

Indagavimus originem & caput piæ istius consuetudinis, nunc porrò videamus, quid ipsis schedulis perscribatur.

Primum quod in oculos incurrit, est nomen Cælitum, seu, Patroni menstrui aut Patronæ, appòsito unâ mensis die, qui eidem dies mortis & ultimus fuit, seu natalis & primus vitæ quam adit immortalæ. Hic ego te, mi optime Sodalis, aut quisquis alius menstruum

In menstruâ schedâ nomen patroni & mensis dies cur.

A Sanctum capis, ad examen cito, quæroque: Amabo te, mi juvenis, mi vir, quid cogitas, cum in menstrualii chartulâ (ut agamus de eo, in quo agimus mense) Divum tibi in auxiliarem patronum designatum legis, & vel Misnensis Pontificis, & Monacensis Tutelans Patroni Bennonis, vel Pontificis Augustani Udalrici, vel magni Apostoli Jacobi, vel Christi amatricis Magdalene, vel Mundi deceptoris Alexii, vel nobilissimi medici ac martyris Pantaleonis nomen intueris, quæ hic animi tui sensa, quæ tuæ cogitationes sunt? An verò satis esse putas Divum menstruum accepisse, reverenti osculo salutasse, nomen inspexisse, perlegisse reliqua? Mox, ubi domum ventum est, obvio libello abdere, aut pulpito velut captivum includere, aut etiam contemptum ut vilem chartam abjicere, mensem elabi sinere, nec mense toto vel semel porrecti Sancti nomen aspicere, imò nec meminisse quidem accepti. Hoc non est honorare, non est hoc colere Cælitæ: satius esset hospitem hunc è cælo nunquam domo admittere, quam sic habere irreverenter, aut turpiter ejicere. Aliud sibi postulat menstrua sortitio Sanctorum. Atque ideo omnium primò in hunc modum cogitationes tuas fornabis: En, novam vitæ meæ mortisque tutelam. En, D. Christophorus, en D. Margarita, aut, en D. Ignatius piâ forte mihi assignatus est in patronum. Et hic quidem homo fuit perinde ut ego, quem fames sitisque exercere, quem frigus & calor urere, quem humanæ miseriæ omnes, æquè ut me affligere, quem mors denique superare, solum verò Peccatum expugnare non potuit. Non quòd ille ab omni profus labeculâ eximius vixerit, sed quòd pravorum affectuum & sui ipsius victor insignis, nullum in se gravius delictum admiserit, aut admissum maturè gemibus & oculorum fontibus eluerit. En, (dices tibi ipsi) hic Divus, aut hæc Diva jam supra est, in illo meliori orbe, in illo cæruleo palatio, in arce illâ stellatâ & aureâ, in immenso Divorum theatro, Angelorum cognatus, imò ipse Angelus, Deo fruitur, Christum videt, Christi Matrem intuetur, ambrosiâ pascitur & ne cæcæ, vitam vivit immortalæ & beatam. O quantum mutavit ab illo non hoc futurum credebant, qui illum olim contumeliis, irrisionibus, convitiis impetebant: moti videbatur, & ecce vivit non moriturus æternum. Hæc, mi Sodalis, mi Religiosè, cogitationes tuæ primæ sūt, quoties in manus sumis schedasina menstruum.

§. I.

Proximum est Sanctorum res gestas libris comprehensas adire, & in iis, quem tuus ille Divus vitæ tenorem servavit, exquirere. Quæ in re Surios, Lipomanos, Baroniòs, aliòsque complures habemus luculentos scriptores, & Divorum disertos encomiastas, è quibus tu tibi unum delige, qui omnia ex ordine, patroni tui acta & virtutes persequatur, ostendatque quæ imitari possis, quæ debeas. Ubi mores illius sanctissimos & omnem vivendi periodum pervidisti, tecum ita deinceps statue. Ergo huic aut constantissimo martyri, aut cultissimæ Virgini, huic Cælitæ defensori meo, hoc mense has quotidie preces adnumerabo, hæc illi jejunia, has illi flagellationes, has elemosynas, hæc alia atque alia ipsius honori sacrobo, simulque certâ die quâ alioqui non solemus, ubi prius omnem animum per confessionem purgare, divinis epulum accumbam, in quo mihi eum in amicum & patronum magis conciliem atque propitiem, per illum ipsum cæli regem dominumque, quem linguâ meâ perinde ut alimoniam sam excepturus.

§. II.

Hic ego te, Gerarde, rem unam bene & in solidum velim capere: De cultu Cælitum agimus & quidem tali, qui & ipsis placeat, & nobis proffit. In quo mihi

Eucharistiam in solemnitate festis

fines
Christi
cum il
dici
ad hoc
cum n
intra
siturac
est.

Lanz 1986

sumere, & Christum cum illius diei Divo ad luctam cum morte invitare, solutare est.

mihî videntur ii præclarissimè & sibi consulere, & Sanctis plurimum deferre, qui festis diebus omnibus Christi Domini, Sanctorum Angelorum, Divorum Apostolorum, notiorum martyrum, celebriorum Virginum, divinam mensam frequentant, Regem Sanctorum omnium suscipiunt, & tam illum ipsum Dominum quem suscipiunt, quàm per illum, illius diei Divum, ad vitæ suæ horam ultimam, & supremam cum morte luctam invitant. GERAR. Consilium mihi non displicet, sed quæso, explicatiùs hoc trade. POL. Obsequor quantum possum: ausculta. Sit dies Christo Nascenti, aut è sepulchro Resurgenti, aut in cælum Ascendenti sacer: sit dies Mari Virgini aut Natæ, aut Lustratæ, aut ab Angelo Salutatæ, aut cælo Receptæ festus: sit dies Divo Michaëli Archangelo, aut sancto Bartholomæo Apostolo, aut generosissimo martyri Laurentio, aut doctissimæ Virgini Catharinæ, aut cuiuscunque alteri è notioribus Divis Natalis: hoc tali die, ita Christum, ita & Cælitè meo bono venerabor. Animi fordibus per confessionem expiatis, sanctissimæ Eucharistiæ divinum epulum accedam, & ubi cælestem hunc panem jam in ipsam linguam recepero, si dies sit Christo Nato solennis, sic precabor: *O mi amantissime IESU, ego te per teipsum, quem ore jam fero, & per hunc Natalem diem tuum humilimè rogo, sis mihi in ultimo decessu meo propitiùs iudex. Quòd si dies Divo Michaëli Archangelo, & universis in cælo Angelis sit sacer, preces illas paullulum variabo in hunc modum: O beatissime Archangele Michael, & O Sanctissimi Spiritus, Angeli Dei, per hunc Dominum meum & vestrum, universos vos ad agonem meum ultimam invito, adeste tunc mihi, & in extremis meis iuvate me.* Hæc ego in speciem solum propono: addi his potest quidquid tunc temporis melior sensus aut affectus suggererit. Quòd si dies festus sit, aut uni Apostolorum, aut alicui è Martyrum, vel Virginum cætu, aut quibuscunque demum Divis aliis, tum ego preces meas sic instruam: *O beati Apostoli Philippe & Jacobe, aut, O beate Georgi Martyr, aut, O beate Ioannes Baptista, per hunc ipsum Dominum, quem lingua gero, ardentissimè te precor, ad sis mihi morienti, & à bono Deo hanc unam pro me gratiam impetra, ut in obitu meo cum Deo sim in gratiâ. Vix ullus ab omni sensu tam sterilis est, quin his & plura & meliora in rem suam precari possit, si animum attendat. Et hoc ego magni momenti duco, sic piis ac providis curis ad ultimum cum morte luctamen, ad fatalem illam necessitatem, ad illum Æternitatis ingressum se suâque maturè disponere. Si quid ego iudico, vix gratiâ divinâ excidet, qui gratiam illam tam laudabili ambitu quæsierit; non pavebit ad æternitatis ostium, qui tot viæ duces ac comites habuerit; diabolorum rabiem non formidabit, qui tot Angelos obtinuerit defensores: vix causâ cadet ad ultimum tribunal, cui tot patroni superpetas venerint; vivet, qui sic mori conabitur. Et hoc quoque arcanum è meo, mi Gerarde, in tuum mihi carissimum cor libuit transferre. Scis, consilia bona, primum bona sunt cum fiant. Nec ignoras, neminem gratis servite Deo, aut Divis. Quidquid officii Cælitibus impenditur, amplissimo redit fœnore. Audi rem miram & veram, cui consignatæ tabulæ fidem tribuunt. Est certè, ut dixi: Cælitum cultus nunquam indotatus, & sine præmio abit.*

§. III.

Anno 1586.

Henricus ab Haiden Canonicus Trevirensis, parimorum elegantia & nobilitate juvenis, cum ab extremâ pueritiâ septem annos in Collegio Germanico Romæ egisset, instanter requisitus à suis, reditum parabat in patriam: sed veram illipatriam Deo destinante, incidit in febrem, quæ octavo die attulit mortem. Monitus à sacerdote de necessitate ultimâ (jam ante se generali confessione præsumerat) ad Apostoli Andrea corpus quod Malphi colitur, pro valetudine peregrina-

tionem voverat: certam dein pecuniam ad crucem argentam ponendam in æde S. Apollinaris, is est Collegii patronus: itémque ad pallium, quo altare operiretur Deiparæ Virginis, in cuius erat Sodalitio, reliquit. His rebus ita dispositis, cum somnus multis præsentibus oppressit, post paullò evigilans, accessit sacerdote, qui erat ei à confessionibus: O pater, inquit, ð mi Pater, quæ ego vidi? Quæ? interrogat ille. Cui æger: Quæ nec oculis, inquit, nec auribus, sed nec ullo sensu percipi possunt. Cum commovisset expectationem, & jungerentur omnium preces, subiecit inter artonitum lætum que, sed propior læto: Salus mea fuit in angusto: at benignitas Mariæ Virginis, Sanctorumque Andrea, Apollinaris, & Martyrum nostrorum tutelarium in tempore succurrit. A demone sum ductus ad iudicem. Magna vis (cum solus essem) circumstabat accusatorum, varia crimina obiectantium, jam jamque exactor supplicii me pertrahabat ad gehennam. Cum abisset propè nihil quin essem miserimus, adstitit misericordiæ parens, & ad illos conversâ: Quòd vos istum? quid vobis cum illo, qui tot annos mihi in meâ Congregatione servivit? Consecutus deinde Andreas, idem indignans, titulum ostendebat mei patrocini, quàm voveram ad ejus tumulum peregrinationem. Sanctus postremò Apollinaris cum ceteris martyribus, quorum sacra lippiana in æde nostra sunt, vim inhibuit adversariorum, memorans crucem, quàm proximè mandavi faciendam. Ita, quæ Deo est gratia, periculo simul somnòque solutus sum. Hæc cum dixisset exultans, quartâ ferè post horâ animam reddidit Conditori. Ita nemo gratis colit Cælitè, quisquis eos animo colit sincero.

CAPUT VII.

Quo fine mensuris Cælitibus sententiosum dictum addatur.

Alterum, quod post Divi nomen in mensurâ tabellâ perscribitur, est pronuntiatum (nos sententiam dicimus) vel ex ipsis divinis Bibliis, aut è sanctorum Patrum monumentis, aut piorum scriptorum libris. Quod quidem dictum est unum sit, & plerunque breve esse solet, sæpe tamen ei cui forte obrigit, plus attulit emolumenti, quàm si is omnia Abulenensis præfatis Tostari volumina evolvisset. Paucæ sæpius voculæ muros in animis hominum effectus dederunt.

§. I.

Sanctus Antonius etiam juvenis, cum in templo illud Christi promissum decantari audisset: *Centuplum accipiet & vitam æternam possidebit*, vix è sacrâ æde digressus patrimonii sui rutilantem acervum hilaris ore invasit, & maximam illius partem ambabus manibus in pauperes tribuit, totum daturus, ni foror obstitisset. Brevi post idem in templo, Evangelico illo monito: *Nolite solliciti esse in crastinum*, sic artonatur, ut nihil jam amplius cunctandum rarus, moræque omnis impatiens, continuè toti Mundo, rebus suis omnibus, sibi que ipsi dixerit æternum Vale, multarum gentium in Ægyptiâ eremo factus pater. Seraphicus Franciscus prima verba dominicæ precationis: *Pater noster, qui es in cælis*, attentius secum expendens, mox patri suo & matri, mox opibus & voluptatibus omnibus renunciavit, & ad trophæum crucifixi Regis pervolavit nudus. Notum est & illud in ejuldem Divi ore frequentatissimum: *Deus meus, Deus meus & omnia*. S. Hieronymum assiduâ formidine percullum tenebat unica illa sententiola: *Surgite mortui, venite ad iudicium*. Hoc illi epulas omnes perfudit amarissimo cinere. Christus è rudi piscatorum plebe Orbis oratores, & cæli Principes fecit, duabus solum oculis istis, *Sequere me*. Simeon Srylites audit in templo à sacerdote can:

Math. c. 5.
vers. 5.

1. ad Cor. 3.
vers. 19.

Math. c. 19.
vers. 21.

Luc. cap. 16.
vers. 22.

cani: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, & protinus opilionem exuens, monachum induit, vitamque egit omnibus post seculis admirandam. S. Eucherius prolapsi nobilissimam oriundus, cum legendo in illud D. Pauli dictum devenisset: *Sapientia enim hujus mundi, stultitia est apud Deum*, loco quamprimum consurrexit, & suas Mundum res habere jussit, meliori ipse domino serviturus. S. Paulinus, vir complurium voce laudatissimus, cum illud Christi dictum ad opulentum juvenem: *Si vis perfectus esse, vende, vende omnia que habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo: & veni sequere me*, peniculatorius cogitasset, vitam priorem desit, & ordiri novam, meliorem, sanctam aggressus est, atque in Gemitico cœnobio, cœlesti philosophiæ se totum mancipavit. Quot hominibus salutem atulisse credendum est brevissimum illud, *Nosce teipsum*? S. Ignatius Lojola quantum sibi, suis, Orbique toti profuit illo brevi effato: *Omnia ad majorem Dei gloriam*? Neque dubium est quin multos improborum vehementi lapsius horrore affecterit sermone illud & severum de Evangelico Epulonis sepulchra pronunciatum: *Et sepulchrum est in inferno*. O profundum sepulchrum! exclamat Augustinus. Et quis ille animus infaxum ita obrigit, ut ad tales voces & monita non vivat ascensit?

§. II.

V Ir olim religiosus quispiam ad inollissimum juvenem, & pæne alterum Sminyridem, vitii una & deliciis omnibus innutritum, aliâ lege aditum sibi aperire non poterat, nisi prius promitteret, de rebus piis, divinis, cœlestibus mentionem se nullam facturum; de morte nihil, multò minùs de inferis quidquam locuturum: lex autem erat, paribus poculis si certare collubertam esset, veniret, propinaret, responderetque propinanti, diceret quæcumque veller; tantùm non pia aut sacra. Conditionem est iniquam prudenter accepit homo religiosus, nec dubitavit juvenem illum parte aliquâ patere, quâ saluberrimè feriri posset. Adest ergo, & sano consilio multa dissimulat, & ut pacta convenia erant, nec de Deo, nec de diabolo quidquam sermone aspergit. Assidet lætus, ad risum etiam verba componit: jocatur simul, sed pudicè, meridiatur unâ, sed parè, responderet propinanti, sed sobriè. Demum abeundi veniam extorquet. Sub digressum, occasioeni caprat quâ in animo incauti vel incitum pietatis aculeum desigat. Cùmque bonâ fortunâ juvenis ille lectum suum selectâ plumâ turgensissimum abituo monstraret, tum Pater: Nobilis Domine, inquit, Isaias vates novam lecti rationem describens: *Subter te, inquit, sternetur tineæ, & operimentum tuum erunt vermes*. Atque cam dicto valedixit, & placidi somni propitiam noctem precatus est. Mox juvenis, id verò contra pacta & legem actum esse pronunciat, alio se tempore de eo pœnas sumpturum, delicti piaculum fore prægrande saluatorium poculum, quod in multam ei uni foret exhauriendum. Cetera jam valeret, atque ita hominem religiosum dimittit; voluisset quidem iisdem foribus illud de vermibus dictum excludere, sed id nequam potuit. Hærebat illud animo & reluctantem traherat, sodicabat, impellebat, stimulabat, urgebat, miseris demum modis angebat, inquieti vermes omnem ei quietem turbabant. Hic juvenis tam insolentis & oculi concionatoris impatiens, re medium huic malo circumspicere: itaque ad solitas computationes redire, ambulationes iterare, sociorum numerum etiam augere, novos lusos excogitare, choreis plus indulgere, jocos effulsus hilarescere, hoc demum agere ut à sole nunquam sobrius conspiceretur, quo hærescentem animo molestiam detegeret, abigeretque importunissimum conscientia monitorum, & vel sic tandem molestissimos hos vermes excuteret. Non evalluit tamen, quidquid egit contra domesticum

Isaia c. 14.
vers. 11.

A hunc carnificem. Agmen hoc vermium insuperabile animo expellere non potuit, quocumque conatu. Dum ridebat, dum bibeat, dum ludebat, vermes illi, & illa tineæ conscientiam identidem pervelebant atrodébantque. Evigilavit tandem miser juvenis, & prioris vitæ veterum excussit hoc secum instituto ratiocinio: Et quid, inquit ipse sibi, proficimus? dies noctesque contra importunissimam hanc & vermiculofam cogitationem pugno, nec inducias ullas aut quietem impetro, nec aliud hætenus egi resistendo, quàm ut aliùs inhareret; quò magis repugno, hoc minùs excutio. Quòd si sola de vermibus cogitatio animum ita compungit ac lacerat, quid vermes ipsi facient, præsertim stigmii, & nunquam morituri? quid facient illi æternæ mortis ministri vultures? Sed mittamus hæc morosa & tristia. Si possem, equidem vellem. Da te lætioribus, & gaude cum gaudentibus. Sed ah, quàm vanis & simul quàm brevibus gaudiis inhiamus! hodie genitaliter vivimus, cras inter alienas lacrymas perimus. Ita eodem sæpe loco, quo luserunt navigia, forbentur. Et quis tandem finis, ubi amabili infania diu luserimus? & ipsi demum ludibrium sumus immitissimæ mortis. Ergo: Ergo: dixi; nunc cæpi. Alius fui, alius ero in posterum. Vela feci ad gehennam, nunc ad cælum remigabo. Munde vale; diu satis ludos me fecisti, habes alios quos ludificeris: ego me mature subduco. Dixit, & fecit. Et eodem quo cæpit pede ex magno Mundi prostibulo in castra Christi transit, unicâ illâ brevissimâ comminatione permotus.

§. III.

E N tibi quàm diserta fuerit & efficax concio, vel unica sententiola. Laudatissimus ergo Partheniorum cætuum mos est, singulis tutelaribus Sanctis, singulis adscribere sententias, quas quisvis non semel tantùm legat (hoc enim parum, hoc nihil est) sed toto illo mense accuratius in omnem partem sensumque secum exputer. Nunquam sine fructu est, quæ de talibus instituitur cogitatio, nec frustra scribitur, quod ad pietatem est calcare. Testimonio est luculentum hujus rei exemplum.

Ante annos certè non multos Ingolstadtii juvenis Anno 1606. fuit, qui ut vel morbi sævitiem, vel certè Mundi blanditias evaderet, Deo sese devovit & religioso statui. Morbus abiit & brevi post bonum hoc propositum cum illo. Sensim enim quidquid pietatis in morbo hauserat, evanuit: & ita juvenis iste post restitutum corporis valeditudinem ægrotare primùm cæpit animo, & post perfunatum morbum pejus habere. Principio quidem fervebat & volabat, post paulò lentius ibat, deinde stabat, sed nec diu nec impigre; mox languere incipiebat, tandem apertè vitiorum dulcedini succumbebat. Nam Mundi facies, quæ priùs terrebat, jam aridere; religiosus status qui antea placebat, jam terrere; societas bona quæ gaudebat, displicere incæpit. Ita miser tam suaviter & facile oblivisci potuit primùm voti sui, dein sui ipsius, postea cæli, demum ipsius Dei. Ita paulatim per gradus ibat, sed non ad cælum: tendebat in præceptis, sed viâ molli & clementer declivi. Neque enim repente pessimus factus est, ut qui hodie fuit aureus, cras vix argenteus reperitur: brevi post æreus, exinde ferreus, denique factus est luteus, & ipsum cœnum. Ita prodigius ille Evangelicus, primò patrimonium repetiit: hoc impetrato in regionem longinquam abiit, parentisque oculis se subduxit: neque hic stuit, pravæ etiam societati se junxit. Nondum finis. Ea tandem fecit quæ focii & solcia; gula & luxuria in quotidianos mores transferunt. Ita ad mentem Siracidæ, *Est proçessio in malis viro indisciplinato*. Hoc planè modo, juvenis ille de quo cæpi dice-
vers. 9.
re, sensim seipso deterior factus est, & c. sancto progrefsu temporis in improbum mutatus: hoc ferè solum tenuit

S. Bern.
epist. 16.
Roman.
Eam. C.
Solid.

Id. 71.
13. G. 13.

Mat. c. 24.
vers. 1.

Est. Franc.
id. 1. G. 14.

CAPUT VIII.

Quo consilio preces indicantur in mensem proximum.

tinuit boni, quod Beatissimam Virginem & Marianam Congregationis cœtum non penitus deseruerit, sed subinde se præsentem stiterit, saltem in ceremoniam. Ita factum est, ut stato die cum ceteris menstruum sanctum acceperit, & quidem sorte prorsus divinâ. Nam sententia quæ pronuntiata est, dum ille ante crucifixi signum ex more flectit genua, è mellifluis doctore Bernardo transcripta erat, hisce omnino verbis: *Quid tardas ipsam, quem jam dudum conceperas spiritum parturire salutis: nil mortalibus vel morte certius, vel incertius horâ mortis.* Quomodo vivere potes, ubi mori non audes? Audiit hæc juvenis, tacitus quidem, sed quasi fulmine ictus, monitorem è cælo agnovit, & illo statim die fugam è lubrico in tutum paravit: alterâ verò luce hilaris & alacer ad Religiosam domum contendit, iisque sese aggregavit, quos diu fugerat, victurus illic ubi mori non trepidaret.

§. I V.

EN tibi vel unica iterum sententiola, menstruo Divo subscripta, apud juvenem istum tantum evicit, quantum vicenâ aut tricenâ conciones non potuissent. Ergo probo instituto menstruis Cælitibus sacrum aliquod piumque effatum subscribitur: sed illud malo contemptu sæpe non legitur, aut lectum non perpenditur. Impius sanè neglectus hic est cum concio tam brevis non auditur, aut oblivione quamprimum sepelitur. Hoc ergo sine, Divorum nomini in menstruis illis chartis, dictum aliquod de dictis melioribus subjungitur, ut autem vellicet legenti, eumque officii moneat, addâque stimulum ad vitam emendatiorem. Non multum ab simili modo fortem olim captabant è divinis oraculis, quod vel ex hoc pateat, quod subjungo. Meroveus Regis Francorum Chilperici filius, homo regii quidem sanguinis, sed probrosæ ambitionis, & qui scelus etiam per pietatem quæreret. Hic Turone D. Martini sepulchro tria sacra volumina, Psalmodiarum, Regum, & Evangeliorum imposuit, eaque nocte totâ illic pervigilans, sanctissimum Antistitem Martinum rogavit, ostenderet quid eventurum, & an regno potiri posset. Huic pervigilantæ nocti triduum insuper adjecit, quod jejuniis, precibus, vigiliis exegit. O ambitio quid non mortalia cogis pectora! Exacto hoc triduo ad Divi tumulum regressus, sacram historiam Regum aperuit, primus autem explicatæ paginæ versus hic erat: *Pro eo quod devotus Dominum Deum vestrum, & ambulastis post deos alienos, nec fecistis rectum Dei, ideo tradidit vos Dominus Deus vester in manibus inimicorum vestrorum.* Primus Psalmodiarum versus erat iste: *Veruntamen propter dolos posuisti eis mala: dejecisti eos dum allevarentur. Quomodo facti sunt in desolationem? subito defecerunt: perierunt propter iniquitates suas.* Ex

Ipsa. 72.

Ipsa. 19.

Mat. c. 26. vers. 1.

Ipsa. Franc.

Ipsa. 14.

Evangelii, in capite paginæ hoc legendum occurreret: *Scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur, ut crucifigatur.* Ad hæc librorum responsa Meroveus, qui regnum iniquè affectarat, rubore & lacrymis confusus, assumptis in comitatum quingentis viris, discessit loco. In viâ ab Erpone Regis Gunthramni duce captus est, uti Gregorius Turonensis memorat. Quemadmodum verò sacri codices olim per usitatum sortem consulti, de futuris quandoque monerunt, ita fit nonnunquam ut in menstruo Divorum sortitu, & oraculi vim habeant & vaticinii, quæ è sacris codicibus exscripta traduntur.

Ut ut sit, minime negligendum est breve illud monitum in chartâ menstruâ perscriptum: quanto enim minoris est operæ, illud quotidie perlegere, tantò majoris est negligentia, in re etiam tam facili torpere. Sed pergo.

Propositi- tum & pia voluntas pro istis atque illis preces ad Deum allegandi.

tertium, quod in schedâ menstruâ visitur, est orandi scopus, nos intentionem dicimus, quæ aliud non est quam propositum & pia voluntas pro istis atque illis preces ad Deum allegandi, quandoquidem in tabella menstrua cuivis sodalium suaviter imperatur, pro quibus illo potissimum mense debeat precari. Ita pro omni statu sexuque, pro ætate omni & ordine, pro regnis & provinciis, pro amicis pariter & inimicis, probis, improbis, vivis, mortuis deprecationes instituantur; ita ad omnem virtutem impetrandam, ad averteendam omnem noxam, & pestem quamcunque, certi precandi fines præscribuntur. Inter hos tamen ii singulariter observandi, qui preces nobis indicunt pro iis in quorum incolumitate vel interitu maximarum rerum momenta vertuntur. Par est omnino in precibus nobis commendatissimi sint Principes Christiani omnes, in quorum manu salus & exitium plurimorum sita sunt. Ita vigilantissimos oratus à nobis postulant tota regna & provincie, afflicta bellis Hungaria, sæcunda martyrum Japonia, vexata hæresi Germania, revocanda ad fidem Anglia. Sic & pro magnis Regibus Hispaniæ, Galliæ, Poloniæ omni studio Numini supplicandum. Et quis oblivisci possit vel lethaliter peccantium, vel manium in purgante flammâ luentium, vel infantium de lustrali fonte periclitantium? Pro his talibus precari quicumque mensis initio admonetur, is certè sine culpâ sic imperatas preces penitus negligere non potest; quanti enim censendum est vel uni infantulo suis precibus cælum donare; animam vel unicam ex igne lustrali evocare; ei qui delicto lethali obnoxius est, respiciendi gratiam impetrare, & sic è turpitudinis cœno extrahere? Quantæ item necessitatis est pro dono Castitatis, sibi aliisque consequendo, Deum frequenter & ferventer rogare, pacem & concordiam poscere, ad Indos & extremos Sinarum populos suspiria mittere, benefacta his gratis referre, inimicis injurias hac ratione compensare, homines ad petulantiam & lasciviam obstinatos Cælitibus seridè commendare, postulare denique perseverantiam nobis maxime necessariam. Ita verè Antiochenus orator Chrysostomus dixit: *Pro se precari necessitas cogit, pro aliis charitas hortatur: pro se orare, natura est; pro altero autem, gratia.* Dulcor est autem ante Deum oratio, non quam necessitas rei transmittit, sed quam charitas fraternitatis commendat.

Pro se pre- caris neces- sitas cogit, pro aliis charitas hortatur.

§. I.

GERAR. Hic ego forsân non malè objecerim: Quantulus sum ego unus, aut quæ sunt precatiunculae meæ, ut iis vel universam Galliam, vel latissimam Hispaniam, vel amplissimam Germaniam, aut Italianam totam, aut Principes Christianos omnes fulciam? non carum sunt virium preces meæ, ut ego Atlas sim & humeros supponam ruenti cælo. POL. Atqui audi, mi Gerarde, non tuis solum precibus, sed aliorum etiam tribuendum est, si iis toti alicui provincie optuleris. Deus tam bonus est ut ad paucorum castas purasque preces maximis quandoque populis pepercerit; neque dici potest quantum virtus unius etiam, & solius homunculi possit, si Deus eam posse velit. Recente mundo unicus Abrahamus Deo supplicat pro quinque civitatibus, & benignissimè auditur. Er profana consideras? Unus solusque erat Horatius Cocles, qui bello contra Porcennam, in ponte sublicio toti exercitui se opposuit, magnâ sui gloria & suorum bono. Q. Mutius Scævola unus solusque & primus è recentis conjuratis Hetruscum Regem

gem

gem à Romano Capitolio avertit. Unus ac pæne solus Camillus fuit qui Romam jam prope hystum factam, de manu Brenni & Gallorum ferro liberavit. Unus solusque Hercules fuit qui monstros Orbem inauditis repurgavit. Sed ut hos taceam, Unus solusque Joseph fuit qui fame perituram Ægyptum ab interitu servavit. Unus solusque Moses tot centenis millibus Hebrææ plebis toties saluti fuit, suis partim consiliis partim precibus. Hierosolyma funditus everfa in magnum cadaver corruissent, sed unus solusque Mathathias cum lugendo & suadendo, tum hortando, & agendo restituit rem. Israël's populus univèrsus idolis litasset, nisi per unum & solum Eliam Thesbiren à tam immani scelere fuisset revocatus. Daniel unus solusque fuit, & juvenis, cum senum plebisque decreta rescidit, & Susannam paratæ neci eripuit, ipsosque judices morte multandos æquissimè judicavit. Unus solusque David fuit, tunc etiam adolescentulus & contemptus, cum carneam illam & loquentem Philisthæam turrim, & quasi sedem belli Goliathum, in oculis repidantis exercitus fundâ saxoque expugnavit. Unus solusque Samson fuit, tantum alini mandibulâ, non ære ferreo armatus, cum tot simul Philisthæos trucidavit. Unus solusque Joannes Baptistes fuit, qui tacentibus univèrsis aulus est Herodem omnium facinorum quæ patrarat, arguere. Quid etiam una & sola mulier Hebræa Holofernem, tunc terrorem Orbis, suo sibi gladio jugulavit, itaque Assyriam militiam univèrsam una illa superavit. Unus Mardocheus & una Esther omnem Judæorum gentem à certo interitu servarunt. Uno Ambrosio sublato florens Italiæ status magnam partem corruit. Unus fuit solusque Leo Magnus, cum illud Dei flagellum, Attilam, Romanis arcibus jam jam imminemem, oratione non modò stitit, sed & in Pannoniam redire persuasit.

§. II.

AT verò ut neque Danieles, neque Abrahami, neque Samsones nos sinus, certè ii esse possumus qui fuerint avo etiam nostro vel pueri & mulierculæ. Unica ancillula, uti narrat Illustrissimus Baronius, suis precibus & cilicio, quo multos sanarat, totam gentem Iberum ad Christi fidem perduxit. Carolus V. Imperator, cum Thomam Morum, qui Regis Angli fuit Cancellarius, capite plexum inaudisset, dixisse fertur: Henricus Rex totius Angliæ caput præcidit. Tanti erat univèrso regno, virum hunc unicum amississe. Una Joanna, Tullienis virgo, pudica & sancta, ab obsidione plurimos liberavit. *Melior est enim unus timens Deum, quàm mille filii impij. Ab uno sensato inhabitabitur patria.* Unus itidem Bern. Iustit. & solus Laurentius Justinianus Venetorum urbem ab excidio suis precibus servavit. Nam quo tempore bellum inter Venetos & Mediolanenses atserat, in Corcyraho nemore Eremicola vaticiniis clarus debebat. Hunc è Venetis optimatibus vir nobilis adiit, quasi virque, cui parti bellum illud feliciter cessurum esset? huic respondens Anachoreta: Deus, inquit, urbi Venetorum vehementer iratus, quòd nulla morum emendatio post tot admonitiones, post tantos clamores sequatur, illum perinde ut Palæstinæ Pentapolin jam dudum deleisset, nisi unicis illorum Patriarcha, suis precibus vindictam divinam avertisset. Idem pæne de Simone Salo Leontius Neapolitanus Præsul commemorat. Fuit enim ut civis Emesanus Hierosolyma iret, quòd illic se precibus abbatis Joannis commendaret. Joannes, Simeonis olim focus, cum illum Emesâ ad se venisse cognosset; Atqui quàm maximè miror, inquit, te tantum viæ tam casto labore confecisse. Equid est quod me Hierosolymis quæras cum Emesâ habeas Simeonem, cujus precibus non ego solum, sed & Orbis totus indiget. Deus bone, quæ tua sunt judicia! quem hominem ut fatuum & stultum mundus totus deridiculo habebat, hujus precibus

A mundus totus egebat. Ergo unus atque unicus hominis ad Deum emissæ preces, non tantum unum aliquod regnum, sed & orbem terrarum univèrsum sustentare possunt. Ergo & sodalis ille, qui cum alios innumeros juvare possit, tamen id tam temerè negligit, innumeris nocere censendus est. Verè enim nocet, qui, cum possit, non prodest.

CAPUT IX.

In chartâ menstruorum Cælitum adscripta Virtus quid moneat.

VLtimum denique quod mensuris schedis inscribitur, una aliqua Virtus est per illum potissimum menslem crebriori actu exercenda. Campum dicendi hic nullum ingrediar, cum exitum spectet mea dictio. Hic solum mirari multa debeo, ac etiam indignari. Et quâ tu fronte, ô frigidissime Sodalis, quisquis es, quâ conscientia Sanctum menstruum domi tuæ fordescere sinis, & pulveribus sitique obduci, aut libello clausum & malè sepultum non colis ut sanctum, sed custodis tantum ut vincetum, totoque mense illius nomen nec semel quidem aspicias legisque?

Memoriæ mihi est, Gerarde, ante annos aliquot missas ad nos Oeniponto literas, quæ defuncti Brixinensis Pontificis manes nobis commendarunt, simul etiam de hujus Principis virtute illustria quædam narrarunt, inter quæ illud eximium & imitandum. Siquidem Brixinensis iste præsul, suum sibi Divum quot mensibus Oeniponto ad se mitti, eundemque nunquam nisi flexis genibus accipere voluit. Quis ambigat quin religiosè coluerit, quem excepit tam piè. Novi ego Beatissimæ Virginis sodales, qui omnium Divorum Cælitum, quos unquam per menstruam sortitionem acceperunt, syllabum & litanias confecerunt, quas & ipsi singulis mensibus ordinatè percurrerunt, & in mortis vicinâ sibi ab aliis prælegi petierunt. Bona utique & jucunda est morituro hæc prælectio, si tamen eos quos nominari audit Cælitæ, in vitâ sibi familiares fecerit frequentiore cultu. Sed nobis nunc de virtute mensuris Cælitibus adscripta sermo est.

§. I.

OGerarde, quàm longè aliud est dicere aut docere, aliud facere. Quoties apud nos virtus laudatur, & alget? Omnis in actione consistit virtus, nec ulla est sine labore. Virtutem in chartulâ menstruâ notatam circumferre, virtutis sanè non est. Quid porrò de iis dicendum, quibus in distributione menstruâ è virtutibus Patientia obtingit, ipsi verò vel asperiore verbulo afflati, velut vento pestilente correpti fremunt, frendent, furunt, calcaturum omnia si possint, laceraturi & pessum daturi omnia, ad eò largiter bilem effundunt. O mi juvenis, & ô mi vir, quid menstrua te schedula docet? an non illa hortatu tacito assidue tibi occinit: *Patientia, Patientia, Patientia.* Quid ais? an omnem ad eò patientiam consumpsisti, ut nec levem injuriam, aut innocentem jocum, nec paucas voculas, aut obliqui oculi minas possis concoquere? ô te heroem, qui ad pulicis morsum, Herculem inclamas! Quis unquam celo se dignum fecit impatiencia? quis non probè contusus in illam patriam pervenit? quis non omnia vincere potest silendo & patientiando? quid indignaris, quid savis, quid minaris? hi mores cælo non conveniunt. Sapientiæ comes est Patientia, quæ dolori cuicumque fert remedium. Iter ad cælum sine Patientiâ nunquam reperies. Ergo schedam tuam inspice, lege, & centies relege: hæc tua lectio voce unicâ constat, P A T I E N T I A.

Virtus aliquid per illam mensuram crebriori actu exercenda.

Virtutem in chartulâ menstruâ notatam circumferre virtutis non est.

Tom. 3.
Ann. 327.
num. 11.

Anbertus
Myraus
Ann. 1429.

Ecl. cap. 16.
v. 3. & 5.
Bern. Iustit.
Zach. L. 1.
peloo tom. 1.
dit 8. Jan.

§. II.

ET quid de iis sentiendum, quibus in mensuris chartis Obedientia præscribitur, ac ipsi nihil minus faciunt quàm quod imperatur: quibus jejunium suadetur, illi nec unico bolo genium suum fraudant: quibus Veritas consultius sequenda, illi technas, fucos, sutelas, mendacia confarcinant? Sic auditorum ubique multos reperias, factores paucos. An non ii auditores solum, apud quos pax publicè laudatur, rixis illi ac jurgiis turbant omnia: examen conscientie juberetur, illo toto mense nec semel quidem in seipso descendunt: quatuor novissimorum meditatio proponitur, illi mortis & judicii immemores, cæli & inferorum securi vivunt: vigilantia præcipitur, illi venientem solem horà septimà in lecto salutant, ubi ubi tandem sit sacrum: pia lectio commendatur, illi libellos pios nec habere quidem student, nec dum legere: frequens confessionis usus inculcatur, vix illi ut hoc quovis bimestri semel faciant adducuntur. Et de illis quid dicas, quibus Virginitas & Pudicitia colenda indicitur? obsecro illi Catullus pro stimulo virtutum legunt. O mi sodalis, an non iste mensis identidem tibi occentat, *Casitas, Casitas, Casitas*. Vide obsecro quàm casti sint tui oculi, quàm verecundi gestus, quàm pudica verba, vide ante omnia quàm puræ & mundæ sint cogitationes tuæ: si hæc libidinis cœnum admittant, ne mireris & oculos, & gestus, & verba eodem luto infici. Ubi cor libidinem olet, ubi cogitationes castæ non sunt, nec lingua, nec vultus, nec oculi cordis indices castimoniam spirabunt. Ergo & tu mensuram tabellam tuam inspice, lege atque relege centies, sexcenties; lectio tua finitur verbo, *Casitas, Casitas, Casitas*.

§. III.

Quid porrò de iis censendum qui mensurali scheda Sobrietatis monentur, illi diem mero frangere, & crumenam in calices student exhaurire. Quid de iis videtur quos pia illa fors ad desiderium patriæ celestis erigit, illi in variam curiositatem effusi, omnibus vanitatibus indulgent. Quos putes eos, quibus scripta traditur Carnis afflictatio, illi hoc unum agunt, ut Carni faciant bene, ut corpus mulceant & saginent. Quid de his, inquam, omnibus sentiendum? qui prorsus in contrarium nituntur, & alia omnia faciunt quàm quæ Sancti mensuri monent, suadent, jubentque. De te, Gerarde, tua me virtus meliora vult ominari. In eos dixi hæctenus, qui torporem & desidiam nec alienis quidem tegunt oculis; qui suo se officio functos credunt, cum consuetudini paruerunt, tamen mense toto nec Divi curâ, nec statæ preces, nec specimen virtutis ullum se prodat. Ita alios atque alios Sanctos, ita plurimos accipiunt colendos, nullum colunt, tunc maximè sensuri quàm malum sit, Divos Cælites negligere, cum serum nimis erit velle coluisse, cumque nihil ultra restabit quàm ut tam profanæ socordie frustra pœniteat. Non satis est, o juvenes; o viri, non satis est, mensuras schedas flexo poplite, reverenti manu, pioque osculo excipere, perlegere, retinere, nisi & Divos in iis descriptos colere, & virtutem in iis notatam placeat exercere. Nemo virtuti favet, nisi qui eam sequi potest, & Cælites nemo experitur propitios cum moritur, qui eos sibi amicos non conciliat dum vivit.

GERAR. Sæpe cœpi, sed sæpe etiam desii Divis mensuris honorem habere, nunc oblivione, nunc etiam tædio victus. **POL.** Vix est ubi altioribus clamoribus sit opus, quàm cum bene cœptorum constantia docenda. Animus humanus ingenerato pondere nunquam non defleat in prava, varius semper & mutabilis: virtutem præsentem sæpe non odimus, sed negligimus. Ita virtutum radices non raro antequam adolescant, sterili frigore exarescunt, ut jam supra demonstratum est. Sed

A quidquid dixerimus, minus semper quàm pat erat, dixisse videbimur. Et quia de Conscientia, de Cælitum, de Corporis cultu agimus, hunc nobis laborem necessariò sumemus, Gerarde, ut bellam istam huic triplici cultui infestissimam pro viribus impugnemus. Sanè ab hac animi levitate & inconstantia admirandæ metamorphoses, & sæpe monstra vitiorum horrenda proveniunt, quæ ab iis eduntur qui quandoque sanctissimè incipiunt, finiunt sceleratissimè, ab angelis, suo vitio, in diabolos mutati. Hæc enim inconstantia, & lentus ad vitium descensus, non unam aliquam virtutem enervat, sed universas. Audi funestam tragœdiam in quâ histrio seu actor, & conscientiam & Cælites religiosissimè cœpit colere, suum etiam corpori, qui conveniter, cultum tribuere; sed quàm sanctè inceptit, tam impiè finivit. Audi miram, bis miram catastrophem.

CAPUT X.

Inconstantia in Animi & Cælitum cultu, exemplo inaudito coarguitur.

VNUS quidam adolescens, & honesto loco natus, & a fortunis felix atque copiosus, melioris sanctiorisque vitæ studio incensus, parentem obnixè rogavit, liceret sibi rebus mortalibus abdicato, Christum & immortalia sequi. Negavit hoc ei pater. Institit rursus ac sæpius filius: cum actum agere se putaret, propinquos in parentem immisit, ut id à parente extorquerent. Impetravit tandem ab invito potestatem abeundi, & mox in cœnobium se inclusit, in quo tam magna & illustria continentia & abstinentia quotidie documenta ceteris dedit, ut haberent omnes quod imitarentur. Cum aliquamdiu in cœpto vitæ cursu profecisset, rarus se perfectiorem quàm erat, affectat solitudinem, & à Cœnobiarçhâ secedendi copiam flagrat. Dehortatur juvenem prudens hostilium technatum pater, pericula proponit, insidias exponit, enumerat damna ex eo discessu secutura, nec persuadet tamen juveni, quem jam persuasit, imò abripuit affectus. Si ergo, inquit præles, audendum est, dabo focios qui comitentur. Ita discendenti comites geminos è contubernio suo adjungit, qui novo cremicolæ locum opportunum quaerant. Faciunt unà iter diem unum atque alterum, ac per vastam solitudinem fessi oberrant, æstique tandem ac labore fracti in terram corpora abijciunt, somno paucillum vires refecturi. Cum aliquamdiu placidè omnes quievissent, ecce tibi ales streperis advolat pennis, & clangore alarum excitat sopitos. Hic comites: En, inquam, focium Dominus cælitem tibi misit, sequere ducentem. Ille de providentiâ Dei mirè lætus, salutatis comitibus, sequitur præviam ductricem. Ales post pauca spatia semel atque iterum subsidit, ac vanescit, in quo loco novus incola silvæ antrum reperit, juxtaque salientem ad sedandam sitim, & dactylos ad pellendam famem. Intellexit eam sibi regionem à Deo per avem designatam, ubi Deo preces affluas sterneret; & vitæ cursum feliciter perageret. Ergo rotum sexennium in summâ vitæ innocentia & sanctitate solus & unicus traducit. Et jam de tironis felici progressu non parum sollicitus erat cacodæmon, timebatque ne tam altas virtutis radices ageret, quas non posset ampliùs convellere. Aggrediendum itaque sibi militem advocat in consilium consuetis artibus decernit, personam inculti & horridi natûque grandis anachoretæ sumit, tironem adit, se seque spectandum primum exhibet. Horret juvenis, & aspectu inusitati hospitis percellitur, nam intra sexennium mortalium neminem aspexerat. Dat ergo se in preces, precatur unà in speciem vaferimus inlidiator, surgentemque hortatur, ut denuo secum etiam votis Deum conveniat. Tum personatus ille dæmon: Quamdiu, inquit, hinc degis? Sexennium, inquit

ponere, si licet propositum quotidie deponere? Nihil hoc est aliud, quam felici manu substructa, ridiculâ pœnitentiâ destruere, aut molem Sisyphæam in rupis fastigium educere, mox in infamam vallem rotatu præcipiti revolvendam. GERAR. Hæc labes nostræ mortalitatis est, non diu eadem consilia probare. POLYCH. Amamus mixtas pœnitentiæ voluptates, & bona semper placitura vix admittimus. GERAR. Statui jam sæpe, nullo die conscientiæ discussionem intermittete! proposui quot mensibus oblatos sorte Cælitæ studiose cultu prosequi: decrevi jam crebrò corpori minus indulgere, oculorum incendia cavere, linguæ pestilentes impetus coërcere: cæpi non semel insaniam amabilium nugarum & sordium mearum deestari. Et tamen, quæ statui, nō feci; quæ proposui, neglexi; quod decrevi, violavi; quod detestatus sum, rursum amavi. Quæso, unde hic morbus, nunquam facere, toties statere? POLYCH. Mi Gerarde, forsitan non satis firmè statuis. Perfunctoriè ac leniter leviterque velle, non animi decretum, sed impetus est, qui uti citò vites acquirit, sic citò amittit. Subira cæli serenitas, subitis nimbis fœdatur, herbæ ac flores celeriter nati, celeri morte subducuntur. Firmum propositum non est, quod in cerâ aut arenâ scribitur; rigidò metallo commendandum est quod diuturnum esse cupimus. Jobus hoc fecit; quod statuit, perinde si exarasset id aere, sic executus. *Donec, inquit, deficiam & moriar, non recedam ab innocentia meâ: justificationem meam & virtutem quam cæpi tenere, non deseram.*

S. II.

Jacob de Vorag. Ar. hie. p. 1. Jani. Hercules. Ymema. lib. 1. mirac. mirac. 14. Petr. Anton. Spinelli de Amore Dei. par. cap. 5. f. 1.

NAttrant hominem generosi sanguinis, sed vitæ profligatissimæ, latrocinii insuper infamem, ejus sibi consuetudinis inviolabilem legem dixisse, ut nullus iret dies, quo se Marti Dei non commendasset Angeli salutatione. Quantula scintilla pietatis, in vasto mari flagitorum! Habuit hic miræ & proluxæ fidelitatis famulum, qui ipsi quatuordecim annis industriè illi servivit. Patuit tandem famularum hunc fuisse insidiosissimum. Siquidem vir sanctus qui in castro illo captivus detinebatur, hunc famulum adegit Jesu Christi nomine, fateretur quis esset. Ille vim imperii sentiens, demum se diabolum fassus est sub humanâ specie tot annis illic servisse, idque in mandatis habuisse, ut si quo die herus salutandæ Virginis consuetudinem omitteret, suffocatum abriperet ad impiorum carnificinam, verùm ad id temporis nullum omnino diem abiisse quo herus Dei matrem pro more non coluisset. Hæc ego fide complurium aliorum recitavi. Hoc liquet mirificè placere Deo cujusque boni operis constantiam. Sicut natura indefessa operatrix ab exili plantâ arborem educit admirandæ altitudinis, non subitis incrementis, sed diu & continuè operando; aquæ guttulæ lapidem cavant, non vi sed sæpe cadendo; ignis immortalitas tam diu durat, quam diu subministrantur alimenta; semper vivit flamma, semper vorando: sic Deus, assidue operatur beneficiendo, sic homo probus ad immortale fastigium exurgit nunquam ignavè cessando.

Felicem Pilatum si quo pede cœperat, decurrisset. Turpe est cedere oneri, & luctari cum officio quod semel receperis. Posito fundamento, imponenda est & coronis. Virtus boni operis perseverantia est, quâ ubique est opus.

Orpheus Euridicen ab inferis reducturus accepit conditionem, ne inconstanti curiositate duci se fueret, & retro torqueret oculos. At miser,

avidusque videndi

Flexit amans oculos, & protinus illa relapsa est.

Orpheus & nos sumus (ingemisco cum cogito) & vix parva mox iterum perdimus inconstantiâ miserabili. Et quoties suam quisque animam ab Orco revocat pœnitentiâ? verùm quia ad pristinos amores cor iterum

Tom. I.

A reflectimus, iterum etiam atque iterum, relapsam ad Orcum animam damnamus. Quid juvat, hodie in castimoniam leges jurare, cras iterum libidinis cœno se mergere? quid prodest, hodie infra omnes se submittere, cras grande supercilium resumere, & omnes alios despiciere? quid magni, hodie præclarum patientiæ specimen edere, cras omne patiendi studium abjicere? hodie frugali quadrâ vivere, cras helluari & græcari; hodie agni mansuetudinem induere, cras in lupum efferari? hodie cælum atque Cælitæ sollicito cultu ambire, cras Veneri & Pluto ceterisque inferorum monstris applaudere? Gerarde, si Dei matrem, si Divos alios venerari cœpimus, quæso, non hoc solum die aut hebdomade, non hoc tantum mense aut anno veneremur: constemus nobis nostrisque cœptis, & cras sumus quales hodie fuimus.

Perseverantia est opus in divorum veneratione.

S. III.

BE Quidem multa sunt quæ nos ad constantiam hanc accendant. Nota tibi non ingeram vel aliàs audita. Illustre & prorsus inauditum apponam pro clausula. Narrat is qui & auribus suis & oculis non immeritò vult credi. Nuperimè in scriptoris hujus noticiam deveni, è cujus fide hæc ego tibi fideli narratione pandam.

Franciscus Retzanus rerum divinarum consultus; è *Joan. Nyder. l. 4. formic. cap. 7.* Francisci Retzani in veneratione B. Virginis constantia ac perseverantia.

S. Dominici familiâ, in Austria Academiâ Viennensi triginta sex annis sacras litteras docuit. Hic à teneris unguiculis Beatissimæ Virginis cultor tam fervidus, quam constans fuit. Quotiescumque Dei Matrem vel nominari solum audit, vel eam ipse nominavit, mox occasio proximâ salutationem Angeli submissè pronuntiavit. Idem fecit, quotiescumque illius imaginem, & quotiescumque loco transiret. Eâ de causâ non tantum in musæo suo, sed & alibi divinæ Marris iconem voluit esse frequentissimam. Preces, seu, Officium MARIÆ Virginis vel unico die intermittere nefas duxisset. Pecuniam omnem quam docendi munere fuisset promeritus, in beatissimæ Virginis cultum expendi voluit. Singulis sabbati diebus dimidiâ prælectionis partem decore & cum gratiâ in laudem divinæ hujus Virginis deflexit, & frequenter eo sensu, ut uberes lacrymæ verba dicentis interciperent. In precibus, quas magno numero quotidie huic Beatissimæ Matri adnumeravit, ingenti affectu animum omnem in hanc cæli Reginam intendit. Medullis ac visceribus ei hærebat pietas in istam Matrem. Neque verò interim quæ sui muneris esse norat, negligebat. Sic ad annum octogesimo quartum ætatem provexit, vir miræ abstinentiæ & hostis sui corporis, quo nudo telam lineam non attingit, culcitæ non nisi lanæ indormit, religiosi silentii semper observantissimus. Si quando è cubiculo in bibliothecam, aut triclinium, aut templum irer, aut domo ad scholas prodiret, ne tantilli temporis jacturam faceret, Dei parentem Angeli verbis assidue salutabat. Post lucubrationes plurimas & libros à se compositos, in illa Salomonis verba:

Per me principes imperant &c. digressus, tria bene magna volumina conscripsit in laudem cælestis Virginis MARIÆ, cujus in cælum Assumptæ die, suum ipse laborem elimare cœpit, & curis secundis petficere. Dum ergo manum habet ad tabulam, en febricula scribentem occupat. Tantisper ergo calamum ponit, dum impetus morbi solveretur. At ubi febris in dies recurrebat auctior & gravior, æger ad socium conversus: Quid hoc sibi vult, inquit, Virgo beatissima, quod me suis octodialibus festis subòque opere distentum æstu febricque jactari sinas? sed feramus, quidquid in nos Dei bonitas decernit. Et hoc etiam scribere est, hoc etiam est Deum Deique Matrem laudare, non repugnanter pati: ergo patiamur. Fecit, ut dixit. Jamque dies Beatissimæ Virginis Natæ aderat, cum sacramentis omnibus confirmatus Franciscus, visu tamen (quod rarum in hoc ætatis)

M m

auditu

auditu ac mente integrâ confisteret. Horam novissimam præsentens, more suo salutationem Angeli recitare cepit, & licet in ultimis esset, jamque animam ageret, nihilominus tamen verba formabat, quantumvis exili spiritu ac intermortuis vocibus, illudque suum (Sancta MARIA mater Dei, ora pro nobis) continuè pronunciabat, usque dum labra non amplius contrahere aut diducere valeret. Sic extremam vitæ spiritum in ipso Matris desideratissimæ affatu edidit. In extincti facie nil horrotis, sed hilaritas & propè vitalis decor spirabat, qui ad gaudium invitaret spectatores. En, Gerarde, insignissimam in Deiparæ cultu constantiam per tot vitæ sparia ad ipsum usque quarum & octogesimo annu. Et quid miremur tam lenem & felicem exitum, post vitam in hujus Dominæ tam ipso famulatu exactam?

§. I V.

H Vic omnino geminum & planè recens addo, quod non ita pridem, Pater quidam è Societate Jesu mihi narravit, & ego nunc tibi. Paulus Hoffæus, quem incanum egomet sæpissime vidi, neque enim adeo multi anni sunt cum naturæ concessit. Hic in Societate Jesu sacerdotem egit ultra quinquaginta annos, muneribus & curis variis exercitus. Cumque à Collegii Rectore moneretur, pro veterum more, primum sacrum in templo publicè repereret, vir modestus & submissi animi, omnique honoris & applausus fugiens, privatim & in suo Berlethemo (sic appellat extemporaneum sacellum, quod ipsius senio excitatum est) sacrum illud fecit. Post plurimos labores otiosus repertus est nunquam. Manè diebus singulis ante horam tertiam surrexit: totum tempus usque ad sextam meditando & orando tradidit. Meditationibus Sacrum, Sacro lectiones & scriptiones illius sacræ successerunt. Tam in verbis semper consideratus & cautus, quam in cibo potuque omni abstinentem & moderatum fuit, quo effecit ut infestam podagram ultra septuagesimum annum à se distineret. Et testati sunt medici, vitam ipsi in tot annos ideo prorogaram, quòd tam contumaci & severâ abstinentiâ sese exercuisset. Cibos delicatos etiam in morbo aversatus est, facillè parables & communes aliis omnibus, amavit. Patientiæ fuit tantæ, ut sevimos dolores calculi & podagræ, subinde etiam jocularibus dictis tegeret. Pauperatis religiosæ sic amans, ut ob res levissimas facultatem à majoribus petere sit solitus. Manes sæpius (res ei jam nota erat) ad cubiculi fores auxilium ab ipso flagitarunt. Eundem vitæ terminum habuit magnus iste, quem prior ille, de quo dixi, nam pariter ad octogimum quartum annum ætate processit. Hæc ideo nosse interest ut sciamus quantæ virtutis viri in clientelam fidemque cælestis Reginæ confugerint. Quantum verò hic ipse Paulus Hoffæus beatissimam Virginem Matrem amarit & coluerit, vel ex eo solùm conicias: Omnibus Divæ Virginis pervigiliis jejunium religiosissimè servavit, & quem senem non facillè ullus unquam cantantem audivit, is ipse paucis diebus ante mortem car-

men de Beatissimâ Virgine præter omnem morem cecinit. Dixisset octogenarium olorem funeri suo præcludere. Mortuus, subridenti similis, tamque amæno erat vultu, ut ab eo vocem expectasses.

§. V.

EN, mi Gerarde, adultos istos & prope nonagenarios Æternæ Virginis clientes, & cultores constantissimos. His, Francisco & Paulo, qui Angelorum Regnam præcipuè coluerunt, subjungo Franciscum & Philippum, qui Angelos. De S. Philippo Nerio facile est conjicere quo honore affecterit Angelos, cum eum tantò affecterint Angeli. Nata in eam sese humilitatem submisit Angelus erga Philippum, ut ab eo etiam stipem petere mendici habitu dedignatus non sit, dixeritque, cum personam aperiret: *Veneram experiri quid facturus esses.* Eundem hunc integerrimum virum in altissimam foveam noctu prolapsum, penitus illæsum eduxit Angelus. Idem vir sanctus suavissimè concinentes Angelos audivit, uti in ejus rebus gestis testatur Antonius Gallonius. At verò Franciscus Assisias, ille pæne unus ex Angelis, ardentissimo simul ac constantissimo affectu complexus est Angelos. Atque ut omnibus beatarum mentium ordinibus se verè devotissimum probaret, à die beatissimæ Virginis in cælum evectæ quadraginta cultor continuos dies jejunio & inedia traduxit. Et quia Franciscus animorum salutem mirè ardebat, Michaëlem Archangelum, cui jus aliquod in animos corpore solutos, singularibus obsequiis sibi demereri studebat. Tantorum exemplis ducimur ad præstantissimam in cultu Cælitum constantiam. Magni profus momenti est in omni actione nobiliori, non temere ordiri, non leviter & citò desinere. Atque hîc præclarissimi documenti loco sit, quod Mathois abbas dicere solitus: Malo, ajebat, ali-quod leve opus & continuum, quàm grave & citò finitendum. Ut autem bene cœpta continuemus, necessarius est planè in rebus agendis ordo. D. Ambrosius id significans: *Animum, inquit, relaxaturi, videamus ne omnem harmoniam & quasi concentum bonorum operum solvamus.* Concentus iste ut constans sit, plurimum refert, si omnes diei occupationes eo fiant ordine, ut primariis hora conveniens assignetur, ad quam statim designati operis capiatur initium. Hunc dives ille Booz suorum messorum labori præstinavit modum, ut horam nosset, quâ ad messum venirent, quâ cibum sumerent, quâ ad opus redirent, quâ quietem interponerent, quâ demum vesperi labores finirent. Ne turbulenter facias, quidquid facere vis constanter, ordine fiat quidquid diu faciendum est.

Sed meministi, Gerarde, de triplici nos cultu cœpisse differere. De cultu Conscientiæ & Cælitum, ego meam tibi sententiam peregi: quàm bene, tui hoc arbitrii facio. Restat de cultu Corporis agere. Sed hoc posteræ lucis opus erit. Jam Hesperus os cælo exerit, & dies hæc in noctem. Ego in cæstinum promitto, ut quod cœpimus finiamus, & constantiam doceamus non verbis, sed re.

Philippi
Nerii ergo
Angelos
cultus
constantia.

Alex
Alex
lib. 4
gm. 6

Pauli Hoffæi erga eandem Virginem amoris & cultus constantia.

In vita S.
Phil. Neri.
Eorundem
Franciscus
Assisias
cultor
constantissimus.

Pelagius
interpres è
Græco li.
bell. 7. nu. 11.
apud Res.
ovoid.
Lib. 1. offic.
cap. 20.

Ruth. cap. 1.
vers. 14.

Natura
primâ co
ram cor
pori ex
bet, ne
verò an
tè apta
cœbent
in bene
gracie co
pon.

LIBER TERTIVS. DE CVLTV CORPORIS.

CAPVT PRIMVM.

Animone potius, an Corpori cultus debeat.

Polychronius, Gerardus.

POLYCHRONIVS.

Alexand. ab Alexandro lib. 4. dier. gen. cap. 20.



REGO nos diem auspicamur, ad solis occasum, cum p̄t̄icis Ægyptiis? GER. Quid hoc verbi, Polychroni? num tibi sol brevi obiturus est? mihi vix ortus est. POL. Hoc ajo: Diem hodiernum non hodie, sed heri exor̄si sumus ad solem jam decumbentem. An non hesternus vesper hodierno sermoni dedit initium? si quidem uterque de Cultu Corporis nos aclusuros condiximus. GER. Jam capio, & sic est: lucem hodiernam heri sub noctem inchoavimus, prorsus ad Ægyptium ritum. POL. Hoc igitur habemus: Cœpimus: ut autem amici finiamus, præmoneo, tuam à me patientiam explorandam variè. Et timeo ne subinde feriam vitalia, & de vivo quid eritum. Sed nosti, Gerarde: Constans nunquam esse, qui non didicerit esse patiens. De Cultu Corporis agere, res tam delicata quàm seria est: quare ne in limine offendamus, & præmaturè ferrii sumus, Deo Fabulino priùs hostiam feramus.

Fabula est; quam refert Laetantius, Cererem, cum Proserpinam filiam quæreret, venisse ad Eleusium regem, cuius uxor Meganira puerum peperit Triptoleum, sèque nutricem simulasse. Hanc regina libens filio suo recepit. Ceres cum alumnum suum immortalem vellet, interdum lacte divino nutrebat, noctu clam igne obruebat. Itaque præterquam soliti erant mortales, crescebat. Cum hoc pater miraretur, nocturno tempore observavit nutricem, & cum Ceres puerum igne perfunderet, pater expavescens & filio metuens exclamavit. Itaque illa Eleusium exanimavit, ac Triptolemo alumno suo æternum beneficium contulit: fruges ei propagandas & currum draconibus junctum dedit, quibus ille victor orbem terrarum frugibus obsevit. Inest non rarè fabulis sapientia. Fictæ illæ sunt quidem, sed ad docendum, non ad decipiendum, si fictas esse intelligamus. Ego profectò, si hac de re sententiam rogarer, quòd Ceres hanc Triptolemo curam fecerit, factum bene, dicere. Verum equidem est, illud primum quod curetur, occurrere, cui natura ipsa primum suum consecravit laborem. Nam cum animo constemus & corpore, animus aptum sibi domicilium à Naturà vult extrui quod occupet. Idcirco parura primam corpori curam exhibet, animo tunc nondum præsentem non potest. At nos incipere debemus, ubi natura desit: divisam operam cum illa habemus, ut sicut illa sedula fuit, fecitque quod debuit instar fidissimæ nutricis, ita nec nos desimus muneri nostro: corpus illa aptavit animo, nos animum aptemus, ut rectè præsit corpori. Dignior est animus cui serviat, qui imperet, qui colatur. Nam & ab ipso naturæ Conditorè homini datus est tanquam rector. Venit ille ad corpus nudus ab ornamentis omnibus, & suppetias à nobis expostular, ut ad immortalitatem sublimem illam & beatam crescat & ornetur. Immortalitas nobis cum Cerere curanda, seu lacte sit opus seu igne, sive animus eruditione nutriendus, sive exercendus pietate. Equis rectè sentiens dengabit operam

Tom. I.

A animo, quam corpori non denegat? Magnificum est aulâs principum servitio colere: & cur nos nulla hujus servitutis gloria titillat? cur non magni facimus, si magnum servitium præstemus animo? est ille à magno illo Deo verè magnus, & aliquo modo illum refert, ad cuius imaginem conditus est.

§. I.

Nihilominus corpus origine suâ longè vilissimum, nimium sibi juris tribuit in animam, eodem ferè dolo quo usus est Amasis. Hic Ægypti rex factus, ob natales obscuros ægrè tolerabatur ab incolis. Maluissent illi vivere sub illustriòri domino. Advertit hoc Amasis, & ne qua forrè ob id oriretur seditio, cautum voluit crudità calliditate. Pelluvium habebat aureum, & eo hospitiibus vestigia & manus abluébantur, immundumque reddebat ab immundâ aquâ: hoc in ignem coniectum conflagravit fecitque ex eo statuam, tum in publico tanquam Deum adorandum proposuit. Circumfluxit ingens venerabunda turba, & materiam eandem quam antea ut sordidam cum stomacho aspexerunt, jam osculis attriverunt. Nec diu cunctatus Amasis, advocatâ concione hujuscemodi verba fecit: Viri Ægyptii, & qui habitatis regna nostra, quod videtis, etiam noscite. Pelvis erat antè, receptaculum sordium, oculi vix ferebant nauseabundi, nemo coluit: at verò postquam arte purgatum, & formatum in hanc statuam est, induitque Dei similitudinem, omnibus esse honori cœpit meritiissimo. Sic quoque mea nunc vitæ conditio est. Fui olim unus ex vobis, imò plerisque inferior, & meritò à vobis contemptus: at postquam ornamenta regia suscepi & scēpro vestro potitus sum, alius esse cœpi, quòd alia gestem insignia. Similis jam sum aliis regibus, in eorum numero jam habete similem, quem alioqui justè aspernari possertis.

Egregius hic regis sermo, etiam nobis, Gerarde, utilis est, si attendamus. Si animus è face hac terrèa concretus esset, si ex affinitate & cogitatiōe animorum mortalium prodiret, esset fortasse cur cunctaremur, esset cur tanquam plebejo denegaremus famulatum, sed cum supremi Regis gerat imaginem, omni officiorum genere colendus est. Corpus, quod luto proximâ cognitione junctum, pro servo tractandum est. At pæne simile quid contingit corpori nostro, quod Amasis pelluvio. Corpus à naturâ ad servitutem abjectum est, sed pravi amoris ignis, & nescio quis adscititius vestium splendor illum sic immutat, ut à multis pro Deo habeatur, & in animum dominetur. Sed verissimè dixit ille: Nullos dominari deteriùs quàm quos ad serviendum natura creasset. GER. Sed antequam, quid corpus sit, explices, quæso quid est animus? quid enim colam hospitem ignotum.

§. II.

POL. Heu quàm multa sunt quæ esse concedimus, quæ & qualia sint, ignoramus. Habere nos animum, cuius imperio & impellimur & revocamur, omnes faterentur: quid tamen sit animus, ille rector dominusque nostri, præcorum philosophorum turba nunquam satis expediet. Alius illum dicit esse spiritum, alius concentrum quemdam, alius vim divinam & Dei partem, alius tenuissimum aërem, alius incorporealem potentiam. Non deerit qui sanguinem dicat, qui calorem. Ad eò animo non potest liquere de ceteris rebus, ut adhuc ipse se quærat. Empedoclem fero, si negligat culturam animi, quem nihil aliud esse contendit, quàm cordi suffusum sanguinem. Zenoni ignosco, qui animum ignem esse docet, ignis autem colendus non est, nisi fortasse à Persis, qui illum pro Deo habent. Democrito quoque venia danda, si hac in parte hallucinetur, corpusque præponat animo, quem ex vilissimis atomis conflatum somnariat. Pherecrates etiam pacatè vivat, imò hilariter, & cuticulam

Quid sit animus, Empedoclis sententia, Zenonis, Democriti, Pherecrates.

M m 2

Natura primâ curam corpori exhibet, nos verò animi aptare debemus ut bene præsit corpori.

cuticulum demulceat. Quid enim ad animum attendere, qui, ut ipse eum definit, nihil est? At verò nos melius & peritius animum poscimus, rem divinam & immortalem, originis nobilissimæ spiritum, & prope Deum in humano corpore hospitantem: par igitur erit eum prodignitate colere, corpori autem tanquam servo herilem majestatem nunquam induere, aut id in solum atrolere.

Habuit Isocrates inter suos discipulum, quem adverterit horri colendi studiosissimum esse, ceterum in orandis moribus languere, nec ferè quidquam in studiis proficere. Ideo aggrediendum sibi hominem ratus: Obsecro, inquit, ne hortum habeas cultiorem quam animum. Brevis exhortatio, sed seria, & omnium auribus ingerenda, eorum præcipuè qui suos hortos, qui domos suas, qui sua corpora, qui alia sua omnia colunt potius quam animum. De quibus jure conquestus Demonax.

Madatur. de Deo Socra- tis, sine.

Sculpti mor- tales om- nia habent culta præ- ter animi, quem ne- gligunt.

Sculptissimi mortalium, inquit, omnem solitudinem suam ponunt, in extruendis edibus, & hominum, qui edes illas habitaturi, nullam penitus rationem habent. Et quid magis mireremur, quam cum omnes & cupiant optime vivere, & sciant non alia re quam animo sic vivi, nec fieri posse, quin si optime vivant, animus colendus sit; tamen animum suum minime colant. Sunt qui villas opipare extruunt, & domos ditissimi exornant, & familias numerosas comparant: sed in istis omnibus, in tantâ rerum affluentia, nihil est cujus illos magis pudeat quam inculti animi. Habent igitur omnia cumulata, omnia affluentia, omnia opulenta, culta omnia & ornata præter animum, quem velut alienum & rem non suam negligunt; ea contra quæ aliena sunt, inter laudes suas numerant. Et quid, mi homo, de bonis non tuis te jactas? Nobilis, generosus es? parentibus age gratias. Dives es? fortunæ non credas. Honoratus es? ab honorante hoc habes. Validus es? aegritudine fatigaberis. Petrix es? abibis in senectutem. Formosus es? expecta paullisper, & non eris. Animus tibi cultus & eruditus est? Hoc tuum est. Hoc enim nec à patre hereditarium, nec à casu pendulum, nec à fortunâ mutuum, nec à suffragio annuum, nec ab ætate varium, nec à corpore caducum est. Hoc à te; hoc verè tuum est. Animus cultus proprium cuiusque & revera magnum ac solum bonum est. Animus neglectus & incultus, intima, inherens nimis, & verè summa paupertas est.

§. III.

DE modo colendi animi, ut video, Gerarde, quaeritur es. An non nudius tertius abundè de hoc actum? Conscientiam curare, est animum colere. Hoc tu, sive conscientia, sive (quod fortè usitatus) animi cultum appelles; per melicet. Sed ut jam de cultu corporis sermo sit planior, de animo colendo summam rem complectar. Ceres etiamnum mihi in animo est. Quid fecit illa: alumnus suum, quem curavit, igne perfudit, ut immortalem redderet. Nec Cereri duntaxat hæc ad immortalitatem visa fuit via. Nam & ipsam Thetin indignatâ se Deam mortali Peleo in matrimonium colloctam, filios, quotquot oriebantur, in ignem extruendos conijcere solitam tradunt mythologæ: quod ita rebus mortalitatem exuri, & quod immortale esset; per purgari & conservari, uti aurum ære confusum ignis ope purgatur. Atque ita sex jam filios consumperat, donec ad Achillem ventum, quem pater superveniens ab igne exemit. Utrique mulierum istarum animum curarunt per ignem, & eam hominis partem immortalem cupiverunt, quæ esse poterat. Duæ nobis pariter pro excolendo animo constituendæ sunt nutritrices. Quænam illæ? Pallas & Pietas. Pallas se primam offert, sed inermis & onusta libris, hæc suos quos informandos recipit, igne perfundit, ut æternet. Quis ille ignis quem affundit? Doctrina est, mente hominè que digna; nam cum omnis doctrina deriveur ab æterno illo doctore,

Duæ nutritrices pro excolendo animo, Pallas & Pietas.

A & cælestis quædam quasi flamma sit, quid ni mortalitatem in animo comburat, & ad illas beatorum sedes erigat? Sed tamen hic ignis satis pusillus est, quantum quantum est, si virtus ejus spectatur; instar scintillarum dumtaxat urit, parum aut nihil in animis excoquit, nisi & Thetis, hoc est, Pietas accedat, quæ non solum stricuras nobis inspergat, sed totos in focum præcipitet. Absque his flammis crudi manent animi & confusa massa. Pietas verum ignem habet, & luminosum purumque, quo debiles & cæcæ mentes roborat & illustrat. Ad cælestia & divina animi nostri, non aliter se habent quam argillaceæ Promethei statua, quæ etiam solis radiis exposita nec vigorem tamen habebant, nec movebantur: at verò ubi consensu olympo virgulam soli admovit & incendit, redûxque in terras flammam superis ereptam, status inseruit, illico in membris morus & in status gressus sequebatur. Ita mentes nostræ vecordes & status immobilitate similes, etiam si doctrinæ igne perfundantur & collastrentur, tamen nisi cælestis & divini illa lux superveniat, nullam animo vigor, nullæ sunt vires. Sed intervenit non nemo qui Thetin hanc impediât, qui culpet, qui exclamet & damnet. Eam jam ætatem vivimus, in quâ nec pietatem apud alios ferimus, nec in nobis ipsis colimus, quam à nobis facimus per scelera extorem. Tandem quid sumus? pulchræ statua. Quemadmodum Stilpon interrogatus, quem status simillimum censeret? Hominem, inquit, stupidum, & animi sui negligentem.

B Verum, extra choram salro. Recepti dicturum me hodie de corporis cultu, non de animi. Quamvis ille ab isto pendeat. Nos eo ipso animum negligimus, quia nimium colimus corpus. Ita cultum hero debitum, iniquissimâ permutatione transferimus in servum. Quidquid sapientium voces moneant, nos sæpe in solius corporis curam intenti, mirè insanimus in exornando hoc mancipio. Et hoc est, quod severâ castigatione dignissimum. **C** Suum corpori cultum non eripiemus, sed nimias ei phaleras detrahere conabimur. Et quid est corpus, ut in illud potius quam in animum, omnem benignitatem tantis blanditiis effundamus? Sit ergo nobis hæc altera quaestio: Quid est Corpus?

CAPUT II.

Quid sit Corpus, & unde tam dignum coli?

GERARDVS.

AN non hæc quaestio supervacua? quid quaerimus quod videmus, quod tangimus? **P**OL. Equidem videmus, sed fallacibus oculis, equidem tangimus, sed manibus in adulationem corruptis: hinc hosti nostro, etsi noxiosissimo, honestissimos tamen titulos imponimus, & pro amico colimus, odiis dignissimum. Auxiliator noster videtur esse corpus, sed non minus infidiator est; adiutor censetur, magis tamen impugnat quam ullus hostium. Quid ergo est **C**ORPVS.

§. I.

CORPUS hominis, sepulchrum esse affirmabant philosophi. **GERAR.** Itane, sepulchrum? **POL.** Ita prolixus. **GERAR.** Quid ergo nos ornamenta ei adjicimus, & speciosam facimus miseriam nostram? atra & tristitia illud melius deceret. **POL.** Corpus, Græcè *σῶμα* dicitur, quod rectè Plato vocavit *σῶμα*, hoc est sepulchrum, quasi animus in corpore delitescat sepulchus. Corpus certe simillimum sepulchro, mephitim exalat undiq; hem! quàm vanus est labor noster! popina vermium, taberna serpentum, bufonum hospitium, sordium sentina, ita splendeat, ita curetur, ita superbiat? infelix hæc terræ gleba tam fordida, tam putris ita regatur? tanto labore inferviatur famulæ carni, relicto hero animo, nudo & intecto?

Qui

Lib. 1
cap. 1
Tit.

Lib. 1
cap. 1
§. 11

Sep. cap
v. 15
Animi
negavit
Tit. 14
cap. 11
Carcet.

Lib. 1, 2
tit. 14, 15
Alia con-
posita elo-
q.

Qui corpus sepulchrum vocant, honestiore nomine id afficiunt. Fuere qui tartarum & inferos illud appellarent. Caelius Rhodiginus: *Corpus, inquit, esse velut tartarum scribere, in quo fluxiones infestent, & perhatus tumulentur non absque aestu arboribus, sitq; planè mortuorum conceptaculum ac verus sepulchrum. Adiciunt & illud auctores sanctissimi, multorum animas corpore tanquam mylone quodam, hoc est, pistino esse obvolutas oclusasque. Et primi illi Theologi nil aliud inferos putarunt quam ipsa corpora, quibus inclusi animi, per omnium incommodorum, egritudinum, dolorum species rapiantur. Auctores huius sententiae Macrobius: Antequam, inquit, studium philosophiae ad tantum vigoris adoleceret, qui per diversas gentes auctores in constituendis sacris ceremoniarum fuerunt, aliud esse inferos negaverunt, quam ipsa corpora, quibus inclusa anima, carcerem sedem tenebris, horridum sordibus & cruore patiuntur. Hoc animae sepulchrum, hoc Ditis concava, hoc inferos vocaverunt. Oblivionis fluxum, errorem dicebant animae obliviscentis divinae originis maiestatem: Phlegem horem, ardorem irarum & incendia cupiditatum: Acheronem, humane varietatis dolorem & egritudinem animi fluctuantis: Coccyum, quidquid homines in luctum lacrymaeque compellit: Strygem, quidquid inter se humanos animos in gurgite mergit odiorum.*

§. II.

Neque verò hi ad eò aberrarunt à vero, cum corpus hoc quàm mortale, & mille tam vitiorum illecebris, quàm incommodorum supplicii obnoxium, animi carcerem & inferos nominarunt: quod & Hebraeo Sapientiam animam *aggravans* vocatur. Hoc corpus, quod nos palatium aut paradysum censemus, pro carcere habuit sapientissimus psaltes, nam velut carcerem hunc exofus in vinculis exclamat: *Educ de custodia animam meam.* Num carcerem in quo Samson molebat, isto fuisse molestiorem putas? aut Iosephi lacum, aut Hieremieae foveam, aut Danielis inter leones specum, aut Petri geminis catenis victi militarem custodiam? non arbitror.

Cur igitur sepulchro, carceri, pistino, tartaro, inferis tam pretiosum cultum, tam delicatum pastum in nostram perniciem impendimus? Hoc sciamus, à nullo nostrorum hostium tam nobis cavendum esse, quàm à nostro corpore. Vis plura & speciosiora corporis elogia? Caelius, quem ante nominavi, sua corpori pigmenta conquiritens: *Imprimis verò, inquit, quam circumfers vestem, excuere oportet (corpus designat) indumentum inscitiae, pravitate fundamentum, corruptionis vinculum, velamen opacum, rivam mortem, sensivum cadaver, sepulchrum circumvertile, domesticum denique furem, qui dum blanditur, odit, dum odit, invidet; umbraculum inimicum, ad seipsum raptans deorsum, ne forte conspicias veritatis decorem, & ejus oderis pravitatem.* Hoc est, *CORPVS* suà laude ornare. Et tamen domesticum hunc furem tam operose nos & vestimus, & alimus, ut, si forte parcius sit aut lentior furando, nostris subditiis crescat in majorem audaciam. Hoc non est aliud quàm furi suam rapiendi licentiam non tam laudare quàm imperare, quin & modum docere quo pessimas artes factiter liberius.

C A P V T III.

Quantus noster hostis sit *CORPVS*.

Non tantum rem nobis & excellentià nostrà indignam facimus, cum corpori servimus, sed etiam perniciosam. Nostre, Gerarde, ingenium crocodili? Audi obsecro. Penes mulierem Aegyptiam crocodili catulus educabatur: hanc Aegyptii beatam putabant, quòd scilicet Deum nutrire, idèque & mulierem & alimum demulcebat. Mulieri huic erat filius cum crocodilo educatus & ludens: Deus verò ille cicut erat, dum infirmis adhuc erat viribus, at aucto corpore in-

genium detexit, puerumque illum occidit, atque hic finis fuit amicitiae illius infidae, has scilicet gratias altrici suae retulit perfida bestia, quae, antequam puerum sorberet, lacrymas profudit sceleris futuri testes. Quid nos aliud curamus? suppetias ferimus hosti, & cum postea pugnandum est, vincimur à subsidio nostro. Nec potest esse miserabilior clades quàm propriis armis confici. Verè nullus major hostis hominis est, quàm *CORPVS*, cum illud amicum habemus & amice tractamus: blanditur nobis, dum nos illi blandimur, & quantò nos magis candidè & fideliter, tantò magis subdolè illud atque perfidè, crocodilo animalium nocentissimo simillimum. Imò, quod pejus, non suis tantum, sed & alienis pugnat viribus, ut jam ostendam.

§. I.

Rem mihi dixisse visus est, qui *CORPVS*, diaboli valium & propugnaculum dixit, è quo ille in nos pugnat opportunitate maximà. Undequaque patemus hosti, ad omnem incursum, ad omnem ictum, & ne frustra fudet hostilis calliditas, corpus nostrum operam suam adjungit, & nos vincti, gratiam interpretatur.

Semiramis olim regii vernae apud Babylonios ancilla fuit: captus illius formà rex Ninus, ad eò eam deamavit, ut illa tandem temerè quidvis anderet petere, ille negare non auderet. Illa in hanc occasionem prona, velut leve quid postulans, unicum sibi diem à rege indulgeri petiit, quo sceptri & solii jus penes se esset. Facile rex annuit in preces, ut videri poterant, tam modestas. Itaque poscenti concessit, in solio suo jus diceret, ejusque iustus omnes parerent. Haec, potestatis quidem avida, primò tamen leviora imperat fieri: sunt. Dein seria magis, mandat perfici: perficiuntur. Tandem regem comprehendendi jubet: comprehenditur. Vincitur, vincitur. Interfici, interficitur. Sic ancilla ex diurno diuturnum principatum adepta est: Aequè improbà vastitiae corpus sceptrum eripit malè conniventi rationi. Initium à blandimentis sumitur, his fraudes succedunt, inde vis & Manliana imperia. Nec facile est corpus ab assuetis deducere, malè servit hoc mancipium, postquam dominari assueverit. Quidquid ei vel semel per indulgentiam concessum est, hoc ut debitum exigit. Subinde morbos simulat aut invalitudinem, ut abstinentiae legibus fraudem faciat: jam pisces reculat, & stomachum caustatur, jam inedia non fert strictioris jejunii; jam has jamque illas vestes exigit, & ut deliciis ac pompè honestum titulum praetextat, id ad status sui decorem spectare praetendit. Hoc agit *CORPVS* ut imperet, & rationem, quam tollere non potest, ad turpissimos assensus emolliat.

Job de homine corpori nimium indulgente discipulus: *Dulcedo illius vermes, inquit, non sit in recordatione, sed coneratur quasi lignum infructuosum.* In quae verba Gregorius: *Potes, inquit, apertiùs vermis nomine caro designari, unde, homo putredo, & filius hominis vermis dicitur? Sanè, quisquis putidas corporis voluptates anhelat, quid nisi vermes amat? corpus agnatione proximè vermibus junctum esse, sepulchra latentur sincerà veritate. Ita dulcedo illius vermes. Hinc faedo Cupidini vincendo plurimum facit, ut hoc quod vivum quis diligit, quale sit mortuum expendat. Fecit hoc Anachoreta, uti Hugo memorat, qui ad abolendam memoriam mulieris, quam daemon illius animo identidem repraesentarat, tumulum jam sepultae & tabescentis clam referavit, & ablata inde cadaveris partem toties naribus opposuit, quoties animum titillaret libido: & en, aiebat ipse sibi, *dulcedo tua vermes.* Ita praesigni victorià seipsum triumphavit. Verè, omnium luxuriae deditorum *dulcedo vermes*, hoc est, corpus, brevè obijciendum vermibus pabulum. Et quia homines impuri ac libidinum suarum ser-*

Sup. cap. 9. vers. 15. Animam aggravans.

Psal. 141. vers. 8. Carcer.

Lib. 3. An. sig. l. 6. 9. Alia corporis clo-

Diaboli propugnaculum.

Muret l. 6. var. cap. 17. Gracorum cōmmentar. 8.

Job cap. 24. vers. 20. coneratur quasi lignum infructuosum. In quae verba Gregorius. Lib. 16. m. cap. 29.

Hugo Card. in cap. 24. lobi. Anachoretæ facti ad abolendam memoriam mulieris.

vi, talem amant dulcedinem, & in eâ felicitatis suæ summam collocant, non erunt in recordatione apud Deum, ut ab eo præmium beatitudinis accipiant, sed conterentur velut lignum infructuosum, in flammâ stygias deiciendum.

S. II.

EVropa regis Agenoris filia, ut in fabulis est, ad litus Tyrii maris in prato nitidissimum taurum conspiciat, quam vis primò contingere metueret, tamen ubi mitem & ablandientem nec minatum quidquam habentem vidit, dempto metu adire, tangere, manu demulcere sustinuit; herbas etiam & flores in pabulum porrexit. Taurus variè alludens, & nunc blandum stare, nunc in genua procumbere, modò collum & palearia manu palpanda præbere, modò cornua sero impedienda offerre, jam etiam niveum tergum subjicere, & velut ad sessionem invitare. Tam humanam pecudem experta virgo regia, ausa est etiam, nescia quæm premeret, tergo considere. Hic tauris sensim atque fallaciter à sicco littore abducere, & in primis undis falsa vestigia ponere, inde subito impetu per medium æquor cum insidente sibi prædâ natave. Misella litus relictum frustra respicere, & serò nimis sui lusus audaciam damnare. Veritissima hæc effigies est hominis, carnis blanditiis jam capti. Plato (uti Augustinus Cælius refert) Europam regis filiam, animam Dei sponfam interpretatur. Nam, sicut regia illa virgo, etsi patriam humentibus oculis respectaret, tamen à tauro, cui nimium blandita fuerat, à patriâ abducebatur: eodem prorsus modo anima æterni Regis filia, maximo salutis periculo, per medios hujus vitæ vortices, per procellosam hoc mare, ab indomito tauro, à suomet corpore in vitiorum præcipitia abripitur; & licet illa cælum, suam patriam, licet illa Deum, conditorem & parentem suum sæpius respiciat, tamen à furente hæc bestia longè à patre abducitur. Sed sibi culpam illa imputet: cur tam facilis & blanda fuit in hoc pecus, cur se illi permisit, cur sic illius manuetudini fidem habuit? Sic agit corpus, ubi suis nequitiis vires acquirit, sic abducit miseram animam, sic ingemiscentem abripit per voluptatum fluctus, in lacrymabile exitium.

Lib. 59.

Anima à suomet corpore in vitiorum præcipitia abripitur.

1. Cor. 6. 15. *Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt.* Nam, qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Huius ergo fallacissimo tauro, ò regis filia, ne fide, ne blandire, ne illum poppyfimis demulce, ne sagina, aut tuum in te hostem incitas beneficiis nunquam pejus collocatis.

S. III.

ELisabetha, sanctissima illa Lusitanæ regina, quid non fecit tulitque (jam supra demonstratum est) ut hujus tauri imperum frangeret, furorem frenaret, rabiem coërceret, ut denique hanc bestiam immanitate terribissimam perdomaret. Neque verò aliud quam hoc ipsum se fecisse divinus Paulus tam animosè proclamat: *Castigo corpus meum, & in servitutem redigo.* Hic ei cultus, hæc illi beneficia debentur, his obsequiis cicuratur in melioris disciplinæ cautionem. Eadem enim corpori conveniunt quæ mancipio, quæ asino, flagellum, onus, severa castigatio. Nam, *debitores sumus non carni, ut securum vivamus.* Et certè, qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitii & concupiscentiis suis: quoniam qui *seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem.* Ideo vel milies nobis ingerendum monitum illud saluberrimum: *Si secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.* Nemo à vitis liber est qui corpori servit. Nam ut alios dominos, quos nimia pro illo sollicitudo invenit, transceas, ipsius corporis dominium quàm morosum & delicatum est? GERAR. Ergo negligendum est corpus, imò & injuriis afficiendum? At tu, Polychroni, dicuum te promiseras, quâ ratione colendum sit corpus, non quâ vexandum aut affligendum. POLYCH. Ergo tibi, mi Gerarde, agricola

1. Cor. 6. 9. *Castigo corpus meum, & in servitutem redigo.* Hic ei cultus, hæc illi beneficia debentur, his obsequiis cicuratur in melioris disciplinæ cautionem.

Rom. cap. 8. *debitores sumus non carni, ut securum vivamus.* Et certè, qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitii & concupiscentiis suis: quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. Ideo vel milies nobis ingerendum monitum illud saluberrimum: Si secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.

Rom. cap. 8. *debitores sumus non carni, ut securum vivamus.* Et certè, qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitii & concupiscentiis suis: quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. Ideo vel milies nobis ingerendum monitum illud saluberrimum: Si secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.

Nullus est liber à vitis qui corpori servit.

ille non censebitur agrum colere, qui eum aratro profciderit, qui steriles herbas evulserit, qui effatum solum mille vulneribus fauciari? Nunquid non hoc colere est terram, ferro eam subigere? hæc cultura debetur agro, aliis alia, cuique sua. Certè vix quidquam est in orbe, quod non silvescat, si absit cultura. Sterile scit ager nisi in exercendo illo assidue manus defarigentur: sordescit domus, nisi eam à fordibus cura pervigil defendat: obsolescit vestis, & turpes nævos contrahit, si illam aquæ non lavent, non purgent seræ. Desit cultura, planta non surgent, flores non erumpent, arbores in directum non crescent, segetes non emergent, pascua non virescent, lapidescent & silvescent omnia. Adsit cultura, plantæ stabunt, flores pullulabunt, arbores triumphabunt, respondebunt messes, ridebunt campi, virebunt & gaudebunt omnia. Tanti est in plerisque omnibus cultura. Atqui si ista humanam & operosam manum postulent, à quâ colantur, homo ipse sine cultu erit? Primus est qui coli debeat, & ante alia omnia. At cum homo corpore constet & animo, corpus autem animum degravet, impediatur, mille damnis afficiatur, tu nihilominus illud præ animo & suavi quidem ac benignâ humanitate colendum censebis? Hic me fines non elinguem esse, & liberè profari quæ ad natam quæstionem erunt, non omitram dicere quæ dedecent corpus, dum ea, quæ decent dixerò. Ostendam hoc ipso coli corpus optimè, si non nimium colatur.

CAPUT IV.

Quantus labor impendatur à nobis corpori, hostium nostrorum maximo.

Herus fuit, qui duos in suo famulatu servos numerabat, planè dispares: æthiops alter, noctis colorem amulabatur corpore: genere obscurus, doctrina rudis, artificii omnis indoctus; contumax etiam, vecors, ignavus, & qui non semel de domini nece cogitabat, jamque aliquoties impactâ sic graviter sauciabatur. Alter verò prosapia nobilissimus, scientiarum amatissimus, elegantissimus formâ; natus ad omnia magna, & qui heri sui salutem curabat ut suam. Et hic quidem ab hero extremè neglectus, non nisi laceris panniculis, & vix quidem tegebatur: cum alter ille sædus æthiops ab hero plurimum amatus non nisi pinguibus & pretiosis tunicis superbitet, & jussu heri in fornorum illum juvenem exereret iniquum imperium. Suboler tibi credo, quid velim, Gerarde. Duæ sunt homini partes tanquam servientes, Animus & Corpus, ille è cælo, hoc è cæno, & tamen cænum istud se supra cælum suum erigit, mancipium ingenuo, corpus animo præfertur. Ah, contrâ oportet, & grandis injuria est animi nobilitatem sic abjicere, vilitatem corporis sic attollere. Ornatus est corpus, quò minus ornatur, & tunc est longè cultius, quò magis præ illo colitur animus. GERAR. Atqui ego hîc putem, centones & mendiculorum tegetes, depexas & pertulas tunicellas, crines incomptos & sine lege errantes, vultum fame corrugatum, exercitatum labore, pulvere & sudore madidum; illuviem, prædiores aliâque similem sorditudinem inter ea verè numerari quæ corpus dedecant. POL. O bone, quàm facis, quod ego sepe, & erras! ista sint dedecora humani corporis, quæ quandoque etiam inter ornamenta illius numeranda? Ergo, tu idem ille purpuram auro crepantem, capillos surgentes & scitè contortos, vultum longâ saginâ nitidum, stibio & cernisâ perunctum, ad vitreum oraculum sæpius examinatum, vestes concinnas & ad omnem ostentationem factas: hæc, inquam, affirmas corporis esse decora? O quàm rem terigisses, si contrarium dixisses. GERAR. Atqui, hic omnium sensus est, qui meus. POL. Atqui ego velim seridò sciant omnes, nihil magnum

Sunt:

Tanti indolis sunt potius, quam valeat suis e

In grati corpori omnia sunt.

Dux hominis partes Animus & Corpus.

aut

aut præclarum esse quod omnibus placeat. Communis furoris mala est defensio, furentium multitudo.

§. I.

Amic. ep. 8. **C**erte aliter de cultu corporis sentit Romanus sapiens, quam sentiant isti tui omnes: *Hanc sanam, inquit ille, & salubrem formam vite tene, ut corpori tantum indulgeas, quantum bona valetudini satis est. Durius tractandum est, ne animo male pareat: cibus famem sedet, porcio sitim extinguat, vestis arceat frigus, domus munimentum sit adversus infesta corpori. Hanc utrumq; cesses exereat, an varius lapis gentis aliena, nihil interest. Scito hominem tam bene culmo quam auro regi. Contemne omnia que supervacuis labor velut ornamentum ac decus ponit. Cogita in te prater animum nihil esse mirabile, cui magno nihil magnum est.* Animus certe si nobilitatem suam nosse velit, corporis velut oneris necessarii non amator sed procurator erit, nec se illi cui impositus est, sed illud sibi subijciet. Et hoc Senecæ judicium est, cui qui ogganniunt, non è sapientiæ scholâ prodiisse censendi, sed è tabernâ illiterate plebis, quæ nihil minds hodie negligit quam quod deberet maximè, quæ noctes & dies sudat pro corpore.

Conferamus nos paullisper in hoc magnum orbis theatrum; dispiciamus mortalium conatus, quid assistent inquieti. Hinc inundant milite campi, hinc institutorum turbâ fervent semitæ; hinc maria sternuntur classibus, hinc in montibus anxii & crudeli diligentia animum effoditur; illinc concurrunt acies, & ferreis nubibus obtexunt cælum, unde, ut Papinius canit,

*stant ferrea celo
Nubila, & copiosa telorum grando volat.*

In gratiam corporis omnia suant. Urbes ingrediamur, & videamus quæ non fiant in corporis gratiam. Isthinc curiæ litigatium vocibus præne rumpuntur, illinc opere assiduo ætuant officinæ, hinc summis contentionibus agitur, sudatur, curritur; omnia strepunt plena negotiis. Nihil vacat ab operosis mortalibus; & moliantur, & fatagunt, & contendunt. Quò verò tot labores, tanta rerum impendia pertinent nisi ad corpus? cui hoc terræ punctum ferro & igni inter tot gentes dividitur.

§. II.

Nunc verò parum ad nos redeamus, nosque ipsos nostramque domum inspiciamus. Non edimus, ut animus vivat, ipse immortalis est, sed ut corpus sustentetur; bibimus, non ut mens madescat, ipsa non bibit, sed ut corpus refocilletur; dormimus, non ut animus perpetuetur, qui mori non potest, sed ut conservetur corpus. Quæ verò alia nostra studia? quærimus gaudia, sed corporis; opes ambimus, sed corporis; ædificia struimus, sed corpori; thermas ædificamus, sed corpori; varia, piscinas, viridaria; hortos grandi sumptu molimur, sed omnia corpori. Quidquid ferè in nobis vigilat curarum, id vigilat corpori, maximè palcendo, vestiendo, ornando, comendo. Quotidiana cura nostra omnis quò tendit nisi ad corpus? quò vestitus tam vanus, nisi ad hoc ipsum corpus? propter quod novus dies novas vestes videt. Ecquid vani ac miseri noctes & dies pro corpore sudamus? Quorsum omnis noster labor & molimentum spectat nisi ad corpus & corporis commoda cultumque? A naturâ luxuria pridem desicivit, quæ quotidie seipsam incitat, & tot sæculis crescit, & ingenio adjuvat vitia. Primò supervacua cœpit concupiscere, inde contraria, novissimè corpori animum addixit, & illius deservire libidini iussit. Omnes illæ artes quibus aut exercitatur civitas aut strepit, corporis negotium gerunt: cui omnia olim tanquam servo præstabantur, nunc tanquam Domino parantur. Itaque hinc textorum, hinc fabricorum, illinc fartorum officinæ sunt, hinc odores coquentium, hinc molles corporis motus cantusque docentium. Receffit enim ille naturalis modus

A desideria ope necessariâ finiens: jam rusticitatis & miseris est, velle quantum sat est. Sic multa concupiscendo, omnia amittimus, & necessaria ignoramus, quia non necessaria discimus. Ita dum corpori nimium indulgemus, & corpus & animum perdimus.

Hic mihi in mente est quod Reginaldus narrat hunc ferè in modum. Duo fratres unâ iter fecerunt, quorum unus intelligens & providus, alter non sanæ mentis, homo rudis & bardus. Delari ad bivium litigare cœperunt, quâ eundum esset. Amens ille viam primâ fronte delectabilem ingrediendam ratus: Heus tu, inquit ad fratrem, hunc eamus; invitat jucundissima semita, en merum viridarium. At ille providus: Mi frater, inquit, hæc viæ facies non displicet, amœna est: at exitus viæ me terret, ad pessimum hospitium dedacit. Itaque tibi mihi que susceperim, hanc potius nonnihil asperam instamus; principii & progressus molestiam hilari sine pensabit, ad hospitium ducet nobilissimum. At fatuus

B ille suæ sententiæ tenacissimus: Ego, inquit, oculis meis malo quam tibi credere: hæc eo, sequere. Sic alter quamvis invitatus, ne fratrem desereret, comes ivit. Dum progrediuntur, in prædonum insidias deveniunt. Ab his in carceres sed diversos rapiuntur. Post aliquantum temporis, è vinculis educi, ad nescio quod tribunal sistuntur judici. Hic alter fratrum, prudens ille & sanæ mentis: Mi Domine, inquit, in hæc ærumnas frater iste meus, homo fatuus me conjecit. Viam adiimus bonam & tutam, at ille stultitiæ suæ potius quam verbis meis fidem habere maluit, & aliam, per quam infesta sunt itinera, ingressus est. Ita refractarium securus sum alterâ viâ, amœnâ quidem sed inturâ, & hæc latronum nos prædam fecit. Itaque si moriendum est, ille horum omnium causa pro me moriatur. Contra fatuus: Imò, inquit, non mihi sed fratri meo moriendum. Nam si tam sapiens es, qualem se gerit, cur me tam facile securus es? cur persuaderi se passus es? cur relictus non es? cur viam ivit, quam sciebat latronibus infestam? Ad hæc alter: O Domine iudex, inquit, verba mea contumaciter rejecit, nullâ ratione ab errore abduci potuit. Cui stolidus: Si me, ait, reclamante tu viam tenuisses tutiorem, ego vel invitatus rediissem, & te securus fuisset: tu meæ mortis es causa. Mox prudentior: Tu stolide, inquit, tu causa es meæ mortis. Ita utrinque verbis acriter ceraturum est.

His auditis iudex sententiam in hæc ferè verba pronuntiavit: Tu fatue noluit sapienti credere, & tu sapiens securus es fatuum, ideo pœnas mihi dabit uterque.

Ita prorsus, mi Gerarde, ita supremo iudicii die, cum Corpus & Animus ad Christi iudicis tribunal stabunt inter reos, in utrumque sententia dicitur: Quia Corpus fatuum, omne consilium animi spreverit, & Animus sapiens omnem petulantiam corporis tulit, damnationem uterque meruit: *Ite maledicti, ite, ite: simul deliquistis, simul luetic. Ite, in ignem non unius horæ, nec unius diei vel anni, non unius nec mille lustrorum, non unius vel centum millium sæculorum, sed, Ite in ignem æternum.* Verè de iudicis istius ore *gladius utraque parte acutus exit*, qui & corpus & animum feriat: corpus quod animi monitiones non admiserit, Animum quod Corporis libidines non coërcuerit. Ideo iudex ipse fidelissimè nos præmonens: *Nolite, inquit, timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Ita dico vobis hunc timete.*

Sed ad Corporis curam redeo, quâ & corpus perit & animum.

§. III.

Chrysostronus, hanc pro corpore nimiam curam merito castigans: *Anima, inquit, nobilitas quanta sit, nobis ferè cogitandum, ne quid eâ indignum operemur, ne coimquinemus eam illicitis operibus, ne sub carnis servitutum eam*

M m 4

Petrus Reginaldus in speculo finalis retrib.

Corpus & Animus ad Christi iudicis tribunal stabunt, in utrumque sententia dicitur.

Apoc. cap. 1. vers. 16.

Matt. 6. 10. vers. 28. Luc. cap. 12. vers. 5.

Homil. 12. in Gen.

Nihil indigni nobilitate animæ operandū est.

liola depromimus; jam vestem sericam, subsericam, holo-
sericam, jam byssinam, bombycinam, jam *cymaticè,
prasinam, russeam, xerampelinam, calculam, crocotu-
lam & carbasinam hosti nostro aptamus; jam & anulos,
& inares, & gemmas fronti appendimus; jam & specu-
la, & acus, & vitras, & sindones, jam theristra & Zonas,
& fascias pectorales, & periscelides cum curâ & studio,
nimirum ornando nostro carceri disponimus. Omnino
face & viatico est opus, dum colores, formam, pretium,
materiam, imò & odores vestium distinguimus. Infini-
ta res est cum de corporis cultu agitur. Et sanè priscis in
hoc genere non multum concedimus. Incredibile videri
possit quod Athenæus & Plutarchus, inter Græcos scri-
ptores celeberrimi memorant, consueisse Sybaritas ad
convivia, aut etiam ad sacrificia, annum ante invitare
feminas, ne quid temporis deesset, corporis cultui pa-
rando. Nec Persæ Reges feminam admittabant, nisi per
annum prius lotam, comptam, politam, punicitam, de-
libutam, exornatamque. Et id etiam sacra Eshtheris his-
toria confirmat. Nulla sunt apud nos hæc miracula; sub-
inde audemus majora. Nec nostro ævo rarum, dies &
annos, & pæne sæcula in unius corporis cultum vanissi-
mis laboribus impendere.

§. I.

Luxus fuit? Quantus olim vel in pedibus solum priscorum
luxus fuit? Quantum veteres Romani stemmata &
prospiciam lunatis calceis jactabant, quos aut elegans
lunula insigniebat, aut corniculans fibula mordebat.
Variis certè luxus, veterum, vel in hac infimâ & vilissi-
mâ parte humani corporis. Antiochi regis Syriæ cæcam
& amentem luxuriam imitatus exercitus, magnâ ex
parte aureos clavos calceis subjectos habuit. Agnon
Tejus aureos quoque clavos crepidis suppactos solitus
fuit gestare. Fuerunt qui gemmas & uniones calceis ad-
derent. Tertullianus testis: *Et in peronibus, inquit, uniones
emergere de luto cupiunt. Testis & Tranquillus: Nec crepidarum
tantum obstragulis, inquit, margaritas ponunt, sed totis
socculis addunt. Testis & Plinius: Tolerabiliorum tamen
fecit (Pompejus Magnus) causam Caii Principis, qui super
omnia muliebria, socculos induebat è margaritis. Fuerunt
qui pedi altiusculos calceos inducerent, ut in crementum
darent staturæ. Et habuerunt priscorum feminae elegantes
illos Sicionios calceos, habuerunt mulieres patricii, soc-
culos alii aut focculos, crepidas, cothurnos: Nos sanè neque
hic cedimus, imò superare contendimus; qui hanc humani
corporis partem ad lorum damnatam, sæpe sumptuosius
regimus quam caput. Face mihi denuo sit opus & viatico
ad commemorandas tot novas, tot desitas formas calceorum.
E rebus gestis complurium Divorum discimus, quam
perniciosa luxu superioribus sæculis repandi & rostrati
calcei passim apud omnes obtinuerint. Clamabant quidem
contra hos à suggestu concionatores diversi, sed multis clamoribus
parum proficiebant; valentior erat ostentationis
istius pertinacia, quam ut verbis cederet. Huic tandem
calceorum formæ, seu illa sponte displicere cœperit, seu
placuerit nova, aliæ atque aliæ successerunt. Necdum
finis est excogitantiæ novas in annos pæne singulos.
Nam modò acuminati placent, modò lati à fronte, modò
fenestrati & dissecti, modò illos sine vulnere malimus.
Ante paucos annos è simplici solæ depresso fiebant,
nunc passim cothurnos, & frangendo cruri perquam
aptos videas. Hic nostri ævi furor est, altiusculum
limum calceis addere, & ut audiaris quoquâ incedis, &
ut pedem niti cautè figas, facile frangas.*

Sed nec idem color in calceis placet: plerisque nigri,
aliis candidi aut crocei præferuntur. Tanti varius est
lufus in hac pedum, ut Tertullianus loquitur, tubelâ. Et uti
nō idem color omnibus, ita nec eadem omnia placet
materies. Aliquibus sorder corium, & pro eo holoferi-

acum substituunt. Taceo Tyrrenicum & Hetruscum
fandalicum Iralis Hispanisque feminis usitatum. Eò jam
luxus alicubi locorum abiit, ut aliqui, pæne phœcasiati,
velut Anrhistes & Præsules, incedant. Proximis annis
usque eò calceorum pretium excrevit, ut olim totidem
floreis vestem toti corpori velando facilius præstinaf-
ses, quam nuper tale par calceorum. Neque verò luxus,
remittente annonâ, remittit, & aliquibus vix menstruum
militare stipendium in calceos sufficit, tot futuris & ele-
gantis est opus. Neque temere & sine delectu omne
corium admittimus, nam sæpe delicatâ curiositate tam
corii patriam quam vini exquirimus. Et nisi calceus ad
pedem strictus sine rugâ & plicâ niteat, velut nostro
pede indignum rejicimus: imò pedem uti & miserè tor-
queri malimus, quam calceum paulò laxiorem admit-
tere. Quid ni hos tales, tam stultæ patientiæ homines,
diaboli martyres vocemus?

Quid jam de calceamentorum vinculis dicam? olim
ansulæ è polito ferro, aut etiam argento in usu erant: his
corrigiæ, obstragula, ligulæ successerunt. Jam verò &
hæc evilerunt. Et quod miseris, periscelides à genibus
migrarunt ad inum crus in calceos: nam sericas fascias
quibus olim utrumque poplitem vincire poteramus,
nunc in calceis luculentius ostentamus; nonnunquam
ex eodem serico rosas apponimus, & suam pedibus
astatem facimus. Universè, superbiam & luxum non
tantum pedibus non calcamus, sed in regnum & supra
caput attollimus. Sed quæso, Gerarde, liceat ab imis ves-
tigiis ad hominis verticem ascendere. GERAR. Sed &
prius quæso, Polychroni, hoc discamus, num olim etiam
has seu vestium seu calceorum ostentationes sic ama-
runt? POL. Etiam olim, mi Gerarde, sed nec olim quo-
que deerant, qui vanam hanc elegantiam reprehende-
rent. Quantum aureus orator Chrysofostomus contra
hanc in calceis pompam stomachatus sit, audi, sed audi
patienter; tam prolixus quam disertus est. Ego nec ver-
bulum Chrysofostomi mutabo.

§. II.

Vltis igitur, inquit, ut largas orationi habenas mitta-
mus, ac dedecus hujus rei præ oculis ponamus? Sed nolite,
oro, irasci, imò verò etiam si irascimini, parva mihi cura est: non
enim ipse, sed vos hujus molestiæ causa estis, qui cum nec peccata
quidem ista putetis, ad reprehendum acruis tale prodigali-
luxus cal-
ratis genus impellit. Age igitur diligentiori usi examine, quale
malum hoc sit. Quantum vobis dedecus esse putatis, cum se-
rica licia calceamentis vestris, qua nec vestibus quidem vir pro-
bus unquam subtexerit, diligenter inseritis: quanti hoc dignum
cachinnis arbitramur? Quod si huic nostræ sententiæ non as-
quiescitis, audiat Paulum quanta hæc cum acrimoniâ repre-
hendat, & auctoritate ipsius turpitudinem rei cognoscite. Quid
igitur hac de re Paulus scribit? Non in tortis crinibus, in-
quit, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosâ. Quam
igitur veniam habere poteris, cum neque uxori tuæ, jubente
Paulo, pretiosas vestes permittantur: tu calceos luxuriosissimè
polias, ac ita construas, ut nihil attendas ad ridiculosa dede-
cora esse videaris? Nōne vides naves fabricari, eligi remiges ac
gubernatores, vela dari ventis, maria navigari, ac mercatores
patriâ, uxoribus & liberis relicti, ac virâ contempnâ, & stulti-
bus commissâ ad extremas barbarorum partes mille periculis
pervenire propter serica hæc licia, ut tu scilicet calceis tuis ipsa
inseras, & corium exornes? Dic, oro, quid hæc absurditate pe-
jus? Non erant veterum talia indumenta, sed viris probè con-
venientia. Quare ipse timeo ne tempus veniat, in quo adole-
scentes apud nos vestibus atque calceamentis, sine pudore aliquo,
mulierum utantur. Illud autem molestius differendum est,
quod juvenum parentes, cum indifferentem hanc rem censeant,
non increpent, non exposculent. Pulsis ut afferam quod gravi-
ssimum mihi videtur, quod pecuniis ita abutimini, cum multi
inediâ laborent, citem esuriens Christus ac nudus in medio ves-
stri versetur, captus, catenis etiam vincitus nonnunquam: &
quibus

Alii, ch-
mailem.

Athen. l. 12.
Dymosopph.
cap. 6.
Plutarch.
rom. 1. opus.
in conv. 7.
sapient.
Vale Perer.
10. 3. in Gen.
dist. 3. c. 12.
Eph. cap. 2.
vers. 12.

Luxus pri-
scorum in
pedibus
varius.

Valer. Max.
lib. 9. cap. 1.

Ælia. lib. 9.
var. hist. c. 2.

Tert. lib. 6.
de pall.
Sueton. in
Vitel. Imp.
Vita lib. 47.
cap. 2. init.

Perald. io. 2.
pag. 180.
Calceorū
formæ
quotannis
novæ ex-
cogitantur.

Tertull. c. 6.
de pall.

Chryso. 10. 2.
hom 50. in
c. 14. Math.
pag. 373. &
seq.

1. Tim. c. 2.
vers. 9.

quibus non isti digna sunt fulminibus? illum quidem cibo necessario indigentem negligentes; vos sericum calceis inseritis. Ipse cum discipulos suos legibus instituebat, nullos illi calceos permittebat: nos autem non dico nudis pedibus, sed viriliter calceatis deambulare non sustinemus. Quam turpitudine atque ritu quid peius sit. Magnam enim animi molitiam hoc ostendit, atque etiam sevitiam & crudelitatem, magnam denique levitatem unam cum curiositate temerariam. Nam quando rebus poterit, qui tantis desuit luxuriis, diligenter vacare? quando anima sue curam habeat? imò verò, quando se omnino habere animum cognoscat? pusillanimitas enim omnino est, atque abjectus qui hoc admiratur. Atrox etiam atque crudelis, qui hac de causa pauperes negligit. Virtus quoque penitus expers, qui studium suum ad hoc contulit universum. Nam qui gloriam serici, qui florem coloris, qui ad aureos intextus curiose perspicit, quando in celum suspiciet, quando illam pulchritudinem admirabitur, qui tincturas istas respiciens, & ad terram flexus alius se non potest erigere? Et Deus quidem celum extendit, ac solem accendit, ut oculos tuos sursum erigat: tu verò ad terrena quasi porcus, diaboli artibus persuasus devolveris. Hec enim omnia ille excogitavit, ut illa tu beatissime privatus, ad hoc miserima detruaris. Ita Deus, qui celum tibi offert, à diabolo serica tibi licia offerente superatur: imò verò nec ista offert diabolus, opera enim hac etiam Dei sunt, sed molliciem, luxum, atque maleficas artes, quibus oppressi adolescentes aspicere terram coguntur, qui caloribus philosophia studere iussi sunt, magis calceis suis gloriantur, quam si novas res atque inauditas gessissent. Dignis enim pedum sublevatis deambulant in plateis nimio plerumque inde morore confecti, ne cæno in hieme, aut pulvere in æstate, calcei sui maculentur.

§. III.

HÆc tota Chrysofomi dictio est, & studio prolixam hanc facundiam in medium expromere voluit, ut evidens & perspicuum nobis sit, quam ab illo ævo longè divertamus. Quæ olim ut piacula habebantur, nos velut inane ludicrum ridemus: nostro, an temporis vitio? Hinc liquet quædam à patribus severissime castigata, quæ nos in minuta numeramus: Chrysofomus hac ipsa oratione, ejus rei causam reddens: Nam *estis, ait, parva hæc peccata videantur, ac ideo negligantur, majorum tamen delictorum causas nobis præbent. Quod obsecrorum vestissimum. Illud etiam jam clarum ex hac obsecratione Chrysofomi, quam non otiosè nos contra nimium & vitiosum corporis cultum agamus; res digna est acerrimam inspectionem. Sed permittes cetero, Gerarde, Chrysofomum quod cepit, pertere: sic in eundem luxum disserendo pergit. Quid facis homo? animam hæc luxuria in cænum conjecisti. Eam in terra negligis detineri, & calceamentorum tanto morore angeris: discas usum ipsorum, & tanti ea facere pudebit. Quod si tu ab hujusmodi labe munda cupis calceamenta servare, cervicibus tuis aut capiti connecte. Rides hoc audientes; mihi autem lacrymandum potius videtur, cum studia in his rebus vestra & vesaniam confidero, cumque intelligam corpus nos malle luto, quam calceos deturpare. Ita pusillanimitas, ac penitus molles hinc juvenes efficiuntur, erunt etiam aliteratione pecuniarum avidi. Nam qui vestibus, calceis, ceterisque hujusmodi valde imbutare soliti sunt, cum multa in his rebus consumant, magno indigent pecunie cumulo. Quod si acciderit, ut ambitiosum etiam & ostentatorem patrem quispiam habeat, tunc verò hæc turpissima captus cupiditate, acrioribus servitutis vinculis coarctatur: sui verò avarum, cogitur ad alia peiora confugere, ut sibi pecuniam ad inpendia ista conquirit. Hac ratione multi ex adolescentibus atatis florem perdidit, & gnathones atque parasiti divitum constituti; ut hujusmodi cupiditate atque animum suum expleant, turpia nimium ministeria subierunt. Quid dicitur avarus, effeminatus, pusillanimitas atque otiosissimus sit, & ad omnes luxuriam pronior qui hæc optat, manifestum ex istis fecimus: quod autem etiam crudelis, ac inanis gloria cupidus, quis unquam non insanus dubitabit? Crudelis enim est, qui cum vi-*

A derit pauperem, tantam sui ornatus curam detinetur, ut nec aspersisse quidem videatur: sed auro quidem atque serico seipsum ornat, pauperem autem fame deperire sinit. Inanis verò gloria cupidus est, qui vel minimarum rerum gloriam aucupatur. Ego quippe sic arbitror: Romanorum nunquam Imperatorum aliquem fuisse, qui se tantum propter trophea sua jactaret, quantum luxu perditum adolescentem, ob calceorum ornatum, ob vestes sicut constrictas, ob cesariem in modum pile tonforis opere circumductam: nec pudet alienis artificum operibus gloriari. Adderem alia his graviora &c. Et hæc Chrysofomi hæc de re sententia est. Cui nostra dissertatio, Gerarde, bilem moverit, hæc ego item non intendam: id unum à me audierit: Ad Chrysofomum abi, cum Chrysofomum litiga, Chrysofomus respondebit. Nunc, ut dixi, à pede & calceis, ascendamus ad caput.

§. IV.

VERUM, omnia capitis ornamenta insequi, mei institui non est. Vix ulla fax aut viaticum ad tam longam narrationem sufficiat. E capitis cultu id dumtaxat sumam, quod nos collare appellamus, translata voce à canum vinculis Collaria nostra, ut scias, ferè cum lunam mutant, ita ut singulis pæne mensibus, aliqua collarium novitas se prodar. Perpetua hæc mutatio, & sæpe ridicula. Jam collare densum, & multo sindonis volumine impeditum, jam è simplici telà collo affunditur; jam in orbem, jam pæne quadrangulum disponitur: jam ferro aut chalybe à prunis calcere, jam asferculus ligneolis in plicas & sinus ordinatur, jam à lortione temere plicarum collo injicitur. Memini, etsi facies mea nondum computer annos, cum è simplici bysso collaria in pectus usque, geminum cornu protenderent; nec ita multò post dempti sunt apices, & cornua illa quasi fornice præfecta: quavis & hoc pridem desitum. Cœperunt deinde collaria nimium quantum in humeros expatiari, & tergum etiam vestire, credidisses mantilia cervicibus circumposita. Nec istud diu placuit. Vidimus dein è Galliâ aut Italiâ collaria advolare quæ velut alæ collum ambiebant, & linei candoris radii cingebant. Sed neque ista ætatem tulerunt, jamque alia atque alia, semperque novæ formæ in consuetudinem veniunt. Passim jam videas collare multiplici plicâ gravidum, quod instar valli, collum ambiat. Pleraque segmentata, rugata, & striata liberaliter.

Quid, quod nec idem color in collaribus placeat, qui olim. Ante annos aliquot nemini nisi candor in collaribus probabatur, & quod illa candidiora & magis nivea erant, hoc mundulis illis placebant magis. Jam verò & carulea, & nigricantia & purpurea passim videas, seu filo, seu tincturâ sic facta. GERAR. Equidem spero ad id ætatis me pervicturum, ut etiam præfana cernam & viridia collaria. POLYC. Olim pepla crocea pulcherrima censebantur, quod ævi sui muliebrii iudicium Guilielmus Peraldus Lugdunensis Antistes acriter perstringit. Sed tæder me proflus omnem hujus insaniam prodigientiam percerere, & sæculi nostri pudorem tam multiplici delirio onerare. Illud constat, neque id ipsi rei inficiari possunt, nimium laboris & pretii in hoc luxu genere collocari. Femina fuit nostro ævo, numerorum quam pietatis ditior, quæ ed deliciarum & luxu processit, ut in unicum collare lavandum, explicandum, & ad certas leges componendum, ipsos quinquaginta Philippeos expendit solitâ mercede. Prodigium omnino nobile, & suspiciendum in re tam parvâ tam magni luxus! Sed navis & mulier nunquam satis ornatur, dicebat Cato. Ceterum majorem partem videre est in viris feminisque protensa nimium & in humeros excurrentia collaria, nimis exquisitè & operosè simbrata, in quibus nimium & operæ & pecuniæ ponitur; neque alio nomine hæc culpa purgatur, nisi quod plerumque dicant, ita moris esse; hos, & illos, & istos idem facere, se illis non æqua-

Vestis
luxus
nimium
ovital

Plicæ

Pallii

Collarium
forma &
luxus va-
rius.

Thoraci

Caligarii

De cultu
fem.Luxus cal-
ceorum
magnas
delictorum
causas no-
bis præ-
bet.

Ibid.

les tantum, sed & superiores esse tam censu quam sanguine, aut dignitate; si illis hæc & hæc liceant, eadem sibi potiori jure licitura. Sic ad aliorum mores pridem damnatos, componimus nostros; peccatis à peccantium multitudine patrocinium quarimus, atque per aliena exempla perire pulchrum ducimus.

§. V.

Vestium
luxus, &
innumera
novitates:

ET quid de aliarum vestium fastu, lasciviâ, luxu, novitatibus innumeris dicemus? Repeto; face iterum & viatico foret opus ad narrationem tam prolixam. Ausim iterare quod dixi: novus dies, novas vestes videt, adeo nihil neque nimium, neque satis diu bellum & elegans nobis videtur; pæne quotidie novitia repertura emergit, quæ pretium sæpe à novitate metitur. Adjicit ornatus proxima quæque dies.

Pilei,

Pileus jam fastigiatus caput circumregit, jam depressus; jam acuminatus placet, jam in rotunditatem planus; jam cum spirâ, jam sine spirâ elegantior habetur; jam cinerei, jam candicantis, jam mustelini aut cervini coloris præferitur. Pallium modò simplex, modò alatum est, jurares vespertilionis exuvias esse. Et an non istud inferioris luxus, nobile argumentum, cum pallium è lanâ, quantum quantum est holofærico subducitur, quasi tegere velimus expensarum superbiam, dum maxime ostendimus. Et quis thoracis patriam investigaverit, quem modò ex Galliâ, modò ex Italiâ, ex Hispaniâ modò petimus, jam dissectum, jam in fittis obductum gerimus; quandoque singularem elegantiam censemus, vestis materiem omnem sumbriarum numero celare. Manicæ quæ? modò amplæ, arctissimæ, & ad brachium stricte. Et quis omnes caligarum figuras explicet? Caligæ nunc ad genu, nunc infra, nunc supra genua clauduntur; nunc laxæ, nunc adstrictæ sunt; jam volitant & genibus illudunt, jam in globum aptantur: modò solliciti, modò crassa factura intumescunt; aliqui Gallos caligis, alii Anglos iis æmulantur. Ligulæ olim in eum dumtaxat usum erant, ut caligas thoraci necerent: nunc numerosa ligularum agmina, thoracis sparsa, puerilem profusum, & ridiculam concinnitatem exhibent. Verè, ut vetus verbum habet, Afræ aves sumus. Omnia hæc varia & pæne in dies nova; infinita series est mutationum cum statim moriturâ novitate. Neque tantum se circumspicit qui has novitates excogitare, sed & qui sequi sequitur & imitari. Sed & alius atque alius in veste color placet: ater, nimis lugubris est; lanæ natus, simplex nimis. Luxuria vestibus quoque provocavit eos flores qui colore commendantur. Vestes quarimus non solum quæ muniant per pinguedinem, sed quæ mulceant per molliem: nec solum quæ per molliem tactum mulceant, sed quæ per colorem oculos seducant. Tertullianus eleganter & facetè, versicolorum vestium & purpuræ ulum perstringens: *Nimirum Deus, inquit, demonstravit succis herbarum, & concharum alveis incoquere lanas. Exciderat illi, cum universa nasci juberet, purpureas & coccineas oves mandare.*

Pallii,

Thoracis,

Caligari.

De cult.
sem.

Et ò quoties, vestium partim pondere, partim tormento miserè vexamur! illum calceus urit, tolerat tamen; istum thorax constringit, tamen dissimulat; hunc frigus ultro advocatum contrahit, non tamen queritur, ne sua vestis pereat venustas.

O curas hominum! reliqua taceo, quæ ipsa per se oculis loquuntur: sileo aurium vulnera, olim usitata, quasi satis anulorum digiti non caperent: omitto nebulas lineas, ventos textiles, topas vitreas, ut Arbitr & Varro loquuntur: oratione nemo satis evolvat tot tæniæ, tot redimicula, tot strias & sumbrias, tot undas & uncinulos, tot globulos & clavos. Nam habitu ad omnem novitatem mollis elegantia affidit correcto, peregrina semper magis æstimamus quam nostra: modò aliunde sit forma vestis quæcunque, mox in laudem tra-

A hitur, nec formam tantum, sed & materiam vestis peregrinam amamus, lanam, & rudioris naturæ beneficium spernimus. Peregrinitas ubique gratiam reperit, à quæ res quæque pretium possidet. Quis vestes paratim quod inventæ sunt? vestium cultumque ad nova identidem exempla componimus. Hinc luxus noster transalpino serico pretium fecit; hinc non mollissimis tantum pelliculis contecti, sed serico splendore ad luxuriam vibrantes, vestium ambitiosa pretia mirè augemus. Non est locus ut deseam satis, aut ut satis excrer ludibria hæc externorum habituum, quos nobis ab extremis mundi finibus suribunda præfens ætas intulit, & etiamnum quotidie infert.

Minatur Deus per Sophoniâ: *Vistrabo super principi Sophon. c. 1. pes, & super filios regis, & super omnes qui induti sunt veste peregrinâ.* Divus Leo Pontifex de Româ vetere: *Hæc civitas, inquit, ignorans sue provectiois auctorem, cum pæne omnibus dominaretur gentibus, omnium gentium serviebat erroribus: & magnam sibi videbatur assumpsisse religionem, quia nullam respuebatur falsitatem.* Idem ego pæne ausim dicere de Germaniâ, quæ cum suos in omnium nationum terras emittat, omnium nationum ritus recipit, & magnum sibi videtur adsciscere ornamentum, si nullum Italos peregrinum habitum. Vis videre vestitu Gallos, Italos, Hispanos, Anglos, Polonos, tantum Germaniam iusta, & videbis. Jusserat sibi, ut ferunt, Turcarum Imperator, omnium gentium habitum vestitumque pingi. Picci Puticani, ubi plurimarum nationum diversissimas vestes expressisset, hominem indusio rectum statuit, & juxta varii generis pannos. Hanc picturam suam interpretari jussus: Hi, inquit, Ungari sunt, hi Poloni, hi Galli, hi Britanni, Itali isti, ita & de aliis. Ubi ad hominem illum investem devenit, Hic, inquit, Germanus est; certâ vestitus formâ pingi non potest, nam quotidie novam excogitat. Rem dixit hic pictor. Hinc videre est peregrinas omnis stultitiæ ineptias, & exoticum lasciviæ habitum ornatumque, unde fermè nec in moribus quidquam patrii ac vernaculi superest. Tanquam originis pudeat, hoc unum omnes agunt, ut videantur à majoribus descivisse. Et hæc illa ornamenta sunt, quibus superbus cinis nescio quam altum stemma mentitur, & pæne Adamum transilit.

§. VI.

INTERjungamus hæc paullisper. Ecquid, Gerarde, hoc libri est quod manu tenes? GER. En nomen auctoris in fronte. POL. Non hoc quæro. GER. Quid ergo? POL. Quod gaudeo me non reperire. GER. Ergo suspicabar mali quid latere? POL. Metus potius quam suspicio erat. & quid apud te dissimulem? mores ævi nostri corruptissimos jam nosti; nihil non audemus. Hinc aliquibus non satis est domi, horas optimas pessimè contereere inspicendo speculo, libellis etiam inferi, & unâ compingi curant speculum, ut ubi demum locorum sint, vitrei hujus judicis responsa in promptu habeant. Et quoties aliqui de die domesticum hoc oraculum consulunt, quantâ patientiâ responsum quantumvis prolixum præstolantur, quam sollicitè oculos in omnem partem flectunt, ne quid nævuli industriam oculorum effugiat. Vah! vanitatem vanissimam! O vane quid speculum consulis? mores tuos intueri, conscientiam tuam inspicere, in Christum crucifixum oculos conjicere; hoc tibi speculum, & opifex splendor sit, in hoc non fabram levitatem, sed cruenta tubera, & alta vulnera considera. Quid vis speculum omni occasione consulere, anxie inspicere, cum tamen cognito Deo & ademptâ placendi voluntate, per luxuriam vacationem, omnia illa ut otiosa, ut hostilia pudicitia recusantur. Nam ubi Deus, sibi pudicitia, sibi gravitas adjurix & socia ejus. Tertullianus, quasi pudicitia nundinatrices eas feminas habet, quæ (ut loquitur) consilium formæ à speculo perunt. Potiori jure & in vitis hoc ipsum reprehendit. Verissimè Seneca: *Iam speculum, inquit, ornatus tantum causâ adhibetur, nulli non vitio necessarium*

Sophon. c. 1. vers. 8.

Comu Tricci Puticani, pag. 137.

Tertull. d. l. Christus crucifixus Christiani hominis debet esse speculum.

De virg. vel. cap. 12. & de cult. sem. cap. 2. Sen. l. 1. mst. qq. cap. 17.

Math. c. 5. vers. 36. **Domini tuus dicit:** Non potes facere capillum unum album aut nigrum; & tu ad vincendam Domini tui vocem vis te esse potiorē? **Audaci conati & sacrilego contemptu crimines tuos infuis, &c.** Non metuis, oro, qua talis es, ne cū resur- rectionis dies venerit, artifex tuus te non recognoscat, & ad sua premia & promissa venientem removeat & excludat; incre- pans vigore censoris & iudicis, dicat: Opus hoc meum non est, nec imago hæc nostra est; cūrem falso medicamine polluisi, cri- nem adultero colore mutasti, expugnata est mendacio facies, fi- gura corrupta est, vultus alienus est. Deum videre non poteris, quando oculi tui non sunt, quos Deus fecit, sed quos diabolus infecit. illum tu sectata es, rutilos atque depictos oculos serpentis imitata es; de inimico tuo compra, cum illo pariter & arsurā.

Cypri. lib. de discipl. & tab. virg. medio sero. Seria sunt hæc, ô Deus, & alrè cogitanda! Atque de corporis colendi studio, universè sic sentit Cyprianus: **Ornamentorum, inquit, ac vestium insignia, & lenocinia for- marum non nisi prostituta & impudicis feminis congruunt.** Et, **ostensa non percas, alios tamen perdas & velut gladium te & venenum videntibus præbeas, excusari non potes, quasi mente casta sis & pudica.** Redarguit te cultus improbus, & impudicus ornatus.

Carm. de vn. msl. **Gregorius Nazianzenus: Quid si ob adscititiam for- mam, inquit, ita insolescis, nunquam certè pudicum animum habebis, utpote qui fucum averstat.**

Hom. 4. in 1. epist. ad Tim. **Chryostomus, huic vitio verecundam honestatem opponens: Que ingentibus, inquit, delibuta non pergit, qua faciem nequaquam fucus atque coloribus pingit, que Dei contenta opificio nihil ex se addere quasi arte molitur. Quid enim studium tuum, quid artem consummato à Deo opificio admo- vere presumis, atque ad auctoris injuriam ornaris?**

Arbitr. in sacr. Simacathes. Titiano Euryclia quib. 3. Sed & profani scriptores hunc corporis cultum vituperant. **Optimè dixit præficus satyricus: Color arte com- positus inquinat corpus, non mutat.**

Theophylactus Sophista feminam ætate progressam, suavi vituperio abstracturus ab hac insanā: Naturale, inquit, ornamentum tibi præceperit, & ad rugas properat ele- gantia. Tu verò veritatem obscurare conaris fictitio: ornatu. Quid frontem spato & ceruicā signas? obtempera temporis. Non enim decent præta in autumno flores. Memineris etiam mortis, cui vicina es, & modestiam ex necessitate discere colere. Alioqui senium & juvenam afficis injuriā: hanc enim promittens, fru- strario; illud autem possidens adulterare conaris.

En, undique vapulant purpuriflata genæ: sacri juxta & profani scriptores stibium & cerusam ab honestis matronis removeo. Ergo vilior ei honestas est, cui pur- purillum & fucus tantopere commendatus est.

Loz. tit. **Finio cum Tertulliano qui hîc agmen duxit: Quare, inquit, meditemur duriora, & non sentiemus: relinquamus le- tiora, & non desiderabimus. Stemus expediti ad omnem vim, nihil habentes quod relinquare timeamus. Retinacula ista sunt spei nostræ: projiciamus ornamenta terrena, si caelestia optamus.**

Multa dixi hoc capite, sed in summam colligam, quæ dixi. Quidquid carnem olet, nil sanctimoniam spirat: quod Corpori jucundum & pulchrum, Animo plerun- que noxium: Conscientiam non curat, Cælitè parum honorat, qui corpus nimium amat.

CAPVT VI.

De cultu Corporis quid sacra pagine, & sancti Patres sentiant.

Eccl. c. 10. vers. 27. **Veste virum noveris. Nam, amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis enunciant de eo.** Ut risus, ut sermo, ut incessus, animi cogitationumque character & nota sunt, sic & habitus non immeritò esse perhibe- tur. Vestitus levis, levis; muliebris, effeminatus; mon- strosus, monstruosus; plus æquo nitidus, ostentationis amantem: ac vicissim gravis prudentem, modestus con- tinentem arguit: atque ut ille probrum, sic iste laudem Domini suo conciliat. Minatur olim Deus severè, om-

Tom. I.

nem cultum corporis auferendum, &: In illà die, inquit Isaias, auferet Dominus ornamentum calceamentorum, & lu- nullas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, &c.

Esther quamvis reginarum amplissima, tamen im- minentè suis fatali periculo, vestem regiam omninèque mundum muliebrem ponens, & indumentis ad luctum vestita, has Numini preces suppliciter admovit: Tu scis ne- cessitatem meam, quod abominer signum superbie & gloria mee, quod est super caput meum in diebus ostentationis mee, & decesser. illud. Quibus illa verbis luculentè testata est Or- bi, quantum oderit cultum corporis, qui verè signum est superbiæ. Hic ego non diffiteor, terri me sapius il- lo Christi monito, de Epulone purpurato: **Homo quidam erat dives, & induebatur purpurâ & bysso.** Tantine res fla- gitii est, ô Christe, byssinâ & ostrinâ veste amicti? ne- que enim alienâ vi aut dolo rapuit, ut purpuram & bys- sum emeret, nec opifices manupretio fraudavit, nec mercedem famulis negavit, nec invasit aliena; è suis lo- ad inferos diviti epu- culis, ære suo hæc sibi comparavit, & ut videtur, digni- tati & opibus congruè se vestit. Et tamen sepultus est in inferno. In hoc ei sepulchrum viam stravit, è bysso & purpurâ vestitus. Horreo cū cogito. Hunc mihi horro- rem augent Divi Gregorii verba: **Sunt, inquit, nonnulli qui cultum subtilium pretiosarumque vestium non putant esse peccatum. Quid si videlicet culpa non esset, nequaquam sermo Dei tam vigilanter exprimeret, quod dives qui torquetur apud inferos, purpurâ & bysso indutus fuisset. Nemo quippe vestimen- ta pretiosa nisi ad inanem gloriam quærit, ut honoratior cete- ris esse videatur.**

Luc. cap. 16. vers. 19. **E bysso & purpura vestitus stravit viâ**

Homil. 40. in Evang.

§. I.

GERAR. At decorum est egregiè vestiri. **POL. Mos** est, nec tu id ignoras, vilia & fræda coloribus & fu- co venalia facere. Hoc illustrium vestium callidum munus est, ut viles & abjectos animos velent illustri fucō. Ita profundissimum cœnum vestit fragilis indignâ fron- de cespes, ita fimum nives induunt, nec ipsi anguis pulchrum veneni tegmen verticore teigo, & iquamis fulgentibus deest. **GER.** Honotie est, exquisitè indni. **POL.** Pudebit te cultus exterioris, quoties quid eo regatur, cogitabis. Insana enim est ambitio, fimum operire pur- purâ. **GER.** Equis reprehendat vestes quàm mundissi- mas habere? **POL.** Non audisti quid ille vir fortissimus apud Crispum dicat: **Munditiam mulieribus, laborem viris convenire.** Et quamvis sequiori illi sexui divus Paulus pulchrum quid ornamentum concessit, aurum tamen & argentum & vestem pretiosam adimens: **Non in torris**

i. Tim. c. 2. vers. 9. **crimibus, inquit, aut auro, aut argento, aut margaritis, vel ves- te pretiosâ, sed quod decet mulieres promittentes pietatē per- bona opera.** Ejusdem animi & divus Petrus: **Quarum, in-**

i. Pet. cap. 3. vers. 3. **quit, non sit extrinsecus capillatura, aut circumdati auri, aut indumenti vestimentorum cultus.** **GER.** At vestitus insignis auctoritatem addit. **POL.** Sæpissimè minuit, dum suspic- tionem auget, eum vanissimâ curâ placendi laborare, qui has sibi phaleras circumdat. Et sæpe cultus corporis qui ad famam queritur, risum movet: nec ullâ re pejus sibi consulit deformis homo, quàm cū in formosus vult videri: quod si natura ei formam non invidit, quid adscititiis his pigmentis naturalem gratiam corrumpit?

GER. An non festi dies plus cultus indulgent corpori? **POL.** Cadaveri, dicas. Pone in feretro aureo cadaver pallidum, gemmis illud ostròque circumda, quo plus or- natus, plus & horroris erit. Et ne ad injuriam trahas quod dixi, origo nominis inquirenda est. Cadaver à ca- dendo dicitur: mortui corpus cecidit, vivi casum est, caditque continuè, semper enim morimur quamdiu vi- vivimus. Ita exilii discrimine, istud ab illo discedit. Hoc censu Jacobus Apostolus: **Agite nunc divites, inquit, plora- re & ululare in miseris vestris, que advenient vobis. Divitia vestra putrefactæ sunt, & vestimenta à tineis comesta sunt.** Fac- tum dicit, quod certò & proximè futurū erat ut fieret.

Cadaver à cadendo dicitur.

Iac. cap. 5. vers. 1.

N ñ

Tectul-

Tertullianus interrogans: Quo pacto, inquit, pudicitiam sine instrumento ejus, id est, sine gravitate tractabimus? quomodo autem gravitatem administrande pudicitie adhibebimus nisi & in facie, & in cultu, & in totius hominis contemplatione severitas circumferatur. Nam, ut idem testatur, Pudicitia Christiana satis non est esse verum & videri. At verò quâ ratione in illo videatur, qui tantopere studet, ut Tertullianus loquitur, sese expingere?

§. II.

De leg. lib. 2. c. 14.

Lib. 1. de virg. Epist. 113. ad Sophiam virg.

Psal. 36. v. 1.

Idem de modo bene viv. ser. 9. initio. Et sine plura in Apol. ad Gualiel. abb. ante finem.

Prov. c. 30. vers. 8. 1. Tim. c. 6. vers. 8. Gen. cap. 28. vers. 20.

Epist. 2. ad Eulonem.

Lib. de ligno patientia lorica: Laurentius Justinianus operosorem cultum corporis gravi censurâ notans: Sicut, inquit, continens ac pudicus vilibus induitur vestimentis, ut se oculis divine majestatis exhibeat mundum: ita impudicus ac incontinens, ut videatur magnificus, satagit vestiri pretiosioribus ac mollibus.

Lib. 1. de lucâ Spir. cap. 2.

Homil. ult. in Evang.

Magnus Basiliius, hic velut legem condens saluberrimam: Quidquid necessitatis, inquit, usum excedit, vitandum, neque corpori plus ornatus dandum est, quam quantum anime proficit. Non minus eleganter & verè Ambrosius: Neglecta, inquit, decoris cura plus placet, & hoc ipsum quod nos non ornamus, ornatus est. Eximius hac in re Bernardus nobilissimè de cultu corporis philosophatur, & Serica, inquit, & purpura, & tinturarum sucus, decorem habent, sed non præbent: quidquid tale applices corpori, exponit speciem suam, non deponit. Secum denique tollit, cum tollitur ipsum. Porro decor qui cuius veste induitur, & cum veste deponitur, vestis procul dubio est, non vestiti. Tu ergo noli emulari in malignantibus & mendicantibus pulchritudinem alienam, ubi perdididerit suam. Eiusdem divini doctôris sensu, mollia dicuntur vestimèta, quia mollem faciunt, aut esse ostendunt: Mollia, inquit, indumenta, animi molliem indicant. Mollibus vestimentis delectatur regis curia: asperis verò & humilibus delectatur Christi Ecclesia. Talia debent esse vestimenta servorum & ancillarum Dei, in quibus nihil possit notari novitatis, nihil superfluitatis, nihil vanitatis, nihil quod pertineat ad superbiam, aut ad vanam gloriam. Nam, quantum amplius in compositione corporis letamur, tanto magis à superno amore disjungimur.

Orabat sapientissimus Salomon, tantùm victui suo tribui necessaria, non superflua. Habentes (inquit Apostolus) victum & vestitum non ornatum. Alius quidam Sanctorum: Si dederit, inquit, mihi Dominus panem ad manducandum, & vestimentum quo operiar. Nota, quo operiar. Sic ergo, & nos, inquit Bernardus, contenti sumus vestimentis quibus operiamur, non quibus lasciviamus, non quibus superbiamus, non quibus mulierculis vel similari vel placere studeamus. GERAR. Sed hoc faciunt: quibuscumque habito: si non facio quod ceteri, notabor quasi numero velim eximi, & esse singularis. POL. Licetne, Gerarde, tuâ veniâ Bernardi responsum addere? GERAR. Cur per me non liceat? non est auditoris, magistri legem dicere.

POLYCH. Addo ergo, quærelæ tuæ Bernardus sic respondet: Propterea exi de medio eorum, ne aut in urbe notabiliter vivas, aut exemplo peres aliorum. Quid agis in urbe delicate miles? Commilitones tui quos fugiens deseruisti, pugnant & vincunt, pulsant & intrant, caelum rapiunt & regnant, & tu sedens super ambulatorem tuum, indutus purpurâ & bysso, circuis plateas, vicos perambulas? Purpura non propulsat libidinem, non superbiam, non avaritiam repellit, & si qua sunt alia lignea inimici jacula non extinguit. Denique quos magis metuis, febrem non prohibet, mortem non arcer. Vbi sunt arma bellica, ubi scutum fidei, ubi galea salutis, ubi

§. III.

Regorius Magnus originem indagans cultus qui corpori impenditur: Res ipsa, inquit, testatur, quod pro sola mani gloriâ vestimentum pretiosius quaratur. Nemo vult ibi pretiosius vestibus indui, ubi ab aliis non possit videri.

Divus Hieronymus de Pauli defuncti Anachoretæ tunicâ, velut de opimis spoliis triumphans: Vos, inquit, in tunicis aurum textis, ille ne vilissimum quidem vestimentum habuit mancipii vestri. Sed è contrario illi quidem pauperulo paradus patet, vos auratos gebenna suscipiet; ille vestem Christi, nudus licet, tamen servavit, vos vestiri sericis, indumentum Christi perdidistis. Aureus ille Constantinopolitani orator Chrysothomus, tam disertè quàm copiosè de cultu corporis hæc pronuncians: Audiant, inquit, optulenti & qui luxuriantur in vermium operibus, & vestiuntur sericis, discantque quomodo ab initio humanam naturam miseris Deus docuerit. Pelliceas vestes fecit eis ut confusionem tegerent: quo docuit nos ut mollem & dissolutam vitam fugiamus, nec inertem & remissam sectemur, sed magis austeram amplectemur. Itaque vestiam amictus continuum nobis sit momentum, quo memores sumus quantum bonis exciderimus, & discamus quanto supplicio humanum genus ob obedientiam sit affectum. Dicant igitur nobis, qui tanto utuntur apparatu, ut jam usum lanae prorsus audire nolint, sed serico vestiuntur, eoque insaniam pervenerit, ut aurum vestibus intexant. Inprimis autem mulieres huic molliori dedita sunt. Quare, dic obsecro, corpus ita ornas, & gaudes ejusmodi ambitu? Non cogitas quod pro magno supplicio, propter transgressionem, tegmen hoc excogitatum est? Et quare non audis Paulum dicentem: 1. Tim. c. 6. Habentes victum & amictum illis contenti sumus? Videtis quid unus duntaxat rei habenda sit hic cura, videlicet, ne corpus nudum sit, sed ut tegatur. Num adhuc de vestium varietate oportet sollicitum esse?

GERAR. O mi optime Chrysothome, quàm apud multos tam sacros quàm profanos, tam Ecclesiasticos quàm politicos, antiqua nimis est & simplex hæc tua oratio! hæc illi monita, etiam millies ingesta, & occentata millies, non peni habent. Te in cathedrâ clamantem non turbant, audiunt monita, at interim domi, non quod tu mones aut jubes, sed quod illis lubet, faciunt, & pro more nostri avi dicunt: Fait vehemens oratio. Hic omnis illorum profectus est, concionem frigidissimè laudare: cetera nec hilo meliores, in eodem hærent luto, nemo est qui dicat: Rei sumus, emendemus nos, POLYCH. Sed non terretur Chrysothomus, qui omnem luxum perosus, sic pergit: Quali veniâ dignandi sunt, qui & in vestimentis multam vanitatem ostendant, & quod gravissimum, in his superbiunt? Si omnia que intus reposita habent, indigentibus divites distribuerent, neque sic supplicium effugerent eorum peccatorum (nota Gerarde) que in delictis vestium & conviviolorum admittunt. Quo enim supplicio non sunt digni, qui modis omnibus dant operam, ut sericis & auro intertextis induantur, & post se pompam trahunt in foro, Christus verò nudus obambulat, necessario alimento destitutus. Post pauca: Quot pauperum ventres poterant inde pasti, & quot corpora nude agentium poterant contegi ex his que à solo collo & humeris pendunt, nullius alterius usus gratiâ, quàm in damnum & nocumentum anime? Et ut dictorum causam reddat: Hoc enim studium, inquit, in ornando corpore internam facunt famem, & hujus vestium sumptus illius indicat nuditatem. Impossibile enim est aliquem agere curam anime, & tantâi sacre corporis pulchritudinem ac ornatum, sicut & impossibile, in externo illo cultu tantopere occupatum, illius agere curam. Ita, Chrysothomi sensu fieri non potest, ut is exteriorem cultum aded curet, qui quidem curæ sit animus. GERAR. Chrysothomus hæc folis mulierculis objicit. POLYCH. Ignoscat mihi tuus genius, mi Gerarde, erras luculentè: etiam viros ob hanc colendi corporis insaniam acriter reprehendit. Et en verba Chrysothomi tomo quarto, homiliâ vigesimâ octavâ in caput XII. Epistolæ ad Hebræos. Lege, lege, hæc illius verba sunt: Non enim mihi sermo ad solas mulieres dirigitur, sed etiam ad viros, omnia enim reliqua que habemus, supervacua sunt. Soli pauperes supervacanea & vana non possident, fortassis autem etiam ipsi ex necessitate. Ceterum si liceret, neque illi prorsus abstinere.

Hier. 10. 1. in vita Pauli, sub fin. Tom. 1. h. mil. 18. in cap. 3, Gen. Tom. 1. h. mil. 18. in cap. 3, Gen.

Pelliceas vestes fecit Deus primis parentibus, ut nos doceret dissolutam vitam fugere.

1. Tim. c. 6. vers. 8.

Nimius scilicet pot non est indulgentius.

Corpus humanum est simile peno Gomonacho,

Studium in ornando corpore internam indicat deformitatem.

Lib. 6. de vita. Lib. 1. de Spir. cap. 2. Epist. 113. ad Sophiam virg. Epist. 113. ad Sophiam virg.

Epist. 113. ad Sophiam virg.

abstinerent. Ita Chrysoſtomus ad verbum. Si quis contra-
dicat huic ego non aliud, quàm quod ſuprà, inſuſurrem:
Ad Chryſoſtomum abi, cum Chryſoſtomo age, Chry-
ſoſtomus reſpõdebit. GER. Do manus, magis à te victus
ſum, quàm ab Apolline Marſyas. POL. Ergo jam ad alia.

CAPVT VII.

*Cultus corporis nimius, quàm à ratione, &
priſci noſtrique ævi legibus alienus fit.*

Indorum
regum er-
ga majori
ſuorum ca-
davera ſu-
perſtitio.

Solebant Indi reges majorum ſuorum cadavera igni
ſiccare, deinde in palatii penetrali pretioſis funibus
ſuſpendere, auro & gemmis ornare, ſic ornata ſervare,
& pene adorare. Ridenda ſuperſtitio, ſed an nos non
etiã in illà ſumus, qui corpus in cadaveroſam tabem
breuì abiturum ſic comimus, ſic ornamus, ſic excolim-
us? Num hoc cum ratione & rectè fieri dicendum?
Sed hìc opportunè monuerim, nullum mihi ſermonem
eſſe de habitu cuius hominum ætati & ordini conueni-
entem. Sunt certæ inter homines (quis neſcit) diſtin-
ctiões & gradus ab ætate, ab nobilitate, ab eruditione
& virtute, ab officiis & dignitate, ſunt & certa pro his
gradibus veſtium diſcrimina, de quibus ego hìc nihil;
neque illos philoſophos audio, qui omnes attrito pal-
lio ſuo amiciunt, hìc ſolùm contendo, nec omnem, nec
nimium cultum corpori eſſe indulgendum. Quod pro-
bè ſolo rationis ductu intellexit Saladinus, ille Chriſtia-
norum olim terror, qui cùm Syriam, Ægyptum, & Afri-
cæ bonam partem ſubegiffet, morti jam vicinus in cogi-
tationem hanc ſeridè deſcendit, & ſolam intertorem
tunicam, pro omni pompâ funebri, in hæſtâ ſublimem
ferri juſſit, cum acclamatione: *Hoc unum ex dormitore
Orientis veſtare.*

Nimius
cultus cor-
pori non
eſt indul-
gendus.

§. I.

Obfecro te, quicumque corpori plus æquo faves, &
rationi tam audaçter inſultas, intueri Adami pur-
puram: ovem habebat indutum, ſed nõ oſtro rubefactam.
Non malè Demonax quondam purpurato alicui inſo-
lentiùs ſeſe jaçtanti, ad atrem innumurans: Heus tu,
inquit, hoc ante geſtabat ovis. Et quoties ſub tali ove fe-
rocia lupina, pigritia aſinina, vulpina aſtutia, ſuperbia
pavonina dilreſcit? Sunt in Paleſtina poma Gomor-
thæa, quorum intrinſecus favillaceam fuliginem exti-
mæ, curis ambitus elegans & formoſus quidem conti-
net; at ſi hæc vel levi tactu premantur, fumum exhalant,
& in vagum pulverem fatiſcunt. Simillimum huic po-
mo corpus humanum eſt, quod ſape cinnama fragrans,
balfama rotans, & vario comptu elegans eſt, ſed pre-
matur nonnihil ſepulchro purpurascens hoc pomum,
quid exprimeretur præter pulverem, fœtorem, ſaniem?
Non immeritò caſtigat olim Athenienſes ſuos Græcus
Cicero, quodd cùm in Philippum Macedonem eundem
eſſet, cùm aggeres muniendi, miles colligendus, exerci-
tus inſtruedus, ipſi tures & mœnia dealbarint. Quid
nos facimus aliud? carcerem noſtrum dealbamus, cùm
in ſtygium draconem juratum & æternum hoſtem nun-
quam non ſit pugnandum, cùm mille alia potiùs agen-
da ſint. Num hoc rationi congruum? Refert è Senecâ
Auguſtinus, ille antiſtitium Antiſtes, apud Romanos in
Capitolio idolis ex more lumina accenſa, velut in rene-
bris agentibus, ſalutantium nomina pronuntiata tan-
quam audientibus, ſpeculum quaſi videntibus oſten-
ſum, capillamenta pexa, utri ſentientibus; eandem etiã
illas ſtatuas aquis lotas, ſtrigilibus frictas, unguentis per-
muſſas, ſinteis exterſas, velut veros homines. Quàm imi-
tatur avidè hanc impiam religionem! Idolam habemus
Corpus: hoc lavatur, hoc ungitur, hoc comitur, hoc
colitur. Ubi ſpeculum animo, ubi lavacrum, ubi un-
guentum? Ah, ſordecit Dominus, dum ſervus bene ni-

Corpus
humanum
eſt ſimile
pomo Go-
morthæo.

Lib. 6. de
civ. Dei
cap. 10.
Sen. ep. 105.
poſt me.
Juſt. Lipſ.
lib. 2. el. 1.
cap. 18.

Idolũ eſt.

Atidus incedit; herus calcatur, dum extollitur mancipium;
princeps conſpuitur, dum ſubditus adoratur; rex cru-
ciatur, dum epulatur ſamulus; necatur imperator, dum
triumphat gregarius miles. Et hoc proſus contra om-
nem rationem. O improbum mancipium, ò execran-
dum idolum! quod in ſuum dominique ſui malum tan-
tis impendiis exornatur, quod videri vult & conſpici,
quod locum ambit eminentem, quod omnibus ſervitiis
vult coli, proximum eſt ut faces ei accendamus, & ado-
remus. An non hìc & ratio & veterum exempla gra-
viſſimè reclamant? GER. Optimè hæc quidem à ratione
ducis, ſed non æquè ab exemplis veterum, qui ab hac
ſapientiã longiſſimè diverterunt. Et ſi quidem de cor-
poris cultu ſit ſermo, quæ non hìc portenta habuit pri-
ſcum ævum.

§. II.

Feminae fuerunt, teſte Antiphane, quæ crocodili ex-
crementis faciem polirent. Hem, eruditam inſa-
niam, & ò dignas quæ hoc vultus ſui medicamen etiã
glutirent. Clemens Alexandrinus jure graviter indigna-
tur: *Ter enim, inquit, non ſemel digna ſunt ut pereant, quæ
crocodilorum excrementis utuntur, quæ ſpuma ſepiarum un-
guntur.* Poppæa Domitii Neronis Imperatoris conjux
quingentas ſecum per omnia trahens færas aſinas, bal-
nearum ſolio totum corpus illo lacte macerabat, exten-
di quoque cutem & vultus candorem ſervari credens.
Ajunt enim ab hoc lacte faciem erugari & tenereſcere.
Hæc eadem, etiã in exilium relegata, ſuas ſecum aſinas
trahebat. Affirmat Plinius, notum eſſe quaſdam etiã de
Romanis feminis, quotidie quingentas aſinas cuſtodito
numero in hanc ipſam curam fovere. O ſcyllas & chy-
rybdes patrimoniorum, quæ per hunc unum corporis
cultum proſuſiſſimâ luxuriâ ſorbetur! Et quod illud
monſtrum, non femina, quæ, ut Umber pœta canit,
incedit cenſus induta nepotum.

Feminarũ
luxus,
Lib. 3. peda-
ter. Ter enim, inquit, non ſemel digna ſunt ut pereant, quæ
crocodilorum excrementis utuntur, quæ ſpuma ſepiarum un-
guntur. Poppæa Domitii Neronis Imperatoris conjux
quingentas ſecum per omnia trahens færas aſinas, bal-
nearum ſolio totum corpus illo lacte macerabat, exten-
di quoque cutem & vultus candorem ſervari credens.
Ajunt enim ab hoc lacte faciem erugari & tenereſcere.
Hæc eadem, etiã in exilium relegata, ſuas ſecum aſinas
trahebat. Affirmat Plinius, notum eſſe quaſdam etiã de
Romanis feminis, quotidie quingentas aſinas cuſtodito
numero in hanc ipſam curam fovere. O ſcyllas & chy-
rybdes patrimoniorum, quæ per hunc unum corporis
cultum proſuſiſſimâ luxuriâ ſorbetur! Et quod illud
monſtrum, non femina, quæ, ut Umber pœta canit,
incedit cenſus induta nepotum.

Lib. 11. e. 41.
Nat. hiſt.

Plinius viſam à ſe ait Lolliam Paulinam Caii Principis
matronam, ne ſerio quidem ac ſolenſi cæremoniãrum
aliquo apparatu, ſed mediocrius etiã ſponſalium cœ-
na, ſmaragdus margaritiſque opertam, alterno textu ſil-
gentibus toto capite crinibus, ſpitis, auribus, collo, ma-
nibus, digitis que, quæ ſumma quadringenties HS, colligebat:
ipſam conſeſtim paratam nuncupationem tabu-
lis probare. Portentum & prodigium in Oceanum de-
portandum! una mulier, uno corporis cultu * decies
centena millia philippeorum geſtet ſibi circumpoſita?
Queritur jure Seneca, &: *Video, inquit, uniones non ſin-
gulis ſingulis auribus comparatos: jam enim exercitate aures
alii notan-
oneri ferendo ſunt: junguntur inter ſe, & inſuper alii binis ſit-
perponuntur. Non ſatis muliebris inſania viros ſubjecerat, niſi
Lib. 7. de
bina ac terna patrimoniã auribus ſingulis pependiſſent.* De
Chriſtianis feminis Terrullianus: *Ajunt & de frontibus
draconum, inquit, gemmas erui, ſicut & in piſcium cerebris la-
pidofitas quedam eſt. Hoc quoque deſerit Chriſtiana, ut de ſer-
pente cultior fiat. Sic calcabit diaboli caput, dum de capite ejus,
cervicibus ſuis aut ipſi capitiſque ornamenta ſtruit.* Neque hic
ſexus immodico tantum pretio ſubinde, ſed & nimio
ſtudio animi ergaſtulum adornat, & hoc anxidè agit ut
omnia corporis æqualiter ſint ad regulam, ut inceſſas
ad artem compoſitus, veſtigia nihil extra menſuram ab-
errantia dirigar, ut caput aliquot horis ornatum decore
emineat, ut denique omnia cultum præ ſe ferant & gra-
tiam, velut ſi de arcã prodirent, aut, ut Seneca loquitur,
de capſulã tora.

Lib. 28. e. 12.
Lolliæ
Paulinæ.

* 100000
tantum enim
philippeus,
quod hic &
alii notan-
dum.

Lib. 7. de
benefic. e. 9.
De habitu
mulier.

Epit. 105.
initio.

§. III.

At ne ſolæ feminae in jus ambulent, & luxum
luant, etiã viri olim in hac noxâ ſunt. Quis neſcit
quàm ſolicitè nitorem & venuſtatem veſtitus conſeçta-
ti ſint Demoſthenes & Horrenſius, quorum iſte diem
collegæ dixit, quod ei in loco anguſtiore fortè obvius,
togæ ſtructuram diſturbaverat. Ita, mi Polychroni, ve-
teres

Gellius l. 1.
Noſt. Attic.
cap. 5.
Demo-
ſthenis &
Horrenſii
luxus.

put tam glabrum ostendit, quàm galea ejus fuit quæ ad-
jacebat. Vos verò manum in ollam mittite, & mecum
pultem haurite, si quidem appetitis: sin minus, statim
abite, & extra Romana castra este, tanquam legatione
omni jam defuncti. Ita me Deus amet, ista virum olent,
imò heroem, qui in comitatu suo, qui in victu, qui in
omni vitâ quàm minimum voluit esse tragœdiæ &
pompæ.

§. II.

Neq̄e Græcia viris caruit, qui cultum in animo,
non in corpore posuerunt. Agefilaus dignus rex
Sparta, senex jam in Ægyptum Regi Tacho suppetias
ivit, & cum navî vehens propinquaret, ingens Ægyptio-
rum turba in portum se effudit, ad celebrem illum du-
cem spectandum. Præceperant animo, majestatis ple-
num virum, veste, comitatu, ipso corpore spectabilem.
At ille prodiit vili & desolcato palliolo, gregalibus suis
non multum aspectu cultuque ab similibus. Non impar
huic Philopæmenes, Achæorum præstantissimus dux,
de quo non sine lepore Plutarchus hæc narrat. Megaram
ivi hic Philopæmenem ad quemdam suorum familiarum,
cui se vespere affuturum conviviam prænunciari jussit.
Civis ille Megarensis lætus ob talem hospitem; curam
uxori mandat ut quàm celerrimè domi pareret, verrat,
sternat, nec quidquam eorum omittat quæ tanto hospiti
convenient: ipse in forum officiosus properat ut obso-
neret. Dum abest & rerum sitarum satagit, adest Philopæ-
menes obsolecè amictus chlamydulâ, & comitibus post
se relictis, hospitam inquieram salutem, illa resalutat, sed
ut erat curarum plena, virum non agnoscit, sed de cultu
ejus & corpore unum aliquem ex ministris & antecur-
sores suspicata: Heus tu, inquit, manum admove, &
adjuta, festinamus. En, paratum tibi laborem, quæso re,
hæc mihi ligna fide, & unâ porrigit securim. Neque ille
moratur, chlamydem abjicit, & ut rogatus seu jussus, lig-
na scindit impiger. Supervenit interea ille de foro, &
attonitus exclamat: Quid hoc rei est, Philopæmen, ita te
& me dedecoras? Subridens ille: Pœnas, ait, do cultus
& vultus mei, adeò non indignatus est se pro servo ha-
bitum, ut ultro in se sit jocus.

Quàm nos, ad hunc virum delicati sumus? ubi vel
suspicio est nostram dignitatem lædi, mox ira & impo-
rens sui animus se prodit, superbie scimus exacte; quid
sui despicientia sit, planè nescimus. Auctoritate florere
volumus inviolabili: nemo nos tangat, honoris vel mi-
nimi derogationem non ferimus sine stomachi noxâ.
Verbo, belli homines sumus, & præterea nihil. Sed Cari
& Philopæmenis modestiæ comites damus.

§. III.

Quinq̄ & quadraginta magistratus gessit Pho-
cion, ille Atheniensium clarissimus, sed quo sit ves-
tis genere interim usus, calceandi ratio in eo demon-
strat. Nam, inter urbanos in proverbium cecit, ut cum
immensum frigus & intolerabile significare vellent,
Phocion, dicerent, calceatus est. Omitto hîc Synopæum
Diogenem Cynicæ disciplinæ affectatorem, qui pallio
vixit unico contentus, tanto rigidior Aristhene, qui
ejus sectæ princeps, pallium duplicavit. Reipsâ hi tales
viri docuerunt, etiam in hoc vestitus genere verissimum
esse illud: Natura paucis contenta.

Portius Caro (ut Romana Græcis miscemus) qui à
nobilissimâ censurâ quam gessit, Censorii cognomen
tulit, nunquam togâ usûs est pluris quàm * drachmis
centum empta. Apud nos mediastini & attricles famuli
lautius vestiuntur. Nec Catone sumptuosior esse voluit
Thebanus dux Epaminondas tot victoriis clarus, qui
tam exactæ fuit continentia, ut unicâ veste contentus
ætatem fuerit, & si quando vestire derivit resarcire
opus foret, domi se clausum continere cogebatur, dum
facta vestis rediret. Huic tam rerum inopi, quàm forti-

Tom. I.

tudinis & prudentiæ diviti, cum rex Persarum magnam
vira auri dono misisset, modestè repudiavit. In quâ qui-
dem munere abstinentiâ, ut mea fert opinio, celsiore
animo fuit is qui tantum auri potuit non accipere, quàm
qui potuit offerre. Epaminondâ & Carone ditior esse
noluit Agefilaus, sextus Lacedæmoniorum rex, qui sub
eâdem veste & æstivos calores, & brumæ frigus pertu-
lit. Porro Dionysius Siculorum tyrannus, cetera illauda-
tissimus, hoc uno tamen in præconi partem venit, quod
cum sicarios aut depeculatores gravibus suppliciis affi-
ceret, iis tamen, qui splendidiorum vestium aut orna-
mentorum fures essent, iram donare difficilis non esset,
quo scilicet facilius Syracusani lascivam habitus elegan-
tiam dedicerent.

Ergo jam satis liquet, prisco etiam ævo, exquisitum
corporis cultum vestiumque luxum, & exemplis præ-
clarissimis, & honestissimis legibus damnatum fuisse.
Neque tibi, Gerarde, amplius integrum negare, quod
vestium curiositas, ut Bernardus loquitur, & inorum
judicium sit, & mentium deformitas.

§. IV.

Priscorum in habitu modestiam, etiam nostri avi
Magnatè sanxerunt. Benedictus XI. summus Pon-
tiffex, humili loco natus, cum ad hoc dignitatis fastigium
evectus esset, non erubuit suæ paupertatis rudimenta.
Mater illius, dum is inter monachos ageret, pannos la-
vit. Hanc, creatus jam Pontiffex ad se venire jussit. Venit
illa, sed pænè alia quàm antè fuerat. Matronæ illam, ut
Pontifficis matrem, summis honoribus extulerunt, &
vestibus in diversam à priori feminam mutarunt; dece-
re hoc ratæ, pro magnificentia summi principatus in fi-
lio. Ita in conspectum filii producta est. Pontiffex, ubi
eam aspexit, agnoscere dissimulans: Quid, inquit, faciris
errando? meam mihi matrem adducite; hanc ego domi-
nam non novi. Mea mater lotrix est, cum hac colloquat,
ite. Obruebantur pudore, qui honoris causâ matrem
deduxerant. Detracto igitur omni mundo muliebri,
pannuum illi suam reddidere, ac denno reduxerunt.
Tum eam amplexatus Pontiffex: In hoc, inquit, vestium
apparatu matrem meam reliqui, sic jam novi, sic recipio.
O tempora, & ò mores, novos quidè sed malos! ab
antiquis illis moribus quantum mutatum est? Quis jam
è ditioribus illis non ruborem ducit, ad occursum pau-
perulorum parentum aut cognatorum? ita resuatis
nostræ primordia erubescimus, vestes & numos huma-
nitatis salutamus quàm cognatum sanguinem. Hos mo-
res gravi censurâ norans beatus Jacobus: *Etenim, inquit,*
si introierit in conventum vestrum, vir aureum anulum habens,
in veste candidâ, introierit autem & pauper in sordido habitu,
& intendatis eum qui indutus est veste præclarâ, & dixeritis
ei: Tu sede hic bene: pauperi autem dicatis: Tu sta illic, aut
sede sub scabello pedum meorum: nomen judicatis apud vos-
met ipsos, & facti estis iudices cogitationum iniquarum?

§. V.

Post Pontiffices, Imperatores & Reges maximi, ma-
jus sibi decus pararunt aspernando cultum corpo-
ris quàm usurpando. Rudolfus I. Austriacus, Impera-
tor, in vestitu adeò moderatus fuit, ut à plebejo nihil
differret. Et accidit, ut Moguntiaci quodam mane so-
lus egressus pistoris domum ingrederetur, & se ad pru-
nas furno ejectiones conferret, tremulas manus (aura frigi-
dior erat) calefacturus. Hic à pistoris uxore, cum pro
militate haberetur, non tantum audaces calumnias in
Imperatorum jactas audivit, sed tandem etiam vase
aquario in prunas coniecto, vapore, fumo, cinere per-
fusus, domo ejectiones est, nec reminiuâ ultus est. O verè
virum, qui adeò omnem corporis splendorem contemp-
psit, ut ob illum etiam contemni non indignaretur!
GERAR. Sed iste cultus ejus privatim fuit, non dubicem.

N n 3

quin.

Agefilai
regis Spar-
tæ, Lips.
lib. 2. Mo-
nia. Politi-
cap. 15.Philopæ-
menis.Agefilai
VI. Lacedæ-
monio-
rum regis.
Dionysii
Siculorum
regis.Lib. 3. de
Consul.Magnatè
nostri avi
modestia
in habitu:
Benedicti
XI. Pont.
Max.
Albertus
Gram. lib. 8.
meropol.
cap. 48.Tac. cap. 2.
v. 2. 3. & 4.Anno 1277.
Rudolfi I.
Austriaci
Imp.

quin publicè plus ostenderit Imperatorii splendoris. POLYC. Proterus imperitè iudicatis, parce dicto. Nec in publico quidem ornator fuit Rudolfus. Quis dies lætior, & aprior pompæ, quàm cum victum Otocarum, Bohemiam regem, ad se vocatum, excepturus erat, & fidem ab eo (homagium vocant) accepturus? Rex Otocarus cum magno & splendido comitatu veniebat: viri & equi, auro, gemmis, serico nitebant. Dicitur Rudolfus, talem, & taliter adventare, & sedulo à quibusdam additum: Pararet se, veste & cultu ornatiore, tantum Regem admittitur. Rudolfus renidens: Imò rex Bohemiam, inquit, * griseam meam vestem saepe detulit, nunc ipsum vestis mea grisea deridebit. At vos arma & equos expedite, & accincti instructique, ut ad pugnam, stete. Decus Teutonicorum armorum, non vestium, advenis illis ostendite: hoc me vobisque dignum est. Otocarus cerè illi vili cultui se & aurum suum submisit, & ad genua supplex accessit. Imperatorem nimirum, non vestem veneratus est.

Caroli V. Imper.

Carolus Quintus Imperator Augustissimus, ut sanguinem ab eo, sic & hanc virtutem traxit, in omni vitâ temperans, maxime verò in cultu. Vestium ad eum fuit incuriosus, ut non temerè aliâ quàm amiculo laneo plebejorque ureretur. Ostendit hoc in primo & solenni ingressu Mediolanum. Nam cum viæ omnes aulais, tabulis, frondibus superbirent, cives verò vestibus quàm cultissimi cum aureâ umbellâ obvii venirent, ille & Imperator, & non semel Rex ac Princeps, in lancè & nigrâ penulâ, vilique pileolo sub aureum illud cælum se dedit. Videbant illum & tamen quærebant quem videbant, passim audisses interrogari: Istène Carolus, iste Imperator est? cultu tam modicus? Vana plebs vestes auro illulas, & fulgentes in vestibus gemmas expectabat.

Maçti virtute Imperatores! magni fuistis, quo minus corporis cultu magni esse voluistis.

§. VI.

Caroli Alberti Neapolitani regis parentis. Ludovici I. I. regis Gallorum.

Secundum hunc, Carolus Alberti Neapolitani Regis parens, tam eminuit hac modestiâ, ut præter restrictam, & subductam vilem tunicam, tegumentum aliud non admiserit. Ludovicus secundus Rex Gallorum, gloriâ regnòque, in primis liberalitate, quantum ullus superiorum regum, ingens, victoriis etiam clarus, lanâ aut bombyce induebatur, cum alii Reges serico & auro radiarent. Denique Ludovicus XI. Gallia, Matthias Pannonia, & Alphonfus Neapolis ac Sicilia, Reges, nihilo fuere à vulgo elegantiores hoc corporis mundo. Et Alphonfus quidem notatus à quopiam, quòd parum regiè vestitus esset, respondit: Malle se moribus & auctoritate regem videri, quàm diademate & purpurâ. Vox magnifica & Regiè digna. Fuitque hoc magnorum aliquot principum laus, plebi virtute eminare, cultu consentire.

Alphonfi Neapolis ac Sicilia regis.

Sed quàm dispares ab his, Imperatores Græcanici, quos lux & deliciae ad cultum vix virilem traxerunt. Quod Nicetas Choniates narrat de Alexio Angelo Byzantino principe. Hic cum inaudisset ab Henrico Quinto Imperatore legatos ad se mitti, suos omnes quàm ornatissimos, auratos & gemmatos adesse imperavit, ipse à capite ad calcem nil nisi splendor & nitor fuit, rarum vel in templo aliquo spectaculum, quo legatorum oculos præstringendos putavit. Germani verò ut venerunt, Germanos se ostenderunt, hoc est, viros, & tantum abfuit, ut hoc aspectu in metum adducerentur, ut etiam ad prædæ cupidinem incitarentur, nihilque jam magis vellent quàm cum effeminatis istis quàm primùm manus conferere. Accedentes interim Græculi, cubitis eos tangebant, & loquente digito horrabantur, viderent gemmeam Imperatoris vestem, quâ ille ut floridum prætum variè nitebat. At Germani luculentè probarunt se his spectaculis minime terreti: tempus esse, ut Græci his sepultis aurum commutent ferro;

Lipf. lib. 2. Monit. Polit. cap. 15.

A nam si legatio sit irrita, Græcia pugnandum non cum pavonibus, sed cum viris verè Martiis & infraçti animi. Hæc Germani ad Græcos jam tum verbis territos. Quid si ad rem ventum fuisset? & fuisset, nisi mors Henrici Imperatoris subsecuta, consilia ista turbasset. Hæc, majorem partem doctissimi Lipsii verbis percensere volui, qui aurum & gemmas non digna satis ornamenta magno principe agnoscit. Et præcesserunt auro superiore, magni fastigii exempla, quæ doceant, ut dixi, virtute plebem vincere, non veste. Narravit mihi vir fide dignus, inventas alicubi in vetustâ chartâ subductas rationes: in his inter expensa cetera, & istud studiosè annotatum: Item, Cæsaris thoraci reficiendo 6. cruciferi expensi. O Deus! hæc præcaram frugalitatem sapiunt, hæc illa tantorum principum adoranda modestia: hæc longè plus suspicienda posteris, quàm si legant: Pro pallio nuptiali expensa tria millia philippeorum, pro cristis & pilei ornamento mille floreni, pro thorace & caligis mille ducenti aurei, pro cetero mundo corporis octingenti philippeii, præter uniones & gemmas sparsim additas. Et hæc erubescendi lux egregia sunt specimina: mirabuntur posteri lecturi talia, & ad audenda majora animabuntur. Hæc forsitan admirationi sint apud imperitos, laudi nunquam erunt apud prudentiores. Et sanè quisquis seridè laudari vult, non à veste, aut corporis cultu, sed aliunde laudem colligat: quod illustri factò, priusquam caput hoc finiat, ob oculos ponam.

B

§. VII.

Elegans cum primis & scitu dignum est, quod Joannes Damascenus vir miræ sanctitatis & eruditionis, in hunc ferè sensum commemorat. Iter faciebat Rex Magnus, numerosâ satellitum manu stipatus. In viâ viri duo sordente & lacero habitu, ora macie confecti, exangues & pallidi obvios se tulerunt. Non ignorabat rex à corporis voluntariâ afflictatione & laboribus, Dei causâ toleratis, hunc oris pallorem contractum. Ut igitur eos cominus vidit, è curru desiliens, & prono in terram corpore illos veneratus, mox humanissimè complexus salutavit. Iniquis oculis id tulerunt aulae proceres, alienum hoc rati à regio fastigio. Ita germanum regis subornarunt, moneret fratrem, ne diadematis majestatem ad infirmorum hominum pedes deprimeret. Hæc à fratre monitus rex, verbis ambignis & obscuris respondit. Mos autem illic locorum erat, ut si quis capere damnandus, mortis præco tubicen ante illius fores canere juberetur. Rex igitur sub vesperem ad fratris ades lethalem hanc tubam, velut extremi supplicii nunciam misit. Audiit regis frater, & cohortur ad fatale hoc classicum. Proximo mane artatus & lacrymis perfusus, cum omni familiâ ad fores palatii adest. Rex ad se accitum asperius affatus: O demens, inquit, si fratris, cum quo idem tibi sanguis, & honor pæne par, præconem sic exhorruisti, quamvis nullius tibi criminis conscius, eccur mihi vitio vertebas, quod supremi regis summiq; iudicis olim affuturi præcones, ego non unius sceleris reus, nuper submissus salutarim? Tuæ ergo dementiæ castigandæ hoc factum: in posterum non è facie, non è veste judicabis hominem: sed & illi saxo errorem suum intelligant, qui hanc tibi mentem injecerunt, nunc salvus abi. Fratre sic correcto, quatuor arcas ligneas fieri iussit, quarum duas auro vestiri, sed cadaverum ossibus referri; duas alias pice & bitumine oblini, sed selectis unionibus & unguentis impleri præcepit, atque has ita compactas proceribus suis, intemptivis illis monitoribus proposuit, ut suam utriusque estimationem facerent. Illi duabus auro inductis pretium ingens imposuerunt, ut quæ indubiè coronam & ornamenta regia continerent, iis verò quas bitumen obduxerat, pretium leve fecerunt. Quibus Rex: ò boni, inquit, erratis largissimè; nec me fugiebat hanc à vobis

E facie & veste non judicandus est homo.

Mart. Salm. cap. I.

Epist. Jon.

Madan. de Div.

Natura docuit h. minime quibus vestibus vestes sibi aptaret.

Protopla. h. eam hominum prima vestis & sicuta fuit. Luc. 1. cap. 74.

consentionem statuendam. Mox arcas omnes aperiri iussit. Et en, ait, stultitiæ vestræ præfens argumentum: oculis nimium credidistis, & hinc viros his diebus mihi obvios, ab exteriori habitu imperitissimè iudicastis. Sed ite jam, non sic fertis impunè tam impudentis iudicii errorem.

Macrobius. Saturn. cap. 11.

Epist. 80. sine.

Sapienter prorsus rex ista. Quemadmodum enim stultus est qui empturus equum, non ipsum inspicit, sed stratum ejus & frenum: sic errat qui hominem ex veste aut conditione, quæ modò vestis nobis circumdata est, aestimandum putat. Hoc non philosophia tantum arguit, sed ratio, & Senecam testem adjungo: Equum empturus, inquit, solvi jubes stratum, detrahis vestimenta venalibus, ne qua vitia corporis lateant: hominem involutum aestimas? Mangones, quidquid est quod displiceat, aliquo lenocinio abscondunt. Itaque ementibus ornamenta ipsa suspecta sunt: sive crux alligatum, sive brachium aspiceres, nudari juberes & ipsum tibi corpus ostendi. Vides illum Scythia Sarmatiæ regem, insigni capitis decorum? sive illum aestimare, totumque sive qualis sit, scisciam solve: multum mali sub illa later. Quid de aliis loquor? si perpendere te voles, seponere pecuniam, domum, dignitatem: intrus te ipse considera. Nunc qualis sis, aliis credis.

Madamrenf. de Deo Sacr.

Imò, mi Seneca, vestibus & nostris & alienis credimus, & tunc demum nos, aut alios, quasi magnos suspicimus, cum lautè vestitos cernimus. Absurdè fallimur; & hoc est in emendis equis phaleras considerare, & balthei polimina inspicere, & ornatisimæ cervicis divitias contemplari. Quoties sub sordido palliolo culta latet sapientia? quoties in vaginâ aureâ plumbæus absconditur gladius? sed progrediamur.

CAP V T IX.

Cultum corporis, Sanctissimi homines quam & oderint, & fugerint.

Natura, omnium parens & opifex solertissima, abundè satis docuit hominem, si unum id animal non seipsum oblivisceretur, quam non operoso sit opus velamento ad tegendum corpus. Nisi quis hanc vocare malit novercam (quod nefas dicere) ut quæ ceteris animantibus variè tegumenta tribuerit, testas, cortices, coria, spinas, villos, fetas, pilos, plumam, pennas, squamas, vellerat: truncos etiam arborèsque cortice, interdum gemino, à frigidibus & calore tutata sit; solum hominem nudum, & in nudâ humo natali die ad vagitus statim & ploratum abjecerit. Atqui sapientissimè hoc egit natura, velut solerter providens, non diu placiturum homini quidquid dèrum tegminis ei assignasset. Itaque nudum statuit hominem, docuit tamen quo sine, quibus legibus vestes sibi aptaret ipse, nimirum ut eæ tegerent & velarent, aërisque injurias defenderent. At homo legibus naturæ procul relictis, eò processit, ut per furorem & insaniam, non jam vestitum qui tegat, sed qui oneret & torqueat humana corpora, inter ignotas feras, inter peregrinos vermes & maris belluas tam stultè quam laboriosè quærat.

Natura docuit hominem quibus legibus vestes sibi aptaret.

Protoplastorum hominum prima vestis è sicu folia fuerunt.

Protoplastorum hominum prima vestis, è sicu folia fuerunt, huic crudæ pelles succedere. Nec multò cultius vixit Joannes Zachariæ filius, Jordanis accola, camelorum seris amictus, scortèa zonâ cinctus. Christo, Regi summo, Mariæ Virginis filio, vestes quidem mundæ fuerunt & honestæ, sed, uti Isidorus Pelusiota loquitur, quibus usi sunt pauperes in Galilæâ. Si harum pretium spectassent Pilati milites, Christum iis amictum crucifigere potuissent, tam non fuerunt pretiosa. Sed aliis hinc æternæ providentiæ consilium, quæ in nostris usque annos servari voluit vestem illam, quæ arte ineffabili contexta verius quam facta, cuius magnam in opificio miraculum, majus in usu; neque enim perpetuo vestitu at-tenta, neque minus habilis, sed ad corporis modulum au-

gescerebat: dignissima prorsus, quæ vaticiniis multò antè laudaretur, & in Calvariâ rupe in fortem abiter, ne scinderetur. Sed enim, hanc in cultu sobrietatem, quam admirando spectaculo docuit Christus in cruce nudus, in præsepi linteolis obvolutus: Invenietis, inquit Angelus, infantem pannis involutum, & postum in præsepio. Jam tum divinus infans vel mutus concionabatur, & mortualium in vestitu vanissimas curas damnabat, sed eâ exhortationis dulcedine, ut delicatos illos jure pudeat non persuaderi. Et en suavissimus puer, nostrum nobis luxum non exprobrat, nec amarulentis verbis factum nostrum ut intolerabilem perstringit; hoc unum agit, ut ostendat pompam nostram sibi non placere.

Christus docuit cultus sobrietatem. Luc. cap. 2. vers. 12.

Quid servuli cunctantur, has Domini vestes minimè pretiosas, hunc regis habitum modestissimum emulari? Clamant in stramineis cunis viles pannuli, clamant in cruentâ cruce nuda & extrema paupertas: heu nimis potenter invitatur ad vestitum modestiorem. Sed confer mihi obsecro, Gerarde, has Christi fasciolas & inelaboratas telas cum vestium nostrarum lascivo & subinde monstruoso ambitu. Rem miram audi, & planè monstrum pretiosæ elegantia. Fuit anno à pariente Virgine, millesimo quingentesimo decimo octavo Princeps sacri ordinis (nomen prætereo) qui talarem tunicam habuit, suffultam pellibus, quas pellio è carduelium seu acanthidum capitellis, opere prorsus incredibile, confecit. Hem, quor centuriis, quor millibus avicularum, ad unam hanc togam convolandum erat? nimirum ut unicus homo ad raram venustatem vestiretur, tor avium turmas suis vestibus erant spoliandæ. Adeo multum apud nos possunt Christi exempla & monita? Verissimè dixit Bernardus: In signum posuit panis tui, Domine Je s v, sed in tali Dom. signum cui à multis usque hodie contradicitur. Sed nos ad lineam.

Ser. in Naz. sed in tali Dom.

§. I.

Nota lex Christi, quam discipulis tulerat, singuli singulas haberent vestes, non arcas vestiarias secum traherent, è quibus modò has, modò illas indutui sumerent. Jacobus Alphaï filius, qui ob faciem similitudinis indiscretæ, Christi frater dictus, è matris utero sanctus, sanctior dein Christi disciplinâ factus, nunquam balneo usus, nec ungento unctus, nunquam artosisus, qui estu carniū penitus abstinuit, vinum & siceram non bibit: de quo Chryostomus: Ajunt, inquit, genua ejus obduruisse callo, tantamque in eo carnis incuriam fuisse, ut adhuc viventis omnia ferè membra morerentur, atque orationis assiduitate, jugi, ad pavementum corporis prostratione, frontem quoque ejus callo similiter (quod inauditum) obduricam, ut nihil ferè à cameli genibus si duritiem spectes, discreparet. Hic sanctissimus vir, non laneis vestibus, sed amiculo lineo usus est, tam membris suis quam membrorum tegumentis piè iratus. Petrus, ille Apostolorum princeps & Ecclesiæ caput, ille primus à Domino Pontifex, nihil

ampliùs tegumenti habuisse creditur, præter tunicam & pallium, nihil aliud calcæamenti, præter caligas. Illud Clementis liber, hoc Apostolorum Actus testantur. Rideant hanc tenuitatem, qui ignorant Ecclesiam ab ipso fundatam, olim in paupertate gloriantem, postquam cumulari divitiis cœperit, virtutibus decreville. Nemo divitum nunc ægtoros verbo sanat, tunc autem feminudi Pontifices etiam mortuos reviviscere jufferunt. Nec alios Domini discipulos delicato aut elegantifertico vestitos crediderim. Nec multum ab his diversus Aurelius Augustinus, gemma præfulsum, qui vestitu calcæatque indiscreto vixit, cum iis, quibus sanctitate, scientiâ, dignitate longissimè antistabat. Si quis ei vestem exultiorrem obtulisset dono, acceptam venum jubebat dari, ut pecuniam inde exactam cum aliis communicaret, quandoquidem vestis ipsa communis esse non posset. Itaque Clericis suis officio præstitit, habitum par fuit. Facile

corrigan mores, qui tollant vestium abusiones, qui faci-
ciem meliorem restituant orbi!

§. I V.

GERAR. Licet hic paucula. Ergo nitelam omnem à
veste proficis, ergo nefas ornari? Et an non ve-
stium mundities curanda? **P**OL. Non ego ornatum om-
nem accuso, lasciviam accuso. Eò jam ventum, ut mun-
ditiem solà pompà æstimemus, & vestis non vestis sit,
nisi pretiosa. In corporis cultu plerunq; non sordes fu-
gimus, sed aularum delicias adumbramus, nec tam ve-
litri volumus quàm ornari; nec calorem in habitu, sed
colorem querimus. Divi Hieronymi monitum est: *Ele-
gantias & sordes pari modo fugiendas, quia alterum delicias,
alterum gloriam redolet.* Necis illud Augustini: *Etiam in
ipsis foribus lucuos posse esse jactantiam, & ed periculosos-
rem, quò sub nomine serviturus Dei decipit.* Hoc nomine non
immeritò reprehensus Antisthenes, qui cum depexum
& perulsum palliolum spectatoribus vaniùs jactasset:
Aspicio, ajebat Socrates, per pallii scissuram, animi tui
vanitatem: quin definis te ipsum ostentare? Idem Dio-
geni fuit animus. Hic cum Olympiam venisset, adoles-
centes quosdam Rhodios illic conspicuatur, cum risu:
Hoc nihil est, inquit, nisi fastus. Rursus cum in Lacedæ-
monios incidisset, vilibus tuniculis ac fordibus operos:
En, inquit, alius fastus; tam enim Spartani squalore,
quàm Rhodii ornatu sese jactabant: illi se justo plus co-
lebant, isti se justo plus negligebant. Nec affectatæ for-
des, nec exquisitæ deliciae laudem pariunt. Pulcherri-
mum est, nec turpia velle, nec nimia. Itaque non culpa-
verim quod pulchrum, aut decenter ornatum, sed quod
inane, quod redundans, quod fastum, molliorem, deli-
cias, luxum, lasciviam, pompam præ se fert, hoc vitupe-
ro, & mecum sentit Bilbicus vates:

*Pectere te nolim, sed nec turbare capillos,
Splendida sit nolo, fordida nolo cutis.*

An nescitur medium à beatis teneri, virtutem in medio,
& modum in rebus esse? Sed & hoc addo: Meminisse
me apud Hieronymum legere: *Sordes vestium candida
mentis indicia esse.* Et beatus Hilarion saccum quo semel
amictus fuit, nec lavit unquam, nec mutavit; supervaca-
neum afferens, munditias in cilicio quærere. Plures om-
nino invenias, in sacris paginis, & sapienium libris, ab
illo munditiei & lotionum contemptu laudari, quàm
ab earundem studio. Et pars quædam pœnitentiæ est,
neglectus polituræ, omniumque harum concinnitatum
& elegantiarum. *Isaias olim proclamavit: Descende, sede in
pulvere virgo filia Babylon, sede in terra. Lavat se David, sed
post sterum. Lavat faciem Joseph, sed post lacrymas,
quas viso Benjamin fuderat. Lavit se Judith & ornat,
sed Assyrium ducem Holofernem hoc laqueo deceptu-
ra. Sanè vestitus mollis & pumicata illa ac polita mun-
dities, libidinum fomes, oculorum rete, animorum sua-
vis est pernicies.* Hinc Ambrosius, serius hac in re cen-
sor ausus dicere; *mulierem comptam, domum esse omnium
infernalium demonum.* Hinc & Siracides clamat: *Averte
faciem tuam à muliere compta, & ex hoc concupiscentia quasi
ignis exardescit.* Hinc regina Esther has tales elegantias
signum superbie nominat. Hinc & Hieronymus: *Ingre-
diuntur, inquit, expolita libidinum victime.* Hinc omnes
Sancti, & quibuscunque cordi fuit pœnitentia, hunc
corporis cultum velut libidinis incitamentum, adeò &
oderunt & fugerunt, ut inter prima semper pœnitentiæ
specimina fuerit, suas corpori plumas & ornatum de-
trahere, vestem mutare, sacco se operire.

§. V.

Sapiens illa mulier, & regum progenies Elisabetha,
plerunq; gente trita & panniculis sartà veste amiciba-
tur, gestiebaturque magis mendicis centonibus, quàm re-
gum ostro spectari. Fuit, ut hæc solenniori die, publico

se commissura, exquisitè in reginam ornaretur, & auro,
gemmis, insuper regià coronà irradians ad templum,
rem divinam auditura deduceretur à frequenti familià.
Primo ferè ingressu templi, crux Dominica, & ex cæ-
pendentis Christi cruenta imago incurrit oculos. Hoc
illa aspectu feriti graviter, & animo fauciar; hæc, altum
ingemiscere & velut pudefacta erubescere, lacrymas
demum vi prorumpentes non continere. Mox varii cog-
itationum æstus in animo se prodere: En creator, dice-
bat illa secum, en servator meus Jhs vs, nudo corpore,
flagris laceratus, spinis redimitus, sanguine perfusus, in
altà trabe mortem pro me obiit ignominiosissimam: at
ego misera tot vitiiis immunda, tot delictorum rea, bysso
tamen auròque, purpurâ, gemmisque culta, nico, heu
vitam divinis beneficiis indignam perdo magis, quàm
ago. Ah, divinum illum verticem in Pilati domo seruum
spineum perforavit: ah, Domini mei aures opprobria
innumera saturarunt. At verò caput meum corona cin-
git aurea, me numerosum circumdat famulitium, cun-
cti venerantur, suspiciunt, pœne adorant. Me mulierem
infelicem! hæcine præceptis Domini obtemporo? itane
Dei beneficia recogito? istane vitâ Christi vestigia se-
quor? ò membrum sub spinoso capite nimis delicatum!
ò me nimis dissimilem meo Domino! Adeò mentem
intimam cogitationes hæc penetrarunt, ut Elisabetha
jam ægrius respirare, pallorem in ore trahere, animo
linqui, humi demum defectis viribus collabi. Nec prius
ad se rediit, quàm gelidæ aspersione fuisset recreata.

Una hæc regia mulier altiùs aliis videtur cepisse, quis
cultus corporis eos deceat, qui Christi disciplinam pro-
fiterentur, regi crucifixo auctorati. Elisabetham reginam
sibimet irascens intuemini vos expoliti pavones, culti-
ssimæ imagines, vos pompæ ferula, quibus nil magis
cura est quàm speculorum, anulorum, inaurium, stro-
phiorum, cycladum & hujusmodi nugarum vanissima
supellex. Vobis, ò mundiuli, sordant, vobis nent, vobis
texitur Belgæ, vobis Persæ, vobis Seres, vobis Indi, vobis
Tyrius murex natat, vobis fragrans bacca hispidis pen-
det arbusculus, vobis oves Britannicæ albicant, vobis In-
dica sandix rubet, uterque vobis sudat Oceanus. Eò uf-
que decrevit apud vos virtus, crevitque superbia, ut jam
pudor sit imitari sanctissimos viros feminasque, Nor-
bertos aut Elisabethas: jam optimis contemptis abite
placet post pessimos: sed nec Augustum Imperatorem
in vestitu frugalem protus & sobrium sequi lubet, sed
Cajum & reliquos, quorum nec civilis unquam, nec vir-
tilis, nec Romanus certè, ne chumanus, sed infans, &
nunc femineus, nunc divinus, ab omni autem parte pro-
fus atque monstrificus cultus fuit. Hoc societas est vi-
tiorum, & novæ cupiditati inhærentium oculorum,
perque varios illecebrarum motus volitantis animi: sic
virtus arteritur, sic animi corporisque vires expugnan-
tur. Qui exemplis vult vivere, ne periculosa sit imitatio,
honestissima sectetur.

C A P V T X.

Cultus Corporis quantorum malorum causa sit.

Cultus corporis nimius, non solùm peccatum est,
sed multorum malorum vel causa vel effectus, &
argumentum est. Peccatum esse arbitratur Gregorius:
*Nemo, inquit, existimet in luxu & studio pretiosarum vestium
peccatum deesse: quia si hoc culpa non esset, nullo modo Domi-
nus Ioannem de vestimenti ipsius asperitate laudasset: si hoc cul-
pa non esset, nequaquam Apostolus feminas à pretiosarum ve-
stium appetitu compesceret, dicens: Non in veste pretiosa. Isaias
sanè Hierosolymorum urbi inter graviores culpas, & in ead.
hoc opprobrians: Et ornasti, inquit, te regio unguento, &
multiplicasti pigmenta tua. Christus ipse hanc circa cultum
corporis, sollicitudinem & curam manifestè damnans:*

*Cultus
corporis
nimius
peccatorum
& multorum
malorum
causa est.
Homil. 6. in
Evang. &
hemil. ult.
1. Tim. c. 2.
vers. 8.
Isaiæ c. 57.
vers. 9.
Nolite*

*Epist. ad
Nepot.*

*Tom. 4. l. 2.
de ferm. Do-
mici c. 12.*

*Ellia. lib. 9.
var. hist.
cap. 35.*

*Marci. lib. 2.
epigram. in
Pannicum,
Epist. 29.*

*Epist. ad
Rusticum
mon. qua
incipit.*

*Vitali Chri-
stiano seli-
cium.*

*Isaiæ c. 47.
vers. 1.*

*Lib. de vir-
gin.*

*Ezeli. cap. 9.
v. 8. & 9.*

*Epist. c. 14.
vers. 16.*

*Lib. adver-
sus Helvi.*

*Ser. tom. 7.
Novemb. 19.
c. 7. p. 447.*

*1. Tim. c. 2.
vers. 8.
Isaiæ c. 57.
vers. 9.*

Math. c. 6. Nolite, inquit, solliciti esse, dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operemur? Et de vestimento quid solliciti estis? Idolorum hoc est non fiducia. Hac enim omnia gentes inquirunt. Quod quid aliud est quam ordinem retam turbare, & rei vanissimam curam divino cultui anteposere? Primum quaerite regnum Dei. Quod si Deo displicet sollicitudo circa necessaria, quanto magis curiositas circa superflua? Atque, si quidem theologos audiamus, peccatum erianim letale est, si quis corpus eo animo colat, ut ad libitum spectatores pertrahat: aut si propter cultum huius ite seipset extollat, ut alios despiciat, salutem aliorum nihil pendat; nec curet perniciosum exemplum proderet: aut si quis alios ideo suppilare, debita non solvere, elemosynam non erogare, aut alia aenum ratione ob corporis ornatum gravius delinquere non detrectet. Neque Deus in his puniendis tardus videtur. Praetertax matrona nobilissima, cum Eustochium virginem, conjugem Hymenio etiam iubente, ad sui saeculi lasciviam venustatem componeret, manus arefactae sunt, evidenti vindicta Numinis. Et ubi per quietem monita; necdum ornatrix manus a virgine abstineret, vincere cupiens & virginis propositum, & matris desiderium: eu tibi, quinto post mense, miserabiliter & praemarturo interitu sublata est. Huius rei narrationem Hieronymus in haec verba concludit. Sic gemmas & pretiosa ornamenta Christus despondit. Vestissimum in hac causa, quod de alia quapiam Cyprianus affirmat: Tormenta paucorum, exempla sunt omnium.

Leff. de Iure & Iust. l. 4. c. 4. dub. 14.

Epist. ad Leitam de insit. filia.

CAUSSA cur Deus tam severe puniat superfluitate in vestibus.

1. Exterior cultus corporis animi neglecti certum est indicium. In 2. pol. ad Cui. abb. & si per Misius &c. Hum. 18. in epist. 1. ad Corinth.

Lib. de disciplina & habit. virg. med.

Maer. lib. 2. Satur. cap. 5.

GERAR. Quid causa est, haec minuta sic puniri a Deo? **POI.** Causam rogas, & minuta vocas? Expecta sis, & grandia dices, & causarum satis. Has ad digitos numeremus.

Prima: Exterior hic cultus corporis, animi neglecti pene certum est indicium. Uti avis a pennis noleat, sic homo a veste. Dilucide Bernardus: *Quantum amplius, inquit, corpus foris propter vanam gloriam componitur atque ornatur, tanto interior anima sedatur & sordidatur. Non ita curaretur corporis cultus, nisi prius neglecta fuisset mens inculta virtutibus.* Chryostomus: *Difficile est, inquit, difficile, & dilecti, fortasse autem etiam fieri non potest, ut sic ornato corpore, simul quoque ornatur anima, sed necesse est, ut si alterutrum curetur, alterum negligatur; non est enim ejusmodi corvi natura, ut simul fiant.* De Paula non minus sancta quam nobili matrona Hieronymus: *Si vidisset, inquit, comptiorem aliquam, contraxione frontis & vultus tristitia arguebat errantem, dicens: Munditiam corporis atque vestitus, anime esse immunditiam.* Venuste & graviter, ut solet Ambrosius: *Neglecta, inquit, decoris cura plus placet, & hoc ipsum quod nos non ornamus, ornatus est. His subscribens Cyprianus: Scribimus, inquit, & purpuram induit, Christum induere non possunt: auro & margaritis & monilibus adornatae, ornamenta cordis ac pectoris perdiderunt. Quis non id execretur & fugiat, quod alii fuerit exitio? quis id appetat & assumat, quod ad necem alterius pro gladio fuerit & telo? &: Nullarum ferè pretiosior cultus est, quam quarum pudor vilis est.*

Ita corporis cultus, animi parum culti signum est. Nec id veteres noscuerunt. Philippus rex Macedo quenadam ex Antipatri familiaribus in iudicium subscellia extulit: verum ubi eum, nescio quo furo barbam & capillos tingere reficivit, officio movit, & causam hanc dedit, eum in rebus gerendis non videri dignum cui fidatur, qui in capillis fidus non esset. Augusto Imperatori, convivorum & vestium luxus, aegrotantis Reipublicae signum fuit. Hic idem Imperator licentiose vestitu filiae graviter offensus, cum illum postero die, veste mutata vidisset: *Quantum, inquit, probabilior est hic cultus tam honestus in filia Augusti! Hanc ob causam Augustinus: Verus, inquit, ornatus Christianorum, non tantum nullus fucus mendax est, verum nec auri quidem vestigium pompa, sed mores*

A boni. Ergo, plerumque ubi corpus sic nitet, squalet animus. *Omnis gloria eius, filia regis ab intus.*

GER. Ne tamen, Polychroni, tot honestissimas feminas in turbam earum coniciamus, quas parum laudavimus, feminae factum audi prorsus illustre, nec ab antiquo saeculo petiturum. Hoc ipso anno nobilissima matrona, non sanguine tantum & opibus, sed & ingenio florens, novum vestimenti genus invenit tantae concinnitatis & elegantiae, ut omnium oculos in sui spectaculum raperet. Mirabantur aliae feminae, non solum vestis pretium & artificium, sed tantam ingenii felicitatem, quae hoc artificii reperisset. Palla erat perquam spatiosa & purpurata serica; hanc acu pinxerat ex auto tres Phrygiones, qui annum & amplius huic vesti assiduum operam impenderunt. Ad cycladem hanc seu pallam, quam dixi, additus est thorax feminae habilis, ex eodem purpureo serico, aureis filis pariter pictus. Primo autem die quo hanc vestem matrona illa induit gerebat, observavit nimium in se oculos convolare, timuitque ne aliae atque aliae novi artificii curiositate ductae, imitari vellent quod vidissent, peterentque ejus conciliandae modum sibi didicari. Itaque ne facere rogaretur quod recusare vix posset, hortante vehementer conscientia, omnem hanc imitationem maturè praecavit. Ergo vestem illam, unico die spectatam & semel exutam, nunquam induit amplius, sed pio consilio, quod superbia fuerat instrumentum, religiose liberalitatis & elemosynae ornamentum esse voluit, & illum omnem mundum Mariae Magdalenae in templo quodam obtulit facravitque. Porro ex hac una tam pretiosa veste, altari sacrum frontale seu pallium, sacerdoti sacrificantis indumentum, calici velum, libro missali tegumentum, sanctissimae Eucharistiae amiculum consecutum est. En, Polychroni, etiam feminae in triumphum ducunt superbiam. **POI.** Utinam, quibus luxum illum sectari placet, norint & hanc frugalitatem suisque victoriam imitari. **C** Sed causam alteram addo.

S. II.

Altera causa: Vestimentorum luxus, non tantum animi corrupti est index, sed & corruptor, fons, origo malorum multorum. Apertè Chryostomus: *Nunc autem, inquit, multa etiam alia mala nascuntur ex nimia ornandi sui cura, manifesta suspiciones, sumptus intempestivi, blasphemiae, avaritiae, & plura habendi cupiditatis occasiones.* Testem locupletem addo Tertullianum: *Quid alteri periculo sumus, inquit, quid alteri concupiscentiam importamus, nescio an impune abeat, qui alicui fuerit causa perditionis. Perit enim ille simul in tua forma, si concupierit, & admisit jam semel in animo quod concupivit, & facta est tu gladius illi.* Ea causa divus Antoninus Florentinus Archiepiscopus, feminas petulantiore habitu, velut illicium diaboli, in templis non ferebat. Appositè quaerit Chryostomus: *Quid enim ornaris, dic quaeso? ut viro placeas? Igitur domi hoc facias. At verò contrarium fit, incultior domi, foras prodis cultissima. Utinam hic tam modestè peccaremus; ut culpa se domi contineret. Sed malum hoc publicari vult, ut pluribus noceat, quo plurium oculis hanc vanitatem ingerit. Quis eam quam nulli ostenderet, induit purpuram? nemo oculis suis lautus est, sed alienis. Hic implendis, aut saltem in admirationem rapiendis, tot hominum omnes pene cogitationes laborant. Hoc mihi nemo persuaserit apud hos comprulos multum profundae, aut pie cogitationis reperiri: prima virtus, quae apud hos exular, notitia sui est. Et sicut ligno putrido inani vermes, lignum magis corrodunt: sic è superbia, vanitate animi, cupiditate oculorum, superfluo cultus, & vestium luxus nascitur, idemque post luxum superbiam auget, erigit, consummat. Ab artifice diabolo sunt haec irritamenta, quae de proximo curant lasciviae mercimonia, & obstre-punt pudicitiae disciplinis. Hinc illa Laconum severa lex, cuius servandae curam gerebant Ephori (supremus magistratus)*

Psal. 44. vers. 14.

Anno 1624.

Lib. de fem. 6.

Carolis Scribae in Anro. tit. 5.

1. Disputatum reposit. Sur. in v. 6. Pelagii. Eberhart. Respondeo. cum Tert. lib. 1. p. 37.

Hemil. in epist. ad Coloss. Lib. de cultu.

Sur. tom. 3. in vita illius.

In Evang. Ecce nos & lignum seminum &c. multum in se fuerit.

Epistol. in cap. 11.

Elia. lib. 1. c. 2. h. cap. 7. gistratus)

gistratus) ut quotidie obirent inspectiones vestimento- rum, si quid in illis fortè à decenti iustòque ornatu alienum inveniretur. Eandem ob causam apud Syracusanos lege cautum erat, ne mulieres auro, veste floridâ, contextu purpureo uterentur, nisi quæ pudicitiam vulgassent, ne quis etiam vir supervacuâ veste modum excederet. Factum bonum: nam si Tertulliano credimus, pudicitia non tantùm in carnis integritate, sed & cultus simplicis munditiæ consistit. Non minùs præclara lex illa veterum Francorum, quàm totidem verbis exscribere non piguit. Hæc est:

Nemo pluris vendito aut emitto, quàm sagum optimum & duplum XX. solidis: simplex X. Vinus autem minoris: Roccum Martimum seu Lutrinum optimum XXX. solidis. Sismysimum optimum X. solidis. Qui secus faxit XL. solidis multator, & delatori XX. solidos exsolvo.

GER. Prisca hæc sunt, & ad Evandri matrem pertinent. POL. Ergo etiam nostri sæculi vis specimen? Antverpia Europæ oculus, inter plurimos laudum titulos, hunc quoque tulit à suo encomiastâ, qui de nobilissimâ hac urbe: *Magna, inquit, ubique majestas oculorum, incessus, oris, vestium: in quibus nihil quod libidinis negotium curet. Nulla hic in Antverp. purpura multo saturata conchylio, intexta auro, coloribus distinctis, aut sanè non nisi perquam rara. Plurimum pullâ veste gaudent, & respondet innata morum gravitati & modesties vestitus enim pudoris prænuntius est, nam mores ferè habitus prænuntiat. Gravitate ergo hîc & quamdam maturitatem sapit, nihil leve, nihil quod matronalem, nihil quod virginalem pudicitiam dedecet. Itaque honestatis exempla non defunt, sed imitatores.*

§. III.

Tercia causa: Dispendium temporis, quod corporis cultum sequitur. Notum illud Comici: Dum moliantur, dum comuntur, annus est. Sanctus Nonnus Heliopolitanus Præsul, cùm videret Pelagiam, mulierem vulgarem ad unguem undèquaque gemmis & auro cultissimam, fortè tum transeuntem, in ejus contemplatione aliquantulum oculis defixus, dein ad circumstantes versus: Et quot, inquit, horas putatis hæc mulier expendit, dum se in cubiculo comit, lavat, ungit, componit, ornat, dum se omnium oculis quàm exactissimè polit? & nos quantillum temporis, neque id sine nauicâ, infumimus, ut Deo placeamus? Cùm dicto in lacrymas & preces solutus est. Et certè à Deo hoc impetravit, ut Pelagia eximpurâ, in castam & pudicam mutata, longè aliter finiret quàm cœperit, vitæque pessimæ clausulam optimam apposuerit.

O temporis jacturam irrevocabilem! quanti horulam emerent vel unicam ad inferos dejecti? & nos tot horas optimas prodigentiâ pessimâ perdimus magis quàm vivimus. Bernardi querela est æquissima: *Tempore nihil esse pretiosius, sed eo nihil aut vilius haberi, aut pejor expendi. Transcunt, inquit, dies salutis, & nemo recogitat: nemo sibi non reditura momenta perisse causatur.* Cùm te verâ tamen dispendium temporis vel modicum, damnum sit gravissimum, damnum irreparabile, nec ullo auro reconciliandum. Crede mihi, Gerarde, si cultus corporis aliud malum non inureret, nisi hanc temporis amissionem, nullo censu sat æstimandam, dignus esset utique quem modis omnibus detestaremur. Thomas Morus ille martyrum æmulus & Angliæ gemma, litteris & pietate clarissimus vir dicere solebat: *Quam plurimos in hac vitâ ex labore infernum mercari, cuius vel dimidio calum lucrati fuissent.* Cùmque hic ipse vir sanctus interveniret virgini ad speculum stanti, quæ multo cum labore, nec sine dolore comas nodo coquebat, & tunicam, quo gratior videretur, arctissimè stringebat, tam festivè quàm sapienter interpellans: *Nisi Deus, inquit, tibi pro hoc tuo tanto labore infernum reddat, magnam tibi profectò injuriam faciet.* Ita est; hi tales labores malo otio peiores sunt, nam & temporis pretium auferunt, & pestem afferunt, non unius vitii.

A Alexandriam contenderat * Pambus eremita, ab Athanasio Episcopo accitus: occurrit in viâ mulier sumptuosius ac delicatius ornata, quæ omnium oculos in sui spectaculum flexerat. Hanc ut Pambus tacito stupore confexist, attonito similis hæsit, uti Nonnus, & protinus in lacrymas iit. Rogantibus sociis, quid hæc lacrymæ sibi velint? Duplex mihi causa flendi, respondit: una, quod videam hanc mulierem sibi aliisque exitio esse: altera, quòd ego ah neutiquam tantum studii ac curæ adhibeam, ut mihi prosum & Deo placeam, quantum femina illa, ut sibi obicit & Deo displiceat. Certè hoc paulò aliquid supra dementiae malum est, fatigari in suam perniciem. Apage sis hunc impium laborem, si non possim corpus colere, nisi velim tempus perdere.

§. I V.

Q Varta causa: Cultus corporis non alium ullum aut fructum quærit aut finem respicit, quam *vanam gloriam.* Sæpe plus expendimus ut oculos pascamus quàm ut ventrem. Verissimè Seneca: *Non sunt, inquit, homines ad popinam dentibus, & ventre, & ore contenti, oculis quoque gulosi sunt.* Nec ille inscitè dixit: Mundum esse animal mirabile, quod majores habeat oculos quàm ventrem. Ergo, ut oshominum mereamur, oculis place- re cupimus, & ut laudatores habeamus, spectatores ambimus, & tum deum operæ pretium fecisse credimus, cùm voces illas audimus: En, quàm scitè, quàm eleganter, quàm venustè vestitus est! en hominem ad omnem gratiam excultum! Nimirum tanti est Deum lædere, ut ab homine lauderis. Quâ unâ re uti nihil in se vanius, ita Meo judicio liberalissimè despicit, qui ob cultiores vestes vult aut ditior, aut doctior, aut ceteris dignior videri: quasi verò equum phaleræ faciant generosum, aut quali verò interior domus ideo speciosa sit, quòd foris magnificè se specie ostendet. Helenam olim pingebat unus aliquis è tironibus Apellis, eamque picturam auro liberaliùs, quàm artis erat, obduxerat: vidit hoc magister, & istud pingendi compendium minimè probans: O adolescens, inquit, cùm non possis pingere pulchram, pinxisti divitem. Tales sunt qui ab exteriori corporis cultu formam sibi quærunt, & nescio quod nomen vel auctoritatis splendorem venantur, simillimi templis Ægyptiis, de quibus eruditè Clemens Alexandrinus:

Apud Ægyptios, inquit, templa, porticus, vestibula ac luci magnificè instructi, & atria multis columnis cincti sunt. Parietes autem lapidibus externis & artificiosè depictis resplendent, ita ut nihil desit. *Ædes enim auro, argento & electro collucent, & ex Indiâ ac Æthiopiâ variis fulgentibus lapillis, adyta verò intextis auro adumbrantur peplis. Sed si penetrabilia templi ambitus subieris, & ad ejus quod præstantius est, spectaculum properans, imaginem quæ templum habitat, quæferis, non invenietur Deus qui quærebatur & expectabatur sub tanto apparatu, sed felis, vel crocodilus, vel serpens indigena, vel aliqua ejusmodi bellua, quæ templo quidem est indigna, sed antro speluncæ, ac cæno magis congruit. Ita nostrum, velut templum, variam sibi venerationem adsciscit à crine, à pigmentis, à veste, filie eorum*

sed Deum intus quære, hujus ædis incolam, & reperies animam ignorantem, indoctum, rudem, pusillum, abjectum, sordidum, impurum. En crocodilum, en selem, en colubrum, in cultissimâ domo habitantem. Vir magnus & eruditus (nuperrimè mihi narratum) juvenem cetera cultissimum, sed indoctum & Romani sermonis penitus ignarum latine instituit examinare. Hic misero nec vox erat nec sensus. Cùm cantharo & poculis loqui didicerat bonus juvenis, non cum vitis doctis: Bacchum noverat & Cupidinem, non Musas, ita vel pice magis mutus stabat, & ne omnino feriretur, terram pede terebat.

Lib. de cult. fem. cap. 1.

Carolus Scribanus in Antverp. lib. 5.

3. Dispendium temporis. Sen. in vitâ & Pelagia. Hierobert. Respondeo. in vitâ Patrii lib. 1. p. 377.

In Evang. Ecce nos reliquimus emolus, & modicum an- te faciem.

Stepleton. in vitâ Mori. cap. 12.

* Alii, Pamm. n. Ruffin. Aquil. apud Respondeo. num. 164. Duplex causa cur Pambus eremita hæverit dicitur occurrisset mulier delicatius ornata.

4. Fructum alium non quærit quàm vanâ gloriam. Nat. ag. l. 3. cap. 18.

Uti laude hominis nihil in se vanius & divinæ legi repugnantius.

Lib. 3. pag. dagog. 4. 2.

Psal. 143. vers. 12.

rebat. Ubi hominem vir ille doctus tam amulum vidit Pulchra est, inquit, bestia; sed dolendum, eam nil didicisse quam superbire. De hoc tali homine verissimè dixeris: ò pulchram statuam, modò ei cerebrum non deesset! ò plumbeum gladium in aureâ vaginâ! ò elegans templum, sed in quo ignorantia pro deâ colitur!

Lib. de villi. condit. hum. Laert. lib. de vit. Phil. cap. 2.

Innocentius Pontifex hoc ipsum sapienter adstruens: Quid, inquit, aliud est pretiosior ornatus, quam sepulchrum foris dealbatum, intus spurcitur? Cræsus rex Lydiae regis ornatus, sublimi folio residens, Solonem interrogavit, an pulchrius unquam spectaculum vidisset? Vidi, respondit, in gallis gallinaccis, phasianis, atque pavonibus. Certè pavones sumus; spectari volumus, & ab hoc spectaculo quod aliis præbemus, laudari. Xantippe olim, Socratis uxor, lautius se vestierat, à marito causam ejus rei interrogata, respondit se spectatum prodituram, ò mea conjux, inquit ille, non ut spectes, sed ut specteris, sic vestiris. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes (ostenduntur enim istæ res, non possidentur, & dum placent trans-

Eccles. cap. 1. vers. 2.

Tho. Mortis viop. lib. 2.

eunt) vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Et quid vanius iis hominibus, qui quò meliorem habent togam, eò sibi meliores & ipsi videntur. Quà unâ in re bis errant, neque enim minùs falluntur quòd meliorem putent togam suam quam quòd se. Cur enim si vestis usum spectes, tenuioris filii lana prætat crassiori? At illi tamen tanquam naturâ non honore præcellant, artollunt cristas, & sibi plus pretii credunt accedere ab ornatu, honorè quem vilis vestiti sperare non essent ausi, elegantiori togæ velut jure suo exigunt, & prætermissi negligentius, indignantur. Vanitas vanitatum! Et hanc Anglus quispiam non è plebe, tam festivè quam opportunè oculis subjecit. Londini in Angliæ metropoli moris est, ut cives primarii, præsertim exdecurationes, statis diebus apud Prætorum urbis prædeant, etiam invocati. Ad has ergo Prætoris ædes, civis honestè quidem, sed non delicatè vestitus venit, cum ceteris prænurus. Verùm à janitore, velut eò còtu indignus, repullam tulit: ille causam erroris facillè addivinanus, domum redit, vestem mutavit, struictius processit, & priorè aditum de novo tentavit. Jam notus, jam gratus hospes admittitur, accumbit, prædat. Prandio expirante, & ceteris gratiarum actionem parantibus, ille togam sibi detractam imponit mensæ, & observantiâ singulari venerabundus, suæ vestis ob prandium illud gratias agit amplissimas. Aliis insolentiam facti mirantibus, sui consilii rationem memoravit cum risu & applausu omnium. Vanitas vanitatum! quæ nos gloriæ sed vanæ, sed stultæ facit mancipia. Pulchrè Chrysolomus: Gloriantur, inquit, in re quam vermes & gignunt, & perdunt. Notti, Gerarde, aves in nuptiis Aquilæ indignissimè rulsisse, upam avem pastu aliâ obsecnam, tamen ob versicolores pennas & plicatilem cristam ceteris præferri. Non minùs stultum est laudare vel honorare quempiam, ob vestem potiùs aut

Homil. 3. in epist. 1. ad Timoth.

Hermannus Buschius.

formam, quam virtutem. Hinc ille non immeritò in suas ipse vestes sæviit, quamvis ridiculâ crudelitate. Expertus is fuerat sibi in obsoletere togâ ad forum descendenti; honorem illum minimè deferri, qui tamen in nitidâ veste prodeunt, magno ceremoniarum apparatu deferrebat ab omnibus. Idcirco cum è publico domum rediit, vestem humi abjectam pedibus calcans: Esne tu honoratus ille vir, inquit, an ego? tibi ne honor iste tribuitur, an mihi? Vanitas vanitatum, & omnia vanitas!

S. V.

Numos dissipat & rem domesticam frangit.

Causa quinta: Vestium luxur & numos dissipat, & rem domesticam frangit. Pecuniæ comparcere difficile est, ubi tam multiplex imperium jubet effundere. Crumena sæpius hier necesse est, ubi corpus studiosè ornari cõperum est. Jam hoc, jam illud deest, aut certè deesse fingitur, modò istud, modò aliud argento pen-

fundum. Res tam nota, quam mira est, neminem ege- Nemo e- num esse, cum superbiæ negotium agitur. Petunt pau- genus cum peres? non suppetunt numi. Corpus ornari postulat? superbiæ jam abundamus. Opem pecuniariam rogant amici? negotium jam pridem ipsi egemus. Nova vestis committenda est? agitur. jam turget marsupium. Opificibus merces solvenda est? differri hoc potest in aliud tempus. Novum collarium genus repertum? simile quamprimum conficiatur. Necessarium quid domesticis emendum? expectent; pecunia deficit. Nuperus & novitius corpori cultus parandus? paretur; superest loculis quod dent. Ita paupertatem nunquam pejus odimus, quam cum vestium nitore adversum it. Tunc opulenti sumus, cum sumptus faciendi in corporis lenocinium. Jure Bernardus queritur: Inveniunt curiosi quo delectentur, & non inveniunt miseri quo sustententur; cum periculo animæ acquirunt, unde oculos hominum delectent. Neque hîc fornicidamus nomina facere, & æs alienum cogere, modò vestis splendeat, quisquis nomina expungat, aut ære alieno nos levet. Fit quandoque ut quis in veste se jaçter quam adhuc factori & mercatori debet. Neque injuriarum agi posset qui accederet & moneret: Heus tu, hæc vestis nondum est tua, quid te in alienâ vendis? tuus creditor suam appellat. Et quam turpe est corniculæ plumis non suis superbire? Sed ea est libido quorundam sumptuosè se vestiendi, ut nullas expensas seu suas seu alienas verentur. Hinc monstra illa & prodigia: Nero nullam vestem bis induci: Heliogabalus gemmas ab optimis artificibus sculptas in calceamentis ferebat, quæ nunquam iterabat; sed necliteamen lorum unquam attigit, mendicos dicens qui lotis uterentur. Nec nostro ævo talium monstrorum inopia est. Gualterus Rajolæus ille apud Anglicanam Cleopatram nimis gratiofus homo, visus est in aulâ crepidas gestare ita gemmis distinctas, ut 6600. hoc est, sex millium sexcentorum aureorum & amplius æstimarentur. Ante annos non adèò multos, cum feminarum symmata etiamnum in usu essent, sed minimè laudabili. Comitissa quædam in materiam unius hujuscæ symmatis, florenorum duo millia & quingentos, opifici verò in manu pretium & pro opere faciendi centum quinquaginta florenos numeravit liberali manu. Sunt, quibus fortunas omnes veste-bajulare ac deterrere pulchrum est, tantâ stultitiâ contemnere audent opes, qui jaçtant; qui gerere malunt quam possidere. Sic aliquibus omne in ornatu patrimonium est. Et eò jam luxur vestiumque pretia excreverunt, ut quo vestitu olim Comites, Marchiones, Duces usi fuerunt, illo nunc novi homines & infimæ nobilitatis viri feminæque utantur; & qui antea nobilium erat habitus, is jam plebeculæ & mechanicis vix approbetur. Hinc pretia rebus sic inflammantur, ut jam inter maximos sumptus numeretur, 1161. Verissimè Satyricus etiam de nostro hoc ævo:

Hic ultra vires habitus nitore, hic aliquid plus Quam satis est: interdum alienâ sumitur arcâ. Commune id vitium est, hic vivimus ambitiosâ Paupertate omnes

Quando ergo Principes suum famulitium splendore & sumptu vestium ægrè superare queunt, rectissimè sapiunt, qui sumptuosissimum hoc certamen detrectant, & quos luxur nequeunt, vincere conantur modestiâ. Olim qui mollibus vestiebantur, in domibus regum erant. Desierunt jam ista sæcula, aliis nunc moribus vivitur. Etiam in tabernis, tuguriis, casis sunt qui mollissimè vestiantur, qui que potiùs sordidè & parèd cœnare, quam minùs sumptuosè vestiri velint: multi malunt male esse, modò bene & opiparè vestiantur; adèò etiam gula multum superatur à superbiâ. Mirum! faccus optimo tritico referus, trioboli fune stringitur, saccus nonster, corpus nostrum immunditiis plenum, non tam vestimentis quam ornamentis sumptuosissimè vult cingi. Vociferatur

Amica cap. 1.

6. Sine modo et nec sine inventi. Nuntium sui ornari di studio est pejus vitium cœtate

Lib. II. cap. 11.

Invenal. satyr. 3. vers. 180.

Amos cap. 6.
vers. 1.

Vociferatur Amos Propheta: *Va vobis optimates, ca-*
pita populorum, ingredientes pomptuè domum Israël. Quan-
tis hodie clamoribus ageret vates, si cerneret quo appa-
ratur, quantà pompâ, non optimates solum, sed & è
plebe uterque sexus in templa sese inferret. Numen
suppliciter exoraturi, quantâ possunt ostentatione in
aedes sacras, velut ad choream conveniunt; ad divinum
cultum properant, sed ut suum ostendant. Num hoc,
Gerarde, mores Christianos sapit? Theophylactus velut
templi custos, comptorem feminam examinans: An
saltatura, inquit, ad Ecclesiam pergis? nunquid hic nu-
ptias & lascivâ oblectamenta conquisis? num ut tui
spectaculum præbeas advenisti? Non iste supplicis est
habitus, accessisti ut Deum pro peccatis tuis depreceris,
ut cum gemitu & lacrymis veniam petas; quid te ipsum
ornare improbo & intempestivo studio contendis?
Profecto hæc curæ nec domos ditant, nec templa or-
nant; illæ sumptibus exhauriuntur, hæc levitatibus &
petulantis implentur.

§. VI.

6. Sine
modo est,
nec finem
invenit.
Nimium
sui ornand-
i studium
est pejus
vitiis
obscietate.

Causa sexta: Ostentatio hæc vestium sine modo
est, nec finem invenit. Quod præclare docuit Cle-
mens Alexandrinus: *Ebriosum esse, inquit, & vinosum, est*
sunt magna vitia, non tamen tanta, quantum est nimium sui
ornandi studium. Mensa plena & frequentes calices satis sunt
ad implendam ingluviem. At qui auri, purpure & gemma-
rum nimio studio tenentur, vis nec quod super terram, nec quod
sub terrâ est, aurum susceperit. Dum ergo cupiditatis limi-
tes sibi non constituunt, in impudentiam impingunt.
His enim opus est & theatro, & pompâ, & spectatorum
multitudine, & errore in sacris, & diurnâ morâ in
riviis, ut sint manifesti omnibus. Ita vitia nec finem
habent nec modum, jurâque ludere impendiis, & lu-
sus hos geminare, dum quotidie aliquid novitatis sum-
ptuosius adjicitur. Linum aut byssum patriam pridem
fastidimus, peregrinam quærimus. Belgicam aut Bata-
vam quantovis pretio mercamur. Mulsus quo. chiro-
thecæ aut vestes imbuendæ, ab ultimâ Thule & terræ
finibus apportetur necesse est; omnia vicina & quæ vi-
loris pretii sunt, sordent. Sic earum vestium summa
commendatio est; quarum odor invitet etiam aliud
agentes. O Gerarde, malè olet quidquid carnem olet,
etiam si moschum oleat. Sed & hoc spectamus in cultu
corporis, ut is plus artificio debeat quàm naturæ, &
majus pretium sartor exigat quàm mercator, labore
materiem superante. Novi virum doctum dicere soli-
tum: A Jurisconsultis quibusdam minores sumptus fieri
in libros & Juris codices, quàm à multis feminis in
mundum & concinnitudines. Finem non invenit &
modo caret ambitiosus hic vestium cultus, qui jam
olim excogitavit, quâ ratione araneorum textura in
amicum transiret. Disserè Plinius affirmans: *Telas, in-*
quit, araneorum modo texunt, ad vestem luxuriamque femina-
rum, quæ bombycina appellatur. Telas illas raritate texturæ,
& macularum perviâ latitudine translucidas, seu vestem
Coam, cum araneorum opere confert Plinius. Sed an
non hoc extra modum est, sic vestiri quasi araneos tex-
tores habueris, & eorum retia in vestem apraris? O
quantum à loricâ discessere mores, ut oneri sint etiam
vestes! ô quàm commodè possemus vestiri esse sine
commercio Serum & exoticis his deliciis! Prudentius
olim jure querit & indignatur:

Num videt esse viros: quarunt vanissima quæque
Queis nitent: genuina leves ut robora solvant,
Vellere non ovium, sed Eo ex arbe petitis;
Ramorum foliis stuantantes sumere amictus
Gaudet, & duram scutulis persunderè corpus:
Additur ars, ut sila herbis saturata recoctis
Illudant varias distincto flumine formas,
Vt quaque est lanugo serè mollissima tactu

Tom. I.

Pectitur; hunc videas lascivias præpetè cursu
Venientem tunicas, avium quoque versicolorum
Indumenta novis textent plumea telis.

D. Hieronymus ad Lætam de institutione filiae in
eandem hanc nimiam & pellucidam mollitiam invecus:
Spernat, inquit, bombycum telas, Serum vellera, & aurum in
sila lentescens: talia vestimenta parat, quibus pellatur frigus,
non quibus vestita corpora nudentur. In Marcellæ viduæ
epitaphio ad Principiam virginem: *Solent enim, inquit,*
purpurisso & cerussa ora depingere, sericis nitere vestibus, splen-
dere gemmis, aurum portare cervicibus. Nostra vidua talibus
usa est vestibus, quibus arceret frigus, non membra nudaret,
aurum usque ad anuli signaculum repudians. At nos plerun-
que omnia nostra, bona & pulchra esse malimus, quàm
nos ipsos & animum nostrum. Vir nobilis & opulens
Aristippum * philosophum in aedes introduxit, & cit-
cumduxit quæqua verum. Varia ubique & pretiosa lu-
pellex, summus in omni angulo nitor, & accuratissima
ubique mundities. Et jam gratiæ agendæ erant ab eo
qui sic humanè fuisset deductus: cum ecce philosophus
sputum colligit, & in ipsius heri barbam jacit. Ille, quasi
conjecto in se Tisiphones angue, totus in fermento esse
& ardere irâ. Philosophus ut huic incendio verborum
lymphas affunderet: *Quæso te, inquit, ignosce, totam*
domum lustravi, nec angulum reperi qui immundior
esset hac horrente tuâ barbâ. Videbar ergo rectè factu-
rus, si in locum domus tuæ fordidissimum has oris sor-
des ejcerem. GERAR. Hic silentium rumpo, vel te in-
vito. Quanta & quàm incredibilis huic philosopho
fuerit audacia? POLYCH. Longè major est, sed teior
diabolo. Vaferrimus hic philosophus ex Orco, ubi in
homine omnia compta videt & exulta, præterquam
animum hominis, variis eum suggestionibus conspuit,
& hoc prolixè agit, ut tantò magis sordescat animus,
quantò magis nitescit corpus. Erubescat ergo seipsum
homo malum & turpem, inter res suas bonas & pul-
chras. Et sanè vestes pudori nobis sint potius quàm ho-
nori. Nam vestis apertissimum signum est, primum
omnium parentem fuisse furem. Nisi veritum malum è
paradiso sublectum fuisset, nativâ etiamnum pulchritu-
dine gauderemus. Quis verò stigmaticorum, stellantem
& cauterio inustam frontem in laude ponit? Neque ad
claudi aut loripedis gloriam facit, ligneo pede gradi vel
argenteo, cum defectus fulcrum sit, non argumentum
roboris; neque est quod scabiosus triumphet, si scabiam
panniculis nitidioribus velet. Et quid agrotus cataplas-
matum aut medicamentorum copiâ superbit? Quid
ergo nos vestes notissimi furri argumentum inter de-
cora nostra numeramus? GERAR. Ar vestes ornant
nos. POLYCH. Hoc laudis esset, si nos illas ornaremus.

§. VII.

Causa ultima: Jactura nominis & famæ. Nos lau-
dem aucupamur ambizioso habitu; plerunque nominis
contra sit, & vituperium reportamus, aut in suspicio-
nem sinistram venimus. Rex Ochozias, nuncios suos ad
se redeuntes interrogavit, cur spe citius reverterentur?
At illi remissos se aiebant à viro, qui occurrerat in viâ.
Instittit porro rex querere, cuiusnam habitus esset vir
ille qui occurrisset, & mox è viri veste colligens quis
esset: *Elias, inquit, Thesbites est, hic ipse est.* O mi Gerar-
de, si te viderint alii adeò contemptum & velur pumice
expositum, non te dicent Eliam, sed Thrafontem, sed
pavonem, sed cultam staruam. Animum nostrum refe-
ramus iis qui nos vident; defectus nostros aperimus spe-
ctatoribus nostris, eosque qui fortè nos frugales & sa-
pientes censebant, errasse ostendimus. Latentis in ani-
moso vanitatis indicium est, ambiciosior corporis orna-
tus. Quàm verò prona & facilis post hæc indicia, suspi-
cio? Salomon dum se tantopere in sui cultu occupat,
Dei obliviscitur, & sensum per tot corporis lenocinia ad-
gentium

Lib. II.
cap. 12.

7. Jactura
famæ.
4. Reg. 6. 1.
vers. 2.
Ibid. v. 8.

O O

abeſt ut veſtes tegantur, ut pæne etiam deregantur corpora, & initium alicubi jam factum eſt, ritu planè non Germano, ſed extero & inverecundo. Non fatiſ eſt pompaticæ oſtentationis curioſitatem omnium oculis ingerere, jam etiam, quæ olim velata, nudamus, & paulularim pectus aperimus. Quod quid aliud eſt quàm pudicitiam aperto Marte oppugnare? Quid hoc aliud quàm irritare cupiditates hominum jam ante incitatas? an non hoc nobile ſpecimen eſt flagitioſæ ſtultitiæ, & quæ primas mereatur? Quidquid dicas; hæc in veſte le- nocinia non ſunt pudoris tegumenta, ſed irritamenta libidinis. Luculenta hæc eſt & manifeſtaria inſania, ad mortem damnati ſumus omnes, capitis ſupplicium nemini non impendet, ex quo natus eſt: jam ducimur, in viâ jam ſumus ad ſupremum exitum, & tamen etiam- num de curioſiore cultu ſolliciti ſumus? Et quàm illud ſolers ſed grandis ſtultitia eſt, domum, quæ jam vitium facit & ruinas minatur, foris magno ſumptu depingere, intus nil opitulari ruituræ? Quid corpus, ruinoſum hoc turgurium tam exquiſito veſtium nitore, tot pigmentis obducimus? jam ad ruinam inclinæ; brevi abjicietur in tumbam, terrâ-obruendum. Cyprianus objecturo hîc occurrens: *At locupletem*, inquit, *te dicis & divitem; & utendum putas iis qua poſſidere te Deus voluit; utere, ſed ad reſ ſalutares: utere, ſed ad bonas artes: utere, ſed ad illa qua Deus præcepit, qua Dominus oſtendit. Divitem te ſentiant indigentes. Patrimonium tuum Deo ſerva, Chriſtum ciba, commenda illic theſauros tuos, ubi fir nullus eſſodiat, quo nullus inſidians graſſator irrumpat.*

§. II.

Vix credi poteſt, quantum poſt Apoſtolos viri doctiſſimi, Apoſtolorum imitatores laborarint, ut Chriſtianos quâ cultum corporis, in modeſtiæ officio continerent, præſertim cum idololatræ in eos qui neglectioſioris habitus erant, variè jocarentur & dicteria ipargerent: uti divus Hieronymus commemorat, cujus verba hæc ſunt: *Si tunica non canduerit, ſtatim illud è trivio: Impoſtor, aut Græcus eſt.* Laborandum ergo fuit ne Chriſtiani vitandis his conviciis, corpus potiùs excolerent quàm mores. Hinc Tertullianus de cultu feminarum, Cyprianus de habitu virginum ſcripſit; hinc Ambroſius, Hieronymus, aliique complures ad hanc ipſam in cultu corporis modeſtiam graviter cohortati ſunt. Sed ante hos omnes Juſtinus martyr jam olim in eas declamat, quæ arte dolosâ tentarent quod feminis Chriſtianas eſſet interdictum, atque has ita objurgat: *Vſu venit quibusdam ſeiſas ſalventibus, ut cum aperte vultum pigmentis fingere non audeant, arte id faciant. Nam in undam aut oleum facie inclinatâ deſpicentes de ſeiſis judicant, an adverſus caſtracem belligerare poſſint.* E quibus facile eſt ſcire, Chriſtianas pudicas feminas nec ſpeculo quidem licenter uti ſolitas, cum eæ, quas Juſtinus perſtringit, legem eluderent arte. Nec diſſentit Tertullianus, qui eæ pudicitia mundanarices nominat, (ſuprà expoſui) quæ conſilium formæ à ſpeculo petunt. Et quæſio quid Numinis & naturæ ordinem invertimus? Cur ſervum ornamus, ad ſpeculum comimus, & deliciis paſcimus, dum herus & imperator ſœdâ macie tabeſcit? Bernardus magna-abuſo eſt, & nimis magna, dominam ancillari, & ancillam dominari. Apud Romanos olim ſtati dies Saturnalium, quibus per ludum & jocum, jus herile ſervi occupabant: at nos Chriſtiani Saturnalia totis annis agimus, & corpus mancipium, ſuprà dominum extollimus, ut & de nobis verum ſit, quod Eccleſiaſtes notans: *Vidi ſervos, inquit, in equis, & principes ambulantes ſuper terram quaſi ſervos.* Incredible dictu eſt quàm acri penitentiæ ſtudio, quantis oculorum fontibus, illud viduarum decus Romana Paula, hanc in re culpam expungarit. Monita namque, parceret oculis, nève illos efflaret, reſpondit: *Turpanda eſt facies, quam contra Dei præ-*

Tom. I.

prum purpurifſo, & ceruſſa, & ſtibus ſepe depinxit, aſſigendum eſt corpus, quod multis vacavit deliciis; longus viſus perperci compenſandus eſt ſterus, mollia linteamina & ſerica, & pretioſa, aſperitate cilicii commutanda: qua vivo & ſeculo placui, nunc Chriſto placere contendo.

Ejuſdem animi fuit Edildrida Anglorum regis filia. Hæc extremâ ætate ſactarum virginum antiſtita, è colli- tumore magnos dolores capiebat, quos non tantum moderatè & placidè, ſed & egregiâ animi alacritate, & voluntate ſummâ tolerans, dicere ſolebat: Rectè omnino mecum agitur, rectiſſimè; quibus membris delinquimus, his punimur. Memini me juvenculam ſuper- vacuâ monilium pondera geſtaſſe collo, jure igitur pœnas expendit ſui peccati collum. Tuum hoc, ô mi Deus, beneficium auſterum quidem eſt, ſed ſaluberriſſimum: Animi pharmaca ſunt, tua, mi Jeſu, vulnera: his plagis docemur modeſtiam.

§. III.

Thomas Morus, ſidas Anglicum, ille ſupre- mus regis Henrici Cancellarius, tantò majorem meretur laudem, quantum minorem ipſe curam ſui corporis geſit. Sileo, in menſâ cum uno tantum cibi genere, quod ut plurimum bubula caro fuerat, veſci ſolium. Veſtis ei ſimplex, & tunc ſolum ſerica, cum publici magiſtratus officium cogeret. Unâ eadèmq; ſemper utebatur, niſi cum famulus mutandam moneret diceretque: Here, hodie curiam ingredimur; pauldè melior veſtis ſumenda. Ita herilis habitus arbitrium omne penes famulum erat, qui calceos, caligas, aliæque in hunc uſum neceſſaria præſtinabat. Hunc eâ de cauſâ tutorem ſuum ſolebat vocare Morus, cumque die aliquo calcis admodum attritis & pæne pertulis prædiderit, monitus eſt, veteres ſoleas novis immutaret: Et tu, inquit, meum tutorem roga, alios mihi emat. Denique in his quæ corporis curam cultumque artinebant, maluit vir illuſtriſſimus, religioſorum hominum more, alienis imperiis parere, quàm ſuo nutu agere, ſive ut animus excelſiſſimus ad hæc tam minuta non devocaretur, ſive ut principem hominis Chriſtiani virtutem, ſubmiſſionem & modeſtiam inſignius in ſe exprimeret. Verè, nuſquam in minore pompâ magnæ virtutes, quàm hîc habitarunt. Saxoniz Dux Guilielmus, honeſti habitus amantiſſimus, in aulicâ familiâ hominem habuit vetuſtæ ſtirpis, ſed mentis vanæ, & qui novitio ritu, prout nunc ferè mos eſt, veſtem gerebat. Hunc aſſatus princeps: Quoſo te, inquit, ne recuſes mihi gratificari: fartorem adi, & ex optimo panno veſtiri te jube meo ſumptu, ſed more meo, & ſciſſas has veſtes depone. At ille aliquantulum præceps & bilioſus: Et cur, inquit, illuſtriſſime princeps, non meo me arbitrio veſtiam? Et cur, ſubjungit dux, non meo te arbitrio aulâ ſubmoveam? Atque mox miſſione datâ, alium ſibi dominum juſſus eſt quærere. Non iniquum imperium, & ad priſci ævi modeſtiam attemperatum. Certè & Lacedæmonii hoſpitem Mileſium, in veſtitu ſumptuoſiorem, quàm pro Spartanâ conſuetudine, juſſerunt civitate excedere, & domi ſuæ, aut ubi demum vellet, modò extra urbem ſuam, Mileſiam exercere. Auguſtus etiam Cæſar habitum veſtitumque priſtinum reducere ſtudiit. Ac viſâ pro concione pullatorum turbâ, indignabundus & clamitans: En, ait, Romanos rerum dominos gentemque togatam! Itaque negotium ædilibus dedit, ne quem poſthac paterentur in foro circove niſi poſitis lacernis, togatum conſiſtere. Optima pudicitiaſ custodia, veſtitus honeſtas.

Epiſtetus, philoſophorum longè clariſſimus, & pæne dixerim, Chriſtianus, eleganter proſus cum juvene confabulatus: *O adoleſcens, inquit, quem viſi pulchrum face- re? Cognoſce priùs quis ſis, ac tum te ornato. Homo es, hoc eſt, animal mortale, quod viſi cum ratione utitur. Ratio verò quid*

O o 2

Eudem luxu Edildrida Anglorum regis filia expugnavit maximis doctoribus.

Thom. Sta- plei. in vita illius cap. 6. Thomæ Mori in veſtitu modeſtia.

Lib. de di- ſcipl. & hab. virg.

Ad Marcell. ep. 13.

Ad Sever. de vita Chri- ſtian.

De cult. fe- min. cap. 8. & lib. de virg. veland. cap. 12.

Eccleſ. c. 10. verſ. 7.

Paula Ro- mana acri penitentiæ veſtium luxum expugnavit.

Lib. 3. diſ- ſert. cap. I.

ſit

est: quod natura sit congruenter ac perfecte. Quid ergo eximium A
 habes? Animal? Non. Mortale? Non. Vti visis? Non. Rationem
 habes eximiam, hanc ornato & expolito, comam vero relin-
 quito ei qui illam finxit, ut ipse voluit. Et ad capitis finem:
 Sed vide quid Socrates dicat omnium pulcherrimo & elegan-
 tissimo Alcibiadi: Dato, inquit, operam ut formosus sis. Quid ei
 dicit: Finge comam tuam, vestis tuæ nitorem adde. Absit. Sed or-
 nato voluntatem tuam, malas opiniones abijce. In hanc Epi-
 ceteri sententiam præclare dixit Julianus Imperator:
 Turpe esse sapienti, cum animum habeat, captare lau-
 des ex corpore. Quod si tantopere sericum, pigmenta,
 byssum, purpuram amemus, Tertullianum sequamur,
 qui, quæ ratione hæc in laudem venire possint, ingenue
 docens: Vestire, inquit, vos serico probitatis, byssino sanctita-
 tis, purpuræ pudicitie, taliter pigmentati Deum habebitis ama-
 torem. Nec est quod quis addubitet nitidas & numero-
 sas vestes, ad animi profectum & ad cultum virtutis pa-
 rum facere. Certum est enim vanitatis aut infirmitatis
 argumentum, Pluribus indigere. Profus ad vivendum
 velat ad natandum, is melior, qui onere liberior. Cui
 pulchrum est corpus, & anima mala, bonam habet na-
 vim, sed malum gubernatorem.

§. IV.

Sed vitis facile fucum invenimus, vel quod pejus est,
 ea quoque importuno patrocinio tueri non dubita-
 mus. Passim responderi audias: Dives sum, nobilis sum,
 in magistratu sum, sponsum, conviva, paranymphus sum,
 sum juvenis. Quisquis demum sis, mi juvenis, homo es,
 lutum es; & ad te mihi nunc potissimum sermo, nec in-
 dignaberis, si cum præco pedestri Satyrico pauca ex te
 queram: Dic quæso, quod spectant flexæ pectine comæ?
 melius flebitur pervicacia: quod facies medicamine ar-
 titata? animus magis indiget: quod crines in fronte refugi,
 & in altum erecti? mens erigitur rectius: quid facit
 gemma in atticulo? si nescis, in scriptis pulchriores sunt
 gemmæ quàm in digitis: quid tot facias pedes impli-
 cant? facilius ferrent suum truncum abque his impedi-
 mentis. Aspice mihi mendiculum dispersibus & malè
 consarcinatis centunculis semiamictum, & purulentam
 manum ad excipiendam stipem portigentem. Squallent
 horrentque comæ, sine nitore vultus est, extant nuda &
 sole perusta membra; an ideo illum ex hominum cœtu
 exturbabis, velut extremum busti cadaver, velut pri-
 mum vitæ dedecus, & solum Orci fastidium? Flecte
 oculos ad longa retro sæcula; primus homo investis &
 nudus stetit suo sigulo, imò nudus non fuit, nam satis
 rectus est, quem tegit innocentia. Deinde sit nudus qui
 in ponte mendicat, an nescis tales nec à decem quidem
 palefstritis spoliari posse, & sæpe tantò minus vitiorum
 habere, quantò minus numerorum? Adde, pares omnes
 nasci, pares mori, licet quod temporis intercurrit, in illis
 purpura fulgeat, gemma niteat, aurum splendeat, alios
 vix trita regat lacerna. Nemo tamen tam nudus fuit,
 tam vilibus tectus, quàm cum nasceretur; illud momen-
 tum æquavit omnes. De morte quid dicam? Omnium
 idem exitus & idem domicilium. Corpus hoc sub qua-
 cunque purpurâ sudaverit, arefcet in pulverem; sub qua-
 cunque gemmâ suspiraverit, tenuabitur in cinerem; sub
 quocunque odore fragaverit, in nidorem putoremque
 laxabitur. Nunc ergo beatos censebis illos, qui gemmâ
 bibunt, qui in ostro dormiunt, in argentæ spondâ re-
 cumbunt, qui manus auro, cervicem monilibus onerant,
 qui delectantur catenis & vinculis, dummodo auro li-
 gentur; nec putant onera esse si pretiosa sint, neque vin-
 cula esse putant, si in his thesauri consuecent? apud quos
 & gemmæ sua habent pondera, & vestes sua habent frigi-
 gora; qui in gemmis sudant, in sericis argent, hos tu bea-
 tos dixeris? nil horum exiret mortem. Tam certâ ma-
 nus hos rapit, quàm infimæ fortunæ mendiculos. Mors
 nec blandiri didicit, nec blanditias admittere.

Madurenf. lib. 1. Apol.

Arbitro.

Omnes pa- res nascun- tur & mori- untur.

Et omniu idẽ exitus & idem domiciliũ

§. V.

Nunc, converte calamistro crines, vultum unguentis
 enubila, byssinis & hyacinthinis lænis corpus amici,
 ventos balsaminos post te traha, & quaquâ incedis, vias
 imple, idem tamen gurgustiolum fortiteris, quod homi-
 num postremissimi. Sepulchra eorum, domus illorum in æter-
 num. Specus subreptantia, ad corporis modulum angu-
 stissima, brevè tuum palatium erit. Et scilicet, mi juvenis,
 quanti bestiam ita colas comasque, cum corpus colis,
 comisque? qualem in oculis vix feras, scædum serpèrem.
 Nam audi Plutarchum & Plinium, quorum iste affir-
 matè docet è medullâ quæ tergi spinâ clauditur in ho-
 mine, serpentein enasci. Attende sis, caput integrum è
 Plinio recitabo. GERAR. Modò non longum sit. POL.
 En iterum te cepi. Hæc nostra legendi & audiendi pa-
 tientia est; sæpe nauseamus, & damnamus antequam
 audire vel legere incipiamus. GERAR. Audio, mi Po-
 lychroni, audio, tu tantum recita. POLYCH. Vix sunt
 viginti voculæ; sic Plinius loquitur: Anguem ex medul-
 lâ hominis spinæ gigni, accepimus à multis. Pleraque
 enim occultâ & cæcâ origine proveniunt, etiam in qua-
 drupedum genere. Hoc totum caput est, & dignum
 scitu: Plutarchus verò in vitâ Cleomenis hæc habet:
 Cum comperisset Ptolemæus, Cleomenem suâ ipsius
 violentâ manu trucidatum, cadaver detractâ pelle in
 crucem sustolli iussit, & cum curâ custodiri. Ponuntur
 aliquot dies in hac custodiâ, animadvertunt tandem
 milites circa suspensè caput, miræ magnitudinis serpen-
 tem reperere, & saginam sibi ex adefis artubus instrue-
 re. Incessit regi Prolomæo trepidatio, & cum eâ quo-
 que superstitione, ne fortassis innocentem & humanâ for-
 te majorem in furcam extulerit. Alexandrini quoque ad
 supplicii locum confluunt, & viperam illam per cada-
 veris caulas (ut loquitur Lucretius) liberè vagantem,
 curiosè spectant, Cleomenem heroem appellant, &
 Deorum filium. Sed crepta illis hæc mens est ab erudi-
 tis aliquot viris, qui liquidò docuerunt, è putrescente
 bove apes, ex equo vespas, ex asino scarabæos, ex ho-
 minis medullâ serpentes progigni. En, quantos thesau-
 ros vestes contegant: an non meritò pretiosæ sint, quæ
 semen tam pretiosum, nempe viperinum convellant?
 Plutarcho & Plinio fidem vix negabis: sed alium do-
 item & recentiorum.

§. VI.

Vir hoc nostro ævo nobilissimus juvenis, & qui
 Hyacinthus aliquis, aut Damocles haberi poterat,
 ob eximiam oris venustatem. At cum moriendum est,
 eximius nullus est; neque ille juvenum formosissimus
 cæcum furorè mortis tam eleganti & luculento vultu
 à se abstinuit; moriendum fuit. Hic locus induciarum
 nullus est. Venit ergo ad extrema in ipso ætatis flore,
 & dum nasceretur hæc rosa, consenuit. Adfunt cognati,
 lectum sepeliunt, diversa plorant, precantur multa, illud
 tamen maxime, uti posteris vultus sui vel sic exhausti &
 pallecentis effigiem velit non invidere. Ita rogant om-
 nes, hoc sibi monumentum relinquere non gravetur.
 Surdus est æger ad has preces (uti olim ad similes
 fuisse dicitur Agesilaus) hoc solum illis annuit, ut post-
 quam plufculos dies cum matre suâ Terrâ fuerit, sepul-
 chrum aperirent, & eam quam tum reperirent formam,
 penicillo excipi ac depingi curarent. Maluissent equi-
 dem cognati obsecrationem suam non repudiari, pon-
 dus tamen & momentum habuit apud illos hæc juvenis
 jussio, quia extrema. Faciunt ergo ut iussit, extinctum
 terræ inhumant, certòsque dies, uti edixerat, expectant.
 Tandem urnam pandunt; sed heu quàm fœdè muta-
 tum offendunt! illam paullò antè venustissimam faciem
 certatim vermes lacerant, diaphragma seu dorsè spinam
 aliquot serpentes occupant; macellum dixisses è quo
 carnes

Amor e- pois in tantam mentiat excreci- ur mali- mus per- te, quã non serv- corpori.

Feminariũ cœpitus etres infi- ræ ob- servatio- ni.

carnes emērent esurientes colubri. Horrent consanguinei tanquam ad revelatam Persei parmam, & pæne lapideo frigore obrigescunt, nec jam vel oculis vel naribus viciniore esse sustinent, & quia id morienti datis dextris promiserant, fidem verentur fallere, Pictores ergo adducunt, qui juvenem non juvenem sed sepulchralem larvam depingat. Extat adhuc hodie in illustri Germaniæ loco lacrymanda hæc effigies, quæ ut ætatem ferret, saxo etiam incisa est.

Amor corporis in tantam demerentiam excrevit, ut malimus perire, quam non servire corpori.

Etiannum dubitamus, cui impendamus servitium & cultum, cum corpus colimus? Sed amor corporis ad illam subinde demerentiam excrevit, ut malimus perire, quam non servire corpori. Et ut lignum, occultata teredo consumit, sic animum vitiat paulatim & exedit ignava & se unam contemplans luxuries. Hinc ad insaniam concupiscimus, quidquid corpori placet. Apud plerofque tandem piaculi loco est; corpori non in omnibus obsequi.

Sed antequam tertiam hanc vesperam claudamus, alter in alterius sinum, Gerarde, suaviter & candidè rem magnam confabulemur.

Ecquis est hodie, obsecro, qui cum insanientibus, non dico, insaniat, sed non insanienter aliquando? Contemplantur mihi hominem non exquisitissimè cultum, quantum tamen etiam iste in cultu exhibet inanitarum? Vide pileum de pilo canis Pontici, unà cum pilei cingulo sexcenties jam mutato: vide comam curiosè strudam, barbam in peregrinos ritus attonsam, neque hinc tamen ulla constantia: collare, oculorum fabula, innumeris gaudet mutationibus, hoc solo venustum, quod nunquam idem, quod varium semper & mutabile: thorax suam patriam ignorat, nam in pluribus provinciis domi est: caligæ toties in novam formam transeunt, quoties hero suo delirare lubet. Et quid tibi, quæso, de ligulis viderit, quarum totus exercitus caligis illudit mirâ ridiculæ elegantia vanitate. Ligularum harum ea lex est, ut solutæ caligis involtent, non adstrictæ. An hos tales, non dicas pueros, solutis ligulis jam paratos, ad excipiendam berulam? Alicubi his caligarum ligulis præfigunt aurum, ut fures escam habeant cui insidientur: tintinnabula iis commodissimè appenderentur, ad convocandos spectatores. Gerarde, fateor, improbum votum hic mentem subit. Velim urbes illas plenas esse furibus, sed qui tantum has auro armatas ligulas, & si quid harum nugarum est, dextrè præcindant, arrisuro utique Mercutio. Sed post caligas tot ligulis non ligatas, sed pæne ad volatum paratas, etiam periscelides inspice, quæ modò ante genu dependent, jam ad latus, jam etiam pone genua in globum adstringuntur. De calceis nihil habeo dicere, cum pæne nullus illorum amplius sit usus, nisi inter pauperissimam plebem. Jam cothurnos gerunt viri feminaeque. Ignotum tibi esse haud potest novum calceamenti genus, utrinque liberaliter fenestratum, & basi ligneolâ suffultum. Ita cothurnati jam incedimus, & calceos caprinos ostentamus. Non absurdè histriones & mimos nos dixeris, ad agendam in scenâ fabulam conductos. Ecquis non hodie, aut Heraclitum induat oculis jugi fonte rorantibus, aut Democritum fiat petulanti splene cachianno? adeò multum ridiculi, multum & lascivi habet vestitus noster.

Feminarum compeus est res infamitæ observatio.

In feminarum compeus res infamitæ observationis est. Ambitiosæ ligulae etiam per illarum capita jam serpunt, sed adstrictæ. Cetera quis narret? Illud cui risum non moveat? Olim collaria largius excurrentia filis ferreis aut argenteis fulciebantur, jam necio quis fericus paries à cervice in obliquum sese atollit, jam collo geruntur propugnacula, quibus structissimum collare quietâ statione recumbat.

GERAR. Ligulae fericæ, quarum autem mentio, tam pervulgati moris & usus sunt, ut putem ad id ævi nos pervicuos, quo etiam barba his vinculis illigetur.

Tom. I.

A Adeò namque hæc ligularum hæresis vestitum omnem occupavit, ut illum, velut arborem vermes, omni parte perreperet. Caput, vitras, capillos, collaria insident. Olim in scortis collobois potissimum cernebantur, ab his in caligas, inde in calceos descenderunt. Ego cum tam multum superflua ostentationis cerno, illud Diogenis animum subit: *Quantis non indigeo!* At miror, Polychroni, nil à te dictum de amylo glutinoso, quo collaria firmantur. POLYCH. Gerarde, nunquam dicendi finis sit, si omnia vestitus vitia perstringenda. Per omnium gentium vestes imus, ut in uno Germano nunc gentes videas omnes. Hic in memoriam recurrit, quod ipse audivi ab eo qui candidum illud gluten collarium coquit. Affirmavit hic triplex amyli genus à se vendi: Libram unam amyli vilioris quinque sestertii, libram selectioris sex aut septem sestertii; libram optimi decem sestertii esse venalem. Enim vero, ait, vilissimi hominum, quibus vix scissile indusium est, collaribus suis candefaciendis & firmandis amyllum emunt selectissimum, ditiores saepe vilius. GERAR. Rem miram dicis, si veram. POLYCH. Verissimam. Et vide hic cacodæmonis vastitatem. Ditioribus ea vanitas non displiceret, sed nummis parant. Tu jam cogita, quam largam indent stipem, qui etiam in his tam sordidi. Plerumque rectè dicitur: *Quò ditior, hoc avarior.* Deinde cum opulenti ut plurimum suas opes jactent, satis vel hinc superbi sunt, nec opus eos à diabolo multum vellicari. At verò tenuiores, cum à nummis nequeant, à vestibus pretium sui parant. Vide, obsecro, mi Gerarde, quam nos variè cacodæmon vinciat: opulentos avarità, egenos superbiâ irretit. GERAR. An non leves vestitiæ sunt? POLYCH. Sunt, tam prisca quam novæ: sed quis eas observat? At fingamus his legibus religiosè obtemperari, nec ullius vestem esse holosericam, cui solùm pannus aut corium permixtum, nihilominus gravissimè hic delinquitur. Nam etsi vestes non peccent materiâ, peccant tamen formâ, quæ plerumque vanissima, & omnis honestatis ignara. Hic Rhodus, hic saltus, & interea nemo se reum fateatur. Sartor excusat, & sic dictari ait. Qui vestem dictat: Hoc, inquit, sartor curabit, quâ ratione me juvenem, me sponsum, me talem vestiat. Ita utrimque palliata superbiâ est: Sed nostri suavis & delinquentis parem esse culpam.

Forma vestitum plurimumque vanissima & honestatis ignara.

Èd certè insaniam prolapsi sumus, ut vestitus vix possit esse levior & magis ad lasciviam factus. Et quod pejus, tam perrinaciter his deliriis favemus, ut nec bella, nec pestem, nec annonæ caritatem multum curemus: vestitus nec minimâ quidem parte plus honestatem sapit. Querimus nimirum, non quo involvamur, sed quo opes projiciamus. Usque adeò fortunas perdere pulchrum est. Et quæso te, feminarum vestes intueri: quanta ex leves sunt & lascivæ! Calcei nivei æmulantur, pallia variè facta, colores refert operosissimos colorum; nativa omnia jam sordent: palliolum sedè curtum humeris injicitur, non ut tegat, sed ut ornet. Quamvis hoc ipsum jam aliud atque aliud. In nobilioribus feminis virosum nunc pallia cernuntur. Et quamdiu hoc? nuperimè monstrum feminae vidi: erat ea non ocreis tantum, sed & calcatibus, sed & pugione ad latus pendulo armata: pileum habebat ritu militari, cistis insignem. Tu si eam vidisses, aut Palladem, aut ipsum certè Martem dixisses. Eam ætatem, Gerarde, vivimus, quâ viri paulatim feminae sunt, & veste, & erinibus, quâ & femina viros induunt, atque in urbibus ac pace majestatem spirant bellicam. Sic omnia invertimus. Profectò vestium lux inter Christianos nimium invaluit. Sed num ignoramus, à nobis non solùm corpus castum, sed & cattum animum castisque cogitationes postulari? Hæc leges Evangelii sunt. At verò vestitus tam lascivus his legibus aperte contradicit. Libidinis negotium fideliter curat hæc vestium insolentia.

O o 3

Verum;

aliis emendationem spera. POLYCH. Si modò sperare liceat constantem. Mores nostros nostri, Apriles dies imitatur, quorum sæpe serenus ortus, occasus pluvius: id jam supra demonstravimus, de Conscientiæ & Cælitum cultu. Sed omnibus horis dicendum est, quod nunquam facis dici potest. Nimum flexibiles sunt hominum voluntates, instabiles nimium mobilisque. Leviter incipimus, variè imus, inconstanter progredimur, dissimiliter finimus. Volaticus est sæpe conatus noster, qui à seipso brevi desciscit. Itaque assiduissimè ingerendum nobis est illud: **CONSTANTER.**

Fons est in Idumæâ, ut refert Isidorus, qui ter in anno mutat colorem. Parum est hoc nostræ inconstantia; ter in hebdomade, subinde ter in die sincerum virtutis colorem mutamus, sicut lacus ille qui apud Troglodytas esse dicitur, ob mælicam vim infanus appellatus. Hiæ ter de die fit amarus salusticus, ac deinde dulcis, totiesque noctu etiam mutat, scaturque abis serpentibus vitentium cubitorum. Ab hujus aquæ genio non multum dissident mores nostri, qui tam inæquabili motu feruntur, ut jam blandi, jam asperi; aliquando profusi, mox sordidi simus, jam vehementer amemus, jam supra modum oderimus, nunc in ætimoniam induamus, jam toti prolabamur in vitium; omnis dies, omnis hora nos mutat. Sed non est quod hujus rei culpam aut diabolo impingamus, aut Mundo. Nemini alterius vitio mali sumus, sed nostro. Illud Spartani dictum mihi etiam nunc semper in animo hæret: Athenienses scite equidem quæ recta essent, sed nolle facere. Atheniensium nos profus simillimi sumus, quæ agenda sint, exactè

Hominis inconstantia in bono proposito. Plin. lib. 31. cap. 2. ins.

Ignorantiam culpæ prætexere non potest, cum ignorantia voluntati laborat.

Joan. Manl. de 3. collect. pag. 196.

Ps. 26. v. 22. Senec. epist. 120. Probitas nostra ad aliorum oculos se fingit.

1. Reg. 3. r. 18. vers. 21.

scimus, sed agere ea nolumus: *Noluit intelligere ut bene ageret.* Ignorantiam culpæ prætexere non possumus, cum ignorantia voluntati laboremus: voluntariè ignorat, qui discenda discere non curat, aut si quæ rectè didicit, didicisse malè dissimulat. Atque his quidem decretum est non bene agere, sed modò hunc, modò illum voluntatis impetu sequi. Ur Chamaelon, quoniam aurâ (ut ajunt) non cibo vescitur, hianti semper est ore: sic illi variarum cupiditatum vento instantur, hoc volunt, hoc nolunt: hoc hodie spernunt, cras appetunt. Et ut rami aut rigilla quæ fluminibus innatant, temerè impingunt in hanc illamve partem: ita nos variè fluctuamus, & sæpe nec icti sapimus, vel bestii magis excordes. Memini me legere, viro nobili in aulâ Wirtenbergenfi canem fuisse, qui ubi vel semel tantum ab aulicis canibus malè acceptus est, injuriæ damniq; memor, deinceps herum suum ad vestibulum tantum arcis aulicæ comitatus est, & mox domum se recepit in tutum. Observavit dominus sui canis tam circumspèctum obsequium, & Verè, inquit, meus canis plus me sapit: ego in aulâ toties pessimè habitus, in dies tamen usque redeo.

Et nos quoque, moniti toties, rogati, castigati toties in eadem iterum culpas impingimus, frequenter gratias quam antè, & mentitur iniquitas sibi. Ita fit subinde ut ad aliquam habitus sobrietatem nos componamus, corporisq; detrahamus superflua. Et quamdiu hoc è dum nos panitentia fuisse hac in re sobrios & frugales. Tunc autem ejuscemodi panitentia obnoxii sumus, cum videmus aliis non eandem in veste modestiam placere, cum veremur ne minus opulenti, aut parci sordidique habeamur. Sic nostra probitas ad aliorum oculos se fingit, ad sermones aliorum huc illuc se vertit, & quod erat, esse desinit; sic modò palliati, modò rogati, frugi sumus & graves, & modò prodigi & vani: mutamus subinde personam, & contrariam ei sumimus quam exivimus, plane multiformes sumus. Magnam rem puta, unum hominem agere. Malæ mentis indicium est hæc fluctuatio, ac inter simulationem virtutum, & amorem vitiorum assidua jactatio. *Utsquequo claudicatis in duas partes (clamat Elias) si Dominus est Deus, sequimini eum; si autem Baal, sequimini illum. Quid ora hominum paveimus, quid mortalium oculos*

A reformidamus, si Deus Dominus noster, si modestia in cultu placeat, cur Deum offendere, modestiam abjicere non veremur? Divi Bernardi soror, hæc in ré animo fuit planè non femineo. Fortiter incepit, constantè persequit incepta. Petiverat illa in colloquium cum fratre admitti: sed quia comprior erat quam fratris oculis probari poterat, ab aditu monasterii repellebatur. Hanc illa injuriam mitius ferens, fratri renunciari jussit, si delinquentem rejiceret, saltem admitteret corrigi volentem. Admissa est. Hic ei Bernardus gravissimis verbis, & in os, illum vestium luxum & vanissimum lenocinium objecit: Christianæ feminae non esse, corpus brevè in putredinem iturum sic perornare. Profuit illi hæc audisse, nec distulit ad frugem se corrigere: mox pretiosam vestem, mitras, armillas, monilia, in aures, vitras, speculum, discerniculum, anulos, gemmas, & omnem mundum exilio damnavit æterno, jussitque Pompam & Voluptatem res sibi suas habere, ipsa Domino deinceps servitura. Modestiam quam cœpit, hanc & finit. Non languidè ad virtutis difficultatem exurgendum, alacriter incumbendum est inchoatis. Vera modestia non tam principium invenisse gaudet, quam finem addidisse: in extremo actu non corrumpit, usque ad *Plaudere* persistit, à carceribus ad metam decurrit.

§. VIII.

AT nos, ò arundines vento agitata, ò homines mollibus vestitos! quibus tunc demum modestia in cultu placere incipit, cum nunc in fundo suspirat, imò sæpe ne tunc quidem. Nam multis suavis est nomina contrahere, quam aliquid pompæ vestium detrudere. O Jordanis accola, ò Joannes Baptista! quam constantè rigidissimam tui vestitus modestiam, ad usque ultimum vitæ actum retinuit! cameli pellem, non purpurâ, non serico unquam emutasti. Nos verò indociles discipuli, nec monita sequimur magistri, nec exempla: annis & sæculis in eadem classe hæremus, aut si paululum promovimus, mox ad eandem recurrimus.

Cleobulus in convivio septem sapientum appositè narrans apologum: Luna, inquit, à matre petiit, unicam sibi suisque annis convenientem texeret. Cui mater: Et quâ ratione id possim, ò mea filia, cum te modò grandem & obefam, modò gracilem & perparvam videam? mutabilitatem ejura, & vestem à me spera. Lunæ nos germani fratres sumus, & jam decentem in veste modestiam sapimus, jam pompam & factum spiramus, frequenter in hoc etiam expiramus. Indubiè, Gerarde, nostri, quem exitum sortita sit nobilissima illa Campaniæ Comitissa, Maria Ludovici Pii Galliarum regis filia, sed moribus non perinde similis parenti. Hæc, licet non desinebat, dum mors pulsaret fores, & irrueret importuna. Jam ergo moribunda Persaniæ abbatem acciri jussit, cui conscientiam aperiret, verum cum ille advenisset, illa jam è vitâ discesserat. Neque hic morati famuli, rerum suarum quisque satagebat, hic vestem, hic vasa, ille culcitras, iste tapetia diripuit. Sed nec mortuæ parum est. Nam infimæ fortis homo, dominae suæ cadaver lecto evolatum, in terram pronum ejecit, & sibi linteamina in spoliis rapuit. Admissus denum abbas in defunctæ conclave, ubi miserabile hoc spectaculum vidit, & corpus illud, cultissimum olim, jam malè operatum & abjectum humi reperit, exclamavit: Venite, cernite nobilissimæ Comitissæ pompam: En, hic rerum humanarum exitus, hæc fides est fallacium voluptatum, hanc habent clausulam mortalium triumphi. O vanitas, ò ludibrium! Ita, mi Gerarde, ita qui hodie florent, in autumno suo decident, & forassis etiam calcabuntur. Viderit, quem juvat de carne gloriari.

Vita S. Bernardi lib. 1. cap. 7.

S. Joannes Baptista rigidissimam sui vestitus modestiam ad mortem usque retinuit.

Thom. Campaniæ lib. 1. mivar. c. 7.

R E C T A I N T E N T I O

OMNIVM HVMANARVM ACTIONVM A M V S S I S.

L I B E R P R I M V S
I N T E N T I O N E M B O N A M,
Malam, Adiaphoram, Nullam explicat.

CAPVT PRIMVM.

Quid sit RECTA INTENTIO.

Corin. 1. 3.
post initium.



DARIVS, clade sua & Alexandri Macedonis fortunâ, notissimus Rex Persarum, acinacem habuit, cui ex gemmâ erat vagina, quem zona aurea muliebriter cinctus suspenderet. Nobilis gladius, modo virilem dexteram fuisset sortitus. Celeberrimus est multorum scriptis gladius Georgii Castrioti, quem Scanderbegum vocabant, qui hominem medium ictu transverso unico dissecare potuisse ferebatur. Noti sunt è sacris voluminibus Goliathi & Saulis gladii. Celebres sunt ab eruditis paginis complures alii equestrium virorum gladii, nonnunquam superstitiosâ religione culti.

At verò nullius herois gladius unquam tam vitalis fuit famâ, atque Hebræi Moyſis virga: Illa tot miraculorum, tot stupendorum prodigiorum operatrix Virga. Quæſierat è Moyſe Deus, quid manu teneret? Virgam, respondit. Cui Deus: *Projice eam, inquit, in terram. Pro-* *Exod. cap. 4. 1. & 4. jecit & versa est in colubrum.* Jussit iterum Deus, extenderet manum, & apprehenderet caudam colubri. *Ex-* *tendit, & renuit, versaque est in virgam.*

Hic pulchrè subjecit oculis Deus, & malas actiones sic à nobis esse, ut si terram & res terræ spectemus cum agimus, colubri fiant, actus malitiæ veneno tincti; sin animus cælo attollamus, virga Moſis, opera cælesti præmio digna existant. Tanti refert, quomodo Moſaicus iste scipio tractetur, an manu teneatur, an humi projiciatur. Hic scipio, hæc Moſis virga omnium Magorum virgas devoravit; hæc flumina in sanguinem mutavit; hæc rupem in fontem diluit; & è duri silicis venis subitum torrentem elicit; hæc marinos fluctus in tutissimos parietes divisit. Potuit dicere Moſes, hoc baculo duce, & saxa, & maria penetra; omnia mihi pervia sunt. Hac Moſis virgâ sacri Doctores designatam ajunt RECTAM in omnibus humanis actionibus INTENTIONEM, cui penetrabilia sunt omnia. Hic autem, prima omnium quæstio, quid sit RECTA INTENTIO.

§. I.

CHRIſTUS Dominus RECTAM INTENTIONEM Cappellat OCVLVM SIMPLICEM. Cur oculum? cur simplicem? Deum Theologi *substantiam simplicis-*

Cur recta intentio vocetur oculus simplex.

A mam vocant, in quâ nulla sit compositio aut mixtura, nil aliunde collecti aut emendicari: nihil enim in Deo est, quod non est Deus. Sic oculus, sic & Intentio simplex dicitur, cui nihil impuri, nullus sui amor, non factus timor, non spes vana sit admixta, sed quæ pura, nec ullis ejuscemodi sordibus turbata, ad Deum solum directâ, eo solo contenta sit.

Ergo, Intentio recta est, quæ cum operatur, operis sui finem constituit Deum, seu, quæ omnia ad Dei gloriam & honorem revocat. Explanat id sanctus Ambrosius aquilæ soletia: Hæc pullos suos involucres exploratura, & à legitimis separatura, spurios ungue suspensos tenet in aëre, eosque opponit solaribus radiis; qui iretortis & hiantibus oculis excipiunt solem ii agnoscentur in filios, submittuntur in nidum, foventur & aluntur. Perinde si dicat mater: Hi mei filii sunt, stirps aquilina, digni quos nutriam: ceteros qui solem tremulis ac palpitantibus oculis, idque agrè admittunt, ut degeneres nido præcipitat, & ut genus non suum exheredarat miserabili lapsu. Ita & ii prorsus qui Deum obtutu assiduo sic possunt respicere, ut omnes suos actus SINCERE ac INTEGRÈ ad Dei honorem dirigant, unicam voluntatem divinam in omnibus sectentur, verissimi Dei filii sunt, his SIMPLEX OCVLVVS est.

Quid sit recta intentio.

Qui habeant oculum simplicem.

§. II.

FVir è præcis Ascetis unus aliquis, qui quotiescunque operis aliquid erat aggressurus, subsistebat aliquantisper cogitanti similis. Interrogatus quid hoc ageret: opera nostra, respondit, ex se nulla sunt, velut informis trabs, nisi recto sine sincerâque intentione velentur ac vestiantur. Et velut qui sagittis ad scopum ejaculandis certant, non emittunt ante sagittam, quàm oculo collinearint ad metam: sic & ego, quidquid demum acturus sim, ad Deum finem & scopum nostrum ultimum intentionem meam dirigo. Et hoc est, ait, quod ago dum subsisto, id enim Deus à nobis exigit. Optimè factum diciturque.

Rectè sentit Bernardus, inulsam esse Deo nostram omnem & obedientiam & patientiam, nisi omnium quæ agimus vel patimur, ipse sit causa. Et quemadmodum qui proposito præmio bombardas explodunt in eundem orbem ligneum, quò minus ab orbis centro aberrerent, oculum lævum plerumque claudunt, solo usuri dextro, quò vegetior sit acies & certior feratur in umbilicum scopi: ita prorsus claudendus & nobis est sinister

Deus debet esse causa omnium actionum nostrarum.

ster oculus tot humanorum respectuum, tot pessimum observationum, tot inanium scientiarum, solus vero dexter largissimè aperiendus aspicciendo Deo per sinceram intentionem.

Ioan. cap. 4. vers. 31. Et seqq.

Sederat ad fontem Servator noster à viâ fessus, fame siti que exhaustus; & ubi colloquium cum Samaritide finit, discipuli ea quæ emerant, anteponeutes: Rabbi, ajunt, manduca. Quibus Dominus: Ego, inquit, cibum habeo manducare quem vos nescitis. Nec tamen inter se querere omittunt discipuli, & Numquid, ajunt, aliquis attulit ei manducare? Tandem aperte Christus, Meus cibus est, inquit, ut faciam voluntatem ejus qui misit me, ut perficiam opus ejus. Hic eadem cibus est omnium Deo servire cupientium, ut perficiant opus ejus.

Atque si rem ad calculos revocemus, omnes ex eadem patinâ cœnamus, herus & famulus, opulentus & egenus, doctus indoctusque, unus omnium cibus est, unica Dei voluntas, unicus Dei honor; tamque contentus sit forte sua prius & summus, quam sua postremus & infimus, quando omnium una debet esse actio, unam atque unicam Dei gloriam in omnibus spectare.

§. III.

Orat. 16. de ebriet. & ingluvia. Ephes. c. 6. v. 6. & 7.

Ratio vivendi, inquit Basilus, in homine Christiano, verum sibi scopum habet propositum, Gloriam Dei. Et divini Pauli præceptum est: Non ad oculum servientes quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi, facientes voluntatem Dei ex animo. Et ut hoc altius infigat animo, id ipsum ingeminat: cum bonâ voluntate servientes, sicut Domino & non hominibus. Amandus est Deus operando, & amando Deum, operandum est propter Deum. Ab exemplo id patebit.

Honestæ vitæ matrona, cum reducem habet è viâ maritum, sospitem & sanum, qui utrum viveret ignorabat, à quo diu nullas acceperat literas, cum præsentem videt, ingentia edit lætitiæ signa: hinc famulæ vice obire, ocreas derrahere, pedes ablucere, non infra sortem suam reputat. Scit quidem hoc ancillarum aut servorum esse: sed illa servilem hanc operam præoccupans, & amore restari vult & gaudium. Non vile videtur ei obsequium, quod amor facit tam suave: honori ducit sic à seipsâ abjici. Pari modo, si nos quicumque sumus, nostrum dumtaxat munus, laborem, officium, fortunam attendamus, facile obrepet tædium, & oneri erit etiam facillimus labor, graviter queremur quoties non jucundè licuerit quiescere: at verò si oculos aliò mittamus, & Deum respiciamus, servientes sicut Domino, & non hominibus, nullum nec vilem nec nimis gravem censebimus laborem; quies erit molestiæ. Opifices cum ipsis Dominis se laborare sciunt, solertiâ longè majore id faciunt. Thoracem accipit saltor reficiendum: hinc prima questio est, cui nam? si Domino, mox sepositis tantisper aliis, ipse magister hanc operam præstat, quam alioqui puero imperasset. Ergo, non nos, sed Dominum attendamus, servientes sicut Domino, & non hominibus. Pura erit intentio, inquit Bernardus, si in omni actione nostra aut honorem Dei, aut utilitatem proximi, aut bonam conscientiam queramus.

Ephes. c. 6. vers. 7. Labor non est gravis quando Deum respicimus.

In sententi.

Epist. 48. in it.

Vitium abducit sic hominem à Deo ut is sibi vivat:

Præclarissimè Seneca: Non potest, inquit, quisquam beatè degere, qui se tantum invidetur, qui omnia ad utilitates suas convertit: alteri vivas oportet, si vis tibi vivere. Quodlibet vitium sic à Deo abducit hominem, ut is sibi vivat, ad sua commoda vigilet, stertat ad alienæ. Ubi ergo intentio anhelat ad æs & nummos, ibi carior hospes non est quam pecunia: ubi intentio carnem sapit, illic voluptas inter inimicos amicos numeratur: ubi verò in altum suspirat intentio ad honores & dignitates, istic anxii sedulitate colliguntur pennæ quæ evahant ad alta, nec ullus gratius fert munus, quam qui alas donat huic ambizioso volatui idoneas. En, ut horum oculi aversi abeant à Deo in res vanissimas, quas occultâ intentione con-

cupiscunt, ita sibi ipsis vivunt. At, nequit Deo vivere, qui vult vivere sibi.

Ergo, Oculus ad Deum perseveranter reflexus, hic demum simplex. Intentio Deum ubique observans, nec adspiciens quidquam nisi simul aspiciat Deum, hæc demum & RECTA & SINCERA est Intentio. Per hæc vivimus Deo, uti Hæbræo psalter jucundissimum erat dicere: Et anima meâ illi vivet. Hinc pulcherrimum illud à seipso impetrans: Non proponebam, inquit, ante oculos meos rem injustam.

At recta intentio Deum ubique observans facit nos vivere Deo. Psal. 106. vers. 3.

CAPUT II.

Quæ sit INTENTIO RECTISSIMA.

Triplici ferè modo Intentionem nostram dirigimus ad Deum. Primo: Servit quis Deo, & à nobis gravioribus se continet, formidine pœnæ; inferorum ignes, æternos cruciatus metuit. Hic talis subinde audeat aliquid non carcere tantum aut brevibus Gyaris, sed inferis dignum: audeat, inquam, aliquid, & rem in casum dat, nam cogitat: Nondum tam vicinus inferorum ergastulis sum, quin lætiusculè hoc aut illud audeam: debitu quo me forsan oblitricurus, confessione piaculari tollere, noxam quam fortasse contracturus, iterum delere potero: audeamus ergo; perendie licebit redire ad officium. Ah, oculus iste simplex non est; nec, si sit, diu talis est; non enim solum Deum respicit. Si manes & inferi fabula essent, homo ille cælum sibi extra cælum strueret, & beatum se crederet, si licenter & ad ventris curas abjectus viveret ut pecus. Hæc intentio eorum est ferè quos Paulus homines vocat Animales, qui non percipiunt ea quæ sunt spiritus Dei.

Tribus modis intentione dirigatur Deum. Primò.

Altero modo, Intentio ad Deum dirigitur: Servit quis Deo, quia cupit inter Beatos vivere. Cælum ei dulces: merces æterna, merces magna nimis. Inclinat cor suum ad faciendas justificationes propter retributionem. Intentio hæc primâ multò melior est, nec tamen optima est: melior, inquam, nam iste qui cæli gaudia concupiscit, cautior est, quam ille qui orci tormenta solum metuit, neque ea metuit semper, sed quandoque suæ formidinis oblitus, tuit in veritum.

1. Corint. 1. vers. 14.

Secundò.

psal. 118. vers. 11.

Tertio modo, Intentionem ad Deum rectissimè dirigit, qui sic animo sentit: Servio Deo, & ideo servio, quia hic Dominus dignissimus est, ut ei serviatur ab omnibus, & quia me beneficiis eximius, & innumeris prævenit; omnia ipsi debeo. Huic placere cupio, & propter hunc omnia facio, quæcumque facio: de præmio & mercede nihil omnino sollicitus sum. Ego Deo servio, serviamque dum vixero, ubi demum sit remuneratio.

Tertiò.

Hæc omnium optima, hæc RECTISSIMA est Intentio, non sui, sed Dei; non Utilis, sed solius Honesti aspectu facere omnia. De hac intentione gloriatus Hæbræus Rex David: Voluntariè, inquit, sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo, quoniam bonum est. Facundissimè hinc Augustinus: Quare, inquit, voluntariè? quia gratis amo quod laudo. Laudo Deum & in ipsâ laude gaudeo, ipsius laude gaudeo, quo laudato non erubescio. Gratuitum sit, & quod amatur, & quod laudatur. Quid est gratuitum? ipse propter se, non propter aliud. Quod præmium accepturus es à Deo, ô Avare? Non tibi terram sed seipsum servat, qui fecit cælum & terram. Voluntariè sacrificabo tibi: noli ex necessitate. Si enim propter aliud laudas Deum, ex necessitate laudas: si adesset tibi quod amas, non laudares Deum. Vide quid dicam. Laudas Deum, verbi gratiâ, ut tibi det amplam pecuniam. Si haberes aliunde amplam pecuniam, non à Deo, nunquid laudares Deum? Si ergo propter pecuniam laudas Deum, non voluntariè sacrificas Deo, sed ex necessitate sacrificas, quia præter illum nescio quid aliud amas. Contemne omnia, ipsum attende, ipsum gratis dilige, quia melius ab eo non invenis quod det

Servire Deo propter Deum est verè servire Deo. Oper. 1. vers. 5. Job. 4. de inf. cap.

Met. Spi. inf. cap.

Qui suis crepulis deo servat.

Quo intentione ut optima probatur.

Intentione rectissima hæc intentionis.

det quàm seipsum. *Et confitebor nomini tuo, Domine, quoniam bonum est.* Ob nihil aliud, nisi quia bonum est. Nunquid ait, Confitebor nomini tuo Domine, quia das mihi fructuosâ prædia, quia das mihi aurum & argentum, quia das mihi latas divitias, excellentissimam dignitatem? non, sed quid? *quoniam bonum est.* Melius nihil invenio quàm nomen tuum, ideo *confitebor nomini tuo Domine, quia bonum est.*

§. I.

EN, servire Deo propter Deum, hoc demum verè Deo servire est. Sic enim & Deus nos amat, sic & ipse nobis servit, uti per Oseam promittens: *Diligam, inquit, eos spontaneè, hoc est, merè gratis.* Idem à nobis jure exigit, neque enim vult ut nos serviamus sibi, sicut canis servit suo Domino pro ossè aut ossa. Nam si Deo serviamus pro cælo, cælum nobis charius esse Deo, satis monstramus. Appositissimè huc Seneca: *Inveniuntur, inquit, qui honesta in mercedem colant, quibusque non placeat virtus gratuita: quæ nihil habet magnificum, si quidquam habet venale, cum virtus nec lucro invitetur, nec absterreatur damno, adeoque neminem spe ac pollicitatione corrumpat.* Calcatis utilitatibus ad illam eundem est, quocunque vocavit, quocunque misit, sine respectu rei familiaris: interdum etiam sine ullâ sanguinis sui parsimoniâ vadendum, nec unquam imperium ejus detrectandum. Quid consequar, inquis, si hoc foriter, si hoc grate fecero? Quod feceris. Nihil tibi extra promittitur. Si quid fortè obvenit commodi, inter accessiones numerabis. Rerum honestarum pretium in ipsis est. Præclarissimus testis in hanc rem venit Ludovicus Bloisus, qui hoc ipsum confirmans: Dominus, inquit, ad ipsam Gertrudem virginem aliquando dixit: *Vellem electis meis persuasum esse, quod corum bona exercitia & opera mihi omnino placeant, quando ipsi serviunt expensis suis. Illi autem expensis suis mihi servitium præstant, qui licet saporem devotionis minimè sentiant, fideliter tamen (ut possunt) orationes & alia pia exercitia sua peragunt: confidentes de pietate meâ, quod ego illa libenter & grate suscipiam. Plerique sunt, quibus si sapor & consolatio interna concederetur, non eis proderet ad salutem, & meritum ipsorum valde minueretur.*

Servire Deo propter Deum est verè servire Deo. Osee i. 14. v. 5. Lib. 4. de beneficiis. cap. 1.

Memil. Spiritus. cap. 3. ante med.

Qui suis expensis Deo serviant.

Quæ intentio ut optima probatur.

Doctrina amulsi rectæ intentionis.

Hanc igitur Intentionem ut optimam & purissimam probamus, quâ quis facit quippiam, quia Deo sic placet, quia Deus vult, quia ob immensam bonitatem suam dignissimus est, ut ejus honori fiant omnia. Quare secum quisque sic statuat: Servio Deo propter Deum, qui TANTVS est, ut si cælum non sit, nec sint inferi, solus tamen dignissimus sit, cui omnes Angeli, cui gens humana, cui quicquid creatum est, serviar quàm accuratissimè.

Facile autem est deprehendere, num quis animo sic sentiat. Fit enim non rarò ut alteri alteros temerè aspernemur, & contempnim dicamus: Ecquid magni habet hæc scriptio, hæc dictio? quid egregii in hoc consilio, hac actione, hoc opere? mandetur hoc aliis, quis id possit. His cavillis Rectæ Intentionis homo minimè turbatur, sed generosâ mente: Domine mi, ait, parum ego laboro tibi hoc displicere, non hoc feci ut tu laudes; tibi & mille aliis non placeat, id mihi curæ non est, modo uni Deo non displiceat. Mihi maxima laus est & merces, rectè fecisse. Prober hoc Deus, etsi univèrsus Orbis improbet, id ego scilicet nec flocci facio; contemnere & contèmi jam didici. Sciant homines eum me esse quem offendere sine periculo possint. Scio quem debitorem appellem post laborem; in sinu gaudere scio. Hæc amulsi rectæ intentionis docet.

Quod si quis res suas ab aliis non magni fieri, grande supplicium patet, turberetur, doleat, tristeretur & animo concidat, dicatque: Ergo posthac penitus ferabor, ut non habeant hi fecioli quod damnent; otiosi mihi suavius erit, quàm hæc tam iniqua judicia subire. En, miser, hinc

A deprehenderis in flagranti delicto. Nam si recta tibi esset ad Deum intentio, in minimis poneret te tuâque ab aliis non commendari, aut sinistris iudiciis atque sermonibus flagellari. Hæc puræ intentionis hominem nunquam deiciunt gradu: spernit se sperni. Deum respicit, cui uni se suâque probare cupit. Hem, quàm essemus miseri (& sumus certè) qui aliorum iudicia in tormenta nostra vertimus, aliis displicere supremum malum credimus, laudem ex plurium assensione venientem maximum bonum censemus, nec unquam nobis suave est laborare, nisi cum alii nos incipiunt laudare, aut certè laborem nostrum benevolè spectare. An ignoramus, agrè & rarò satisfieri humanis oculis, qui solum opus quod vident, æstimant, animum cæci prætereunt? Deo servire & jucundum est, & facile. Deus enim cor, ut Gregorius loquitur, & non substantiam pensat, nec cogitat quantum, sed ex quanto quis operetur.

§. II.

ARboris radix aut fructum dulcem facit, aut amarum est, sic & fructus. Si radix sancta, & rami. Et licet rivulorum aqua ejusdem cum fonte saporis est; sic & humanæ actiones, ejusdem bonitatis aut malitiae cum intentione, quæ illarum & radix, & fons est. Optime simulque brevissimè Augustinus: *Non, inquit, valde attendas, quid homo faciat, sed quid, cum facit, aspiciat.* Donavit aliquis magnam pecuniam: sed dives, sed non sensurus impendium. Donavit alius: sed pauper, sed parte partimonii cessurus. Summa eadem est; beneficium idem non est; intentio variat. Seneca velut unus ex integerrimis Christianis præclarissima hac de re monita ingens: *Quoniam quidem, inquit, non in factò laus est, sed in eo quemadmodum fiat.* Exemplis hoc firmat. *Eadem res si gula datur, turpis est: si honori, reprehensionem effugit. Amico egro aliquis assidet: probamus. At hoc si hereditatis causâ facit, vultur est, cadaver expellat. Eadem & turpia sum, & honesta: referat, quare, aut quemadmodum fiant. Ergo infigi debet persuasio (nos intentionem vocamus) ad totam pertinens vitam: qualis hæc persuasio fuerit, talia erunt qua agentur, qua cogitantur: qualia autem hæc fuerint, talis vita erit. M. Brutus dicit multa præcepta & parentibus, & liberis, & fratribus. Hæc nemo faciet quemadmodum debet, nisi habuerit quod referat. Proponamus oportet finem summi boni, ad quem vitamur, ad quem omne factum nostrum dictumque respiciat (nemo Christianorum magis Christianè hoc dixerit) veluti navigantium ad aliquod sidus dirigendus est cursus. Vita sine proposito vaga est. Quid posset dici religiosius?*

Publius Mimus succinctè quidem, sed præclare quoque dixit: *Malus est vocandus, qui suâ causâ est bonus.* Ergo non tantum non licet mihi esse malum propter me, sed nec bonum etiam propter me: propter Deum omnia. *Ad finem summi boni, ut Seneca loquitur, omne factum dictumque nostrum respiciat.*

§. III.

Ipsum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Sed quâ id ratione verum? An non Paulus, cum orbis ecclesiastes esset, justus fuit? quantas tamen per ambages, per quot anfractus, quàm curvis itineribus ductus est ad cælum? Principiò, Judæus erat, Phariseorum discipulus, sectæ, ad quam formabatur, tenacissimus. Dein è discipulo magister, fervens Phariseus, pertinax Rabbini. Tertio, factus est Christianorum insectator & tortor, præses licetorum, ut si quos invenisset hujus via viros ac mulieres vinculos perduceret in Hierusalem. Quarto, fit denuo discipulus, sed Ananiæ, optimi Christiani. Quintò, fit & ipse Christianus, & Christianorum Orator. Sextò, in omnem Orbis plagam emissus à Deo, terras transiit & maria, terram ex terrâ, mare ex mari nutans. An non flexuosæ sunt hæc viæ? Quot præterea calibus

Ad Rom. c. 11. v. 16. Actiones humanæ ex intentione sunt bonæ malæ. In P. sal. 37.

Longiss. sed aurea ep. 95. circa med.

Sap. cap. 10. vers. 10. Pauli ad cælum via quomodo recta.

Abt. cap. 9. vers. 2.

§. I.

bus, quantis quotidie periculis, quam pæne innumeris urgebatur ærumnis? nunc ei mortem minatur mare, nunc falsi fratres, nunc latrones in Pauli caput conjurant, modò Gentes infestant, modò Judæi vexant; jam in navi, jam in carcere, jam in solitudine, jam in urbibus contrarios experitur eventus: nunc virgis cæditur, jam lapidibus infernitur, quotidie ferè moritur. Septimò demum, Romam venit, & illic caput amittit. Quis has semitas non dicat sinuosas? Sed audi, mi bove homo, via hæc tam tortuosa, recta via non est ad cælum. Potuisset alius, non Paulus, æquè multum & plus Paulo perperci, & tamen aberrare à cælo. Ergo rectissima via Pauli ad cælum, fuit ejusdem purissima ac sincerissima intentio ad Deum: in illis perferendis omnibus, unicum Dei honorem spectabat. Hæc amuffitata ad cælum via est, hæc omnes Sancti tenuerunt, ab hac nullus proborum hominum obliquo tramite ingressus est: *Iustum deduxit Dominus per vias rectas.* At illi tam varii casus, tam multiplices ærumnæ, tam incerti ac mali eventus, quibus omnis vita plenissima est, militiæ morem à nobis observari volunt. In bello nil noxi aut miri est, tortuosos aggeres militari. Imò quodcumque dux belli ad urbis mœnia vallam ducere instituit, non rectis lineis, sed incurvis flexuosum ducit. Hæc ad obfidendam urbem directa via est, quæ tam curva est & impedita. Ita nos Deus per omnigenam calamitatum varietatem ad cælum ducit. At quoniam in hoc ipso tam flexuoso calle, rectissima est proborum ad Deum intentio, verissimè affirmatur: *Iustum deducit Dominus per vias rectas.* Et quod huic proximum: *Iusti in perpetuum vivunt, & apud Dominum est merces eorum, & cogitatio eorum apud Altissimum.* Quia illi hoc assiduè cogitant, hoc unicè curant, placere Deo, non hominibus; ideo & à Deo præmium capient amplissimum. Hæc ergo, ut Bernardus loquitur, puritas intentionis est, ut quidquid feceris, propter Deum facias, & ad locum, unde exeunt gratiæ, revertantur, ut iterum fluant.

Via Pauli ad cælum rectissima fuit purissima ejus intentio ad Deum.

Sap. cap. 5. vers. 16.

In vigil. Nativit. Dom. ser. 3. med.

CAPVT III.

Quam necessaria sit RECTA INTENTIO.

Homini recta intentio est necessaria. Luc. cap. 11. vers. 34.

SI divinæ paginæ de necessitate rectæ intentionis aliterum alibi silerent, ab unico Servatoris dicto abundè constaret, quam illa omnibus sit necessaria. Apertissimè Christus: *Si, inquit, oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.* Affirmat Augustinus, Christum Dominum hîc propriè locutum de RECTA INTENTIONE, ut qui paulò antè de precibus, cleemosynis, jejuniis differuerit. Ne quis ergo suarum precum, stipis, aut jejunii vim omnem elideret aucupandis rumusculis, addit Servator saluberrimam institutionem de oculo, qui aut simplex & purus, aut multiplex & nequam est.

Sicut ergo, cum oculi nitidi sunt, clari, acres, atque vegevi, corpus sibi suum habet diem, & solem suum circumferet secum; quaquà vult se movere, & in luce est: at verò si oculi ægri & affeeti, si pati aut lusciosi, si lippientes aut tunicis obducti, omne corpus miserum est, & infra domesticas nebulas ingemiscit: ita profusus si intentio sincera sit, & ab omnibus falsæ gloriæ umbris libera, preces, eleemosynæ, jejunia à vitiorum fæce sincera sunt; sin mala sit intentio, omnes hominis actiones tales sunt. *Quid per oculum, inquit Gregorius, exprimitur, nisi opus suum preveniens cordis intentio: qua priusquam se in actione exercent, hoc jam quod appetit, contemplantur. Et quid appellatione corporis designatur, nisi unaquaque actio, qua intentionem suam quasi intuentem oculum sequitur? Lucerna itaque corporis est oculus, quia per bonæ intentionis radium, merita illustrantur actionis.*

Quia bonitas & malitia actionis humanæ ex eâ oriuntur. Lib. 28. mor. cap. 6. prope finem.

Optimè solitus dicere Ambrosius: Quantum intendis, tantum facis. Nimirum tanti pretii est tuus labor, quanti est tuus iste oculus qui laborem præcedit. Si recta sit intentio, recta erit & actio, certè in oculis Dei: nam hîc millies oculi humani falluntur. De his pulchrè dixit Bernardus: *Opera probant, quæ cernunt, sed unde progrediantur, non discernunt.*

Ita omnium actionum nostrarum amuffis, & fundamentum, & basis est intentio. Clarè de hoc Gregorius: *Bases, inquit, uniuscujuscunque animæ sunt intentiones sue. Nam sicut fabrica columnis, columna autem basibus innituntur: ita vita nostra in virtutibus, virtutes verò in intimâ intentione subsistunt. Et quia scriptum est: Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus; tunc bases in fundamento sunt, cum intentiones nostræ in Christo roborantur.* Tales omnino sumus, qualis est nostra intentio. Virtutis laudem aut vitii notam ab intentione sortimur; si intentio terram spectet, terrei sumus; si cælum, cælestes. Et plerunque ubi deest finis virtutis, ibi se misceat vanus, aut naturalis, aut vitiosus.

Præclare Laurentius Justinianus: *In cunctis operibus, De regim. inquit, quicumque animi salutem exoptat, intentionis suæ componat obtutum, & ad illum quem divina lex mandat, dirigat finem, ut non casto labore defudet. Addit: Parum prodèst ardua tractare negotia, cum Principibus & Regibus familiariter conversari, sanctitatis & scientiæ celebre nomen acquirere, & obliquè ad intentionem hoc agere. Richardus Victorinus: Quod est, inquit, corpus sine vitâ, hoc est opus sine intentione bonâ. Quælibet actio quamvis bona videatur, tamen quasi mortua judicatur, si non per intentionem bonam animatur.*

§. II.

QUOTIESCUNQUE ferè Christus illud suum, ATTENDITE, proclamat, uti cum monet, *Attendite à Scribis, Attendite à fermento Pharisæorum, Attendite à falsis Prophetis*, plerunque periculum grave imminet, & cautissimè tunc agendum. Hac voce Christus nos omnes alium inclamans: *Attendite, inquit, ne justitiam vestram faciatis coram hominibus.* Cautos pedes figite, ponè vos insepit lavernio detracturus pallium: ubi respexeritis, amicissimum se fingeret, manum deosculabitur, mille obsequia simulabit. Equis fur iste, quis hic lavernio? Intentio, sed obliqua illa hominibus placendi, hominum oculos implendi, humanas laudes emerendi. Ideo Christus signatè addidit: *Ut videamini ab eis.* Augustinus: Videant, inquit, bona facta vestra, & glorificent non vos, sed Deum. Nam si propter vos glorificandos facitis opera bona, respondetur vobis quod ipse dixit de quibusdam talibus: *Amen dico vobis perceperunt mercedem suam.* Ergo, inquit, debeo abscondere opera mea, ne faciam coram hominibus? Non, ait Dominus, diversa jubeo. Finem attende, in finem canta: quo sine facias, vide. Si ideo facis ut tu glorificeris, hoc prohibui: si autem ideo ut Deus glorificetur, hoc jussi: Pfallite ergo non nomini vestro, sed nomini Domini Dei vestri. Vos pfallite, ille laudetur; vos bene vivite, ille glorificetur.

Sanctus Gregorius, illud Domini monitum de tegendâ stipe exponens: *Sic sit opus, inquit, in publico, quare nus intentio maneat in occulto; ut & de bono opere proximis prebeamus exemplum, & tamen per invocationem, quâ soli Deo placere querimus, semper optemus secretum.* Ergo intentio bona summe necessaria est, quæ sola manicularios hos eruditè novit declinare. Ergo ATTENDITE.

§. III.

INTER præsci fœderis ceremonias, quas Deus ab Hebræis exigebat, commendandis sacrificiis, & illa è præceptis erat, *Victimam manum imponere.* Ita lex imperabat:

Cut D in V. T. est gat nus imp ficiet ut fieri cium su accepta le. In Ps. 119. 413.

In Ps. 67. 413.

Toro 8. in. anno 7. sal.

Opera fac medullari quibus intentio bona est.

Holocauftum cur inter sacrificia prima habebatur.

Tom. 2. in Psal. 65.

Math. 6. 6. vers. 3.

Hem. 11. in Eccl. 10.

Mat. 9. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Deus faciam: at quoniam: quod illi: in in ut

Ponet manum suam super caput hostia, & acceptabilis erit.

Cur Deus in V. T. edigit manus impositionem, ut sacrificium sic acceptabile.

Ps. 65. 65.

Tom. 8. in di. sum Psal.

Opera sunt medullata, quibus intentio bona est.

Holocaustum cur inter sacrificia primas habuerit.

Ps. 119. 119.

Cur Deus victimam sanguinem verserit, & illud iussit ad sanguinem effundi.

Querunt interpretes: Ad quid Deus hanc impositionem exigat, quo sacrificium & sibi gratum, & offerenti foret utile. Oleaster: Voluit Deus, inquit, ut sacrificaturus non solum hostiam offerret, se seipsum insuper, cor, voluntatem, intentionem adungeret. Hoc omnino necessarium est, nam sola pecudes nec Deo acceptæ, nec offerenti fructuosæ. Hinc Augustinus, in illud regii vatis, In me sunt Deus vota tua: Quæris, ait, quid des Deo non animalia aris oblata: de cordis arcâ, de cellario bona conscientia, de teipso profer teipsum. Ita profusus, voluntatem, animum, cor tuum offerdic Deo In me sunt, mi Deus, vota tua: quæ enim exigit à me, intra meipsum sunt: hæc tu, mi Domine, in sacrificium tibi postulas, non illa exterioris cordis & intentionis vacua.

Chryostomi sensu, vera Christianorum sacrificia sunt eleemosynæ, oratio, temperantia. At Deus hæc non nuda vult, sed ut seipsum quis addat, unde holocaustum fiat medullatum. Nam regius psaltes apud seipsum statuens: Holocausta, inquit, medullata offeram tibi. Quid est, inquit Augustinus, medullata? Intra teameam charitatem tuam: non erit in superficie, in medullis meis erit quod diligo te. Nihil enim interius medullis nostris. Carne interiora sunt ossa, medullæ interiores sunt ipsi ossibus. Quisquis ergo in superficie colit Deum, magis placere vult hominibus quam Deo. Aliud autem intus sentiens, non offert holocausta medullarum: cuius autem medullam inspicit, ipsum totum accipit.

Illam igitur opera medullata sunt holocausta, quibus voluntas seu intentio bona inest. Nullo modo vult Deus ossa exucca, arida, emedullata. Reperis multos qui frequenter orent, sacris etiam intersint, non raro in edia se maceant, stitem dent, sed heu quam nihil medullæ inest his operibus! sunt hæc quidem velut candida nitidaque ossa, sed deest medulla spiritus, recta intentio, pius affectus, qui hæc opera subvehat ad Deum.

Inter omnia sacrificia, primas habuit holocaustum; alia in bonum etiam offerentium cedebat, istud Deo ejusque honori totum cremabatur. Et quemadmodum sacrificia olim erant distincta, ita nunc nostra opera: quædam & nobis etiam commoda sunt, ut esse, bibere, dormire, deambulare, legere, scribere, moneræ numerare: bona sunt hæc opera si beneficiant, & ut debent: alia solum honori divino institui solent, veluti holocausta, ut orare, in ediam tolerare, rei divinæ interesse, confessio ne se lustrare, divinum epulum accumbere. Illa primi generis apud piosque raro medullata sunt: nam cum hora vocat, ad mensam itur, nec ultra cogitur; cum somnus invitat, ad lectum properatur, nec aliud animo agitur quam quies, cum calis favor in campos evocat, exiit, nec aliud in corde versatur quam hilaris deambulatio: ita multi edunt, bibunt, garrunt, ad negotia incumbunt, nec aliud respiciunt, satis est illis hæc fieri, animum Deo in his non uniunt, intentionem ad Deum non attollunt. Non sunt hæc sacrificia medullata, non sunt. Sed mirandum magis, & gravius culpandum, quod ipsa holocausta nihil habeant medullæ, quod oratio sine attentione, jejunium sine emendatione, eleemosyna sine commiseratione, Domini corporis communio sine devotione; è labris preces, è crumenâ stitem fundimus, sed ubi calentes affectus, ubi mentis ardor, ubi Deo placendi studium, ubi medulla? Ergo, qui Numini gratum quid offerre vultis, holocausta offerte medullata. Effundite coram illo corda vestra. Intentione plena totaque Deum honorate.

Querit Cyillus Alexandrinus, cur Deus victimam sanguinem venuerit edi, illumque omnem iussit ad aram effundi? His ita responder: Sanguis sedes animi: qui sanguinem, is & animum admittit. Voluit ergo Deus in omni sacrificio voluntatem, cor, intentionem velut sanguinem effundi coram se, nec guttula in alios usus

reservata. Cum ergo sacrificamus, cum oramus aut jejunamus, eò solum tendat inentio in Deo placeamus, & quidquid huic contrarium, rejiciamus.

§. I V.

Ex his Eusebius Emefenus duo hæc statuit. Primum: Opus bonum quodcumque tanti est apud Deum, quanti hæc cordis effusio, & intentio in homine. Alterum: Nobis opus bonum aggressuris summa sit cura rectæ intentionis, seu voluntatis bonæ. Lex olim edicebat: Omnium æstimatio scilicet sanctuarii ponderabitur. Hæc enim sola pondera fallaciarum erant expertia. Ita profusus & opera nostra non ponderanda nec æstimanda sunt ex opinione vulgi, aut nitore exteriori, aut oculorum fide & indicibus sæpe falsissimis, sed è solâ cordis intentione. Quoties nobilissima opera vix unius drachmæ censentur, quæ à Deo æquissimo rerum æstimatore velut centenarium argenti pondus recipiuntur? Æra duo minuta Hebrææ viduæ quantilli pretii credebantur, ad illam argenti molem, quæ à Phariseis jactabatur? & tamen hæc illa longè superabant. Quam ponderosæ videri poterant Pharisei in templo se laudantes preces, jejunia, eleemosynæ? vix æquabant discolorum lapillum: frigidissimis hominum elogiis omnia pensari poterant.

Non nescit hoc cacodæmon: exactissimè persectum Ideo dæhabet, omne operi pretium à rectâ intentione accedere, propterea omnem mover lapidem, & extremè laborat, ut intentionem rectam vel subtrahat, vel inficiat, satus gnarus, tum nos incaustum fatigari, & agendo multa nil agere, ac frustra expectare præmium, ubi tam ingratus Deo labor præcessisset. Certè Deus hoc simplici oculo mirè se capi luculentè fastus: Vulnerasti, inquit, cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui. Idiomate Hebræo: rapuisti cor meum. Terullianus hoc expendens: Salomon, inquit, morem mulierum in Oriente attendit quæ honestati tuendæ prodibant operâ facie, oculo unico detecto. Sponsus ergo hunc morem tanquam honestatis argumentum commendans, ab uno hoc oculo in amorem se raptum fateretur. At verò alii hoc mysterium profundius euentes, commendatam hinc ajunt admirabilem oculorum seu unionem seu unitatem, uterque enim pari semper passu graditur, nec iste ab illo unquam diversus abit, unâ idem semper aspiciunt, nec potest esse inter eos tanta dissensio, ut ille cælum, hic terram contueatur: eadem & capillorum est unitas, cum omnes in eum ordinem compositi sunt, ut unus videri possit capillus. Oculi cordis, affectus & intentio, capilli, cogitationes sunt. Hic nil deformius quam discors horum oculorum varietas, si huc iste, aliud feratur ille; si cupiamus placere Deo, sed & Mundo non displicere; si hoc oculo cælum, isto lucrum aut luxuriam, aut aliud veritum quid spectemus. Tunc amore Numinis cor vulneratur, cum hominis unus est oculus, isque in Deo fixus; una intentio, eaque ad Deum erecta.

Et hoc Deus in Abrahami sacrificio pulcherrimè declaravit, in quo & aves & animantes alias justus est offerre, has quidem divisas & concisa in frustra, illas minime. Quo significatum est, quamvis partiri quis possit curas suas in uxorem, liberos, familiam, subditos, intentionem tamen, quam aves designabant, nullo modo dividendam esse. Attendat pater filiis, merces cogit mercator, oves pastor, cives consul, pecuniam numularius; est divitiarum omnium horum animis innumeræ cogitationes se prodent capillis densiores, hi tamen capilli sint finiti, hæc cogitationes omnes unum quid spectent, Deum, Dei honorem, Dei obsequium. Unus hic crinis, oculus unus ante omnia necessarius. Hac ratione cor supremi regis suavissimè vulneratur in uno oculorum, & in uno crine colli,

In c. 6. Matt. Levit. c. 27. v. 25. Opera nostra ponderanda sunt ex opinione vulgi, aut nitore exteriori, aut oculorum fide & indicibus sæpe falsissimis, sed è solâ cordis intentione.

Cant. c. 4. v. 9.

Oculi cordis, affectus & intentio, capilli, cogitationes sunt.

Gen. c. 15. v. 10.

Homo potest partiri suas curas, intentio autem non dividenda.

CAPVT IV.

Nullam humanarum rerum actionem Deo placere sine RECTA INTENTIONE: Vbi strictim de Vanâ gloria.

Exod. c. 37. v. 2. & 10. S Vmni sacerdotis Aaronis vestis, in qua diuino cultui operabatur, tauri pretii & pulchritudinis erat non solum quâ materiâ, sed & quâ arte, ut omnium Regum ac Imperatorum vestes cum eâ nequaquam conferri possint. Beseleel, maximus artifex vestem illam contexit: sed maiorem se artificem habuit, Spiritum sanctum, qui dictavit, qui conficiendæ modum præscripsit, & ipsi magistro velut puero manum duxit. De hac veste Eccl. c. 45. v. 14. & 15. Siraçides: Sic pulchra, inquit, ante ipsum non fuerunt talia usque ad originem. Gloria honoris & opus fortitudinis, desideria oculorum ornata. Quidquid in hoc genere venustit vel curiosissimus oculus desiderarit, id in unâ hac veste spectare potuit: Desideria oculorum. Omnem vel avidissimi oculi cupidinem satiavit hæc vestis; nil pretiosius, nil & pulchrius in opere non maximo videre quisquam optarit.

Cur summus sacerdos ab omnibus erat aspiciendus, Hoc bonus Deus eo fine voluit, ne summus sacerdos ad templum progressus omnium ad se oculos raperet, eâ etiam de causâ ad huius vestimenti inum marginem trecenta sexaginta sex aurea tintinnabula iussit appendi, ut ipso sacerdos incessu ad hoc spectaculum undequaque omnes convocaret. Nec erat qui non oculos suos in hoc spectaculo libenter perderet. Interea tamen huic ipsi summo sacerdoti, qui omnium in se oculos convertit, in neminem oculos emittere licuit; ab omnibus aspiciendus neminem ipse debuit aspiciere. Voluit enim Deus ut iuncti sacerdotis oculi in unicum ineffabile Dei nomen irent, quod eâ de causâ sacerdos aureæ laminæ insculptum fronte præferebat.

Neminem autem ipse debuit aspiciere. Nobilissimum hoc paradigma est hominis ex asse probi. Homo serid bonus in se spectandum præbeat, quidquid castis oculis videre in voto est: In omnibus respiciam præbe exemplum bonorum operum. In hoc tali homine opulenti videant exemplum piæ Liberalitatis; afflicti & pauperes, Patientiæ; iracundi & pugnaces, Mansuetudinis; impuri & intemperantes, Continentiæ; ignavi & desides, Industriæ: sit denique talis, desiderium oculorum sanctorum: Sic luceat lux vestra, coram hominibus, ut videant opera vestra bona.

Ad Tit. c. 2. v. 7. Enimvero qui aliorum oculos, vitæ sanctioris exemplo ad se trahunt, ipsi suos oculos nequaquam in sui spectatores emittant, ut ipsis placeant. Sed ut ab ipsis disceant: unum atque unicum Dei honorem spectent in omnibus. Velut Aaron solum frontale suum oculis admittebat: ita hi solum Deum obrutu assiduo contemplantes, laudem etiam oblatam respuant, & à se derivent in Deum, quantumque sibi ipsis displicent, tantum soli Deo cupiant placere, per veram sinceramque in omnibus intentionem; de quâ proximo capite dictum, quàm sit necessaria, nunc porro demonstrabitur, quàm nulla nostrarum actionum sine hac Deo possit placere.

Math. c. 5. v. 16. In Cantico anticorum sapient.

In Cantico anticorum sapient. I N epithalamio divino, regis virginis oculos mirificè commendat regis è caelo sponsus, sed per similitudines dissimillimas, ita ut homo caelestium arcanorum rudis, non immeritò quærat: Quæso, an sponsus hic tumulentus est, quibus verbis sponsum laudat? Oculi tui, inquit, columbarum. Et: Oculi tui sicut piscinæ Hesebon. Ecquid oculis columbinis cum piscinâ? quid minus sibi simile quàm oculus & amplissimum stagnum? Mytherium, texit divinus spiritus eleganti involucre.

A Oculi columbinis oculis sunt similes, ut videant; piscinis Hesebon conferuntur, ut videantur. Hesebon, urbs regia, Hieronymo teste, viginti milliibus distabat à Jordane. Ad huius portam unam duæ erant nobilissima piscinæ, crystalli æmulæ. Huc populus feriatis diebus catervatim effundebatur animi causâ, ad spectaculum crystallini maris. His ergo piscinis pæne quotidianum erat, Videri. Et hinc sanctus Spiritus oculos sibi placentes & piscinis confert & columbarum oculis. Et principio quidem comparat oculis columbinis; Columba omnium gentium sensu symbolum erat mutuae fidelitatis conjugum, cum alter alterum pari fide respicit. Et hoc caelestis sponsus in animâ castâ dilaudat, oculos eam habere columbinos: Oculi tui, ait, columbarum; oculi fideles & casti, quos in me solum desectis, & quos ego solus expleo; neque enim agendo, alium quàm me respicis, Et ad me converso tua. Et velut alteruter conjux oculos à conjuge divertens, adulteræ mentis suspicionem mover: sic anima, si oculum intentionis in aliud quid quàm in Deum conjiciat, fidem fallere, & aliis à Deo placere se velle ostendit. Nam quæ fidelis est, illud assidue ingeminar: Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea, faciem tuam Domine requiram: oculi mei tam & amplè simul & angustæ capacitaris sunt, ut præter te, mi Deus, capiant neminem, nec ullius oculis serviant quàm tuis. Eam ob causam tam fideles columbarum oculi, etiam piscinis Hesebon conferuntur. Vult enim Deus sibi caros ab omnibus videri, vult omnium oculos in illis desigi, ut superbus in iis intuendis discat, quàm eximia sit virtus Humilitas; ut avarus cernat, quid possit Liberalitas; ut impurus videat, quàm decora sit Castitas; ut iracundus noiat, quid præstet Mansuetudo & Placabilitas. Vult Deus amicos suos esse velut piscinas Hesebon, quas plurimi contemplantur, è quibus hauriant, à quibus virtutum exempla capiant. Et quamvis hæc piscinæ videantur, non tamen sentiant se videri; neque alios ita videant, ut iis placere cupiant, profusus ut Aaron, qui omnium in se oculos recepit, ipse suos in neminem ausus emittere.

B Ergo aliis placere non cupiat, qui cupit Deo; nec intentionis oculum in rem creatam ullam desigat, qui Creatoris in se amorem concitare desiderat. Hic rerum cardo vertitur, ut Deum omnium actionum suarum finem assidue observet homo. Certè officium Christianum non ab initiis metiendum est. Potest quis è vilissimo tugurio Romam ire in Summi Pontificii palatium, ex hoc pariter ad pauperrimam casam tendere, & ab his viæ terminis æstimandum est & illud, & istud iter. Sicut autem viator Romam iturus, cum animo suo assidue volvit Romam; Romam diu noctûque secum agitat, Romam somniat, hæc eum cogitat & cubitum euntem & surgentem non deserit, Roma enim viæ terminus est: sic in omnibus nostris actibus finem nostrum præstituumus: quis ipse sibi dicat quotidie. Quò tendo? quid quæro? propter quid me fatigo?

Hæc intentio tam necessaria est volenti piè vivere, atque necessarium est spiritum ducere, volenti naturaliter vivere; idque duplici de causâ. Prima, arcendæ vanæ gloriæ: Altera, augendis meritis.

§. I. V Ana gloria vitium simul & periculosissimum & subtilissimum, tam multiplici vastramento insidiosum, ut vitari possit difficillimè. Alia vitia insidiantur nobis in terrâ, hoc etiam in ipso pæne caelo pedicæ tendit, undique virtutibus occupatum invadit. Imò quò sanctius quis vivit, hoc maiorem illud sibi sumit licentiam, tantòque irruit audacius, quantò plus contra se cernit præsidii, è virtutibus nostris crescit, & acquirit vires. Omne genus insectorum, velut rana, scarabei, mures, cimices, vermes, & id genus animalculorum è putri materiâ

Nascentur ex semine recense genero

Cur S. Spiritus oculos sibi placentes piscinis & oculis columbarum confert. Cant. c. 1. v. 15.

Cur S. Spiritus oculos à conjuge divertens, adulteræ mentis suspicionem mover: sic anima, si oculum intentionis in aliud quid quàm in Deum conjiciat, fidem fallere, & aliis à Deo placere se velle ostendit. Nam quæ fidelis est, illud assidue ingeminar: Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea, faciem tuam Domine requiram: oculi mei tam & amplè simul & angustæ capacitaris sunt, ut præter te, mi Deus, capiant neminem, nec ullius oculis serviant quàm tuis. Eam ob causam tam fideles columbarum oculi, etiam piscinis Hesebon conferuntur. Vult enim Deus sibi caros ab omnibus videri, vult omnium oculos in illis desigi, ut superbus in iis intuendis discat, quàm eximia sit virtus Humilitas; ut avarus cernat, quid possit Liberalitas; ut impurus videat, quàm decora sit Castitas; ut iracundus noiat, quid præstet Mansuetudo & Placabilitas. Vult Deus amicos suos esse velut piscinas Hesebon, quas plurimi contemplantur, è quibus hauriant, à quibus virtutum exempla capiant. Et quamvis hæc piscinæ videantur, non tamen sentiant se videri; neque alios ita videant, ut iis placere cupiant, profusus ut Aaron, qui omnium in se oculos recepit, ipse suos in neminem ausus emittere.

Eccl. c. 45. v. 14. & 15. Siraçides: Sic pulchra, inquit, ante ipsum non fuerunt talia usque ad originem. Gloria honoris & opus fortitudinis, desideria oculorum ornata. Quidquid in hoc genere venustit vel curiosissimus oculus desiderarit, id in unâ hac veste spectare potuit: Desideria oculorum. Omnem vel avidissimi oculi cupidinem satiavit hæc vestis; nil pretiosius, nil & pulchrius in opere non maximo videre quisquam optarit.

Cur summus sacerdos ab omnibus erat aspiciendus, Hoc bonus Deus eo fine voluit, ne summus sacerdos ad templum progressus omnium ad se oculos raperet, eâ etiam de causâ ad huius vestimenti inum marginem trecenta sexaginta sex aurea tintinnabula iussit appendi, ut ipso sacerdos incessu ad hoc spectaculum undequaque omnes convocaret. Nec erat qui non oculos suos in hoc spectaculo libenter perderet. Interea tamen huic ipsi summo sacerdoti, qui omnium in se oculos convertit, in neminem oculos emittere licuit; ab omnibus aspiciendus neminem ipse debuit aspiciere. Voluit enim Deus ut iuncti sacerdotis oculi in unicum ineffabile Dei nomen irent, quod eâ de causâ sacerdos aureæ laminæ insculptum fronte præferebat.

Neminem autem ipse debuit aspiciere. Nobilissimum hoc paradigma est hominis ex asse probi. Homo serid bonus in se spectandum præbeat, quidquid castis oculis videre in voto est: In omnibus respiciam præbe exemplum bonorum operum. In hoc tali homine opulenti videant exemplum piæ Liberalitatis; afflicti & pauperes, Patientiæ; iracundi & pugnaces, Mansuetudinis; impuri & intemperantes, Continentiæ; ignavi & desides, Industriæ: sit denique talis, desiderium oculorum sanctorum: Sic luceat lux vestra, coram hominibus, ut videant opera vestra bona.

Ad Tit. c. 2. v. 7. Enimvero qui aliorum oculos, vitæ sanctioris exemplo ad se trahunt, ipsi suos oculos nequaquam in sui spectatores emittant, ut ipsis placeant. Sed ut ab ipsis disceant: unum atque unicum Dei honorem spectent in omnibus. Velut Aaron solum frontale suum oculis admittebat: ita hi solum Deum obrutu assiduo contemplantes, laudem etiam oblatam respuant, & à se derivent in Deum, quantumque sibi ipsis displicent, tantum soli Deo cupiant placere, per veram sinceramque in omnibus intentionem; de quâ proximo capite dictum, quàm sit necessaria, nunc porro demonstrabitur, quàm nulla nostrarum actionum sine hac Deo possit placere.

Math. c. 5. v. 16. In Cantico anticorum sapient.

§. I. V Ana gloria vitium simul & periculosissimum & subtilissimum, tam multiplici vastramento insidiosum, ut vitari possit difficillimè. Alia vitia insidiantur nobis in terrâ, hoc etiam in ipso pæne caelo pedicæ tendit, undique virtutibus occupatum invadit. Imò quò sanctius quis vivit, hoc maiorem illud sibi sumit licentiam, tantòque irruit audacius, quantò plus contra se cernit præsidii, è virtutibus nostris crescit, & acquirit vires. Omne genus insectorum, velut rana, scarabei, mures, cimices, vermes, & id genus animalculorum è putri materiâ

§. II. V Ana gloria vitium simul & periculosissimum & subtilissimum, tam multiplici vastramento insidiosum, ut vitari possit difficillimè. Alia vitia insidiantur nobis in terrâ, hoc etiam in ipso pæne caelo pedicæ tendit, undique virtutibus occupatum invadit. Imò quò sanctius quis vivit, hoc maiorem illud sibi sumit licentiam, tantòque irruit audacius, quantò plus contra se cernit præsidii, è virtutibus nostris crescit, & acquirit vires. Omne genus insectorum, velut rana, scarabei, mures, cimices, vermes, & id genus animalculorum è putri materiâ

§. II. V Ana gloria vitium simul & periculosissimum & subtilissimum, tam multiplici vastramento insidiosum, ut vitari possit difficillimè. Alia vitia insidiantur nobis in terrâ, hoc etiam in ipso pæne caelo pedicæ tendit, undique virtutibus occupatum invadit. Imò quò sanctius quis vivit, hoc maiorem illud sibi sumit licentiam, tantòque irruit audacius, quantò plus contra se cernit præsidii, è virtutibus nostris crescit, & acquirit vires. Omne genus insectorum, velut rana, scarabei, mures, cimices, vermes, & id genus animalculorum è putri materiâ

§. II. V Ana gloria vitium simul & periculosissimum & subtilissimum, tam multiplici vastramento insidiosum, ut vitari possit difficillimè. Alia vitia insidiantur nobis in terrâ, hoc etiam in ipso pæne caelo pedicæ tendit, undique virtutibus occupatum invadit. Imò quò sanctius quis vivit, hoc maiorem illud sibi sumit licentiam, tantòque irruit audacius, quantò plus contra se cernit præsidii, è virtutibus nostris crescit, & acquirit vires. Omne genus insectorum, velut rana, scarabei, mures, cimices, vermes, & id genus animalculorum è putri materiâ

§. II. V Ana gloria vitium simul & periculosissimum & subtilissimum, tam multiplici vastramento insidiosum, ut vitari possit difficillimè. Alia vitia insidiantur nobis in terrâ, hoc etiam in ipso pæne caelo pedicæ tendit, undique virtutibus occupatum invadit. Imò quò sanctius quis vivit, hoc maiorem illud sibi sumit licentiam, tantòque irruit audacius, quantò plus contra se cernit præsidii, è virtutibus nostris crescit, & acquirit vires. Omne genus insectorum, velut rana, scarabei, mures, cimices, vermes, & id genus animalculorum è putri materiâ

§. II. V Ana gloria vitium simul & periculosissimum & subtilissimum, tam multiplici vastramento insidiosum, ut vitari possit difficillimè. Alia vitia insidiantur nobis in terrâ, hoc etiam in ipso pæne caelo pedicæ tendit, undique virtutibus occupatum invadit. Imò quò sanctius quis vivit, hoc maiorem illud sibi sumit licentiam, tantòque irruit audacius, quantò plus contra se cernit præsidii, è virtutibus nostris crescit, & acquirit vires. Omne genus insectorum, velut rana, scarabei, mures, cimices, vermes, & id genus animalculorum è putri materiâ

§. II. V Ana gloria vitium simul & periculosissimum & subtilissimum, tam multiplici vastramento insidiosum, ut vitari possit difficillimè. Alia vitia insidiantur nobis in terrâ, hoc etiam in ipso pæne caelo pedicæ tendit, undique virtutibus occupatum invadit. Imò quò sanctius quis vivit, hoc maiorem illud sibi sumit licentiam, tantòque irruit audacius, quantò plus contra se cernit præsidii, è virtutibus nostris crescit, & acquirit vires. Omne genus insectorum, velut rana, scarabei, mures, cimices, vermes, & id genus animalculorum è putri materiâ

Nascitur
ex semine
recenti &
generoso,

materiali nascuntur: at verò fœdissimus hic vermis, Vana gloria, semine prodit recenti & generoso, è largâ elemosynâ, è rigido jejunio, è fervidis precibus ortum ducit, & nulli loco, ut Hieronymus loquitur, nulli statui, ætati, ordini, aut sexui parcat, & victum in victorem insurgit vehementius. Vana gloria, vehemens hectica est medullas exugens, & vix unquam, si quem occupavit, deserens, primum & ultimum vitium nobis superandum, Augustini sensu.

Quàm suave fuit Prophetæ Jonæ sub umbrosâ hedera meridiari? unicus vermiculus omnem amœnitatem illam turbavit. Virent subinde opera nostra, velut arbor feracia diffundens brachia, sed quamprimum vermiculus superbiæ hanc arborem admorderet, momento exarescunt omnia. Vermiculus iste sic se novit abdere, sic furtim rodere, ut ii ipsi qui vanâ gloriâ turgent, non tantùm id non noceat, sed nec credant noceant, & monenti: vermiculus iste abigi se patitur, & cedit incantationi, sed mox redit. Non factis est vanam gloriam semel effugisse, centies redit, millies redit, & sæpe impetu majore. Ideo venenatus hic anguis quotidie, & sæpius sacris carminibus urgendus est. Vera contra hanc pestem incantatio est illud regii varis: *Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.* Dum vivimus, monente Bernardo, è corde & ore non abeat istud Hebræi regis sacrum carmen.

At quis semper ad hoc cantandum tam alacer? is qui in omnibus est sinceræ rectæque intentionis: hæc excitat & impigrum facit, hæc docet bene agere, & sibi affidere præcinere: *Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam*: tuo, Domine, non nostro nomini, nec nostris meritis, sed tuis. Sanctus Ignatius Lojola, charissimum sibi symbolum habuit: *Omnia ad majorem Dei gloriam.*

§. III.

Ad eam necessaria est recta intentio, ut sine hac nemo effugiat vanam gloriam, quam rectè Cyprianus vocat subtilissimum malum. Quod reconditiora cordis arcana penetrat, & spiritalioribus mentibus insensibiliter se infundit. Eleganter Petrus Chrysologus: *Vana gloria, inquit, secretum virus, virtutum facus, tinea sanctitatis.* Optimè Joannes Chrysolomus: *O nova, inquit, calamitatis genus! è furiosam hanc turbationem! quæ tinea corrodere non potest, nec fur violare, ea inanis gloria omnino dispergit.* Hæc est tinea calescens thesauri, hic est fur qui æterna regna furatur, qui immarcescibiles à nobis divitias aufert, qui tanquam contagiosus morbus omnia corrumpit. Ita quoniam prospexit diabolus tam latronibus & vermibus, quàm aliis machinis inexpugnabile illud esse præsidium, per inanem gloriam hoc expugnat.

En etiam cælum ab his vermibus tutum non est. Suedet Christus: *Theaurizate vobis thesauros in calo.* Et tamen ne sic quidem penitus secuta sunt quæ illic reponuntur. Vana gloria furtivo meatu surrepens, thesauros cælo jam repositos clanculum asportat, nisi custos apponatur recta intentio, quæ nec latum unguem abeat à commissis sibi divitiis. Quidquid unquam boni fecimus, quidquid facturi sumus, intentione rectissimâ undique communicamus, nisi nos delectet frustra laborem sumere.

Nullius sunt meriti difficillima etiam & excellentissima opera, nisi accedat intentio bona: vanus est omnis labor, quem non recta intentio commendat. Hanc Deus spectat in omnibus actionibus nostris, huic daturus est premium. Haud majus, nec magis memorandum facinus est, quàm alterum alteri vitam impendere: sed est quis suo corpore centenas cruces vestiat, sexcentas rotas induat, mille secures pupuret, & moriatur milles, nisi id fiat pro Christo, Dei causâ, sanctâ intentione, mori poterit, sed martyr nunquam erit, ad cælum item gloriam id ei nihil proderit. *Non pœna, sed causa, sed*

Tom. I.

A *intentio facit martyres*, uti Hieronymus testatur.

Eadem est ratio, in aliis maximi mōmenti rebus. Intentio baptizat; intentio consecrat &c. eum è mille panibus sacerdos in dominicum corpus verbis Domini commutat, quem intentione sibi destinat.

Omnis meriti nostri, quàm nos, fundamentum est intentio, ideo Christus orationis Dominicæ caput esse voluit: *Sanctificetur nomen tuum*, ne scilicet unquam alio agendi principio moveremur, quàm Dei honore. Cùm ergo tantæ sit nobilitatis intentio, jure in divinis paginis cor vocatur. Cor initium est vitæ; talis vita, quale cor. Homo in pecudè migrat, si ei cor pecudis inferatur; pecus in hominem transit, si ei cor humanum addatur.

Nabuchodonosorem Regem voluit Deus fieri bestiam, & inter illas velut unam ex illis agere. Ideo jussit: *Cor ejus ab humano commutetur, & cor feræ detur ei.* Sed voluit bonus Deus ut hæc bestia denuo in hominem mutaret. Factum est, &: *super pedes suos quasi homo stetit, & cor hominis datum est ei.* Talis est intentio, cor omnium eorum quæ agimus.

§. I V.

Considerate hîc mihi obsecro eandem sententiam in duabus curiis pronuntiatam. In curiâ Hierosolymitanâ, præside Caiphâ summo Pontifice, pleno confessu Senatorum dictum est: *Expedit nobis ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.* Hoc summus Pontifex decrevit, subscripserunt ceteri. Idem profus in curiâ cælesti à sanctissimâ Trinitate decretum est: *Expedit ut unus moriatur homo pro populo.* Hæc autem eadem decretoria sententia, in Hierosolymitano quidem concilio summæ sapientiæ & justitiæ; in concilio cælesti summæ sapientiæ & justitiæ: illic ferinum cor Caiphæ & Senatorum, ejus odio & invidiâ incitabatur in hunc unum hominem, hic verò cor divinum in eundem hominem summo amore ferebatur. Ita cor principum vitæ; & sicut corde læso, vicina est mors omnibus cordis functionibus: ita nullum hominis opus dici potest vivum, quod isthoc corde caret, quod non fit propter Deum: inter mortuus est labor omnis, quicunque hac vivâ intentione destituitur.

Rem miram narrat Appianus Alexandrinus de duplici victimâ ex corde. Julius Cæsar eo die, quo in curiâ occubuit, senatum ingressurus, de mote fecit: aperta victimâ cor defuit. Extispice nescio quid vaticinante de Imperatoris obitu, irrisit Julius, & aliam admoveri iussit, sed & hæc corde caruit. Mirum profus, bis mirum. Et quâ ratione vivat animal sine corde, an tunc primum absumpto, an verò antea desiderato? si antea, & quomodo vixit? si tunc, & quomodo consumptum est? Quidquid id est, victimâ sine corde, certus mortis nuncius; sic & opus sine intentione rectâ opus mortuum, inutile, nullum.

Ergo, *omni custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit.* Ergo quociescunque laborem nobis sumimus, aut precaturi, aut rem divinam audituri, aut elemosynam daturi, aut quidvis aliud acturi, hoc unicè curemus & ante omnia, ut agentibus hoc tale cor non desit, ut per intentionem rectam ad Dei honorem agamus omnia. Non est virtus, non est ullum rectè factum, cui deest pars optima, intentio recta, *Videte vosmetipsos ne perdatiis quæ operati estis, sed ut mercedem plenam accipiatis.*

C A P V T V.

In quo potissimum consistat RECTA INTENTIO. Vbi aliquid de actu & habitu Intentionis.

Novum pacti genus & pæne inauditum, si quis cum altero sic paciscatur: Amicitiam coibimus, P p 2 sed

Iste se novit
abdere, ut
qui vanâ
gloriâ turgit,
id non noceat,
nec credant
noceant.

Psalm. 113.
v. 9.
Serm. 5, de
sanctâ.

Psalm. cit.

L. de Tent.
Cyprianus.
in vita.
Serm. 7.
In c. 22.
Matth. hom.
71. propius
psalm.

Matth. c. 6.
v. 20.

Difficillima
opera
nullius
sunt meriti
si non ad
rectam
intentionem.

In c. 5. ad
Gal.

Intentio in
factis paginis
vocalur
Cor.

Dan. c. 4.
v. 13.

Dan. c. 7.
v. 4.

Joan. c. 11.
v. 50.
Quæ differentia
sententiæ
latae in
concilio
Hierosolymitano
& in cælesti
concilio.

Quamvis
id Cicero
l. 2. de
vitiis eludat.

Prov. c. 4.
v. 23.

Jonn. epist.
2. v. 3.

sed in mutui fœderis stabilitatem ego te denasabo: tuus mihi nasus loco litterarum, & signi, & subscriptionis erit. Hoc tamen eruentum & Scythicum pactum tolerabilius foret, quàm fuit illud Ammonitarum regis Naas cum viris Jabes Galaad, qui rogarunt haberi se fœderatos, & sic servituros regi. Quibus Naas Ammonites: *U hoc, inquit, serium vobiscum fœdus, ut etiam omnium vestrum oculos dextros.* Volebat fœvus rex miseris ad bellum prorsus inutiles reddere, sinister enim oculus tegebatur scuto, dextrum volebat erutum. Itaque hoc agebat, ut non tantùm nescirent vincere, sed & punire.

Rex inferorum Lucifer non aliâ lege amicitiam inicit cum homine, quàm, ut sinat sibi erui oculum dextrum *bona intentionis*, oculum illum simplicem ad Deum dirigendum. Ubi fœdus hoc admittitur, triumphum canit Satan; hominem facillimè vincit, eumque sibi facit mancipem: nam oculo illo caret, quo solo utendum est contra hostem. De dextro hoc oculo, quem Christus simplicem vocat, hæctenus actum, quid sit oculus iste simplex, quàm necessarius, & quàm sine hoc nihil Deo placeat. Nunc porro explicabimus, quid huic oculo sit gratissimum, sive, in quo potissimum recta inrentio consistat.

§. I.

Fuit ut Christus reprehenderet suos, in quo minimè videbantur commoverisse reprehensionem. *Reversi sunt, inquit Lucas, septuaginta duo cum gaudio, dicentes: Etiam demonia subjiciuntur nobis.* Nimirum præclatè rem gesserant, & miracula quoque pararant; num igitur tristandum ob hoc, aut flendum? Subjicit tamen Christus illa narrantibus: *Verumtamen in hoc nolite gaudere: facta, & mei discipuli, non improbo, sed hoc in factis sanè spectandum non est, huc vestra intentio non eat; neque enim sat purus est iste fons gaudii, quamvis rarum ac magnam sit hoc donum, mirabilis & magnifica hæc potestas in cacodemones, non tamen vestrum hoc opus est, sed mea gratia; nec ad vestram salutem spectat, spiritus vobis subijci, sed ad aliorum. Alia sunt & potiora dona de quibus solidè gaudere liceat. Hoc unum vobis maximi faciendum, vos bono loco esse apud Patrem meum: Gaudete autem, quòd nomina vestra scripta sunt in cælis; huc omnis actio vestra, huc gaudium collineat.*

En ut cælestis medicus sanorum oculos malignè humidos terferit, & fluxum intentionis non commendandæ siccarit. Intentio mala semper caducum quid vanumque spectat, eoque vitiosè contenta est. Intentio bona puraque, non nisi æternantia desiderat, atque si sit purissima, solum Deum.

Diximus capite secundo, cavere culpam eo tantùm animo, ne culpa in flammis sit luenda, intentionem esse non damnandam, sed nequaquam puram, nec aded magni pretii æstimatori Deo. Et quemadmodum civis ille tam probæ notæ non est, qui civicam legem de symposiis extra urbem non instituendis religiosè quidem servat, non tamen reverentiâ legis, sed nummorum amore; cum ena parcat non famæ, nam altero tantè carius potaret in paganis tabernis: itaque potius in urbe helluatur: Ita nec illa omnino purissima intentio est divinæ legi parere ideo, ut vitam agerè liceat æternam in gaudiis: bona est quidem, & melior priore, sed aliquem sui amorem sapit. Optima & purissima est intentio, & verè simplex oculus, qui Deum solum respicit tam fixè, ut qui habet hunc oculum, sincerissimè de seipso pronunciet: *Serviam Deo propter Deum.* Hoc sensu proficere olim Hebraeus rex, &: *Quid mihi est, in celo, & à te quid volui super terram Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Propter te solum, mi domine, omnia libenter vitabo, quæ vitari iussis; omnia hilariter & faciam & patiar, quæ mihi facienda venient, aut parienda.

1. Reg. 6. 11. v. 17.

Ibid. v. 20.

Ibid. eod. vers.

Pf. 72. v. 25. & 26.

A Illud unicum, *Propter te Domine, propter te*, ò mi Domine, *propter te*, usque & usque sexcenties, & usque milies, imò assiduè ingeminandum. Nullus dies abeat, sed nec hora, quàm non & labori, & cuicumque demum molestiæ nos promptè submittamus; isthoc identidem per calentem affectum repetito: *Propter te, Domine, propter te*, & ab hoc abstinere & sustinere illud: hoc agere & istud perpeti paratus sum, sed *propter te Domine, propter te.* Nam *Pf. 43. v. 2. propter te mortificamur tota die.*

§. II.

Rectè Bernardus, *Purus amor*, inquit, *non est mercenaria.* Mercedem operis securitatem non nescit, sed eò nunquam respicit, neque ideo bene loquitur ut bene pascatur, nec ideo sanctè agit ut copiosè id exsolvatur. Amor purus imitandum sibi proponit Deum, qui *universa propter semetipsum operatus est*, & propter gloriam suam. Æquum omnino est, ut homo propter hunc eundem Dominum, & Conditorem suum nihil facere aut ferre derrectet. Talis erat illa cælestis Sponsa, quæ omnia poma, nova & vetera, dilecto se servasse ait. Novi recentisque fructus sunt, ea quæ in novâ lege à divina gratiâ oriuntur, ut sunt Deum amare, in Deum credere, sperare, precari, in ediam & vigilias, aliâve aspera propter Deum tolerare, & hoc est vitiorum ex Adamo traduces crucifigere, & hi sunt fructus horni. Poma vetera sunt illa naturæ opera, edere, bibere, loqui, dormire, &c. quæ tamen unâ cum novis offerenda, ut etiam hæc facturi nunquam non dicamus; *Propter te, Domine, edam & bibam, propter te dormiam, propter te omnia faciam, ut tibi uni placeam, etsi hominibus universis displiceam.*

Et quamvis difficile non sit illa primi generis opera propter Deum facere, difficile tamen est illa generis secundi; cum vis animæ inferior, ac depravator natura, incredibili affectu ad se trahat quidquid novit sibi esse commodum & suave; huc tota festinat, & id unum agit ne malè sibi sit: atque si sibi ipsa relinquatur, sibi met servit fidelissimè. Itaque vi adigenda est, ut illa omnia Deo permittat fieri; ut quis ideo tantùm velit edere, bibere, loqui, dormire, quòd id placeat Deo. Et hoc est quod divinus Paulus tam seridè commendans: *Sive ergo manducatis, inquit, sive bibitis; sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Tertullianus apud Christianos in more positum fuisse asserit, ad principium cuiusque operis cruce se signare. Quod tantundem erat ac dicere: *Hoc fiat ad gloriam Dei, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.*

§. III.

Quærit Basilius, quâ tandem ratione quis possit edere, & bibere ad Dei gloriam? Huic suæ quaestioni respondet in hunc modum: *Mensam accedat animo non nimium soluto, & in solum cibum hiante, qui tantùm imperet: Asser, affer, cibus est meus, meam quadrantem lambam, è meo penore vivo, ideo curabo ut mihi bene sit, & sentiam me vivere. Non sic loquendum, neque sic edendum, sed istud animo volendum: In spectorem habeo Deum, ergo cibum ita sumam, ut nullus inde offendantur, Dei gloria non minuat; nolo ventris mei esse mancipium, ut solum hic voluptatem secter, neque enim vivo ut edam, sed edo ut vivam, & par sim ferendis laboribus. Verbo, qui refeci vult sine culpâ, nunquam edat & bibat, quin hoc ipsum in Dei laudem faciat: *Propter te Domine, propter te comedam & bibam; te memm finem in omnibus quaeram.**

Sed num hoc nobis cogitandum eo ipso tempore quo mensam accedimus? Notandum, hic aliam esse intentionem, quæ dicitur **ACTUALIS**, aliam, quæ **VIRTUALIS**. Actualis est, cum quis Deo offert quod facit dicit, aut dnm facere incipit. Hæc certè intentione omnis no-

Serm. 83. Prov. c. 16. v. 4.

Qui sunt recentes fructus.

Que poma vetera, eaque cum novis Deo offerenda.

1. Cor. c. 10. v. 31. L. de Corin. in mil.

Basilius in reg. brev. r. g. 196. Quomodo potest quis edere & bibere ad Dei gloriam.

Non sufficiat una intentio ad omnes dei actiones Deo commendandas,

sed esse sufficit ut propositum sit effectus & causa operationis que publica sit: Pf. 4. ar. 4. 1. Ezech. 44. ar. 1. & aliorum.

Alia intentio est actualis, alia virtualis.

nis nobis dies est ordiendus, antequam quidquam agamus, offerendo divinæ gloriæ, quidquid acturi sumus. Sed expedit non confusam operum turbam & conglobatam, sed explicatè & præmeditatè futuræ diei actiones sic Deo sistere: Mi Deus, quidquid ego hoc die dixerò, fecerò; quidquid etiam cogitaverò, id omne tibi offero. Ego has & has preces, illum & illum laborem, ista atque ista negotia mea tibi consecro, nec aliud cupio, quàm ut quidquid hodie horis omnibus acturus sum, id omne cedat in tuum honorem, mi Deus. Hæc intentio dum manè suscipitur *actualis* est, tunc enim voluntas est in opere. Hac ita suscepta abit quis in templum, in forum, in curiam, in sphaeristerium, nec ampliùs cogitat; pro Dei honore illuc aut illuc se iturum: atque tunc intentio quæ manè erat *actualis*, incipit esse *virtualis*, si tamen vis ejus aliqua remotis illis actionibus hæreat impressa: sicut lapis manu excussus, sursum per aërem volitans, non suâ mole, sed manus impulsu regitur ac movetur.

§. I V.

Hic notandus perpetuus mos Sanctorum, qui minime contenti matutinâ illâ intentione, omnia opera velut in cumulom congerere, & sic Deo in plenitudine tradere, sed insuper quotiescunque novi operis aliquid sumunt, toties intentionem illam restaurant, illud assiduè secum ingeminantes: Domine, hoc propter te faciam; propter te, Domine, orabo; propter te laborabo; hoc propter te cogitabo; nunc propter te tacebo, nunc & propter te loquar. Quemadmodum homo potulenus quoties ferè bibit, toties combibonum uni propinat, & plerumque poculum excipiat; ita homo probus ad cujuscunque operis initium, illam actionem suam quasi Deo propinans ait: Domine, omnis hic meus labor tuus est; hæc lectio, Domine, hæc scriptio, hæc mea meditatio tua est; tibi Domine, & propter te hæc omnia facio. Hæc proborum hominum perpetua est consuetudo, & sunt Theologi qui unicam illam matutinam intentionem negent sufficere, ad omnes diei actiones Deo consecrandas. Nam intentio *virtualis* actionem saltem impellat & promoveat necesse est: at quis impulsus est à matutinâ intentione, cum quis meridie ad mensam sine ullâ Dei aut divini honoris memoria, à tempore, à fame, à consuetudine monitus venit? Non est in illo matutino proposito vis alia, quàm ut ex eo bona censeantur, quæ illius velut iussa fiunt, sunt autem illa sola, quæ hinc non interrupta vi oriuntur: eam autem interrumpit oblivio, cogitatio, vel actio naturalis diversa.

Hinc liquet non sufficere homini iusto ad promerendam singulis actionibus gratiam & gloriam, principio diei totum se Deo offerre, cum proposito omnia ad ipsius gloriam faciendi: sed necesse est ut hoc positum efficax sit, & verè causâ operum quæ postea fiunt: ad hoc generalis intentio non satis est, sed requiritur ut peculiariter constituatur, exempli causâ, summa pecuniæ danda pauperibus, quæ deinceps vi illius propositi erogetur. Hæc Theologorum mens est. Hinc etiam luculentum, cur Christus bonis actionibus mercedem gloriæ promiserit, non tamen sine hac appendice, Si fiant propter nomen suum. Est quidem positum initio hebdomadis aut diei conceptum, ob Dei amorem omnia ad ejus gloriam agendi, actus Charitatis ac Religionis, tantò præstantior majorisque meriti, quantò amplius & extensius objectum habet, non tamen omnibus illius diei aut hebdomadis actionibus suam nobilitatem induit. Nam ut opera sequentia ex tali actu promerantur divinam gratiam & celestem gloriam, necesse est ut sint effectus illius. E bonâ intentione seu actuali seu virtuali sunt, quæ vi illius procedunt, velut arbor surgit à semine. Ut si quis peregrinationem instituat ad locum Deo sacrum, omnes actiones in viâ exercendæ, aut per-

A ferendi labores, præclari erunt meriti, si exerceantur, illæ, isti perferantur ex vi ac necessitate propositi illius nunquam revocati. Et ut summatim dicamus: Opus hominis iusti æternam gloriam tunc promeretur, si ab actu Charitatis seu rectâ intentione imperetur, atque in Deum ut finem ultimum referatur, sive per præsentem actum bonæ intentionis (quod est actu referri) sive per præteritum, à quo tanquam causâ movente opus procedat; quod est referri virtute.

Ergo, si proborum exempla æmulari, si ex virtute agere, si omnes actiones nostras Deo consecrare cupimus, hujus operæ non laboriosæ nos minime tædeat, quin proposito matutino sapiens per diem instaurato, & intentione actuali (quæ certiori pede graditur quàm virtualis) omnia dirigamus ad Deum. Quoties mechanici opifices opus suum ad certam normam, amussim, regulam examinant? quoties de die faber lignarius, aut cæmentarius regulâ longitudines, normâ angulos, altitudines libellâ explorant? quoties statuarius, latomus, marmorarius canonem applicant? quoties Architecti, pictores, Mathematici ad chorobatam aut lineam undequaque omnia mensurant? Ita Christiani singulos actus suos ad divini beneplaciti perpendicularum exigant, ne fallantur aut errent, neve obliqua intentio subrepat, & optima quæque depraverit.

§. V.

Gratissimum est Deo, actionibus omnibus & singulis, divini honoris lineam dictâ ratione applicare. Refert Ludovicus Blossius; Gertrudem sanctam virginem à Christo monitam, sua sibi opera omnia minutatim consecraret, nec tantum lectionem omnem, aut descriptionem, sed voces quas lectura, characteres quos scriptura, neque tantum cibum aut potum quem sumptura, sed bolos quos comestura, verba omnia quæ locutura, gressus omnes quos positura, anhelitus omnes, quos & vigilans & dormiens ductura, singulari affectu offerret. Quid hoc aliud est, quàm exigere, ut centum floreni, qui ut æ alienum debentur, per singulos asses aut obolos numerentur. Sed cur id Deus à nobis exigit? Nostrum non est quærere, cur hoc aut illud velit Deus (quis enim dicere potest, cur ita faciat) sed tamen ratio in promptu est: Vult Deus homines sui servitii exquisitè sedulos, vigilantes, industrios, & in omne suum obsequium esse arrentos, qui non obiter, perfunctoriè, & oscitanter faciant quod debent, qui nunquam in officio claudicent, nullamque rem dissolutè conficiant, sed qui studiosissimè omnia diligentissimèque curent, qui noctes & dies nihil aliud agant, quàm ut Domino suo placeant, qui omnibus nervis ac facultatibus contendant, ut ei se probeant cui placere cupiunt.

Hæc hominis contenta industria, Deo accepta est, etiam in minimis. Palladius Helenopoleos Episcopus, de scipio juvene: Quodam die, inquit, conveni Macarium Alexandrinum valde anxius, dixitque: Ecquid faciam, pater; affligunt me cogitationes meæ, illud assiduè ingerentes: Nihil facis, recede hinc, frustra sunt tua omnia. Ad hæc Macarius respondit: Dicitu tuis cogitationibus, Propter Christum custodio parietes. Quid obsecro faciliùs quàm parietes custodire, qui non tantum non aufugiunt, sed nec asportari queunt? & tamen hæc ipsa parietum custodela magni æstimanda, ob simplicem illum oculum in Christum conversum.

Duo sunt in omni peccato, *Aversio* & *Conversio*. Qui agit contra rationem, conscientiam, Dei legem, avertit se à Deo, ut degener filius reluctante patre & altum reclamante: Mane fili, mane hic, mane. Ille nihilominus domo excurrans in tabernam à parente veritam se penetrat. Dupliciter delinquit refractarius hic juvenis; à patre abit, & subit ganeam prohibitam. Eadem profus ratio est omnium gravius peccantium. Cui sua libido, aut

Non sufficit una intentio matutina ad omnes diei actiones Deo consecrandas,

Sed necesse est ut positum sit efficax & causa operum quæ postea fiunt: hæc Theologorum mens est. §. 114. ar. 4. §. Bernav. d. 41. ar. 1. & aliorum.

Tunc enim opus iusti æternam gloriam promeretur si à rectâ intentione imperetur.

Instit. spir. c. 9. mibi pag. 392.

Iob. 9. v. 12.

Pall. c. 20.

Aversio, & Conversio, sunt in omni peccato.

dignitas, aut crumena potior est quam Dei lex, hic è facili divina iussa contemnit, rei amarae aditu arceri non vult, ideo averfus à Deo abit; & excurrit ad illicita; hic quidem ad pecuniam, iste ad mulierculam, ille ad alias varias voluptates.

Sed utrum in contemptoris filii delicto gravius est? num excurfus & fuga è paternâ domo, an ingressus tabernæ? gravior certè videtur fuga hæc à patre, velur causa culpæ sequentis. Ita proffus in omni peccato. Aversio à Deo gravissimum malum, & malorum omnium inde provenientium origo.

Eodem planè modo in quavis virtute duo spectanda sunt. Exemplo fit pia liberalitas in pauperes, in qua certitur, & benefica manus in egenum, & conversa mens ad Christum, cui placere vult, & cuius legi satisfacere cupit is qui sic in egenos liberalis est. Atqui hæc ad Christum conversio præ illo altero majoris est meriti, & plurimum gratiæ conciliat omni actioni. *Tantum ergo facis, quantum intendis.*

CAPVT VI.

Vtrum bona, seu RECTA INTENTIO possit opus malum, facere bonum?

In quavis virtute duo sunt spectanda.

Gen. c. 15. v. 9.

DEUS Abrahamæ sacrificium imperans: *Sume, inquit, mihi vaccam triennem, & capram triennem, & capram trimam; & arietem annorum trium, turturem quoque & columbam.* Columbam solam non vult Deus, nisi jungatur ei turtur, ea scilicet avis quæ spectet ad cogitationem: non vulturem, non upupam, non accipitrem in hanc societatem admittit, sed turturem. Nimirum exigit Deus, ut omnibus quæ ipsi offerimus, columbam addamus, sinceram intentionem: at si quis huic columbæ jungat scætentem upupam, sacrum faciet ingratißimum. Sit turtur cum columbâ; sit opus ut minimè non malum cum intentione bonâ: alioqui columba & upupa in conjugium conveniunt inæquale. Bona intentio, & opus malum, exofum Deo sacrificium.

Cur Deus columbam solam non vult in sacrificio.

Hinc liquet quàm Deo non grarum munus veniat ab eo, qui aufert donandi gratiâ; qui pauperes vestit, sed pannum ac corium furatur pro his vestibus, exuviis divo Petro detractis, divo Paulo induvias præstat. Hoc aliud non est quàm columbam & upupam in idem sacrificium cogere, opus malum bonâ intentione vestire velle.

Cur bona intentio non potest malum opus reddere bonum?

Sed non immeritò quæras: Cur bona intentio non possit malum opus reddere bonum? cum tamen mala intentio possit opus bonum reddere malum? Unde tantum, quæso, roboris intentioni malæ, ut opus etiam optimum corrumpat, cum intentio bona tantarum virium non sit, ut operi malo mederi possit? opus bonum intentione malâ contaminatur, & qui fit quod opus malum intentione bonâ non emendatur? si nullus est pretii jejuniæ ex avaritiâ, cur non alicujus sit meriti pladium ex misericordiâ? clarissimè Christus: *Si oculus tuus, inquit, fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit.* Videtur ergo ex æquo jure bonam intentionem præstare posse in opere malo, quod mala potest intentio in opere bono. Respondemus:

Luc. c. 11. v. 34.

Duo mala robustiora sunt uno bono.

E Divi Bernardi sensu: Duo mala robustiora sunt uno bono. Ubi non bonæ est intentio, etsi bonum sit opus, ibi duo sunt mala, mala scilicet intentio, & fallax error. Exempli gratiâ: Triduum ferè à potu tempero, & quàm parcissimè bibo; venturus est enim ad me potator insignis, ut huic responderè possim viribus non imparibus, jam minùs bibo, ut postea possim bibere largiùs. Hic duplex malum. Primum: Intentio mala, scio

in gratiam ebrietatis. Alterum: Error fidei qui persuadet ut credam hanc potus temperantiam Deo non displicenturam. Atque hic opus bonum est duplici malo conjunctum, intentioni & errori. Quod Bernardus eleganter: *Vt oculus, inquit, sit verè simplex, requiritur charitas in intentione, & veritas in electione.*

Lib. de precept. & d. sens.

At verò ubi opus malum est, cum bonâ intentione, bonum unicum est intentio, cetera mala sunt omnia. Hinc fermentum istud etsi bonum, tam potens non est, ut massam malam penetret aut transmutet in meliorem. Notum illud: In asymbolis, uti sunt ignis & aqua, non facilis est transmutatio: bene opinari & malè facere, maximè sunt asymbola. Ad actionem bonam non satis est, putare illam bonam esse; necesse est etiam, absit & error, & dolus. Ad malam actionem satis est si pars ejus unica sit mala. Vulgatissimum est illud divi Dionysii: *Bonum constat ex integrâ causâ, malum verò è quovis defectu.* Quod confirmans Seneca: *Adiice nunc, inquit, quod nihil honestè sit, nisi cui totus animus incubuit atque affuit, cui nullâ parte sui repugnavit.* Ad bene ambulandum, inquit Hieronymus, mediâ tritaque viâ eundum est: bonum agere malâ intentione, est nimium ad dextram flectere, malè agere bonâ intentione, est nimium ad lævam declinare. Utrum fiat non multum curat diabolus, modò fiat alterutrum, modò viator abducatur à medio, cum sit ubique virtutis modus: æquè peccat quod excedit, quàm quod deficit. Paulus monet: *Et non (sicut blasphemamur, & sicut ajunt quidam nos dicere) faciamus mala, ut veniant bona, quorum damnatio justa est.*

San. c. 1. v. 2. Apolte occiditur, ne ligio nec valeat

1 Reg. c. 1 v. 3.

1 Jo. 9.

1 Jo. 7. 14 & 15.

§. II.

GREGORIS Nazianzenus confirmans dicta: *Quis dubiter, inquit, majoris est artus valetudinem egro restituere, quàm adimere sano; difficilius amarissimum liquorem dulcescere, quàm dulcissimum vinum amarescere; ad hoc enim paucis guttulis opus, ad illud grande dolium vix suffecerit.* Dialecticis lex est: Conclusio sequitur debiliorem partem. Ubi intentio bona, & opus malum est, conclusio tota mala est.

1 Jo. 7. 19.

1 Jo. 10. 1 Jo. 12.

Ita fucus est, & mera fraus, actionem ex se malam bono sine honestate velle, victim bonâ intentione sic cupere vestire, ut id Deus velur virtutem prober. Optime Gilbertus: *Quid cum opus bonum prærenditur, inquit, non ipsum bonum, sed aliud totum intenditur. Oculi sine te tenebrosus dicitur ex toto, an ex parte caligans? Mihi quidem magis tenebrosus ex toto videtur. Nam etsi lux deputetur in hoc labore opere, nulla tamen agnoscitur in intentione. Quomodo autem intentione bonâ, quæ bonum non operat: aut quomodo simplex, quæ sub boni velamine seipsam occultat?*

Serm. 22. serm in Cantu. D. Bernards in hoc labore succenturiat.

1 Jo. 13.

Qui statum priorum annorum, ab anno 1618. ad 1525. annuum in memoriam revocat perpenditque horribiles Romani Imperii turbas, & gravissimam tot provinciarum rebellionem, in eam fortè sententiam benignè descendet, ut persuaderi se patiarur, multos rebellium honestissimo sine delusos fuisse. Quantus tunc clamor ad arma vocantium, seque mutuis adhortationibus animantium! sed quo fine, quâ intentione? Quantos audistis dicere: *Vt verbum Dei crescat, ut Evangelium propagetur.* Multi, non dubitem, sanctissimis sese vocibus scellerunt, quibus hoc unum in ore Deo pugnamus, & Evangelio. Sed, o boni, si quidem Deo pugnat & Evangelio, cur in legitimum magistratum insurgitis? cur in dictâ causâ, in hos & illos tam sævè animadvertitis? Hoc contra Deum, contra Dei verbum est, hoc vetat Evangelium. Verbum Dei non gaudet seditionibus, non tumultibus, non rebellionibus. Neque mali quid patrandum, ut inde aliquid boni eveniat. Ergo speciosissimos titulos omittite, bonâ, ut putatis, intentione opus pessimum nunquam satis velabitis. Malè junguntur finis bonus, & medium malum: upupa & columba ingratum Deo sacrificium; mala vi auferre uni quod

Omne mendacium est vitium. Lib. de precept.

Dan. c. 13.

des alteri, vetitum est. Operi malo bona intentio ve-
ram honestatem nunquam induet.

§. III.

P Ari modo, an non & illi qui Apostolos jugulabant,
intentione optimâ factum purgabant? Christus cla-
rissimo vaticinio præmonens: *Veni hora, inquit, ut om-
nis qui interficit vos, arbitretur obsequium se prestare Deo.* Ni-
mirum ideo necabantur Apostoli, ne religio novaretur,
neve peregrina sacra introducerentur in provincias;
ita gravissimum crimen honestissimo nomine prætexebat:
vix enim ullum injustitia genus, quod honestatis
mantelo velari non possit. Clarissimè hoc videre est in
Saul rege Hebræo. Jurasset quis à Samuele prophetâ
magis impetu quam ratione regem objurgatum esse.
Saullem providè & bono animo egisse. Res ita habuit.

1. Reg. c. 16.
v. 2.
Apostoli
necaban-
tur, ne re-
ligio no-
varetur.

1. Reg. c. 15.
v. 3.

1. Ib. v. 9.

1. Ibid. v. 14.
& 15.

1. Ibid. v. 19.

1. 1. Reg. c. 10.
v. 22.

1. 1. Reg. c. 23.

Omne
menda-
cium est
vitium.
1. Lib. de præ-
ceptis.

1. Dan. c. 13.

Præceptum est Sauli regi: *Vade & interfice peccatores Ama-
lec, & demolire universa ejus.* Volebat Deus homines &
pecudes mixtim ad interitum deleri. At, pepercit
Saul & populus, Agag, & optimis gregibus ovium, & armen-
torum, & vestibus, & arietibus, & universis que pulchra erant,
nec voluerunt disperdere ea, quidquid verò vile fuit & repro-
bum, hoc demolitum sunt. Adest ergo Samuel, & *Que inquit,
est hac vox gregum qua resonat in auribus meis, & armento-
rum quam ego audio, Cui Saul: De Amalec adduxerunt ea,
inquit, pepercit enim populus melioribus ovibus & armentis,
ut immolarentur Domino Deo tuo, reliqua verò occidimus.*
Quid hîc obsecro mali? an non optima intentio, ut im-
molarentur ea Domino Deo tuo? An non hoc prudenter est
agere, melioribus parcere in usum sacrificii, ceterorum
vilissima quæque destruere?

At verò Samuel aliâ lance hoc factum trutinans: *Qua-
re, inquit, non audisti vocem Domini, sed versus ad prædam
es, & fecisti malum in oculis Domini? Imo audivi vocem Domi-
ni, ait Saul, & ambulavi in viâ per quam misit me Dominus.*
Cui Samuel: *Nunquid vult Dominus holocausta & victimas,
& non potius ut obediat voci Domini? Timuisti populum?
at Deum magis debuisses. Obrulisti ea Domino? at mè-
lior est obedientia quam victima.* Putasti Dei jussâ mitiùs
interpretanda? At quasi peccatum ariolandi est repugnare.
Arbitratus es Deum id non tam rigidè imperare? At
quasi scelus idololatriæ est nolle acquiescere. Summa summa-
rum hæc est, stultè egisti, mi Saul: Inobedientia inten-
tione bonâ defendi nequit: corium sublegere & cal-
ceos egenis dividere, eleemosyna patibulo digna est.

Ejusdem generis est & hoc: Juber herus accersiri ad
fœserum, qui tunc crapulâ plenus, nec pedibus valet
consistere. Huic excusando fervorem alteri: Here, in-
quit, malè habet. Hic honestè, ut putat, mentitur. Num
hoc licitum? nequaquam. Mendacium veritatis hostis
est, vitium est, et si palliolium bonæ intentionis ei inji-
cias. Verum quidem est, quod Bernardus monet, in-
tentio bona dictum factumque non ad eò bonum excu-
sat, si non à toto, saltem à tanto; ut minor culpa sit in
eo, qui bonum diligit, & malum nescius agit. Ita minus
peccat, qui alterius honori servando aliquid fingit, sed
tamen peccat. Omne mendacium est peccatum, nec bonâ
intentione penitus depurgari potest.

§. IV.

Q Vantis angustiis premebatur castissima Susanna, à
subfessoribus vetulis deprehensa in horro sola? fa-
mæ vitæque amissio versabatur ob oculos, neque ta-
men ut famam & vitam non perderet, committere po-
tuit adulterium, & rectam ad Deum intentionem
amittere.

Eodem modo quærit quis relaxationem animi. Rem
quærit hic non illicitam; bona intentio: sed si duos in
mutuum jurgium & pugnam committat, factum ma-
lum bonâ intentione non defendet. Idem facit, qui fe-
ras alit ut licitam venationem instituat, sed hoc cum

damno vicini, & plurium aliorum, quorum fegetes con-
culcat, & agros vastat: bona hîc quidem intentio, sed
actio mala nunquam excusabilis, perinde ut furtivum
corium, & ex eo calcei pro stipe dati.

Disertè hæc omnia confirmans Augustinus: *Interest Tom. 4. lib.
plurimum, inquit, quâ causâ, quo fine, quâ intentione quid fiat.*
Sed ea que consistit esse peccata, nullo bonâ causâ obrentu, inullo
quasi bono fine, nulla velut bonâ intentione faciendâ sunt. Et ut
opera ex se mala, ab aliis neque bonis ex se, neque ma-
lis distinguar, subdit: *Ea quippe opera hominum, sicut caus-
sas habuerint bonas seu malas, nunc sunt bona nunc mala, que
non sunt per seipsa peccata. Cùm verò jam opera ipsa peccata
sunt, sicut furta, stupra, blasphemie, vel cetera talia, quis est qui
dicat causis bonis esse faciendâ, ut vel peccata non sint, vel quod
est absurdus, justâ peccata sint? Quis est qui dicat, ut habea-
mus quod demus pauperibus, faciamus furta divitibus, aut te-
stimoniam falsâ vendamus, maxime si non inde innocentes leduntur,
sed nocentes potius clamaturis iudiciis eruntur? duo
enim bona sunt hujus venditione mendacii, ut & pecunia su-
matur unde inops alatur, & jûdex fallatur, ne homo puniatur.*
Testamenta etiam si possimus, cur non vera supprimimus & fal-
sa supponimus: ut hereditates vel legata non habeant indigni,
qui nihil ex eis operantur boni, sed hi potius à quibus effrictentes
pascuntur, mudi vestiuntur, peregrini suscipiuntur, captivi redi-
muntur, ecclesie construuntur? Cur non fiant illa mala propter
hæc bona, si propter hæc bona nec illa sunt mala? Quis ista dicat,
nisi qui res humanas, omnesque conatur mores legesque subver-
tere?

Malum
non est fa-
ciendum
ut eveniat
bonum.

Ergo Augustini sensu, nihil mali faciendum est, et si
multiplex inde speretur securitatem bonum. Sed ipse Au-
gustinus sibi objiciens: *Dicit aliquis, inquit, ergo equandus
est fur quilibet, ei furi qui misericordia voluntate furatur. Quis
hoc dixerit? sed horum duorum non ideo est quisquam bonus,
quia peior est unus. Peior est enim qui concupiscendo, quam qui
miserando furatur: sed si furtum omne peccatum est, ab omni
furto abstinentium est.* Eodem prorsus modo cum Augu-
stino dicere licebit: Si mendacium omne delictum est,
ab omni mendacio refugiendum est, seu mendacium
honoris seu officii, seu commiserationis sit. Nam, e-
dem Augustino teste, si hanc peccatis aperimus viam, ut
committamus minora, ne alii majora committant, lato
limite, imò nullo, sed convulsis & remotis omnibus
terminis, infinito spatio cuncta intrabunt atque regna-
bunt vitia. Hoc sapere, quid est aliud nisi desperare, vel
potius insanire?

1. Ibid. c. 8.

§. V.

Q Vam ergo parentes sibi suisque liberis malè con-
sulunt, dum in omne genus lucri inhiant, ne pro-
blem minus opulentam relinquunt. Bonus finis, libero-
rum facultates augere, sed actio mala, pauperum recu-
las diripere, publica valerudinarum spoliare, varium usu-
ræ genus exercere, omne lucrum venari.

Anno nongentesimo quadagesimo nono, Taxis Rex
Ungarorum ingenti exercitu Italiam invasit. Berenga-
rius rex Italiam terram liberare, & hostem repellere co-
gitabat: bonus finis, optima intentio, modò bonum et-
iam modum huic rei adhibuisset. Rationem certè inuit
non bonam: templa & egenorum domos ad eò exhau-
sit, ut immensum thesaurum undequaque corraferit, è
quo Ungaris decem modios nummorum facile potuit
admeriti. Quidquid remanebat, sibi retinebat, factus
vel ab hoste ditior.

1. Luitprand.
1. Tixen. l. 5.
1. hist. c. 15.

Sic etiam, cùm quis sanari cupit, & à morbo re-
lescere, finis optimus: sed mittit ad fatiloquos & vari-
cinatores, & divinos & hariolos, ad conjectores & ma-
gos, hoc jam pessimè agit, nec peccatum purgabit ho-
nesto fine. Sic ambit quis officium, munus, dignitatem,
cupit emergere, finis in se non malus: si quis episcopatum
desiderat, bonum opus desiderat: at si hoc fatagat ne pau-
perior, et si aptior præveniat, si monetur & munera
spargat,

1. Peccatum
non purga-
tur honesto
fine.

1. 1. Tim. c. 3.
v. 1.

C A P V T VII.

Quinam gradus sint Puræ RECTÆQUE INTENTIONIS.

spargat, si post plurima data, plura promittat, & ita per argenteos gradus in sublimem ascendat, aut si etiam alium loco moveat, ut ipse in eum succedat, actus sunt pessimi, tamen illud quod cupit malum non sit.

Sic alius quis causæ judicariæ finem appetit, rem certe bonam appetit, sed quia his atque illis manus argento oblinat, & donis in suam partem trahit, ideo bonum finem pessimè liberalitate corrumpit & destruit. Non sunt facienda mala, ut eveniant bona: in conclave ingredi, licitum mihi, sed non per fenestras.

Sic omnes actiones quæ Christianam prudentiam carent, verè virtutis honestatem nunquam induent, etsi optimè intentione fiant. Sine prudentia nullus actus bonus: *Esse proutentes sicut serpentes.* Nec excusat dicere: Putavi sic agendum, non putavi securum hoc damnum, putavi hunc hominem castigandum. Erat omnino, ut dicis, castigandus, sed non infamandus, non tam insolenter tractandus. Multi *amulationem Dei habent, sed non secundum scientiam.* Judei eo ardore ferebantur in legem Mosaicam, ut ubicunque possent, honorem Christi extirpandum vellent: eni sub magno zelo legis, odium latebat Legislatoris. Hæresiarchæ, & horum assecle habuerint zelum Ecclesiæ in pristinum nitorem reformandæ; bonus erat hic finis, bona intentio. At verò in omnis ordinis & status homines maledicta congerere, magistratum contumelias lacere, minuere majestatem, odio insaturabili in Pontificem pugnare, plebem in proceres armare, concitare bella, alia ex aliis mala profeminare, non erat hoc aliud facere quàm quod fecit Thracius rusticus, qui cum vicinum putarent vires oleasque vidisset, ipse à stirpe omnes incidit: Ita illi. Neque excusari poterunt hæc talia, vel millies ingendo: Putavi omnia melius cessura, non putavi tantum damni securum.

Frigidissimum hoc, *Non putavi*, virtutis patrocinium suscipere non potest. Turpissimum, aiebat Fabius Imperatori excusationem esse, *Non putavi*: ego turpissimam esse homini Christiano, cujus est talem imprudentiam omnem cavere.

Quod si bona intentio malam actionem nequeat in solidum corrigere, quid erit intentioni malæ malum opus addere? si bonis malè uti malum est, malis malè uti pessimum erit. Laudatur cælestis sponsa à genarum pulchritudine: *Pulchra sunt gena tua.* Nemo pulcher, Bernardi estimatione, cui altera gena nimium tumet, aut cere similis est, utraque necesse est amabili colore vivat: *Stude*, inquit, *ambas speciosas habere has genas tue intentionis.* Nam satis non est intentionem esse bonam, sed & actio insuper bonâ requiritur, aut quæ saltem mala non sit. Huc nobis collineandum, ut omnia fiant à nobis intentione quàm sincerissimâ, nec decipi amemus tam speciosis nominibus. *Tamen bonæ intentionis sum; ejus rationes mihi sunt & causæ; istud aut illud, hoc illòve inductu facio.* Quæso non fallamus nos ipsos; actionibus nostris honestatem verbis non conciliabimus; patrum bonus est, qui orantium est bonus. Et verendum certe, ne sæpenumero præter blandam nobisque illudentem assentationem, nihil virtutis sit. Nimis quàm frequenter judicium affectus interpellat. Et quoties vel consuetudine, vel impetu non bono in hoc aut illud ferimur, nihilominus vanè jactamus illud: *Ad Dei gloriam.* Scrutare, quæso teipsum, mi Christiane, verene Dei gloria ad hoc te impulit? an non aliunde id voluisti? an non consuetudo aut tuus te affectus huc duxerunt? Et quis sit te ad mensam, ad ambulationes, ad animi relaxationes sic properare, imò & currere; ad ea verò quæ tui muneris, quæ virtutis sunt, vix ire, imò & serpere: sicine omnia pari passu ad Dei gloriam aggredieris? Crede mihi, hæc tales loquendi formulæ sæpe meri sunt prætextus, quibus malè facta Deo nunquam purgabimus. Repeto quod dixi: Deus columbæ vult jurgi turtorem, non tupupam.

Experientia docet aquam ex alto defluentem, quamvis multis ambagibus cursum suum exerceat, tandem tamen ad primæ originis altitudinem ascendere, & cum ortu suo æquari. Idem pæne observare est in humanis actionibus, quæ omnes ab intentione dimanant: hæc illarum scaturigo & fons est: nam cum ratione nemo agit qui sine intentione, quò jam altior est intentio, hoc & actio. Enimvero actiones nostræ quandoque in imam voraginem se demittunt, decurruntque in profundam vallem, & velut seipsas amittunt.

Quor hodieque sunt homines religiosi, qui delicate nutriti, vestibus non nisi pretiosis, mensæ non nisi lautæ, actionibus solum honorificis assueti, scopas antea tractare, pavimentum verrere, ollulam vel unicum tergere, grandissimum duxissent piaculum. At cum religiosam vitam amplexi sunt, illa omnia & longè abjectiora promptissimè facere, honori ducunt & voluptati. Ita sanctus Joannes Damascenus, regius ante præfectus aula, post pannosus monachus, etiam latrinas purgare deprehensus est à magno viro. En, in quam profundam altitudinem hæc aqua sese præcipitavit? Verùm, sicut torrens ex edito delapsus, ad suum fontem recurrit, sic & actiones istæ licet vilissimæ, quia originem habent altissimam, quia propter Deum suscipiuntur (ex hac enim intentione promanant) ideo suam originem repetunt, redeuntque ad primum fontem; à Deo à quo sumptum exordium, etiam finem capiunt & præmium. Tanti referunt actionibus etiam abjectissimis ad maximam nobilitatem extollendis, altissimam habere intentionem, ipsum Deum. Arque de hac locuti sumus hæcenus. Superest certos in eâ gradus, & quidem tres ostendere; supremum horum omniumque celsissimum ascendere, difficile non erit volenti. Hos gradus nunc ordine assigno.

§. I.

Primus est: In omnibus rebus unicum Dei honorem sic attendere, ut omnis affectus ad caduca hæc jugulerur, id solum spectando, quid placeat Deo. Qui fudo celo, itinere longo fatigatus domum redit, omne vestium onus defluere sinit, pileum deponit, pallium excutit, thoracem aperit, collare & cingulum solvit, soleas destringit: ita captandæ auræ se exponit. Pari modo cujus animus Deo æstuat, is facile affectum exuit, quem ad hæc fluxa prius gerebat. Bernardus de domo interiore: *Quomodo enim, inquit, perfecte diligis, aut diligaris, si in summorum desiderio ad superna non raperis? Collige teipsam ad remeipsam, & in solo divinitatis desiderio require sce.* Arque hic dictum Augustini verissimum: *Minus te amat, Domine, qui tecum aliquid amat.*

Esther illa imperatrix potentissima, quæ Assuerum centum viginti septem provinciis imperantem suæ restatis habuit, quæ omni voluptatum genere (modò voluisset) affluere potuit, nihilominus tamen: *Tu scis Domine, inquit, quod nunquam letata sit ancilla tua, ex quo huc translata sum, usque in præsentem diem, nisi in te Domine Deus Abraham.* Arque hic primus est puræ intentionis gradus, rerum conditarum oblitio.

§. II.

Secundus est, *Oblivio sui ipsius.* Hæc docet quæ ratione voluntates numerare in sola Dei voluntate acquiescere: sicut etiam beatis in celo summa voluptati est, videre Dei voluntatem per universum Orbem perque ipsos

Matt. 10. v. 16.

Ad Rom. 8. v. 2.

Cam. c. 7. vers. 10. Serm. 40. in Cant. post med.

psal. 61.

psal. 89.

3. Cum quis se Deo, ut serviet placeat Deus. Psal. 90. v. 17.

psal. 131.

De ill. D.

Joan. 4. v. 21. & 199.

Petrus non obtinuit efficium palloris nisi per prostratus esset quòd cor, oculi & in tentio itat.

C. 69. sint.

psal. 110.

2. Oblivio sui ipsius.

interos velut inoffenso pede progredientem, nec ufquam quidquam reperiri, quod divinæ possit resistere voluntari. Imò quod mirissimum, voluptas illa non sic eos afficit, quòd bona possideant nunquam amittenda, quam quòd Deus in illos benevolentissimus sit, illis maxime cupiat, illorum gaudiis plurimum faveat. Et hoc est, quod rex Hebræus David exclamat; *Confitemini Domino, quoniam bonus.* Confitemini Domino, non quia me regem fecit ex opitione, non quia me pauperem ditavit, nec ideo quia tanta insuper datorum se mihi promisit, sed, *Confitemini Domino, quoniam in seculum misericordia ejus.* Hic alter puræ intentionis gradus est, ab illo tamen non faciliè superandus, quem regium carmen sic notat: *Constituitur tibi cum benefecerit ei.* In hoc ergo grada & relinquit, & obliviscitur quis seipsum, quod non omnibus tam in expedito est. Non enim arduum relinquere sua, sed valde arduum relinquere se. Virtute constat hæc sui oblitio.

§. III.

Tertius est, cum quis servit Deo, non solum ut id Deo placeat, hoc enim nescio quid humani etiam num retinet, sed quòd sibi sic servienti placeat Deus, vel quia Deus tam bonus est, ut nostrum obsequium dignetur approbare, eoque se capi ac deliniri ostendat. Divinus psalter: *Introibo, inquit, in potentias Domini, memorabor justitiae tuae solius. Deus docuisti me à juventute mea, & usque nunc pronuntiabo mirabilia tua.* Ego quidem homo doctus non sum, quoniam non cognovi litteraturam, sed Dei omnipotentiam ac justitiam ita capio, ut nil aliud crebrioribus usurpare possim sermonibus. Huic igitur Domino tam bono, tam potenti, tam justo promptissimè serviam & ideo serviam, quia tam & bonus, & potens, & justus est. Bernardus: *O pura, inquit, & defecata intentio voluntatis! eò certè defecatio, quòd in eà de proprio nil jam admixtum relinquitur. Sic affici, deificari est.*

Christus primum Pontificem justus, quam accurate purissimam hanc intentionem in eo excitans: *Petre, inquit, amas me?* Hoc jam ago, ut tibi mei muneris vicariam operam commendem, measque oves committam pascendas: at hoc officio fungi, & meas partes suscipere non poteris, sine purissima intentione. Ergo, mi Petre, amas me? Nec ei Christus ante hoc munus assignavit, quam Petrus ter apertè pronunciaisset, quo suum cor, oculi, intentio irent, dixissetque: *Domine, tu scis, quia amo te.* Demum Christus: Ergo, mi Petre, si ego tibi adeò placeo, servire mihi vis propter me, nunc tibi meum gregem committo. *Pasce oves meas.*

O Praefules, ò Episcopi & Antistites, ò Principes, ò magistratus & Praefides, ò Judices & populi Pastores, attendite quòd vestri oculi, quòd mens & intentio vestra feratur; videte quid quaeratis, an vos ipsos & praedam è subditis, an verò salutem & bonum subditorum: advertite an vestram potius causam agatis, an Reipublicæ: considerate, obsecro, num Deum Deique gloriam intentione purissimà in omnibus spectetis. *Et nunc Reges intelligite: erudimini qui judicatis terram.*

§. IV.

Avgustus Imperator juveni olim non optimè se gerenti missionem dedit è bello, cumque juvenis quaereret, quid domi respondendum esset parenti? Avgustus ei iterum: *Dic, inquit, me tibi non placere.* Voluit dicere: Tu mihi non places, ideo tuà operà carere possum. Nos Christiani sic agamus cum Deo, ut pro se quisque sic sentiat: Domine, servire tibi cupio, & serviam tibi pro viribus, quia mihi places in omnibus eximie; ideo, mi Domine, ideo profusus, & hac omnino intentione tibi serviam, quoad vixerè, atque in hoc unum nervos omnes contendam, ut servitiis tuis omnem affectum meum, meque totum impendam, quia

tu mihi non potes non placere.

Hæc verè sincera puraque intentio, hæc Mida virgula, inaurans omnia quæ tangit. Sed hæc intentio quia tam pura, ideo etiam tam delicata & omnis mixtura impariens est. Norunt hortulani quosdam fructus solo ad terram casu viciari. Formosum pomum pirumve vix ullum ex arbore decidit, quin navum contrahat, & læsum se monstret. Intentio sincera tener fructus est, & unico ad terram illis corruptitur. Servire Deo, metu supplicii aeterni, non veritum, nec metus hic malus est, sed tamen servilis est: nisi bonus esset, David non bene rogasset: *Confige timore tuo carnes meas.* Ajunt tamen Theologi peccatum eum qui sic sentiret, si inferi non essent, peccatum hoc committerem: talis enim voluntatis esset perversa. Servire Deo spe præmii aeterni, melior est intentio priorè illà, nec tamen optima: *Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas in aeternum propter retributionem.* Servire Deo propter Deum, hæc omnium optima & purissima est intentio: *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus.* Hæc postrema intentio continuè inculcanda est omnibus: summi enim refert, quâ quis intentione sua omnia faciat; hinc agitur de mercede ac præmio inexplicabili, aeterno.

§. V.

Fuit qui amicorum optimo bene suafurus, ex eodem prius quaereret: *Quæso te habere argentum infectum & purum? Cui amicus: Habeo, inquit, plus minus quingentorum florenorum.* Ille iterum: *Si me audias, ait, non id in moneram cudes, sed parabis in dona.* Donem? ait iste, non hoc mearum opum est. Ille denovo: *Mi optime amice, inquit, hac ratione donabis, & donando ditesces.* Crede mihi, scenerari est, donare in loco. Hoc tu ages, meo consilio, malluvium unà cum perfulorio fieri curabis è tuo argento, & donabis huic Principi. Prima à dono hebdomade, quinque millia philippeorum ad te redibunt, unà cum gratia & amplis favoribus. Nisi sic fiat, domum meam oppignerò: dominus iste nil minus ferre potest, quam gratis sibi aliquid donari, omnemque in se liberalitatem tanto fœnore compensat, ut donum ipsi oblatum decuplo tantò plus, quam quanti est, æstimari possit. Huic ergo dona, si vis rem tuam augere amittendo. Ille ingentes egit gratias, & ejus consiliis se usurum promisit. Intellexisti hoc? Eadem profusus est ratio intentionis. Aliqui Deo serviunt, & viles abjectæque animæ plagas metuunt, gehennam formidant, verè mancipia. Alii faciunt quod alimentarii, qui ut cibaria sibi publicè locentur, quoniam pecuniam expendunt, sic enim alimenta perpetua sibi comparant: ita plerimi spe præmii Deo serviunt pro cælo tanquam mercede, propriè servi. Alii denique Deo serviunt amore, ut parenti amarissimo filii. Filius impuber cum patens convivium celebrat, inter vernas quidem adstat, & convivis ministrat, non tamen ullam mercedem cogitat: nam filius est, qui à patre suavissimum illud læpius audit: *Fili tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt.*

Tales, ò Christiani, tales omnino & nos simus in Deum, non mancipia, non servi, sed filii, quando Deus ipse nos homunculos, terræ vermiculos, honore tanto dignatur. Nam, *Videte, qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur & simus.* Nunquid non & servus, qui pluculum ingennitatis habet, maximi æstimat domino suo à se satisfieri, & famulatum suum probari? hoc illi contra aurum carum est. Filius ergo non maximas opes censet, placere patri? Chrysostronus: *Aliam adhuc, inquit, præter hoc ipsum quod placere meruisti, mercedem requiris? verè ignoras, quantum bonum sit, placere Deo. Estote igitur imitatores Dei sicut filii charissimi.* Jucundum vobis sit, omne argentum bonorum operum Deo non vendere, sed

psal. 117. v. 1.

psal. 118. v. 19.

psal. 117. v. 19.

psal. 117. v. 19.

ibid. v. 15.

De dil. Deo

Joan. 1. 21.

v. 15. &

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

Intentio sincera tenet fructus est, & unico ad terram illis corruptitur. Servire Deo, metu supplicii aeterni, non veritum, nec metus hic malus est, sed tamen servilis est: nisi bonus esset, David non bene rogasset: Confige timore tuo carnes meas. Ajunt tamen Theologi peccatum eum qui sic sentiret, si inferi non essent, peccatum hoc committerem: talis enim voluntatis esset perversa. Servire Deo spe præmii aeterni, melior est intentio priorè illà, nec tamen optima: Inclinaui cor meum ad faciendas justificationes tuas in aeternum propter retributionem. Servire Deo propter Deum, hæc omnium optima & purissima est intentio: Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus. Hæc postrema intentio continuè inculcanda est omnibus: summi enim refert, quâ quis intentione sua omnia faciat; hinc agitur de mercede ac præmio inexplicabili, aeterno.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

psal. 118. v. 112.

dere, sed donare, nec mercedem pro iis aut primum exigere: ita non tantum mille floreni pro centenis, sed & pro obolo tot. & plures redibunt. Aptissime moens Chrysothomus: *Ne putemus, inquit, nos premio carituros, si pro premio non laboremus, imò ob hoc ipsum premium erit majus.* Omne enim opus, quo minus operantis lucrum spectat, hoc puriorem habet intentionem, ipsūque est perfectius. *Si filii & heredes, heredes quidem Dei, coheredes autem Christi.*

Flom. c. in ep. ad Rom.

Ad Rom. c. 8. v. 17.

Deus promptior est ut donum pro dono reddat, quam ut argentariam faciat & nummum commutet.

Pharaonis Aegypti regis filia mercede conduxit matrem Moysis, ut parvulum illum sibi educaret, at illa non nummis persuasa, sed amore materno inducta promptissime fecit quod rogabatur. Hos tales oculos, hanc amoris intentionem vult Deus. Nam qui Deo servantur primum spe, aut supplicii terrore, sic ei servantur, uti nos pani & vino, non propter ipsa, sed propter nos. Hic se misit plurimus sui amor, quem Christus suis coloribus depingens: *Quæritis me, inquit, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis.*

Joan. c. 6. v. 26.

§. VI.

Diabolus omnia tentat ut intentionem vitiet aut terreat.

D iabolus hac in re nihil non tentat ut intentionem vitiet, aut quam vitare non potest, saltem terreat. Duo quidam, in eremo, Deo magis vivebant quam sibi, magna concordia, nec minore profectu. Invidit illis cadæmon has vitæ divitias in tanta paupertate, & ut regulam injiceret, Angelum induit nitidissimi vultus: Ita se seniori sistens, ut rectius falleret: Nuntii non boni, inquit, bajulus tibi sum, aut certè socio tuo. Nam juvenis ille tuus in hac Dei palæstrâ cõmilito & socius, à Deo præcitus, æternis flammis jam destinatus est, ideo quantumcumque bene agat, frustra agit omnia. Cohorruit ad hanc vocem senex, &: O terribilem, inquit, nuntium! Ergone pessum eant hujus juvenis conatus & labores tam præclari? ah, animo misereor. Hic iterum angelus ex Orco: Sciebam, inquit, non sine dolore ac gemitu te auditurum ista; verum divina decreta rescindi non possunt. Ita oculis se subduxit venustissima larva. Inde factum ut senex iste socium juvenem nunquam sine præfago suspitio intrueretur. Observavit id tandem juvenis, nec distulit querere. Quid causæ esset, quod quotiescumque se adspiceret, simul etiam ingemisceret? Ad quæ denuo alium ingemiscens senex: Quid jubes, inquit, infandum dolorem renovare? hic me potius tacere velis quam loqui. Ipsa hæc senis tergiversatio stimulat juvenem ad extorquendum responsum. Multis ergo precibus fatigatus senex, ut quicquid id esset eloqueretur, non sine gemitu tandem: Significatum mihi est, inquit, te damnandum, frustra pro cælo laborare. Hic juvenis singulari alacritate: O mi pater, inquit, hoc te non turbet neque affligat: ad hoc temporis Deo servii non ut mercenarius pro cælo, sed ut filius ex debito; quia ipse summum bonum est, cui ego me totum debeo, quidquid demum ille in me statuat. Admiratus senex tam sinceræ intentionis animum: Serviamus, inquit, Deo quam possimus fidelissimè: bonus ille pater non poterit patrem exuere: ipsi curæ est de nobis.

Neque verò distulit Deus paternum animum monstrare in filios tam obsequentes. Brevi post submisit verum angelum, qui moneret senem, impostoris diaboli mendacii ne crederet, juvenem illum æternis præmiis à Deo destinatum esse, Deoque singularissimè placere tam generosum illius in sciendo animum.

Vult ergo Deus sibi à nobis serviri, non ideo ut æternos carceres evadamus, neque ideo ut cælestia tempe habitemus, sed quia ipse dignissimus est omnium hominum & Angelorum obsequiis. Quapropter maxima rectè factorum merces est, Deo placuisse. Est quidem tantæ bonitatis atque liberalitatis Deus, ut etiam mancipio-

Deo placuisse, est merces factorum maxima.

rum inferos timentium, & servorum cælum sperantium officia non rejiciat, sed si qui servantur voluntariam profusus & gratitum servitutem, hos ut verè amantissimos filios complectitur, horum singulis anabilissimum illud responderet: *Fili omnia mea tua sunt.*

Luc. c. 15. v. 31.

CAPUT VIII.

Quid sit mala INTENTIO.

E xile animalculum est crabro, illud tamen membrum quod læsit, quàm dolet & ardet, quàm uritur multò exilius volatile est culex; quàm illi rostellum gracile? eo tamen velut siphunculo sugit sanguinem, & pars quam vulneravit, mox intumescit. Quid subtilius scorpionis aculeo? vix oculis deprehenditur, illo tamen velut gladiolo vix visibili totus homo jugulatur. Exiguam fermenti quantam farinæ massam permeat paucis horis! unicus acer caliculus, aut modicum fellis, totum generosi vini dolium corrumpit.

Intentio MALA venenum tam potens est & malignum, ut optimam quamque actionem depravet. Egi-mus hæcenus de intentione bonâ, quid ea sit, & quàm necessaria. Nunc potè agemus de malâ, & ostendemus quâ ratione hoc fermentum, & sel istud pessimum optimam quæque vitiet, quomodo subtilissimus hic scorpionis aculeus sine tumultu occidat.

Intentio mala optimam quamque actionem depravat.

§. I.

S terna Nabuchodonosori regi visa, prodigium erat quâ pretii, materiæ, magnitudinis, invisâ prorsus turris ex auro, argento, ære, ferro. Sed quia imum statum firmum non erat, quia pedes erant lutei ac ficiles, ideo pretiosam hanc molem lapillus unicus sic contrivit, ut nec testula quidem fuerit relicta, quæ posset esse usui: *Tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, æs, argentum & aurum, & redacta quasi in favillam æstiva arca, quæ rapta sunt.*

Ita prorsus mala intentio bonum opus quodcumque sic conterit, ut ei nihil penitus relinquat boni. Cujus finis malus est, & ipsum quoque malum est. Seditiosi illi ducenti quinquaginta proceres synagogæ thus obtulerunt; quilibet horum suum habuit thuribulum. Dixisses tot esse sacerdotes, quot erant factionis hujus capita. E regione horum unicus stabat Aaron. Ita utrinque idem fecerunt, tanquam si cretarent quis melius hoc officio fungeretur. Ultra pars ergo vicit? ultra magis Deo placuit? illos omnes extremè averfatus est Deus, non quòd eorum thuribula parum pretiosa, aut minus fragans, sed quòd intentio illorum fuerit pessima, quâ Mosen & Aaronem in odium populi trahere conabantur. Quocirca omnes hausti sunt à terrâ vindice, *descenderuntque vivi in infernum, operiit humo, & perierunt de medio multitudinis.* Thuribula eorum in laminas producta & altari affixa, ut hoc æternum monumentum esset Israël, quo commonerentur, Deum non ad actionem, sed ad intentionem respicere. Cujus finis malus est, & ipsum quoque malum est.

Ab omni ævo quanta sunt facta, & quanta etiam sunt per Orbem, quæ humanis oculis videantur optima, sanctissima, cum eadem ut pessima damnent oculi divini cernentes omnia. Et videre mihi obsecro, regium juvenem Absalonem, quàm is humanus, quàm obsequiosus, quàm & modestus fuit? primo diluculo stetit ad portam regiam vel janitor, & ubi quispiam accessit salutaturus illum, *extendebat Absalon manum suam, & apprehendens osculabatur eum.* Quis unquam regii sanguinis juvenem æqualis vidit esse humanitatis? nam si quis & negotia in aula tractaturus venisset, cum humanissimè ad te vocatum interrogabat, è quâ civitate adesset. Quod ubi cognovisset, familiarissimè solatus hominem: *Videntur mihi, ajebat, sermones tui justis, sed non*

Dan. c. 2. v. 35.

Tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, æs, argentum & aurum, & redacta quasi in favillam æstiva arca, quæ rapta sunt.

perierunt de medio multitudinis. Thuribula eorum in laminas producta & altari affixa, ut hoc æternum monumentum esset Israël, quo commonerentur, Deum non ad actionem, sed ad intentionem respicere. Cujus finis malus est, & ipsum quoque malum est.

Nam Aaronis thuribulum ex auro purissima erat, horum autem arca. Vide lac. Sa-lomon. tom. 2. Annal. Vet. test. Anno mundi 2547. M. 1. Num. c. 16. v. 33.

extendebat Absalon manum suam, & apprehendens osculabatur eum. Quis unquam regii sanguinis juvenem æqualis vidit esse humanitatis?

nam si quis & negotia in aula tractaturus venisset, cum humanissimè ad te vocatum interrogabat, è quâ civitate adesset. Quod ubi cognovisset, familiarissimè solatus hominem: Videntur mihi, ajebat, sermones tui justis, sed non

lib. 4.

lib. 7. c. 6.

Mat. 2. 16.

Isa. 1. 11.

pl. In no ric

2. Reg. c. 11. v. 5.

2. Cor. 12. v. 3.

san am

sed non est qui te audiat constitutus à rege. O mitem, ô & A benigam Dominum, & quam olim idoneus erit qui ad regni gubernaculum sedeat, & imperet! Nam audire, *Quis me*, inquit, *constituat iudicem super terram, ut ad me veniant omnes qui habent negotium, & iuste iudicent* En tam laboris quam iustitiæ amantissimum.

Sed quis non videat sub hoc lapide scorpionem late-re, qui univèrsas Absalonis a ctiones insidiosissimè vene-net. Quorsum enim omnis illa mansuetudo, & proluxa humanitas, quorsum tot blanda obsequia? quorsum tam manè surgit, adventores & hospites manu pressos osculatur, se iudicem promittit, nisi ut coronam regiam parentis capiti decutiat, & imponat suo? Cujus finis malus est, & ipsum quoque malum est.

Quid porro sanctius quam vovere Deo & reddere? hoc ipsum fecit probus iste, sic dicam, veterator Absa-lon. Sacrificium & peregrinationem vovit, cæque de causâ à domino patente abeundi veniam petens: *Va-dam*, inquit, *& reddam vota mea quæ vovi Domino in He-bron. Vovens enim vovit servus tuus, dum esset in Gestur Syria, dicens: Si reduxerit me Dominus in Hierusalem, sacrificabo Do-mino. Nunquid non eximius hic est actus, quis illo me-lior? Vovens, ait, vovi, & sacrificabo Domino. Omnia lau-de dignissima videntur. Sed quæ horum omnium inten-tio? Furtiva, perversa, impia. Ut optimi patrem solio pelleret, & ipse imperaret, ista excogitavit; nimirum hucibant omnia. Hinc votum pessimum, pessima peregrinatio, sacrificium pessimum. Cujus finis malus est, & ipsum quoque malum est.*

§. II.

E In eadem pietæ nequitia fuit illa vulpes Galilæa He-rodos. Peregrinationem quoque rex iste simula-vit à se instituendam Berthehemum, novo regi Judæo-rum adorando: *Vt & ego*, inquit, *veniens adorem eum.* Nunquid non sanctum hoc iter fuisse? imò verò, sed quâ intentione venisset? ut infantulum recens natum in cunis jugularet. Cujus finis malus est, & ipsum quo-que malum est.

Quam verò istud in aulis Principum frequens, quam pæne quotidianum est, simulare & dissimulare, manus osculari & amplissimè porrigere, ad aliorum genua se submittere, mille delicias facere, ceremoniarum nil omittere, omne obsequium polliceri, amicissimum se fingere, verba scilicet & papavere sparsa ingerere, me-rum mel loqui. Sed ubi cor & intentio? Lingua in melle, cor in felle; manus quidem benevolæ sunt, plenum ob-sequiis os, vultus amicitiam promittit, sed aliud susurrat intentio. Hæc sæpe patibulum, laqueos, diabolium, & omnem malæ fortunæ comitarum apprecatur. Lingua quidem humanissimè salutat: Non est, mi frater quem alium malum cernere, quam te: intentio addit, sed in patibulo. Lingua prout docetur, familiarissimè garrir: Nil magis cupio quam Domino meo servire. Intentio subdit, sed meo commodo. Lingua officiosissimè optat: Utinam patri meo amarissimo quam plurimum grati-ficari possim. Intentio explicat, sed sine labore meo. O Herodes, ô vulpes! quam longè aliud est dicere, aliud etiam sentire quod dixeris. Verba vendere facile est, in-tentionem bonam dictis factisque omnibus adjunge-re, hoc virtutis est.

Optimè Publius Mimus: Non aspicias, inquit, quam plenas quisque manus Deo, sed quam puras admoveat. In huius rei testimonium, duos simul Oratores propo-no, Ezechiam, & Pharisæum, qui ex eodem precario libello Numini supplicant. Rex Ezechias, *Obsecro Do-mine*, inquit, *memento queso quomodo ambulaverim coram te in veritate & in corde perfecto, & quod placitum est coram te, fecerim.* Pharisæus: *Deus gratias ago tibi*, inquit, *quia non sum sicut ceteri hominum.* Quid hoc aliud est dicere, quam ambulasse se coram Deo, in veritate & corde perfecto,

quod & Ezechias de se dixit: *Pergit Pharisæus: Iejuno ibid. v. 12. bñ in Sabbato, decimas de omnibus quæ possideo.* Uterque se laudat, eadem utriusque precatio. Cur ergo illius pla-cuit, huius displicuit? Hoc dubium divus Gregorius ex-plicans: Sæpe, inquit, contingit ut iusti & iniusti habeant verba similia, sed tamen cor semper dissimile: & ex qui-bus dictis Dominus ab iniustis offenditur, in eisdem quoque à iustis placatur. Ecce Pharisæus iustificat se in opere, Ezechias etiam in cogitatione, unde ergo hic of-fendit, & iste placat? Omnipotens Deus singulorum verba à cogitationibus pensat, & in ejus auribus superba non sunt, quæ humili corde profertur.

§. III.

S Ed duos alios propono simillimè facientes, diffi-millimè sentientes, Thomam Aquinatem virum sanctissimum, & Trojanum adulterum Paridem. Bea-tus Thomas, uti de eo memorant, affidens in convivio, *Vide specula P Ion. Dav. Spec. 9. pag. 111.* rei causam rogatus à socio nonnil ob hoc offenso: Admirabar, inquit, mundi Creatorem: si enim rebus creatis tantum est formæ ac pulchritudinis, ipse opifex & creator, infinitè pulchrior sit, & formosior necesse est. Si caduci homunciones adeo vultu præstant in hoc Xenodochio, quales erunt beati post Resurrectionem in celo? Ita Thomas Aquinas, conscientia illasâ, & bonâ intentione surrexit è mensâ, crevitque Dei amore. Et fortè hic sanctus vir, non minus egit ex virtute quam Pior Abbas, qui contrarium fecit, qui nec suam qui-dem sororem, ægrotam & viduam anum in oculos voluit admittere, sed se illi spectandum præbuit clausis oculis. Thomæ Aquinati similis fuit factio, non inten-tione, Paris lascivus juvenis, qui vix aliud fecit quam Thomas, in Menelai mensâ, ubi Helenam conjugem non suam continuò aspexit, sed oculis non castis, sed in dedecus suum suorumque æternum: nam raptum, ne-quitiam, adulterium cogitavit. Cujus finis malus est, & ipsum quoque malum est.

Propono tres alios homines, Matrem Christi, disci-pulum Christi, sed quem ipse diabolium vocavit, & Christi, Christi hospitam, quorum actio eadem pæne, intentio fuit dissimilima. Mater Christi millies utique in cunis filium reverenti osculo salutavit: Magdalena pari reve-rentiâ pedes Domini osculata est, cum Simon Phari-sæus, ob neglectum hoc officium reprehensus est: sed & Judas Iscariotes ori Dominico fixit osculum. Tam hic impar meritum, quam intentio. Mater divini favoris & amoris ingens augmentum obtinet: Magdalena deli-ctorum veniam, Judas gehennam. Unde hæc tanta inæ-qualitas in matre, discipulo, famula, eundem proflux hominem osculantibus? Mater, amore castissimo; Mag-dalena, affectu religiosissimo; Judas, prodendi studio nequissimo hoc fecit. Cujus finis malus est, & ipsum quoque malum est.

Idem in aliis plurimis videre est. Assidet quis ægro-tanti amico, non quia bonus amicus est, & officii me-mor, sed quia captator, imò quia vultur est, qui lassâ morbo pecora & casura è proximo speculatur; imminet morti & hæreditatem expectat. En ut bonam actio-nem fædissimè corrumpat intentio mala. Pari modo, & Herodes & Zachæus Christum videre cupiit: eadem fuit utriusque actio, dispar intentio. Chirurgus homi-nem ægrum arcè alligat, brachium ei vulnerat, manum amputat, pedem secat, illi tamen gratiæ aguntur, & re-pendantur aures: prædo hominem etiam mutilat, sed in premium ei debetur rota. Er ratio est, ille ut læsum sanet, hic ut sanum lædat, ferrum expedit. Eadem ratione homo pius lapidem tollit, ut ad templi structuram con-ferat; homo iratus tollit & ipse lapidem, sed ut illum, cui stomachatur, eo feriat. Duo unâ Romam eunt, ille reli-gionis exercendæ, iste inimici jugulandi causâ; illi mer-ces è

Ibid. v. 4.

Ibid. v. 7. & 8.

Mat. c. 2. v. 8.

In aulis principum simulare & dissimulare quotidianum est.

4. Reg. c. 20. v. 3.

Luc. c. 18. v. 11.

Vide Sen. l. 2. de bene- sic. e. 9. in- itio. Cicerone- nem l. 3. de Nat. Deor. Val. Max. l. 1. c. 8. Plu- tarcho de Vi- litate ex ini- micis ca- pienda.

ces è caelo, isti ab Orco debetur. Fuit, qui alterum ferro læsus, tuber aperiret. Num ideo huic gratia agenda, aut reddendum præmium, quod vomitum quam medicorum manus reformidaverant, diviserit, & eum, cui- jus exitii cupidus erat, sanarit nocendo? Vides non esse magnum in actione ipsa momentum, sed in agentis intentione. Ita non videtur dedisse beneficium, qui malo animo profuit. Casus enim beneficium est, injuria hominis.

§. I V.

L. de pra- cept. & disp.

Inobedientia ex oblivione, negligentia, errore, plagas meretur non ita multas. At verò cum accedit intentio & repugnandi studium, hoc plagis vix centenis expiabitur. Istud enim pertinaciæ & contumaciæ, ariolandi peccatum est. Pulchrè & verè Bernardus: *Elatio*, inquit, *contemnentis, & obstinatio impenitentis, in minimis quoque mandatis, culpam facit non minimam.* Hic admodum cavendum ne in ullo delicti genere ad negligentiam, incuriam, inobedientiam, accedat superbia, contemptus, pertinacia, hac enim ratione vitia mirè se multiplicat, & in immensum excrescunt. Et quandoquidem illa, quæ dixi, latentia sunt crimina, mirâ celeritate gravitatem eis addit frædissimam intentio mala. Ideo diabolus non tam curat quid boni vel mali faciamus, modò hoc obtineat, ut bonum faciamus intentione malâ. De hac diaboli vastitie Gregorius: *Totam arborem*, inquit, *fructus sibi ferre conspicit, quam veneni dente in radice viciavit.* Et Bernardi sensu bonum hominem prorsus condemnât intentio prava. Christus ipse clarissimè: *Si oculus tuus, inquit, fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit.*

Luc. 11. v. 34. & Matth. e. 6. v. 23.

Sed est personatorû grex ubique terrarum reperendus, quem Deus caelo nunquam admittet, scilicet Opera bona malam intentionem induta. De his diaboli larvis dici potest: Lupus sub pelle ovina fuit, vitium virtutis palliolo incedit, Satanas Angelum lucis se gerit.

Job. e. 9. v. 31.

Jobus: *Abominabuntur*, inquit, *me vestimenta mea.* Tam fœdus sum & purulentâ tabe plenus, ut ipse me vestes meæ horreant, velut tangere reculent tam impurum hominem. Vestes, exteriora sunt opera bona, hæc illum, qui intus & in animo tam ulcerosus est, malis que intentionibus lætat, abominantur, damnant, refugiunt, velut si doleant hominem foris tam esse nitidum intus plenum fordibus. *Si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit*, et si ovinam pellem, aut virtutis palliolum, et si Angeli vestem ei circumponas. Gregorius: *Cum perversâ intentione*, inquit, *vel rectum quid agitur, est splendore coram hominibus cernitur, apud examen tamen interni judicii obscuratur.*

Luc. loc. cit.

L. 2. 8. mor. e. 6.

§. V.

L. 5. Dial. e. 9.

Et hoc Deus quandoque luculentè ostendit. Rem miram narrat idem sanctissimus scriptor Gregorius, in hunc modum. Tudertinus Pontifex Fortunatus, vir miræ sanctitatis, diabolum humani corporis in sclo- rem precibus expulit. Diabolus hospitio pulsus, ut injuriam suam farciret, Deo sic annuente, habitum hominis peregrini induit, quem ex arte simulans urbem obiit sub crepusculum, & velut exul egèns que contra Fortunatum Episcopum querelas cepit ipargere, & En, inquit, quàm sanctus vir sit Fortunatus Episcopus vester; ecce quid fecerit. Hominem peregrinum, & à fortunâ pessimè habitum hospitio in super exclusit. Quid tandem non est qui miserum domo recipiat. Dum hæc queritur, audiit ea civis, ad prunas cum uxore & filiole confidens, & mox invidâ curiositate sciscitatus est pressus, quid injuriæ illi fecisset Episcopus? Ubi vaserrimi peregrini querelas audiit, liberaliter ei domum suam in hospitium obtrulit, non tam ut peregrino faceret bene, quàm ut Episcopum; cui pessimè volebat, traduceret. Sic larvatum dæmonem unâ secum pertraxit ad prunas. Hic ubi

multa confabulati, exiliens subitò peregrinus, filium hospitis arripuit, & vi maximâ in ignem excussit, elisit- que animam. Hæc miserrime parens, agnosce demum, vel quem tu domo receperis, vel quem Antistes tuus domo exegerit. Laudatissima virtus est Hospitalitas, sed si eam intentio depraverit mala, à virtute degenerat in virium; peregrinos hospitio suscipere, etiam in magno illo Abrahamo commendatissimum fuit, sed si bona desit intentio, tam facilè diabolus recipitur quàm Angelus. Eadem est ratio virtutû aliarum omnium, quibus si prava sese insinuet intentio, cacodæmon apertam invenit tabernam, quam occupet prohibitu, facit que hominem idololatram, ut suum ipse ventrem, pecuniam suam, suam arcam numariam, aut escariam mensam adoret quod fieri constat in omni lethali noxâ.

Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Ah, quam hîc circumspicere attendendum, ne frustra nos fatigemus, & operam ludamus, ne meritum bonis actionibus obtinendum perdamus omne, intentione non bonâ. Ideo cum Hebræo psalte precandum assidue: *Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innova in visceribus meis:* ut tibi servire cupiam, tibi in omnibus placere.

Matth. 6. v. 23. & Luc. 11. v. 34.

Lib. 8. cap. 2. 4. 5. am. Nil cog. inio. Qui h. manos voret | virtute fiderat magni tui vil pretio | dit.

CAPVT IX.

Quâ Ratione malam INTENTIONEM prodat operis publicatio.

Exploratores Hebræi, à militiæ duce Josue missi, urbem Hiericho ingressi, notissima femina Rahab hospitium subjerunt. Excepit illa, abscondit, aluit. Illi ut hospitiæ suæ gratias meminissent, rem magni momenti promiserunt, eâ tamen lege: *Si tamen*, inquit, *non prodideris nos, quod si nos prodere volueris, & sermonem istum proferre in medium, erimus mundi ab hoc juramento, quo adjurasti nos.* Norant homines prudentes fieri vix posse, ut penitus laterent. Et certè vicini latebras has odorati, rem ad magistratum mox detulerunt. At Josuani plus non exigebant, quàm hoc ipsum, *Tu ne prodideris nos.* Nam si evulgetur per te, nos hîc esse, tuum tibi hospitium nec quadrante solvemus; promissis neutiquam stabimus.

Opera bona exploratores sunt, & ad cælum tabellarii, qui in orbe hoc peregrini civibus omnibus exoli sunt. Inter cives suos mundus numerat Dolum, Iniquitatem, Vitium, Fraudem. Porro exploratores illi promittit nobis inaudita & invisa præmia, à magno illo Josue Christo tunc danda, cum Hiericho, hoc est, orbem successurus advenerit: eam tamen illa conditionem requirunt: *Si non prodideris nos. Cum facis elemosynam*, monet Christus, *noli tubâ canere ante te.* Virtutes prodiat evanescunt.

Jos. e. 1. v. 14. & 10.

Enimvero tam garrula est Iactantia & Inanis gloria, ut nihil non simul, & prodat & perdat. Huic ergo tam garrulo monstro, non tantum os, sed manus pedesque sunt ligandi, ne ullum dare possit signum cælestium nunciorum, operum bonorum latentium. Hoc Christi præceptum crebrius ingerit: *Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis.* Cum tamen in eâdem concione imperet: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona.* Quâ ratione illa conveniant, & quis nostrorum operum bonorum proditor sit, nunc exequemur.

Matth. 6. v. 1.

Matth. 6. v. 1.

Matth. 6. v. 16.

Kath. e. 1. v. 1. Lib. 1. 2. m. 4. 2. 5.

Magnani mas est q. scipiam bonorem spernit.

Ep. 61.

§. I.

Quæritè Jobo cognatorum unus, &: *Nunquid vivere*, inquit, *potest scirpus absque humore, aut crescere carectum sine aquâ?* Scirpi in paludibus & piscinis vident, neque enim sine humore scirpus, neque sine aquâ carectum proficit. Sed inutiles sunt hæc stirpes; nulla inde ficus colliguntur, nec quidquam quod in humanos usus sit. Ita multos reperias, quorum habitus exterior plane decens

Job. e. 9. v. 11.

nè decens & compositus, qui multa præclare & dicunt & faciunt, sed ideo quia & auditores & spectatores habent: itaque crescunt & videntur dum videntur & laudantur. Hoc scirpum facit virere, humor humanæ laudis; cum hi tales desinunt laudari, desinunt & virere. *Quia enim*, inquit Gregorius, *sine intentione recta cogitationis bona studuit agere, indicat se sine radice floruisse.* Idcirco ingemiscens hic idem vir sanctissimus: *Magna*, inquit, *vecordia est, laboriosa agere & aura laudis inhiare, forti opere præceptis caelestibus inservire, sed terrena retributionis præmium querere. Vt enim ita dixerim, qui pro virtute, quam agit, humanos favores desiderat, rem magis meriti vili pretio venalem portat. Unde cali regnum mereri potuit, inde nummum transitorii sermonis querit. Vili ergo pretio opus vendit, quia magna agit, sed minima recipit.*

Plato, cum nobiliores aliquot amicos ad cœnam invitasset, tricliniumque ornari iussisset non omnino sortidit, irrupit Diogenes Cynicus, & spurcis suis cœnostiquæ pedibus cœpit lectulos conculcare. Ingressus cum convivis Plato: *Quid agis*, inquit, *ô Diogenes?* Calco, ait ille, Platonis fastum. Calcas, respondit Plato, sed alio fastu majore. Jactantia certè in Diogenis animo impotentior erat, quod inops esset, quam in Platonis, qui cultum illum amicorum oculis dabat, non sibi. Ita invenias superbos plurimos simul & egenos, qui hoc tantum nomine meliores & sanctiores bonis, sed divitibus sibi videantur, quod nihil habeant: ceu verò modicum cœnsium laudari Dominus, non modicum animum, & tanquam virtutis sit egere, & non potius egestatem æquanimitè ferre.

Idem ille Diogenes perpeffa aspera tolerabat multa, sed eo animo ut omnium oculos ad se suspiciendum raperet. Idcirco cum mediâ hieme frigidissimâ lavaret aquâ, frequèntique populus ad id spectaculi conflueret, & verò etiam aliqui hominis miseri rogarent ut sibi parceret, Plato inter spectatores exclamavit: *Si vultis misereri, abite.* Noverat Plato ingenium hujus morbi, qui tunc suis viribus destituitur, cum alienis oculis aut auribus caret.

§. II.

Math. c. 6. vers. 1. **A**ttendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: quantum alii humanos oculos quærunt, tantum vos fugite. Aristoteles quidem magnanimum putat eum, qui nec majore nec minore vult honore, quam sibi conveniat, affici. At in Christi Academiâ hæc præceptio exploditur: Christus magnanimum judicat, qui omnem honorem potest spernere, insuper & seipsum. Certè honor quicumque, non sat dignum virtutis præmium erit. Volucere fugaxque bonum est honor, & inter res extrararias evanescit, nec in honorati potestate, sed in honorantis est. Ideo Christus infantia nostræ miserescens, tam sollicitè monet: *Attendite, ne virtutes vestras vilissimo pretio vendatis: Si videri vultis ab hominibus, oculos à vobis avertet Deus. Attendite, alioqui mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cælis est.* Ergo, ne velitis decipi; Maximus honor pro opere bono minimo, impar proflus & indigna merces est.

Epist. 81. Equidem Seneca hoc probè intellexit, idque in epistolis argens: *Virtutum*, inquit, *omnium pretium in ipsis est: rectè facti merces est, fecisse. Nemo mihi videtur pluris estimare virtutem, nemo illi magis esse devotus, quam qui boni viri famam perdidit, ne conscientiam perderet.* Maximus est bonum nomen, ac plurimis bona conscientia. At dicas, commendari à solis hominibus non cupio, sed à Deo hominibusque. Omni bone, Deum nondum nosti, si tibi non sufficit laudari à solo Deo. En, ne fallaris, terrarum orbis & Deus, non majus quid sunt Deo. Arca Dei & idolum Dagonis non plus sunt quam arca. Tantum ergo tibi sit Deus, quantum Deus & arca simul omnia. Scis etiam

A Christum & mundum amicos non esse, quid ergo dari vis aut commendari ab inimico Christi? neque nescis Deum tui curam habere; si tibi id prosit, spoliabit is Ægyptum ut te honoret. Virtutis maximum præmium est, quod latere suos non finit; producit illos ad gloriam, sed suo tempore. Interim patere omnem tibi noxium honorem submoveri, & ne queraris: *Non honoror, prout meritus sum, alia me deceret veneratio &c.* vanissimæ sunt hæc querelæ; *Attendite.* Imò tam non vult Deus humanos favores & honores à nobis amari, ut permiserit suum etiam filium dici Beelzebub; nec ferè ullum est contemptus aut injuriæ genus, quo affectus non sit Servator mundi, qui ut omnem humanam laudem nobis redderet invisissimam, illâ nobilissimâ concione, quam Matthæus descripsit, hoc pæne unum persuadere conatus. *Nullus est contemptus aut injuriæ genus, quo affectus non sit Servator mundi, qui ut omnem humanam laudem nobis redderet invisissimam, illâ nobilissimâ concione, quam Matthæus descripsit, hoc pæne unum persuadere conatus.* *Te autem*, inquit, *faciente elemosinam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.* Vultus Christiani totus intorsum respiciat, nonquam curiosè foras exeat cum Dinâ, non quærat alienigenam cum Samfone, non Ægyptiam cum Salomone. Ecce humanis laudibus, tanquam ridentibus hæredibus nostrarum virtutum opes permittamus? ridendo rapiunt omnia. *Nesciat ergo sinistra tua, quid faciat dextera tua.*

§. III.

Contendit Christus, & pluribus modis inculcat, Omne opus intentione purissimâ propter Deum esse faciendum, neque hîc quærendum, quid nobis sapiat, quid placeat, aut adlubescat: *Nesciat sinistra tua.* Plurimum sanè laborum nostrorum perdimus, dum in iis solummodo gustum & sensum sectamur, & ut vocamus, devotionem nostram quætimus. Si hæc desint & nostras preces, & functiones nostras, & hoc atque illud temerè omittimus, quia gustum operis non habemus; at verò cum hic adest, cum sapit quod facimus, & oramus & laboramus, hoc est sibi sacrificare, non Deo. Si pueri discere nolint, nisi buryrum & simlagineus panis ad scholas ferendus detur, serò doctores fient. Opera nostra plerumque tum plurimum habent meriti, cum minimum delectationis, cum nosmet ipsi vi ad ea adigimus, cum in iis molestiam & nauseam sentimus, illam tamen vincimus.

Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Subinde & ipse qui juvatur fallendus est: ut habeat, nec tamen à quo acceperit, sciat. Optimus quisque cælo & Deo teste contentus est, & cum Jobo se solatur: *Ecce enim in cælo vestis meus, & conscius meus in excelsis.* Hoc nostræ stultitiæ pars est, cum videmur nobis frustra laborare, nisi sint multi spectatores, & testes laboris nostri. Deus, ô vani, multi theatrum suum in tenebris habet, quid vos lucem & publicum ambitus? Sed quærat quis: *Quid mali est, si nisi adfuerit servus suo Domino placere, seque illi probari cupiat?* Spectato-Ajo: *Quivis suo munere sic fungatur, quemadmodum res.* juberetur: cum ambigit, quid velit Dominus, faciendâ quàm accuratissimè potest, faciat; de cetero anxius non sit, placuerit an displicuerit, alioqui humanis tantum oculis servisse censetur.

Gedeonis milites in Madianitas pugnaturi, levâ lagem in quâ lumen, dextrâ buccinas tenebant. Ac ubi res congressum & prælium spectabat, buccinis clangebant, & lagenas frangebant, atque unâ conclamabant: **DOMINO & GEDEONI.** Nos itidem, cum lagenam frangimus, & de corpore supplicium sumimus, cum buccinis clangimus, & Christi religionem in templis extollimus, lux effulget: præclare hæc omnia, modò nemo clamet: **MIHI & GEDEONI.** Non ita, sed **DOMINO & GEDEONI.** *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam: non mihi, sed Christo: non mihi, & meo gustui, sed GEDEONI, & aliorum plurimorum saluti.* Solam Dei gloriam, & Deo soli quæramus, non nobis; tam alieni à nostra, ut *nesciat sinistra quid faciat dextera nostra.* Pe-

S. V.

Serm. 60.

Psal. 136. vers. 5.

In rebus animi uti lævâ & tumorem occupari non solum turpe, sed etiam noxium.

Serm. 9.

Lib. 3. de Ira cap. 41.

Cant. cap. 2. vers. 6.

Homil. 5. in epist. 2. ad Corinth.

trus Ravennas: Si teipsum, inquit, vult nescire, quantum magis alium? Angustinus, dextram appellat amorem & puram intentionem ad Deum; lævam, obliquum oculum ad umbras fallæ gloriæ. Hebræus psaltes: Si oblitus fuero, inquit, tui Hierusalem, oblivioni detur dextera mea. Cùm cæli non meminimus, obliviscitur nostri dextera nostra, nec juvat nos, perinde ac si eâ prorsus careamus; cùm dextera hæc vacat, tunc viget sinistra. Sed nunquid infantibus corripimus cùm salutanti lævam porrigunt, cùm lævâ cibum eximunt; quis illis non objicit? Pudeat te non manu honestiore uti. Sed nec in adultis id dissimulamus, cùm Scævolas esse cernimus. At verò in rebus animi, lævâ uti & rumore occupari, longè turpius est, neque solum post se trahit turpitudinem, sed & noxam. At sicut infantibus ligatur læva, dextrâ liberâ: sic qui observat intentionem suam in multis sinistram, ligerillam consideratione damni, quod inde maximum & æternum emergit.

S. IV.

Plucherrimè Petrus Chrysologus: Iustitia, inquit, quæ humanis oculis locat, divini Patris mercedem non expectat. Vultur videri, & visa est, vultur hominibus placere, & placuit, habet mercedem quam vultur, prænium quod habere nolit, non habebit. Et quàm congruè Christianæ legi Seneca: Pacem, inquit, demus animo, quam dabunt actus boni, & intenta mens ad minus honesti cupiditatem. Conscientia satisfiat, nihil in sanam laboremus, sequatur vel mala, dum bene merearis. An non hæc eadem divinus Paulus sapius inculcat? Sed jam passim (quod Plinius annotat) multi famam, conscientiam pauci verentur. Plerique non attendunt, quàm ipsi bene agant, sed quàm alii de ipsis bene sentiant, quàm promptè applaudant, modò in ore hominum sunt, modò laudentur, quàm laudanda faciant, hæc apud illos curarum minima est.

Longè aliter Sponsa cælestis: Læva ejus, inquit, sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Centum hinc mysteria; sed postremum hoc est: Læva sub capite cerni non potest, amplexantem ergo dexteram cernit is qui amplexu stringitur. Lævam ergo sponsa non videt, videt tamen dextram. In sponsi læva divitiæ sunt & gloria, sed cum tempore peritura; in dextrâ longitudo est dierum, beatissima æternitas. Hinc fidelis sponsa oculos suos in æternitatem a se defixos, opes autem & honores, veluti lævam manum a se non aspici affirmat. Quod ergo Christus imperat, Nesciat sinistra tua, hoc & sponsus mandat: Lævam meam sub capite habeto, dextram in oculis.

Quemadmodum autem ille fidelis servus est, qui multa millia florenorum numerat suo domino tantâ fide, ut nec unicus quidem quadrans piceatis unguibus adherescat: ita is optimâ fide agit cum Deo, qui quidquid humanæ laudis accipit, huic Domino suo in solidum adnumerat, nec sibi vel minimum inde reservat. De quo insigniter Chrysostomus: Maxima virtus est, inquit, omnia Deo adscribere, nihil suum esse ducere, nihil sub gloriæ causâ facere, sed ad Dei voluntatem perpetuè intentam oculorum aciem habere. Hic enim est qui vitæ ætæ rationes excutitur est. Nunc verò rei ordo inversus est: atque illum quidem qui pro tribunali sessorius ac rationes reperiturus est, non valde metuemus, eos autem qui nobiscum stabunt, ac iudicium subituri sunt, expavesimus.

Fit quandoque ut litteræ reddantur non illi Domino ad quem scriptæ sunt, sed alteri. Has si prudentior quis accipiat, quamprimum litterarum frontem inspexerit, statim; Hæc litteræ, dicit, ad me non pertinent; hæc tituli præfatio non me alloquitur, nec mihi tam grandia nomina conveniunt: ita prorsus facit qui laudes non sibi sed Deo deberi agnoscit, qui omnem a se gloriam in Deum derivat, hic demum fidelis servus Deo sincerè servit, hujus sinistra ignorat quid dextera faciat.

A

Sic autem nesciat dextera nostra, quid faciat sinistra, non ut nihil in publico faciamus, nec ullum nostrorum operum ab aliis videri, sed ut non velut nostrum commendari velimus. Non est ingrata Deo, inquit Chrysostomus, qua visa fuerit ab hominibus elemosyna, sed qua ideo facta est ut visa sit. Imò ii, quibus eminens & publica persona imposita est, quædam publicè faciant, eoque exemplo alios animem ad audenda similia. Neque hinc timidi sint aut pusilli animi: Nam, ut præclare Augustinus, Si times spectatores, non habebis imitatores; videri debes, sed non ad hoc facere, ut videaris; opus publicum, intentio secreta. Ut glorificet patrem vestrum qui in cælis est.

At qui debili est virtute, huic Properatianum illud ingerendum:

— discite manere domi.

Quod & Gregorius optimè monens: Sed valde perfectorum est, inquit, sic ostenso opere, Auctoris gloriam querere, ut de illat laude, privatâ nesciant exultatione gaudere. Tunc de illat laude, privatâ nesciant exultatione gaudere. Tunc cum per despectum mentis veraciter laus impensa calcatur. Quam quia infirmi quique perfectè contemnendo non superant, restat necesse est, ut bonum hoc quod operantur, abscondant. Sepe enim ab ipso ostensionis exordio propriam laudem querunt, sepe verò in ostensionis operis, Auctoris patefacere gloriam cupiunt, sed excepti favoribus, in laudis propriæ cupiditatem rapiuntur: cùmque semetipsos dijudicare interitis negligunt, sparsi exterius ignorant quid agunt, eorumque opus sine elationi militat, atque hoc se impendere obsequio Largitoris putant.

Atque his quidem triplex hoc documentum servandum. Primum: In Deum ubique præsentem mentis oculos intendant, sive privatim quid agant, sive publicè. Optent soli Deo placere, quasi solus Deus in orbe sit. Quamvis infirmioribus istis difficile sit Dei præsentiam in publico non amittere. Alterum: Non eadem signa rectè factorum: publicare virtutem, est perdere. Publicatio hæc est tuba convocans spectatores, qui spectent & laudent. Christus hoc prohibens: Cùm facis, inquit, elemosynam, noli tubâ canere ante te. Sic & jejunia vult regi, ne illa tanquam in vultu describantur: Tu autem cùm jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava, ne videaris hominibus jejunans, sed patri tuo qui est in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Sic bona nostra introitus spectent. Tertium: Non tantum publicum fugiant hitales, & sua laudatoribus oculis occultent, sed fugiant seipfos, & operis sui obliviscantur, ne fortè sibi ipsis placeant: Nesciat sinistra tua quid faciat dextera. Optime Jobus: Eriam si, inquit, simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Spiritus, mi Christiane, spiritus bonus & rectus sciat quid facturus sis, hic opera tua dirigit, nec multum super iis cum Carne deliberet, alioqui mille repugnantis & pertinaciis implicaberis, aliæque intentiones carnem & terram olentes miscuebant se innumeræ, ita te potius quæres quam Deum. Sic ergo opus tuum perfice, Carne illius non conscia, & hoc unum specta ut velis quod vult Deus.

Nesciat ergo sinistra tua, quid faciat dextera tua: elemosyna tua, & alia tua opera bona sint secretissima, profusque ostentationis expertia. Manus autem tunc quasi stipes est conscia, quando ad erogandam illam adhibetur. Quare si dexteram ejus rei consciam fieri sufficiat, non adhibeatur etiam sinistra. Uique adeo ergo absis ab omni ostentationis studio, istòque hypocritarum affectu, qui actiones suas hominum oculis ingerunt, ut tu, quantum ad te, prorsus velis ea quæ facis latere, neque desideres testes; sed & ipse scire nolis quæ rectè agis, neque memineris eorum diutius quam dum operi incumbis, moxque tradas oblivioni quod fecisti, ne tibi ipsi hoc nomine placeas quod feceris, ea quæ retro sunt obliviscens, ad ea quæ sunt priora teipsum extendens. Quod si major quam par sit boni operis nostri confideratio

Homil. 9. in epist. Philip.

Tom. 9. in epist. 8. in epist. 10.

Math. 6. 5. vers. 16. Proferri. lib. 2. Elog. Hesterna. mea lux est.

Li. 2. mor. cap. 30. post med.

Bene operantibus exterioris ignorant quid agunt, eorumque opus sine elationi militat, atque hoc se impendere obsequio Largitoris putant.

Secundum. Primum.

Math. 6. 6. vers. 2. Ibid. v. 17. & 18.

Tertium. Math. 6. 6. vers. 3. Job cap. 9. vers. 21.

Int. 2. 20. vers. 14.

Math. 6. 6. vers. 3.

Ad Phil. 3. vers. 13.

Deus f. lat. illa videret que si simpliciter parati intentioni

Diabolus si contingat parati intentionem veneno opus nostrum totum erit inutile & perversum

Math. 6. 6. vers. 3. Job cap. 9. vers. 21.

Mala intentioni emergenti repressus se desunt.

ratio in animum admittatur, si res facta volvatur verseturque mente, nobis ipsis nostrorum operum spectatoribus, admiratoribus, laudatoribus oblectabimur, quod aliud non est, quam si aliter; quâ minima opus est, minus adhibeatur. Ad rem planè Chrysofomus: Nihil, inquit, aquè inania reddit benefacta, disperditq; atque corum quæ nos rectè fecimus, memoria; duo enim parit, mala, negligentiores facit. Et in arrogantiam tollit.

Præcepit olim Deus altare sibi strui è lapidibus non scētis: Quod si, inquit, altare lapideum feceris mihi, non edificabis illud do scētis lapidibus. Si enim levaveris, caltrum super eo, polluetur. Ecquid hīc tantæ religionis? multum sanè. Lapidescantur ut videantur; intra parietis sinum locandi, hoc ferri polimine non egent: ita, Deus in hominis animâ velut arâ sibi structâ, illas virtutes probat, quæ simplici & purâ intentione fiunt. Quæ verò ideo fiunt ut videantur, ceu scētī lapides ad hanc aram idonei non sunt. Omnibus bonæ mentis hominibus, satis superque, sua rectè factâ extremo die iudicii scienda ab omnibus & Angelis, & hominibus. Hic demum verus erit honor, bene egisse, idque laudari ab Orbe universo.

CAPVT X.

Quam varia sit & multiplex MALA INTENTIO.

Salamandra non grandis fera, sed variegatâ & versicoloris pelliculæ animalculum est, ut stello, tantum tamen veneni thesaurum secum vehit, ut si radicem arboris contingat, fructus omnes in radice jugulet, & arbori adimat omnem vitam. Diabolus, Orcinianus serpens, verissima Salamandra, nullo igne consumenda, si secunda arboris radicem admordeat, totam corrumpit. Radix omnium operum nostrorum est intentio nostra, hanc si contingat diabolus, & pravæ intentionis veneno inficiat, tota sterile scit arbor; omne opus inutile, perversum, venenatum redditur, quodcumque hac cacodæmonis fraude læditur. Notum est illud: Cum perverfa est intentio quæ præcedit, pravum est omne opus quod sequitur. Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosus erit.

Ostendimus proximo capite quàm affine sit malæ intentioni, opus suum publicare; nunc explicandum, quàm varia sit mala intentio, & quàm è diversis fontibus hoc veneni genus scaturiat.

S. I.

Vix quidquam è terrâ nascitur, quod ad eò contra hiemem se munit & involvat atque cæpe, septem ei tunicæ non sufficiunt, insuper etiam caput defigit terra. His ita tunicæ capis, non ab similes sunt illorum oculi, de quibus Siracides: Oculi insipientium septemplex: multas habent tunicas, uti cæpæ. Tales oculi minimè simplices sunt, prout eos Christus esse voluit. His oculis, & his tam bene vestitis cæpis simillima est intentio mala; huic si unam tunicam ademeris, adest mox alia. Hanc etiam demis? continuò alia atque alia se prodit. Et uti cæpæ se abdunt, sic & mala intentio: nemo mortalium hanc satis excusserit, aut penetravit. Mala intentio, mala videri non vult; omnigeni colores & prætextus ei non desunt. Reprehendit Christus Phariseos quòd stipem daturī jubere ante se tubâ cani. Illi honestissimæ excusationis tunicam obijcientes: Non hæc, ajebant, facimus, ut elemosynam nostram commendemus, sed ut pauperes convocemus: non ut nos alii liberales dicant, sed ut egeni ad stipem confluant: Oculi insipientium septemplex: Intentio mala multiplex, versicoloris & variegati tergoris est, ut Salamandra.

Scire naturâ omnes cupimus, quàm est autè varia & multiplex intentio in hoc unico sciendi desiderio? Pul-

A chestrimè Bernardus: Sunt, inquit, qui scire volunt, eò sine tantum, ut sciant, & turpis curiositas est. Sunt qui scire volunt, ut sciantur ipsi, & turpis vanitas est. Hi profectò non evadent subsannantem Satyricum, & illis talibus occurrantem: Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter. Et sunt qui scire volunt, ut scientiam suam vendant, verbi causa, pro pecuniâ pro honoribus, & turpis questus est. Sed sunt quoque qui scire volunt, ut edificent, & charitas est. Et sunt item qui scire volunt, ut edificentur, & prudentia est. Horum omnium solim ultimi duo non inveniuntur in abuse scientiæ, quippe qui ad hoc volunt intelligere, ut bene faciant.

En, quàm sit multiplex in re unâ mala intentio: eti, quàm multi non vitæ sed crumenæ discant! & quantos vanitas ac voluptas, quæstus ac curiositas ad libros trahat? Idem observans Seneca: Quidam, inquit, veniunt ut audiant, non ut discant: sicut in theatra voluptatis causa ad posse inis. delectandas aures, oratione vel voce, vel fabulis ducimur. Magnam auditorum partem videbis, cui philosophia schola, diversorium orti sit. Non id agunt ut aliqua illic vitia deponant, ne aliquam legem vitæ accipiant, ad quam mores suos exigant, sed ut oblectamento aurium perfruantur. Aliqui tamen & cum pugillaribus veniunt, non ut res excipiant, sed verba, quæ tam sine profectu alieno discant, quàm sine suo audiant.

S. II.

Quæ propemodum diversa est intentio eorum qui concionem audiri in templa coeunt. Quidam veniunt non ut discant, nec ut meliores evadant, sed tantum ut audiant. Alii ut tempus fallant, & moram ad prandium minus sentiant: alii ut consuetudini fatisciant: isti ut dormiant, & ante meridiem suaviter meridentur; concionator illis pro tibicinate est, somnum blandè conciliante: porro alii concionibus intersunt ut garriant, & commodius modo cum hoc, modo cum illo confabulentur: alii ut imperio herili pareant, neque enim aliter possunt; velint, nolint, adiguntur ad hoc genus obsequii. Si quis jam quærat: Unde obsecro post tot conciones, post tantos clamores, post tot serias exhortationes, non aliam prohibitatis faciem Orbis induit: facile est respondere. Plurimi ad conciones omnino non veniunt; plurimis aliis, etsi veniant, deest intentio; curiositate, consuetudine, necessitate trahuntur, nam multi, si sui juris essent, penitus remanerent: & ex illis ipsis qui conciones frequentant, quotuscumque est, qui animum vacuum adferat, qui aure utraq; audiat, qui non innumeris phantasis scateat, qui auditis animum seriò advertat, qui demique velit esse melior. Difficile reperies auditorem ex toto ad audiendum compositum. Hinc illæ lacrymæ, quia intentio bona euntes ad templum non comitatur, aut in viâ mutatur in aliam, & in malam facillimè flectitur. Præclarissimè Seneca: Qui, inquit, ad philosophorum scholas venit, quotidie secum aliquid boni ferat: aut sanior domum redeat aut sanabilior. Idem profus ego dixerim de Christianorum concionibus: Qui ad templum ecclesiasten auditurus venit, semper boni aliquid secum ferat & aut sanior domum redeat, aut certè sanabilior. Redibit autem, quisquis sic redire voluerit: ea enim eruditionis Christianæ vis est, ut omnes sinceræ intentionis auditores plurimum juvet. Qui in solem venit, licet non in hoc venerit, colorabitur: qui in unguentariâ tabernâ refecerunt, & paulò diutius commorari sunt, loci odorem secum ferunt: & qui apud ecclesiasten fuerunt, traxerint aliquid necesse est, quod prodesset etiam negligentibus. Attende quid dicam: negligentibus, non repugnantibus. Quid ergo? non novimus quosdam, qui plurimis annis in concionibus perederint, & ne colorem quidem duxerint? Hi tales nunquam voluerunt proficere, sed tantum audire. Attalus & subtilis & facundus philosophus dicere solebat: Idem & docenti, & discenti debet esse propositum; ut ille proficere vellet, hic proficere. Hinc nemo miretur è tot concionibus

Quæ sit ut post tot conciones & serias exhortationes homines non induant prohibitatis faciem.

Ibidem.

Qq 2

ciouibus

Memil. 12. in epist. ad philip.

Exod. c. 20. vers. 25.

Deus probat illas virtutes quæ fiunt simplici & purâ intentione.

Diabolus si contingat pravæ intentionis veneno opus nostrum totum erit inutile & perversum.

Math. c. 6. vers. 13. Luc. cap. 11. vers. 34.

Ezeli. c. 20. vers. 14.

Mala intentioni omnigeni prætextus non desunt.

cionibus se nihil profecisse, sed miretur nihil proficere A
voluisse. Intentionis bonæ, & ferri conatus hoc nego-
tium est. Sed ulterius progrediamur.

§. III.

Amor sui
est radix
omnium
malorum
actionum.

Amor sui omnibus pæne actionibus sese novit
quàm molliſſimè inſinuare, & dum bonam inten-
tionem ſenſim ac blandè ſubtrahit, ſubſtituit malam.
Amor ſui amicus omnium delectationum eſt, & hoc
unum efficaciffimè docet, ſeipſum quærere. Hic verus
fons, hæc origo & radix omnium malarum intentionum
eſt. Trahit ſua quemque voluptas. Nemo non benignus
ſui judex eſt, qui nihil minùs poſſit quàm ſeipſum odif-
ſe. Intentio mala ſemper ad delicias quærat, aut divi-
tias, aut eminentias, ſed non æternas. Nam inter bonam
& malam intentionem hoc diſcrimen eſt: bona nun-
quam non æterni quid ſpectat: caducis & fluxis conten-
ta eſt mala; una ei cura geritur, ſe inſerui & ſuum com-
modum. Et hoc quidem ſubtilis eſt idololatria, & ado-
ratio occultiffima, quam reperire eſt in omnibus peccatis
lethalibus, cum in re creatâ finis ultimus ponitur, in
ſolo Deo reponendus. Sed vix eſt tam grande piaculum,
modò ſit occultum, cui innocentia fucum allinere non
poſſit variegata illa & multicolor Salamandra. Habet
intentio mala ſuos prætextus, colores, nomina, titulos,
larvas, quibus ſe pulchram fingat. Et ubi ſe quæſo non
oſtentat Avaritia ſub pallio Paſſimonia? Sub Neceſ-
ſitatis nomine veſtium pompa, & menſarum affluentia,
& omnis intemperantia ſe venditat: ſub ſchemate offi-
cii, muneris, auxilii, Ambitio proſerpit: de juſtiſſimæ in-
dignationis titulo Invidia ſibi met gratulatur. Mala in-
tentio ſemper rimam reperit quæ evadat: eſt enim ſub-
tiliffima. Sed exemplis rem demondſtramus.

§. IV.

1. Ob hu-
manos re-
ſpectus.

Pripiò, ob humanos reſpectus, ah quantum boni
ſepiffime omittitur, & quantum committitur mali?
Quotuiſque eſt qui non alios potiùs attendat quàm
ſe, nec tam quid ſui officii, quàm quid alieni ſit iudicii,
perpendat. Quàm multi, cetera non vitioſi, aliis tamen
ad probitatem plus adjumenti adferre deberent, ſed
his iſtis reſpectibus impediuntur. Et quid iſte & ille
diceret, ajunt, quàm illi & iſti hoc non probarent,
quàm torvis oculis me peterent? mille talia ſunt in
quæ oculi ſeptemplexes aſſiduo volatu feruntur. Ocu-
lus ſimplex unum-atque unicum Dei ſpectat. Is qui
ſimplicem habet oculum: Hoc, ait ipſe ſibi, juſtitia,
hoc conſcientia mea; hoc cura, & hoc officii mei eſt;
quidquid hic aut ille objectet, huic aut illi placeat, id
ego parum moror. Hoc faciendum eſt, & ideo aliorum
iudicium circa hoc, curandum non eſt: Deum reſpicio,
non homines. Quidquid dixerit mortales, ſi aliud Rex
immortalis jubeat, hunc ſequor.

2. Ob lu-
crum.

Deinde, & quod ſecundo loco ponendum: Ob ſo-
lum lucrum quanta non ſunt? Pauperiem fugiens mer-
cator currit ad Indos. Taceo cædes innumeras & la-
trocinia. Mundi lex eſt: Lucri odor bonus eſt ex quâli-
bet re, & quolibet modo. Unius lucelli gratiâ infinita
facimus, quæ ſi intentione rectâ, Dei cauſâ faceremus,
cælum centies promereremur. Veriſſimè dixit ſanctus
ille vir: Pro modicâ præbendâ longa via curritur, pro æternâ
vitâ à multâ vix pes ſemel à terrâ levatur. Vile pretium
queritur, pro uno numifmate interdum turpiter ligatur: pro
vanâ re & parvâ promiſſione die noctuque fatigari non ti-
metur. Jethro Moſen olim generum ſuum increpans:
Non bonam, inquit, rem facis: ſtulto labore conſumeris. Idem
proſus omnium illis luccionibus quaſti ſervientibus
ingerendum eſt; unusquiſque horum ſic monendus:
Quid agis, ô homo, ſtulto labore conſumeris: non bo-
nam rem facis: ſed ut facias bonam, bonâ intentione
utere. Ut lucreris, dimitte lucrum, præſertim omne non
honeſtum, aut quod bona conſcientia odiſſe ſolet.

Thomas à
Kempis l. 3.
c. 3. num. 2.

Exod. c. 18.
verſ. 18.

§. V.

Tertio. Quantum toleratur in gratiam ſuperbiæ? In gra-
tiam ſuperbiæ. Veriſſimum illud: Aut ſuperbus non ſis, aut ſis tiam ſu-
patiens. Multi frigere ſe diſſimulant, ne venuſtam gra-
tiam ſuperbiæ. Multi frigiditate veſtium turbent; nolunt ut ruſtici fartas &
pingues tunicas induere. Calceus modò niteat & ſine
rugiſſimo pedi ſtrictus hæreat, eſſi urat, non refert. Hunc eſt
ſuperbis collare ſtringit, illum thorax. Iſte ut ſuperbiæ
ſuæ genium exprimat, etiam onera veſtium non recuſat,
hic ut ad ævi luxum ſe veſtiat, etiam famem tolerat.
Quin imò & cretam vorare jam didicimus, ut vultui
decorum pallorem perſuadeamus. Quid cætera narrem
hujus infaniae tormenta? Hæc aliæque infanda patiens
ſuffert ſuperbia, ſed ſibi ſuffert, & in ſui gratiam, quæſi
propter Deum rectâ intentione perferentur, quanta in-
de rediret merces? Sed & huic tali ad ſuperbiæ leges pa-
tienti verè occiditur: *Stulto labore conſumeris*. Thomas *loc. cit.*
Morus aequè ſanctus ac doctus vir, Angliæ magnum
decus, fortè fortuna virginem in conclavi reperit coram
vitreo iudice, ſpeculo, quæ multo labore atque etiam
dolore comas plicabat, ut frons lata, & mammillare
amictorium ſtringebat, ut ipſa gracilis videretur. Huic
Morus: Niſi Deus, inquit, tibi hoc pro tuo tanto labore
infernum reddat, magnam tibi profectò injuriam fa-
ciet. Affirmabatq; feridò, perſuaſiſſimum ſibi eſſe, quam-
plurimos in hac vitâ eo labore infernum mercari, cujus
vel dimidio cælum lucrati fuiſſent. Cujusnam rei defe-
ctu hoc fieri cenſendum, niſi ſolius intentionis bonæ?

§. VI.

Quarto. Quid non fit acquirendæ, retinendæ, au-
genda gratiæ? hic nulli labori parcitur, nulla mo-
leſtia recuſatur, nihil intolerabile æſtimatur, totos dies
dominorum obſequio apparere, grave non cenſetur. Vi-
ri ſancti olim in columnis ſtabant annis compluribus,
inde & nomen traxerunt. Simeon Stylita, Daniel Styli-
ta, Alipius & Theodulus Stylita. Hi dies noctesque ſta-
bant colendo Deo, & corpori affligendo. Hæc religio
Stylitarum annis aliquot continuis ſtantium deſiit, non
item eorum qui continuis horis aliquot perſtant, &
ſæpe ſolam gratiam expectant, quæ tamen in ſaxo lu-
brico & veſtigium fallente ſita eſt, & longè citius perdi
poſteſt, quàm acquiri.

Joſeph Ægypti Prorex in ſummâ gratiâ fuit apud
ſuum Pharaonem, ab illo proximus, ſed ſucceſſit Rex
alius qui Joſephum noſſe recuſavit. Quam charus Da-
rio Daniel, & tamen omnis Darii gratia Danielem à
leonum foveâ ſervare non potuit. Achitophel Abſalo-
nis topanta, gratiſſimus conſiliarius fuit, ſed hæc gratia
collo ejus non aureum torquem, ſed laqueum inſecit.
Aman gratiâ potentiſſimus, & pæne alter Aſſuerus, ſed
per hos aureos gratiæ gradus altiſſimum patibulum
conſcendit. Et quis Belſarius ſub Juſtiniano, tot victo-
riis illuſtriſſimus Dux tandem non gratiam tantum, ſed
& oculum utrumque perdidit, ad extremam mendici-
tatem devolutus. Quis ſub Tiberio Sejanus? jam pæne
alter Tiberius, & gratiam ſimul & vitam amiſit, unco
tractus & in Tiberim abjectus eſt. Dies priùs ſuiat,
quàm ego tragædiarum iſtarum vel tantum nomina
exprefſero. Habeat Argus mille oculos; Gratiâ nemo
negaveris mille habere alas quibus avolet. Et tamen hæc
tam fallax & incertiſſimæ fidei gratia, tantis deſideriis
ac votis experitur, tot laboribus ambitur, tantis ſudori-
bus quæritur, tot ſolicitudinibus & curis, vix tandem &
agrè obtinetur: ut obtenta retineatur, non minùs labo-
rum & ſolicitudinum impenditur, mente ſemper pavidiſſimâ,
& in omnem partem ſe torquente, ne, quod
tantis impendiis impetratum eſt, levi ſtatu diſſipetur.
Ita videas hos gratiæ aucupes ſemper trepidos & anxios,
ſemper ſollicitos, & gratiæ jacturam, velut ſupremum
malum

4. Ad ac-
quirendam,
retinendâ,
& augen-
dam gra-
tiam.

Erudi-
tione

5. Tole-
ra ſan-
ctorum

Ad Eph-
14. 6. 2

6. Mel-
licorum
opificum
volentem

1. Cor. 4.
verſ. 5.

Omnes
ſtatus ac-
cedentes
hominum
aſſiſſion
lucæ m-
litis pl-
u ſunt.

Lev. 1. 16.
17. 18.

malum formidantes, *terret eos sonitus folii volantis*: pæne ut lepores apertis dormiunt oculis, adeo ad omnem gratiæ auram trepidant. Nam (quod magnum malum est) incipit illis opus esse fortunâ: sequitur vita anxia, suspiciosa, casuum pavens, temporumque suspensa momentis. Nunquam dant virtuti fundamentum grave, immobile, sed jubent illam in loco volubili stare. Hæc obsecro notate Aulici. Et quæ ista tam rigida servitus est, hæc diu noctique & pari, & agere in unius gratiæ gratiam? Qui hæc & pateretur & ageret intentione bonâ, Dei causâ, quantum is præmii reportaret? Dum hoc autem & iste, & ille, & alius, atque alius negligit, unicuique illorum occinendum est: Non bonam rem facis, stulto labore consumeris, stulto profusus, stultissimo; hoc enim agis ut tibi ipse importunè neceas, & cum tædio.

§. VII.

3. Tolera-
na sumu-
torum.

Quintò. Quid non tolerant alii extra aulas famuli, & ancillæ? non iis verba tantum sed & colaphi sæpe glutendi sunt. Quoties herus aut hera stomachosi clamant, furcifer, trifurcifer, stulte, bestia, flagrio, asine, flagitium. Post hæc vocum tonitrua frequenter & fulmina sequuntur à manu venientia, volant fustes, & quidquid armorum ira furorque ministrat. Et quid miseris inde lucri est? merces exigua, victus tenuis & plerumque intempestivus, sæpissime & frigidus. Qui hæc ideo fert tantum ut vivat, stulto pariter, stultissimo labore consumitur. Quod si ancilla vel famulus generoso animo hæc omnia offerat Deo, dicatque: Domine, propter te fatigari me patiar & vexari, propter te, mi Domine, hæc feram omnia: scio equidem te mitiorem & liberaliorem esse Dominum, quam cui me mancipavi: à te, mi Deus, expectabo præmium. Hic profectò sapit, qui labores sic vendit, quemadmodum divinus Paulus hoc genus hominum præclarissimè his instruit: *Non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi, facientes voluntatem Dei ex animo.*

Ad Ephes.
2. 6. v. 6.

6. Mecha-
nicorum
opificum
tolerantia.

Sextò. Quid mechanici opifices non ferunt miseria- rum? Ad gravissimos labores summo mane redeunt, còsque urgent in seram & adultam noctem, sepe tamen vix mucidum panem pro se suisque extundunt: æstum, fatores, gelu, incommoda plurima tolerant modici lucelli gratiâ: quis pauperior istis, si solum spectemus corpus? & quis iisdem ditor, si quis horum subinde animo dicat: Mi Deus, hunc sudorem meum in tuam manum effundo, labores meos omnes tibi offero, tibi fatigor, mi bone Domine. Tu dives ille paterfamilias es, qui tuorum famulorum labores nunquam non superas mercede, nec gratis tibi quodquam fieri permittis: opelas nostras præmiis excedis infinite. Omnes ergo meos, cum Filii tui laboribus tibi consecro & dono. De his talibus sua omnia Deo sic offerentibus verè Paulus: *Divites, inquit, facti estis in illo, in omni verbo.*

7. Cor. 4. 1.
vers. 5.

§. VIII.

Omnes
status ac
ordines
hominum
afflictioni-
bus ac mo-
lestiis ple-
ni sunt.

Si omnes hominum status ordinisque lustremus, in somnibus sanè perferenda plurima reperiemus. Et vos ipsi, quos divites & beatos salutamus, & pæne adoramus, an non molestiarum & ærumnarum satis abundè habetis? quis vestrum queritur deesse sibi quod patitur? Virtutis est, cum sanctissimus quisque, licet afflictissimus, aude generoso spiritu dicere: Domine, da plura, immitte graviora quæ patiar. Apud hunc hominem res optimè habent, hæc talis postulatio puræ intentionis luculentum indicium est. Sed vos alii, ô beatuli, ô Magni & omni opulentia instructi, & quâ ratione vos afflictiones vestras toleratis? variè vos affligi, nil penitus dubito, etsi negent id oculi, quibus hæc nulla fides habenda. Imò perfunctum habeo, vos sæpe acerbius, licet occultius, torqueri, quam ullos Religiosos homines, quorum vitæ tenor, merus est penitentia labor: vobis quidem mol-

Tou. I.

liores sunt lecti quam religiosi, sed quæstio sit, vos an illi quietius dormiant, non enim dormitum inus, ut bene cubemus, sed ut bene dormiamus: somnum vestrum prolixiorum esse, quam illorum sit, nõ negem, sed nescio an credam esse tranquilliorum, & suaviorum: plurima sunt quæ vestrum, illorum verò soporem minimè turbant.

Cibi vobis & multò plures & longè meliores, sed iterum quæstio sit, quibus hi melius sapiant: neque enim dubitem quin religiosorum hominum plurimis oluscula sua & avenaceæ pultricular, lixum hordeum & lactucula jucundius sapiant quam vobis galli spadones merâ similitudine & lacte pasti, ac ipsum Jovis cerebrum. Vestes vobis pulchriores quam illis & plures, sed & hæc interrogem, quibus sint habiliores, qui in iis minùs frigeant, minùs stringantur? Religiosos viros rarissimè præmunt calcei, vos sæpius: accedunt occulta cilicia, vobis etiam invitis injecta, quæ animum vexent, fodiant, lacereant.

Vobis largius otium & plures sunt feriæ, sed forsitan multi suavius laborant, quam vos otiumini. Vobis denique libertas longè major est quam religiosi, sed vestram libertatem multa comitantur vincula, mortuus animi & laniena conscientia incredibilis. In summâ, cruces quas feratis minimè defunt, sed fortasse deest patientia & intentio recta, quâ cruces sunt perferendæ.

Hic igitur, obsecro, attendite, an propter Christum, an verò propter Lazarum Bethaniam veniatis, an quæ vobis sustinenda, eo quo par est animo sustineatis.

In monte Golgothæo duo juxta Christum utrinque pendebant, uterque lato, uterque crucifixus, uterque in uno hoc eodémque supplicio mortuus est: ar ille paradiso, iste tartaro receptus est. Quid quæso æquè reos, æquali supplicio affectos tam inæquali sorte separavit? intentio. Ille Christo Domino mortem suam obtulit, iste averfus à Christo in impatientiâ finit. Hæc è simillimâ cruce, in regna dissimillima est via, si tam dissimilis sit intentio.

§. IX.

Itaque valde cavendum, ne situs Martyres mundi, Confessores Diaboli, Mammonæ discipuli, Veneris alumni. Amor sui mille fraudes comminiscitur, blandissimè quod vult persuadet, ponitque pro scopo proprium judicium, curiositatem, propriam voluntatem; hoc agit ut intentionem reddat obliquam, non sinceram, à Deo alienam, & quam Deus jure aversetur. Si cui admodum æstuant & sitienti lactis optimi florem propines, è tali tamen catino, in quo plurimæ muscæ innatent, an rem gratam te facturum speras? quis statim bibat, etsi valde sitiat? niveus potus invitat quidem, sed innatantes bestiolæ absterrent: nigellæ aviculas prius ejice, dein lacteam promissidem propone. Sic opera bona, velut candida suavisque potio, velut fercula præstantissima, Deo tamen grata nunquam erunt, si ea fœdet vana gloria, voluntas propria, curiositas, avaritia, sui amor & æstimatio. *Muscæ morientes perdunt suavitatem unguenti.* Sic omnis intentio non sincera & recta nobilissimum quodque opus corrumpit & destruit.

Quis non riserit hospitem illum, qui peregrinum hominem lautissimis verbis in suam tabernam invitans: Mi Domine, ajebat, ad me obsecro divertite, vinum mihi profusus generosum est & nobile, nisi quod nonnihil acefcet. Apage tu cum tuo hoc generoso vino, quod aut acidum sit, aut dilutum, vel dubium. Hoc ipsum queritur olim Deus per Isaiam: *Vinum tuum mistum est aquâ.* De multis idem dici potest: Hæc illius actio, hæc opera, hoc obsequium illius, hæc industria, hic conatus vinum bonum esset, nisi aquâ malæ intentionis mistum esset. *Cum perversa est intentio, quæ præcedit, pravum est omne opus quod sequitur, quamvis rectum esse videatur.*

In præfata lege cum leproforum quispiam sanitati restituendus fuit, dextra ejus auricula & pollices dextræ

Q 9 3

manus

Bona opera vana gloria fœdata Deo non sunt gratæ. *Ecles. 1. 10.*

Isaia cap. 1. vers. 22.

Greg. lib. 1. Dial. c. 14.

Levit. c. 14. vers. 14.

manus ac pedis oleo tingebantur. Quid hoc ritu Deus magis commendat, quam ut misericordiae oleo usuri, & stipem daturi, nil levum tangamus; nil ambitionis, jaecantiae, aut ullius finistræ intentionis se misceat. *Nesciat finistræ tua, quid faciat dextera tua.*

Ad Salomonis tribunal duæ femine litigabant de infante, utraque quidem prolem habuit, sed illa vivam, hæc mortuam, ut quam dormiens oppresserat. Nos instruit ista: sit advertimus. Nos quidem oramus, stipem damus, consiliis aut manu juvatius, in eandem aliaque toleramus, hos velut liberos gignit bona actio, sed nisi ad hæc omnia vigilemus, hinc semper intentio sincerissima liberos istos defendat, incautos somno eos opprimimus, orationem nostram, & elemosynam, & inedia, & omnem tolerantiam nostram somnolentiam perdimus, & ita quidquid illis virum & vitæ inerat, adimimus. Nam, ut præclare Richardus Victorinus: *Quod est, inquit, corpus sine animâ, hoc est opus sine intentione bonâ.* Sæpe ergo hi liberi nostri nobis sint clari, si nolimus frustra laborare, ita semper laboremus, ut illa faciamus, non quia sic nobis placet sapitque, nec solum quia sic moris est, aut quia fit ab aliis, sed quia sic placet Deo. Oculis simplex ad unum atque unicum Dei honorem collineet in omnibus, in quibus errare refugit? Deus in causâ sit, quare hæc faciamus, ista fugiamus, illa perferamus. Si jam; quod sæpe fit, operam nostram aliis locatam, parcius illi quam par est; compensent, Deum vadem & sponsores habemus. Quod Deus Abrahamo dixit, hoc omnes bonæ intentionis sibi à Deo dictum censeant: *Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis.*

Math. c. 6.
vers. 3.

Tract. 1. de
statu int.
bon.

Bona opera non faciendâ quia aliis placet, sed quia placet Deo.

Gen. cap. 15.
vers. 1.

C A P V T X I.

Exemplar nobile INTENTIONIS

MALÆ fuisse Herodem Magnum,
A scalonitam.

A Divo Ludovico Galliarum Rege missus est ad Damasci Sultani Orator è sancti Dominici familia Ivo, vir doctus & religiosus. Huic in itinere mirum quid contigit, & quod credibile, studio id adornatum est, complurium instructioni, hæc ratione. Anus Ivoni loco quodam occurrit, altera manu hydriam aquâ plenam, altera vas cupreum prunis refertum gestans. Miratus Ivo insolitum occursum vetulæ, aquam & ignem gestantis, quærit quid hæc sibi velint? Cui mulier: Prunas, inquit, fero, ut iis paradisum incendam & comburam: aquam defero, ut eâ flammam inferorum extingnam, & Orcum aboleam. Jamque magis miratus Ivo responsum tam insperatum, interrogat ultra, quid hæc moliri cogitet, & cui bono? Illa, ut in posterum, inquit, omnis intentio non recta aut non pura cesset, ut nemo probus sit solum spe cæli & præmii; nemo etiam peccare oderit formidine pœnæ & inferorum horrore, sed solo Dei amore, & desiderio placendi Deo.

Ad Christi pueri præsepe atque stramineas cunas, tres ab ortu magni Principes venerunt: Itinere toto tam apud Herodem hospitem, quam alibi nihil æquè frequenter audiebantur respondere, quam illud rectissimæ intentionis: *Et venimus adorare eum.* Sed & Herodes idem prorsus grandi ore pronuntiabat: *Vt & ego veniens adorem eum.* Hic nulla spes præmii, nullus pœnæ metus se miscuit, nec enim ulla vel inferorum vel cæli sit mentio: Unicus itineris Bethlemitici finis est, divinus cultus & adoratio. Tam Herodes quam illius hospites in unam illam verè sanctam intentionem conspirasse videntur. Adsumt adoraturi, nec metu supplicii ullo, nec spe præmii provocati. Et quis Herodem non idem sentire dixerit, quod pios illos advenas? Verùm jam demonstrabimus, inter Herodis & trium hospitem intentionem, tantum esse discriminis, quantum inter cælum terram-

Math. c. 2.
vers. 2.
Ibid. v. 8.

que. Et apparebit Herodem malæ intentionis egregiam ideam existere.

S. I.

Philosophorum scitum est: Ultimum in actione, primum est in intentione. Finis est ad quem referuntur omnia. Ab experientia quotidiana id constat. Sumit sibi quis diversissimos labores; hac hebdomade calcem convehit, alterâ lateræ & saxa, arenam tertiâ, asseres quartâ, dein cum amicis deliberat, modò hoc, modò illud ad regulam revocat, jam circinum rotat, jam & nummos numerat, modò cum architectis agit, jam cæmentarios accersit, modò vitriarium, & ferrarium fabricum conducit. Et quorsum hæc omnia? Ad domum. Finis omnium domus est, prima quidem intentione, sed actione ultima.

Narrat Matthæus, tres ex Oriente dynastas iter, ingressos Hierosolymam versus. Iter hoc longum, difficile, laboriosum, & magnarum impensarum fuit. Equis hujus itineris finis & scopus: Novi-Regis adoratio. *Et venimus adorare eum.* Hoc toto itinere agitabant secum, *Et venimus adorare eum.* Hæc illorum intentio iter indixit, hæc diversa munera congessit, hæc in viam necessariâ præcipit, hæc Hierosolymam Judææ metropolim duxit, hæc hospitium Herodis quæsit, hæc præventi fideri fidelissimè obtemperavit. Finis hæc omnia dictavit, finis sanè optimus ac laudatissimus: *Et venimus adorare eum.*

Sed & Herodes idem ait, & quidem verbis iisdem: *Vt & ego, inquit, veniens adorem eum.* Quis non credat Herodem, & illius regios hospites unius esse animi, æqualis propositi, ejusdem prorsus intentionis? Sed videre obsecro, quantum tellus & astra dissident, tantum Herodis & trium Magorum animus, propositum, intentio discrepant. Horum longè optimus, illius longè pessimus finis fuit. Argumenta hujus clarissima hæc sunt:

Principio, *Audiens autè Herodes rex turbatus est.* Res jam suspecta, & en primum malæ intentionis argumentum, turbati. Homo bonæ intentionis, nunquam totus turbatur, ut res eveniat, etsi omnia teterrimè cadant, sibi constat, sui similis est. *Non contristabitur, quidquid acciderit.* Nam bonâ, quam habet, intentione non potest excidere. Herodes ideo turbatus est, quia regno pelli metuebat. Sed unde hic metus? sibi ipsi nimium amicus, seipsum nimis ardentè & amabat & quærebat.

Anno 1414, tres erant Pontifices (ea erat ævi labes) Joannes, Benedictus, Gregorius. In his turbis è purpuratorum Patrum numero Joannes Dominicus, vir integerimus, animum suum intentionemque verè optimam dissimulare non potuit. Nam licet is unus omnia apud Gregorium posset, ab eo etiam ad illud fastigii evectus fuisset, nihilominus tamen Gregorium monere non desit, descenderet sponte suâ ipsemet de tam sublimi folio, in quod viâ negatâ & non legitimâ pervenisset. Paruit tam sincerè monenti Gregorius: Alii duo hac sede vi submoti sunt. Quo factò Joannes Dominicus purpuratus senator, & ipse sese in ordinem redigere aggressus, Concilium Constantiense adiit, purpuram suam digniori dandam exiit, & infra episcopos se locavit. En, quàm variè & quàm feliciter Ambitionem triumphavit recta intentio! Herodes quia tam ambitiosus, hinc etiam tam turbatus. Si quis illius auribus dies noctesque ingessisset, natum esse quidem Messiam, non tamen vel minimâ ex parte nociturum; neque enim venisse ut regna eriperet, sed ut daret; nihilominus Herodes turbatissimus assidue timuisset, nec alium animo voluisset, quàm Regis infantuli properatam cædem. Quòd si Herodi vel unica bonæ intentionis venula fluxisset, sic secum fuisset ratiocinatus: Si natus puer verè Messias & Christus sit, aderit illi Deus; sin autem, Deum à me statutum confido. Sed nihil tam sanæ cogitationis admisit Rex impius: hoc unum ei erat in animo: Morietur hic puer,

Hic argumentis probatur.

Primum. Math. c. 2.
vers. 3.

Prov. c. 11.
vers. 21.

et tot oculi
regis sui
si optime
non autem
assensio est

Secundum
Ibid. v. 4.

Tertium.
Ibid. v. 7.

Item, cap.
vers. 10.

puer, moriatur; & etſi per mille, etſi per* quatuordecim
millia corpora mihi conſigendus ſit, conſigatur, truci-
detur, moriatur. Et tamen hunc parcidam animum
tam piis vocibus vultuque velans: *Vt & ego, inquit, ve-
niens adorem eum.* Bene locutum, peſſimè cogitaſſe, pri-
mum ſignum prodidit, Turbatio: *Audiens autem Herodes
Rex turbatus eſt.*

§. II.

Secundò. Et congregans omnes Principes ſacerdotum &
ſcribas populi, ſeſcitabatur ab eis, ubi Chriſtus naſceretur.
Quæ hæc Herodis intentio? Noſſe locum nari pueruli.
Quid verò hoc mali? Iſtud certè, quod nihil hæc boni ſit.
Sciſce velle ex ſe quidem indiſſerens, ut vocatur, intentio
eſt, quæ nec bona nec mala; huic ſi jungatur actio mala,
neutrum bonum dici poterit. Et cur Herodes Chriſti
nati patriam noſſe voluit; an ut ſalutaret, munera ferret,
adoraret? Ut jugularer. Hæc mens illius, hæc erat in-
tentio.

Tertio. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit
ab eis tempus ſtella. Neque hoc bonæ intentionis ſignum
eſt. Vocare Magos, nil vitii erat: clam vocare, parum
virtutis, & vitio proximum eſt. Omnis enim qui malè
agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera
eſt. Hoc cuius certum ſit ſignum intentionis non bonæ,
ſi quid adde labore occultare, contegere, ſupprimere,
ut nullo modo ab aliis ſciri vellet: odit lucem iſte, &
latere cupit non ſe, ſed ſua vitia.

Multa quidem clam ſunt, quæ ſido ſilentio commit-
tuntur; ſua ſunt arcana curiæ, ſua & militiæ, & tamen in
his iſtis conſcium habere nemo reformidat, ſi id expe-
dire ſciat. Quantum eleemoſynæ clam datur, auctore
vix uni, ſæpe nemini noto? piè hoc, ſanctè, & ad Chriſti
mentem. Si tamen ii qui dant, ſciant ad majorem Dei
honorem facere, ſciri ſe, utique non ſupprimerent has
voces: Ego ſum, ego do. Non eadem in vitiiſt eſt ratio,
ſunt enim reſeſſus & latebræ ubi luditur, ubi potatur,
ubi furtivè amatur, ubi contra leges laboratur: hi late-
bricolæ, luſores iſti, potatores, aut amatores nequa-
quam ſciri volunt. Quis Orator hiſtalibus perſuaſerit
fore ad Dei honorem ſciri, quinam ipſi ſunt, qui ſocii
illorum? Nihil audiunt, ſed omnibus minaciter impe-
rant, aut ſile, aut peri. Nemo eſt illorum, cui vocem il-
lam extorſeris: Ego ſum luſor, ego ſum potator, ego
procus & decoctor. Hæc furtim & clam fieri conſue-
runt. Sed hoc ipſum CLAM, evidens eſt indicium, hæc
omnia fieri intentione non bonâ. Tecta, plerumque
ſuſpecta. Herodes ergo dum Magos clam acceſſit, palam
malæ intentionis ſuſpectum ſe reddit. Ab hac vitiatâ ra-
dice fimiles enati ſunt rami. Quidquid hæc egit Hero-
des, vitiòſè egit. Cùm perverſa eſt intentio quæ præce-
dit, pravum eſt opus omne quod ſequitur. Ubi ergo
clam Magos vocaſſet, tempus ſtella ab eis diligenter di-
didit, amandavit eos in Bethlehem, de ſingulis ſolenter
interrogari, & ſibi renuntiari mandavit; omnia malignè
& cum noxâ, nam addidit fucatiſſimam ac nequiſſimam
intentionem: *Vt & ego veniens adorem eum.* En diabolum,
ſed pulchrum & Angeli veſte decorum! O vulpes calli-
diſſima! Non ſine cauſâ Herodiana ſtirpi hoc nomen
tribuit Servator. Vulpinâ vafritie cruentum, immanem,
ſceleſtum animum poſſe regi iſperabat.

§. III.

Herodis verò ſacri Senatores & Patres conſcripti
cujuſnam animi & intentionis fuerunt? Variæ.
Cùm enim Senatus indiceretur extra ordinem, credibi-
le eſt ex iſtis fuiſſe qui dicerent: Quis diabolorum exteros
hos homines ab Orientis oris adduxit, tanquam ſi abſ-
que illis non ſatis negotiorum nobis eſſet? Alium audif-
ſes dicere: Velim idololatræ iſti domi maneat, & no-
ſtram nobis pacem non turbent. Alius peſſimè preca-

Atus, forſan dixerit: In malam rem abeant hi homines,
pudore nos affecterunt maximo. In Arabiâ hoc ſciant, &
nos neſciamus in Judæâ? Alii, paulò modeſtius: Ex offi-
cio, aiebant, hoc R regi debemus, cui nos in omnem hanc
operam obligavimus. Ergo libros adire, & inquirere
oportet, quæ Chriſti ſit terra patria. Sed neque hi ad eò
erant laudandæ intentionis. Nam intentio bona raro
impellit, cùm vis & neceſſitas cogit. Non eſt virtutis be-
ne jubenti dicere: Nolo quidem, ſed debeo. Licet ergo
curiam Herodis omnem ſcrutemur, vix ullam intentio-
nem rectam in eâ inveniemus, & quod ſequitur, nullam
actionem bonam. Illa enim omnia, convenire, inquire-
re, libros conſulere, reſponſa dare, ſunt politicum quid,
& actiones ad japhoræ, quibus ſi non jungatur intentio
bona, nil caeleſtis præmii aſſequantur.

Porrò illa Herodis turbatio, Rabbiorum conſulta-
tio, trepidatio Urbis, tres illos ex Oriente Reges admo-
dum dubios reddere, imò in errorem trahere, & re in-
ſectâ reſreſſum eis perſuadere potuiſſet. Promptum
enim illis fuiſſet dicere: Quàm nos infantes ſumus, &
digni regum cachinnis! En in ipſo Judææ medullio, de
hoc Judæorum Rege quem quaerimus, nihil ſcitur, &
nos tam temerè mutum ignem ſecuti, noſtris regionibus
deſertis, in peregrinas has oras noſmet eiecimus:
turbavimus Herodem Regem, regis conſiliariis nego-
tium faceſſivimus; urbem Hieroſolymam fruſtra com-
movimus: quid vani hoc itinere nobis voluimus? Nihil
harum cogitationum, nihil admiferunt, ſed quo cepe-
runt pede, intentione bonâ quâ orſi, eâ etiam conſtanter
progreſſi, hoc unum omnibus reſponderunt: *Venimus
adorare eum.* Si quis illorum aliquem in antro Bethlehe-
mitico interrogaveſſet: Et quid hæc veſtra ſibi munera vo-
lunt? quid humilis prociſentium habitus, quid prona in
terram corpora? non aliud unquam reſpondiſſent, quàm
hoc ipſum: *Venimus adorare eum.* Huc nos neque metus,
neque vis, aut ulla neceſſitas ad egit, non ſpes opum ulla
impulit, hoc unum nos domo excivit; *Venimus adorare
eum.* Et quem illum ò viri, quem veniſtis adorare? Illum
ipſum, a junt, cujus ſtellam vidimus, cui parent ſidera,
qui nobis facem celo extulit, hunc *Venimus adorare.*

Tandem aſſecuti ſuum finem, & prociſentes adorave-
runt eum. Poterat pro ſe quiſque dicere: Ego gloriam
meam non quaſſivi, ſed nati Regis Hebræi, huc animum
intendi, eâ de cauſâ hoc iter ſuſcepi, hoc ſine munera
hæc attuli: una mens & vox una omnium: *Venimus ado-
rare eum.* Delati demum, ſidere duce, ad viliffimum tu-
guriolum, ac pectudum ædes, ad puerulum pauperri-
mum, nec divini quidquam præſeſerentem, nihilomi-
nus prociſentes adoraverunt eum.

En, mi Chriſtiane, quid mala, quid bona doceat in-
tentio: En, quàm fucata illa & trepida, quàm hæc con-
ſtans & erecta ſit, & quàm ſeſe urraque ſuis urcunque
prodat iſticiis! Herodes licet homo abſtruſus & tectus,
ex arte truculentum animum diſſimulare noverit, viti-
atæ tamen intentionis ſigna edidit ſatis aperta. Tres ab
exortu Magi aberrarunt non nihil, hoſpitem quaerendo
Herodem, ſed hic ipſe error bono eis fuit, ob bonam
intentionem: profuit ſic erraſſe. Quando ergo intentio-
ne optimâ ſerebantur ad Chriſti nati cunabula, non
tantum ſtellam ducem habuerunt, ſed & Angelum mon-
nitorem, qui fideliffimè inſtruxit, perſidum hoſpiti-
um ſtudioſè declinarent, ad Herodem ne redirent, aliâ viâ
domum remearent, ne intentionem optimam, quâ ve-
nerant, depravarent. Neque enim Magi aliâ mente ſe-
cuti ſunt ſtellam, quàm ut illius ſe voluntati ac nutui,
qui ſtellam in ducem miſerat, ex integro ſubmitterent.

Hæc vera & proſus pura eſt intentio, *Dei voluntatem
in omnibus ſequi.* De hac noſtri ævi Theologus: *Qui ſic
animatus eſt, inquit, ut nihil aliud expectat, niſi Dei voluntatem
explere, cum Deus nunquam poteſt deſerere.* Ingens pro-
miſſum.

Hæc ergo hominis Christiani sit intentio in rebus agendis omnibus, ut sincero corde hoc apud se assidue volvat: Domine, tuo honori facio omnia, tuæ voluntati parere cupio in omnibus, siue illa mihi facilia sint factu, siue difficilia, aspera an jucunda. *Venio adorare te, non ut Herodes, sed ut tres ab Ortu Reges, te Domine semper, & omnibus actionibus meis adorare cupio; eam ob causam vivo, ideo edo, bibo, dormio, laboro, ut tibi seruiam, tibi placeam, tuæ voluntati obsecundem ubique, semper, in omnibus: sic vivam, sic moriar.*

CAPVT XII.

Quid INDIFFERENS, quid NULLA INTENTIO à nobis docetur.

Quamvis nulla sit actionum voluntariarum, quæ non originem trahat ex intentione aliquâ; quidquid enim volentes & scientes agimus, desiderio alicujus consequendi finis agimus: nihilominus multa tam ambigüe, plurima tam otitantes, incuriosè, propteranter facimus, ut in multis adiphoram vel indifferentem, in plurimis nullam habere intentionem videri possimus. Quam autem intentionem voceimus indifferentem, quam nullam, dilucidè jam explicabimus.

§. I.

Quid sit intentio indifferentis.

INDIFFERENS appellatur intentio, seu Adiphora, quæ nec bona est in se, nec mala, nec ad probitatem, nec ad improbitatem confert; & hæc plerunque actiones merè naturales pro fine habet, uti sunt, edere, bibere, ambulare, dormire. Lucem hic allucebit Seneca, qui sensu profusus Christiano: *Indifferentia, inquit, esse dico, nec bona, nec mala, tanquam morbum, dolorem, pauperatorem, exilium, mortem: Nihil horum per se gloriosum est, nihil tamen sine his. Laudatur enim non paupertas, sed is quem non submitit, nec incurvat: laudatur non exilium, sed qui hoc non doluit: laudatur non dolor, sed quem nihil coegit dolor: Nemo mortem laudat, sed eum cui mors ante absulit animum quàm conturbavit. Omnia ista per se non sunt honesta, nec gloriosa: sed quidquid virtus ex illis adiit tractavitq̄, honestum & gloriosum facit. Illa in medio posita sunt: interest, utrum malitia illis, an virtus manum admoverit. Et ut liquidò sciamus quid indifferentis, quid bonum, quid malum sit, addit Annæus: *Omnis res quod non habuit decus, virtute addit à sumit. Cubiculum lucidum dicimus, hoc idem obscurissimum est nocte: dies illi lucem infundit, nox eripit. Sic istis quæ à nobis indifferentia ac media dicuntur, divitiis, viribus, forme, honoribus, regno, & contra, morti, exilio, mala valetudini, doloribus, quæque alia aut minus aut magis pertinimus, aut malitia aut virtus dat boni vel mali nomen. Massa per se nec calida nec frigida est; in fornacem coniecta concaluit, in aquam remissa refrigit.**

Epist. 82. med.

Idem ibid.

Indifferentia per se nec bona, nec mala sunt,

Nec promeriti nomen acquirunt nisi à bonâ intentione. In Cant. vita spir. cap. 30. in it.

Ergo, sola virtus, bonum: sola malitia, malum: Indifferentia, per se nec bona, nec mala: usus dat iis nomen, siue cum virtus, siue cum malitia accessit. Ita ingenium, ars, scientia, sanitas, vires, opes, gloria, nobilitas indifferentia sunt, quia naturalia sunt, nec aliùs exurgunt quàm quò ea erigit bona intentio, quæ si & ipsa intra naturæ fines se contineat, nec ad Deum subvolet, indifferentis manet & sine pramio. Hinc ire, stare, sedere, currere, loqui, laborare &c. bona non sunt, nec promeriti nomen acquirunt, nisi à bonâ intentione, quæ actiunculam etiam minimam ac vilissimam in altissimum dignitatis gradum extollit. Quod ut optimè capiamus, Ludovicus Blossius præclare nos instruit hunc in modum: *Quæ agenda sunt (etiam dum manducare, bibere dormire, vel quodvis aliud solatium carni indulgere oportet) tu tali consideratione preveni, ut ea ipsa purè ad Dei honorem facere desideres. Nam, quemadmodum opus quod ex se grande ac magni momenti videtur, Deo prorsus displicet, si operantis intentio im-*

A pura fuerit: ita opus, quod ex se frigidum, nulliusque momenti iudicatur, Domino plurimum placet, si operantis intentio fuerit recta. Etiam si pietate ductus cervicem tantum inclinaverit ante crucifixi Iesu imaginem, vel ad altare Dei genitricis Mariae flosculos obtulerit, aut pedem moveris propter charitatem, non frustraberis à spe justæ mercedis. Et hoc potest intentio bona; intentio indifferens horum nil potest, sed actionem, cui jungitur, nec deterioerem reddit, nec meliorem, ut infra pluribus dicemus.

§. II.

INtentio NULLA, vocatur à nobis ea, cum quis ex consuetudine temerè hoc illudve facit, nec sibi ullum actionis suæ finem proponit, & quasi casu vivit. Ingens hoc vitæ malum est, & omnium laborum cæca vorago. Justissimè queritur olim Seneca, & *Necesse est, inquit, multum in vitâ nostrâ casus possit, quia vivimus casu. Quoriam quid fugiendum sit, aut quid petendum, voles scire, ad summum bonum, & propositum totius vitæ respice. Illi enim consentire debet quidquid agimus. Non disponet singula, nisi cui jam vitæ suæ summa proposita est. Nemo, quamvis paratos habeat colores, similitudinem reddet, nisi jam constet quid velit pingere. Ideo peccamus, quia de partibus vitæ omnes deliberamus, de totâ nemo deliberat. Scire debet quid petat ille, qui sagittam vult mittere: & tunc dirigere, & moderari manu telum. Errant consilia nostra, quia non habent quo dirigantur. Ignoranti quem portum petat, nullus suus ventus est. Omnia præclarissimè; & verè ignorat quem portum appellat, qui intentione nullâ incassum se fatigat. Ubi certus actionis scopus & finis deest, illic confusio, & omnia indigestum ac rude chaos.*

Quid sit intentio nulla.

Epist. 71. initio.

Deus olim præcipiens: *Omnis adeps, inquit, Domini erit jure perpetuo, in generationibus, & cunctis habitaculis vestris. Quid mirum, inquit Ithychius, arvinam & adipem tam severè à Deo exigi? Adeps iste, recta est intentio, in omnibus ad Deum dirigenda; hanc Deus nemini remittit. Qui verò nullam suis actionibus intentionem præstituit, is quod optimum est sacrificii, Deo subtrahit. Hic talis, quidquid facit, aut ex inclinatione, aut ex consuetudine facit; nescit enim quare faciat, aut quorsum, & cui faciat. Miserrimum est hoc genus hominum, quibus post varios labores, nulla speranda est merces.*

Quia ne in facto laus est, in eo quod admodum fat.

Levit. cap. 3. v. 16. & 17.

Recta intentio in omnibus ad Deum dirigenda.

Act. cap. 7. v. 6. & 7.

§. III.

PVeris trimulis aut quadrimulis quis inquietior? totos dies huc illuc oberant, nec unquam uno loco consistunt: nunc equitare se putant, nunc volentem plumam agitant, jam domunculas ædificant, jam per fedilia fursum deorsum saltant, ita sese plurimum fatigant, in summo otio nunquam otiosi, & ubi totum diem ad lassitudinem, diu multumque semet agitaverint, quid tandem est omnis hic labor & lassitudo? Nugas egerunt, muscas depulerunt, cribro aquam hauscerunt, in aquâ sementem fecerunt, infantili & inani operâ. His infantibus ii omnes simillimi sunt, qui actiones suas nullâ intentione regunt: ardua vix attingunt; si tamen ea tangunt, levi decurrunt manu, & superficium potius radunt, quàm latentia petant. Quærit ex his appositè nebulosus Satyricus:

Est aliquid quò tendis, & in quod dirigit arcum? An passim sequeris corvos restaque luroque, Securus quò pes ferat, atque ex tempore vivis?

Perfissus sat. 3.

Num tibi certus est finis quò omnia referas? an in diem vivis sine proposito, sine providentiâ, prout natura suggerit? Et quis ille tabellarius, qui querentis, *Quorsum tendis?* respondeat, *Verè ipse ego nescio.* O stolidum caput! redi domum, ridicule homo, redi, & priùs quò tendas cogita, quàm exeat.

In hac vitâ, ô Christiani, non licet nobis vanos ambulatores agere, & quò pes fert, excurrere: singulis horis cogitanda

Quomodo res appetitur maxime mihi recte an virtute amoret, non:

Epist. 85. med.

Quia ne in facto laus est, in eo quod admodum fat.

Act. cap. 7. v. 6. & 7.

Quomodo
res appetatur
maximi referre;
an virtuti
amore, an
nostri:

Epist. 91.
mod.

Quia non
in facto
laus est, sed
in eo que
admodum
fac.

cogitanda est hora ultima, & via terminus, omnibus pane momentis intentio recta restauranda est. Maximi refert, quomodo res appetamus, an virtutum amore, an nostri; nudas edere operas minimè laudabile est. Ubi autem intentio recta non est, ibi aut mala, aut nulla est. Ingenium quod virtutibus non impleveris, vitiiis vacat, veluti cessante cultu ager; quem messibus onerare timueris, se inutilibus herbis sponte exhauriet. Ita plerumque ubi bene agere cessamus, incipimus agere malè. De hoc etiam eximie Seneca: *Putemus aliquem, inquit, facere quod oportet: non faciet assidue, non faciet equaliter, nescit enim quare faciat. Aliqua vel casu vel exercitatione exhibuit recta, sed non erit in manu regula ad quam exigantur, cui credat recta esse que fecit. Non promittet se talem in perpetuum, qui casu bonus est. Deinde prestabunt tibi fortasse præcepta, ut quod oportet, facias: non prestabunt, ut quemadmodum oportet, facias: & si hoc non prestant, ad virtutem non perducunt. Faciet quod oportet monitus, concedo: sed id parum est, quoniam quidem non in facto laus est, sed in eo, quemadmodum fiat. Excellentissimè profusus, & ad regulam divinæ paginæ. Verè non in facto laus est, sed in eo, quemadmodum fiat. Non tantum non facere sed nec benefacere satis est, nisi hoc ipsum bonè fiat intentione. Tanti ergo ducamus oculum simplicem omni tempore, & omni loco intendere in Deum.*

Sed an non sæpe omni puero stultiores sumus, qui in tantà luce caligamus, imò nobis omnia tenebras facimus, & subinde nihil videmus, nec quid noceat, nec quid expediat: totà vità incursumus, nec ob hoc resiliimus, aut circumspectiùs pedem ponimus. Quis verò nescit quàm sit furiosa res, impetus in tenebris. At nos certè id agimus ut longiùs revocandi simus: & cum ignoremus quò feramur, velociter tamen huc illuc, quocunque demum, cæco impetu ruimus.

§. I V.

Agg. cap. 1.
25. 6. & 7.

Fidelissimè Deus per Aggæum prophetam commonefaciens: *Ponite, inquit, corda vestra super vias vestras. Seminaſtis multum & intulistis parum: comedistis, & non estis satiati, bibistis & non estis inebriati: operuistis vos, & non estis calefacti. Et qui mercedes congregavit, misit eas in sacculum pertusum. Hec dicit Dominus exercituum: Ponite corda vestra super vias vestras. En, quàm urgeat Deus illud: Ponite corda vestra super vias vestras, quàm velit considerari quà vià & quò eamus. En, quàm ubique intentionem bonam requirat? Omnibus verò hoc negligentibus occiditur. Seminaſtis multum, & intulistis parum. Sunt qui nummos seminant, tantum scilicet pecuniæ in mensam erogant, tantum in vestes & supellectilem, tantum in recreationes, lusus, convivias, tantum etiam in rerum novarum auditionem, tantum in varias animantes, tantum in libros quos nec ipsi legunt, nec aliis legendos permittunt, sed custodiunt ut canis præsepe; tantum æris in super expendant in adulatores, sannonios, mimos, parasitos, moriones; tacebo aliam hominum impuram facem; tantum etiam insumunt in artificiola curiosa, & sæpe pernitiosa, tantum in alias vanissimas infanias, tantum denique in stipem & eleemosynam exponunt, & modò id intentione sanà fiat. Hi sanè plurimum argenti seminant. De unoquoque horum rectè dixeris, DISPERSIT, non autem, *dedit pauperibus*, sed jam antè divitibus; aut dedit factoribus, dedit cocis, cupedinaris, palponibus, gesticulato ribus, fustionibus: dedit his, & illis, & istis, ut eos in suam causam traheret, ut corrumperet, ut os illorum sibi emeret. O miser! seminaſtis multum, & intulistis parum, quia intentione non debita seminaſtis, hinc messis tam modica, tam nulla: dimidio pecuniæ vestræ cælum emissetis, sed altero tanto maluistis emere gehennam.*

244. v. 6.

Comedistis, & non estis satiati, bibistis & non estis inebriati. Sunt qui comedant & bibant, sunt qui de rebus divinis

A multa & præclara audiant, virtus eis variè suadetur: & ut coci solent, qui modò lixa, modò asla, modò friga; jam sicca, jam jusculis perfusa, jam frigida, jam fumantia & calida apponunt, ut edendi appetitum acuant: sic fastidiosus his rerum sacrarum auditibus amabili varietate virtus commendanda est: audiunt illi, & velut audita comedunt, avidos se ostendunt, sed mox aliud esuriunt, audita celeri oblivione sepeliunt, & animum aliò convertunt. Inde nec habiliores nec robustiores fiunt, nam sacris admonitionibus non eà intentione auscultant, ut meliores sanctorumque evadant. O miser! comedistis, & non estis satiati.

Operuistis vos, & non estis calefacti. Sunt qui etiam virtuti quandoque operentur: templum frequentant, orant, exomologeos & Eucharistiæ Sacramentis se muniunt, nec tamen inde calefiunt, partim quia hæc per sinceram, & fervidam intentionem ad Deum non dirigunt, partim quia se frigori mox iterum exponunt; è templo, ab oratione, à confessione vix digressi, ad antiquum libidinis volutabrum redeunt, priusquam jurandi & imprecandi consuetudinem repetunt, pessimas occasiones non fugiunt; ita mœurs inolitos nunquam deponunt, in asluctis noxis frigidis, ut ante persistunt. O miser! Operuistis vos, & non estis calefacti.

Et qui mercedes congregavit, misit eas in sacculum pertusum. *ibid.* Liberalissimus est Deus in tribuendis muneribus, quæ nos sacculo nostro excipimus, sed sæpe perituro. Mens nostra velut sacculus tot habet foramina per quæ cælestes dotes excidant, quot occasiones non vitat, quæ ad nequitiam invitant. Hæc omnia pulchrè complexus Gregorius: *Multum, inquit, cordi suo seminat, qui de mandatis cælestibus, vel legendo vel etiam audiendo multa cognoscit, sed negligenter operando pauca fructificat. Comedit & non satiatur, qui verba Dei audiens, lucra vel gloriam sæculi concupiscit. Bene autem non satiari dicitur, quia aliud mandit, & aliud esurit. Bibit, & non inebriatur qui ad vocem predicationis aurem inclinat, sed mentem non inurat.*

Deus olim Ezechieli: *Fili hominis, inquit, venter tuus comedit, & viscera tua replebuntur volumine isto, quod ego do tibi. Venter autem viscera, inquit Gregorius, quid sunt aliud nisi mentis interna, id est, recta intentio, sanctum desiderium, humilis ad Deum, pia ad proximum voluntas: Pensamus, charissimi fratres mei, quàm sit pia ista promissio. Multi enim legunt, & ab ipsa lectione jejuni sunt. Multi vocem predicationis audiunt, sed post vocem vacui recedunt, quorum est venter comedit, viscera non replentur: quia est mente intellectum sacri verbi percipiunt, obliuiscendo & non servando que audierint, hæc in cordis visceribus non reponunt. O miser! mercedem congregatis, sed eam in sacculum pertusum mittitis. Hic idem beatus Gregorius: *In sacculo, inquit, pertuso videtur, quando pecunia mittitur, sed quando amittitur non videtur. Qui ergo quanta largiuntur aspiciunt, sed quanta rapiunt non perpendunt, in pertusum sacculum mercedes mittunt, quia profecto has in spem suâ fiducia intuentes congerunt, sed non intuentes perdunt.**

Ita demum frustra laboramus, qui laboris animam INTENTIONEM non curamus. Id quod boni facimus, ante oculos nobis statuimus, intentionem rectam quam negligimus, nihili pendimus: ita mercedes congregamus, & in sacculum pertusum mittimus.

§. V.

Non est molestior labor, quam labor irritus & sine effectu: nemo est qui velit operam ludere. Enimvero aliqui ut asini laborant, multa gravia que in se onera recipiunt, & omnem laudem in eo ponunt, ut operæ quam plurimum sumant. *Issachar asinus fortis &c. suppositur humerum suum ad portandum, factisque est tributis serviens.* At hi non sibi laborant sed aliis, cum intentione careant, quâ Deo laborem suum vendant. Aliqui porro patiuntur ut Martyres, sed non cantabitur de illis: *Gaudet*

Labor non
est mole-
stior labo-
re irrito &
sine effe-
ctu.
Gen. c. 49.
vers. 15.

Eccles. offic.
in 2. vesp.
de mart.

Gaudent in cæli anime Sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti. Miserandi priorius, & fletu tanto digniores, quanto numero plures. Ah, quanti sunt qui ponderosis crucibus premuntur, & tamen in viâ ad cælum vix quidquam promovent, solo intentionis defectu. Grandia pariuntur, sed ideo, quia pati coguntur. Tergiverfantur quidem, torquent se miserè, resistunt ut possunt, quia verò impostam crucem excutere nequeunt, vacillando pergunt. Hoc non est pati pro Christo; hoc est in aëre remigare, frigidò furno panes immittere, in arenâ ædificare.

3. Reg. c. 18.
vers. 26.
& seqq.

Baalami sacerdotes quid tandem laboris omiserunt, ut Eliam sacrificando vincerent; bovem imposuerunt arâ, & invocaverunt Deum suum à primo mane usque ad meridiem; continuo vociferantes, *Baal exaudi nos, Baal exaudi nos, &c. transiliebantque altare quod fecerant. Cùmque esset jam meridies, illudebat illi Elias, dicens: Clamate voce majore. Clamabant ergo voce majore, & incidebant se iuxta ritum suum, cultris & lanceolis, donec perfunderentur sanguine.* Nulla tamen Baalami vox, nullus igniculus, successus rei nullus se prodidit. Debuissent ammentes sacrificali pius ignem excuisse in animo (quod fecit Elias) intentionem extimulasse ad Deum, hac ratione ignem evocassent de cælo. Mundus velut alter Baal variè suos exercet, fatigat, vexat; istos ad omnem nequitiam, illos ad quamcunque servitorem rapit: exagitantur miserè eundo, itando, currendo: laboribus sæpe odiosis, difficilibus, molestis, improbis, insanis, indignis exercentur. Qui mundo serviunt debent gloriare posse omnis generis invidias, convitia, reprehensiones, vituperia, morsus acerbos, crebros despectus; & sicut hitriones arte gesticulariâ devorant cultros, ita hi rolerare coguntur & glutire, velint, nolint, acerba multa & admodum aculeata dicta. Habent hi suos obtrectatores, æmulos, adversarios, malevolos & invidos antagonistas, nihilominus tamen horum genibus ad volvi, manus osculari, mille cæremoniis & deliciis hos ipsos venerari adiguntur, aut mundo servitium obnuntiare. Neque verò desunt curâ, sollicitudines, perturbationes, rei familiaris angustia. Hac omnia simul sumpta instar obesi & in frustra dissecti bovis essent, modò non deesset ignis, modò intentio recta, velut celestis flamma, ea delibaret. Verùm quia multi talia ferunt, sed impatienter; ferunt, sed Deo illa non offerunt; patiuntur ista, sed sine intentione rectâ; patiuntur non propter Christum, sed propter se, in suam & mundi gratiam; hinc nihil hinc promeriti aut mercedis cogitandum; nebulas diverberant, & in faxis seminant, nullam à Deo gratiam merentur.

Qui mundo
serviunt
debet gloriare
omnis
generis
invidias &
convitia:

Et quia illa
patiuntur
sine rectâ
intentione
nihil promerentur;

In Apol. ad
Guil. abb.
initio.

De his eleganter & verè Bernardus: *Va, inquit, portantibus crucem, non sicut Salvator suam, sed sicut ille Cyrenæus alienam. Duplice quippe contritione conteruntur, qui hu-*

iusmodi sunt, quando & hic pro temporali gloriâ temporaliter se affligunt, & in futuro pro internâ superbiâ ad supplicia aterna pertrahuntur. Laborant cum Christo, sed non regnant cum Christo. De torrente bibunt in viâ, sed non exaltabunt caput in patriâ: lugent nunc, sed tunc non consolabuntur. Ita maledicus ille latro iuxta Christum quidem crucifixus, sed è cruce in paradysum cum Christo non migravit. Pariratione multi multum laborant, sed frustra; multa sustinent, sed & frustra; virtutes etiam, ut videtur, exercent, sed frustra hæc omnia; imò cum damno, quia rectâ in his omnibus intentione carent.

Oscas, vates Hebræus, hos ipsos designans: *Vitula, inquit, docta trituram.* Qui absque intentione certâ & rectâ laborant, bobus similes sunt qui tritulant. Hi cæci ab opere solvantur, redeunt tamen ultro; jam affluverunt huic operi, quo etiam fruuntur; nam sibi unde os mergunt avenâ, & sic libentes perpetuant hunc laborem, jugumque facillimè recipiunt. Non aliter agunt illi mundi alumni, quos insigniter notans Gregorius: *Pro mundi gloriâ, inquit, cunctis sudoribus libenter inserviunt, & gravium laborum iugo colla devotissime submitrunt.* Et quæ merces operis? os plenum avenâ, marsupium non aded turgens pecuniâ. Certè vituli docti trituram, laborant, ut jumenta plaustralia aut molaria, velut equi cæci in fullonica. Hi ab unico puero voce & flagello aguntur, curruntque toto die: & quò tandem vesperti perveniunt? in eodem omnino loco sunt, quia in orbem acti sunt: Sic qui rectâ carent intentione, verè cæci sunt, & in virtutibus progressum nullum faciunt; hodiernus, crastinus, perendinus dies nullo illis discrimine veniunt. Hi boves semper in eadem arâ tritulant, & hunc laborem suum pro mercede habent, ideo à Deo aliam non expectent. Hæc est causa, cur Paulus tam contentè præcipiat: *Omne quodcumque facitis, in verbo & in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi, gratias agentes Deo & Patri per ipsum.* Idem æquè graviter inculcans: *Sive ergo, inquit, manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in Dei gloriam facite: Omnia, omnia.* Sic edendum, sic bibendum, sic aliud quidvis faciendum, ut Deus honoretur, nullus hominum lædatur, aut offendatur. Chrysostomus Paulinum hoc præceptum explicans: *Etiamsi, ait, spirituale quid fuerit, si tamen propter Deum non fiat, cumprimis illum ledit qui facit.* Et sicut cæmentarii amulsum suam ab angulo ad angulum ducunt: sic nostrarum actionum amulsum sit divinum illud Pauli effatum: *Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.*

Itaque rectissimè Laurentius Justinianus: *Prima vox, De discipulis, inquit, prima cogitatio, primus affectus divinam resonet laudem, ignitam ad Deum dirigat supplicationem.* Dimidium facti, qui bene cœpit, habet.

Offic. 10.
vers. 11.
Et bobus
similes tritulantur:

Et labore
sua pro
mercede
habent, ideo
aliam à
Deo non
expectant.
Ad Coloss.
cap. 3. v. 17.
1. Cor. c. 10.
vers. 31.

Tom 5. orat.
Calenâ
diâ.

Loc. cit.

Luc. cap. 1.
vers. 14.



Luc. cit.
v. 1. de lo.
m. relig.
c. 17.

LIBER SECVNDVS

BONÆ INTENTIONIS ET FAVTORES ET HOSTES,
maximè verò vanam gloriam, & Iudicium temerarium; ejusdem signa,
praxim, præmia declarat.

CAPVT PRIMVM.

RECTAM INTENTIONEM esse
bonam illam voluntatem, ab Angelis
laudatam.



Bona voluntas, actionis anima est, bona voluntas nunquam non dives est, bona voluntas omnia potest. Nocte nascentis Christi novam, inauditam oden cecinerunt in terrâ caelestes genii. Horum è caelo cantorum auditores erant opiliones; odeum, campus; ode

Luc. cap. 2.
vers. 14.

ip̄a: Et in terrâ pax hominibus bonæ voluntatis. Et quid est bona voluntas? Obsecro, tantum nobis otii sumamus, ut ex omnibus illis qui ad Christi nati stramineas cunas obsequiosè sese stiterunt, hoc ipsum quaeramus, quid sit bona voluntas? Interrogationis nostræ initium petamus ab ip̄is Angelis.

§. I.

Purissimi, beatissimiq̄e Spiritus, quid agmine facto ad tuguriola nostra descenditis, quid in terrâ quaeritis, quod deesse possit in caelo? nullum apud nos est dignum vobis hospitium. Ad hanc quaestionem nostram Angelorum omnium una vox est:

O mortales, loci genium & incolas probè novimus, neque hoc adventu nostro illustria facinora, raras inventiones, exoticas artes, artificia peregrina, neque aurum aut gemmas quaerimus, sed bonam voluntatem, quæ & auro, & gemmis omnibus pretiosior est, nobilique charior.

Et in hoc quidem fecisse mihi videntur Angeli, quod magnates aliquando solent in pauperculam cerevisariam cauponam peregrè dilati. Caupo namque, si generosum Baronem aut illustrem Comitum videat suum esse hospitem, primum omnium inlicitum hospitii tenuitatem excusare, cupiedias & delicias apud se nullas reperiri, lectos tanto hospite non sat dignos esse, panem & zythum suppetere, cetera pæne omnia negari, neque verò aliam ruri vivendi rationem esse: si tamen libeat manere, dominus modò imperet, se quidem promptissimè daturum, quidquid omni domo possideat. Comes homini animando modestè & placidè: Scio, ait, mi vir, quas aedes ingressus sum: si mihi par ovorum, & tuæ cerevisiæ haustum tuleris, in hanc cœnam satis apposuisti. Neque ego huc comestaturus veni; ignotus hospes latere cupio, & te relinquere ditiozem. Vis hoc? Caupo lætitiæ plenus, & reidenti ore: Quid ni velim, inquit, ò mi Domine, quid ni velim hoc votis omnibus? manda, jube, impera; ego meique iussu faciemus pro viribus. Hanc animi promptitudinem, paratissimam hanc voluntatem, potentissimi illi ab æthere dynastæ Angeli quaesierunt in Orbe hoc inferiore, idque nostro commodo, ut nos relinquerent longè quam antea ditiores.

Luc. cit.
Hier. Platum
lib. 2. de to.
no stat. relig.
cap. 37.

Et in terrâ pax hominibus bonæ voluntatis. Sic Otho Imperator ad Romualdum visere, cellulam illius non tantum ingredi, & unâ cibum sumere, sed etiam in Romualdi paupere ac duro lectulo cubare voluit tanta Majestas. Sic alii Reges, & Principes, desertissimas quandoque casus ingressi, fonte solo & pane pane faxe in cœnam usi sunt, non sine voluptate. Sic & Angelorum apud nos

A voluptas, est bona voluntas, rectaque intentio. Sed & ex Josepho quaeramus, quâ ipse intentione Bethlehemum venerit.

§. II.

O Sanctissime Patrifamilias, castissime Joseph, quid hoc itinere quaeris, tam & longo, & difficili, tempore præsertim tam alieno? quid Bethlehemum migras, omnia ubique hospicia occupata sunt, tibi nec angulus pater, exclusissimus es undique; mille domos adeas locum requiemque petens, mille domos occludent feræ, te tuamque conjugem nulla recipiet. Ergo potiùs iter relege, & Nazarethi habitâ; hinc nemo te hospitium salutabit, mulrò minùs honorario vino donabit. Josephus intentionis sanctissimæ plenus: Non refert, inquit, nullam mihi patere habitationem hominum, ergo pecudum subibimus: neque enim huc migravimus, ut laxè commodèque habitemus, sed ut voluntati divinæ obtemperemus, id quod quaerimus, est obedientia, huic omnem animum intendimus. Sequemur, quacunque nos vocaverit voluntas divina.

B

Sed cum bonâ veniâ tuâ, ò mi optime Joseph, videris errare à limine: non hæc voluntas est Dei, sed superbia Imperatoris Romani. Cuperet Augustus Cæsar nosse vires ac potentiam suam, eâ de causâ regiones & provincias omnes turbat, ut quantus sit, sciat, & inde magis superbiat.

Josephus contra: Hanc ipsam, inquit, superbiam hominis idololatræ, Deus suæ voluntati perficiendæ aptum reperit instrumentum. Dominus est: quod bonum est in oculis suis faciat. Quandoquidem ergo Augustus Cæsar summus magistratus, Dei nutu edixit per Orbem, ut quisvis in suæ tribus civitatem se conferret, ideo & nos hoc iter suscepimus, ut huic edicto paretemus. Hæc mea & commissæ mihi virginis est intentio, quam æquè commodè in humillimâ casâ, in vilissimo angulo, in stabulo exequemur, quam in Herodis Regis, aut Annæ Pontificis palatio. Sed ipsam etiam beatissimam Virginem matrem super hæc ipsâ te interrogemus.

§. III.

O Virgo beatissima, te si matrem Dei dixerò, omnem in te laudem congesse. Tu verè dignissima mater es, ad cujus virgineum puerperium è caelo descendant Angeli: quid obsecro, Virgo divina, quaeris in natali loco prosapia: an nescis? cognatos pauperes negata non novit. Et valde verendum, ne hoc tuum iter frustra susceptum sit: nam ditiores è stirpe Davidicâ, omne urbis diversorium præoccuparunt, vobis aut in publico habitandum, aut redeundum est. Gentiles vestros vobis loco cessuros ne sperate; nemo erit ex his qui ad vos revisat, qui cibum potumque honorarium mittat, qui ullum honorem deferat; cognationem nemo agnoscat, humanitas omnis hinc pridem exulat, nec ullum vos diversoriolum recipiet. Contemnuntur qui pauperes sunt, etsi optimi sint. Et verè dicitur: Mortuus vivos frequentat, pauper inter divites. Quare, ò Virgo integerrima, aut publica platea domus tibi erit; aut via, quâ venisti, erit reperenda.

Ad hæc virgo puerpera: Meus Josephus, inquit, & ego, non quaerimus cognatos, nec nostri stemmatis reverentiam, neque commodum habitationis locum, sed unam atque unicam Dei voluntatem, quam nobis Deus declaravit per Augustum Cæsarem.

Sed.

S. Joseph profectus est Bethlehemum ut voluntati divinæ obtemperaret.

Quâ Deus per Augustum Imperatorem declaravit. 1. Reg. cap. 3. vers. 18.

Ver. monast. Troch.

Sed, o beatissima Mater, sit verbo venia, non hæc videtur esse voluntas Dei, sed hominis Deo inimici. Nam quod pauperes tam miserè & sine causâ fatigantur, iustu Cyrimi præsidis sit, hic vir hic est qui universos suis sedibus hæc illuc evocat. Ad quæ Virgo: Sed quis, inquit, Cyrimo id permisit? Putem, inquam ego, Augustum Cæsarem. Virgo iterum: Ecquis permisit Augusto Cæsari? Deus utique, respondi. Hæc detum Virgo celestis: Hujus ergo, inquit, permissum divinum sequimur, hujus voluntati paremus, hæc intentione iter illud suscepimus. De diversorio jam anxii non sumus: *Deus providebit*. Si locum neget homines, forsitan pecudes non recusatibunt. Fiat voluntas Dei. Sed ex ipso divinissimo infante illud quærere jucundum sit.

Gen. c. 22. vers. 8.

§. IV.

O infans omni Salomone sapientior, o Rex Angelorum, quid tandem hæc quæris inter exules, quod non milles melius reperias inter tuos cives Angelos? num animi gratiâ peregrinum & paganum panem gustare placet? num caelestia tempe cum horridissima hac silvâ commutare delectat? O Domine, mundus non novit te, & nisi te aliter patefacias, omnigeno contemptu te calcabit.

Ad hanc voluntatem etiam Christus se conformavit. Ioan. cap. 4. vers. 34.

Ad hæc Christus puer, vel solo nutu oculorum, vel lacrymis solis, responsionis fat dedit hoc sensu: Honores ego non quero, nec voluptates, nec ullam mensam lautitiam desidero: *Cibus meus est, ut faciam voluntatem ejus qui misit me, ut perficiam opus ejus*. Aliis cibis omnibus carete, facile mihi erit, illum verò cibum gratissimum, cibum verè meum avidissimè consector, hunc quæro. Hic meus est finis, hæc intentio. Uti verò nunc cernitis præsepi me incumbere, ita olim cerneris cruci. Et hoc omne ad paternam voluntatis regulam fiet. Nam sicut pater meus Imperatoris Romani superbiâ, & meorum cognatorum inclementiâ eò utitur, ut jam in scdissimum hoc antrum detrudar, ita utetur Hebræorum Pontificum invidia, ut olim in trabem ignominiosissimam extollar. *Mens cibus est ut faciam voluntatem ejus qui misit me. Quia non quero voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me. Quia descendi de celo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me*. Hoc Christi ad nos responsum est.

Ibid. Ioan. cap. 5. vers. 30. Ioan. cap. 6. vers. 38.

§. V.

Quid sit voluntas bona.

Quid ergo est, voluntas bona, cui Angeli pacem imprecantur? Optimè ad hoc quæsitum sanctus Leo: *Christiano, inquit, vera pax est à Dei voluntate non dividim*. Horis omnibus ex animo dicendum: Domine, fiat voluntas tua: fiat, & in me, & in omnibus hominibus perfectissimè, omni tempore, sicut in celo. Hæc, o Christiani, bona voluntas est, in rebus omnibus toto peccatore hoc unum velle: Domine, fiat voluntas tua. Hanc voluntatem, intentionem hanc animi commendant Angeli. De hac verè Divus Gregorius: *Nil ditius, inquit, offertur bonâ voluntate*. Hæc voluntas veram conciliat pacem. Voluntatem hanc ad Christi cunas attulerunt pastores: Voluerunt ire & quærere; ierunt & quæsierunt illum ipsum infantem, quem quærendum suavit Angelus. Hinc illorum mutæ cohortationes: *Transcensus isque Bethlehem, & videamus hoc verbum quod factum est, quod Dominus ostendit nobis*. Et venerunt festinantes. Hac voluntate penitus caruit callidissima vulpes illa, Herodes Alcalonita; qui & se venturum, imò & adoraturum promisit: nimiram pueri jugulum petiturus, non genua osculaturus venisset.

Homil. 5. in Evang.

Luc. cap. 2. vers. 15.

In bonâ voluntate quies & pax vera consistit.

In hac demum bonâ voluntate rectâque intentione quies & pax vera consistit. Quidquid agas, o Christiane, mille turbas in rebus aliis omnibus invenies; nihil uspiam satis pacati extra hanc bonam voluntatem: in-

quietatio & molestiâ innumeræ à corpore, ab animo, ab amicis, à consanguineis, à libertis, à subditis, à servis, ab officio, à negotiis: turbæ domi, foris, in templo, in publico, in aquis, in silvis, turbæ in ipsis relaxantionibus & voluptatibus: turbæ ubique affarim te circumfiser. Et licet omnia componas ad pacem, nihilominus nusquam reperies pacem nisi in hac tantum bonâ voluntate, quæ voluntati divinæ vinculo insolubili seipsam alligat. Et hoc caelum est extra caelum, seu caeli vestibulum. Pax hominibus bonæ voluntatis, pax bona, constans, tuta; pax vera, & nemini pœnitenda.

Estque caelum extra caelum.

In plurimis aliis illud vulgi usurpare quis possit: Malo bonam guerram, quàm malam pacem, si spiritus velit cum carne pacem inire, cupiditatibus illius indulgere, omnem contumaciâ noxam dissimulare, pax pessima, & longè pejor bello & discordiâ. Pax ergo nemini aut tuta aut bona esse potest, nisi hominibus bonæ voluntatis, rectâque intentionis.

Passat mias.

Ab. c. 7. 2. 8.

1. Inconscientia.

CAPVT II.

RECTÆ INTENTIONIS actioni à solo Deo persolvi posse premium.

Gemmarius olim accessit, homo pretiosæ illius mercis imperitissimus, & avidè quærens: Quanti aestimas, inquit, hunc lapillum bone vir? Gemmarius ad hæc promptè in hunc modum respondit: Hæc margarita meritò vœnit * centum & quinquaginta millibus coronatorum. (Hanc gemmam donavit Julius Cæsar Sêrviliæ matri Bruti, à quo occisus est; & hæc, ut dictum, aestimabatur sexages H S) Miratus supra modum ille qui interrogat, & O superi, ait, quid virtutis aut fortunæ in lapide? Sed & denuo quærens de alio cimelio: Quanti ergo, inquit, hos simul lapillos aestimas? Cui Gemmarius: Pretio, inquit, exsolvi vix possunt: dimidium regni dederis, nondum tamen persolveris: cimelium est inæstimabilis pretii. Hic ille primum serò in admirationem rapi, & non capere, tanti vœnire lapides.

* Sum 150000.

Mid. 15.

4. Vna gloria.

Sner. Sud. de Affe.

Mid. 8.

Stephanus, hos martyrum, *Vir plenus fide & spiritu sancto*, merces proposuit solos lapides, & quamvis nec pyropos, nec adamantes, nec ropazios venales habuerit, sed meros silices sanguine tinctos, eo tamen pretio indicavit, ut tam dives emptor repertus non sit, qui pretio vel minimum lapillum potuerit facere suum. Quis non miretur cum imperito illo, ad hoc dignitatis & pervenire potuisse silices, ut etiam contra gemmas sint chari. Siliceos hos lapides Stephani, Bethlechemiticas infans præfenti demum moneta emit, omniumque pretium liberalissimè persolvit.

Ab. cap. 6. vers. 5.

Ab. 2. 7. 1. 15.

Volentibus ejus maxime.

Ab. 2. 6. vers. 11. Tr. 12.

Sub hac Stephani protomartyris, & Christi divinitissimi infantis imagine nunc explicabimus, omnem actionem bonam, etiam vilissimam, rectâ tamen intentione susceptam, tanti esse pretii, ut id solus Deus infinite dives possit persolvere.

§. I.

Ad hoc lapidum mercimonium, quod Stephanus Levita venale proposuit, principid matrona grati vultu, & honestissimo habitu accessit, PHILOSOPIAM nominant. Hæc Stephanum miris argutis fatigavit, ut suos illi lapides extorqueret. Surrexerunt quidam de Synagoga que appellatur Libertinorum, Cyrenensium, Alexandrinorum &c. disputantes cum Stephano, in suas illum partes pertrahere conabantur. Sed frustra. Suos Stephanus lapides acerrimè defendit, certò eos amissurus, si cum illis sentire voluisset. Et non potuerit resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur. Ita ab emptione abiit Philosophia, de quâ Paulus optimè monet: *Videte ne quis vos decipiat per Philosophiam, & inanem fallaciam*.

Nundinatrices lapidum sancti Stephani: 1. Philo-phia. Ab. cap. 6. vers. 9.

Ab. 2. 7. 2. 14.

Mid. 177.

Mid. 178.

Ab. 2. 10. cap. 2. 2. 0.

Secuta

Puffillanitas.

Secura PUFFILLANITAS, anus rugosa fronte, exangui & mortuali vultu, tremulis manibus, tanquam pavide videbatur emere, ac si assem porrigeret elephanto. Hæc ut purpuratos illos lapides sui juris faceret: O mi Stephane, inquit, mille testibus convictus es, omnium sententia contra te eunt. Nunquid unum vel totum natum te oppones? Causam licet optimam tuearis, non fac tibi virtutum est, ut instituta res exitum expedias. Dogmata quæ propugnans, nunquam nova sunt, permittite illa tempore adolere & firmari: Initia hæc lente volunt tractari; aliquanto tempore hos impetus, rursus diffimula. Sed nihil obtinuit trepidam hæc anus. Stephanus autem plenus gratia & fortitudinis: Tamen ait, senatorum altero tanto plures sunt, animo non cadam. Hæc Domini causa est, hic non licet esse pavidum; accessit a me Puffillanitas.

Act. 7. 9. 8.

Incontinentia.

Hæc vix digressa, adfuit INCONTINENTIA procax femina, ipso vultu lasciviam professæ, & facile apparebat non serio illam empturam. Ne tamen Stephani lapidibus nullum pretium posuisse videretur, hoc unum anxie agebat, ut juveni persuaderet conjugium. Quid tergiversatis, mi Stephane, inquit, bar, quin tu more priorum Patrum matrimonium contrahis? amulare sanctissimos majores tuos Abrahamum, Isaacum, Jacobum, Moysen, Aaronem, & ne sperne nuptias. Ad majora natus es, quam ut solum mens servias. Hæc, ut eam decuit, breve responsum tulit: Procul inde accesserit; stare animo, non nubere, sed virginiam integritatem tueri. Et intuentes eum omnes qui sedebant in concilio, viderunt faciem ejus tanquam faciem Angelorum.

1. Incontinentia.

Vana gloria.

Post illam, mox adrepsit VANA GLORIA, omnium oculis suis devorans, aliis omnibus præmercatura. Hæc, contra morem emptorum, merces quas emptura videbatur, impensissimè laudavit, garrulam mercatricem dixisset: nam post copiosè recitata Stephani elogias: O sanctissime juvenis, inquit, tota Hierosolymorum urbs in te unum convertit, te spectat, te veneratur; omnium civium ora de te loquuntur. In luce sunt prodigia quæ patras (faciebat prodigia & signa magna in populo.) At nosti te tibi maximum esse debitorem, in famam præsertim & nomine tuo servando. Ergo Spartam quam nactus es, tuere & orna. Faventissimum tibi senatum habes, si potes illi esse non inimicus: Non tulit Stephanus loquacissimæ femellæ fabulam, sed eam protinus rejecta: Fallacissima est, inquit, omnis gloria, quæ a mortalibus offertur: Cor meum, meòque oculo aliorum defixos tenes, gloriam caelestem jam eminus prospicio, in Christum Dominum omnis mea fertur intentio: Intendens in celum vidit gloriam Dei.

Vana gloria.

Violentia.

Prioribus illis repulsis, VIOLENTIA nota, furia ex Orco irruit, non tam emptura lapides, quam ereptura. Variis istud machinis aggressa est. 1. Tunc summiserunt viros qui dicerent, se audivisse eum dicentem verba blasphemia in Moysen & Deum. En testes; veri an falsi, nil interest. 2. Comoverunt itaque plebem, & seniores, & scribas: & concurrentes raperunt eum. Et hæc quidem vis expugnabit juvenem; patietur Stephanus frangi pertinaciam suam. 3. Audientes autem hæc, dissecabantur cordibus suis, & stridentibus dentibus in eum. Conclusus est Stephanus inter fulmineos apros; non evadet. 4. Et impetum fecerunt unanimiter in eum. Stephane quid agis? tu toto senatu sis sapiens? cede sententiâ. 5. Et egredientes eum extra civitatem lapidabant. Ita vincendus est, qui nescit cedere.

Violentia.

Violentia.

Violentia.

Sed frustra fuere omnia. O imbecillum VIOLENTIAM, nec unico quidem juveni expugnando satis robustam! merces venisti raptura Stephano, imò dedisti.

§. II.

Ita servavit Stephanus suos sibi lapides, à pessimis his nundinartibus; nullâ eos nec vi, nec pretio po-

Autit extorquere. Denique parvulus ex oppido Bethlehæm; ad istas interces accessit, & eos ipsos lapides sanguine pictos licet accepit. Cui Stephanus: Mi divinitus me puer, inquit, placente tibi accipe, tui sunt. Novi equidem, parentem habes opulentissimum, qui solus potest & hos lapides æstimare, & dignum is pretium rependere; omnes ergo tibi donos. Ecce video calos apertos, & flumini hominis stantem à dextris Dei. Ad illum Dei oculum insomnem & omni momento pervigilem, mei affixi sunt oculi. Pro veritate, & pro Christo hunc saxorum nimbum sustineo, hos lapides Deo, ejusque honori consecro.

Hos lapides Christi dono vitæ.

Act. 7. 56.

Ita PATI, ita & AGERE oportet, ô Christiani; bonæ actionis cuiuscunque pretium, omnibus aliis, etiam Angelis, præterquam Deo est insolubile. Loquimur hic de his tantum actionibus, à quibus, ut supra docuimus, abest malitia, quibus adest gratia, nec deest intentio recta: Et hujuscemodi quidem actiones, cetera vilissimæ, tantum sunt pretii; ut sermone nemo unquam expresserit vel minimi boni operis valorem. Terrarum orbem da, imò da cælum, nondum satis dederis, nisi des Deum. Imperium in cælestes orbis & sidera, in omnes omnium Angelos, non æquat dignitatem actionis cum virtute conjunctæ. Exempli gratiâ: Obolus mendico porrectus, sed sanæ rectæque intentione, quanti, putas, in cælo æstimatur? Confer in unum regna omnia, & Turcicum, & Sinense, & Persicum; Hispanicum & Gallicum, cum omni eorum opulentia, cum omnibus imò voluptatibus, & nondum obolo illo dignum pretium statuisti. Ratio hujus evidentissima est: Univeria illa ut principium habuerunt, sic & finem suum reperierunt, suis utrinque terminis urgentur: At obolus ille mendiculus datus pretium acquisivit æternum. Memento autem, & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate, æternam gloriam pondus operabitur in nobis. Quid minus dixeris, quam, momentaneum & leve. Ita unicum ad Deum suspicium, serius ob priores noxas gemitus, acus fracta pauperi data, frigida calix sitientis propinatus (an vilius quid dicam?) mercedem ementur supra omnem modum maximam, æternam: æternam gloria pondus operantur. Omnium Regum aurum in unum locum congestum, unius hebdomadis spatium facile totum ad libram examinetur, neque enim infinitæ molis est: At verò illud oboli, quod diximus, pretium, per omnem æternitatem appendi non potest, infinitum est.

Bonæ actionis pretium omnibus aliis, etiam Angelis, præterquam Deo est insolubile.

1. Cor. 13. 17.

Sed unde hic obolus tam pretiosus? A divinâ gratiâ. Quod verissimè affirmans Augustinus: Omne, inquit, meritum nostrum in nobis non facit, nisi gratia: Et cum Deus coronat merita nostra, nihil aliud coronat quam munera sua. Dei gratia animam Deo jungit ut sponfam. Assuerus Regum potentissimus, centum viginti septem provinciarum Imperator Estherem pauperculam, parentibus orbam, captivi Judæi cognatam, suam tamen conjugem esse voluit, & reginam fecit. Nec causam pete: Sic illi placuit. Quis jam Assueri & Estheris filios, regni hæredes neget? Mens nostra à se pauperima (cum non sufficitur Deus in sponfam sibi adsciscit admirandâ gratiæ benignitate. Et hinc regni hæreditas in liberos nostros, hoc est, in actiones nostras derivatur; hinc nos olim futuri divine consortes natura. Ipse enim spiritus, testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Si autem filii, & hæredes.

Epist. 107. ad Seximum. Dei gratia animam Deo jungit ut sponfam.

2. Cor. 13. 5.

1. Pet. 1. 12. vers. 4. Ad Rom. 8. 16. & 17.

§. III.

Solus ergo Deus, illi quem diximus, obolo perfolvere potest præmium, nec vult aliâ solutione, quam seipso. Ille Theologiæ sol Thomas Aquinas, inter precæ olim è terrâ elatus, voces illas audivisse dicitur: Bene scripsisti de me Thomas; quam ergo recipies pro tuo labore mercedem? Ad quæ Thomas promptissimè: Domine, non aliam præter

De recta intentione Lib. II. Cap. II.

præter te. Utique probè cepit vir sanctissimus, dignum A
 actione bonâ præmiùm, Deum esse. Ideo divinus Paulus
 accuratissimè commonefaciens: *Non cesso, inquit, gratias
 agens pro vobis, ut Deus Domini nostri Iesu-Christi, pater
 gloriae, det vobis spiritum sapientiae & revelationis in agnitio-
 nem ejus, illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis quæ sit spes
 vocacionis ejus, & quæ divitiarum gloria hereditatis ejus in sanctis.*
 Hæc Apostolus assidue precabatur, daret illis Deus spi-
 ritum sapientiae & revelationis, siquidem tale præmiùm à
 Deo assignatum est cuius bonæ actioni, ut id omnis
 philosophorum sapientia non capiatur. *Quicumque potuerit
 dedit uni ex minimis istis, calicem aquæ frigidae, tantum in no-
 mine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.*
 Præponit Dominus personas abjectissimas, & rem vi-
 lissimam, calicem aquæ non calidæ; hæc enim sine im-
 pensis non caleficeret; sed frigida sic è fonte manantis;
 Non perdet mercedem suam, quâ gaudet æternum.

Maxima fuerunt munera quæ duo Reges, sed jam te-
 mulenti promiserunt. Assuetus à vino calidus: *Quæ est,
 inquit, petitio tua Esther, ut detur tibi etiam si dimidiam par-
 tem Regni polliceris impetrabis.* Herodes pæne idem sal-
 triculæ pollicitus: *Quidquid petieris, inquit, dabo tibi, li-
 cet dimidium Regni moi.* En maximum Regis donum, di-
 midium Regni, sed periturus: Deus liberalior Rex, in
 operis boni vel minimi, in unius oboli præmiùm daturus
 est totum Regnum suum, nunquam periturum, seipsum.
Vocavit nos in suum Regnum & gloriam. Nunc temporis
 Deus pleraque omnia tribuit per res creatas, calum, fide-
 ra, terram, terræ gemina, per ministros Angelos. At ve-
 re, idem evacuaverit omnem principatum, & potestatem, & vir-
 tutem, tunc rerum creaturarum ministeria cessabunt, tunc
 Deus omnigenas voluptates beatissimè afferet seipso, in bo-
 narum actionum præmiùm; *Erit omnia in omnibus.* Ideo
 Chrysostomus, illum in seipsum crudelem tyrannum
 judicat, qui potest alio contentus esse præmio, quam
 Deo: *Et sanè hic talis multò stultior est illo qui nobilissimam
 adamantem quinque sestertiis, aut aliquot pomis commutat.*

§. IV.

Premium cuius bonæ actioni decretum est
 infinitum, inexplicabile, æternum, Deus ipse: velut
 clariùs loquamur, si pro quovis opere bono vel miti-
 mo, speranda merces æterna: Nil jam miri, quod Ste-
 phanus suos lapides, neque Vanæ gloriæ, neque Violentia,
 nec ex illis empiricibus ulli vendere voluerit: nemo
 enim eos digno pretio solvere poterat, nisi Pater illius
 infantis, cujus cunæ Bethlehemi, præsepe & palea fue-
 runt. At nos, infantes stultissimi (parum dixi) tyranni in
 nosmet atrocissimi, tot præclaras actiones, pro pomulo,
 pro testulâ, pro vitreis fractis, aut pictis apinis, imò
 pro brevi gloriolæ fumo, pro levi favoris aurâ vendimus
 vel oculis, vel auribus, aut linguis eorum quibus place-
 re cupimus. Ita tota merces est visum esse, auditum esse,
 laudatum esse. Quam verè sanctus Gregorius: *Qui
 pro virtute, inquit, quam agit, humanos favores desiderat, rem
 magni ac ingentis valoris vili pretio venalem portat: Vnde celi
 regnum mereri potuit, inde nummum transitorii sermonis qua-
 rit.* Eâ de causâ tam fetidè hortatus Paulus: *Servi obedire
 per omnia, inquit, dominis carnalibus. Non ad oculum ser-
 vientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis
 Domino, & non hominibus: Sciens quid à Domino accipietis
 retributionem hereditatis: Domino Christo servire.* Hoc igitur
 unicè caveamus ne nostra obsequia hominibus duntaxat
 probare studeamus, eorumque præsentie solam atque
 oculis serviamus, sed animi potius singulari quodam
 candore, cum divino timore conjuncto, omnes nostri
 muneris partes expleamus. Quocirca quidquid fecerimus,
 verè atque ex animo agamus, certòque nobis
 persuadeamus, non nos hominibus sed Deo bonorum

omnium auctori ac Domino servitum servire. Et quoniam
 certum nobis atque exploratum esse debet, sempiternam
 illam beatorum sedem, nostris laboribus ac conatibus,
 tanquam palmam, præmiùm ac mercedem esse propositam,
 æquum profecto est, ut in unum Christum hi nostri
 omnes feratur intentio, in Christum hi nostri eam
 oculi, Christo liberalitè tantâ emere volenti, nostra omnia
 quam promptissimè vendamus.

Sed ut in
 Christum
 omnis no-
 stra feratur
 intentio.

CAPUT III.

RECTA INTENTIO quantum à diabolo impugnetur.

Ioannes ille Apocalypticus Angelus, vidit feminam
 sole vestitam, lunâ calceatam, coronatam sideribus,
 & hanc parturientem, Coram hac stabat draco septiceps,
 & expectabat dum peperisset, ut abreptum filium
 glutiret, sed expectavit frustra, & inani hiatu. Nam
 femina illa, peperit filium masculum; & raptus est filius
 ejus ad thronum ejus; & mulier fugit in solitudinem,
 ubi habebat locum paratum à Deo. Ita famelicus draco
 clusus est.

Incredibile est, quantum diabolus draco pervigilabo-
 reat, quam subtili artificio hoc unum agat, ut bonam
 intentionem in pravam, aut inutilem detorqueat: hic
 expectat hians bestia, dum edatur in lucem factus, ut eum
 mox glutiat. Vix Petro novum Pontificis officium de-
 tulit Christus, cum statim conversus Petrus Domine, inquit,
 assidue observa, te ipsum respice. Est qui in insidiis ob-
 servet ut munus delatum turber: *Quid ad te, tu me sequere.*
 tui oculi attendant meos; tui pedes meis hæreant, tu me
 sequere.

Ut ergo bonam intentionem ab hujus septicipitis dra-
 conis vi tueamur, divi Joannis visum jam explicandum
 est, & unâ demonstrandum, quam variè, quamque sol-
 licitè cacodæmon nervos omnes in eo contendant, ut re-
 ctam intentionem aut adimat, aut vitiet.

§. I.

Mulier illa prægnans à Joanne visa, Animam desi-
 gnat, quæ in gratiâ est apud Deum. Huic Animæ
 omnia serviunt, ipsa ei sidera famulantur, Sol & Luna
 obsequium ferunt; calum ei transcriptum est. Talis Ani-
 ma nunquam non parturit optima desideria, fidelius &
 accuratius Deo serviendi; neque tantum parturit, sed &
 partum emittit, & sanctissima proposita in opus dedu-
 cit, enititur feliciter, & præclarissima quæque opera in
 lucem edit. Et velut femina prægnans delicatissimi fa-
 stidii est; nauseatque sæpe, quæ antea merum ei mel vi-
 debantur, appetitque quæ priùs judicabat fellea: ita
 mens hominis castis desideriis gravida, omnes carnis
 voluptates, Mundum omnem fastidit; at verò adversa
 quæcunque & universum patiendi apparatus magno
 affectu amplectitur. Hic vigilat draco septiceps, & om-
 ni momento insidiatur, ut mentem illam insitiat vel oc-
 cultâ superbiam, vel subtili avaritiâ, vel cæcâ invidiâ, vel
 clandestinâ luxuriâ, aut etiam pietate, sed fucatâ, aut aliâ
 quavis pictâ quidem, sed sinistra intentione. Sic arma-
 tus coluber ex Orco ante parturientem feminam excu-
 bat. Quid ergo hic agendum Animæ, si vel minimo in-
 dicio, læva intentio se prodat, quâ ratione resistendum?
 Rapiatur filius ad Deum & ad thronum ejus, intentio ad
 Creatorem se sustollat his precum alis: *Mi Domine, cui
 solius amore hoc feceris, & facturus sum. Et mulier fugiat
 in solitudinem.* Dicat hujus filii parens: *Non cupio, mi
 Domine, videri, non sciri, non laudari affecto: nolo in
 foro id proclametur, nolo tanquam magnum aut rarum
 commendetur: sic istud factum volo, velut si fecissem
 in extremâ solitudine, in eremo desertissimâ: modò tu,
 mi Deus,*

Mulier
 prægnans
 à Joanne
 visa ani-
 mam desi-
 gnare quæ
 est in gra-
 tiâ.

Cui dra-
 con affi-
 dit insi-
 diatur ut
 eam insi-
 ciat.

Apoc. c. 12.
 v. 5.
 Ideo ad
 creatorem
 se sustollit
 intentio
 necesse
 est.

Abn. 6.
 v. 4.
 Ibid. v.
 6.

Lib. 1. m.
 c. 19. m.
 Tribus
 modis a
 rigus l
 sis bon
 nostra it
 sequitur

Thom. c. 1
 m. 5.

Item 1. in
 lib. 1. d. 1
 Dominum

Item 1. lib. 1
 m. Sat. 9
 p. 101.

mi Deus, id scias, uti scis omnia: tu solus, satis amplum theatrum es omnibus meis actionibus.

Cornelius Centurio ille notus Superis miles, omnes filios suos filiâque, hoc est, opera bona sua omnia, ante se præmisit in cælum, ideo Angelus eum humanissimè affatus: *Orationes tuas*, inquit, *& elemosynas tuas ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.* Vir enim erat religiosus ac timens Deum, & deprecans Deum semper. Ita filii ejus omnes rapiébantur ad Deum, & ad thronum ejus, eluso dracone Stygio, qui prædones, piratas, latrones omnes longè superat. Hic enim prædator nunquam non in insidiis subsidet, viatorem observat antequam transeat, & in ipso quoque transitu. Indefessî laboris est diabolus, sæpe initio actionis, quandoque medio, non rarè in fine intentionem rectam convellere nititur. Quod disere Gregorius exponens: *Sciendum est*, inquit, *quod bona nostra tribus modis antiquis hostis insequitur, ut videlicet hoc, quod rectum coram hominibus agitur, in interni judicis conspectu vitietur.*

Aliquando namque in bono opere intentionem polluit, ut omne quod in actione sequitur, eò purum mundumque non exeat, quo hoc ab origine perturbat. Aliquando verò intentionem boni operis vitare non prævalet, sed in ipsa actione se quasi in itinere opponit, ut cum per propositum mentis securus quisque egreditur, subjuncto latentè vitio, quasi ex insidiis perimatur. Aliquando verò nec intentionè vitiat, nec in itinere supplantat, sed opus bonum in fine actionis illaqueat: quantoque vel à domo cordis, vel ab itinere operis longius recessisse se simulat, tantò ad decipiendum bonæ actionis terminum astutus expectat: & quò incautum quemque quasi recedendo securum reddiderit, eò illum repentino nonnunquam vulnere durius, insaniabilisque transfigit.

Intentionem quippe in bono opere polluit, quia cum facilia ad decipiendum corda hominum conspiciat, eorum desideris auram transitorii favoris apponit, ut in his qua recta faciunt, ad appetenda spina, fortitudine intentionis inclinentur. Unde rectè sub Iudææ specie de unaquaque animâ misera irventionis laqueo captâ, per Prophetam dicitur: *Facti sunt hostes ejus in capite.* Ac si aperitè diceretur: *Cum bonum opus non bonâ intentione sumitur, huic adversantur spiritus ab ipso cogitationis exordia principiantur, tantoque eam plenius possident, quanto & per initium dominantes tenent.*

Imò, quod Chrysofomus annotavit, diabolus quandoque reposita jam apud Deum opera, per malam intentionem etiam nunc vitiat. Atque si opus objectis difficultatibus nequeat impedire, intentionem læcessit, eamque vitare conatur. Neccum astus succedit? actionem ipsam variis perturbationum machinis adortitur. Nec sic quidem, quod vult, efficit? actionis finem studet pervertere.

§. II.

Narrat Horatius de comite importunissimo, quem ut à se amandaret, varia negotia hinc illic conficienda simulavit. At ille importunissimè illud unum respondit: *Usque sequar te.* Nihil habeo quod agam, & non sum piger: usque sequar te. Sic diabolus, qui non habet aliud quod agat, quam ut nos impugnet ac vexet, & verè non est piger, hic velut comes individuus, affidue illud mussat; *Usque sequar te, usque, & usque te insecabor: usque tenebo te, & persequar: non interquiescam, non cessabo, non desinam dum intentionem tuam aliò deflectam, ne sic rectâ tendat ad Deum; usque sequar te.* Certè sic agit, quem inani gloriâ nequit fallere, hunc decipit per iram aut per tristitiam, aut impatientiam, aut etiam per lætitiâ, aut immoderatum fervorem, aut nimium languorem. Mille nocendi viæ. Si labor malè succedat; reddit pusillanimum: *Ecquid dicitur de te? nihil fies, rideberis ab omnibus, hoc certè tibi damno erit.* Sin è voto succedat labor, adest iterum vulpes Orciniana: *En artificem, en artificium! bellè, præclare, exitimè; non potuit melius: quid iste aut iste simile? nemo est qui hoc opus imiteret; omnes laudabunt.* Ita cæcus

Tom. I.

A homo tam bellus sibi videretur, tam sibi placet insigniter; aures, ut aper, ubique arrigit, quid alii de se sentiant, quâ laudent auditurus: nempe vanissimo homini magnum est, & pulchrum est digito monstrari, & dici, hic est.

O miserum! verè, *facti sunt hostes ejus in capite.* Principium & caput operis est intentio, huc diabolus collinear, in hanc frontem saxum dirigit, quod David Goliatho fecit. Si caput hoc læsum, si bonus affectus ad Deum corruptus aut extinctus sit, ruit omnis reliqua moles. Hoc caput sibi defensum gloriatus David: *Domine, inquit, Domine virtus salutis mee obtinuerasti super caput meum in die belli.*

Narrat Plinius * Erodium astutissimam avem ad aquas raptu vivere hoc modo: Ad illas aves, quæ se mari mergunt, advolat, & capita illarum morfu corripit, donec capturam extorquet. Homines probi volucris non ab similes, in edito quidem habitant, pabularum tamen ad aquas descendunt, usque sese immittunt: curas, sollicitudines, labores, exercitationes varias non refugiant; his sese fluminibus mergunt, neque enim aliter opera bona constant; sudore opus & industriâ; nemo cum virtute incediam tolerat, nisi corpus id sentiat; nemo prout oportet, orat, nisi vigilet, animùm que excitet ad attentionem: Ita probi, sui spiritus alimenta sibi comparant. At diabolus, instar Erodii, harum volucrum capit, intentionem, impetit. Cernit orantem? intentionis rectæ regulam convellit, &: Multi, ait, te vident; eam nunc & dicant te orationis non esse amantem. Vider stipem in manu? Hic oculos ad elemosynæ spectatores rapit, aut aures ad mendici clamores importunos trahit, ut dum stipem dat, convitium addat, dicatque: *En, improbe canis, cessa latrare. Multi homines misericordes, virum autem fidelem quis inveniet?* Observat in te aliquid patientiæ, charitatis, obedientiæ: Mox commendatitias literulas quærit, laudantium voculas excipit, & tibi in aures instillat: *En, bono es nomine, placuit huic domino tua submissio; profectò hoc in laude ponendum.*

Mille tales morsus infigit hic ex Orco Erodus, dum caput vulneret, intentionem rectam confodiat. Ideo in omnibus actionibus, illud obversetur animo: *Ad Deum, & ad thronum ejus.* Alioqui Stygium Erodium non effugiemus, nisi omnis factus nofter, omnes bonæ actiones nostræ, rapiantur ad Deum, & ad thronum ejus.

§. III.

M Irandum est quod in rebus gestis sancti Severini Coloniensis Pontificis memoratur. Fuit ævo Severini præfulis Eremicola è Principum stirpe oriundus, deliciis omnibus innutritus juvenis, qui cum ad nuptias contrahendas jam ematurusset, sponsam opibus & sanguine non imparem accepit. Jamque totis ædibus personabat Hymenæus, jamque novos conjuges nuptialis thalamus vocabat, cum sponsus subito pavore correptus, vidit juvenem formosissimum lateri suo hærentem, qui eum hilari vultu affatus: *Si ego, inquit, majores tibi delicias, & gloriam longè illustriorem spondere, vellè sine præcunte me sequi? Vellem, ait, sponsus, si spondeas his ampliora. Cui personatus Angelus: Spondeo, inquit, delicias cælestes & immortalem gloriam, si tamen tu vir sis, & præ illis ista noris contemneres. Mox sponsus, totâ ambitione promissis inhians, & sponsoris amore captus: *En, inquit, virum: sponde, & duc quò lubet, sequor. Dixit, & fecit: nec aliud quidquam ex omni thesauro suo, præter vasculum ligneum, asportavit. Tam generosè sequentem Angelus, in remotum ab omni humano consortio locum perducens: Hic, inquit, Deo & tibi vaca: cetera curare omite. Ita se oculis illius subduxit. In hoc theatro novus hic actor personam quam suscepit, præclare diu egit, & Deo Angelisque spectatoribus, austeram vitæ rationem annis compluribus perseveravit, precandi assiduitate, incediâ, R 1 2 vigiliis,**

Abn. c. 10. v. 4. Ibid. v. 2. v. 3.

Lib. 1. mor. c. 19. v. 11. Tribus modis antiquis hostis insequitur.

Thom. c. 1. v. 5.

Thom. 1. in. lib. 1. v. 1. Dominum.

Virat. lib. 1. form. Sat. 9. v. 11.

Perfusus sat. v. 28.

Princi. Thom. c. 1. v. 5.

Psal. 139. v. 8.

Plinius. 10. Nat. hist. cap. 40. Alii Platæa, Platæa nominatur.

Diaboli circa in intentionem rectam insidiat.

Prov. c. 20. v. 6.

Apoc. c. 12. v. 4.

S. Severini Pontificis memoratur. Fuit ævo Severini Pontificis Pontificis memoratur. Fuit ævo Severini Pontificis Pontificis memoratur.

vigiliis, admodum exhaustus. Tandem incesit hominem cupido cognoscendi, quis æquale secum præmium esset accepturus in cælo, vitam enim vivebat pæne inimitabilem. Responsum est ei calius, Coloniensem Episcopum patrem ipsi futurum in sedibus beatorum. Admiratus Eremicola hanc præmi equalitatem in vitæ statu tam inæquali. Ostendit ergo sibi hunc virtum, summis præcibus contendit. Nec mora, idem ille qui eum illic duxerat, se stitit, monstravitque viam quæ ad illum metipsum Episcopum perveniret. Ita instructus Eremicola solenni die Coloniam venit, & rei divinæ interfuit: è templo digressus, in Episcopi triclinium etiam spectatum admittus est. Vidit hic Anachoreta epulum, tamen non ad nostri ævi genium saliare, tamen lautum & liberale. Hoc urbis proceribus Colonienfis Pontifex dedit. Ferulorum copia, deliciarum varietas, argenteæ suppellectilis opulentia, illo ævo rari Luxus exemplum censebatur. Hic ipse secum in animo fabulari cepit religiosus spectator: Ergone ego cum hydriolâ meâ, inquit, cum pane arido, radiculis & olivulis insulsis, jejuniis quotidianis, precibus pæne continuis, & hanc lautitiam omnem sponte deferendo, non plus apud Deum emeruerim gratiæ, quam hic Episcopus in tanto luxu? quid ego, si non plus ago, quam rerum & deliciarum dives hic Præsul? O mi optime Anachoreta, sapienter forsân ratiocineris, sed non sanctè; audi obsecro, & responsum admittè à tuo ductore Angelo, cujus hæc sunt verba: Hic, quem cernis, Episcopus, minus afficitur omni ferulorum pompâ, quam tu ligneo tuo vasculo.

Seraeca ep. 5.

Capis ista? Magnus ille est, qui fictilibus sic utitur, quem admodum argento: nec ille minor, qui sic argento utitur, quemadmodum fictilibus. Agnovit hic prudens Asceta, quâ ratione Deus non tam actiones, quam agentium intentiones ponderaret, nec æstimaret quantum quisquis faceret, sed ex quanto. Sic est prorsus: *Quidquid agant homines, intentio judicat omnes.*

Et en, ut Acheronticus Erodus Severino, per omnem luxum extorquerè nequiverit affectum & intentionem optimam ad Deum: Colonienfis hic Antistes, omnes actiones suas, tanquam suos liberos, ante se præmisit ad Deum & thronum eius. Atque hoc stratagemate, vigilantissimo draconi subduxit, quidquid pietatis exercuit. Sed quis est qui imitetur? Rarissima virtus est, inter divitias & delicias non corrumpi, eum etiam rigidissima paupertas inveniat quo bonam intentionem non nihil offendat. Nam huic alteri, eremi cultori cetera sancto, & qui vitæ fuit laudatissimæ, aliquid tamen bonæ intentionis, & melioris affectus in ligneum illud vasculum exciderat. Adeo in rebus etiam minimis, non minimum quid aut admittimus aut acquirimus, prout scilicet ad Creatorem, aut ad res creatas nostra vergit intentio. Haber Satan plurimas & pæne inobservabiles pedicas, quas irretiendæ rectæ intentioni latentè recondit. His sese retibus implicandos deliciarum sensus nostri & sui amor immodicus offerunt ultro; suave illis est sic capi. Quidquid ergo actionum nostrarum non quamprimum ad Deum & ad thronum eius emittitur, mox à celerrimo dracone irretitum glutitur.

§. IV.

Ezechiel. I. v. II.

Hebraus vates Ezechiel, quatuor vidit animalia, quorum & alæ & capita attollebantur cælo. Et factes eorum, & penne eorum extentæ desuper. Non aliud moner erectus hic animalium & vultus, & volatus, quam hoc ipsum, à dracone illo nil satis tutum esse, quidquid non mox subvolet ad Deum, alis bonæ rectæque intentionis. Perit, quidquid non hac ratione draconi se subtrahit. Ideo Richardus Victorinus, eum qui bona quidem opera, mala tamen intentione parat, filiorum suorum homicidam appellat. Hic duo notatu dignissima occurrunt.

Duo notatu digna.

A Primum; In quæstione sit, in quo medulla, nucleus, vis & robur, seu nervus intentionis bonæ consistat, quod hinc maximè collineandum, aut quis unquam hominum optimam habuerit intentionem? Christus humanæ gentis reparator, de quo Pater ab æthere protinens nunciavit: *Audite illum*; hic præceptor noster, tres potissimum habuit intentiones: Prima fuit *Obedientia*. Hoc *mandatum*, inquit, *accepi à Patre meo*. Nam primo momento quo in Virginis visceribus hominem induit; Patris præceptum ei oppositum fuit: *Crucifigendus es*, ita Pater imperat. Huic imperio paterno Christus obedientissimè se subiecit. Hinc, verè dici potest: Servator Mundi triginta quatuor annis pendit in cruce. Nam intentio Christi per omnem vitam ibat ad crucem, hærebatur in cruce: *Hoc mandatum accepit à patre*. Altera fuit *Reverentia in paternum honorem*: *Ego autem*, inquit, *non quero gloriam meam, sed honorifico patrem meum*. Tertia fuit *Dilectionis & amoris in paternam Voluntatem*: *Ego*, inquit, *qua placita sunt ei, facio semper*. Ita pater, quoniam sic fuit placitum ante te. *Veruntamen, non sicut ego volo, sed sicut tu, fiat voluntas tua*. Triplex hæc intentio re quidem pæne eadem est, sed tamen in eâ etiam differentia videri potest. Aliud enim est, ideo quid facere, quia sic imperatur: aliud, quia in alterius honorem cedit: atque aliud demum quia alteri sic placet. Qui hujus animi est, ut alterius voluntatem & nutum etiam observet, ac paratissimum se offerens, dicat: *Quid opus est, juberi? non vi, non imperio, non legibus cogendus sum, ultro hoc faciam, eo solo persuasus, quia scio id illi Domino placere, illius voluntatem eò ferri*. Siquidem illius *velle*, est meum *facere*, voluntas mihi instar mille mandatorum est. Et hic, arbitror, apex & culmen est omnis bonæ intentionis. Atque ista fuit Christi Domini intentio in vitâ, in cruciatibus, in morte, in rebus omnibus, *Voluntas Patris. Sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar. Et scio quia mandatum ejus vita eterna est. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor.*

Hinc nec ab ore, nec à corde nostro illud abeat: *O Domine meus, & Deus meus, ego me & mea omnia tibi offero, ad omne beneplacitum tuum. Vel illud: Ita Pater, quoniam nam sic fuit placitum antete, Ita Pater, Ita Pater &c. Vel istud: Veruntamen non sicut ego volo; sed sicut tu, fiat voluntas tua.*

Alterum etiam quæstionis est, & quidem creberrimæ, inter homines pavida conscientia; quos illa variè angit pungitque. Sepe audias dicentem: *Modò scirem quò loco res meæ essent apud Deum, an ego in gratiâ, & servus Deo charus, num illi sapientissimo cordium scrutatoria actiones meæ placerent: Modò hoc mihi cõstaret, libentissimè, quidquid à me exigitur; præstarem. O mi Christiane, aversæ hoc scire? Intentionem tu tuam interroga: expende tantum qualis tua sit intentio, quam sincera & pura, quantum enim hæc sincerior est & purior, quantum voluntati divinæ conformior ac conjunctior, tantò tu melior es, tantò Deo gratior & charior, ne dubita. An necis? quidquid agant homines, intentio judicat omnes. Fieri non potest, ut tu sinceræ sis intentionis, & optimo animo in Deum, Deo tamen non placeas, nisi Deum velis esse injustum. Dei vox est: *Ego diligentes me diligo*. Et non contineo me, nec aliter possum, quin tam bene erga me affectos benigno iridem affectu complectar.*

§. V.

TV ergo, mi Christiane, hoc unum age, ut ad omnem divinæ voluntatis nutum semper sis paratissimus; Dei *VELLE*, sit tuum & *VELLE & FACERE*. Ita vulnerabis cor divinum aureo amoris telo. Hoc enim adeo divinos favores emeretur, ut lucrari plurimum possimus, non tantum dicendo & agendo, sed & omitrendo ac feriendo. Ludovicus Blofius, verè pius scriptor: *Si quis inquit, jurem.*

Apoc. 12. 24.

Recte intentionis hostis maximus est vanagloria.

Imadit.

Pre. c. 8. v. 17.

omni opere duo præcipua sunt virtutes, & dignitas.

inquit ; propter Deum , voluntari sua in rebus etiam minimis relucetur, rem ipsi Deo gratiorem prestat, quam si multos mortuos (Notetur) ad vitam reducat. Et ut rem firmet exem- plo: Duo; inquit, unâ iter faciunt, in viâ uterque elegantem fosculum cernit, & alter quidem jam in eo est, ut illum carpât, deliberans tamen, ipse sibi imperat: Manus ab hoc flore, propter Deum; abstine. Alter: nihil premeditatus, florem illum carpit. Et hic quidem nil delinquit decerpendo; sed ille prior eundem non attingendo, tantum præ altero promeritus est, quanta est distantia cali à terrâ. Quod si Deus pro tantillo obsequio tantum daturus est præmium, quantum dabit iis qui majora fuerint ausi pro Deo?

Ita paratus promptus sit necesse est in aliis omnibus, qui voluerit esse bonæ intentionis, ut si norit Deum quippiam velle, hoc ipsum & ille velit, quantumcunque voluntari suæ adverteat. Idcirco frequenter (uti Blossius instruit) secum ipse dicat: Propter te, Domine, nolo illud videre, cum necesse non sit, ut id videam: propter te nolo illud audire, nolo illud gustare, nolo illud loqui, nolo illud tangere. Domine, si tibi mea vestis, si mensa, si negotia, labores, aut negotio mea displiceant, non recuso crasso sabano vestiri, pane & aquâ victitare, hæc & illa procul à me amandare.

Sed nos, ô quoties longè aliter & agimus; & loquimur! audias quandoque qui dicat: Mei juris & arbitrii sum, quem Dictatorem timeam? ita ego soleo; hoc meæ consuetudinis est: è meâ crumenâ hic sumptus; meam quadram lambo: quid ego morer alios? sic ego volo; hic mihi nemo modum constituerit &c. Hoc non est ad divinæ voluntatis nutum sese attemperare. O ergo ter beatum, qui unam atque unicam in omnibus Dei voluntatem, intentione sincerissimâ se cætur: iste demum pervigilis draconis oculos & ungues exiit, & quidquid cum virtute agit, salvo commeatu præmittit ad Deum & ad thronum ejus.

CAPVT IV.

RECTÆ INTENTIONIS hostem maximum à cacodemone, esse Vanam Gloriam.

Recte intentionis hostis maximus est vana gloria.

Hic hostis rectæ intentionis, jure omnibus metuendus est: omnium virtutum præmia subducit Vana gloria; & suppliciiis damnat gravissimis.

Herodes Agrippa, non degener nepotulus à majorum suorum flagitiis, Iacobum Zebedæi filium, virum sanctissimum occidit; dissimulavit id Deus: Petrum in vincula rapuit, neque ob hoc à Deo punitus est; alia prioribus flagitia junxit, necdum vindicavit id Deus: At cum concionaretur, veste regiâ coruscus, non populi docendi, sed sui ostentandi causâ, plébsque acclamaret: Dei voces, & non hominis, confestim percussit eum Angelus, eod quidd non dedisset honorem Deo: & consumptus à verbibus expiravit. HÆBET: homini vitam admirat, & tacuit Deus; Deo gloriam rapere voluit, hic defendit se Deus. Et consumptus à verbibus expiravit. Tanti constabat ventus. In Herodem rectè pronunciat Augustinus: Qui laudari vult, Domine, de tuo dono, & non querit in illo tuam gloriam sed suam, hic licet propter tuum donum laudetur ab hominibus, à te tamen viruperatur, quia de dono tuo suam non tuam gloriam quaesivit. Qui autem ab hominibus laudatur viruperante te, non defenditur ab hominibus judicante te, nec liberabitur condemnante te.

§. I.

In omni opere duo reperitur: virtus & dignitas.

IN cunctis Dei operibus duo quædam reperienda sunt, Utilitas & Dignitas: homini Deum utilitatem cedere voluit, dignitatem sibi servavit. Veluti pictor celeberrimus, imaginem à se factam faciliis cedit alteri, unum illud suum esse ducit quod subscribit. Protogenes

inveniebat, Timanthes faciebat; Apelles pingebat. Ita Deus eâ etiam de causâ sacrificia olim sic jussit fieri, ut cum carnibus; frugibus, panibus, simul thus lucidissimum offerretur partitione tam benignâ, ut quidquid hic commodi esset, in sacrificantium utilitatem abiret; sibi thuris suffitum solummodo deposcebat. Et velut cum duo mercatores societatem coeunt, uterque in negotiationem expendit quod facultates suggerunt. Subinde unus expensas omnes, alter industriam; quandoque pares aut pecuniæ aut mercium portiones exhibent, lucrum quod negotiatio facit, dividunt; neutri torum debetur. Joannes DOMINI oculus, affirmat sanctos habere societatem cum Deo. Hæc societas eô coitur, ut æterna beatitudo; tanquam lucrum obtineatur. Non solus Deus hanc mercaturam facit, nec homo solus. Notum Augustini dictum: Qui enim fecit te, sine te, non salvabit te, sine te. Ad hanc negotiationem Deus expensas omnes tribuit, Deus est enim qui operatur in nobis & velle, & perficere, pro bonâ voluntate, homo solam adfert industriam; quidquid ex hac negotiatione lucri provenit, inter Deum & hominem dividendum est: Deus solo honore & gloria contentus, quidquid beatitudinis & opum est; homini assignat. Fiat igitur bona divisio: Gloria sit in altissimis Deo, homini pax, & omnium bonorum possessio. Qui jam sibi arrogat quod Deo debetur, iniquissimè agit, & societate hæc ejicit, ac privari bonis universis meretur. Universa propter seipsum operatus est Dominus. Hic rerum omnium opifex, honorem velut tributum ab omnibus suis operibus exigens: Gloriam meam, inquit, alteri Isc. 42. non dabo. Hoc Deo vectigal fidelissimè reddit intentio recta; hoc idem nequissimè rapit inanis gloria.

Ecquis autem ferat vanissimè se jactantem de suo ædificio, quod tamen è maculio suo non eduxit. Quid gloriaris, superbe, qui nec lapillum contulisti è tuo ad hanc structuram; alienis sumptibus ædificare cuius facile est. Pari modo quid nos miscelli, actiones & promerita nostra, velut grandia ædificia jactamus? à Deo sunt omnes impensæ quibus ædificamus, in usum nostrum, non in præconium. Clarissimè Christus: Sine me, inquit, nihil potestis facere. Quid ergo gloriamur? ædificium habitare permittitur, honor qui ædificii fabricam sequitur, solius Dei est. Ergo, Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in celis est. Ideo autem tam sollicitè monet Christus, quia hoc vitium vritium Cenodoxiæ, seu Inanis gloriae, & subtilissimum inanis gloriae est, & ipsâ suâ subtilitate nocentissimum. Climacus: Omnibus, inquit, studiis Cenodoxia aggauget. Verbi gratiâ: jejunio, inaniter gloriatur. Si latendi causâ solvo jejunium, tanquam prudens iterum gloriatur. Si splendide vestitus, vincor eâ peste. Si villius induar, denuo gloriatur. Siloquar, hac superor. Si taceam, iterum superatus sum. Quocunque hunc tribulum jeceris, erecto persistit aculeo. Ejusmodi verò gloriosus, est fidelis idolorum cultor, qui Deum quidem colere & venerari videtur, hominibus verò, non Deo placere studet.

Dixi jam subtilissimum esse hoc vitium, & protusis sic est. Persæpe gloria ut acquiratur, spernitur, & ab ipso gloria contemptu inanis gloria nascitur, & eos quandoque qui omnem gloriam jam pridem videntur proculcasse, fortissimè aggreditur. Nihil hic meo sensu definiam. Vir maximus, nostri ævi Theologus, hac de re disserit: Fit sæpius, ut cultissima femina ex omni muliebri Mundo, aut eques torquatus ex omni suarum vestitum nitore tantopere sibi non placeat, quantum Monachus pauper, pannosus, in pauperissimi monasterii angulo desidens, è cucullo lacerato & male facto, Barbariensis à nudis pedibus, à vacuâ cellulâ, & ab ipsâ pomparum omnium victoriâ, sibi met placet & applaudit. O verè miser, quem Cenodoxia honoribus nequivit fallere, per ipsam decipit humilitatem!

1. Joan. c. 1. & seqq.

Ad Phil. c. 2. v. 13.

1. Prov. c. 16. v. 4.

2. Isc. c. 42. v. 8. & c. 48. v. 11.

1. Joan. c. 15. v. 5.

Matt. c. 6. v. 1.

Centissimum.

Grad. 21. de Cenodox.

in initio.

Hier. Bap. de la Nuxa Theol. Doct.

in S. Dominici Familii Provinc. nunc Episc.

Barbastensia tom. 1.

1. in 2. 2. Part. 2. S. 5. de rectoribus in Deo.

De Conſ. Mon. c. 11.

Ita nemini parci inanis gloria, omnes hominum ordines invadit. Sed, ut divinus Basilus loquitur, leniter, blandè, suaviter, insensibiliter, & antequam advertatur, omne bonum opus inficit, totamque illius pulchritudinem consumit. Imperitis dulce quid est, Vana gloria, dulcis animorum prædo. Multi occultè seipſos querunt in rebus quas agunt, & nesciunt. Et saepe, inquit Gregorius, bono operi dum laus humana obviat, mentem operantis immutat, que quamvis quaesita non fuerit, tamen oblata delectat. Cujus delectatione cum mens bene operantis resolvitur, ab omni intentionis intima vigore dissipatur: nam qui bona agere videtur, & per hoc non Deo, sed hominibus placere desiderat, intentionis suae faciem deorsum premit. Ea de causa sanctissimi quique homines vigilantissime in illam pugnant.

§. II.

Tom. 3. die 14. Martii.

NARRAT Laurentius Surius, &: Cum fortè, inquit, Pachomius inter sui Ordinis senes consideret, Monachus duas storeas eo die à se confectas attulit, posuitque è regione sederentium, ut commodè spectarentur, sperabat enim à Pachomio se auditurum: En fratris diligentiam, diurnum opus sibi met duplicantis, duasque storeas: excensis, cum alii die uno non nisi unam conficiant. At verò Pachomius ob vanissimum hoc laudis aucupium, seriò ingemiscens: Patres, inquit, iste frater à summo mane ad hoc diei multum laboravit, sed omnem suum laborem diabolo consecravit; siquidem laudem humanam prætulit divinae. Hominem igitur ad se accersitum gravissimis verbis oburgans: Aliis, inquit, ad orationem euntibus; tui tuas storeas in humeros recipe, & clama: Obsecro Patres Fratresque, Deum mihi miserimò homuncioni exorate, qui duas storeas pluris feci quàm cælum. Fecit ut iustus. Præcepit: deinde Pachomius, ut aliis ad cœnulam vocatis, iste plus æquo fedulus homo, in cœnatis medio triclinio staret cum suis storeis. Sed neque dum factis factum arbitratus Pachomius, hominem cœllæ includi iussit, & quinque toris manibus solo pane, sale & aqua parè reſici; simul etiam quotidie duas storeas plecteret, imperavit, vetuitque sic clausum ab ullo adiri aut salutari. His machinis expugnanda est Cenodoxia, malum aliqui ferè inexpugnabile, & quod post omnia vitia expugnata, valentius insurgit, & ab ipsis virtutibus sumit incrementum. Rectè Climacus: Gaudet desperationis spiritus, inquit, cum videt multiplicari vitia, Cenodoxia verò cum virtutem multiplicari videt. Observa diligenter, & usque ad mortem & sepulchrum invenies hanc nefariam labem vestigiis tuis herere. Addit: Qui in prærogativis naturalibus, puta acuminè, peritiâ, lectione, pronuntiatione, ingenio, ceterisque omnibus, quæ nobis sine labore nostro proveniunt, extollitur, hic nunquam eis, quæ supra naturam sunt, bonis potietur; qui enim in modico infidelis est, in multo quoque infidelis erit. Eiusmodi verò est servus inanis gloriae.

L. 22. mor. c. 14.

Pulchrè Gregorius hoc sensu dixit: Quisquis se, beneficium in alterum, extollit, majorem culpam superbiendo incurrit, quàm mercedem largiendo acquirit, sitq. nudus dum nudum vestit, & dum se meliorem putat, deterior evadit: minus quippe inops est, qui vestem non habet, quàm qui Humilitatem. Græcus & sanctus Orator Chrysoſtomus, in hanc pestem facundissimus, & pro cathedrâ eam sapissimè flagellans: Et quomodo, inquit, non extrema stultitia est hominum mente adè corruptorum, & temerè omnia argentum, gloriam quaerere? cum oporteat ad oculum qui semper est in somnis confingere, & ad illius sententiam aspicientes, omnia facere & dicere. Nam isti quidem etiam si laudaverint, nihil nos juvare poterunt. Ille autem, si ea, quæ sunt, fuerint ei accepta, & hic reddit clarus & illustres, & in die futuro impertietur bonis ineffabilibus. Eiusdem & hæc sunt: Quare, si gloriam adipisci studes, repelle gloriam; quod si eam aucuparis, eâ excides. Ac si lubet, hunc sermonem in vis quoque qui promissum

Ibid.

A Hujus vita genus sequuntur, ventilemus. Ecquos enim cavilla inceſsimus? An non eos qui ipsam expetunt? Itaque ipse maxime sunt, qui eâ cavent, ut quæ innumeras reprehensiones habeant, æque ab omnibus contemnantur. Ecquos rursus, dic quæso, suscipimus ac predicamus? an non eos qui hanc sperant ac pro nihilo putant? Ergo hi sunt qui gloria afficiuntur. Quæ admodum enim is demit diſes est, non qui multas, sed qui nullâ re indiget: sic clarus ille & celebris est, non qui gloria cupiditate aſtat, sed qui eam contemnit, ac nihili ducit. Umbra enim gloriae est hæc gloria. Nemo autem picco panis conspecto, etiam si millies fame teneatur, picturam attingit. Eodem igitur modo tu quoque minime committe, ut umbram consecreris. Umbras enim sequi, hominis est insani à laborantis. Fieri non potest, ut quicquam magnus, & excelsus ac strenuus sit, qui non ab inani gloria immunem se præstat, verum humi serpat, ac multa labefactè necesse est, dum scelestæ Dominae, ac barbaro quovis crudeliori, ancillatur. Et quid enim eâ truculentiùs esse queat, quæ tum maxime sævit & effertur, cum maxime colitur atque observatur? Atqui hoc nefere quidem habent, sed multo obsequio deiniuntur. At contra proſus inanis gloria, contempta enim miteſcit, honore affecta exasperatur, atque adversus eum quo honore afficitur, arma sumit. Qui est in servitrem redactus inanis gloriae, non solum non poterit videre quod aliis, sed nec quod sibi est utile. Et ut hæc omnia à se dicta consignet Chrysoſtomus: Mater gehennæ, inquit, est inanis gloria; ignemque illum vehementer accendit, vermèque peſiferum conſover. Et hujus rei rationem assignans: Alia, inquit, vitia ſuuntur morte, hæc & in mortuis vires obtinet. Aspice sepulchrum plus æquo sumptuosum, & observabis quàm id subtili statu spirare inanem gloriam. O demens quid tibi prodest tam ambitiosè quaesita memoria; si tibi es, torquetis, & ubi non es, laudaris?

§. III.

NON minùs eleganter sanctus Valerianus, Massiliensis Aristes: Stultitia genus est, inquit, ut cum aliis debeas vitæ beneficium, tibi adscribas ornamenta virtutum. Ecce hic honore extollitur, ille sibi de corporis integritate blanditur, hic divitias labori suo imputat, ille scientiam doctrinam vigiliis assignat. O miser! vacillat humanum studium, ubi non requiritur Dei auxilium: nostrum est bonum velle, Christi verò persicere. Totum perdidit quod laboravit, qui propriis virtutibus fructum sanctitatis adscripsit. Ita proſus est, nam ut summa omnia habes, eruditionem, eloquentiam, ingenium, prudentiam, munificentiam, formam imperio dignam, si res tantas inani gloria, tanquam sale, condias, arbitris stillicidia mellis de canali venenato fluere, ut omnis venustas, opinio, amor priorum pereat, unâ gloriae vanitate tanquam toxico in mortem temperato. Sis licet bonus cantor, bonus scriba, bonus pictor, bonus pugil, bonus poëta, bonus orator &c. si horum omnium malus sis æstimator, omnia perdidisti: at verò malè hæc æstimas, qui ea inani gloria depravat. Et quamvis ita se vitia non nunquam prodant, ut nullus sit negandi locus, superest tamen fucus quem illinamus nostræ famæ; hic nemo tam tardi oris est, quin promptè oggerat: Ille me magis claudicat, balbutit, delirat, caecutit, atrior est. Ita nobis formam astrui putamus, si non numeremur inter deformissimos.

Plebs Israël Agypto educta, impio consilio vitulum aureum quem fecit, pro Deo colendum proposuit cum acclamatione: Hi sunt Dii tui Israël, qui te eduxerunt de terrâ Agypti. a Vix aliud ab his faciunt, qui se forum operum magistros magnifico supercilio circumspiciunt, & quidquid consilio, arte, industria efficiunt, velut pro Diis haberi volunt. O idololatræ! b Soli Deo honor & gloria, proclamat Paulus: Soli Deo, soli honor & gloria: nostra est operum utilitas, Dei est dignitas. Agathicles d ab Halicarnassens extorris factus est, quod a tripodem,

Horat. lib. 6.

Idem

Cyprian. ad Alcat. juv.

Terent. c. 14.

Idem hom. 17. in ep. ad Rom.

Inani gloria nil trahentius esse potest, quia plus sævit cum maxime colitur.

Idem hom. 35. in ep. ad Cor.

Idem hom. 17. in ep. ad Rom.

Hom. 11. sine hujus serm.

Enchirid. 34. v. 1.

Gal. 6. 7.

Isa. 66.

Isid. Pelusio 249. ep. 297.

Ps. 133. Tom. 1. in Ps. propriis sum.

a Exod. c. 32. v. 4. b 1. Tim. c. 1. v. 17.

c Omnia enim hæc & gloria & hæc humani afficiuntur, solum in Deum ut in auctorem & gloriam suam referantur.

d Hierod. l. 1.

tripodem,

tripodem, quem ipse ludis obtinuerat, non dedicasset A Deo, sed donum hoc domum retulisset. Omnis gloria rectè factorum à Deo est, & soli Deo tribuenda.

Diis te minorem, quod geris, imperas.

Huc anime principium, huc refer exitum.

Nihilominus omni infante infantiore sumus; sicut enim pueri tam se alios credunt in novis vestibus, ut sibi persuadeant notissimos etiam oculos ornatu suo decipi: ita nos quinquaginta aut centum annorum pueri, rebus etiam minimis ac vilissimis ambitionem induimus. Ille se jactat, quòd ceremoniam venustius adhibeat, iste quòd cibos elegantius carpat, hic quòd aliis cretor incedat: infinita sunt ostentationum genera. Sed & ad probra & pudendas artes descendimus, atque dedecore nostro superbumus:

Malus numerat scelestè facta in gloriam.

Ille se unum ex omni numero plurimum vini capere gloriatur: iste cujuscumque lus peritissimum asseverat: hic se omnium nequitiarum magistrum ostentat. Verè B infantes, sed nequissimi, & qui Zabulo sacrificant. Zabulus aleam fertur invenisse primus. Hic non modò insigni se statuà consecravit, cujus in gremio tabula lusoria cenebatur, sed sibi quoque sacrificari ab aleatoribus voluit, antequam ludum aggredirentur. Nimirum improbi non solum vitiorum fomites nefarià quærunt solertià, sed iis inventis triumphant, & extultant in rebus pestimis. Alii paulò altius se credunt sapere, peccantque modestius, à quibus voces illas spargi audias: Hoc consilium à me est, bardis illis id nunquam occurrisset: hoc prudentiæ meæ, istud meæ fuit vigilantæ: absque me fuisset, negotium hoc finem nullū vidisset: est quòd mihi agantur gratiæ, hoc ego effectum dedi: hoc quidem artis est, sed à me reptat: officio meo, si quisquam alius fungi scio: novi equidem neminem mihi in hoc genere parem: operam meam, fat scio, quanti desiderent. Est qui clamet: Omnes voco gladiatores, contra: Ille, & ego consiliarios omnes: Hic, & ego omnes doctores: Ille, omnes ego torquatos equites: Alius, & ego cunctos voco artifices contra. O vanitas, ô somnia, ô quantum est in rebus inane! Amore inanis gloriæ quid inanius? Optimè Siracides de vanissimis his ostentatoribus: *Vana spes*, inquit, & mendacium viro insensato, & somnia extollunt imprudentes. Omnis hominum laus, favor, gratia, honor, commendatio, quid nisi ventus, aura, flatus, bulla, fumus, vanitas, merum somnium? Nam, si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Cum exiguntur mella, fumo abiguntur apes. Fumus est vana gloria, quo sparso dæmon liquentiâ bonorum operum mella diripit, ut verè dixerit Basilus: *Oidium quo apes fumum prosequuntur, significat eos, qui Deo mellificant, re nullâ equè offendi quàm humanarum laudum fumo.* Eò dixit Isidorus: *Pompa & fastus, & inanis gloria, cum calefit luce non bene congruunt.* Supremo omnium die, non tantum non proderunt ista, sed multis plurimum oberunt. Quoniam tu benedices iusto. In quæ verba Chrysostomus: *Quid enim, inquit, damni accipit, si homines contemnant, & universus Orbis terrarum, quando Dominus Angelorum eum laudat, & pradicat quemadmodum, si ipse non benedicat, est omnes laudant qui terram & mare habitant, ei nihil prodest. Nam etiam beatus Iob, & in sterquilinio sedens, & vulnere sanie exulceratus, & innumerabilibus scatens verminum fontibus, & illa indignissima patiens; ut qui à servis conspueretur, eiq; ab amicis & inimicis, & ab uxore insidia tenderentur, & ad inopiam, famem, & immedicabilem ægritudinem illum esset redactus, erat omnium beatissimus, quoniam Deus ei benedicebat, dicens: Homo à reprehensione alienus, iustus, verus, pius, ab omni re malâ abstimens.*

Divinam minimè assequitur, qui humane servit gloria. Esse queris gloriosus: gloriam omnem dispice.

§. I V.

Christus Dominus non habuit in more positum, Christus cur præce- cur præce- pit, diffi- mulando jejunio, jejunio, unguentis ritu patrio uti: *Vnge caput tuum* ut odore & ni- unguentis tore vultus jejunium regas, *ne videaris hominibus jejunans.* Pharisei cum jejunium obseverarent, omnia hilaritatis si- gna interdicebant, ut omnibus testatum facerent, se vo- luptatum contemptores lu&uofo asperoque jejunio da- re operam. Servator in contrarium jubet, ne quidquam in solitâ vitæ ratione mutemus, ostendendo jejunio, quin potius pro more regionis, vultu simis læto, hilari, amœno, ad occultandum jejunium, ut secreti sinceritque operis à Deo referamus præmium. Ne igitur alii nostram laudent continentiam, hanc potius præ nobis feramus lætitiâ: præstat & nitere, quàm abstinentiam præ se ferre, & videri velle. Sæpissime namque virtutum officia publicare est perdere: præsentium laudes, adula- tiones sunt, laudes non sunt.

Inter prodigia recensens Plinius: *Invenimus, inquit, L. 17. nat. natas sine foliis vitem, & malum punicam, stirpe fructum tulisse, non palmite aut ramis. Hoc viri boni, & Humilitatis studiosi faciunt: fructus, hoc est, actiones sanctas occultant, caventque maxime ut in publicum emanent. Ita virtus eorum est tutior, & minus obnoxia insidiis dæmonum, qui ad explicatâ merces uno agmine profluit. Vis virtutes tuas augere? noli proderè. Vi- ve tibi, & longè nomina magna fuge.*

Viatores, ut, quod portant aurum, custodiant, an non illud calceis etiam, aut caligis, cingulo, thoraci, pileo in- fuunt, aut baculo infundunt; in ipsum denique ventrem, ut olim Judæi in obsidione Hierosolymis; recondunt? ecquid opus metallum tam pretiosum sic abdere? Hoc ipso quia pretiosum, ab hoste nunquam tutum est; ut C servetur, occultatur. Gregorius: *Qui in itinere, inquit, de- L. 8. mor. prædari formidat, abscondat necesse est bona quæ portat.* Ita prorsus actiones cum pietate susceptas longè intutissi- mum est oculis aut auribus, non dicam alienis, sed & suis exponere: *nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.* Sic He- breus Rex Ezechias, thesauros suos perdidit, quia ostēdit.

Præclarissimè monet Hieronymus, &: *Conveniat, in- quit, unusquisque cor suum, & in omni vitâ inveniet, quàm rarum sit fidelem animum inveniri, ut nihil ob gloria cupidita- tem, nihil ob rumusclos hominum faciat.* Neque enim sta- tum qui jejunat, Deo jejunat; aut extendens pauperi man- um, Deo scænerat: vicina sunt vitia virtutibus. Difficile est Deo tantum giudice esse contentum. Hieronymo ac- cedit Joannes Sarisbertensis, Carnotensis Præsul, vir exi- miè doctus, qui Vanæ gloriæ profapiam describens: *Si Obiit Anno 182. Saviß. l. 8. Poliær. c. 2. quæpiam, inquit, inanis gloria stimulat, necesse est ut per abru- pra vitiorum præcepta ruat. Hoc est autem quod nobile confetur vitium, adeoque humane fragilitatis demulcet ingenium, ut vix sit vel à præclaris mentibus alienum: nam & ortum nobilem habet, suisq; dispendii processum nescit, antequam à fastigio cor- ruat quod optaverit. Nam & de se invicem vitia oriuntur. At inanis gloria etiam in virtute originis sue figit radicem, in quo enim quisque præ ceteris pollet, in eo, nisi adsit moderatrix gra- tia, facilius intumescit. Vix tamen est qui vanæ gloriæ non in- sistat, & eam que ab hominibus est, non concupiscat laudem. Ad hanc alii virtute, alii virtutis imagine, alii natura aut fortunâ beneficio proficiuntur.*

Gloriæ ambitio, virorum morbus est felicium.

§. V.

Deploravit hunc motum secum ipse Gregorius L. 15. moral. Magnus, ille oculus Ecclesiæ, nec cum sine lacry- c. 16. & ult. mis deplorans: *Dum ipsam, inquit, subtiliter radicem mea intentionis inspicio, Deo quidem ex eâ me summopere placere voluisse cognosco. Sed videm intentioni, quâ Deo placere studeo, fastum*

furtim se, nescio quomodo, intentio humana laudis interserit. Quod cum iam postmodum tardeque discerno, invenio me aliter agere, quod scio me aliter inchoasse. Sic etenim sepe intentionem nostram, dum ante Dei oculos recte incipitur, occulte sibi subiuncta, & eam velut in itinere comprehendens, intentio humana laudis assequitur: sicut pro necessitate quidem cibus sumitur, sed in ipso esu, dum furtim gula subrepat; edendi delectatio permiscetur. Unde plerumque contingit, ut refectioem corporis, quam salutis causa copimus, causa voluptatis expleamus. Fatendum est igitur, quod rectam intentionem nostram, que soli Deo placere appetit, nonnunquam intentione minus recta, qua de donis Dei placere hominibus querit, insidiando comitatur. Si autem de his divinitus distincte discutimur, qua inter ipsa remanet salutis locus, quando & mala nostra, puta mala sunt, & bona qua nos habere credimus, pura bona esse nequam possunt.

Objicias: Quid ergo Deus homini appetitum dedit gloriæ, si gloria omnis ab homine sit repudianda? quid viri maximi frustra se fatigant in obtinendam gloriam, si eam obtinuisse piaculum sit? Non omnem, mi homo, gloriæ appetitum damnamus, sed inordinatum & illicitum, qui suavi sed furtivo illapsu ubique miscere se solet. Inordinatum ajo & illicitum, qui hoc agit, ut homo gloriæ cupidus, gloriam quaerit e virtute qua caret, aut e re cui tale premium non convenit. Ut notis; *Gloria umbra virtutis est, invitos etiam comitatur.* At nos hanc umbram & solitè nimis quaerimus, & nimis cupidè amplexamur: gloriam non à Deo, sed ab hominibus expectamus, acquisitam non ad Dei honorem, sed ad nostrum convertimus. Verissimè dixit Seneca: *O quam ignorant homines gloria cupidi, quid illa sit, aut quomodo perenda.* Et quaeso, dic quibus in terris, & inter quos homines invenendus est honoris appetitus undequoque moderatus? Res rara profus corvo quoque rarior albo. Facilius gloriam omnino fugere, quam ritè quaerere.

Ita sanctissimos etiam viros feminasque inanis hæc aura quandoque afflavit, sed afflavit tantum, non infect, non prostravit. Dominicus certè, illud amplissimæ familiæ sidus illustre, acriter in pestilentem hanc auram pugnavit. Nam cum Toloisæ plures Christo adjuvasset, Carcosiæ tamen potiùs figebat domicilium. Ejus rei causam rogatus: Quia, inquit, plures ibi me honorant; hæc verò me omnes impugnant. Credidit vir sanctus, inter odia hominum tutius habitari, quam inter blandimenta & encomia, maluitque se vexationis, quam inanis gloriæ stimulus conficiendum exponere. Honoris repulsa, magna est gloriæ eminentia. Rara virtutis est, magna facere, & magnum se nescire; sanctitatem omnibus manifestam solum latere auctorem. Nil difficilium quam omnem calcare gloriam. Ea tamen etiam à feminis insigniter triumphata est.

Sara sacrarum virginum Antistita, admirandæ sanctitatis virgo, tredecim annis ab impuro cacodæmone impugnabatur assidue, nec aliud volebat lascivus Satan, quam ut se hominem fateretur Sara, vellètque suavissimè vulnerari. At virgo constantissimè obstitit, nec hostem unquam intra portas recepit, illæque semper Castitatis propugnaculo. Idcirco diabolus alio stratagemate rem agendam ratus, ut quam lascivia non potuisset, Cenodoxia saltem expugnaret. Nec dubitavit vaferri-mus hostis, quin animum hujus teli non metuentem occultissimam plagâ lauciaret. Itaque ei Parthorum more, à fugâ placuit petere victoriam, ut, quam stando nequisset, fugiendo vinceret. Ideo visendam se Orciniana larva præbuit, & velut jam abitum desperatâ victoriâ moliretur, horrendum vociferari cœpit: Vicisti me, Sara, vicisti, vicisti. At virgo non ignara hoc etiam telum exire: Non ego, inquit, te vici, sed Dominus meus Jesu s. Hæc est vera gloria, gloriam omnem velut rem minimè suam ad Deum remittere: Soli Deo, soli, soli

honor & gloria. Hinc sibi nemo prædam sine crimine pollicetur.

S. VI.

Accipiter olim, ut est in fabulis, irrifit Trochilum, illam litoralem avem, quod cum sibi colore non abfimilis, tam angusti rami pectoris sit, ut vermiculis & vilissimo pasto male vivere, quam suavibus aliarum avium carnibus vesci. Cui Trochilus: Non est, inquit, quod tibi tantopere gratuleris, mi frater, de cibus non tuis, & quos iniquissimum tibi aucupium parat. Ego vilior mensa contentus, majore quam tu pace fruor, & erit forsàn cum gulam tam delicatam male lues, & serò nimium te poenitebit, venationes has nullo jure licitas instituisse. Vates videri potuit hæc avis. Nam paucis post diebus Accipiter, in ipsâ venatione à rustico, cujus columbas infectabatur, captus, & more ceterorum, ex altâ turri, aliis in terrorem suspensus est. Trochilus, pendulum funus vel eminus vidit, & mox advolans: O mi frater, inquit, quam vitæ tuæ longè fuisset consultius, unâ mecum vermiculos in cibum legere, quam alienas aves insectari, & omnium avium ludibrium fieri. Si venari noluisses, jam vivere posses.

O miser, ô inanis gloriæ venator! mutato nomine de te fabula cantatur. Tu ille Accipiter es: sed quid rusticus, musculos & præconia, quid applausus & gratulationes, quid favorem & gratiam, quid blandientes voculas & commendatiunculas, quid popularem famam, & speciosos titulos venaris? nullo tibi jure permissa est hæc venatio, ô Accipiter. Non est hæc gloria quam quaeris, non est; umbras consecraris gloriæ, & quidem falsæ, idque in tuum exitium. Quando tibi fatuus foret Trochilum æmulari, & victitare vermicibus; illis, inquam, quos sepulchrum tuum, quo properas, claudit: hos tu vermes cogita, & aves alienas, laudes humanas facile spernes. Pulcherrimè Augustinus: *Melius est, inquit, vel de parvo Dei dono gratias ipsi agere, quam sibi agi velle de magno.* Ecquid in orbe hoc magni speras aut æterni? nulla hæc diuturna possessio est. Armis, cîtuditione, opibus, solertiâ, fraudibus, etiam virtute paratus honos ferè priùs evanescit, quam in plenum eo fruaris. Floris instar solstitialis est tota humana gloria. Ecquid sudorem sudore cumulas? fugitiva adeoque & volatica omnis laus & gratia est; non tenetur corpore, ac ne penna quidem, sed neque invita teneri potest, non magis quam rapidissimum flumen. Quid ergo cogitationes in elogia & famam jacularis? nescis mortalium cuncta incerta esse, quantoque plus adeptus fueris, tanto te magis in lubrico ac fragili versari?

Vitam agit leporis quicumque vanus aucups gloriæ est.

Et ut votis responderit eventus, ac in possessionem te fortuna speratorum immiserit, quanta hæc erunt, & quamdiu? fors cras, fors hodie, fors hac ipsa horâ posteritati fabula jacebis, & præda vermicibus.

Narrat Plinius, ad extremos fines Indiæ gentem Astomorum degere sine ore, corpore toto hirtam, vestiti frondium lanugine, habitu tantum viventem & odore, quem naribus trahant. Cenodoxi seu inanis gloriæ studiosi, os nullum habent, quo vel Deo laudes debitas pendant, vel homines bene meritos ferè laudent; à veri honoris ornamentis investes sunt, nec quidquam habent præter pilos & folia, hoc est, humanarum laudum quicquillas; halitu tantum vivunt, aurâ scilicet vanæ gloriolæ quam naribus trahunt, cum ore careant, & nunquam cœnent lautius, quam dum laudantur. Alii, quibus os & frons est, tunc plurimum erubescunt & verrecundantur, cum eis hæc aura largius in cibum apponitur. Optimè religiosissimus ille scriptor: *Qui veram, inquit, æternam gloriam desiderat, temporalem non curat. Et qui temporalem requirit gloriam, aut non ex animo contentus, minimè*

Inordinatus & illicitus gloriæ appetitus est damnatus, & quis ille sit. Sen. ep. 79. fin.

Epist. 95. fine.

Vita ipsius L. 4. c. 10.

S. Dominicus credit inter odia hominum tutius habitari quam inter blandimenta.

Præconia, gratulationes, & speciosi tituli non sunt venandi.

Epist. 31. ad Paulinum. Nec quia magnum in hoc orbe sperandum, quia hic nulla diuturna est possessio.

Mons. Trochil.

L. 6. ante jam.

Hom. in 1. pp. ad Tim.

Lib. 7. nat. hist. c. 2. pro-pius famam.

Them. de Kemp. 2. c. 6. n. 2.

Mons. Trochil.

nit, minus amare convincitur celestem. Magnam habet cordis tranquillitatem, qui nec laudes curat, nec vituperia.

Gloria umbra, est parva magnis, pusillus maxima: Si compendio assequi vis gloriam, contemnito.

In theatro est vacuo eoque angustissimo, quid hic plausum expectas? autum illud & amplissimum caeli theatrum suspice, & frigidissimos hos plausores ridebis.

Auctior redit, spreta in tempore gloria.

Quid quod sicut temerariis iudiciis, ita inanibus eloquiis peccant homines frequentissimè, quorum hic solennis error est, laudanda vituperari, vituperanda laudibus afficere. Inde Christianus sapiens: Nolo, inquit, ab his laudari, quorum laus vituperium est: nec ab his culpam verèor, quorum criminatio laus est. Quid? quod iis saepe minimè placeamus, quibus placituros nos maximè speramus. Refert Herodotus, Agaristam Clithenis filiam vario ambitu plurimorum in conjugem postulatam. Certabat inter florentissimos Græciæ juvenes, Tifandri filius Hippoclidus, qui saltandi peritissimâ venustate se nemini secundum sibi peritadebat. Itaque imperandæ conjungi omnem artem in illud tripudium consumendam censuit, & mirè gesticularus est. Displicuit multis, cum primis Agaristæ parenti, qui de saltato cantico: O Hippoclide, inquit, perdidisti conjugem saltando. Cum tamen stultus juvenis se omnium crederet scitissimum, & sibi uni virginem deberi. Ita nos vani frequentissimè credulâ persuasione fallimur, quando aliis nos admodum placere credimus, quia ipsi nobis ad eò placemus prius, ut sibi quisque sit miraculum. Ecclesiastes quispiam insigniter se dixisse autumat, & nulli placuit: Musicus omnes sibi applausuros opinatur, & nemo laudat: Pictor sibi mirè gratularur de sui operis elegantia, & plurimi reprehendunt: Dux militiæ coronas & triumphos expectat, & vix equis oculis aspicitur: Palatinus miros Principis favores somniat, & proximè abest, ut excludatur aula: Choragus nescio quem plausum sperat, & nauseam ostendunt spectatores: Parasitus, adulator, sanio omnes à se hilarandos putat, & nemo ridet: Calamistratus aliquis Jopas, aut ad omnem venustatem excultus Hortensius, admirationem ac laudes sibi promittit, & omnes irrident. Ita miseri sæpissimè iis nauseam movemus, quos inaniis nostris maximè delinendos sperabamus: conjugem perdidimus saltando.

Demosthenes antequam eloquio Græco innovisset, operosioris cultus nitorem appetiisse dicitur. Sciebat enim à purpurâ vendi caussidicum. At postquam faciendæ famam affectus est, togâ viliore contentus dicitur, se velle sibi à se potius quàm à veste aut cultu exquisito constare gloriam. Quem enim suus attollit honor, vilitas aliena non deprimit, sed nec alienus erigit honor, quem sua vilitas humo affigit. Emendicatum nec ulli honestum laudis suffragium est, quod totum extrinsecus accersitur. Chrysoctomi verbis hæc signo: *Præsentis temporis gloria & nulla est, & instabilis fluctuat: & si aliquandiu permaneat, repente tandem exstinguitur.* Sequitur fugientes gloria, sequentes fugit.

S. VII.

At difficile est, inquis, non amare, non sequi gloriam, etiam vanam hanc & inanem. Omnibus infidet opinio sui & pretium, vivitque etiam in optimis quibusque viris nescio cujus gloriæ aculeus; qui perrarò ita in plenum emoritur, ut nulla supersint semina, quæ fota in herbam & fruticem non exurgant. Ah quoties ad famam potius, quàm ad conscientiam laboramus? Ah, quanti acerba omnia superarunt, turpissimè superari ab inani gloriâ? Identidem ad nos redimus, & in nostrum honorem revolvimur.

Gloria cupido hominibus exitur novissima.

Et ubi quæso reperias eos, qui laudem omnem avetentur? Superbiam palam omnes detestamur, nostra ra-

men encomia sine aurium vulnere audimus. Vanâ gloriæ studium nemini probatur, cum interim hoc pane omnibus hæreat, quod omnibus displicet. Et saepe dum laudari nos prohibemus, tacite invitamus, ne qui cæpit, tam citò desinat: difficile est odisse gloriam, laudem omnem & laudantis favorem spernere, difficillimum. Nemo suæ unquam refragatus gloriæ est.

Hic mihi Chrysoctomus etiamnum in mente est: *Quomodo ergo, inquit, ab hac durâ servitute liberabimur? Si aliam gloriam adamaverimus, nempe eam quæ vera est gloria. Quem admodum enim eos qui corpora amant, alia splendidiore facies visa à priore separat: sic & eos qui gloriam hanc deperunt, splendida illa celestis gloria conspecta si fuerit, ab istâ abducere poterit. Vana gloria cupidus, similis illis est qui tempestates ferunt, semper tremens, semper timens, innumerisque dominos observans. Qui verò extra illam est tyrannidem, rectè comparatur iis qui in portu constituti, integrâ jam libertate potiuntur. Alius verò non item, sed quàm multus est cognitus, tam multos habet dominos, omnibus servire coactus.*

Univeris singulisq; servit servus gloria.

Inter hos non postremus ille ab aulâ dominus. Obvium is habuit quendam è regiâ domo, ad quem superbâ fronte: Heus tu, inquit, quisnam de me in aulâ sermo? Alter rubore suffusus: Nullus, inquit, Domine, neque qui ad laudem faciat, neque qui adversus eam. Audit hoc homo gloriæ appetentissimus, qui se per omnium orâ volitare credebat, & adstantium oculis notari indignatus, mox hominè infontem fustibus excipi; post plagas, quinquaginta aureis donari iussit, quibus ipse dictum insuper hoc adiecit: Jam tibi materies & laudis est, & vituperii; utere, & adhibe in palatio. Hunc tu sui dominum dixeris? mille heris servit, quicunque gloriæ: imò est omnium servus, quisquis est Gloriæ, Nam, *Gloria servire, mentis non nisi abjectissimæ est. Gloria servus nihil rectè inchoat, nil perficit.*

Rectè, ne finis suo principio non respondeat. *Vnum igitur, inquit Chrysoctomus, intueatur solum, ad id tota nostra dirigatur intentio, quo scilicet pacto Dei mereamur ore laudari. Non laudat te ille aut illerubil inde amittis: & si vituperet quispiam, nihil omnino te læsit: sive enim laus, sive vituperatio, ex Deo tantùm emolumentum habet, aut detrimentum. Ceterùm humana omnia sunt prorsus inania. Verè inanissima.*

Hæc erat mens, hæc doctrina Servatoris Christi Jesu, cujus eruditionem cum admirarentur Judæi, dicerentque: *Quomodo hic scit litteras, cum non didicerit? Ad istud verus Magister Humilitatis: Mea, inquit, doctrina, non est mea, sed ejus qui misit me. Ita cum admiranda patrarer, & homines valetudinis desperatissimæ curaret, plerumque, ne cui dicerent, imperabat. Nostræ hoc institutioni factum, ut si gloriari velimus, in Domino gloriemur: non enim qui seipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat.*

Ergo, quod præclarissimè monuit Seneca, conscientia satisfiat, nihil in famam laboremus. Et verò seipsum ad hoc adigens Anæus: *Nihil, inquit, opiniois causâ, omnia conscientia faciam. Bernardus hæc explicatius confirmans: Pura erit intentio, inquit, si in omni actione nostrâ, aut honorem Dei, aut utilitatem proximi, aut bonam conscientiam queramus.*

Deus olim sub pœnâ capitis sanxit, rem primo intuitu minutam, ne quis scilicet odores divino cultui destinatos usu profano incenderet: *Talem compositionem non facietis in usus vestros, quia sanctum est Dominum. Homo quicumque fecerit simile, ut odore illius perfruat, peribit de populis suis. Pretiosum thymiama est Gloria, sed Deo debetur, & soli: quisquis homo es, cave tangas hos odores, capitis reus est: Solum Deo honor & Gloria.*

Vigilanti igitur curâ, inquit Gregorius, per cuncta opera, intento nobis nostra pensanda est, ut nihil temporale in his qua agit, appetat: totam se in soliditate eternitatis figat, ne si extra fundamentum actionis nostræ fabrica ponitur, terrâ de-

Monst. Trichin.

L. 6. ante Rom.

Hom. 3. in. 1. app. ad Tim.

Monst. Trichin.

Hom. 17. in ep ad Rom. circa finem.

Hot. troch. Ego non minimo, sed floresta qui de illo.

Hom. 2. in epist. ad Titum.

1om. c. 7. v. 15. & 16.

2. Cor. c. 10. v. 17.

L. 3. de Ira c. 4. & de Vit. beat. c. 20.

Exod. c. 30. v. 11.

1. Tim. c. 1. v. 17. 1. 2. 8. mor. c. 6. propositum.

ut per

v. de p. 1. s. 2.

tuntur, ut fatigant, ut moliantur, idque corpore, atque omnibus, ut dicitur, unguibus variis se laboribus frangunt, & exhauriant. Officia ingredi, curias adire, scholas iustas, Aulas inspicere & mirabris mulesum miserandam sedulitatem. Tor mensium, tot & annorum labores saepe puncto temporis intereunt, nam ubi recta intentio deficit, in ventum labor omnis evanescit, aura humani favoris omnia tollit, & sicut vela aranearum fiducia ejus.

§. III.

Narrat qui oculis fidem habuit, visum a se illustrissimum Comitem, qui graviter admodum offensus a filio, cum non opportunum duceret, in ipsum e vestigio filium vindicare, tale supplicii genus invenit. Effigiem filii forte conspicatus, eam a patre solvit, & mox in frustra conceptit, æquissimum paternæ iræ argumentum præ se ferens. Hanc filio sapientiam præire voluit, utis denique fateretur, sibi hæc præiari fuisse perfolvendam, quam sua effigies dependeret. Ajunt & Persas, cum supplicium de illustri viro sumptum sunt, vestem & tiarum ei detrahere, eaque suspensa verberare ut hominem ipsum. Non multum abinili penam Christus Dominus Vanæ gloriæ cupidus punivit. Viderat Servator in via sicum foliis abundantem, sed carentem fructibus; ideo severè in eam pronuncians, & vitam ei omnem adimens: Nunquam, ait, ex te nascatur fructus in sempiternum. Et arefacta est continuò ficulnea. Hæc arbor, comis tam decora, pomis vacua, germania eorum effigies est, qui ad speciem valent, sed carent intentione. Hos ut Christus terretet, dum eis parceret, effigiem illorum exsecrationibus laceravit, ut indignationem quam ipsi promerterant, in sua imagine cernerent.

Miramur primos omnium parentes ob malum unicum admorsum supplicio tam gravi affectos. Quis eniu Dioeletianus aut Phalaris, ob pauculas ficus, aut aliquot holculos, aut unicum pomum, mille homines in crucem rapuit? Cur igitur Deus non mille homines, sed innumeros hominum milliones æternæ mortis damnavit, ob arbutulam unam, non solo excisam, sed pomu privatam, & quidem unico? Puerile præceptum, inquit Theodoretus, & infantibus conveniens videri potuisset illud: De ligno hoc nec comedas. Cur ergo tam diuturnâ severitate punitur transgressio? Merito sanè, quod imperium hoc expeditissimum, & nec pueris difficile, detestaverint tamen Protoplasti. Si grandia Deus & difficulta imperasset, habuissent quo culpam purgassent. At verò cum illis amœnissima libertas in omnes paradisi arbores esset, exceptâ unicâ, facinus fuit intolerabile, & tanto supplicio dignum, nec ab hac quidem unicâ tam feridâ veritâ velle manus abstinere. Hinc jam liquet, quam Deus & illos detestetur, qui gloriam, quam sibi unam vult deberi, iniquissimè præceptum eunt dicit Deus omnes vitiosos, sed superbis & arrogantibus etiam resistit, quos scilicet infecit vitium idololatriæ cognatum. Pro teste stat Veritas, &: Quomodo, inquit, vos potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis & gloriam quæ à solo Deo est, non queritis? O miserè, theatrum vobis in cælo constitutum est, in terrâ tamen spectatores colligitis.

§. IV.

Augustinus veterum Philosophorum turbam, telo ab ipsis accepto, feriebat in hunc modum. Picturam illi talem statuerant. Regina, nec veste, nec vultu eam dignitatem decente, sublimi tamen solio sedebat; Regiæ nomen VOLVPTAS. Adstabant nobilissimæ virgines, VIRTVTES, velut ancillæ ad omnem herilem numum paratæ: Has variis imperiis fatigabat proteiva domina, & modò Prudentiæ, modò Fortitudini, modò Temperantiæ dicitabat, quid in rem suam curatum veller. Bene, inquit Augustinus, hac picturâ expresse-

rant Philosophi, quod volebat, sed ad laudis appetitum, quo ipsi maxime laborabant, potèrè convincendum. Ergo simillimam priori tabulam pingamus, sed pro voluptate, VANAM GLORIAM substitutam, ubi passiter imperanti Virtutes sic ancillentur, ut nihil provideat Prudentia, nihil distribuat Justitia, nihil toleret Fortitudo, nihil Temperantia moderetur, nisi quod à Vanâ gloriâ jubeatur, & aliorum oculis placiturum speretur. Et quid, oro, improbo hoc dominatu iniquius? Fœdissimum illud monstrum, illa vetæ Gloriæ larvalis umbra, amplissimis reginis, Virtutibus sic illudat, & vel invitâ cogat sub imperium proflus detestabile? Ita sanè fit, sic vivitur, sic servitur: hæc mundi sunt spectacula, hæc illius miracula, operosa, fatidica, & saepe multi sudoris, sed laudis appetitui non difficilia: sub Vanæ gloriæ amabile imperium fluunt omnia; ipsæ Virtutes ad hæc suavissimam vim degenerant, & generosam suam continentiam, hic expugnant non valde nolunt, transeuntque in

arbitrium fucatae Gloriæ. Sed, *Alien dico vobis, receperunt mercedem suam.* Romanorum domini, quàm præclare gesserunt multa; quanti armis togæque? quàm laudata eorum Justitia, quàm exquisita Prudentia, quàm Clementia celebris, quàm invicta Fortitudo, quàm Temperantia illustris, quàm casta & impenetrabilis Pudicitia, quàm admirandâ Constantia? Sed *receperunt mercedem suam.* Locupletissimus testis Augustinus: Honor, inquit, & gloria quæ à Deo Romanos fecit illustrissimos, merces fuit bonorum operum quæ egerant, nec est quod de summi & veri Dei Iustitiâ conquerantur. Eximia illorum erant opera, sed præmium se dignum retulerunt. Gloriam ambierunt, & certè obtinuerunt: Fines imperii Romani, Orbis & Oceanus, ita ut quidquid opportunum fuit aut dignum vinci, vicerint. Itaque terminos sibi fecerunt Orientem & Occasum, exceptis locis inaccessis aut inhabitatis vel ignobilioribus: *Receperunt mercedem suam.* Equissimus Deus, nihil vitii, nihil & virtutis sine supplicio &

præmio transmittit. Unde actionibus illis melioribus, Deus a quibus tamen cælum deberi non vult, congruam, & actionibus extra cælum remunerationem assignat: recipiunt mercedem suam, sed ita ut non recipiant æternam. Ah, quantum ubique laboratur, sed nihil ad cælum hilabores. Obsecro, vel aulas tantum inspiciamus, quàm hic varii generis servitia sunt, quàm exactæ sedulitates quàm compræ patientiæ, quàm pictæ fidelitatis, quàm operosa solertiæ! totos dies & saepe in adultam noctem stare, aut ad omnem lassitudinem huc illuc excurrere, plurimorum invidiam tolerare, omnes heriles nutus observare illic quotidiani usus est. Et sunt qui hæc omnia religiosissimâ urbanitate faciunt, sed præter pecuniam & gratiam nil expectant: *Receperunt mercedem suam:* non enim quàm Deo, sed quàm Principi chari essent, laborarunt. Alii ad negotia & curarum subtilitatem in aulis admoti, vigilantissimos oculos in omnem partem emittunt, ne quid regis gazis aut honoribus decedat, sed saepe hi boni viri, dum attentissimâ sollicitudine curant omnia, animum suum inter curanda non numerant, modò crumenam faciant, modò Principis gratiam non perdant, tantisper sui ac cæli negligentis esse licitum credunt, & seipos vix unquam conveniunt, cum conscientia suâ rarissimè, & non nisi obiter loquuntur, suam in rebus agendis intentionem non examinant: ceterum de rebus omnibus suavissimè confabulari norunt, de cælo per horam differentem, audire ægerimè sustinent: verbo dicam, non solent esse domi suæ, & seculo loqui, omnibus aliis fideiores quàm sibi. Et hi quoque, *Receperunt mercedem suam,* humani favoris auram, & aurum, splendentis terræ particulam, heu mercedem post funera non duraturam! Ergo, *videte vosmetipsos* (ô Aulici, ô quicumque alii) *ne perdati quæ operati estis, sed 2. 10. m. c. 6. ut plenam mercedem accipiatis.* Seduli estis, & diligentes in officiis vestris? bene hoc quidem: Sed quod diligentes videri

tionibus melioribus, quibus cælum deberi non vult, extra cælum remunerationem assignat: recipiunt mercedem suam, sed ita ut non recipiant æternam. Ah, quantum ubique laboratur, sed nihil ad cælum hilabores. Obsecro, vel aulas tantum inspiciamus, quàm hic varii generis servitia sunt, quàm exactæ sedulitates quàm compræ patientiæ, quàm pictæ fidelitatis, quàm operosa solertiæ! totos dies & saepe in adultam noctem stare, aut ad omnem lassitudinem huc illuc excurrere, plurimorum invidiam tolerare, omnes heriles nutus observare illic quotidiani usus est. Et sunt qui hæc omnia religiosissimâ urbanitate faciunt, sed præter pecuniam & gratiam nil expectant: *Receperunt mercedem suam:* non enim quàm Deo, sed quàm Principi chari essent, laborarunt. Alii ad negotia & curarum subtilitatem in aulis admoti, vigilantissimos oculos in omnem partem emittunt, ne quid regis gazis aut honoribus decedat, sed saepe hi boni viri, dum attentissimâ sollicitudine curant omnia, animum suum inter curanda non numerant, modò crumenam faciant, modò Principis gratiam non perdant, tantisper sui ac cæli negligentis esse licitum credunt, & seipos vix unquam conveniunt, cum conscientia suâ rarissimè, & non nisi obiter loquuntur, suam in rebus agendis intentionem non examinant: ceterum de rebus omnibus suavissimè confabulari norunt, de cælo per horam differentem, audire ægerimè sustinent: verbo dicam, non solent esse domi suæ, & seculo loqui, omnibus aliis fideiores quàm sibi. Et hi quoque, *Receperunt mercedem suam,* humani favoris auram, & aurum, splendentis terræ particulam, heu mercedem post funera non duraturam! Ergo, *videte vosmetipsos* (ô Aulici, ô quicumque alii) *ne perdati quæ operati estis, sed 2. 10. m. c. 6. ut plenam mercedem accipiatis.* Seduli estis, & diligentes in officiis vestris? bene hoc quidem: Sed quod diligentes videri

Mat. 2. 1. v. 19.

Mat. 2. 1. v. 19.

Gen. 1. 1. v. 17.

Protoplasti curi diuturnâ severitate puniuntur.

Luci 1. 4. v. 6.

Jan. 4. 1. v. 4.

Chry. in ep. ad Rom.

Jan. 17. m. v. 17.

Jan. 17. m. v. 17.

Jan. 17. m. v. 17.

Jan. 17. m. v. 17.

Jan. 17. m. v. 17.

res videri vultis; hoc jam male, imò hoc jam pessimè, quod sepe vobis curæ non est, quâ fideles & industrii sitis, sed quâ esse videamini. Videte ergo vosmetipsos, ne & vos olim audiaris: *Receperunt mercedem suam.*

S. V.

Currit olim Jephthaa Virgo parenti è bello reduci, laudes amantissimi patris decantatura, & unâ victoriam ac triumphum gratularura. Audit Jephthe quantis patrem præconis afficeret filia, sed tamen hanc laudatricem, quamvis invitus, pro laudum præmio jugulavit. Facinus ingens, & nobis profus imitandum quâ licet. In bello sumus & nos, nec unquam non satis hostium est: omnis diabolorum impetus deservit, sola tamen caro nunquam non refractaria, bellum movet continuum. Postquam rem præclare gessimus in hoc bello nostra nobis filia prodiit obviam, pulcherrimus nos elogiis affectura. Hæc est, ut Origenes explicat, Inanis gloria, quæ tunc maxime apparet laudibus instructa, cum res strenuè & feliciter gesta est. Cum Xenodochium locuplerasti, cum templum condidisti, cum prolixas preces iniisti, cum pauperulam virginem dotaisti, cum liberaliorem stipem dedisti, cum strictius jejuniū observasti, tunc blanda illa filia sese fert obviam, ore pleno, quidquid factum dilaudans, & velut suave carmen, hæc talia ingemians: Quam præclare, quam piè hoc & laudabiliter, quam istud religiosè & sanctè; quam hæc res boni exempli, factum nobile, quis negaverit? viciisti teipsum, res loquitur: sic dequit, & utinam multi te imitentur: iniquiter egisti. His virtori applaudit blandissima hæc filia. Quid hic agendum? Tu, si vis es, & labores tuos non vis esse casios, hæc grandem affectum indue, & laudatricem hanc generosâ manu jugula; quidquid à te factum, unâ cum omni laude integerrimè ad Deum remitte, & rectam intentionem quam actionis initio tibi sumpteras, ar-

bus & fructibus insidiatur. Expectat formica, dum perficiatur. triticum. Cenodoxia verò dum congregentur opes: gaudet illa ut furetur, hæc autem ut dissipet. Operarius ebriosus, inquit Sira-Ecc. c. 10. eides, non locupletabitur, qui quod actione honesta colligit, per ebrietatem vanæ gloriæ dissipat.

Sed vereor, ne multi hæc monita non satis capiant. Hos mores hoc ævo amamus, ut cum vitium aliquod perstringitur, neminem facile reperias, qui illo se laborare fateatur; nec mille testibus sinceram ei confessionem expresseris. Et quis est qui se arrogantem credat & delectat? Cum tamen Augustinus Antistes longè sanctissimus; hujus se culpam minimè immunem pronuntiarit, nam seipsum disertè accusans: *Hoc mihi ipse, inquit, canto quotidie, & tamen vehementer cum adversario dimicant, sicut ab eo vulnera capio, cum delectationem oblate laudis mihi asferre non possum.* Nos quidem inanem gloriam damnamus omnes, non omnes fugimus. Nemo est, nemo qui huic morbum non peritè dissimulare se credat: plurimi ab hoc morbo sanissimos se jurabunt, cum eo maxime sint infecti, ebrii illis simillimi, qui tunc sibi maxime sapete, & animò constare, ac bellè omnia facere videntur, cum lingua titubat, & pedes: ita gloriolæ vanæ sicutent, tunc se primum velut religiosissimos homines circumspiciunt, cum ex hoc multo probè sunt appoti. Idcirco Chrysostomus: *Intolerabilis, inquit, quædam ebrietas est inanis gloria: quicquid facit, aliorum tantum gratiâ facit.* Eâ de causâ Christus illud suum ATTENDITE, tam fideli præmonitione ingeminar, ut Inanem gloriam, velut furem yaserionum, & furandi peritissimum omni studio caveamus. Ergo, ATTENDITE, *omne bonum quod per concupiscentiam laudis ostenditur, occulti adversarii juri mancipatur,* inquit Gregorius. Spoliari vult, quifquis ab hominibus vult videri.

CAPVT VI.

Aliquot questiones super RECTA INTENTIONE.

Deo servire, non tantum omnibus legibus, & omni rationi congruam, sed nobilissimum ac optimum obsequium est in Orbe, & res proptus necessaria obtinendo celo. Illa verò solarii dulcedo, quam multi sentiunt, qui Deo serviunt, mel est è celo, & res sanè præiosa. Nihilominus Deo servire ad emendam animi dulcedinem, exigue laudis est, & à sanctioris iudicii viris habita semper est hæc intentio vitiosa. Ad eò delicata res est INTENTIO PYRA, & sui ipsius amor nunquam non inimica, quacunque denum ratione is sese insinuat. Est autem sui ipsius amor omnium delectationum amicus, earum etiam quæ minimè profanæ censetur. Et quia Deus sibi non temperat, quin suis fidelioribus servis aliquid ejuscemodi mellis è celo stillet, amor proprius mox illud excipit, & ob hanc ipsam gustationem in ampliora servitia se offert. At hoc non est Deum quærere, sed seipsum, nec in donatis sed donigratiam laborare. Quod quidem à vitio non penitus immune censetur: neque enim aliud est, quam si servus aut ancilla operam suam locet cauponi, quòd speret seu honorarios seu furtivos calliculos, & crebriores dominicæ cœnæ reliquias: aut si quis in servitum se tradat pharmacopæo, aut dulciario, aut cupediario ob mellita crustula læpius iambenda. Hoc amor sui ipsius tam occultè agit (est enim subtilissimus artifex) ut aliquando seriùs, ab industrio etiam homine, deprehendatur tam recta impostura. Deprehendi tamen potest, & tunc maxime cum preces & labores, cum quidquid virtutis est, ideo in fastidio esse incipit, quia mel illud deicit. Atque si talem interroges, cur non oras, cur non laboras, sicut nuper feceras? respondebit: Non sapit nauisco, inamœna res est oratio, tæder laboris. Verum qui

Indic. 7. 11. v. 34.

Hom. 5. in Gen. ad fin. Vana gloria maxime applaudit cum res strenuè est gesta;

Et ab eo generosâ manu jugulanda est,

Lib. 5. de Civ. c. 14. ipso initio Ep. 64. ad finem.

Qui Deo potius quam sibi placere mavult.

Hom. 12. in epist. 2. ad Cor.

Lib. 3. c. 40. nu. 4. & 6.

Grad. 27. de Cenod.

Nihil est aliud p... re Dec... in... tione.

Dei. c. 14.

Item 24. epist. ad Titum, sine

Preter qu... re ad em... animi dul... cedinem exigue laudis est,

Si ad op... preces si... sibi proficiat

Et hoc non est Deum quærere, sed seipsum.

Quod deprehenditur cum preces & labores in fastidio esse incipit.

qui intentionis est sinceræ, his minimè moveretur: etsi eum laboris tædeat, laborare tamen sustinet, etsi orationem fastidiat, orare tamen non desinit; etsi molestiæ cumulentur, eas tamen tolerat; neque enim Deo servit propter calum, sed propter Deum. Et hoc puræ atque sinceræ intentionis proprium est, quod enucleatius videretur exponendum, ideo nunc aliquot super hoc ipso quæstiunculas ponemus.

I. QVÆSTIVNCVLA.

Quid minus aut facilius posset à nobis exigere Deus, quàm hoc ipsum, rectam intentionem? Nimirum id à nobis postulat, quod nullus hominum cuiuscunque status, ordinis, sexus, quantumcunque eger & pauper sit, negare possit. Quid creditor minus exigat à suo debitore, quàm hoc ipsum: velle seridè satisfacere? hoc ipsum poscit à nobis Deus: Vis solvere quod debes? jam partem maximam solvisti, nam apud me etiam velle est facere. Et cui non concessum est VELLE? hoc voluntatis ætarium ægerimus ac pauperimus, hoc afflictissimus quisque penes se habet. Jure olim Deus contra illis queritur, qui vel lenissimum imperium detrectabant: *Mandatum hoc, inquit, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum, nec in celo situm, ut possis dicere: Quis nostrum valet ad calum ascendere, ut deserat illud ad nos, ut audiamus atque opere compleamur? Neque trans mare positum, ut causeris & dicas: Quis è nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos usque deferre, ut possimus audire & facere, quod præceptum est? sed juxta te est sermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illum.* Idem prorsus de rectâ intentione dici potest: *Juxta te est valde, intentio illa, in ore tuo & in corde tuo: quid autem tibi propinquius quàm os & cor tuum? Pauperem vestire nequis, da duos obolos; adde desiderium ingens & serium omnibus egenis propter Deum opitulandi; & en pauperem vestisti. Orationes prolixas fundere, tuarum virium non est? fac quod potes, sed adde affectum validum, semper laudandi Deum: & en prolixissimè orasti. Hujus rei testem locupletissimum tibi sisto Chrysothomum, qui disertè confirmans: *Non parantur, inquit, hæc sumptu, non labore, non sudore: sufficit velle, & consecuta sunt omnia.**

II. QVÆSTIVNCVLA.

Num quis potest plures actiones bonas simul eodem tempore exercere? Potest omnino, & levi operâ, solâ intentione. Non omnibus quidem facile est, de unâ fidelitâ duos dealbare parietes, varium pulmentum eodem pultario simul coquere; diversos colores ex eâdem conchâ promere: At hoc bonæ intentioni facillimum est, non duobus tantum parietibus, sed decem, opus albarium superinducere ex eodem vase. Utillissimum prorsus est, ad operis initium plures fines seu intentiones præstitueri. In exemplum sit hoc: Ad rem divinam, & ad sacrum eo. 1. Ex obedientiâ in dominum meum, quem ex officio comitari debeo, uti Aulica Nobilitas sum Principem. 2. Obsequium meum volo sincerum sit, non enim deducam tantum Dominum, ut aliquorum mos est, qui post primum ingressum templi, mox se subducunt, ad finem præsentis se sistunt Domino, tanquam si semper adfuerint: talem ego hypocritam non agam. 3. Ex obedientiâ in Ecclesiam, cui hoc dominicis & festis diebus debeo. 4. E grato animo in Deum, ut illi gratias agam ob accepta tot beneficia. 5. Cum hodie calum rigeat, & tempestas perfrigida sit, patientiam exercebo. 6. Cum non desint qui me pessimè oderint, pro his inimicis meis Numen seridè deprecabor. 7. Fidam Deo; haberem equidem abundè quod domiagerem, sed Deus hanc à domo absentiam occulto fœnore pensabit. En tibi septenas intentiones, seu, septem virtutis actus, duplicis obedientiæ, Sinceritatis, Grati animi, Patientiæ, Charitatis, Fiduciæ in Deum.

A Addi possent totidem alii. Hoc nimirum est, *Virgula summi ex aromatibus myrrha & thuris, & universi pulveris pigmentarii.* At dicas: Mihi difficile nimis est tot actus multiplicare, & uno quasi halitu tam multa intendere animo. Hoc ergo consilii tibi do, mi homo, unam atque unicam Dei voluntatem animo tuo amplectere; & quidquid agas, hoc semper præmittas: *Propter te Domine, & hoc, & illud, & istud, & omnia faciam: propter te Domine, tuo honori; tuæ voluntati; tibi sit quidquid demum à me fit.*

Qui tamen æmulari vult illos Deo familiariore viros, ducem habet qui viam monstrat, ad sublimiorem hanc sapientiam. Sanctissimus rex David, in suis actionibus & tam immensi populi gubernatione, plures indubiè sanctas intentiones jungebat: nam quos suæ fidei & sceptro commissos susceperat, *pavit eos in innocentia cordis sui, & in intellectibus manuum suarum deduxit.* Quid hoc? nunquid & manibus est intellectus? Etiam plures, sed tales quos David suis manibus inferebat. Utique sapientissimus, optimus rex in suis actibus, quos ille manus nominat, præstantissimos diversi generis affectus in Deum copulabat. Quid sacra regis hujus carmina sunt aliud, quàm nobilissimorum affectuum medulla, seu, thesaurus sanctissimarum intentionum? quid frequentius suspiraverit rex David, quàm hoc ipsum: *O si tibi placeam Domine, populum mihi commissum rectè gubernem, cultum tuum undique terrarum augeam: Utinam, mi Deus, te nunquam non laudem: Utinam omnia membra mea linguæ fiant decantandis tuis laudibus. Exultabunt labia mea cum cantavero tibi. Misericordius Domini in æternum cantabo.* Etiam impios docere non reculo, ut redeant ad te, ô mi Deus. Vilissimus sum & abjectissimus, modò sum in tuâ domo, mi Domine. Malè sit, malè hostibus Dei, malè omnibus qui oderunt Deum: Bene fervis, bene amicis Dei, bene omnibus qui diligunt Deum. En præclarissimos piarum manuum intellectus! mille talia spirabat animus illius Hebræi Monarchæ. Verè, *in intellectibus manuum suarum, deduxit velut oves populum suum, innumeris intentionibus calum fatigavit.* Hæc illa pia vis est calo cum virtute inferenda. Calum rapit, Deum expugnat, qui hoc modo, qui toties ad calum, ad Deum aspirat.

III. QVÆSTIVNCVLA.

Quid rectam intentionem plurimum vitiat? **AMOR** Amoris sui verbo dicam: cum quis omnia suavi meatu ad se derivat, & hoc unum animo agit: Mihi hoc placeat, hoc mihi sapit, mihi hoc prodest; hoc meo bono, meo commodo, hoc ad meum sensum & labiur fit, hoc mihi jucundum & volupe, hoc demum me mihi reddit. Hic amor sui silvestris taurus est, fera pessimâ, quatuor cornibus arietat in rectam intentionem. Cornu primum, honoris, titularum, laudis Aviditas, quæ hoc unum magni æstimat, eminere, & præ aliis videri. Cornu alterum, Aviditas delectationis, quæ docet cibum potumque sumere, non tam necessitati quàm voluptati, neque mensam accumbere, ut sedetur fames, sed ut Gula propitietur. Idem in aliis corporis oblectationibus observat. Cornu tertium, Aviditas opum, quæ labores ingerit multos & graves, eo solum nomine, ut magis magisque intumescant marsupia. Cornu quartum, Aviditas damni alieni, hæc multiplici fraude instructa, dicit facitque quod aliis noceat, saltem quod molestiæ, quod offendiculo, quod nausæ sit: neque tamen semper apertâ molitione in aliorum perniciem laborat, nonnunquam enim tam commode, tantò que circuitu peccat, ut nihil minus videatur velle, quàm eos, quos odit, lædere. Assiduum & exitriabile Principibus malum, apud quos gratiosi, prætextu juvandi aut monendi, fatiant invidiam, & interdum æmulos laudibus attollunt, ut maligna deinde inferentibus sit prior fides. Ita sui amor cornuta

cornuta bestia est, & omnem bonam intentionem quadruplici hoc cortu ferit, ac dejicit; caveto. Pessimum veri affectus venenum est, sua cuique utilitas.

Itaque amor sui hoc spectat, ut ubique in sagina sit; ipse se pascit, se curat, facitque quod ille olim, de quo Gellius memorat. Cum quidam corpulentus ac nitidus equum haberet macilentum ac strigolum, rogatus quid esset in causa quod ipse longe curatior sit, quam equus ipsius? respondit, mirum non debere videri, si equo suo esset habitior, quandoquidem ipse se curaret, equum Status servus. Ita profus Amor sui, quidquid non suum putat, aut id aliis mandat, aut levissime curat: ad commoda sua sudare, hoc esse sui muneris putat. Certum: tantò miserius pessum it bona intentio, quanto felicius sui amor invalescit.

IV. QVÆSTIUNCVLA.

Recta intentio commendat ea quæ estimationis vilissimæ sunt. Exod. c. 25. vers. 3.

Ubi in divinis paginis tam multa, estimationis alioqui vilissimæ, adeò exaggerantur? ut incautior Arcæ tactus, ligna Sabbato collecta, multitudo subditorum numerata, calix frigida porrectus, lascivior femine aspectus, &c. Moses olim proclamans: *Hæc autem sunt, quæ accipere debetis, aurum & argentum, & es, hyacinthum, & purpuram, coccoque bis tinctum, & byssum, pilos caprarum &c.* Inter munera censei aurum & argentum, nil miri: Sed quo pretio inter hæc sunt pili caprarum, donum profus ignobile? Etiamne Deo chara tam vilia & minuta? Quæntilla res, pugillus farinæ & paullulum olei Eliæ obsequio impendunt? Quid duo illi numuli viduæ, num tantum postulabant elogium, quantum tulerunt? Sederat Christus & tanquam ad maximè ferium spectaculum intentus, spectabat turbam quæ in sacrum gazophylacium ingenia munera jactabat. Inter tot opulentos viduæ quædam pauperula plus non attulit quam æra duo minuta, unicum quadrantem. In hanc

Reg. c. 17. vers. 12.

Luc. cap. 11. vers. 3.

DOMINVS benignissimè pronuncians: *Verè dico vobis, inquit, quia viduæ hæc pauper plus quam omnes misit.* Exiguum fuit quod illa muliercula in ærarium contulit, sed amplius non potuit: multoq; gratius venit quod tam facili quam quod plenâ manu dabatur. Nam hæc munera non in rebus, sed in ipsâ beneficiendi voluntate consistunt. Plurimum dat qui pauca etiam dat magnificè, & Regum opes æquat animo, qui exiguum tribuit, sed libenter: qui paupertatis suæ obliviscitur, dum alienam respicit: qui accipere se putat beneficium cum largitur: qui dat tanquam non receptorus, qui occasionem quâ profit, & occupat & quærit, hic & dirissimus est, & liberalissimus, ob rectam intentionem. Quid igitur, obsecro, adeò commendavit illos numulos, quid farinulam illam, quid caprarum pilos: una arque unica RECTA INTENTIO. Hæc est quæ omnium penora, thesauros, æraria, quæ omnes Perficas gazas superet. Nil dicitur Rectâ Intentione.

V. QVÆSTIUNCVLA.

Luc. cap. 18. vers. 1. Quæ ratione possimus dormire orare.

Ubi quis dormire simul & precari potest? Equidem Servator serio præcepto exigens: *Quoniam, inquit, oportet semper orare & non desicere.* Ergone etiam dormientes orare, possimus? Possimus, si velimus, idque hac ratione. Quietè præmittenda est oratio, & ipsa quies in Dei obsequium offerenda, ejuscemodi ferè verbis: Cupio, mi Deus, ut, quoties hac nocte animam duxero, toties singulæ respiraciones meæ te laudent, tanquam si semper illud pronunciem: Benedictus Deus, Benedictus &c. Aur: Cum tuo, mi bone Jesu, somno, quem tu in terrâ cepisti, jungo & meum, tibi que unâ offero. Qui sic ad somnum se parat, semper orat.

Monil. spi. rit. c. 9. mibi pag. 93.

Ludovicus Blofius hujus rei mentionem faciens: Dominus, inquit, ad virginem Mechtildem dixit: *Quando quis somnum capere vult, meditetur aliquid de me, aut mecum loquatur.* Ita enim licet corpore dormiat,

A mente tamen vigilabit ad me. Etiam dormiturus quisque desideret, ut singulas respiraciones, quas nocte illa faciet, tanquam eximiam mei laudem suscipiam, & ego qui sanctis votis pie amantissimæ animæ deesse non possum, in veritate desiderium ejus implebo.

Sanè non satis capere videmur quantum emolumentum adferat, sic omnia in divinis honores reducere. Nullo non temporis momento lucrari possumus. Et quam suave hoc virtutis compendium est, edendo etiam, bibendo ac dormiendo posse emereri cælum? Solâ profectò intentione potest quis uno die plus promereri quam alius quispiam toto anno. In vineam laboraturus serò venit, qui horâ diei penultimâ venit, non minùs tamen denarium accepit quam qui à primo mane in serum vesperum sudarunt. Aliud est operari impèdere prolixum, aliud intentam. Non tam spectat Deus, quamdiu quis laborarit, sed quam bene.

Nec rarum est, ut facillimum quid factu & vilissimû, majoris sit pretii ob rectam intentionem, quam actio quævis excellentissima, sed illâ intentione destituta. Et cui non placeat ars, quæ ingeniosam directendam celeritatem doceat? Hæc est ars illa, *Recta Intentionis notitia*, hæc illa Midæ virgula est, quæ quidquid tangit, inaurat.

Hoc sanctum Ignarium Lojolam movit, ut suis omnibus assiduam rectæ intentionis studium altissimè voluerit impressum, hæc ipsâ lege: *Omnes rectam habere intentionem studeant: non solum circa vitæ statum, verum etiam circa res omnes particulares, id semper in eis sincerè spectantes, ut serviant & placeant divinæ bonitati propter seipsum.*

VI. QVÆSTIUNCVLA.

Quodnam opus Deo gratissimum? Si nos hac in re possimus estimatores esse, censemus illud omnium præclarissimum, cui plurimum inest divini amoris, seu quod à ferventissimâ intentione uni Deo placendi provenit: Ludovicus Granata hac de re differens: *Illud opus, inquit, Deo gratissimum, quod solis ejus oculis conspicuum, est hoc solo nomine, quod Dei causâ sit factum.* Quantis sæpe desiderii pectora sanctorum æstuant ampliandi divini honoris, etsi decies, etsi centies impendeuda sit vita. Hæc ipsa desideria tam ardentis in Deum affectus, inter maxima virtutum opera sunt recensenda.

Opus à ferventissimâ intentione Deo placendi profectum est Deo gratissimû.

Reperiuntur actores Comici, qui in gratiam unici alicujus domini totam exhibent comœdiam; sed unus ille liberalius lucar persolvit quam aliorum spectatorum plurimi: Sic homo integerrimæ intentionis quotidie divinis obsequiis se offerens: Tuis, inquit, solis oculis, mi Domine, spectaculum edo, tibi spectatori actor sum horis omnibus: aliorum spectantium oculos & aures penitus non curo: quidquid illi de me dixerint, senserint, susque deque habeo, modò tuis oculis, modò tuis me auribus probem; omnes res posteriores pono, atque operam tibi do, tuum, mi Deus honorem curo.

Priscis celeberrimum erat: Alter alteri satis magnum est theatrum vir probus. Epicurus cum uni ex confortibus studiorum suorum scriberet: Hæc, inquit, ego non sine multis, sed tibi: satis enim magnum, alter alteri theatrum sumus. Homini probò nimis quam magnum theatrum est Deus; Deo quoque sat amplum theatrum est probæ intentionis homo. Qualia theatra fuerunt Deo unicuique Abraham, unicuique Paulus, qui sincerissimæ erant intentionis:

VII. QVÆSTIUNCVLA.

Quoties renovanda est recta intentio? S. Bernardus: *Si quis diem, inquit, ita consumat, ut omnibus actionibus grave Dei odium misceat, peracto die quot gehennas promeruerint toties repetita flagitia? Contrâ verò si quis diem sic transigat, ut in cunctis actibus sincerum Dei amorem exerceat, quam altam in celo sedem hic obrinuerit? est enim*

Creberrimè de die recta intentione renovanda est.

Mat. cap. 4.

Quinq; tempor de die inavai dan tot cost o servand

Nullum opus me naturale, magis grati est vitæ æternæ.

Peccata levia sunt gravia si tantum tunc non recedat. Gen. cap. 35. vers. 34.

prætoritam intentione optimâ egisse. Securissimè profecto morietur, quisquis vixerit sincerissimè. Si enim bonus Deus tam liberalem manifestentiam decrevit in singulas quantumcunque viles actioneulas, sibi tamen bonâ intentione oblitus, quam largis muneribus excipiet omnem vitam sibi semper sincerâ mente devotam?

Sed quis horror & tremor occupabit miserum, cui conscientia omnem vitæ seriem pandet ex ordite, illudque stebili exaggeratione vociferabitur: Nec inter homines, nec cum Deo egisti sincerè: sæpe alios, teipsum semper turpissimè fefellisti: alius videri volebas, alius eras: honestatem verbis præferebas, non animo: quoties amicitiam gestu & ore mentiebaris, mente capitalis hostis? quoties actionibus tuis pulcherrimam larvam induebas, ut eâ intentionem improbam velares? nullum & mera mella loquebaris, mens invida novaculam acuebat: variegatâ pavonis tunicâ te creberimè ostentabas, animo milvum & vulturem fovebas, tam pulcherrimis, quam turpis intus. Sed teipsum decepisti, non Deum, cui patenti omnia. Væ tibi, vae omnibus qui intentione sapius nullâ; frequenter non purâ, plerumque malâ, actiones suas non Deo, sed suo genio, sibi que offerunt, & petidisti.

Supremo die iudicii plurimè illud poterit opprobriari: *Argentum istum versum est in scoriâ: Vinum tuum mistum est aquâ.* Equidem nitabant opera tua, velut purum pitum argentum, sed quia tam frequentem malâ intentionis militiam admiserunt, in argentum reprobum, imò in scoriâ mutarunt. Quam igitur assidue clamandum: *Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.* Christi præceptum est: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent (non vos, sed) patrem vestrum qui in cælis est.* Ergo, *benedicite omnia opera Domini Domino, laudate & superexaltate eum in secula.* Omnia omnino opera nostra, minima, maxima benedicant Deo in æternum.

CAPVT VII.

De dictis circa RECTAM INTENTIONEM quæ consequantur: ubi uberius de Temerario Iudicio.

Plures sunt artium pulchræ quidem, & minime plebejæ, at quia nil faciunt ad farinam, aut lucrandum panem, ideo non magno ambitu frequentantur: Quid prodest, ajunt, hæc scire, & esurire? Multa inter doctos, multa etiam in templis pro suggestu disputantur, de quibus illud verè pronuncias, *Non est de pane lucrando, imò, non est de lucrando celo.* Cui bono est, facundissimè temporum seriem percurrere, quid juvat stellarum numerum & ortus nosse, quid prodest orbium celestium motiones scire, si nescias artem quæ te supra stellas evchat? Quam multi potientur celo, tamen nunquam audierint dubitari, an consistat cælum, moveatur terra.

At verò ars hæc, quæ docet quâ ratione tractanda sit omnium humanarum actionum AMVSSIS, ut maximè facit ad lucrandum panem, panem Angelorum, panem in regno Dei manducandum.

De pecuniâ verus est cantioncula: Et genus & formam regina pecunia donat. Vertamus, & rectius cantabimus: Et genus & formam regina intentio donat. Intentio sincera rebus omnibus conciliat cælestes pretium; absque hac omnes etiam nobilissimæ actiones jacent inhonoræ & nullius pretii. Ad hujus rectæ intentionis ampliorem cognitionem necessarium prorsus est, ostendere jam quid ei sit et dictis consequens. Itaque aliquot ordine consecutiones subjungam.

Isaia cap. 1. vers. 22.
Psal. 113. vers. 9.
Matth. c. 6. vers. 16.
Dan. cap. 3. vers. 57.

Recta intentio est ars quæ facit ad lucrandum panem Angelorum: Luc. cap. 14. vers. 15.
Et conciliat cælestes pretium.

I. CONSECVTIO.

Qui errat in intentione, errat in omnibus. Res tota in aperto est, & mille testimoniis hoc unum certius est: *Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit.* Totum corpus, totum. Quid clarior? Qui in itinere aberrat à viâ, quò plus progreditur, Matth. c. 6. vers. 23. gravius errat: sic quò quid vehementius agitur, aut quò nobilior actio suscipitur, hoc pejus fit, si bona intentio desit. Omnibus actionibus nobilitatem impertitur intentio; si hæc ignobilis sit, & carnem, vel terram oleat, qui aliis dabit, quo ipsa caret: Qui tractat litteras, tantum ut sciat, qui Religionem ambit, ne panis desit, qui aulam seclatur, ut disceat, vel extollatur, qui sacerdotium quærit, ut culinam inveniat, toto celo aberrat: horum omnium quia nequam oculus est, totum corpus tenebrosum est. Rectè Gregorius: *Lucerna itaque corporis est oculus, inquit, quia per radium bonæ intentionis, merita illustrantur actionis.* Et si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. *Quia si rectè intendimus per simplicitatem cogitationis, bonum opus efficitur, etiamsi minus bonum esse videatur.* Et si oculus tuus nequam fuerit: totum corpus tuum tenebrosum erit: *quia cum perversâ intentione quid vel rectum agitur, est splendore coram hominibus cernitur, apud examen tamen interni iudicii obscuratur.* Ad id: *Vide ergo, ne lumen quod in te est, tenebræ sint.* Si lumen quod in te est tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? quia si hoc quod bene nos agere credimus, ex malâ intentione suscipimus, quantæ ipsæ mala sunt, quæ mala esse, etiam cum agimus, non ignoramus.

II. CONSECVTIO.

Opus bonum bonâ intentione omitti potest, sed Opus bonum bonâ intentione omitti potest. nullâ, inquit, re mundi, & pro nullius hominis delectatione, aliud quod malum est faciendum: sed pro utilitate tamen indigentis, Opus bonum liberè aliquando intermittendum est, aut etiam pro meliori mutandum. Hæc sæpe graviter impingimus nec sentimus. Sunt quibusdam in dies singulos statæ præcatiuncula, sunt certæ, quas vocant, devotiones, his quandoque tam pertinaciter inhaerent, ut fame sicutque alios potius perire, quam aliquid suæ consuetudinis intermittere velint. Hanc ego piam malitiam vocaverim, quæ sæpe ad infamiam laboramus: nullâ aliorum curâ tangimur, in nostram dumtaxat rem sapimus: quidquid fiat aliis, nostra nobis semper potiora sunt: hæc devotiones, & præcatiunculæ nostræ nemini cedunt. Sed quando fatius esset, charitati Christianæ, quam pietati tam obstinatæ morem gerere, quanto majore lucro hæc talia aut omitterentur, aut certè differrentur? Fuèrunt plurimi inter præcos Ascetas observantissimi jejuniorum, reperti tamen ex his qui in gratiam hospitum se xies, aut septies possent prandere, & semper esurire. In rebus animi longè utilissimum est, utilitates suas in tempore omittere; & sæpe maximum est commodum, nullam sui commodi rationem ducere. Optimè in rem Gregorius: *Plerumque enim virtus, inquit, cum indiscretè tenetur, amittitur, cumque discretè intermittitur, plus tenetur.* Hiinc aptè deducitur.

III. CONSECVTIO.

Hoc purior est intentio, quo quis minus quærit seipsum, & hoc impurior quo quis magis rem suam sapit, & agit. Abel primus & martyr, & virgo sacrificaturus Deo, optima quæque sacrificio destinavit; daturus meliora, si potuisset. *Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum.* Miram hæc Abelis in Deum liberalitatem observans Chrysostronus: Non tantum, inquit, de ovibus, sed de primogenitis, de optimis & selectissimis obtulit, & ex his ipsis quod præstantissimum erat, selegit, & de adipibus eorum pinguisima quæque altari fecerit. Nil simile fecit Cainus, sed, *factum est autem*

Qui errat in intentione, in omnibus errat. Matth. c. 6. vers. 23.

Dem. c. vers. 7.

In rebus plurimis sola intentio præcipuo officio afficitur. Lam. lib.

1. Cor. c. 8. vers. 12.
Gen. c. 22. vers. 12.

ibid.

Gen. cap. 8. vers. 10.

ibid. v. 11. c. 12. vers. 10.

post

post multos dies, ut ferret Cain de fructibus terrae munera Domino, arborum foetus, & obvia quæque ad sacrificium rapuit. Itaque Abel quasi convivium instruxit Deo, Cain convivii epilogum, poma, nuges, pira agreste munus concessit. De hoc pulchrè Augustinus: Cain, inquit, non rectè divisi, quia malè vivens, dedit Deo aliquid suum, sibi autem seipsum.

Dant. c. 34. In Mose Deuteronomium prædicat: Non caligavit oculus ejus, nec dentes illius moti sunt. Interpret vetus: Nube malitiæ, inquit, intuitus pie intentionis à recto non deviat: Moses enim Deum quæsit, non se: hinc intentio illius tam pura & firma.

Bernardus illud de Paschatis agnò præceptum explicans: Custodit Dominus, inquit, omnia ossa eorum, unum ex his non salteretur, quia nunquam propositum cordis eorum, nunquam falubris intentio conteritur, ut concupiscentia virilanti detur assensus. Intentionem igitur & propositum mentis eà sollicitudine custodiamus, fratres, quæ vitam animarum nostrarum. Tantò igitur, ô Christiane, sincerior est tua intentio, quantò minor tui ad teipsum affectio.

IV. CONSECVTIO.

In rebus plurimis sola intentio præmio aut supplicio afficitur. Nimirum cum deest facultas, mercedem accipit voluntas. In omni officio magni æstimatur dantis voluntas: promptè dedit, qui citò voluit; plurimum conulit, qui plura non potuit. Sciebat Plato fastidiri se à Dionysio rege Siculo. Quapropter admitti petiit, & aures sibi dari. Admissus, sic fari cœpit: Rex potentissime, num impudè sineres abire, si quis Siciliam fuisset ingressus eo animo, ut grande tibi malum inferret, tametsi objectis impedimentis mali nihil intulisset? Ad hæc Dionysius: Nequaquam, ô Plato, inquit, nam hostium non tantum mala facinora, sed & consilia ac proposita mala sunt puniendâ. Hic Plato subjungens: Quod si quis, inquit, venisset in Siciliam, Majestatis tuæ honoris, & bono, plurima facturus, impediretur autem non sua culpâ, sed occasione & fortunæ, num æquum foret, hunc talem sine omni gratiâ, cum dedecore & ignominia dimittere? Equis est iste, ait Rex. Mox Plato: Æschines, inquit, vir sincerissimus, tam fidus Socratis amicus quam ullus alius, & qui eos omnes, quibuscum consuevit, possit facere meliores. Hic plurimum maris enavigavit, commune acturus negotium, & alios quoque artis suæ facturus participes, hæcenus tamen neglectus est. Brevis hæc peroratio sic affectu Dionysium regem, ut Platonem antea exosum amare, Æschinem laurè tractare cœperit. En etiam homines solam puniunt intentionem, aut munerant, quantò magis

1. Cor. c. 8. Deus? Si voluntas prompta est secundum id quod habet, accepta est; non secundum id quod non habet.

Gen. c. 22. Quantâ cum laude exaggeravit Deus illud Abrahami facinus illusterrimum? Et non pepercisti unigenito filio tuo propter me. Tamen parentis gladius filium non attingit, non pilum ei læsit. Voluntate Abrahamus, filio non pepercit; animo illum jugulavit. Intentione jam sacrificavit. Hoc Deus in sacrificio perfectissimum acceptans. Nunc, inquit, cognovi quod timeas Dominum. Tu non pepercisti ob meum jussum, ego autem pepercit ei ob tuum obsequium: satis est mihi, Abrahamæ, te hoc voluisse, ideo non minus amplè remunerabo tuam intentionem, quam remuneraturus fuisset tuum factum.

Noëmus vix Arcæ egressus mox aram struxit tumultuariam, & tollens de cunctis pecoribus & volucris mundi, obtulit holocausta super altare, certò sciens voluntatem bonam, animique intentionem in his Deo plurimum probari. Odoratique est Dominus odorem suavitatis. En etiam nidorem & fumum sacrificii gratissimum fecit intentio. Non æstimavit Deus aves aut quadrupedes, sed odorabatur in eis fragrantissimum quid, affectum Noëmi. Quæcumque, inquit Chrysoctomus, nostrum sa-

A sacrificium sit, sive oremus, sive jejunemus, sive elemosinam desubinde confirmamus, hic illius sacrificii sit odor qui solus placet. Hoc sensu dixit Bernardus: Sola interdum bona voluntas sufficit, cetera non prosunt, si sola defuerit. Valet itaque intentio ad meritum, actio ad exemplum. Exemplo, quod dicimus, sic oculis subjiciamus. Vider quis mendicium miserimum ipse non dives, animo doler hujus vicem; suspicit cælum; agitque Deo gratias ob sibi concessa; & ô si, ait ipse secum, & hujus mendici penuriam ex integro sublevare possem, quam id facerem hilariter! Hic talis, etiam si nihil aut exiguum quid det; mercedem tamen, ac si dedisset, recipiet.

Pari modo si æger seridè & ardentè exoptet, & preces fundere, & inediâ corpus affligere, aut alia peticaris opera exercere, eâ tamen virium defectu præstare nequeat, non minus Deum sibi debitorem habebit, quam si omnia illa quæ optarat facere, fecisset. Modò animus cum Deo sic agat: Mi Deus, quam ego in tuum honorem hoc libens facerem! sed tu scis Domine, id in meâ potestate non esse: hoc ergo desiderium & voluntatem meam in locum operis tibi submississimè offero.

Hinc Chrysoctomus ingenti plurimorum solatio affirmans: Da, inquit, indigenti, si minus habueris, vel suscipium si profers, omne tribuisti. Nam insonnis ille oculus videt te dedisse quod habueras. Hinc & Gregorius: Ante Dei oculum, inquit, nunquam est vacua manus à munere, si fuerit arca cordis repleta bonâ voluntate. Ideo & à fortunis pauperemini, & à morbis afflictissimi, tam opulenta & præclara possunt Deo ferre munera, quam ditissimi atque sanissimi. Non hoc opum aut virium negotium est; voluntatis est: quæ si verè bona sit, & opes, & vires, & omnia exæquat. Quo modo est disertus etiam qui tacet, fortis etiam qui compressis vel alligatis manibus: quo modo gubernator, etiam qui in sicco est; ita & liberalis, laboriosus, & obsequiosus est, qui vult tantum, nec habet hujus voluntatis suæ ullam aliam, quam se rectem. Regius Platæ: In me, inquit, sunt Deus vota tua quæ reddam, laudationes tibi. Ecce, ô Deus, extra me non reperiam, quod aræ imponam, in meipso tamen invenio, quod tibi offeram: in memoriâ, in intelligentiâ, maxime verò in voluntate meâ reposita sunt, quæ tibi oblata, nunquam accepta non sunt.

Hæc omnia disertissimè confirmans Christus: Qui-cunque, inquit, potum dederit, uni ex minimis istis, calicem aquæ frigida, tantum in nomine discipuli, Amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Scio non esse omnium, hospitium præbere, & vitæ necessaria subministrare, ergo quod pauperibus quibusque in manu est, hausitum frigida præbeat sitienti, non perdet mercedem suam. Ergo nemo per inopiam se excuset, quo minus iis, qui Christi sunt, subveniat, cum iis etiam beneficiis, quæ nullius sunt æstimationis, tam nobile sit promissum præmium, non perdet mercedem suam. Et ne quis sumptum lignorum in dandâ calidâ pro abluendis pedibus causari possit, det solum frigidam; nihilominus ob tam tenue & facile officium, ob rem etiam tantillam, non perdet mercedem suam. Non enim in hoc beneficii genere opulenta libertas, sed pia voluntas, & recta intentio attenditur. Æstimat Deus opera magis è studio & conatu, quam è rei magnitudine, magis ex affectu dantis, quam è donis pretio. Hinc etiam minimum quid & vilissimum, in Christi honorem datum non perdet mercedem suam. In vilioribus istis frustra nos fatigari, pusillanimitatis nostræ cogitatio est, non intelligentium, quanti Deus faciat beneficium etiam vilissimum, bonâ tamen intentione collatum.

Hac de causâ Augustinus: Deus, inquit, coronat bonam voluntatem, quando non invenit facultatem. Eiusdem animi Bernardus dixit: Deus indubitanter tribuit bonæ voluntati, quod defuit facultati. Quid planius, quam quod volumus, pro facto reputetur, ubi factum excludit necessitas?

In rebus plurimis sola intentio præmio aut supplicio afficitur. Lant. lib. 3.

videm.

Gen. c. 22. v. 10.

Ibid. v. 21.

Scu bonus effectus opum cum intentione

Homil. 7. de trinit. ad finem.

Homil. 5. in Evangs.

Pauper & æger tam præclara & opulenta possunt Deo ferre munera, quam divites & sanus.

Pf. 55. v. 13.

Matth. c. 10. v. 42.

Non enim in beneficii genere opulenta libertas, sed pia voluntas attenditur.

In Pf. 105. Epist. 77.

cessitas? Nec sine causa Parthenius cœtus beatissimæ Virginis Maris mensuris schedis subscribi jubet, *Destinerium Martyrii*. Quisquis vult, fieri potest intentione Martyr. Magni est utique, Deum animo sic affari: Quam vellem, mi Deus, tibi è meo sanguine propinare purpureum poculum: paratus sum caput meum, & omnem vitam certæ morti objicere propter te. Profecit hic talis, cui non voluntas moriendi, sed facultas deest, non perdet mercedem suam, eamque amplissimam mercedem. Sæpius in magnis vel voluisse fat est.

At sunt homines ignavi, quibus æterna hiems est in pectore; ex horum numero si qui aut levi tussiculâ tententur, aut caput sentiant gravatius, aut si aura afflect strictior, voces tam piæ usurpare solent: Sacris hodie interesse non possumus, itaque manebimus domi, piè voluisse bonus Deus pro piè fecisse munerabitur; cum deest facultas, sufficit voluntas. Eâdem loquendi formulâ cum Avaritia, tum Pigrizia multorum se solatur. Cum pauperes juvandi sunt: Non possumus, ajunt, itaque voluisse juvare fatentur. Cum jejunium tolerandum: Valerudo impedit, non possumus ferre inedia; itaque dies esuriales in nos nihil imperii sibi venditent. Cum difficultas ardui operis generosè perripenda: En, inquit, quis hoc possit? veniat ergo in locum operis voluntas.

O ignavas pecudes non cælo natas! ô impiam hiemem expirantis animi! sicine vestram vobis inertiam purgare, & à re divinâ prohibitu abesse, ceteraque ad arbitrium omittere licet? nihil hæc fecerit vestræ patrocinantur. Aliud est, ô boni, difficulter & ægrè quid posse; aliud, omnino non posse. Si ea omnia negemus non posse quæ difficulter possumus, quid tandem erit inter honesta & pulchra quæ nos posse fateamur? pleraque enim omnia difficilia, quæ pulchra. Istud igitur (*Cum deest facultas, supplet voluntas*) causa vestra nil penitus faveret: possetis, modò velletis. Si quidquid non facile sit, liberè omitti posset, quid demum honesti aut præclati unquam in opus exiret? habent hæc omnia suas quæque difficultates, quas qui fugit, præmium perdit. Pellicanus avis fluvialibus conchis se complet, easque stomachi calore concoctas revomit, eligitque ex his quæ sunt esculenta. Ita, ô torpidi Chivitiani, si quid difficultatis & laboris devotare volueritis, etiam difficilia vos posse ab affectu comperietis. Qui nucleum esse vult, frangat nucleum. Non derectat pugnam, qui amat victoriam: non metuit plagas, nec certamen refugit, qui lauream appetit. Quod autem negatur posse, hoc saltem seriò velle, sit promptum. Sed progrediendum.

V. CONSECVTIO.

Damnare vel judicare hominem sceleris non aperti sumus temeritatis est.

Symmæ temeritatis est, nullum hominem judicare, aut damnare sceleris non aperti, cum intentio quæ omnes vel absolvimur, vel damnamur, soli Deo sit nota. Accersebatur olim Moses abbas, ut in fratrem, qui deliquerat, sententiam diceret. Venit ergo, sed saccum arenâ plenum humeris detulit. Rogatur quid spectaculum sibi veller? Peccata, inquit, mea sunt, quæ nec nosse satis & vir ferre valeo; jam de alienis quomodo judicavero?

Extremæ hoc profus audaciæ est, & vitium longè invisissimum Deo, animi arcana rimari velle & ipsas aliorum cogitationes ad tribunal rapere, ac sententiam in eas dicere. Tu quis es qui judicas alienum servum? Dominus suo suo stat aut, cadit. Dominus illius cor illius scrutatur; si domino suo proberur, quid tu hic te ingeris? propter quod inexcusabilis es, ô homo, omnis qui judicas; in quo enim judicas aliam, teipsum condemnas. Quot actiones ab omni ævo visæ sunt pessimæ, quæ tamen ob intentionem, non tantum non malæ, sed & laude fuerunt dignissimæ. Ambrosius, vir integerrimus lupanar ingressus est, sed ut sacros honores fugeret: Abra-

Ad Rom. cap. I. 4. v. 4.

ham Eremita, vestem mutavit velut apostata, & solitudinem deseruit, sed ut rediret sanctior, sed ut neptem à flagitiis abstraheret: Pynuphius anachoreta ad Thaidem Alexandrinam divertit, sed ut eam à Veneris cultu averteret. Quotusquisque nostrum est, si illorum aliquem ad infames latebras contententem vidisset, qui non pessimè suspicatus, mox ut judex profuisset cum dicto: Videre hominem impurum, qui sub fornice lascivas delicias quærit. Profissimum nobis fuisset hoc judicare, sed an non falsissimum fuisset hoc judicium? Ergo, *Quidquid agant homines, intentio judicat omnes*. Quod verè dixit Bernardus: *Intentionis propositum culpæ discernit & merita.*

Epist. 69. ad Gnid. abb.

§. I.

IN divinis paginis res hæc longè clarissima. Jacob Isaacii filius, ille Abrahamo dignissimus nepos, patrem maternis artificijs induxit, fratrem spe amplissimâ fraudavit, & tamen faultissimam patris præcationem impetravit. Fuit utique Jacob intentionis optimæ, qui & hoc quoque meruit elogium: *Jacob autem vir simplex.*

Ex intentione culpæ & merita discernuntur. Gen. cap. 2. v. 27.

Phinees duos homines unâ confodit, nec tamen rotâ laceratus, aut in crucem actus est; facinus illius mirè Deo placuit: *Stetit Phinees, & placavit, & cessavit quassatio & reputatum est ei ad justitiam.* Cain Abelem, David Goliathum & Uriam, Joab Abnerum & Amasam, Herodes Magnus Ascalonita Bethlehemiticos infantes, Herodes Antipas Joannem Baptistam, Herodes Agrippa Jacobum, Petrus Ananiam & Sapphiram interfecerunt: mera homicidia, & vel manu vel jussu facta, sed eorum intentiones & causæ longè diversissimæ. Eodem modo Apostolus unus, & quatuor Reges illam dolentium vocem pronunciarunt: PECCAVI. Dixit hoc Pharaon, dixit & David, nec non & Saul hoc dixit, hoc idem profus & Manasses rex, & Judas Iscariotes dixerunt, sed heu quàm non pari affectu! nam uti disparēs profus intentiones erant, sic & affectus dissimillimi. Verissimum etiamnum illud: *Quidquid agant homines, intentio judicat omnes.*

Psal. 105. v. 30. & 31.

Et quantæ actiones videri possent laudatissimæ nisi eas intentio pessima vitaret. Illud Romani nominis insigne dedecus, Catilina, ab opere censori potuisset Apostolus, non ab intentione. Æstus, frigoris, inedia, sitis patientissimus erat. *Ista tolerabat, inquit Augustinus, ut immanissimas expleret cupiditates: Apostoli ut eas premerent, & dominantis rationi servire cogerent.* Stirps Herodiana hujus rei specimen præbuit luculentum Herodes Ascalonita: *Ve & ego veniens, inquit, adorem cum.* Venisset certè, sed pugionem eruentum retulisset. Herodes Antipas Baptistæ parricida, Christo, quem Pilatus transmisserat, viso, lætatus est quidem, sed non ut Zachæus; hanc ei lætitiæ curiositas creabat; prodigium expectabat. Herodes Agrippa interfecto Jacobi, concionatorem egit: nam, *concionabatur ad eos.* Sed non ut populum erudiret, sed ut seipsum in ornatu regio spectandum proponeret; ideo in ipsâ cathedrâ ab Angelo interfectus est. *Quidquid agant homines, intentio judicat omnes.*

Lib. 2. de mor. Man.

Act. cap. 12. v. 23.

Verf. 23.

Cum ergo Deus non tam opus attendat quàm operantis intentionem, intentio autem sciri nequeat nisi à solo Deo, nimium quàm audax & intolerabilis temeritas est, ullius hominis actiones, etsi pessimæ videantur, judicare. Hoc enim facere, est perindè atque dicere: Ego cerno hominis istius cogitationes; ego intentionem illius intueor, ego Christus sum, ego venes & corda scrutor, ego sum Deus. Ex Orco hi tales judices vociferantur: *Nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est.* Exteriora aspicimus, & ab his interiora judicavimus; inde nossem tam temerarius, tamque fatuus error. Jobus in gravissimis illis ærumnis mira prolocutus, nunc disputare cupiebat cum

Herod. 1. v. 3.

Judicæ libidinis orbem ferunt. Herod. 1. c. 1. ad R. note mea De temp. sum. 20.

S. Josephi iniquam male fuisse curas est de sua c. 1. v. 4. V. Maria.

cum Deo, nunc peccata sua appendi, & examinari trutinâ, nunc scire se aiebat quod nihil impii gessisset: eju- cecmodi verba malignâ interpretatione cognati exceperunt, nec aliter iudicatur, quàm eum velut hominem flagitiosum jure merito puniri à Deo, qui tamen Deo fuerat charissimus. O iudices temerarii & improbi! Atque hi tales, ut probè noscantur, cum in suis sint cæci, in alienis sunt oculatissimi; monstro similes. Domestica, & è propinquo sua non vident; aliena, etiã remotissima, usque ad ossium medullas scrutantur: Quin etiã vident in alio quæ nusquam sunt: solis suspicionibus in aliorum vitia defigunt oculos, in quorum laudibus carent oculis. Si quid tenebrarum est, vident, noctemque non rarè in alieno cælo inveniunt, in quo plena lux est, diem esse in densissimâ nocte suâ credunt: ita in nocte diem, noctem in die reperiunt, prodigioso ubique errore: minima in aliis vitia, apud illos maxima sunt; vitia sua, virtutes arbitrantur; quò fit ut in gravissimos errores labantur. Nec mirum, oculos habent nequaquam simplices, sed in alienis invidiã ad odio, in suis amore sui gravidos. O non Areopagitarum, sed cæcum nimis iudicium!

Herod. lib. 1. S. 3.

Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum?

Cum tua pervideas oculis malè lippus inunctis?

Errasti, & errabis hinc millies. Quidquid agant homines, intentio iudicat omnes.

§. II.

Judicandi libido roci orbem infatrat. Herod. 5. in thronum non conscendant, ut carnisces, ut fideiulas, ac compedes ad se non des minime habeant, attamen & ipsi quoque eos quos peccare intelligunt, iudicant in colloquiis, in communibus coetibus, in consuetudine calculo. Et Augustinus: Maxima, inquit, pars generis humani, indiscreto iudicio ad reprehendum prompta & parata esse probatur, cum tamen non ita velit ab aliis iudicari, quomodo vult alios iudicare.

AT hæc iudicandi libido totum Orbem turpissimè infatrat: Verè dixit Chrysostomus: Non facile reperies quemquam expertem huius erroris. Omnes homines ut carnisces, ut fideiulas, ac compedes ad se non des minime habeant, attamen & ipsi quoque eos quos peccare intelligunt, iudicant in colloquiis, in communibus coetibus, in consuetudine calculo. Et Augustinus: Maxima, inquit, pars generis humani, indiscreto iudicio ad reprehendum prompta & parata esse probatur, cum tamen non ita velit ab aliis iudicari, quomodo vult alios iudicare.

Ita est prorsus; alteri alteros temerariis iudiciis continuè flagellamus. Neque in ea tantùm, quæ mali speciem præ se ferunt, sententiam proferimus, sed in ea etiã quæ benignam interpretationem non tantùm admittunt, sed & exigunt, iniqui iudices sumus. Quantum Roma vetus in Fabio Maximo hallucinata est; tantùm, nec minùs in Minutio. In hoc temeritatem pro fortitudine, in illo prudentiam pro timiditate graviter averfata est. Una tamen hora docuit, multitudinis esse proprium, nihil sapere, temerèque iudicare, ut ubi consilio est opus, eventum requirat. Sed omitto profana, quando sacris testibus abundamus.

Cùm Moses ex Æthiopiâ uxorem sibi accepisset, mox soror connubium hoc malè interpretata, fratrem mordaci iudicio perstrinxit. Neque sanctissimus rex David suæ conjugis acerbissimum iudicium potuit evitare.

Si quis patrii moris ignarus aut libidinosus, vidisset Jacobum ad fontem Racheli ferentem osculum, de lesâ castitate haud dubiam hauisset suspicionem, aut Jacobum sibi similem, hoc est, libidinosum iudicasset. Quis Juditham ad eò comptam in Assyrii Ducis castra propterantem intuitus, non simul pessimè de illâ fuisset suspicatus?

S. Ios. phus nunquam male suspicatus est de sua sponsâ B. V. Mariâ.

Longè aliter Iosephus, ille beatissimæ Virginis castissimus sponsus. Uterum gestabat DOMINI mater, æterna Virgo, Iosephus quia conjugem suam Angelò similiorem norat quàm homini, in eam sententiam adduci non potuit, ut ab eâ quidquam contra conjugii fas actum crederet. Ita rem omnem iudicio divino commendabat. Et quam vis argumentum ab oculis validissimum movendæ suspicioni urgeret, huius tamen arcani iudex esse nequaquam sustinuit. Et verò Christus ipse,

A jam morti proximus, cum immanissimum facinus illorum qui se crucifixerant, negare non posset, excusavit malitiam, & scelerum nefandam seriem miti nomine appellavit ignorantiam.

Sic Christus excusavit malitiam.

Ita omnes verè Christiani, cum factum non possunt, intentionem excusant: cum nec intentio videtur excusabilis, sibi tamen iudicandi auctoritatem non sumunt, sed id omne omnium iudici Christo transferunt. Hi sanè norunt quàm verè dixerit religiosus ille scriptor: In iudicando alios, homo frustra laborat; seipsum errat, & leviter peccat.

Thomas à Kempis l. 1. de Imitat. Christi c. 14. m. 1.

§. III.

NARRAT Anastasius Sinaita, fuisse hominem in cœlo minimè probatum, ut qui plurimum vitæ per otium & torporem exegit. Venit is ad extrema, jamque vicinus morti, nihil tamen formidinis aut horrois ostendit. Sollicitos hoc habuit adstantes, qui malè metuebant homini, ne vitæ parum emendatæ clausulam apponeret non bonam. Itaque præsentium cordatior unus: Mi frater, inquit, quantâ desidiâ hucusque vitam egeris non nescimus, & ideo miramur, undè tibi hæc securitas tam periculosa: gemitus & lacrymas hoc sibi tempus poscit, non intemptivam hanc lætitiã. Ad hæc moribundus: Ita est, Patrès, nec ego nego, inquit, vitam traduxi turpi socordiã, nec ulla jam virtutes numero. Verùm, hæc ipsâ horâ, omnium noxarum mearum chirographum attulerunt ad me Angeli, & verò etiã interrogarunt, num meas esse agnoscerem? Quibus ego: Agnosco, inquam, & doleo. Unicum tamen est, quod iudicem mihi promittat mitiorem. Ex quo monachum indui, nisi me fallat memoria, Neminem unquam iudicavi, nec ullius injuria meminisse volui. Obscuro igitur, mihi reo patrocinentur verba DOMINI dicentis: Nolite iudicare, & non iudicabimini: dimittere, & dimitteret vobis. His auditis, Angeli peccatorum meorum chirographum lacerrarunt. Hinc ego nunc hilatis & spei bonæ plenissimus in Orbem alium migrabo. Hæc ubi moribundus fractâ voce narravit, extremum vitæ spiritum edidit placidissimè. Et ne meam hinc fidem appelles, Lector, en eam signatis tabulis exhibeo. Tanti est, ô Christiani, tanti est unicum hoc velle & posse, NEMINEM IUDICARE. Plurimum poterit apud iudicem Christum, quisquis poterit non iudicare apud seipsum. Ergo, Nolite iudicare, & non iudicabimini. Quisquis errare metuit, iudicare formidet.

In oratione de sacrâ Synax.

Baron. to. 8. Anno 599. num. 14.

Luc. cap. 6. vers. 37.

Sed quis est qui hos errores velit cavere? Precabatur olim Anna, & ardentes preces largissimis distinguebat lacrymis. Vidit hanc Heli Sacerdos, & precantis os observans, arque temulentam rarus: vsquequo, ait, ebria eris? digere paulisper vinum quo mades. Iniquissimo iudicio feriebat suspiciosus hic senex optimam feminam, quæ cum esset amaro animo, oravit ad Dominum stens largiter. Porro Anna loquebatur in corde suo, tantùmque labia illius movebantur, & vox penitus non audiebatur. Hunc orantis habitum considerans Sacerdos, iudicavit illam probè appotam, vano labiorum motu demurmurare verba. Tam falsum quàm temerarium iudicium, nec illo minùs tale quod sequitur.

1. Reg. cap. 1. vers. 10. & seq.

Miserat Hebræus rex David ad Ammonitarum Principem, qui suo nomine dolerent obitum parentis nuper defuncti. Creditur illè non officii causâ ad se missos, sed ut sua omnia explorarent. In hanc sententiam deductus, barbam iis qui missi fuerant, cõtra jus geritum abrafit, & vestes turpiter circumcidit. Temeritas ingens, & quæ non impunè illi cessit. Enimvero legatis barbam ademittit, sibi autem regnum. I, nunc, & optinæ mentis consilia pessimè interpretare. Pulchre Gilbertus: Et prava intentio, inquit, & perversa interpretatio vitæ, que malignatio est, utraque filia, utraque falsa, nihil habens

Serm. 46. in Cant. p. 2.

cum columbarum natura commune. Oculi columbarum sunt, qui nec falli volunt, nec fallere norunt.

A autem omnibus liqueret iudicii hujus falsitas, Cassius in conspectu Totilæ, famulum ejusdem a malo demone infessum, signo crucis liberavit. Vitalium integerrimæ vite monachum lupanari egressum, colapho excepit homo temerarius: at mox deformis æthiops colaphum illum liberaliter rependit, & ipse viri sancti percussor furiis agitantibus amens & spumans, tandem ad ipsum Vitalium perductus est, Vitalius omnem injuriam sanctissimâ oblivione obliterans, hominem ab impuro genio vindicavit. Interim alii curiosiores tugurium Vitalii Infrantes, in chartâ repererunt perscriptam: Viri Alexandrini, nolite ante tempus judicare, quoad usque veniat Dominus. O vocem in concionem omnium mortalium emittendam! Nolite judicare, nolite, ô viri Monacenses, viri Augustani, viri Ratibonenses &c. judicare nolite.

Fuit, sed paulo aliter hoc narrat Leon. Neap. Cypri. Episc. in vita s. Ioan. Elem. cap. 35.

Ad Rom. 6. 14. v.

7. 1. v.

Math. vers. 3. Luc. 24. 8. 11. 8.

Tom. 1. de Prov. Cap. 10. v. 7. Alii Rom. 2. 4. 10.

Christus crebra & iniqua subiit iudicia,

Ioan. 6. 10. vers. 2. 0.

Nec mitiora iudicia in ejus discipulos ferebantur.

At Christus ipse, actionum nostrarum omnium multò excellentissimum exemplar, heu quam crebra, quam & iniqua subiit iudicia! Pharisei captatores acerrimi, censores impudentissimi, nequissimi iudices assidue in speculâ excubabant, si quid forè in verbis factisque DOMINI deprehenderent, quod inviso dente lacerarent. Seipsam subinde non vocatum ad cœnas invitabat. Servator: mox è suâ speculâ proclamabant Pharisei: Ecce vobis prophetam, viri amantem, comessatorem, mensarum affeclam. Cùm DOMINVS nobilissimam illam de pastore & ovibus differentiationem institueret, multi auditorum non verebantur dicere: Demonium habet, & insanit, quid eum auditis? Si cui Christus Sabbato valetudinem restituisset: mox iterum è speculâ suâ proumpebant Pharisei, & : En, clamabant, hic homo Sabbatum audaciâ manifestâ violat. Quidquid demum egisset aut dixisset Jesus, Pharisea gens quam primùm malignissimam interpretationem apponebat. Nec mitiora iudicia in DOMINI discipulos ferebantur. Cùm fame adacti spicas vellent, cùm manus superstitiosè non lavarent, cùm jejunium non ut alii observarent, mox rigidâ censurâ notabantur: cùm denique divino spiritu afflati facundissimè simul & constantissimè de Christo redivivo perorarent, fuerunt qui nequissimâ crisi facundiam hanc cavillati dicerent: Quid miramini? fœcundâ calices hoc possunt: boni viri largius obbibentes immauerunt multo; hinc tam diserti.

§. IV.

Nullus temerarios iudicum subsellia potest effugere.

Nemo est qui hæc temerarios iudicum subsellia possit effugere. Si quis paulò lautiore vestitu incedat, mox eum ad iudicium rapimus, & more nostro quærimus: Unde huic quæso tantum æris est, ut sic ad omnem pompam sese exornet? credibile, ipsum & dominum ipsum ex eodem vivere marsupio, & quod domino subtrahitur, in vestes expendi. Si quis tritiorie veste contentus, curam omnem ad mores transferat: mox adsumus, & : O hominem avarum, dicimus, nec sibi nec aliis bonum; ut numis parcat, vestitum obsoletum ac humilem probat. Si quis Confessionis & Communio- nis Sacramenta plus aliis frequentet; mox eum censuræ & calumniæ sequuntur, nec desunt qui dicant: En simulatam sanctitatem, aliis non minùs nequam est, sed alium fingit se esse quam sit. Si quis crebrius inediâ se maceret, mox sibili & notæ: En abstinentem Pharisæum, ut laudetur, esurit. Si quis fractis viribus & incommodâ valetudine jejunium indictum non observet, mox iterum pessimæ voces, & nigrum thiera: En hominem gulonem & ventri natum, qui ab unius diei incediâ mortem metuit. Si quis solitudinis & silentii amator, vitam cogitet religiosam, brevè adest non unus tantum, qui eum his vocibus lapidet: Orium sectatur iste, & bonos dies, labor ei sordere cœpit, aut desperatio illum ad hæc consilia protrusit. Si quis pravorum sodalium fugiens, moribus vivere sanctioribus conetur: hic variè & inconditi clamores oriuntur; illi adulatorem, hypocritam isti, misanthropum alii nominant. Nemo tutus à volantibus his pugionibus, quibus multorum nomen turpiter configitur. Si quis cogitationibus suis immerfus transeat nec aperiat caput honoratori, illico prosilit iudex, & : En, exclamat, factum hominis & grande supercilium! Si quis obvium amicum non salutat, aut duriusculum se faciat, in promptu est accusatio, & iudicium: En, vociferantur, quam iste odium & hostilem animum non dissimulet, en quam dedignetur nosse pauperes! Verè Augustinus: in homine, inquit, carnali, tota regula intelligendi, est consuetudo cernendi. Sanctus Cassius Narnienfis Antistes, vultu fuit rubicundiore, mox eum Totila Sacerdotem potentum iudicavit. Ut

Serm. 147. de temp. Greg. lib. 3. Alah. cap. 6.

Nihilominus, ah quoties, quam temerè religiosorum hominum cœtus & iudicantur & damnantur, tam superbiæ quam avaritiæ, aliorumque vitiorum? Quò quis ore promptior & audacior, hoc severior in eos iudex decretoriam sententiam pronunciat inexorabilis; defensionem non admittit; rationes non audit, nemini nisi sibi aut sui similibus credit. Verè, Et nos in vitium credula turba sumus.

Hinc fulminatrices illæ iudicum voces: Crux superbo huic Jesuitæ; avarum illum Oeconomum ad leonem; ad scalas Gemonias improbum hunc monachum.

O mortales, quantum supplicii vobis imminet ab his iudiciis? Orbem pænetratum ad interitum trahunt, & impudica Venus, & temeraria Crisis: illic incontinentiâ homines & libidine furunt, istic iudicii supercilio in alienos lapsus sæviunt. Ad eò vase. est diabolus, ut quos velut sanctiores ad spem eam pecudum voluptatem pertrahere nequit, hos temerarii iudicii consuetudine facillimè irretiat. Nemo fere est, qui aliis hac in re non parcere. Quanti reperuntur qui ubivis locorum ceram miniatulam, tanquam omnium censores secum circumferant, & ubi demum quod displiceat vident, audiunt, ve, mox miniatulam illud insigniunt.

A temerariis iudicibus totus orbis pænetratum ad interitum trahunt.

Her. 6. 10. 10.

§. V.

At dixeris: Si quid narret fide dignissimus, si quid hisce meis oculis videam, si quid audiam his ipsis auribus meis, nihilominus sententiam promere non audeam? Non audes, mi homo, nam & sic falli potes, & ante te falsi sunt hac ipsa ratione innumeri. Ad Pastorem presbyterum venit religiosorum quispiam, rogavitque veniam sibi daret è cœnobio migrandi, nolle enim secum fratre illo qui tam malè audiret, diutius versari. Cui Pastor: Ne faciliè, inquit, malum credideris, quod audivisti. Ille contra è viri fidelissimi relatu id se accepisse, & ideo abitionem urgere. At hæc optimè Pastor: Si, inquit, fidelis esset, nunquam id tibi dixisset. Sufurro- num & detractorum nequitiam dextrè notavit. Sed licet quippiam ipse videris & audiveris, tu tamen (ni tui officii sit) iudex in visâ & audita esse non poteris. Si sapi- pis, dices: Hoc esse factum scio, quo id animo, quâ intentione, quas ob causas, quibus impulsibus sit factum, nescio. Si tamen (quod fieri non potest) omnia tibi li- quiddò forent percognita, tu nihilominus substringe iudicium, & Dorotheo monente, dic apud teipsum: Heu mihi, quia ille hodie deliquit, ego forsitan crastinâ; stare mihi videor, cras forsitan casurus. Et illam quidem fors facti jam pœnituit, quod mihi de me polliceri sanè non possum. Bernardus: Etiam si, ait, perperam actum quid deprehendas, nec sic iudices proximum, magis autem excusa. Excusa intentionem si opus non potes: puta ignorantiam, puta subreptionem, puta casum. Quod si omnem omnino dissimula- tionem rei certitudo recusat, suade nihilominus ipse tibi, & ditico apud temerarium; Vehemens fuit nimis tentatio. Quid de me illa fecisset, si accepisset in me similiter potestatem?

Serm. 6.

Serm. 40. in Cant. fine.

Iudicium temerari- tam fœdè ac grave quam communi est flagi- tum.

Ad Rom. 6. 14. v. 13. Lex Christiana non tantum imperat: noli furari, noli fornicari, sed & noli judicare. *Qui manducat, non manducantem non spernat: & qui non manducat, manducantem non judicat.* Mirum, ter mirum! nos miscellâ ad abstrusissimos angulos nostri pectoris penetrare non possumus, & tamen parietes perfodere, atque aliena secreta scrutari tentamus; in nostris marcent ac hebeti visu sumus; & vel cominus cæcutiunt nobis oculi (nam *delicta quis intelligit?*) & tamen alieni pectoris penetralia eminens pervidere, & de iis iudicium ferre aggredimur. Hic ego cum Chryostomus vociferor: *Vitam tuam, ô homo, animadvertite, in tuam ipsius conscientiam descende.* Quid vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? *Aut quomodo dicis fratri tuo: Sine ejectione festucam de oculo tuo, & ecce trabs grandis, trabs ingens est in oculo tuo: Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo; & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui.* In quæ verba Chryostomus: *Qui tam acer, inquit, in alienis fuisisti, ut etiam exigua denotares, quemadmodum in tuis tam negligens exitisti, ut etiam magna transcurreres? Velut si aliquis gravissimo hydropo, vel quolibet immedicabili languore confectus, hunc quidem etiam negligat, cum verò culper qui exiguum in aliqua corporis sui parte non curat tumorem. Si verò malum est propria peccata non cernere, duplex jam aut triplex malum est judicare alios, & in suo oculo trabem absque dolore gestare. Verum ita nos solemus, hic mos nobis est dissimulare propria negligenter, & insultare impudenter alienis.*

Tom. 5. orat. de Provid. & tom. 2. in e. 7. Math. hom. 2. 4. post. in. Quid agis, iudex temerarie? cum nec auribus tuis, sed neque tuis oculis tuto possis credere, imò si vel Angelus è cælo tibi narret quid alter fecerit, ne sic quidem semper sententiam in alterum dicere poterit, cum nec Angelus humani pectoris arcanum rimari queat. Solus Deus, est Dominus scrutans corda & probans reus. Huic uni omnium hominum intentiones perspectæ sunt. Cum autem ab intentione pendeat, quam quisque nocens vel innocens sit, quæ hæc temeritas nostra est, suo Deum tribunalis emovere, imò extrudere, & nosmet in eo reponere audaciâ incredibili? quæ hæc, inquam ego, temeritas, & quam digna ultricibus flammis, Dei partes usurpare, sententiam in quovis liberrimè proferre? *Matth. c. 7. vers. 10.* Hinc illa Jacobi Apostoli gravissima communitio. *Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legem. Tu autem quis es qui iudicas proximum?*

§. VI.

Judicium temerariū tam fœdū ac grave, quam commune est flagitium. TAM autem fœdum est hoc & grave quam communc ac usitatum flagitium. Totus Orbis laborat exitialis hac, sed suavi peste. Jucundum est & volupe plebique omnibus, tam licente censurâ quovis notare: Ita vix ullum est vitium in hac vitâ frequentius, nec in ullâ vitæ parte densior existit humanæ mentis caligo, nusquam major ignorantia. Nam incerta pro certis affirmamus, aut si certa sint, ad nos certè non pertinent; aut si pertineant, occulta pro manifestis judicamus; aut si etiam manifesta sint, quo tamen animo ea facta sint, ignoramus; nihilominus tanquam perperam facta persequimur. Er eo sæpè audaciæ progredimur, ut ob unicum proditorem Judam, omnes Apostolos, totum Christi collegium; ob aliquot malos Præsules, omnes Pontifices, & Episcopos; ob religiosos aliquot exleges, totos religiosorum cœtus; ob aliquot improbæ vitæ sacerdotes, Clericos omnes & presbyteros; ob discordes aliquot conjuges, omnes matrimonio junctos; ob infames aliquot virgines & viduas, omnem cælibem vitam; ob mercatores aliquot injustos, omnia mercimonia; ob perditos aliquot cives aut opifices, totam civitatem; ob paucos Senatores aut Consules non bonos, totum Senatuum; ob principes aliquot, Reges, & Imperatores illaudatos, omnia magnatum fastigia, iniquissimâ temeritate damnemus. Heu nihilum hic audaces sumus, &

plusquam dici potest, temerarii, qui nostro iudicio æternum iudicem prævenire non formidamus. Veniet Christus, ut iudicetur Mundus: quisquis prævenit, non Christus, sed Antichristus est. Magistratus interpretes Dei sunt, neque illis, tanquam divinis oraculis, de quoquam, nisi quod auctore Deo cognoverint, pronuciare licet. Si aliter faciant, sui que affectibus servant, iudicium & ipsi severissimum subibunt: Hominibus, ut hominibus, judicare vetitum.

Prohibuit Deus in priscâ lege, Sacerdotem de leprâ iudicium ferre, ante diem septimum. Tantæ res moræ fuit in discernendo morbo, qui tamen oculis cernebatur: & quomodo permittet bonus hic Deus, ut alter alterius iudicet intentionem, quæ nulli patet oculo, nisi divino?

Fœderis Arcam non violantur Bethsamitæ, sed paulo curiosius spectantur: at suam hanc curiositatem, quæ levissima poterat videri, aut etiam pia, supplicio tamen iterunt longè gravissimo. Nam è primoribus septuaginta, è plebe quinquaginta millia hominum unâ strage perierunt. Quanto majus arcanum, obsecro, est Cor huppanum, quam arca illa lignea? Et tu tamen, quisquis es, temerarie, hoc Dei archivum non curioso tantum oculo, sed improbo iudicio revelare audes, & aliis etiam in spectaculum vel irrisum proponere?

Liberrimè hic juxta & verissimè Chryostomus: *Si nullum, inquit, peccatum à nobis aliud fuisset admissum, pro hoc solo gehenna nos trahi, satis abundè que sufficeret. Quippe qui in aliorum delictis severi & amarissimi iudices resistemus, nostras autem trabes, oculis infixas propriis, non videmus: qui aliena etiam minima sollicitè perscrutamur, & ad condemnandum ceteros, omne vite nostræ tempus abstulimus: à quo vitio neque sæculi hominem, neque monachorum ullum facile invenies liberum; Et quidem cum tanta sit in hoc postea comminatio. Divina enim sententia: In quo iudicio iudicaveritis, etiam ipsi iudicabimini. Cum ergo mali huius poena quidem tanta sit postea, libido verò aut voluptas, ut in ceteris solet peccatis, ex hoc nulla sumatur, omnes tamen festini ac precipites huic se vitio subjugarunt, tanquam si studium nobis & certamen esset propositum, quis ad hoc malum prior omnium perveniret.*

§. VII.

ERgo, quod præclarissimè Seneca monet: *Tollenda Lib. 2. de ex animo suspicio & conjectura, fallacissima irritamenta: ille me parum humane salutavit, ille inchoatum sermonem citò abrupit, ille ad cenam non vocavit, illius vultus averfior visus est. Nunquam deerit suspitioni argumentatio, simplicitate opus est, & benignâ rerum estimatione. Nihil nisi quod in oculos incurret, manifestumque erit, credamus: & quoties suspicio nostra vana apparuerit, objurgemus credulitatem. Hæc enim castigatio consuetudinem efficiet non facile credendi; addo, nec temerè iudicandi. Porro ii qui de omnibus male sentiunt, & quidquid egeris, vitio vertunt, non absumiles sunt cucurbitulæ medicæ, quæ ed tantum facta est, ut impuriorem sanguinem eliciat: ita temerarii hi iudices, optima relinquunt ignata, si quid autem inter aliorum virtutes non laudandum, si quid in aliis pravi consilii laet, in lucem, ut putant, protrahunt; simul omnia vitiortum virtutumque nomina turpissimè confundunt: Demissi animi hominem, inertem aut simulatorem vocant; piè simplicem, faruū; sobriū, nimis austerum; abstinentem, delirum; serium in delinquentes, crudellem; ingeniosæ quieti vacantem, ignavum appellant; providum, cunctatorem & timidum nominant; parcum avaritiæ notâ insigniunt; fortis & magnanimus illis contentiosus est; taciturnus pro illiterato habetur; modestus, infaceti nomine infamatur: Contrâ verò adulatorum pro amico venerantur, & adulationem, amicitiam interpretantur; temeritas ab iis sub titulo fortitudinis laudatur; temulentia sub hilaritatis schemate commendatur;*

1. Reg. c. 6. vers. 19.

Tom. 5. l. x. de compit. cordis, circa med.

Matth. c. 7. vers. 2.

Objurganda credulitas ne simus prompti ad credendum & iudicandum.

datur, pro cato timidus, prodigus pro liberali; sordidus & inhumans pro parco & frugali accipitur; avarus industrii fert nomen; invidus & iracundus in magnanimorum societatem transeunt; ambitiosus & turgidus inter generosos censentur; fraudulenti prudentium, suspitibi constantium, garuli & lascivi affabilem titulos sortiantur; cessatores otiosissimi, inter quietos, velut Dii referuntur.

Judicium temerariis merariis magna irrogatur Deo injuria.

Iac. cap. 4. v. 12. & 13. Vnus est Legislator & Iudex, qui potest perdere & liberare. Tu autem quis es, qui iudicas proximum?

Tu domi tue cadaver habes, cui lacrymas tuas impendas, & tamen domum alienam quaris, ut in ea mortuum desleas. O miser, I nunc, & nosces discere manere domi.

Tuos prius desle mortuos. Noxalta ignorantia te prefficit in cernendis rebus propriis, & tu tibi diem polliceris in alienis?

Iob cap. 13. vers. 8. Et quae haec audacia vestra, o Christiani, Nunquid faciem Dei, quasi larvam, accipitis, & pro Deo iudicare nitimini? Et quae turpior sit temeritas, quam abditissima illa, uti est intentio, quae nemini unquam praeterquam suo Domino satis cognita esse potest, dijudicare?

I. Cor. c. 2. vers. 11. Quis enim hominum scit, qua sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Imo & ipsummet hominis spiritum multa praeterunt, quae divinus solum spiritus novit, cui omnia patent pectoris penetralia. Homo videt ea quae parent, Dominus autem intuetur cor.

I. Reg. c. 6. vers. 7. Dominus autem intuetur cor.

Rectissime Franciscus Assisius Seraphicus, comitis sui oculos in alienam mentem audacius immisos sic retraxit. Iter egit Franciscus, & obvium habuit in via hominem vultu lurido, & seminudum. Ingenuit alium hoc aspectu vir sanctus, doluitque sibi non largissimam stipem suppetere. At Francisci comes: Quid, inquit, mce-rore afficeris pater? egeat indumentis hic homo, at forsitan concupiscentis abundat? Franciscus ad haec seria fronte: Itane frater, inquit, sic te de aliis iudicatis? tuam illi vestem quamprimum da, sed & abi, atque ad hominis genua supplicem te proolve, ac dicti veniam pete. Ita discas in posterum non tam temere ferre iudicium. Optime factum: Dominus intuetur cor, non homo.

§. VIII.

Cum ergo humanus oculus ad haec interiora minime pertingat, is qui temere iudicat, ultione non humana homines, sed divina flagellat. Super quo questus Job: Quare, inquit, persequimini me sicut Deus? Imo haec ultio divina non est, sed est prorsus diabolica. Diabolus namque praecipiti iudicio Jobum incusans: Nunquid Iob, ait, frustra timet Deum? En; re incognita suspicio ac iudicium falsum & iniquum. Quapropter Deus ipse (quod Gregorius observat) quod nostram iudicandi pronissimam temeritatem coecereet, in Sodomaeas turpitudines & flagitia, non prius sententiam pronunciate voluit, quam undequaque ad amussim omnia explorasset. Ideo: Descendam, inquit, & videbo utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint, an non est ita, ut sciam. Quae loquendi ratione declaravit Deus, se non relatu solo, aut levibus conjecturis, sed rebus penitissimè perceptis in jus vocare.

At nos, non Dii, non Angeli, necdum beati, sed homines vanissimi, tribunal hoc non modestè conscendimus, sed impudenter invadimus & irruimus; si quis

obstet, irrumpimus vi; & occupamus. Ita de oculis asseveranter, de incertis confidenter, de ambiguis indubitanter, de plurimis ad nos nihil spectantibus arroganter, de omnibus denique pravè & impiè iudicamus, cum mitissimi sumus, minimum suspicamur. At haec ipsa suspicio, iudicium est, sed nonnihil dubium, & levibus conjecturis nixum.

Hanc autem tam temerariam suspicandi ac iudicandi consuetudinem, ingentia sequuntur damna. Quisquis ita iudicas, persuasissimus sis, tibi gravius imminere iudicium, non ab hominibus tantum sed a Deo. Ut enim peccata tua diligentius examinentur, ait Chrysolomus, legem prius ipse posuisti, severius de his; quae proximus peccaverat, iudicando. Fidelis hic monitor etiam Bernardus: Ita clemens esto, inquit, in alienis delictis sicut in tuis; nec quemquam disstrictius quam te iudices: sic alios iudica, ut ipse iudicari cupis. Lex tua te constringit; iudicium quod aliis imponis, ipse portabis. In quo iudicio iudicaveritis, iudicabimini.

Phariseus qui una cum Publicano templum subiecit, & precando quasi certaverat, victus & damnatus est, non quod Deo pro beneficiis gratias egisset, sed quod Publicanum temere iudicasset, impium eum arbitratus, quem poenitentia iam expiaverat. Atque ut praereps hoc iudicium ipsi Phariseo plurimum ita nihil Publicano nocuit. Sic saepe, inquit Augustinus, iudicandi temeritas nulli plus nocet quam ipsi iudici. Pulchre dixit abbas Pastor: Sunt qui linguam contineant & ore fileant, sed quia intus non tacent, & corde iudicant, ideo sine cessatione garriunt, sed neminem juvant, & sibi plurimum obsunt. Et fit frequenter ut in eadem incidamus ipsi, quae prius damnaveramus in aliis; ut vel sic infamia nostra discat erubescere. Ita senex ille Macheser (Cassiano memorante) in seipsum questus: Reprehendi, agebat, fratres meos in tribus, & in iisdem ipse graviter deliqui.

Illud verò frequentissimum, ut, qui tam lynceus iudex est in culpis alienis, in suis nocturna sit & calpa. Festum iudex in culpis alieno inhaerentem oculo educit solertissimè, tribem è suo tantum abest ut eximat, ut nec quidem visus deat. Hic temerarii iudicii mos est, nemini parcere, obsequium quemque censuram perstringere, pessima quaque parte aliis suspicari, omnium intentiones rimari & examinare, seipsum penitus ignorare. Quod deploras Gregorius: Stulti tunc intentius, inquit, de aliis iudicant, quam de sua profundius ignorant. Siracides vestissimè: Pes fatui fatilis, inquit, in domum proximi. Quia suis neglectis, alienas aedes irruit & scruatur.

Huc omnino spectat, quod de comitis Atheniensium quispiam olim dixerat: Sapientes ac docti proponunt, indocti verò ac stulti iudicant & decernunt. Idem hic fit. Homines modesti & prudentes plurima quidem observant, sed iudicium semper continent, & substringunt; stolidi & temerarii pauca capiunt, & omnia continentino iudicant. Evidente hoc indicio, à faruis facillimum est distinguere modestae sapientiae viros ac feminas. Et quemadmodum apes caelo pluvio, & sparsis per aeternam nebulam, in alvearia conficiendo melli se recipiunt: ita homines bonae mentis, & oris minimè venenati, in seipfos descendunt, secum ipsi habitant, & optimarum cogitationum mel faciunt, nec in apertum suo periculo evolat, cum in rebus humanis omnia plena nebularum cernant. Rectissime prorsus: quid enim densioribus nebulis involutum quam humani cordis intentio? Sermo audimus, actiones cernimus, intentiones latent, nec ullius lyncis oculi ad illam unquam penetraverint. Quod agant homines, intentio iudicat omnes.

Ictericis, & iis qui regio morbo laborant omnia videntur esse ceret ac flavi coloris. Huic sanando morbo chelidonium plantae pedis supponitur. Noxa haec iudicariae temeritatis Ictericus est animi, quae omnibus hoc morbo laborantibus, non suo, sed maligno colore omnia

Temerarie confue- dinis iudicandi damna. De imer. dno c. 45. Mat. c. 7. vers. 2.

Lib. 2. de temeritas nulli plus nocet quam ipsi iudici. Pulchre dixit abbas Pastor: Sunt qui linguam contineant & ore fileant, sed quia intus non tacent, & corde iudicant, ideo sine cessatione garriunt, sed neminem juvant, & sibi plurimum obsunt. Et fit frequenter ut in eadem incidamus ipsi, quae prius damnaveramus in aliis; ut vel sic infamia nostra discat erubescere. Ita senex ille Macheser (Cassiano memorante) in seipsum questus: Reprehendi, agebat, fratres meos in tribus, & in iisdem ipse graviter deliqui.

Lynceus iudex in culpis alieno inhaerentem oculo educit solertissimè, tribem è suo tantum abest ut eximat, ut nec quidem visus deat.

Lib. 14. mor. cap. 1.

Eccl. c. 28. vers. 15.

Homines prudentes iudicium substringunt, temerarii autè continentino iudicant.

Tom. 1. l. de iusticia, circa 10.

Noxa iudicariae temeritatis Ictericus est animi, quae omnibus hoc morbo laborantibus, non suo, sed maligno colore omnia

Nobilissimum m faticorum genus est nihil juvando b re volun se alteri protere

1. Cor. 6. vers. 5. Quod à Paulo inculcatum est,

Luc. cap. 6 vers. 37. Et à Christo praecceptum

Ejus praerogativa est non iudicari

Plagium è Graecis, lib. 10. num. 31.

Tom. 1. l. de iusticia, circa 10.

Noxa iudicariae temeritatis Ictericus est animi, quae omnibus hoc morbo laborantibus, non suo, sed maligno colore omnia

nia representat. Qui sanari cupit, a pedibus suis, hoc est, a suis affectibus medendi ducat initium. Affectum in alios non morosum, non ducilem, non stomachosum, non odiosum, non inhumanum, non hostilem gerat; sed potius mitem, benignum, facilem, qui omnia molliore contegat interpretatione, qui vitium oderit, non vitiosum; qui dicat: Alia erit ipsius & melior intentio quam sit actio; sed erraverit, fors illum erroris jam poenituit. Nobilissimum hoc misericordiae genus est, non tam dando multa, quam nihil iudicando benevolam se alteri praeberet. Qui succum Ophiurae Aethiopicae bibunt, serpentes a se & nescio quae terrificae monstra putant videri: Qui superbiam, ambitionis, invidiae aut odii succos hauserint, omnia quae viderint & audiverint, carpent & damnabunt, seipsos dumtaxat mirabuntur & extolent; tam sibi ipsis pretiosi, ut dicere non vereantur: Non sum sicut ceteri hominum. Morbus hociusmodi pessimus, quod plerumque spernat remedia.

§. IX.

Et hoc est quod divinus Paulus gravissimè inculcat, hoc illud est quod acerrimè nos dehortatus: Itaque nolite, clamat, nolite ante tempus iudicare: quoad usque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Quid iudicatis praeproperè? Iis etiam num pender, & tota est sub iudice. Adhuc dum secretissima quaeque consilia cordium in archivo divino latent, quo nulli hominum accessus, nondum dies dictus, necdum producti testes, aut peroratae causae. Sed sit tempus dicendi iuris, non tamen hoc vestrum, sed Dei est, Deus illuminabit abscondita tenebrarum. Tantisper ergo, dum iudex omnium adest, iudicia vestra continete.

Hoc idem Christus ipse contentissimè vociferatur: Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini: Dimitte, & dimitte. Ergo, Nolite iudicare, nolite dicta factaque dubia finitè interpretari, vel delicta levia exaggerare, vel crimina etsi certa divulgare, vel calumniis benefacta impetere, vel delinquentem desperatè salutis proclamare: nam hoc temerè iudicandi vitium Pharisaeis est familiarissimum, qui sibi met omnia ignoscunt, nihil aliis: Nolite iudicare, nam quisquis in alios curiosus, severus, iniquus est censor, tales experietur censes & suae vitae, qualis ipse fuerit alienae: Nolite iudicare, alioqui subeundum erit vobis apud Deum quoque iudicium exactum, severum, rigidum: Nolite iudicare, nam adeo benignus est Deus, ut vel hoc ipsum nolite vestrum amplissimè remuneraturus sit; hoc vestrum erit praemium, Non iudicabimini: vos Orbis iudex, non ut reos gehennam damnandos, sed ut amicos caelo donandos humanissimè affabitur die omnium supremo.

Ascetarum aliquis, Iosephum abbatem interrogabat in hunc modum: Quid obsecro, mi Pater, faciam? Stipem quam largiar, non habeo; tot molestias agerrimè tolero, quid ergo mihi faciendum suades? Ad haec Iosephus: Si horum, inquit, nihil possis facere, hoc age, & neminem iudica: multum fecit, quisquis hoc potuit. Sed quam multi sunt, qui hoc, etsi facillimum, nolunt posse.

In quos Chrysofostomus meritò exandescens, in illa Domini verba: (Nolite iudicare,) sic differit: Si ergo non per unam, sed per omnes, ut ita dicam, vias, & per omnes aditus currimus, & festinamus occupare gehennae ignes, & non solum pro his, quae laboris aliquid & continentiae videntur exigere, proni in ea ruimus, sed etiam pro his quae levia sunt, & neque necessitatis aliquid, neque illecebrae quidquam continent aut voluptatis, pari lineam utrobique pravariationis damnatur. Arguimur enim ex his facilibus & levibus, quod etiam in illis quae videntur laboriosa esse, propria ignavia desidiaque delinquimus. Nam, dic mihi, quid laboris habet, ut non iudices alium, neque peccata aliena discutias, neque condemnes proximum tuum? imò verò magis in discutendo & perquirendo aliena commissa labor est,

& iudicare de alterius mente, summa difficultas. Quis verò hoc audiens credere aliquando possit, quod cum possumus sine labore servare mandatum, laboramus, & nitimur, ut pravariemur. Si per otium & negligentiam peccaremus, esset fortasse aliquid veniae his qui laborare nequissent. Vbi verò laboratur ut peccetur, studiumque adhibetur & contentio, quatenus praeceperat mandatum, quis est qui pro hoc malo veniam speret? Hoc enim est contendere adversus eum qui praecepta dedit, & bellum legibus ejus inferre.

Ex hac Chrysofostomi ratiocinatione liquet, illam iudicandi temeritatem eam de causa inter graviora flagitia censeri, quod ea legem servatu facillimum procaciter evertat. Quisquis illud unicum, NOLO IUDICARE impetravit, iam obtemperavit legi. Quod si te tanta iudicandi libido stimulat, audi obsecro eundem Chrysofostomum optimè suadentem his verbis: Vis iudicare? tua iudicatio. Nemo accusat si reipsum condemnes, accusat autem si non iudices, accusat, si reipsum non arguas, accusat stuporis. Vides quempiam irasci, irritari, aut aliquid aliud facere grave & indignum? statim etiam tu quoque cogita, quae sunt tua, & ita nec illum valde condemnas, & à peccatorum onere te liberabis. Si sic vitam nostram componamus, si eam sic exerceamus, si nos ipsos condemnemus, non peccabimus; multa autem bona & praeclara faciemus, si mites simus & modesti.

Haec de iudiciis temerariis necessaridè erant interserenda. Et praene certum, quod quis minus suam examinat intentionem, tanto pronius iudicat alienam, sed suo damno, quod plerumque tantò est gravius, quò minus sentitur.

C A P V T VIII.

Quae sit RECTAE INTENTIONIS Praxis.

Mathematicis figura rotunda omnium perfectissima est, cuius idem & principium, & finis est: Actiones hominis nobilissimae sunt, quae uno gaudent & principio, & fine, Deo, Dei que honore. Qui tam puram & candidam mentis sinceritatem actionibus suis omnibus induit, nunquam non plurimum emeretur, & facillimum est huic tali plus uno die promereri, quam alius possit anno integro. Sanè oblata Deo, uti Salvianus loquitur, non pretio sed affectu placent. Hoc est quod egregie Theologus ille dixit: Christianitas non per verba, sed per adverbium caelum adipiscitur; cum non tam attendendum, ut aetio bona sit, quam ut bene fiat: neque enim jejunare solum, aut orare & eleemosynas dare, aut aliud praestari quippiam patrare, caelum obtinet, sed rectè jejunare, bene orare, pie eleemosynas dare, omnia sanctè facere: duplici Eliae spiritu, geminis bobus ad portandam Arcam, duobus pullis ad perficiendum sacrificium est opus, scilicet opere bono, & bonà intentione.

Ceterum restat exponere, id quod in rebus animi & salutis praecipue spectandum, ut scilicet non tam laboremus, quàm ratione salubria monita capiamus, aut memoriae tradamus, quam quo modo audita in opus educamus, & sic ista discamus, ut quae fuerunt verba, fiant opera, & ut institutionem probemus rebus. Facere docet lex Christiana, non dicere. Ergo hoc jam agamus, & quo modo reipsa actionibus diversis, intentio jungenda sit, exponamus.

§. I. Ad auspiciam diei.

Initium ergo sumamus à lucis exordio. Prima omnium cogitatio quovis die ad Deum eat. Praclare Laurentius Justinianus: Prima vox, inquit, prima cogitatio, primus affectus divinam resonet laudem, & illi se sincero corde committat. Neque si de verbis agatur, haec esse possunt: O mi amantissime Deus, totius diei huius actiones, ad gloriam & honorem tuum tibi offero, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

Addi potest:

O bone IESU, per passionem tuam te rogo, ab omni pravà intentione, hac die me conserva.

Judicium temerariū censetur inter graviora flagitia. Hom. 21. sine ep. ad Hebr.

Actioes hominis uno gaudent & principio & fine, Deo, Dei que honore. Ekil. Boss. par. 4. Acad. conc. 14. num. 1.

Seneca epist. 20. initio.

Lib. de di. scipl. c. 10. In lucis exordio prima vox, & affectus divinam debet resonare laudem.

Nobilissimum misericordiae genus est nihil iudicando benevolam se alteri praeberet.

Luc. cap. 18. vers. 11.

1. Cor. 6. 4. Quod à Paulo inculcatum est.

Luc. cap. 6. vers. 37. Et à Christo praecipuum;

Ejus praemium est Non iudicabimini.

Phlegius de Grav. libell. 10. num. 31.

Item. s. l. de consuet. eccl. circa mod.

Quia diabolus in diei ac noctis confinio occupatur, ut hominem pestissimis cogitationibus præoccupet.

Utilissimū exercitiū est Deo Deique matri se commendare;

Sap. cap. 1. vers. 1. Luc. cap. 11. vers. 13. Matth. c. 21. vers. 22. Vide Trifm. gift. Christ. l. 2. c. 4. §. 2.

Monil. spirit. cap. 11.

In Inst. spirit. c. 8.

Cui autem tale nullū est exercitium, ipsi rarissima Dei memoria est.

Nec aliud quàm hoc ipsum somni principium sit. Neque enim sine culpâ ignorare possumus, diabolus in hoc diei ac noctis confinio esse occupatissimum; quando hoc fatagit veterator, ut hominem semisomnem pestissimis cogitationibus suaviter præoccupet, & in eo vel invidia, vel libidinis, vel impatientiæ semina spargat in totum diem plurimum valitura. Novit orciniana hæc vulpes, dimidium facti se habere, si tam industriè cæperit. Idcirco vigilandum tam ad diei principium, quàm ad finem; nam & noctem cæcæ demōn ex voto habet, si noctis initium fecerit suum. His igitur temporibus potissimum castissimis cogitationibus muniendum est pectus, ne illud hostis prius expugnasse sentiat, quàm obdiffe.

§. II. Ad singulas horas.

Utilissimū profus exercitium est, & magni momenti, horis singulis se Deo Deique matri commendare, exitum vitæ cogitare, atque ita rectam intentionem restaurare. Huic fini commodissimum, singulis horis Dominicam orationem, aut Angeli salutationem recitare, illudque (Nunc, & in hora mortis nostræ) affectu excitatore pronunciare. Et qui enim potest benignissimus Deus illi non optimum vitæ finem concedere, qui eum aliquot annis, omnibus horis petiit? Potest quidem Deus, neminis debitor, hoc ipsum æquissimè negare, si velit, tamen si quis mille annis nullâ non horâ id petiisset, verum, *Sentite de Domino in bonitate: Pater vester de celo dabit spiritum bonum petentibus se: Omnia quæcumque petierimus in oratione credentes, accipiemus.* Ergo qui sibi quàm optimè consultum volet in novissimâ vitæ horâ, id horis singulis à Deo Deique matri flagitet. Ad hanc utilissimam pietatem promovendam Leo X. Pontifex Max. omnibus, qui quor horis salutationem Angeli pronunciarent, mille dierum indulgentias concessit. Paulus V. in eodem folio successit, Anno Christiano M. D. C. XI. hoc ipsum confirmavit. Rectissimè fecerit, qui ad priorem illam, tres precatiunculas istas adjunxit:

*Benedictus Deus in æternum.
Misere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam.
O Dominus meus, & Deus meus, ego me tibi offero in omne tuum beneplacitum.*

Hæc ideo addenda, quia tunc maximè renovatur bonæ intentionis studium, cum quis seipsum divinæ voluntati quàm integerrimè committit. Ludovicus Blossius testatur, Sanctam Gertrudem divinitus ejus rei admonitæ, trecentis sexagis quinquies hæc verba pronuntiasse: *Non mea, sed tua voluntas fiat, o amantissime Jesu.* Hoc nemini non imitabile est, idque cum laude, uti præclare idem Blossius: *Nulla, inquit, præstantior oratio est, quàm ut quis petat gratissimam Dei voluntatem, in se, & in omnibus aliis fieri.*

Cui tale nullum est exercitium, huic eunt horæ, & dies, huic hebdomades, & menses, & anni effluunt quibus tamen rarissima Dei memoria est; vix unquam & non nisi frigidè de Deo cogitur, quod non tantum non Christianum, nec humanum, sed ferinum est.

Si quis autem omnes actiones suas, ad generalem intentionem, velut ad regulam, cupiat dirigere, hanc ei formulam damus intentionis optimæ:

O mi amantissime Deus, ego me, meaque omnia, ad sanctissimam voluntatem tuam, in omnibus conformare unicè desidero.

Hæc una omnes bonas intentiones complectitur, nec est quidquam homini ad veram tranquillitatem & felicitatem expeditius, quàm idem in omnibus velle, quod Deus. Quisquis ad hanc apicem pertingit, supra omnes procellas est & proximus celo.

§. III. Ante orationem, Sacrum, Examen Conscientiæ, Confessionem, Communionem.

ORATURVS sic animo secum statuat. 1. Orabo ut Deum honorem, colam, & laudem. 2. Ut Deo

A placeam, & gratum ei sacrificium exhibeam, & sic in ejus gratiâ me conservem. 3. Ut Deo meo gratias agam, pro illius in me liberalitate, & beneficiis innumeris. 4. Ut satisficiam pro noxiis meis. 5. Ut animo & corpori necessaria impetrem; vires, valerudinem, animi lumen, mei ipsius notitiam. 6. Ut obtineam virtutis augmentum in hac vitâ, gloriâ in alterâ. 7. Ut voluntatem meam cum divinâ magis magisque uniam. Perfectori non orabit, qui ad orationem tam seridè se præparabit.

Fuit sacerdos qui horarius precibus has intentiones sanè piâs præfixerit.

Preces MATVINAS dixit in honorem sanctissimæ Trinitatis, pro conversione omnium in peccato lethali existentium.

LAVDES, ut vocant, recitavit in honorem omnium sanctorum Angelorum, pro omnibus suis inimicis, & obrectatoribus.

PRIMAM, in honorem Christi Jesu ad columnam flagellati, pro suorum peccatorum veniâ, & virtute sibi maximè necessariâ impetrandâ.

TERTIAM, in honorem Christi Jesu spinis coronari, pro Regibus & Principibus Christianis omnibus.

SEXTAM, in honorem Christi Jesu eâ horâ crucifixi, pro omnibus eo die singulariter afflictis.

NONAM, in honorem Christi Jesu eâ horâ expirantis, pro omnibus eo die animam agentibus.

VESPERAS, in honorem beatissimæ Virginis Mariæ exanimem filium tunc complectentis, pro omnibus eo die defunctis.

COMPLETORIVM, in honorem omnium Sanctorum Cælitum, præcipuè tutelaris Angeli & Patroni, pro felici Perseverantiâ in bene cœptis.

Nobilissimum hoc orationis condimentum est, si sunt qui eo velint uti seriâ imitatione, piâque consuetudine. Blossius sacerdoti hanc precatiunculam ante Canonicas preces dicendam suggerit:

Domine Jesu, ego pro tui honore humiliter obedire, & tibi fideliter servire, tæque purè laudare desidero, in unione illius perfectissimæ attentionis, quâ tu patrem orasti & laudasti in terris: & quia sine te nihil possum, adjuva me gratiâ tuâ.

AVDITVRVS Sacrum, easdem quas Oraturus, intentiones sibi proponere, sed & has addere poterit. 1. Sanctissimum hoc sacrificium, o Deus, cum sacerdoti tibi offero, ut tester te esse Deum, Dominum, Conditorum meum cui omnia meque totum debeo. 2. Ut particeps siam tanti mysterii, in quo verum Christi corpus & sanguinem offerri firmissimè credo. 3. Ut pro vivis ac defunctis orem.

EXAMINATVRVS Conscientiam, hæc præmittat. 1. Rationes à Conscientiâ meâ exigam, ut me ipsum nosse discam. 2. Ut Conscientiæ puritatem obtineam. 3. Ut tam crebros relapsus in pristinas noxas studiosius caveam. 4. Ut apud Deum in gratiâ maneam, & per hanc actiones meas illi commendem. 5. Ut confessioni faciendæ hac ratione me præparem. *Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam laborum suorum habebit ancillam regem.*

OBITVRVS Confessionem, hæc sibi proponat. 1. Firmè statuo animum meum sacerdoti aperire integerrimè. 2. Me ipsum accusando submissionem excitebo. 3. Cum Deo in gratiam redire cupio. 4. Turpi mole mearum sordium, & pœnis ob eas debitis liberari appeto. 5. Conscientiæ tranquillitatem, & ardentiorum spiritum in divinis obsequiis obtinere desidero.

PERCEPTVRVS Eucharistiam ad hæc animum intendat. 1. Divinam epulum accedam, ut Dominicæ Passionis memoriam in meipso revocem, jubente Domino: *Hoc facite in meam commemorationem.* 2. Ut Christo

Quædam proponenda missam audituro,

Conscientiam examinaturus,

Prov. c. 22. vers. 11.

Confessionem obtinuro,

Eucharistiam percipuro, Luc. c. 22. vers. 19.

Gratiam alteri gratificaturus,

Spem daturus,

Malis,

Utam actionem pœnibus ad Deum intentionibus dirigere amoris divini dat incrementum.

r
o
d
r
ri
ri
E
7
re
ti
ba
qu
ri
su
qu
Cl
su
est
un
po
ur
qu
lit
tiu

sto meo per amorem quàm arctissimè uniat. 3. Ut contra diaboli tentamenta, & insidias omnes me ipsum muniam. 4. Ut Deo meo verè devotissimus & subiectissimus sim. 5. Ut omnigenam gratiam, omniumque virtutum, præsertim Humilitatis, Patientiæ & Charitatis incrementum consequar.

§. IV. Ante quaslibet virtutum actiones.

Gratiam alteri gratificatur.

GRATIFICATURVS gratiam alteri, præsertim non aded bene merito, hæc apud animum suum volvat. 1. Huic homini, ô Deus, gratiam hanc præstabo pro singulari quo in te sum affectu, & ut te Dominum meum, qui in omnes, etiam hostes, benignissimus es, pro viribus imiter. 2. Ut eò majorem apud te gratiam incam, & post hanc vitam, ampliore gloriam obtineam. 3. Ut tibi morem geram, qui mihi charitatem in alios, etiam inimicos tantopere commendasti & præcepisti.

Stipem dato.

DATURVS stipem, hos sibi fines constituat. 1. Benignè faciam egenis, ad majorem Dei gloriam, ut universis illius beneficiis me gratum exhibeam. 2. Ut quod mihi fieri velim, id aliis faciam, & ut mendiculorum utilitati serviam, eòque Christianâ charitate complectar. 3. Ut Orbis judex æquissimus, mei quoque miseretur, quando ipsemet misericordibus promissit misericordiam. 4. Ut pro noxis meis satisfaciam. 5. Ut meritum ac præmium æternum, quantum in me, augeam.

Math. c. 5. v. 7.

Nam actionem pluribus ad Deum intentionibus dirigere amoris divino dat incrementum.

Porro ædedit summpere, unam eandemque actionem pluribus ad Deum intentionibus dirigere: hoc enim mirabile dat incrementum amoris divino. Nam cum multiplicantur actus, augetur habitus; at verò rectâ intentio amoris actus est; igitur his actibus amoris multiplicatis, necesse est amor ipsè mirificè augeatur. Ut autem rerum omnium quas Numinis honori agimus, plures intentiones velut in parato habeamus, paradigma subjicimus, ad quod omnes actiones alias licebit conformare. Hoc sit exemplo: Est qui extra legem & esuriales dies jejunium velit servare; ut autem istam à cibo abstinentiam Deo reddat commendatorem, hanc præcatiunculam præmittere:

O mi amantissime Deus, hoc jejunium tibi offero. 1. Ad gloriam tuam & ad Iesu Christi crucifixi honorem, in unione omnium jejuniorum, quæ filius tuus Dominus noster, cum in deserto, tum alibi toleravit. 2. Ita nunc jejunare statui, ob amorem in te. 3. Et ut tibi gratior sim. 4. Dignoreque tibi gratias agam ob innumera tua in me beneficia. 5. Ut etiam majorem gratiam & sublimiorem Paradisi gloriam promerear. 6. Eaque virtutes, quæ mihi in hac vitâ necessarie sunt, impetrem. 7. Ut pro peccatis meis poenitentiam agam, poenitentiæ mihi perferendis me exonerem. 8. Ut immoderatam cibi vel potûs appetentiam refrenem. 9. Ut castitatem, statui meo convenientem, illibatam conservem. 10. Ut Christi Domini mei vestigiis insistant, qui, ut mihi exemplo esset, jejunavit.

O mi Deus, ego tibi hoc jejunium, omnes afflictiones ac miseriae meas, & quidquid animo vel corpore passus aut passurus sum, simul etiam omnia omnino opera mea, tam cogitationes, quàm dicta & facta tibi offero, ad tuum honorem, per merita Christi Iesu Domini mei, qui tecum vivit & regnat in secula seculorum, Amen.

Cum ab Ecclesiâ, Confessario, aut aliis præceptum est jejunium, decem superioribus illis, addi potest hæc undecima intentio.

11. Ut obediam, & Ecclesiæ legibus satisfaciam.

Sed & hæc duodecima.

12. Ut hoc (illudve) beneficium, quod peto, à te impetrem.

Eadem hæc oratiuncula, pauculis mutatis, præmitti potest quibuscunque aliis virtutum actionibus. Atque ut hujus rei specimen demus: Est qui actum heroicum, quem vocant, actum geherosum, difficilem, arduum vel licet exercere, & suam Deo castitatem asserere, hanc oratiunculam velut scutum objiciet:

O Iesu castissime, statuo cum tuâ gratiâ castitatem servare

Tom. I.

A inviolatam, omnibusque carnis invitamentis pro viribus repugnare. 1. Ut sanctissimo nomini tuo plus inde honoris accedat. 2. Ut ego tibi magis magisque placeam, & accuratius inferviam. 3. Ut tot sanctissimarum virginum, tot aliorum castissimorum hominum, totque purissimorum Angelorum suavissimâ societate gaudeam, & sic uberiori gratiâ me præparem. 5. Ut effrenes libidinis motus, & omnem carnis perulantiam recundam, atque sic noxas priores eluam. 6. Ut præmium singulare, celeste, æternum castis omnibus promissum obtineam.

Est porro, cui cum Iracundis, pervicacibus, præfractis hominibus agendum sit: hic ergo ut Christianâ submissione & mansuetudine omnem verborum contumeliam possit concoquere, his sese intentionibus præmuniat, & præcatiunculam opponat istam:

O Iesu mirissime ego iram & omnem verborum acerbitatem detestor, cupioque cum omnibus mansuetè & benignè agere. 1. Ut gloriam tuam amplificem. 2. Ut te magistrum meum imiter, qui tuis discipulis omnibus hoc unice commendas: Discite à me

B *quia mitis sum, & humilis corde. 5. Ut omnibus bono sim exemplo, neminem ledam, nec ullum ad iram aut impatientiam provocem. 4. Ut in meipso tranquillitatem animi, cum aliis amicitiam & pacem conservem. 5. Ut extremâ vitæ horâ à te judicem eò benigniorem experiar. 6. Ut te Dominum meum sponsorem ac debitorem habeam, à quo mansuetis promissum: Beati*

ti mites, quoniam ipsi possidebunt terram, beatam scilicet illam viventium. 7. Ut eò altius evehar in celo, libenter omnibus me submittam, cum sciam illud longè certissimum: Qui se humiliaverit, exaltabitur.

Est qui tetricum, severum, rigidum habeat dominum, aut similem huic dominam, aut etiam plures non tam dominos quàm reges, sive humaniores tyrannos. Hic ergo, ut generosâ obedientiâ hero superbo etiam & imperioso pareat, semetipsum adigit ad obsequelam, his intentionibus:

O mi Deus, voluntatem tibi meam offero, & confituo iis omnibus quibus obligor, promptè, integrè, sincerè obsequi. 1. Ut dum homini obedenter servio, tuæ voluntati tuisque iussis obtemperem, nam novi à quo mihi dictum sit: Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit me

C *spernit. 2. Ut tot mala immorigeris, & rebellibus immunitentia evitem. Nam & illud novi, quis dixerit: Omnis auctoritas potestatis sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinatae sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit; qui autem resistit, ipsi sibi damnationem acquirit. 3. Ut victoriâ mihi præciprò me ipsum triumphem, nam nec istam iustionem ignoro: Servi subditi estote, in omni timore, dominis non tantum bonis & modestis, sed etiam discitis. Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis trilitias, patiens injustè. 4. Ut à vestigiis Domini & Servatoris mei non abeam, qui propter me, factus est obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis. 5. Ut promissum ingens obedientiæ præmium adipiscar, scio namque quanti Deus hanc unam virtutem æstimet. Melior est enim obedientia quàm*

victimæ. Et: Vir obediens loquetur victoriâ. Tanti est Ludovico Bloisio, suam alterius voluntati subjicere, ut didicxit: Qui relicta propriâ voluntate, facit humiliter ad honorem Dei, voluntatem alterius in se licitâ, magis Deo placet, quàm si multo tempore corpusculum suum pane & aquâ tantum sustentaret, asperisq; flagellis cruciaret ex voluntate propria. Victoriâ loquetur vir obediens. Sed & illud addit Bloisus notatu dignissimum, & quod rectæ intentionis studium mirificè commendat: Acceptorius obsequium, inquit, homo præstat Deo, quando à vano & non necessario visu, auditu, olfactu, gustu vel actu discretè abstinet, voluntatem suam in hujusmodi rebus, purè propter Deum, mortificans, quàm si mortuos ad vitam temporariam revocaret.

Est qui carnem subinde sentiat refractariam, ut ergo hanc bestiam cicuret, & dicto faciat audientem, vario illam stratagemate adoritur; nunc cibo fraudat, nunc siti cruciat; nunc edulia præstantiora vilibus emutat,

Luc. c. 10. v. 16. Ad Rom. c. 13. v. 1. 1. Pet. 2. v. 18. Ad Philip. c. 2. v. 9. 1. Reg. c. 15. v. 2. Prov. c. 27. v. 28. In Tabella spirit. mibi pag. 576. col. 2.

T t nunc

nunc ad offertam ferculis mensam esurire docet; jam A vigilis torquet, jam flagris coërcet, jam laboribus vexat, jam molesto itinere fatigat; modò ei vestem fetis horrentem injicit, modò in rigidum cubile illam abjicit, modò aliis rigoribus exercet: ut hæc omnia & Deo grata, & animo sint salutaria, harum intentionum industria seipsum extimulat.

Hanc penitentia myrrham è cruce tuâ collectam, mi bone Jesu, tibi offero; hanc egomet mihi vim inferam. 1. Ut tuum honorem dilatem. 2. Ut meum in te amorem augeam. 3. Ut tuam in me benevolentiam mihi magis devinciam. 4. Ut tuis in me beneficiis maximis, continuis respondeam. 5. Ut improbam carnis rebellionem comprimam. 6. Ut scelorum meorum pœnas, meipso giudice & vindice, dependam. 7. Ut hac tam piâ vi beatorum sedes expugnem. Ad hanc Servatoris dictum me animat: *Regnum calorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.*

Matth. 7. 11. v. 12.

§. V. Ad labores, aut etiam dolores rectè tolerandos.

Ante negotium quodcunque animo versanda.

LABORATURUS, aut negotium suum quodcunque curaturus, hæc animo verset. 1. Hunc laborem meum, ð Deus, quem cum curâ, impigrè, fideliter & accuratè obibo, tibi ad tuum honorem offero. 2. Ut vitam meam in obsequium tuum impendendam sustentem. 3. Ut ad obedientiam me exerceam (si labor præscriptus sit aut imperatus.) 4. Ut charitatem in alios demonstrem (si labor aliis etiam profuturus sit.) 5. Ut ad submissionem me excolam (si opus sit abjectum, & ignobile.) 6. Ut patientiam discam (si labor molestus, difficilis, & incerti eventus sit.) 7. Ut carnem otio & petulantia pronam, opere frangam & edomem.

Cum adversa ingruunt, cum molestiæ, rædia, difficultates, afflictiones, anxietates fatigant, cum quid obtingit grave & perpeffu asperum, tunc maximè vigilet RECTA INTENTIO. Quando autem vix quisquam est qui non vel unico die centenas habeat occasiones exercendæ patientiæ, accuratissimè hoc agendum, ut eâ quâ par est intentione cuncta perferantur. Plurimos reperias, qui & valetudinis, & facultatum, & famæ nominisque jacturam faciunt; ægri, inopes, contempti, sed quia nihil tranquille, nihil patienter, nihil non repugnantly patiuntur, quia omnia non aliter ferunt, quàm quòd cogantur ferre; nunquam non impatientes & queruli, ideo nihil promerentur, nisi supplicia & pœnas intolerantibus debitas. Nam quod illis Deus submittit in pharmacum, hoc illi mutant in venenum. Hic ergo negotium suum sedulo agar intentione recta, ut quod ferendum est, cum lucro & quæstu nobili perferatur, fiatque è necessitate virtus.

Contra res incommodas & asperas intentione.

Quotiescunque igitur res incommodæ & asperæ, graves, afflictæ, turbidæ sunt, qui lædi non vult, his intentionibus se armet. 1. Hoc quidquid est, mi Deus, patienter tolerabo, ut ad tuam sanctissimam voluntatem, meam conformem, cum certò sciam, hoc à te, meo bono, in me immissum esse. 2. Istud, mi Jesu, libenter perferam, tui amore, & ut tuis vestigiis, quæ mihi hanc viam signarunt, inhæreám. 3. Adversâ omnia hilariter & excipiam, & patiar, ut priorem vitæ improbitatem luam, Dei favorem, & gloriæ futuræ præmium augeam. Maxima artis est, quælibet MALA BENE PATI posse. Sed & maximi lucri est erudita hæc patientia. Optimè Ludovici Blossius: *Etiã exigua molestia, inquit, propter Deum æquanimiter tolerata, incomparabiliter præstantior est, quàm sint multa & grandia bonorum operum exercitia.*

Instit. spirit. c. 8.

§. VI. Ante status mutationem; ad Sacerdotium, aut Religionis ingressum.

ORta est quondam inter eruditos ac Religiosos viros quaestio, quis omnium Ordinum sit rigidissimus? Varii varia super eâ quaestione pronunciarunt: illi,

S. Brunonis, hi, S. Francisci rigidos fratres, alii alios vitam maximè austeram vivere censebant. Tandem unus auditis omnium sententiis: Pace, inquit, vestra dixerim, viri: quâ de scientiâ non malè, quâ de experienciâ judicatis pessimè: Non est in orbe Ordo magis adstrictioris rigoris, quàm sit matrimonium: idque argumentis diversis firmare ingressus est. Verissimè hic omnium videtur dixisse, si quidem non eâ quâ par est intentione matrimonium inecatur. Qui aut Reginam Pecuniam, aut Dominam Formam, aut Heram Nobilitatem tantum in conjugem adsciscit, miseris sese implicat innumeris; verè in ordinem hic sese redigit, sed rigidissimum: Vxorem ducit, Libertatem vendit. Ita solet Deus sapissime corruptam intentionem punire (experientia loquitur) ut qui delicias, aut divitias intentione perversâ quæsit, rixas & dissensiones inveniat perpetuas. Heu quid aequè miserum est, quàm toties vel ab invito confessionem hanc edi? Nec possum tecum vivere, nec sine te.

B

Hoc tale conjugium intestinis bellis afflictum, rectè dixeris vivum inferorum cithypon, ubi nullus ordo, sed semper horrore inhabitat. Videte igitur qui conjugium cogitatis, ut illud intentione quàm sanissimâ ordiamini. Non pro sapia solum, neque solum formæ, aut pecuniæ nubendum est: optimi ac probissimi mores quaerendi sunt. Imprimis illud curandum, ne impares jungantur. Hæc enim imparitas non potest non esse seminarium litigii. Ante omnia recta sit oportet utriusque conjugis intentio, ne Acha & Jezabel, sed ut Tobias & Sara, ut Joachim & Susanna conveniant. Hi namque qui conjugium ita suscipiunt, ut Deum à se & suâ mente excludant, & sua libidini ita vacent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus habet potestatem demonum super eos. Ergo non ante in conjugium mutua eat consensio, quàm recta intentio. Hujus intentionis formulam dat Tobias & Domine, tu scis quia non luxuria causâ accipio conjugem, sed solâ posteritatis dilectione, in quâ benedicatur nomen tuum in sacula seculorum. Sed ad sacerdotes & homines religiosos me verto.

C

Hic gemitus velim & suspiria pro me loqui. Heu ve reor, ne fortè sint qui in Sacerdotium veniant, non ut pium officium, sed ut largius alimentum inveniant, ut penum congerant, ut culinam instruant, ut cellam impleant; taceo pejora, quæ tamen obliquè suggerere solet intentio prava, etiam tunc cum ad honestissima tendimus. Verus sed æqua est querela de sacerdotibus; Dei loquitur clamar Malachias: *Quis est in vobis qui claudit ostia, & incendat altare meum gratuito? non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum; & munus non suscipiam de manu vestra.* Perinde si dixisset, quamvis ministrorum meorum labores nolim esse sine stipendio quo se alant, nolo tamen eos officium suum, ob finem ad eò vilem præcipuè facere. Obsequio meo cumprimis studeant, commodum suum pro additamento habeant. Hinc liquet letalis esse noxam, divinum officium, & hujuscemodi munia, eâ præcipuè intentione exequi, ne reditus annui censûsque amittantur. Pari modo ad ingressum Religionis summè necessaria est sinceritas intentionis. Ah, census annuo ne forsã aliqui etiam ad Religionem properent, non ut religiosè vivant, aut infra omnium vilitatem se abjiciant, sed ut parentum aut cognatorum avaritiæ non displiceant, ut dies quietos & suaves reperiant, ut tandem emergant, & inter ceteros emineant, ut in solium, eò alioqui nunquam perventuri, conscendant: in eò tam subdola nequitia est mala intentio, ut nonnunquam per ipsam vitæ austeritatem delitias quærat, & illic indulgere velit genio, ubi omnes serviunt Christo.

D

O Sacerdotes, ð Religiosi (vos appello quosunque non sincera huc agit intentio) hoc est toto celo aberrare, & non in uno delinquere, sed in omnibus. Si vobis hac via libeat pergere, ad inferos rectè tenditis. Ergo autem scimitam

Quia non in uno delinquit, sed in omnibus.

Religiosus: Dei gloriam intendere debet.

Ad Coloss. 3. v. 17.

Religiosus: Dei gloriam intendere debet.

Religiosus: Dei gloriam intendere debet.

femitam aliam insitite, aut intentionem pessimam mutare. Hâc ire, & hoc animo perire est.

Quisquis ergo sacerdotium aspirat, non suum, sed Dei honorem sincerâ intentione quærat, non tondere oves aut deglubere velit, sed pascere: non meliorem vitum, sed sanctiorem vitam cogit.

Quisquis in religiosam familiam adscribi desiderat, in unam atque unicam Dei gloriam totus intendat, nec quidquam aliud percipiat, quam Deo perfectius servire, fortiter agendo, & sustinendo plurimâ. Cui non in voto est, quotidie multum perpeti pro Christo, ad Christi scholam ne veniat. Qui pati non vult, ineptus est discipulus in hoc lyceô. Abite delicati, abite, abite procul hinc impatientes & queruli; sed omnium primi hinc recedite superbi. Exeste religiosi, qui cathedras, qui claves, aut miras queritis. Omnia vitia odit Religio, sed ante omnia Superbiam, è quâ omnium vitiatorum propago est. Angelos & diabolos cælum unum non capiebat, nec unum cœnobium aut collegium Humiles & Superbos. Nimia hæc morum discrepantia est, in veram societatem nunquam coilitura.

Igitur ô Sacerdotes, ô Religiosi, videte, cavete, æternæ salutis negotium non cæco impetu aggrediendum est. Ad hæc sacra dux esse non potest nisi recta, sincera, puraque intentio. Quisquis ad sacerdotium, quisquis ad religionem alio venit duce, vel comite, quam bonâ intentione, aut hinc ad pristina redibit, aut hinc certe interibit.

§. VII. Christi actionibus nostras esse jungendas.

Incredibile dictu est, quantum conferat in hoc bonæ intentionis exercitio, suas Christi actionibus jungere, & sic eas divino Patri offerre. Horatus ad hoc Paulus: *Omne, inquit, quodcumque facitis, in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Jesu Christi.* Sanctissime nec fecerit qui cum hoc auctario nobilissimo, sua omnia divinæ Majestati obtulerit. In exemplum sint hæc paucula:

O mi Deus, hunc ego laborem meum tibi offero, cum omnibus Filiis tui Domini mei laboribus.

A V T,

Istud quod ego patior, cum omnibus iis, qua in terrâ passus est Filius tuus, tibi consacro.

A V T,

Hanc ego actionem, hanc orationem, hanc fatigationem meam, ad Filii tui actiones, orationes, & fatigationes, velut guttulam in mare deferens, appono, simulque tibi omnia immolo.

A V T,

Pater æterne, hanc ego necessitatem, hanc miseriam, hoc gravamen, hoc impedimentum, hunc macerorem, hos dolores, hanc tentationem, calamitatem, tribulationem, unitam Passionis & arummi Vnigeniti tui, tibi offero, ad æternam tuam gloriam.

A V T,

O mi amantissime Deus, ego me meaque omnia tibi offero, per unicum Filium tuum, ad omnium hominum salutem, & laudem nominis tui æternam.

Sic actiuncula nostræ etiam vilissimæ, sic miseriæ & calamitates nostræ univærse, Christi actionibus, injuriis, doloribus & cruciatibus conjunctæ summæ pretii dignitatem induent, nec poterunt cælesti Patri non esse acceptæ. Hoc nil aliud est, quam plumbi granulum in liquatum aurum immittere, & auream illi nobilitatem donare: aut aliquot aquæ guttulas in dolium generosissimo Falerno plenum spargere, & ad vini dignitatem at tollere: sic & operâ nostrâ ex se imperfecta, frigida, defectuum plena, Christi operibus juncta, pretium acquirit maximum, ab unione hac tam excellenti: hoc est enim vestibus Esau optimis induere Jacob.

Hac de re præclarissimè Blossius: *Consuecat, inquit, tam illa quæ agit, quam ea quæ patitur, conjungere atque unire operibus & doloribus Christi per orationem sive desiderium.*

Tom. I.

A Sic enim ipsa opera & gravamina ejus, quæ ex se vilia, obscura, atque imperfecta sunt, nobilissima, clarissima, Deoque gratissima erunt. Ineffabilem namque dignitatem ex meritis Christi, quibus unientur, accipient. Et: Bona opera illius qui istud pæ observat, excellent in comparabiliter bona opera ejus qui non observat. Idem hoc ipsum in suo speculo confirmans: si in spec. bona opera, inquit, & exercitia tua copulaveris unierisq; actibus & exercitiis Christi, atque ita obtuleris illa Deo in laudem æternam: erit sanè ista oblatio ipsi Domino longè gratissima, & opera tua claritatem dignitatemque ineffabilem recipient, ex actibus Christi quibus unientur. Plumbum tuum (ut ita dicam) mutabitur in aurum optimum, & aqua tua in vinum excellentissimum. Ita omnia Dominus familiarissimis amicis suis revelare dignatus est, ut nos hac ratione opera nostra reddamus nobilissima; hac ratione nostram inopiam ex inexhausto merito Christi thesauro subletemus, & animas nostras ejusdem Christi meritis exornemus: hac denique ratione pro peccatis nostris facillimè satisfaciemus.

B Hoc sacrificii genus ita placet divinis oculis, ut Christus voluerit sibi à beatâ Gertrude omnes omnino actiones minutatim etiam offerri, eâ nimirum ratione, ut vel litteras quas pictura, bolos quos sumptura, verba quæ dictura, passus quos factura, anhelitus quos captura fidei obsequio quasi adnumeraret. Ecquid Deus hæc ita minutim postulat? Ut homines suis obsequiis intentos, & fideles faciat ac diligentes, qui etiam minimos in rebus Domini neglectus caveant. Quia verò nostra intentio subinde dormitat, & actiones nostræ sæpe steriles sunt ac languidæ, vult suavissimus Dominus nos compendio hoc uti, & nostras suis actionibus, intentionem nostram sitè, quam ipse in terrâ habuit, conjungere, sicque ditescere. Hinc illud Ecclesiæ quotidianum & perpetuum: Per Christum Dominum nostrum. Hæc autem nostrorum cum Christi operibus conjunctio fieri potest, non tantum actionis principio, sed etiam fine, aut medio. Quemadmodum recta intentio, non solum initio, sed medio, ac fine vitari potest. Aliqui bonâ intentione incipiunt, pergunt aliquamdiu, ubi autem occasionem cernunt exartandi, de facili se ipsos inveniunt, & Deum, quem ante quæsierant, corruptâ intentione deserunt. Aliquot hujus farinae homines ipsi Christo in disciplinam se tradidere. Intentione utique bonâ ceperunt, perexerunt aliquanto tempore, inter Domini discipulos censi. Tandem eâ dicendi vi peroravit Christus de pane vivo, sed & spiritum esse qui vivificet, carnem non prodesse quidquam, ut hoc multi audientes ex discipulis ejus dixerint: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Hic illorum recta intentio vacillare, hic ad casum inclinare, hic cadere. Ex hoc multi discipulorum ejus abierunt retro, & jam non cum illo ambulabant. En non incepisse tantum, sed & finisse rectâ intentione, virtutis est.

Ideo continuâ hinc opus est restauratione, nunquam hinc cessandum, recta intentio continuè urgenda, manè præsertim, sub sacro, ad cujusvis laboris initium, & antefomnum. His intervallis diei recta intentio renovanda, his saltem pauculis verbis: *Domine, hæc omnia propter te. Aut: Tuo honori, Domine, hoc faciam. Aut: In tuam gratiam, mi Domine, hoc patiar.* Ah, ingemisco cum cogito, nos à bestis etiam in ruborem dari. Narrat Elephantem fuisse in urbe Colchin, qui operas diurnas præbere solitus erat ad portum & res marinas. Eum fortè ut bis Præfectus urgebat, ut Liburnicam (navim) quam Carolus Clucommovere cœperat, deduceret porro in mare. Ille absistens nuere, instare alter multis blanditiis; elephas laborem hunc constanter averfari; ad extremum Præfectus, saltem in gratiam Lusitanæ regis id veller, orare. Hic, immane dictu, elephas, clarè hæc duo verba ingeminnat, *Hoo, Hoo*, quod Malabarum lingua est, *Volo, Volo*: ac sine morâ navim traxit in mare. Tanti erat elephantot, regis Lusitani gratiâ laborare. Quid nos ratione præditi, disciplinæ capaces homines? quoties præfractè retri-

vide supra lib. I. cap. 5. §. 5.

Potestque fieri non tantum actionis principio, sed etiam fine, aut medio.

Iom. c. 6. v. 60.

Ibid. v. 66.

Christoph. à Cast. in hist. Aramatum, opera Caroli Clucommovere cœperat, deduceret porro in mare. Ille absistens nuere, instare alter multis blanditiis; elephas laborem hunc constanter averfari; ad extremum Præfectus, saltem in gratiam Lusitanæ regis id veller, orare. Hic, immane dictu, elephas, clarè hæc duo verba ingeminnat, Hoo, Hoo, quod Malabarum lingua est, Volo, Volo: ac sine morâ navim traxit in mare. Tanti erat elephantot, regis Lusitani gratiâ laborare. Quid nos ratione præditi, disciplinæ capaces homines? quoties præfractè retri-

Religiosus totus in Dei gloriam intendere debet.

Ad Coloss. 3. v. 17.

Bloss. Menil. spirit. cap. 3. per unicum Filium tuum, ad omnium hominum salutem, & laudem nominis tui æternam. Sic actiuncula nostræ etiam vilissimæ, sic miseriæ & calamitates nostræ univærse, Christi actionibus, injuriis, doloribus & cruciatibus conjunctæ summæ pretii dignitatem induent, nec poterunt cælesti Patri non esse acceptæ. Hoc nil aliud est, quam plumbi granulum in liquatum aurum immittere, & auream illi nobilitatem donare: aut aliquot aquæ guttulas in dolium generosissimo Falerno plenum spargere, & ad vini dignitatem at tollere: sic & operâ nostrâ ex se imperfecta, frigida, defectuum plena, Christi operibus juncta, pretium acquirit maximum, ab unione hac tam excellenti: hoc est enim vestibus Esau optimis induere Jacob.

Bloss. cap. 17. vers. 15.

Influ. spirit. cap. 9. initio.

cap. 9. initio.

cap. 9. initio.

cap. 9. initio.

cap. 9. initio.

et resistimus, & imperata etiam levia detrectamus, A
est miles invitemur: *Eja queso, in gratiam Christi Domini, Ad voluntatem regis caelestis, Ad gratiam Iesu crucifixi. Ne sic quidem movemur: ad nobilissima haec invitamenta obsterdescimus, vel bestis contumaciores.*

At quibus salva est semper sinceritas intentionis pure, cum quid faciendum, in supremi regis gratiam promptissime illud vel centies ingeminant, *Volo, Volo*, propter te, mi Domine: Et quamvis ad hoc praestandum, me nulla vis aegerit, licet nullum praemium, nec supplicium ullum hoc mihi persuaserit, nihilominus tamen in Christi gratiam, hoc libenter praestabo; Propter te, mi Domine, haec faciam, haec omitam, haec perferam, propter te Domine.

In omnium potestate est, haec dicere, haec sentire & velle: nec valentibus, nec aegris haec difficilia. Alioqui agendo multa, nihil agimus. Sine mercede labor est quoadocunque est sine recta intentione. Qui perdere non vult operam, assiduam gerat rectae intentionis curam. B

CAPVT IX.

Quae sint SIGNA RECTAE INTENTIONIS.

Hebraea plebis homines magnam partem rudes & asperi, tanque obruso capti erant, ut aegerime crederent, quod non oculis cernerent. Ut ergo suis ipsi oculis exploratissimum haberent, quid sit intentio mala & prava; ceteris, voluit Deus ut manna quod ex praescripto in Sabbatum collegissent, integrum, recens, incorruptum servaretur. Quod vero contra legem aut vitiose providi, aut repetendi laboris peracti, in alios etiam dies collegerunt, id omne mox corruptum, verminibus cepit ebullire. Hic neque locus, neque vas in quo caeleste hoc alimentum aservabatur, neque ipsum manna in culpa fuit, sed sola voluntas & intentio prava, legi C
si se subijcere designata.

Hoc Deus Hebraeorum oculis sic objecit, tanquam si de caelo proclamasset: Cernitis tandem immorigeri, quid voluntas possit in homine, quid sit velle aut nolle obedire quid bona maleque intentio progignat: hi vermes rebellionis vestrae testes sunt; hos fructus producit contumax voluntas vestra, & perversa intentio; spectate haec oculis, atrectate manibus increduli.

Cum Christianis Deus post Filii tot conciones, alia ratione agit; bonae maleque intentionis signa iis etiam proponit, sed magis recondita, & non tam oculis quam animo cernenda.

Si quis corporis oculos consideret, eos admodum esse garrulos, quamvis sine voce comperiet. Illi namque sua garrulitate dominum suum sapissimè produnt, cum ex oculis valetudinem & morbum, hilaritatem & motorem, odium & amorem deprehendere sit facillimum: latentes hos affectus oculi evulgant. Porcus, qua interiora corporis, simillimus homini, morbum suum lingua & oculis detegit aspicienti. Si ferendum sit iudicium quam sana sit hominis actio, interrogandus est interior illius oculus, intentio: *Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit.* En tibi, ab oculo discitur, quod de toto corpore pronuncietur.

At sicuti nil artis est scire morbum in oculis deprehendi, nisi & sciatur quibus signis & indicibus deprehendatur: ita non satis est nosse vitae probitatem ab intentione proba colligi, nisi etiam noverimus, quae probae intentionis signa sunt & indicia, de quibus nunc agendum est. Igitur, ut fidem sibi quisque habeat, & recta ire via se credat, duodecim ordine signa numerabimus, de quibus suam cuius facile erit intentionem aestimare.

Manna ex praescripto in sabbatum collectum incorruptum servatum, contra legem in alios dies collectum id omne mox corruptum est.

Matth. c. 6. v. 22.

Duo decim signa rectae intentionis.

I. SIGNVM BONAE INTENTIONIS.

Non facile turbari, non tumultuose aut turbulenter rem aggredi. Indoles eorum non bona est, qui incosultà levitate ad labores accedunt, qui cum impetu agunt omnia, & in res non veniunt, sed rapide feruntur; aestuant, manus pedesque jactant, anxii trepidant, ac si suis curandis defuturum sit tempus, inquietissimi discurrant, tanquam primo aggressu omnia deperatururi. Quid opus hac aestuatione & impetu? Festina lente, mi homo. Consilio est opus, non impetu, Quinto Curtio monente. Qui principio tam contentè currit, citò deficit: qui gradu clemente ac pressò incedit, etiam progreditur, & minus fatigatur. *Qui festinus est, pedibus offendet.* Temperanter sumendum est illud praescriptum: *Sis in consiliis cochlea, in factis aquila.* Itaque sub initium plerunque placidè incedendum, dum ab ipso ingressu accrescat vigor. Nota nobis verba sunt à praecipis de Christi imitatione: *Quid homo non sit importunus in agenda.* Et: *Sin actiones tuae sub te &c.*

Qui sinceram intentionis est, in negotiis etiam impedittissimus hoc versat animo: Deus mihi haec negotia dedit curanda, utique dabit etiam tempus & gratiam ad ea conficienda: Deo laboro, & ejus honori, facioque quod mearum virium est: bonus Deus curabit cetera. Itaque, quod etiam poetae monent, Permitto Divis cetera.

II. SIGNVM.

In omni affectione sic affectum esse, ut si quaereretur, quorsum haec? promptissime responderet: Ad majorem Dei gloriam. Quorsum illa? Ad hanc ipsam. Quorsum ista? ad eandem. Sicut viator interrogatus qua viam teneat, sine mora respondet, In golstadium, aut Vienne, aut Pragam, aut Romam. Atque si vel leviter itinerare se decepsisse intelligat, quam primum in viam regiam redit. Qui solum animi causam deambulaturus exit, saepe nec panem, nec pecuniam secum defert, nec in tabernam ingredi in animo est. At qui peregrini, aut nummos sumunt in viam, aut panes, uti ferè solent homines à pago, & cum venter jam mugire & magnum inane queri incipit, annonam suam è facciperio extrahunt, & solantur oblatrantem stomachum. Ita profus homo rectae intentionis, qui se nunquam non meminit peregrinum esse cum in opere fatigatus vitae molestias gravius incipit sentire, mox secum ipse intentionem rectam renovans: Et cui haec facio, inquit, cui laboro, cui lego & scribo, cui sto & curro? Nunquid Deo? an non propter Deum haec omnia tolero? Abi ergo torpor, abi tedium, abi otium & desidia, abi procul impatientia, abite pessimae pestes. Si cuncta haec Deo fiant, prout par est illi soli haec fieri, ergo & patienter & promptè, & libenter faciam atque patiar haec universa. Ita pergo, propter te Domine; omnia mihi & facilia & jucunda, o Domine, propter te. Secus faciunt illi quibus vita velut deambulatione transigitur, qui nec panem secum ferunt nec pecuniam, & seriam & sinceram carent intentione: homines vani, in omne genus illecebrarum proni, quibus anima pro sale data est. Horum vivere, est animi causam deambulare, quod pedes ferunt, quod affectus praecurrunt. Non ita veri illi peregrini, quibus & panis est & pecunia, intentio non tantum seria, sed & sincera.

III. SIGNVM.

Non angere, nec ob agenda distrahi in curas, quae hominè à precibus, à conscientiae cura, à Dei memoria avocent. Qui sincere intentionis est, hoc agit ut facultati & viribus suis agat convenienter. Observat Chryostomus, eum ab hero Evangelico aequè laudari, qui duo accepit talenta, atque illum qui quinque. Sed dicas: Cur utrique par honor habitus? Quia in utroque par fuit diligentia,

1. Non facile turbati, nec tumultuose rem aggredi.

1. Tim. 2. 1. 2. Tim. 2. 1. 3. 1. 2.

4. Sollicitudinem aliorum iudicia non expi scilicet.

2. Tim. 2. 1. 2. 1. 2.

3. Non est anxium agenda.

Her. 41. 19. 6. 1. 2.

gentia, tamen si circa imparem pecuniam. Hoc creberimè contingit, ut duo in eadem re operam suam ponant, sed effectus profusus inaequali, illo ab hoc longissimè superato: fieri tamen potest, ut aequale præmium immeritus sit uterque, certè apud Deum, qui non attendit quale opus, sed à quali conatu & industria prodierit. Sunt qui viribus, aut ingenio, aut prudentiâ polleant, & quæ aliis difficillima, ipsi velut per jocum faciant: Sunt & alii quibus aut fractæ vires, aut infelix & pingue tardumque ingenium, hi quamvis fudent & conatum omnem exerant, omnemque industriam in opere consumunt, tandem tamen urceus exit, opus sine omni gratiâ & Venere. Et quinam horum majore digni præmio? sæpe illi, quorum opus velut nimis inelaboratum ab omnibus spernitur: Ab humanis longissimè distant iudicia divina. Et hoc ita qui ingenii celeritate præstant, aut ad omnia faventes habent Gratiâs, superbiæ alas meritò incidunt; istos erigat, iisquæ animum addat, cum nullius momenti sit humanis oculis placuisse, maximi divinis. Præclare Thomas ille: *Si Deus, inquit, semper esset pura intentio nostri desiderii, non tam facile turbaremur proressentiâ sensus nostri.*

Thom. à Kemp. lmit. Christ. l. i. c. 14. num. 1.

IV. SIGNVM.

4. Sollicitè aliorum iudicia non expiscati.

2. Tim. c. 1. v. 12.

Opere peracto non discursare, nec sollicitè aliorum iudicia expiscari. Sunt qui instar comitorum histriationum, dramate peracto quærent: Qui placuimus? nemòne plaudit? ita isti quærere solent: Quid sentiunt domini de me, meòque opere? nimis satisfeci, num placuit? quid tacent? intentionis corruptæ signum evidens. Nam qui sinceræ intentionis est, ita secum ipse loquitur: *Scio, cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem.* Ego quidem feci quod potui, idque sincero animo in divinum honorem: laus inde sequatur, an non, mihi perinde est; scio quam seridè volenti facile sit, & servire & placere Deo.

Fuit qui annulum gemmarum summi pretii invenit, quem mox ad proximum sutorem deferens. Dic quæso, inquit, mi magister, quanti æstimas hunc annulum cum hoc lapillo? Cerdo, cui corium notius quàm aurum & gemmæ: Insignis, inquit, splendor cum forsitan evexerit ad trium florenorum pretium. Equis, obsecro, horum amborum stultior, an qui talem interrogavit, an qui talia respondit? Certè inventor annuli videtur stultitiæ palmam præripuisse, quòd ad imperitissimum gemmarum iudicem, gemmam æstimandam detulerit. Gemmæ sunt pretii profusus inæstimabilis, opera bonâ intentione edita: quid verò de his hominum aures oculosque interrogamus? minùs hæc æstimare norunt quàm futuri uniones; præsertim cum intentio, à quâ pretium actioni accedit, nemini unquam satis possit esse cognita. Nux & cælum, guttula & Oceanus, lapillus & terrarum Orbis, mutuam inter se comparationem agrè admittunt: minùs tamen quòd bonâ intentione factum est, comparari se sine cum eo quòd malè. Et quomodo tandem hîc possint iudices esse oculi, cur apud hos de margaritarum nostrarum nobilitate yanissimè litigamus? Deus solus est qui hæc æstimet, huius iudicio permitenda sunt omnia, huius standum. Ab hominibus virtutes ac vitia plerunquæ non ex merito æstimantur, sed ex populari iudicio. Hinc longissima series errorum.

V. SIGNVM.

7. Eventu rei aut laboris minùs secundum non turbati.

Eventu rei aut laboris minùs secundo non turbari aut concuti, cum Deus, ad quem intentione collineandum, non tam spectet quid effectum, quàm quomodo, quâ intentione, quâ diligentia quippiam factum sit. Magnus ille Apostolus Jacobus, totâ Hispaniâ, ut narant, non plures Christianis sacris imbuit quàm octo homines, ita velut ab irritò conatu reversus Hierosolyam; Herodis gladio caput præbuit secundum. An Deus Ja-

Tom. I.

cobo non idem præmium daturus quòd ceteris Apostolis, qui reges & regna integra ad disciplinam Christianam traduxerunt? Idem utique, & forsân majus. Neque enim illi Deus, quid efficeret, sed quid faceret imperavit; ab Apostolo semen spargendum erat, feminis incrementum penes Deum fuit.

Hoc probæ intentionis homo altè combibit, suum esse, laborare; Dei, labori aspirare. Itaque cum ars decipit, cum nihil procedit, cum aliquid in perniciem ei vertit, cum spes ad irritum cadit, vix quidquam turbatur; hoc enim, inquit, non in meâ est potestate sed Dei. Feci quòd licuit, quòd debui, quòd decuit; res aliter cessit? humanarum hæc natura rerum est. Atque hoc admodum necessarium est scitu, neque enim infrequens est ut operam ludat etiam laboriosa diligentia, & sine effectu sit præclarus utique labor. Num quis ideo discrucietur animo? Nequaquam: Si bonæ intentionis est, tam secundos quàm adversos eventus Deo committet, divini consilii securus. Christus ipse postremis quatuor vitæ annis, quot obsecro sibi divinis suis concionibus adjunxit? non aded multos numerabis; longè plures Apostoli ad nostras religiones permoverunt.

Pari modo qui nihil non sanctâ intentione aggreditur, quamvis in seipso plurima desideret, tamen pravitates & errata in se deprehendat, non tamen contumè abjicit animum, non consternatur, non exanimatur, sed quàm illum sua miseria deprimit, tam erigit Dei misericordia, neque tam malè unquam res vertunt, ut bonam intentionem mutet. Inter adversa & prospera idem ei animus, hoc est, ad Deum semper erectus. Cetera omnia velut nubes infra se calcat, firmat animum infortuna, & in omnes casuum impetus; omnia æquo ac hilari aspiciit oculo. Animus ei semper æqualis, & qui secundo cursu eat, placidèque statu maneat. Itaque eò pervenit, ut magnum illud Deòque vicinum obtinuerit, **NON CONCUTI. Non contristabit iustum quidquid ei acciderit.**

Prov. c. 12. v. 21.

VI. SIGNVM.

RE quapiam peractâ, Inanem gloriam, & omnem cogitationum vanitatem fugere. Quis est hic, & actâ inanem gloriam fugere. Laudabimus eum, qui sibi ipse nunquam applaudit domini, cui suus labor apud se non sit in pretio, qui à seipso non audiat: bene, bellè, præclare, ecquis meliùs? Hoc verò aliud non est quàm totis hebdomadibus corbes plectere, & operam tam longi temporis Vulcano consecrare. *Evanescent in cogitationibus suis & obscuratum est inspiens cor eorum.*

6. Re peractâ & actâ inanem gloriam fugere.

Rom. cap. 1. v. 21.

Sunt qui sua duntaxat laudent, aliena aut dampnent, aut silentio feseant, laudes suas etiam ab imperitis avidè excipiant, aliorum dejecto vultu, fronte, oculis hauriant, & cum improbare non possint, nunquam tamen probent. Hi non Deo, sed famæ suæ tantummodo nati, ingentes arrogantia montes sub modestâ fronte regunt. Neque aliunde provenit parca hæc alienarum virtutum laudatio, quàm ab animo laudis suæ avido, qui cum aliorum commendationibus detractum iri veretur suis, seridè cavet ne quid elabatur in alio laudandum: odit pares in potiundâ gloriâ. Ad rem hîc submonès Annæus Seneca: *illud, inquit, adhuc tibi affige, quòd paulò ante dicebas: sine nihil ad rem pertinet, quàm multi aequitatem tuam noverint. Qui virtutem suam publicari vult, non virtuti laborat, sed gloria. Non vis esse iustus sine gloriâ: at me hercule sæpe iustus esse debbis cū infamiâ. Et tunc, si sapias, mala opinio bene parva delectat.*

Epist. 115.

Jacob Patriarcha moriturus: *Fiat Dan, inquit, coluber in viâ, cerastes in semitâ, mordens ungulis equi, ut cadat v. 17. ascensor ejus retro.* Cerastes, serpens non spatiosi corporis, fabulo se abdit, equi illac transituri unguam admorsurus, ut is dolore furens excutiat fessorem. Diabolus Cerastes simillimus, dum nos arctiore viâ virtutis ince-

Gen. c. 49. v. 17. cerastes simillimus est.

Tr 3 fallax

falsa gloriae imaginem precipitet. Qui bonae intentionis est, hunc Cerastem cautissimè declinat, & ubique locorum assidue ingeminat: Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam: Solum Deo gloria: Dominus virtutum ipse est rex gloriae.

VII. SIGNVM.

7. Invidiolâ non tangi.

Ne invidiolâ quidem tangi. Qui divino tantum honori studet, parum curat, etiam si in artibus aut scientiis pares, vel etiam superiores habeat: nullam rem à se tantum vult confici, neque hoc unquam in voris habet, ab alio non superari: nunquam invidet altius stanti; quod in aliis magnum non deprimat, ut sua exrollantur. Nobilissimum hujus rei specimen praebeuit Moses. Venerat ad illum adolescens invidiam in alios concitaturus, nam eos insoliti vaticinii accusavit. Divina pagina rem sic narrat: Currebat puer & nunciavit Moysi dicens: Eldad & Medad prophetant in castris. Statim Iosue ait: Domine mihi Moyses, prohibe eos. At ille: Quid, inquit, amularis pro me? quis tribuat ut omnis populus prophetaet, & det eis Dominus spiritum suum? Fit in aulis principum; ut legati, aut aliud aliquod munus obeundum sit, & forsitan ad id deligitur qui minimè putabatur, negligitur qui se maximè deligendum suspicabatur: hic rem magnam facit, qui potest non invidere. Idem inter religiosos contingit: varia apud eos officia gubernandi, docendi, concionandi, hoc illud vè curandi. Hic ille magnae virtutis, & intentionis optime censendus, qui tam æquis oculis alium gubernantem, docentem, concionantem, hoc aut illud curantem aspicit quam se. Sed quandoque alius se fe affectus prodit. Quoribus accidit, ut alicujus inopiam levare velimus, sed à nobis ipsis; infipientiam doceri, sed à nobis ipsis; vitium corrigi, sed à nobis ipsis; confessiones excipi, sed à nobis ipsis; hos aut illos officiosè salutari, sed ab alio nemine quam à nobis ipsis; conciones ad populum haberi, sed non ab aliis, cum nos ipsos æquè bene aut melius id præstituros non diffidamus. Quam rari hodie Moses sunt qui ferè clament: Quis tribuat ut omnis populus prophetaet? Ut omnes sint legati, aut legatorum curatores. Ut omnes ad gubernandum, ad docendum, ad concionandum sint apti, quis tribuat?

100. cit.

Eodem modo, cum alii ab industria, ab ingenio, à fidelitate, ab eruditione, ab aliis naturæ atque animi, scientiæque dotibus largius laudantur, si quis has laudes æquis auribus admittere, & invidiolâ possit non tangi, & ipse quoque rem magnam fecerit. Quisquis autem bonae intentionis est, ad hæc omnia ex animo dicet: Velit Deus; ut mille tales sint, & istis, & illis non invidio: Velit Deus, ut dominus meus huic laudatissimo famulo tot similes habeat alios quorquor optat; ego, quod in me erit, fidei operâ præstabo; ab hoc aut illo me vincit absque invidiâ patiar. Hæc probæ notæ voces sunt, & longè meliores istis: Tam fidelis & diligens non est hic homo, atque esse creditur: Ille revera non summam eruditionem habet: Ille non tantæ virtutis est, quantæ putatur. Hoc est invidio dente alienas laudes convellere, & tunc demum se circumspicere ut magnum, cum præ se omnes alios in parvo censu posuerit. Quæ omnia à bonâ intentione longissimè abhorrent.

Sed ò invidia, ò malum pessimum? quor aulas, quot, pæne dixerim, religiosas domos aut evertis, aut inficis? O invidia alienis incrementis semper inimicissima! Hinc illud est tædium, & nusquam residentis animi volutatio, & concessi otii tristis atque ægra patientia. Inde moror marcorque, & alienorum processuum aversatio, & mille fluctus mentis incertæ: inde ille affectus otium suum detestantium, querentiumque nihil ipsos habere quod agant; alios se neglectis ad honorificas functiones produci. Hæc secum agit animus sibi relictus, nec sibi sufficiens. Et quis est, qui si aliquid præclarè fecerit, & facti honos ad alterum etiam redunder, non

statim cum stomacho vociferetur: Hos ego versiculos feci, tulit alter honores: Per me victorem triumphantem alii, ego sub jugum mitto.

Verum alienis delectari malis, voluptas non hominis, sed diaboli est; alienis bonis torqueri, æterna miseria est. Hiæmulationis & invidiæ non rivali, sed flumina à pravæ intentionis fonte exundant, ad rectam intentionem exarscunt.

Alienis malis delectari voluptas est diaboli, non hominis.

VIII. SIGNVM.

Indicia hominum posse contemnere. Hæc una maximarum, & maximè necessariorum artium est. Nunquam vir erit, quisquis hoc posse non exactè didicerit. Hoc nobis omnes sapientes ex omni domo conculcabant: Indicia hominum non formidanda. Infra Christianam nobilitatem est, ab hominum judiciis huc illuc agitari, & malum sanè ingens, ex alienâ opinione tanquam è filo pendere. Quæ enim est tam modesta felicitas, quæ maligniores censuras vitare possit? Pufficorum monitum est: Si vis beatus esse, cogita hoc primum, contemnere & contemni. Nondum es felix, si nondum te turba irrisit. Sed longè præclariùs Thomas à Kempis: Tacta cor tuum, inquit, firmiter in Domino, & huc manum ne metuas judicium, ubi te conscientia pium reddit & innocuum. Bonum est & beatum taliter pati. Non es sanctior si laudaris; nec vilior si vituperaris. Quod es, hoc es; nec major dici vales, quam, Deo teste, sis. Si attendis quid apud te sis intrus, non curabis quid de te loquantur homines: homo considerat actus, Deus verò pensat intentiones.

8. Indicia hominum posse contemnere.

Qui sinceræ intentionis est, ideo hos iudices non veretur. 1. Quia exploratum habet quam illi graviter fallantur in plurimis, & hoc vel à seipso dicit, toties in aliis judicandis decepto. 2. Scit ab his judiciis nihil sibi accedere, nihil demi. Notum Seraphici Francisci dictum: Talis quisque est, qualis est in oculis Dei, & non amplius. Verè non amplius, quam vis illum nemo non oneret encomiis. 3. Quia conscientiam habet testem, quod agat sincerâ intentione. 4. Scit neminem usquam placere posse omnibus, nec Petrum, nec Paulum, nec ipsam Christum. 5. Scit etiam eximie virtutis esse, hæc iudicia Christianâ nobilitate posse conquire, quod certè potuit Tarfensis Paulus, qui est omnibus omnia factus, tamen liberè proclamabat: Mihi autem pro minimo est, ut à vobis iudicetur aut ab humano die. 6. Quia Deus olim hæc iudicia ad certissimam amissam iudicabit exactissimè. Hæc cum probè sciat bonæ intentionis homo, hominum iudicia velut minorum canum larrarus facile contemnit, nec unquam laborat qualis aliis videatur, sed qualis Deo & sibi.

10. Ego contemnitur pravam quæ agitur, et sic punitur, nec laudatur numerari.

100. cit.

IX. SIGNVM.

In omnibus quæ carni blandiuntur, moderatum valde ac continentem esse, sin minus, certum pæne indicium est aliquem sibi ipsi nimis esse pretiosum & charum. Amor sui ipsius rectissimus est, simul & callidissimus: amor sui, cum invaluerit, nec humana nec divina pensi habet, ad æterna præmia, ad ignes æternos planè cæcus est: omnia benignâ interpretatione ad seipsum trahit; commodis suis ubique impensissimè studet; in omnibus sibi met ignoscens liberaliter indulget, præcipue verò mollia amat & curiosa; hos duos bolos, velut soporatum offulam, & corpori objicit, & animo. Animum ut sibi conciliet, curiosissima quæque ingerit; corpus ut demulceat, ad omnem mollietatem invitat, idque cavet unice, ne quid duri aut asperi offendat tam bonum amicum. Atqui verissima D. Gregorii, imò vitorum SS. omnia vox est: Sicut carne quiescente spiritus deficit, ita et laborante convalescit; & quem admodum carnem mollia nutriunt, ita animam dura ad alta sustollunt. Illa namque delectationibus pascitur, hæc amaritudinibus vegetatur. Spiritus deficit, ubi caro requiescit: ut enim caro molli-

9. In omnibus quæ carni blandiuntur, moderatum valde ac continentem esse.

100. cit.

Antr inclio ad me & cur figuar se pra impur intenti nis

10. Ego contemnitur pravam quæ agitur, et sic punitur, nec laudatur numerari.

100. cit.

10. Ego contemnitur pravam quæ agitur, et sic punitur, nec laudatur numerari.

Animus inclinans ad mollia & curiosa, signum de se preber impure intentionis.

bus, sic anima duris nutritur. Si quis ergo ad mollia & curiosa inclinet animum, signum de se preber impure intentionis, quæ non Dei honorem, sed suum commodum attendit, uti ancilla quæ pictori suam operam locat ob panem simillagineum. Hæc talis ut primum aspectu fenderit, manum retrahit, & ad mollia flebit, diligitque in ignavâ potius commoditate fordescere, quam per ardua viam ad meliora sternere: aut si quando ad difficilia dexteram porrigat, non extendit conatum ad majora, quam quod eum honoris ac dignationis propriæ libido impellit. Bernardus ejuscemodi hominem sub religiosâ veste latitantem depingens: *Ad omnia sua strenuus*, inquit, *ad communia piger; vigilat in lecto, dormit in choro.* Sic & Philautia ad sua omnia maxime strenua est, & quidquid sibi opportunum credit, blando ambitu ad se trahit. Hæc seipsum bonæ intentionis homo rigidissimè coërcet, illudque sibi assiduè occentat: Non teipsum, sed Deum quare.

X. SIGNVM.

10. Equè liberer privatim quid agere, ac publice, nec laudatores numerare.

A Equè diligenter ab aliorum oculis remorum laborare, quam si oculi omnium in ipsum convolarent; neque etiam suos spectatores, auditores, laudatores numerare. Sunt qui lacrymas fundunt ostendunt, & toties fittos habent oculos, quoties spectator defuit. Sunt qui laborent diligenter & impigre, quamdiu aspicuntur, demè illis testes spectatoresque, non placebit labor fecerit. Seneca hominem nimis amantem publici & spectari volentem præclarissimè instituens: *Non est, inquit, quod te gloria publicandi ingenii producat in medium, ut recitare istis velis, aut disputare.* Cui ergo, inquit, ista didici? *Non est quod timeas ne operam perdidideris, si tibi didicisti. Sed ne mihi soli hodie didicerim, communicabo tecum qua occurrerunt mihi egregiè dicta circa eundem fere sensum tria.* Note hæc obsecro, vos illi quibus summa votorum est, à multis videri vel audiri; notate hæc. *Democritus*, ait, *unus mihi pro populo est, & populus pro uno.* Bene & ille, *quisquis fuit, cum interrogaretur, quod tanta diligentia artis spectaret ad paucissimos pervenire? Satis sunt, inquit, mihi pauci, satis est unus, satis est nullus.* Egregiè hoc tertium. *Epicurus cum uni ex consortibus studiorum suorum scriberet: Hæc, inquit, ego non multis, sed tibi: satis enim magnum alter alteri theatrum sumus. Ista, mi Lucili, condenda in animum sunt, ut contemnas voluptatem, ex plurimum assensione venientem.* Sic nostrum quilibet dicat: Unus mihi Angelus, unica conscientia, Deus unus pro urbe, pro regno, pro Orbe toto, pro omnium oculis & auribus est: Satis mihi est, si pauci, satis est si unus, satis si nullus sciat, quæ ego hæc tunc cum perfecero, tum pertulerim. Sic Christianorum quivis ad Christum: Alter alteri sat magnum theatrum sumus; Christe tu mihi longè amplissimum theatrum es Obedientiæ, Amoris, Patientiæ, & omnium virtutum: Ego tibi theatrum copiosissimæ miseriæ sum, & omnium ferè vitiorum. Hæc sincera est intentio, quæ solis divinis oculis laborat, & omnia iisdem tolerat; humanos oculos, adfint, adfint, perinde æstimat.

XI. SIGNVM.

11. Vituperari non debet nec aliorum respectibus deturri à bene conceptis. *Res gestæ S. Bern. Distinctiones S. Ignatii lib. Exercit. de dignitate.*

Vituperari non debet, nec innumeris aliorum respectibus deturri à bene conceptis. Notum, quid responsi Bernardus in cacodæmonem apertissimè regisserit. Laudarat illum diabolus largissimè, & quam tu hoc præclare facis, quam insigniter! cum non moveretur, veritè stylium veterator, & quam nihil est quod agis, quam ineptè & insulsè agis omnia: cessa, mucis domicilia struis. His sanctus ille vir hoc unum respondit: Propter te non cæpi, nec finiam propter te. Hanc bona intentio loquendi formulam habet: Non incepti ut laudaret, nec de finiam cum vituperor. At dicas: Si herus, aut heræ, aut alius quis, in cujus gra-

A tiam laboratur, & cui meritò probetur placèatque labor, eum tamen tantopere sibi displicere non obscure significet, quis id non agrè ferat? Id sanè non agrè feret puræ intentionis homo, sed ita secum ratiocinabitur: Feci quod potui, idque optimâ mente: quod verò huic aut illi non satisfecerim, jacturam non grandem interpretor, modò Deus & ego amici sumus; hæc, nisi valde me fallo, extra culpam sum. Vanissima spes est omnibus se placitum sperare. Num ideo ad restim properem, quòd laudatus non sim, quòd displicuerim? propter hæc crepundia non cæpi, non finiam propter hæc. Mihi Deus & laboris merces, & laus est, & omnia est. Ita bona intentio philosophatur. *Et verè, magnam habet cordis tranquillitatem, qui nec laudes curat nec vituperia.* *1.2.c.6.n.2.* Felix qui hoc elogii meretur: *Non est tibi cura de aliquo, non enim respicis personam hominum.* Verbum vetus est & *v.16.* verum: Despectus, suspicio, & respectus evertunt Orbem. Non est simplicitatis, sic alios respicere, ut obliviscaris tui: *Estote simplices sicut columba.* Lothi uxor ad Sodoma & igneam imbrem reflexit oculos, & perit. *Matt.c.10.v.16.* Stephanus à faxe grandine avertens oculos ad Christum suspexit, & sanctissimè finiit. Christi vox est: *Quid Ioan.c.2.v.22.* *ad te tu me sequere.* Culpent te alii an laudent, quid ad te? ad Christum suspice, hunc sequere, aliorum vituperia recta intentione despicere. Non est vitii vituperari, sed vituperanda facere.

XII. SIGNVM.

A D utrumque semper promptum paratum esse. *12.* Ad utrumque semper promptum paratum esse. Philippus III. Hispaniarum rex, hoc sibi familiare habuit symbolum, **AD VTRVMQUE**: quod leò expresserat qui dextro pede crucem & oleam, altero equestrem hastam præferbat. Bonæ mentis & intentionis homo, sic **AD VTRVMQUE** paratus est, ut apud eum nullo ferè discrimine sint adversa & prospera, opes & inopia, honor & contemptus, favor & neglectus sui, valetudo & morbus, longa & brevis vita: huic tali perinde est; in divitiis aut paupertate, in morbo aut integris viribus, ridente aut stomachante fortunâ vitam exigit; circa hæc omnia indifferens est; prout ea Deus ex alto immiserit: Deum quærit iste, hæc an illa viâ ad Deum pervenire possit, illius non interèst, modò perveniat. Qui aliquid tam paratè facit, non est dubium, quin liberer faciat.

Mathematicorum est de numeris, lineis, dimensionibus, & circinationibus agere: an verò figuras mathematicas chartæ, an ligno; plumbo, an argento, aut etiam arenæ imprimant, quod Archimedes fecit, id ipis curæ non est, cum omnis eorum dissertatio circa quantitatem abstractam, quam vocant, sese occupet. Sic omnes quotquot seriò virtuti student, intentione totâ feruntur in Deum, Dei que honorem: si jam ipsis tam expeditum sit per adversa hanc metam contingere, quam per prospera, per in valetudinem quam per sanitatem, per egestatem quam per abundantiam, nil sanè altercantur; forte suâ contenti, & parati **AD VTRVMQUE**, faciles in omnia; æquo certè ferunt animo cuncta quæ eveniunt: nemo horum est qui non vel uno die centies dicat: *Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum.* Pronissimus in tuam ab eo voluntatem. *Quòd si omnis generis adversa, si paupertas, ignominia; dolor; breviorè illis tutiorè que ad Deum tramitem monstrant, quam prospera, quam opes, honor, voluptas; hæc illis deliberratissimum est, præ opibus, honore, voluptatibus, paupertatem, ignominiam, dolorem obviis ulnis amplecti; nec queri quidquam de difficultate viæ, cum ad tantam ducat amicitiam vitæ, & quidem æternæ.*

Quisquis hanc rerum notitiam adeptus est, persuasissimum sibi habet, omnia que in Mundo sunt, opprimè Deo administrari; scit, omnia hæc ad quæ gemimus, quæ expavescimus, esse tributa vitæ, quorum immunitas nec esse tributa speranda vitæ.

esperanda sit, nec petenda, cum non accidant ista, sed A decernantur. Et isto quidem modo tam recta intentionis homo ad id fastigii ascendit, ut jam incipiat nil optare, aut sperare, nil appetere, timere nihil nisi Deum & peccatum, illum ut summum bonum, istud ut omnium malorum malum maximum.

Si horum omnium signorum summa sit incedenda, compendio hæc numerantur. 1. Nil turbulenter aggredi. 2. Continuo affectu ad bonam intentionem duci. 3. Ob agenda non anxium esse. 4. Rebus peractis non sollicitè indagare quid alii sentiant. 5. Eventu laboris im-prospere turbari. 6. Inanem gloriam omni modo fugere. 7. Ab invidiâ immune se tueri. 8. Judicia humana posse contemnere. 9. In omnibus quæ carni grata temperantissimum esse. 10. Non publicum, non spectatores vel auditores ambire. 11. Opinionibus non seduci, vituperiis non deici. 12. Circa omnem vitam tenorem, ad utrumque paratum & indifferentem esse. *Quam bonus Israël Deus, his qui recto sunt corde?* qui unum id unice laborant, ut hæc salutis signa in se deprehendant.

CAPVT X.

Aliquot conclusiones de RECTA INTENTIONE.

OPinabantur veteres, præcipuam hominis pulchritudinem in oculis esse, cum in his primariam sibi sedem delegerit frontis elegantia. Nam ceteri totius vultus symmetria & proportio requiratur ad formam, nulla tamen pars in facie est, per quam animus animique affectus ita traluceant, sicut per oculos: Certè per vi-treos hos globulos cor perlucet. Hinc præfici poetæ, Deorum formam laudaturi, ab oculis laudarunt; Homero Minerva Glaucopis, Juno Boopis, Mûsa Helicopides dicuntur.

Hæc veterum opinio, formosissimum in homine in-esse oculis, longè certissima est, si de interiore hominis pulchritudine sit sermo: *Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit.* Hi oculi admirandam homini conciliant pulchritudinem, totum reddunt formosum. Per oculum, intentionem hominis designari, jam supra demonstratum est. Nunc illud restat, ut omnes hæc de bonâ & malâ intentione præceptiones in compendium conferamus. Idcirco conclusiones sive decreta & placita Theologorum super hæc re subjungemus.

Prima Conclusio.

Operis boni cuiuscunque quod mercede dignum sit, tres sunt conditiones. 1. Absit malitia. 2. Adsit gratia. 3. Non desit intentio recta. Si una harum defuerit, opus nec Deo gratum, nec homini utile, ac sine merito est. Quod primam conditionem attinet, excludit hæc omnia opera ex se, seu ex objecto (ut loquuntur) mala, ut est luxuria, invidia, &c. nunquam bonum pannum digemus, cuius stamina & licia omnia sunt mala. Altera D conditio boni operis est, ut illius auctor apud Deum sit in gratiâ, quæ omnium meritorum fundamentum est: quamdiu quis Dei hostis est, tamdiu non agit quod gratum sit Deo. Tertia, intentio bona: nam uti quinque illa dormitatrices fatuæ sine oleo admittendæ non erant à sponso, ita nec opera nostra probantur Deo sine rectâ intentione. Inapibus voitis pullamini cælum, si bonæ intentionis desit oleum. *Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit.*

Alterâ Conclusio.

Omnia indifferentia opera, Recta intentio efficit æternæ vitæ meritoria. Indifferentia opera jam supra diximus ea esse, quæ ex se nec bona nec mala; uti sunt comedere, bibere, legere, scribere, ambulare, pingere, dormire, laborare, negotiari, nundinari &c. hæc enim omnia ultra naturæ vim nihil habent: at si bona inten-

tio iis iungatur, novam induunt dignitatem, & promerentur æternum præmium, modo divina gratia omnis meriti fons non absit. Ita prandendo, cœnando, dormi-endo &c. promereri nos posse cælum benignissimus Deus voluit. Nam in hac tali actione tria illa, quæ dixi, conjunguntur. 1. Absit malitia; edere enim, bibere, dormire &c. ex se nil mali habent. 2. Adest gratia; hoc enim ponimus. 3. Non deest intentio bona; & in cælum pro his vult debere Deus. Sic vilissimæ quæque actiuncula, quæ vix nomen laboris habent, ut fila facere, explicare, convolvere, bacillos cuspidare, pecuniam numerare, mentè ad stare, imò & parietes custodire propter Christum (quod Magnus ille Macarius Palladium iussit facere) æternam beatitudinem emerentur. An non Deum jure meritissimo BONVM, an non æquissimo nomine PATREM appellemus, qui cælum venale fecit pretio tam tolerabili, tam vili? Quod si humanarum actionum infimas illas, ad tantam evexit dignitatem Dei gratia, & intentio recta; meliori jure illas ex se commendabiles, ut orare, stipem dare, obsequium præstare, cælesti præmio reddent dignissimas.

Tertia Conclusio.

Triplex est hæc conclusio.

1. Mala intentio actionem quamcunque, licet excellentissimam ita vitiat, ut nullius omnino sit pretii. Quid generosius quis audeat, quam ut seipsum vivum flammis objiciat? At si gratia Dei, aut recta intentio desit, nihil habet laudis, nihil virtutis facinus. Clarissimè Paulus: *Si tradidero, inquit, corpus meum, ita ut ardeam; charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, nihil mihi prodest, si charitatis actus, recta intentio defuerit.*

2. Mala intentio quodcunque opus indifferens mox malum efficit. Nam si bonas, imò optimas quasque actiones suâ contagione corrumpit intentio mala, quantum magis nondum bonas? Lues contagiosissima est prava intentio: quicquid afflat, jugular. Hinc dicere aliquid aut facere ut æstimeris aut lauderis, nil boni habet, quia & fons malus, intentio inanem gloriam olens. Ita emere, vendere, artes exercere solum ut ditescas; ita cibum & potum capere, somno indulgere, confabulationi, lusui, venationi vacare, tantum quia hoc suave & jucundum, nullius ponderis, & vitiosa sunt.

3. Mala intentio, malæ actioni conjuncta res longè pessima, & diaboli opimum spoliolum est. Isidorus: *Bonus, inquit, malè uti, malum; sic malus malè uti pessimum est.* Hujus generis sunt furari ut habeas quod in lusum, in gullam, in impuros amores effundas; nitere vestium luxu, ut alios ad lasciviam pellicias; carpere alterius famam, ut grave nocumentum inferas; obruere rationem vino, ut ad flagitium animosior sis; studere avaritiæ, ne quid desit superbiæ &c. Hoc verè est utroque pede ad Orcum currere.

Quarta Conclusio.

Indifferens intentio, indifferenti operi juncta, nil promeretur apud Deum. Theologorum notissimum est factum est: Nullum opus merè naturale, meritorium est vitæ æternæ; qualia sunt: artem mechanicam exercere solius lucri gratiâ; cibo abstinere tantum sanitatis causâ; deambulationes instituere temporis solum fallendo &c. Hæc actiones nunquam inter virtutum officia censerî poterunt. Et hoc è Theologiæ scholis sic pronunciat: Omne opus æternæ vitæ meritorium, necesse est ut habeat supernaturale aliquid, quod acquirit per rectam ad Deum intentionem.

Salomonis sacrum ædificium divina pagina sic laudat: *Nihil quod erat in templo, quod non auro regeatur, sed auro altare oraculi texit auro.* Cogitationes, sermones, actus nostri sic auro bonæ intentionis vestiendi, ut nihil in animo, nihil in ore sit aut opere, quod non hujus auri nobilitatem participet. Ecquid oro, dicite, quid corpus

Psalm. 72. v. 1.

Luce 11. v. 34.

Tres conditiones boni operis.

Matt. c. 6. v. 23.

Recta intentio efficit æternæ vitæ meritoria omnia opera indifferentia.

Homo certæ intentionis immutata in perpetuum.

Imit. Chr. lib. 3. cap. 1.

Imit. Chr. lib. 1. cap. 4. num. 1.

Em. c. 8. v. 28.

Seneca l. 3. de ira c. 14.

Error in cibus Magis sit ipse bono.

Humanæ lucis appetitus est in intentione bonis.

Paul. c. 10. apud Rufin.

1. Cor. c. 13. v. 3.

Estque diaboli opimum spoliolum est.

Lib. 1. sent. c. 63. fine.

Reg. c. 6. v. 12.

corpis est sine anima? nec sensum, nec formam, nec A motum haber, miserimus truncus est; quid arbor est sine radice? quid domus sine fundamentis? Hoc est actio sine INTENTIONE RECTA.

Quinta Conclusio.

Vir in omnibus sinceræ intentionis, unus idemque, immutabilis, inconcussus permanet, & quod mireris, nunquam errat suo vel alieno damno. Salomon hoc asserit: Non contristabit iustum, quidquid ei acciderit, impij autem replebuntur malo. Illas vitæ vices evitare non licet, quin jam læti, jam dolentes, jam alacres, jam fastidiosi simus; modò has, modò illas mutationes sentiamus, sed (ut loquitur Thomas à Kempis) stat super hac mutabilia sapiens, & bene doctus in spiritu, non attendens quid in se sentiat, vel quâ parte stet ventus instabilitatis: sed ut tota intentio mentis eius ad debitum & optimum proficiat finem. Nam sic poterit unus & idem, inconcussisque permanere, simplici intentionis oculo, per tot varios eventus, ad me imprætermissè directo. Dementia & plebeij per omnia ingenij est, fortuitis potius casibus, quam ratione res metiri. Fit subinde ut inter se diversi luctentur venti, sed si supremus sit Subsolanus aut Favonius, apertum cælum & sereni dies perdurant. Sic in homine sinceræ intentionis nonnunquam diverse affectiones inter se certant, at ille simplici intentionis oculo ad Deum imprætermissè directo, per eventus maxime dispares, salvus & incolumis transit; & quò purior ipsius intentio, hoc ipse constantior inter omnes procellas, nec se sibi patitur extorqueri, divinis decretis undecunque immisissis nunquam non optimè contentus. Sic omnia præterquam animum mutationibus permittit, perinde si quis hodie galeâ, cras petaso caput tegat, perendie ligonem, paulò post calamum manu verset, & nunc stramini nunc plumis indormiat, itaque vestem muret aut cubile, non frontis feritatem, non animum. Talis est sinceræ intentionis homo, hac unâ ratione sibi semper simillimus, omnia ad majorem Dei gloriam componit: adversa, non dicit, non sentit, sed vincit; illud marmoreis, hoc hominis est. Si nihil aliud (inquit Thomas ille) quam Dei beneplacitum & proximi utilitatem intendis & quaeris, internâ libertate perseverabis. Si rectum cor tuum esset, tuæ omnis creatura speculum vitæ & liber sanctæ doctrinæ esset.

Addidi: nunquam eum errare qui quidem rectæ intentionis sit. Quoniam diligenter Deum omnia cooperantur in bonum. Er quomodo is à Vero aut Bono aberrat unquam, qui in omnibus quæ agit, & Verum & Bonum, Deum ipsum, intentione semper amantissimè complectitur. Scio sapientissimos quosque viros multa delinquere; scio, neminem tam circumspexitum, cuius diligentia non aliquando sibi ipsi excidat; neminem tam maturum, cuius prudentiam non in aliquod fervidius factum casus impingat; neminem tam timidum offensarum, qui non in illas, dum vitat, incidat. At hi errores (sic vocemus) politici, ipsi errant, læpe aliis quoque bono sunt, & cautioni & documento sunt. Tres illi ex Oriente Dynastæ in errore fuerunt, cum apud Herodem novi Regis capitalissimum hostem diverterunt; quia tamen rectissima eorum erat intentio, error hic tam illis ipsis quam Christianis omnibus bono fuit: præstabat sic errare, ut multi suos errores dedisserent. Non aliter bonæ intentionis homo (politice sic loquar) errabit sapius, sed suo aliorumque bono. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.

Sexta Conclusio.

Rectæ intentionis hostis est maximus humanæ laudis appetitus, & huius pater, Amor sui ipsius, nunquam sine improbitate ingeniosus. Nos in rem nostram callidi homines, felibus simillimi sumus: Felis quomodo-cunque ex alto ruat, in pedes decidit, & cadere definit stando. Quacunque demum ratione nobiliscum agat Deus, quidquid minetur, quidquid promittat, nos identidem ad nos ipsos relabimur; & stamus vitiosis pedibus, malignis affectibus. Blandimenta carnis, hæc nostra

sunt fulcimenta, his basibus nitimur. Quod carni suave, quod gratum, quod delectabile, hoc à nobis avidissimè ambitur. Verissimè dictum ab illo: In multis caligat oculi. Christus pira intentionis, respicitur enim citò in aliquod delectabile quod occurrit. Nam & raro totus liber quis invenitur à novo propria acquisitione. Sic Iudæi olim venerant in Bethaniam ad Martham & Mariam, non propter Iesum tantum, sed ut Lazarum viderent. Mundandus est ergo intentionis oculus, ut sit simplex & rectus, atque ultra omnia media ad me dirigendus. Quanti sunt, è quibus si quaeras cur hoc facis? responsum aliud non referas, quam istud: Quia ita mihi placet, quia hoc juvat, & mel mihi est, quia hoc ad meum stomachum facit; hæc te pascor, in hanc meus calor inhiat, hoc mihi volupe. Sic nos nobis ipsi semper faventissimi cænas apparamus, sic vestes dictamus, sic ædificamus, sic titulos affectamus, sic omnia facimus suavi semper in nosmet indulgentiâ & miti affectu. Sed & illud felicius feliciter imitatur; illa vix unquam à domo tam procul aportantur, quin norint redire domum: Sic nos tameris à nobis ipsis discessionè subinde faciamus per rectam intentionem, brevi tamen redimus ad nos, & eadem quâ prius industriâ commoda, delicias, lucra, & quidquid nostram putamus, quaerimus. Cum omnia fallunt, illud, Sic mihi placet, mordicus retinemus, & sic quandoque animi causa mali sumus. Virum autem fidem quis invenit: qui nunquam seipsum, Deum quaerat in omnibus.

Septima Conclusio.

Rectæ intentione ad Deum se semper attollere, omnia facili animo tolerare; Dei voluntatem & honorem in omnibus spectare, cælum est extrâ cælum, & æternæ beatitudinis nobilissimum gustatorium, quo nobis propinatur summum bonum. Angustinus: Quidquid tibi est beatus Deus, inquit, aliud dedit, minus est quam ipse; colis non gratia, sed gratia ab eo accipias: gratis cole, & ipsum accipias. Quod enim dulcius à Deo præmium quam Deus ipse? Au non amantissimè nobiscum agit munificentissimus Deus, qui ad suum nos servitium sic invitat: Quo plus præmij petis hoc mihi charior es servus; plus autem petere nequis, quam me ipsum, summum bonum hoc ipsum non nego, si tamen actiones tuas ad hoc disposueris.

Quam illud cupiditatem nostram suaviter demulceret, si esset qui promitteret in horas singulas quinque aureos, modò singulis horis bis terve seridò quis fateretur, se id quod facit, in gratiam aureorum facere. O Christiani, quin hoc tandem capimus! quavis hora non quinque aureos, sed summum, sed omne, sed infinitum bonum promereri possumus, modò quot horis ad summum boni honorem, id quod agimus, referamus vel unicâ tali cogitatuunculâ: Mi Deus, hoc tuo honori facio: Domine propter te omnia. Dum hanc vitæ militiam sectamur, assidue clamandum: DOMINO & GEDEONI; DEO & DIVINÆ GLORIÆ; DEO & DIVINÆ VOLUNTATI.

CAPVT XI.

Abortatio ad Religiosos, ad Aulicos, ad omnis Ordinis homines, RECTÆ INTENTIONI exercendæ.

Ad Religiosos.

CVM RECTA INTENTIO Amuffis sit omnium profus humanarum actionum, nihil æquè magis curandum, quam ne illa in obliquum detorqueatur. Fit enim plerunque ut quò nitidius quid est, eò citius inficiatur; quò tenerius, eò facilius lædatur; quò præstantius, eò gravius impugnetur. INTENTIO RECTA cum sui vigoris est, nitidissima profus, tenerissima, ac præstantissima est, hinc tam citò inficitur, tam facile læditur, tam graviter impugnetur.

Ipsa quidem Religio commillos sibi clientes docet omnia

Homo sinceræ intentionis immutabilis permanet. Prov. 11. 2. 1.

Imit. Christi 1. 3. 33. 1. 1.

Imit. Christi Lib. 2. cap. 4. 1. 1.

1am. 1. 8. 1. 28.

Smet. 1. 3. de Ira. c. 14.

Error in tribus Magistris fuit ipsis bono.

Humane laudis appetitus est hostis rectæ intentionis.

Imit. Christi lib. 3. cap. 33. num. 2.

Prov. 6. 20. 1. 6.

tudinis notabile gustatorium. Lib. 50. hom.

Judic. 6. 7. 1. 18.

omnia rectâ intentione obire, sed heu quàm facile ac proum est errare, nec ferè quidquam minus habet negotiū quàm seipsum decipere. Nemo hinc uesti suæ credit, sed seipsum altius rimetur, & suæ intentioni vigilantissimis curis, attendat. Nil ustrarius Stygio leoni quàm horrificas jubar sanctâ ueste regere. *Tria sunt occulta*, inquit Bernardus: *illicita actio, dolosa intentio, impudica affectio*. Actionem illicitam & affectiorem impudicam licet effugeris, dolosam tamen intentionem non tam facillè cavebis, quæ mille ostiolis nouit in intimos animi recessus se penetrare.

Et uidete obsecro, quàm lubricis illapsibus dolosa intentio omnia pererret. Quid laudabilius in homine religioso, quàm semper esse in actione, & jam rudibus docendis, jam confessionibus excipiendis, jam concionibus habendis, jam ægris instruendis occupari. Sed in has ipsas religiosissimas actiones quàm arcanâ malignitate obliqua sese insinuat intentio! Nam, subinde nihil malum quàm agere, sed non tam ut agamus, quàm ut radium nostrum minuamus: prodire cupimus, non ut multis profimus, sed quia latere non didicimus: labores varios ambimus, non ut otium fugiamus, sed ut in plurimum notitiam veniamus. Non operosum tantum, sed & religiosum est concionari; at omnem concionis fructum non à conatu, sed ab eventu aestimare; auditores paucos, aut pauperes, simplices aut paganos spernere; celebriores cathedras non aperto quidem ambitu inuadere, sed occultis meatibus aditum in illas sibi aperire, & ea pro suggestu disserere quæ admirationi sunt potius quàm instructiōni, quæ doctiores faciant auditores non sanctiores, corruptam prorsus arguit intentionem. Eiusdem generis est, à viliorum hominum confessionibus audiendis abhorretere, aut saltem tam promptum non esse, quàm cum primates viri feminaque confluunt. Eodem spectat, in scholis non sine pompâ & ampullis docere, in scientiis præcellentem se ostendere, alios tanquam ex folio depicere, & omnem curam in hoc intendere, ut palmani laudemque nemo, vel paucissimi præripiant: ceterum temerè, inconstanter, & inconsultè pleraque aggredi, nullam iniuriæ ferre imaginem, & pane omnia ad plausum facere, nec suuorem musicam ullam putare, quàm audire: hic ille Rhetorum facundissimus, hic Magnus ille Concionator est, ille acutus Philosophus, hic ille profunda scientiæ Theologus est. O Religiosi, ò serui Dei; hoc est nobilissimas merces pretio vilissimo vendere, imò in ignem abicere. Videte, quorum mores Chrysoströmus deplorat his ipsius verbis: *Ita etiam nunc usu venit in Ecclesiâ: Ignis omnia deprehendit. Honores querimus ab hominibus, & amore gloria accendimur. Honoris serui facti sumus, Deo dimisso. Non amplius possumus increpare eos qui à nobis reguntur, cum ipsi quoque eadem febre teneamur, & ipsi egenus medicinâ, quos Deus possit, ut alii mederemur. Quenam autem jam restat spes salutis, cum ii ipsi qui medentur, aliorum manu indigent?*

Bern. in serm. brev. serm. 2. Tria occulta: illicita actio, dolosa intentio, & impudica affectio.

Hom. 10. in ep. ad Ephes.

Moses bis è petrà virgâ aquas scaturire fecit, cur non utroque facto Deo placuit.

Exod. c. 17. v. 6.

Num. c. 20. v. 10.

Ibid. v. 12.

Moses bis rupem in fontem diluit, & largissimas aquas è petrà scaturire iussit, sui scipionis illis, sed non utroque facto Numini placuit. Et quæ causâ discriminis? utrobique enim ingens miraculum, utrobique ad iussu divinos, saxum virgâ percussit, utrobique de solidi saxi vulnere patefecit flumina. Ratio diuersitatis hæc fuit: Primo illo prodigio, dum Moses virgâ scopulum tetigit, intentissimos oculos in Deum fixit. Deus enim pollicentis: *Ego, ego, inquit, s' habo ibi coram te, supra petram Horeb: percussitque petram, & exiit ex eâ aqua, ut bibat populus*. Altero autem prodigio hic idem Moses, non in solo Deo defixos tenuit oculos, sed in Israël's populo. Nam: *Audite, inquit, rebelles & increduli, nuni de petrà à vobis aquam poterimus eijcere?* Non placuit hinc Moses, ut ante Deus ipse in illum & Aaronem commotior: *Quia non credidistis mihi, inquit, ut sanctificaretis me coram filiis Israël, non introducetis hos populos in terram quam dabo cis*. Tanti refert, cum quid

facinus, oculos in Deum, an aliò convertamus. O Religiosi, vos quidem petram virgâ percussistis, cum carnem jejuniis, flagris, vigiliis atteritis, sed nisi vigilantes rectissimæ intentionis oculos in Deum assidue figitis, non placetis. Ingrata sunt, vana sunt omnia obsequia, quæ non commendat intentio recta. Ergo dum manus inhæret operi, oculus affigatur Deo.

Moris erat in Ecclesiâ Græcicâ olim, ut cum præfente populo panis ad aram offerretur sacrandus, aræ minister concenso suggestu plebem his verbis commoneret: *SANCTA SANCTE*. Hoc voluit, ut rem sanctam, sanctitatis affectu prosequerentur. Sic & Deus olim præcipit: *Iuste quod iustum est, persequeris, ut vivas*. Idem in ceteris actionibus omnibus seruandum, ut quod bonum, bonâ quoque intentione; quod optimum, intentione quoque optimâ exequamur. Huc sanè unusquisque religiosorum in cunctis omnino actibus omni studio contendat, ut sancta sanctè fiant, ut & ipse sanctissimi Regis imitator dicere possit: *Providebam Dominum in conspectu meo semper*.

Dem. 16. v. 20.

Psal. 135. v. 8.

Ad Aulicos.

Si pœna martyrem faceret non causâ, multos Aulicorum, velut sanctissimos martyres affari vix dubitare. Religiosis multa sunt perferenda; sæpe tamen non minus Aulicis, quibus Religiosorum unus aliquis optimè dixerit: Videtis cruces nostras, sed non videtis unctiōnes nostras. Cum verò de Aulicorum miseris sermo est, liceat hoc vertere & cantare: Videmus unctiōnes illorum, cruces illorum non ita videmus. Varium illi habent à voluptate unguentum, sed non minus varium habent hinc illinc cruciamentum, & crebrò tale, quod unguentis illis & unctiōnibus parum iuuetur. Quantum est, vel unicum illud tormentum, ex inuidiâ aut suâ aut alienâ laborare! crux est & ingens, tam hic agere quàm pati. Suis inuidiam titulis afficit Chrysoströmus, cum eam diaboli telum, homicidii radicem, omnî veniâ & excusatione indignam, solam sibi nocentem & inuidi pœnam, malorumque omnium matrem appellat. Inuidiam a iustis in aulis adolefcere & educari, nescio an non etiam senescere illic dicamus. Grande hoc malum, nec ullum facillè remedium inuenit, quia vix ullum non spernit. Neque solum inuidiâ malum propè insanabile multos in aulis exercet; alia quoque non desunt, quæ melius tamen vinci nequeunt, quàm tolerando. Notissima vox est ejus, qui in cultu regum consueuerat. Cum illum quidam interrogaret: Quomodo ratissimam rem in aulâ consecutus esset, senescitatem? *Iniuriis, inquit, accipiendis, & gratis agendo*. Nam potentiorum iniuriæ hilari vultu, non patienter tantum ferende sunt. Sæpe aded iniuriam vindicare non expedit, ut ne fateri quidem expediat. Ergo licet in aulis Fortuna bona, Fortuna aurea, cum maximis copiis immigrasse videatur, nisi tamen sapius in subsidium vocetur & Patientia, nulla felicitas in aulis diu salva erit. Etiam in amplissimis palatiis & regum turribus, patientiâ opus est & quidem crebrâ, & sæpe non vulgari aut plebejâ. Si ars patiendâ hic desit, innumeris omnia querelis miscebuntur: vix quisquam erit qui sibi ex integro satisfactum fateatur; nullus suo se pretio satis æstimatum crederet; omnes aut majora se sperasse, aut minora meritis impetrasse dicent. Nobilissimum in hæc omnia mala est antidotum: *RECTA INTENTIO*. Sine hæc vanitas vanitatum, & omnia vanitas, quæcunque Regibus delata obsequia. Certè Deus convenientissimo præmio eos remunerat, qui omnem suam industriam pravâ intentione corrumpunt. Sunt qui solis Principum oculis & auribus seruiant, modò illos impleant, has occupent; hoc summam votorum ducunt; de rectâ in Deum intentione assidue diti-gendâ parum laborant; Dei gratiam uti non spernunt, ita sanè nec ambiunt, sed nec aliter vivunt, quàm si aperte dicant:

Dem. 1. v. 37. 8.

Intentio recta si amittatur multis aulicorum malis medetur.

Seneca l. de irac. 33.

In aulis sine patientiâ non est felicitas.

16. 8. mor. 65.

tè dicant: *Quis nobis pecuniam de celo?* Regum aureæ manus nostra marfupia faginant; aureos è cælo imbres expecter qui volet, nos ab aulis excipimus opulentas has pluvias. His regum favor summa felicitas est, ac tum demum beatos se credunt, cum Principum oculos sibi maximè propitios & annuentes habent. Hos, inquam, Deus, prout de illo meriti sunt tractare exsequitur, quandoque illis omnia alia quàm sperant, eveniunt: illis ipsis oculis, quibus devotissimi erant, displicere incipiunt, nec jam amplius, ut olim, tam patentes ac benevolas aures obtinent. Hæc illi cælum & terram querelis incessere, nil suis obsequiis dignè rependi, meliora se meritos, si humanum desit auxilium, Deum injuriæ suæ fore vindicem. Et quid vos, ô boni, Deum in vestram partem trahitis? Principis oculos observastis, non Numinis; omnium laborum vestrorum intentio in aula ibat, non in cælum. Vos jam sine fronte, subsidium è cælo, quod nunquam quaesistis; opem à Deo, cui nunquam servistis, speratis? *Vbi sunt Dii in quibus habebatis fiduciam de quorum victimis comedebatis adipem, & bibebatis vinum libaninum: surgant, & opulentur vobis, & in necessitate vos protegant.* Hæc dignissima illis merces est, qui rectam intentionem quam uni Deo debebant, in hominibus obliquam detorserunt. Demum ab hominibus & Deo justissime deserti, sibi ipsi relinquuntur in exitium. Tanti est rectam intentionem, quam Deo universi debemus, improbo furto in servitutem humanam traducere: tanti est divinis oculis neglectis ad humanos omnem suæ industriæ intentionem avertere.

Vos ergo, quicumque aulas sectamini, per vestram salutem obsecro, hoc saltem velitis, scilicet labores vestros non perdere: nec enim utilius quidquam est, quàm sibi sic utile fieri. Placeat vobis virtus, & ante omnia intentio recta, non quia delectat, sed ideo delectat, quia placet; minima maximaque è consilio rectæ intentionis vobis gerenda sunt. Sæpe Deo gratior est modus agendi, quàm actio ipsa, quamvis præstantissima: Sic ut cibus exquisitè conditus, suavior interdum est, quàm alius longè pretiosior, si malè conditur. Quid humilior Davidis ante Arcam saltatione? In eâ tamen affectus & præclara intentio mirè placuit. Deo disciplicere nequit quod rectâ intentione provenit.

Intentio recta si admittatur multis aularum malis medetur. Intentio recta si admittatur, si admittatur. Reperiuntur in Aulis, præter illos quos diximus, nec pauci, qui quàmvis vultu rideant, animo tamen tristes & omnia deplorantes, quibus nulla non causa in querelas placet, perurbati & omnia gementes, quibus nec aureus imber satis sit, ut queri desinant. Infelix genus hominum, quibus nihil placet, nisi quod ipsi faciunt; quibus, quidquid datur, semper minus est quàm cupiverant, vel sperant. O ærumnosi! sed vestra culpa; quod de Aula conquerimini, hoc nusquam invenitur. Cogita ergo sæpius, nullam esse tam bonam felicitatem, de quâ nihil queri possimus. Quisquis autem rectæ in omnibus intentionis est, contentus est se teste & suâ conscientia, teste Deo & cælo: omnium, quæ meritis suis non respondent, Deum debitorem appellat. Sunt in Aulis alii, primis illis non multum ab similes, quos non benefacere delectat, sed videri benefecisse, qui gloriæ dediti, rebus suis omnibus pompam induunt, qui Principum oculis aut auribus ostentatricem & inanem operam vendunt, omnium minimè solliciti de rectâ intentione. Ut quidam fructus ad videndi voluptatem sunt, non ad gustum; & ut quædam obscuriores gemmæ interdum ab artificio & circumposito auro lucem accipiunt optimis parem, sic illorum functiones splendescunt ad dicitis radiis futuraræ solertiæ. Verè de his Gregorius: *Cum se ostendere alienis oculis appetunt, damnant, quod agunt.* Horum inanissimi sunt labores & planè nulli, quia rectâ intentione destituti. Quod si frustra fatigari nolint, discant in-

entionem rectam actionibus omnibus miscere, & omnem muneri suo pompam detrahere; discant plurimum facere, & minimum de se loqui.

Sed sunt etiam in aulis, qui, cum eorum maxima sit cura, gratiam & favorem ambire, vices periclitantis dignitatis, & voluptatum fugitivos ac mutabiles vultus assidue formidant. Hi vitam leporis agunt, inquieti semper & trepidi, atque ad omnem auræ sibilum pericula somniantes, alia illos ex aliâ fatigat curâ, qui si rectâ intentione animum firmarent, extra metum & tremores istos viverent, Deo nixi non humanis favoribus.

Quid porro de iis sentiendum, qui omnium minimè ferre possunt, quod ipsimet faciunt, hoc est, invidere aliis & æmulari. Aliorum invidiâ cum peruntur, res ipsi intolerabilis videtur, verum se aliis invidete suavissimâ sui indulgentiâ dissimulant. In hos jam supra pronunciamus; Rectæ intentionis hostis est, quisquis invidiâ tam familiaris est. Ecquid alteri alteris noxam inferre tam laboriosè contenditis? Imperitorum hoc est, qui dum hostem ferire statuant, seipso adverso telo transverberant. Nemo alteri vel leviter invidet, quin sibi ipse plurimum noceat.

Aude animo invidiam contemnere: non nocet illi

Quem petis; auctori sed nocet illa suo.

Coneris itaque, quisquis es, amulos tuos tuâ patientiâ, & rectè factis macerare; sic vincis. Scis, quàm bene aut Phæthron curru, aut Icarus pennis sit usus: Si te alius supra alios efferre volueris, cades.

Neque verò desunt in aulis quos deliciarum consuetudo corpori blandiens, & pietatis quasi superflua oblivio eò deducunt, ut sibi ipsi tantum in pretio sint, alios quasi è sublimi despiciant, & nihil præ se faciant: impotentes premant, & omnem injuriæ vel umbram horreant. Tam autem gratiosa virtus est, ut insitum sit etiam malis, probare meliora. Quis illorum est, qui non beneficium videri velit? qui non inter scelera & injurias opinionem bonitatis affectet? qui non iis quæ impotentissimè facit, speciem aliquam induat recti? velit etiam & iis videri beneficium dedisse, quos læsit? Gratas itaque agi sibi ab his quos afflixerit, pariantur; bonisque se ac liberales fingunt, qui præstare nolunt. Sed & hos recta intentio (si tamen disciplinam admittant) docebit, vitæ tractum prospicere, & alternantis fortunæ vicissitudinem contemplari: discent humanæ fragilitatis non oblivisci, nec nimiam sui fiduciâ extolli, adversus minores humanitatem, adversus majores reverentiam servare, lentos ejuscemodi odiososque mores exuere, omnia sine contumaciâ sic agere, ut nulla sit in audiendo difficultas, nulla in respondendo mora, & ipsi, cum opus, ad omnia quæ agenda sunt, quietâ cum industriâ adsint. Sed & illud docet recta intentio: Si imbecillior est qui te læsit, parce illi; si potentior, tacè, & fortunam tuam, quæcumque illa sit, reverenter habere.

Noris sapienter dictum: *Dum excelsus steteri, nunquam parere desisti.* Nam

Fortuna magna non caret formidine,

Nec splendor eminentis vacat periculo:

Et quidquid altum est, haud tutum diu manet,

Ut quod ruat vel invidia, vel tempore.

Ne nimium tibi fide, imò nihil, quisquis es, propositi, que memor contrahe vela tui. Frequenter eminentis vitæ exitus fuit, cadere. Qui casum metuit, omnium actionum sequatur ducem rectam intentionem: hac qui caret, nec sibi commodat, nec aliis. Non dat beneficium, qui malo animo prodest. In præcipitium tendit, qui suas actiones non optimo fine insignit: incassum laborat, qui Deum laboris terminum non cogitat; omnium servorum miserimus est, cui recta intentio deest. Nolite igitur, ô Palatini domini, ô quicumque Aulici, nolite serere in spinas. Nolite meritis vestris tantam inferere con-

tumeliam,

Dm. c. 32. v. 37. & 38.

Intentio recta si admittatur multis aularum malis medetur.

Lib. 3. mor. c. 30.

Seneca Thyest. Act. 3. Apollod.

Hier. c. 4.

tuneliam, ut ea velitis caelesti premio fraudari. Obsecro non ambitioni, non fama, non oculis laborate, quidquid laboris vestra vobis munia exhibeant; & quidquid demum tolerandum veniat, non favori & gratiae, non numis & opibus, non ostentationi & gloriae tolerate, sed Deo, cui se nemo unquam aliter probaverit, quam recta intentione.

Ad omnis ordinis homines.

Primum dixisse mihi visus est Diogenes, qui aiebat: Homines ea, quae faciunt ad vivendum, summam curam perquirere, sed quae ad bene vivendum conducant, nihil pendere & negligere. Ita profertur est, omnes hoc agimus, ut res nostras agamus; quam bene, & quam intentione agamus, paucissimi sunt qui serium ad id animum applicent. O Christiani, non solum quid faciamus, sed quo id animo faciamus, maximi momenti est. Hinc contra Sardensem Antistitem Apocalypiticus ille Angelus Joannes gravissimè conqueit jussus: scio, inquit, opera tua, quia nomen habes quidam vivas, & mortuus es. Non enim invenio opera tua plena coram Deo meo. Episcopi hujus opera hominibus quidem plena & praecleara videbantur, sed non talia erant coram Deo, qui iustitiam hominis intentionem inspicit, ideo illa ut vacua profertur & inania accusantur, carebant enim recta finis intentione. Ideo etiam hic ipse, Sardenis Ecclesiae praesul, mortuus pronuntiatur, tamen ab aliis inter vivos censetur.

Quantus talium mortuorum numerus in orbe vivere credendus est! qui nomen habent quod vivant, & mortui sunt, quorum opera plena quidem videri possunt, sed quia intentione recta destituuntur, inania sunt, & castae nuci similia. Foeda nox & meræ tenebrae omnia involvunt, ubicunque rectae intentionis splendor non effulget. Nullum corpus pulchrum sine hoc oculo, nullum cum hoc foedum: Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Diximus jam supra: recte agere, ut inferos evadas, illiberalis servi est: ut caelum obtineas, quaestuosi mercenarii: ut Deo placeas, hoc demum charissimum est filii. Bonus homo de bono thesauro profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala. Verè thesaurus cordis, intentio est cogitationis. Intentio est, inquit Augustinus, quae facimus, quidquid facimus, quae si munda fuerit & recta, & illud aspiciens quod aspiciendum est, omnia opera nostra, quae secundum eam operamur, necesse est bona sint.

Itaque non tam quid demus, quid faciamus, vel quid toleremus refert, quam quae mente, quae intentione. Nam virtus non in eo quod datur, quod fit, aut quod toleratur consistit, sed in ipso dantis, aut facientis, aut tolerantis animo & intentione. Quae in re pensandum est, inquit Gregorius, ut omne bonum quod agitur, per intentionem semper ad caelestia leveretur. Intentio est quae parva extollit, sordida illustrat, magna verò & in pretio habita dehonestat, prout ipsa vel recta vel prava est. Illa quae appetuntur, neutram naturam habent, nec boni nec mali: id refert quod ea intentio impellat, haec enim formam dat rebus. Omnes virtutes ruunt sine recta intentione, quae vita virtutum est, & omnium meritorum scaturigo. Bernardus in illa Domini verba (Tu autem cum jejunas, lava faciem tuam) Per hoc, inquit, quod jubet faciem lavare, praecipit nobis intentionem puram servare: quia sicut decor corporis in facie, ita decor totius operationis anima consistit in intentione.

Caelestis rex sponfam suam à proceritate commendans: Statura tua, inquit, assimilata est palma. Hoc encomio bonae intentionis rectitudinem ac firmitatem appositissimè designat, quae constans & recta perpetuò se ad Deum erigit, quod palmae proprium, in altum sci-

licet ramos emittere, & inter arbores eminere. Sponsa sic laudata, ne ingrati animi sit; Omnia, inquit, poma nova & vetera, dilecte miserravi tibi. Me meaque omnia sanctissimae voluntati tuae trado, honori tuo me totam confecro, oculos meos rebus omnibus clausos, tibi uni aperio, illos in te solum intendo, sed & omnibus membris aliis in tuum duntaxat famulatum uror. Quae verò ratione membra omnia divinis servitiis impendenda sint, insigniter Chrysostomus: Oculum, inquit, tibi fecit: oculum illi utendum exhibe, non diabolo: quomodo verò illi exhibebis: si creaturam ejus visis ipsum glorificaveris, visumque à mulierum conspectu abduxeris. Fecit tibi manus; illas ipsi possidero, non diabolo, non ad rapinam & avaritiam, sed ad ipsius mandata & beneficia, & ad continuas preces, & ad succurrendum deficientibus eas porrigens & extendens. Fecit tibi aures; illas ipsi exhibero, non lascivis concentibus, obscenis fabulis, sed omnis meditatio tua sit in lege Excelli. Os tibi fecit; illud nihil agat eorum quae non probantur, sed psalmodias, hymnos, & spirituales odas concinito. Fecit tibi pedes; non ut ad malitiam curras, sed ad ea quae bona sunt. Fecit tibi ventrem, non ut eum cibus rumpas, sed ut philosophis. Dedit indumenta, ut tegamur, non ad ostentationem, non ut illa quidem multum habeant auri, Christus verò nudus pereat. Casam, pecunias, & fruges dedit, non ut solus habeas, sed ut & aliis, praesertim egenis impertias. Haec omnia docet recta intentio, quae omnes humanas actiones ad Deum elevat, nec quidquam in se venale habet, sibi semper bene conscia, infatigabilis, omnibus exposita, nudo homine contenta; nunquam enim usque ad interclusa sunt omnia, ut optimae intentioni locus non sit. Nunquam recta intentio uritur, nec sibi odio est, nec quidquam mutat, quia semper sequitur optimum, unum Deum, summum bonum. Illuc ergo ascendit, unde nullà vi detrahatur: quod nec dolori, nec spei, nec timori sit aditus, nec ulli rei, quae summi boni complexum eripiat. Intentio recta quidquid adversi evenit, perfert, non patiens tantum, sed etiam volens & hilaris, omnemque temporum difficultatem scit legem esse naturae. Intentio recta, optimum est, etiam pessimae fortunae, condimentum. Et ut bonus miles vulnera non horret, cicatrices enumerat, & transverberata telis moriens amat eum, pro quo cadit, Imperatorem sic recta intentio verus illud praecipit, DEVM SEQUERE, pro regulà, habet, Deumque semper totis sequitur viribus, nihil unquam, quod Dei causa faciendum est, recusat, asperissima quaevis pro Deo promissum amplectitur; Deo in omnibus parere, maximam libertatem judicat; pro Deo mori, felicitatis suae jucundissimam clausulam arbitratur. Hac ratione recta intentio nunquam sine lucro est, quacunque se vel leviter moveat, maximos quaestus facit, nihil frustra tentat, è rerum eventu non pender, omnia ei ex sententia cedunt, neque impediri ullà ratione potest. Et quamvis nondum sit in regno, ad regnum tamen & quidem aeternum se natam novit. Ocularissima est recta intentio, imò tota est oculus, sed qui continuè fixus haereat in Deo. Quicunque igitur rectae intentionis estis, putate Deum vobis dicere: Quid est quod de me queri possitis vos, quibus recta placuerunt? Alii bona falsa rapiunt, & animos gerunt inanes, velut longo fallacique somnio lusus. Auro illi, argento, & veste pretiosa ornantur, intrus boni nihil est. Isti quos pro felicibus aspicitis, si non quae occurrunt, sed quae latent, videritis, miseri sunt, sordidi, turpes, ad similitudinem parietum suorum extrinsecus culti. Non est ista solida & sincera felicitas: crusta est, & quidem tenuis. Itaque dum illis licet stare, & ad arbitrium suum ostendi, nitent & imponunt: cum aliquid incidit, quod disturber ac detegat, tunc apparet quantum alta ac vera foeditatis alienus splendor abconderit. Vobis dedi bona certa, mansura: quanto magis ca

Apoc. 1.3. v. 1. & 2.

Qui sint mortui qui in orbe vivere creditur.

Matt. 6. 6. v. 22. & 23.

Matt. 6. 12. v. 35. Lib. 2. de form. dom. c. 21.

Virtus consistit in facientis, aut tolerantis intentione. Lib. 1. in Ezech. hom. 4. Quia intentio dat formam rebus. In sentent. Matt. 6. 6. v. 17.

Cant. 6. 7. v. 7.

In mor. hom. 10. & 11. Omnia membra divinis servitiis impendenda sunt.

Tib. cap. 1. Tit. 1. v. 16.

Cyru re Cesarum erga Tigraem & coeuge captivum humanitati oblivisi non soluit

Intentio recta hilaris & volens omnia adversa perferit; & transverberata telis moriens amat eum, pro quo cadit, Imperatorem sic recta intentio verus illud praecipit, DEVM SEQUERE, pro regulà, habet, Deumque semper totis sequitur viribus, nihil unquam, quod Dei causa faciendum est, recusat, asperissima quaevis pro Deo promissum amplectitur.

In commi sationis affectum transiens unumque liberat eum regni restituit.

Seneca lib. de Prov. cap. 6.

gis ea versa veritis & inspexeritis: meliora erunt majoraque. Permissi vobis metuenda contemnere, cupienda fastidire. Non fulgetis extrinsecus: bona vestra introrsus obversa sunt. Non egere felicitate, felicitas vestra est. At multa incidunt tristitia, horrenda, dura tolerata? quia vos bono vestro his subducere nolui, animos vestros ad-versus hæc omnia armavi. Ferte fortiter, & assidue in vobis rectam intentionem, velut ignem jugis sacrificii restaurate.

Igitur, ô Christiani, in vobis ac vestrâ voluntate firmum est, nunquam aut semper errare; rariùs an continè mereri velitis. Rectæ intentionis inopiam nemo pati-tur nisi qui vult, prima siquidem & maxima pars illius est VELLE. Quisquis sincerè omnia propter Deum vult, hic virtutibus omnibus per compendium studet. Nam ut omnium aliarum virtutum, ita hujus ad animum tota redit æstimatione.

CAPVT XII.

DE RECTA INTENTIONE
dilectorum Epilogus.

Atende tibi. Tobia & Timotheo saluberrimè dictum, in virtutis tutelam. Ostium pandit vitii omnibus, sibi non attendere, ratò domi suæ, sibi ipsi præsentem non esse; animo, quaquà lubet, evagari, rebus plurimis se miscere, cupiditates longè mittere, nihil præcogitare, in supervacuis aut alienis laborare, multa & nihil agere, omnia turbato animo, & in incertum emissis oculis aspicere. Simplex oculus, laudatissimus.

§. I.

Cyrus Persarum rex potentissimus, uti Xenophon memorat, etsi Tigranem Armeniorum regem bello exarmatum, unâ cum conjugè captivum in vinculis haberet, humanitatis tamen oblivisci noluit, & se quoque hominem esse prudenter meminit. Cùm itaque variam regum fortunam altiore cogitatione secum ipse perpenderet, duos illos regios conjuges, non ad colloquium tantùm, sed & ad mensam suam adhibuit, ipse velut convivator & cœnæ dominus, inter epulas variè faceret, nec sine risu hilaris. Demum convivarum animum exploraturus: Dic Tigranes obsecro, inquit, pro tuâ conjugè quod mihi redemptionis pretium das? Cui Tigranes liberè: Equidem regnum darem in ly-trum, si tua fortuna id mihi non invidisset: nunc cum re-gno caream, caput meum in illius salutem promptè de-pendam. Mirificè delectatus Cyrus tam sincero amore, in commiserationis affectum libenter transit, & utriusque libertatem unâ cum regno restituit. Tigranes jam sibi & regno redditus conjugem interrogare institit, quid ei de Cyri prudentiâ & magnanimitate, quid de formâ videretur. Ad quæ prudens regina: O mi optime conjux, inquit, non ego in Cyrum oculos, sed in illum conjeci, qui se capite suo libertatem meam redempturum pol-licebatur; hunc ego unum apexi, dum inter Persas egimus. Prudentissimum dictum: Ei oculos jure deberi, cui nec vitam negare possis.

§. II.

Quoniam, mi Christiane, Attendis tibi, & oculos et tuos non negas, cui & vitam tuam debes. Scis, te tuum non esse: nosti quis pro te moriendo vitam tibi dederit: & quomodo non in unum hunc assertorem tuum tuus ibit oculus, tua intentio? Frustra vivis, nisi in hujus unius obtutu assiduo hæres. Hæc enim unâ ratione tibi præsens es, cùm in tuum conditorem & reparatorem sic transis: Ah, quoties domi nostræ non sumus, & extra nos abimus? quoto cuique habere se contingit? Homi-nem intratum mihi observa, & audies quàm ipse ultro fa-

Tom. I.

teatur, se non esse apud se præ iracundiâ, nihil enim mi-nus in potestate habet quàm seipsum, & iram suam. Aspice libidinosum, hic & oculos & animum perdidit in alieno vultu: non est apud se, nihil illi cum oculo sim-plici. Avatum cerne, suæ mentis nunquam est, pecunia eam ipsi rapuit. Et quis invidum sui compotem esse di-xerit? sibi nunquam attendit, sed aliis quos it perditum. Hominem gulonem intueri, exensâ mente est: totus in patinis, aut poculis sepulcus est. Omnia omnino vitia, errores omnes hoc sui principium habent, Non attende-re, vix unquam sibi præsentem esse.

Hoc se quisque modo fugit.

Lucret. lib. 3.

Sic & impatiens à se exit, totus extra se agit, & hinc in stultissimas querelas effunditur. Qui aliquid sui & sanæ mentis retinet, ita secum ratiocinatur: Quid ago? rem meam ex malâ meliusculam non fecero furendo: si quod damnum passus sum, augebit illud ab hæc rabie; si quod illaturus sum, incautum habeo ministrum, furo-rem; quidquid attentavero per hanc vesaniam priùs id destruum, quàm efficere incipiam; ne lucrum inde aliud sperandum, præterquam celer & inutilis pœnitentia. Revera quod unguis est in ulcere, hoc impatiencia in omni actione: qui malum suum exasperari vult, impa-tienter illud ferat. Quin ergo scire desino, & compe-sco querelas? in ventum latratus mitto, te nulla profu-turos, nisi ut quotquot me audierint, lapidibus me pe-raunt canem. Idcirco attendam mihi ipse, & quam in-fansiendo perderem, patiendò restituiam rem: tranqui-litas dabit, quod auferret furor. Verè dixit Thucydides, Celeritas duo adversissima esse rectæ menti, Celeritatem & ira duo sunt rectæ menti ad-versissima.

Verum, sicut priores illi, sic & præcepta ac temerarius Scrib. Super.

In dandis consiliis, aut ferendis judiciis, nihil pro sano ager, nisi hoc ipsum sibi assidue ingerat: Attende tibi, tam præpropere & calida consilia, non infrequenter se-cum pœnitenda trahunt. Sunt qui in rerum executio-nem adeo calidè prosiliunt, ut antrè fecisse quàm cogi-tasse videantur; qui ad res non eunt sed decurrunt, tan-quam si quis inopinato incendio latè omnia populante, domo propellatur. Omne horum consilium tanquam in mediis ignibus est. Deliberationem ignorant ac ne do-mesticum quidem pectoris sui senatum in consilium vocant. Fecisse his deliberasse est, remque peregrisse, est perpendisse. Non eunt illi in res, sed prosiliunt, aut ve-riùs involant; tanquam si quis ex ingenti præcipitio, uno se saltu deturber, pectus moræ quam in prudenti len-tòque lapsu ponendam videt. Prima non dicam his consilia sed primus illapsus quacunque fortunâ injectus pro sententiâ est, damna daturus, an secus, ne cogitant quidem, ut fortuito hi veriùs quàm consilio vivant; fors bene, fors malè res cadent, excepturi hunc alexæ jactum sunt. Hic altissimâ voce inclamandum: Attende tibi, quis-quis es, & frenos judiciis tuis, sed & linguæ tuæ injice. Millies perire vult, qui linguam coercere non vult.

§. III.

Ante omnia vide, ut ante bellum circumspectias arma: hic maximè Attende tibi, ne nudum latus ob-jicias hosti. Hoc assuesce, ut rebus omnibus medicinam pares præmeditando. Præmeditatio eorum omnium malorum, quæ venientia longè antè videris, adventum lenit; estque sapiens, quidquid homini accidere possit, id modicè ferendum esse si advenit, præmeditari. Christus suos in omne genus injuriarum & cruciatuum armaturus: Hæc, inquit, locutus sum vobis, ut cùm venerit ho-ra, eorum reminiscamini. Tanquam si dixerit suis: Faciliùs omnia feretis, si prævideatis ferenda. Provisio hæc ani-

V u mi

Tob. cap. 4.
vers. 13. &
1. Tim. c. 4.
vers. 16.Cyrus rex
Persarum
regis Tigranem
cum
conjugem
captivum
humanita-
tis oblivis-
ci noluit.In commi-
serationis
affectum
transiens
utriusque
libertatem
cum regno
restituit.Celeritas
duo adversissima
& ira duo
sunt rectæ
menti ad-
versissima.Scrib. Super.
relig. lib. 1.
cap. 14.
Frena lin-
guæ ac ju-
dicii inji-
cienda
sunt.Tom. I. 16.
vers. 4.

mi ad vitam recte instituendam summè necessaria est. Ideo urget Stracides, & : *Fili, inquit, accedens ad servitutum Dei, sta in iustitiâ, & in timore, & prepara animam tuam ad tentationem.* Prepara te, siquidem hominis est preparare cor. In adversa omnia clypeus adamantinus est, serâ eorum præmeditatio. Levius lædit, quidquid ante prævidimus : Nam prævisa minùs tela ferire solent. Repentina omnia videntur graviora, & facillimè nos subruunt, quæ subito impetu in nos feruntur.

Ecclesi. cap. 2. vers. 1. Prov. c. 16. vers. 1. Estque in ea clypeus adamantinus.

Seneca de Tranquil.

Romanus Sapiens præclarissimè hac de re philosophatus : *Tutissimum, inquit, fortunam raro experiri, ceterum semper de illâ cogitare, & sibi nihil de fide ejus promittere. Navigabo, nisi si quid incidit : & Prætor sciam, nisi si quid obstiterit : & negotiatio mihi respondebit, nisi si quid intervenerit. Hoc est quare sapienti nihil contra opinionem dicamus accidere. Non illum casibus hominum excepimus, sed erroribus : nec illi omnia ut voluit, cedunt, sed ut cogitavit, in primis autem cogitavit, aliquid posse propositis suis resistere. Necessè est autem levius ad animum pervenire, destituta cupiditatis dolore, cui successum non utique promiseris.*

Idem ep. 91. post inii. & epist. 107. Iucis mitatis.

Qui hic sibi non attendit, si quid contra quàm destinavit, accidat, fremit & insanit, moderatè id toleraturus, si prævidisset. Ita Zeno Citiensis cum inaudisset omnia sibi sua mari submersa : *Laudo, inquit, tuum factum fortuna, qua nos in palliolum & porticum redigis, jam expeditius philosophari me jubes. Prævidit utique hanc plagam, quæ placatè tulit. Inexpectata plus aggravavit : novitas adicit calamitatis pondus : Ideo nihil nobis improvisum esse debet. In omnia præmittendus est animus, cogitandumque, non quidquid solet, sed quidquid fieri potest. Nullum tempus exceptum est ab æcervo eventus : in ipsis voluntatibus cause doloris oriuntur : bellum in mediâ pace confurgit, & auxilia securitatis in metum transeunt : ex amico inimicus, hostis ex socio fit. Sæpe sine hoste patimur hostilitas, & cladis causas, si alia desiciunt, nimia sibi felicitas invenit. Invidit temperatissimos morbus, validissimos phthisis, innocentissimos poena, secretissimos tumultus. Ea verò plerumque plurimum dolent, quæ ut inopinata & insolita miramur, & quærimus : Unde hoc? Quomodo? Quis putasset?*

Nullum tempus exceptam est ab æcervo eventus.

Ergo, *Attende tibi, nihil eorum quæ pateris, insolitum, nihil inexpectatum tibi fit. Offendi rebus istis tam ridiculum est, quàm queri quod spargaris in publico, aut inqueris in luto. Eadem vitæ conditio est quæ balnei, turbæ, itineris : quædam immittentur, quædam incident. Non est delicata res, vivere. Longam viam ingressus es, & labaris oportet, & lasseris, & cadas. Alio loco comitem relinques, alio efferes, alio timebis, Attende tibi. Per ejusmodi offensas emetendum est confragosum hoc iter. Preparetur ergo animus contra omnia. Sciat se venisse ubi patiaris fulmen, sciat se venisse, ubi*

Virgil. lib. 6. Eneid.

Luctus & ultrices possunt cæbilis curæ, Pallentisque habitant morbi, tristisque senectus.

Qui eventus contemnunt, si sæpe cogitentur.

In hoc contubernio vita degenda est. Effugere ista non potes, prævidere potes, contemnere potes, contemnes autem, si sæpe cogitaveris, & futura præsumperis. Nemo non fortius ad id cui se diu composuerat, accessit, & duris quoque, si præmeditata erant, obtinuit. At contra imparatus etiam levissima expavit. Id agendum est, ne quid nobis inopinatum sit : & quia omnia novitate graviora sunt, hæc cogitatio assidua præstabit, ut nulli malo tirones simus, nihil miremur eorum ad quæ nati sumus, quæ ideo nulli ferenda indignè, quia paria sunt omnibus. Quidquid dixeris, multus accidit, & accideret deinceps. Ita dico, paria sunt, nam etiam quod effugit aliquis, pati potuit. Equum autem jus est, non quo omnes usi sunt, sed quod omnibus latum est. Imperetur æquitas animo, & sine querelâ mortalitatis tributa pendamus. Hiems frigora adducit, algendum est. Estas calores refert, æstuandum est. Intemperies cæli valetudinem tentat, agrotandum est. Et fera nobis loco occurret, & homo perniciosior omnibus feris, Attende tibi. Aliud aqua, aliud ignis eripiet. Hanc rerum conditio-

Quia equi jus est, quod omnibus latum est.

nem mutare non possumus : id possumus, magnum sumere animum, & homine Christiano dignum, quo fortiter fortuita patiamur. Optimum est, pati quod emendare non possis : & Deum, quo auctore cuncta proveniunt, sine murmuratione comitari. Malus miles est qui impetorem suum gemens sequitur. Hic est magnus animus qui se Deo tradidit : at contra ille pusillus ac degener, qui oblectatur, & de ordine Mundi malè existimat, & emendare mavult omnia quàm se. Deo nos tradamus & simplicem intentionis oculum in Deo uno figamus. Sic vivamus, sic loquamur. Paratòs nos semper inveniat, atque impigros sanctissima Dei voluntas.

S. I V.

HOc ipsum insignissimè confirmans Epictetus : *Epict. l. 1. Cujusque rei, inquit, antecedentibus & consequentibus differat. Consideratis, sic eam aggreditor. Alioqui cupidè quidem eam aggredieris : quippe qui nil eorum qua sequuntur consideras. Postea verò cum aliqua molestia ac difficultates intercesserint, turpiter desistes. Cupis vincere Olympiâ? Considerato antecedentia & consequentia : & sic, si è re tuâ fuerit, rem aggreditor. Est tibi accurato ordine opus, bellariis abstinentium, exercendum corpus vel invito, idq; horâ præfinitâ, in aestu, in frigore : non bibenda frigida : aliquando ne vinum quidem ; denique lanista tanquam medico te tradas oportere. Deinde in certamine lanari corpus contingit, manum ladi, distorqueri lumbos, multum pulveris deglutiri, flagris cædi, & cum his omnibus interdum vinci. His rebus consideratis, si placet, certamen inito. Sin minus, vide ut puerorum more acturus sis, qui nunc pugiles ludunt, nunc gladiatores, nunc tubâ canunt, nunc tragœdias agunt, cum ista viderint admiratiq; fuerint. Sic & tu nunc pugil eris, nunc gladiator, mox philosophus, postea orator, toto autem animo nihil : sed ut finius, quidquid videris, imitaberis. Subinde aliud ex alio tibi placebit, usitata verò displicebunt. Neque enim consideratè quidquam aggressus es, neque rem totam explorasti, aut examinasti, sed temerè & frigidâ cupiditate impulsus. Ergo in posterum Attende tibi.*

Diogenes interrogatus quid in Philosophiâ didicisset? Respondit : *Prævidere adversa, & cum advenerint illa, patienter ferre. Nihil sit, quisquis ista non didicit. Quæ aliis diu patiendo levia sunt, vir sapiens levia facit, diu cogitando. In tantâ rerum, sursum ac deorsum euntium, versatione, si non quidquid fieri potest, pro futuro habes, das in te vires rebus adversis, quas infregit, quisquis prior vidit. Basiliscus, ut ajunt, prius videndo necat hominem; sin ipse prius ab homine videatur, in fugam vertitur. Idem nobis evenit, si calamitas celerior sit nostris cogitationibus, & in securos irruat, facili negotio rotos sis. Dejecit; sin animum in eam obfirmemus, & venientem oculo illo simplici aspiciamus, sine viribus est, & jam paratos leviter stringet, idque cum profectu & emolumento nostro. Ergo, Attende tibi, & ad aspernam quamque fortem excipiendam te para.*

Cum Anaxagoras apud Athenienses in vinculis esset, duo ad eum nuncii uno die allati sunt in carcerem. Prior mortem ei decretam esse significabat. Ad quem Anaxagoras constanti vultu : Jam pridem, inquit, sententiam tulit natura, tam in me, quàm illos qui me damnant. Porro alter duos ipsius filios interiisse nuntiabat. Et huic, salvo colore, respondit : Sciebam me mortales genuisse. En, tela tamdiu prævisa, quàm non læserint! Severus Imperator uti alia pleraque, sic & mortem frequenter allocutus : Tu virum, ajebat, capies, quem Orbis non potest. Ulysses viginti annis militiæ vagatus, jam redux Penelopen conjugem fletentem siccis salutavit oculis, sed cælo ad domini præsentiam insanè gestienti, & repenti mortuo illacrymavit. Nam uxoris lacrymas præcepit, atque animo secum ante peregisti; in illum autem fletum subita res & inexpectata eum conjecerat. Sic

Epict. l. 1. differat.

General de Tranquil. c. 11. & l. 6. gg. nat. 9. 1. Qui pro futuro non habet quidquid fieri potest, dat in se vires rebus adversis.

Seneca lib. 1. de ira, c. 7. & c. 8. & 116.

Nullam vitam est esse patiens et ob bellantis habitare.

Facilis enim non est vita, sed quædam est in illa moderata.

Sic adversa omnia præcipienda sunt animo, & longè tranquillius perferentur. Quemadmodum enim is qui se turbam immiscet, aliud non expectet quàm impelli, trudi, comprimari: ita is, qui peregrè iturus, non speret nisi cælum caliginosum, immite, ventosum, pluvium, spurcissimam tempestatem, hospitia incommoðissima, non tamen modicos sumptus exactura: jam errores viæ, lapsus equorum, everfionè currus, varios casus, tanquam solitas itinerum appendices consideret, ut cum hæc evenierint, dicere possit: *Ista prævidi.* Turpissimæ sunt voces illæ: Sperabam meliora: Non putabam sic mecum agendum: Tam gravia non expectabam: Nesciebam fortunam mihi noceram esse: Quis hoc futurum credidisset? Quis tam hostilem animum in hoc homine suspicatus fuisset? Quis hæc omnia prævideret? Ita magna pars hominum est, quæ navigatura de tempestate non cogitat. At hoc sapientis non est. Si tibi sapere vis, *Attende tibi*, & providum animum in omnia præmitte, ut cum Anaxagorâ dicere liceat: Prævidebam hæc, sciebam ista, jam ante illa cogitabam. Pecuniam amisisti? Sciebam posse adimi. Gratiam perdidisti? Noveram quàm instabile bonum possiderem. In paupertatem decidisti? Pridem credidi hanc expeditam, hilarem, tutam esse, si pauper non sit vitiosus. Malè de me loquuntur homines? Faciunt, non quod mereor, sed quod solent. Quibusdam canibus innatum est, ut non pro feritate sed pro consuetudine latent. Morbus me affligit? Et morbis & morti obnoxium me scio. Sed exhibetur etiam in lætulo virtus. Graves inimicos habeo? Jam olim in Chrysostomo legi: Neminem lædi nisi à seipso. Invidia, rædium, mæror me cruciant? Neque hoc contra expectationem evenit. Luctus, dolor, metus non tam supplicia, quàm vivendi tributa sunt. Mors liberos, parentes, cognatos, amicos abstulit? Quid istud aut novum aut mirum periere perituri: ego illi proximus. Mortalium mortem non acerbè defendam jam didici.

Hoc si quis in medullas admiserit, & omnia aliena mala, quorum ingens quotidie copia est, sic aspexerit, tanquam illis liberum & ad se iter sit, multò antè se armabit quàm petatur. Ergo, *Attende tibi*, & istud quoque eodem animi robore præstabis, ne quid ex his quæ eveniunt, tibi subitum sit. Quidquid enim fieri potest, tanquam futurum prospiciendo, malorum impetus molliet. Serò animus ad periculorum patientiam instituitur. *Attende tibi.*

§. V.

Sed & in ceteris rebus omnibus idem tibi assidue ingero: *Attende tibi.* Pederentem ad præcipitia ducimur, à minimis scilicet initiis ad latissima damna descenditur. Nihil rationis est, ubi semel affectus inductus est, jûsque illi aliquid voluntate nostrâ datum est. Faciet de cetero quantum voler, non quantum permiseris. In primis, inquam, sinibus hostis arcendus est: nam cum intravit, & portis se intulit, modum à captivis non accipit. Affectus contumaciter parent. Nullum vitium est sine patrocinio: nulli non initium est verecundum & exorabile, sed ob hoc latius funditur. Non obtinebis ut desinat, si incipere permiseris. Ergo, *Attende tibi*, & principiis obsta. Incipientibus vitiis obstruendæ sunt viæ per rectam intentionem, si malitia radices semel egerit & inveteraverit, sicut coalita ægrotudo, difficilis erit extincta. Facilius est excludere perniciofa quàm regere; & non admittere, quam admissa moderari. Nam cum se in possessione posuerint potentiora rectorum sunt, nec recedi si minui patiuntur. Deinde, ratio ipsa, cui freni traduntur, tamdiu potens est, quamdiu diducta est ab affectibus: si miscuit se illis, & inquinavit, non potest continere, quos submovere potuisset. Commota enim semel & concussa mens ei servit, à quo impellitur. Quarundam rerum initia in nostrâ potestate sunt: ulteriora nos suâ vi rapiunt, & ægrè relinquunt regressum.

Tom. I.

A Ut in præceptis datis corporibus nullum sui arbitrium est, nec resistere morarive dejecta possunt, sed cõsiliium omne & pœnitentiam irrevocabilis præcipitio abscindit, & non licet non eò pervenire, quò non ire licuisset: ita animus si in iram, libidinem, aliòsque se projecit affectus, impetum difficulter reprimit: rapit illum, & ad inimum ager vitiorum natura proclivis. Ergo intrantibus vitiis resistamus: quia facilius, ut dixi, non recipiuntur, quàm recepta exeunt. Curam nobis nostri natura mandavit: sed huic ubi nimium indulgeris, vitium est. Sic ab initio non malo ad carnem transimus, & corporis commoda, & quidquid illis vicinum. Optimum illud: *Diabolus*, inquit, *serpens est lubricus, cuius si capiti, hoc est, primæ suggestioni non resistitur, totus in intima cordis, dum non sentitur, illabitur.* Ergo, Attende tibi, & obsta principiis rectâ intentione assidue restauratâ, alioqui sapius in præcipitia rucis vix emendandâ.

§. VI.

Proximum ab his erit attendere, ne in supervacuis laboremus, aut alienis, id est, ne aut quæ non possumus consequi, concupiscamus: aut adepti, cupiditatem nostrarum vanitatem serò, & post multum pudorem intelligamus. Ne etiam labor aut irritus sine effectu sit, aut effectus labore indignus. Ferè enim ex his tristitia sequitur, si aut non successit, aut successus pudet. *Circumcidenda est concursatio*, inquit Seneca, *qualis est magna parti hominum, domos & theatra, & fora pererrantium.* Alieni se negotiis offerunt, semper aliquid agentibus similes. Horum si aliquem exeuntem domo interrogaveris: *Quid tu equid cogitas?* respondet tibi: Non mehercule scio, sed aliquos videbo, aliquid agam. Domum cum supervacua redeuntes lassitudine, jurant nescisse seipso, quare exierint, ubi fuerint, postero die erraturi per eadem illa vestigia: sic sine proposito vagantur, quærentes negotia: nec quæ desinaverunt, agunt, sed in qua incurrerunt. Inconsultus illis vanusque cursus est, qualis formicis per arbuta repentibus: que in summum cacumen, deinde in inimum inanes aguntur. His plerique similem vitam agunt, quorum non immerito quis inquietam inertiam dixerit, qui negotia magis amant quàm agunt. Omnis itaque labor aliquid referatur, aliquid respiciat, nec unquam sanâ careat intentione. Ex illo malo dependet terribilissimum hoc vitium, auscultatio, & publicorum secretorumque inquisitio, & multarum rerum scientia; quæ nec tunc narrantur, nec tunc audiuntur.

Quoties aut alienis negotiis nos miscemus, neglectis nostris, aut non necessaria curamus, omissis utilibus & necessariis, nec quidquam ferè sanctiore curâ componimus, quàm quod ad nos non pertinet. Quid vana, quid inutilia aut noxia discimus? Discamus continentiam augere, luxuriam coercere, gulam temperare, iracundiam lenire, paupertatem æquis oculis aspicere, frugalitatem colere. *Questus olim Ilaïas: Quare, inquit, appetitis argentum non in panibus? laborem vestrum non in saturitate? Quid de homine illo sentias, qui jam extremâ famè laborat, pecuniolam tamen quam reliquam habet omnem ad mercatorem defert, & plumas emit in pilei ornamentum? Non disparem ad hoc insaniam plurimi committunt, quos strenua exercet inertia, qui omnia agunt præterquam ea quæ animi sunt & salutis. Curis & laboribus variè se conficiunt, sed nullas & labores aut nullas, aut non rectâ intentione insigniunt: pecuniam ambiunt aut gratiam, aut utrumque; obtinendo cælo nunquam fatigantur: in omnibus aliis ad lassitudinem exerceri in lucrum trahunt. Ad hos divinus Paulus merito vociferatur: *Tanta passus estis sine causâ?**

Sunt qui maria emetantur, omnes regiones lultrent, circumlentur orbem: sunt qui omnes pœnè libros scrutentur, & quidquid uspiam rerum novarum est, in suas aures derivent; de his verè dixeris: Hi tales neminem ex omnibus difficilius domi, quàm se, conveniunt; semper extra se sunt, ac per aliena vagantur, & quod luce sequitur,

V u 2

Seneca lib. I. de ira, c. 7. §. 8. & 116.

Nullum enim est vitium sine patrocinio & ob hoc latius funditur.

Facilius enim non admittitur, quam admittum moderari.

Lib. 3. ad sum. bono cap. 5.

Lib. de tranquill. cap. 12.

Cap. 55. v. 2.

Ad Gal. c. 3. vers. 4.

fide, quod quid aliud est, quàm bonâ intentione? Hac certe neminem finit à seipso sic exornari & pingi, ut actus illius non tam sint, quàm esse videantur boni: has omnes officias & pigmenta extremè odit intentio bona: Virtutem ut sequamur imperat, sed ut bonâ fide sequamur, non spe vanâ illecti, non metu adacti, sed ipsius amore virtutis. Insigniffimè hoc explicans Augustinus: Implebis, inquit, amore, quod timore non poteris. Qui enim timendo non facit malè, mallet facere, si liceret. Itaque est facultas non datur, voluntas tenetur. Non facio, inquit. Quare? Quia timeo. Nondum amas justitiam (nondum sobrietatem, nondum castitatem amas) adhuc servus es: Esto filius. Sed ex bono servo fit bonus filius. Interim timendo noli facere.

A jus est ager iste. Compesce iniquitatem, audi veritatem. Beata gens cuius est. Quid? jam nostis quid dicturus sim. Ergo desiderate ut habeatis, tunc demum beati eritis. Hac solâ beati eritis, re meliore, quàm vos estis, meliores eritis. Deus est, inquam, melior te, qui fecit te. Erige te ad illum, & quidquid oculorum habes, in hunc unum converte.

Quod ergo Tigranix conjux fecit in Persiâ, hoc tibi faciendum in omni loco, assiduè, in omni vitâ: suos illa oculos in unum illum defixit, qui caput pro illâ suum offerrebat: idem à te jure meritissimo postulatur, ut tuos in uno defigas oculos, qui & oculos & caput, & totum se tèque unâ tibi donavit, qui vitam & sanguinem suum pro te redimendo, non solùm offerre paratus fuit, sed obtulit. At parum est regiam Tigranix conjugem imitari: exemplis sanctioribus urgemur. Quisquis bonam intentionem cordi habes, regium Numinis Psaltem amulare, & provide Dominum in conspectu tuo semper. In hunc unum tuus eat oculus, sed vide ut simplex eat & rectus, in hunc unum tua feratur intentio, sed vide ut pura feratur & sincera; nec aliorum quidquam aspicendum est, nisi per hunc unum, aut in hoc. Ergo, quod ultimum moneo, ATTENDE TIBI.

Tom. 8. in
Psal. 32.
v. 1. med.

In com. 2.
Ejusdem
Psal. 32. 20.
v. 1.

Psal. 15. v. 8.

Finis librorum de rectâ intentione.

HELIOTROPIVM

S E V

CONFORMATIO HVMANÆ VOLVNTATIS

C V M D I V I N A.

L I B E R P R I M V S

D E

DIVINÆ VOLVNTATIS

C O G N I T I O N E.

CAPVT PRIMVM.

Hypotyposis omnium quinque librorum; duplex etiam fundamentum ponitur, & omnes omnino pœnas à Dei voluntate provenire ostenditur.

C attentissimo consilio salutis remedia circumspiciebant: qui cum ad unam portionem sententiam direxissent, Philippus medicus, Regi puero fidus admodum comes & custos salutis datus, non præceps sed strenuum remedium afferre, potionemque illam suis manibus temperaturum, & eâ vim morbi levaturum esse promisit. Inter hæc à Parmenione fidissimo purpuratorum litteræ supervenerunt, quibus Rex monebatur ne salutem suam Philippo committeret, mille talentis à Dario esse corruptum. Ingentem animo sollicitudinem litteræ incusserant regi, & quidquid in utramque partem, aut metus aut spes subjecerat, secretâ æstimatione pensabat. Bibere perseveraret? vitæ periculum terrebat. Damnares fidem medici? antea vitæ fidelitas dissuadebat. Diu animo in diversa versato, nulli quid scriptum esset enunciauit, epistolamque sigillo annuli sui impressam, pulvino, cui incumberebat, subjecit. Inter has cogitationes bi-duo absumpto, illuxit à medico destinatus dies. Et ille cum poculo, in quo medicamentum diluerat, intravit.

V II 3 QVI



Ex Macedo Alexander, cum Darii bello peteret, æstu & itinere fervore percalescens, Cydno amni corpus suum immerfit, sed hebetatis subito torpore artubus, expiranti similis in tabernaculum delatus est. Huc amici pariter & medicis admittis, melius sibi fore

Rex ajebat, mori strenuè, quàm tardè convalescere: proinde si quid opis aut artis esset, scirent se non tam mortis quàm belli remedium querere. Itaque medici

Tom. I.

Corius l. 1.
cap. 10.
Arrianus
lib. 2.
Jasi. lib. 11.
Valer. lib. 3.
cap. 8.
Seneca l. 2.
de ira c. 23.

ib. 6. 6.
19.

. 1. 1. 1.
9.

Tom. 7. in
ant. pro-
us p. 105.

Phil. 7.
ne.

Præcipud
de Alexander
Pepinitus
Rom. in p. 1.
D. Thom.
in 1. q. 9.
dist. 1.
conclus. 3.
Categor.
Vulgare
in 1. in 1. 2.
dist. 129.
cap. 9. n. 32.
in dist. 6. 90.
et. 2.
P. Adamus
Lanzer, que
bonoris
causa no.
mino Præce-
ptum ob-
servandum,
hic aliquid
vult limi-
tari: Malu-
soliis po-
ne, inquit,
seu nature,
vult Deus
non per se,
sed per ac-
cidens, qua-
rentus ei
bonum ali-
quod con-
jungitur.
in 1. Theo-
log. Scholas-
t. q. 10.
dist. 1. n. 10.
et. 10.

catur. Id igitur omne quod nos malum vocamus, à Dei voluntate est. Ita Theologi. Hoc fundamentum altissime in animo jaciendum; maximi enim refert, probè istud capere, idque semper persuasissimum habere, pœnarum & malorum omnium causam primam esse voluntatem divinam, culpâ tamen, ut monuimus, semper seclusâ. Jacto hoc fundamento sic concludimus.

Quandoquidem Dei nutu imperioque fit, quidquid fit in Orbe, par est ut omnia de manu Dei acceptemus, sanctissimæ illius voluntati nostram per omnia, & in omnibus ita conformantes, ut nihil incertis eventibus, nihil casui, nihil fortunæ adscribamus. Hæc veterum monstra sunt, inter Christianos minimè toleranda. Neque fortunæ tantùm aut casui nil assignandû, sed nec negligentia aut industria humanæ, velut primariæ causæ. Vanæ sunt, & steriles hæc querelæ: Hoc illudve ideo mihi evenit, quia hic vel ille me odit, rem malè dixerit, fœcundius egerit; aliter certè eventurum fuisset, si mihi benevolus exiisset, negotium hoc cordi habuisset, operæ non pepercisset. Vana & stulta est hæc philosophia. Vera, sapiens, & sancta est illa: Dominus fecit hæc omnia. Nam, quod jam monuimus. *Bona & mala à Deo sunt.*

§. III.

Hic plurimi seipfos fallunt ignorantia miserabili. Hoc enim sibi persuadent, ea tantùm mala quæ à causis naturalibus proveniunt (cujusmodi sunt: Inundationes, terræ motus, agrorum sterilitas, terræ labes, annonæ caritas, injuriæ cæli, morborum incommoda, mortes) immitti à Deo, cum plerumque hic nullum interveniat peccatum: at verò mala illa, quæ à vitiis & malitiâ humanâ trahunt originem, (cujusmodi sunt: Calumniæ, fraudes, furta, vexationes, insidiæ, injuriæ, rapinæ, oppressiones, bella, cædes) non esse à Deo, nec ab ipsius providentiâ proficisci, sed ab hominum nequitia, & perversâ voluntate illorum, qui hæc talia in alios moluntur. Hinc illæ voces superioribus annis passim jactatæ: Hæc annonæ caritas non est à Deo; ab avarissimis hominibus est, à Deo non est. Insanæ ac impiæ voces, homine Christiano prorsus indignæ, & sub orcum relegandæ.

Sed ut res sit dilucidissima, exemplo demonstratur id quod dicimus. Est qui alterum bonis omnibus evolutum cupiat: ut hoc nefarium consilium in opus prodeat, in ædes inimici clam subrept, ignem subjicit, actutum ex ædibus se protipit: domo jam inflammata cum ceteris accurrat, velut incendium cum aliis extinguetur, sed longè alius est illi animus. Nam si occasio faveat, non flammam compescit, sed prædam sibi facit, & in rem suam spolia subtrahit incendio. Omnes hæc cogitationes in se spectatæ, absque voluntatis perversitate, omnes hæc actiones in genere entis (ut scholæ loquuntur) consideratæ, auctorem habent Deum; Deus hæc facit, uti quævis alia facit in rebus creatis rationis expertibus. Sicut enim istæ nec movere se possunt, nec operari sine Deo, ita nec incendiarius ille aut domum ingredi, aut eadem egredi, aut ignes spargere sine Deo potest. Neque verò mali sunt ex se hi actus, nam & cum virtute fieri possunt; at mala est voluntas, pessimum est consilium, quod improbus ille secutus est. Hujus auctor & causa Deus non est, quamvis consilium hoc iniri permisit. Potuisset enim hoc impedire si voluisset. Quandoquidem ergo Deus justo suo judicio impium illud consilium non impediit, permisit. Permissionis causas infra dabimus.

§. IV.

Eadem prorsus ratio est in aliis quoque peccatis, quod etiam sub hac imagine magis elucescat, est qui claudicat ex accepto vulnere: gressum hic quidem molitur, sed ægruus, nec tam decorè atque sanus incedit.

A Causa motus in pede est vis impellens naturalis, claudicationis autem causa est vulnus, non motrix animæ virtus. Simili planè modo actionis illius, quam quis peccando exercet, causa est Deus; erroris autem & peccati in hoc actu causa est liberum arbitrium. Actioni adjuvamentum subministrat Deus, non aberrationi, non illi à lege & rectâ ratione secessioni.

Quamvis igitur Deus peccati auctor non sit, nec esse possit: *Mundi enim sunt oculi illius ne videat malum, & respicere ad iniquitatem non poterit: Diligit enim justitiam & odit iniquitatem: nihilominus exploratissimæ veritatis est, omne malum pœnæ, à causis secundis, seu rationabilibus, seu rationis expertibus profectum, quocunque id modo ac ratione accidat, totum prodire à manu Dei, ejusque sua viximâ dispositione ac providentiâ. Deus est, mi bone homo, Deus est, qui dextram te percutientis rexit; Deus est qui linguam tibi detrahentis movit; Deus est qui vires te impiè conculcanti dedit. Ipse Deus de se per Isaiam hoc fassus: Ego Dominus, inquit, & non est alter: for- mans lucem & creans tenebras: faciens pacem & creans malum: ego Dominus faciens hæc omnia. Quam luculenter hoc ipsum confirmans vates Hebræus Amos: Si erit, inquit, malum in civitate, quod Dominus non fecerit? Perinde vers. 6. si dixisset, nullum malum est quod non faciat Dominus, malum culpæ permittendo, pœnæ malum efficiendo & ordinando.*

Ita Deus adulterium & cædem Davidis Regis, per incesti Absalonis filii peccatum puniturus: *Ecce ego, inquit, suscitabo super te malum de domo tuâ, & tollam uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo &c. Tu enim fecisti absconditè, ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israël, & in conspectu solis. Præclarissimè dixit Augustinus: Sic Deus per malos erudit bonos. Sic Justitia Divina Regibus impiis, & malis Principibus velut instrumentis utitur, tam ad exercendam proborum patientiam, quam ad flagellandam improborum perulantiam. Exempla Dei.*

C hæc ab omni ævo obvia, ubi Deus per improbas aliorum cupidines bonam suam voluntatem exercet; per aliorum injustitiam exserit judicia sua justa. Et velut pater virgas arripit & filium cædit, sed paulò post filio se conciliatum exhibet; virgis in ignem conjectis: ita Deus per Isaiam minatur, & *Væ Assur, inquit, virga furoris mei Isaiæ e. 10. & baculus ipse est, in manu eorum indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mando illi, ut auferat spolia, & diripiat prædam, & ponat illum in conculationem, quasi lucum platearum. Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor ejus non ita existimabit: sed ad conterendum erit cor ejus, & ad interuersionem gentium non paucarum. Quam clarè Deus tantorum malorum auctorem se fassus: In manu eorum, inquit, indignatio mea, virga furoris mei Ibid. v. 5. est rex Assyrius, ad puniendâ Judæorum flagitia, ego illum misi, ut auferret spolia, dejiceretque nimium insolentes & inflatos illorum animos, qui projectâ fide, idola gentium vesano ritu venerati sunt: ipse autem rex Assyrius omnia alia cogitans, non sic arbitrabitur, nec ad castigandos venit, sed ad mactandos & omni modo perdendos, nihilominus voluntati meæ deserviet: at ubi ego gentem meam per Assyrios castigato, væ huic virgæ, væ Assyriis, quos velut instrumentum furoris mei excutiam in ignes. Idem prorsus in aliis ultionibus divinis est observare.*

Titus Imperator Romanus cum Hierosolymorum urbem arctissimâ obsidione cinxisset, muros circumire, & de bello iud. ipse omnia lustrare oculis institit. Hic cum plenas cadaveribus valles vidisset, altamque famiem tabefactis corporibus defluentem, altum ingemuit, & elatis in caelum oculis ac manibus Deum testabatur, factum illud suum non esse.

§. V.

Objicias: Si res ita se habent, si malorum omnium origo est voluntas Dei, quid ergo reluctamur, V u 4 quid

Rom. c. 12.
vers. 3.
Cur hosti
resistendi
erit bellum
sit à Deo.

quid morbis pharmaca opponimus, quid hosti armatis cuneos objicimus, cur portas non illico pandimus, & intra mœnia recipimus nostrum exitum, cur non sanctissimum præfulem Lupum imitamur, & illius vocibus mala nostra omnia, sicut ille Attilam, salutamus? *Salve flagellum Dei.* Decorum est, mi homo, non plus sapere quam oportet, sed sapere ad sobrietatem. Bellum, & omnes clades à Deo sunt, res jam liquida. At hinc mala est ista consecutio: Ergo hosti non resistendum; ergo morbis non occurrendum. Nam aliud est voluntas Signi, (cùm Theologis loquor) aliud voluntas Beneplaciti. Atque de illâ voluntate Signi per leges nobis explicatâ, ut plurimum satis constat, at verò de hac Beneplaciti non item, neque continud scire licet, quousque se ista extendat. De quâ infra uberius. Nunc exemplo sit *Morbus*. Hic à quacunque causâ ortus, divinæ voluntatis est, neque hac in re quidquam ambigendum. Cùm autem ægrotus nesciat, quamdiu se velit licet, quousque se ista extendat, licet profus resistere potest, & recuperandæ sanitati, quidquid est legitimum remedium adhibere. Ubi verò tentavit omnia, & nihil profecerit, nec convalescit, persuasissimum sibi habeat, divinæ voluntatis esse, se gravius ac diuturniore invalerudine urgeri. Sic ergo ratiocinandum: Vult te Deus, mi æger, ægotare; at quia nescis an etiam velit te nunquam sanari, eâ de causâ licet uteris remediis: si autem velit morbum perpetuari, subtrahet pharmacis efficaciam ne saneris. Idem de hostibus dicendum. Sæpe voluit Deus Israhel gentem impugnavit, ne tompesceret; quamdiu autem non constabat velle Deum illam etiam expugnari, tamdiu erat resistendum hosti; secus, si monuisset Deus, uti per Hieremiam votum monuit, dederent sese in servos regi Nabuchodonosori. Pari ratione si ortum incendium quantumcumque laboribus restingui non possit, argumento id est, Deum voluisse non solum incendi domum, sed & comburi, suis amicis vel experiendis, vel puniendis inimicis. Idem in aliis omnibus observandum.

De his infra
explicitius.

Deinde, quemadmodum fit nonnunquam ut unus aliquis pater det filio ligneum gladium, dicatque: Age puer, defende te contra me; videamus quid apud lanistam profeceris in athleticâ. Hic non filius patri, sed puginator adversario resistit: ita profus cùm quis incendium, cùm hostem, cùm morbum cupit extinctum, non divinæ voluntati pœnam approbanti, sed culpæ obstitit, quam odit Deus. Nam domus incensa est vel injuriâ, vel invidiâ: huic culpæ reniti, nemini non permittitur. Sic qui morbum conatur depellere, non voluntati divinæ, sed humanæ noxæ se gerit adversarium: vix enim ullus est morbus, cui non occasionem præbuerit aliqua victis intemperantiâ; quisquis jam in morbum pugnat, non Deo, sed intemperantiæ, aut certe illius effectui repugnat. Sic qui armis resistit hosti, non divinæ voluntati adversatur, sed illi qui bellum intulit injustum. In his talibus se suâque defendere, minimè vitium, nisi aliunde constet displicituram Deo defensionem.

S. VI.

Sed quid miri est divinam Providentiam Justitiâque hominibus improbis velut instrumentis uti, quando & ipsi dæmones hoc munus obeunt? *Filius mihi mor. cap. 24. r. à dispensatione pietatis, inquit Gregorius, ut unde malignus hostis cor tentat ut interimat, inde misericors conditor hoc erudiat ut vivat.* In factis Regum hæc memorantur de Saule: *1. Reg. c. 18. Post diem autem alteram invasit spiritus Dei malus Saul.* Et quomodo malus is fuit spiritus, si Dei? quomodo verò Dei esse potuit, si malus fuit? Hoc ipsum eadem Regum historia sic explicans: *Exagitabat eum, inquit, spiritus nequam à Domino.* Malus erat spiritus per desiderium perversæ suæ voluntatis, at Domini spiritus erat, quia missus à Domino ad torquendum Saulem. *Hipponensis præsul Augustinus, hic lucidus allucet. Nec*

August. in
2. p. 31. pro-

A pigebit illius verba ex integro admetiri, hæc sunt: *Quid pius finem, est, Recti corde? non resistentes Deo. Intendat charitas vestra, & sed de hoc intelligite rectum cor. Breviter dico, sed tamen maximè commendandum. Inter rectum cor & pravum cor hoc interest. Quisquis homo quidquid patitur præter voluntatem, afflictiones, merores, labores, humiliaiones, non tribuit nisi voluntati Dei juste (bene hoc notetur) non illi dans insipientiam, quod quasi nesciat quid agat, quia talem flagellat. & talibus parci: ipse est rectus corde. Perversi autem corde sunt, & pravi, & distorti, qui omnia que patiuntur mala, iniquè se pati dicunt, dantes illi iniquitatem, per cuius voluntatem patiuntur: aut quia non ei audent dare iniquitatem, auferunt ei gubernationem. Quia ipse (inquit talis) non potest facere iniquum; iniquum autem est ut ego patiar, & illi non patiar: concedo enim ut sim peccator, certe sunt peiores qui lætantur, & ego tribulor: quia ergo hoc iniquum est, ut etiam peiores me lætantur, & ego tribulor, qui aut justus, aut minus peccator, quam illi, sum: & certum est apud me, hoc esse injustum, & certum est apud me, quia Deus non faciet injustum, Deus non gubernat res humanas, nec cura est illi de nobis. Ergo pravi corde (inquit Augustinus) id est, distorti corde tres habent sententias: Aut non est Deus, dixit enim Iustus in corde suo, non est Deus: Aut injustus Deus est, cui hæc placent, & qui hæc facit: Aut non gubernat Deus res humanas, nec cura est illi de omnibus. In istis tribus sententiis magna impietas. Et pauculis interjectis: Sic est ergo rectum cor, fratres. Cuiusque aliquid accidit, dicat: Dominus dedit, Dominus abstulit. Ecce rectum cor: Sicut Dominus placuit, ita factum est, sit nomen Domini, benedictum. Et non dixit, Dominus dedit, diabolus abstulit. Intendat ergo charitas vestra, ne forte dicatis: Hæc mihi diabolus fecit (hoc mihi damnum nebulo ille intulit) prorjus ad Deum tuum refer flagellum tuum, quia nec diabolus tibi aliquid facit, nisi illi permittat, qui desuper habet potestatem, aut ad pœnam, aut ad disciplinam: ad pœnam impiis, ad disciplinam filiis. Flagellat autem omnem filium quem recipit. Ne te sine flagello speres futurum nisi forte cogites exheredari. Flagellat omnem filium quem recipit. Itane omnem? Vbi te volebas abscondere? Omnem: & nullus exceptus, nullus sine flagello erit. Quid? an omnem? Vbi audire quem omnem? Etiam unicus Dei filius sine peccato, non tamen sine flagello. Institutio nobilissima & Augustino sanè digna. Quia verò Augustini sensu, nec diabolorum nec hominum ullus in alterum quidquam potest, nisi permittente Deo, ideo nunc breviter dicendum quænam permittat Deus, quâ ratione, quâ de causâ permittat.*

1. Cat
pauli
as.

Ad Deum
flagellum
referendū.

1. Heb. cap. 12.
vers. 6.

In his
rationibus
ad
reudus
Deus.
sunt
1. p. 31.
pro fine

CAPVT II.

Quid, quomodo, quare hoc illudve permittat Dei Voluntas.

Maximè hinc vulgus hominum hallucinari solet, cui Permissio divinâ, vix aliud est quàm humana, quæ nihil agendo desidet otiosa, & agere volentes non impedit, etsi possit. Ex hoc uno errore mala gignuntur innumera. Hinc alteri in alteros ruimus, & velut omnis infortunii fabros, omnis mali auctores mutuo noxmet & verbis, & manibus, & dentibus laceramus, tantum si Deus interim altercationes nostras otiosus spectet, & gravissimas injurias, cùm possit impedire, permittat. Seminarium hoc est omnium perturbationum. Huic evertendo tria capita statuimus in omni Permissione divinâ consideranda.

Tria capita
in omni
permissione
divinâ
consideranda:

Primum est, Voluntas permittendi: Alterum, causa Permissionis: Tertium, Voluntas Cooperatrix in re permittendi. Ad hæc melius perspicienda, reperendum animo duo esse malorum genera. Primum eorum, quæ molestiam, dolorem, jacturam, infamiam inferunt, uti sunt paupertas, vincula, morbi, exilium, mors, quæ non tam dicenda sunt mala, quàm medicamenta amariora, divinâ manu admota. Alterum genus malorum est, quæ vero

1. Voluntas
permittendi.

Duo ma-
lorum ge-
nera.

vero nomine vocantur mala, ut sunt peccata. Priora illa verè vult Deus, aut ad pœnam impiis, ut loquitur, aut ad disciplinam filiis: posteriora hæc non velle dicendus est Deus, sed permittendi. Cùm enim omnia quæ verè existunt, verè velit Deus, cuius voluntate sunt omnia, & sine cuius voluntate nihil est, peccatum (quod improprie dicitur existere) velle non potest, sed permittere. Uti autem futura omnia perfectissimè prævidet Deus, ita facillimè quæcunque voluerit, impedire potest; cùm autem innumera non impediatur, dicendum est, Deum justissimâ suâ voluntate ab æterno voluisse adeoque decrevisse illa permittere. Deus utique non volens, sed volens sinit ut aliquid fiat. Homines quidem plurima permittunt, quæ aut impedire nequeunt, aut certè mallet non fieri. Non ita supremus rerum arbiter. Est igitur in Deo, *Voluntas Permittendi*, quam in Permissione primum caput statueramus. Hic jam quæritur, cur voluerit Deus permittere peccata, sive, quæ in Deo sit causa hujus permissionis.

§. I.

Nunquam certè Bonitas illa infinita tantam in Orbe malitiam permitteret, nisi majora inde bona eliceret, & reperta ad perniciem, verteret ad salutem. Permittit Deus fratrem invidiam in Josephum innocentem favere, sed quanto id bono permittit, non solum parentum & fratrum, sed totius Ægypti? Permittit Deus infontem David ab impio Saule gravissimis injuriis exagitari, sed Davidis totiusque regni Hebræi bono maximo. Permittit Deus Daniele iniquissimè accusatum in leonum voraginem præcipitari, sed grandi Danielis ipsius & plurimorum bono. Sed quid hæc narro? Permittit Deus Filium à patricidis crucifigi, sed permittit hoc bono totius humanæ gentis inexplicabili. Ita prorsus ex omni permissione divinâ, maxima divinæ gloriæ incrementa, generi humano emolumenta proveniunt copiosissima. Hinc Bonitas Dei ac Misericordia, hinc Liberalitas atque Potentia, hinc Providentia, hinc Sapientia & Justitia modo prorsus admirabili elucescunt: hinc virtus plurimorum crescit, certamina frequentantur, multiplicantur præmia, coronæ augentur.

Et quam admirandam se præbet divina Providentia in quotidianis his permissionibus! Quid enim magni est, si è bono bonum? at maximum si è malo bonum feceris. *Mari tranquillo, ut ajunt, quilibet gubernator est.* Neque verò magnæ artis est vento secundo, navi firmâ, mari pacato, astris faventibus, remigibus peritissimis portum in conspectu positum tenere: at luctantibus inter se ventis, navigio lacero, fremente cælo, insidiantibus piratis, remigibus imperitis, fidentibus ereptis, optatum nihilominus portum occupare, hoc demum facinus est in gubernatore admirandum. Talis in suis permissionibus est Deus. Per ea quæ contraria videntur, ad felicem deducit exitum, per tot hominum flagitia gloriam suam propagat; in tantis scelerum acervis amicos suos reddit illustriores: Deo dirigente fraudes in decepti commodum vertunt; vexationes & injuriæ vexato vires addunt; impietas tot perditorum, pietatem multorum stabilis, & ne pereant, conservat; & unde plurimi creduntur deprimendi, emergunt. Josepho carcer & vincula ad tam sublimem dignitatis solum viam aperuerunt, plus ei profuit fratrum invidia, quam Orbis totius benevolentia. Saulis perfidia Davidi diadema contulit. Daniele fovea leonum altius evexit, quam ulli regum favores potuissent. E cruce Christus in Paradisum migravit, ex Oliveto ad Patris confessum pervenit. Quod si Deus peccata non permitteret, & permissa non ordinaret, & ordinando in bonum derivaret, vindicem Dei justitiam vix agnosceremus: at sic altius sapere docemur, & admirabilissimam causarum seriem ac connexionem fateri cogimur, per quam tandem è tantis malis tor-

emergant bona. Quà de re Severinus Boëthius eruditè: *Boëth lib. 4. Ordo quidam, inquit, cuncta complectitur, ut quod ab assignata ordinis ratione discesserit, hoc idem licet in alium, tamen in ordinem relabatur, ne quid in regno Providentiæ liceat temeritati. Neque enim fas est homini cunctas divini operis machinas vel ingenio comprehendere, vel explicare sermone. Hoc tantum prospexisse sufficiat, quod naturarum omnium proditor Deus, idem ad bonum dirigens cuncta disponat. Quid sit, ut quæ in terris abundare creduntur, si disponentem Providentiam spectes, nihil usquam mali esse perpendas.* Est ergo (quod alterum erat caput) divinæ permissionis causa multiplex.

§. II.

Tertium est, Voluntas Dei Cooperatrix in omni re quam permittit. Non tantum decrevit Deus ab æterno, quæ temporis successu erat permittendus; neque tantum justissimas suæ permissionis causas, sed voluntatem etiam habuit, habetque in omnibus permissionibus cooperatricem. In Theologorum scholis res liquidissima est, omnium eorum quæ verè fiunt & existunt, Deum esse adiutorem. Nihil usquam rerum sine primæ & summæ causæ adjumento existit.

Cùm ergo Deus ea omnia quæ permittit, ab æterno decreverit permittere, idque justissimis de causis, seipsum in super in suis permissionibus adiutorem præbeat, quid est quod Deum hominèque tot vanissimis querelis incessimus, quid Providentiam & justissimas Dei permissiones toties allatramus? quin omnes rerum eventus divinis judiciis ascribimus, certi, justissimas divinæ permissionis gravissimâque causas subesse, & propositum maximi momenti finem, cui nos minime conveniat refragari? Bonæ malæque voluntates Deo militant, & inter varios fines, veniunt tamen ad hunc, ut sic dicam, finium finem.

Certè sanctissimi quique viri, res omnes tanquam Deo agente sibi evenire exploratissimum semper habuerunt, siquidem mentis oculos ab alieni peccati cogitatione sevocantes, Dei permissiones quasi actuosas & effectrices assidue contemplantur. Tam enim bonus est Deus, ut nullâ ratione permitteret mala, nisi nosset ex his elicere majora bona. Ad rem aptissimè Augustinus: *Melius, inquit, esse judicavit Deus de malis bene facere, quam mala nulla permittere. Neque enim Deus: cùm summè bonus sit, ullo modo sineret mali esse aliquid in operibus suis, nisi usque adeo esset omnipotens & bonus, ut beneficeret etiam de malo.* Optimè Theophilus Bernardinus, quem hic sequimur: *Subtilissimè, inquit, nostris erroribus & peccatis innuat se Deus, non ut approbator & pariceps, sed ut avertator & corrector, qui ex malis bona plura, quasi ignem ex aquâ educit.* Hic cogitandum, ut idem monet, omnes eos qui nos lædunt (quæcunque demum id ratione fiat) duplicem personam sustinere. Unam quâ nobis pessimè cupiunt, & non simplex in nos malum cudent: alteram quâ illud omne, quod cogitarunt, possunt, & divinæ justitiæ nos affligentis sunt instrumentum. Si primam tantummodo personam malevolorum agerent, nihil nobis nocerent, sed quia etiam alteram illam, quamvis ignari agunt, Deo nos justè punienti subserviunt. Sic Dei servus Nabuchodonosor, sic Artia, sic Torila, sic Tamerlanes, flagella Dei, sic Vespasiani duo gloriæ quidem & propagandi imperii causâ Judæos perdere conati sunt: sed errarunt. *Revera lictores & satellites fuerunt ultionis divine in impiam gentem. Concoquere suam felicitatem Iudæi non potuerunt, nisi adjuti Neronianis his Therms.* Sed ut pressius hanc ipsam ratiocinationem prosequamur, libet pauca quærere.

§. III.

EX te, mi Christiane, quæro, ex te potissimum, qui cælum terramque non raro misces querelis. Dic obsecro, in homine illo, qui te læsit, quid accusas? an voluntatem

1. Causa permissionis.

In suis permissionibus admittendus est Deus. Seneca epist. 85. proinde finem.

3. Voluntas Dei cooperatrix.

Omnes rerum eventus divinis judiciis ascribendi.

Sancti res omnes à Deo sibi evenire crediderunt.

August. to. 3. Enchirid. cap. 27. & cap. 11.

Theophil. Bern lib. 11. de Persev. cap. 4. §. 7. Inimici nostri duplicem personam sustinent.

Lips. lib. 2. Consilium. cap. 7.

CAPUT III.

Quomodo per arcanissima judicia Dei, cognoscenda sit Voluntas divina.

luntatem tantum laedendi, an tantum potestatem, an utrumque? Utrumque, dices. Sed ego te docebo neutrum accusare. Non voluntatem nocendi, hæc enim sine potestate vana est, nec tibi quidquam nocuit; non nocendi potestatem, quæ à Deo est, quæ justa & æqua est. Nostis, Omnis potestas à Deo est. Quid ergo conquereris, illum in te posse, quod Deus illi permisit? Grandis mihi fit injuria, dices. Quænam illa tandem injuria? Peccata tua puniit Deus, patientiam tuam exercet, præmia tua multiplicat, & tibi fit injuria? Huic, ais, nequam homini, & voluntati ejus nequissimæ indignor. Ad hominem tu semper respicias, ego verò ad Deum te suspicere volo. Voluntas humana, quantumvis improba quid potuit, quid fecit? Tu non aded doles, quod voluerit tibi nocere, sed quod nocuerit, aut nocere potuerit. At, quæso re, quid & quomodo potuit, unde potuit, cur potuit? nonne potestate & concessione divinâ? si divinâ, nunquid justâ, laudabili, sanctâ? Ergo, vel tace, vel querelas tuas ad divinam hanc permissionem erige, & hoc animo tuo insculpe: Nunquam permisissarum Deum, ut alterius mala voluntas quidquam in te mali moliat, nisi in tuum bonum, si tu tamen ipse tibi non obsis. Et quis est qui nobis nocet, si boni amulatores fuerimus? Præclarissimè

Rom. cap. 13. vers. 1.

1. Pet. cap. 3. vers. 13.

In Psal. 61.

August. ibid.

Nô homo injuriam inferens, sed Deus injuriam permitrens inuendus.

Peccatum nullam bonitatem acquirit, quia boni occasione tribuit.

Augustinus: Noli timere inimicum, inquit, tantum facit quantum accepit potestatem. Eum time, qui habet summam potestatem. Eum time, qui quantum vult, tantum facit, & qui injuste nihil facit, & quidquid fecerit justum est. Putamus injustum esse nescio quid, & ex hoc quia fecit Deus, crede justum esse. Ergo, inquis, si quis hominem occidat innocentem, justè facit an iniquè? Iniquè sanè. Quare hoc permittit Deus? Disputare vis, antequam facias unde dignus sis disputare, quare hoc permittit Deus? Consilium Dei tibi dicere, ô homo, non possum. Illud tamen dico, quia & iniquè fecit homo qui occidit innocentem, & non feret nisi permitteret Deus. Et quamvis ille iniquè fecerit, non tamen hoc iniquè permittit Deus.

Idem de Christi Domini necesse: Itaque fratres mei, inquit, Iudas malignus traditor Christi, & persecutores Christi, maligni omnes, impij omnes, iniqui omnes, damnandi omnes: & tamen Pater proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Dispone, si potes, distingue, si potes: redde Deo vota tua, que distinxerunt labia tua. Vide quid tibi fecerit iniquus, quid justus. Ille voluit, iste permittit. Ille injustè voluit, iste justè permittit. Voluntas injusta damnetur, permittit justa gloriificetur. Noli ergo mirari, permittit Deus, & judicio permittit: permittit & mensurâ, numero, pondere permittit. Apud illum non est iniquitas, tu tantum ad eum pertine.

Hæc consequendæ tranquillitati via proxima est, non hominem injuriam inferentem, sed Deum injuriam permittentem intruere. Hic Sanctorum mos erat, non quis, quâve ratione læderet, sed quis lædentem non impediret, attendere. Hinc ipsas etiam injurias beneficia interpretabantur: nam isti sunt, aiebant, qui nos beatos faciunt; at qui beatos predicant, illi nos decipiunt. Ita oculis in Deum semper intentis, à divinis nutibus in omni re pendebant, à Deo omnia expectabant.

Ex hoc vero capite nullus hominis peccatum plus veniæ meretur, quod majus inde bonum eliciat Deus, nam boni occasionem solum præbet homo, non causam, & occasionem quidem non ex se, sed ex divinâ bonitatis abundantia. Si pauperculi hominis tugurium improbus quis incendit, non ideo minus deliquit, quia id pauperculus ille patienter tulit, aut Princeps aliquis decuplo meliorem domum substituit. Aliena virtus, & felix eventus, incendiarii culpam non diluunt: ita nec peccatum bonitatem ullam acquirit, quod boni occasione præbuit. Sed ut hæc omnia melius capiamus, quàm occulta sint Dei judicia, nunc expendendum.

ILLud Hebræi vatis hic assidue ingeminandum: *Indicia tua, Domine, abyssus multa*, multa, multa nimis. Jam olim hanc abyssum velut digito monstrarunt duo regij ministri, Pincerna & Pistor Pharaonis Egyptij Monarcha: Uterque ejusdem regis famulus, gratiâ excidit uterque, in carcerem & vincula uterque raptus est, nec levi de causâ: nam utriusque Rex Pharaon iratus, utriusque etiam inter epulas recordatus est, utriusque vitæ gratiam potuisset facere, justitiâ non obloquente, aut utrumque capite damnare. Et tamen hunc infami supplicio addidit, illum officio pristino restituit; Pistor in crucem egit & corvis escam objecit, Pincernam in gratiam recepit, ac denno ad regis mensæ ministerium admisit. Talia sunt judicia Dei, hos ex justitiâ à conspectu rejicientis, illos autem in conspectum admittentis ex gratiâ. *Judicia Dei abyssus multa. Quis scit fecit enarrare opera ejus, quis enim investigabit magnalia ejus?*

QVAM occulta Dei judicia circa Nabuchodonosorem, & Pharaonem illum alterum qui ignorabat Joseph? De quibus eximie Augustinus: *Nabuchodonosor, inquit, post innumeras impietates flagellatus, penitentiam meruit fructuosam: contra verò flagellis ipsis durior est factus Pharaon, & perit. Ambo homines, reges, impij, ambo flagellis moniti, Quid obsecro eorum exitus fecit tam distantes? unus Dei manum sentiens ingemuit & respuit, alter Dei voluntatem aver-*

quidem ad sospitatem, illum ad tumbam deducit. Ita duo latrones cum Christo in crucem sublati, & in pari culpâ, æquali supplicio, simillimâ morte, dissimillimam post mortem sortiuntur habitationem. *Judicia Dei abyssus multa.*

Optimus ille rex Asa, qui *Fecit quod bonum & placitum erat in conspectu Dei sui, & subvertit altaria peregrini cultus*, qui omnem abolevit idololatriam, omnium priorum regum maculam, *Excelsa*, demoliri ausus. Et tamen iste Regum optimus, priorem laudem in fine corruptit: diu præclarissimè se gessit, annis triginta optimorum regum exemplar haberi potuit, tandem regi Syria plus quàm Deo confusus, prophetam Hanani ejus facti reprehensorem in netum compegit, è plebe plurimos interfecit, pedum dolore correptus, plus medicorum arti quàm divinæ opi tribuit. Ah, quàm non responderunt extrema principiis! sanctissimus Rex quantum à seipso mutavit? Contrâ Manasses impiissimus, qui omnem vitam suam sceleribus infamavit, tandem in se descendens, principia pessima nobili sine coronavit. *Abyssus multa, mi Deus, judicia tua, abyssus nimis profunda!*

mi Deus, judicia tua, abyssus nimis profunda!

Saul & David quàm admitandi! Uterque initio laude dignus, uterque in gravia delicta lapsus cum offensâ totius regni, ob hoc uterque punitus, sed eventu diversissimo. Saul obstinæ impietatis homo, miserri- mè finiit: David pœnam in medicinam vertit, factus Deo familiarissimus. Hic nefas quærere, *Quare aut Cur hoc?* E scholâ dæmonis prodiit, *Cur* titud. Multos perdidit importunissimum istud *Cur*, & *Quare*. *Cur* Gen. cap. 31. *precepit vobis Deus*, quærere olim fallacissimus coluber. Cui respondendum fuisset: Præcepisse scimus, *cur* præceperit, nostrum non est quærere: hæc Domini voluntas est; causæ voluntatis hujus nobis minime scrutandæ. *Quis*

Rom. 1. vers. 1.

Quod jamno pro ad lectum, Hiero. lib. 1. Ta lib. 1. A

Ex lib. 1. lib. 1. A

Ex lib. 1. lib. 1. A

172. 2. 7

172. 2. 7

172. 2. 7

172. 2. 7

172. 2. 7

172. 2. 7

172. 2. 7

172. 2. 7

172. 2. 7

172. 2. 7

enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit aut quis prior dedit illi & retribuetur ei: quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. At dixerint forsitan aliqui: Tamen rationem aliquam exigere licebit huius vel illius præcepti. A quo? num à Deo? cui unilicet quod liber? & nihil liber nisi quod licet. Si servus à patrefamilias, subditus à principe rationes exigat, ille contumeliam putet, hic rebellionem: tibi plus animi adversus Deum est? Non aliter hæc ratio constat, quàm si nulla reddatur.

Quàm admirandum & illud! Samaritani Dominicis verbis celeritè credunt, rogantque Dominum, secum maneat; Geraseni increduli eundem rogant, à se abeat; Judæi perfridi nec verbis, nec factis, sed nec ullis prodigiis aut miraculis induci possunt ut credant Veritati. *Judicia tua, ô Domine, abyssus multa!*

Julianus Alexandrinus, sanctissimus martyr: pedum usu captus, ad tribunal in sellâ gestatus est à duobus famulis. Horum alter: Fidem & Dominium abnegans, turpissimè defecit: Alter Eunius nomine, Deo & hero fidelis, perseveravit. Sic ambo camelis impositi, per urbem Alexandriam flagellati, tandem in rogam conjecti, sanctissimè finierunt. Hos cum Beſa miles spectaret, & hominum innocentem miserum, insolentiam petulantis plebeculæ cohærens niteretur, delatus ad iudicem, capite plexus est. Nimirum transfugæ illius præmium occupavit. *Judicia tua, ô Deus, abyssus multa!*

Narrat Athanasius Alexandrinus præsul, in rebus gestis Antonii Magni, duos fratres ad Antonium suscepisse iter, sed in viâ, ex aquæ penuriâ, alterum siti mortuum, alterum morti proximum jacuisse defectis viribus. Antonius aliquot inde miliaribus distans, & tum fortè in rupe confidens, duos è suis ad se subitò evocans: Ire, inquit, festinato gressu, & aquæ lagenam deferte: unus è duobus fratribus huc commeantribus in itinere jam obiit, alter adhuc dum spirat sed ægrè, & nisi maturâ opè subveniatis, nec illum vivum reperietis. Hoc mihi oranti jam primùm significavit Deus. Sic ait, & illi ut iusti, mox iter celerarunt; reptum extincti cadaver terræ mandarunt, alterum fonte refectum sibi comitem junxerunt. Erat autem iter unius diei. Hic opportunissimè Athanasius: Fortasse, inquit, aliquis quærat: Cur non antequam alter moreretur, Antonius monuerit? Indigna profus Christianis quæstio, quia non Antonii sed Dei iudicium fuit, qui & in morientem, quam voluit, sententiam tulit, & de sitiente revelare dignatus est.

Hæc arcanissima Dei arcana cum secum miraretur Antonius, jamque pæne inciperet descendere in hanc divinorum iudiciorum profunditatem, apud Deum sic familiariter quæstus est: Mi Domine, illos flagitiis operatos tandiu finis vivere, istos ad plurimorum utilitatem natos abripi? Hi non adeo improbi, tam severè à te puniuntur; alii vivunt impunè, & à vivendi prosperitate, peccandi sumunt audaciam. *Prodit quasi ex adipè iniquitas eorum.* Hic vocem audivit: Antoni, ad te ipsum intende: hæc iudicia Dei sunt; tibi non scrutanda.

Quàm magnificata sunt opera tua, Domine, nimis profunda facta sunt cogitationes tue: vir insipiens non cognoscat, & stultus non intelligat hæc. Verè tu es Deus absconditus! Anno millesimo centesimo supra decimum septimum, cum Italia tota terræ moribus quateretur, ait Rogerius, aliquot Mediolanenses Patriçii sub turri confederunt, erat enim eis de Republicâ negotium, cum vox foris audita, quæ unum nominatim evocabat. Ille cunctari, & dubitare quis vocaret, & quem itaque herere, & repetitam vocem expectare: cum ecce ignotus aliquis ad fores adest, & hunc ipsum rogat ut exeat. Vix dum aliquot spatiis à loco abiit, cum turris corruit, & unâ omnes oppressit. Cur hic unus tantum, & ceterorum nemo ab interitu servatus? *Judicia Dei, abyssus multa.* Quis non videat prisca hæc prodigia revocari? Sic Angelus Lotum cum familiâ eductum, Sodomæ incendiis sub-

A duxit: sic mille alii inter pereuntium turbam ab exitio defensi sunt.

Anno millesimo quingentesimo supra nonagesimum septimum, in Sicilia, in monte Regali, obstinata libidinis homo à religioso viro aliquoties monitus, impuram vitam tandem desineret, & meretricium consortium ejuraret. Perstitit tamen miser, sed post extremam monitionem in sanu pellicis confossus est. Alius non disparis vitæ vir, & qui plurimis annis cum infami femina habitavit, ubi lamentabilem hunc exitum inauduit, alieno malo sapere voluit, & omnem vitam ab annis sexaginta per confessionem relegit. Quid hicaliad iterum vociferer, quàm hoc ipsum: *Judicia tua, Domine, abyssus multa nimis!*

§. IV.

ET hoc est quod divinum Paulum in tantam admirabilem rationem rapuit. Gemellis illis Jacob & Esau, cum nondum nati essent, aut aliquid boni egissent aut mali &c. dictum est, *Jacob dilexi, Esau autem odio habui.* Quid ergo dicimus: numquid iniquitas apud Deum absit, &c. O homo tu quis es, qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se furxit: *Quid me fecisti sic? An non habet potestatem signulus luti? Aurifex argentum & aurum suum, figulus suum lutum pro libitu versat, quamvis inter figulum & lutum non remotissima sit cognatio, qualis inter Deum & hominem, vilissimum terræ vermiculum. Quis igitur Deo dicere potest? Cur ita facis?*

Narrat Dorotheus, navigium appulisse ad urbem venetibus mancipiis plenum. Erat in illâ civitate virgo sanctissimis moribus, suæque salutis studiosissima. Hæc mirè lætata occasione offerri, ad discendam inde ancillulæ, quam suo nutu ad omnem vitæ sanctitatem etiamnum docilem formaret. Et commode navarchus puellas duas habuit, è quibus alteram virgo liberali pretio emit. Vix hæc abiit cum adest femina prostigati pudoris histioniam faciens saltatrix, hæc alteram virgunculam licitata, cum pretio non grandi parabilem audiret, emptam abduxit. Heu misella, tam celestem nacta dominam, quàm sanctam altera! Quis hic iudicii divini abyssum scrutetur? Utraque ab annis innocens, utraque venalis, utraque suæ fortis ignara, utraque velut testa recens, odorem servatura, quem primitus imbibisset. Et tamen illa virgineos mores edocta, non difficulter virtuti à teneris alluevit, Angelorum digna consortio: hæc autem ab illâ furivâ ad omnem petulantiam & lasciviam instituta, improbos dominae mores feliciter imitata, mobile fuit spoliolum diabolo; alia certè futura, si aliam habuisset imagitram. Sed *Judicia tua, ô Domine, abyssus multa.*

Non multum ab simile quid in cognato sanguine Gregorius Magnus expertus est. Tres habuit amitas vir iste sanctissimus, Æmilianam, Tarſillam, Gordianam: omnes se Christo & virginum sacrarum collegio devoverunt: duæ illæ uti virginitalis sponſionem integerrimè servarunt, sic vitam sine optimo clausurunt; tertia illa Gordiana nullis obtemperans monitis, illecebrarum appetens, tandem frenum rupit, cœnobio excessit, villicum suum vagâ libidine secuta. *Judicia tua, Domine, abyssus multa!* hæc nemo se immittat. Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram, quis poterit scrutari vias ejus? *Cautissimus hic Jeseus rex: Ut jumentum, inquit, factus sum apud te.* Tuis, ô mi Deus, iudiciis, me non immisco; tuum me jumentum gero; jumentum est, hero jubenti parere, non iussa discutere. Et quid miri hominem in scholis non educatum, & qui juventutis suæ rudimenta in pecorum custodia posuit, ita de se sentire? ipsi Seraphini, spiritus nobilissimi, hoc faciunt. Nam cum in cælo de abdicandis Judæis ageretur, Seraphim geminis alis faciem pedèque velabant, professi eò altitudinis se pertingere non posse intelligentiâ, quò se admiranda Dei opera

2. cap. 11. 2. cap. 34. 2. cap. 199. Quid in primo imperio acuit dicitur, & Thero inge- tum à Sal- luf. Tacitus lib. 1. Annal. 2. cap. 11. 2. cap. 34. 2. cap. 199. 2. cap. 9. 2. cap. 12. Dorotheo ser. de oculi. Dei jud. Gregor. ho- milia 38. in Evang. 2. cap. 36. 2. cap. 26. Psal. 72. 2. cap. 22. 1. cap. 6. 2. cap. 2.

opera extollerent: divina judicia omnem intelligendi vim excedere: se itaque contentos, scire ter sanctum esse Numen, sanctum in seipso, sanctum in judiciis, sanctum in operibus. Sic (supremi) Angeli arcana Dei judicia venerantur, quanto magis nos vilissimos hominum clamare convenit: *Inustus Dominus in omnibus visis suis, & sanctus in omnibus operibus suis*: Hic neminem non plurimum soletur, quod excellentissime dixit Augustinus: *Potest Deus aliquos sine bonis meritis liberare, quia bonus est; non potest quemquam sine malis meritis damnare, quia iustus est.*

§. V.

Cernimus quidem mirabiles mundi revolutiones, continuas vicissitudines, eventus profus inopinatos, & est cum dicamus: Videamus obsecro, quem res exitum sortitura sit. Videmus tandem & miramur, frigidissimum illud nobiscum mullantes: *Non putassem.* At nescimus miseri, quae secutura sint, sed nec eorum, utitur eventiant, ratio poscenda. *Non enim cogitationes meae, cogitationes vestrae: neque via vestra, via mea, dicit Dominus. Quia sicut exaltantur caeli a terra, sic exaltate sunt viae meae a viis vestris, & cogitationes meae a cogitationibus vestris. Rationem de occulto Dei consilio querere, inquit Gregorius, nihil aliud est, quam contra consilium eius superbiere.* Nostrum est in omnibus cum beato Paulo dicere: *O altitudo sapientiae & scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt judicia eius, & investigabiles viae eius!* In hac vita plurima nunquam satis indagabimus. Sufficiat nobis scire, Deum iniquum non esse, nec extremo iudicii die fatiurum ullum, qui non cogatur dicere: *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.* Cognatus quidem rex David, haec Dei arcana judicia penitus rimari, *Excussimabam, inquit, ut cognoscerem hoc.* Tandem tamen non repertis ullum exitum, *Labor est, ait, ante me, donec intrem in sanctuarium Dei;* differenda est haec occultorum scientia in Orbem meliorem.

Psal. 144. vers. 17.

August. l. 3. contra Iulianum. c. 18.

Isaia cap. 55. v. 8. & 9.

Rom. cap. 11. vers. 33.

Psal. 118. vers. 137.

Psal. 72. vers. 16. Ibid. v. 17.

De arcana Dei non inquitendum.

Ecclesi. c. 11. vers. 4.

Sap. cap. 11. v. 21 & 22. 4. Esai. c. 4. vers. 5.

A ponderare, aut statum venti mensurare, aut diem praeteritum revocare frustra nitimur? Modò jam istud sciamus, causam ante omnes causas esse, *Voluntatem Dei,* à qua qui quaerit aliam, vim & potentiam ignorat naturae divinae. Nam causam omnem, necesse est genere quodam priorem & maiorem esse suo effectui: at Deo, & ejus voluntate nihil prius aut majus, non ergo ulla ejus causa. Quid ultra hinc vis? Deus permittit, Deus voluit, Deus fecit. Summa iustitia est, ut rectè & piè Salvianus ait, voluntas Dei: Summa prudentia est, divinae voluntatis ac providentiae decretis placido animo acquiescere.

CAPVT IV.

Quomodo Dei voluntas, in rebus omnibus agnosci possit.

Diversi quidem regiminis est, hypocaustum plenum infantibus, gymnasium plenum discipulis, plenam domum famulis, cœnobium plenum religionis, campum plenum militibus curare, eadem tamen in omnibus gubernandi ratio est per Obedientiam, quae diversas voluntates in unam jubet coalescere. Malè dux imperabit nisi omnes suos milites aut ore gestare possit, aut manu, hoc est, aut voce aut nutu ad omne imperium impellere. Illic bene res geritur, & disciplina sibi constat, cum in domo paterfamilias, in scholâ magister, in cœnobio antistes, in castris dux, suos omnes aut linguâ circummagit, aut dextrâ; verbo regit aut nutu, & quoquò vult perpellit.

Quemadmodum verò militem sui ducis linguam aut dextram insidere convenit, ad hujus vel illius imperata promptum: ita profus hominem Christianum decet, velut in linguâ Dei manū sic hærere, ut quidquid Deus voluerit, dixerit, iusserit, quoquò nutum intenderrit, mox ille idem velit, eò protinus eat, currat, volent. Omnium nostrum vox sit: *In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam: Deus meus voluit, & legem tuam in medio cordis mei: in medio memoriae, intellectus, voluntatis meae, voluntas tua, mi Deus, instar legum omnium mihi est.*

Sauli à Christo in terram dejecti, prima omnium quaestio fuit: *Domine quid me vis facere?* Haec omnium proborum assidua sit percontatio: Domine quid me vis facere? quae tua voluntas, mi bone JESU? verbo, nura significat: eo, pareo, facio, quidquid me facere volueris. Huic igitur quaestioni ante omnia nunc respondendum quâ ratione nimirum Dei voluntas in rebus omnibus sit agnosenda. Aliquot hinc regulas dabimus, per quas divina voluntas facile poterit explorari.

Prima regula divinae voluntatis agnosenda.

Quidquid abducit à Deo, contra Dei voluntatem est: quidquid ad Deum invitat, ad divinam voluntatem est. *Hac est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra, ut abstinetis vos à fornicatione, &c.* Itaque si quis tale quid in se deprehendat, ut fateri cogatur: Hoc officium, haec societas, hoc mercimonium, hoc vivendi genus me non reddidit sanctiorem; abducit à Deo, sed sensim, & lentis gressibus, ergo nec officium istud, nec illa societas, nec mercimonium istud, nec ista vivendi forma divinae voluntatis est.

I. I. Regula.

Voluntas Dei per legem Dei & Ecclesiae luculentissime nobis declaratur. Ideo in omni ambiguitate non tantum quaerendum, quid Dei aut Ecclesiae leges velint, sed quid isdem magis aut minus conforme sit. Christus olim opulento juveni sciscitanti, quâ proximâ viâ iretur ad caelum, hunc optimum divinae voluntatis interpretem designans: *Mandata, inquit, nostri? Sanè nihil dulcius quam respicere in mandatis Domini.* Hunc ipsum divinae voluntatis

Voluntas Dei nulla est causa.

Isid. v.

Isid. v.

Isid. v.

Isid. v.

Isid. v.

Isid. v.

Homini Christiano voluntas Dei est instar legis.

Quarta

Ps. 119. v. 9.

As. cap. 1. vers. 6.

As. cap. 9. vers. 6.

Isid. v.

Regulae quibus divina voluntas explorari potest. Prima.

Isid. c. 32. vers. 24. Isid. c. 3. vers. 15. & 16.

1. Thess. c. 4. vers. 3.

Superiorum voluntas De est voluntas.

Gal. cap. 2. vers. 1. & 2.

Paulus de Gal. dicitur: non constituimus alios arbitros.

Luc. cap. 18. vers. 20. Eccl. c. 2. quàm respicere in mandatis Domini. Hunc ipsum divinae voluntatis

voluntatis internuncium Abrahamus Epuloni com-
monstrans: *Habent, ait, Moysen & prophetas: audiant illos.*
Divinus Paulus: *Nolite, inquit, conformari huic saeculo &c.*
ut probetis quae sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfe-
cta. Bona Dei voluntas decalogo comprehenditur, Bene-
placens consiliis Evangelicis, Perfecta desiderata & se im-
perata perfici in terra, sicut in caelo.

III. Regula.

Hæc à beato Paulo præscribitur: *In omnibus gratias*
agite, hæc est enim voluntas Dei, in Christo Jesu in omnibus
vobis. Primum hic notatu dignissimum, In rebus omni-
bus gratias agendas, etiam turbatissimis & maximè im-
prosperis. Pulchrè Chryostomus dixit: *Passus es aliquid*
malisti velis, malum non est: Age Deo gratias, & jam malum
mutasti in bonum. Hoc animi est Philosophici. Prisci Germani
optimè liberos instruebant, ut si quando digitum igne
læsissent, mox dicerent: *Deo gratias.* Breve, sed nobile
præceptum. Quidquid demum, mi Christiane, te præ-
mit uratve, quidquid affligat, dic centies, dic millies:
Deo gratias. Addit Paulus: *Spiritum nolite extinguere.*
Saus sit divinis instinctibus locus. Non rarè Deus vo-
luntatem suam explicat oculis alloquitis, quibus ut verè
divinis tunc turè creditur, cum solius Dei gloria se-
cunda proponitur. Sed & illud Paulus addidit: *Prophe-*
cias nolite spernere. Divini voluminis explanationes, fac-
tas in templis conciones, præfagas fidorum hominum
admonitiones negligi ab eo minimè convenit, qui divi-
næ voluntati approbare se cupit. Qui audire non vult,
non vult Dei voluntatem intelligere. Demum præcipit
Paulus: *Ab omni specie malæ abstinetere vos.* Quemadmodum
boni numularii monetam adulterinam aut à tinnitu, aut
à signo & inscriptione norunt, & rejiciunt: ita nos, quid-
quid vel tenuem umbram vitii præ se fert, abominæ-
mur, tanquam divinæ voluntati contrarium.

IV. Regula.

Præter Dei & Ecclesiæ leges, alii quoque divinæ vo-
luntatis interpretes sunt, maximè in rebus dubiis. Inter
hos censendi magistratus tam politicus quam sacer, ii-
que omnes, qui alii legitime præfunt: his annuerandi
Curiones, Confessarii, Majores & Præsides in sacris fami-
liis. Cum Saulus jam paratus divinæ voluntatis pare-
re, quæfisset: *Domine, quid me vis facere?* non illum Do-
minus præceptis oneravit, neque illi subito scientiam
omnem infudit, sed ut discipulum ad Ananiam mittens:
Surge, inquit, & ingredere civitatem, & dicetur tibi quid re-
oporet facere. Ananias Paulo divinæ voluntatis para-
phrasas fidelissimus fuit, sicut Cornelio Petrus. Ita vult
Deus voluntatem suam homini explicari ab homine.
Hinc illæ tam crebræ admonitiones: *Consilium semper à*
sapiente perquire: Sine consilio nihil facias, & post factum non
penitebis. Anima viri sancti enunciat aliquando vera (magis)
quam septem circumspectores sedentes in excelsis. Et sic in his
omnibus deprecare Dominum, ut dirigat in veritate viam
tuam. Ergo cum viro sancto assiduis esto, quemcumque cogno-
veris observantem timorem Dei, &c. Et cor boni consilii statue
recum, non est enim tibi aliud plus illo. In omnibus igitur
dubiis circa voluntatem divinam, à nemine potius pen-
tendum consilium, quam à Confessariis & Majoribus
nostris, quibus aut conscientiam aut omnem vitam
commisimus. Quæ in re universè dici potest: Omnis
Dominorum, aut Majorum, aut Præfidum voluntas
(peccatum excipio) Dei voluntas est. Quod ergo cu-
julque Dominus, quod Majores aut Præsides iusserint,
non aliter quam certum divinæ voluntatis interpreta-
mentum est accipiendum. Beatissimus Paulus exemplo
hic prævit, & Galatis scribens: *Deinde, inquit, post annos*
quatuordecim iterum ascendi Hierosolymam cum Barnabâ.
Quæ causa itineris tam longi? Contuli cum illis Evange-
lium. En, Orbis concionator per tot annos, tanquam di-
scipulorum infimus, doctrinam suam in medium pro-
ponitur, & primarios Apostolos illius quasi iudices consti-

tuit, ut quod illi de eâ decernerent ac communi consilio
improbarent, adderent, demerentque, id ipse sic cre-
dendum, sic docendum susciperet. Magis mirandum
quod addit: *Ascendi autem secundum revelationem.* Num ibi
qui Paulo revelavit iter hoc suscipiendum, non æquè
revelare potuit quæ Paulus itinere hoc effecturus? Ni-
mirum vult Deus hominem ab homine doceri. Accedit,
quod Paulus Hierosolyma ierit, super doctrinâ suâ in-
terrogaturus, non tam quod ipse de eâ dubitavit quam
alii. His firmandis consultius videbatur, Majores
interrogare. Ergo, *Videte & interrogate de sententiis antiquis,*
quæ sit via bona, & ambulate in eâ.

V. Regula.

Quod si consilium petere, nec tempus permittat nec Quinta-
locus, dispiciat homo secum ipse, & omnem dubitatio-
nem circa notitiam divinæ voluntatis facili negotio sic
poterit explicare. Attendant solerter, utrum è duobus, in
quibus hæsitat, voluntati propriæ sit acceptius, quid gra-
tius carnis appetitui, quid existimationi propriæ optabi-
lius. Ubi hoc, quod facile, indagaverit, & serid secum
statuerit actiones suas voluntati divinæ penitissimè
conformare, tunc profectò securus eligit illud quod vo-
luntati suæ minùs acceptum, quod minùs gratum carnis
appetentiæ, quod denique splendoris ac pompæ minùs
habuerit. Nam illa electio ad propriam voluntatis, ad
carnis, ad existimationis propensionem, cuius merito
nimis quàm suspecta & errori proxima videri debet; at
hoc alterum, proclivitati suæ reluctari, plerumque tu-
rissimum: *Dum non facis vias tuas,* inquit Isaias, & non
invenitur voluntas tua. Sit hoc exemplo. Ei qui maligno
aut frigido est stomacho, exploratè suaderi potest hoc
modo: Id quod tu maximè appetis, hoc tibi minimè
conducit; pepones, cucumeres, fungi, limaces, potus
intemperanter frigidus, recentes ab horto fructus, & id
genus edulii, gulæ irritamenta, plurimum nocent, quæ
tamen non rarè cupidissimè ingeruntur. Idem in re
propositâ: plerumque quod corporis sensibus tam gra-
tum & suave, noxium est spiritui; quod humanæ volun-
tati sic placet, Deo displicet. *Mortificate ergo membra ve-*
stra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, li-
bidinem, concupiscentiam malam &c. propter quæ venit ira
Dei. Ergo post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate Eccl. cap. 18.
tuâ avertere, (monet Siracides) ut ad Dei voluntatem
converteraris.

Quod si quid planè indifferens & adiaphorum sit, ut
si duo mendici occurrant æquè fortunæ inopes, elee-
mosyna tamen non suppetat in utrumque partienda, da
cui volueris, animo divinam voluntatem exequendi
non errabis. Quod si res adjaphora majoris sit momen-
ti, consilii opus & precibus. Si verò de unâ aliquâ plu-
ribus actionibus suscipiendis penitus non liqueat,
quid divinæ voluntatis sit, non facile ulla earum susci-
piatur, dum utrunque constet illas divinæ voluntati
non fore contrarias. In omni tali deliberatione pluri-
mum potest Ratio & Conscientia, non mali in incerto
consiliarii, qui si paullò velint circumspicius agere, faci-
cilè pronunciant, quid melius sit factu. Fieri autem
potest, ut verecundæ conscientiæ homo in talem deve-
liarij.
niat labyrinthum, in quo spiritus & caro sic inter se lu-
ctentur, ut miser trepidate incipiat, ne forsitan divinæ
voluntati se opposuerit. Hic solatio sit, quod nonnun-
quam est ecclesiastæ. Rem sic explicamus. Concionator
pomeridianus videt plerisque omnes suorum audito-
rum dormientes, turbatur nonnihil tor sibi annuenti-
bus: id tamen tolerabilis videretur, quàm si totidem im-
pudenter garriant. Itaque si duo tréve non dormitent,
ait ipse secum: Satis id mihi, & est cur pergam: unus pro
millibus est. Non aliter ratiocinetur quomodo cum
turbatus: Modò duo vigilent oculi Ratio & Voluntas,
modò hi vigilent voluntatem Dei observent, susque de-
que vertantur alia, ego verò stabo inconcussus, & quam-

ni
hano
225
ft in-
gis.
v. 9.
v. 7.
v. 5.
ulz
nuz di-
volu-
explo-
potell-
na.
v. 4.
v. 3.

unda.
v. 20.
v. 25.
v. 37.

vis divinos nutus non proximè assequar, assequi tamen conabor.

V I. Regula.

Ad explorandam divinam voluntatem plurimum valet, cum Paulo rogare: Domine, quid me vis facere? Hic mos Sanctorum, in rebus dubiis & perplexis confugere ad orationis praesidium, uti olim Moyses & Aaron ad foederis tabernaculum. Et sicuti cum nubes adeo stipatae coeunt, ut caelum tonare ac mugire incipiat, campanae in turribus quatuntur dissipandis nubibus; ita quotiescunque sol divinae voluntatis oculis nostris subducitur, ut paene quid faciendum sit, ignoremus, proximum est, caelum pulsare precibus. Ita Saulus à subita tempestate mediis campis deprehensus exclamat: Domine, quid me vis facere? Hanc precationem saepius iterandi oportunitissimum tempus est, cum epulum caeleste aditur, & Dominicum corpus jam lingua sustinetur, tunc ardentè ingeminandum: Domine, quid me vis facere? Imò sub re divinae quotidie, cum Eucharistiam sacerdos super verticem atollit, hoc omnium ardentissimum votum sit: Domine, quid me vis facere? A viris religiosiorum formulam sub sacro quotidie recitari consuevitissimum. Jacobus Laines alter à sancto Ignatio Societatis Jesu Praepositus generalis, quot diebus sub sacri finem post Centurionis verba (Domine non sum dignus) Christum manu tenens aiebat: Placet Domine quod promissit. Ita quibuscumque aliis, dum caelestis panis in alito monstratur, precandum: Domine sicut vis, ita & ego volo; quod rectè statui, non revoco. Haec quotidiana sui in divinam voluntatem oblatio praclarissima est ad ultimum in morte lucetamen dispositio.

Si quis autem multo tempore rogarit Deum quippiam, nec id tamen impetravit, persuasum sibi habeat, nolle optimum patrem, id à se impetrari, quod tamdiu petivit filius, aut certè vel à se benignissimum parentem, petentis filii perseverantiam, ad majus praemium exerceri. Nihil hoc dubitationis habet, quin clementissimus Deus frequenter differat postulatam opem, ut constantiores preces, & diuturniorem patientiam copiosius remuneretur. Certè à plurimis haec talia, velut ab avaris numi, non rarè extorquenda sunt. Raras preces & rariorem patientiam à nobis impetraret Deus, nisi hoc tali modo desideres urgeret. Adeoque nobis saepe utilissimum est, diuturnis precibus nihil impetrasse. Nam precum tam prolixarum plerumque majus est emolumentum quam fuisset impetrationis. Et hoc est quod nemini non magnam tranquillitatem adferat, precationes quidem multas, non tamen raras injisse. Rex Hebraeus David ut jejunavit, ut flevit, ut oravit in terra prostratus, antequam nosset Dei voluntatem de moribundo filiolo; at ubi mortuum audiit, agnovit hanc fuisse Dei decretoriam voluntatem ut moreretur. Itaque jam laetior de terrâ surrexit, lotus & unctus, ingressus est domum Domini, & adoravit. Christus, post trinam deprecationem ad clavum olivarium, de paternâ voluntate jam certus: Dormite jam, inquit, & requiescite. Ita obsecrationem etiam repudiari quies & animi tranquillitas excipit, vel ob hanc etiam causam, quod jam longè certius constet quid fieri velit optimus Deus. Heli sacerdos narranti Samueli quam Deus vindictam tam ab ipso patre quam à filiis esset expetiturus, aliam non respondit quam hoc, Dominus est: quod bonum est in oculis suis faciat. Perinde si dixisset: Ingrata narraisti, Samuel, sed quia mihi jam liquet de divina voluntate, narrationem tuam quamvis ingratam benevolus tamen excipio, & agnosco divinos nutus: Ego, meique filii poenas commeruimus, subibimus poenas; quando ita visum est divinae voluntati, cui nefas refragari. Faciat bonus Deus quidquid ipsius sanctissima voluntati placuerit: nos servuli, ipse Dominus est; nos variè delinquimus, dominici juris est, punire delicta. Cum Paulum Hierosolyma abiturum Caesare-

A scs lacrymis morari conarentur, Paulus illis animosissimè: Quid facitis, inquit, stentes & affligentes cor meum? Ego enim non solum alligari, sed & mori in Hierusalem paratus sum propter nomen Domini Jesu. Et cum ei suadere non possent, quieverunt, dicentes: Domini voluntas fiat. Haec vera quies animi, post preces irritas, illud unicum precari, Domini voluntas fiat. Et hinc sequitur, ad divinam voluntatem explorandam regula ultima.

V I I. Regula.

Nemo mortalium divinam voluntatem certius explorat, quam qui sincerius ad illam in omnibus se conformare desiderat. Hoc desiderium profectò filium est ad omnium labyrinthorum errores extricandos: omnis hinc ambiguitas circa divinam voluntatem tollitur, si quis ignoret quidem, quid velit Deus, aut utrum malit è duobus licitis, ita tamen animo comparatus sit, ut mente sincerissimâ possit dicere: Domine, si scirem, quid tu hac in re fieri à me velles, ego utique id facerem. Hac sponcione factâ, liberè, quod volet, faciat; & perturbare se desinat; divinam voluntatem non facile offendet. Hunc talem filium non deserit amantissimus pater, nec à sua voluntate gravius aberrare permittit. Si desit homo, per quem erudiat, Angelum mittit, uti misit Josepho, in re gravi, quid factu foret optimum, delibecanti; ita tribus ex Oriente Dynastis post divinum infantulum in gramineis cunis adoratum, submissis Angelus, qui Herodianas fallacias cavere, & aliâ in patriam viâ redire doceret. Sic Abrahami ancillæ Agari; sic innumeris aliis contra errores praesidio missus est aut Angelus, aut vice Angeli fidus homo.

Anno trecentesimo vicesimo quarto, Constantinus Magnus, relicta Româ apud Ilium cepit urbem condere, sed quia divinae voluntatis fuit, ut coepum opus omitteret, & Byzantium in Thraciâ ædificaret, diversè Deus monuit; nam, ut Beda & Glicas memorant, omne instrumentum fabrilè secundum noctem in altero litore repertum est, occultâ vi transportatum. Ibidem aquila; quod Zonaras refert, cæmentariorum amussim sustulit & apud Byzantium ex unguibus dimisit. Ita Deus voluntatis suæ notitiam non negat sincerè petentibus, Benignus est spiritus sapientia hujus altissima, & omnibus sese quam liberalissimè impertitur. Adest Deus omnibus exquirentibus se in veritate, & voluntatem suam tam mirabili quam suavi magisterio explicat iis omnibus, qui verâ submissione se hic discipulos gerunt. Voluntatem Dei optimè nosse discimus faciendo.

C A P V T V.

Quotuplex Dei voluntas, & quibus potissimum in rebus, illa sibi conformari velit nostram.

Cyprianus, vir & eloquentissimus & sanctissimus, Carthaginensis praesul, constantissimus martyr, per synopsin complexus est, quid praecipue à sui cultoribus exigat voluntas divina. Verba Cypriano digna, & prorsus exaranda sunt. Et utinam haec omnium Christianorum templis & aedibus, utinam & pectoribus inscribantur, velut compendium vitæ ac perfectio- nis Christianæ. Placet ea in numeros digerere; hæc sunt.

Voluntas Dei, quam Christus docuit & fecit, est

- 1. Humilitas in conversatione.
2. Stabilitas in fide.
3. Verecundia in verbis.
4. In factis iustitia.
5. In operibus misericordia.
6. In moribus disciplina.

7. Injuriam

Act. cap. 9. vers. 6.

ibid.

Res gestæ P. Lains.

Deus differt postulatam opem, ut constantiores preces copiosius remuneretur.

1. Reg. c. 12. vers. 16. & seq.

Matt. c. 26. vers. 45.

1. Reg. cap. 3. vers. 18.

Septima.

Vide Caesar Baron. 10. 3. Anno 324.

Sap. cap. 1. vers. 6. Eccli. cap. 2. vers. 13.

Bona mala pro p ro) a l prove. Inven. vers. 3. & seq. Hæc est precatio supplicii.

Cassian. lib. 3. c.

Voluntas Dei refert.

Documenta complectentia quid voluntas divina exigat à sui cultoribus.

Voluntas Dei dupl.

- 7. Injuriam facere non posse.
- 8. Factam tolerare posse.
- 9. Cum fratribus pacem tenere.
- 10. Deum toto corde diligere.
- 11. Amare in illo quod pater est.
- 12. Timere quod Deus est.
- 13. Christo nihil proponere, quia nec nobis ille quidquam proposuit.
- 14. Charitati ejus inseparabiliter adherere.
- 15. Cruci ejus fortiter ac sicuter assistere.
- 16. Quando de ejus nomine & honore certamen est, exhibere in sermone constantiam, quâ confitemur; in questione fiduciam, quâ congregamur; in morte perseverantiam, quâ coronamur. Hoc est, coheredem Christi velle esse, hoc est, præceptum Dei facere, hoc est, voluntatem patris adimplere.

§. I.

EX his singulariter septimum, octavum, nonum atque decimum documentum altiore mente reponendum: *Injuriam facere non posse: Factam tolerare posse: Cum fratribus pacem tenere: Deum toto corde diligere.* Hic nonis miseris sæpe graviter hallucinamur. Voluntatem Dei munerantem & beneficium cumulantes affectu pronissimo recipimus; at castigantem, velut non Dei voluntatem averfamur, tanquam si homines in nostram salutem & nomen pessimè animati, nesciente Deo aut certe non jubente, consilium caperint, quo nos penitus deleterent, aut graviter vexarent. Cæcitas & infania manifesta. Grata tantum & nobis commoda submitti cælitus putamus: imò tristica etiam & incommoda, nec quidquam omnino in hac grandi machinâ geritur, turbatur, miscetur (dempto peccato) cujus non causa & origo à primâ illâ causâ. Hieremias lacrymans: *Quis est iste, inquit, qui dixit ut fieret Domino non jubente? Ex ore Atrifsimi non egredientur nec bona nec mala? Quid murmuravit homo vivens, vir pro peccatis suis? Quam hoc stupidi atque impudentis hominis est, credere quidquam esse quod Deus aut non immitrat, aut certe non permittat.* Clarissimè Cassianus: *Crederè inconcussa fide nos convenit, nihil sine Deo prorsus in hoc mundo geri. Aut enim voluntate ejus, aut permissu agi universa fatendum est.*

Veritas gigantes fabulata est, qui divos deturbare aggressi de suâ arce. Mittamus fabulas: Vos queruli, vos ii estis. Si enim mala omnia, quæ hic premunt, non permissa solum à Deo, sed immissa, vos qui fremitis, qui repugnatis, quid aliud quam sceptrum illi (quantum in nobis est) eripitis, & arbitrium regnandi? Creata omnia parent non invita, & obaudiunt supremæ illi legi, nobilissimum rerum homo, solum in conditorum suum calces jacit, & resistit. Quid frustra indignamur? omnes clades à Deo sunt, omnes, omnes. Quod ibi labes terræ oppida alioque absorpfit, à Dei providentiâ est: quod alibi pestis multa millia hominum demersit, ab istâ est: quod cædes, bellum, tyrannis, & hic & istic, ab eadem istâ est. Sed omittis publicis: Quod si iste tuus adversarius, mi homo, partem tibi bonorum rapiat, ille famam inficiat, hic modis aliis te lædat, à Deo est hoc omne, non permittente solum, sed etiam immitrente in te divinitus: ut id probè noris, divinitus hæc omnia immituntur.

Ergo voluntas divina, non hoc tantum à nobis postulat, ut ab inferendâ aliis injuriâ tam alieni simus, tanquam si non inferre ullam possumus, sed vult etiam illatas ab aliis injurias ita toleremus, ut pacem cum omnibus servemus, et si non itidem illi nobiscum. Sed ut exactius capiamus divinæ voluntatis arcana, illud, cujus supra meminimus, breviter explicandum.

§. I I.

Voluntas Dei Theologis duplex est; una signi, qua Deus præcipit, prohibet, permittit, suadet; opera-

A tur, aliquid, & hanc suis legibus ac præceptis declarat; altera Beneplaciti, quâ destinatum quid usquequaque vult fieri, vel cum conditione, vel sine illâ. Angelis & hominibus æternam felicitatem voluit impertiri, eâ tamen conditione & lege, si ipsi non obstitissent suo arbitrio. Alia vult Deus sine illâ adjunctione. Uti voluit cælum terramque condere, ita vult esse perpetuum ordinem Orbis totius & gubernationem, quâ cuncta dispositis sapientissimè. Huic Dei voluntati nemo potest obistere; nullas illa leges patitur, nihil quidquam alieno facit imperio, nulli pareat. Ipse Deus per Isaiam id affirmans: *Consilium, inquit, meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo: non revertetur ad me vacuum, sed faciet quacunque volui.* Nos autem viles servuli, velimus nolumus, quidquid ex alto in nos Deus decreverit, non possumus non ferre. Omnes cum ærumnis plurimis copulati sumus: aliorum aurea catena est & laxa, aliorum arcta & sordida. Sed quid refert? eandem custodia universos circumdedit: alligatitque sunt etiam qui alligaverunt. Omnis vita servitutum est, imò & supplicium est omnis vita. Assuescendum itaque huic conditioni, & quàm minimè de illâ querendum. Hic illud ingenti solatio est, scire, sic Deum velle, ita Deo placere, & neminem esse qui divinæ possit resistere voluntati. Mardocheus hoc ipsum proclamans: *Domine, Esther c. 13, vers. 9. Domine rex omnipotens, in ditione tuâ cuncta sunt posita, & non est, qui tuâ possit resistere voluntati.* Hoc Augustinus excellenter declarans: *Hæc, inquit, sunt magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates ejus, & tam sapienter exquisita, ut cum angelica & humana creatura peccasset, id est, non quod ille, sed quod voluit ipsa fecisset, etiam per eandem creature voluntatem, quâ factum est quod creator noluit, impleteret ipse quod voluit, bene utens & malis, tanquam summè bonus.* Quamvis igitur impii divinæ obstantur voluntati, suam tamen Deus ex illisimè perficit voluntatem, & illorum voluntate pessimâ optime utitur.

E dictis liquet, quomodo Deus omnibus velit salutem, eam tamen non omnes assequuntur, quia conditioni lætæ non obtemperant, præceptis divinis rebelles. Quibus severè varicinarus Servator: *Non omnis, inquit, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum calororum, sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum calororum. Qui sapit, in divinam voluntatem totus mature transit.*

§. III.

Quæ cum ita sint, nihil rectius aut præstabilius facere possumus, quàm si nostram divinæ voluntati penitissimè submittamus & accommodemus, dicamulque cum Heli sacerdote: *Dominus est, quod bonum est in oculis suis faciat.* Cum Joabo duce, *Dominus faciat, quod bonum est in conspectu suo.* Cum Davide rege: *Si dixerit mihi Dominus, Non places, presto sum, faciat quod bonum est coram me.* Cum Judâ Machabæo: *Sicut voluntas fuerit in calo, sic fiat.* Cum Christo Servatore: *Pater mi, si non potest, hic calix transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua.* Quod si filius fuit tam obsequens, ut patris exequeret voluntatem plenissimè; nam, *Descendi de calo, inquit, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me:* Si hoc à filio exigebatur, quandò minus servos abnuere imperium fas est? Æquissimum procius censuimus, ut homini placeat, quidquid ab omni ævo placuit Deo. Miles in castris, audito viæ signo, vasa colligit; audito pugnâ, deponit, & arma sumit, animo, manu, oculis, paratus ad omnem nutum, & intentus. Idem nobis sit, & in hac militiâ sequamur alacres & pleno gradu, quocunque vocantem Imperatorem nostrum. Quidquid evenerit, feramus, non patientes tantum, sed etiam volentes, omnémque temporum difficultatem sciamus legem esse naturæ. Et sit bonus miles fert vulnera, enumerat cicatrices, & transverberatus telis amat enim, pro quo cadit,

Isaia c. 46. vers. 10. & cap. 55. v. 11.

Quidquid decreverit in nos Deus debemus ferre.

Esther c. 13, vers. 9. August. 10. 3. Enchirid. c. 100. ad Laurent.

Non omnes salutè assequuntur, quia præceptis divinis rebelles sunt. Matth. c. 7. vers. 21.

1. Reg. c. 3. vers. 18. 2. Reg. c. 10. vers. 12. 2. Reg. c. 15. vers. 26. 1. Mach. c. 3. vers. 60. Matt. c. 26. vers. 42. Ioan. cap. 6. vers. 38.

Seneca l. de vitâ beatâ cap. 15. Impera-

Bona & mala (dempto peccato) à Deo proveniunt. Timen. c. 3. vers. 37. & seq. Hæc est pro peccatorum supplicio. Cassianus tit. 3, c. 10.

Solus homo Deo resistit.

Voluntas Dei duplex

Imperatorum: sic in animo habeamus illud vetus preceptum: DEVM SEQUERE. Quisquis autem queritur, & plorat, & gemit, imperata facere vi cogitur, & in viris rapitur ad iussa nihilominus. Quae autem dementia est, potius trahi quam sequi qua stultitia & ignorantia conditionis suae, dolere, quod aliquid tibi incidit durius, aut mirari, aut indignè ferre ea, quae tam bonis accidunt quam malis: morbos, dico, funera, debilitates, & cetera ex transverso in vitam humanam incurventia. Quidquid ex universi constitutione patiendum est, magno excipiat animo. Ad hoc sacramentum adacti sumus, ferre mortalia; nec perturbari his, quae vitare, nostra potestatis non est. In regno, certè ad regnum nati sumus: Deo parere, libertas est.

Diximus, quã ratione in divinæ voluntatis notitiam veniendum. At illam nosse non satis est: suam illi architecturam conjungere oportet. Quibus autem hæc conjunctio constet, libro sequenti exponemus.

LIBER SECVNDVS
DE HVMANÆ
VOLVNTATIS
AD DIVINAM
CONFORMATIONE.

CAPVT PRIMVM.

Ingressus ad conformationem humanæ voluntatis cum divinã.

Rei narrata fides sit pe- nes auctore: Is est Ioan. Taulerus, & S. Deminici familia, in suis institutis. mibi p. 109. Fuit hic concionator insignis & piissimus ut de eo Bellar. in scriptor. Ecclief. Vixit Anno 1350.



Vit olim magni nominis Theologus, qui octennium ipsum assiduis precibus Deum obsecravit, hominem sibi monstraret, à quo viam doceretur ad cælum compendiosissimam. Eo igitur die, quo hujus hominis alloquendi desiderio maximo tenebatur; nec aliud mallet quam videre magistrum tam arcanæ veritatis, vocem cælitus allatam audire sibi visus, quæ sic moneret: Exi foras ad templi vestibulum, & qualem quæris, reperies hominem. Prodiit ergo in publicum, & ad ædis sacræ limina mendicum invenit tibiis ulcerosis, & multo pure fluentibus; vestis mendici vix trium obolorum erat. Huic Theologus candidum precatus est & prosperum mane. Cui mendicus: Non memini, ait, me unquam habuisse adversum. Hic litteratus ille, primam salutationem velut correpturus: Eja, inquit, fortunatum te reddat Deus: At ego, inquit mendicabulum, infortunatus nunquam fui. Obstupuit ad hanc vocem Theologus, sed ne forsan errasset audiendo, votum suum repetens, sed paulò aliis verbis: Ecquid ais, inquit, felicem esse te jubeo. Mox iterum mendicus: Nunquam, ait, infelix fui. Theologus arguari credens dicacem mendiculum, & ut hominis ingenium experiretur: Eveniant, inquit, volo tibi quæ optas, atque id fiat. Non est, ait iste, quod hic querat: Omnia sunt ut volo; quamvis fortunæ mea consilia non applicem. At doctor ille denuo salutans an valedicens: Servet te Deus, inquit, vir bone, si quidem fortunam oderis. Sed dic obsecro, tunc solus inter calamitosos mortales beatus? Job ergo falsus, qui asserit: Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis. Et quomodo tu solus evasisti omnes malos dies? non satis assequor animi tui sensa. Ad quæ mendicus: Sic est, mi Domine, ut dixi. Optanti mane pro-

Asperum, negavi me unquam habuisse improsuperum. Sorte meã, quam mihi Deus hic assignavit, contentissimus sum. Non egere felicitate, felicitas mea est. Monstra illa, Fortuna & Infortunium neminem lædunt nisi volentem, aut certè timentem lædi: Nec ego unquam fortunæ supplico, sed Patri cælesti, qui rerum omnium eventus gubernat. Ita me nunquam infelicem fuisse ajo, ut cui omnia ex voto cadunt. Quòd si fame urgeat, Deum providissimum patrem ob id laudo. Si frigus me urat, si nimbus in me ruat, si aliis cælum injuriis me impetat, Deum æquè laudo: cum aliis ludibrio sum, Deum non minùs laudo. Nam certus sum, horum omnium auctorem esse Deum, nec posse non esse optimum quod Deus facit. Idcirco quidquid Deus vel tribuit, vel evenire permittit, gratum sit an ingratum, dulce an amarum, juxta habeo: nam hæc omnia velut de nianu parentis optimi lætus accepto, & hoc unum volo quod vel Deus; ita omnia fiunt ut volo. Miser est, qui fortunam aliquid in se posse credit, & is demum verè infelix est, qui nescio quam felicitatem in hoc Orbe somniat. Hæc vera est felicitas in hac vitã, soli voluntati divinæ quam tenacissimè inhærere. Dei voluntas, optima, rectissima voluntas, quæ non rector fieri, nec mala esse potest: hæc de omnibus judicat, de hac nulla. Ut hanc sequar, meum ego studium omne cõfero, in hanc unam curam totã mentem incumbo, ut quidquid vult Deus, hoc & ego nunquam non velim. Eã de causã, nequam infelicem me censeo, quando meam omnem voluntatem sic integrè in divinam transfudi, ut apud me non aliud Velle sit aut Nolle, quam quod Deus vult aut non vult. Itane verò, inquit Theologus, tu ista ex animi tui sententiã profers? Sed dic, obsecro, eadè me tibi mens esset, si te Deus ad inferos statuisset præcipitare? Cui promptè mendicus: Me, inquit, ille ad inferos præcipitare? ad inferos ille? At scias duo mihi esse brachia mihi roboris, his ego illum archissimè stringerem complexu insolubili. Unum brachium est, subjèctissima Humilitas per sui oblationem: alterum Charitas sincerissima per Dei dilectionem. His ego me brachiis Deo sic innecterem, ut quocumque ablegarer, illuc eum unã mecum traherem. Et sanè multò foret optatius, extra cælum esse cum Deo, quam in cælo sine illo. Theologus ad has voces attonitus, cum animo suo cogitare cœpit, hanc illam esse compendiosissimam semitam ad Deum. Sed libuit ulterius sciscitari, & sapientiam in domo tam incommodã habitantem elicere in apertum: Et unde tu, inquit, huc advenisti? A Deo veni, respondit mendicus. Cui Theologus iterum: Et ubinam locorum, inquit, reperisti Deum? Ubi res creatas omnes, ait iste, deserui. Theologus denuo: Ubi verò, ait, Deum reliquisti? Subjecit pauper: In mentibus puris, ac bonæ voluntatis. Ecquid tandem hominis es? ait Theologus. Mox alter: Quisquis sim, inquit, sorte meã tam contentus sum, ut eam cum omnium Regum opulentis non commutaverim. Rex est, quisquis sibi met novit imperare. Ergone te regem credam? inquit alter, ubi regnum tuum? illic, ait mendicus, & simul digito cælum monstravit: Rex est, cui regnum illud in alto certis chirographis transcriptum est. Denique Theologus finem facturus quæstionibus: Quis ista, inquit, te docuit, quis hunc tibi animum injecit? Respondit alter, Dicam domine: toros ego dies sileo, & jam vel precibus vel piis cogitationibus vaco, & hoc unice curo ut Deo semper sim conjunctissimus. Conjunctio & familiaritas cum Deo divinæque voluntate docet hæc omnia. Plura quærere volebat Theologus, sed in aliud tempus id differendum ratus, in præsentia valedixit. Dum abibat, multa secum cogitans: En, ajebat ipse sibi, doctorem reperisti rectissimè ad Deum vix. Quam verè Augustinus: Surgunt indocti, & cælum rapiunt, & nos cum doctrinis nostris sine corde, ecce ubi voluntur in carne & sanguine? Hoc est quod Christus gratias agens:

Fortuna & infortunium neminem lædunt nisi volentem.

Miser est qui fortunã aliquid in se posse credit.

Humilitas & Charitas sunt duo brachia quibus stringendus est Deus.

Nomi volun è quid dicitur quã p parati opus f hanc e divinã luntate connot tionem

Volu sit infic et ab o niviã immun

Job cap. 14. vers. 1.

August. l. 1. Confess. c. 1.

Math. 11. vers. 25.

agens: *Confiteor, inquit, tibi Pater, Domine cali & terra, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis.* Verè sub sordido palliolo sæpe magna latet sapientia. Et quis tantum divinæ eruditionis quærat in homine tam abjecto, quis credat tantum spiritus recondi in tam illiteratâ simplicitate? En, illa duo brachia roboris invicti, *Oblatio sui, & Dilectio Dei.* Hæc Deum quocunque lubuerit trahunt. His brachiis Deus quàm arctissimè se stringit permittit, alios refugit attractus.

C A P V T II.

Quæ voluntas Hominis ad hanc cum Dei voluntate conformationem sit maximè idonea.

VT Assuero regi pararentur virgines, ex omnibus regni provinciis lectissimæ adducebantur in Susan metropolim. His annus erat in uno corporis cultu transigendus. Et quæ non lotiones, frictiones, polituræ, unctiões adhibebantur? Quantum cerussæ, purpurissæ, stibii, aliorumque pigmentorum exhauriebatur concinnandæ formæ? Tanti erat regis oculis placere. Et humana voluntas ab omni ornatu imparata, velut rusticana mulier ex agro, in summi regis amplexus ruere non vereatur? Ut ergo notit hominis voluntas, divinis oculis tum demum se placituras, si non tantum minimos etiam nævulos conetur abstergere, sed ea sibi ornamenta comparare, quæ divinam voluntatem invitent ad hoc cum eâ connubium.

Igitur ordini servandò, & vitandæ obscuritati, ita rem distinguimus, ut sua voluntati nomina tanquam titulos assignemus, ut quibus discat quâ præparatione sit opus ad hanc cum divinâ voluntate conformationem. Et quemadmodum herus novum famulum in suas ædes admissurus multa pacificatur, & : *Volo, inquit, ut non sit fabulator, non nugigerulus, non lusor, non rixosus, non ebriosus; cum primis verò sit diligens, sit fidelis, sit obsequens.* Hoc jus heri est, ejuscemodi leges sancire famulis. Et cur Deo humanam voluntatem in amicitiam admissuro, non idem juris sit? Quocirca sciat voluntas hominis, jam aliis sibi legibus vivendum, præcipuè istis.

§. I.

Voluntas Insons sit. Hoc cû primis exigitur. Delicatus è caelo sponsum est, fordes & odit, & ardet. Voluntas illi copulanda oderit etiam necesse est omne genus sordium: & ita quidem ut non tantum avaritiæ non studeat, luxuriæ non indulgeat, iracundiæ non obediatur, sed etiam si quid propensionis & affectus sentiat ad hæc inquinamenta, id omne in se viriliter expugnet; nec tantum nolit obscæna cogitare, sed etiam velit tactissima quæque meditari. Sed sermo nobis non est de iis quæ nemini non clara sunt. Aliud est miræ subtilitatis, sed & maximæ celeritatis vitium, Invidia. Hic voluntas insons sit, & ab hac luce immunem se præstat. Voluntas ad divinam conformanda sine omni livore sit; non invidiâ alienæ felicitatis tangatur, nec prematur suæ. Nam qui Deo verè conjunctus est, videt quidem alios gratiâ & opibus florere, non tamen invidet, sed ad Deum versus: *O Domine, inquit, vis illum aut istum ad opulentiam, ad honores evehi, me contemptim neglecto? Non repugno, mi Deus, nec ejus rei causam à te postulo. Mihi satis causarum, mihi rationum abundè satis est, tua una atque unica voluntas.* Certissimus enim sum, nisi tu id permitteres, & quidem meo bono, non fieret, nec id ullus hominum imperaret; quod te annuente, nullo negotio, & fortè pauculis verbis confectum est. Sed & in ceteris, scio, tuo fit permissu, mi Domine, ut iste me sic allatret, ille me sic tractet, hic ita exagitet me, nunquam

Tom. I.

A illos, quod sciam, læsi verum in tuâ voluntate satis ad hoc responsi reperio: Tu hæc permisisti, tu jussisti: sint ergo illi Semei, sicut ego David, si tibi sic visum est, mi Deus.

Sanctissimus ille Antiochenus antistes & martyr Ignarius: *Frustrum Christi sum, inquit, dentibus bestiarum molar, ut panis mundus inveniar.* Ita nimirum nos Deus mensæ suæ præparat dominicum panem. Quid ergo habemus contra homines queri? molares lapides sunt qui nos velut offusum triticum commolunt. Ut hoc aliter in animum demittamus, consultius est, singulis horis aliquoties animum erigere ad Deum, repetitis precatiunculis: *Benedictus Deus in eternum. Domine quid me vis facere? Fiat voluntas tua.* Hæc prima voluntatis humanæ præparatio est, puram esse à nævis, præsertim ab omni similitudine ac invidentiâ. Sed præterea requiritur,

§. II.

Voluntas Tolerans. Cùm quis rebus adversis agitur, omne præsidium à patientiâ perat, dicatque sereno animo: Hoc omne à Deo est, quidquid patior; sed est à Deo per hanc occasionem, per istum hominem, per illam causam in me immisum. Et hujus quidem rei tam certus sum, atque vivere me scio. Hic plurimam aqua hæret, qui non eâ fide in Deum pollent, ut sibi certò persuadeant, tam adversa & omnes malignos eventus à Deo esse, quàm prospera & optatissimos successus. Si hoc certum haberemus, quod in se certissimum, non facile quidquam impatienti aut dejecto animo ferremus, nec toties illis vocibus urgendi essemus: *Vos modicæ fidei.* At verò adversa omnia à Deo, per quemcumque tandem, ad nos derivari, Christus sic demonstrans: *Nonne duo passeris, inquit, asse veneunt, & unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro.* Idem repetens: *Nonne quinque passeris veneunt dipondio, inquit, & unus ex illis non est in oblivione coram Deo? Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis vos.* Itane Deus cum passerculo in terram cadit? certè voluntas Dei, quippeni Deus ipse? qui sicut in rebus creatis omnibus assiduè operatur, ita cum pisce natat, ita cum ave volat, cum angue serpit, cum quadrupede incedit, non deserit Deus ea quæ condidit. Licet ergo toties tot alaudarum millia castibus simul irretiantur, harum ramen nulla & nec minima quidem alaudula sine voluntate Dei capitur: *una ex illis non cadit super terram sine Patre caelesti.* Quod autem providentissimam Dei voluntatem attinet, eadem & aquilæ, & passerculi, & hominis est ratio. Si ergo avicularum nulla in aucupatoriam aream delabitur sine Dei voluntate, & tu homo ad Conditoris imaginem factus, Regni futurus hæres, te ullis adversis exerceri, te injuriâ, te damnis, te tristitiâ, credis affici, Deo non singulariter volente? Ut autem exactius hoc ipsum caperemus, nec temetè unquam dicecerimus, rerum animatarum dumtaxat Deo hanc curam esse, addidit Servator: *Omnes capilli capitis vestri numerati sunt.* Quis hominum unquam capillorum suorum numerum inire potuit? Deus in numero habet tam omnium quàm unius hominis, & nolente Deo nullus subtrahetur. Quotiescunque igitur in rebus adversis patientiam abjicimus, malè aliis imprecamur, modò huic, modò illi culpam impingimus, & velut è plaustris convitia ferimus, maximum Fidei defectum in nobis aperimus; nimirum illorum, quæ nos mala vocamus, Deum auctorem facere veremur fallaci pietate.

Fuit, cùm in mari solus Joannes, ceteris discipulis id ignorantibus, agnosceret Dominum diceretque: *Dominus est.* Plurimi sunt qui inter rerum turbatarum fluctus non agnoscant turbati maris auctorem Deum, sed in eos, quos hoites putant, acerrimè stomachantes: Ille semissis homo, ajunt, ille nebulosus, hic furcifer, iste tenebriosus, illud flagitium hominis, hoc mihi malum fabricavit; ab

Vide Horogium Angelis Tutelaribus part. 2. dicit.

2. Voluntas tolerans.

Math. 6. 10. vers. 29. & Luc. cap. 12. vers. 6. & 7.

Fidei defectus in nobis aperitur cum patientiam abjicimus.

Joan. cap. 21. vers. 7.

Nomina voluntatis è quibus dicitur quæ præparatione opus sit ad hanc cum divinâ voluntate conformationem.

1. Voluntas fit insons & ab omni invidia immunis.

2.

illo bipedum nequissimo hæc in me cusa est faba. At longè aliter loqui assuevit *Voluntas Tolens*. Hoc omne malum, inquit, à Deo est: Deus me castigat meritisimò: *Dominus est, quod bonum est in oculis suis faciat. Sed progrediamur.*

1. Reg. cap. 3. vers. 18.

§. III.

3. Voluntas hilaris.

Voluntas Hilaris. Hæc hominem sic instruit ut tam victu quam ceteris omnibus, quæ quotidie velut à manu Dei accipit, sit contentissimus. Hic talis homo Mi Domine, inquit, satis est. quidquid mihi das, etsi avaritiæ meæ id subinde parum videatur: nec istud quidem ullo modo fumi meritis; tu nimis in me liberalis es: ego equidem vel aëre quem haurio, indignum me sentio.

Nunquam queri solet divinæ voluntatis studiosus; nemo audierit ex illo talia: Vix ego victum mihi comparo; alii lautissimè vivunt, & nec dimidium mei laboris suscipiunt; parum ferunt & amplissimas colligunt legetes. Optime olim Venusinus vates quæsit:

Horat. lib. 1. sat. 1.

Qui sit Mecenas, ut nemo quam sibi sortem seu ratio dederit, seu fors objecerit, illi contentus vivat & laudet diversa sequentes?

Hinc est, mi poëta, hinc est, quòd divinæ voluntati tam agrè acquiescamus. Cupiditas nostra in alia atque alia, & sæpe in longinqua fertur, nec est finis concupiscendi. Cùm verò concupita non obtinemus, in querelas & murmura solvimur. Angustus animus est quem tantopere delectant terrena.

Plin. lib. 22. hist. Nat. cap. 21.

Heliotropium nobis assidue ante oculos versetur, de quo eleganter Plinius: *Heliotropii miraculum, inquit, sapius diximus, cum sole se circumagentis, etiam núbilo die: tantus sideris amor est. Noctū verò velut ejus desiderio contrahit caruleum florem.* Nota, mi homo, heliotropium etiam núbilo die circumagere se cum sole, amore solis. Sol noster, voluntas Dei est: hæc nobis non semper extra nubem illucet, serenis turbidi dies miscuntur, quos pluvix, venti, grandines infestant. Nemo Christianorum est, qui non sæpius sentiat hanc cæli gravitatem & turbulentas tempestates. At nos instar heliotropii cum sole nostro, cum divinâ voluntate nos ipsos circumagamus diebus etiam núbilibus; tantus sit nostri sideris illius amor. Et sanè nulla nobis unquam tranquillitas obtinget, innumera hîc illic displicebunt, à nullâ re fatisfit, nunquam forte nostrâ contenti erimus, omnia deesse videbuntur etsi adsint omnia: nunquam extra metum, frequenter oppressi tædio, perurbati, pusillanimes, pleni querelarum & livoris, nunquam non miseri erimus, quamdiu non ad hunc solem, divinam voluntatem nos circumegerimus, ut heliotropium. Fixissimis & inconnivis oculis sol iste nobis assidue aspiciendus est quocunque se vertat, hoc unicum in animo semper volutandum: Ita Deo placent, ita & mihi: vitæ mortisque regula mihi est unica Dei voluntas: *Sicut Domino placuit, ita factum est, ita fiet, sic nomen Domini benedictum.* Nunc quidem sol noster nube abditur, sed brevè lætum os exeret extra hanc nubem mœoris. Vide omnium sæculorum decursus, variòsque rerum eventus non rarò núbilos post serena principia, sæpe serenos post initia núbila. Sic igitur nos comparemus, ut ante omnem eventum nihil magis velimus quam sequi divinam voluntatem. Ex Hæbræis olim litteratus quispiam, verbis certè promptissimus, Christo se traditurus: *Magister, inquit, sequar te quocunque jeris.* Ita nos quâ verbis quâ factis promptissimè ad omnem divinæ voluntatis nutum, sequamur quocunque jerit.

Job cap. 1. vers. 21.

Math. c. 8. vers. 19.

§. IV.

4. Voluntas longanimis.

Voluntas Longanimis. Pleraque omnia nostra corrumpimus longanimitatis defectu. Israëlitis populus Moïsi in monte moras pertæstus ad idola se vertit, & vitulum aureum pro Deo sibi statuit, emanationem nimis diurnam caussatus. Ita duo illi viatores Emmaun-

tem tendentes: *Et nunc, a junct, super hæc omnia tertia dies est hodie, quæd hæc facta sunt.* Est, ô viti boni, dies tertia, sed nunquid hæc tertia dies jam abiit, an nihil temporis superest reviviscendi; siccine omnis vestra longanimitas consumpta? O non longanimes! si dies hæc tertia transiisset, si quarta vel quinta jam advenisset, videremini cum ratione despondere animum. At cùm tertiam hanc diem necdum ad vespem deduxeritis, quid est quod de redivo Domino tam præproperè diffiditis: Ad vota nostra nimis quàm præproperè sumus, & nisi mox fiat quod cupimus, omnem spem nostram in impatienciam aut etiam desperationem præcipitamus. Longè aliter Deus: *Miserator & misericors Dominus, longanimis, & multum misericors. Nec vult perire animam, sed retrahat, cogitans ne penitus pereat qui abjectus est.* Avarus sestertium bis tærvæ manu versat, dum expendat, sic Deus ad pœnas tardus quasi retrahat, antequam decretoriâ sententiâ feriat, & in gehennam mittat ac supplicia.

Psal. 102. vers. 8. 2. Reg. c. 14. vers. 14.

Nos, & modicæ fidei, & curtæ spei, si quid à Deo bis tærvæ petierimus, nec imperemus, spem omnè abjiciamus, & more mendicorum, qui si ante domum clamore aut pulsu stitem aliquores rogarint, nec audiri fuerint, dicunt: *Nemo est domi.* Pulsare, ignavi, pulsate: pulsantibus panditur hoc ostium. Quàm in rebus aliis obstinæ sæpe longanimitatis sumus! sunt qui officium aliquot annis ambiant, & non rarò frustra. Pinguior hæreditas quàm summâ patientiâ expectatur? & ne moras nimium sentiat hætes, temporis velocitate se solatur. Nos tamen ordinationi divinæ metas figimus, & tempus præscribimus; nimium nobis cunctatur in morbis opitulatrix Dei manus; vociferamur: *Et quando tandem Domine, cur moraris? quid differs opem? quamdiu supplicandū? tot jam annis clamo, nec exaudis.* Nisi Domine succurras hoc anno: precari desinam, & actum putabo. In hoc certè non ab similes sumus Bethulix civibus, qui, *Contestamur, a junct, hodie calum & terram &c: ut jam tradatis civitatem in manu militie Holofernis, ut sit finis nostræ brevis in ore gladii, qui longior efficitur in ariditate sitis.* O minime longanimes! itane rebus omnibus desperatis civitas tradenda hosti? an nullum è cælo auxilium sperandum? Hanc civium extinctam longanimitatem non modicè fovit Ozias sacerdos, qui lacrymis infusus: *Equo animo estote fratres, inquit, & hos quinque dies expectemus misericordiam. Forsitan enim indignationem suam abscindet, & dabit gloriam nomini suo. Si autem transactis quinque diebus, non venerit adjutorium, faciemus hæc verba quæ locuti estis.* O mi Ozia, ô sacerdos, quàm hîc non altum lapis supra vulgus! Siccine vos tempus Deo admeriti, & serendæ opis constituere diem? adeòque omnis apud vos non extincta tantum sed & sepulta est longanimitas? Non tulit hoc generosissima Judith, & acceritis presbyteris: *Quod est hoc verbum, inquit, in quo consentit Ozias, ut tradat civitatem Assyriis, si intra quinque dies non venerit vobis adjutorium? Et qui estis vos qui tentatis Dominum: non est iste sermo qui misericordiam provocet, sed potius qui iram excitet, & furem accendat. Possistis vos tempus miserationis Domini, & in arbitrium vestrum diem constituisse ei? Quid ergo faciendum suades ô Judith? Dicamus stentes Domino, ut secundum voluntatem suam sic faciat nobiscum citò misericordiam suam, expectemus humiles consolationem ejus.* Hac sanè ratione Longanimis voluntas sic Deo conjungit hominem, ut quantumcunque afflictus, dicat tamen: *Secundum voluntatem tuam, ô Deus, sic facias mecum misericordiam tuam: ô Domine etsi decem annis, etsi viginti aut triginta, etsi annis quinquaginta ad te clamavero, clamare tamen non cessabo, nullos tibi terminos figo: & quamvis scirem me penitus à te non audiendum, id me tamen fides docet infallibilis, me vacuum à te non dimitendum; si neges petita, dabis meliora. Itaque si moram feceris, expectabo te, quia veniens venies, & non tardabis.*

Judith c. 7. vers. 17. 23. & 24.

CVI omn. rens

Matth. vers. 10. vers. 1.

Eph. dicitur.

2a. cap. vers. 6.

Abac. cap. 2. vers. 3.

§. V. Volun-

S. V.

5. Voluntas ardens. Vide plura de hoc infra lib. 4. cap. 5.

Voluntas Ardens. Hæc in eo consistit ut non tantum velit aut nolit, quod vult Deus aut non vult; sed propter hoc ipsum Deo Nolle aut Velle, illud respuat, istud admittat, ardenri studio; nec ullam aliam habeat causam hoc agendi, hoc omittendi, quam divinum beneplacitum. Hominem hac voluntate præditum si quis interroget, cur istud nolit, hoc velit, non aliud se causam habere respondebit, quam quod Deum id nolle, & velle istud comperiat. Amo, inquit Bernardus, quia amo, & amo scilicet, mihi ut amem, amor enim est qui amat. Augustini monitum est: Oportet nos in eundem affectum transire, ut sicut Deus omnia vult esse propter seipsum, ita nos quoque nec nos ipsos nec aliud esse velimus, nisi propter Deum & ipsius voluntatem. Neque aliter Epictetus: Quid verò est, inquit, dedere se Deo? Vt quod ille voluerit, & ipse velit, & quod ille noluerit, nec ipse velit. Quid ergo istud fiet? Quomodo fieret aliter, quam si consideret quispiam voluntatem Dei & gubernationem?

Bernard. in philoq. mihi ut amem, amor enim est qui amat. pag. 667.

Num. cap. 4. v. 12. & 20.

Vigente lege præcisa vult Deus, ut omnis supellex Altari & Tabernaculo dicata hyacinthino velo involveretur, & sic involuta portaretur à Levitis. Jubentis verba hæc erant: Omnia vasa quibus ministratur in sanctuario, involvent hyacinthino pallio, & extendent desuper operimentum ianthinarum pellium, & inducent vestes. Hoc eadem de causâ factum quæ subjungitur: Alii nullâ curiositate videant, quæ sunt in sanctuario priusquam involvantur, alioquin morientur. Ita bajuli sacræ supellectilis nihil eorum videbant quæ ferebant, sed solum onus sentiebant, omnia enim cæruleum tegmè oculis subducebat. In hunc planè modum, quisquis se Deo plenè tradidit, suavissimè nescit, sed nec scire cupit cur hoc aut illud à Deo permittatur, aut jubeatur; onus ille quodlibet subito promptissimis humeris, sed onus cyaneo velo cooperitum, hoc est, divinâ voluntate vestitum; hanc illi videre satis est.

S. VI.

6. Voluntas omnipotens.

Voluntas Omnipotens. Omnipotentem dicimus voluntatem, quæ instar fecundissimæ telluris, omne genus optimorum desideriorum effundit, eaque velut primogenitos partus consecrat divinæ voluntati. Hic animus altus, cælicæ appetens exsurgit, hic gemitus amoris pleni, hic suspiria in altum effervescentia; O mi Deus, quam ego cupio non solum pati plurima, sed & mori pro te, vel acerbâ morte. Per cælestes hos impetus animi, Deus & homo sic conspirant in rebus proflus omnibus, ut ex hac tam suavi conspiratione ac consensu, jucundissima inter Deum & hominem nascatur consiliorum communicatio, & intima familiaritas, ita ut demum homo ad omnes rerum eventus dicat, Ita Pater, Ita Pater, quia sic fuit placitum ante te, Ita Pater. Si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus. Sic omnia tam molesta quam grata velut è manu Dei placidissimè accipit. Quâ in re mirum est quantum lucis alluxerit præcis Philosophis. Ex his divinè monens Epictetus: Nunquam, ait, te quidquam perdidisse dicito, sed reddidisse. Fiholus obiit redditus est. Prædium est ereptum? An non id quoque est redditum? At improbus est qui eripuit. Quid tuâ id refert, per quem, is qui dederat, reperierit? Sed quamdiu concesserit, tanquam alienum id curato, ut cauponam viator.

Math. c. 11. vers. 26. Lib. cap. 2. vers. 10.

Epict. Enchirid. c. 15.

Isa. cap. 42. vers. 6.

Ita prorsus qui Deo se quam conjunctissimum cupit, non aliter philosophatur, quiddid rerum auferatur, non attendit auferentem, sed Deum sua repetentem. Idcirco illud Christi assidue ingeminat: Ita Pater, quoniam se fuit placitum ante te, ita, mi Pater, ita. Hic observa, obsecro te, Lector, succinctam divini hujus sermonis explicationem. Cælestis Pater jam olim per Isaiam vatem allocutus Filium: Et dedi te, inquit, in scædus populi, in lucem gentium. Perinde si dicat: Parum mihi est ut reliquias Israël ad me adducas, barbaras etiam gentes à te doceri volo. Hic Patris sermo ostingentis annis vigineam

A partum præcessit. Hoc igitur Patris decretum tot ante annis promulgatum, pronissimâ voluntate amplexus Filius, respondit idem se velle quod Pater. Idcirco Mathæus: In illo tempore, inquit, respondens Jesus dixit. Et cui respondit nemine interrogante? Æterno Patri respondit, ante tot sæcula Filium alloquenti. Et enim quàm latè Filius, voluntatem Patris deosculatus dicat: Ita Pater, quoniam sic fuit placitum ante te: factum à me habeto Pater, quidquid imperaveris. Sicut autem cælestis Pater cum Filio per Isaiam ante tot annos locutus, & Filius Patri respondit: sic cum quovis nostrum ab æterno fermocinatus est Deus; distinctissimè ac ordinatissimè disposuit quo tempore quilibet hominum nasciturus, quo moriturus; auxilium omne consequendæ beatitudini paravit; prævidit quid quisque per omnem vitam cogitaturus, dicturus, acturus, & quâ ratione auxilia oblata sit accepturus. Cùm igitur hac ratione nos Deus ab æterno benignissimè sit affatus, an non æquissimum, ut & nos, suo quisque tempore, cum Christo respondeamus, Ita Pater, Ita mi Pater, quoniam sic & sic, atque sic fuit placitum ante te, Ita Pater: idque horis singulis, instaurato aliquoties desiderio ingeminemus, Ita Pater, & hoc ad ultimum usque halitum, constantiâ inviolabili perpetuamus. Sed plura de hoc infra.

Nam Isaiam occisus est anno Mundi 3140. Math. c. 11. vers. 25.

CAPVT III.

Quomodo voluntas hominis ad Dei voluntatem sit conformanda.

Diximus quid præparationis sit præmittendam huic voluntatum conjunctioni, & quæ hominis voluntas ad conformationem cum divinâ censerî possit maximè idonea: nunc porro dicendum, quomodo re ipsâ voluntas hominis ad Dei voluntatem sit conformanda.

S. I.

Optimè Thomas Aquinas dixit, Omnes actiones cum virtute conjunctas, eâ ratione Deo probari, si eo fiant animo, ut divina voluntati obtemperetur. Nullius meriti est, vitam etiam & sanguinem prodigere, nisi ad divinæ voluntatis placitum. Hoc Pænten vir sanctus assidue monens: Nunquam, inquit, tuam contra divinam voluntatem statuas, voluntas tua divina semper sit conjunctissima. Hæc autem conjunctio si vera sit, est sincerissima in omnibus cum divinâ voluntate concordia, quæ hominem sic instruit, ut illius assidue sint hæ voces: Sicut Deus vult, sic & ego; quando Deo complacitum est, tunc & mihi.

Actiones divinæ voluntati obtemperatæ Deo probantur.

Laudatissima Ruth socrum suam Noëmi affata: Quo, inquit, perrexeris pergam, & ubi morata fueris, & ego pariter morabor: populus tuus populus meus, & Deus tuus, Deus meus; quæ te terra morientem susceperit, in eâ moriar. Hac mihi faciat Deus, & hæc addat, si non sola mors me & te separaverit. Non aliter homo cum Deo concordans sentit, nec aliter loquitur. Elias olim Elisæo: Sede hic, inquit, quia Dominus misit me usque in Bethel. Cui Elisæus: Vivit Dominus, & vivit anima tua, quia non derelinquam te. Idque tertium repetiit, hero suo inseparabilis comes adhæsurus. Regi Joram suppetias poscenti, Rex Josaphatus respondit: Ascendam, qui meus est, tuus est: populus tuus: & equi mei, equi tui. Ita nos Deo intimis animis conjuncti sumus, uti Ruth cum Noëmi, Elisæus cum Eliâ, Joramus cum Josaphato: dicamus ingenti cum fiducia: Voluntas tua, mi Deus, voluntas mea; cor tuum, cor meum: totus sum sub tuo, mi Deus, arbitrio.

Ruth cap. 2. v. 16. & 17.

4. Reg. c. 2. vers. 2.

4. Reg. c. 3. vers. 7.

Et hanc suam quisque cum divinâ voluntate conjunctionem sedulo curet in rebus omnibus, in negotiis, in officiis, in laboribus omnibus, in morbo, in morte, divinis placitis semper contentissimus, nec aliud frequentius ore aut corde versans, quam hoc ipsum: Fiat voluntas tua.

Conjunctio suæ voluntatis cum divinâ sedulo curanda est.

Quemadmodum verò virtutes omnes in Christi tormentis effulserit clariores, sic & orandi ardor. Christus in extremis angustias: Pater, inquit, si vis, transfer calicem istum à me: veruntamen non mea voluntas fiat, sed tua. Non est melior, nec ferè brevior; non est perfectior, non gravior Deo, nec homini utilior oratio præ hac unà: Non mea, sed tua voluntas fiat; Non sicut ego volo, sed sicut tu. Dei voluntas fiat, etsi Orbis ruat. Beata Gertrudis solita est trecenties sexages ter dicere: O mi amantissime Jesu, fiat voluntas tua. Sed hoc infra explicatiùs moncbimus. Cassianus: Quid est, inquit, hoc aliud dicere, Fiat voluntas tua sicut in celo & in terrà, quàm ut sint homines similes Angelis: & sicut voluntas Dei ab illis impletur in celo, ita etiam hi qui in terrà sunt, non suam, sed ejus universi faciant voluntatem. Hoc quoque non ex affectu dicere prævalerit, nisi is solus qui Deum credit omnia que videntur, vel adversa vel prospera, pro nostris utilitatibus dispensare, magisq; eum pro suorum salute & commodis providum atque sollicitum esse, quàm nos ipsos pro nobis. Ita Cassiani sensu, in cæli vestibulo jam habitat, qui suam divinæ voluntati sic accommodat. In celo certè innumera millena millia beatorum, unius sunt voluntatis. Hinc Arsenius Marco Abbati quærenti: Eccur, Pater, ad nos non revisis? aptè respondit: Cum iis qui supra nos degunt, meliùs mihi cõvenit, cum omnes idem velint; inter homines tanta ferè voluntatis, quanta vultus dissimilitudo est. Qui autem tam in adversis quàm in prosperis ad divinum arbitrium se fingit, is probè capit, quid Hebræus Paltes hoc sibi carmine voluerit: Ecce quàm bonum & quàm jucundum habitare fratres in unum. Et quoniam hi fratres: Christus & Vir justus; neque enim supremus Rex erubescit in hunc fraternitatis affectum conspirare.

§. II.

Ecclēstastes olim, velut rem magnam diciturus: Sapientis oculi, ait, in capite ejus. Nunquid ergo homines stulti oculos habent in pedibus aut alibi extra caput? Beati Gregorii interpretatio hæc est: Qui omnem obtutum in Deo Deiq; voluntate figit, hic verè sapiens est, hic quotquot habet oculos, capiti gerit infixos.

Epiſtetus illud Philosophorum sidus ævo Neronis, Domitiani, & M. Antonijni, omni fortunâ superior vixit. Unica anus in ministerio ei fuit, unica lucerna fictilis (hoc domesticum omne instrumētum) ad divinas illas lucubrations: quæ lucerna à morte ejus mille drachmis, hoc est, centum philippeis vœniit, in memoriam & honorem tanti viri. Lucianus ceterorum quidem philosophorum irrisor, hunc unum tamen æstimavit. Hic, inquam, Epiſtetus præter dissertationes, etiam Enchiridion scripsit cedro & auro exarandum. Hic libellus tantum religiosi spiritus habet, & arcana sapiētiæ; ut eum à viro religiosissimo patres conscripserunt: Hic libellus supremi iudicii die in ruborem dabit Christianorum plurimos, qui & spurcissima scripserunt, nec vixerunt sanctiùs. Sed ad lineam, Hic Epiſtetus ille, qui omnem philosophiam in duas tradidit vobulas *Sustine & Abstine*, hic inquam, de divinâ voluntate omni nisu sectandâ prorsus divinè philosophatur. Liber illius verba huc fidelissimè transferre. *Appetitur meum, inquit, obedientem præbui Deo: vult ille me fabricitare & volo & ipse. Vult me aliquâ re potiri: volo & ipse. Non vult: nolo. Mori me vult: Mori igitur volo. Quis adhuc me prohibere potest contra meam sententiam, aut cogere? Non frontem ducis, ô Christiane, non erubescis refractarie ad has voces? Sed pergit Epiſtetus: Vir prudens ita rem considerat, hanc rationem secum inuit; si Deo se dederit, se iter tui confecturum. Quid est istud, Dederit se Deo? Vt quod ille voluerit, & ipse velit; & quod ille noluerit, & ipse nolit. Quis ergo istud fiet? Quomodo fiet aliter, nisi considerandâ Dei voluntate & administratione. Quid mihi dedit meum & mei juris? quid sibi ipse reservavit? Liberam voluntatem mihi dedit: & quæ in meâ potestate sunt, ea nec*

A impediri nec prohiberi posse voluit. Corpus autem luteum quomodo potuit tale efficere, ut à nemine prohiberetur? Subjecit igitur sub universitatis circuitum possessiones, vasa, edus, liberos, uxorem. Quid ergo Deo repugno? Quid volo ea quæ velle non debeo, ut ea quæ mihi data non sunt, quovis modo consequar? Vt data sunt, & quatenus fieri possunt. At is qui dedit, auferit iterum. Quid ergo repugno? Ita prorsus, mi optime Epiſtete, ita seres habet: ecquid miseri repugnamus divinæ voluntati? undique conclusi sumus: si duci nolumus, trahemur aut raptabimur. Seneca de absolutâ libertate disse-
Senec. ep. 71.
rens: Quæris, inquit, quæ sit ista? Non homines timere, non sine deos: nec turpia velle nec nimia: in seipsum habere maximam potestatem. Inestimabile bonum est, suum fieri. At verò suus fieri nemo potest, qui non priùs sic Dei fiat, ut omnia cum Deo aut nolit, aut velit. Animus qui suus fieri cupit, utique ab omnibus externis in se revocandus est: recedat, quantum potest, ab alienis, & se sibi applicet, damna non sentiat, etiam adversa benignè interpretetur. Hic animus suus esse incipit; hæc animi libertas est. Nec aliter Augustinus:
August. 1. 1.
Bonus, inquit, etiam si serviat, liber est; malus, etiam si regnet, servus est, tot dominorum quot vitorum.

§. III.

Fortissimus heros Judas Machabæus, militibus in hostem inflammandis: Accingimini, inquit, & estote filii potentes, ut pugnetis adversus nationes. Sicut autem fuerit voluntas in celo sic fiat. Hoc agamus, viri, & ad nutus divinos stemus paratissimi, seu nos vinci, cadere, mori; seu vincere nos velit Deus, & triumphare: sicut fuerit voluntas in celo, sic fiat. Sic Joab pugnam inuitus periculosiorem, ad Abisai fratrem: Esto vir fortis, inquit, & pugnemus pro populo nostro, & civitate Dei nostri: Dominus autem faciet quod bonum est in conspectu suo. Summi momenti est, in omnibus sic animum instruere, ut omnem rei eventum divinæ adscribar providentiæ. Fit enim non raro, ut viri docti, prudentes, bellicosi, sancti, & fortiter agant & peritè, exitu tamen minimè secundo, qui tamen non minùs in Dei providentiam referendus, quàm felicissimus quisque successus. Eâ de causâ Ecclēstastes: Vidi sub sole, inquit, nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium pacem, nec doctorum divitias, nec artificum gratiam: sed tempus casumque in omnibus. Casum vocat, quod nobis videtur tale, non Deo. Nil profectò rari est intelligentem & industrium spe suâ fraudari; hoc nos malum casum censemus. At Thomas Aquinas è verbis Ecclēstastæ rectè colligi affirmat, Nihil esse à casu, aut præter voluntatem ac præscientiam causæ primæ. Casus enim inveniuntur in rebus temporè obnoxii, & humanæ scientiæ subjectis: divina vis & Providentia omnia ab omni æternitate præcivit, omnia labente ævo modera-
2. Reg. 1. 10.
vers. 12.
1. Mach. 2. 15.
vers. 60.
2. Reg. 1. 10.
vers. 12.
Eccl. 1. 9.
vers. 11.
Eccl. 1. 11.
vers. 11.

Dnutu pendere omnia. Fortuna præcis tantopere culta, nunc quid est? versatilis sedinavis ex Orco larva. Numen illud quod cuncta pro arbitrio seu adversa seu prospera mortalibus paritur, ipsissima Dei providentia est. Versat Deus sanctissimâ voluntate suâ & providentiâ res humanas instar volubilis rotæ; sortes cæcas & incertas ipse temperat, Formans lucem & creans tenebras, faciens pacem & creans malum. Ipse Dominus faciens hæc omnia. Præcis Fortuna fuit bicolor, quam duplici fingeant vultu, albo anteriore & splendido, posteriore atro, ut pene quam boni ac mali sit arbitrium. Hæc puerorum deliria sunt. Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas à Deo sunt. Ad rem Seneca sibi met objiciens, & diluens objecta: Sequitur pars, inquit, quæ solet non immeritò contristare, & in solitudinem deducere, ubi bonorum exitus mali sunt. Vt Socrates cogitur in carcere mori, Rutilius in exilio vivere, Pompejus & Cicero clientibus suis præbere cervicem &c. & quid sibi,
Eccl. 1. 11.
vers. 14.
Seneca de Tr. 3. 11.
cap. 13.
Eccl. 1. 11.
vers. 14.
Seneca de Tr. 3. 11.
cap. 13.
Eccl. 1. 11.
vers. 14.

Luc. cap. 22.
vers. 42.

Cass. coll. 9.
cap. 20.

Inter ho-
mines târa
volunta-
ris, quanta
vultus dif-
similitudo
est.
Psal. 132.
vers. 1.

Eccl. cap. 2.
vers. 14.

Epiſt. lib. 3.
dissert. 6. 26.
paullò ante
fin.

lib.
vers.

lib.

lib.

lib.

lib.

Phil.
vers.

Eccl. 1.
vers. 4.

sibi quisque nunc speret, cum videat pessima optimos patitur. *Respondit Deus, Indas sit dux vester.* Læti hoc responso, & jam pæne certi de victoriâ, magno exercitu, ingenti animo in Benjamitas moverunt. Et tamen turpissimè victi viginti duo millia suorum desiderarunt, qui omnes uno prælio sunt cæsi. Sed rursus hanc certaminis aleam subituri, oraculum denuo consuluerunt, non sine prolixis & precibus & jejuniis, ita ut prius ascendere & sternerent coram Domino, usque ad noctem. Quibus oraculum iterum præcepit. *Ascendite ad eos, & intete certamen.* Fecerunt ut iussi: & quia jam secundum iubente Deo in aciem exhibant, optima quæque sibi polliciti, erectis in victoriam animis commiserunt pugnam, & tamen iterum à Benjamitis fugati & cæsi, ut prius octodecim millibus Israëlitarum in acie prostratis, neutro tamen prælio victoriam reportarunt, amissis quadraginta millibus selectorum militum. Quis hos Deijussus capiat? Tertium denique omnes Israëlitarum in ædem sacram coëuntes, largis lacrymis, inusitatis jejuniis, & copiosis victimis Deo supplices facti, super statuo suo interrogarunt, an iterum in aciem exeundum, & signa cum Benjamitis conferenda. Quibus Deus respondit tertium in hæc verba: *Ascendite, cras enim tradam eos in manus vestras.* Pronum hæc fuit pusillanimitati cogitare: Bis jam pugnam suasit oraculum, eventum semper infelicissimo, quis ultra in exitum ruat? pugnet qui velit, sedere domi tutissimum. Sed eicit Fiducia in Deum, quæ denuo iussit armis decernere, felici demum successu, cæsis Benjamitarum viginti quinque millibus. Hæc duo notatu dignissima: Primum, Occultissima Dei iudicia nulli mortalium scrutanda: Alterum, Perseverans in Deum Fiducia, de qua nos fœlo loca plura monebimus. In his omnibus ad solam Dei voluntatem inopinavitibus & iretoris oculis respiciendum. Nemo turbetur, si causam bonam effectus sequatur malus, si optima principia finem foriantur infastum. Invadit temperantissimos morbus; validissimos phthisis; innocentissimos pœnas; secretissimos tumultus. Hæc in solâ Dei voluntate acquiescendum. In aliis liceat dicere, **PLVS VLTRA;** in his talibus, **NON VLTRA.** *Deus est enim qui operatur in nobis, & velle & perficere, pro bonâ voluntate.*

§. I V.

Israëlitarum olim Benjamitas ob turpe facinus oppugnaturi, verum oraculum consuluerunt, quis futurus esset dux belli? Respondit Deus, Indas sit dux vester. Læti hoc responso, & jam pæne certi de victoriâ, magno exercitu, ingenti animo in Benjamitas moverunt. Et tamen turpissimè victi viginti duo millia suorum desiderarunt, qui omnes uno prælio sunt cæsi. Sed rursus hanc certaminis aleam subituri, oraculum denuo consuluerunt, non sine prolixis & precibus & jejuniis, ita ut prius ascendere & sternerent coram Domino, usque ad noctem. Quibus oraculum iterum præcepit. Ascendite ad eos, & intete certamen. Fecerunt ut iussi: & quia jam secundum iubente Deo in aciem exhibant, optima quæque sibi polliciti, erectis in victoriam animis commiserunt pugnam, & tamen iterum à Benjamitis fugati & cæsi, ut prius octodecim millibus Israëlitarum in acie prostratis, neutro tamen prælio victoriam reportarunt, amissis quadraginta millibus selectorum militum. Quis hos Deijussus capiat? Tertium denique omnes Israëlitarum in ædem sacram coëuntes, largis lacrymis, inusitatis jejuniis, & copiosis victimis Deo supplices facti, super statuo suo interrogarunt, an iterum in aciem exeundum, & signa cum Benjamitis conferenda. Quibus Deus respondit tertium in hæc verba: Ascendite, cras enim tradam eos in manus vestras. Pronum hæc fuit pusillanimitati cogitare: Bis jam pugnam suasit oraculum, eventum semper infelicissimo, quis ultra in exitum ruat? pugnet qui velit, sedere domi tutissimum. Sed eicit Fiducia in Deum, quæ denuo iussit armis decernere, felici demum successu, cæsis Benjamitarum viginti quinque millibus. Hæc duo notatu dignissima: Primum, Occultissima Dei iudicia nulli mortalium scrutanda: Alterum, Perseverans in Deum Fiducia, de qua nos fœlo loca plura monebimus. In his omnibus ad solam Dei voluntatem inopinavitibus & iretoris oculis respiciendum. Nemo turbetur, si causam bonam effectus sequatur malus, si optima principia finem foriantur infastum. Invadit temperantissimos morbus; validissimos phthisis; innocentissimos pœnas; secretissimos tumultus. Hæc in solâ Dei voluntate acquiescendum. In aliis liceat dicere, **PLVS VLTRA;** in his talibus, **NON VLTRA.** Deus est enim qui operatur in nobis, & velle & perficere, pro bonâ voluntate.

§. V.

Pelagius præfatus scriptor commemorans: Pastorem abbatem, inquit, interrogavit Joseph hoc modo: Dic Pater: quomodo fiam Monachus? Cui Pater: Si vis, inquit, requiem invenire in hoc & in altero sæculo, dic in omni causâ: Quis sum ego ut meam voluntatem aut iudicium divino præferam? dein cave, quemquam iudices, nam Deus hæc habet sanctos suos in omni statu. Consilium saluberrimum. Certè Deus à nemine leges accipit, nec ulli rationem reddit de suis actionibus. Hæc omnis mortalium sapientia altum fileat, & divinæ voluntatis vestigia ubique longè adoret. Quia omne quod voluerit faciet, & sermo illius potestate plenus est: nec dicere ei quisquam potest: Quare ita facis?

Sicut autem in urbibus plerumque ad horologium primarium unum diriguntur cetera omnia: ita prorsus æquissimum est; ut nostra nos horologiola; voluntatem quisque suam; ad illud supremum; cæleste, magnitudinis infinitæ horologium, hoc est, ad divinam voluntatem attemperemus. Nota vox est fidelissimi servi ad Christum Dominum. *Nihil amarem tuam & cognitorem tui. Christi beneficiorum ita laudare debet, sicut voluntas tua in eo, & beneplacitum æternæ dispositionis tuæ &c. Nam voluntas tua, amor honoris tui, omnia excedere debet. Sed ut oculis pæne cernamus, quâ ratione quove modo humana voluntas cum divinâ sit unienda, en nobilissimum huiusce rei specimen.*

Franciscus Borgia, Dux Gandiæ, cum conjuge Leonora ipsos duodeviginti annos mirâ concordia exegit. Ægotante illâ, quod alterâ sui parte spoliari se videret, orare frequentius, piorum etiam hominum precibus adhibitis, elemosynis atque jejuniis. Solus aliquando conclave, remotis arbitris ingressus, obnixè & fatis lacrymis obtestabatur Deum, salvam conjugem superstitemque velle: cum ecce tibi vocem quandam interiorum clarè audire visus est, ut pòst ipse retulit, quæ diceret: *Vxorẽ si diutius superesse vis, arbitrari tuo fiat: sed tibi non expedit. Quâ te turbatus, minime dubitavit Dei vocem esse: tacitè enim redargui se quod ignoraret quid peteret. Ita rursus in lacrymas solutus, has ex imo pectore prorupit voces: Domine Deus, unde hoc mihi, ut arbitrari committas meo, quod in tuâ solius est potestate? Meâ permagni referit, tuam sequi in omnibus voluntatem. Quis enim rectius novit quid è re meâ sit, quàm tu, mi Deus? Tua itaque voluntas fiat: nec de uxore solùm, sed de liberis etiam, dequæ me statuas, rogo, quidquid tibi placuerit: fiat voluntas tua.* Observatum est eo tempore conjugis morbum, statum quemdam tunc tenuisse, ut dubitarent medici, dederuntne an meliusculè haberet; post has verò preces ad desperationem laborare cæpisse.

§. VI.

Sic in difficillimis quibusque rebus voluntas nostra conformanda est ad divinam. Et en alterum hujus conformationis specimen multè præclarissimum. Iesus Rex David, ad eò arcto consensionis nexu voluntatem suam cum divinâ copulavit, ut Deus sibi de hoc viro quasi gratulatus dixerit: *Inveni David filium Jesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.* Inveni, inquit, tanquam si sollicitè quæsisset, & diu, dum inveniret, expectasset. Hoc à Deo elogium Hebronis regi concessum, omnes honorum titulos excedit.

Christus in nullo non obsequentissimus Patri, suo ad id exemplo nos cohortatus: *Quia descendit, inquit, de celo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me.* Er: *Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, ut perficiam opus ejus.* Ideo enim de celo descendi. Et ne quis forsân queratur, *Parci Filio, non servis:* En, ad eum Filius, attendite quid ei Pater imperaturus sit; nec potestremissimum quidem servorum ejuscemodi iussa faceret. Cui vestrum, ò pervicaces, tantum laboris injunxit, ut Filio? quem unquam tantis & irrisionibus, & calumniis, & cruciatibus objecit atque Filium, qui Patri obediens fuit usque in Pilati prætorium, usque ad columnam funestam, usque in rupem Golgorhanam, usque ad crucem ignominiosissimam, & acerbissimam mortem, usque in sepulchrum non suum, usque in manium ergastulum. Ideo descendi, ait, de celo, ut huic Patris voluntati me perfectissimè subjicerem. Quid ergo faciant servi, si hæc Filius? Idcirco Christus præcepta sua omnia in compendium conferens: *Non omnis, inquit, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum calorũ: Sed qui facit voluntatem Patris mei qui in celo est, ipse intrabit in regnum calorũ.* Quisquis in eum sese ordinem redigit ut quantus quantus est, divinæ se voluntati penitissimè

Judic. c. 10. v. 18.

Ibid. v. 23.

Ibid. v. 24.

Ibid. v. 28.

Ibid. v. 31.

Philipp. c. 2. v. 13.

Ecclesi. cap. 8. v. 4.

Franciscus Borgia in vita Borg. lib. 2. cap. 12.

10m. cap. 6. v. 38. & cap. 4. v. 34.

Math. c. 7. v. 21.

committat, is jam in tutissimi montis fastigio degere incipit, habetque infra se sub pedibus nimbos, grandines, fulgura, fulmina & omnem cali iniquitatem, omnes mortalitatis vicissitudines, extra metum positus; nisi quod unicam hoc timeat, ne non satis cum divina voluntate consentiat. Ea de causa affidue clamat: *Fiat voluntas tua, sicut in celo & in terra.* Sed de hoc plucula capite sequenti.

Math. c. 6. vers. 10.

CAPVT IV.

Quo animo precandum: *Fiat voluntas tua sicut in celo, & in terra.*

Luc. cap. 11. vers. 1. & Math. c. 6. vers. 9.

Celestem Magistrum discipuli rogantes: *Domine, inquirunt, doce nos orare, sicut docuit & Ioannes discipulos suos.* Annuit magister, & sic ergo, inquit, vos orabitur: *Pater noster qui es in calis, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in celo, & in terra &c.* Sed, o Deus, quam difficilis est hac oratio! nimirum dispares sumus, illi in celo beatissimi spiritus, & nos exules in hac valle meri abyssi feracissima. Superis illis omnia ad votum fluunt, nec est quidquam quod eis possit non placere; & contrario nobis etiamnum celo extorribus vix quidquam est quod ex integro placeat: ubique fastidium & nausea; vix pauca, idque rarissime, ex voto cadunt; innumera sunt quae quotidie displiceant, & stomachum moveant. Jucundissimum illic, simul & facillimum divinae voluntati se artemperare, ubi nil adversi vellicat. Hic mille nos molestiae vexant; opprimimur ærumnis; vix est tenue respirandi spatium: bellum ex bello feritur; carenata sunt mala nostra; & continua miseriarum series, liberè precari vix finit. Sicut ergo non æqualiter cantant saturi, & fame confecti, nec æqualiter saltant illi post lautas epulas, hi post longa jejunia: ita nec nos æquali cum beatis promptitudine precari possumus: *Fiat voluntas tua sicut in celo & in terra.* Nos & illi nimirum dispares sumus. Nos illuc transfer, o Domine, & paria cum illis vota & facta jungemus. Venia dicto sit, o Christiani, mendici sumus ignavissimi, & nec orè quidem sat prompti. Heu, quam facile succumbimus, rebus sanè non difficillimis: lenis ventulus nos concutit; horremus quidquid non iuncundum expeditu est. Nil docuit Christus facere, o timidi, quod fieri non possit. Hoc agamus saltem, & toto nisu conemur sic in terrà divinam voluntatem exequi, uti eam Angeli in celo: si minus re possimus, vel certè voris liberales simus. Optimè Cyprianus, *Christus, inquit, orare nos docuit: Fiat voluntas tua sicut in celo & in terra, idque non ut Deus faciat quod vult, sed ut nos facere possimus quod Deus vult.* Quicunque igitur Christum in preces voce præeuntem vult sequi, ne verba sub lingua immurmuret, sed pronunciet impavidè, *Fiat voluntas tua sicut in celo & in terra.* Attendat autem ad hæc potissimum, quæ subjungemus, orèque divinam voluntatem posse exequi.

Cypr. de lib. viii. cap. 23.

In oratione que dam attendenda:

§. I.

1. Intentione purissima orandum. Job cap. 1. vers. 10.

Primò. INTENTIONE PURISSIMA. *Fiat voluntas tua, hanc enim sequi statui, non lucri causâ, non quia vallasti me bonis, uti Jobum calumniabarur Satan; sed nec pœnæ formidine, ne in gehennam ableger, sed oculo simplici tuam solius voluntatem intueor: Volo, quia vis, mi Deus.*

2. Amâter.

Secundò. AMANTER: *Fiat voluntas tua, id ego hic solum spectro, ut id tibi quod ago placeat, utque vel hoc modo, nominis tui majestatis per me servulum inutilissimum propagetur. Tua, o Deus, placita tanta æstimo, ut arbitrer satis hoc esse præmii, tibi placuisse. Nec aliter Chrylostomum exaudio objicientem: Verè nescis quid sit placere Deo, si aliam mercedem quaris.*

3. Pròptè.

Tertid. PROMPTÈ: *Fiat voluntas tua. Tardè velle, nolentis est. Gratissima sunt obsequia, parata, facile*

occurentia, ubi nulla mora est. Proprium est libenter facientis, citò facere. Bonæ voluntati tantum gratiæ demitur, quantum moræ adjicitur. Ergo paratum cor p sal. 107. meum, Deus, paratum cor meum, ad faciendam omnem voluntatem tuam:

Quarò. HILARITER: Quædam satis celeriter facimus, sed non satis libenter. Non ex tristitia, aut ex necessitate: hilarem enim datorem diligit Deus. Qui Dei voluntatem in finem sibi præstituit, si quid tardius aut incertius intercurrit, non gravatè id devorat: eas enim delicias inhiat, ut dicat: *Cibus meus est ut faciam voluntatem ejus qui misit me, Fiat ergo voluntas tua sicut in celo & in terra.*

Quintò. INTEGREGÈ. *Fiat voluntas tua, nec apice quidem, illius indice, omisso. Homo divinæ voluntatis verè studiosus nullas quærit exceptiunculas, nec illius sunt hæc voces: Volo, Domine, sed nondum: Obtempero, Domine, sed modò istud non imperes: Omnium pedes lavabo, & osculabor etiam, modò non cogar hoc officii præstare hosti meo: Contemni me feram, modò publicè non pudeam: Paratus sum ad omnia, modò illud non exigas à me. Non ira voluntatis divinæ amans; nihil excipit, nullis se iactibus subducit. Contra potius: O mi Domine, inquit, vis plura, vis acerbiora pati? ecce me, promptus paratus sum: graviora impera, severius castigam, modò fiat voluntas tua.*

Sextò. PERSEVERANTER: *Fiat voluntas tua, post primam, nec non post alteram, post tertiam etiam, post denique decimam annorum deca dem fiat voluntas tua, & fiat in omne ævum: Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas in æternum.* Vis, Domine, ut hoc centum, hoc mille annis perferam? Si vis, volo. Er hoc est Dominicam orationem devotè voluntate recitare. Hæ illæ sunt Seraphinorum alæ, quibus ad divinæ voluntatis noticiam evehimur altissimè.

§. II.

Llud hic singulariter observandum, beatos in celo in copiosius lætari, de executione voluntatis divinæ, quàm de magnitudine suæ gloriæ. Hinc omnes, & singuli præmio contentissimi sunt, nec ulli displicet minus altero habere. Sic enim qui Deum vident, ad divinam voluntatem non tantum conformati, sed ab illa etiam absorpti, transformati que sunt in illam; ut jam solius Dei velle velint, & magis gaudeant hanc esse Dei voluntatem ut sint beati, quàm se beatitudine hac frui. Hanc humanæ voluntatis cum divinâ conformitatem sequitur excellentissimus amoris effectus, qui non tam conformitas, quàm humanæ voluntatis cum divinâ unitas vocari potest. Er hæc beatos sic afficit, ut totis viribus, & quàm ardentissimè velint Deum esse, qui est, tam sapientem ac potentem, tam misericordem ac justum, quàm est, tam dignum omni honoris & gloriæ amplitudine ac majestate. Quemadmodum filius ad optimos mores formatus tam non invidet suo parenti felicitatem quàm se, aut etiam plus quàm se: ita beati tam gaudent de beatitudine quâ Deus fruitur, quàm quâ ipsi. Hinc illi contentus in celo festivissimi: *Alleluja, Salus & gloria, & virtus Deo nostro est, quia vera & justa judicia sunt ejus &c. Alleluja, quoniam regnavit Dominus Deus noster omnipotens: Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei.*

Hanc beatorum non tam conformitatem, ut dixi, quàm unitatem cum voluntate divinâ, & nos quoque in nostris precibus imitari possumus hac ratione: Intellectus quidem Dei Potètiat, Æternitatem, Sapientiam, Pulchritudinem & Beatitudinem infinitam, immensam, velut attentissimus spectator contempletur: voluntas verò gaudeat, Deum esse boni infinitum, omnium opulentiarum fontem, nullius indigum, omnia posse, in omnes liberalem, rebus omnibus præsentem. Hunc maximum ac perfectissimum divini amoris esse actum censent

At re ba

Job vers

Pron volut ad on obedi prov ad ori ne & dicit

Epist. I. Affir. circa m

E. Jace rus cuj bat or: hores molesti pro Chu Ro solt in.

sent Theologi. Sicut enim nullus amor potest esse major quam quo Deus seipsum amat, sic & noster amor non potest esse melior, quam si amoris divino illi quotidie fiat conformior. Philosophorum scitum est, non esse aliud, *amare*, quam alicui bonum velle. Quo constituto sequitur, ut quando majus bonum cuiuspiam volumus, illum tanrò magis amemus. Atqui Deo bonum immensius velle non possumus, quam quod ipse est, bonorum omnium bonum immensissimum; ergo nec etiam possumus Deum ardentius amare, quam sua illi bona omnia velle. Quocirca hoc etiam maximè modo voluntas Dei, sicut in cælo & in terrâ fiet.

§. III.

Ethi tam conjuncta cum Deo voluntatis homines, Fulgura illa sunt, de quibus Jobus: *Nunquid mittes, inquit, fulgura, & ibunt, & reverentia dicent tibi: Adsumus?* Fulgur & fulmen ignes subtilissimi; naturâ perunt sublimem; at quia Deus deorsum illa mittit, suæ naturæ oblitâ, incredibili celeritate ad ima ruunt, ferrum, rupes, & quidquid resistit, perruptura. Christi fulgura, dixeris, eos qui suam voluntatem pessundant, ut pareant divi; alta quidem aspirarent si suos impetus sequerentur; sed quia Deus vult aliud, ad infima sese non inviri demittunt, idque alacritate summâ; difficultates omniâque impedimenta perruptunt, nec citione tam crebrâ fatigantur, jussis peractis, instar fulgurum illorum revertuntur; dominq̄ suo se sistunt; Ecce Adsumus, quid jam? parati sumus, etiam occumbere; jube quod vis. Sicut autem fulgura (quod hîc observes) non ex aquâ vel terrâ, sed è nube densâ benèque clausa prosiliunt: ita prompta hæc & ad omnem obedientiam ductilis voluntas, provenit ab Oratione & Meditatione, quæ nubium instar sublimem volat, sensibus corporis undequaque clausis. Si quis enim attentè consideret, quibus obsequiis in cælo tot milliones Angelorum subserviant Numini; quâ ratione ipse Dei filius Patris voluntatem in præsepi, in panis ac paleis, in itineribus, in cruciatibus, in cruce sit amplexus, non se continebit, quin velut fulgur, promptissimam obedientiam pollicearur, suamque voluntatem cum divinâ integritimè conjungat. Et hic demum orationem Dominicam, & illud præcipue (*Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terrâ*) animo sincero pronuntiabit.

Ajunt Principem aliquem uni suorum nobilium dixisse: Oportet te cras mecum ad venationes proficisci. Aulicus festivum se fore ratus: Non oportet, inquit, nam lubens faciam. Qui divinæ voluntati se intimè devovit, nihil invitatus aut coactus, sed omnia lubens facit & volens. Tam parvo emitur tanta libertas. Quam hîc Epictetus præclare: *Melius, inquit, illud judico quod Deus vult, quam quod ego. Adhæreo illi ut minister & pedisequus: cum illo desidero, cum illo exopto: denique quod ille vult, idem & ipse volo.* Quid Christiani dicant sanctius?

§. IV.

Beatrus Jacoponus è sancti Francisci familiâ vir integerrimus, ut suam voluntatem divinæ quam ardentissimè adstringeret, ex animi sui sententiâ cupiebat omnes labores, ærumnas, angores, molestias & dolores qui verbis exprimi aut animo cogitari possent, tolerare pro Christo, nec inferorum pœnas perferre recusaturus, modò suam cum divinâ voluntate haberet conjunctam: Deum autem à se amari hoc indicii loco habebat si Deus negasset, quod ille ardentius petiisset. Hic idem dicere solebat: Rationem à conscientia quaesivisse, cur se non amplius, ut olim affligeret, nec sibi jam ullum successeret negotium, huic verò conscientiam respondisse: Hoc ego eâ de causâ facio, quia te divinæ voluntati penitus submisisti, & in eo quod illa de te statuit, absque omni expostulatione acquiescis. Huc insignissimè facit illud Augustini, qui præceptum Protoplastis datum de

non tangendâ malo examinans, Adami personam indutus: Si bona est arbor, inquit, cur non tango? si mala est, quid facit in paradiso? Huic Deus: Ideo est in paradiso, quia bona, sed nolo eam tangas, quia obedientem te volo, non contradicentem servum. Ecce hoc: quia tu servus, & ego Dominus sum. En tibi mille rationes sub hac unâ, quia Deus, noster est Dominus, & voluntatem suam nobis sequendam proposuit, non judicandam, nos autem servi sumus; æquissimum ergo est, hæc nos ire, quâ nos ducit voluntas Domini.

Angelus Apostata callidissimè ac nequissimè quaesivit in paradiso: *Cur præcepit vobis Deus?* Quærendum fuisset: *Cur hujus arboris fructus non editis?* Ad hanc enim quaestionem aptissimè responsum fuisset: *Quia Deus id præcepit.* At vaferrimus serpens responsonem præripuit, ex eaque fecit interrogationem, *Cur præcepit Deus?* Quotiescunque igitur scitur Deum quid velle, non ulterius licet quaerere: *Cur hoc?* Urgentissima omnium causarum causa est: *Deus ita vult.* Abraham filium mactare jussus, quas non rationes potuisset excogitare & opponere? Tacuit tamen & paruit, satis illi fuit hoc unicuique, *Deus ita vult.*

§. V.

Parentes explorando liberorum genio subinde quaerunt: An non luberet die tam commodâ in hortum concedere, aut rus ire? quid si hodie libris missionem demus, & charulas pictas substituamus illorum vicem? Si respondeant liberi: Sicut domino parenti placuerit, prout vult Dominus parens &c. argumentum edunt educationis optimæ, & maturæ prudentiæ. Quod si ambulatiuncularum & lusum tam avidos se non dissimulent, & parentibus nondum annuentibus, jam evolent in apricum, indolis non bonæ specimen præ se ferunt, & tunc optimè Pater: *Heus puer, inquit, teo inde suspectilestem Insoiriam, ad scholas hodie irandum.* Hîc dejectus vultus, mœror in oculis, murmurâ, librorum non lectio, sed otiosa voluntatio, hîc sæpe stertus & querelæ contra parentum tyrannidem. En stultos infantes, & ad parentum nutum parum tractabiles. Tales sumus sapissimè; in omnes oblectatiunculas effusissimi & facile obmurmurantes, cum Deus, optimus pater, aut ludicrum nostrum turbat, aut ad opus amandat. Si sapimus, liberos amulabimur optimè institutos, nec aliud unquam dicemus, quam illud: *Prout domino Patri placuerit; prompti parati sumus ire, non ire; facere, non facere; laborare, pati, quidquid voluerit pater.*

Hoc ipsum Epictetus sapienter inculcans: *Ignavissime homo, inquit, aliudne expetis quam id quod melius est: num vero aliud quippiam melius, quam quod visum Deo fuerit?*

Huc appostre Joannes Tauleris (quem supra nominavi) Si cui Deus, inquit, optionem faciat dicatque: Vis ut te immunem præstem ab omnibus & corporis & animi miseriis, teque Paradiso restituam? Non aliud respondendum quam hoc ipsum: *Domine prout vis: & adimere miseriis potes; & relinquere: hoc autem mihi erit gratissimum; quod voluntati tuæ congruentissimum.* Revera sic ampliore gratiam obtinemus, quam si ad arbitrium nostrum amplissima quæque munera capiamus. Deus certè virtutum non lenis exactor, sicut severi patres, durius solet educare suos. Itaque cum videris homines probos Deoque acceptos laborare, si dare, per arduum ascendere, malos autem lascivire & voluptatibus fluere, cogita illos filiorum modestiâ delectati, istos licentiâ vernularum, illos disciplinâ tristiore contineti, istorum ali audaciam. Deus homini sibi charum in deliciis non habet; experitur, indurat, sibi illum præparat. *Melius in malis sapimus, secundum verbum auferunt.*

Quare nos Deo, velut vacuas sportas offeramus, arbitratu divino aut implendas, aut inanes destituendas.

Hiero-

Amare est velle alicui bonum.

In cap. 38. vers. 35.

Prompta voluntas ad omnem obedientiam provenit ab oratione & meditatione.

Epict. lib. 4. differt. c. 7. circa med.

B. Jacoponus cupiebat omnes labores, & molestias pro Christo tolerare.

Gen. cap. 3. vers. 1.

Epictet. l. 2. differt. c. 7.

Scilicet in epist.

Hieronymus Julianam submonens: Tu te putas, inquit, in virtutum culmine constitutum, si partem offeras ex toto. Te ipsum vult Dominus, hostiam viventem: te da Deo, non tua.

CAPVT V.

Que sint indicia & signa humane voluntatis ad diuinam conformate.

Nihili fecerunt militem Romani, qui non habuissent firma latera, & torolos lacertos ad quævis gestanda onerati super arma terfa & nitentia, & maximam in suum Imperatorem fiduciam. Nemo se jactet Christi militem, nemo se diuinæ voluntatis studiosum credat, nisi certa in se signa deprehendat, suam voluntatem in omnibus pendere à diuinâ. Quâ in re ut quis suis ipsius possit experimentum capere, hæc signa sive indicia obseruabit.

Signa voluntatem nostram à diuinâ penderere.

§. I.

1. Signum.

1. Signum. Omnia cupere ad diuinæ voluntatis nutum facere, & ideo nihil ordini rerum, ope diuinâ non prius implorârâ. Qui Dei voluntatem sequitur, nullum negotium aggreditur quin Deum sibi ante postularet adiutorem. Quod si quid majoris momenti videatur, aut factu difficilius, subsidium à Deo frequentius flagitat. Hoc leges instar sit iis qui seria tractant negotia, & ad clavum sedent, nil unquam temere aggredi, Domino non consulto. Nemo mortalium facile æstimet quantum hinc damni ferat Orbis universus, quot familiae malè regantur, quot regna & provinciæ malè administrantur, quot iniusta bella suscipiantur, quot alii ab aliis injuriæ infertantur, hac lege neglectâ. Hæc creberimum malorum est origo, quod patres familias, gubernatores, præfides, reges, sæpe homines sui sensus & arbitrii sunt, nec ratione agunt sed impetu; neque os Domini interrogant, sed ducem sequuntur Temeritatem: ingenio suo fidunt, humeris suis credunt, sibi ipsis magni Atlantes. Hinc sæpe negotiorum chaos & fœda confusio, plurimorum damno.

Ios. cap. 9. vers. 14.

Graviter impergerunt Israëlites Principes, quod in fide dem receperunt Gabaonitas, & os Domini non interrogauerunt. Nos ab errore illorum nihilo cautiore, sæpe grandia molimur, & os Domini non interrogamus; sacerdotium ambimus, matrimonium contrahimus, terras & populos regimus, & tamen os Domini non interrogamus. Aliter longè generosissimi duces Machabæi, qui nullum unquam prælium inierunt quin os Domini interrogarint plus simplici vice. Etenim non solum ante pugnam, ad preces militem suum cohortari, & unâ cum milite precati sunt, sed & comprecationem hanc, dum pugnarent, continuarunt. Sic Judas Machabæus hostilem apparatus considerans, extendit manus in calum, & Dominum prodigia facientem invocavit, qui non secundum armorum potentiam, sed prout ipsi placet, dat dignis victoriam. Nec ipse solum dux Machabæus ante congressum, os Domini interrogavit ardentissimis precibus, sed & copias suas ad idem faciendum exemplo suo accendit. Ita, qui cum eo erant, invocato Deo, per orationes congressi sunt. Neque tantum ad pugnae initium, verum etiam in ipso pugnae furore, Deum assidue appellabant: manu quidem pugnantes, sed Dominum cordibus orantes, prostraverunt non minus triginta quinque milia, presentia Dei magnificè delectati. Hoc est, os Domini seridè interrogare.

Machabæorum Duceum ante omne prælium diuini auxilii comprecatio. 2. Machab. cap. ult. vers. 21.

Ibid. v. 26.

Cassiani consilium est, ante omnes actiones, illud Ecclesiæ usurpandum: Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina. Aut illud: Actiones nostras quesumus Domine aspirando præueni, & adiuuando prosequere, ut cuncta nostra oratio, & operatio, à te semper incipiat, & per te capta finiatur. Pambo certè hoc consuetudinis nulli con-

Consilium Cassiani ante omnes actiones.

Pambo nulli con-

rer tantisper rem Deo commendandi: nec enim responsi quidquam dare sustinuit, quin prius os Domini interrogasset. Et quidem mos iste huic viro tantum profuit, ut morti jam vicinus, non meminisse dixerit quippiam à se unquam dictum cujus pœnituisse. Nimirum Deus interrogantibus se continuo respondet. Preparationem cordis eorum audivit auris tua. Deum non nititur, nec studiosè diuinam voluntatem exquirere, qui non rerum omnium initium à Deo ducit. Os Domini in rebus planè omnibus interrogandum est.

§. II.

2. Signum veræ devotionis erga diuinam voluntatem, est, ærumnas & calamitates non tantum non expavescere præsentibus, sed eas ultro appetere cum absunt. Et hoc eâ de causâ, quod Deus variè afflictis longè sit vicinior per gratiam, quàm quibus omnia fluunt ad votum. Non sine delectatione cantans Iesæus vates: Universum; inquit, stratum ejus versasti in infirmitate ejus. Ambrosii & Chrysoctomi sensu, Deus ægrotum aut aliter afflictum iis consolationibus permulcet, ac si ei lectulum sterneret mollissimum. Sicut quandoque principes feminæ, ancillantur ægrotis non sine suavi miserationis affectu; sic Mater Domini, sic Christus Dominus singulare patrocinium gerunt hominis aut morbo, aut aliâ quavis calamitate preffi: modò sint qui se dignos præstent cœlesti hoc patrocinio. Romanus Sapiens multo religiofissimè, pœne dixerim diuinè hac de re philosophatus: Nolite, obsecro vos, inquit, expavescere ista, quæ Deus immortalis velut stimulos admovet animis. Calamitas virtutis occasio est. Illos meritò quis dixerit miseros, qui nimia felicitate torpescunt, quos velut in mari lento tranquillitas iners detinet. Hos itaque Deus, quos probat, quos amat, indurat, recognoscit, exercet: eos autem quibus indulgere videtur, quibus parcere, molles venturis malis servat. Erratis enim si quem judicatis exceptum: veniet ad illum diu felicem sua portio. Quisquis videtur dimissus esse, dilatus est. Quare Deus optimum quemque aut malâ valetudine, aut aliis incommodis afficit? Quare in castris quoque periculosa fortissimis imperantur? Dux lectissimos mittit, qui nocturnis hostes aggrediantur insidiis, aut explorent iter, aut præsidium loco dejiciant. Nemo eorum qui exeunt, dicit, Malè de me Imperator meruit, Sed, Bene judicavit. Idem dicant quicunque jubentur pari timidis ignavisque flebilis: Digni vili sumus Deo, in quibus experiretur, quantum humana natura pati posset.

Ps. 9. v. 17.

Ps. 40. v. 4.

Secundum de Trovid. c. 4.

Quare in castris quoque periculosa fortissimis imperantur? Dux lectissimos mittit, qui nocturnis hostes aggrediantur insidiis, aut explorent iter, aut præsidium loco dejiciant. Nemo eorum qui exeunt, dicit, Malè de me Imperator meruit, Sed, Bene judicavit. Idem dicant quicunque jubentur pari timidis ignavisque flebilis: Digni vili sumus Deo, in quibus experiretur, quantum humana natura pati posset.

Et quàm hoc congruè Sapientiæ proclamanti! Quomodo Deus tentavit eos, & invenit illos dignos se. Ergo, fugite delicias; fugite enervatam felicitatem quâ animi permadescunt, nisi aliquid intervenit, quod humanæ sortis admonet, velut perpetuâ ebrietate sopiti. Hanc itaque rationem Deus sequitur in bonis viris, quam in discipulis suis præceptor, qui plus laboris ab his exigit, in quibus certior spes est.

Numquid tu invisos esse Lacedæmoniis liberos suos credis, quorum experiuntur indolem publicè verberibus admotis? illos ipsi patres adhortantur, ut istus flagellorum fortiter perferant, & laceros & semianimes rogant, perseverent vulnera præbere vulneribus. Quid mirum, si durè generosos spiritus Deus tentat? nunquam virtutis molle documentum est. Verberat nos & lacerat fortuna? patiamur. Non est sævitia: certamen est, quo sæpius hoc adierimus, fortiores erimus. Ad contemnendam malorum potentiam, animus patientiâ pervenit. Ignis aurum probat, miseria fortes viros. Quid miraris bonos viros, ut confitentur, concuti? non est arbor solida nec fortis, nisi in quam frequens ventus incurfat: ipsa enim vexatione constringitur, & radices certius figit. Fragiles sunt quæ in apricâ valle creverunt.

En tibi,

Cap. 5. 2. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. Signum.

1. Signum.

1. Signum.

1. Signum.

En tibi, certissimum signum humanæ voluntatis in divinam velut transfuse, si illa hanc per ardua quoque & aspera non recuset sequi. Quisquis igitur totis amplexibus divinam voluntatem in se admiserit, animosus sanè quàm Demetrius ille inter æumnas proclamabit: Hoc unum, mi Deus, de te queri possum, quod non ante voluntatem tuam mihi notam adsum. Vis opes à me aut famam auferre? hæc pridem offerre paratus eram. Vis liberos meos sumere? illos tibi sustuli. Vis aliquam partem corporis? Sume. Non magnam rem promitto. Brevi totum relinquam. Vis spiritum? Quid nisi nullam moram facio, quo minùs recipias quod dedisti. A volente ferens, quidquid petieris. Nihil cogor, nihil patior invitus, nec tibi, ò mi Deus, servio, sed assentior. Hæc est vera geminæ voluntatis unio.

§. III.

3. Signum. 3. **S**ignum. Sui ipsius diffidentia quàm maxima. Hæc verè Christiana virtus est, vix nota prisca idololatris. Qui sibi diffidit, felicissimos etiam successus, non suis viribus, nec industriae suæ tribuit, sed eos ex toto divinæ potentia ac bonitati adscribit, errores & quidquid ab his est, sibi imputat, observatque fidelissimè Augustini monitum: *Tota presumpcio tua Deus sit, ita ut agnoscas te ab ipse Deo nil penitus posse, & in Deo omnia.* Nihilominus hic talis qui rebus suis omnibus diffidit, ac desperat, facere quod in se est, non negligit, tantò certiore fiducia in Deo nixus, quantò magis nullà in seipso. Scit se nihil posse, & posse omnia, sed cum Deo. Pro viribus quidem laborat, sed eventum laboris omnem à voluntate divinà expectat, æquo animo ferens omnia ea quæ non sunt mala, nisi malè sustinenti.

Quàm longè aliter, qui sibi, qui suis viribus, suæque arti, qui suæ prudentiæ consiliis fidunt; quàm ii sunt in rerum suarum encomiis facundi, quàm seipos liberali ore dilaudant, quàm interim in multis remisè agunt, sui fiducia nimis?

At verò qui totus ex voluntate divinà pender, instar libræ, tantò magis alterà lance in imum devertit, quantò illa ascendit altius.

Dux militiae qui castrum defendendum suscepit, dum abest hostis, infirmiora loci & immunita considerat, de commeatu providet, tormenta bellica disponit, contra omnem irruptionem se parat: scit enim hosti fidendum non esse. Ita Christianus: Morbis, inquit, & morti non fidam, sacramentis me præmuniam, precibus & jejuniis, velut armis me instruam; non fido, nec mihi nec morti.

Et temerarius & suæ virtuti confusus, satis se credit paratum in omnes hostium occursum, aut certè facillimam sibi sperat fore præparationem, cum res postularit: fidit sibi, & morti. Rectè de hoc utroque homine Salomon: *Sapiens, inquit, timet & declinat à malo; stultus autem transiit & confidit.* Sed infra fufus, de hac pessimà sui fiducia.

§. IV.

4. Signum. 4. **S**ignum. Fiducia in Deum maxima: è quâ nascitur, ut qui læsus aut offensus est, non continuò vindictam meditetur, sed sibi ipse dicat: Deus hoc vidit, audiit: Deus ulciscetur, id quæ suo tempore. Atque hoc uno hostibus omnibus evadit superior, quòd certum habeat, licet illi Acheronta moveant, sibi tamen non plus nocituros, quàm Deus permittat. Sed dicas: Sunt qui nullam aliis nocendi occasionem negligunt; si damna nequeant inferre, emolumenta saltem aliorum impedire conantur. Sicut: verum qui Deo fidit, hoc agit, ne quid in se desideretur industriae, cetera omnia divinæ providentiæ committit. Huic ob stare frustra nituntur improbi. *Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum.* Quàm fraudulenter egit Laban cum suo ge-

A nero Jacob! sponfam mercedem decies mutavit, ut res generi decurreret. Frustra fuit, in generi commodum cesserunt omnia. *Non dimisit cum Deus ut noceret illi.* Hierosolymis minatus est extrema Sennacherib, sed nec ipse nec exercitus ipsius vindices Dei manus effugit. Exercitum Angelum, ipsum interfecerunt filii. *Salvavitq; Dominus Ezechiam & habitantes Hierusalem de manu Sennacherib regis Assyriorum, & de manu omnium.* Itaque mi Christiane, fide Deo, & omnem illi vindictam permitte, ille Dominus ultionum est. Et hoc vel idololatra te doceant. Tisaphernes dux Persæ, cum Agesilao foedus icit, sed linguâ, non animo, mox enim cum ingentibus copiis adfuit, & & iussit Græcos cedere Asiâ. Agesilao ad hanc legatorum denuntiationem intrepidè: Duci vestro, inquit, referte, me ipsi amplas agere gratias, quod foedus ruperit eaque re Divos hominèque inimicos in se concitarit: ita copia meâ plurimum auferent ab hostis perfidiâ. Dicitum prorsus Christianum: *Sicut locutus est, salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos.* Qui Deo fidit, omnes inimicos suos sibi vesticales habet, quia Deum habet faventem. Quidquid autem homo Deo nixus, desiderat, id omnium primò à Deo petit. Quâ in re hanc sibi regulam statuit: Hoc quod peto, aut mihi expedit concedi, aut non expedit, quòd quidem Deus omnium optimè novit. Si expedit, aut id confestim largietur Deus, aut tempore opportuniore, ut interim mea quoque patientia exerceatur: Si neget Deus postulata, certissimus sum, id mihi non expedire quod peti. Hæc omnino ratione, neque aliter unquam supplices libellos Deo porrigit, qui divinæ voluntati se solum permittit. Qui hoc divinæ voluntatis arcanum ignorant, opem divinam aut non implorant, aut segniter & remisè, & quàm hoc faciant, prius omnium aures fatigant, plurimorum gratiam ambiunt, atque si aliter nequeant, eam etiàm muneribus in se derivant, favorem & dignitates velut in nundinis mercantur.

C Vidit Joannes, ille Domini ocellus, Christum septenas stellas dextrâ gestantem. Et quæ sunt hæc stellæ in hac manu? Joannes ipse mysterium hoc evolvens: *Septem stellæ, inquit, Angeli sunt septem Ecclesiarum, seu, septem Asiæ Episcopi.* En, Episcopi & eorum mitræ infusæ in manu Christi sunt. At verò si uspiam mitra dominum desideret, plurimi sunt qui suum ei caput offerunt, sed non primo rectòque cursu ad manum Christi pervolant. Equidem curritur, sed sæpe prius ad Principum Regumque, ad Præsulum & Antistitum manus pervenitur, quàm ad Christi curritur. Idem fit in aliorum officiorum & dignitatum ambitu: humanus favor quæritur, divinus à paucis ambitur, aut certè post humanum. Luculentus error; contrarium oportet agere: divinus ante omnia favor & voluntas expetenda: sceptræ & tiaræ in manu Dei sunt: officia, dignitates, munia, magistratus, Deus dividit: ab illo penitus hæc petenda. *Sicut divisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini; quocumque voluerit inclinabit illud.* Sicut olitor, horri sui rivulum sub potestate habet, nec ad proximam aut ad primariam semper arborem, sed sæpe ad debiliorem, aut quâ vult, aquam educit: ita cor regis, veluti rivus, omnis generis Præfecturas & munera continet; Deus instar hortulani (salvo hominis arbitrio) aquas ex hoc rivo in eos ducit, quos ipse delegit. Ideo stultissimè agunt, qui tot preces ac dona in aliorum aures manusque jactant. Deo interim vix eminus & obiter salutato. O deliria hominum! Purius ex ipso fonte petuntur aquæ.

§. V.

5. Signum. 5. **S**ignum. Omnia generoso silentio posse concoquere. Contemplare mihi patientissimum Jesum, inter innumera & convicia & tormenta generosissimè tacentem. Stabant Hebræi sacerdotes & constanter eum accusabant, Jesus autem tacebat: crimina illi diversa ob-

Certissimum signum humanæ voluntatis in divinam transfuse est per ardua & aspera hanc sequi.

3. Signum.

Prov. c. 14. v. 16.

4. Signum.

Prov. c. 27. v. 10.

Gen. c. 31. v. 7.

Luc. cap. 1. v. 71.

Qui Deo fidit omnes inimicos sibi vesticales habet.

Luc. cap. 1. v. 71.

Qui Deo fidit omnes inimicos sibi vesticales habet.

Luc. cap. 1. v. 71.

de id. c. 4. pauca manet.

1. cap. 3. f. 5.

Deus cum fugit non evit, sed stiores eddit.

Divinus favor & voluntas ante omnia expetenda.

Prov. c. 27. v. 10.

Prov. c. 27. v. 10.

Prov. c. 27. v. 10.

Prov. c. 27. v. 10.

Prov. c. 27. v. 10.

Prov. c. 27. v. 10.

Prov. c. 27. v. 10.

Prov. c. 27. v. 10.

Prov. c. 27. v. 10.

Prov. c. 27. v. 10.

Prov. c. 27. v. 10.

Prov. c. 27. v. 10.

Prov. c. 27. v. 10.

Prov. c. 27. v. 10.

Prov. c. 27. v. 10.

§. VII.

VT autem ea quæ diximus tam de cognitione divinæ voluntatis, quam de humanæ ad illam conformatione quantumcumque rudi perpectissima fiant, in hanc epitomen dicta componimus.

Quidquid in Orbe fit (peccatum excipimus) à quocumque aut quomodocumque fiat, divinâ id fieri voluntate dicendum est. Omnia quæ fiunt, vult Deus fieri; quidquid autem Deus non vult, certissimò non fit. Hinc sapienter Epicæterus: a Semper, inquit, illud potius volo, quod fit. Atque ut hoc idem omnibus persuadeat: Ne postules, ait, ea quæ fiunt, arbitrari tuo fieri. Sed, si sapias, ita fieri quæque velis, ut fiunt. Nam omnia quæ fiunt, sunt aliquo modo effectus divinæ voluntatis. Quomodo possit aliquid permanere, nisi tu voluisses b clamat Sapia. Solum peccatum non vult, sed permittit: nam & peccatum impedire posset, id tamen ob causas sibi notas non impedit. Hoc è Theologia arcana confirmamus: Theologi rem hanc definiunt his verbis: Deus vult omne bonum creatum actu existens, sed quidquid fit extra peccatum, est bonum creatum actu existens; ergo quidquid in Orbe fit, hoc Deus vult fieri, modò abiat peccatum. c Hinc ille ingenii acutissimi Theologus: d Omnia, inquit, quæ fiunt aut sunt, quæ fuerunt aut facta sunt, quæ fiunt aut erunt, cognoscuntur à Deo in decreto suæ voluntatis. e Et nota, mi Lector, liberis hominis actiones non eo impediti, quòd eas Deus ab æterno prævidit & voluerit; sed Deus illas ideo voluit, quia futuras prævidit.

Sed ulterius progrediamur: f Deus non tantum vult fieri, quidquid in Orbe fit (dempto peccato) sed id omne reipsâ semper exequitur quod melius est, imò quod optimum est, hoc est, ut sic loquamur, ingenium Dei & innata ejus propensio. g Istud dilucidè Basilus Magnus adstruit: Vnum quidem hoc, inquit, habere in mentibus nostris præsumptum oportet, quòd nihil eorum quæ nobis accidunt, malum sit, aut tale, ut melius illo excogitare queamus. h In eandem omnino sententiâ Damascenus concedens: Omnia, inquit, quæ Dei providentiâ sunt, pulcherrimè ac divinissimè fieri necesse est, atque ita denique ut meliori modo existere prorsus nequeant. Præ omnibus audiendus hîc Augustinus: i Iustitiâ, inquit ille, veri & summi Dei factum est, ut non modò sint omnia, sed etiam sic sint, ut omnino melius esse non possint.

Quid clarius? rationem audi. k Quidquid enim, inquit, verâ ratione tibi melius occurreris, hoc scias fecisse Deum tanquam bonorum omnium conditorem. Neque enim tu potes aliquid melius in creaturâ cogitare, quod creaturâ artificè supergit.

§. VIII.

QVÀ ratione autem Deus omnia quæ fiunt, fieri velit, peccata verò fieri permittat, exemplum ponimus hujuscemodi. Jussit olim Summus Pontifex, Julius II. ut Michaël Angelus inter pictores celeberrimus extremum Orbis judicium pingeret. Pictor operi manus admovit, sed pro affectu quem in sacros proceres non benignum gessit, præfules etiam & purpuratos Patres in inferorum flammis collocavit. Pictorem suum sapius accessit Pontifex, neque nesciit artificiosam hominis temeritatem, & quamvis eam minimè probarit, certâ tamen ex causâ dissimulavit videre, illud secum cogitans: Modò finiar opus, mox in carcere penicilli sui errores sentiet, pane solo & fonte cœnabitur. Hîc certè Pontifex supremi judicis tribunal pingi voluit, idque in emolumentum spectantium non in contemptum cujusquam aut injuriam, eam tamen ob certos fines sciens volensque nõ impedit. Ita Deus æternitatis nos vult pingere, & opera edere immortalia; at nos effectu & manu extantibus, jam hos, jam illos in Orco iturimus, hoc est, variè injuri sumus in eos quos nobis hostes arbitramur. Sed & alia plurima in opere faciendo delinquimus. Nihilominus pictura rerum in Orbe diversissimarum elabora-

tur. Est enim mirabilis rerum omnium connexio, series atque concinnitas, ut singula quæ seorsum deformia, aut certè minus pulchrâ viderentur, ceteris adjuncta, sint longè pulchriora. Deus autem moræ patientissimus expectat, dum omnis pictura hæc finiatur, errores nostros plurimos, tanquam si non videat, dissimulat justissimis de causis. Tandem supremo Mundi die patebit, quid quisque dignum æternitate pinxerit, quid in picturâ errarit. Sicut ergo Pontifex, aut Regum quissiam certum quid ac destinatum vult pingi, pictoris autem arbitrium non turbat, errores etiam permittit, ob causas sibi notas: ita Deus omnia quæ fiunt, vult fieri, peccatum verò permittit, sed permittit sciens & volens, cum illud impedire possit. Ita rex David Joabo belli duce est usus, cuius flagitia minimè probavit, tamen diu dissimulavit. Neque ullus hîc objecerit: Quare homo cogitur impedire peccatum quando potest, & Deus non cogitur, qui semper id potest. a Nam præterquam quòd Deus sit Dominus & moderator omnium intentus bono communi, nos mancipia & servi; illud etiam accedit, quòd Deus è peccato, re omnium pessimâ, boni quid eliciat, quod homo non potest. Augustinus b hoc summi opificis artificium admiratus: Ex omnibus, ait, confisit universitatis admirabilis pulchritudo, in quâ etiam illud quod malum dicitur, bene ordinatum, & loco suo positum eminentius commendat bonâ, ut magis placeant & laudabiliora sint, dum comparantur malis.

§. IX.

SED objicias primò: Bona sint omnia, sint omnia optima quæ Deus vult, sed certè non mihi sunt. Audacissime mortalium, quid hîc ais? Aequaliter c cura est Deo de omnibus. Ita te, ita me, ita singulos curat providentissimus Deus, sicut universos; neque tantum quod melius, sed quod optimum est semper; & tibi, & mihi & singulis, & omnibus vult, & quod vult exequitur efficacissimè. Gregorius pulcherrimè: d Sic, inquit, intendit omnibus, ut adsit singulis; sic adest singulis, ut simul omnibus nunquam desit: sic summa regit, ut ima non deserat; sic imis præsens est, ut à superioribus non recedat. Cura est Deo de omnibus. De filiis, seu charissimis Dei amicis res certa & evidens: sed nec circa damnandos alium se gerit: pater est; nutritor est; defensor est usque ad ultimum vitæ momentum: hîc demum iudex, punitor, hîc vindex est tam obstinata in se perfidia.

Objicias secundo: Er quomodo tantam Dei providentiam ac curam tot sequuntur inconvenientia, ut mihi vocabulo utar, sunt hîc illic absurdorum absurdissima quæque. Uti Deum dicere dormientem nolum, sic ad minuta quævis vigilantem affirmare, num bene aulim? O te oculosam, sed profectò malam! quamvis credidissimè hîc te alienam gerere personam. Utique Deus vigilat ad quælibet vel minutissima. Joannes Damascenus tuo stupori apertissime respondens: e Deus, ait, non minus quam aliquid absurdè & præposterè fieri permittit, ut per eam actionem quæ absurditatis speciem habet, magnum aliquid & admirabile conficiatur, quemadmodum per crucem hominibus solius poenæ, salutem comparavit. Num hæc negabis vera? Ergo Deus non quidem peccata vult, sed efficaciter permittit, seu, permittit vult, & inde proventus elicit utilissimos sibi, quæ maximè gloriosos. Augustinus perspicue id asserens: Propterea, inquit, f divina Providentiâ etiam ista dispositio tribuenda est, non quia ipsa peccatores facit, sed quia ipsa ordinat ut aliqui cum peccaverint. Quare licet homini secundum se spectatò melius esset non peccasse; si tamen tota series naturæ & gratiæ attendatur, multò fuit melius à Deo peccatum permitti. Norum Ecclesiæ testimonium; g Felix culpa, quæ talem ac tantum meruit habere Redemptorem. Hæc de divinâ voluntate tam cognoscendâ quam amplectendâ. Utinam humana gens, vel hac unâ in re contutere delinat, & divinam voluntatem, quam facile potest agnoscere, velit etiam promptè amplecti.

a Epist. lib. 1. d. 11. b Aug. Enchir. cap. 10. c Sap. c. 11. v. 8. d Greg. lib. 16. moral. cap. 5. med. e Damasc. l. 2. de Fide cap. 2. g Ecclesiæ sermo est de rebus in quibus non abitur in injuriam. h Bas. hom. 3. ex var. quod Deus non est auctor malorum. i Damasc. lib. 2. de fide cap. 29. k Aug. tom. 1. lib. de quatuordecim mod. serm. l. 1. tom. 1. lib. 3. de libero arbitrio cap. 5. post. m.

a Propter quod non est impedienda causâ particularis quin suo modo agat. b Aug. Enchir. cap. 10. c Sap. c. 6. v. 8. d Greg. lib. 16. moral. cap. 5. med. e Damasc. l. 2. de Fide cap. 2. g Ecclesiæ sermo est de rebus in quibus non abitur in injuriam. h Bas. hom. 3. ex var. quod Deus non est auctor malorum. i Damasc. lib. 2. de fide cap. 29. k Aug. tom. 1. lib. de quatuordecim mod. serm. l. 1. tom. 1. lib. 3. de libero arbitrio cap. 5. post. m.

LIBER TERTIVS
DE HVMANÆ
VOLVNTATIS
AD DIVINAM
CONFORMATÆ
EMOLVMENTIS.
CAPVT PRIMVM.

Quantam animo tranquillitatem conciliet huma-
næ voluntatis ad divinam Conformatio.

DIXIMVS, quâ ratione divinam voluntatem
nosse, quâ nostram illi jungere possimus.
Nunc porò dicendum, quid emolumenti
proveniat, si humana divinæ semper sit con-
iunctissima.

§. I.

TAm liberalis est Deus divitiarum & donorum, ut
non tantùm æternis nos deliciis beare statuerit, sed
diem æternitatis velut præoccupans, quo nos ad omnia
paratioris promptioresque reddat, è mensâ suâ mittit
caelestis convivii promissidem, jubetque libare saltem
æternæ felicitatis gustulum. Ita nec in sætenti huius
mortalitatis nosocomio deest magnæ illius æternæque
cœnæ velut antecœna. Etiam in hoc Orbe inferiore
quies est aliqua, sunt etiam hîc solatia è caelo missâ. Ne-
que hîc impendiis magnis res agitur, solâ opus volunta-
te ad divinam conformatâ.

In rupe Taboreja vix guttulam gustarat Petrus cæ-
lestis beatitudinis, & mox: *Bonum est, exclamat, nos hîc esse,*
imò jam ebrius videri poterat ab hoc nectare, *non enim*
sicbat quid diceret. O Petre, præproperum est, hîc ne ctar
& ambrosiam expectare: loco meliore dabuntur ista,
sed nondum.

Angelus ille Apocalypcticus Joannes: *Factum est,* in-
quit, *silentium in caelo, quasi mediâ horâ.* Quies aliqua de-
signatur, beato Gregorio interprete, quam hîc affe-
quantur, qui divinam voluntatem exequi perinde, ut
in caelo, desiderant, eaque ratione velur in cæli vestibu-
lo degunt. Eò anhelans David: *Et volabo,* inquit, *& re-*
quiescam. Quò volatus iste? utique ad divinæ volunta-
tis suavissimam contemplationem: eò quisquis pertige-
rit, jam demum respirare incipit & jucundissimè quie-
scere. Nihil enim ardentioribus votis experit, quàm hoc
unum: *Fiat voluntas tua, sicut in caelo & in terrâ.* Inter ea
certè quæ maximam animo pacem & tranquillitatem
conciliant, primarium hoc numeratur: Omnibus votis
contendere atque aspirare ad constans divinæ volunta-
tis ob sequium. Ita optimus ille scriptor præcipiens;

Opta, inquit, *semper & ora, ut voluntas Dei integrè in resiat.*
Ecce talis homo ingreditur fines pacis & quietis. Quisquis igitur
cum sanctissimo rege illo volare cupit & quiescere,
his profectò alis evehi in altum potest, & pattare ad-
miranda.

§. II.

OPrimæ fidei scriptor commemorat de viro reli-
gioso, cujus vestes, vel solummodo tactæ valetu-
dinem multis restituebant: hinc ille apud ægros venera-
tioni, apud suos admirationi esse cœpit, cum tamen nul-
la in eo virtus singulariter splendesceret; vitam enim
agebat pro more ceterorum in cœnobio, nec ullis insolu-
tis rigoribus sese macerabat; nec unum studiosissimè
cavere solitus, ne quid aliud unquam vellet quàm Deus.
Cum itaque sine pharmacis mederetur sæpius, rogatus

A à cœnobiarchâ ejus rei causam: Mirari seipsum, agebat,
& pudore obid affici, cum ceteros jejuniis & precibus
vix æquet, nedum superet. Ita est, inquit cœnobiarcha,
te hominem lætum esse, non nescimus, cetera non sus-
spiciendum præ aliis. Simul in omnia pressus inquirere,
& multa sciscitari cœpit antistes, ac animi arcantù refer-
rari cupere. Hîc vir ille religiosus: Eam, inquit, mihi gra-
tiam à Deo factam jure commemini, quòd ad divinam
voluntatem ita me conformarim, ut adverso Deo nil
unquâ movere velim. Neque verò etiam metuo res un-
quam fore tam turbidas, ut animo cadere, aut conque-
ri lubear: sed nec ulli, puto, tam prosperi successus mihi
sic blandientur, ut ob eos singulari me patiar gaudio
completi. Nam omnia sine discrimine de manu Dei ac-
cipio, neque postulo ut ea quæ fiunt, arbitrato meo fiant,
sed ita fieri quæque volo ut fiunt. Ita nihil me volupta-
te, nihil mœrore afficit, nihil me turbat, sed nec beat
quidquam, nisi sola, nisi una atque unica Dei voluntas.

B Ideo in omnibus omnino precibus, hoc unicè flagito, ut
divina voluntas in me semper, rebûque creatis omni-
bus quàm integerrimè perficiatur. Miratus hæc vehe-
menter antistes: Et amabo te, inquit, expone fodes, quis
tibi nuper sensus, an non unâ nobiscum acerbè ferebas,
cum nefarius homo ignem subjecit nostris ædibus, cum
stabulum & horreum, tam multum frumenti & peco-
ris combustum, damno pæne irreparabili? Ad quæ cœ-
nobita: Hoc, inquit, scias velim, Pater reverende, nihil
inde mœroris me contraxisse. Nam in more positum
habeo, pro his talibus Deo gratias agere, cum certissi-
mus sim, quidquid rerum sit, divinâ permittente Provi-
dentia fieri, idque omne in nostrum emolumentum.
Ideo curæ mihi non est, modicum an multum habeam
sustentandæ vitæ: Deo fido, qui quem vis nostrum
æquè frustulo panis poterit nutrire, ac pane integro. Ita
lætus dego & alacer. Hîc Cœnobiarcha multa contradi-
cere, & variis quæstionibus hominem urgere, ut sic
suaviter exprimeret latentis animi sensus. Post varia:

C Quin imò, ait iste; per quotidianam meci oblationem di-
vinæ voluntati, eò deveni, ut si præscirem ego, ad infer-
ros me deiciendum decreto immutabili, Deo tamen
refractarius esse nollem, modò simul liceret scire, sic
Deo visum esse, ita Deum velle: imò etiam si oratione
Dominicâ vel semel pronuntiata divinum illud decre-
tum rescindere potestas esset, sanè id audere non vellem,
sed potiùs geminas has Deo preces admoverem, Ut
æquissimam sanctissimamque voluntatem suam in me
pergeret exsequi, & Ut hanc unam mihi gratiam faceret,
quâ veteret totâ æternitate, divinæ voluntati quidquam
contrarium cogitare. Cohorruit ad has voces Cœno-
biarcha, & pæne in lapidem sterit, oborto utrimque si-
lencio. Demum: Ito, inquit, ito, mi Pater, & propositi
huius tenacissimus manero. Cælum extra cælum reperiti-
sti, & hoc interpreteris gratiam paucissimis factam. Ra-
ræ immunitatis est à nemine turbari, à nemine lædi pos-
se. Arcem quietissimam habitat, quisquis se totum ad di-
vinam voluntatem conformat.

§. III.

ITa cœnobitam suum à se dimisit antistes, ipse alto
stupore defixus, hæc secum cœpit ratiocinari, & Jam
mihi liquet, ait, unde huic viro, quem hominem ridi-
culum censebant, illa medendi gratia sit. Hæc tanta cum
divinâ voluntate conjunctio, ad hoc fastigii suos eve-
hit. Et quî possit Deus hunc talem hominem æternis
flammis addicere? repugnat id infinitæ bonitati. Et sa-
nè fateri cogor, ne longum esse, nec difficile iter, ad
hoc culmen solidissimæ Tranquillitatis: neque enim hic volun-
tas opus inusitata vitæ severitate, non crebris jejuniis, non tem-
prolixis vigiliis certandum, omne hoc negotium per-
agit unicum generosum VELLE; sed hoc VELLE quo-
tidie instaurandum, firmèque statuendum, contra divi-
nam vo-

Thom. à Kemp. lib. 3. Imi. Chrisp. cap. 23. plurim. lib. 3. c. 18. num. 2.

Casarius Heisterba. cens. lib. 10. mirat. c. 6. vixit ante. cccc. annos.

Nihil vel- le admittit. Et fatere cogor, ad divinam voluntatem opus inusitata vitæ severitate, non crebris jejuniis, non temprolixis vigiliis certandum, omne hoc negotium peragit unicum generosum VELLE; sed hoc VELLE quotidie instaurandum, firmèque statuendum, contra divinitatem.

Cop. de Ca. 1733

Cop. de Ca. 1733

Novi oculi estum tranq. unis p. ellum Duo c. ta ad e. quilib. tam ce. cæcen. Primu.

Sen. a. Precid.

Secidi

CAPVT II.

Fierine possit, ut quis nunquam tristetur, & an id arte illa impetrandum, quâ nostram diuine voluntati conformamus.

Salomôn humanæ sapientiæ pelagus, & magnum sportentum, liberrimè pronuntiavit: *Non contristabit iustum quidquid ei acciderit.* Loquitur sapientissimus Rex Prov. c. 12. v. 21. de rebûs fortuitis; quæ bonæ menti contrâ quàm vult obveniunt, perinde si dicat: Mala voluntaria, uti sunt peccata & noxæ, virum bonum utique sollicitum hant & dolore afficiunt: at illa fortunæ ludibria, facultatum amissio, honoris iactura, valetudinis dispendium, charorum funera virum iustum tam non affligunt & angunt; ut hæc sæpissime beneficii loco numeret; nec mala putet, sed exercitium patientiæ credat, & pro iis, ut par est, Deo gratias agat. Nam bonæ menti calamitas omnis, occasio est virtutis. Quapropter Hugo illud (*quidquid ei acciderit*) acutè expendens: *Sicut accidens est, inquit, auctore philosopho, quod adest & abest præter subjecti corruptionem: ita presens tribulatio, & ærumna adest, & abest præter iusti contristationem, & conturbationem.*

Ceterum, quòd erecto ac hilari animo vir iustus exteriora quævis mala excipiat, Paulus locupletissimus testis: *Repletus sum, inquit, consolatione, super abundo gaudio in omni tribulatione nostrâ.* Non in fame tantum aut siti, non

in vinculis solum aut plagis, sed in omnibus ærumnis & angustiis, *in omni tribulatione nostrâ:* Neque levi tantum latitâ afficior, sed, *repletus sum consolatione, super abundo gaudio,* etiam cum virgis cædor, cum lapidibus infernor, etiam cum naufragis iactor. Turonensis præful Martini à Severo Sulpicio rot annis nunquam iratus, nunquam mœstus est visus, sed pacatus semper sibi que similis. Ita sanè *non contristabit iustum, quidquid ei acciderit.* Chrysothomus omni calculo sententiam hanc

confirmans: *Nihil enim aliud, inquit, grave atque acerbum est, quàm in Dei offensionem incurere; hoc sublato, non afflictio, non insidia, non aliud quidquam prudentem animum molestâ afficere queat. Quin potius quemadmodum si exiguum sicut lam in magnum pelagus injicias, eam protinus extinxeris: eodem modo molestia omnis quàm liber ingens, si in animum sibi bene consilium incidit, confestim perit & evanescit.* Hic idem oris auri doctor, ut rem quasi oculis explicatûs subjiceret, mentem cælo conferens. *Cælum, inquit, aliud est imbribus ac pluvii. Cælum quidem cum nubibus obducitur, patitur, sed nihil patitur: Sic & nos etiam si putamur pati, nihil patimur, id est, tristiti æquasi nubibus obduci putamur, sed non tristamur. Sed demus humana imbecillitati doloris aliquid & mœstitiæ, sed quale hoc aut quantum? Ambrosius: Esto, inquit, in illis, hoc est, in laboribus, aliquid acerbitatis. Quem*

virtus animi non abscondit dolorem? Neque enim profundum mare negaverim, quia vada sunt littora; neque cælum lucidum, quia interdum obtegitur nubibus; neque terram secundam, quia aliquibus locis jejuna glareæ est; aut latas segetes, quia intermixtam solent habere sterilem avenam. Similiter puta beatam messem conscientia interpellari aliquo acerbulo dolore, tamen manipulis vitæ beatæ, si quid fortè accidit adversi atque amaritudinis, tanquam sterilem avenam absconditur, aut tanquam lolium amaritudo frumenti suavitate obducitur. Ergo, non contristabit iustum quidquid ei acciderit. Sciencit tristitiam, non consentiet; tegetur nubibus cælum, non subvertetur; lolium miscebit se tritico, sed non noccebit. Non sentit mala sua, non est hominis; at non ferre, non est viri.

§. I.

Nequè solum Christiana sapientia hoc capit: proficis etiam hoc animi robur non ignotum. Verè cecinit Venulinus vates.

nam voluntatem prudenter nil unquam admittere. Ita **A** enim, inquit Chrysothomus, *velle efficit posse, uti nolle efficit non posse. Magna vis est voluntatis, quæ efficit nos posse quod volumus; & non posse illa quæ volumus.*

Quòd si quis manè ita se Deo committat? Dominus meus & Deus meus, ego me tibi offero in omne beneplacitum tuum: hodie sciens prudèntique contra tuam voluntatem nil agam: is tamen eodem hoc die aut veteram ganeam; aut infame prostibulum subbeat, aut allis ad vitia occasionibus temere sese indulgeat, hic quidem homo cum Deo ludere, & alterâ panem; hac verò manu scorpionem pottigere? censendus est. Ita prorsus divinæ voluntati subjèctissimum se quidem polliceri, nihilominus aliorum opibus; aut famæ nomini que insidias struere, invidiam in se sponte admittere, ab irâ non præveniri, sed illam ultro accerere, hoc jocari est cum Deo, & victorum moram impellere, atque ostium aperire vix dum rogantibus admitti. Et quòdnam hoc amoris symbolum? Anno te, sed hunc à me colaphum accipe: aut: Non patiar me separari à te, at cum occasio invitat in rupis angusto calle, quem verbis ante aded demulseram, jam manu dejicio in voraginem. At solemus pigerrimus nos vocibus defendere: *Non potui aliter.* His Chrysothomus respondens: *Nec enim quisquam, ait, poterit excusari, quasi voluerit, & non potuerit: cum constet eum idcirco non potuisse, quia noluit, ut nolens volentis exemplo dānetur, & volens, quia implevit quæ voluit, munereatur.*

§. I V.

Illud ergo colloquium inter duos religiosos viros, caput difficile non est, & fateri cogimur, viam nemini obstruendam, ad illum Tranquillitatis apicem; ad hunc paradisum nemini oclusum ostium: qui quis hoc unum potest, *Velle quod vult Deus,* iam ingressus est; nullius aut ordinis, aut sexus, aut ætatis homines hinc arcentur. Verum duo præcipuè in narrato colloquio capita sunt institutionis tam eximix, ut ea probè capisse, sit hic palam obtinuisse.

Primum: Altissimè animo imbibere, quidquid sit, divinâ fieri providentiâ, quæ ad suum finem atque ad beatitudinem disponit universa, prout secretissimo Dei judicio placuit ab omni ævo. Omnia certa, & in æternum dictâ lege decurrunt. Pulchrè de hoc Seneca: *Causa pendet ex causâ,* inquit, *privata ac publica longus ordo rerum trahit. Ideo fortiter omne ferendum est: quia non, ut putamus, incidunt cuncta, sed veniunt. Olim constitutum est, quid gaudeas, quid fleas: & quamvis magnâ videatur varietate singulorum vita distingui, summa in unum venit. Accepimus peritura perituri. Quid ita indignamur, quid querimur? ad hoc parati sumus. Vtatur, ut vult, suis natura corporibus: nos læti ad omnia & fortes cogitemus, nihil perire de nostro.*

Alterum: Facere quod in se est, cetera omnia divinæ Providentiæ liberalissimâ confidentiâ transcribere: forte suâ contentum vivere, de alienâ non inquirere, nec ulli beatiorem invidere. Hæc sunt quæ perducunt in propugnaculum Tranquillitatis inexpugnabile: hæc illa virtutum omnium panopliæ est. Hanc verò nunquam induunt illi, qui caduca hæc amant, velut sua & perpetua bona, qui se propter illa suspici volunt, qui divinæ Providentiæ non satis fidunt: hi ad levissimarum injuriarum motus collabuntur; jacent & mœrent, cum vanos & pueriles animos, omnis solida voluptatis ignaros, falsâ & mobilia oblectamenta destituunt. At ille qui se lætis rebus non inflat, nec mutatis contrahit, divinæ de se Providentiæ plenissimè fidit; adversus utrumque statum invictum animum tenet exploratæ firmitatis: omnium virtutum panopliâ munitus est. Verbo: Vult quod vult Deus.

Horat. lib. 3. ca m. Ode 3.

Iustum & tenacem propositi virum, Non civium ardor prava jubentium, Non vultus instantis tyranni Mente quatit solidâ: Si fractus illabatur Orbis, Impavidum serient ruinae.

Psal. 104. vers. 15. Sap. cap. 3. vers. 1. Zach. cap. 2. vers. 8. Vide Nicolum Severinum in hunc locum. 1. Ioan. c. 5. vers. 18. Isai. c. 37. v. 33.

Sûlque deque ferantur bœnia, caelum ruat, subruente hac mole cor Deo fîsum non trepidabit. Amplissimæ promissiones sunt quæ cor istud præmuniant. Deus proclamans: Nolite, inquit, tangere Christos meos, quos ego gratiæ meæ olco inunxi. Et verè: Iustorum anima in manibus Dei sunt, & non tanger illos tormentum malitiæ. Zacharias: Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei. Joannes: Scimus, inquit, quia omnis qui natus est ex Deo, non peccat (violando charitatem letali noxâ) sed generatio Dei conservat eum, & malignus non tangit eum, eâ scilicet vi quâ possit vincere.

Assyrius Rex Sêanacherib omnes Judææ civitates expugnavit. Hierosolyma non potuit, imò nec obsedit, imò nec quidem vidit. Diserte affirmat Isaias: Hæc dicit Dominus de rege Assyriorum, non intrabit civitatem hæc, & non jacièr ibi sagittam: & non occupabit eam clypeus, & non mittet in circuitu ejus aggerem. Ita proflus vir justus, cujus lex voluntas Dei, undique inexpugnabilis est, non contristat eum quidquid ei accidar, licet omnia membra torquæat dolor, licet patipertas urar, licet mille premant ærumnæ, ille tamen erecto celsoque animo Deum arctissimè stringit, & etiam tunc ad divinam voluntatem sese conformat ex toto. Et quippeni hoc possit? libera habet charitatis brachia, nullis inquam, si nolit, carenis vincienda: æternis amplexibus, modò velit, inhæsurâ divinæ voluntati.

Memorant virum eruditione ac virtute magnum, ubi res in maximâ esset difficultate, solitum dicere: Salve amaritudo amarissima, omnis gratiæ benedictionisq; plena. Quid hoc aliud quàm cum Socrate philosopho cicutam haurire ridendo? Melius dixerat: Quid hoc aliud quàm cum Apostolo Andread crucem amplecti veleminus salutando? Hac certè ratione propter horum, ut, ajunt, salutamus & sepem; & propter fructus, amamus & arborem.

§. II.

Objicias: Hæc in scholis differimus, aliter domi vivimus. Fames, infamia, bonorum jactura, morborum sævitia neminem exhilarant, neque enim leniter ista ferunt: ferreus sit cujus hilaritatem non subruant hi arietes.

Da veniam, mi homo, videris ex familiâ esse amicum Jobi, quibus ille in os: Consolatores, inquit, onerosi omnes vos estis. Verbofi amici mei, ad Deum stillat oculus meus. Stillat, non nego, & hoc non voluptatis est; sed stillat ad Deum, hoc solidi est gaudii. Deus non projiciet simplicem, nec porriget manum malignis. Donec impleatur risu os tuum, & labia tua júbilo. Ecce quid vultis? Manus Domini tetigit me. Ab hac manu feriti, beatus est, quàm à quâvis aliâ mulceri. Hæc Domini manus perferat vel solo tactu; feriendo, non morbum, sed salutem, non mortem adfert, sed vitam. Hæc amicis suis Jobus, hæc & ego tibi. Simul etiam quæro: Si quis ferreâ chirothecâ te cædat, & sanguinem eliquat, nunquid in jus ambulare coges chirothecam? manus fecit. Nunquid manum ad tribunal rapies? homo te læsit: ita Deus in manum quâ ferit, chirothecâ tegit, jam scortèâ, jam lignèâ, jam & ferreâ; modò fame punit, modò infamiâ, nunc illum in te hominem immittit, nunc alium, quandoque per cognatos, per domesticos, per fratres castigat. Quid jam tibi vis? eadem Dei manus est, idem Deus qui ferit, sed aliter atque aliter, per alios atque alios te cædit. Quid tu jam blateras, homo? Ille nebulo mihi hanc invidiam consilvavit; trifurcifer iste in has angustias me conjecit;

Job c. 16. v. 2. Idem c. 8. v. 20 & 21. Idem c. 19. v. 21.

A hic tenebrio & gratiam mihi & pecuniam subduxit. Quid quæso hæc ais, infane? quid contra chirothecam litigas? manum attinge. Deum aspice percutientem, Deus hæc tibi omnia fecit. Non recordaris, cujus te supra monuerim? siluisse, imò & obmutuisse sanctissimum regem, hoc unum cogitando: Quoniam tu fecisti. Ecclesiastes de bonâ malaque die discrens: Sic, Eccle. 7. ut enim hæc, inquit, sic & illam fecit Deus, ut non inveniat contra eum justas querimonias. Cur igitur non Deo id saltè laudis tribuimus, quod chirurgus, qui ubi scalpello dextrè vomicam rupit: Optime (dicitur) mi magister, ab hoc vulnere quod fecisti, sanitatem ego spero. Medicum quoque laudamus, qui Theriacæ suæ viperam miscet saluberrimo effectu: in Deo cur improbemus, si suis pharmacis humanas noxas & injurias admisceat? Hoc sciamus, constare illi facti sui rationem, etiam cum de eâ nihil nobis constet. At interim in Deum occultè queruli mustitamus: O Domine quàm acerbè percutit manus tua, nimis valida tibi brachia sunt ad verberandum. O Christiane, ne Deum accusa, nimis esse validum ad verberandum; tu nimis delicatus es ad tolerandum: si te libet tantum aura tristior, si quis tibi saniem extracturus adit, occidendum te putas. Iustus quasi fundamentum sempiternum: In aeternum non commovebitur. Tandem ibi consistit, ubi nil eum pellat, ubi nil terreat. Non contristabit justum quidquid ei acciderit.

§. III.

Seneca suo Lucilio: Nolo, inquit, tibi unquam deesse Letitiam, volo illam tibi domi nasci: nascetur, si modo intra teipsum sit. Cetera hilaritates non implent pectus, sed frontem remittunt: leves sunt nisi tu sorte judicas illum gaudere, qui ridet. Animus debet esse alacer & fidens, & super omnia erectus. Ita proflus est: Animus sit super omnia erectus ad Deum, à nullo & voluntate divinâ sic pendens, ut illum nec extollant fortuita, nec frangent; & cui vera voluptas sit, voluptatum contemptio. Hunc animum ita liberum, ita interritum ac stabilè, extra turpem metum, extra cacam libidinem, & fœdas cupiditates positum, cui unum bonum sit Deus & voluntas divina, unum malum aversto à Deo & divinâ voluntate: hunc, inquam, animum non contristabit quidquid ei acciderit; hunc ita fundatum, necesse est, velis nolit, sequatur hilaritas continua, & læticia alta atque ex alto veniens. Reliqua gaudia aut turpia sunt aut infirma & extra hominem. Atque hæc quibus delectatur vulgus, tenuem habent ac perfusoriam voluptatem: & quodcunq; investitium gaudium est, fundamento caret. Aliter planè in viri justii gaudium est. Nam Senecâ teste, illud ex se ortum, fidele firmumque est, & crescit, & ad extremum usque persequitur. Observe (ad extremum usque persequitur) quod vel ipsi rationi clarum; sola enim virtus præstat gaudium perpetuum, securum: etiam si quid obstat, nubium modò intervenit, qua infra feruntur, nec unquam diem vincunt. Nam revera talis est animus divinæ voluntati affixus, qualis Mundi staret super Lunam:

Perpetuum nullâ temeratus nube serenum. Siquidem illa pars Mundi superior & ordinatior, nec in nubem cogitur, nec in tempestatem impellitur, nec versatur in turbinem, omni tumultu caret. Eodem modo animus divinæ voluntati constanter inhærens, quietus, & in statione tranquillâ collocatus, modestus, & compositus est: non contristabit illum, quidquid acciderit. Neque verò Hilaria & Saturnalia semper agitabit, aut Bacchanalia viveri vir ille justus: placidum & occultum illud gaudium est, & cum gravitate, imò severitate conjunctum. Neque enim aliud est, quàm inter quietes, & pax, & concordia animi, & magnitudo cum mansuetudine. Quæ malis aut stultis absunt: ubi cupiditates ipsæ sibi obstrepunt aut pugnant, & semper in eorum animis velut legiones & castra caedantur, aut acerbarum

Lucan. Animus divinæ voluntati constanter inhærens in statione tranquillâ est collocatus.

Pro uti in se de est

Seneca

Imi resti vet noi tan fun mu

Pfal.

Rom

v. 31

Pfal.

v. 18.

Idem.

v. 4.

Idem.

v. 21.

Matth.

v. 10.

Idem.

v. 10.

Lucan.

v. 12.

acerbarum cogitationum. Mens bona & divinæ voluntati in omnibus obsecundans, nunquam malis suis ingemiscit, fortuita hæc despiciat, quidquid accidat, boni consilii, in bonum vertit, nunquam Deo queritur. Hæc illa est quies, mentis in tuto collocatæ & sublimitatis; hoc illud ex notitiâ divinæ voluntatis & obsequentiâ gaudium tam grande & immortum, ut non contristet iustum, quidquid ei acciderit. Nam quod Sapientia in Sacris loquitur, idem voluntas divina pollicetur: *Qui me audierit, habitabit cum fiducia, & requiescet absque timore, ab omni malo.* Christianus Doctor hæc consigneret Ambrosius: *Non frangitur sapiens doloribus corporis, nec vexatur incommotis; sed etiam in ærymnis beatus manet. Quia non in delectatione corporis, vita beatitudo, sed in conscientia pura ab omni labe.*

§. I V.

Itaque sentit ærymnas vir iustus, sensum enim hominis nulla exiit virtus: sed non timet, & invictus dolores suos ex alto spectat. Clarissimè Romanus Sapiens: *Nihil, inquit, accidere bono viro, mali potest.* Quasi respondeat. Adversus aliquid, fateor; nihil mali. Et in eo tu erras. Quemadmodum tot flumina non mutant saporem maris, nec remittunt quidem: ita adversarum impetus rerum, viri fortis non vertit animum. Manet in statu, & quidquid evenit, in suum colorem trahit. Est enim omnibus externis potentior: nec hoc dico, non sentit illa, sed vincit, & alioquin quietus placidusque contra incurrentia attollitur. Omnia adversa exercitationes putat. Talis profectò Jobus, talis rex David. *Nam etsi ambulavero, inquit, in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Si Deus pro me, ajebat Paulinus, tunc etiam araneorum telæ instar triplicis muri mihi erunt: si contra me Deus, tunc ipsum hoc subtilissimum textum plus impedire poterit quàm ullus murus. Ita Felix Nolanus presbyter, cum idololatris impia sacra obiectasset, factò in se impetu, in duorum parietum angustias se abdidit, qui aditus cum præparans repente araneorum telis obductus videretur, nemini recentis latebræ suspensionem reliquit.*

Verè, *Clamarunt iusti & Dominus exaudivit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.* Orbi hoc fassus David: *Exquisivi Dominum, inquit, & exaudivit me, & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.* Ergo, *Benedictus Deus, qui consolatur nos in omni tribulatione nostrâ, ut possimus & ipsi consolari eos qui in omni pressurâ sunt.* Non contristabit iustum, quidquid demùm accidat. Nam uti pupillam Christi tangere nemo poterat, nisi is à quo Christus eam voluisset tangi, ita homini probo certissimum, nec pilum sibi posse subtrahi, nisi Deus id velit. Quod si Deo placeat, re quid scierit, mox adest & exclamat: *Fiat voluntas tua, sicut in celo & in terrâ: non contristabit me, quidquid à divinâ voluntate obtigerit.* Ideo Isaias vates velut nuncios emittit ad omnes probæ mentis homines, & dici eis imperat: *Dicite iusto, inquit, quoniam bene.*

Verùm, ô mi Isaiâ, viro huic charissima uxor mortua est. Nihilominus, inquit, dicite illi, *Quoniam bene.* At domus illi combusta est: Idem hoc illi dicite, *Quoniam bene.* At officio & omni gratiâ privatus est: *Quoniam bene.* Sed magnam fecit iacturam honoris: *Necdum malè.* At jam omnium liberorum funera spectavit: Dicite illi non minus: *Quoniam bene.* At maximam pecuniæ summam perdidit: *Quoniam bene,* nam ipse periisset, nisi prius ipsius pecunia.

Jacob sub dio dormit, terra ei in cubile, saxum in cervicali fuit: rigidus somnus, fateor, sed vidit hæc illic euntes & redeuntes Angelos, & Deum scalarum capitati acclinem. Multis omnia videntur sæcra, sciunt tamen circa se vigilare infomnes Angelos, & Deum ærymnarum suarum assiduum spectatorem respiciunt,

A ideo non contristat illos quidquid eis accidit. *Iustus quasi leo confidens, absque terrore erit.*

Alphonfus, ille Neapolis & Aragoniæ Magnus Rex, qui jam senex Livium & Cæsarem quotidie legit, epistolæ Senecæ in Hispanicum idioma transtulit, & nuputes, Lector, in profanis solum scriptoribus eum studiosè volutat, hic vir hic est, qui tota Biblia, vetus & novum Testamentum unâ cum commentariis decies quater, non obiter, sed pressò vestigio evoluit: hic, inquam, Rex virtute & eruditione tantus, inter tot alia, divinum hoc documentum posteris reliquit. Siquidem interrogatus quemnam in hoc Orbe judicaret beatum, respondit: Hunc ego profusè beatum judico in hac vitâ, qui seipsum Domino Deo summâ pietate & affectu committit, & omnia quæ illi eveniant, non aliter quàm rem à Deo factam laudat, & acceptat. Non hoc oraculum dicamus, & vocem cælo lapsam? non verius, non sanctius dixerit è cælo Angelus.

§. V.

Heraclides Alexandrinus memorat venisse se ad Dorotheum sexaginta annis in cavatâ rupe sanctissimè agentem. Ab hoc ad fontem missus hauriendæ aquæ, serpentem vidit innatantem puteo, & mox pedem retulit cum vacuâ hydrâ. Subridens Dorotheus, & hominem diutulè intuitus, capite leniter concussit: Si Deus, inquit, diabolo permittat in omnes puteos dejicere vipersas, tunc omni potu abstineas? Mox è specu progressus ad fontem, hausit aquam, cruce signavit & propinans Heraclidi: Ubi crux, inquit, ibi artes Satanæ jacent. *Iustus quasi leo confidens, absque terrore erit. Nec contristabit iustum quidquid ei acciderit.*

Sed ut quæ hæc verba sunt, fiant opéra, duplex hoc loco consilium suppediat Chrysofomus. Primum: Cum in corpore dolor diversus urget, plerumque fit ut alter præ altero non sentiat. Ut qui læsum & suppurantem habet digitum, simul tamen è stomacho aut capite graviter laborat, de digito tacet, stomachi aut capitis dolorem queritur: Ita, inquit Chrysofomus, si te jactura pecuniæ, aut honoris & famæ, aut aliâ quævis calamitas dolere jubeat, tu dolorem de peccatis excitâ & ingemisce; cogita Christi ad columnam crucis, per vias tracti, in cruce appensi contumelias & cruciatus infandos, simul etiam noxis tuis supplicium deberi agnosce. Hic dolor alterum sentiri prohibebit, mitigabit certè si sentiat. Ideò Christus: *Nolite, inquit, timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timere eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.* Vult Dominus timorem vinci timore, & illum ab itago consumsi, ut non contristeret iustum quidquid ei acciderit.

Alterum: Emplastrum parti læsæ applicandum, non sanæ, nec ei cui non congruit. Collyrium oculis medetur, non brachiis, catapotium stomacho recipiendum, non eo pes obligandus, malagma ulceri, non vicinæ parti imponendum: ita profusè Tristitia nec damnum pecuniario, nec honoris dispendio, nec morbo aut horum malorum ulli medetur. Mærore te confice, omnia lacrymis imple, & nec hilum proficies; non pecuniam, non honorem, nec valetudinem luctu revocabis, sed damnum augebis & dolorem. Hujus rei causa hæc: Tristitia proprium remedium est peccati, hæc lucus hoc antidoto curatur; hoc malagma huic ulceri applica; peccasse tristare, non numos perdidisse. Chrysofomus solertissimè nos hujus commonefaciens: *Multatus, inquit, est quispiam pecuniâ; tristatus est, multatam non emendavit. Filium quis amisit; doluit, mortuum non resuscitavit. Flagellatus est quis; doluit, contumeliam non revocavit. In morbum quis incidit gravissimum; doluit, morbum non sustulit, sed difficiliorem reddidit. Vides horum nulli prodesse tristitiam: Peccavit quis; tristatus est, peccatum delevis, dissolvit debiturum.*

Prov. cap. 1.
v. 12.
Timor.
Spiritus.
Ambr. lib. 1.
de Jacob.
cap. 3.

Smet. lib. de
prov. c. 2.

Impetus
rerum ad-
versarum
non ver-
tunt viri
fortis ani-
mum.

Ps. 11. v. 4.

Ambr. cap. 8.
v. 31.

Ps. 113.
v. 18.

Ibid. v. 5.

1. Cor. c. 1.
v. 3. & 4.

Prov. c. 12.
v. 21.

Math. c. 6.
v. 10.

Isai. cap. 33.
v. 10.

Gm. c. 28.
v. 12. & 13.

Prov. c. 28.
v. 1.

Panormi-
tan. in vitâ
Alph.

Heraclides
paradisus
c. 1.

Prov. c. 18.
v. 1. & c. 12.
v. 21.

Chrysolom.
s. ad pop.

Mat. c. 10.
v. 28.

Chrysolom.
s. ad pop.

2. Cor. e. 7. v. 9 & 10.

debitum. Clarissimè Paulus: *Contristati estis*, inquit, *secundum Deum*, ut in nullo deridimentum patiamini ex nobis. *Quæ enim secundum Deum tristitia est*, penitentiam in salutem stabilem operatur: sæculi autem tristitia mortem operatur. Ergo Tristitia, & pharvacum, & venenum est; refert, quâ ratione utaris illâ. Ergo repeto millies: *Non contristabitur iustum quidquid ei acciderit.*

CAPUT III.

Humane voluntatis cum divinâ Conformitatem, Deo gratissimum esse sacrificium.

Hier. ep. 28. ad Lucin. epist. 103. ad Paulin.

Post Agnum caelestem quotidie offerri solitum, voluntatis propriæ oblationem gratissimum Deo sacrificium esse asserimus. Hieronymus ad Lucinium; optime distinguens: *Aurum deponere*, inquit, *incipientium est non perfectorum: fecit hoc Crates Thebanus, fecit Antisthenes: seipsum offerre Deo, propriè Christianorum est.* Totum Deo dedit, qui seipsum obtulit. Et hoc unum unice Deus ambiens: *Præbe*, inquit, *filii mi cor tuum mihi.* Omnia dedisse censeberis, ubi hoc dederis.

§. I.

Basil. in Psal. 28.

VT autem hæc cordis seu voluntatis oblatio Deo grata sit, in gratiâ necesse sit ille, qui hæc offert. Basililius in illud sacri carminis: *Afferre Domino filii Dei; afferre filios arictum: Prius*, inquit, *sis filius Dei, quàm ea offeras que grata sint Deo.* Saltem dolore debes excidisse te gratiâ, & conari redire. *Cor contritum & humiliatum Deus non dispiciet.* Præclarissimè Augustinus: *Vellem*, inquit, *ut nihil aliud agerem, quàm reddere me, cui me maximè debeo,*

August. tom. 1. lib. de Quantitate anime c. 20. Horat. lib. 2. sat. 7. Idem tom. 1. lib. 1. soliloq. cap. 15.

atque ita Dei fieri, quod ait Poëta, *amicum mancipium Domini.* Ad hoc omnes alios exhortatus Augustinus: *Constanter*, inquit, *Deo crede, eis, te totum committe, quantum potes.* *Noli esse velle quasi proprius, & in tuâ potestate, sed ejus celestis, & utilissimi Domini te servum esse prostere.* Ita enim te ad se sublevare non desinet, nihilq; tibi evenire permitteret, nisi quod tibi prosit, etiam si nescias. Idem alibi luculenter hoc confirmans: *Nihil*, inquit, *gratius ei possimus offerre, quàm ut dicamus, quod dicitur in Isaia, POSSIDE NOS.* Sunt qui ceram voveant aut oleum ad concinnandas in templis lampades. Aliquot festertiorum sunt hæc vota, ideo non optima nec perfecta. Alius abstinentiæ voverat à vino, aut liberaliùs largiri stipem constituit: pretiosum voverat, non tamen omnium optimum, quid enim hic pauperes faciant? ergo melius restat. Non eligit Deus oleum tuum aut ceram tuam, sed hoc quod redemit, animam tuam, hanc illi offer. Et si me interrogas, quomodo animam meam, quam ipse habet in suâ potestate, illi offeram? respondebo: moribus sanctis, cogitationibus castis, operibus fructuosis. Sic Anna suum Samuelem obtulit, sic Jesuvm beatissima Virgo: sic Joannes Baptista infans oblatus est: ita Gregorius Nazianzenus, ita Dominicus, Bonaventura, Bernardinus, Bernardus, à parentibus oblato Deo, in viros sanctissimos evaserunt. Quod si tantopere prosit offerri ab aliis, quantum proderit offerri à seipso? quod integerrimè Rex David excutus: *Voluntariè*, inquit, *sacrificabo tibi.*

Anima Deo offertur moribus sanctis & operibus fructuosis.

Hoc ipsum mirificè placet cuique nostrum, si quis se nobis oblatione tam liberali devoveat. Socrati olim cum multa multi pro suis quisque facultatibus offerrent, Æschines pauper auditor. Nihil, inquit, dignum te quod dare tibi possum invenio: & hoc uno modo pauperem me esse sentio. Itaque dono tibi quod unum habeo, Me ipsum. Hoc munus rogo qualecunq; est, boni consulas, cogitèsq; alios cum multum tibi darent, plus sibi retinuisse. Cui Socrates: *Quid ni tu, inquit, mihi magnum munus dederis, nisi fortè parvo te æstimas?* Habebō itaque curâ ut te meliorem tibi reddam quàm

Senec. lib. 1. de Benef. cap. 8.

accepi. Vicit Æschines hoc munere Alcibiadis parentum divitiis animum, & omnem juvenum impulerunt munificentiam. Vides quomodo animum invenit liberalitatis materiam, etiam inter angustias? Non quanti quæque sint, sed quali dentur animo, quàm pronâ voluntate, perspiciendum. Multum dat Deo, imò dat omnia, qui quotidie se suamque voluntatem divinâ penitissimè transcribit. Et hoc diebus singulis non semel duraxat iterumque faciendum, sed sæpius, sed centies, & millies, tunc præsertim cum quis mutari se sentiat aut impugnari: cum quippiam successu carere, aut feliciter succedere animadvertit, tunc clamandum: *O Dominus meus, & Deus meus ego me tibi offero in omne beneplacitum tuum: fiat voluntas tua.* Hoc adversis rebus patientiam, prosperis sobrietatem & moderationem conciliat. Hoc, etiam omnia terribimè cadant, hominem afflictum retinet, ne in voces impias & impatientiam prolabatur; hoc meritum auget, hoc homini Deum mirificè propitiat, hoc scutum est adversus omnem calamitatem.

§. II.

Bernardus hoc omnibus persuasurus: *Non habeo*, inquit, *nisi minuta duo, imò minutissima, corpus & animam, vel potius unum minutum, voluntatem meam: & non ci debito post dabo illam ad voluntatem illius, qui tantus tantum tantis beneficiis prævenit, qui toto se totum me comparavit? Alioquin si illam retinero, quâ fronte, quibus oculis, quâ mente, quâ conscientia vado ad viscera misericordie Dei nostri?* Chryso-stomus de beato Paulo quotidie seipsum offerente: *Abel*, inquit, *obtulit sacrificium, & inde laudatur: sed si Pauli hostiam adducamus in medium, quàm caelum à terrâ superior erit.* Non enim oves offerrebat aut boves, sed semetipsum per dies singulos dupliciter immolabat &c. Neque verò his tantum sacrificiis contentus fuit, sed quia seipsum consecraverat Deo, etiam orbem universum studuit offerre. Hinc igneus iste vir, à seipso ipsius oblatione tam alacer nullum fugiebat laborem, universum nulla horrebant pericula, ad omnia pro Deo sustinenda studuit offerre Deo.

Ævo Diocletiani, Epictetus presbyter & Astion, religiosissimam vitam agentes in Oriente, à Latroniano Almiridensium duce comprehensi, in carcerem ducti sunt. Hic Epictetus: *Si craftino*, inquit, *nos iudex in quæstionem rapuerit, mi optime Astion, & de nomine, que ad oparentibus, patriâ interrogarit, hoc unum ei respondeamus: Christiani sumus: hoc nomen nobis, hoc genus, hoc patria. Quod si tormentis lacerari nos Deus voluerit, nil aliud in tormentis, nisi hoc unum dicamus: Domine Jesu, tua voluntas semper in nobis fiat. Postero die ad tribunal medio foro apparatus evocantur & catenati. Latronianus pro tribunali sedens, universo populo inspectante, quætere instituit, unde domo, gente, patriâ essent. Ad quæ Epictetus: *Christiani sumus, inquit, & parentibus editi Christianis.* Non hoc quæro, ait Latronianus, nomina vestra edite; sed etæ vestrâ perfidiam jam ante novi. Hic iterum sancti martyres; Christiani sumus, Christum Jesuvm adoramus; detestamur idola. His auditis, exandescens iudex imperat devotissimos immaniter cædi. Illi elatis in caelum oculis inter cruentas plagas exclamant: *Domine Jesu, tua voluntas fiat in nobis.* Hic Latronianus acerbè insultans: *Ubi est, inquit, defensor ille vester, cujus auxilium imploratis veniat, & vos meis manibus subducat.* Post quæ denuo sancti martyres exclamant: *Christiani sumus; fiat voluntas Dei nostri in nobis.* His vocibus in rabiem efferratus iudex, in equuleum jubet attolli martyres, & unguibus ferreis atrociter laniari. Sed neque hæc alie voces extorqueri poterant, quàm hæc ipse: *Christiani sumus, ô tyranne Latroniane, fiat voluntas Dei nostri in nobis.* Iudex, sic vinci, turpe sibi ratus, ardentem facies suspensis admoveri præcipit. Neque tamen jam alie voces audire quàm*

Deo pluries in die se suamque voluntatem offerre oportet.

Bern. ser. de Quadrages. ci debito post med.

Chryso-stom. hom. 1. de Laud. s. Pauli, post

B. Paulus non tantum se sed orbem universum studuit offerre Deo.

Vide Bost. Patrum lib. 1. cap. 12. & seq. Epictet. & Astionis pro tribunali stantibus infigne religiosissim.

D. 26.

4. 26.

ta quam ante : Christiani sumus ; fiat voluntas Dei in nobis. His perfuncti cruciatibus reducti sunt in vincula. Spectata hac tragœdiâ Vigilantius , assessor iudicis, postquam toties ingeminari audisset illud : Christiani sumus, fiat voluntas Dei in nobis; in eam semet persuasionem adduxit, miræ virtutis incantamentum hoc esse, quod omnem doloris vim enervaret, & in ipsis supplicii supplicia ferri prohiberet. Hæc ipsa igitur verba, tanquam potentissimum carmen in omnem noxam, assidue repetere, nec aliud stans; sedens, ambulans, domi, foris, cubitum seddens, aut toto surgens pronuntiare quam hoc ipsum : Christiani sumus, fiat voluntas Dei in nobis. Triduum sic exegit, Deo ipsis vel infantis non mali miserescente. Quartâ demum die, arcana vimotus in publicum profiliit, & palam vociferari cœpit: Christianusego sum, ô tyranne Latroniane, fiat voluntas Dei nostri in nobis. Admissus in carcerem ad martyres, Christianis sacris imbutus est cum omni familiarità; qui ut suis doctoribus gratus esset, eos postmodum capite plexos sepeliit. Proximâ ab hac die Latronianus Epictetum presbyterum & Astionem in conspectum jubet produci, & jam vulpem induens : Num Diis, inquit, factis? an etiamnum insaniam vestram perseveratis? Cui Epictetus, Frustrâ es, Latroniane, Erebi monstra non colimus: vitam nobis potiùs extorseris quam mentem hanc. Diximus, & usque millies ac millies dicemus: Christiani sumus; fiat voluntas Dei in nobis. Hic demum Latronianus velut leo irrogire, & ad ferales ministros : Mox, inquit, huc acetum & salem; saxo, sentiant improbi se vulneratos esse. Et vos ne parcite; laceros artus aceto & sale confriccate. Verùm nec voculam à prioribus mutarunt martyres : eadem utriusque constantissima professio: Christiani sumus; fiat voluntas Dei in nobis. Sed ab his cruciatibus illæsi, denuo in carcerem contrusi sunt, è quo post triginta demum dies educi, & ora faxis conruli, atque fraxineis virgis crudelissimè cæsi sunt. Verùm id etiamnum clamabant ambo: Domine Deus noster, tua voluntas fiat in nobis. Tandem in eos suprema sententia dicta, ut extra urbem capite pœnas expenderent. Dum ducerentur, his sese mutuis vocibus animarunt : Laudate nomen Domini, quia facta est voluntas Dei nostri in nobis per omnia. Cùm ad supplicii locum pervenissent, suum illud ingentis voce proclamavit : *Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum*, & laudabilis, & superexaltatus, eò quòd non humana, sed tua voluntas per omnia facta est in nobis. Jam jamque securi erant feriendi, cùm inter generosissimos athletas nobile certamen ortum, uter gladium prior exciperet, altero alteri primas deferente honoris causâ. Hic Epictetus vir sexaginta annorum, & jam canis insperatus, ætatis auctoritate usus, cupere se dixit præmitti Astionem. Neque diu refragatus Astion: *O mi Pater*, inquit, & ô sacerdos Dei venerande, fiat voluntas Dei, & tua. Dixit, & animâ Conditori commendatâ, caput amputandum præbuit. Epictetus pronum se abiciens in Astionis cadauer, illud que arcetè complexus, caput & ipse dedit auferendum. Ita uterque sanctissimè finiit.

§. III.

EN specula duo terribissima, in quibus mirificè relucet devotissima voluntas erga divinam voluntatem. Ita proflus se quique comparat, ut quantumcunque dura experiatur, assidue tamen hoc ipsum ingeminer : Christianus sum, fiat in me voluntas Dei: Equidem ista mihi difficillima, & toleratu gravissima videntur, sed fiat voluntas Dei: Equidem tam tristia non expectabam, sed fiat voluntas Dei: Equidem hic homo mecum iniquissimè agit, sed fiat in me voluntas Dei.

Dux militia: fortissimus *Jehu scripsit litteras, & misit in Samariam ad optimates civitatis*. At illi non diu morati, sed quamprimum ad Jehu legatos destinarunt, qui suo

A loco dicerent : *Servi tui sumus, quæcunque jufferis faciemus, quæcunque tibi placent fac*. Et quoties ad nos optimus Deus mittit litteras moneretque variè, suamque nobis voluntatem proponit se standam? Quid jam singuli nostram aliud renunciari jubeant quam hoc ipsum: *Servi tui sumus, quæcunque jufferis faciemus, quæcunque tibi placent, fac*. Ideo beatus Antonius suis identidem ingerens: *Si semper, aiebat, Dei manibus omnia commiserimus, nullus demonum ad expugnandum valebit accedere*.

Elias Thesbites cum Baalis sacerdotibus contendebat, utra pars verum Deum coleret: Ad eam demum pactionem res venit, ut parsilla vinceret, cujus hostiæ igne cælitus libarentur. Cùmque sacrificuli diu multumque clamassent, neque tamen ullum vel indicium igniculi à Baale submissi se proderet, Elias omnes suæ victimæ partes perfundi præcepit aquâ, & mox ignis cælo delapsus, omnem victimam consumpsit. Quantum, obsecro, ubique laboris & fatigationis, quantum clamoris & perturbationis est apud plurimos Christianorum? sudatur & algetur, curritur & certatur, nulli parcitur industriæ; at enim plerumque deest ignis, vera in divinam voluntatem devotio. Rarè & frigidè precamur, fiat voluntas tua Domine, fiat. Ita sapius & clamamus, & sacrificamus, sed frustra, quia sacrificium nobilissimû, propriæ voluntatis oblationem, non curamus. Macarium olim duo quidam rogarunt, doceret se orare. Quibus ille: Non hic opus, inquit, multa verborum copiâ, manus ad Deum crebriùs pandendâ, clamandumque: Domine Deus, quomodo vis, & sicut tibi placet, ita fiat. Siquidem ipse novit quæ nobis expediant. Optimus orandi modus. Nam & Pachomius assidue precabatur, ut Domini volûtas in omnibus impleretur.

Narrat Alphonfus Salmeron, fuisse hominem qui orationis loco, totum ordine alphabetum recitarit (utique perplexâ necessitate pressus) & hanc apposuerit clausulam: Domine; junge Tu litteras, & quod tibi magis placeat, mihi que magis expedit, largire.

Est ergo hæc humanæ voluntatis cum divinâ concordia, ex iis omnibus quæ quis Deo potest offerre, maximum, Deoque acceptissimum sacrificium ac holocaustum. In aliis enim omnibus sua duntaxat, in hoc offert homo seipsum: in aliis ex parte solam seu temperantiam, seu liberalitatem, seu patientiam, se donat in hoc autem rem planè totum se dat, ut de se, rebusque suis divinum arbitrium disponat, quo modo, & quando voluerit, nullâ re sibi nec minimâ reservatâ vel exceptâ. Ac proinde quantum pars differt à toto, tantum differt & hoc sacrificium à ceteris omnibus.

Hic duo monerim: Si te, mi homo, sic totum divinæ voluntati devoveas, & velut teipsum tuamque voluntatem jugules, non te facti pœniteat, obsecro, seu bene sit tibi, seu malè; ne revoca quod statuisti. Infantum indolem nosti; cùm læduntur, jam nolunt amplius illius esse qui læsit, sed sui. Antea si quæsisisses, *Cujus est Tuus*, dixissent. At paululum offensus, renuntiant huic amori & fœderi. Ne, quæso te, cum Deo sic agas, mi Christiane: Etiam si Deus te virgine cædat, etiam si fuste percutiat, est te vinciat & urat, est tui variis rerum angustiis te premat, tu tamen nihilominus assidue clama: Tuus sum, ô mi Deus, tuus sum, fiat voluntas tua.

Deinde si in flagranti quopiam delicto seu Temulentitiæ, seu Detractionis, sive Luxuriæ, interrogeris, cuiusnam sunt hæc membra quibus uteris? an non hæc Deo centies, an non millies oblata? & jam in contumeliam, despiciatum, & gravissimam injuriam Dei à te usurpantur, Ebrietatis, Maledicentiæ, Libidinis instrumenta? Vide, quid agas, ô homo. Hoc non est servare fidem. En linguam, oculos, manus, corpus totum toties oblatum Deo, jam vendis Cacodæmoni? Vide quid agas; Deus non irruetur. Si deseris nolis à Deo, denuo te sanctissimæ illius voluntati submitte, excquendo quidquid aut leges

Ruffinus. Aguil. num. 208. Pelagius libel. 12. num. 10.

Salm. tom. 10. traâ. 11. mibi p. 103.

Humanæ voluntatis cum divinâ concordia est acceptissimum Deo sacrificiû.

Deus. 1. 116.

4. Reg. c. 10. v. 4. & 5.

Gal. cap. 6. vers. 7.

leges aut instinctus divini mandant. Tota Israël felicitas in eo erat Deum sequi ductorem in terras illas fertiles; Nube & Igne præcuntibus; Ita salus nostra in eo vertitur, ut & præcuntem igneam legem Amoris, & opacam divini regiminis nubem sequamur constanti gressu, dum penetremus in terras illas mellis & lactis vere uberimas. Ita sequamur, quocumque duxerit voluntas divina.

CAPVT IV.

Omnem hominis perfectionem consistere, in Conformatione humane voluntatis ad divinam.

OMnes humanæ actiones pretium sui habent à fine quem spectant; hinc illæ tam bonæ vel malæ, quàm illarum finis est, At verò finem actionum nostrarum nec meliorem, nec sublimiorem reperiemus ullum voluntate divinâ, hoc est, ipso Deo: Ergo nec meliores nec sublimiores actiones illæ sunt, quàm quæ proximæ huic fini. Hinc illud Basilii Magni statum, totam sanctitatis summam in homine Christiano esse, ut is rerum omnium quæ gaudium quæ exitium causas ad unum solumque Deum referat, & sese in omnibus divinæ voluntati promptissimè subjiciat. Hæc illa est sanctis Patribus, & sanctioris vitæ magistris toties ac tantopere commendata Resignatio, quam vocant, principium omnis tranquillitatis; ut quæ hominem in Dei longè tutissimâ manu collocat, ita quidem ut homo jam nolit esse suus, sed Dei, nec sibi vivere, sed Deo, & nihil non facere propter Deum; tam adversus contentus quàm prospers. Hoc Deus aded in amoribus & deliciis habet, ut Hebræum regem David, augustissimo titulo donans, appellaret *Virum secundum cor suum; qui faciat omnes voluntates suas*. Aded enim rex ille affixum habebat cor divino cordi, ut ad omnes Dei nutus se promptum paratum susteret. Hæc omnino ratione plurimùm quotidie promereri quis potest, si actiones illas, omnes ex se nec vituperio nec laude dignas, ut sunt esse, bibere, deambulare; dormire &c. ad divinam referat voluntatem, neque ideo edat aut bibat quod esuriat aut sitiat, sed quod Deo id fieri placeat. Bos aut vacca dixerint; Edo quia esurio, bibo quia sitio, jaceo quia dormituro; longe aliter loquendum homini, qui edere, bibere, stare, sedere; dormire velle potest, non quia hoc sibi suave sit, sed quia Deo proberur.

Humanæ actiones pretium sui habent à fine quæ spectant.

Resignatio sui in Deo est principium tranquillitatis.

Act. cap. 13. v. 22.

§. I.

I Eliotropium, ut diximus, soli devotissimus flos, habentem solem intueri semper, omnibusque horis cum eo verti solet & circummagi; etiam nullo die. Hujus floris genium humana voluntas æmuletur, & divinam voluntatem velut suum solem intueatur assidue, diebus etiam nubilibus; rebus etiam turbulentis. In hoc sanè omnis vitæ sanctitas consistit, ut optime dixerit ille Theologus: *Summa vitæ Christianæ & virtutum omnium compendium est, Dei voluntati se in omnibus conformare, idem velle & idem nolle*. Ita prorsus, ut quotiescunque Deus quid jubet, promptissimè pro se quisque dicat. Ita Domine, hoc faciam. Quotiescunque vetat aliquid: Ita Domine, hoc omittam. Bernardus: *Summa humilitatis, inquit, in eo videtur consistere, si voluntas nostra divina ut, dignum, subiecta sit voluntati, sicut ait Propheta: Nónne Deo subiecta erit anima mea?* Omnia quidem Deo ut creatori subiecta, quoniam omnia serviunt illi, sed ab homine rationis compote voluntaria exigit subjectionem.

Supra lib. 2. cap. 2.

Arius part. 1. de orat. ment. cap. 5.

Fsal. 67. vers. 2.

Sebast. Bevetarius in vita Josephi Anchoræ, lib. 4. p. 358.

Rem mirissimam narrant publica monumenta de Josepho Anchoræ. Fuit hoc ævo vir iste novus in Brasilii Thaumaturgus, Anno millesimo quingentesimo

A octogesimo quarto Josephus ad sinum Januariensem rediit. In reditu Canoam (navis genus est) conscendit, unâ cum comite. Erat tunc ætus ingens & molestus, malacia summa, nec auræ quidquam afflabat. Ægrè hanc cæli gravitatem ferebat comes. Fortè fortunâ tunc arborem infederant tres quatuorve grandiores aves, quas incolæ: Quaracies nominant sunt eæ gallinarum magnitudine, colore purpureo in flavum vergente, aspectu pulcherrimæ. Has Josephus idiomate Brasilico allocutus: *Ite, inquit, & cognatas vestras huc accersite, nostrumque iter volatu vestro inumbrate*. Illæ collo extenso vocem, velut accepti imperii signum miserunt, indeque avolantes paulò post magno agmine redierunt, densaræque in nubem tamdiu Canoam supervolantes umbram fecerunt, donec unius milliariis decursu spatio, lenis afflare cœpit aura Favonii. Hic Josephus missionem dedit tanto comitatu, iussitque aliò secedere. Illæ quasi imperio perfunctæ, officiosâ crocitate, & multis lætitiæ signis avolarunt. Hoc comes, post obitum Josephi, multis gravibus viris præsentibus iurejurando interposito publicè affirmavit. Neque mirum ad hominis voluntatem cum Dei voluntate conjunctissimi naturas omnes se attemperare.

Huic prodigio firmando, adnectam & alterum. Piscatio fiebat ad Maricanam insulam, aderatque unâ Josephus. Incredibilis piscium copia omnes in admirationem rapuit. Sed cum ad salem legerentur, ingens marinorum corvorum aliarumque aquatilium avium numerus ad expositam escam advolvit, magnum operis impedimentum. Cumque non satis ab ullo possent abigi, Josephus sermone Brasilico eas jubens facescere: *Vos, inquit, hinc secedite, dum hi sunt in opere; ubi nos abjerrimus, tunc redibitis ad capeffendum vestrum diarium*. Quasi verba vim habuerint humanos sensus avibus imprimendi, seorsim quietæ finem operis expectarunt. Profectis inde cum Josepho piscatoribus, gregatim ad devorandas reliquias irruerunt. Inde usi quotidianum erat, piscatoribus indicare quâ copiosam piscationem facerent.

Fuit ut duz Pantheræ eminens se conspiciendas darent. Hic comes Josephi, optare se aiebat illas è propinquo spectare. Respondit Josephus, opere absoluto ejus potestatem fore. Dein belluis his magnâ voce inclamavit, paulò post ut redeant, esse qui illas cominus velint aspiciere. Finito labore, navim conscendit Josephus, & trajecto sinu litus appellit. Hic iterum Pantheræ placidè se spectandas præbebant, ut eas per otium adspicerent omnes ad satietatem potuerint.

Quæ obstupefendum & illud fuit. Advenit quadam die Josephus inter vicanos suos mæstitiam, & ex eâ silentium insolitum. Percunctantem causam responderunt, cibaria sibi deesse. Ille omnes secum ire jubet ad mare, cibum haud dubiè reperuros. Negant illi ad piscandum idoneam esse tempestatem, quòd tum cælum, tum mare ipsum advenferur. Instat nihilotenus Josephus, & omnes gradum addere hortatur, neminem frustratum voto rediturum. Ivère omnes; at mare sævum alius atque alius intumescibat. Hic vicani ab oculorum fide argumentum petentes: *Vidè sine, ajunt, ipse præsens tuis oculis, mare esse intra etabile?* Josephus nihilominus ex his quærens, quos optarent pisces: responderunt contemptim, Xarcos minutos. Est hoc genus pisciculorum palmi unius ferè magnitudine, quorum illo anni tempore nulli solent apparere. Tum Josephus locum is circa litus, minus mille inde passibus indicat, ibi eorum piscium copiam fore quantum velint. Eo igitur se conferunt, & parvis reticulis in jectis, atque aded manibus, quantum quisque voluit, ad satietatem exceperunt.

Ne mirare,

Carit. lib. 4.

Supra lib. 2. cap. 2.

End. vers. 3.

Via a lem v. crunt. hanc.

Int. a. vers. 1.

Quid est co me di. bonie. est bo.

Chryf. orat. cura. p. 17.

Reg. 17. 37.

Ne mirare, Lector, sexcenta talia in rebus gestis Di- A
vorum reperiri. Nota sunt pascua illa, Mosis baculus,
Eliæ pallium, scipio Eliæ, semicinctia Pauli, umbra
Petri. Certè hi tales viri sceptrum à Deo obtinent in res
creatas, pro quo illi quod optimum habent; voluntatem
dant. Hac mutationis lege homo sic agit cum Deo tan-
quam si diceret: Domine, omnem ego voluntatem
meam tibi trado: Deus, & ego tibi sceptrum meum, ut
imperes bestiis, ut domineris in mare, ut sis denique Deus
aliquis in terrâ. Neque enim liberalitate superari vult
benignissimus Creator: quisquis ipsi dat quod habet
charissimum, nec ipse huic negat quod habet excellen-
tissimum, hoc est, in omnia dominari. Et uti olim Ale-
xander rex, de sibi charissimo Ephestione dixit: Non er-
rasti, nam & hic Alexander est: ita de homine qui divinæ
voluntati devotissimus est, dici potest; Nam & hic Deus
est, certè per intimam voluntatis unionem.

Priscorum Patrum res gestæ agricolam fuisse memo-
rant, cujus ager fertiliores plerunque segetes tulerit B
quàm vicinorum. Qui id fieret, rogatus à vicinis. Non
esse quod mirentur, respondit, sibi optimè convenire
cum cælo, nec aliam unquam tempestatem esse quàm
qualem optaret. Irrident illi, & negant id posse fieri.
Imò verò, ait iste, ad vorum meum responder cæli gra-
tia. Nam ego nunquam alias tempestatis commutatio-
nes volo, quàm quas vult Deus. Cùm igitur divinum
velle, sit & meum, uberioris mihi fruges provenire vo-
luit Deus quàm vobis, quibus plerunque cum cælo &
Dei voluntate malè convenit. Nimirum Deus, uti olim,
uniuscujusque voluntati suorum deservit.

§. III.

Haraoni regi populus Israël's supplicem libellum
per Mosen porrexit olim his verbis: Deus Hebræo-
rum vocavit nos, ut eamus viam trium dierum in solitudine,
& sacrificemus Domino Deo nostro. Viam ad cælum pleri-
quæ ajunt esse viam trium milliarum. Primo quidem
milliari via dicitur PURGANS, altero ILLUMINANS,
tertio VENIENS: hac quidem viâ proximè Deum veni-
tur, cùm divinæ voluntati arctissimo adstringitur hu-
mana. Christus per Lucam: Nemo bonus, inquit, nisi solus
Deus. Ex hoc fonte sanctorum Patrum & Theologorum
effatum est istud: Sicut intellectus divinus regula est to-
tius VERI, nec falli potest: ita voluntas divina regula est
totius BONI, nec distorqueri potest. Atque uti fieri non
potest, ut sit aliquid conforme intellectui divino, &
non VERUM: ita nihil esse potest divinæ voluntati con-
forme, quod non sit BONUM. Optimè Chryostomus:
Quod sit juxta Dei voluntatem, inquit, quamvis videatur im-
probum esse, tamen omnino Deo gratum est & acceptum. Con-
trâ, quod sit præter Dei voluntatem, ac secus quàm ille vult se-
ri, quamquam existimatur acceptum Deo, tamen est omnium
pestimum & iniquissimum.

Hujus rei specimen suggerunt Regum fasti. Prophe-
ta regem Achabum divino jussu reprehensus, quod D
Syriæ regi, quem bello ceperat, contra Dei voluntatem
pepercisset, ne tamen primâ fronte agnosceretur repre-
henso, accedens socium: In sermone Domini, inquit, per-
cute me. Noluit ille; & religioni enim sibi duxerat prophe-
tam vulnerare. Sed mox decretum audiit formidabile:
Recedes à me, inquit vates, & percutiet te leo. Factum, ut
prædixit. Ergo alium adiens propheta; Percute me, in-
quit. Percussit ille prophetam, & vulneravit. Quod
non tantùm impune fecit, sed ob id laudem meruit.
Quid hoc absurdius, inquit Chryostomus, fieri possit? Qui
percussit prophetam, evasit incolumis, qui pepercit, dedit poenas.
Tanti est divinæ voluntatis regulam scitari, vel aspernari. Cui-
cunque voluntas divina innotescit, nefas ei jam ulter-
rius querere, Cur hoc ita? Omnium caussarum loco est,
Deum ita velle.

Ergo tutissimum Christianæ perfectionis fastigium

est, divinæ voluntati se quàm integerrimè addicere, &
desinere suum esse, ut possit fieri Dei.

CAPVT V.

Conformationem humanæ voluntatis cum divi-
nâ, summum vitæ bonum esse.

Prodigi adolescentis frater, acerbè admodum tulit
P. decoctorem patrimonii epulo tam lauro excipi. Id-
circo injuriam sui hoc interpretatus, paternas aedes in-
gredi recusavit. Pater plenissimus humanitatis, homini
pacando egressus cœpit rogare, ne die illâ hilaritatem
dissensione temeraret. At ille in os patri objiciens: En,
inquit, contra voluntatem tuam nil unquam egi; servo
me uteris, dum vivo, & tamen nec semel quidem vel oli-
dum hircum mihi dedisses, ut cum amicis hilarius cœ-
narem; aded tibi sordentem ea obsequia. Sed postquam
inobediens tuus filius, ille lucro, ille gurges patrimo-
nii & vorago, qui omnia cum mulierculis abligurivit,
domum rediit, mox omnia pretiosa domus eruuntur,
velut in gratulationem rei tam bene gestæ. Quis non in-
dignetur? At verò pater optimus, ut tranquillaret stoma-
chantem: Fili, ait, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Luc. c. 15.
An nescis quod æquè sis dominus in domo, atque ego? uno
marfupio utimur: meæ facultates tuæ sunt. His de-
mum mitigatus ingredi domum sustinuit.

Benignissimus Deus hominem suæ voluntati devo-
tum sic conservat, his excitat: Tu semper mecum es, tu
es in intellectu meo, in memoriâ, tu es in voluntate
meâ: te semper adspicio, singulari te gratiâ complector:
Omnia mea tua sunt; meum cælum, Angeli mei, imò
unigena meus Filius tuus est, quin imò ego ipse tuus
sum eròque tuus. Ego ero merces tua magna nimis, per om-
nem æternitatem. Gen. c. 15. v. 1.

Neque hoc satis amantiſſimo Patri, sed ut norit di-
vinæ voluntati devotus homo, quantâ gratiâ polleat
apud Deum, dat insuper eam potestatem multis, ut ea
faciant quæ divinis solum viribus fieri possunt. Opera que
ego facio, inquit Christus, & ipse faciet, & majora horum fa-
ciet. Certè tales eam obtinent gratiam; quâ norint regè-
re seipſos, & in appetitiones suas maximam habere po-
testatem. Hoc illud Dei sceptrum est, uti diximus, hæc
amantiſſima promissio, hic continuus cum favore aspe-
ctus. Cap. prac-
dente.

Cum homine Deus divisum velut imperium ha-
bet, cùm omnia, quæ Dei sunt, & hominis sunt; etiam
Deus ipse. Paulus affirmatissimè: Omnia, inquit, vestra
sunt &c. sive Mundus, sive vita, sive mors, sive præsentia, sive fu-
tura, omnia enim vestra sunt: vos autem Christi, Christus autem
Dei. VESTRA sunt, nondum quidem possessione, sed
usu & sine; omnia enim eò condita, ut salutem vestrâ sub-
serviant. Mundus est vester cum rebus creatis omnibus,
hæc enim omnia corpori animòque ancillantur: Vestra
est vita, ut eam unicæ Dei voluntati impendatis: Vestra
est mors, ut per eam velut januam transeat in paradisi-
sum: Vestra sunt præsentia, tam prospera quàm adversa,
quia his utimini ad virtutem: Futura quoque vestra
sunt, quia his fræmini ad voluptatem. Vobis omnia coope-
rantur in bonum. Desiderium cordis vestri tribuit vobis
Dominus. Rom. cap. 8.
v. 28.
Psal. 20.
v. 3.

§. I.

Gloriatur olim Themistocles filius omnem Athe-
nienſium Rempublicam à se gubernari: hoc enim
omnes cives velle quod ipse velit. Mirantibus audacis-
simum juvenis dictum, subjecit: Quod ego volo, illud &
mater mea vult (filium enim illa tenerimè amabat)
quod autem mater mea vult, hoc idem vult & pater
meus Themistocles, quidquid verò placuerit patri meo,
id continuo placere Athenis jam compertum est. Hinc,
inquit, Athenienſis Respublica ad meum imperium
componitur.

Cariss.
lib. 3. c. 24.

cap. 16.
v. 21.

Exod. cap. 5.
vers. 3.

Via ad cæ-
lum via
trium mil-
liarum.

Luc. c. 18.
vers. 19.

Quidquid
est conforme
divinæ
bonitati
est bonum.

Chrys. m.
serm. 1.
contra Iud.
post init.

3. Reg. c. 20.
vers. 35. 36.
& 37.

Gen. c. 15.
v. 1.

Joan. cap. 14.
vers. 12.

Cap. prac-
dente.

1. Cor. c. 3.
vers. 21. 22.
& 23.

Rom. cap. 8.
v. 28.
Psal. 20.
v. 3.

componitur. Ita profus & meliori jure rectissimæ voluntatis homo dixerit; Quod ego volo, hoc vult omnis cælestis exercitus. Nam quod ego volo, id vult Deus (ego enim nil unquam volo, nisi quod Deus) quod autem Deus vult, hoc omnes Beatorum, hoc universi Angelorum ordines volunt. Huic pater suavissimum illud ingerit: *Omnia mea tua sunt.* Solum improbi etiamnum rebelles sunt. Sed erit cum ipsi subdantur justis: *Et dominabuntur eorum justis in matutino.* Dum hujus vitæ nox est, intelligentia patrantur scelera, & latent; divinæ voluntati cæritati contradicunt, & tacet Deus. *At in matutino, Orbis supremo die, quo cuncti reviviscunt, Tunc dominabuntur eorum justis: & auxilium veterascet in inferno à gloria eorum:* omnis improborum potentia velut defloccata veltis consumetur. Tunc ex integro dicitur: *omnia tua sunt.* Verissimè Paulus: *Qui autem adhæret Domino, inquit, unus spiritus est;* per hanc voluntatis consensionem, à quâ homo tranquillitatem conscientie & omnem vitæ sanctitatem haurit, ut semper vigeat virearque.

Rem miram narrat Brocardus de locis Palæstinae, graviter asserens, nihil à se commemorari, quod non ipse oculis viderit. Ergo, ante portam Hierosolymorum, inquit, locus est ad reliquum ab urbe distans, ubi Christus peroravit ad plebem: eodem hoc loco lapis monstratur, in quo, velut in cathedrâ stetit illa mulier, quæ sub mediâ Domini concione exclamavit: *Beatus venter qui te portavit, & ubera que suscipisti.* Clivus hic arenis nunquam integritur, licet illic arenae velut nives vento agitatae omnia involvant. Accedit & hoc: *Æstate & hieme præsignem virorem reclinat campestris hic locus, prærogativa singulari.* Huic colli semper virenti simillimum cum dixerim, qui divinam voluntatem in cordis penetralia sic recipit, perinde si dicat: Tu mihi, mi dominè, hic concioneris velim; te audiam. Tam bona mens arenariis ærumnarum fluctibus nunquam sepelitur, nec potest tam bonæ mentis homini unquam esse tam malè, quin dicat: *Domine, delicatè me tractas, & nimium mihi parcis; graviora meritis sum.* Sentio quidem hæc quantumcumque levia, non tamen quid ego sentiam, sed quid tu velis attendo: & quia hæc ita fieri permittis, ego nec quidem hicere contra habeo: placet mihi, quidquid tibi placere video: decretis tuis omnibus contentissimus, ad omnes nutus tuos paratissimus sum: Jube, impera, discerne, muta, prout vis. Nimis ego incitus sum & impius, si tibi moderari postulem, aut rerum gerendarum modum constituere. Hunc talem hominem omnis infortunii comitatus nunquam expugnaverit; nullius rei jactura illum à Deo avulserit; hac parte insuperabilis est æstate & hieme; tam rebus adversis quam prosperis viret.

§. II.

Vx belli Jesu occurrentem sibi Jonadabum familiariter affatus: *Nunquid est cor tuum rectum,* inquit, *sicut cor meum cum corde tuo?* *Et ait Ionadab: Est. Si est, inquit, da manum tuam, qui dedit ei manum suam. At ille levavit eum ad se in currum, dixitq; ad eum: Veni mecum.* Quod Jehu, hoc & Christus Rex Orbis universi fecit: venit is Samaritanam, quæ vel ipso nomine Mundum spinis horrentem designat: huic autem ideo venit, ut omnem impii Achabi stirpem & Baalis sacrificulos deleteret, hoc est, Superbiam, Luxuriam, Idololatriam & omne genus peccati eliminaret. Hic Jonadabum Christus reperit, bonæ voluntatis hominem, quem interrogans: *Nunquid est cor tuum rectum,* ait, *sicut cor meum cum corde tuo? Si est, da manum tuam & ascende in currum meum, & veni mecum.* Huic Deus dextram gratiæ suæ porrigit, hunc in altum voluntatis suæ currum attollit, cum hoc vehitur. Nam: *Veni mecum,* inquit, ducam te per viam Crucis: hæc est ipsissima via ad vitam ætarnam. Ne formida: juxta me sedes, prolabi te non sinam, sed hoc calle perducam ad cælum, veni mecum, ut semper sis mecum,

4. Reg. 6. 10. vers. 15.

Via crucis est via ad æternam vitam.

& juxta me. Hic ille tutissimus in Orbe locus, quem supra modum ambiens Jobus: *Pone me, inquit, juxta te, & Jobe. 17. cuiusvis manus pugnet contra me.* Durabo & mille ictus exibo, à tuâ manu securissimus. Ubi in hunc divinæ voluntatis currum pervenerit homo, facile illi est in intimum, cum Christo familiaritatem sese insinuare, imò & Christi cognatum fieri, & propinquitate primâ conjunctum, Christo asseverante: *Quicumque fecerit voluntatem Patris Math. 6. 11. mei qui in cælis est, ipse meus frater, & soror & mater est.* Ex- vers. 10. clamat hic non immeritò Euthymius. *O admirandam Eub. in virtutem; que ad se accedentes ad tantum extollit honorem, ut hunc locum ipsos Christi faciat esse cognatos? Revera summum vitæ bonum est, humana voluntatis cum divinâ conjunctio.*

Vir sanctus, dicere solebat: *QVID QVID VIS, HOC ES.* Quippe tantarum virium est voluntas nostra divinæ conjuncta, ut quidquid serid toraque intentione volumus esse, hoc sumus. Nemo ardentè vult esse submissus, patiens, verecundus, aut etiam liberatis, qui non is ipse sit quem se esse cupit. *Quidquid vis, hoc es.* Addit idem ille: Si magna facere, aut largiri non possis, magnam saltem habeto voluntatem: eamque extende ad immensam. Pauper es? ejus tamen animi esse potes, ut si opes suppetere, eas liberalissimè in egenos esses partiturus. Exiguarum virium es? ita tamen offerre te potes, ut si tibi mille sint animæ, capita mille, mille tamen animas, capita & vitas mille pro Christo prodigere detrectaturus non sis. Afflictus es, & miser tibi videris? junge voluntatem tuam divinæ, & felicissimus eris. Ille verè miser est, qui seipsum nequit regere, de quo vitia, velut de Homero civitates, litigant, cuiusnam sit; qui turpissimâ vicissitudine modò Ambitioni, modò Avaritiæ; jam Iræ aut Invidiæ, jam Ebrietati aut Luxuriæ servit, vix unquam suus est, multò minus Dei, quia nunquam Rex in seipsum. De Hercule canit Poëta:

Omnia cum domuit, Veneri servivit & Iræ.

Idem pæne de tali affirmes: *Omnia licet habeat, se ipso caret.* Non suus est, sed Pecuniæ, sed Libidinis, sed plurimorum vitorum servus est. *O quantum melior est pauper, Provs. 16. riens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium! Si vis omnia tibi subicere, subijce te divinæ voluntati: multos reges, si tē regat voluntas divina.*

§. III.

Deus omni ævo habuit inter homines, quos sibi delegit in amicos & familiares, quibus intimè uretur, quibus plurima suorum arcanorum panderet, in quorum se consuetudinem quotidianis favoribus immergeret. Inter quos aliqui velut primæ admisionis sunt, alii secundæ, tertii isti, hoc est, alii aliis Deo conjunctiores: nos ejusmodi homines, Sanctos vocamus. Seneca: *Senec. lib. de Inter bonos viros ac Deum, inquit, amicitia est, conciliante virtute. Amicitiam dico? imò etiam necessitudo & similitudo: quoniam quidem bonus ipse tempore tantum à Deo differt, discipulus ejus amulorque, & vera progenies.* Aut sumus certè, aut esse possumus. Nostram hac in parte ignaviam meritò castigans Epictetus: *Si Cesar, inquit, te adoptasset, quis supercilium tuum ferret? Nunc cum Dei filius sis, non te estimas & attollis?* Certè, mi senex, sumus, sed adoptione, quam si perdere nolumus, sanctimoniam vitæ servamus. Porro ad hanc vitæ sanctimoniam proximus gradus est, se totum in omnibus divinæ voluntati addicere; is autem majorem vitæ sanctitatem acquirit, qui altius in divinam voluntatem descendit. Eapropter beatissimus Paulus hoc unicè in suis desiderans: *Non cessamus, inquit, pro vobis orantes & postulantes, ut impleamini agnitione voluntatis ejus.* Non satis ei est, voluntatem divinam à suis agnosci, sed impleri eos cupit hac agnitione: vult illos in divinam voluntatem quam profundissimè descendere. Norat utique Paulus, ubi hoc ipse ab eis impleverat, in omnigenarum virtutum studio eos quam plurimum, idque sine difficultate profecturos. Quam

Coloss. 1. v. 9. Paulus de ne voluntatis ejus. Non satis ei est, voluntatem divinam à suis agnosci, sed impleri eos cupit hac agnitione: vult illos in divinam voluntatem quam profundissimè descendere. Norat utique Paulus, ubi hoc ipse ab eis impleverat, in omnigenarum virtutum studio eos quam plurimum, idque sine difficultate profecturos. Quam

Luc. c. 15. v. 31. Psal. 48. v. 15. 1. Cor. c. 6. vers. 17. Brocard. in sua Palæstina mibi pag. 301. Luc. c. 11. vers. 27. 4. Reg. 6. 10. vers. 15. Pæf. ma su fas in vnam fontan colari causa recussu pacis. Pæf. 1. vers. 1. Pæf. 1. vers. 2.

Quam autem æquum est, ut homini placeat, quod Deo placuit ab æterno? Harpalus cum filium suum epularus fuisset, & Altyages Rex, qui illas epulas instruxerat, reliqua filii membra, caput, brachia, pedesque proferri iussisset, interrogassetque: *Et quomodo tibi hæc placuerunt?* Respondit: *Quidquid facit rex, illud mihi placet.* Ah miser! tanti est hominem exuere, ut pecudi placeas?

Quin potius nos Christiani ad omnia, hoc unum pronunciamus? *Quidquid facit Deus, illud mihi placet.*

Romana olim adulatio libellis supplicibus, qui Cæsari tradebantur, subscribere solebat: *Numini Majestatis, tuæ devotissimus.* Libellos supplices tradunt Christiani cum orant. Quin ergo suis quisque cum orationibus, tum etiam operibus, hanc clausulam adiungit semper: *Tuo, mi Deus, Numini voluntatiq; devotissimus.* Voluntatem suam omnem divinæ devovere, & obligare quam arctissimè, summum vitæ bonum & verè cælum extra cælum est, ut jam demonstremus.

C A P U T VI.

Conformationem humanæ voluntatis cum divinâ cælum esse extra cælum, & veram vitæ beatitudinem.

Beatus es, & bene tibi erit, quisquis hanc propriæ voluntatis cum divinâ conformationem perfectè attigeris, omniâque velut de manu Dei cupidè amplexatus fueris: hæc tua in hoc Orbe inferiore beatitudo erit; frueris perenni quodam gaudio, & lætitiâ non multis notâ: hæc enim felicitate fruuntur homines intimâ familiaritate Deo conjuncti: *Beatus es, & bene tibi erit.* Certum siquidem Paulitum illud: *Non est regnum Dei escæ & porus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto; qui enim in hoc servit Christo, placet Deo, & probatus est hominibus.*

Uti autem in cælo nulla est vicissitudo, nullum (sic loquar) Heri aut Hodie, sed continuus quidam sibi que semper simillimus æternæ voluptatis affluxus, is que invariabilis, & nunquam non simul totus: *Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesternæ quæ præterit.* Ita & ii qui hanc suæ & divinæ voluntatis unionem adepti sunt, jam pæne immutabiles, quidquid ærumnosæ vicissitudinis intercurrit, rationis imperio premunt: Omnis eorum gustus & oblectatio est Dei beneplacitum; exultat hinc inquietudo atque turbatio, quarum aliquoquin aliæ atque aliæ sine numero quotidie nascuntur. Voluntas illorum à Dei voluntate sic suaviter sopita est, ut, cum videant à Deo proficisci universa, sanctissimam que ejus voluntatem in omnibus impleri, molestiæ ipsæ ærumnæ que particulam gaudii secum afferant; quia in his ipsis molestiis ærumnis que divinam voluntatem reperiunt, & certius quam in rebus secundissimis. Ita quietem illorum altissimam si fortè quid incurrat, nihil est certè quod evertat. *Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion non commovebitur in æternum.*

§. I.

Hæc illa est causa serenissimæ pacis quâ præfici placebantur, ac veluti beabantur. Non deerant illis variarum ærumnarum acervi: morbi sæpissimè divexabant corpus, animum ægritudines incurfabant. Nam quò quis sanctior, hoc peritunc afflictiore. Unde illis ergo tam æquabilis serenitas animi, tanta etiam in fronte oculisque constantia & hilaritas? tam perenne Pascha & quasi sabbatum ex sabbato? Non ab alio sanè quam à perfectissimâ sui ipsius in divinam voluntatem oblatione. Vano & reulo ruit impetu in eum omnis calamitas, quem sic præmuniit divina voluntas. *Non contristabit iustum, quidquid ei acciderit.* Jam tunc igitur sanctis-

Tom. I.

simi illi viri felices erant ac beati: nam in rebus omnibus Dei voluntatem & agnoscebant, & venerabantur, ideòque in hac unâ conquiescebant, lætabantur, epulabantur.

Nec præfici Philosophi hoc ignorarunt, à quibus sic definitum: *Esse hoc ipsum Beati hominis Virtutem, cum omnia sunt conformiter consentienterque Deo, moni sive Genio, qui singulis adest, atque id ex arbitrio & voluntate supremi Gubernatoris.* Epictetus insignifimè: *Ostendite mihi aliquem, inquit, qui & egrotet, & beatus sit: qui & in periculo sit, & beatus: qui & moriatur, & sit beatus: qui in ignominia sit beatus.* Animum ostendat aliquis vestrum hominis, qui idem cum Deo sentire velit, posthac nec Deum nec homines culpaturus, qui nullâ re frustretur, qui nulla casu ledatur, qui non irascatur, qui invidet nemini, qui non amuletur: *qui (quid enim ambagibus est opus?) ex homine Deus fieri desideret.*

Quid nos in hac re verè altiusque dicemus? Et unde quæso hæc ad profanos illos delatâ aut illapsâ?

Fuit, ut duo quidam hæc ipsâ de re colloquerentur, quorum alter: *Si res ita se habent, inquit, ut omnia quæ sunt à divinâ voluntate proficiscantur, ita ut nec unicus quidem passerulus, Christo teste, in casses decidat, quin id Deus præviderit ab æterno, & voluerit, felices nos erimus, nec infelices esse unquam poterimus, si hæc capiamus.* Felicissimi, ait iste, & jam pæne in cælo degemus: Sed pauci hoc explicatè capiunt; non quia id ulli capri difficile, sed quia animum non applicant. *Quamvis & illud in causâ sit, quòd hoc rarius aut minus luculentè inculcetur in concionibus; erudita sæpe aut jucunda auditu narrantur, sed parum utilis, & quæ scivisse vix quidquam facit ad cælum.* Hoc docendum & urgendum, hoc assidue inculcandum, quâ quisque ratione se suâque omnia divinæ deleget voluntati, & cælo poriatur extra cælum.

Catharina, illa à Senis, virgo sanctissima dicere solebat: *Bonæ mentis homines esse quàm simillimos Servatori nostro, qui uti beatitudinem animæ in ipsis etiam tormentis nunquam amisit, ita nec illos eam perdere, cum hæc consistat in conformatione propriæ voluntatis cum divinâ, Neque hanc beatitudinem impedit multa pati, cum eam sæpe augeat.* Non minus enim Deo conjunctus erat Job cum acerbissima quæque patere, quàm cum delitiis afflueret: imò verò ausim dicere, Jobum Deo longè conjunctiorem fuisse egenum & ulcerosum in fimo, quàm magnificum & gloriosum in solio. *Serenitas mentis cum voluntate divinâ copulatæ nullis ærumnarum nubilis aufertur potest.*

Helioroptio, inquit Plinius, sunt æterna folia: idem de hoc tali homine dixeris, *Folium ejus non defluet; æternum virebit.*

§. II.

Perfarum quispiam olim de suorum multitudine gloriatur contra Græcos: *Cras, inquit, solem obscurobimus sagittis.* Cui festivè Græcus: *Gaudeo, inquit, sic enim in umbrâ meliùs præliabimur.* Ita qui divinæ voluntati verè devotus est: *Ruat, inquit, in me omnis Acherontica vis; adsint hostes, & solem ipsum obumbrent jaculis, non timebit cor meum, sub hac umbrâ commodiùs pugnvero.* Sicut fuerit voluntas Dei in cælo, sic fiat.

Narrat Cassianus, hominem Alexandrinum jam grandævum ab idololatriis velut agnum à lupis cinctum. *Omnium una mens erat, virum hunc vellicare, protrudere, exagitare, mille maledictis, mille injuriis laceffere, & velut pilam habere quâ dadatum luditur; demum unus per ludibrium querere, ecquænam miracula ipsius Christus, quem tantopere jactaret, designasset? Cui sedatè lenex: Hoc, inquit, miraculi patravir, quòd ego injurias, quibus me oneratis, toletem, nec animi quietem perdam,*

Z z

Ysa. 117. vers. 1.

1 Cor. 14. vers. 18.

In cælo nulla est vicissitudo. Psal. 104. v. 4.

Ysa. 134. vers. 1.

Perfectissima supplex in divinam voluntatem oblatio est causa serenissimæ pacis.

Prov. 12. vers. 21.

Laërtius in Zenone.

Epict. lib. 2. differt. c. 19. post med.

Math. c. 10. vers. 29.

Homo bonæ voluntatis est simillimus servatori nostro.

Plin. lib. 21. cap. 17. Psal. 1. v. 3.

Valer. Max. l. 3. c. 7. fine. Plin. lib. 16. cap. 36.

Psal. 26. v. 3. Machab. cap. 3. v. 60.

Cassianus to. 12. c. 13. fine.

perdam, graviores etiam ipsius amore toleraturus, si vos inferre pergatis. Magnum sane miraculum, & etiam nunc quotidie parari solitum ab iis, qui se totos divinæ voluntati emancipant. Norunt hi quâ ratione mediis in turbulibus ac tempestatibus imparidi, inter ruinas erecti ac stantes persistant, & humana omnia infra se ducant. Nimirum præca redeunt miracula. Rubus, quem Moses vidit, ardebat, nec tamen deflagrâbat: tres Hebræi juvenes in flammis Babylonicis jacebant, illæsi tamen infra ætate permangebant. Ita prorsus, multa viris bonis tristitia eveniunt: nec hoc dico, sensu carent, sed impatiencia. Omnia adversa, sui experimeatuum interpretantur, & ad divinam voluntatem omnia reducunt. Ideo dura ac difficilia non reformidant, nec de Deo aut divinis permissionibus quidquam queruntur. Quidquid accidit boni consulunt, in bonum verunt, & nihil non attribunt divinæ voluntati ac Providentiæ.

Ajunt Macedoniæ montem Olympum altitudinis esse tati admirandæ, ut ad ejus cacumen nec venti, nec pluvie, nec nives unquam perlingant:

Nubes excedit Olympum.

Purum illic sincerumque caelum est extra omnes tempestatum furiâs. Sed nec aves aut alias animantes admittere hic locus; nimia subtilitate aeris respiracioni obstante. In hujus rei notitiam ventum est hoc modo. Fuerunt qui quotannis eò eluctati, secum deferrent humentes spongas naribus applicatas, quæ aerem stiparent, sicque proprio verent respiracionem. Hi jugo montis conscenso, certis characteres inscripserunt pulveri, quos anno elapso rati non turbatos repererunt, ac si eos recens impetissent: quod certo argumento erat, illuc nec pluvias, nec ventis accessum dari. Atque hic status est hominis qui ad eminentissimam hanc cum divinâ voluntate concordiam pervenit. Mons est, Olympus est, alior nubibus, superior tempestatibus, feris inaccessus, impervius ventis; hic in æteris nubes infra feruntur, hic altâ & in solâ Dei voluntatē jucundissima tranquillitas.

Lucan. lib. 2. Pharf.

August. 10. 4. lib. 1. de ser. Dom. in monte c. 2. Doroib. ser. de Obid.

Augustinus: In pace, inquit, perfectio est, ubi nihil repugnat: ideo filii Dei pacisci, quoniam nihil in istis resistit Deo, & utique filii similitudinē patris habere debent. Et hæc est pax quæ datur in terrâ hominibus bonæ voluntatis, hæc vitæ consummati perfecti, sapientis. Optimè dixit Dorotheus: Eum qui divinam voluntatem in omnibus sequi conatur, in curru vehi cum omnibus crucibus ipsi alioqui ferendis; alios qui hanc iteris agendi rationem & compendium ignorant, ponē sequi pedes, & onerosas cruces aut morose trahere, aut laboriose ferre.

S. III.

Hanc ipsam cum divinâ voluntate perfectam conformationem, supremam esse extra cælum felicitatem asserens Philo: Dum, inquit, de offerendis Deo muneribus agitur, offerentium utilitati prospicitur. Dum enim assuescunt alimentum partem Deo decidere, nunquam in ejus oblivionem veniunt. Quâ re nihil in vitâ potest contingere felicius homini. Huic sententiæ accedens nostri avi Theologus & concionator: Consideravi ego aliquando, inquit, positum aliqua excogitari ars, quâ extra caelestem beatorum statum, plenè felix posset esse homo: unamque hanc esse mihi persuadeo, si totum se, nullâ sui parte reservatâ, suo dedit Creatori, ejusque sanctissimæ voluntati.

Philo lib. de sacerdot. muneribus.

Barth. de Scobar. ser. de Samuele post mite.

Picrius in hieroglyph. lib. 6. p. 46.

Huic declarando mirificè facit genius Cynocephali; quæ quidem bestia, manibus pedibusque, sed & cetero corpore non absumilis est homini. Illud propriissimum huic animanti, occultis viribus à Lunâ gubernari, per hujus sideris miranda defluvia. Nam cum benesit Luna, lumina Cynocephali ita deficiunt, ut cum fidus ad extremam pervenit egestatem, oculi belluæ hient lumine vacui, & pari modo deficiat omne illius corpus. Cum

verò adolescit Luna & suum reconcinat aureum orbem, animantis pariter lumina coalescunt, totumque corpus resumit vires. Ita recreatum hoc animal sibi que restitutum, in posteriores sese pedes attollit, & mirabili corporis flexu, ac venerabundis manibus ad lunarem circum elatis, supplici gestu adorat Lunam: quâ quidem veneratione velut protestatur & proclamat, omnem felicitatem Lunæ in acceptis referre, cum sua omnia tam pulchri fidei liberalitati debeat. Inde fit etiam, ut cum Luna omnem rotunditatem suam obtinuit, in capite Cynocephali, circulus velut diadema effulgeat. Admirabilis prorsus consensus inter astrum & brutum animal, quod altrici suæ tantis obsequiis, tam submisso cultu novit agere gratas, & semet in mancipium offerre. Quid agimus, ô Christiani, si minus aut sapimus, aut facimus quàm pecus rationis expertus? De v's lux est plenissima, nobis tamen aut crescit aut decrevit lux ista, prout nos illi attempetamur. Languente in nobis hac luce, languent oculi nostri, nos tabescimus, jacemus, defecimus, perimus; crescente illâ illuminamur, crescimus, valemus & vigemus. Quin ergo huic Domino ejusque sanctissimæ voluntati nos perfectissimè auctoramur, paratos ad omnem nutum. Hoc nobis coronam conciliat, non illam solum æternæ gloriæ, sed & illustrem caducæ vitæ; mutamur in Deum, nostrâ voluntate in divinam mutatâ.

Hoc igitur vitæ sanctioris princeps fundamentum est, omnia è manu Dei æquo animo acceptare, divinòque arbitrio se totum permittere. Quisquis es, beatus es, & bene tibi erit. Quicumque divinæ voluntati seridè devotus est, in paradiso est, factusque est in pace locus ejus & habitatio ejus in Sion.

Heliotropium, teste Plinio, formicas necat. Humanæ voluntatis cum divinâ consensus, verissimum heliotropium, tota curamur & sollicitudinum agmina præfocet.

Hoc omne scriptor è sancti Francisci familiâ confavit in hæc verba: Quisquis, inquit, verum animi gaudium ac tranquillam in Deo vitam desiderat, oportet illud immobili huic fundamento velut lapidi angulari Voluntatis Dei perpetuo inniri: ei semper incumbendo, idè, per modum Resignationis. Potest autem (quod notatu dignissimum, præsertim mortis ac dejecti animi hominibus) potest autem, inquit, resignatus quis esse etiam dum adest contradictio, ariditas animi, aut subtractio devotionis: & licet obmurmuret sensus, quin imò si desit animus sic omnia pro voluntate Dei acceptandi, seseque resignandi, aliud est exurgendum, & ipsa irrefignatio pro voluntate Dei acceptanda. Quod si adhuc tenebræ addidit dense sint, ut nec istud agere queat, oportet eas ipsas tenebras resignare. Si denique ratione repeditatus, nihil horum omnium perficere lubet, hanc etiam repeditatem ac defectum voluntatis debet Deo offerre, atque è manibus illius tanquam ejus voluntatem sumere. Hoc modo quacunque obviare possunt impedimenta Resignationis, ad eandem ipsam Resignationem reducenda sunt; ut voluntas Dei possit semper & absque intermissione res omnes velut ignis sorbere & consumere. Atque hoc genus irrefignationem ipsam resignandi, illud quod secundum sensum est, fructu & merito superat, directi usque ad veram unionem, sui ipsius mortificationem, & rerum omnium transcendentiam deducit. Hæc ille.

Utinam, ô Christiani, utinam dies noctesque nihil aliud magis agaris, nihil æquè curetis, quàm ut voluntas vestra fiat Dei in omnibus, & divina in vestram transeat: dignissima res est, ubi nervos omnes intendatis, ut vobis non aliud velle, nec nolle sit aliud, quàm quod vult aut non vult Deus. Mihi credite, bonum est nobis sic adherere Deo, ad divinam voluntatem sic agglutinari bonum est, & ponere in Domino nossem nostram. Hæc verâ beatitudo, hoc cælum est extra cælum.

Omnia è manu Dei acceptare est fundamentum sanctioris vitæ. Psal. 75. v. 1.

Benedictus in Angliis in Reg. perf. sine lit. nisi pag. 278.

Psal. 72. vers. 28.

LIBER QUARTVS
DE HVMANÆ
VOLVNTATIS

AD DIVINAM CONFORMATÆ
IMPEDIMENTIS.

CAPVT PRIMVM.

Conformationem humane voluntatis cum divina, quæ maximè impediunt.



I cui domus aut urbis claves committantur, potestas etiam unà committitur domus aut urbis ingrediendæ ad lubitum. Claves ad cordis penetralia quandoque diu ambit Christus Dominus, dum eas impetret, liberumque ad cor accessum obtineat. Ad eò pauperum aulicæ humanitatis exhibemus hospiti omnium liberalissimo. Rem scitu dignissimam narrat Ludovicus Blofius, de beatâ Gertrude virgine. Huic aspectabilem se præbens Christus: Hac quidem manu, agebat, sanitatemifero, hac morbum: elige filia, utrum placet? Quid hîc faciat Gertrudis? Sanitatem eligat? impudentiæ videbitur: Morbum sanitati præferat? nimis modestiæ adscribetur. Cerrè humani moris est, cum amicus ejusmodi optionem facit amico, ut iste vilius eligat, ad testandam modestiam; ita morbum debuisse elegisse Gertrudis, ad effugiendos alterius Orbis cruciatus. Non elegisset inscitè, imitata Catharinam Senensem, quæ longè prætulit spineum sertum aureæ coronæ. Prudentiùs tamen Gertrudis & meliùs elegit neutrum, sed plucatis in crucem manibus ad præcordia, & in genua procumbens: O mi Domine, inquit, id ego votis omnibus à te contendo, ut non meam, sed tuam attendas voluntatem: ideo ego ad utrumque parata, neutrum eligo: tuum est, mi Domine, dignoscere, utrum hoc an illud mihi relinquis. Cui Christus: Quicumque cupit à me sapius adiri, inquit, suæ voluntatis clavem mihi offerat, nec eam à me unquam repetat. His Gertrudis edocta, precatiunculam fecit conceptissimis his verbis: *Non mea, sed tua voluntas fiat, mi amantissime* JESV. Et hoc ipsum trecenties sexagies quinquies insilit ex more repetere: *Non mea, sed tua voluntas fiat, mi amantissime* JESV. Quæ quidem oratiuncula mille orationibus aliis videtur anteferenda. Optimè fecerit qui hanc diu noctuque assidue ingeminavit, & tunc quidem ardentius, cum res adversæ vehementius infestarent. Nemo sit tam occupatus negotiis, aut oneratus ærumnis, quin decies, quin vicies aut tricies, quin centies conceptissima hæc verba vel singulis horis pronunciet; *Non mea, sed tua voluntas fiat, mi amantissime* JESV.

Verùm, non leve cuius negotium videtur, hoc VELLE à seipso semper impetrare. Obluctatur quandoque arbitrium, & abnuit impelli ad tam vilia tamque aspera perpassu. Ideo necesse est, ut qui suam divinæ voluntati quam conjunctissimam cupit, ad illa præcipue paratum se promptumque offerat, à quibus natura depravatio magis abhorret. Idcirco contumax voluntas ad id potissimum adigenda, quod plurimum averfatur.

Tom. I.

S. I.

ET primò quidem, *Ad omnem penuriam* sese offerat, divinæ voluntati devotus homo, dicatque: *Mi Domine, tam ad egestatem quam ad divitias expeditum me tibi offero* (durum hoc, sed salubre) neque illam etiam animi paupertatem detrecto ferre, quæ me solatis priver, & destituat omni suaviore sensu. Si ita tibi placet, mi Deus, fiat cor meum instar aridissimæ terræ. Tu mihi, Domine, propitasti vinum non Apianum, non Falernum, non Aromaticum, sed asperum, Absynthitè, & Myrrhatum; in tuam igitur gratiam ex hoc ipso amariore calice respondebo. Scio, Domine, cellam tuam abundare Cretico & condito generosissimo, sed tu ad experientes servos tuos, vappam illis & accensens vinum propinare sôles: perthauriam ergo, ò bone JESV, quidquid tu mihi calicis amarioris ingesseris.

Exhibuerat se Deus uni suorum amicorum familiaris, & variis animum illius consolationibus permulserat. Visus est sibi homo in rupe Taborcjà ad Christi radiantem vultum semper consistere. Et quid hoc, agebat ipse secum, an non in loco mæroris & luctus degimus, nunquid hoc tempus has sibi suavitates poscit? Itaque deprecatus est: tantam animi dulcedinem. Annuit Deus, & quinquennium plurimis eum ærumnis & angustis exercuit, subitit demum Angelum, qui hominis luctu solatio levaret: At ille sibi similis & cæpti perseverans: Non aliud tillum solatium, inquit, expero nisi unicum istud, ut sciam placere Deo, me esse in ægritudine; maximum quih est omnium dolorum fomentum, voluntas divina: modò placeam Deo; non refert quàm sanus aut æger sim, modò Deo placeam.

Joseph, Beatissimæ Virginis sponsi sublimissimam hac in re virtutem meritò sic extollit Chrysofomus: *Quæ cum audisset Joseph (solum patrium exilio mutandum) nequam passus est scandalum, neque dixit: Incerta ista res est ac propterea ambigua: tu pauld antè dicebas, quia salvabit populum suum, & nunc seipsum quidem non potest de periculis liberare: sed fugam nobis necessaria, & peregrinatio ac transfiguratio longinqua: contraria omnino sunt facta promissis. Sed horum nihil prorsus opponit. Vir enim erat fidelis, neque curiose reverfionis tempus inquirat, quod utique ab Angelo non signat fuerat expressum. Verùm ille nec per ista quidem factus est segnior, sed obediuit libenter, & credidit, omnes prorsus tribulationes cum gaudio sustinendo. Paratissimus erat Josephus ad fugam adornandam, ad patriam deferendam, ad omnem penuriam tolerandam. Miseriarum omnium levamentum est voluntas divina. Factâ sui oblatione ad paupertatem, ulterius eundum.*

S. II.

PRIMÆ igitur succedat altera sui oblatio, *Ad contemptum & ignominiam*. Ita Paulus præcipiens: *In omnibus, inquit, exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros &c. & iguominiam per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, ut seductores & veraces.* Dicat divinæ voluntati deditus: Domine, ego me tibi offero, ad ignominiam & contemptum quemcumque, eum maximè cujus ego causâ non sum. Propter te negligi, contemni, abjici, etiam calcari neutiquam recuso. Durus, & crassus hic bolus est, sed tamen glutinendus est, siquidem è pharmacopolio Christi est. Christus ipse non solum ad omne genus injuriarum sese obtulit, sed illas etiam pertulit, tanquam hominum abjectissimus, *Factus pro nobis maledictum: quia scriptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno.*

Quanti è Sanctorum numero, bipedum nequissimi olim censebantur, neque illi hoc ignorarunt, sed tolerarunt, etsi sentierint. Aliud est improbum haberi, aliud esse. Et hoc quidem omnes in cunis didicimus sine magistro, illud autem pauci norunt, & ii solum exactius, qui omnem contemptum perinde ut magnos honores è manu Dei, à divinâ voluntate acceptant.

Zz 2

Videte

Blof. lib. 4.
deum. insi-
mat. c. 23.

In nobis
debet esse
prompti-
tudo ad ea,
à quibus
natura ma-
gis abhor-
ret.

r. Ad om-
nem penu-
riam.

Blof. Monil.
spirit. c. 10.

Chrysof.
homil. 8. in
c. 2. Math.
ante med.

Josephi
proptitudo
ad Angeli
monitum.

2. Ad con-
temptum
& iguomi-
niam.
2. Cor. c. 6.
v. 4. & 8.

Galat. c. 3.
vers. 13.

B.V. Maria
quamcum-
que de se
opinionē
Deo com-
misit.

Videte mihi matrem Domini, Beatissimam Virgineam Mariam, divinæ voluntati toto pectore affixam, cum Josephus sponfus ob vicinum partum trepidans circumspiceret abiturum: an non Virgo solum, nonne divinis nutibus quamcumque de se opinionem commisit? Hoc tam grandi exemplo permoti plurimi sanctorum, qui tamen gravissimorum scelerum infimularentur, tacuerunt tamen, ignominiam tulerunt, seque totos cum omni infamiā permiserunt Deo.

Anno 710.
Vide Bavariam
Sanctam P.
Matt. Raderi
part. 1. Ann.
nal. Boicorū
P. Andrea
Byrmer.
pag. 602.

Sanctus Emmeramus Ratisponensis Præsul, non tantum de turpissimo facinore falsò delatus, sed & immanissimè excruciatu est. Nam iussu Lantberti, qui Theodonis principis filius, ad scalas gestatorias alligatus est Emmeramus. Ad tormenta sic parato digiti manuum pedumque articulatum præcisit, aures, nares, brachia, pedesque truncavit, lingua demum evulsa, quam non multò post secuta est anima. Ah! portat hic Antistes integerimus, torque alii innocentissimi hominum extremam subire ignominiam æquo animo, quid est quod nos mille delictorum rei, levem despiciaturum & injuriosam minimam tam intoleranter & indignè feramus? Si Dei voluntas, à quâ hæc omnia emanant, cordi nobis sit, non turbabimur facile quantumcumque gravi contemptu, imò sui ipsius quisque, maximus contemptor erit.

Ioan. c. 20.
vers. 17.

Christus redivivus Magdalena reverentissimos pedum amplexus paranti: *Noli me tangere*, inquit, *nondum enim ascendi ad Patrem meum*. Perinde si diceret: Sæpius me videbis, Magdalena, nec copia negabitur & tangendi & osculandi, quod certe permissum plurimis ab Hierosolymâ matronis simul id ausis. Equidem potuisset

Matt. c. 28.
vers. 9.

Christus jam tormentis omnibus, jam morte perfunctus, sui tactum jure merito vetare, quia tamen nondum conscenderat cælum, immortalitatis domum, non solum à charissimis discipulis, sed etiam à feminis se tangipermissit. At nos, homunciones vilissimi, qui non tantum in Beatorum domicilia nunquam ascendimus, sed necdum in sepulchra unquam descendimus, mortales etiamnam & miseris omnibus obnoxii, nihilominus toties vociferamur: *Noli me tangere*, *Noli me tangere* &c. Quid? tu mihi insultes improbe? ego à te tam contemptim appeller? tu meam auctoritatem sic violare, sic convellere? &c. Mille talia cum stomacho frequenter effusimus. O Christiani, quanta nos tenet divinæ voluntatis ignorantia, quæ nos usque adeo reddit delicatos, ut nec verbulo quidem minus honorifico tangi sustineamus. Qui divinæ voluntatis mysterium novit, ipse se ad quovis contemptum offert, & *Mi Domine*, inquit, dignissimus sum ab omnibus contemni, & abjici: ubi ergo id me fieri videro, quod pridem meritis sum, non indignabor: Scio, Domine, nemo me unquam despiciatui habebit, quin prius id faciendi à te potestatem acceperit. Nihil ergo conquerar, & *vilior sum quam factus sum*, & *ero humilis in oculis meis*.

2. Reg. c. 6.
vers. 22.

S. III.

3. Ad mor-
bū quem-
cumque.

Nimo ad Inopiam & Contemptum jam parato, sequitur tertia sui oblatio, *Ad morbum quemcumque*. Lampades sunt ex argento aut aliis metallis tam artificiosè pendulæ, eâ compage articulorum & vertebrarum instructæ, ut quocumque & quomodocumque ferantur, nunquam tamen invertantur; servant illæ suum lumen, semperque cælum respiciunt. Huic tali lampadi non absimilis est, quisquis divinæ voluntati verè devotus est: quantumcumque enim acerbè tractetur & improbè, Deum tamen respicit divinamque voluntatem, nunquam non erectus ad suum conditorem, cui se frequenter sic offert: *Domine, si me vis effarto & debili esse corpore; aut si vis me vivum esse cadaver viribus exhaustum, morbis intabescens, doloribus oppressum, annis pluribus lectulo affixum, ecce me promptum paratum, si tibi sic placeat, iniquissima etiam valetudo gra-*

tior mihi erit, quam quantumcumque diuturna sanitas, mihi perinde erit ad tuum nutum, & valere, & in morbo esse, ac pro eo gratias agere. Observari dignissimum est quod magnus ille virtutis magister Joannes Avila docuit his omnino verbis: *Plus valet, ajebar, tempore tribulationis unum Deo gratias, quam sex millia in prosperitate*. Nam Deo gratias agere, cum bene est, plerique omnes norunt, inter adversa paucissimi.

Avila to. 2.
epist. p. 20.

Refert Ludovicus Blofius eximia sanctitatis virginem interrogatam; quibus exercitationibus pervenisset ad eam vitæ perfectionem, respondisse: *Nunquam ita doloribus oppressa fui, quin Dei amore graviores perferre expeirem, indignam me donis tam singularibus arbitrata*. Hac non inferior alia, integerrima iridem virgo, ipsos inferorum cruciatu sentire sibi videbatur; sed neque sperare poterat tam citò desituros. Quare ad Deum toto sese animo convertens: *Mi amantissime Deus, ajebar, memor esto te Dominum ac Creatorem esse meum*. *En ego me in æquissimum iudicium tuum offero, & gratissima voluntati tue integrè resigno parata hunc infernalem cruciatum sustinere, quamdiu tibi placuerit: utere me sicut vis in tempore atque eternitate*. Ita se voluntati suæ premæ impendens, mirabiles fecit in amicitia divinæ progressus.

Blof. Mond.
Spir. c. 10.
propus fi-
nem.

Ergo etiam huc voluntas impellenda, ut circa valetudinem commodam & incommodam discat esse indifferens, & ad utrumque parata. Sed progrediendum ulterius.

S. I V.

Quartò, *Ad mortem* etiam quamcumque illam ultro se offerat voluntas hominis, & nec celerem obitum, nec diuturnam vitam aliter exoptat, quam quemadmodum Deo placuerit. Dicat ergo voluntatis divinæ amator: *Nec diu vivere, nec citò mori cupio, sed tibi, ò bone Jesu, aut illud aut istud obsequi*. Sed neque præscribo, quo mortis genere cupiam obire; quocumque me volueris ad te vocare, eò sequi paratus sum. Solum, mi Deus, mortem repentinam deprecari cuperem, sed neque hinc refractarius esse volo tuæ voluntati, si subitâ morte defungi me velis, sic fiat, ut vis, per tuam gratiam in tuâ semper gratiâ vivere conabor. Scio: *Iustus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit*. Itaque nec immaturam mortem averfor, nec maturam postulo; sed nec miseram aut quam oculi reformident, adeò perhorresco. Credibile est multos placidissimè in mortem sopiri, & ad inferos rapi; plurimos horribili acerbâque morte decedere, & cælo recipi. Arcanum est hoc iudicium quàm ut oculis parere possit. Ideo & mite moriendi genus, & immite promptus excipiam, prout Domino visum fuerit. Nam, *sive vivimus, sive morimur, Domini sumus*. *Nemo enim nostrum sibi vivit, & nemo sibi moritur*.

4. Ad mor-
tem.

Sap. cap. 1.
vers. 7.

Turonensis præsul Martinus jam animam acturus: *Domine, inquit, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem, fiat voluntas tua*. Hinc Ecclesia viri virtutem suscipiens: *O virum ineffabilem, inquit, nec labore victum, nec morte vincendum, qui nec mori timuit, nec vivere recusavit!* Sic decet: in utrumque monendi sumus ac firmandi; & ne nimis amemus vitam, & ne nimis oderimus.

Cur. lib. 5.
hist.

Utrumque hoc, & *VIVERE* & *MORI*, ex præscripto divinæ voluntatis amplectendum. Vivere nos vult Deus vivamus, seu beatè, seu miserè, modò ad beatitudinem tendamus. Vult nos moti? moriamur animo promptissimo, & ut præfatus scriptor monet, saltem non pigrè eamus ad mortem, ut quæ nos evocet ad immortalem vitam.

Sed heu quàm multi moriuntur non sine querelâ quia

S. ni
cu
in
re
te
po
en

Ran
verj
libi
verj

Pau
bui
losi
huc
fole

Diri
vulu
regul
hic e
fion

Fal. 1
verj 2

quis non recusans, quis non gemens exit: Atqui hoc non est divinæ voluntati ex toto se permittere, non esse contentum concessio tempore. Nos oportet in promptu habere qua in incertum diem data sunt, & appellatos sine querela reddere. Pessimus est debitoris creditori facere convitium. Semper pauci dies erunt, si illos numeraveris. Cogita non esse summum bonum in tempore: quantumcunque est, boni consule. Ut prorogeretur tibi dies mortis, nihil proficit ad felicitatem: quoniam mori non sit beator vita, sed longior. Quando satius est, non aliorum annos computare, sed suos benignè estimare, & in lucro ponere. Oportet te non de eo quod detractum est queri, sed de eo gratias agere quod donatum est. Quia ergo divinæ voluntati placet jam me mori, jam moriar, jam & lubens moriar.

§. V.

Quintò demum, Ad omnia omnino, quæcunque vel in tempore, vel in æternitate possunt evenire, id quæ sine omni exceptiuncula paratissimum se Deo conturbat, divinæ voluntati devotus homo. Aquilæ pullus si probæ sit indolis, fixissimis oculis obtuetur solem: voluntas humana, si bona sit, divinam sic ardet, ut ultro se offerat ad omnia, nec excipiat quidquam. Quis hæc in re generosior Paulo, qui divinam voluntatem sectabatur per strictos gladios, per micantes hastas, per volentia saxa, per Oceani fluctus, per varios turbines, per suavissimas tempestates, per avia deviaque; ad exequendam divinam voluntatem nihil huic viro viam obstruere poterat, non carcerum horror, non virgarum teritæratum supplicium, non lapidum nimbus, non naufragiorum metus, non periculorum multitudo, non quotidiana moriendi necessitas: Paulus divino spiritu ardens, in ignes jussus, ibit. Siquidem: Optabam ego ipse, inquit, anathema esse à Christo pro fratribus meis. Quid ais Paule, inquit Chrysostomus, nonne jam dixisti: Quis nos separabit à charitate Christi? Imò Chrysostome, quia Paulus unicè amabat Christum, avelli cupiebat à Christo, & à suavissimo Christi consortio, eâ tamen lege, ut plures amarent Christum. Itaque optabat Paulus velut eximperiò cæci amoris, separati non quidem à charitate Christi, sed à beatitate & gloriâ cum Christo. En quàm immotos oculos hæc Aquila in divinæ voluntatis sole fixerit. Tanti est autem hæc tam fortis ad divinam voluntatem Conformatio, ut præ illâ parum sit vel mille Mundos ridere. Plerisque sanctorum martyrum non adeo difficile fuit suum sanguinem, ut rem vilissimam tyrannis propinare: inter tormenta solatiis divinis affluabant, hinc supplicia ipsamque mortem de facili spernebant. Craticulæ candenti, velut fessus viator scamno, incumbit Laurentius; funestam crucem, velut thalamum regium salutat Andreas; lapidum imbrem, velut rotis guttulas admittit Stephanus. At verò qui sub onere tor ærumnatum quotidie fatiscit, & lentissime mori se sentit, nihilominus tamen in jus divinæ voluntatis concedit, & ad omnia se paratissimum offert, hic sanè rem magnam præstat: Si tamen, ut dixi, AD OMNIA æquè secundum Dei arbitrium promptus sit. Et ita fieri oportet. Nam omnia & corporis, & animi, & quæ vocamus fortunæ bona à Deo accipimus; quid in his reddendis excipere possumus? In scholis quidem tritissimum illud: Nulla regula sine exceptione: hic penitus explodendum. Divinæ voluntatis regula sine omni exceptione est. Quisquis secundum hanc cupit vivere, discat & se, & sua omnino omnia divinæ voluntati subjicere. Hujus rei illustrissimum nobis exemplum proponens Bernardus: Audi denique hominem, inquit, quem secundum cor suum invenerat DEVS. Paratum, inquit, cor meum, DEVS, paratum cor meum. Paratum ad adversa, paratum ad prospera, paratum ad humilia, paratum ad sublimia; paratum ad universa quæ præceperis. Vis pastorem ovium facere? Vis constituere regem populo-rum? Paratum cor meum, DEVS, paratum cor meum.

Tom. I.

A Si autem dixerit mihi, non places, præsto sum, faciat quod bonum est coram se. Digna religiosissimo principe demissio animi, & propria voluntatis abdicatio. Quid est enim? Non places. Si dixerit Deus: Nolo te regem esse, nolo te vivere: Præsto sum, inquit David. Si jussit Deus: Volo te iterum exulem, iterum esse fugitivum, & loco mali sôceri pessimum habere filium, qui patris diadema & jugulum petat. Et tamen, Præsto sum, ait David. Quòd si Deus imperet: Volo te rursum subire speluncas, & ferarum latibula; iterum vivere mendicato, & quotidie mortis adire discrimina: Nihilominus, Præsto sum, ait David. At si dicat Deus: Volo te solatii loco, in calamitate tuâ profcindi convitiis, etiam à tuis subditis; lapidibus insuper appeti, & diris omnibus devoveri. Nec istud quidem respuo, ait David, Dominus faciat quod bonum est coram se. O sanctissimi principis heroicam virtutem quæ vel solâ fieri potuit acceptatissimus Deo, præsertim cum hæc lacrymans diceret, & veste lûgubri indutus. Tanti faciebat, placere Deo, vir secundum cor Dei, ut eam gratiam libertate & liberis, & omnibus divitiis, vel ipso regno, vitâ etiam ipsâ libentissimè dempturus esset. Modò David divinæ voluntati posuit obsecundare, ad illa omnia paratissimus dicebat: Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum.

C A P V T II.

In quod exitium pertrahat voluntas propria, si non patiatur se frangi.

Mellifluus doctor Bernardus: Propria voluntas, inquit, quantum in ipsâ est, Deum perimit: omnino quæ veller. Deum peccata sua aut vindicare non posse, aut nolle, aut ea nescire. Vult enim eum non esse Deum, quæ vult eum aut impotentem aut injustum. Deinde ad quætionem quæ infantiam sapiat, aut stultitiam, respondet. Cui rei explicandæ sublevari hic apologus.

§. I.

Quondam sæx hominum, & furum, lævætionum, effractorum ampla societas libellos supplices porrexerunt iudicibus, rogaruntque patibula & furcas auferrent, rem sædam ante urbes, parcendum oculis & naribus viatorum transeuntium. His à iudicibus responsum est: Si quidem antiquarum cupiant morem patibulandi, prius ipsi consuetudinem abrogent furandi, iudices in morâ non futuros, quin protinus cruces tollant & patibula, modò ipsi prius cessare jubeant furta. Hic è furum albo audacior unus: Venerabiles domini, ait, nos furorum auctores non sumus: quod ergo nos non invenimus, nec etiam abrogabimus. Quibus iudices responderunt: Neque nos, ô viri, patibula excogitavimus, ergo nec etiam abolebimus.

Humanæ gentis primi parentes in furto deprehensi sunt: hæc scelerum origo, hæc inhareris peccati contagio, & hinc inferorum supplicia. Nos jam seri nepotes ex hac furum familiâ querimus gehennam constitutam, & ideo sæpe libellos supplices Deo porrigimus, & rogamus: O Domine, tantum non deturbes nos ad Erebum, ô Domine si rogos Avernales tolles, continuo nos metu liberares. Jure optimo respondet Deus: Auferre vos culpam, & ego extingam gehennam; cessent noxæ, & sopientur flammæ. Sed nos iterum obducimus: O Domine, nos primi scelerum inventores non sumus, cur alienam & nativam labem luimus? hæc noxa est primigenia. At nobis Deus iterum: Nec ego, inquit, caussa sum inferorum, sed Superbia, sed Inobedientia: Neque istud Orci principium fuit, torquere homines, sed diabolus: inferorum ignis paratus est diabolo & angelis ejus. Ne ergo conqueri possitis, vos alienis malis involvi, mirissimum ego decretum per servos meos pronuntia-

Sene. lib. 5. de Benef. cap. 17.

1. Ad omnia omnino quæcunque vel in tempore vel in æternitate possunt evenire.

Rom. cap. 9. vers. 3. Ibid. cap. 8. vers. 35.

Paulus habuit oculos fixos in divinæ voluntatis sole.

Divinæ voluntatis regula est sine exceptione.

Psal. 107. vers. 2.

2. Reg. c. 15. vers. 26.

Psal. 107. vers. 2.

Bern. ser. 3. de Resurr. Dom.

Math. c. 25. vers. 41.

Bern. ser. 3. de Refur. Dem. Quomodo gehenna potest extingui.

ri curabo, cui nemo poterit obreſtare. Quod hoc ob-
 ſecro decretum, quis pronunciat? Bernardus eſt fidiffi-
 mis Dei ſervis non infimus, tam paucis quam claris ver-
 bis jam pridem proclamat, quã ratione gehenna facilli-
 mē poſſit extingui. Hęc proclamantis verba ſunt: *Ceſſet
 voluntas propria, & infernus non erit.* Et huius rei luculen-
 tam rationem ſic reddit: Quid enim odit aut punit Deus
 præter propriam voluntatem? In quem ignis ille deſer-
 vit, niſi in propriam voluntatem? Etiam nunc cum frigus
 aut famem, aut aliquid tale patimur, quid læditur
 niſi propria voluntas? Quod ſi voluntariē ſuſtinemus,
 ipſa jam voluntas communis eſt (tam ſcilicet Dei hæc
 immitentis, quam hominis hæc ſuſtinentis.) Porro volun-
 tas propria quo furore Dominum maieſtatis impug-
 net, audiant, & timeant ſervi propriæ voluntatis. Primum
 namque ſcipſam ſubtrahit, & ſubducit ejus dominatui,
 cui tanquam auctori ſervire jure debuerat, dum effici-
 tur ſua. Sed nunquid contenta erit hac injuriã? Addit ad-
 hæc, & quod in eſt, omnia quoque quæ Dei ſunt, tollit
 & diripit. Quem enim modum ſibi ponit humana cupi-
 ditas? Nonne qui per uſuram acquirit pecuniam modi-
 cam, ſimiliter mundum lucrari conaretur univerſum, ſi
 non deeſſet poſſibilitas, ſi ſuppeteret voluntati facultas?
 Dico fiducialiter, nemini qui ſit in propriã voluntate,
 poſſet univerſus mundus ſufficere. Sed utinam vel re-
 bus illis eſſet contenta, nec in ipſum (horribile dictu)
 deſerviret auctorem. Hęc eſt crudelis beſtia, fera peſſi-
 ma, rapaciſſima lupa, & læana læviſſima. Hęc eſt im-
 mundiſſima lepra animi, propter quam in Jordane mer-
 gi oporteat, & imitari eum qui non venit facere volun-
 tatem ſuam. Unde & in paſſione: *Non mea, inquit, volun-
 tas ſed tua fiat. Ceſſet voluntas propria, & infernus non erit.*

Luc. cap. 22. verſ. 42.

Non ergo puerilis, nec vana eſt quæſtio; An, & quomodo
 extingui poſſit gehenna? poteſt omnino. Non abſur-
 da ſunt preces, rogare Deum, ut deſtruat Orcum. Para-
 tus eſt Deus id facere; unicum iſtud in ſui operis mer-
 cedem poſtular: *Ceſſet voluntas propria, & infernus non erit.*
 Sed quis omnes omnino homines eò adigat, ut ſuam
 quiſque voluntatem abdicet, eam que impendat divinæ?
 Tu, mi homo, ſi rem ſerid agas, tu tuam in te volunta-
 tem expugna, & jam ſuſtulisti ſedem illam cui alligan-
 dus, & in quã cruciandus fuiſſes apud inferos, perinde
 ac ſi Erebus deſtructus, & Erebi flammæ forent extin-
 ctæ. *Ceſſet voluntas propria, ceſſet, & infernus non erit.* Hoc
 idem & alii cum Bernardo clamant: *Oculus, ait ille, ja-
 nuæ cordis eſt & nuncius, claudet oculum & voluntas habendi
 non erit, ceſſet voluntas, & ecce infernus clauditur.*

Auguſt. vel
 quiſquis eſt
 auctor, ho-
 mil. 31. ad
 fratres in
 eremo.

§. II.

A H! quanti patiuntur multa graviãque, ſed inviti,
 ſed repugnantes, neque enim ſuam divinæ volun-
 tati addicunt. Deus vult illos pati, hancque voluntatem
 ſuam apertiſſimè exponit, cum ea, quæ patiuntur, impit-
 tit, non aliter certè quam ſi vox cælo laberetur: Volo
 vos pati. At nollent illi, & modò poſſent, onus quod fer-
 runt, excuſſiſſent jam pridem. En voluntatem propriam
 cum divinã minime conſentientem.

Norunt parentes, quanti laboris ſit educare liberos
 illos quorum contumacia prima non eſt facta, quoties
 in die clamandum: Sile, quiete; hoc age, relinque hoc,
 omittre iſtud. Quandoque tam irrequieti eas domi tur-
 bas excitant, ut etiam miſiſſima mater graviter exan-
 deſcens, virgas, aut baculum, aut quicquid miniſtrat ira,
 corripiat, & in hunc, illum, ac proximu quemque filium
 fuſte læviat, quandoque ſolis vocibus rdnans exclamet:
 Non eſtis mei liberi, non agnoſco vos, nihil mei cerno
 in vobis, nec patris nec matris ingenium referitis; abite
 ad carnificem degenerate. Ita Deus agit nobiſcum, veluti
 parentes cum inquietis ac contumacibus liberis. Quo-
 ties ebriofò aut luxurioſo minatur? quoties illi ſuam
 crapulam, huic luxuriam ſuam arcanis objurgationibus

ob oculos ponit? quoties dehortatur & monet: En, cor-
 pori nocet & animo; arcam & valetudinem exhauris,
 gratiam meam & cælum amittis: ſcis equidem iſthæc à
 me verita; noſti voluntatem meam ab hac omni turpi-
 tudine quamplurimum abhorrere; nec ignoras quam
 extreme abominer & deteſter voluntatem meã tam re-
 fractariam. Tandem miſiſſimus pater virgas rapit aut
 baculum, & improbitatem filii ſci punit, ut puniri ſe
 ſentiat. Ubi hoc ſapius factum, nec ad frugem ſe corri-
 git filius, aut è vitiiſ emergit, demum iratus pater: *Super
 quo, inquit, percuciam vos ultra? Fruſtra percucſi filios, diſcipu-
 nam non receperunt. Spuria vitulamina non dabunt radices
 Hier. cap. 2.
 altis. Abite improbi, dimittam vos ſecundum deſideria cor-
 dis veſtri, ibitis in adinventioibus veſtris. Graviffima hæc
 Sap. cap. 4.
 verſ. 3.
 patris ira eſt formidabilior omni ſupplicio.*

Iſaia cap. 1.
 verſ. 5.
 Hier. cap. 2.
 verſ. 30.
 Sap. cap. 4.
 verſ. 3.
 Pf. 80. v. 13.
 Deus pec-
 carores ſe-
 cretis im-
 pulſibus
 trahit ad
 meliora.

Ita etiam cum homine ſuperbo & arrogante agit
 Deus, eumque increpat: Nec mihi places, ne homini-
 bus, quibus me ſpreto, plurimum placere cupis: ab iis
 quos arrogantia tuã applauſuros ſperaveras, rideris: de
 meã tibi voluntate pridem conſtabat: ſcis quod ſuper-
 borum neminem tolerare poſſim, nec Angelum qui-
 dem, ne dum hominem; ſuperbis me ſingulariter reſi-
 ſtere quis neſcit: ſuperbiam tu tuam nihilominus perfe-
 veras. Sic Avarum Deus, ſic & Iracundum; ſic Invidum
 & Obreſtorem ſecretis impulſibus trahit ad melio-
 ra, ſuãque iis voluntatem variè ingerit ſeſtandam.
 Unumquemque ducit Deus per viam ipſi convenien-
 tiorem. Regi Hebræo Sauli in os obiectum: *Nōne cum
 parvulus eſſes in oculis tuis, caput in tribubus Iſraël factus eſt
 i. Reg. 6. 11.
 verſ. 17. 19.
 Quare ergo non audiſti vocem Domini, ſed verſus ad pradam
 & 23.
 es, & feciſti malum in oculis Domini? &c. Pro eo ergo quod ab-
 jeciſti ſermonem Domini, abjecit te Dominus ne ſis Rex. Quo-
 niam quali peccatum ariolandi eſt, repugnare, & quali
 ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere. Quiſquis igitur di-
 vinæ voluntati etiamnum repugnans, veni, obſecro, veni,
 non ad aquilarum, ſed ad corvorum gymnaſium te du-
 cam, hic diſce.*

Je
 9.

Ve
 hu
 lui
 lin
 tin
 dei
 tio

Aq
 pſi
 verſ
 mi

§. III.

C Vr, quæſo, Deus Eliam Theſbiren à corvis velut à
 dapiferis cibos voluit accipere? Quid hoc rei
 avium furaciſſimæ prandium & cœnam perferunt ad
 eremicolam obſequiis fideliffimis. Hoc ideo voluit
 Deus, ut te, mi homo, doceret, quam etiam brutæ ani-
 mantes, vel invitã naturã, voluntati ſuæ obſequerentur.
 Quid mirius, quam à corvo carniam appetentiſſimo, ſi-
 mul & rapaciſſimo deſerri carnes, quas in viã centies
 ipſe devoraſſet, ni Dei voluntas aliud fieri mandaſſet.
 Sed eſt qui hic objiciat: Facillimum eſt Deo, qualcun-
 que ſeras ad imperium faciendum cogere: non ideo pa-
 rent, quia volunt, ſed quia debent. Ita eſt, ut dicis, & vel
 ideo etiam par eſſet te voluntati divinæ obſequentiſſi-
 mum eſſe, quia te Deus imperiis non coactis ſed volun-
 tatiis urget, liberam te ſervitutem vult ſervire, & ſic
 quamplurimum promereri. Sed quæſo te, à ſchola cor-
 vorum, in antrum Aoli digrediamur, ubi etiam vento-
 rum furor dicto audiens eſt: *Imperavit ventis & mari, &
 Math. 6. 8.
 verſ. 26.
 facta eſt tranquillitas magna. Hinc populi admiratio: Qua-
 li eſt hic, quia venti & mare obediunt ei? An non & rupes ad
 luctuoſiſſimum expirantis Domini ſpectaculum inge-
 muerunt, inuſitatis ſiſſuris teſtata lætium? Solus homo
 in rupem obrigeſcit, & eam læpe quam cœpit contu-
 maciam pertendit. Pravam eſt cor hominis & inſcrutabile,
 Hier. 6. 17.
 verſ. 9.*

Brute ant-
 manes vo-
 luntati di-
 vine obſe-
 quantur.

Ma
 verſ

lid,

lid,

Auguſt.
 Iſa. 11.
 Iſa. 11.
 Qui ſi
 c

Narrat

Narrat Trebellius Pollio, Marium Romæ tyrannum septimum fuisse. Hic uno die factus est Imperator: altero imperavit: tertio interfectus est a gregario milite, qui dum sicam in pectus Marii adigeret, acerbissimum hoc addidit: *Hic est gladius, quem ipse fecisti.* Nam è cultuarii officinâ peruenit ad diadema. Ei, qui divinæ voluntati refractarium se gerit, jure sic insultatur: Hic est gladius quem ipse fecisti; tuo te gladio ipse jugulas, hoc est, PROPRIA VOLUNTATE. Quod verò voluntas tam prona est ad peccandum, inquit Casarius, causâ subest: habet enim diabolus duos satellites seipso nequiores, quibus illa impellitur, Carnem & Mundum: Caro concupiscit, Diabolus concupita incendit, Mundus incensa ne extinguantur, se obijcit. A Carne multa oriuntur vitia, Mundus plurima offert oblectamenta, Diabolus innumerabilia adhibet vastramenta. Ita res in expedito est, uti olim Hieremiæ vati monstratum: *Nonne vides quid isti*

Voluntas propria est gladius quo jugulamur.

Jerem. c. 7. vers. 18.

faciunt in civitatibus Iudæ, & in plateis Hierusalem? Filii colli-gunt ligna, & patres succendant ignem, & mulieres consper-gunt adipem, ut faciant placentas reginæ cæli, & libent diis alienis & me ad iracundiam provocent. Hic naviter sanè res agitur, cum utrique parens & liberi mutuam sibi operam locant. Et cui hæ placentæ pinfuntur? reginæ cæli, sive, lunæ; sol enim rex cæli. Voluntas humana lunæ simillima, continuis gaudet mutationibus: huic reginæ lagana finguntur & collyræ. Caro tanquam chara filia, schidia subministrat, concupiscentias: Superbiæ pater diabolus, focum excitat: Vanitas, velut mater, massam porrigit variè subactam; illecebras, sermones, invitacionulas, voluptates suggerit. Hinc dulce fit popanum, hinc sacrificium nobile instruitur, non Deo, sed propriæ voluntati.

Voluntas humana lunæ simillima continuis gaudet mutationibus.

S. I V.

August. in Psal. 100. in vers. 4. mod. ser.

Hanc humanæ voluntatis contumaciam Augustinus psalmum centesimum exponens, elegantissimè proponit hunc in modum: *Rectum dicitur cor hominis illius, qui omnia quæ vult Deus, & ipse vult. Intendit, Orat ali-quis ut nescio quid non eveniat, orat, & non prohibetur. Petit quantum potest, sed contra voluntatem ipsius evenit aliquid: subjungit se voluntati Dei, non resistit voluntati Magnæ, quia & ipse Dominus sic illud exponit. Ostendens infirmitatem nostram in se, quando passurus erat, ait: Tristis est anima mea usque ad mortem &c. Quid erat illa vox nisi sonus infirmitatis nostræ? Multi adhuc infirmi contristantur futurâ morte. Sed habeant rectum cor, vitent mortem quantum possunt: sed si non possunt, dicant quod ipse Dominus, non propter se, sed propter nos dixit. Quid enim dixit? Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Ecce habes voluntatem humanam expressam: vide jam rectum cor? Verùm non quod ego volo, sed quod tu vis Pater. Si ergo cor rectum sequitur Deum, pravum cor resistit Deo. Aliquid illi contingat adversum, clamat: Deus, quid tibi feci? quid commisi? quid peccavi? se justum vult videri, Deum injustum. Quid tam pravum? Prævum est, quia tortum est, & tortam regulam putat. Corrige te, & invenies rectum, à quo te depravasti. Ille justus, tu injustus: & ideo perversus es, quia hominem justum dicis, & Deum injustum. Quem hominem justum dicis? Te ipsum. Quando enim dicis, quid tibi feci? justum te putas. Sed respondeat tibi Deus. Verum dicis, mihi nihil fecisti, omnia enim tibi fecisti. Si enim mihi aliquid fecisses, bonum fecisses. Quidquid enim bene sit, mihi sit, quia ex precepto meo sit. Quidquid autem mali sit, tibi sit, non mihi sit, quia non facit malus aliquid nisi sibi, quia hoc non ego jubeo. Idem sanctissimus præsul de eadem voluntatis contumaciâ eruditissimè disserit in hæc verba: Ergo bonus Deus Israël. Sed quibus? Rectis corde. Qui sunt recti corde? Qui voluntatem suam ad voluntatem Dei dirigunt, non voluntatem Dei ad voluntatem suam curvare conantur. Breve præceptum est, ut homo dirigat cor suum. Vis habere rectum cor? Tu fac quod vult Deus: noli Deum velle facere quod vis tu, &c. Hoc cogitant qui recto sunt corde, qui voluntatem Dei sequuntur, non voluntatem*

Mat. c. 26. vers. 38.

Ibid. v. 39.

Ibid.

August. in Psal. 114. pro-pius si-nem. Qui sunt recti cor-de.

A suam: sed qui sequi Deum volunt, faciunt illum præcedentem & se sequentes, non autem se præcedentes, & illum sequentem. Et in omnibus eum bonum inveniunt, sive emendantem, sive consolantem, sive exercentem; sive coronantem, sive purgantem, sive illuminantem, sicut Apostolus ait: *Scimus, quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum.*

Rom. cap. 8. vers. 28.

En hi germanissimi aquilæ pulli sunt, qui fixis oculis intuentur solem, qui animum ad divinam voluntatem seridè applicant. Secus illi qui tacitè nunquam non altercantur cum Deo. Nunc eis cæli rigor, nunc pluvia tempestas displicet, nunc nimium frigus, nunc nimios calores queruntur; modò Deus non satis tribuit necessitati, modò istum aut illum improbum sinit emergere, modò inimicos non punit prout illis videbantur puniendi: semper caussantur, assiduè obloquuntur, nihil facit Deus quod illi ex toto approbent. Hoc illud cor pravum, hæc propria voluntas, de quâ etiam audiendus post Augustinum Bernardus.

S. V.

Grande malum, inquit Bernardus; propria voluntas, Bern. ser. 7. 1. quâ sit ut bona tua tibi bona non sint. Quia nihil omnium in Cant. sine. no quod propriâ inquinatum sit voluntate, gustabit is qui passitur inter lilia. Hæc autem omnia, similiâque ac dissimilia. Serm. in mala, ex unâ radice pullulant propriæ voluntatis. Hujus enim verba: Ecce sanguisuga duæ sunt, insatiabiles filie, clamantes, Affer, affer, mus omnia. Siquidem nec animus vanitate, nec voluptate corpus aliquando. Sæpe. & ser-satiatur, ut scriptum est, non satiatur oculus visu, nec auris mo. 2. de Re-impletur auditu. Fuge sanguisugam hanc, & omnia reliqui-furr. Dom. si. Hæc enim omnia trahit ad se. Ponc hanc, & jugum quàm multiplex abjecisti. Voluntas propria, subvertens corda hominum, & rationis oculos claudens, inquitur, malum, quod spi-ritui semper incubans, inexcogitabilia meditatur. Et, Vnde Serm. quo-sunt scandala, unde turbatio, nisi quod propriam sequimur vo-luntatem, & temerè quod volumus in corde nostro desinentes, si-ti. quomodo id prohiberi contingat aut impediri, continuo etiam in impatientiam, in murmuracionem, in scandalum proni su-mus, non attendentes quoniam omnia cooperantur in bo-Rom. cap. 8. num his qui secundum propositum vocati sunt sancti. vers. 28. & qui nobis casus videtur, sermo quidam Dei est, suam nobis indicans voluntatem. Caveamus igitur à propriâ voluntate, serm. de-tanquam à viperâ pessimâ & nequissimâ, & quæ sola deinceps, displ. bapt. damnare possit animas nostras.

Joannes abbas jam jam moriturus, teste Cassiano, Cassian. l. 1. rogatus est ab iis qui morientis lectulum circumsteterent. in-fir. c. 28. rant, breve monitum daret in hæreditatis vicem. Ille ingemiscens: Nunquam feci meam voluntatem, inquit, neque quemquam docui, quod prius non ipse fecerim. Pauci jam tales, & è centenis millibus vix unus. Innumeri sunt qui veritè dicerent morituri: Quidquid potui, ad meum sensum feci, meæ me voluntati totum tradidi; multa docui, plurima præcepi, quæ ipse non feci. Optimus ille senex Pimenius querenti, quâ ratione nos Pelagius li-dæmones impugnant, respondit: Dæmones nobiscum bell. 10. non multum pugnant, quia voluntates eorum facimus. num. 62. sed nostræ nobis voluntates, dæmones facti sunt, & tri-bulant nos. Quod Achilles vir religiosissimus hoc apo-impugn. logo declarans: Arborea, inquit, in monte Libano col-dam. & locute dixerunt: Quàm grandes sumus & proceræ, & num. 4. tamen ferro non magno incidimur; & quod pejus est, à nobis sumuntur arma quibus impugnemur: ferrum ut vulneret nos, manubrium à nobis accipit. Talis arbor est homo, instinctus diaboli, ferrum, voluntas hominis, manubrium.

O quantò melior Jobus concionator in fimo, quàm Adamus in paradiso? Ille: Sicut Domino placuit, ita facta. Iob cap. 1. cùm est. Iste: Vocem tuam audivi, & abscondi me. Elegan-ter de Jobo Tertullianus: Immundam, inquit, ulceris sui Genf. c. 3. redundantiam magnâ æquanimitate distringebat, & eru-rem. 10. penes inde bestiolas, in eosdem specus & passus foraminose car-patien. 13. nis ludendo revocabat. Agnovit vir sanctissimus, hæc Dei cap. 14.

esse voluntatem, se taliter exerceri, ideo si quis forte vermeculus fugam meditaretur, eum in corrosam carnem denuo coebat, perinde si diceret: quid fugis? ad lacerandum me destinatus es: fac officium, & corpore meo pro macello utere. Nam ille idem omnino Dominus, qui mihi tot millia ovium, boum, camelorum liberalissimè dedit, hic etiam mortificantes hos vermeculos benignissimè in me immisit. Utrumque ex eadem omnino manu est, ideo tam hoc quam illud æquo animo acceptandum.

Non aliter Simeon Stylites ebullientibus è corpore suo vermibus dixit: Manducate quod vobis Dominus dedit. Longè aliter vermeculos alios & impatiens Herodes dixerit: Ite in malam maximam crucem execrandæ bestiolæ; pendulam patibuli turbam invadite; vestri juris sunt cadavera, quid vivos vellicatis, quid me etiamnum spiritantem obsidete? Hi propriæ voluntatis improbi latratus sunt, contra divinam voluntatem. Ver-

Chrysof. in cap. 7. Gen. homil. 24. post med. & hom. 32. circa med. Ista c. 65. vers. 12. **Chrysof. in** voluntas nostræ malorum omnium causa est. Nullus igitur accuset pulchritudinem, nullus inutilia verba hæc dicat: Hanc perdidit forma, huic pulchritudo causa fuit interitus; perversa voluntas malorum omnium causa est. Jam olim minatur Deus: Numerabo vos in gladio, & omnes in cade corrueris: pro eo quod vocavi, & non respondisti; locutus sum, & non audisti; & faciebatis malum in oculis meis; & quæ nolui elegistis. Hæc illa malorum Lerna est, voluntas propria, Quæ nolui elegisti.

CAPVT III.

Voluntas propria quæ ratione subjungenda sit divina, in rebus adversis omnibus.

Nec ullius Angeli, nec hominis voluntas esse potest bona, nisi consentiat cum divinâ: quanto autem magis illa cum hac consensit, tantò melior & perfectior erit, quod minùs, hoc miserior & pejor. Unica Dei voluntas amissis est, & regula, omnium omnino voluntatum cælo terræque, nec ulla unquam voluntas dici poterit recta, nisi ad hanc regulam directâ sit.

§. I.

Cum Jessæus psaltes frequentissimè commendet RECTOS CORDE, Augustinus disertissimè & ad rem nostram appositissimè hanc CORDIS RECTITUDINEM exponens: Videtis, inquit, quanti disputant contra Deum, quam multis displiceant opera ejus. Cum enim facere voluerit contra voluntatem hominum, quia Dominus est, & novit quid faciat, nec tam attendit nostram voluntatem quam utilitatem: illi qui malunt suam potius voluntatem impleri quam Dei, volunt ad suam voluntatem flectere Deum, non suam corrigere ad Deum. Rectos decet laudatio. Qui sunt recti? Qui dirigunt cor secundum voluntatem Dei: & si eos perturbat humana fragilitas, divina consolatur æquitas. Quamvis autem corde mortali privatim aliquid velint, quod sua interim causæ vel negotio, vel præsentî necessitati conveniat, ubi intellexerint & cognoverint, aliud Deum velle, præponunt voluntatem melioris voluntati suæ, & voluntatem omnipotentis voluntati infirmi, & voluntatem Dei voluntati hominis. Quantum enim Deus distat ab homine, tantum Dei voluntas à voluntate hominis. Aliquid proprium velle, difficile est ut non tibi contingat: sed statim cogita, qui sit supra te: illum supra, te infra illum: illum Creatorem, te creaturam: illum Dominum, te servum: illum omnipotentem, te infirmum: & corrigens te subjungensque voluntati ejus ac dicens: Verum non quod ego volo, sed quod tu vis Pater. Quomodo disjunctus es à Deo, qui jam hoc vis quod Deus? Eris ergo rectus, & te decet laudatio, quoniam rectos decet laudatio. Si autem curvus fueris, laudas Deum quando tibi bene est, blasphemias quando tibi malè est &c. Et eris insulsus puer in domo patris, amans

In psal. 32. & 33. & 100. de quo priori capite

Matt. c. 23. vers. 29.

A patrem si tibi blanditur, & odio habens quando te flagellat: quasi non & blandiens & flagellans hereditatem parer. Vide autem quemadmodum deceat rectos laudatio. Audi vocem recti laudantis ex alio psalmo: Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo. Omni tempore & semper, sive in prosperis sive in adversis. Nam si in prosperis & non in adversis, quomodo omni tempore? Quomodo semper? Et audivimus multas multorum tales voces, quando illis provenit aliqua felicitas, exultant, gaudent, cantant Deo, laudant Deum: non sunt improbandi. Sed isti qui jam Deum laudare ex prosperitatis parte ceperunt, docendi sunt patrem agnoscere & flagellantem, nec murmurare adversus corrigenis manum, ne semper pravi remanentes exheredari mereantur. Rectos decet laudatio. Quid est, recti? Ut nihil illis displiceat quod fecerit Deus, possint & in adversis Deum laudare & dicere: Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit, ita factum est; sit nomen Domini benedictum. Tales rectos decet laudatio, non primò laudaturos, postea vituperaturos. Discite gratias agere Deo, & in prosperitatibus & in tribulationibus: Discite habere in corde, quod habet omnis homo in lingua. Quod vult Deus. Ipsa lingua popularis, per unumque est doctrina salutaris. Quis non quotidie dicit: Quod vult Deus hoc agat.

§. II.

Hæc Augustini luculenta dissertatio, mirificè cum dilucidat, tum confirmat hanc omnem de divinâ voluntate doctrinam, quæ vel ideo commendatissima sit omnibus, quod eam sanctissimi ac eruditissimi viri cupiverint à nemine non quam optimè capi, præsertim cum in hoc omnis Christianæ vitæ verteretur cardo. Sed hic non dum abire placet ab Augustino, illuminatissimo doctissimo scriptore, cujus verba prorsus dignissima sunt quæ ad testimonium cirentur fideli calamo. Hic idem Hippocritus sanctissimus præsul, quæ ratione in adversis etiam à divinâ voluntate nec latum quidem unguem sit recedendum, in hæc omnino verba consignat: Quod sepe diximus, illi sunt RECTI CORDES, qui sequuntur in hac vitâ voluntatem Dei. Voluntas Dei est aliquando ut sanus sis: aliquando ut agrotas. Si, quando sanus es, dulcis est voluntas Dei, & quando agrotas, amara est voluntas Dei: non recto corde es. Quare? Quia non vis voluntatem tuam dirigere ad voluntatem Dei, sed Dei vis curvare ad tuam. Illa recta est, sed tu es curvus. Voluntas tua corrigenda est ad illam, non illa curvanda est ad tuam: & rectum habebis cor. Bene est in hoc saculo? benedicatur Deus qui consolatur: laboratur in hoc saculo? benedicatur Deus qui emendat & probat: & eris recto corde dicens, Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo. Et hoc non tantum Augustinus Hippocritus Episcopus, sed etiam David Israëlis Rex quæ verbis quæ exemplis insignissimè docuit: Cum enim Absalonem filium rebellem fugeret, & sacerdotes Arcam fœderis eidè fugæ velut præsidium assumpissent, Rex Arcam referri præcipiens: Si invenero, inquit, gratiam in oculis Domini, reducat me, & ostendet mihi eam, & tabernaculum suum. Si autem dixerit mihi, Non places: præsto sum, faciat mihi quod bonum est coram se. En, quam rex iste potentissimus, in miserabili fugâ, in extremis angustiis, sibi tamen præsens fuerit, & compos sui; quam ad Dei voluntatem attentis oculis respexerit: Redibimus, inquit, si Deo placuerit: sin aliter illi visum fuerit, Quod vult Deus agat.

O Christiani, si hoc intelligentiâ & ratione, prout par est, comprehendere tam vellemus, quam facile possemus, vix amplius ulla difficultas foret in tolerandis adversis, nec nos ullum tam grande malum premeret, quin illud tranquillè & perlibenter sustineremus. Christus ante mortem in olivatio hortu ea de Patriis & suâ voluntate locutus est, quæ argumento sint, ad calamitates quascunque perferendas, nihil esse quod magis animet, quam unionem humanæ voluntatis cum divinâ. Et quam hoc in Christo ipso luculentum? ante preces pa-

Facilitas in tolerandis adversis.

Huius voluntatis erga naturam omnium mundi.

Abrahæ tentatio de decem qualibus dicitur.

vidus, tristis, pallidus, rremit ac horret futuræ mortis A
 imaginem: post preces, post tantam paternæ voluntati
 delatam reverentiam, velut resumptis viribus: *Surgite,*
 inquit, *eamus,* ocurso voluntario salutatori hostes, & ini-
 tium facturi cruentæ tragædiæ. De hoc etiam præclare
 Augustinus: Unde, inquit, *gerens hominem Christus, & re-*
gulam nobis proponens, docens nos vivere, & præstans nobis vi-
vere, ostendit hominis quandam privatam voluntatem, in quâ
suam figuravit & nostram, quia caput nostrum est, & ad eum
sicut nostis, tanquam membra utique pertinemus: Pater, in-
quit, si fieri potest, transeat à me calix iste. Hac humana
voluntas erat, proprium aliquid & tanquam privatam volens.
Sed qui recto corde voluit esse hominẽ, ut quidquid in illo ali-
quantum curvum esset, ad illum dirigeret qui semper est rectus:
Verum non quod ego volo, ait, sed quod tu Pater &c.
Hic ostendit quandam hominis propriam voluntatem, ostendit
& correxit te. Ecce vide, inquit, te in me, quia potes aliquid
propriam velle, ut aliud Deus velit.

§. III.

Catharina Senensis de seipsa: Docuit me Christus, inquit, ut mihi intra meipsam secretum conclave
 stuerem. Et quòdnam conclave istud? Humanæ vol-
 untatis cum divinâ Unio. Domicilium istud primo in-
 gressu videtur angustum, sed qui voluerit illi assuescere,
 demum competiet id celo esse amplius, & castis omni-
 bus vel munitissimis securus: huc rebus turbidis irruere
 vetitum; foris stabulantur; hoc enim turissimum asy-
 lum ab omni calamitate: nec superi, nec inferi nocere
 illi queunt, qui voluntatem suam in omnibus cum divi-
 nâ congruentem retinet: huic unica lex est, *Quod vult*
Deus hoc agat. Eleganter Augustinus: *Venit dolor meus, in-*
quit, veniet & requies mea. Venit tribulatio mea, veniet &
purgatio mea. Nunquid lucet aurum in fornace aurificis? in
momili lucebit, in ornamento lucebit: patiatur tamen forma-
cem, ut purgatum à sordibus veniat ad lucem. Fornax ista, ibi
palea, ibi aurum, ibi ignis, ad hanc stat aurifex. In fornace ar-
det palea, & purgatur aurum. Illa in cineres vertitur, à sordi-
bis illud exurit. Fornax Mundus, palea iniqui, aurum justis,
ignis tribulatio, aurifex Deus. Quod vult ergo aurifex, facio;
ubi me ponit aurifex, tolero. Iubeor ego tolerare, novit ille pur-
gare. Ardeat licet palea ad incendendum me, & quasi consu-
mandum me; illa in cinerem vertitur, ego sordibus careo. Quare?
Quia Deo subijciatur anima mea.

En, vera subjectio humanæ voluntatis erga divi-
 nam, omnis boni origo est. Rectissime dixit pius il-
 le scriptor: * *Non est sacrificium majus aut Deo gratius,*
quàm in omni tribulatione sese conformem facere divina vo-
luntatis beneplacito.

Magnus ille Abrahamus hac in re summè laudan-
 dus. Nam ut orbi testatum fieret, Abrahamum omnia
 ex præscripto divinæ voluntatis facere, Deus volunta-
 tem suam aliquoties quasi mutans, aliis atque aliis & in
 speciem contrariis ac planè rigidis imperiis hominem
 fatigavit. At verò Abrahamus ad omnem divini arbitrii
 nutum obsequentissimus semper, hoc omni conatu ac
 studio, hoc omnibus viribus egit ut se totum suâque
 omnia uni atque unicæ Dei voluntati quàm liberalissi-
 mè impenderet. Notant Hebræi Abrahamum decies
 rigidè tentatum, an id perpetuè veller quod voluit
 Deus. Numeremus experimenta.

1. Jubetur solum vertere, & patriam ac cognatos
 exilio mutare. 2. Ab annonæ difficultate iterum expel-
 litur peregrinator in Ægyptum. 3. In Ægypto apud
 Pharaonem regem, periculum vitæ, uxor pudicitia
 subit, & à marito abstrahitur. 4. Ob continuas famulo-
 rum rixas à charissimo Lotho, quem ut filium habuit,
 divellitur. 5. Ut Lothum bello captum in libertatem
 afferat, contra quatuor reges domesticum vernarum
 exercitum educit. 6. Agarem fidam famulam, & jam
 uxorem, impulsu Saræ domo cogitur exigere. 7. Jam

seni & grandævò Circumcisio imperatur. 8. Abime-
 lechus rex Geraræ rursum et uxorem admittit. 9. Aga-
 rem cum filio Ismaele rursum ædibus pellere jubetur.
 10. Filium unigenam, amantissimum Isaacum, miracu-
 lo natum, in summam posteritatis spem educatum; suâ
 manu trucidare imperatur. En acervim calamitatis!
 præter tot alia non minùs acerba, sed minùs nota. Abra-
 ham tamen permanfit Abraham, hoc est, sibi similis &
 constantissimus divinæ voluntatis cultor. Hic vir, hic est
 qui optimè intellexit divinam voluntatem omnium mi-
 seriarum suarum maximum esse levamentum.

Hic observandum, montem Moria in quo Isaacus
 victima Deo cadere debuisset, in proverbium abiisse:
Vnde usque hodie dicitur, in monte Dominus videbit. Gen. cap. 22.
mons, Dominus videbit, afflictis omnibus confcendendus. verf. 14.
 Statuant secum omnes ærumnosi, & quibuscunq; ma-
 le est, Deum hæc omnia quæ ipsis eventunt, prævidisse
 ab æterno, & unâ decrevisse, ut sic fierent in tempore
 B quæ sunt: atque hanc eandem Numinis providentiam
 sibi suisq; rebus omnibus adfuturam.

§. IV.

CLades autem & calamitates universas à Deo im-
 mitti, hoc nobis exemplum monstret. Quemad-
 modum Deus illi provinciæ bellum, huic pestem; ita illi
 homini podagram, huic nephritidem, isti febrim immittit:
 hoc verò bellum, & illa pestis, & hæc podagra aut
 nephritis, aut febris ista, sunt à Deo divinæque volunta-
 te immissa. Certissima est ista, & infallibilis noticia. At
 quomodo sese provincia illa, & ista, adversus bellum &
 pestilitatem, & qui homines isti adversus morbos se-
 gerant? An possunt nolle, quod vult Deus? non possunt. An
 ergo nullus defensionis locus est, si tamen illam admittit
 Deus. Equâ ratione se gessit Abram in monte Mo-
 ria sacrificaturus Isaacum? Circumspexit, & vidit hæren-
 tem in vepribus hircum, hic succedanea subditus est hos-
 stia Isaac. Ita prorsus regnum bello afflictum, provin-
 cia pestilentia infecta, homo podagrâ vexatus circum-
 spiciat quid liciti remedii sit, eoque uratur avertendo
 bello, tollendæ pesti, mitigandæ podagræ. Si hoc idem
 velit Deus, & illud averti, & istam tolli, & hanc mitiga-
 ri submitter hircum, suppeditabit remedium ad illa omnia
 lenienda, aut in integrum restituenda: si nihil sit re-
 medii, aut successum non habeat, clarissimum est velle
 Deum, ut sacrificetur Isaacus, ut regnum illud bellis ar-
 teratur, provincia illa exhauriatur peste, hic homo po-
 dagrâ torqueatur. Eadem prorsus est ratio & paupertatis,
 & ignominia, omniumque aliarum calamitatum &
 miseriarum. Ergo, ubi Deus subsidium monstret, libera-
 tur Isaac; sin, mactandus est. Ergo in his omnibus
 æqualissimè semper voluntas humana se subdat divinæ.
 Hoc est armis aureis pugnare in omnem Casum & For-
 tunam, Deum cogitare, Deo subijci, & in omni even-
 tu, mentem hanc flectere ad magnam illam Mundi
 D mentem.

Sanctus Remigius Rhemensis præful, prævidit ma-
 ximam annonæ caritatem in proximum annum; eam ob-
 rem, magnam frumenti copiam collegit alendæ plebi.
 At ex his ipsis, quorum bono id facere instituit vir san-
 ctus, homines potulerit & projectæ audaciæ fuerunt,
 qui inter pocula dicerent: *Quid senex noster Jubilans*
(erat jam ultra quinquaginta annos sacerdos) ecquid in
animo habet, an novam urbem condere, quid sibi vo-
lunt tot acervi tritici? Annonam videtur velle comprime-
re. Venite, fingamus fabricam aliquam ad hunc sen-
nem, struamus sycophantiam. Facile erat malevolis &
jam antè currentibus calcar addere. Itaque ædibus cum
impetu provolant insani, & mox ad frumenti metas.
Hic ardentem rædam subjiciens unus: Videamus, in-
quit, quàm avidè famelicus Vulcanus Cererem sit de-
voraturus. Audacissimum hoc facinus mox celeri nun-
tio ad

Clades & calamitates à Deo immittuntur.

Gen. cap. 22. verf. 14.

Mat. 6. 26. verf. 46.

Aug. in psal. 137. c. 1. h. 1. parte 1. h. 1. psalmi.

Mat. 6. 26. verf. 29.

Idem.

Aug. in psal. 61. meo ser.

Humanæ voluntatis erga divinam subjectio est omnis boni origo. * Ludovic. Gran. lib. 1. h. 2. c. 22. Duci peccator.

Abrahami tentamentum decem in quibus se obediensimum præbuit.

C A P V T IV.

Exemplum illustrissimum hominis recusantis divine voluntati suam subjungere.

Voces Hebraeus Jonas nobile fuit paradigma hominis, qui multa tergiversatione cum statueret in de- vatione affligitur, dum suam voluntatem omnem subjiciat divinæ.

S. I.

Vidiamus quid voluntas divina præceperit Jonæ: Surge, & vade in Niniven. Hæc prima pars præcepti. Altera: Et prædica in ea. Surrexit quidem Jonas, & loco se movit, sed Niniven non ivit. Surrexit Ionas ut fugeret in Tharsis à facie Domini. Duplex hæc inobedientia: in civitate, quâ jubebatur, non tantum non concionari, sed nec in eam ingredi. Sed mox adfuit ultor à tergo Deus: & ventis, & mari, & omnibus cæli injuriis pugnavit in obstinatum Jonæ voluntatem. Dominus autem misit ventum magnum in mare: & facta est tempestas magna in mari, & navis periclitabatur conteri. Necdum tamen animadvertit fugitivus iste, in se has procellas ruere: & Ionas descendit ad interiora navis, & dormiebat sopore gravi. Nihil pejus, nihil periculosius malâ securitate. Jamque magis ac magis inhorruit iratum mare, & nubes undique adductæ obruerunt tenebris diem. Discurrebant nautæ ad officia trepidantes, vela tempestati subducebant, & quidquid navigio videbatur onerosum, jactabant in mare. Sed tempestate mandata factorum peragente, consilium inritum est explorandæ sortis, Et cecidit fors super Ionam. Hic varia interrogatus Jonas, respondit: Hebraeus ego sum, & Dominum Deum cæli ego timeo. Itane verò, mi Jona, Deum times? at cur Dei voluntati non pares? Plures ita loquuntur: Deum, ajunt, timeamus; at interim Dei voluntatem negligunt. Hoc, ô boni, Deum timere non est, voluntati ejus obstrepere. Nec mare his Jonæ vocibus tranquillari se finebat, jamque magis exæstuans fervebat, & ingentes aquarum montes volvebat. Ita demum è navi Jonas in pelagus excutitur. Prius autem ipsemet culpam falsus: Scio enim ego, inquit, quoniam propter me tempestas hæc grandis venit super nos. Ita te veritas amet, mi Jona, quàm hoc candidè & verè dixisti! Omnem hanc cæli intemperiem, hunc ventorum conflictum, has pelagi furentis insolentias propria voluntas tua concitavit, unica omnium illorum causa: Niniven ire jussus es, non Tharsis. Sed expectat te præceptor marinus, qui doceat idem Velle aut Nolle cum Deo. Et tulerunt Ionam, & miserunt in mare. Et preparavit Dominus piscem grandem, ut deglutiret Ionam. Hæc præmia sunt propriæ voluntatis, sic docendi sumus molle jugum divinæ voluntatis accipere. Audi quàm sapere didicerit ictus piscator, & quàm facilem se præbuerit divinis nutibus. Jam vivo ceti carcere conclusus Jonas, jam pæne ad inferos demersus, jam inter mortuos & vivos ambiguus hærens: Cùm angustiaretur, inquit, in me anima mea, Domini recordatus sum. Tandem, tandem respicimus, & incipimus VELLE, quod diu malè nolimus. Jam ergo, Jona, vis ire Niniven? Volo ire. Ninivitis concionati? concionabor. Num etiam quæ in hoc belluæ cavo vovisti, vis reddere? Reddam. Et dixit Dominus pisci, & evomuit Ionam in aridam. Priora igitur jussa divinæ voluntatis redeunt: Surge, & vade in Niniven civitatem magnam, & prædica in ea prædicationem, quam ego loquor ad te. Et surrexit Ionas, & abiit in Niniven, juxta verbum Domini. Jam Jonas propriam voluntatem excussit, jam idem omnino vult quod Deus; jam manibus pedibusque festinat, quò pridem jussus est proficisci; jam clamat, & hortatur ad pœnitentiam; jam obtemperat, & mo-

Jonas tam variè affligitur, dum suam voluntatem omnem subjiciat.

Jonas cap. 1. v. 2. & seq. & Jonæ duplex inobedientia.

Jonas cap. 1. vers. 15. & cap. 2. v. 1.

Ibid. v. 8.

Jonas cap. 2. vers. 11.

Jonas cap. 3. vers. 2. & 3.

tio ad Remigium Antistitem defertur: ille continuo equum ascendit, & omni festinatione properat ad incensos tritici manipulos. At ubi advenit, jam flammæ per omne frumentum præcipitarent, nullâ vi amplius sopiendæ. Quid hæc faceret afflictissimus Præsul? num se mæiores conficeret, & aur insânè lamentaretur, aut diras omnes deprecaretur in auctores? Hoc fecit: equo descendit, & quia hiems erat, incendium quâ proximè licuit, tanquam se calefacturus accessit, dixitque: Semper bonus est focus, præsertim seni. En integerrimi viri animum divinæ voluntati deditissimum, eaque de causâ in omni sorte tranquillissimum: voluisset quidem, quantum in ipso, ortum incendium reprimere, sed quia nec ratio nec modus erat cõercendæ jam grassantis flammæ; totum hoc divinæ voluntati permisit, & illud Jobi serenâ fronte repetit: Dominum dedit, Dominus abstulit; sit nomen Domini benedictum.

Ita profusus, ita in aliis omnibus agendum: cùm malum imminens quodcumque vel etiam præsens legitimis remedijs inhibere non possumus, dicamus toto animo: FIAT VOLUNTAS DEI: sacrificetur Isaac, si non submittatur hircus: immoletur filius, si sic imperet Deus. Pereat domus, pereant bona, omnia percant, modò fiat voluntas Dei.

S. V.

Ichareodus tamdiu trahit, intendit, aut remittit fides citharæ, dum assensura qui totum se dedere cupit in arbitratum Dei, tamdiu necesse est voluntatem suam exerceat, subigat, astringat, dum obsequatur; doceat etiam quàm ipsi expediat ad omnem beatitudinè, si ad divinam voluntatem in omnibus sese conformet, uti beatissimus David: Nõme Deo, inquit, subiecta erit anima mea: & ab ipso enim salutare meum. Dicit hujus litteratura Hebræa hæc est: Attamen ad Deum silebit anima mea, quia ab ipso salus mea. Aptissimè nostro instituto; hæc enim mente fuit rex David: Quidquid mihi demum eveniat, feliciter an secus, divinæ tamen voluntati non contradico; Dei sancta non turbo: & etsi omnia terribimè cadant, ego non obmurmuro; ad omnem Dei permissionem sileo, divinâ dispositione semper contentissimus: aspera omnia leniri possunt placidè ferendo.

Quisquis sapientissimum hunc regem imitatus fuerit (quod cuivis facillimum, modò velit) hic sanè adversa omnia, & quascunque calamitates tranquillo & imperterritato animo sustinebit; nunquam ei vel vocula excidet, quâ crebras nimium, aut nimium graves arumnas queratur: voluntas divina omnium illi ærumnarum allevamentum erit: nec unquam esse poterit tam cooperus miseris, quin cùm religiosissimo illo viro exclamet: Pater sancte, tu sic ordinasti, & sic voluisti: & hoc factum est, quod ipse præcepisti. Sine consilio & providentiâ tuâ, & sine causâ nihil fit in terrâ. Ecce Pater dilecte, in manibus tuis sum ego, sub virgâ correctionis tuæ me inclino: percutere dorsum meum, & collum meum, ut incurvem ad voluntatem tuam tortuositatem meam, ut ambulem ad omnem nutum tuum, atque super omnia voluntatem beneplaciti tui semper inquiram.

Qui hanc institutionem non capiunt, perpetuò erunt miseri, semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis pervenientes. Qui verò studium omne in Dei voluntate cognoscendâ, & sequendâ posuerint, non patienter tantum, sed hilariter, & cum gratiarum actione adversa omnia tolerabunt. Optimè dixit insignis ille concionator: Omnem diem amissum credite, quo Dei amore propriam non fregistis voluntatem.

Iob cap. 1. v. 21.

Voluntas tamdiu exercenda donec obsequatur. Ps. 61. v. 2.

David in omnibus eventis se divinæ voluntati commisit.

Thomas à Kempis l. 3. cap. 50.

2. Tim. c. 3. vers. 7.

Joan. Taulerius epist. 8. mibi p. 8. vixit anno 1350.

Ca. Sen. vol. in. Jol. Jli.

Jonas vers.

Jonas 1.

Ibidem.

Cauff. in Jol. 1. Ma. cap. 6.

Homi ad anal. stamp. p. 100. v. 14. 15. 16.

& mortigeratur divinis iussibus. Utinam constanter id faciat, & ad propriam non recurrat voluntatem.

§. II.

Sed heu mobilitatem & inconstantiam voluntatis humanae! que modò Dei fuit, iterum incipit esse sua. *Et afflicti sunt Iona afflictione magna, & iratus est.* Indicia hæc sunt pessima propriæ voluntatis, jam iterum luctantis cum divinâ. Qui suam voluntatem ad divinam accommodat, nunquam tantopere turbatur, nec unquam ærumnis sic deformatur, ut in iram prorumpat, & indignetur Deo. Quid obsecro, mi Jona, quid est quod voluntatem tuam divinæ jam conjunctissimam denuo in hanc discordiam agit? Novi diffidii causam audire:

Nunquid non hoc est, inquit, verbum meum, cum adhuc essem in terra meâ &c. Scio enim quia tu Deus clemens, & misericors es, pateris & multa miserationis, & ignoscens super malitiâ. Hæc illa in Deo & Jonâ voluntatum dissensio est: Voluit Deus parcere Ninivitis, voluisset Jonas puniri Ninivitas, & hoc ait prælagisse sibi suum animum, se frustra minas sparsurum, non succellura minis supplicia, Deum citò nimis placandum. Nihil ergo amplius videtur superesse, quam Deum rogare: *Domine, tolle queso animam meam à me, quia melior est mihi mors quam vita.* Melior tibi est, Jona, sed forsitan Deo non gratior. Id autem propria voluntas non curat, hoc solum attendit quid sibi gratum & volupe sit: Deo id placeat, an non, juxta habet.

Et egressus est Iona de civitate, & sedit contra Orientem civitatis: & fecit sibi umbraculum ibi, & sedebat subter illud in umbrâ, ut videret quid accideret civitati. Necdum quiescit propria voluntas; urbem deserit, ut commodius spectet excidium urbis. Cur autem egreditur Jonas, cur civium animos non hortari pergit, ad constantem penitentiam? quid opus est è textili hederâ novum sibi domicilium struere: in ille domus urbicæ recepissent non ingratum penitentiam præconem. Sed aliter placuit propriæ voluntati, cui quandoque non tantum amplissimæ urbes, sed terrarum Orbis nimis angustus est. Puravit Jonas ad suum ex urbe egressum mox igneas cælo ruituras pluvias, mox urbem funditus evertebam. Ita enim

Deus prophetam jussit minari: Adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur. Hanc ob causam in tuto Jonas se collocat, hic confidet ut videat, an Deus nullam suis sit additurus vim minis: an omnem injuriam tam facile obliteraturus, & parturus sceleratissimæ civitati. Spectaculum è cælo diu expectabat: sed cum cælum omne ferias agere, cum nulli volare ignes, nec ulla erumpere faxa, cum vindicta omnis dormire videretur, cum hederacea etiam voluptas exarescere, cum sol desuper caput ferire, cum æstus ingens graviter vexare inciperet, hic demum Jonas tantam Dei patientiam impatientissimè

ferens, & seridè excandescens, petivit animæ suæ ut moreretur, & dixit, *Melius est mihi mori quam vivere.* Cumque super hac suâ excandescentiâ interrogaretur, num eam conferret æquam? respondit audacter: *Bene irascor ego, usque ad mortem.* Videte, obsecro, tam impotentis iræ causam. Ideo Jonas tam multum fellis effundit, ideo pæne in languorem incidit præ tristitiâ, *Quia non factum est ei sicut cogitabat.* O Jona, quam credula est propria voluntas, maximè sibi suisque persuasionibus! Ecce tam indignè fers miserationem & patientiam divinam? an necis, Dei proprium esse, misereri & parcere? nunquid Deo induere vis impatientiam humanam? ut quamprimum læsus, mox teriat, injuriis affectus mox sua fulmina mittat? Hoc humanam sapit indolem, non divinam: nos tales sumus: vix tacti, pugnis & calcibus tangentem petimus; vix læsi, fervidissimis ictibus ferimus, ad rem nullam profecidò promptiores quam ad vindictam: hic curimus, hic volamus cum ulciscendum est. Non talis est Deus, *Miserator & misericors Dominus: patiens & multum miserationis: Suavis Dominus universis, &*

miserationes ejus super omnia opera ejus. Nec vult Deus perire animam, sed retrahat, cogitans ne penitus pereat qui abiectus est. Quid autem, mi Jona, tantopere luges hederaceum palatium tuum à verme destructum? neque tu vermem rodere, nec hederam crescere docuisti. Hanc tibi Dominus dedit, hanc & abstulit Dominus, cur Domino indignaris? Quid si tanti doloris causa est, umbraculi hederacei demolitio, & urbis quæ regnum æquet, everfio non sit dolori? Jam ergo, mi optime Jona, voluntatem tuam ad divinam omni ex parte conforma. Hederara perit? velis peritisse: Ninive servata est servatam & tu velis. Nec est quod quidquam ultra doleas, nisi ob propriam voluntatem non proptinus divinæ subiectam.

§. III.

Videte, Christiani, quid sit sui iudicii suæque voluntatis esse, & in quantos errores hæc una res sanctissimos etiam viros pertrahat. Nihil agimus, quantum diu voluntatem propriam non penitus expugnamus. Hac stante, & adversante divinæ, nec dona Deo ulla, nec vota, nec preces, nec sacrificia grata sunt. Gratum Deo jejuniū est, grata elemosyna, gratum orandi studium, sed illud solum quod divinæ voluntati accommodatum. Novit quidem & propria voluntas stipem spargere, jejuniā instituire, preces orationes inire, sed hæc omnia nimis quam exosa sunt Deo, si divinæ voluntati conformia non sint. Ideo Deus (mirissimum dictū) & jejuniā, & sacrificia ceteroqui gratissima prohibens: *Nolite, inquit, jejunare sicut usque ad hanc diem.* Quid ergo vitii habuit jejuniū istud Hebrææ plebis? Propriam voluntatem nimium olebat: *Ecce in die jejuni vestri invenitur voluntas vestra: Jejunium amo, sed propriam voluntatem odi, quæ corrumpit jejuniū.* Si quis homini cæpas averfanti, ferculum cetera pietiosissimum proponat, cæpis tamen insectum, nihil inibit gratiæ, nec lassum stomachum pervellet; nauseam movebit, non appetentiam ciborum: ita jejuniū velut generosi saporis edulium est, ab Angelo etiam laudatum: *Bona est oratio cum jejuniis;* at si huic edulio cæpe & allium propriæ voluntatis miscantur, apage hoc fastidium à cælesti mensâ. Chrysostomus: *Qui peccat & jejunat, inquit, non ad gloriam Dei jejunat, nec se humiliat, sed suæ substantiæ parit.* Omnia fœdat & perdit voluntas propria.

Et hæc illa dejectorum ad inferos extrema miseria est, tantâ eos furete contumaciâ voluntatis, ut hæc in omnem æternitatem, divinæ voluntati nunquam sit consensus: Nunquam volent damnati quod Deus, nec velle poterunt. Clarè Augustinus: *Voluntas enim eorum, talis erit, ut habeant in se semper malignitatis suæ supplicium, nunquam tamen percipere possint bonitatis affectum.* Quia sicut illi, qui cum Christo regnabunt, nullas in se male voluntatis reliquias habebunt: ita illi qui erunt in supplicio ignis æterni, cum diabolo & angelis ejus deputati, sicut nullam habebunt ulterius requiem, sic & nullatenus bonam poterunt habere voluntatem. Ah, quid uspiam esse potest formidabilis gehennâ, si in illâ vel unicum hoc supplicium sit, à sanctissimâ Dei voluntate in omnem æternitatem esse averfissimum, nec cum eâ unquam conciliari posse? Ergo, mi Deus, ut deseram ego voluntatem meam, doce me facere voluntatem tuam.

C A P V T V.

Quæ voluntatis propriæ contumaciâ maxime confirmet.

Inter gravissima quæ Dominus Hierosolymorum urbem improbrat, illud est: *Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos*

1. Reg. c. 14. vers. 14.

1. Reg. c. 14. vers. 14.

1. Reg. c. 14. vers. 14.

1. Reg. c. 14. vers. 14.

1. Reg. c. 14. vers. 14.

1. Reg. c. 14. vers. 14.

1. Reg. c. 14. vers. 14.

1. Reg. c. 14. vers. 14.

1. Reg. c. 14. vers. 14.

1. Reg. c. 14. vers. 14.

2. Reg. c. 14. vers. 14.

1. Reg. c. 14. vers. 14.

1. Reg. c. 14. vers. 14.

1. Reg. c. 14. vers. 14.

1. Reg. c. 14. vers. 14.

1. Reg. c. 14. vers. 14.

1. Reg. c. 14. vers. 14.

1. Reg. c. 14. vers. 14.

jugo, aut edita rupe collocata, sed domus lutea, quæ ad omnem incursum cedit & collabatur. Probus es; sit ita hoc illudve præclarè incipis, hæc aut. illic rem optimè agis; neque hoc negem, sed hoc quamdiu & quam constantè? Ah, quam facilè ad omnem auræ sibilum mutamur, & sæpe turpiter dejicimur! ut folium arboris, à vento non magnò rapimur, & ventilamus nos in omnem ventum, & imus in omnem viam. Multiformes planè sumus, & nobis ipsi dispares, nec unum agimus hominem, sed plures. Quod in Sacris de Jobo scribitur, *Fuit vir unus*: id ita Hieronymus interpretatur: Non per diversa mobilis, & instabilis ferebatur, sed firmus atque inconcussus persistens, erat vir unus. Nos plerumque non unum virum agimus, & sæpe nec quidem viri sumus, tam debiles in virtutis actibus, quam inconstantes. Hæc propria voluntatis illustria sunt facinora. Sed de hoc humanæ voluntatis Euripo explicatiùs alibi.

Itaque libera voluntas nos facit nostros, mala diaboli, bona Dei. *Qui enim*, inquit Bernardus, *voluerunt esse sui, utique sicut Dei scientes bonum & malum, facti sunt non tantum jam sui, sed & diaboli. Sanè diabolo nos nostra mancipat voluntas, non ipsius potestas. Nostra autem voluntas perfecta non erit, quousque suo creatori perfecta subiecta sit. Profectò expedit nobis magis omnino non esse, inquit, quam nostros permanere.* Augustinus de aquilis: Dicuntur pulli aquilarum, inquit, sic probari, patris scilicet ungue suspendi, & radiis solis opponi: qui firmè solem contemplantus fuerit, filius agnoscitur, si acie palpitaverit, ab ungue dimititur. Nos viles homunculi magis sub arbitrio Dei sumus, quam sub patris ungue aquilæ pullus; à Deo magis pendemus quam radius à sole, calor ab igne; plus Deo in nos potestatis est, quam in lutum figulo, & tamen hunc solem nostrum, divinam voluntatem liberrimè averfamur. Jubemur inimico ignoscere? Nolumus. Effrenem libidinem coërcere? æquè nolumus. Impotentem iram domare? Nec hoc volumus. Illo aut isto familiari vitio abstinere? pigerrimè volumus, hoc est, modeste nolumus. O pullos non aquilarum, sed noctuarum, qui non solem divinæ voluntatis, sed tenebras propriæ scelerantur. Hinc autem omne malum, & omnis pœna. Narrante Ludovico Blofio, Christus sanctæ cuidam virgini familiarem se præbens: Volo te nosse, inquit, quod omnes pœnæ, quibus homines in mundo affliguntur, in voluntate consistunt: quia si voluntas esset ordinata, & concors cum voluntate meâ, careret quodammodo pœnâ. Quamvis enim is qui hac sanctâ ordinatâque voluntate præditus est, sentiat laborem ac dolorem, quidquid tamen amore mei sponte patitur, quasi sine pœnâ portat. Libentissimè enim illud sustinet, considerans & sciens meam esse voluntatem, atque permissionem, ut patiarur. Mens ejus in quovis dolore corporali libera est, cum voluntas ipsius in omnibus sit conformis, & unita voluntati meæ. Igitur ablata voluntate propriâ spiritus hominis tranquilluss est, & pace gaudet.

CAPVT VI.

Nihil voluntatis propriæ retinendum esse, tam in omnibus rebus arduis ac difficilibus, quam in ipsâ morte.

Hic Rhodus, hæc saltus. In rebus subinde minutim non ita difficulter voluntatem nostram divinæ attemperamus, at in iis quæ momenti sunt gravioris, in jacturâ opum, honoris, vitæ, hæc tergiversationes, & exculationes, hæc moræ & tricæ, hæc multa refractariæ voluntatis contumacia, hæc nostrum nobis & VELLE & NOLLE stat contra Dei & VELLE & NOLLE. Sed quid miseri luctamur frustra? stat voluntas divina, stabitque

Tom. I.

arenum velut immobilis rupes; non illam ad nos trahemus, sed ad se nos illa. Rideamus, si is qui cimbarum ad rupem alligavit, funem identidem trahat, & rupem ad se accedere censeat, cum ipse ad illam propius ac propius accedat: Et non major nostra stultitia est, qui ad rupem illam divinæ voluntatis nexi, trahendo & reluctando volumus eam nobis obsequi, non nos ipsi?

§. I.

Sunt qui & se & alios divinam legem doceant, & hi quidem intelligentiam suam Deo consecrant; at ubi est voluntas rerum omnium pretiosissima? Hanc sibi servant, partitione factâ cum Deo haud æquâ. Optimè olim alteri alteris sic precabantur: *Beneficiat vobis Deus, & det vobis cor omnibus, ut colatis eum, & faciatis ejus voluntatem corde magno, & animo volenti.* Hi corde profusus exiguo, & animo minimè volente Deum colunt, qui in re quapiam facili voluntati suæ cédunt, at ubi vel bonorum alea jacitur, vel honoris punctum, aut vitæ cardo vertitur, hæc jus propriæ voluntatis tenacissimè retinent, hæc sui sunt. O non Volones, quales olim sponte suâ militiæ nomen dederunt, pro dominis pugnaturos se polliciti: Eâ de causâ in civitatem recepti, & liberi esse jussi sunt. Quod si contumaces illi & divinæ voluntati non refractarii ultro se dederent, suamque voluntatem sponte submitterent supræmæ illi, certè jus cæli obtinerent, futuri liberi in omnem æternitatem. Inter Volones istos præsignis planè, Hebræus rex David: *In me, inquit, sunt Deus vota tua, quæ reddam, laudationes tibi.* Sub cælo nihil tam liberum atque hominis voluntas: omnia alia admirabili subjectione conditori obtemperant. In solo homine ea est libertas, quâ vult quodcumque lubet, etiam si hoc cælo, inferis, Deo repugnet. Nihil tam in nostra est potestate quam voluntas. Integrum est homini, quocumque libuerit, dicere NON, & abnuere, vel ipso etiam Deo annuere. Et hæc scelerum omnium Lerna est, Deo dicente: Volo hoc fieri; hominem tamen obloqui audere: Nolo hoc facere; aut dicente Deo: Hoc fieri nolo; hominem tamen dicere: Hoc volo facere. Et quoties Deus, Hæc est, inquit, mea voluntas; nihilominus homo: At hæc, inquit, mea non est. Ob hoc Deus gravissimè questus: *A saculo, inquit, confregisti jugum meum; rupisti vincula mea, & dixisti: Non serviam.* Hæc ipsissima est radix omnium delictorum: non sit hoc impium VOLO, non erit utique delictum. Enimvero medicina ea optima est, quæ sic morbum curat, ut & morbi radicem evellat. Proprium peccati pharmacum, Pœnitentia, quæ runc demum vera est, si rebellionem hanc comprimat, & humanam voluntatem divinæ penitus subiciat. Primus autem voluntatis actus est AMARE; uti est aurium audire, cernere oculorum: qui verò quippiam amat seridè, ei cor suum voluntatèque cum voluptate impendit; non eum labor, non dolor, non terrifici quidquam inde avocant. Ita

voluntas quæ se Deo verè transcribit, omnia præ Deo nihil facit, tam aspera quam jucunda, & suavia promptè amplectitur, prout scierit supræmæ id voluntati probari. Hujus sibi mentis conscius rex David: *In me, inquit, sunt Deus vota tua.* Non reperio quas tibi gratias agam, mi Dominè, quod hanc in me felicitatem ac promptitudinem, erga tuam voluntatem experiar; præmissiones tibi à me factæ, in intimis apud me præcordiis affervantur, ne excidant. Tale sit voluntas Christiani hominis promptuarium, unde facilè depromi possit, quidquid est ad domini gustum. Penarium verè opulentum, omni genere quæ-esculentorum, quæ poculentorum instruitur: Si dominus velit oleum, aut mel, aut aromata, vel vinum sive Chium, seu Thasium, sive Creticum; adferuntur & oleum, & mel, & aromata, & vinum non cibarium & ignobile, sed quale jussit adferri: si dominus cupiat perdicem, aut alticem gallinam, illico

A a a perdis

Trist. cap. 14.

In Trist. lib. 1. cap. 3. de humanæ voluntatis inconstantia. Bern. de grat. lib. 1. tit. 1.

Huj. Men. lib. 1. tit. 10. Omnes pœnæ quibus homines affliguntur in voluntate consistunt.

In jacturâ rei magni momenti apparet contumacia refractariæ voluntatis.

2. Machab. cap. 1. v. 2. & 3.

Liv. lib. 3. bell. Pun.

Psal. 55. v. 13. Nihil liberius hominis voluntate.

Hier. cap. 2. v. 20. Voluntas est radix omnium delictorum.

Psal. 53. v. 13.

perdix aut gallina promitur: si panem niveum petat & primarium, mox adest hic panis: si aliud quid postulet, confestim advolat postularum. Talis sit voluntas nostra, & olearia, & mellaria, & vinaria, & omnigeni penoris cella, ut quidquid dominico palato placuerit, inde promatur: ita quidem, ut si Deus animum cupiat ad paupertatem, ad morbum, ad ignominiam, ad mortem paratum, hunc ipsum inveniat paratissimum, de quo Deus ipse dixerit: In te, o homo, sunt vota mea. Talis certe rex David, vir secundum cor Dei. Non in rebus solum minucioribus, sed in maximis aequè ac minimis, cum jactaretur, cum per ardua sursum & deorsum iret, à divino semper nutu pendebat.

Aff. cap. 13. v. 2.

§. II.

De quo Baron. tom. 7. Anno 523. num. 15. Martyrol. Baronii die 26. Octobr.

ANno quingentesimo vicesimo tertio, in Concilio Uzecensi episcopus fuit, cujus nomen, Quod vult Deus. Fuit & alius ejusdem nominis Carthaginensis Pontifex, vir sanctissimus, qui una cum Clero à Genferico rege Ariano, fractis navibus absque remis & velis, præter omnem spem Neapolim appulit, ibique exul sanctè finiit. Omnium hoc Christianorum & nomen sit, & studium unicum, Quod vult Deus. At maligni hominis est, tunc solum dicere: Quod vult Deus; cum nec operosa, nec ardua jubentur. Ille fert omne punctum, qui, cum paupertas urget, cum morbus exercet, cum ignominia premit, cum mors vocat, nihilominus mente liberam pronuntiat: Quod vult Deus; si opes, si valetudinem, si famam, si & vitam velit eripi. Quod vult Deus, hoc fiat. Nec disputat, cur jam, cur hoc loco, cur hoc morbi genere sibi moriendum sit, sed paratissimus ad omnia, hoc unum assidue ingeminat: Quod vult Deus. Præclarissimè dixit Seneca: *Quid tibi opus est ut sis bonus? VELLE. Quid autem melius potes velle, quam quod vult Deus? Hic ego te, qui aliter sentis, & divinæ voluntati obniteris, compello Annæi verbis: Tamen tu indignaris aliquid, aut queris: & non intelligis, nihil esse in istis malis, nisi hoc unum quod indignaris, & queris: Non feram me, quo die aliquid ferre non poterò. Malè valeo? pars futi est: familia decubuit? fœnus offendit? domus crepuit? damna, vulnera, labores, metus incurrerunt? Soler fieri. Hoc parum est: debuit fieri. Decernuntur ista, non accidunt. Si quid credis mihi, intimos affectus tibi cum maxime detego: in omnibus quæ adversa videntur & dura, sic formatus sum. Non parvo Deo, sed assentior: ex animo illum, non quia necesse est, sequor: (erubescè, Christiane, ah erubescè!) Nihil unquam mihi incidit, quod tristis excipiam, quod malo vultu, nullum tributum invitus conferam. Omnia autem ad que gemimus, quæ expavescimus, tributa vitæ sunt. Horum nec speraveris immunitatem, nec petieris. Ad hanc legem animus noster aptandus est, hanc sequatur, huic pareat: & quæcunque fiunt, debuisse fieri putet: nec velit objurgare naturam. Optimum est pati, quod emendare non possis; & Deum, quo auctore cuncta proveniunt, sine murmuratione comitari. Malus miles est, qui Imperatorem gemens sequitur. Quare impigri atque alacres excipiamus imperia, nec deseramus hunc operis pulcherrimi cursum, cui quidquid patimur, intextum est. Sic vivamus, sic loquamur. Paratos nos inveniat atque impigros Fatum, seu, voluntas Dei. Hic est magnus animus, qui se Deo tradidit: at contra ille pusillus ac degener, qui obluatur, & de ordine Mundi malè existimat, & emendare mavult Deum quam se. Carpit divina & providentiam; alia illa esse veller magis quam se alium. Ingrati sæpe divinatorum interpretes sumus. Inde est quod nec vivere volumus, nec mori: vitæ nos odium tenet, timor mortis. Nutat omne consilium nostrum, nec implere nos ulla felicitas potest.*

Senec. epist. 80. init.

Idem epist. 96.

Omnia quæ nobis eveniunt vitæ sunt tributa.

Magnus animus qui se Deo tradidit, pusillus qui obluatur.

Optimum in morte exercitium Religioso sui.

§. III.

QVanti verò momenti sit in morbo lethali, nostræ voluntatis ad divinam conformatio, insignissimè

A docet Ludovicus Blosius, hunc in modum: Moriturus *Miss. Consol. hujusmodi. magis hi. pag. 322. & seq.* quisque meritis Salvatoris nostri Jesu Christi, quam suis innitetur. In illius bonitate & in precibus beatæ Mariæ Virginis ac Sanctorum electorumque Dei satis confidet. Christi amarissimam passionem mortemque sibi proponet, & ineffabilem illam charitatem, quæ cum tam indigna sustinere coegit, memoriâ repetet, atque in patientia vulnera, & in profundissimum pelagus immensæ misericordiæ ejus, sese cum universis peccatis atque negligentis suis demittet, immergetque. Ad summam Dei gloriam seipsum, velut hostiam vivam offeret ipsi Domino, ad perseverandum pro acceptissimâ ejus voluntate patienter, ex vero amore omnem languoris acerbiteriam, ipsam etiam mortem, & quidquid sibi Dominus in tempore, & in æternitate immittere voluerit. Hoc si revera facere poterit: si, inquam, sese ex purâ dilectione cum perfectâ sui resignatione, ad omnem pœnam pro honore divinæ justitiæ tolerandam **B** animo spontaneo obtulerit, etiamsi solus omnia torius Mundi peccata commisisset. Nullum igitur exercitium in extremis utilius esse potest, quam ut quis seipsum ex integro divinæ voluntati resignet: humiliter, amorosè, plenèque confidens in immensâ Dei misericordiâ ac bonitate. Fieri enim nequit, quin is qui in hujusmodi verâ perfectâque resignatione cum sanctâ erga Deum fiducia ex hac luce exit, confestim ad regna cælestia evolet. Nam sicut nihil omnino pœnæ, nihil ignis purgatorii in Deum cadere potest, ita nec in hominem, qui eo modo per voluntatis conformitatem, amorèque Deo unitus est. Hoc animo justus ille Læro moriebatur in cruce, qui non salutem corporis à Domino postulavit, nec oravit ut à pœnis purgatorii servaretur, sed libenter pro peccatis suis, proque Dei gloriâ moriens, se totum Christo obtulit, ut ille secum ageret quidquid vellet. Nihil nisi misericordiam & gratiam petiit dicens: *Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum.* Quod si morte imminente infirmitas naturæ moreret, aut trepidat; hujusmodi mœstitia & formido in Deum per resignationem projicienda, ac certa spes erga eum concipienda est. Mors Christi mortem tuam soletur. Ille præcessit, præcesserunt & innumeri electi ejus: non igitur pigeat te sequi. Corpus quod modò deponis, vile quoddam vestimentum est. Quid ad te si computrescat, & ad tempus in terrâ occultetur? Postea ipsum idem corpus tuum resurget, jamque immortale, incorruptibile, gloriosum ac fulgidum erit. Pensandum quoque est, quàm resignati ac voluntarii fuerint ad moriendum antiqui justi, Abraham; Isaac, Jacob, Moses, David, & ceteri consimiles, cum nondum janua regni cælestis esset aperta. Unde in fine Deuteronomii legimus, Dominum dixisse ad Moysen: *Ascende in montem istum &c. & vide terram Chanaan quam ego tradam filiis Israël obtinendam, & morere in monte.* *Deut. c. 31. v. 49.*

D Ecce quàm resignato animo, juxta Dei beneplacitum, mortem excepit Moses amicus Altissimi. Non transivit quidem ad terram illam visibilem, sed in invisibilem & meliorem receptus est, videlicet in secretum sinum patris, & limbum, in quo justorum anime tunc magnâ tranquillitate quiescebant. Jam verò justis aditus patriæ cælestis, per Christum Dominum referatus est.

Ergo, mi optime Christiane, cum vicinam sentis mortem, imò etiam antequam sentias, voluntatem tuam quàm perfectissimè junge cum divinâ, illique te totum committe: nec aliud cogites vel loquaris, quàm hoc ipsum, *Quando Domino visum.*

§. I V.

Sed istud **Q**UANDO plerosque omnes homines ægrè habet. Moriendum tibi sciunt, & mori volunt, sed nondum: cupiunt naturæ solvere quod debent, sed nondum:

Mori in se est in se non preparari. Vile est non esse. An. Incertum. hoc die. I. K. Senec. ep.

Qui in vera perfectione acquiescit, resignatione cum sanctâ erga Deum fiducia ex hac luce exit, confestim ad regna cælestia evolet.

Omnia reddunt scilicet pro voluntate: divinitus transmittuntur.

Hic. mo. 1. 2. 3. 4.

Idem. de. 1. 2. 3. 4.

Idem. de. 1. 2. 3. 4.

Idem. de. 1. 2. 3. 4.

1. Pet. c. 5. vers. 7. Psal. 54. v. 23. Prov. c. 3. v. 6. Psal. 117. v. 8. Hier. c. 17. v. 7. & 8.

1. Machab. cap. 2. v. 61. Psal. 2. v. 13. Eccli. c. 11. v. 22.

2. Cor. c. 10. v. 13.

1. Reg. c. 4. v. 6.

exigit, sed quæ procedat ex toto corde. Nam & Apostolorum Princeps: Omnes, inquit, sollicitudinem vestram projicientes in eum, quoniam ipsi est cura de vobis. Et Plaltes: lacta, inquit, super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet. Sed & Salomon iterum mōnens: In omnibus viis tuis, inquit, cogita illum, & ipse dirigit gressus tuos. Bonum est confidere in Domino, quāam confidere in homine. Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia ejus. Et erit quasi lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, & non timebit cum venerit aestus, & erit folium ejus viride, & in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructum. Cogitate per generationem & generationem, quia omnes qui sperant in eo, non infirmantur. Beati omnes qui confidunt in eo. Hæc enim fiducia Deum obligat, ut tibi in se confidenti beneficiat. Ergo. Confidit Deo, & mane in loco tuo; sorte tuā contentus, status tui mediocritatem amplectere, ne quæ ultra mensuram regula, quā mensus est tibi Deus, te ipsum extende: Memento, non in solo pane vivere hominem, posse Deum etiam de lapidibus suscitare filios Abraham, nec esse difficile Domino, salvare vel in multis, vel in paucis.

§. II.

Sūt 60000 philippii.

2. Par. c. 25. v. 7.

Hæbræus rex Amasias militem scripserat centum talentis argenti, quibus centum millia hominum ad signa evocavit. Quo facto, venit homo Dei ad illum (ita Regum facti narrat) dixitq;: O Rex, ne egrediatur tecum exercitus Israël, non est Dominus cum Israël, & cunctis filiis Ephraim. Quid si putas in robore exercitus bella consistere, superari te faciet Deus ab hostibus: Dei quippe est & adjuvare, & in fugam convertere. Dixitq; Amasias ad hominem Dei: Quid ergo fiet de centum talentis, quæ dedi militibus Israël? Et respondit ei homo Dei: Habet Dominus unde tibi dare possit multo his plura. Paruit Amasias Deo nixus, & viginti millia hostium occidit. Tanti est, Deo fidere, & non humanis viribus.

Thom. Staplet. de tribus Thomis, m. h. p. 297. & seqq.

Thomas Morus hotæ sanctitatis ac eruditionis vir, ad filia Margaretæ objectiones hæc omnino verbis in carcere respondens: Nihil, inquit, contingere potest, quod Deus non velit. Quidquid autem ille vult, utcumque nobis malum videatur, est tamen reverā optimum. De Dei bonitate diffidere, mea Margaretæ, nolo, utcumque me debilem ac fragilem præsentiam. Imò si in co me terrore & consternatione cernerem, ut jam jam lapsurus viderer, meminero tamen divum Petrum unico venti flatu ex modicâ fide submergi cepisse; faciâque quod ille fecit, Christum compellabo: Domine saluum me fac. Spero enim quod extendens manum suam apprehender me, nec submergi patietur. Quod si verò Petri partes adhuc ulterius me agere, planèque præcipientem cadere, jurare & abjurare permitterer, spero nihilominus fore, ut oculo misericordiæ pleno me respiciat, & erigat, ut de novo veritate consistear, conscientiam exonerem, penam & pudorem prioris abnegationis fortiter perferam. Denique illud compertissimum habeo, quod absque meâ culpâ Deus me non deseret. Christianè & sapienter. Interest enim rebus omnibus divina Providentia, & scimus ab eâ innumeros ne laberentur detentos, nullos ut laberentur impulsos. Imò, si hic talis ceciderit, non collidetur; quia Dominus supponit manum suam. Quomodo autem is laxatur, qui in pulvinar cadit tam molle? Ante omnia lidendum Deo.

§. III.

Christus inculcat fiduciam in Deum.

Luc. c. 12. v. 24. & seqq.

Ecquid denique Christus tam variè inculcat & urget, atque hanc unam in Deum Fiduciam? Quam variè divinus hic Magister argumentatur ab aviculis, à flosculis, à capillis, ab ipsis etiam idololatriis, persuadendæ huic fiduciæ: Ita corvos, lilia, passerculos oculis subjiciens, Considerate, inquit, corvos quia non seminant, ne-

que metunt, quibus non est cellarium neque horreum, & Deus pascit illos. Quanto magis vos plures estis illis? Quis autem vestrum cogitando potest ad staturam suam cubitum unum? Si ergo neque quod minimum est potestis, quid de ceteris solliciti estis? Considerate lilia, quomodo crescunt: non laborant, neque nent; dico autem vobis, nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut unum ex istis. Si autem fenum quod hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit; quanto magis vos pusilla fidei? Pater vester scit, quia his indigeris. Et quot experimentis discipulos suos inspexit, ut eos doceret Deo ex toto fidere? Ita quinque millia hominum epulo excepturus in vastâ solitudine, Philippum interrogat, unde panes emendi sint. Hoc autem dicebat tentans eum. Sic & quatuor millia hominum cibo refecturus, discipulos in eam consultore adhibens: Quot, inquit, panes habetis? At illi non magna fiducia: Unde illos quis poterit, ajunt, hic saturare panibus in solitudine? O viri, Deus poterit, qui nos sibi in rebus omnibus vult fidere quāam integerrimè. Providentia divina falli non potest; fallere non vult: stabit Deus promissionibus suis. Docemur hoc omnium ætatum exemplis. Erigat proinde se homo in spem magnam, & audeat se suaque omnia in Dei sinum profundere fiducia quāam erectissimâ.

§. IV.

Ostatus, præsul Abulensis, illud eruditionis miraculum, super Regum factis differens: ita est, inquit, lex Adam, quam debet homo tenere cum Deo, scilicet quod homo humiliet se coram Deo, colat & Deum quantum poterit, & Deus erit sollicitus pro eo. Etenim ad quem clamamus, Pater noster qui es in celo? Uti que opulentus hic Pater omnibus abundè providebit. Quod si parva animalia, inquit Hieronymus, absque Deo auctore non decedunt, & in omnibus est Providentia, & quæ in his peritura sunt, sine voluntate Dei non pereunt; vos qui æterni estis, non debetis timere quod absque Dei rivatis Providentiâ. Cur ergo illi non quāam integerrimè fidamus, & animos in duamus tanto patre dignos? Nec in mediis quidem flammis desperandum. Res angustæ domi sunt? Dominum habemus divitem, qui nunquam passus est suos extinguere fame. Inimica insurgunt agmina, sive terris nata, sive inferis excitata? Ducem habemus potentiorum, qui uno flatu regnorum disperdet exercitus. Maleficæ premunt linguæ, & falsis onerant criminationibus? Deum intueamur judicem vindicemque, & humana non metuemus. Neque enim se vinci ab homine patietur Deus, aut munificentiam suam ab humanâ fiducia superari. Audeat quis fidere? majora donare audebit Deus. Audeat sperare magna? vincet humanam spem Deus, & è locuplete cellarum thesauro, longè majoribus beabit: ita ut ad splendendam egestatem humanam, satis sit spem suam posuisse in Deo, ac de illius liberalitate magnâ sperasse. Quod enim spes major est, majora sunt dona caelestia, ut non tantum æquari, sed innumeris modis vinci à divina benignitate humanam spem fiduciamque videamus. Nobilissima est hæc concertatio, ingens hominis in Deum fiducia, cum immensâ Dei liberalitate composita; quasi æmulâ utrimque fiduciæ & munificentia largitione; tanquam si vinci nollet homo, cum tamen vinci non possit Deus.

§. V.

Hic Hipponensem Antislitem Augustinum luculentissimè ratiocinantem audite: Fecit Deus, inquit, caelum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt. Si ergo omnia quæ in eis sunt, & te; parum dico, te, passerem, locustam, vermiculum, nihil horum non ille fecit, & cura est illi de omnibus. Nolite ergo dicere: Non pertineo ad Deum. Pertinet ad Deum anima tua, pertinet ad Deum corpus tuum; quia Deus fecit & corpus tuum. Dicis fortè. Non numerat me Deus

Aug. 1. 1. 1. 1. 1.

Joan. cap. 6. v. 6.

Marci. 8. v. 4.

Aug. 11. 1. 1. 1.

Tostat. in lib. 2. Reg. cap. 7. v. 19. quæst. 11.

Mat. c. 6. v. 9.

Hieron. epist. ad catenâ in tate Dei non pereunt; vos qui æterni estis, non debetis timere

Mat. c. 10. v. 11. Scribanii Superior lib. 1. cap. 27.

Tern. v. 16.

Prov. c. 8. v. 15.

Ad pellendam egestatem humanam fatis sit spem suam posuisse in Deo.

Quod enim spes major est, majora sunt dona caelestia, ut non tantum æquari, sed innumeris modis vinci à divina benignitate humanam spem fiduciamque videamus.

Aug. 1. 1. 1. 1. 1.

Aug. 1. 1. 1. 1. 1.

Aug. 1. 1. 1. 1. 1.

Aug. 1. 1. 1. 1. 1.

Deus in magna multitudine. Te non numeret, qui etiam A capillos tui capitis omnes habet numeratos? Sed, ais, subinde iis miseris involvimur, ad eod solatiis omnibus & auxiliis destituimur, ut mirum non sit, quandoque fiducia non nihil vacillare. Hic etiam Augustinus pro me respondebit. Et obsecro vos omnes qui hac legitis, aut legi auditis, sanctissimi viri responsum altissimo pectore reponite: Quidquid ergo, inquit Augustinus, hic accidit contra voluntatem nostram: noveris non accidere nisi de voluntate Dei, de providentia ipsius, de ordine ipsius, de nutu ipsius, de legibus ipsius: & si nos non intelligimus quid quare fiat, demus hoc ipsius providentia, quia non fit sine causa. Hoc ipsum, idem beatissimus Pater, divinus scriptor confirmans: Nos, inquit, divina providentia admonet, non res insipienter vituperare, sed utilitatem rerum diligenter inquirere, & ubi nostram ingenium vel infirmitas deficit, ita credere occultam, sicut erant quadam que vix potuimus invenire: quia & ipsa utilitatis occultatio, aut humilitatis exercitatio est, aut elationis attritio. Et tunc res pateat ab exemplis: Quis, inquit, disposuit membra pulicis & culicis, ut habeant ordinem suum, habeant vitam suam, habeant motum suum? Viam bestiolam brevem, minutissimam considera, quam volueris. Si consideres ordinem membrorum ipsius, & animationem vita qua movetur, pro se fugit mortem, amat vitam, appetit voluptates, devitat molestias, exeret sensus diversos, viget in motu congruo sibi. Quis dedit aculeum culici quod sanguinem sugat? quam tenuis fistula est qua sorbet? quis disposuit ista, quis fecit ista? Expavecis in minimis, lauda Magnum. Ita iudicem Deum time, muneratorem spera, nec alium; ita humanis omnibus celsior in solo Deo fiduciam pone, certus nec fallere ipsum posse, nec velle. Nullus speravit in Domino, & confusus est. Beati omnes qui confidunt in eo.

CAPVT II.

In quo fiducia in Deum consistat.

Miseri nos, quam tenuem de Deo notitiam habemus! vix per rimulam aliquid divini luminis haurimus. Hoc scimus, Deum esse Summum Bonum, & quidem tam immense summum, ut nil penitus vel petere liceat, vel optare, quod ab hoc tanto Bono non possimus impetrare, certe suo tempore consecuturi omnia, modo tantisper non cadamus animo, sed maximam in Deum fiduciam eredi, sciamus prestolari cum silentio salutare Dei. Gemma gratissima, expectatio prestantissimae, quocunque se verit, prudenter intelligit. Bonus est Dominus sperantibus in eum, anime querenti illum. In quo autem hac fiducia in Deum precipue consistat, nunc porro videbimus.

§. I.

Spem quidem hoc superat Fiducia, quod Fiducia non qualiscunque spes sit, sed robustissima & perfecta. Clare id discriminis notans Seneca: De te, inquit, spem habeo, nondum fiduciam. Hac in Deum fiducia omnes hominis actiones complectatur necesse est: nam in omnibus omnino rebus, maximis, minimis, & omnibus vite momenti, Deo quam sincerissime fidendum est, cum suis nunquam defuturum.

Rex David gymnasium instituit palæstricum, & precepit ut docerent filios Juda arcum, sicut scriptum est in libro iustorum. Hanc institutionem Jonathas regius juvenis prævertit docilitate: tam enim certus erat dirigendo arcu, ut hoc laudis ferret ab amantissimo sui Davide: Sagitta Jonathæ nunquam rediit retrorsum: neque enim leniter ferire, aut superficium radere, sed ipsa penetrare arma hostium solebant tela Jonathæ. Fiducia in Deum talis est arcus, cor Dei & tangit, & penetrat iaculis suis nunquam aberrantibus. Ex omnibus autem

Israëlis & Judæ regibus (erant triginta novem universè) quotnam illorum hoc arcu poterant utri? Tres autem quatuor è toto numero; David, Ezechias, & Josias, quibus & Josaphat accenseri posset, modò impia sacrificia in montibus abolevisset. Horum certe regum cor cum Deo perfectum erat, & maximam in Deum fiduciam semper plenissimum.

Cum ingens Moabitarum & Ammonitarum exercitus regi Josaphato immineret; & ille viribus nequam par esset hosti, ingenti fiducia totum se contulit ad rogandum Dominum. Jamque prolixius precatus, præclarissimam hanc clausulam adjecit: Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te. Hic Jahaziel divino afflatu astuans, proclamavit è turbâ: Attendite omnis Iuda, & qui habitatis Hierusalem, & tu rex Josaphat: Hac dicit Dominus vobis, Nolite timere, nec paveatis hanc multitudinem; non enim est vestra pugna, sed Dei. Non eritis vos qui dimicabitis, sed tantummodo confidenter stete, & videbitis auxilium Domini super vos. His vocibus mirè animatus rex Josaphat, exercitum duxit in hostem: ne verò suas miles ad tantam multitudinis occursum trepidaret, instar strenuissimè ducis omnium animos oratione præmuniens: Audite me viri Iuda, inquit, credite in Domino Deo vestro, & securi eritis. Et mox, contra quam fieri solet in prælio, statuit cantores Domini, ut laudarent eum in turris suis, & antecederent, ac voce consona dicerent, Confitemini Domino, quoniam in aeternum misericordia ejus. En regem cum milite in aciem, velut Episcopum cum suis sacerdotibus ad templum procedunt. Res planè insolens, ridicula in bellis, imbellem tantium turmam in fronte agminis collocare. Sed adfuit Deus Josaphato, tantam Dei fiduciam pugnatoro. Cumque cœpissent non milites tale facere, sed cantores sacra carmina canere, hostes in seipos versi, mutuis sese vulneribus conciderunt. Porro Josaphati exercitus cum progrediretur, omnem campum cadaveribus stratum reperit, nec supererat cui necem liceret effugere. In tanta verò cadaverum strage, spolia inventa sunt tam opima & copiosa, ut asportandis iis nec triduum quidem suffecerit. En quid possit sincera in Deum fiducia, rerum omnium potens, inexpugnabilis.

§. II.

Et quamvis in actionibus planè omnibus, ut dixi, fiducia in Deum sit necessaria, maximè tamen cum aut preces fundendæ, aut res adversæ sunt perferendæ. Istud sequenti capite, illud nunc examinabimus.

Et de precibus quidem differens Bernardus, ait multorum orationem aut esse timidam, aut tepidam, aut temerariam. Timida quidem oratio, inquit, calum non penetrat, quia restringit animum timor immoderatus, ut oratio non dicam non ascendere, sed nec procedere queat. Tepida verò in ascensu languescit & deficit, eod quod non habeat vigorem. Oratio temeraria ascendit, sed refilit: refilitur enim ei: nec tantum non obtinet gratiam, sed & meretur offensam. Quæ verò fidelis & humilis, & fervens oratio fuerit, calum sine dubio penetrabit: unde certum est quod vacua redire non poterit. Ante omnia oratio necesse est, fidelis sit. Quam multi antequam incipiant orare, incipiunt desperare: Non me audiet Deus, non impetrabo quod petam, frustra clamabo. O Legatum miserum! vix domo prodit, & corruit, fiduciam defectu. Quomodo autem fiducia in precibus erga Deum sit erigenda, Christus nos instruens: Iudex erat in civitate, inquit, qui Deum non timebat & hominem non reverebatur. Sed & vidua in eadem civitate, quæ assiduis precibus vindicari cupiebat ab adversario. At juxta longissimam moram interponebat, improbus cunctator. Demum inopportunitate viduæ tam constante victus, controversiam dijudicavit. En robustam proflus & contumacem spem, quæ viduæ illi assidue hoc instillabat: Hodie tibi jus dicetur; ubi spes hodierna decollasset, crastina monebat: Cras fiet.

Aug. in... 2. Par. c. 20. vers. 3. Ibid. v. 12. Ibid. v. 15. Ibid. v. 17. Ibid. v. 20. 21. Exil. cap. 2. v. 11. Psal. 2. v. 13. Timon. cap. 3. v. 16. Prov. c. 17. v. 8. Timon. c. 3. v. 25. Sicut. ep. 16. 1. Reg. c. 1. v. 22. Fiducia in Deum est creus cor Lei penetrans. Tom. I.

fiet, aut perendie, hac hebdomade, hoc mense, hoc certe anno sententia dicitur. Vicit demum perseverans fiducia, quam Christus in argumentum trahit hoc modo: Si tantarum est virium oratio apud improbissimum quemque, quantarum erit apud ipsam Misericordiam? Mens nostra, velut vidua, adversarios numerat quam plurimos. Quid ergo moratur, quin æquissimum iudicem appellet, & omnem illi causam suam integerrimâ fiducia deleget?

Ibid. vers. 7. Deus non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die & nocte, & patientiam habebit in illis? Sanctissimus Rex Psal. 36. v. 5. David hoc unice commendans: Revela, inquit, Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet. Quid trepidas? quid diffidis pavidissime mortalium? Aliquis te maledictis figit, aut injuriis afficit? Deo id querere, & ipse faciet. Tua tibi caro iniqua est? Deo supplica, & ipse faciet. Variis tibi arietes cacodæmon admoveat? Deum in auxilium invoaca, & ipse faciet. Quidquid agas, spera in Deo & ipse faciet.

§. III.

ET ò exiguæ fidei homo, nunquid oblitus es, quid in hanc rem Christus commemoraret? Si quis amicorum ad amicum venerit in tempeste noctis medio, & hospitiis fuit tres panes petierit: at ille jam somno sepultus variè cæperit tergiversari, & demum apertè negare postulata, non possum surgere, & dare tibi. Si verò alter, & fores pulsando, & panes postulando perseveravit, iste demum non familiaritate, sed importunitate compulsus, dabit illi quotquot petiverit panes: Et ego dico vobis, inquit Christus, Petite & dabitur vobis: quærite & invenietis: pulsate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui querit, invenit: & pulsanti aperietur. Nil gratius Deo, quam ut se tantâ fiducia, quantâ amicus amicum, appellemus. Neque verò ullus hominum in tempeste viliquam Deum appellabit. Videte mendicum pro numulo simplo, aut panis frustillo, patientissimè vel ante ædes expectantem, aut post transvolantes quadrigas currentem.

Blandaque devexa jactantem basia rheda.

Quid par est nos facere, cum liberalitatem ditissimi regis oblectramus, an non patientissimâ fiducia hic opus? Ille Apostolorum charissimus, Joannes: Et hæc est, inquit, fiducia quam habemus ad Deum; quia quodcumque petierimus secundum voluntatem ejus, audit nos. Et scimus quia audit nos, quidquid petierimus. Quis parens filiolo pro pane silicem, pro pisce serpentem, pro ovo porrigit scorpionem? Si ergo vos, inquit Christus, cum sitis mali, nostris bona data dare filijs vestris: quanto magis Pater vester de celo, dabit spiritum bonum petentibus se? Hoc tamen sapissime fit, ut nos ipsi nobis non panem sed lapidem, non piscem sed anguem imperitisimè rogemus. Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus: & cum Deus nostram nobis negat perniciem, indignamur optimo parenti, & nostras preces non admitti murmuramus frementes. O fatui! An non parentes sapius pomum aut pirum negant filiolo, cui aliquot millium florenorum hæreditas minimè negabitur? Tartensis Paulus carnis stimulum deprecatur, rem se petere putabat æquissimam: at precibus Deus non annuit. Hoc quotiescumque fit, liquere nobis debet aut è re nostrâ non esse, petita concedi, aut aut ea rectè differri, tempore longè opportuniore concedenda, & ut interim Deum fiducia constantiore propitiemus. Creberrimè non exaudit Deus ad voluntatem, sed exaudit ad salutem, inquit Isidorus. Nescire non potest æterna providentia, quid nobis potissimum conducatur; nec potest æterna benignitas non velle concedere, quod nobis cognoverit expedire. Ipse autem optimè novit tempus quo cuique debeat succurrere. Ideo nil unquam à Deo petendum, sine maximâ voluntatis subjectione, seu resignatione: Quia quodcumque petierimus secundum voluntatem ejus, audit nos. Idcirco in omnibus omnino precibus illud Domini pro clausulâ usurpandum:

Luc. cap. 11. v. 5. Ibid. v. 7. Ibid. v. 9. & 10. Inven. sat. 4. v. 118. I. I. n. c. 5. v. 14. Luc. cap. 11. v. 13. Rom. cap. 8. v. 26. I. Sid. in sentent. Nihil à Deo petendum sine maximâ resignatione.

A Veruntamen non mea, ò Deus, sed tua voluntas fiat. Quòd si oblitinacè quippiam à Deo extorquere contendamus, reverendum, ne quod ut optimus pater negavit, ut rigidus iudex permitat in nostrum malum, & oratio fiat in peccatum. Hoc nobis longè sit certissimum, nullas preces cum debita voluntatis resignatione oblatas, esse irritas, nullas omnino, nullas: aut enim quod petitur, aut melius quid impetrabitur. Et hoc est quod precantis fiduciam mirificè accendat, Quia quodcumque petierimus secundum voluntatem ejus, audit nos.

CAPVT III.

Quâ ratione in adversis firmanda, & erigenda sit ad Deum Fiducia.

Gubernatorem in tempestate, in acie militem, in arenâ pugilem intelligas. Nemo sciet quid possis, ne tu quidem ipse, ni variis arumnis exercearis. Opus est, ad notitiam sui, experimento. Quid quisque possit, nisi tentando non didicit. Itaque quidam ultro se cessantibus malis obtulerunt, & virtuti in obscurum itura occasionem, per quam entescerent, quaesierunt. Gaudent, inquam, magni viri aliquando rebus adversis, non aliter quam fortes milites bellis. Avida est periculi virtus; & quò tendat, non quid passura sit, cogitat: quoniam & quod passura est, gloria pars est. Hic Deus consilii, quos esse quam honestissimos cupit, quoties illis materiam præbet aliquid animosè fortiterque faciendi: ad quam rem opus est aliquarum difficultate. Unde possum scire quantum in fiducia erga Deum profeceris, si cuncta succedant ad votum? Unde possum scire, quantum adversus pauperatatem tibi animi sit, si divitiis diffuis? Unde possum scire, quantum adversus ignominiam & infamiam odiumque populare constantiæ habeas, si inter plautus senescis, si vitam sine adversario transis? Sanè ad notitiam sui opus est experimento. Non est artis inter prospera dicere: Dominus firmamentum meum. &c. Si tunc primùm dicat mendiculus: Iam bene spero, hac hebdomade non moriar fame, cum turgentem habet panibus saccum, nullius spei hominem se prodit. Spes qua videtur, non est spes: nam quod videt quis, quid sperat? Si autem, quod non videmus, speramus per patientiam expectamus. Ergo tunc maximè fiducia nostra entescit, cum fluens sanguis vulnera ostendit, cum fluctus naviculam insiliunt, cum adversis cingimur; hic locus, hic tempus fiducia. Quâ verò ratione inter adversa potissimum sit exercenda fiducia, jam dicemus.

§. I.

Dvo hic in fundamentum ponenda. Primum: Hoc probè sciamus, miseriarum & calamitatum ubique & in omni vitæ genere plurimum esse, neque verò aliter hanc vitam constare. Christus prædixit: In mundo pressuram habebitis; sed confidite, ego vici mundum. Omnes qui piè volunt vivere in Christo, persecutionem patientur. Alterum: Sciamus & hoc, quod Paulus asseverat: Fidelis Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione preventum, ut possitis sustinere. Jacto duplici hoc fundamento, primus venit Cyprianus, qui fiduciam doceat in adversis hoc modo: Deliquit in te famulus tuus, colaphos aut fustes meritis. Tu hominem leni brachio vix tangis, cum ille mox furere, servitium renuntiare, ab ædibus excurrere, & adversario tuo nescio quantas injurias queri: Si ego huic tali homini patrocinarî velim, an molles apud te aditus reperiam? Sanè hic famulus non unâ re gravissimè offendit: Castigari meruit, & quidem severiùs, at ille correctori contumax profugit domo, quod capitalis noxa; quòd si amicos quævisset deprecatores, videri potuisset furere cum ratione; at verò profugere ad hostes, & apud illos innumeris in dominum querelas evomere,

Luc. cap. 11. v. 4. 2. Psal. 108. v. 7. Preces cum debita resignatione non sunt irritæ. Senec. lib. de provid. cap. 4. Rom. cap. 8. v. 24. & 25. Iudic. v. 13. Rom. 1. Cor. 10. v. 13. Cyp. oral. 3. contra Iudæos. Luc. 22. v. 33. Matt. 14. v. 26.

meire, hoc demum facinus est nimis capitale.

Agnosce, mi Christiane, sub hoc servi schemate respisum. Si tu à Deo puniaris, & quidem longè remissius (quod Dei proprium est) quam sis meritis, cur de rectas pœnam persolvere, cur improbas has voces spargis? Ergo audebo aliquod Gyaris & carcere dignum, ergo me vino obruam, ut ærumnas oblivione sepeliã: cur meus ipse sum carnifex? cur non subinde genio indulgeam; tot malis à Deo pressus? Hoc est, mi homo, ad hostes profugere: quin tu potiùs Dei amicos adis, & ab illòrum patrocinio veniam speras? Fide Deo, & de integro incipe bopum te famulum præbere. Ubi fiducia in Deum, ibi voluntas conjuncta Deo. Turpissimum est, cum Dominus tam bonus punire vult servum tam malum, hic tamen dicere audeat: Nolo puniri, pœnam non merui, aut certè non merui tam gravem. Apage has voces: *Confide in Deo, & mane in loco tuo.* Hieronymus ad hanc fiduciam extimulans: *Multa sunt, inquit, prestigia & innumerabiles laquei: at nos dicamus, Si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo, quia tu mecum es: si consistant adversum me castra (omnium ex Orco diabolorum) non timebit cor meum; si exurgat adversum me prælium (omnium in Orbe impiorum hominum) in hoc ego sperabo. Quòd si demonum multitudo te turbaverit, & ad singula victorum cœperis astuare, & dixerit tibi cogitatio tua; Quid faciemus respondebit tibi Eliseus: Noli timere, quia plures nobiscum. Præclare Ambrosius: tibi plus est, inquit, auxilii, tibi plus est periculi; quia Deus adjutor est in opportunitatibus, in tribulatione. Deus est qui petram mutavit in cellam, & mellariam, & oleariam, ut Israëlitis populus fugeret mel de petrâ oleumque de saxo durissimo; tot centena millia hominum fonte limpidissimo illic refecit, ubi nec passerculus reperisset, quod ipsius siri fuisset fatis. Deus alatos habet famulos tamque celeres, ut etiam ventos prævertant; has suis mitrit suppetias. Quin ergo fiduciam habemus in Domino, ex toto corde nostro, Dominus nobiscum est. At nobis nihilominus sæpe animus esset quaerere, quod ex Angelo quæsit Gedeon: *Obsecro, mi Domine, si Dominus nobiscum est, cur apprehenderunt nos hæc omnia? ubi sunt mirabilia ejus?* De Dei in nos providentiã mira narrantur, jubemur Deo rebus in omnibus fidere, interim variis calamitatum fluctibus huc illic miserè raptamur: si Dominus nobiscum est, quomodo tot consistamur incommodis, tot oneramus malis? Ad quæstionem hanc aptè responderit Bernardus.*

§. II.

Bernardus, inquam, abbatem sancti Nicasii ob Drogonis è cenobio discessum solaturus: *Non ergo, ait, hæc te tam horrenda demergat tempestas aquæ &c. sollicitè studeat humilis prudentia tua non vinci à malo, sed vincere in bono malo. Vinces autem, spem tuam in Deo fortiter figendo, & rei finem longanimiter expectando. Bonum est tibi humiliari sub potenti manu Dei, & nequaquam velle resistere supernæ dispositioni.* Diabolus sanè fremat licet & sæviat, nemini nocet injussu divino; nam nec porcos quidem audeat tangere, nisi annuente Christo. Quomodo igitur invadet te, tanget te, exagitant te, si Christus non annuat? Quid ergo timeamus Cerberum catenâ vincitum, nec ulli periculosum, nisi propiùs accedenti?

Sed audio nonneminem dicentem: Nonnunquam mihi ad inferos dejectus videor, ita variè crucior. Sed num ideo, mi Christiane, fiducia excidas? Ne crede te solum talia sentire: Ad hos inferos deveniunt plures, sed inde salvi remeant. Vir integerrimæ vitæ Tobias, his etiam inferis merfus: *Quoniam, inquit, tu flagellas & salvas: deducis ad inferos, & reducis: & non est qui effugiat manum tuam.*

Ut Apostoli de seipsis suãque fiducia experimentum caperent, in navim eos secum deduxit Christus, dedit

A que licentiam ventis concitandi mare turbidum. Inter has procellas discipuli, jam pæne medio mari natante ferati, & quod deterrimum videbatur: *ipse verò dormiebat.* Exclamant igitur: *Domine, salva nos, perimus.* Hic Christus: *Quid timidi estis modicæ fidei? Quid tanto percellimini timore? Ubi vestra in me fiducia? Quid refert, si dormiat homo, modò pro vobis vigilet Deus, qui nunquam dormitat.*

Hinc certè liquet, Fiduciam in Deum nusquam enitescere magis, quàm in mediis periculis, aut cum omnia sunt turbatissima. Inter quos turbatissimus Jobus, & inter quas ruinas, ipse tamen erectissimus, stabat? Hostes omne pecus abegerunt, quidquid supererat hosti; absumpsit ignis celo delapsus, omnes liberos unica ruina sepelivit: ipse Jobus non ulcerosus, sed jam unum pæne ulcus, cognatorum & conjugis etiam linguã miserè laceratus, omnia perdidit, præterquam generosissimam in Deum fiduciam. Siquidem jam ad finetum ablegatus, inter ebullientes undique vermiculos, defluentem saniem non linteolo, sed testulâ excipiens, nihilominus velut triumphans athleta vociferatur: *Briamsi occiderit me, in ipso sperabo: & ipse erit salvator meus.* Luctuosissimam hanc tempestatem grande serenum, & tranquillitas excepit lætissima. O quoties

Flebile principium melior fortuna secuta est? Si quem igitur calamitas feriat, fiduciam illè in Deum augeat. Quid enim, obsecro, mi homo, agis cum te subitus imber opprimit? in urbe tectum, credo, subis; deprehensus in campo patulam circumspicis arborem, quã nimbum defendas. En tibi tectum, en arborem, en asylum securissimum, fiduciam in Deum: nec unquam tam opportunum esse potest in solitudine hospitium, in imbre tectum, in frigore ignis aut balneum, atque tibi erit in omnibus adversis fiducia in Universi Dominum: quæcumque demum in te ruant procellæ, tutissimus stabis sub hoc imbricato tecto. Fide Deo, & uti navitæ omnia ad navigandum comparant, ventum à Deo præstolantur, ita tu officio tuo non desis, cetera curabit Deus: tu propositiones pone, conclusionem Deo re: inque; fac antecedens, consequentiam faciet Deus. Si videris quod corrigi non potest, tolera, & cum patrefamilias messem expecta; Fide Deo.

§. III.

AT dicas: Grandius hoc malum est quàm putetur; non à malis solum, sed & ab iis qui probi censentur, exagitari; hoc urit & vexat. Nil novi hoc est, mi homo. Jam Apostolorum ævo commune hoc & pervagarum vitium erat, fictum pictumque jus producere, fraudi mantelum Justitiæ aprare; nec inusitatum quid, ab amicis, à cognatis, ab iis injurias accipere, quibus plurimum benefeceris;

non hospes ab hospite tutus, Non socer à genero, fratrum quoque gratia rara est: Imminet exitio vir conjugis, illa mariti.

Hoc jam amplius est: beneficia in scelus vertuntur; & sanguini eorum non parcitur, pro quibus sanguis fundendus est. Davidem regem nõ tantum Achitophel, qui ei à consiliis fuit, neque tantum Saul socer, sed & Absalon filius extremè persecutus est. Et Christus à quibus occisus est? non tantum ab impiis idololatri, sed & à charissimo populo. *His plagatus sum in domo eorum qui diligeant me.* Imò verò quid à suis discipulis injuriarum non accepit Christus? Iscariotes, cui paucis antè horis, & pedes lavit, & corpus suum in edulium dedit, suum Dominum ingratisissimus quæstor vendidit, amanatissimus Petrus hunc ipsum negavit, deseruerunt ceteri: quid miramur? *Inimici hominis domesticij eius.* Sed qui Deo fidit, hæc omnia facili negotio vincit. Sed quæras, quomodo hæc fiducia ad Deum in adversis erigenda? En tibi sex documenta compendio.

Eccle. c. 11. v. 12.

Hier. ad Th. 2. mans. 1. 2. 1. v. 4.

Ps. 1. v. 3.

Amb. lib. 2. v. 1. 1. 1. v. 1.

Deut. 32. v. 13.

Celeritas famulorum Dei ad subvertendum.

Judic. c. 6. v. 13.

Bern. ep. 32. In malis maxime Deo fidendum.

2. 1. 1. v. 8. v. 13.

Tob. cap. 13. v. 2.

Matt. c. 8. v. 24. 25. & 26.

Fiducia in Deum nunquam enitescit magis, quam in mediis periculis. Job c. 13. v. 15.

Ovid. lib. 7. Metamorph.

Fiducia in Deum est asylum securissimum.

Ovid. lib. 1. Metamorph. 1. 1.

Zach. cap. 13. v. 6.

Matt. c. 10. v. 36.

Mich. cap. 7. v. 6.

Sex documenta fiduciam erigentia.

Primum.

Primum. Cum tibi male est, quamprimum & co-
statim momento ad Deum te verte, & illi querere
quidquid dolet. Hic plerique omnes graviter errant; cum nos urgent adversa, complurium aures querelis innumeris oppletis, omnium postremitus Deus, cuius opein imploramus, ordine prorsus præpostero. Longè aliter rex David: *Levavi, inquit, oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi: auxilium meum à Domino. Qui hoc non facit principio cuiusque mali, ab ira, dolore, injuria sic occupatur, ut sui fiat impositus. Quamprimum ergo commotum te sentis, dic: Domine, quid me vis facere? & respondebit tibi divina voluntatis interpres: Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Malignas cogitationes, quantum potes, coëctee, & hoc assidue cogita: Domine quid me vis facere?*

Psal. 120. v. 1. & 2.

Ab. cap. 9. v. 6.

Psal. 26. v. 14.

Secundum.

Alterum. Tace, & saltem os ac linguam contine, si minus potes animum. A rege sapientissimo hoc consilium accipe: *Dixi, ait, custodiam vias meas ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator adversum me: Obmutui & humiliatus sum; & silui à bonis. Ergo tace, nam si inter ærumnas aut injurias frenum permiseris linguæ, certò scias in præceptis te trahendum; vix incipies loqui, & offendes. Ergo tace præsertim de tuis adversariis. Non potes de iis loqui bene? saltem ne loquaris male. Tua re conscientia soletur, & æquissimus iudex Deus, cujus oculos nec adversarii tui, nec eorum machinationes exire possunt. Deo fide & fide.*

Psal. 38. v. 1. 2. 3.

Tertium.

Tertium. Ubi ad Deum te verteris, & tacere cœperis, tunc totus in divina voluntatis jus concede; divina voluntati te totum quam artissimè adstringe, & devove. Sed & gratias Deo age, quod dignum te iudicet, qui patiaris innocens, aut si nocens, patientiâ tamen repares innocentiam. In hoc divina voluntatis amplexu, homo Deum velut brachiis stringat, dicatque quod Jacob cum angelo luctatus: *Non dimittam te, nisi benedixeris mihi.*

Gen. 32. v. 26.

Si aavi periclitante in aquis, duo aliqui terrore vicini periculi ita sese complectantur, ut alter alterum brachiis implicet, necessarium prorsus est ut unâ pereant, si pereat navis; quod enim periculum est majus, eò arctior inter hos duos fit nexus: Sic omnino voluntas divina & unâ Deus amplexandus est, ut insolubilii nexu Deo inhæreat homo, dicatque: *Non dimittam te, ô mi Deus, sub ipsâ mecum aquas te traham, unâ mergendi sumus, in ipsis te fluctibus circumplectar; tantò plus confusus tibi, quantò minus mihi.*

§. I V.

Quartum.

Quartum. Ubi tempestas nonnihil mitigarit, ad preces te compone. Matrem Domini, sanctòsque Angelos ad causâ tuâ patrocinium invita, iisque omne negotium tuum commenda; nec id semel iterumque fecisse satis est: compluribus diebus, annis & D
lustris, si res illud exigat, idem factita; nec cessa dum pugnum, quem tibi Deus, velut vir robustissimus, compressis digitis clausum ostendit, fiduciâ grandi, obsecratione constanti explices. Rex Ezechias, cum in-pias Sennacheribi litteras accepisset, *Ascendit in domum Domini, & expandit eas coram Domino, & oravit. Illud autem pectore & ore assidue versabat Ezechias: In Domino Deo nostro habemus fiduciam. Expande & tu, quisquis affligeris, tuas etiam litteras coram Deo, & quidquid querelatum habes, apud hunc æquissimum iudicem, & benignissimum patrem depone. Si verò quod petis, non impetres, arcanissima Dei iudicia & certissimam ab æterno providentiam suspice, ei que te totum permitte. Fecisti quod in te erat, cetera curabit bonus Deus.*

4. Reg. 19. v. 14.

Ibid. c. 18. v. 22.

Quintum.

Quintum. Utere consilio prudentis ac probi viri. Siracides monens: *Fili, ait, sine consilio nihil facias, & post*

Ecclesi. c. 32. vers. 24.

factum non poenitebis. Summopere etiam cave ne tuos affectus tuumque impetum sequaris. Perdidisti manifestudinem, perdidisti patientiam omnem, si consiliarios admittis Affectum & Impetum; consiliarios sane pessimos. Deus hanc telam, quam miraris, ortus est, & ipse omnium optimè novit, quâ ratione illa fit pericula. Quod si tu importunè intervenias, illudque ingemines:

Hoc volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas.

Inven. Sat. 6. v. 122.

Suavissimam Dei dispositionem, quantum in re, tui babis, & ideo eventus malos nemini, præterquam tibi adscribes. Omne nobis malum ex eo est. Quod Baruch *Baruch. c. 1. ingemiscens: Non credidimus, inquit, dissidentes in eum: & non fuimus subjectibiles illi, & non audivimus vocem Domini Dei nostri, ut ambularem in mandatis ejus. Idcirco habere fiduciam in Deo; tantò enim eris ab omni hoste securior, quantò fiducia tua in Deum fuerit robustior.*

Baruch. c. 1. v. 17. & 18.

Sextum. Quod si abhibita omni diligentia nihil succedat è voto, ne indignationem in Deum nec in ullam rem creatam convertas; hoc potius cogitato, scire Deum ad unguem omnia, quæ passus aut passurus es, cumque velle, hæc esse constantiæ tuæ experimenta. Ea de causâ, quidquid Beati, hoc omne & tibi quoque placeat. Nam verè, *Beati sumus Israël, quia quæ Deo placent, manifestata sunt nobis.*

Baruch. c. 4. v. 4.

Nemo dicat: Ut video, frustra laboro; Petivi quippiam à Deo, magnâ in Deum fiduciâ, magnâ in divinam voluntatem resignatione, sed nihil impetivi. *Quid enim novit Deus? & quasi per caliginem judicat, nubes latibulum ejus, nec nostra considerat, & circa cardines cæli perambulat. Impiorum hæc cantilena est. Nullo modo frustra fit, quidquid bene fit. Num Deus unam solummodo arcam ærariam habet, ita ut qui ex eâ nil doni accipit, nil speret ex aliâ? Fatui ingenii servus est, qui cum Dominum suum habet debitorem, monet aliam quam selestertios recusat admittere. Quid si Dominus monet auri, quid si frumento selectissimo nomen velit expedire, num servus obstinatè clamet: selestertios? Ita qui non impetrat à Deo quod rogat, certissimus sciat, non frustra se rogasse, impetraturum certò alia, & meliora.*

Job. c. 22. v. 13. 14.

Job. c. 18. v. 13.

Job. c. 18. v. 13.

Job. c. 18. v. 13.

Job. c. 18. v. 13.

Job. c. 18. v. 13.

Job. c. 18. v. 13.

Job. c. 18. v. 13.

Job. c. 18. v. 13.

Job. c. 18. v. 13.

Job. c. 18. v. 13.

Job. c. 18. v. 13.

Job. c. 18. v. 13.

Job. c. 18. v. 13.

Job. c. 18. v. 13.

Job. c. 18. v. 13.

Job. c. 18. v. 13.

Job. c. 18. v. 13.

Job. c. 18. v. 13.

Job. c. 18. v. 13.

Job. c. 18. v. 13.

Job. c. 18. v. 13.

Job. c. 18. v. 13.

Job. c. 18. v. 13.

Job. c. 18. v. 13.

Job. c. 18. v. 13.

Job. c. 18. v. 13.

fil
De
bet
pati
et f
rati

fil
v. 1

No
Chi
est
ard
den

Rom
v. 18
Ab
in U
fidu

Jose
proi
Eg
Mo

Ex
v. 9

Jose
v. 12
Jose

Cale

Nam
v. 9

Gede
indit
v. 10

Ezecl

fidere, non expavit, non exclamavit: Absit hoc Domine, tu magis dic, quid me facere velis. Sic enim decet, sic omnino dignum est, non meam à te, sed à me tuam queri & fieri voluntatem. Sic profectò, sic multorum usque hodie pusillanimitas & perversitas exigit, ut ab eis queri oporteat: Quid vis ut faciam tibi? non ipsi quarunt: Domine quid me vis facere?

Hæc porrò, de quâ loquimur, Fiduciâ in Deum; diu non stabit, nisi eam Patientia firmet ac Perseverantia. In templo Salomonis duæ erant columnæ, quarum illa Jachim, hæc Booz dicta. His columnis duabus Patientia & Perseverantia optimè conferuntur; his pilis fulcienda est Fiducia. Nimiam tristitiam reprimat Patientia; Perseverantiæ non nimis longum est, quidquid tempore clauditur. His basibus atrollens sese in Deum Fiducia, sicut mons Sion non commovebitur in æternum.

CAPVT IV.

Quantâ in Deum fiducia omnes Sancti fuerint.

Fiducia in Deum debet firmari Patientiâ ac perseverantia.

Psalm. 124. v. 1.

Nobilitas Christiani est Deo in aduâ fide.

Christiani sanguinis vera nobilitas est, Deo in rebus arduis fidere; & illo solo niti. Hic animus nobilis & generosus, hic magnus & excelsus est, qui Deo tunc maximè fidit, cum maximam capit calamitatem. E stirpe hac nobilissimâ complures sanctissimi viri prodierunt.

§. I.

Gen. cap. 4. v. 18. 20. 21. Abrahami in Deum fiducia:

Josephi proregis Egypti:

Mosis:

Exod. c. 17. v. 9.

Joseph. 10. v. 12. 13. 14. Josue:

Calebi:

Nun. c. 14. v. 9.

Gedeonis. Judic. c. 7. v. 20.

Ezechias.

Tacebo Abrahamum, qui Deo fretus, contra spem in spem credidit, qui in repromissione Dei non hesitavit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo; plenissimè sciens, quia quæcumque promissit, potens est & facere: qui filium unigenam divinæ voluntati mactare non recusavit, qui cum trecentis octodecim fiduciis quatuor reges aggressus vicit, summâ in Deum fiduciâ. Tacebo & Josephum Ægypti proregem, qui toties ad extremas devolutus angustias, animo tamen non cecidit, erat enim cor ejus fiduciam habens in Domino. Moses Deo nixus quæ prodigia non patravit? universos Ægypti exercitus uno maris sepulchro clausit. In Amalecitano bello pro omni curuli tormento virgam habuit, sic enim Imperatorem affatus: Elige viros, inquit, & pugna contra Amalec: cras ego stabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu meâ. Obstupescendum! Moses, stans velut spectator otiosus, totos prosternit exercitus. Moses Panoplia fuit Dei virgæ, & in Deum fiducia. At verò Josue dux belli, incredibili profus fiducia pollens ausus est imperare soli, ac dicere: Sol contra Gabaon ne movearis. Stetit itaque sol in medio celi, & non festinavit occumbere spatio unius diei. Non fuit antea & postea tam longa dies, obediens Domino voci hominis, & pugnantis pro Israël. Ita brevî totius Palæstinæ reges expugnati. Quid hoc aliud, quàm eos omnes, qui in alios habent imperium, monere, ut fiduciam locent in solo Deo, qui animos hominum versat, jubetque summa, ima, medio cursu sistere? Quid de Calebo memorem? qui tantæ fuit in Deum fiduciæ, ut tot centenis hominum millibus variè tumultuantibus, unus ille, animosè obstitens proclamarit: Nolite rebelles esse contra Dominum; neque timeatis populum terræ hujus, quia sicut panem, ita eos possimus devorare; recessit ab eis omne præsidium: Dominus nobiscum est, nolite metueri. Et quantæ in Deum fiduciæ fuit Gedeon, ad trituram potiùs quàm ad militiam educatus, qui cum trecentis viris tot hostium millia & invadere est ausus, & vincere.

Porrò rex Ezechias ingenti plenè fiduciâ non tantum quindecim annos vitæ suæ auctarium impetravit, sed & in hujus rei testimonium, Solis umbram per decem lineas revocavit. Sicut autem Josue solem stetit, ita Ezechias solem retroëgit itinere profus immenso. Nimirum animus Deo fidens, Deum impellit, ut Or-

bem turbet & naturas mutet. Sed num hoc tam grande prodigium est decem lineis reduci solem? rem paucis aperiam. Si Ptolemæo credimus, sol in æquinoctio unâ horâ percurrit 365223, hoc est, trecenta sexaginta quinque millia, ducenta viginti tria milliaria Belgica, sive leucas, quarum singulæ horam unam exigunt. Sol ergo cum decem lineis, seu, quod idem, decem horis recessit, tres milliones, sive, trices sexies centena millia, quinquaginta duo millia, ducenta triginta milliaria confecit currendo. Miraculum inauditum! idem tamen tam facile fuit, ac si sol retraheretur funiculo. Et hoc Ezechias potuit fiducia, quæ Sennacheribo Hierosolymis imminente, priùs cilicium quàm lorica fuisse induendum; quo armatus Ezechias primus ipse templum adiit, & populum ad preces & fiduciam concipiendam hortatus: Viriliter agite, inquit, & confortamini: nolite timere, nec paveatis regem Assyriorum, & universam multitudinem. Cum illo enim est brachium carnis, nobiscum Dominus Deus noster, qui auxiliator est noster, pugnatque pro nobis. En plenissimam fiduciâ adhortationem! Qui verò Sedecias factum quoddam miser Sedecias nil simile patrarit, cum tamen ei copiosior quàm Ezechias miles fuerit? Hoc ipsum hunc regem perdidit; sui viribus plus æquo tribuit & perit, confidens super baculum arundineum constructum; Isai. c. 36. cui similes fuerit homo, intrabit in manum ejus, & perforabit eam.

§. II.

En hoc etiam est quod optimum illum regem Asam Asæ perdidit. Triginta sex annis præclarissimè se gessit Rex Asa, ob id Deo charissimus: demum collectam gratiam effudit omnem, ob unam hanc noxam, quod humanis viribus fuisset confusus. Quamvis hoc Asæ factum, si ad humanæ rationis amissum examinetur, videri possit minimè dammandum. Quid enim hoc mali? Regi Syriæ Benadado submisit aurum, & ejus rei rationem addens: Fœdus inter me & te est, ajebat, pater quoque meus & pater tuus habere concordiam: quamobrem nisi tibi argentum & aurum, ut rupto fœdere quod habes cum Baasâ rege Israël, facias eum à me recedere. Quid hic obsecro iniqui? Nihilominus Hanani propheta liberè objurgans Asam: Quia habuisti, ait, fiduciam in rege syriæ, & non in Domino Deo tuo, idcirco evasit Syria regis exercitus de manu tuâ. Oculi enim Domini contemplantur universam terram, & præbent fortitudinem his qui corde perfectò credunt in eum. Stulte igitur egisti, & propter hoc ex præsentî tempore, adversum te bella consergent.

Idcirco Jobus: Si vidi Solem, inquit, cum fulgeret, & Luciferum, nam incedentem clarè, & latratum est cor meum in abscondito, & osculatus sum manum meam ore meo. Bona, inquit Gregorius, quæ fecit sic narrat, ut ea Deo adscribat. Non solebat Jobus industriæ suæ gratulari, nec manus suas distuaviari, neque enim in se suâque dominatione, sed in Deo fiduciam omnem collocabat. Ita Carolus V. Imperator Augustus verè Pius, verè Felix dicere solebat: Veni, Vidi, sed Vicit Deus.

Regem Hebronis David ad tantum sanctitatis fastigium evexit summa in Deum Fiducia; hac ille virtute pollebat, si ullus mortalium. Inspice psalmos, & mecum senties. Quàm ille assidue, & ore & pectore versabat hæc talia: Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo: Quoniam in te eripiar à tentatione.

Jonas in ceti cavo delitescens, jamquæ ultimæ lineæ admotus, nihilominus tamen velut in rutilissimâ navî preces concipere, nec unquam aut usquam meliùs fiduciæ virtutem exercere potuit: Et oravit Ionas ad Dominum Deum suum. Precibus & votis ubique locus est. Quid ergo precatus? Circumdederunt me aque usque ad animam, inquit, abyssus vallavit me, pelagus operuit caput meum: Veni, amen rursus videbo templum sanctum tuum. En fiduciam ingentem! Ita Daniel inter impactos leones, ita tres Hebraei

C

D

2. Par. c. 32. v. 7. & 8.

Sedecias diffidentia.

Isai. c. 36. vers. 6.

2. Par. c. 16.

Ibid. v. 7.

Job cap. 31. v. 26. & 27.

Psalm. 17. & 26.

Ion. cap. 2. v. 2. 6. & 5.

braei juvenes in Babylonis flammis plenas fiduciae preces Deo allegarunt.

Tobias in hoc genere admirandus. Facultates, & patriam, & oculorum usum perdidit, egenus, & exul, & caecus, fiduciam tamen retinuit tenacissimè. Et licet tam cognati, quam uxor, & parentes ipsi iriderent, dicebantque: *Vbi est spes, tua pro qua elemosinas & sepulchras faciebat?* manifestè vana facta est spes tua, ipse tamen eos increpans: *Nolite ita loqui, aiebat, quoniam filii Sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo.* Hæc ei fiducia, & facultates, & patriam & oculorum usum restituit, & præmium insuper contulit æternum.

Et quantushac virtute Tarlensis Paulus, qui sæpius seipsum quasi funerans, nihilominus: *Scio*, inquit, *cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meum servare in illum diem.* Hac armatus fiducia nullum aut laborem, aut periculum horrebat; per saxa, per gladios, per tela, per ignes tuebatur, ope divinâ nixus, & in Deo suo sæpius ferreos etiam muros transgrediebatur.

§. III.

Inter feminas hac virtute admirabiliter excelluit Juditha, facinus ausa inauditum. Cùm enim consilium cepisset trucidandi Holofernis, precibus ardentissimis litam in Deum fiduciam accendens: *Subveni*, aiebat, *quæso te Domine Deus meus mihi vidua. Tu enim fecisti priora, & illa post illa cogitasti, & hoc factum est quod ipse voluisti. Omnes enim via tue parate sunt, & tua iudicia in tuâ providentiâ posuisti. Non in multitudine est virtus tua, Domine, neque in equorum viribus voluntas tua est, nec superbi ab initio placuerunt tibi, sed humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. Deus calorum &c. exaudi me miseram, deprecantem, & de tuâ misericordiâ præsumentem. Ex eadem obstupescendâ fiducia illud Holoferni respondit: *Vivit anima tua, domine meus, quoniam non expendet omnia hac ancilla tua, donec faciat Deus in manu meâ, hæc quæ cogitavi.* Cùmque jam ante lectum temulentum Holofernis staret, lacrymas præcelsæque silentio fundens: *Confirma me*, inquit, *Domine Deus, ut hoc quod credens per te posse fieri cogitavi, perficiam.* Perfecit felicissimè. Jamque Bethulæ portis recepta, in primas has voces erumpens: *Laudate Dominum Deum nostrum, qui non deseruit sperantes in se.**

Huic jure accesserunt Susanna, nobilissimum & Pudicitie, & Fiducie specimen. Hæc cùm ad captis supplicium, & saxatiles nimbos jam duceretur, flens suspexit ad cælum: *erat enim cor ejus fiduciam habens in Domino.* Nec frustra: omnium calculo, Daniele iudice, omni crimine liberata est.

Hac non inferior Esther, rem magnam aggressa, per hancritidem in Deum fiduciam. Lex erat in Assueri aula, ut si quis ad regem ingrederetur non vocatus, morte id lueret, nisi rex virgam auream protendisset, in signum clementie. Cùm verò Estherem hinc Mardocheus affiduis precibus urgeret, ut regem adiret, illinc obstaret lex & terreret, hoc demum iniri consilii: *Judei omnes jussi sunt triduum totum inter preces & jejunia exigere: quod idem & Esther fecit cum suis virginitibus. Triduo sic exacto, Regina fiduciam in Deum amplissimam concipiens, ingressa est ad regem pro sua gente deprecaturâ. Ex voto cesserunt omnia.*

Si novæ legis sanctissimos quosque viros feminasque considerem, mirâ in Deum fiduciâ claruisse omnes reperio. Ex tot millibus unicum produxisse testem satis fuerit. Anno Christiano millesimo sexagesimo tertio, restibus Bertholdo abbate Urspergensis, & Desiderio abbate Cassinensi, litteris item civium Florentinorum ad Alexandrum Pontificem datis, Florentiæ grave ortum est dissidium inter populum, & urbis Antistitem Simoniam accusatum. Plebs omnia sui Præfulis sacra execrabatur. Hinc sine sacramentis obibant plurimi;

Petrus Damianus dissidentes partes componere nitebatur, sed frustra. Demum pro illius ævi more iudicium commissum est igni, hoc modo: Petrus monachus Joannis Gualberti discipulus, vir modestissimus, & mirâ in Deum fiducia, ipsi Cineribus peractâ re divinâ, lineam sacerdotis vestem indutus, manu crucem præferens, nudis pedibus luculentum ignem per certa spatia extensum ingressurus, sic cœpit precari: *Domine Jesu, misericordiam tuam imploro, ut si Petrus Florentinus episcopus pecuniâ sedem occupavit, tu mea salus, in hoc tremendo iudicio, ad me adjuvandum festines, meque illæsum vestigiis non adultis conserves, sicut olim tres juvenes in fornace Babylonicâ servasti. Dixit, & ignem illæsus transiit; jamque egressurus, strophium transfecit sibi excidisse advertens, animosè rediit, & illud sustulit. Hinc PETRVS IGNEVS est dictus. Hic vir quavis è nobilissimâ stirpe Aldobrandinorum oriundus, tam submissi tamen & Deo fidentis animi fuit, ut prædis sui Gualberti jussu pecoris custodem agere non recusavit. Sed quia virtus ab infimis solet eminere, à petcore Petrus, & à pedo ad tiam evocatus, Præpositum egit, post Abbatem; inde Episcopus, ab hoc Cardinalis lectus est.*

§. IV.

Universè de viris feminisque omnibus vitæ sanctimoniam præcellentibus affirmari potest: *Car eorum erat fiduciam habens in Domino.* Singulare id fuit Catharinæ Senensi. Hæc, licet verborum ceteroqui parcissima, cùm de fiducia in Deum sermonem miscere cœpit, nullum pæne dicendi finem reperire, aut si alios de hac virtute differentes audisset, nunquam satiare potuit audiendo: perdis & pernox steterit ad hos tales de fiducia sermones attentissima. Jure merito, *nullus speravit in Domino & confusus est.*

Bernardus cùm gravi morbo afflictus, extremum jam pæne spiritum traheret, visus est ad Dei tribunal stare. Adfuit autem & Satan ex adverso, & virum improbis accusationibus incurfavit. Ubi sua omnia executus fuit accusator, & jam Bernardo pro se dicendum esset; sic cœpit perorare fiducia ingenti: *Fateor, nec mihi nec meis actionibus deberi cælum; tanto præmio indignissimus sum. At verò duplici jure Dominus meus id obtulit, & Patris hæreditate, & Crucis perpeffione; altero ipse contentus, alterum mihi donat. Ab hoc dono me quoque illius regni hæredem fore confido. Pudificato ad hanc vocem adversario, & conventu soluto, Bernardus ad se rediit.*

Hugo, Lincolnienfis Præsul, vir integerrimus nocte quâdam gravibus curis infestatus, cùm eas excutere non posset, turbati animo cœpit. At primo mane ad se rediens, & altum ingemiscens: *Heu*, inquebat, *graviter deliqui, quod non uti hominem Christianum decet omnem curam super Dominum, juxta propheta monita, jactaverim.*

Nec illud silentio involvendum. Dux Saxonie Fridericus II. cognomento Placidus, Anno Christiano millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto obiit: Hic princeps aliquot ante obitum annis, Friderico è Comitum stirpe Antistiti Magdeburgico litem, & ab eâ bellum cœpit movere. Quod ut prudentius gereret, & cuncta cederent feliciter, exploratorem misit, qui de apparatus bellico & consiliis adversæ partis cognosceret. Factum: exploratis omnibus renuntiatum est, nil opportunum bello parari, sed nec militem scribi: Antistitem præterea dixisse, causam se commissurum Deo, qui pro servo suo arma sumeret. Hoc ut Elector audivit: *Alius*, inquit, *insaniam, & bellum inferat ei, qui confidit causâ superiorem se futurum Deo defensor. Laudandus Præsul, qui Dei Patrocinio filius est: laudandus Princeps qui positis armis Deum veritus est adversarium.*

§. V. Elceca-

Tob. cap. 2. v. 16. & 18.

2. Tim. c. 1. v. 12.

Non quod in Dei cognitione, quam unicuique Eternitatis Nunc metitur, sit prius & posterius, sed quod res aliis ante sint posteriores. Iudith. c. 9. diversis. Cap. 21. v. 4. & cap. 13. v. 7. & 17.

Dem. cap. 13. vers. 35.

Baronius tom. 17. anno 1063.

Eccl. cap. 1. v. 11.

Sur. in vitâ S. Ber.

Trer. ca. 2. 5.

Corinth. in Super. 2. Reg. lib. c. 17.

Sur. in vitâ S. Hugoni.

C. Fabr. hist. de Electoribus Saxonie.

Hieremia cap. 17. v. 21. cap. 21. 11.

2. Sam. 12. c. 1.

§. V.

Elcearius Comes, notæ sanctitatis vir, eâ in Deum fiduciâ pollebat, ut periculis omnibus irer excel-
 sior: quod vel inde potest liquere. Mari se commiserat
 Elcearius, Neapoli cum familiâ torâ Provinciam repe-
 titurus. Dum vela facit, infremit mare, ventis commo-
 tum. Franguntur arbores, rumpuntur funes, excutuntur
 gubernacula, deseruntur remi, clamoribus incomposi-
 tisque ululatus omnia complentur, oculis mors præ-
 sentissima obverfabatur; qui in navi erant, spirare tan-
 tum, sperare nihil amplius: certè vultu omnes jam um-
 bræ ac manes erant, nec jam aliud deesse videbatur,
 quàm navim sepeliri aquis. Solus Elcearius positâ for-
 midine constabat sibi, eadem illi serenitas, idem oris co-
 lor, eadem mentis malacia. Nam dum alii cum iratis flu-
 ctibus luctabantur, ille suaviter cum Deo agebat, & cal-
 lum fatigabat precibus. Interim venti profuere, maris
 ira detumuit, paullatim vox & sensus metu exanimatis
 rediit. Tandem subductâ in portum navi, nonnullos è
 suis graviter inculpavit Elcearius, quòd clamoribus & la-
 crymis fatis ostendissent, perexiguâ sese fiduciâ in Deo
 niti, nimumque à morte abhorere. Scorsum autem
 Dalphina conjux interrogabat Elcearium, an ipse solus
 in tam præsentî periculo desisset esse homo, & mortem
 tam vicinam non timuisset? Cui ille: Totum me, inquit,
 divinæ voluntati tradidi, paratus, si, salvus omnibus, so-
 lus haurirer fluctibus. Hoc est, quod Hebræus Sapiens
 monuit: *Habe fiduciam in Domino, ex toto corde tuo.* Por-
 rò qui hac fiduciâ sunt vacui, humana tantùm circum-
 spiciunt, omniâque humanis vicibus meriuntur. Et ferè
 contingit ut hos in manu consilii sui desituar Deus:
 hinc illi frustra irritòque conatu magna expectant, & in
 miserâ spe languentem trahunt animam, & plerun-
 que infelici eventu humanas has cogitationes claudu-
 runt. Contrâ verò nostra in Deum fiducia, divinæ bene-
 ficentiæ potentissima est conciliatrix. *Gaudet Deus bene-
 neficiis dandis, & munificentia sua dona spargit in eos præcipuè
 qui in magnam exurgunt fiduciam. Quòd si Deus munificam
 suam manum contrahat contineatque, nec liberalitatis sua
 nubem explicet, aut non nisi per lentissima stillicidia depluat,
 tacitus secum cogitet homo, quis caelestem illam nubem, pen-
 dulam semper pronamque paratamque in imbres, sicaverit sit-
 teriq; se, inquam cogitet, delicta sua, teporem, languorem
 que suum, maximè verò suam in Deum diffidentiam accuset, in
 novam exurgat fiduciam, & pro stillicidiis nimbo speret. Imped-
 imentis enim subtilis nunquam non pluent illa nubes: nec jam
 speratos imbres, sed toto celo sumina mariaque jaculabuntur,
 ut anhelum validumque fiducia pectus munificentia sua sepe-
 liant aquis. Non enim sponsionibus quam factis locupletior est
 Deus. Etiam montes promisit transferendos, mortuos ad vi-
 tam revocandos. Audeat proinde sperare homo; majora, qui po-
 test, largietur Deus.*

*Prov. cap. 3.
v. 5.
Scribens
in Super.
Reg. lib. 1.
c. 27.*

*Hieronimus
cap. 17. v. 7.
Ecc. cap. 2.
v. 11.*

CAPVT V.

*Quantis premiis Deus humanam in se fidu-
 ciam remuneretur.*

Multis equidem opitulatur galea in capite, lorica
 in pectore, anchora in aquore: multi nihilomi-
 nus galeâ operi perimuntur, lorica trajiciuntur, an-
 chora instructi merguntur: At verò qui confidunt in Do-
 mino, sicut mons Sion, non commovebuntur in æternum. Nam
 uti Sionis rupem nulli turbinum incursus, nulli flu-
 etuum alluitus loco moverint; non tantùm quia mons
 est, sed quia mons Deo facer est: ita hominem illum
 nullus ærumnarum impetus subvertit, qui verè con-

*Psalm. 124.
v. 1.*

A fidit in Domino; cupitque divinæ voluntati in omni-
 bus parere.

Hæc in Deum fiducia, est galea nullis rumpenda vul-
 neribus, est lorica nulli penetrabilis telo, est anchora
 nulli obnoxia naufragio. Hanc, sicut anchoram habemus
 anima tutam ac firmam.

*Hebr. cap. 6.
v. 19.*

§. I.

Observavit Orbis Ecclesiastes Paulus, quorundam
 è suis fiduciam vacillare, tanquam si spe vanâ la-
 starentur: hos nimum pusillanimes instruendos ratus:
*Teneamus, inquit, spei nostre inclinabilem confessionem. No-
 lite itaque amittere confidentiam, qua magnam habet remun-
 rationem. Patientia enim vobis necessaria est, ut voluntatem
 Dei facientes, reportetis promissionem. Adhuc enim modicum
 aliquantulumque, qui venturus est, veniet & non tardabit. Er-
 go, nolite amittere confidentiam, qua magnam habet remunera-
 tionem.*

*1b. cap. 10.
v. 23; 35. 36.
37. & 38.*

Et prima quidem hujus remuneratio ista est: Fidu-
 cia hæc neminem fallit aut pudore afficit. *Spes non con-
 fundit.* Fallax illa rerum humanarum fiducia nullis de-
 cipit, nec tamen cautiore efficit deceptos. Pulchrè
 Plato: *Spes mortalium, inquit, somnia vigilantium, aut po-
 tius desiderantium.* Anno Christiano millesimo octo-
 gesimo quarto, Odo antistes Guilielmi Angliæ regis
 frater, sortilegorum vaticiniis inductus, proximum à
 Gregorio VII. Pontificem se futurum credit, & ut
 viam sibi muniret ad hoc solum per argenteos gradus,
 pecuniam per nefas undecunquè contraxit, jamque
 Romanis arcibus spe imminens, à fratre Guilielmo in
 carcerem coniectus est, ubi totum exegit triennium: hoc
 scilicet solum huic spei debebatur. Nec unquam Odo
 Romanam tiaram suo capite recepit. Ita multis aliis
 spes sua dedecori est & damno. *Spes impii tanquam lani-
 go est, qua à vento tollitur: & tanquam spuma gracilis, qua à
 procellâ dispergitur: & tanquam fumus, qui à vento dissusus
 est: & tanquam memoria hospitis unius diei prætereuntis.* Spes
 ac fiducia in Deum nulli mortalium probro est: Spes
 non confundit. *Scitote, quia nullus speravit in Domino, & dereli-
 ctus est; quis enim permansit in mandatis ejus, & dereli-
 ctus est? aut quis invocavit eum, & despexit illum? In hanc
 fiduciam regius psaltes sese attollens: In te, Domine spera-
 vi, ait, non confundar in æternum. Scitè Augustinus: Quis
 inquit, qui confunditur? qui dicit, ego quod sperabam non
 inveni, non immerid. Sperabas enim de te, aut sperabas de ho-
 mine amico: maledictus autem qui spem suam ponit in homine.
 Confunderis, quia sefellit te spes posita in mendacio: omnis enim
 homo mendax. Si autem ponas spem tuam in Deo tuo, non con-
 funderis; quia ille in quo spem posuisti, falli non potest. Spes non
 confundit.*

*1. Fiducie
remunera-
tio: Nemi-
nem fallit,
Rom. cap. 5.
v. 5.
Sap. cap. 5.
v. 15.
Ecc. cap. 2.
v. 11. & 12.
Psal. 30. v. 1.
Aug. tom. 8.
in psal. 38.
conc. 2. ante
med.
Rom. cap. 5.
v. 5.*

Hic tu mihi obsecro, fiduciam Moïsi, quàm ea pu-
 defacta non sit expende. Cùm Hebræi ex Ægypto dig-
 gressi, in arctum omnes conclusi essent, (jam enim à
 tergo hærebat hostis Pharao, in oculis montes & mare
 fugam omnem negabant) Moïses in has preces effusus
 dicitur: Domine, tuum est hoc mare, tuus & mons qui
 nos claudit: & hic potest te jubente aperiri, aut in pla-
 nitiam solvi, potest & mare in terram verti: possumus
 & nos per aërem sublimes effugere, si nos ita servari ti-
 bi placeat. Hæc precatus, mare virgâ percussit, quo ic-
 tu repentè scissum transiit expeditißimum iter mon-
 stravit. *Spes non confundit.* Primum igitur fiduciæ munus
 est, Non fallere.

*Ioseph. lib. 2.
Antiq. Jud.
cap. 7.*

§. II.

Altera ejusdem Fiduciæ remuneratio est, Maxima 2. Maxima
 vitæ tranquillitas. Qui Deo feridè fidit, officia sua,
 quamvis latissimè pareant, sine tumultu obit, etiam in-
 ter adversa lætus. *Lætentur omnes qui sperant in te, Domi-
 ne. Spe enim salvi facti sumus. Beati omnes qui confidunt in
 eo.* Augustinus pro more suo, pulcherrimè, in verba
 psalmi:

*Pf. 5. v. 12.
Rom. cap. 8.
v. 24.*

psalmi:

§. I V.

Psalm. Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Quasi perversè, inquit, videtur dicere non intelligentibus, debuit enim dicere fructum laborum tuorum manducabis. Multi enim manducant fructum laborum suorum: laborant in vineâ, ipsum laborem non manducant, sed quod de labore ipsorum nascitur. &c. Quid sibi vult labores fructuum tuorum manducabis? Modò labores habemus, fructus postea erit. Sed quia & ipsi labores non sunt sine gaudio propter spem, de qua pauld ante diximus: Spe gaudentes, in tribulatione patientes: modò nos ipsi labores nostri jucundant, & latos nos faciunt de spe. Si ergo labor noster potuit manducari, & potuit jucundare, manducatus fructus laboris ipsius qualis erit?

Omnia Deo committenda est regula exceptionem non admittens. Benedictus Angelus, in Reg. Perfect. sine libri mibi p. 278. bis Deum.

Germanorum vetus verbum est, parietibus etiam inscribi solitum: Quisquis omnia Deo commiserit, & hinc tranquillus, & illic beatus erit. Verè sic est. Deo semper omnia committere, in hac vitâ tranquillitatem, in alterâ beatitudinem obtinet. Sed Deo sic committenda sunt omnia; è manu Dei æquè omnia sic accipienda sunt, ut hæc regula exceptionem non admittat. Clarissimè pius ille scriptor: Et nota, inquit, hanc regulam, Omnia è manu Dei acceptandi, tam esse universalem, ut ab eâ nulla prorsus admittenda sit exceptio: aded ut non tantum crucis, afflictionis, que extrinseca mundi & proximi, à Deo acceptari debeant, verùm etiam intrinseca, qua ex imperfectionibus nostris enascuntur: nam omnia cooperantur in bonum diligentibus Deum.

§. III.

3. Robur in adversis. Prov. 1. 30. v. 25. & 30. Psal. 25. vers. 1.

Tertia Remuneratio, Robur in adversis, & animus calamitate insuperabilis. Iustus quasi fundamentum sempiternum, iustus in æternum non commovebitur. Animosissimus rex David: In Domino sperans, inquit, non infirmabor. Optimè Theodoretus: Gubernatorem, inquit, habeat Deum & aurigam, & res tua ab illâ providentiâ pendeant, nam hoc modo inconcussus manebis & immutabilis. Tales se gesserunt tot centena millia sanctissimorum martyrum. Res nova & rara, pendere in equoleo, & aduri latera, riderè tamen & jocari. Multitudinis concursum fieri, cum missilia sparguntur, cum donativa aut congiaria, cum visceraiones dantur, nil novi est; at verò cum capita decuriantur, cum sartagine, cum rotæ & cruces proferuntur, cum omnis generis supplicia inferuntur, esse tamen qui accurrant & certent quis prior moriatur, hoc novum, hoc inauditum: hoc tamen, inquit Eusebius, meis oculis vidi: innumeros in Ægypto non ligatos duci extra moenia in campum: hic alteri alterum prævenire contendens porrigebat cervicem. Carnifices defecerunt & gladii fessis sedebant, alii succedebant, mutabantur gladii, dies non sufficiebat: nullus ex eis nec parvulus morte terrebarat. In heroas ac heroidas invincibiles: non commovebantur, sicut mons Sion. Huc appositè Chrysostomus: Montem dixit, spem in Deum immutabilem, inquit, firmam & constantem, invincibilem & inexpugnabilem. Quem admodum enim si quis innumerabiles adhibeat machinas, montem nec convellere nec labefactare poterit: ita etiam qui eum aggreditur, qui spem in Deum collocavit, revertetur domum vacuis manibus. Sed cur non dixit absolute: Sicut mons, sed montis Sion meminit? Docens, nos non debere animum dejicere in calamitatibus, nec ab eis pessumdari, sed à spe in Deum pendentes, omnia ferre fortiter, & bella, & pugnas, & tumultus. Quem admodum enim hic mons, qui fuerat quandoque desertus, & nudatus habitatoribus, ad priorem redierat prosperitatem, veteri statu recepto, cum incolæ redissent, miracula rursus ostenderunt, ita etiam vir fortis & generosus, licet ab innumerabilibus invadatur calamitatibus, minimè evertitur.

Chryf. in psal. 124. initio & pauld post init.

Cur psal. mista non dixit absolute: Sicut mons, sed montis Sion meminit psal. 124. v. 1.

Isai. cap. 40. vers. 31.

Psal. 2. v. 13. Psal. 30. v. 25.

Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem (humanam in divinam) assumpt penas sicut aquila, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient. Beati omnes qui confidunt in eo. Ergo viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes, qui speratis in Domino.

Quarta remuneratio: Immunitas à plurimis vitiis. Et non delinquent omnes qui sperant in eo. Bernardo teste, Perfecta converso est ad hoc bonum, ut nil libeat nisi quod deceat vel liceat. Et tunc demum perfecta erat voluntas, cum plenè fuerit bona, & bene plena. Hanc autem bene plenam & plenè bonam voluntatem habere censendus est de grat. & is, qui non suam ampliùs, sed jam pro suâ divinam amplectitur voluntatem, eique se totum devotissimâ subjectione transcribit. Et hic est qui Deo in omnibus fidei. Quisquis autem felicissimam hanc artem caller, ac reipsâ tam providentiâ divinâ, quam voluntati perfectè se tradit, graves vitiatorum insulsum non metuit. Vera in Deum fiducia non tantùm inquieti pectoris agitationem, sed & huic contrarium torporem mentis ac lenium tollit. Disertè hoc ipsum confirmans Bernardus: Ita, inquit, animus si non presumat de se, sed si confortetur à Deo, poterit utique dominari sui, ut non dominetur ei omnis iniustitia. Ita, inquam, Deo innixum nulla vis, nulla fraus, nulla jam illecebra poterit vel stantem dejicere, vel subijcere dominantem. Alioquin frustra nititur, si non nititur. Disce ergo Deo fidere, etiamsi omnia tibi adversa sint; disce contra spem in spem credere, & voluntas Domini in manu tuâ dirigetur.

§. V.

Quinta remuneratio: Per veram in Deum fiduciam velut Omnipotentes efficiuntur. Libere proclamant Paulus: Omnia possum in eo qui me confortat. Et quamvis cuique nostrum hinc obijci possit: Tu longè sequare, & Pauli vestigia adora. Nihilominus tamen quis illorum qui Deo fidunt, non animosè dicat: Pone me juxta te, & cujusvis manus pugnet contra me. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Sed quid opus testimoniis? Christus disertissimè: Si potes credere, inquit, omnia possibilia sunt crediti. In quæ Domini verba egregiè Bernardus: Quidni, inquit, omnia possibilia sint imitanti super eum, qui omnia potest? Nil omnipotentiam Dei clariorem reddit, quàm quòd omnipotens facit omnes, qui in se sperant. An non omnipotens, cui omnia possibilia sunt?

Quà in re nescio an unquam præclarior quid dictum scriptumve sit, quàm quod idem Bernardus præclarissimè dixit scriptisque in hæc verba: Dulcissima liberalitas, inquit, in se sperantibus non deest. Hoc enim totum hominis meritum, si totam spem suam ponat in eo, qui totum hominem salvum fecit. In te speraverunt Patres nostri, speraverunt & liberasti eos: ad te clamaverunt, & salvi facti sunt: in te speraverunt, & non sunt confusi. Sperate in eo omnis congregatio populi: quemcumque enim locum calcaverit pes vester, vester erit. Pes vester, utique spes vestra est, & quantumcumque illa processerit, obtinebit, si tamen in Deum tota figatur, ut firma sit, & non titubet.

Cùm Apostoli secretò Dominum interrogassent, cur non & ipsi lunaticum adolescentem illum malo genio infessum potuerint liberare? Christus causam omnem diffidentie adscribens: Propter incredulitatem, inquit, vestram: Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi hinc illuc: & transibit, & nihil impossibile erit vobis. Hinc non Christiana solummodo fides commendatur, sed & illa fiducia, quæ divinâ se Omnipotentia sic induit, ut ardua quævis aggrediatur, & admiranda patret. Quamvis Christus non dixerit: Edite miracula, sed Habete fidem Dei: querelas contra Dei dispositionem omittite, pusillanimitatem ad ardua trepidantem vincite, omnem à vobis diffidentiam expellite: si non possitis calcare basiliscos & dracones, superbiam calcate; si non voce incendia domare, libidinum vestrarum flammam extinguite; si non leones frenare, pardos & tigrides cicurare, iras reprimitis; si non mortuos ad vitam revocare, Invidiam vestro malo vicacissimam

Psal. de em. psal. 1. 30.

Gen. 27. 7.

Isai. 40. 31.

Bern. in psal. Qui habet. 11. post mod.

Matt. 17. v. 20.

1. Reg. 2. 27. &

Gen. 4. 16. 1. 16. 1. 16.

vacillimam jugulare; si non aridas arbores ad virorem reducere, vacuum liberalitate manum, fecundiore stipe instruire. Hoc est quod exigit Christus: Habete fidem Dei. Qui hanc habet, ex omnibus malis aliquid boni elicit, ex omni plumbo argenti quippiam & auri colligit, quod artificii divini est: Nam, uti Boëthius, sola est divina vis, cui mala quoque bona sunt, cum eis competenter utendo, alicujus boni elicit effectum. Sed de hoc alibi uberius.

Boëth. lib. 4. de consol. p. 6. f. m.

CAPVT VI.

Fiduciam in Deum sine cognitione divine Providentiæ vacillare.

Gen. 1. 22. v. 7. & 8.

IN mœstissimâ illâ profectione Abrahami in montem Moria, ubi jugulandus erat filius, cum tertiâ jam die dilucesceret, & mons in oculis esset, Isaac qui ligna humeris subvehēbat, patrem gladio armatum interrogans: Pater mi, inquit, ecce ignis & ligna, ubi est victimâ holocausti? Dixit autem Abraham: Deus providebit sibi victimam holocausti, fili mi. Pergunt ergo pariter. Urinam & nos, tunc maxime, cum aqua nobis hæret, cum exitum nullum reperimus, hoc unum affiduè volveremus animo: Deus providebit, fili mi, Deus providebit. Exemplo demonstratur id quod dicimus: Multorum liberorum parens animam agit, hoc unum anxie sollicitus, quid suis liberis sit futurum: frustra vir bonus se cruciat: Deus providebit. Alius corpore quidem sanus, sed æger animo secum disquirat ipse: Vt sese res mee habebant, cum hoc auxilium, aut auxiliator iste deerit? vana plerunque sollicitudo: Deus providebit. Alius auri dives & avorum, non item virtutum: Quid si, ait ipse sibi, prater sententiam & spem hoc mihi eveniat? Homo pusilli animi! Deus providebit. Qui confidunt in illo, intelligent veritatem. Ita quondam Romanorum Imperator Maximilianus II. sicubi res adversæ animam ejus sollicitarent, conceptum à se symbolum proferebat: Dominus providebit. Ita prorsus, ita ad Deum mentis acies convertenda, qui non patietur in fraudem impelli fidentem in se.

Sapient. 1. 3. v. 9.

Abrahamus, quem dixi, illud Dei mandatum divinis promissis, ut videbatur, rectâ contrarium, quàm inexplicabili fiducia exequi est aggressus: Dicit non potest, quot fiducia actus exercuerit illo triduo, quo in montem à Deo nominatum profectus est, illud secum affiduè repetendo: Deus providebit. Verè providit, modo prorsus admirando. Nam pater, inquit, Chrysolomus, sacrificavit, filius seipsum obrulit, Deus utrumque accepit, & vita tamen mansit victima. Sic Abraham confusus Deo, pervenit usque ad montem, usque ad aram, ad ipsum usque gladium, ad ipsum usque filii jugulam, quod jam jam erat secundum. Nimirum altissimè conturbat animo vir sanctus, illud usquequaque certissimum: DEVS PROVIDEBIT. Divinum hoc pronuntiatum quisquis vult capere, quotidiano id usu discet optime, tamque in se quàm in aliis mira deprehendet divinæ providentiæ vestigia. Et quæso, vitam nostram priorem compendio relegamus: per quot ambages & anfractus divina nos duxit providentia, quot quantisque periculis nos suaviter subtraxit? Quivis nostrum jure dixerit: Misit de calo & assumpsit me, & extraxit me de aquis multis. Prevenit me in die afflictionis mee, & factus est Dominus firmamentum meum: liberavit me, quia complacui ei. Et quanta vitæ, quanta corporis animique discrimina non adii? sed evasi: Deus providebit, Fidamus Deo. Hanc autem confidentiam in Deum non assequetur, nisi qui & Providentiam Dei probè cognoverit. An sit Providentia, fugimus querere: nam rectè Clemens Alexandrinus: Sunt, inquit, questiones quedam dignæ que puniantur: curiosius est querere probationes, An sit Providentia, cum sit manifesta divina Providentia ex aspectu omnium que videntur.

1. Reg. 1. 22. v. 17. & 19.

Clem. Alex. lib. 5. Strom. f. 101.

atur effectorum, qua arte & sapientiâ constant. Est ergo Providentia.

§. I.

Ed quid est providentia? Est ipsa, inquit Boëthius, divina ratio in summo principe constituta, qua cuncta strat in disponit. Optimè de hac re Damascenus: Providentia, inquit, est voluntas Dei, per quam res omnes aptè congruèque gubernantur. Rem sic capiemus: Vidit Deus ab æterno quâ ratione quævis res creata suum finem posset assequi; simul etiam omnia impedimenta vidit, quæ in assequendo fine occurfura essent. Deinde hic idem optimus Deus, sanctissimâ suâ voluntate, ea delegit subministranda auxilia, per quæ omnes homines ad suum finem quàm optimè ducerentur. Hac verò statim ab Orbis ortu proposuit, & in opus deduxit per immensam suam potentiam. Ita divina Providentia, ut Dorotheus loquitur, fons est bonorum omnium. Hanc omnes philosophorum turbæ agnoverunt. Hinc illa: Deum libere sequere; Cum Diis pugnare noli; Id superis cura; Viderit Jupiter; Hoc in genibus Jovis situm, aliæque talia priscis usitata. Et hanc suam providentiam Deus mox ab initio, ipsis etiam oculis ingessit per Orbis Dilavium, per Sodomæum incendium, per Calamitates Ægyptias, per Alimoniam è nubibus submissam tor centenis milibus Hebræorum; quibus insuper inspectantibus leges condidit, præsentiam suam monstravit, viâ ducentem stavit columnam lucidam & igneam, emisit effusissimos volucrum nimbos, victorias dedit adiutandas. Habet Deus providentiam omnium omnino rerum creaturarum. Res certissima est. Clamar Sapientia: Pysillum & magnum ipse fecit, & equaliter cura est illi de omnibus.

a Hanc illustrissimis argumentis & testimoniis demonstrat Theol. Naphis Raynaudus dicitur, Theophilus Raynaudus dicitur, f. 8. quæst. 3. m. hi pag. 893. Boëth. l. 4. de consol. phil. prof. 6. paulo à princ.

Ut autem nos Providentiæ divinæ notitiam altissimâ mente defigamus, hoc in fundamentum ponimus: Nihil uspiam Orbe toto fieri fortuito, & casu. Si res ad nostram duntaxat seu providentiam, seu scientiam examinemus, plurima casu quodam & fortè fortuna fieri patrabimus, si ad divinam Intelligentiam, nihil sit casu. Divina namque intelligentia infinita est, extenditque se sine ullo labore ad omne quod intelligi potest. Deus puncto temporis, uno eodémque, sic dicam, ictu oculi finis omnes & abyssos cæli, terræ, maris, inferorum penetrat ac pervidet. Rectissimè Jobus: Nihil, inquit, in terrâ sine causâ sit. Omnia in mensurâ, & numero, & ponderè disposuit Deus ab æterno. Ita in rebus omnibus divinæ gubernationis admirabilissima elucet providentia, quæ non præcst solum rebus omnibus, sed interest, imò inest. Nos cæculi plurima putamus casu fieri, quæ tamen omnia ab æterno Dei consilio & providentiâ proveniunt.

§. II.

Sapientissimè Augustinus: Et sic omnia, inquit, ad divinæ providentiæ regimen referantur, que stulti quasi casu, & temere, & nullâ divinâ administratione fieri putant. Exemplo res patefiet: Herus è domesticis duos, hecili consilii ignaros, diversis viis mittit ad eundem omnino locum. Hic alterum alteri occurrere casus est, non domino, sed servis: Ita thesaurum reperiri à paupere solfore, casus est quidem illi pauperculo, sed non Deo, qui opes illic ideo recondi voluit, ut eas hic ipse mercenarius eo loci fossurus reperiret & direfceret, non casu, sed paternâ Dei providentiâ: Deo nil penitus fortuitum est. Ideo

* Damasc. lib. 2. de fide Orthodoxa. cap. 29. Quævis autem Providentiæ Dei consistat in intellectu divini, illum tamen comitatur actus voluntatis.

Sap. cap. 6. v. 8.

Nihil uspiam Orbe toto fieri casu & fortuito. Nihil uspiam Orbe toto fieri casu & fortuito. Nihil uspiam Orbe toto fieri casu & fortuito. Nihil uspiam Orbe toto fieri casu & fortuito.

nemo temeraria credat Fortuitivè geri mundana negotia casu. Omnia lege meant, quam rerum Conditor illis Sanxit ab æterno.

Canem pinxerat Apelles, cumque in reliquâ omni parte sibi ipse satisfacisset, exprimere in eo spumam anhelantem se posse non judicabat: displicebat autem ars ipsa, nec alia inveniri poterat, & videbatur spuma illa pingi.

pingi, non ex ore nasci, sicque longius à veritate discedere: Abstulerat sæpius, mutaveratque penicillum anxio animi cruciatu, & nullo modo sibi approbans, cum in picturâ verum esse non verisimile veller. Postremò iratus arti, spongiam eam impegit in viso loco tabulæ, & illa reposuit ablatos colores qualiter cura optaverat. Hoc exemplo similis & Nealcem successus in spumâ equi similiter impactâ spongiâ secutus dicitur. Nos hæc talia meritissimos casus interpretamur, & totum fortunæ tribuimus, quæ in picturâ fecerit naturam. Erramus splendide; nam quod fortunam dicimus, altissima Dei sapientia & providentia est. Qui fortunæ aliquid tribuunt, Dei providentiam sepeliunt. Non casu fiebat, quod maxime casu factum videbatur, ut cadaver, metu latronum abijceretur in sepulchrum Elisæi, cujus ossa cum attingisset homo ille sepeliendus revixit. Non casu Moses in vimineâ fiscellâ expositus, à filiâ Pharaonis inventus, & adoptatus est. Nec casu rex Achab inter cervicem & scapulas læsus est: *Accidit autem ut unus è populo sagittam in incertum jaceret.* Certissimâ Dei manu ferebatur hoc telum, sicut & illud in Julianum Apostatam: solum jacentis res erat incerta. Non casu aut foruitò hirundines Tobie domum involabant, & virum optimum visu privabant. *Hanc tentationem ideo permisit Dominus evenire illi, ut posteris daretur exemplum patientie.* Diserte Angelus: *Quia acceptus eras Deo, inquit, necesse fuit ut tentatio probaret te.* Nihil fir casu. Ita minime casu factum, quòd Christo nascituro universus Orbis ab Augusto describeretur. Ad fontem Sichar non casu consedit Christus cum Samaritide collocuturus. Hæc omnia in tabulis divinæ Providentiæ annotata sunt, ab omnî ævo.

§. III.

Cvm Cyprianus & Justina velut capitis rei ducerentur, Theostitus equo vehens, hoc solum dixit: Cum his hominibus iniquè agitur. Mox à Felicio affeffore jussus est equo dejici, & cum iisdem duci ad supplicium. *Judicia tua, Domine, abyssus multa!* subitus hic casus videri potuit; Dei providentia fuit.

Cum sanctus Ignatius Lojola è pedis vulnere jaceret æger, fallendo temporî librum petiit, qui equestris, & hoc genus profana ludicra commentis fucaret. At casu factum (ita nos loquimur) ut ea fabularum mendacia domi nusquam essent; sed eorum vicem duo longè melioris argumenti codices agro ferrentur: Altero Vita rêsque à Christo Domino gestæ, altero ab Cælitibus reliquis facta facinora perferibebantur. Hi libri salutis principium fuisse Ignatio, aliisque post Ignatium innumeris. At hos libros non casus aut fortuna, sed æterna Dei Providentia benignissimè, huic loco, huic & lecto-ri destinavit.

Paphnurius interrogatus, quid causæ foret, quòd illi proficerent, deficerent isti, sub eodem magisterio; hi caderent, illi starent? Respondit: Quæcunque fiunt, aut ad Dei beneplacitum, aut ex permissione Dei fieri; & omnia quidem quæ cum virtute conjuncta essent, secundum Dei beneplacitum; cetera verò quæ cum vitis haberent affinitatem, damna & injurias in Orbem inveherent, Dei permisso fieri. Cur autem Deus tanta tamque frequentia mala permittit? Hic jubet Plato quiescere: *judicia Dei abyssus multa.* Hoc optime cepit, qui dixit: *Sine consilio & providentiâ eorum, & sine causâ nihil fit in terrâ.* Didici etiam ex hoc inscrutabile judicium tuum expavescere, qui affligis justum cum impio, sed non sine æquitate & justitiâ. Præclarissimè Angustinus: *Surgunt procelle stagni hujus, inquit, vides malos florere, bonos laborare; tentatio est, stultus est, & dicit anima tua: O Deus, Deus hæcne est justitia tua, ut mali floreat, & boni laborent? & Deus tibi responderet: Hæcne est fides tua? Hæcne tibi promisi, aut ad hoc Christianus factus es, ut in seculo floreres?*

Componamus ergo animos, & in Providentiâ Dei

A acq̄uescamus, quamvis impios dominari, pios opprimi, religionem everti, justitiam exringui videamus: nihil enim horum fieret, nisi Deus id singulariter permitteret: non permitteret autem nisi justissimè rationes ei suppetere, atque ad eò nisi melius esset, sic permittere quàm impedire. At inde gravia incommoda, & ingens animorum jactura sequitur. Dolendum hoc quidem, sed moderatè, quia justissimis de causis sic placuit Deo, qui è magnis malis bona majora, velut gladium è vaginâ novit educere. Nec refert hoc arcanum Dei regimen non ita jam apparere: supremo dierum tanquam in speculo cernetur rotas, humani generis decursus, & omnis Providentiæ divinæ ratio, quâ Deus & in singulis regnis, oppidis, familiis, & cû singulis hominibus est usus; ut pateat quàm benignus fuerit Deus in deliquentes, & quàm quiesce illorum plus minùve sit inexcusabilis, quàm denique hæc gubernandi forma, quâ usus est Deus, fuerit & naturis rerum, & patefaciendæ ipsius gloriæ accomodata. Hoc jam sciamus, è malis omnibus Deum boni aliquid elicere. Quid tristis generis humanæ lapsu? eam tamen Deus sciterum exiret, ut præstare videatur, sic lapsam esse, quàm semper sterisse. Mors Christi, summum in Orbe flagitium, eadem tamen fuit, & Orbis salus.

§. I V.

P achomium quondam adit Theodorus vehementi capitis dolore vexatus, petiitque hæc à suo capite intemperiem precibus averteret. Cui Pachomius: Putasne, inquit, hunc capitis cruciatum, aut simile quid, sine Dei permissione & voluntate contingere? Sustine, & cum voluerit Deus, medebitur: bona est à cibis abstinentia, bona in egenos beneficentia, plus tamen lucratur æger, cum patiens & longanimis nutum divinum attendit. Hinc intelligere licet quàm is minime tranquillo futurus sit animo, qui in divinâ Providentiâ non quàm optimè fuerit fundatus. Sed nec ille diu miser esse poterit, qui hoc divinæ Providentiæ arcanum fide vivâ penetravit. *Multa quidem tribulationes justorum, at de omnibus his liberabit eos Dominus. Custodit Dominus omnia ossa eorum, unum ex his non conteretur.* Tot in humano corpore officula sunt & ossa, ut hominem dixeris Ossuarium. Ossium quædam clavorum vice sunt, ut dentes; alia sunt ut pyxides, ubi medulla, præsertim in coxis & tibiis; alia quasi confusa sunt, ut cranium, alia aliis infixæ sunt, sicut januæ uncus cardini. Galenus medicorum Princeps, in humano corpore ossa duceta numerat. Viringus inter medicos celebris, ducenta viginti quatuor assignat. Horum quodlibet, uti Galenus docet, quadraginta fines seu scopos, in usum corporis habet, ad eò artificiosè inter se omnia collocata sunt. Ergo ut ossa solum humani corporis in ordinem reponantur, plusquam octies mille scoporum seu finium observandi: Unicum ex his non conteretur, Deo non annuente; *Custodit Dominus omnia ossa eorum.* Neque verò Deus ut architectus est, qui cum struxit domum, deserit: Deus operi suo momentis omnibus non adest tantùm, sed assidue in eo habitat.

Seraphinus Firmannus vir eruditus & sanctus, secretum notatu dignissimum exponens; Sanctorum vita, inquit, per singula rerum ac temporum momenta à Deo sic temperatur ac regitur, ut omnia in eorum cedant bonum. Quid ni omnia? Nam, *scimus quoniam diligenter Deus omnia cooperantur in bonum.* Ita Deus suos singularissimâ tuetur providentiâ; adjecit illis oculum qui non sopietur. Hinc amabilissimum illud inter Deum sanctosque homines certamen: Illis nil suavis, quàm id semper velle facere, quod Deo placeat: Nec cedit his Deus, facitque semper, quod suos scit velle. Ludovicus Carbo vir ævo nostro inter Venetos magnus, rationibus docet, virum justum tam esse gratiosum apud cæli Regem,

4. Reg. c. 13. vers. 21.

Exod. cap. 2. vers. 3. & 9.

2. Par. c. 18. vers. 33.

Tob. cap. 2. vers. 12.

cap. 12. v. 13.

Luce. cap. 2. vers. 1.

Joan. cap. 4. vers. 5.

Ps. 35. v. 7.

Quæcunque fiunt, ad Dei beneplacitum aut ex ejus permissione fiunt.

Thomas de Kempis l. 3. c. 50. nu. 4.

August. in Psal. 25.

1. Jo. c. 11.

2. Pet. vers. 3.

Gen. 1. vers. 1.

Psal. 1. vers. 1.

Gen. 1. vers. 1.

Joan. 1. vers. 1.

1. Jo. c. 1. vers. 13.

Psal. 97. v. 17.

1. Jo. c. 1. vers. 2. 1.

cap. 18. v. 1.

Zach. 14. vers. 5.

1. Jo. c. 1. vers. 1.

1. Jo. c. 1. vers. 1.

Gen. cap. 1. vers. 1.

1. Jo. c. 1. vers. 1.

1. Jo. c. 2. v. 2.

1. Jo. c. 2. v. 3.

1. Jo. c. 2. v. 13.

1. Jo. c. 2. v. 2.

1. Jo. c. 2. v. 1.

1. Jo. c. 2. v. 1.

lis discartus amplitudinem divinæ providentiæ, in quam recumbamus. Hanc enim ut aperitissimam faciat, non addidit pãstum in deserto Israëlem annis quadraginta; non laudat Eliam à corvis nutritum, sed brutas animantes objicit, idque non leones, utros, elephantas, aut alia id genus grandia animalia, quæ & ipsa divinitus pascuntur, sed animalium minima, aviculas, quæ cum cantrii ferè vacent, & velint obiter sumant cibum; maxime à sollicitudine liberæ videntur. Et homo qui pluris est innumeris aviculis, Deumque non Dominum tantum, sed & Patrem agnoscit, sic angatur animo?

Post demonstratam Dei providentiam in aviculis & capillis; quàm circa flosculos gerat ostendens: *Considerate, inquit, lilia agri, quomodo crescunt: non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua cooperitus est sicut unum ex istis. Si autem fenum agri quod hodie est, & cras in clibanum mittitur; Deus sic vestit, quanto magis vos minima fidei?* Videte igitur quàm non solliciti sint agricte flosculi, de suo, quo triumphante vestitu: nam omnem decorem sicut uni Deo referunt acceptum, aperte professi se nihil debere humanæ curæ. Rentium naturam, quæ à Dei providentiâ est, hominum indultria & cura imitari potest, assequi non potest. Aded ut magnificentissimi Regis Salomonis exquisitus, atque ad miraculum usque ornatus ac pretiosus cultus, floris contemptissimi elegantiam neuriquam exæquet. Vos jam ipsi judicate, si Deus vilissimas herbas brevi demetendas & in furnum rapiendas tam pulchrè amicit, quanto magis vos, immortalitati à se conditos, vestier, curabitque necessaria, non regendo tantum corpori, sed si opus sit, etiam ornando: His & tertium quoque argumentum adnectit Christus, & : *Quis autem vestrum cogitans, inquit, potest adjicere ad staturam suam cubitum unguis? Imò minuet potius sollicitudine: nihil hinc tullius industriâ profecerit. Si ergo, inquit Lucas, neque quod minimum est potestis, quid de ceteris solliciti estis?* si rem tantillam vel maxima sollicitudo non promovet, ut scilicet corporis statura non nihil augeat, quomodo corpus in vitâ servare poterit quantavis annonæ optumque congesta copia, nisi adspiret Dei providentiâ? Inanis & irritus est omnis labor vestier, nisi Deus illum prosperet. Huic ergo alendi corporis curam permittere, cui & augendi, quia hoc quàm decentissimè ac suavissimè, vestris curis nil operulanti bus, faciet. *Aperit ille manum & implet omne animal benedictione.*

3. Argumentum. *Math. c. 6. vers. 28. & seqq.*
Luc. cap. 12. v. 25. & 26.

Psal. 144. vers. 16.

§. II.

Cum ergo Deus, quæ ad vitam necessaria, provideat omnibus (nam equaliter cura est illi de omnibus) quæ sit tantam ubique multitudinem esse hominum egentissimorum? videtur Deus res humanas suo fluxui permittere. Mira, mi homo, circa pauperatatem hominum Dei providentiâ est. Verè Chrysostronus: *Non tantum pauperes divitibus, inquit, sed hi illi indigent, & magis.* Et fingamus duas urbes, quarum illam soli divites, hanc pauperes* soli habitent, nullum poterit inter has esse commercium; in illâ nulli erunt opifices, non operæ mercenariæ, nullus illic sartor, pisttor, sutor, nullus faber, institor, agricola; has artes opulenti non faciunt; nulli hic servi, ancillæ nullæ: qualis igitur hæc urbs, si alienâ ope destituatur? In alterâ sat erunt eorum qui calceos suant, qui vestes conficiant, qui agros colant, qui sibi denique re modicâ sufficiant. Si omnibus itaque abundè suppeterent ea quæ vitæ sustentandæ sunt, quid denum sequeretur? Interitus omnium opificiorum, operarum fabrilium, artificiorum. Substructiones, navigationes, aucupia, piscationes, mercaturæ pëssum irent: & qui domini forent, si nulli essent qui servos se profiterentur? Ita paupertas conservat humanam gentem & ornat: paupertas industrius facit & laboriosos: paupertas suscitatur artes. Exulet paupertas penitus ab Orbe, simul boni

Sap. cap. 6. vers. 8.

Chryf. to. 5. orat. de divit. & paup.
** Pauperes vocamus, qui vicium manu aut laboriosâ industriâ parant.*

Paupertas conservat humanam gentem & ornat.

A. mores, & Virtutes pæne omnes exulabunt. Edere, bibere, ludere, helluari, græcari & petræcari, primarium erit negotium: Luxum comitabitur luxuria, divitiâs vitia. Ubi rerum omnium abundantia est, ibi plerumque etiam vitiorum. Testantur hoc uberes anni, quibus plenæ potatorum cauponæ in omne genus turpitudinis & infantiæ despumant. Testatur hoc diluvium cujus principia fuerunt luxus & otium, hinc præmortui pudoris & plena libidinibus vita omnium. En, quanta Dei providentiâ, quæ à lasciviâ ad laborem trahit homines paupertate; labor optimos incitat. Quidquid uspiam pulchri cernimus, ab iis elaboratum est, qui pecuniâ non abundantur, ideo labores suos vendere coacti sunt.

In ipsâ porro paupertate quanta Deus providentiâ succurrit! *Non affliget Dominus animam justi.* Beatus Franciscus coram Assisinate Præsule vili dumtaxat linteo tectus: *Nunc, inquit, liberrimè dixerò: Pater noster qui es in calis:* Idem suis in viaticum dare solitus est illud Psalter: *Lacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet.* Romano autem Pontifici de alimentis sciscitanti respondit: *Matrem quidem habemus pauperem, Religionem, sed patrem ditissimum.* Ita profusus est: hic pater tantâ suos curâ & providentiâ complectitur, ut cum humana desant auxilia, subministret divina. Ut anonam præstaret Eliæ, suam nobis providentiâ ingessit: primò quidem, prophetæ dapiferos jussit esse corvos. *Corvi quoque deserbant ei panem & carnes manè, similiter panem & carnes vespere.* En, aves rapacissimæ, quæ alioqui commissum sibi commeatum consumpsissent in viâ, nisi obtulisset divina providentiâ, jam etiam à dapibus sunt, & ad cyathos stant. Deinde hunc ipsum Eliam Deus per paupericulam viduam pavit, cujus omnes facultates erant pugillus farinæ, & parum olei quo ungeretur, non quo vesceretur, & tamen quot farinæ modi, quot libræ olei in pauperrimo hoc peno relatebant? Tertio cum Elias egestatem suam securo somno solaretur, adfuit alius è cælo dapifer, Angelus, panem & fontem adferens, uti Habacuc Danieli messorum tulit delicias. Eandem hanc singularem benevolentiam Deus sextentis aliis suorum amicorum exhibuit, farinam, panes, oleum, vinum occultâ vi augendo, aut cum hæc penitus deessent, in speratâ gratiâ submitrendo. Et quamvis hæc talia nos ipsi nonnunquam experiamur, nihilominus ingens ubique diffidentia est trepidantium, ne desint vitæ necessaria: cum Judæis etiam nunc vociferamur: *Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto? Numquid & panem poterit dare? Adhuc Philippi vox auditur: Sed quid hæc sunt inter tantos? tot hominum fami non sufficient ista. O verè minimæ fidei homines! Scit pater vester quia his omnibus indigetis.* Nunquid Dei liberalitas nunc quàm olim contractior?

C. cum Elias egestatem suam securo somno solaretur, adfuit alius è cælo dapifer, Angelus, panem & fontem adferens, uti Habacuc Danieli messorum tulit delicias. Eandem hanc singularem benevolentiam Deus sextentis aliis suorum amicorum exhibuit, farinam, panes, oleum, vinum occultâ vi augendo, aut cum hæc penitus deessent, in speratâ gratiâ submitrendo. Et quamvis hæc talia nos ipsi nonnunquam experiamur, nihilominus ingens ubique diffidentia est trepidantium, ne desint vitæ necessaria: cum Judæis etiam nunc vociferamur: *Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto? Numquid & panem poterit dare? Adhuc Philippi vox auditur: Sed quid hæc sunt inter tantos? tot hominum fami non sufficient ista. O verè minimæ fidei homines! Scit pater vester quia his omnibus indigetis.* Nunquid Dei liberalitas nunc quàm olim contractior?

§. III.

D. Paulo inter anachoretas primo annis sexaginta dimidium panem derulit corvus, integrum præsentente Antonio. Joannes eremicola quatuordecim annis à nullo mortalium visus, cervæ lacte pãstus est. Beatus Rochus aliquanto tempore, panem quotidie accipit à cane, quemadmodum Elias à corvo. Non unus eremicolarum illorum è palmis & cibum & vestem imperavit; una illis arbor & sartor fuit & pisttor. Anno Christiano sexcentesimo quinquagesimo tertio Judocus Britannum Regis Rethaëli filius, spreto solio in sacerdotium venit, solitarium vitæ genus amplexus, in Brach loco rivulis cincto cœnobium & templum condidit. Hinc egenos tam piè effusus fuit, ut quodam die non nisi panis unicus familiæ superesset; hunc ipsum tamen in quatuor partes secari, & quadram dari mendico jussit. At ille idem mendiculus mutatâ veste quartum rediit, & omne penu mendicando abstulit. Hic Ulmarus socius missare

Prov. c. 10. vers. 3.

Math. c. 6. vers. 9.

Ro. Ps. 14. v. 23.

Dei providentiâ eccliam Eliam. *3. Reg. c. 17. vers. 6.*

Pf. 77. v. 19. & 20. Joann. cap. 6. vers. 9. Math. c. 6. vers. 32.

Zach. Lij. l. 13. Decemb.

lib. 11.

Joan. vers.

lib. 11. vers. 2.

Lemite. v. 11. 14. 17.

Zach. Lij. l. 13.

maffare & obloqui; arque liberalitati nimix indignari. Judocus hominem folatus, è caelesti penore subsidium petere docuit. Paulò post quartor naviculæ commearu onustæ illuc appulerunt & omnino religiofæ familiæ indigentiam fublevaverunt. Optimè dixit Auguftinus: *An putas qui Chriflum pascit, à Chrifto non pascitur?*

Beatus Dominicus fub inipium fui Ordinis duos è fuis mifit qui alibi locorum concionarentur. Illi fub vespere & fefsi & famelici, fed & triftes gemebant fe ignotos ad pauperrimas cafas deveniffe, ubi auxilii nihil fperandum. Hic unus aliquis occurrens & mœroris cauffas eliciens: *Omnia, inquit, Dei cauffa deferviiftis magna utrique in Deum fiducia, & nunc trepidaris velut omni fpe deftituti: pecudes Deus pascit, & filios finet perire fame?* Cum dicto fe fubduxit. Illi oppidum ingreffis, post preces in templo fufas, à Curione invitati funt ad cœnam; fed & alius quifpiam intervenit qui hos ipfos hofpitiu recipere contendit; hîc amica lis inter duos, à tercio demum dirempta est, primæ illic auctoritaris viro, qui & parochum, & alterum hofpitiu jus offerentem in fuas ipfe aedes pertraxit & omnes lautè habuit. Ita Chriflus fuis post toleratos nocte totâ labores: *Venite, inquit, prandere.* Et tamen hæc omnia quandoque noftram nobis diffidentiam non eripiunt; quidquid rerum fuppeditet Deus, egeftatem metuimus; inter aquas, aquarum penuriam formidamus, & nifi magna nos rerum abundantia circumfluat, multa nobis deficeri credimus. Improbâ nos identidem cogitatio vellicat. Ubi est quod fperas? Cui optimè refpondens Auguftinus: *Spes, inquit, nondum pervenit ad ædem; & ovum est aliquid, fed nondum est pullus.*

§. I V.

M Endicum ajunt fuiffe, qui ubi manticam jam opletam, & undeque fartam panibus vidiffet, dicere folebat: *Iam fpero.* Huic nos mendico fimillimi fumus, tum fcilicet fperamus cum in annos plurimos lautè profpectum nobis credimus. Nimirum tantum fpei concipimus, quantum rei præfentis certimus. Longè aliter Joannes Alexandrinus Patriarcha, qui per veram fiduciam rotus à divinâ providentiâ pendebat, quâ unâ re maximis calamitatibus facilem medelam adhibuit. Fuit ut tredecim frumentariæ naves, quarum fingulæ decem millia modiorum capiebant, mergerentur mari. Media ferè pars civium Alexandrinorum ingenti hoc damno affecta est: ideo nautæ aliique in afylum Alexandria confugerunt. Ad quos mox fchedulam miffit Joannes, in quâ hoc folum perfcipfit: *Dominus dedit, Dominus, ut voluit, abftulit. Sicut Domino placuit, ita factum est: Sic nomen Domini benedictum.* Exite filii, nihil ob hoc veriti: Dominus follicitus erit de craftino. Poftero ab hoc die adfuerunt qui optimum Præfalem ob acceptam cladem folarentur. At ille modèftè præoccupans, & culpam omnem in fe derivans: *Ego, inquit, liberalem me credebam in dandâ ftipe, & forfan ob id elatioris animi fui, juftè igitur amantiffimus pater filium vanè intumefcentem corripuit hac clade. Admonet Deus & revocat clementer, plagas aliquot infligens, ut iis admoniti ad nos redeamus, imò ad ipfum. Sed est profufus idem ipfe ille Deus qui Jobi ævo fuit, æquè potens, æquè mifericors, qui non deferet nos. Ita iplos confolatores fuos integerrimus Antiftes folatus est. Nec diu fuit, ait Leontius, cum grande illud damnium duplicato lucro penfatum est, & Joannes priftinam in egentes liberalitatem reperit. Diffidentiam certè ac puftillanimitatem in his talibus exhibere, idem pæne est, ac dicere: Aut avarus est Deus, aut obliuifus. Sed apage impias has voces.*

Auguft. lib. de decem.

Joan. cap. 21. v. 12.

Job cap. 1. v. 21.

Leontius in vita S. Joann. cap. 27.

Zach. Lipp. bo 13. Sept.

A monafterio Agauneni exactos, in rupe folitariâ vitam egit continentiffimam. Nam è cœnobio assignatus ei focius Berinus, folùm tercio quovis die, panem atulit hordeaceum & hydriam. Hæc tota erat & commearus, & obfequii ratio. Agrè tulit hanc abftinentiam caco-dæmon. Itaque captatâ occasione, cum vir fanctus in preces effufus genibus niteretur, advolans corvus hydriam evertit pedibus, & panem roftro afportavit; ita omnis in triduum commearus periit. *Quid ad hæc Amatus? fortassis indignari corvo, & rapaciffimam avem diris omnibus devovere, atrocis voces in Dei providentiam jaçtare, hæc diaboli machinamenta exercari? Nil horum Amatus: noftræ funt hæ cantilenæ: ille manus mentemque calo attollens: Grarias tibi ago, inquit, Domine JESU, quod fanctiffimâ voluntati tuæ placeat, exerceri me longiore jejunio. Scio hoc mihi utile futurum, quandoquidem nihil in hoc Mundo geritur absque tuâ providentiâ.*

B Audite quefuli & increduli: Nihil in hoc Mundo geritur absque providentiâ divinâ, fine quâ nec foliolium quidem arbore labitur: Et vos, domos incendi, naves mergi, fortunas eripi, famam violari, fopitâ & dormitante hac providentiâ puratis? rectius fenferunt vel ipfi idololatræ: nam quibufcunque illorum fapienter aliquid aut fanitatis fuit, res humanas nequaquam temeratio aut cæco impetu ferri mifericordie cenferunt. *Ideo, inquit Sêneca, fortiter omne ferendum, quia non, ut putamus, incidunt cuncta, fed veniunt.* Et quidem à Deo veniunt: quid ergo indignamur, & querimur?

§. V.

A D eandem hanc providentiam affiduâ mente cogitandam, quotidianis pæne documentis ducimur. Non ita pridem vir religiofus Valentia novem milliarium iter ingreffus, fed viâ nondum omni decurfâ, æftu, fame, fitique ad omnem laffitudinem confectus, abjecit fe fub pirum, & precari cœpit: dum preces iterat, in fumâ arbore pirum grandiufulcum videt: eodem tempore tranfens illic viator hominem fub arbore fatifcentem allocutus, ubi audiit quæ cauffa progreffum moraretur, panem album & bene magnum protrahens, partem præfecuit, & dedit inftaurandis viribus. Hæc utique credimus, fexcenta talia contingere non nefcimus, fimilia & ipfi experti fumus, nihilominus tam exigua est fæpe noftra in divinam providentiam fiducia, ut nifi marfupia, ciftæ, penora, cellæ, horrea, rerum omnium referta funt, animus quoque fpe vacuus jaceat, cum verò crumenam certimus numis differram, hic demum fperamus. O malè oculati! *Spes quæ videtur, non est Rom. cap. 8. spes: Nam quod videt quis, quid fperat? Si autem quod non videmus, fperamus; per patientiam expectamus.* Ea demum vera est in Deum fiducia, quando fpe in angufto est, & cum rebus arctiffimis colluctatur. Videmus mala noftra quæ patimur, nondum videmus gloriam, propter quam patimur: quanto plus tormenti, tanto plus erit gloria.

D Narrat Theodoretus beato Matimæ duo fuiffe dolia, alterum tritici, alterum olei: ex his liberaliffimè pauperibus erogabat, neque tamen dolia vacuabat. Er Deus quoque duo haber dolia, illud frumento & omnibus ad vitam neceffariis; iftud mifericordiâ, liberalitate, providentiâ pleniffimum & exundans: neutrum exhauriri potest. Ad hæc duo gazophylacia recurrendum est, cum reculæ noftræ in fundo fufpirant, modò unicum hoc probè difcamus, DEO FIDERE, & fanctiffimæ ipfius voluntati ex integro nos committere.

Vetus Germanorum verbum est: Si faceremus, quæ deberemus, Deus faceret quæ vellemus. Hieronymus id confirmans: *Sit homo, inquit, qui effe debet, & mox ad-*

Senec. lib. de Provid. c. 5.

Rom. cap. 8. v. 24. & 25.

Hier. in c. 6. Math.

CAPVT VIII.

Quanta Dei providentia sit in Amicos.

Zach. cap. 2. vers. 8.

Magnificum Dei promissum: Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei. Et quantâ Deus curâ juvenem illum citharædum (cum Laurentio Justiniano loquor) est profecutus, quantis in periculis, quàm multiplici providentiâ servavit, perinde si unicum hunc hominem suscepisset curandum. Ipse rex David testatur: Domine, inquit, tu cognovisti omnia, novissima & antiqua: tu formasti me & posuisti super me manum tuam: tu cognovisti sessionem meam & resurrectionem meam: intellexisti cogitationes meas de longe: senutam meam & funiculum meum investigasti, & omnes vias meas previdisti. Mea omnia, Domine, à te jam ab æterno ad minutissimum punctulum expensa sunt.

Psal. 138. vers. 2. & seq.

§. I.

1. Reg. 2. 23. vers. 25.

Sanguinem & vitam Davidis rex Saul perpetuis infidiis perit. Frustra: Deus protexit. Cùm verò David in Maonis solitudine lateret, mox adfuit Saul, & copioso milite Davidem in modum coronæ sic vallavit, ut nullus esset neceffugii, sed nec spei locus. Purabatur fera indagine & canibus cincta. Hæ res Davidis desperatissimæ videbantur: Saul pæne jam victor illius capiti proximè imminebat: leo jam faucibus tenere prædam sibi videbatur. Sed frustra & hoc: Deus protexit. Nam subito alatus est Sauli tristis nuncijs, irruptionem fecisse alicunde Philisthæos: quare properaret, & hostem arceret finibus. Ita David post omnem desperationem, jam unguibus hærens ferocissimæ tigridis, repenti dimissus est liber: Deus protexit. Ita omnes impij regis infidias divina providentia elusit suavissimè. Non autem mirum, Davidem, velut oculi pupillam, à Deo sic protectum: norat exactissimè David divinæ se providentiæ attemperare: Et en specimen nobilissimum: Cùm Jessæus Rex David rebellem filium Absalonem fugeret, occurrens in viâ Semei, & atrocissimis maledictis regem lacerans: Egredere, egredere, ajebat, vir sanguinum & vir Belial. Reddidit tibi Dominus universum sanguinem domus Saul, quoniam invasisti regnum pro eo, & ecce premunt te malicia, quoniam vir sanguinum es. En prodigiosam hominis improbitatem! Nec divinam legem, nec principem populi, nec suum regem quidquam reveritus, eum contumeliosissimè & in os appellat homicidam, licarium, tyrannum, invalorem regni. Indignissimum facinus! Neque hoc satis, principi omnium hominum mitissimum, ac suorum subditorum amantissimo, extremâ insuper calamitate afflicto, ac pæne prostrato, tot probris insultare: majora facinorosus Semei est ausus. Rex David jam è beato miser; quâ unâ re nihil est miserabilius, nudis pedibus, vultu lacrymis confuso incedebat, eum tamen Semei lapidibus velut furiosum canem appetiit, & pro floribus cœnum in eum coniecit; verè unguis in ulcere fodicando. Hæc jam singulare & omnibus sæculis admirandam Davidis tolerantiam vide, quâ ille divinæ providentiæ subjunctissimum se gessit, & gravissimam injuriam quasi divinitus imperatam agnovit. Dixerat Abisai, principis Joabi frater: Quare maledicit canis hic mortuus Domino meo Regi? vadam & amputabo caput ejus. Hic Princeps religiosissimus, jam tertium in regem electus, ab impurissimo capite, à suomet subdito, quem nec verbo nec facto violarat, tam graviter offensus, non tantum non irasci & fremere, non ulcisci & saxa revolvere, sed sui calumniatoris patronum agere, militum suorum vim ab eo defendere, culpam in se admittam extenuare, violatæ majestatis reum, divinæ Providentiæ instrumentum agnoscere, Deum denique horum omnium auctorem fateri; sic demum præcipere: Dimit-

2. Reg. 2. 16. vers. 7. & 8.

Davidis tolerantia & erga divinam providentiam subiectio.

Vri vult Theodoret. quæst. 32.

2. Reg. 2. 16. vers. 9.

A tite eum ut maledicat: Dominus enim præcepit ei, ut malediceret David: & quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit? Divinum quid in hac petulantissimi hominis nequitia observans David; Dominus, inquit, præcepit ei ut malediceret. De qua re Quamvis autem gravissimè Semei deliquerit maledicendo, tamen ideo præceptum id ei dicitur, ut malediceret, quandoquidem Deus pessimâ Semei voluntate, quam non fecerat, optimè usus est ad corripiendum Davidem.

Eadem profus ratio est, in omnibus aliorum hominum vexationibus & injuriis, in quibus optimus Deus pessimorum hominum arbitrio vel ad insontes exercendos, vel ad puniendos fontes utitur. Hæc flagelli loco sunt, cùm peccavimus; freni loco, ne peccemus. Ideo cuiquis iniquè vexatur ab aliis, cû Davide rectè dixerit: Propitius sit mihi Dominus, ne extendam manum meam in hunc hominem; ego in e non ulciscar. Vivit Dominus, quia nisi Dominus percussisset eum, aut dies ejus venerit ut moriatur.

B Ira in divinam Providentiam animo semper excelssimo feramur. Et quamvis nostri contra nos inimici prudentissimis sese consiliis muniant, non est tamen quòd eos formidemus: Domini nutu dispersum est consilium Achitophel utile, ut induceret Dominus super Absalon malum. Eo loco apud Deum sunt probi homines, ut de illis jam olim Deus pronunciarit. Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.

§. II.

Considerate mihi, obsecro, Josephum Ægypti principem, per quos anfractus, per quas ductus est ambages, dum ad illud honoris culmen pervenerit: Tantæ gloriæ principium, fraternum fuit odium. Neque hic stetit malorum impetus: Domesticam invidiam ingens excepit malum: Imahelitis velut mancipium venditus est, & in Ægyptum ductus. Nec blandior illum fors in Ægypto salutavit. Hic favor dominæ tam exitiosus fuit optimo juveni, quàm antea fratrum odium. Cùm enim juvenis castissimus quotidianas heræ pellecebras surdis auribus transmitteret, apud herum falsò delatus, ad carcerem raptus triennio illic innocens derentus est. Sane non statim atque in Ægyptum pervenit, curru triumphali est impositus:

Per varios casus per tot discrimina rerum ad hoc solii demum evectus est. Et hæc omnia divinæ Providentiæ jussu sunt facta. Locupletissimus testis ipsemet Josephus, cùm apud fratres de divinâ hac Providentiâ dilleret: Non vestro consilio, inquit, sed Dei voluntate huc missus sum. Nolite timere, num Dei possimus resistere voluntati: Vos cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum. Hæc non solum audiamus nos, inquit Chrysostomus, sed & imitemur, & ita solemur eos qui nos afflixerunt, non imputantes eis, quæ in nos admiserunt, sed omnia magnâ serenitate benevolentia. Siquidem ita solet providentissimus Deus deterrimos etiam amicorum suorum eventus lætissimis successibus commutare. Sæpe beneficiis locum fecit injurijs; multi ceciderunt, ut altiùs surgerent & in majus.

Divina providentia non modò rectè factis, sed etiam peccatis, ad ea quæ destinavit, uri solet. Vidiisti Joseph: tolle malitiam fratrum ejus, tolle invidiam, tolle parricidij commentum, quod in fratrem severunt, simul abstuleris omnia illa quibus Ægypti stetit incolumitas. Nulla fuisset regii somnii interpretatio, nulla in prepressum frumentatio, fame periisset Ægyptus, perissent & finitimæ regiones. Vis clara? tolle Hæriotæ avaritiam, & Judæorum invidiam, simul abstuleris gentis humanæ litrum, Christi sanguinem & mortem. Tolle diabolos, cerramina, victoriæ, præmia, magnâ ex parte cessabunt. Tolle tyrannos; ubi martyres erunt? Hic divinæ providentiæ mos est, non solum bonis, sed etiam malis ad bonum uri. Josephi certè venditio, si actionis hujus naturam spectes, efficienter fuit à Deo, at verò utitur ea quæ

Gen. 2. 10. Aug. de grat. & lib. arbit. 5. 20. De qua re Aug. de lib. arbit. 5. 20. Deus ad exercendos insontes vel fontes puniendos utitur peccatis simis hominibus. 1. Reg. 2. 6. u. 10. & 11. 2. Reg. 2. 17. vers. 14. Zach. cap. 2. vers. 8. Principi gloriæ Joseph fuit odium fraternum. Gen. cap. 45. vers. 8. & 50. u. 19. & 20. Chrysost. tom. 1. in Gen. cap. 45. Gen. Deus deterrimos amicorum suorum eventus lætissimis successibus commutat. Deus non solum bonis, sed etiam malis ad bonum utitur.

De Glo. Cestij e. 7. m. 3. l. 4. 39

ea quæ hac actione tegebatur nequitia, à pessimâ fratrum voluntate. Providit autem Deus plurima, quibus hanc omnem injuriam emendaret, Pulchrè hic Gregorius: *Ecce, inquit, quomodo sapientes in ipsâ suâ sapientia vis divina comprehendat! Ideo venditus fuit Ioseph, ne adoraretur, & ideo est adoratus quia venditus.* Idem Mosi contigit. Quem enim Pharaon rex morti destinaret, hunc Pharaonis filia, Deo instigante, sibi educandum commendabat. In aula tuâ, Pharaon, nutrire cogeris eum, qui vindicaturus est illos, quos tu extreme persequeris. *Novum miraculum, inquit Augustinus, filia parricide fecit opus maximum misericordie. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum.*

§. III.

Chariton, cum Hierosolyma tenderet, latronum infidiis interceptus, in spelæum illorum tractus, & catenis alligatus est. Latronibus aliò ad prædam dilapsis, Chariton hoc unum agere, Deum divinamque providentiam maximis laudibus extollere, inopinatam illam permissionem secum expèdere, ob eamque patri amatissimo gratias agere, eidemque se impensissimè commendare, nec aliud velle quàm divinam in se voluntatem perfici. Dum hæc animo volvit, serpens è latebra prorepit ad camellam lactis plenam; bibit hinc largiùs non vocatus hospes, sed pro symbolâ, quod ingrati solent, venenum refundit. Ubi latrones in notum cubile redierunt, primum erat contractam sitim lacteâ promulside propitiare: biberunt liberaliùs quàm serpens, sed ita ut nil biberent ampliùs, nam paulò post concepto intra venas veneno, extincti sunt omnes. Ergo jam Chariton latronum ex alse hæres, & solus infamis latruli dominus, divinæ se providentiæ ardentius quàm unquam commendavit. Nec frustra: vinculis ope divinâ laxatis, pro miserabili ergastulo habitaculum reperit opulentum, & pecuniam quidem illic inventam, partim sublevandis egenis, partim monasteriolo condendo adhibuit. Ipsa latrocinantium specus in templum mutavit, ubi tam Judæi quàm idololatræ Christianis sacris imbuti sunt. O admiranda divinæ providentiæ stratagemata! Optimè Tobias: *Si me ipsum, inquit, tradam tibi servum, non ero condignus providentiæ tuæ.*

Sancta Monegundis ad illam vitæ sanctimoniam nunquam pervenisset, nisi eam divina providentia per varias ambages illic duxisset. Duas habuit filias Monegundis excellentis formæ virgines, quibus omnem curam & amorem impendit mater, tunc temporis parum pia. Hanc peccandi illecebram amoliri placuit divinæ providentiæ. Ita ambæ filiæ præmaturâ morte sublatae sunt. Mater suo ipsâ funeri velut superstes, omne odisse vitam, capillos vellere, lacerare genas, omne doloris solatium spernere, nec aliud velle quàm filias celerrimè sequi moriendo. Postquam lacrymis non nihil egestus dolor, luctu jam remittente, & compos sui facta Monegundis: An non, inquit, insigniter fatua sum, quæ divinæ providentiæ tam contumaciter reclamo? quid ago? an nesciebam me genuisse filias mortales? an ad hoc natae sunt, ut mori non possent? Dei mater, Dei filius, homines Deo charissimi moriuntur, & ego indignè filias meas desisse vivere? quæ forsitan ideo morte occubuerunt, ne succumberent vitiiis. Quid igitur meis querelis Deum incesso, qui nihil potest mali velle; quin stultam hanc lamentationem finio, & in divinæ voluntatis ac providentiæ sinu me totam compono? Ita dixit, & fecit: Mundum res suas habere iussit, ipsa in donunculam eum ancillulâ se conclusit, Deo deinceps omni conatu servitura. Hanc vitæ mutationem Superis placuisse miracula manifestum fecerunt. Monegundis namque plurimulo ægrotorum sine pharmacia conlanavit, Gregorio Turonensi teste. Tanti est ex integro divinæ providentiæ se permittere. Verissimè dixit Augustinus: *Qui habuit*

curam tuam antequam esses, quomodo non habebit curam tuam, cum jam hoc es, quod voluit ut esses

§. IV.

Robertus, primus Molismensis abbas, divinæ providentiæ studiosissimus cultor, quidquid potuit in bertoo. pauperes erogavit. Fuit ut duobus mendicis ante fores expectantibus duos panes juberet dari: at œconomus se oppòdere, & nec in prandium quidem sufficere annonam dicere. Quid ergo, inquit Robertus, prandebimus? nescio, ait œconomus. Sublavit hinc viro sancto, aliquid tenacitate malè providâ recondi. Igitur re divina peracta cum signum daretur ad mensam, sciscitatus est abbas, unde panes illati essent? paucos, inquit obscurator, pro nobis reservavi. Robertus religiosè exandescens panes omnes in canistrum iussit colligi, & mox ad mendicos foras efferri, & ad suos versus: Ne, inquit, parendi contumacia, & diffidentia domi nostræ latius graffentur, jejunium & fames docebunt nos Deo fidere. Volebat Robertus, ut sui omnes à liberalissimâ Dei providentiâ toti penderent, velut infans à matris viribus. Optimum pharmacum malæ parsimonie, inedia.

Narrat Dorotheus, senem religiosissimum è stomachi languore cibos nauseasse diebus aliquot. Juvenis qui seni serviebat, appetentiam cibi revocaturus, edulia mellita consuit coquenda. Itaque è duabus ampullis illam arripit inconsideratus, quâ fetidissimum oleum è referendâ. lino servabatur, errorem rexit vasorum similitudo. Ergo ut seni facere bene, largiùs affudit non mel, sed ipsam præne mortem, coxitque pulcritudinem, nec cani quidem apponendam. Senex ægrotus vix gustavit fatuum cibum, & sui coci manum errasse deprehendit, siluit tamen, & ultra vires comedit; tandem reluctante stomacho posuit cochlear, nec verbulo quidem ob corruptissimum fereculum conquestus. Hic socius hortari, & urgere, liberaliùs ederet dulciculum opsonium, se omnem in eo artem consumpsisse, valetudini hoc mirè facturum, & verò etiam se præire velle nobilem hanc dapem sumendo. At optimus senex adeò bilem in statione continuit, ut non tantùm non asperiorè voce ullâ, sed nec cogitatione quidem acerbâ in socium commoritur, hoc unum excusat, succumbere se his ciborum cupidis. Socius ergo mellitas has pulces vix primoribus labris gustavit, & mox ad genua senis advoluit: Occidi te patet, ait, & cur obsecro, temerariam meam incogitantiam silentio tuo confirmasti? Cui senex: Ne, inquit, angaris animo, fili: si enim voluisset Deus ut mel ederem, mel utique cibo affudisses. Optimè, inquit Dorotheus, locutus est senex; certò enim sciebat, quòd si voluisset Deus mel à se comedi, socium suum errare non permisisset, aut, quod æquè facile Deo, fetidissimum illud oleum in liquorem melleum vertisset.

Ita se gerit, qui divinam in omnibus Providentiam agnoscit; non vertit omnia in pejus, nec quærit cui casum suum imputet, sed peccata hominum ad Dei Providentiam potius refert. Quidquid accidit, benignè interpretando levat.

§. V.

Hic velim, Lector, unum aliquod enucleatissimè à te capi. Hieronymi dictum est? *Omnia providentiâ Dei gubernantur, & saepe quæ putatur poena, medicina est.* Ubi mirabile illud observandum: Divinam Providentiam finire suis quæque motibus ferri, usque in certum tempus. Hic enim divinæ Providentiæ mos est, ut paulatim & per incrementa temporum ad destinatos quæque fines perducatur; nam minima æquè ac maxima ordinat. Eam ob causam Philosophorum sol Epictetus excellentissimè dixit: *Ne postules ea quæ sunt, arbitraturus tuo fieri, sed si sapi, ita fieri quæque velis, ut fiunt.* Christianum, divinum documentum, ita fieri quæque velis, ut fiunt.

Greg. lib. 6. in sup. 14.

Prov. c. 21. vers. 30.

Metaphras. die 28. Sept. Chariton Anno 276. Divinæ providentiæ paradigma. In Charitone.

Tob. 2. v. 2.

In Monegundis.

De Glor. Cassi. c. 24. Tom. 8. in fol. 39.

In Ro.

B

C

D

4. In Seneca. Dorotheus. ser. de omnibus contingentiis ad Diâ referendâ.

Epictet. Excellentissimè dixit: Ne postules ea quæ sunt, arbitraturus tuo fieri, sed si sapi, ita fieri quæque velis, ut fiunt. Christianum, divinum documentum, ita fieri quæque velis, ut fiunt. cap. 78. 79.

Basili. ad Euseb. Nil. cap. 2.9. de orat. Thomas à Kempis l. 2. cap. 1. Simillimè locutus Basilius : *Quoniam, inquit, res non ita eveniunt ut volumus ; quemadmodum eveniunt , sic velimus.* Eodem proctus modo Nilus abbas : *Non ora, inquit, ut fiant que fieri velis, sed potius ora, sicut orare didicisti, ut fiat voluntas Dei in te.* Non aliter piissimus ille scriptor Thomas à Kempis : *Homo internus, inquit, citè sese colligit, & sicut res eveniunt, sic se illis accommodat. Ita fieri quaque velis, ut fiant.* Huius rei veluti causam reddens Epictetus : *Necessitati, ait, qui probè se accommodat, sapit, estque rerum divinarum conficius.* Sed & tertium illud addit : *O Criso, si Diis ita visum, ita fiat. Me autem Anytus & Melitus occidere sanè possunt, ledere verd non possunt.* Quid magis Christianè dici potuisset ? & quàm perspicaces oculos in divinam providentiam fixisse censendus est Epictetus, cuius illud vel uno die millies repetendum : *Ita fieri quaque velis, ut fiant, si Deo ita visum, ita fiat.* Ergo nullos eventus certos expectemus, nil certi unquam designemus nisi hoc unum unicum, ut Dei fiat voluntas. Equid aliud beatus Chrysolostomus, quid aliud sanctorum Patrum

fenatus universus clamat, quam hoc ipsum : *Neminem lædi nisi à seipso ; Morbus est corporis impedimentum, inquit Epictetus, instituti non item, nisi ipse velis. Claudicatio pedis est impedimentum, instituti non item. Quod si singulis in rebus que incidunt, consideraris, invenies eas alterius cupidiam rei, non tui esse impedimentum.*

Hinc tam animosè Jacobus anachoreta dæmoni plagas minitanti respondens : *Si tibi, inquit, permillum est à Deo, percuti, quid moraris, percuti, & plagas libenter accipiam, ut qui ab illo feriat, qui feriri me permisit. Si autem id tibi permillum non sit, non percuties me, etsi millies insanias.* Hinc etiam Irene Imperatrix, à suo servo dejecta imperio : *Ego, ajebar, Deo acceptum refero, quod me orphanam & indignam evexerit ad imperium. Quodd verd jam me deici permittat, meis id peccatis adscribo. In omnibus autem bonis & malis, sit nomen Domini benedictum. Certissimum ; Nemo læditur nisi à seipso.* Ideo Augustinus : *Constantè Deo crede, inquit, eis, te totum committe quantum potes : ita enim ipse te ad se sublevarè non desinet, nihilq; tibi evenire permittet, nisi quod tibi proficit, etiamsi nescias.*

Ut autem hoc quilibet sibi persuasissimum habeat, expedit ut fundamentum illud assidudè menti obversetur : Nihil ulli usquam adversi sine nutu voluntatèque Dei posse accidere. Nec enim diabolus, nec mortalium illus obesse nobis poterit, si Deus id non permiserit. Quisque nostrum cum Jacobo eremita in omnes inimicos suos liberimè proclamet : *Tu non percuties me, nec tu, nec iste, nec ille, nec vos omnes me unquam percutietis, etsi millies insanias & tingamini, si à Deo id vobis nò sit permillum.* Neque tantum à Deo omnia, gratissimas etiam erumnas, tanquam à supremo Rege provenire credendum, sed eadem sic etiam provenire tanquam ab amantissimo patre in nostrum commodum & utilitatem immissa, atque adeo neminem omnino lædi nisi à seipso : prout castissima Juditha nos instruens : *Nos*

ergo, inquit, non ulciscamur nos, pro his que patimur : sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia, minora esse flagella Domini, quibus quasi servi corripimur, ad emendationem, & non ad perditionem nostram evenisse credamus. Tam rectæ Deus voluntatis est, ut non velit, nec velle possit, nisi quod nobis bono sit, & quidem majori bono. Quid ni velit hoc Deus : Optimus est. Quid ni possit ? Maximus est. Adeoque vires nullæ sunt supra ipsum, uti nullæ nisi ab ipso. Undequaque & ex omni parte, bonâ Dei voluntate ita circummuniti sumus, ut ad nihil nisi per providentiam divinam, per ipsum Deum possit peringere.

Verè Domine, ut scuto bona voluntatis tuæ coronasti nos. Nemo igitur indignetur sibi hoc illudve triste accidere : sciat illa ipsa, quibus lædi videtur, ad conservationem universi pertinere & ex his esse quæ cursum Mundi officiumque consummant.

Antonium Magnum subinde ingens diversarum bel-luarum exercitus ab Orco circumdedit, qui extrema omnia minabatur. Iridentis hunc omnem bestiarum cuneum Antonius : *O miseri, ait, ut me terreretis, belluas induistis, vel multitudine victuri : si quid vobis esset virium, me una è vobis vinceret, sed quia retusis viribus invalidi in nos pugnatis, exercitum objicitis. Si quam vobis in me licentiam permisit Deus, invadite, lacerate, sorbete me ; si juris nil dedit, laborem frustra sumitis.* Fidamus ergo Providentiæ divinæ : *Dominus regit nos, Psal. 121. v. 1. & nihil nobis deerit.*

CAPVT IX.

Quanta Dei Providentia sit tam in amicos quàm inimicos.

Verus est apologus, qui Providentiam divinam hunc in modum proponit. Ad rivulum lustrabat inter flores puerulus, tandem puerili discursatione fatigatus, juxta aquas loco periculoso confedit, & obdormiit. Mox adfuit Fortuna, & dormitantem puellum increpitans : *En, inquit, miselle, quàm pronum est hinc in aquam delabi : Surge, & vicino periculo te subtrahe, ne si quid tibi mali eveniat, omnes in me culpam deriverent, dicantque non te, sed me dormiisse, quæ te dormitentem neglexerim. Pulchrè hoc providentiæ Dei asserendæ excogitatum. Inter omnes Christianos constat, de quo illud pronuntiat Psaltes : *Eccen non dormitabit, neque dormier qui custodit Israël.**

Platoni Deus tam acres habet oculos, ut eos nihil ef-fugiat, aures habet tam acutas, ut eas nil prætereat, nil fallat, ut qui ipsas etiam audiat cogitationes ; porò brachia manusque habet tam longas, ut iis nemo elabatur. Hoc philosophos ratio docuit, quod nos non solum è ratione, sed etiam è sacris paginis discimus.

S. I.

Siracides de divinâ providentiâ dilucidè : *A seculo, inquit, usque in seculum respicit : & nihil est mirabile in conspectu ejus. Opera omni carnis coram illo, & non est quidquam absconditum ab oculis ejus. Non est dicere, quid est hoc, aut quid est istud, omnia enim in tempore suo quærentur. Præterita, præsentia, futura distinctissimè unòque intuitu pervidet Deus : Omnes ipsius oculis præsentés sumus, Adam & Antichristus, omne humanum genus, creata omnia. Tam autem divina providentia falli non potest, ut rectè dixerit idem Siracides : *Omnia opera Domini bona, & omne opus hora sua subministrabit. Non est dicere, Hoc illo nequius est, omnia enim in tempore suo comprobabuntur.**

Hinc merito dixit Augustinus : *Constreri, Deum esse, & negare præscium esse futurorum, aperitissima insanias est. Verè de Civ. l. 9. providentia Dei attingit à sine usque ad finem fortiter, & Sap. cap. 8. disponit omnia suaviter. A supremis Angelorum Seraphi-nis ad minimos in terrâ vermiculos, insomnes Dei curæ descendunt, imò nunquam absunt. Moses olim & Aaron proclamant : *Vespere sciatis quidd Dominus eduxerit vos de terrâ à Egypti, & manè videbitis gloriam Domini. Sanè in mortis vespere cognoscemus nos omnes, obstupe-scendam Dei in nos Providentiam. Nam, à Domino diriguntur gressus viri, quis autem hominum intelligere potest viam suam ? Longè providentissimè ducit nos Deus, sed sæpe per flexos aditus, & labyrinthos pæne inextricabiles, sed ille novit quâ nos viâ educat in cali viridaria. Quid ergo querimur contra circumspicissimum hunc ductorem ? Si quis cum tabellario viarum peritissimo iter ingreditur, & ubi salebrose, difficiles, ac flexuose se viæ obtulerint, incipiat queri, dicatque : Per quæ me avia ducis, vir bone ? nisi me valde fallo, jam dudum itinere decepsimus. Huic viæ auctor promptè respondebit : Ne sollicitus sis, mi domine, & hanc mihi curam relinque :**

August. in soliloq. c. 15. *Epiph. Enchirid. c. 13.* *Theodor. in vitis SS. Patrum c. 22.* *Paulus Dian. l. 23.*

Erurnna à Deo proveniunt tanquam à benigno patre. Judith c. 8. v. 26. & 27.

Deus non vult nec potest veli nisi quod nobis bono sit. *Psal 7. v. 13.*

1. H. 107

libi Qui Saa ven reg liba

Psal. 120. vers. 4.

Plato de Repub.

Eccli. 4. 39. v. 24. 25. & 26.

Eccli. c. 39. v. 39. & 40.

August. l. 5. de Civ. l. 9. Sap. cap. 8. vers. 1.

Exod. c. 16. vers. 6. & 7.

Prov. c. 20. vers. 24.

Per varios anfractus Deus nos ducit in cali viridaria.

Cur evch digni quec è m utrr Hier. contri leg. c.

debr cap. 9 ad Ro

linque: per aliquas, fateor, ambages te duxi; quòd si li-
 mite recto ivissemus, in paludes illas ineluctabiles inci-
 dissemus: fide mihi; sic ducam, ut te hujus comitis non
 pœniteat. Semita trita & tuta nemini nimium longa sit
 aut aspera. Ita nos divina ducit Providentia; per crebros
 quidem anfractus, pœrque varios viæ flexus inceden-
 dum est: sed quid indignamur optimò duci? modò via
 sit secuta, quid refert, si sit falebrosa?

S. I I.

Videte mihi regem Saul; regum optimum, si tam
 bene finisset, quam cœpit: Non erat vir de filiis
 Israël melior illo. Hic ipse dum patris sui asinas quæsit,
 regnum invenit. Sed divinam in hunc virum Providen-
 tiam paullò altius consideremus. Dixerat Deus Samue-
 li: *Hæc ipsa hora; quæ nunc est, eras mittam virum ad te de
 terrâ Benjamin, & unges eum ducem super populum meum
 Israël.* Mittendi modus hic fuit. Pater Saulis asinas ami-
 sit, has quæsitum amandavit filium. Saul patris dicto
 audiens, adscito in viam comite, omni conatu jumenta
 quæsit: Ephraïm montem transcendit, terram Saliâ
 percurrit, asinas non reperit: tractum Jemini, & oram
 Salim lustravit, sed nullum uspiam asinarum vestigium.
 Denum Saul ad comitem: Domum, inquit, redeamus,
 ne patri meo graviozem nos sollicitudinem injiciamus
 quam asinæ, cogaturque quærere quærentes. Hic comes
 consilium suggerere & dicere; non procul inde virum
 Dei habitare, videri profus optimum factu, si hunc
 adeant, & super amissis jumentis interrogent. Saul oc-
 casionem non spernamdam ratus, instituit & istud viæ
 devorare: sic sanè post longa diverticula delatus est ad
 Samuelem, futurorum planè ignarus. Vix autem in mu-
 tuum aspectum & colloquium ventum est, cum Deus
 Samueli dixit hunc ipsum esse, quem Hebræo imperio
 destinasset, hunc in regem ungendum. Omnia ordine
 facta. Ita Saul & asinas invenit quas quæsit, & regnum
 reperit quod nunquam somniavit. O quanta divinæ
 providentiæ abyssus, arcanum quantum! & quam divi-
 na ab humanis judiciis divertunt! Nihil minus Saul co-
 gitabat quam sceptrum & diadema, cum in solum di-
 vino calculo attolleretur. Ita non casu perditæ sunt asinæ,
 non casu missus est Saul qui eas indagaret: nec casu fa-
 ctum ut illas non statim inveniret, sed nec casu consi-
 lium adeundi Samuelis à famulo suggestum: singulari
 Dei providentiâ, eoque sine facta sunt hæc omnia, ut
 Sauli deferretur sceptrum in Israël. Sed quæras for-
 san, cur Deus Saulem in regem ungi voluerit, quem
 præcivit multa impiè facturum, & pessimè finiturum?
 Idem quæram & ego: Cur Deus Angelos creavit in gra-
 tiâ, quos scivit æternum torquendos in gehennâ? Cur
 Adamum in amœnissimo hortu collocavit, è quo eum
 brevi sciverat exturbandum? Cur Christus Judam sca-
 riorum in Apostolum elegit, quem præcivit fore prodi-
 torem? Cur Apostolos suos in civitatem Samaritanor-
 rum misit, quos prævidit non recipiendos? Quid hoc
 casu lusus est? Et tamen ejus generis infinita sunt. Hierony-
 mus ad rem respondens: *Vis, inquit, scire rationem? Deus
 presentia judicat, non futura, nec condemnat ex præscientiâ,
 quem noverit talem fore, qui sibi postea displicat: sed tante
 bonitatis est, & ineffabilis clementia, ut eligat eum, quem inte-
 rim bonum cernit, & scit malum futurum, dans ei potestatem
 conversionis & penitentia.* Neque ideo peccavit Adam,
 quia Deus peccatum præciverat, sed ideo præcivit
 Deus, quia ille propriâ voluntate erat peccaturus: *Nec
 in eo, inquit Ambrosius, lesus est vel Adam, quia mandatum
 accepit, vel Judas, quia electus est: non enim necessitatem Deus
 vel illi prævaricationis, vel huic proditoris imposuit; quia
 uterque si quod acceperat, custodisset, à peccato abstinere potuis-
 set. Quos scit Deus in bono mansuros, frequenter ante sunt
 mali; & quos scit malos permansuros, aliquoties prius sunt bo-
 ni.* Stas modò: vide ne cadas. Apostolus, Ecclesiæ prin-

ceps lapsus est: Tu vigila. Judas cecidit, ut tu stares. Hic
 magnum discimus documentum, inquit Euthymius, quòd
 neque humana promptitudo quidquam efficiat
 absque divino auxilio, neque divinum auxilium proficit
 absque promptitudine humana: Utriusque rei exempla
 sunt Petrus & Judas. Oportet ergo neque obdormire,
 efficit ab-
 omni negotio in Deum rejecto, neque rursus putare que divino
 seipsum omne opus efficere. Siquidem nec totum ope-
 ratur Deus, ne otiosi permaneamus; nec totum nobis
 permittit, ne gloriemur: sed ab unoquoque quod noci-
 vum est auferens, quod utile est nobis relinquens.

S. I I I.

Sed Saul etiam mihi in animo est. Admirabilis
 fuit in omnibus circa hunc regem providentia Dei.
 Nam qui toties Philistæorum mucrone Davidem per-
 dere malitiosè studuit, ipse ingenti Philistæorum exer-
 citu vallatus, à Deo deseruit; Pythone per summum
 scelus consulto, Samuelem habuit nuncium imminenti
 Saul ha-
 ruina, quam nec ferre miser potuit, nec vitare. Heu, b-
 uit nunc-
 quam vigilans est vindicta divina! Qui seipsum, neci de-
 derat, ut hostiles illusiones effugeret, ille idem præ om-
 nibus Israëlitarum regibus, illusus & contumelijs affe-
 ctus est. Nam caput ejus totâ Palæstinâ ludibrio cir-
 cumlatum, cadaver volucris in escam abjectum est.
 Et, ô Deus, quam nihil providentiam tuam præterit!
 Hic idem Saul qui Amalecitas, Deo jubente, peccatis
 delere noluit, eò miseriarum redactus est, ut beneficii
 loco duceret ab Amalecità interfici. *Pondus & statera
 Prover. c. 16.
 judicicia Domini sunt.* vers. 11.

Solet autem divina providentia, nec statim omnia
 scelera punire, nec omnia relinquere impunita. Si nulla
 puniret, nullam esse providentiam multi dicerent, si ve-
 rò in omnia mox animadverteret, nihil post hanc vitam
 vel præmii, vel supplicii superesse crederent. Ita Deus
 dum quædam punit, providentiam suam ostendit, dum
 quædam relinquit impunita, ad futuræ vitæ reservat sup-
 plicia. Eodem consilio quosdam suorum periculis sub-
 ducit, alios impiorum furori vexandos objicit: provi-
 dentissimè omnia. Sic tres Hebræos juvenes Babylonis
 flammis eripuit, septem Machabæos fratres ab Antio-
 cho excarnificari sustinuit: tam illud quam istud, & justè
 & providè.

Illustrissimum & hoc divinæ Providentiæ argumen-
 tum fuit, quod plures commemorant. Cyrus Panoply-
 res, poëta nobilissimus, princeps architectorum, pace &
 bello insignis, quam enim sapiens, tam etiam fuit indu-
 strius, sed, quod unum illi deerat, nondum Christianus.
 Hic in Eudociæ Imperatricis Augustæ familiaritatem
 sese insinuans, tantam sibi gratiam suâ poësi conciliavit,
 ut ab imperatore Theodosio juniore proximus, Urbi
 & Prætorio præfectus, Patricius, Consularis, summis
 denique dignitatibus fulgeret. Simul tamen variis &
 acerbis casibus vir iste jactatus est, & demum perisset,
 nisi naufragium fecisset, quo alii solent perire. Nam
 magna Dei providentiâ, è summis, aleâ vertente, ad ima
 dejectus est. Siquidem eâ re, quâ apud cives magnam
 gratiam collegit, apud Imperatorem non mediocriter
 offendit. Verum saluti fuit, quod esse credebatur exitio.
 Cum enim Cyrus, Constantinopolis veteres muros de-
 molitus, duobus intervallis additis, alios intra sexagesi-
 mum diem extruxisset, populus inauditi operis festina-
 tam pulchritudinem obstupescens, in Circo, præsentem
 Imperatorem exclamavit: *Constantinus condidit, Cyrus in-
 stauravit.* Vulneratus his vocibus Imperator, Cyrum sub
 eo prætextu, quòd Græcæ superstitionis cultor esset,
 præfecti dignitate privari, & bona illius publicari iussit.
 Accesserunt & aliæ quoque calamitates. Uxorem Cyri
 filiâque cacodæmon, invisus hospes, infedit. Hæc qui-
 dem Cyro, invidiâ Principis (ut videbatur) benignissi-
 mâ tamen providentiâ sic evenerunt ut vim medica-
 menti

Reg. c. 9.
 v. 4.

ibid. v. 16.
 Quomodo
 Saul per-
 venerit ad
 regnum
 Israël.

Cur Deus
 erechar ad
 dignitatē
 quem scit
 eâ malè
 usurum.
 Hier. lib. 3.
 contra Pe-
 lag. cap. 2.

Ambros. in
 cap. 9 epist.
 ad Rom.

Emb. r. 64.
 in Math.
 Prompti-
 tudo hu-
 mana nihil
 efficit ab-
 auxilio, &
 contra.

Prov. c. 16.
 vers. 11.

Cedrenus,
 Evagrius,
 Nicephorus,
 sub annum
 Christiani-
 num 440.

menti obtinuerit tam multiplex calamitas. Qui enim inter tot signa atque prodigia etiamnum Deorum cultor perseverabat, violento remedio curandus erat, & reddendus sanæ menti. Itaque Cyrus tot ærumnis pressus, ad Christianorum Deum confugere instituit, sacris Christi hæbitus, & in Clericum auctoris, quoad vixit Smyrnæ Pontificem egit. Gratias agat Cyrus divinæ providentiæ maximas: Sanè perierat, nisi sic periisset.

§. IV.

IN hunc modum res adversas omnes, quæ in hac vitâ eveniunt, divina Providentiâ suâ gubernatione tam amanter complectitur, ut universas vitæ misérias disponat, & ordinet in nostrum bonum, & ipsa etiam peccatâ permittat, ob altos & secretos sibi regiminis fines. Eiusdem enim divinæ providentiæ est, & facere bonâ, & permittere mala. Certè Deus nil unquam mali permitteret, nisi ad eò potens & bonus esset, ut è quovis etiam malo bonum eliceret. Dic obsecro, quæ unquam majora in Orbe malâ fuerunt quàm facinus Adami, & occisio Christi? Et tamen noxa primigenia Deum in humanâ membra è celo detraxit: Mors Christi cælum nobis, & bona restituit. Is artifex est Deus, ut è malis omnibus, vel è numis plumbeis eliquare possit probatissimum aurum: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Magdalene vitiositas multos correxit, lapsus Petri quamplurimos erexit, dubitatio Thomæ innumeros confirmavit. Deo istud laudi est: *Metis, sibi non seminasti.* Cùm enim peccata non seminèt, ex eis tamen colligit mellè complurium bonorum. Verè Deus mel de petrà, oleùmque de saxo durissimo fugit, cùm è grandibus inalis bona non minora elicit.

Nullum malum à Deo permittitur, nisi ex eò bonum eliciat.

Rom. cap. 8. vers. 28.

Deut. c. 32. vers. 17.

Omnis corporis molestiæ & afflictiones à Deo proveniunt.

Ecclesi. cap. 11. vers. 14. & omnis medela. cap. 38. v. 21.

Pf. 38. v. 10.

Ita verò divina providentiâ circa nos nostrâque omnia vigilat, ut omnes & corporis molestias minutissimè jam decretas habeat. Eapropter quisv hominum ad cusu jusvis morbi principium, secum ipse ratiocinetur in hunc modum: Hic morbus è quacunq; causâ, sive meâ intemperantiâ, sive alterius malevolentia, vel aliunde contriactis, à divinâ prorsus providentiâ est, quæ illum viribus meis sic accommodavit, ut illius initium, gravitas, incrementum, inclinatio, remissio ab eâdem omnino pendeat: ita ut humor (verbi gratiâ) qui jam caput afficit, non possit in aliam partem defluere, nec crescere, aut plures horas durare quàm decreverit Deus. Eadem pariter providentiâ divina remedium, & curationis eventus sic disponit, ut medicus quid faciendum aut intelligat, aut morbi vim non assequatur, & erret; & ut pharmaca vel apta malo, vel inepta, opportunè vel importunè præbeantur, atque ut cetera medicamenta vel levant morbum, & ad sanitatem proficiant, vel malè respondeant, & à morbo vincantur, ita ut nil penitus horum casu accidat. Omnia morbi momenta, & minimæ quævis motiunculæ, Deo moderante, eò diriguntur, ut quod divina voluntas constituit, assequatur. Certè sanitas & ægritudo, *vita & mors à Deo sunt; à Deo est* Eodem prorsus modo in omnibus adversis, quæ vel corpus, vel animus afficiunt, de divinâ providentiâ ratiocinandum est. Inimicus tibi maledicit? Vide, mi homo, omnes illius calumnias, omnia verba, syllabas omnes, quas in te ore tragico evomit, à divinâ providentiâ stateræ jam ab æterno appensa sunt; quantum illi permissum est, hoc in te dicit, & nec unicâ quidem syllabulâ amplius. Quid igitur pugnas, & incassum ringeris? Eandem ratiocinationem hanc adhibe miseris tuis omnibus, quarum ordo, numerus, intensio, tempus, conditio, ad unguem constituta sunt à divinâ providentiâ. Huic te submitte & dic: *Obmutui & non aperui os meum, quoniam tu fecisti.* Tu, mi Deus, tu hæc fecisti, tua providentiâ, voluntas, permissio hæc in me immisit:

quia ergo tu hæc omnia fecisti, impius ego sim, qui contra te querar. Ergo voluntati tuæ pareo, & quidquid ab eâ est, tolero.

Quæ hæcenus dicta, Clemens Alexandrinus confirmans: *Hic ergo, inquit, tali cognitione præditus, quique est fidelis, & cui est persuasum, quæ sunt in Mundo optimè administrari, aquo certè fert animo omnia quæ eveniunt.* Nota: Cui persuasum est, quæ in Mundo sunt, optimè administrati. Sed profectò non ratione hominum, qui toties gravissimè errant, sed Dei ratione, optimè omnia administrantur; Deus enim per instrumenta etiam pessima suam tamen voluntatem perficit. *Consilium ejus stabit, & omnia voluntas ejus fiet.*

Isaia c. 46. vers. 10.

§. V.

HÆc divinæ providentiæ quotidiana consideratio altissimam animo pacem conciliat, & omnem hominis voluntatè subjicit divinæ, idque sua vi negotio. Quisquis igitur divinæ providentiæ totum se regendum committit, is jam liber ab innumeris molestiis, sedet in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiducia, & in requie optulentiâ. Hinc Allois abbas dicere solebat: *Non habebit homo requiem, nisi dixerit in corde suo: Ego & Deus soli sumus in hoc Mundo.* Hoc ipsum Augustinus confirmans: *Sic curas, Deus, unumquemque nostrum, inquit, tanquam si solum cures, confestim & sic omnes tanquam singulos.* Ipsissimum hoc & Gregorius asserens: *Sic Deus intendit singulis, inquit, ac si vacet cunctis, & sic omnibus simul intendit, ac si vacet à singulis.* Ita, mi homo, te curat, ita tibi providet Deus, ac si aliud quod curet, prorsus non habeat. Hominum multitudo divinam providentiâ non turbat; idem illi unus, & mille homines. Quemadmodum Noëm cum aliis septem hominibus arcâ cõclusam, aut unicum in Elysiis campis Adamum curæ habuit, sic omnes nunc habet. Huic providentissimo curatori suo, proborum quis dixerit: *Dilectus meus mihi & ego illi:* Ego Deum & divinos natus sic observo, perinde si aliud in Orbe non sit quod observem, aut æstimem: mea vicissim salus sic Deo curæ est, tanquam si aliud in Orbe non sit quod curet aut cogitet; ille mihi, & ego illi; ille Dominus gubernans me, ego servulus ad dominicos jussus paratus, nam ita ille pactus est mecum: *Cogita tu de me, & ego contemner cogitabo de te: obliviscere tu tui, & meminervis mei, sic ego memor promissi mei vicissim jugem tui curam habebò.*

Hic illud solatii plenum est: Deus non sic gubernat nos, ut princeps provinciam, Rex regnum, summus Pontifex Christianum Orbem, quibus opus est tot aliorum operâ. Pontificis curas tot Archiepiscopi, tot Episcopi, tot alii magistratus sacri sublevant: Regibus proreges, principes, dynastæ, consilarii, senatores sunt, in quos illi suæ gubernationis curas partiuntur: Non ita Deus, eâ providentiâ gubernat universos, quâ singulos; gubernat universos, ita unumquemque hominum peculiari, sicut omnes generali curâ complectitur. *In omni loco oculi Domini con-templantur bonos & malos: Respicit Dominus vias hominis, & omnes gressus ejus considerat.*

Cent. cap. 2. vers. 16.

Isaia c. 48. vers. 17.

Deus eâ providentiâ gubernat universos, quâ singulos. Prov. c. 11. vers. 3. & cap. 5. v. 21.

Pf. 12. v. 1.

Utinam in singularissimæ hujus planæque paternæ providentiæ abyssum liberrimo nos jacta præcipitemus. Quisque sibi securissimè polliceatur: *Dominus sollicitus est mei, Dominus regit me & nihil mihi deerit.* Si quidem animi tranquillitatem amamus; si Deo fidere, si divinæ voluntati in omnibus parere desideramus, divinam hanc providentiâ assidue in oculis habeamus; tantò futuri devotiores divinæ voluntati, quantò fuerimus providentiæ divinæ fidentiores.

Mali vers.

Tripl. dicitur gen.

Fidei plurim. socii Prov. vers.

Prov. vers. 1.

Deus vers. 2.

Nid. u. & 29

CAPVT X.

Quanta nihilominus plurimorum hominum de Deo sit diffidentia.

N Il crebrius Christus, nil & acerbis in suis discipulis castigavit quam diffidentiam. Hinc illos modice fidei, tardos corde, generationem incredulam, perverfam appellavit sapiens: varia tentavit optimus magister, ut sui dedicerent diffidentiam. Quod enim ille Domini sopor in navigio, illa paupum penuria, quod examen super commeatu in solitudinem pervenendo, quod illa Petri in aquis fluctuatio spectabat? diffidentia proponeretur dediscenda; & hoc sibi volunt voces illae: Modice fidei, quare dubitasti? perinde si dixisset sapientissimus doctor: Ergone vos tam indociles, ut primam hanc summam necessariam institutionem non possitis capere?

Matth. c. 14. vers. 31.

Triplicis diffidentiae genus.

In varias sese formas diffundit diffidentia. Sunt qui ideo diffidunt Deo, quod putent illum suis hostibus nimium indulgere, & laxare omnes habenas: Alii diffidunt se impetraturos a Deo quod rogant, praesertim si ob admissa olim peccata, conscientiae angoribus urgeantur, metuantque ne Deus veniam negarit etiam petentibus: Alii Deo diffidunt, ne forte subtrahat victui necessaria. Triplex hoc diffidentiae genus plurimos hominum rectissimam fraude a Deo abducit, & praecipitat. Hoc autem diffidentiae vitium tantò magis noxium, quantò minus notum est. Quòd si originem hujus vitii libeat indagare, reperiemus, ex eo etiam nasci diffidentiam, quòd quis ipse sibi nimium fidat. Quam hoc & frequens & periculosum sit, sibi ipsi fidere, antequam ad alia progrediamur, hic exponendum.

§. I.

Fiducia sui plurimum nocet. Prov. cap. 3. vers. 5. & 7.

Prov. c. 12. vers. 2.

S Alomon hanc sui fiduciam graviter perstringens: Qui confidit in corde suo, inquit, stultus est. Ideo toties monet: Ne imitaris prudentiam tuam: Ne sis sapiens apud te ipsum. Nimirum prima stultitiae rudimenta sunt, se sapientem credere. Quis autem ille Phoenix est, qui res suas non aestimet, qui parvi pendat, qui non aut vires, aut formam, aut opes, aut eruditionem, aut prudentiam suam subinde blandis oculis circumspiciat? sed suo damno. Nam, qui confidit in cogitationibus suis, impiè agit. Deus, ut hanc nobis impietatem extorqueat, saepe nos graviter castigat, aut indociles disciplinam suam penitus excludit.

Videte mihi Goliathum tantopere sibi praesidentem, quasi uno spiritu difflaturus sit totos exercitus. Cùmque vidisset contra se progredientem pastorem juvenem David, acerbo scommate tantillum adversarium contemnens: Veni, ajebat, ut discerpam te, in pabulum bestiis objiciendum. Sed quam hanc sui fidenciam compressa est! quis enim ita lapidem rexit, ut rectissimam Goliathi frontem peteret, nisi Dei certissima manus? quae fastuosam illam turrim, non balistis aut catapultis immanibus, sed lapillo unico dejecit.

Holofernes aequè praesidens sibi, tanti non erat Deo, ut virili dextrâ caderet; omnem illius arrogantiam femina triumphavit. Chaldaeus monarcha Nabuchodonosor in palatio suo obambulans: Nomen hac est, ajebat, Babylon magna quam aedificavi in domum regni, in roboribus fortitudinis meae, & in gloria decoris mei? An non urbs incluta est? ego illius conditor sum. O mi Nabuchodonosor, antehac centena tibi fercula in regium prandium cœnamque apponi solebant, deinceps apponetur unicum & valde infuerum, dum dicas rectus & cogitare & loqui. Ut verò tibi sapiet jentaculum boum? fœnum tamdiu comedes, dum sapere dicas, & stylum vertas.

Dan. cap. 4. vers. 27.

Ibid. v. 28. & 29.

Balneum tuum gelidus ros erit, Atralica vestis capilli tui, pro anulis unguis avium habebis. Cùmque sermo ad-

A huc esset in ore regis vox de celo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonosor rex, regnum transibit à te, & ab hominibus ejicient te, & cum bestiis feris erit habitatio tua: fœnum quasi bos comedes, & septem tempora mutabuntur super te, donec scias quod dominetur Excelsus in regno hominum, & cuicumque voluerit det illud. Ita nimia sui fidencia hominem in feram mutavit. Sed audi ut è ferâ in hominem reimigravit, & Deo non sibi fidere didicerit. Igitur post finem dierum, ego Nabuchodonosor oculos meos ad caelum levavi, & sensus meus redditus est mihi, & Altissimo benedixi, & viventem in sempiternum laudavi, & glorificavi: quia potestas ejus, potestas sempiterna, & regnum ejus in generatione & generatione. Et omnes habitatores terrae apud eum in nihilum reputati sunt: juxta voluntatem enim suam facit tam in virtutibus caeli, quam in habitatoribus terrae: non est qui resistat manui ejus, & dicat ei: Quare fecisti?

Ibid. v. 31. & 32.

Grande malum sui confidentia, quae & Apostolorum Sui confidentia in principio egit. O Petre cur fles caecitate in gallo: antea flere decuisset, cùm Dominus singulari valde diceret, cùm maestissimam mortis mentionem super capite Apocænâ injiceret, hic sanè decorâ fuissent lacrymae. At sui confidentia tunc omnes extinxit lacrymas, pro lacrymis ingens audita pollicitatio: Etiam si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. Itane, Nunquam pauculae horâ ibunt, & omne hoc promissum à solâ sui confidentiâ exortum corruet. Censet omnino Basilus neminem superari ab ullâ tentatione, nisi sibi plus æquo fidenciam. Qui autem sibi ferè diffidit, nihil unquam agere instituit, quin prius divinum subsidium implorer.

Matth. c. 36. vers. 33.

Ambrosius olim Augustini matri Monicae contra filium Augustinum hoc potissimum queritur, fidere illum ingenio suo. Nec prius Augustinus sapuit quam hanc sui confidentiam correxit. Hoc & ipse de se falsus: Credebam, inquit, me sufficere per me, nec perspiciebam quoniam tu regebas me, donec aliquantulum elongasti à me, & cecidi statim in me, & vidi & cognovi.

Aug. soliloq. cap. 15.

Sicut autem ingenio aut prudentiâ, vel arti suâ, sic & viribus suis fidere vitiosum est. Maximus Imp. tantæ molis & roboris fuit (Capitolinus refert) ut uxoris armilla pro anulo sit usus. Huic unus aliquis in theatro græcos hos versiculos occinuit:

Elephas grandis est, & occiditur,

Leo fortis est, & occiditur,

Tigris horribilis est, & occiditur;

Cave multos, si singulos non times.

Nemo robori suo, nemo arti, nemo stemmati & divitiis, nemo eruditioni & sapientiâ fidat, est cùm hæc omnia levi statu corruunt. Non gloriatur sapiens in sapentiâ suâ, & non gloriatur fortis in fortitudine suâ, & non gloriatur dives in divitiis suis.

Hier. cap. 9. vers. 23.

§. II.

S Ed non tantum non in seipso ullus, sed nec in ullo altero spem & fiduciam figat. Hieremias vates vociferatur: Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor ejus. Hic acutè Origenes, explicans illud: Maledictus homo qui pendet in ligno. Existimo, inquit, hanc eandem esse sententiam cum illâ: Maledictus homo qui confidit in homine. E ligno namque pendere, idem est quòd spem suam ex homine, velut fragili trunco, suspensam habere.

Idem c. 17. vers. 5.

Conferunt venatores, ut elephantem capiant, tales instruere insidias. Arborem, cui elephas innitit solet capiendò somno, dissecant in imo, sed erectam nihilominus, velut sanam & integram relinquunt. Elephas cùm ex more venit accubitum, succise innititur, sic unâ & arbor & bestia magno impetu corruunt. Sunt innumeri qui arbores sibi seligant, quibus innitantur: hic Principi laboriosissimè studet placere, ille opulenti praefulis gratiam exambit, ille in magnatis amicitiam se infnuat; sunt qui aliorum benevolentiam largitione consecuntur,

tur, alii aliis modis captant favorem. O miser! vos ipsos fallitis, & in vestrum hæc exitium paratis. Arboreis, quibus innixuros cogitatis, jam pridem occulto vulnere succisæ sunt; cum minimè putaveritis, subito ruituræ, & cum iis omnes confidentia vestra. Augustinus fallaciam hanc monstrans: *Multi, ait, de amicis potentioribus presumpserunt: ceciderunt illi de quibus presumpserunt, & involverunt eos, qui de se presumpserant.*

In psal. 131.
circa med.

Jonas cap. 4.
vers. 5. & 6.

Jonas propheta fecit sibi umbraculum, & sedebat subter illud in umbrâ: & latatus est Jonas super hederâ, latitiâ magnâ. O lætitiâ, & brevem, & inanem! Nam hederacea hæc diæta duplicem hostem habuit, & Solem, & vermem. Ita uno die omnis hæc umbratilis voluptas evanuit. Orbem mihi considera, & plenum reperies his talibus umbraculis, florent hæc aliquanto tempore, sed proximum semper exitium huic hederæ imminet à diversis vermibus. Humanis favoribus niti, heu quam commune & pervagarit est vitium! Utinam non etiam viri religiosi suæ hinc dignitatis oblivisci vellent, & aliorum sibi gratiam & favorem rectis studiis colligere. Umbratica hæc cuguriola sunt, quæ variis vermibus invidiæ, obtræditionis, calumniæ, mortis denique atrodunt, dissipant, exedunt. Est famulus cui in suo domino plurimum fiducia; brevî mors dominum rapit, & jam totum famulum umbraculum ubi est? Alius patrono iicitur opulenti ac potente; patronus moritur, aur ipsius opes ac potentia imminuuntur, ita jam hujus etiam hederæ exaruit. Filii subinde parentum auctoritate, officio, dignitate præclare se defensores credunt; subito Deus autem hoc umbraculum, jamque miseri contra quam sperarant, uruntur à sole, quia perit domus hederacea. Sic ille Assueri oculus Aman, cognatis & uxori mirâ gratulatione narravit, non videri sibi quidquam ad omnem felicitatem deesse, apud regem præter se neminem æquè gratiosum esse, masculâ insuper prole decem filiorum, & opum abundantia se mirificè beati. O pulchrum umbraculum, sed brevî à sole & vermibus fœdè consumendum! Et Aman & omnes Amanis filii in altam crucem sunt acti. Hoc Mausolæum habuit tam præfidens sibi felicitas.

§. III.

Homines, Dei opulentia, favore, ac potentia innitendum est, non hominum. Contentè vociferatur David: *Nolite considerare in principibus.* Cur obsecro, mi optime David, iis non confidamus, qui plurimum inter nos valent potentia? Causam mox addidit psalter: *In filijs hominum, in quibus non est salus.* Hoc ipso in nullo nec potentissimorum regum, nec invictissimorum Cæsarium fiducia reponenda, quia & ipsi homines sunt. Quid enim, ô homo, confidis homini in quo non est salus? *Exibit spiritus ejus & revertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Beatus cuius Deus Jacob adjutor ejus, spes ejus in Domino Deo ipstus.* Spem in homine, umbram esse ait sacra pagina: *Habentes fiduciam in umbrâ Egypti.* Quid fugacius, quid inconstantius & fallacius umbrâ? talis est fiducia in homine collocata. *Multi requirunt faciem principis, & judicium à Domino egreditur singulorum.*

Jacob è Mesopotamiâ redux in Chanaan, cum obvium haberet fratrem germanum Elau quadringentis vitis stipatum, timuit sibi velut ab hostili exercitu, & divinam opem sedulo imploravit. Adfuit vocanti Deus, & amplissimum auxilium esse pollicitus, eum tamen claudicantem à se dimisit. Et quod istud, inquis, subsidii aut providentiæ genus? Auxilium implorat Jacob, & coxâ debilis dimittitur. Hoccine est manum commodare, claudum efficere? Ita proflus, hoc erat juvare. Nam est cum & vulnera sanant, & jactura in tempore lucrum est, & pleraque sunt in quibus bono nostro vincimur. Et ideo Deus Jacobum à se sic fractum remisit, ut & ille & per illum nos omnes disceremus, non nobis

Soli Deo
fidendum.

aut nostris, nec etiam alienis viribus fidere, sed Dei fortius potentia & bonitate niti. Sed quia sanus valetudini, firmus robori, litteratus eruditioni, potens auro, sapiens ingenio fidit, quia tenuis divite, imbecillis multipotente fulciri sperat, ideo frequenter Deus hæc talia sapientissimè aufert, ut cum fulcra, quibus nitebamur, defunt, niti dicamus uno soloque Deo.

Gedeon, dux belli, viginti duobus millibus virorum missionem dedit, trecentis solum retentis: licenim Deus jusserrat: *Ne gloriatur contra me Israël, & dicat: Meis viribus liberatus sum.* Benadad rex Syrus Achabo regi Israhel, imbecillitatem opprobrians, minabatur interitum, sed hæc minæ fuerunt ex pelvi. Nam et si Benadad triginta duos reges belli socios secum traxerit, equitum etiam & falcatorum curruum incredibilem numerum, primo tamen prælio fufus fugatusque est: conflictu altero centum millia Syrorum die unicâ ceciderunt; aliorum è prælio diffugientium septem millia ruente muro in Aphec obruti sunt. *Hoc habet Benadad, eat nunc & sibi suisque fidat viribus.* Injuriam non levem irrogat Deo, qui ad humanam potius opem quam ad divinam oculos circumfert, plûsque ab exili rivulo quam ab immenso sperat oceano.

Optimus rex Asa (cujus nunquam sine miseratione meminimus) fiducia in Deum magnâ fuit, si modò etiam fuisset constante. Illam certè Deus sic remuneratus est, ut decies centena millia militum, quos Æthiopiæ rex sub signis habuerat, illustrissimâ victoriâ proffigavit. Sed heu post tot annos præclare actos, optimum hunc regem hæc una in humanas vires fiducia perdidit. Sic apertè propheta: *Quia habuisti, ait, fiduciam in rege Syria, & non in Domino Deo tuo, idcirco evasit Syria regis exercitus de manu tuâ.* Longa inde malorum series secuta est.

Eximie Augustinus: *Odisti, ait, observantes vanitates superavacue. Ego qui non observo vanitatem in Domino speravi. Speras in pecuniâ, observas vanitatem, speras in honore & sublimitate aliquâ potestatis humana, observas vanitatem; in his omnibus cum speras, aut tu exspiras, & ea hic dimittis; aut cum vivis, omnia percunt, & in spe tuâ deficiis.* Ingens omnino languor diffidentiam comitatur, ac omnium pænerum nausea & neglectus; ubi diffidentia, ibi æternus naufragii metus, æterna tempestates ac jactationes. Nimirum qui sibi aut hominum alteri confidit, in arenâ ædificium struit; in rupe fabricatur, qui Deo fundatur.

§. IV.

Sed dixeris, usu nos quotidiano doceri, sic sua cuique negotia succedere, prout is dives, industrius, potens, exercitatus, ac vafer fuerit. Argumento sit, res ante annos non multos gesta. Vir magni nominis, & Catholicæ institutionis captivus tenebatur à principe novitiæ religionis, apud quem ille de divinâ providentiâ cæpit disferere. Non diu hoc tulit morosus auditor; mox enim amarum subridens, & manum capulo admovens: *Hæc, inquit, providentiâ nitendum est.* Hic suum illud rex Alphonfus meritò exclamarit: *Vox bovis & non hominis.* Nam eundem in modum locutos meminimus quosdam è Deorum cultoribus. Antoninus imperator (uti Dion Nicæus memorat) cum pecuniam multam partim à plebe, partim etiam à senatoribus vi atque minis extortam profudisset, objurgatus à matre, quæ aliquam pecuniæ partem aliò conferri voluisset: *Desine, inquit, de numis esse sollicita, mater, & simul strictum gladium ostendens: Quamdiu, ait, habebimus hoc ferum, tamdiu nobis non deerit argentum.* Verè, vox bovis, non hominis! aut profectò non bene sani. Aliter nos docuit Christus, Deo fidendum, non ferro, non viribus, sed nec formæ aut doctrinæ, aut ulli bono tam fragili. Nec est ferè quod tantopere displiceat Deo, quam tanta mortalium diffidentia, quam Deus etiam in amicissimi sibi graviter punivit.

Moses,

Da
Me
fide
Nat
est
et

Non
est

Non
est

Isa
post
est

Exod
est
Non
est

Et o
puni

Non
est
et

Non
est

pientes super hoc litterarum mysterio, sed id nullus intelligit; indicem omnes vident, horologium nullus. Sed quis dubitet esse gnomonem ab horologio divinæ providentiæ toratum. Venit ergo Daniel, & quæ hora regi designaretur, sic pronuntiavit: *Nāmeravit Deus regnum tuum, & complevit illud.* Hora vitæ tuæ, ô Rex, jam instat ultima, eaque jam laborat in fine; quare propera vivere, propera, jam ultimum clepsydæ defluit; propera, horæ finis imminet. Et quomodo Daniel hæc scivit? In divinæ providentiæ horologio vidit.

§. VI.

Eventus hominum in divinâ providentiâ descripti sunt. *Math. c. 5. vers. 18. Gen. cap. 28. vers. 15.*

Inclinet, omnes hominum eventus tam adversos quam prosperos, in divinâ Providentiæ horologio ad amissum, & ad numerum exactissimè descriptos esse, & nec uno quidem apice aut punctulo falli posse hoc horologium, quin omnia habeat directæ ad id, quod magis expedit. *Tota unum aut unus apex non præteribit; nec dimittam nisi complevero universa quæ dixi.* Quod si horologio cui peritissimus est curator, non inviti credimus, quid hoc stultitiæ aut infantiæ est, erroris quandoque arguere magnum illud Orbis totius horologium, quod non potest errare, in quo omnes omnium eventus longè optimè dispositi sunt? *Tua autem, Pater, providentiâ ab initio cuncta gubernat: quoniam dedisti & in mari viam, & inter fluctus semitam firmissimam, ostendens, quoniam potens es ex omnibus servare, etiamsi sine rate aliquis adeat mare.* Uti revera, non uni tantum sanctorum pro navigio fuit pallium, pro navigii malo baculus, aded nusquam divinæ providentiæ diffidendum. Nihilominus cum optimi quique hominum cernuntur premi, affligi, opprimi; improbi autem florere, & omnia molimina sua ad lætos exitus deducere, divina providentiâ aut dormire, aut connivere nimium videtur. Et hæc cogitatio sanctissimos etiam viros nonnihil turbavit: at illorum turbatio, nostra fuit instructio & confirmatio.

Sap. cap. 14. vers. 3. & 4.

Pf. 72. v. 2. & 12. 13.

Rex David de seipso: *Mei autem pene moti sunt pedes, inquit, pene effusi sunt gressus mei, quia zelavi super iniquos pacem peccatorum videns.* Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo obtinuerunt divitias. Et dixi, ergo sine causâ justificavi cor meum, & lavi inter innocentes manus meas. Putabat plane Rex David se hujus rei causas indagaturum. Nam existimabam, inquit, ut cognoscerem hoc: labor est ante me, donec intrem in sanctuarium Dei. Hæc olim in celo videbitur, nunc minime penetranda. Sic etiam Hieremias vates, ob hoc ipsum nonnihil turbator: *Iustus quidem tu es Domine, inquit, si disputem tecum, verumtamen iusta loquar ad te. Quare via impiorum prosperatur bene est omnibus qui prævaricantur, & iniquè agunt. Plantaſti eos & radicem miserunt: proficium, & faciunt fructum: prope est tui ori eorum, & longe à remibus eorum.* Idem questus & Habacuc: *Quare, inquit, non respicis super iniqua agentes, & taces devorante impio justiore se? Et facies homines quasi pisces maris, & quasi reptile non habens principem.* Hæc tales querelæ inde sunt, quia unam tantum divinæ providentiæ partem videmus, altera nostris oculis neutiquam patet, & cum expectandus foret rei exitus in supremo iudicio manifestandus, nos ante iudicium illud temere iudicamus.

Habac. c. 1. v. 13. & 14.

I. Cor. c. 4. vers. 5.

Ideo Paulus: *Nolite, inquit, ante tempus iudicare, quoad usque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordum.* Augustinus similitudine diversâ hoc explicat: Si quis in opere musico, aut emblemate vermiculato lineam obliquam videat, velatris partibus ceteris; aut si quis in picturâ monstrum, vel imperfectum quid aspiciat, reliquus non ostensus, vix se continebit, quin dicat: Num hic pictor, num arcularius hic faber non plus artis habent? quod si opus monstrum totum ac perfectum, mirantur atque dilaudant & ordinem partium, & artem. Eodem modo si quis audiatur pronuntiari versus non integrum, & minime

fluentem, mox dicit: Non est bonum hoc carmen. Expectata sis, finiam prius, & tunc cense num suis constet pedibus. Ita nos proptus divinæ providentiæ particulam videmus, totum illius ordinem, nexum ac progressum non videmus: quid annis prioribus evenit, fortasse scimus, nec tamen integrè; quid eventurum sit posterioribus, planè ignoramus, hinc Dei providentiam temere ac falsè accusamus. *Hoc, inquit Augustinus, per-August. in turbat te hominem Christianum, quia vides malè viventes Psal. 136. felices, rerum istarum copiâ circumfluere, sanos esse, superbos dis- Prima parte gnatibus eminare, incolumem habere domum, gaudia suorum, obsequia clientium, excellentissimas potencias, nihil triste interpellare vitam ipsorum. Mores nequissimos vides, facultates copiosissimas respicis, & dicit cor tuum, nullum esse divinum iudicium, omnia casibus ferri, & fortuitis motibus ventitari. Nam si Deus, inquis, res humanas respiceret, non floreret illius iniquitas & mea innocentia laboraret. Quid ergo tu? Spera in Dominum, illi enim sperant non in Dominum: spes illorum mortalis, spes illorum caduca, fragilis, volatica, transitoria, inanis erit. Ergo, nolite ante tempus iudicare. Nemini hæc scire licet, donec intret in sanctuarium Dei. Olim cum non indicem tantum: magni illius horologii, sed & ipsum divinæ providentiæ horologium, idque totum inspicere licebit, tunc omnium sæculorum decursus, tunc suæ quisque vitæ periodos omnes clarissimè intuebitur; tunc luculentissimè apparebit, quantâ providentiâ omnes & singulos homines gubernarit Deus, quàm paternâ proptus curâ singula vitæ momenta cujusvis hominis disposuerit, in ipsius bonum & salutem, nec ulli quidquam unquam evenire permiserit, quod non ita expediret. Tunc patebit, cur permiserit Deus Angelos ruere, Protoplastos labi: Cur Judæos ferreæ cervicis homines in suum populum elegerit, abjecerit ceteros: Cur hos voluerit nasci Christianos, illos progigni permiserit inter idololatras: Cur hunc ærumnis omnibus maturè liberarit, illum inter calamitates senescere, & exspirare siverit: Tunc in pretio erit quidquid jam Christi causâ patienter toleratum fuerit. Quisquis hæc seridè cogitat, sceptrum Assueri, hoc est, omnem castigationem Dei reverenti osculo salutat.*

§. VII.

Hic forsitan afflictus quispiam & æger animo dixerit: Ah, idem pæne mihi contingit quod Sauli, *Qui consuluit Dominum, & non respondit ei neque per somnia, neque per sacerdotes, neque per prophetas.* Ego hoc, & hoc perdididi, in morbum hunc incidis; quod ibo nisi ad magos? Id verò te Deus prohibuerit. *Sustine sustentationes Dei; conjungere Deo, & sustine, ut crescat in novissimo vita tua. Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe & in dolore sustine, & in humilitate tuâ patientiam habe: quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines verò acceptabiles in camino humilitationis. Crede Deo, & recuperabit te, & diriget viam tuam, & spera in illum.*

Grata superveniet quæ non sperabitur hora. Cogita non esse magnum quid, se rebus prosperis in malis fortem gerere, ubi secundo cursu vita procedit: nec gubernatoris quidem artem tranquillum mare & oblectans ventus ostendit: adversi aliquid incurrat oportet, quod animum probet. Plena & infecta variis casibus vita est, à quibus nulli longa pax, vix induciæ sunt. Si malè fers, magna onera; si bene, magna solatia. Nullam tam miseram nominabis domum, quæ non inveniat in inferiori solatium. Tu, si voles, & quantum voles, plora: bibes nihilominus illud poculum mærotis, quod non temere tam plenum tibi cælestis medicus propinat. Si bonus es, ærumnis exerceri te sentias; si lapsus, allevari; si improbus, puniri. Ne dixeris quod Saul ad Samuelem: *Coarctor nimis, siquidem Philistinum pugnant adversum me, & Deus recessit à me.* Non recessit à te, ô rex, nisi

Plurero horum fecit contempnit ad d. Deu mit mini lesici bus: citi d. car. Nulli magt Amb Epist neco tuit.

1. Reg. c. 23. vers. 15.

nisi tu prius ab illo. Hoc & tu mi Christiane cogites neminem deserit Deus nisi deseris. Si sapuisset Saul, id quod Mauritius Imperator, dixisset: Domine hinc potius me punias quam ibi. Sic, ô Christiane, ne in angustiis ad imagos, Dei inimicos curre, ne animum responde, ne Deo diffide: tu potius ad Dei amicos, ad caelites Angelos, ad matrem Dei, ad crucifixi pedes confuge:

Job cap. 13. vers. 15.

Plurimum error est ad humana secula auxiliâ conuertere prius quam ad divina.

Deus perimitit homines maleficis artibus devincti & necari.

Nullus magus Ambrosio Episcopo nocere potuit.

hinc tuum est asyllum, hinc salus tua, hinc illud Davidis & Jobi vociferare: *Ego autem semper sperabo, & adjiciam super omnem laudem tuam: Etiam si occiderit me, in ipso sperabo.*

Ille plurimorum intolerabilis & error & abusus est, ut prius ad humana sese auxilia convertant, quam ad divina, neque hæc, nisi illis omnibus frustra tentatis, rebusque jam planè depositis, censent advocanda. Quos sanè sit, ut humana remedia ordine plerumque præposito adhibita, vindicant Deo, incassum nobis eant.

Sed quæras fortè, qui Deus permittit tor homines maleficis artibus devincti & necari? Ne mirare: summa in Deum diffidentia etiam supplicii genus meretur. Multis vix alius medicus, quam magus, nec alius pharmacopæus, quam diabolus quaritur. Jure Deus per hos punit, per quos tam variè offenditur. Paulinus memorat Ambrosio Episcopo nullum unquam magum nocere potuisse ob illius firmissimam in Deum fiduciam. Mortuâ namque Justinâ Imperatrice Arianâ, cum Innocentius magus in quæstionem raperetur, inter tormenta fassus est, Angelum Ambrosii cultodem, suum esse tortorem. Nam vivâ Imperatrice se nocte intemptâ sub templi tectum ascendisse, & sacrificasse eo fine, ut Ambrosium infamem invisumque faceret plebi, nihilominus amorem in hunc virum & fidem Catholicam magis ac magis effluisse: missos etiam à se Dæmones qui Ambrosium necarent, sed iis ultra ædium fores progredi non licuisse. En, quibus excubiis Deus illos defendat, qui omnem in se solo collocant fiduciam. Et plerumque qualis est hominis in Deum confidentia, talis est Dei in hominem liberalitas. Sed heu quam in Orbe rari sunt, qui Deo fidant toto animo! mores hominum considera, & plurimum ubique reperies diffidentia, quæ quotannis pene eadem redit ac reviviscit, & inde tam vani timores. Jam fruges metuunt nivibus suffocandas, aut in herbâ necandas à siccitate, jam pluvius mergendas, aut grandine sternendas, vel fulmine urendas: Jam aliunde vexandam annonam timent: Jam verò ne valetudini, aut incertis casibus desint necessaria, formidant: Jam ad rumores bellicos conternantur, & spem omnem abjiciunt: Jam ad funerum, aut aliarum cladum nuntios penitus exanimantur; in quocunque demum laboris aliquid ac difficultatis sentiunt, de eo mox diffidunt, & cum animum gerant cæcum, manus semper oculatas habent, id credunt quod vident. Et hoc inde, quia de Dei bonitate ac potentia parum rectè parumve liberaliter sentiunt: hinc illa animi de rerum temporariarum prospectu nunquam securo, semper diffidens cura. Vera in Deum confidentia clavis est ad ærarium, è quo Deus cælestes divitias solet egen- tibus ad votum impertiri. Deo diffidere, aut principium est plurimorum scelerum, aut finis.

C A P V T X I.

E cognitione divine Providentiæ magnam in Deum fiduciam, è fiducia veram cum Deo divinaque voluntate concordiam nasci.

Sicut in aureâ torque anulus ex anulo pendet, sic è notitiâ divinæ providentiæ nascitur fiducia, ex hac facillimè sequitur humanæ voluntatis cum divinâ conformatio. Da mihi hominem, qui Dei providentiam

Tom. I.

A in omnibus agnoscat, ei que fidat, mox dabo, qui se divinæ voluntati exactissimè subiciat. Ita nos instituit Deus, ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ secundum beneplacitum ejus, quod proposuit in eo. Et ut impleamur cognitione voluntatis ejus, in omni sapientiâ & intellectu spirituali. In Noëmo id totum liquidissimè videre est.

P Rincipio Noëmus de infinitâ Dei providentiâ instruentus erat. Ideo Deus fidelissimâ narratione huic viro aperuit, in quem usum arca, quam etiam longa & lata, quamque alta esset fabricandâ; quâ ratione omnis generis animantes in eam cogendæ, quomodo suum singulis pabulum comportandum, quo denique modo in perfectam à se arcam cum septem conjunctissimis sibi hominibus ingrediendum fore: decretum enim esse universum hominum genus in aquis extinguere. Ex his Noëmus mirissimam Dei providentiam addidit, in hac potè tam exactè cognita summam reposuit fiduciam, quâ certissimè sibi perficiat, se cum suis inter Orbis funera servandam. Hac conceptâ fiducia, facillimum ei fuit, suam in divinâ voluntate constitucere, omniâque ad perpendicularum divinæ voluntatis facere. Hinc illud amplissimum Noëmi encomium, *Fecit Noë omnia quæ præceperat ei Deus.* Hic observatu dignissimum, quod Noëmo cū suis arcam ingresso, Deus arcam ostium foris clausisset; quâ ratione clavem ad arcam referendam secum abstulisse dicendus est. Sed percontari libet, an non consultus fuisset, clavem illam Noëmo tradere, ut eluvione subsidente arcam ipsemet Noëmus refereret egressui. Verum ideo Deus hanc clavem nulli committere, sed sibi voluit reservare, ut arcâ inclusi eadem manu educerentur, quâ fuerant introducti, utque non in alio ullo quam in suâ libertatis ac salutis auctore fiduciam collocarent.

C Hac ipsâ ratione Joseph Ægypti Prorex, ut divinam providentiam nosceret, tam admirandis casibus docendus erat: ubi providentiam Dei in suos semper vigilantissimam nosse didicit, etiam fiducia fuit imbuendus. Ideo enim permisit Deus, ut Pharaonis pincerna tam officiosè rogatus interpretis sui meminisse vellet, biennio tamen toto oblivisceretur, ut sic Joseph disceret non hominum favore niti, sed Dei solius, cui libertatem suam omnem acceptam referre deberet. Chryostomus egregiè super hac re philosophatus: *Considera, inquit, quomodo post restitutionem pincernæ duo anni præterierint. Oportebat enim expectari tempus opportunum, ut majori cum gloria inde educeretur. Si enim præfectus pincernarum ante somnia Pharaonis recordatus, auctoritate suâ eum liberasset; fortassis non tam perspicua fuisset alius ejus virtus. Nunc autem omnipotens & sapiens Deus, sciens sicut optimus artifex, quanto tempore debeat in igne aurum teneri, & iterum inde reduci permittit ad tempus biennii præfectum pincernarum illius oblivisci, ut & tempus somniorum Pharaonis veniat, & compellente necessitate ipsâ, justus ille in toto regno Pharaonis notus fiat.* Hinc illa Josephi in divinam voluntatem tanta devotio, ut omnia quæ sibi contigerunt mala, in hanc unam referret: hinc illa nobilissima ad fratres oratio, quâ divinæ voluntatis arcanum explicans: *Non vestro consilio, inquit, sed Dei voluntate huc missus sum: hinc illa tam benigna parricidis fratribus data venia: Nolite timere, num ibid. c. 50. sed Deus vertit illud in bonum. Nisi Joseph divinæ voluntatis secretum tam probè cognitum habuisset, in crucem fratres rapi jussisset, non tot beneficiis prævenisset. Quod in Noëmo & Josepho fuit divinæ voluntatis studium, hoc in sanctissimis quibusque virtis est videre; de quovis illorum affirmari potest. Semetipfos dederunt in primam Domino, deinde nobis per voluntatem Dei.*

Et Joseph Ægypti prorege.

Chryost. hom. 63. in Gen. circa mat.

Gen. cap. 45. vers. 8. Num ibid. c. 50. vers. 20.

1. Cor. c. 8. vers. 5.

Euseb. lib. 4. Eccles. hist. cap. 15.

Polyarpus Smyrnenfis Pontifex non semel quaesitus ad necem divinam circa se providentiam expertus est...

August. serm. 1. de S. Vinc. Seroc. de Const. c. 16.

Guillelmus Tyrinus de bello sacro, Ep. Rupertus Abbas Bergenfis, ad annum 1095.

Anno Christiano millesimo nonagesimo quinto, cum Urbanus II. Pontifex Maximus in Galliis, in concilio Claromontano publice de Palastina recuperanda perorasset...

Sur. tom. ult. die 11. Nov.

In terram verè sanctam, in terram vivorum tendimus nos omnes, quotquot Christiano nomine censemur...

Bern. serm. de verbis Abac. prophetae.

Aldegundis sanctissima virgo, cum miros in virtute progressus fecisset, caelestibus ostentis sapius recreabatur...

Serm. Quomodo voluntas nostra divina etc.

Eudoxia Augusta Theophili Imperatoris conjux, cetera non laudabilis, hoc uho tamen plurimum commendanda, quod cum ejus filius gravi morbo decumberet...

S. III.

S. Francisci in divinum providentiam fiducia.

Sanctus Franciscus Xaverius, qui primus est Societas Jesu in Indiam & Japoniam Christi Evangelium invexit, ita altè imbiberat animo divinam providentiam...

Mi Pater in Christi visceribus unice. Te ego, pater animæ meæ, summeque mihi venerande, positus humi genibus suppliciter oro, ut mihi à Deo impetres,

Aurum vivam, sanctissimam voluntatis suæ mihi det, & placè cognoscendæ, & omnino exequendæ facultatem, Vale.

Hanc illi tantam cum divinam voluntate consensionem percussit summa in divinam providentiam fiducia. Hac armatus alta spectabat, ingentiæque conabatur. Ubique enim divinus honor ageretur, nulli ceo debar difficultati, periculove. Ita nihil moliebatur quod non efficeret, nihil inchoabat quod non abolveret Deo nixus.

In ultimam Orientis regionem Japoniam sembo-uctus piratico ire sustinuit, securus periculorum, quæ ab amicissimis periculisque hominibus & plurima denuntiabantur, & maxima. Hos ille miratus quod tam exiguum haberent fiduciam Dei, in cujus illa omnia essent potestate. Equidem, ajebat, cum Dei nutu atque imperio omnia gubernari cetero sciam, nihil omnino metuo præter ipsum Deum, cum res ceteræ quamvis noxiæ, non nisi quatenus ille: sunt, nocere hominibus queant. Itaque Dei unius præsidio per tot maris terræque discrimina, per tot gentes sermone moribusque difsonas, Indiæ vastitate non contentus, Malacam, Molucas insulas, Mauricam, Japoniam, Sinas, omnem denique Orientem animo atque industriâ complexus, ad ultima Orientis penetrauit, oceanoque toties remenso Christianis mysteriis feras barbarasque gentes instituit, ac mitigavit. Nec verò unquam illum Dei fiducia fessellit. Illæsus venena bibit, sagittas transiit, ter naufragium fecit, ac semel tabulæ incubans biduum triduūmve fluctibus impune jactatus evasit, aliæque innumera pericula effugit: illud autem assidue animo favavit: Si Rom. cap. 8. Deus pro nobis quis contra nos? turpissimum ratas, & omnium periculorum maximum, divinæ providentiæ atque potestatis spem fiduciamque abjicere. Ita unicum in Orbe hostem timuit Dissidentiam. Præsertim (sic ipse loquebatur) cum neque dæmones ipsi, neque eorum satellites ac ministri quidquam nos lædere queant, nisi Dei permisso ac Voluntate.

Quid multis? Hoc omnium Sanctorum potissimum sanctorum omnium studium, divinam providentiam cognoscere, & cognita in fiduciam assurgere, è fiducia in suavissimam cum divinâ voluntate unionem transire, in hac quotidie crescere, hoc demum agere ut propria voluntas suave sibi ducat in divinam colliquefcere. Et certè qui Dei voluntatem semper fieri optat, is in omnibus gratificatur suæ. Quid enim ei resistat, qui pro suâ voluntate agnoscat divinam? Et hinc etiam paucorum Parrum laudatissima consuetudo, quâ omnia, quocumque modo & ratione evenissent, in unius Dei providentiam voluntatemque rejecerunt. Res propterea memorabilis. Josephi fratres cetera rudes & etiam improbi, eo tamen plurimum laudandi, quod cum pecuniam emendo tritico allatam in singulis saccis repositam reperissent, obstupefacti, mutuo dixerunt: Quidnam est hoc quod fecit nobis Deus? Verba dignissima observatu, Quod fecit nobis Deus.

Quis nostrum non dixisset: Hæc quidem manifesta fraus est: occasionem quaerunt Aegyptii ad perdendos nos: hoc factum est struendæ in nos calumniæ. Nisi forsitan œconomus ex incuriâ numerorum oblitus, eos nescio quo casu in saccos frumentarios raptim abdiderit: Quid si fortassis elemosynæ loco reddere nobis voluerit monetam nostram? Quid si plures hac ratione emptores allicere cogitarit? Illi nihil horum, sed sapienter omnino: Quidnam est hoc, ajunt, quod fecit nobis Deus? Quidquid erroris intervenerit aut fraudis, hoc Deus fecit, & nobis id fecit, horum omnium causa est voluntas Dei, sine cujus nutu nec arenula quidem è monte, nec capillus è capite, nec foliolium ex arbore, nec passerculus ex aëre decidit.

Nos frequentissimè more canum percussi fustem aut lapidem mordemus, aut ob scripturam malam calamo indignamur, aut in picturâ errorem penicillo assignamus,

Mal. v. 15.

Divi volu. can. est. a. da. quæ.

Thom. Kemp. de tri. Chris. tom. 1.

ima. ca. v. 1. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

mus, & manum jacentis, scribentis, pingentis non consideramus; Dei manus facit hæc omnia. Ita sanè loquendum, ita & sapiendum in omnibus; Deus disponit, Deus regit, Deus facit hæc omnia. Et ut optime capiamus hunc & loquendi, & sapiendi modum, paradigma dabimus compluscula è Christi & Divoꝝ ore petita.

§. I V.

Christus Dominus in æternam Patris providentiam velut suavissimò æstu abreptus: Pater, inquit, quoniam sic fuit placitum ante te. Ita mi Pater, rectè omnia fecisti, nec mortalium ullus in tuâ dispositione, aut in iudiciis tuis quidquam damnet, quoniam sic placuit tibi. En, quàm suaviter doceamur divinæ potestati modum non definire, Dei iudicia non scrutari, decreta non examinare, sed hoc uno acquiescere quia Deo sic placet. Patri sic placuisse Servator asserit, quare sic placuerit, non exponit. Siquidem divinæ voluntatis causâ nec assignanda est, nec querenda. Mille causarum loco est, Deum sic voluisse. Divinæ providentiæ voluntas, est summa iustitiæ norma; nec aliter ejus rationes constent, quàm si nulli hominum reddantur. Idcirco in omnibus omnino rebus faciendis aut omitterendis, fugiendis aut perferendis, exemplo Christi, ô Christiane dic semper: Ita Pater, Ita Pater, Ita mi Pater. Et hoc uno die milles, et si ter milles ingeminandum; Ita Pater. Et tunc magis id dicendum, & assidue repetendum, cum magis premunt adversa, in omnibus tuam sanctissimæ ipsius voluntati subjiendo: Ita Pater. Hæc vigilans & dormiens, hæc sanus, & æger, & moriens identidem pronuntia, velut si dicas: Domine, nil possum tibi negare, tu scis. Sicut ergo vis, sicut disponis, ordinas, permittis omnia fieri, ita fiant, ita Pater, ita & in me fiant, & nihil fiat in me, quod voluntati tuæ rectissimæ, optimæ vel minimùm adverferet. Ita Pater, ita fiat & nunc, & semper, & in omnem æternitatem.

Hoc pacto è patris Patribus quidam precari solitus est: Fili Dei, Fili Dei, sicut scis & sicut vis, miserere mei, Fili Dei. In hunc ferè modum ille divinæ voluntati devotissimus scriptor: Domine, inquit, dummodo voluntas mea recta & firma ad te permaneat, fac de me quicquid tibi placuerit. Non enim potest esse nisi bonum, quicquid de me feceris. Si me vis esse in tenebris, sis benedictus: & si me vis esse in luce, sis iterum benedictus: Si me dignaris consolari, sis benedictus: & si me vis tribulari, sis equè semper benedictus. Domine libenter patiar pro te quicquid volueris venire super me. Indifferenter volo de manu tuâ bonum & malum, dulce & amarum, lætum & triste suscipere, & pro omnibus mihi contingentibus gratias agere. Hoc est, ô Christiani, vero nomine devotè precari, devotè agere.

Aptioribus nec ista differt oratio: O bone JESU, sic me amasti, ut totum te dares carnificum furori figendum in cruce: quid jam magni sit, si totum me tradam tibi in tuas manus, non crudeles illas, sed verè paternas. Certus ego sum, omnia tendere ad meum profectum. Fac ergo Domine mecum quod bonum est in oculis tuis, tua enim sunt omnia, nec est qui tuæ possit resistere voluntati. Quia tu Domine sicut voluisti, fecisti. Nec est in hominis potestate consilium tuum. Tales omnino in veteri lege Sanctorum preces fuerunt: Sic precatus Tobias: Nunc, inquit, Domine, secundum voluntatem tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi spiritum meum. Sic Judith precata: Dicamus, inquit, stantes Domino, ut secundum voluntatem suam sic faciat nobiscum misericordiam suam.

§. V.

Mirum dictu est, quoties liber de imitando Christo Domino inculcet hanc ipsam, de qua agimus, divinæ providentiæ agnitionem, & sanctissimum quod inde nascitur, divinæ humanæque voluntatis connubium. Nam post varia præcepta, velut præstantissimum,

A imò compendium omnium traditurus: Nihil ergo, inquit, amatoꝝ tuum, & cognoscoꝝ beneficiorum tuorum ita letificare debet, sicut voluntas tua in eo, & beneplacitum æternæ dispositionis tuæ: de qua tantum contentari debet & consolari, ut ita libenter velit esse minimus, sicut aliquis optaret esse maximus: & ita pacificus & contentus in novissimo, sicut in loco primo: atque ita libenter despiciabilis & abjectus, nullius quoque nominis & fama, sicut ceteris honorabilior, & major in Mundo. Nam voluntas tua & amor honoris tui omnia excedere debet. Hoc ipsum inculcat alibi hæc occasione: Quæstio est sæpius agitata, in quo demum verus in virtute profectus consistat. Quæstioni sic respondetur: In Thomas à Kempis l. 3. cap. 22. sine. Quæstio est totò corde tuo voluntati divinæ, non querendo qua tua sunt, nec in præterito nec in futuro, nec in tempore, nec in æternitate, ita ut unâ equali facie, in gratiarum actione permanens inter prospera & contraria, omnia equè lance pensando. Qui adheret Deo, unus spiritus est cum Deo, non itaturæ puritate, sed voluntatis conformitate.

B Objicias hinc forsitan: Si velit Deus parentes meos mori, quâ ratione possum ego parentum meoꝝ voluntati obsequium velle? Quod si Deus me aut illos damnari velit, an hoc ipsum velim & ego? Mi bone homo, patrem tuum matremque vult Deus mori, non eo solum quò illis eripiat utraque vitam, sed ut fatisciat debito iustitiæ, vel ut servetur ordo naturæ; quod & te velle convenientissimum est. Ita proliis si damnari te velit Deus, non hoc ideo vult, ut tibi malum inferat, sed ut malum puniat, & iustitiam defendat, quâ ratione par est & te velle puniri noxas, etiam in teipso. Sed opportunè hoc loco illud tibi ingero, quod discretissimus ecclesiasticus ante centenos & plures annos memoriæ consignavit in hunc modum: Si te, inquit, quotidie ex integro divinæ voluntati ad omnes illius nutus promptum paratūque offeras, veniam noxas obtines, tantūque gratia mereris, peregrineris, ut possis non tantum inferorum rogos, sed & piacularis noxas, propitiam non timere. Sincera hæc tui oblatio ad omnem Dei voluntatem exequendam, penitentiarum, & indulgentiarum, locum est. Tom. Gailler à Kaiserberg. de Spiritibus pergrit. peregrineris, ut possis non tantum inferorum rogos, sed & piacularis noxas, propitiam non timere. Sincera hæc tui oblatio ad omnem Dei voluntatem exequendam, penitentiarum, & indulgentiarum, locum est. pag. 87.

C Quid ergo tergiversamur? creatæ res omnes divinæ parent voluntati, & hoc (indignum proflus) derreçter solus homo? Deus propositum sibi finem in rebus omnibus spectat, & consequitur: consequemur & nos nostrum, si cognitâ ejus providentiâ, nostram ipsius voluntati semper subjunxerimus. Sed heu, nimis subinde molles sumus, & ad omnes molestias graviter ingemiscimus. Verissimè Seneca: Quomodo hic potest Deo parere, inquit, & quicquid evenit bono animo excipere, nec de fato queri, casuum suorum benignus interpretis, si ad voluptatum dolorumque punctiunculas concutitur? Si quid Deus immiserit, quod gravioꝝ ingerat molestiam, quòdque inferiores animæ vires horreant, tunc maximam imitandi Christi occasionem cogitemus, dicamisque cum Christo: Non mea, sed tua voluntas fiat. Hoc est divinæ providentiæ ac voluntati se integrè committere, ut ipse de nobis statuat, quod, quantum, & quomodo voluerit, nos verò nihil excipiamus, nunquam contradicamus.

Ludovicus Blofius hæc omnia suis verbis consignet: Propriam, inquit ille, voluntatem ubique deserat: eam Deo resignet, eam integrè in Deum transfundat, ejusque voluntati perfectè uniatur. Nunquam ore, nunquam corde dicat (spectando seipsum & proprium commodum) verba ista: Volo hoc, Nolo illud: Eligo hoc, Respo illud. Neque in tempore, neque in æternitate aliquid suum querat: sed omni proprietate rejectâ, se proflus seipso spoliat privetque, & sibi rebisque omnibus sic moriatur, ac si nunquam creatus esset. Querat autem tibi que Deum, ejusque honorem ac voluntatem, ita ut ipsis quoque orationibus suis desiderijs suis humilem sibi abnegationem resignationemque conjungat, petens non suam, sed Dei voluntatem fieri. Omnia que sibi eveniunt, referat ad ipsam voluntatem divinam, & ea nudè de manu Domini suscipiat, sine cuius In omnibus querendus Dei honor, ac voluntas. provi-

Matth. 6. 11. vers. 16.

Divinæ voluntatis causâ nec est assignanda, nec querenda.

Thomas à Kempis l. 3. de imitatio. Christi c. 17. num. 1. 2. 3.

1ma. cap. 1. vers. 14. Tob. cap. 3. vers. 10. Job. vers. 6. Job. c. 8. vers. 17.

In omnibus querendus Dei honor, ac voluntas.

providenti nec unum quidem solum arboris decidit in terram. Permissionem ordinationemque illius scire in prosperis, ita & in adversis; in damnis rerum, in injuriis, calamitatibus, opprobriis, ludibriis atque sui contemptibus, in doloribus corporis, in angustiis pressurisq; cordis; in meroribus, in derelictione calamitateq; interna, & in quibuslibet afflictionibus, patienti ac tranquillo animo ferat, eumque laudet: credens illum & velle, & posse salutem suam in omnibus promovere.

CAPVT XII.

Epilogus seu omnium in his quinque libris dictorum Compendium.

Compendiarium hic docere, beneyole Lector, cogitamus. & hujus institutionis de conformatione voluntatis nostrae cum divina, summam & epitomen dare, ut semper sit in oculis, quod cupimus semper esse in animo.

Eam ob causam imagines etiam huic rei significandae adiecit. In singulis illarum genium certis rationibus quam humana voluntatis solum: Cor aurea corona redimitum oculis divina voluntatis subjicit, quae non tantum optima, & rectissima, imperans omnibus, sed & immutabilis sibi que semper simillima; Liliam & Gladium utriusque secus habet, nam & premio & supplicio mortales afficit. Cor alarum humanae voluntatis solum corollam e rosas, subinde e pavonum pennas, contextam habet. Velle nostrum variabile atque inconstans, tunc solium laudabile, cum suis se alis, suis desideris ad cor & voluntatem divinam evehit, aut certe non reluctatur, cum evehitur abunde vel attrahitur. Voluntas humana tanto felicitior semper, quanto divina conjunctior est.

Aleum divinae voluntatis solum Sol est, humanae Helioropium. Inter solem & hunc florem summa est amicitia. Obrutu religiosissimo eoque assiduo Solem velut suum dominum hos iste sequitur: nec densae nubes, quidquid venerationis aut obsequii hoc est, impediunt. Minus flore sapimus, nisi pariter divinam voluntatem nostra comiteretur, ut assecta calamitate nulla separabilis. Cetera istarum imaginum, tua, mi Lector, interpretationi permittimus.

Haecenus dicta digessimus in hunc ordinem.

Et primo quidem libro egimus de Divina voluntatis Cognitione. Altero, de Humana voluntatis ad divinam Conformatione. Terrio, de hujus Conformationis Emolumentis. Quarto autem, de Conformationis istius Impedimentis. Quinto denique, de ejusdem Conformationis Adjumentis. Haec jam summatim & compendio sic trademus, ut ea quidem quae dicta sunt non temere repetamus, sed dictis confirmationem addamus.

§. I. Divinae Voluntatis COGNITIO.

Bernard. serm. 62. in Cant. Scruatio divinae Majestatis est formidolosa, voluntatis vero tam pura quam pia.

DE hac erudite Bernardus: Formidolosa est, inquit, scrutatio Majestatis, at voluntatis tam pura quam pia. Quid ni tota diligentia scrutando in stem sacramentum voluntatis Dei, cui mihi parandum per omnia saecula? Quis autem ille tam infelix, qui id nolle audeat, quod certus est Deum velle, aut quod certus est eum nolle, id velle praesumat? Quis ille tam protervax frontis, tam exhausti ruboris homo, qui dicere non vereatur: Volo potius meam, o Deus, quam tuam fieri voluntatem, quia meam utiliore tua judico. Ego ipsi mihi providebo; aeterna providentia tuae me totum committere, nec securum nec ritum est. Haec forsitan dicere pudori ducimus, non item facere. O multos nimis modice verecundos, qui voces has quidem detestantur, sed voce solum, non re & factis. Hic profecto grande periculum est, dum infeliciter nobis blandimur, & palpando nosmetipsos seducimus. Nam diffimulamus Dei voluntatem nosse, dum

nostram facere, & aliquam de ignorantia habere voluntis excusationem. Praeclarissime hic influens Bernardus: Propterea rogo vobis, inquit, diligenter attendite, quia nihil mihi occurrit, quod utilius possitis audire. Vbi certa est Dei voluntas, omnino nostra sequatur; in his videlicet, in quibus certum aliquid in scripturis invenimus, aut ipsa spiritus manifeste clamant in cordibus nostris, quid sentiendum sit, ut est Charitas, Humilitas, Castitas, Obedientia: haec approbemus indubitanter & appetamus, quae placere Deo scimus indubitanter. Sed & ea omnino vitare debemus, de quibus certum est quod odentur Deo, ut est fornicatio, impatientia. In his vero rebus, in quibus nihil certi possumus invenire, nihil certum voluntas nostra definit: pendeat inter utramque, aut saltem neutri parti nimis inhaereat, cogitans: semper ne forte altera pars Deo magis placeat & parati sumus voluntatem ejus sequi in quacumque parte eam cognoverimus inclinari. Nemo super his quae certa sunt haesitet, nemo dubia pro certis admittat, nemo sibi in dubiis iudicium vendicat, precipite sententiam, & experiemur

quod scriptum est: Pax multa diligentibus legem tuam Domine, & non est illis scandalum. Ergo quod certum est, Deum velle, id nos velimus omnino: & quod certum est cum ille, similiter execremur & nos: quod autem incertum est utrum velit aut nolit, neque velimus ex toto, neque penitus non velimus.

Haec longe utilissima Bernardi instructio dubiis omnibus occurrit, defectibus actionum nostrarum omnibus medetur. Exemplo demonstratur id quod dicimus. Egenis spiritum largior: Hic sane nescio, veline Deus a me fortasse plus erogari. Ergo ad divinam voluntatem confugio: Mi Deus, si scirem te velle in elemosynis dandis me largiorem esse; utique mox essem largior. Pari modo: Per horae partem precationes in eo; Mi Deus, si nossem te velle prolixius me precari, abjecta omni cunctatione id facerem. Eodem modo: Jejunia in eo; Mi Deus, si exploratum mihi esset, te velle strictiorem aut crebriorem in ediant me tolerare, promptissimus id exequerer. Idem in omnibus aliis actionibus factitandum, cum Deo sic semper paciscendo: Mi Deus, ita hoc, ita omnia alia facere vellem, prout tu a me id fieri velles: quod si ego minus assequor voluntatem tuam, tu meam instrue, impelle, coge prout vis; posside me, mea voluntas non sit mea amplius, sed tua, proinde tu illa ut tua utere. Hic juverit illam Ecclesiae precationem crebrius iterare: Oblationibus nostris quasumus, Domine, placare susceptis, & ad te nostras etiam rebelles compelle propitius voluntates. Sed & brevissimum illud vel uno dicentis repetisse proderit: † Mi Deus, doce me facere voluntatem tuam. Aut: * Domine quid me vis facere?

Hinc etiam ad callidissimas illas diaboli quaestiones in promptu responsio est. Solet interdum daemon interrogatiunculis urgere hominem: Si quis tibi hoc illudve objecerit, quid responderes? In hoc illove rerum eventum quid consilii caperes? Si spes tua te falleret, si quod ambis negaretur, quid oro faceres? Mille talia veritissimus arguator ingerit, & ut cautius irreciat, vera fallaque miscet. Frequenter rem eo modo proponit, ut utram in partem aliquis se flectat, muscipulam inveniat, perplexus fiat, & noxam non careat. Tutissimum hic non respondere: victus es si cum vaferimo Sophista hoc caeperis disputare. Ergo disputationem cum adversario tam subtili ne ingredere, sed velut compressis oculis hoc unum oppone: Si velit hoc Deus, & ego volo: si nolit, & ego nolo: divinae providentiae ac voluntati me totum do, dico, addico; in Dei arbitrium quantus quantus sum transii; sicut Deo placuerit, sic fiat. Hoc uno divinae voluntatis clypeo diaboli tela omnia eluduntur: sic vincitur disputator ex Orco, sic sua homini tranquillitas conservatur. Ad uberiorem autem divinae voluntatis notitiam plurimum conducet, arbitror, sequens praecipio.

Memorant virum tam eruditum quam pium, morti

Bern. serm. 62. in Cant. Quomodo voluntas nostra divinae subjici debeat, mihi pag. 402.

Pal. 118. Domine, & non est illis scandalum. Ergo quod certum est cum ille, similiter execremur & nos: quod autem incertum est utrum velit aut nolit, neque velimus ex toto, neque penitus non velimus.

Cognitio divinae voluntatis dubiis omnibus occurrit.

Orationis formulae, prius Dominicae passivae, Dom. 4. post Pentecost.

† Psal. 142. vers. 10. * Act. c. 9. vers. 6.

Occurrit callidissimis diaboli quaestionibus.

Jam Jam Jam

manus de
Sanctis, mi-
hi pag. 443

Virtutum
omnium
summarium
quod.

Quis mo-
dus cogno-
scendæ di-
vinæ vo-
luntatis.

Coloss. c. 1.
vers. 9.
1 Pet. c. 1.
vers. 10.

Ex permis-
sione sci-
mus Deum
velle.

August. 10. 3.
in Enchirid.
cap. 100. ad
Laur. Roma.
Primitie.
1 Pet. 110.
vers. 2.

Deus non
vult cul-
pam, sed
pœnam.

August. in
1 Pet. 36. sine
tunc cen-
turi.

jam vicinum ab amicis & cognatis rogatum hoc modo: Quandoquidem ad eternitatis ostium jam staret, & ad illas oras, ubi placidissima quies, pararet abitum, hoc unum se rogare, sui aliquod monumentum relinqueret. Non abnuo, inquit æger, hanc rem vobis gratificari paratus sum. Multa de Deo deque virtutibus me disse-ruisse memini, nunc dissertationum mearum omnium epilogum, imò virtutum omnium Summam, omnis doctrinæ breviarium dabo. At scitote, sæpe nobis exiguum videri, quod ad divinam æstimationem maxi-mum est. Virtutum ergo summarium hoc est: Omnia quæ nobis Deus evenire permittit, æqualiter ab illius manu accipere, nec aliud unquam velle, quam omnia ad divinæ voluntatis perpendicularum facere. En, cognati optimi, hæc omnium virtutum epitome, hoc summa-rium est: omnium virtutum. Sed quaeritis forsitan, quis modus sit divinæ voluntatis in rebus omnibus cogno-scendæ? Modum ergo hunc habetote: Si quis in omni-bus ita se affectum sentiat, ut si Dei voluntatem perfec-tam haberet, eam sine morâ sequeretur promptissime; hic à Dei voluntate non facile aberrabit; implebitur agni-tione voluntatis Dei, & voluntas Dei in manu ejus dirigetur. Et quod talis à ratione & conscientia sæpe se impelli ac-trahi persenserit, eò vocantem Deum securè sequetur: modò impulsus isti nil à factis paginis, aut Ecclesiæ legi-bus alieni suadeant.

Sed hic illud objeceris, quod plurimos pessimè an-git: Et unde, a-junt, scio Deum & hoc, & istud, & illud velle? Tunc sanè scis, mi Christiane, & hoc, & istud, & illud Deum velle, cum cernis permittere: si nollet, non permitteret. An Deus nolit, quod ab æterno permittere decrevit? Locupletissimum produco testem Augusti-num, qui dilucidissimè: Deus, inquit, quasdam voluntates suas utique bonas ita implet per malorum hominum volunta-tes malas, sicut per Judæos malevolos bonâ voluntate Patris Christus pro nobis occisus est. Propterea magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates ejus, ut miro & messa-bili modo non fiat præter ejus voluntatem, quod etiam contra ejus sit voluntatem, quia non fieret si non sineret, nec utique no-lens finit, sed volens. Nec sineret bono fieri malè, nisi omnipo-tens etiam de malo facere posset bene. Observa hoc, mi Chri-stiane: Non fieret, si non sineret, nec utique volens finit, sed vo-lens. Quod ergo vides vel audis Deum permittere, scias velle. At dices: Etiam peccatum permittit Deus. Ita est; sed non ignoras in omni peccato culpam & pœnam, velut duos vermiculos in putrido dente, aut curiosâ tra-be delitescere; culpam non vult Deus, sed certè pœnam; & ita quidem, ut omnem omnino pœnam non tantum in nos statuatur, sed eâ nos ipse afficiat. Hinc sæpissime peccatum punitur peccato: ita per facinus Abalonis in-cesti punitum est crimen Davidis adulteri. Eadem est ratio ceterorum.

Hanc eandem divinæ voluntatis cognitionem pro-moveret illud Siracidæ præceptum: Omne quod tibi appli-catum fuerit, accipe. Quid enim tibi poterit manus tui amans, & sapiens imponere, quod tibi non conveniat? Rex cæli pater tuus est, sapiens est, bonus est, omnia po-terest: cur in te permittit, nisi quod è re tuâ sit? Hoc ergo quod tibi fuerit applicatum, qualecunque demum & à quibuscunque applicetur, id divinæ voluntatis esse scito, & ideo quam agnoscis, hanc & sequere voluntatem. Memento, ne ea quæ fiunt, velis arbitrari tuo, sed ita fieri, prout fiunt. Peccatum deme rebus contingentibus, & in omnibus providentiam ac voluntatem divi-nam facile agnosces. Optimè Augustinus: Acquiris, in-quit, pecuniam, perdis innocentiam, & vide directionem quâ dirigit te Deus, ut omnia quæcunque vult, velis & tu ipsa enim est directio. Quocirca prudētiz aut providētiz suæ nemo fidat: Medicus quidem, ait Tullius, ingravescentem morbum ratione providet, insidias Imperator, tempestates gu-bernat, & tamen ipsi sepe falluntur, qui nihil sine certâ ra-

tionem opinantur. Incerte sunt providentia nostra, incertissima: Sap. cap. 9. Neminem fallit, nunquam fallitur divina providentia. vers. 14.

§. I. I. Humane voluntatis ad divinam
CONFORMATIO.

Voluntatem divinam nosse non satis est, oportet & facere. Servus qui cognovit voluntatem domini sui, Luc. cap. 12. & non preparavit, & non fecit secundum voluntatem ejus, va-pulabit multis. Re etâ sequitur divinæ voluntatis notitiam humanæ cum illâ Conformatio. Sanctissimam Dei vo-luntatem agnoscis: ergo & amplectere, & tuam illi sub-junge. An forsitan hoc expectas, ut illa se tua subjiciat & conformet? Frustra es. Deus operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. Er fac velle hoc Deum, quod tu vis, tuo id damno veller. Non potest esse bona volun-tas, quæ non convenit cum omnium bonarum volunta-tum normâ & regulâ. Fundamentum est immobile: Pax hominibus bona voluntatis: at non potest non esse bona, quæ convenit cum optimâ voluntate.

Fit quandoque ut materfamilias hypocaustum repe-riat plus æquo calefactum, putetque balneum se ingres-sam, non cœnaculum. Hinc bona mulier tota in fer-mento esse, & in ancillam bilem omnem effundere; stomachosis etiam vocibus sic illam objurgare: Ecur, improba, hypocaustum sic calefecisti? ad cœnandum huc convenimus an ad lavandum? quid opus frustra consumere lignorum tam grande pretium? utrimque nocet, & nobis, & lignis. At ancilla: Ne indigneris, in-quit, ô domina, ita imperavit herus. Illa, mox ubi he-rum ita fieri voluisse audit, restingit bilem, & mitius lo-quitur, calorémque, ingratum aliàs, discit non sentire. Atque hic finis est pugnæ in verbosissimam litem alio-qui protrahendæ. Tanti est illud unicum respondiße: Herus ita voluit. Idem nobis, in adversis omnibus man-fuetum silentium persuadeat, hoc unicum cogitasse: Deus ita voluit.

Eleganter & verè divus Prosper: Nec aliquid in nobis, Prosper. in inquit, libera voluntas melius agere potest, quam ut illi se com-mendet, qui malè agere non potest. Quæ cum ita sint, nihil rectius aut melius facere possumus, quam invictæ Dei voluntati nostram penitus submittere, nec aliud un-quam in animum admittere quàm quod Heli sacerdos dixit: Dominus est, quod bonum est in oculis suis faciat. Pleni-sima philosophiæ verba, vocat hoc effatum Chryso-stomus, quo seipsum Heli ad omnem æquanimitem, etiam in adversis animavit. Bene hoc quidem Heli, sed optimè Christus: Pater, si vis, transfer calicem istum à me, sed verumtamen non mea, sed tua voluntas fiat. Prima petitio in-firmitatis fuit, altera virtutis: illud, inquit Leo, optavit ex nostro, istud elegit ex suo, ut superiori voluntati cedat inferior. Fiat voluntas tua. Hæc vox Christianos instruit, hæc mar-tyres accendit, virgines confirmat, certantes animat, pusillanimes roborat, jacentes erigit, mœstos recreat, afflictos sanat. Tandem à Christi voce illorum omnium vox una est: Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bi-bam illum, fiat voluntas tua. Hic præstantissimus Dei cul-tus est, cum divinæ voluntati nostram penitus accom-modamus, & in eâ conquiescimus immobili & imper-turbatâ tranquillitate, sive prosperis nos Deus exciret, seu adversis emendet. Hoc enim est quod assidue peti-mus: Fiat voluntas tua, sicut in calo, & in terrâ. Neque enim solum precamur, ut Dei voluntas fiat à nobis, exequen-do quod jussit, sed etiam de nobis, & in nobis, susti-nendo quidquid immiserit. Et hoc puri Patres exerci-tium magnum vocabant, à Dei manu omnia accipere, quod Jobus & David exactissimè præstiterunt. Ille: Do-minus, inquit, dedit, Dominus abstulit, Sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum. Perinde si di-cat: Dominus ista commodavit, nec à se abdicavit do-minium; quod ergo sum est, reperere potest, si ille be-nedictus; illi agantur gratiæ. Nec aliter rex David: Bene-

dicam, Matt. c. 26. vers. 42. Math. c. 6. vers. 10. 1 Job cap. 1. vers. 21. 1 Reg. c. 3. vers. 18. Chrysost. l. 3. contra vitia per vita monast. Luc. cap. 22. vers. 42.

Bion interrogatus, quis in vitâ maximè videretur anxius: Illum arbitror, respondit, qui in maximis rebus cupit esse fortunatus; mille curis angitur ut assequatur quod optat, affectibus torquetur ne amittat. Nimirum habere satagimus, non adepti dolemus, adepti timeamus; movent erepta, sollicitant eripienda. Quisquis autem integrè divinæ se voluntati permittit, hinc & hinc liber est: nec enim angitur quid acquirat aut perdat, sed quid Deus perdere se velit vel acquirere. At quomodo scit Deum hoc vel illud velle? Jam dixi: Quia cognoscit permittit. In hanç Dei permittentis voluntatem sic pridem transfudit suam, ut si omnia Orbis mala in se tantum conjurer, hanc tamen illi ereptura non sint liberrimam vocem: Fiat voluntas Domini. Admirandum hoc animi robur, & quæ inde sequitur, tranquillitas inalterabilis. Sed ordine videamus hujus in divinam voluntatem devotionis commoda.

Primum. *Pax & gaudium ingens. Quis restitit ei & pacem habuit?* Rectè Augustinus: *Fecisti nos Domine ad te, inquit, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.* Proinde saluberrimum Jobi consilium est: *Acquiesce ei* (conformando tuam ad illius voluntatem) *& habeto pacem, & per hac habebis fructus optimos.* Cui convenit pium illud monitum: *Dixi tibi sepius, & nunc iterum dico: Relinque te, resigna te, & frueris magnâ internâ pace.* Nihil profectus tam acerbum est, in quo æquus animus solatium non inveniat: Quod autem in hoc Orbe majus uspiam possit esse solarium, quàm sanctissimam Dei voluntatem in rebus omnibus amantissimè complecti? Adhibeamus modò rationem difficultatibus, & nostram divinæ voluntati per omnia subdamus, hac unâ ratione facillimè possunt & dura molliri, & angusta laxari, & gravia scitè ferentes miâus premere. Omnia nobis & facilia & jucunda, modò nos in omnem Dei arbitratum dedamus.

Secundum. *Singulares Dei ductus in rebus omnibus.* Nam qui aded liberaliter divinæ voluntati se totum permittit, ut nil ardentius cupiat, quàm illam in rebus omnibus & nosse & sequi, hujus certè vita momentis singulis sic à Deo temperatur & regitur, ut pæne in omnibus videat quid velit Deus, & ut omnia in suum cedant bonum. De Josepho Ægypti prorege hoc asseritur: *Fuit Dominus cum eo, & erat vir in cunctis prosperè agens: habitavitq; in domo Domini sui, qui optimè noverat Dominum esse cum eo, & omnia quæ gererentur ab eo, dirigi in manu illius.* Ita fit profusus: homo divinæ voluntati deditus, ac devotus, in cunctis actionibus singulariter manu divinâ ducitur, & dirigitur ad intelligendam & exequendam Dei voluntatem.

Tertium. *Singularis animi demissio & constantia.* Cùm enim hic talis, non mutabilibus rebus suam voluntatem applicet, sed immutabili Deo affigat, ac cum eo sic unus efficiatur spiritus, ut velit quod Deus vult, nolit quod ille non vult, quàmvis caduca hæc & mortalia labantur, & fluant, & mutantur, & pereant, ipse tamen stat semper idem, sicut idem est cui perperud inhæret. *Mundus transit & concupiscentia ejus* (inquit Joannes) *qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum.* Venustè Bernardus: *Erīs, inquit, inter adversa & prospera mutabilium temporum, tenens quandam æternitatis imaginem, utique hanc inviolabilem, & inconcussam constantis animi equalitatem, benedicens Dominum in omni tempore, proindeque vendicans tibi, etiam in hujus mutabundi seculi dubiis eventibus, ceterisq; defectibus, perennis quodammodo incommutabilitatis statum, dum te cæperis renovare & reformare, in insigne illud antiquum similitudinis æterni Dei, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudo obumbratio: quippe sicut ipse, ita & tu eris in hoc Mundo, nec in adversis timidus, nec in prosperis dissolutus.* Constantiam representantur, rupem pingunt marinis fluctibus cinctam, cum inscriptione: *EADĒM SVM SEMPER*: Homo divinæ voluntati devotus hoc idem

A dixerit in omni sorte. Deprimunt adversa? *Idem sum.* Extollunt prospera? *Idem sum.* Flagellat Deus? *Idem sum.* Solatur? *Idem sum semper.* *Qui facit voluntatem Dei manet in æternum.*

Quartum. *Felix & sue, & aliene salutis procuratio.* Qui sui sensus ac propositi tenax est, cùm se non faciat aliò finat inflecti, multas necesse est sibi vias obstruat, & opportunitates rectè agendi intercipiat. Neque tantum seipsum, sed & alios impedit, quò minùs ad optatum finem pertringant. Nihil detentis quàm sic esse sumi: *Va filii desertores, clamat Isaias, ut faceretis consilium & non ex me, & ordiremini telam, & non per spiritum meum.* Vultis esse vestri: sinam esse, sed in supplicium. Nam brevi nec vestri eritis nec mei. Homò cerebrosus, & sui arbitrii, non raro aliis, sibi sepius & molestus, & noxius est. At verò qui non suo semper iudicio stare, nec suo vivere ingenio cupit, sed se ad omne unius divinæ voluntatis momentum librare novit, hic & sibi metipsum semper, & aliis prodest sepius. Nam in omni eventu, etiam pessimo ac turbatissimo, exempla is suppeditat optima omnigenæ virtutis, neque enim aliud ferè audietur dicere quàm hoc unum: *Sicut Dominò placuit, ita factum est, fiat voluntas Domini.* Ita quò eum Deus vocat, advolat, & quò avocatur, revolat; nec aliter quàm rex David loquitur: *Si autem dixerit mihi: Non places, præsto sum, faciat quod bonum est coram se.*

Quintum. *Fastigium & culmen est Christiana perfectio.* hæc humanæ voluntatis cum divinâ Conformatio. *Fructus enim lucis est in omni bonitate, & justitiâ, & veritate.* probantes quid sit beneplacitum Deo. Nimirum, hoc primum hominis Christiani studium est, exquirere quid velit Deus, quæve ratione sanctissima Dei voluntas colenda sit, & exequenda; ut in re qualibet, & quovis momento, cum Paulo dicat: *Domine quid me vis facere?* & cum Christo, *Fiat voluntas tua* de me, in me, circa me, per me, tam in vitâ quàm in morte, tam in tempore quàm in æternitate. De hoc tali homine Chrylóstomus: *Melior est, inquit, unus faciens voluntatem Domini, quàm in numeris peccatores.* De hac tali mente Isaias: *Vocaberis, inquit, Voluntas mea in eâ, quia complacuit Domino in te.* Qui virtutibus omnibus studere vult compendio, hoc agat: suam voluntatem affigat divinæ, & jam virtutes omnes perdidicit. Multum facit, qui rem bene facit, optimè facit, qui promptius divinæ quàm suæ se voluntati subjicit. Hoc est quod Orbis ecclesiastes Paulus tantâ sollicitudine urget, quod tantâ diligentia commendat, quod suorum auribus roties inculcat, &, *ideo, inquit, & nos ex quâ die audivimus, non cessamus pro vobis orantes & postulantes, ut impleamini agnitione voluntatis ejus, in omni sapientiâ, & intellectu spirituali, ut ambuletis dignè, Deo per omnia placentes, facientes voluntatem Dei ex animo.* *Vt stotis perfecti, & pleni in omni voluntate Dei.* Idem hortatur Augustinus: *Stantem te, inquit, inveniat omnis casus.* Verè stat, & omnem calamitatis impetum impavidus excipit, qui

D suam divinæ voluntati jam transcriptit: Stantem hunc inveniunt omnes casus. Mentem divinæ voluntati adstrictam nullæ hostium vires avellant. Fare, age Susanna, quid pateris, quibus in periculis luctaris? *Angustia mihi sunt undique: omnibus rebus urgeor; me plurima depressum eunt, timor, sollicitudo, horror, angustia; undequaque affluunt.* Sed quid dicis, aut quid agis sic anxia animi, atque incerta? *Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quàm peccare in conspectu Domini.* O vocem plusquam virilem, ò constantiam invincibilem! Susanna judicat suavius esse mori, quàm divinæ voluntati non obsequi: In quacunque, ait, angustias adducar, quibuscunque calumniis infâmer, quocunque mortis genere afficiar, nihil quidem ego, præter tuam, mi Deus, voluntatem ante oculos statuo; satius est millies perire, quàm voluntatem tuam vel semel deferere. En, ò Christiane, Virtutum Panopliam in feminâ! Stantem invennerunt Susanna

Comoda conformationis in divinam voluntatem. 1. Pax & gaudium ingens. Job cap. 9. vers. 4. August. l. 1. consil. c. 1. Job cap. 22. vers. 21. Thomas 1. 2. 2. cap. 37. n. 2.

2. Singulares Dei ductus in rebus omnibus.

Genes. c. 39. vers. 1. & 3.

1. Singulares animi demissio & constantia.

1. Joan. c. 2. vers. 17.

Bernard. serm. 21. in Cant. circa med.

Qui facit voluntatem Dei tenet æternitatis imaginem.

4. Felix & sua, & alienæ salutis procuratio.

Isaias c. 30. vers. 1.

Homo sui arbitrii est aliis noxius.

Job cap. 1. vers. 21.

2. Reg. c. 15. vers. 26.

5. Fastigium & culmen est perfectionis Christianæ.

Ephes. cap. 5. v. 9. & 10.

Act. cap. 9. vers. 6.

Matth. c. 6. vers. 10.

Chryl. to. 3. homil. 8. in Act. Apost.

Isaias c. 62. vers. 4.

Coloss. c. 1. v. 9. & 10.

Cap. 4. vers. 12. August. in Psal. 86.

Dan. cap. 13. vers. 22.

Ibid. v. 23.

Sufannam mæstiffimæ casus. Animus divinæ voluntati devotus supra omne omnium malorum imperium est: fastigium & culmen attingit, ubi semet in divinæ voluntatis sinum suaviffimè infudit.

Blos. Favr. 173ii. mihi pag. 542. In afflictionibus, non est querendū solatium in creatura.

Præclare abbas Lærentis Blosius: *Quando nobis Deus, inquit, presentia sua consolationem subtrahit, adeoque se à nobis elongat, ac sinter ipsam & nos densiffimus murus interpositus sit, quando item nos in angustiis, afflictionibus ac miseris nostris veluti relinquit. (sicut Christus à Patre suo relictus fuit) & perinde nos, quasi fugientes ad se neque videre neque audire vellet, solos certare sinit: tum in ipsâ nostrâ desolatione immobiles permanere, & in nullâ mortali creaturâ vel negotio solatium querere debemus, nisi in illo dumtaxat verbo, quod & Christus ipse dixit: Fiat voluntas tua. Hoc verbum & jucundiffimum, & Deo gratiffimum est. Beatus qui illud ex animo tunc dicere potest. Et hæc humanam voluntatem cum divinâ conformatam emolumenta comitantur. Sed quia non desunt quæ impediunt, ideo tertio quartus liber adnectendus fuit.*

§. IV. Humanæ voluntatis ad divinam conformandæ IMPEDIMENTA.

Voluntas humana non consentiens cum divinâ est summum hominis malum.

Voluntas humana terriorem in Orbe pestem nulam invenit seipsâ. Hæc illa remora est, & omnium graviffimum impedimentum, quo minus divinæ voluntati se subdat mens humana. Summum hominis malum, voluntas propria, non consentiens cum divinâ. Cùm intellectum & voluntatem arctiffimum amicitia vinculum copularit, in proclivi est, si voluntas cuiuspiam rei cupiditate flagret, intellectum non solum ad consentiendum, sed etiam ad comprobandum, quod cupit, induci. Est enim intellectus tanquam Jureconsultus, qui blanditiis & numis corruptus leges explicat non ad mentem legislatoris, sed ad votum largientis: ita voluntati difficile non est, intellectum in suos errores quâdam familiaritatis suavitate deducere. De propria & malâ voluntate scitè Anselmus: *Solus Deus, ait, quidquid vult, debet velle propria voluntate, ita ut aliam, quam sequatur, non habeat super se. Cùm igitur homo vult aliquid per propriam voluntatem, Deo aufert quasi suam coronam: sicut enim corona soli regi competit, sic propria voluntas soli Deo: & quemadmodum regem graviffimè læderet, qui coronam ei auferret, sic homo Deum plurimum offendit, qui sibi rapit quod Deo convenit. Sed sicut propria voluntas Dei, fons est & origo totius boni, ita propria voluntas hominis totius est exordium mali. Ita est profusus, nihil impedimentorum deest, ubi propria voluntas adest, mille sunt obstacula, cùm unica voluntas claudicat.*

Ansel. simil. cap. 8.

Ah, quid resistimus miserî, quod minus nos ultro dedamus Deo, & constituamus nostram in divinâ voluntate? Omni jure divinæ voluntati obligatiffimi sumus. Quidquid enim sumus, non uno sed plurimis nominibus Dei sumus, velimus nolimus. Ille nos condidit, ille reparavit, ille adhuc conservavit. Illi debemus nos omnes ut Conditori, ut Liberatori, ut Conservatori. Servi sumus & naturâ, & emptione. Et nos scilicet præscribemus Deo, quid de nobis statuere debeat: suâ re non uteretur Deus arbitrato suo, sed libidine nostrâ? Quid præposterum magis? Quapropter si esse volumus, qui esse debemus, ministri Dei, nutu & arbitrio illius omnem vitam, & singulas vitæ actiones instituire nos decet, ita quidem, ut Dei voluntate non probante, nec pedem, neque digitum moveamus; sed hoc unum summo studio agamus, ut ad amuffim & perpendiculum divinæ voluntatis omnia perficiamus, idque quantâ possumus animi alacritate. *Eccè, sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum ita oculi nostri vigilent, ut universos nutus & indicia divinæ voluntatis observent. Itè degeneres, itè spuria vitulamina, si vestris vos placitis & arbitrio delectet vivere; nimis grande hoc servi supercilium est, & intolerabilis arrogantia, si ea tantum man-*

Psal. 122. vers. 2.

A data velit persequi, quæ sibi probantur, & allubescunt. Et quid indignius, quam ut homo Christiani sanguinis, qui quotidie rogatur, ut Dei voluntas à se & in se perficiatur, suam tamen audeat divinæ voluntati antepone-re, velitque certo judicio, quæ patiendæ sunt, sibi deligere, illis aut illis miseris involvi se sinat, non aliis; illac tenuis calamitosus fieri sustineat, non ultra. O nimis emunctæ naris, & perfrictæ frontis homines! Si molestiæ ac crucces essent, quales nos esse vellemus, cruces non essent. Si Deo velis serid placere; hoc tibi ab ipso petendum, ut te ducat quod ipse judicat & vult, non quod tu putas & vis. Periculosum impatientiæ genus est, cùm nobis ipsi eligimus, quæ toleranda censemus, perinde si dicamus, ut quandoque etiam dicimus: *Hoc patiar, hoc non; istud tolerabo, illud minimè.* Non hoc servorum est, sed Domini. Rectè Augustinus: *Optimus, inquit, minister tuus est, qui non magis nititur hoc à te audire, quod ipse voluerit, sed potius hoc velle, quod audierit.*

August. l. 10. confess. cap. 26.

Plato in Critone.

B Damnat non immeritò Plato illam vulgi precatorem: *Deus det tibi quidquid velis: Imò nunquam det, inquit, sed faciat ut velis quod ipse vult. Hæc enim est pura religio: sic te religes Deo.*

Hoc ergo summâ voluntate conemur, ut ad Dei arbitrium nos totos fingamus; instar mille legum sit, unicuique Dei VELLE. Suavia sint an acerba, cùm à Deo sint, sine reculatione omnia, & sine exceptione perferenda sunt. Quidam divinæ voluntati se dedunt sed cum exceptione, pæne ut priores illi. De his optimè religiosiffimus scriptor. *Quidam se resignant, inquit, sed cum aliqua exceptione: non enim plene Deo confidunt, ideo sibi providere satagunt. Quidam etiam primò totum offerunt, sed postea tentatione pulsati ad propria redeunt, ideo minimè in virtute proficiunt. Domine, quoties me resignabo, & in quibus me relinquam? Semper & omni hora: sicut in parvo, sic & in magno; nihil excipio. Alioquin quomodo poteris esse meus, & ego tuus, nisi fueris ab omni propria voluntate, intus & foris spoliatus?*

Thomas de Kempis l. 3. cap. 37.

C *Quantò celeris hoc agis, tantò melius habebis: & quantò plenius & sincerius, tantò mihi plus placebis, & amplius lucraberis. Si enim voluntas prompta est, secundum id quod habet accepta est, non secundum id quod non habet; dixit beatus Paulus hoc sensu. Vis & meritum virtutis in prompto voluntatis studio consistit, non in magnitudine factorum aut numero. Hinc eleganter beatus Leo: Subinde, inquit, aquatur merito, qui distat impendio, quia potest par esse animus, ubi dispar est census. Et Anselmus: Hic omnes, ait, tam pauperes quam divites equaliter dant, si quisque ex tanto det quantum habet. Ut ergo seria sit & efficax voluntas, in actum sese ita exerat, secundum id quod habet, ut pro viribus aut opibus det, aut faciat quod potest, alioqui tantum velle, non robusta censebitur voluntas. Volumus subinde sed languidiffimè, & sine omni nervo. Sic olim *Isaia c. 58. Deus per Isaïam queritur: Scire vias meas volunt, quasi gens que justitiam fecerit, & iudicium Dei sui non dereliquit: rogant me iudicia iustitia: appropinquare Deo volunt. En egrè**

2. Cor. c. 8. vers. 12.

Leo ser. 4. de jejuniis 10. missis.

D *Scire vias meas volunt: In consilia & decreta divina, eorumque rationes inquirunt, quare permittat Deus populum in Babylone detineri, & indigna pati; mirantur jejuniis se atteri, & à Deo non audiri: quin etiam appropinquare Deo volunt, non vitæ sanctimoniam, sed ut cum eo disputent, ejusque iudicia examinent, & in jus vocent. Horum hominum hodiè affatim est, qui semper queruntur malè secum agi: cùm enim caduca bona inhiant, iniquè ferunt, ea sibi non largiffimè à Deo suppeditari; inter divinæ voluntatis cultores censeri volunt, sed volunt frigidiffimè; neque enim ad Dei voluntatem, quam jaçant, suam applicant. Proximus est nolenti, qui vult tam frigidè.*

Ho. cap. vers. 6.

Bona iudicia in cœtu nosteri sed Deo providiunt.

Propr. e. vers. 31.

Joannes frater natu major, vir religiosiffimus dicere solebat: *Volumus esse humiles, sed sine despectione; patientes, sed sine tribulatione; obediētes, sed sine*

Joan. Buisch. de Vir. illust. v. 126. des. cap. 35.

Isa. 64. vers. 5. Hinc. vers. 6. Rom. 1. 10. 10.

Joan. in Eccl. lib. 6. vers. 7.

Ho. cap. vers. 6.

Bona iudicia in cœtu nosteri sed Deo providiunt.

Propr. e. vers. 31.

Aug. 1. 1. 10. 10.

Joan. Buisch. de Vir. illust. v. 126. des. cap. 35.

conformatione, pauperes sed sine defectu, virtuosos, sed sine labore; penitentes, sed sine dolore; Volumus laudari, sed sine virtute; amari, sed sine bonitate; honorari, sed sine sanctitate. Sic vel le non multo dignius est quam nolle. Sic quandoque vivere nolumus, nec tamen volumus mori, ut jure nobis objiciat Angelus, quod illi mortem deprecanti: Pati timetis, exire non vultis, quid faciam vobis? Quid hic respondere par sit, Bernardus docet, & voce præit: *Vivere erubescio, quia parum proficio, & mori timeo, quia non sum paratus.* Paratissimus eris, mi homo, si tuam divinam voluntati delegaveris. Proinde sibi quique persuadeat: Hæc mihi iusto Dei judicio, aut in delictorum pœnam, aut in virtutis exercitationem, aut præmii augmentum, eveniunt. Sanè qui certò in animum suum indixerit, à Deo optimo parente sive immittente, sive permittente, hæc omnia provenire, gaudebit adversis, nec homini aut hosti ea imputabit, sed divino favori.

Ecquid obsecro luctamur, quin nos voluntati Dei quàm integerrimè impendamus? *Væ qui contradicit sibi* B
cori suo, testa de Samitis terra. Nunquid dicit lutum figulo suo
quid facis? Ecce sicut lutum in manu figuli, ita & vos in manu
meâ. Nunquid dicit figmentum ei quæ se finxit: Quid me feci-
si sic? An non habet potestatem figulus lutum, ex eadem massa
facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contume-
liam? Quid igitur, ô lutum, ô testa Samia, figulo tuo res-
istis, cur non divinæ voluntati te formandum plenissimè
committis? Cedamus seu volenti, seu nolenti Deo,
moniti sequamur meliora. Tam præclare quàm verè
dixit ille apud Moguntinos in æde summâ ecclesiasticæ:

Nisi cor nostrum se immergat in divinam voluntatem ac be-
neplacitum, nunquam potest amaritudinem suam expellere.
Animum nostrum modò hæc, modò alia torquet amaritudo.
Hic malo frustra medemur, frustra proorsus, nisi penitus, prout
infruemur, in divinam voluntatem immergamur. Qui be-
nignam & amantem Dei voluntatem spreverit, justam
sentiet.

S. V. Humana voluntatis-cum divinâ conformanda
 ADIVMENTA.

PRincipem hic locum tenent, divina providentiæ cogitatio, & quæ ex hac oritur, conspiciens in Deum fiducia. Seria cogitatio de Dei providentiâ, unicum est remedium adversus innumeras easque stultissimas hominum sollicitudines. Quid enim vero stultius, quàm à Deo optimo Maximo minima non sperare, qui maxima ultro largiatur? Millies & repetendum, & inculcandum illud Jobi: *Nihil in terrâ sine causâ sit, nihil, nihil, nec etiam quidquam rerum minutissimarum.* Eternæ providentiæ manus hæc omnia versat sapientissimè. Non casu nobis mala eveniunt, neque è terrâ germinant ut herbæ. Ab alto sunt omnia. Eam quam aliqui fortunam fingunt, nos altissimam Dei providentiam agnoscimus. Divinæ providentiæ consilia sunt abscondita quidem, sed justissima; sunt à divinâ providentiâ rerum progressus occulti, sed certissimi. *Sortes mittuntur in sinum, sed à* D
Domino temperantur. Dum hic vivimus, sortes nostræ velut in sinu vel urnâ videntur esse incertæ, dum eas mors extrahat: sed tamen quod alii præ aliis ad opes, ad honores capeffendos evocentur, non fortunæ est, sed providentiæ Dei, qui cuncta & vel minima quæque sic temperat, ut illis sors felicitatis obtingat; hi cæ excidant, non casu, sed Dei certissimâ ordinatione. Augustinus hoc altruens: *Non sit aliquid, ait, nisi omnipotens fieri velit,*
vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo. Ideo rex David tantâ fiducia: *Ego autem, inquit, in te speravi Domine, dixi, Deus*
meus es tu, in manibus tuis sortes mee: Omnes vitæ mortif-
 que vices à tuâ pendent providentiâ & voluntate; non vivam, nisi quamdiu tu volueris, non moriar, nisi quando tu quoque volueris; vivendi ac moriendi sors omnis in tuâ manu versatur.

Sigifimundo Imperatori annis compluribus famulus

fuit, qui sapiens forte sortis suæ graviter indignabatur; & verò rem indignam esse, servos optimè meritos, tam parum liberaliter haberet; in eos tantum spargi munera, qui jam antea opibus affluerent; ceteros tot annorum servitio exhaustos vix ullis unquam munusculis hilarari; præposteram hanc esse liberalitatem, quæ in vasa jam plena effunderet. Inaudiit Cæsar se ab aliquo suorum perstringi: Ut ergo dicacitatem hominis mitissimâ objurgatione corrigeret, & os satis importunum obstrueret, hoc ingeniosè commentus: Pyxides duas parari jussit æqualis omnino formæ ac magnitudinis, & illam quidem auro, hanc plumbo impleri, pari tamen pondere præcepit. Jamque accersitum hominem humanius affatus: *Ut scias, inquit, non mihi beneficiendi animum, sed tibi gratiam accipiendi beneficia defuisse:* En tibi duas has pyxides, utramque plenam, unam auro, plumbo alteram, tu jam liberrimè quam velis, elige; alterutra tua est: ea enim quam abdicaveris, proximo cuique dabitur. Ergo age, res tui arbitrii est. Hic miser æstuare, modò hanc, modò illam pyxidem curiosissimè contemplari, jamque istius, jam & alterius pondus manu explorare, sed æqualissimum deprehendere, nec ullum auri aut plumbi vestigium reperire, sic incertus & anxius diu deliberare, & nihil magis, quàm plumbeam paupertatem perhorrescere. Arrecto demum animo, velut si auream fortunam jam manu teneret: Augustissime Imperator, inquit, hanc retinebo. Retinebis, ait Cæsar, hanc ipsam, & tibi gratias ages, si potuisti non errare. Protinus aperta est pyxis illa post longum examen delecta, quæ cum plumbum exhiberet, Imperator occasionem nactus: *Vides, inquit, tuæ paupertatis causam mi homo, non mihi, sed divinæ providentiæ adscribamus?* Hic tibi non Cæsaris, sed Dei voluntas defuit: Si Deus annuisset, hunc errorem tua manus non commisisset. Optimè igitur rex David: *Dixi, ait, Deus meus es tu, in*
manibus tuis sortes mee: omnes vitæ meæ periodi, quin ind-

C singula momenta sic à Deo reguntur, & ordinantur, ut omnia, si quidem ego ipse velim, in meum cessura sint bonum. Eadem in hoc omnium hominum est ratio. Augustinus verissimè: *Nihil sit, ajebat, nisi à totius crea-*
tura amplissimâ quadam immensâque Republicâ, quod non semel apud
de summi Imperatoris aulâ aut jubeatur, aut permittatur, Profl.
secundum ineffabilem justitiam premiorum atque pœnarum.

At nos incautissimi oris, & nullius ferè providentiæ homines, modò culpam diabolo impingimus, modò hominis illius negligentiam, modò imprudentiam istius, modò quorundam malevolentiam accusamus; jam æmulatorum invidia (ut putamus) nobis obstruit, jam cognatorum fraus impedit, jam cessant amicorum subsidia, jam miseræ nostræ causâ est domesticorum nequitia: Nunquam desunt in quos causam & culpam transferamus; & cæci divinam providentiam rebus omnibus maximis minimis moderantem non suspicimus.

Quid homines accusamus, ô homines? *Homo, inquit* Aug. in
 Augustinus, *nil potest in hominem, nisi Deus illi det potesta-* psal. 32.
tem. Equè parum in nos possunt diaboli, ceteroqui ad hæc inferiora miscenda, turbanda, evertenda potentissimi. Sed illos Deus velut rabidos canes sic constrictos tenet, ut sine permissu divino, ipsi nihil sint, nihil possint, nec porcos quidem insidere, nisi annuente Domino. Hanc Dei providentiam Jobus accuratissimè agnorat, ideo tantis gratiarum actionibus ærumnas suas salutavit. Jobo certè diaboli, & omnes hostium cunei, non tantum non ovium greges, sed nec unius oviculæ flocculum rapere potuissent, nisi Deus singularem ejus rei licentiam dedisset.

Quid, quod eadem hac Dei providentiâ decernente, omnia etiam rationis expertia tantâ ratione in suos quæque fines tendant, ut ab omnibus divinæ voluntati obtemperet exactissimè. Sine divinæ providentiæ legibus nihil omnino nascitur, nihil denascitur aut perit. nihil

Isa. cap. 45.
 vers. 9.
 Hier. c. 18.
 vers. 6.
 Rom. cap. 9.
 vers. 21.

1am. Tertius
 in Ecclie-
 siâ, cap. 9.
 vers. 7.

Job cap. 1.
 vers. 6.

Bona &
 mala non
 casu nobis
 eveniunt,
 sed Dei
 providen-
 tia.

Prov. c. 16.
 vers. 33.

Aug. En-
 chiridion.
 lib. 4. cap. 56.
 Psal. 32.
 v. 15. & 16.

Co. p. Pen-
 in l. 11.

Ps. 30. v. 15.

Aug. in
 psal. 32.

Diabolus
 sine per-
 missu divi-
 no nihil
 potest fa-
 cere.

Omnia ra-
 tionis ex-
 pertia di-
 vina vo-
 luntati ob-
 temperant.

Solus homo legibus divinae providentiae se subtrahere conatur.

Math. c. xi. vers. 19.
Greg. lib. 6. mor. cap. 12.
Prov. c. 19. vers. 21.
Greg. ibid.

August. in Psal. 110.

Rem cap. 8. vers. 31.

1. Reg. c. 22. vers. 30.

Vide supra lib. 2. cap. 5. s. ult.

Bernard. serm. 3. in egi. Nativ. Domini.
Pf. 35. v. 18.

nihil movetur, nihil quiescit. Illa suis omnia finibus destinata, & singulis praedens inimicque insidens, propriam cujusque indolem format, per quam universa in congruas sibi functiones se dirigi sinunt. Et solus homo rationis compos, gubernationi & legibus providentiae divinae se subtrahere, aut illam ad suos calculos revocare conatur? Rem mihi dixisse visum est, qui temeritati humanae ingemiscens: Non est, aiebat, ullius artis aut scientiae discipulus tam rudis & miser, qui tot magistros, doctores, criticos, censores patiat, quos aeterna Dei providentia ac sapientia, quae justificatur a filiis suis. Verum, uti Gregorius loquitur, sapientes in sua sapientia, & astitit Dominus comprehendit, quando ejus consilium humana facta etiam tunc congrue servant, cum reserunt. Multae cogitationes in corde viri, voluntas autem Domini permanebit. Sic divinum consilium, dum devitatur, impletur; sic humana sapientia, dum reluctatur, comprehendatur. Et quamvis homo dum peccat, divinae providentiae legibus non pareat, hoc ipsum tamen non perpetrat sine lege providentiae, a qua vires accipit, quibus in suam perniciem abicitur, & ea finitur agere, quae absque permisso agere non posset: ita certis circumscriptur limitibus, ne aliter aut amplius male agat, quam Deo visum fuerit permittere. Pulcherrime Augustinus: Non sic, ait, constituta sunt opera Domini, ut creatura in arbitrio libero constituta, creatoris superet voluntatem, etiamsi contra ejus faciat voluntatem. Non vult Deus, ut pecces, nam prohibet, tamen si peccaveris, non putes hominem fecisse quod voluit, & Deo accidisse quod voluit. Sicut enim vult, ut homo non peccet, ita vult peccanti parcere, ut revertatur & vivat, ita vult postremo in peccato perseverantem punire, ut iustitia potentiam contumaciae non evadat. Ita quidquid elegeris, Omnipotenti non deerit, unde suam de te compleat voluntatem. Sic omnia profus intra providentiae divinae ambitum conclusa sunt, ut eam nihil usquam nec latentissima quidem, ac subtilissima cogitatio vincula possit effugere.

Hanc Dei providentiam agnovisse, est maximum gradum ad fiduciam in Deum fecisse. Cum enim divina providentia sic pascat aviculas, ut sua illis alimenta, cubilia, tegumenta dispertiat; sic vestiat fosciculos, ut suos illis odores, elegantias, colores distribuatur, quomodo filiorum oblivisci possit, quibus jus regni dedit? Cum ergo Deus maximam suorum, & pervigilem curam gerat, & nihil sine ipsius nutu & providentiae consilio fiat, non est quod quidquam timeamus vel hominum potentiam, vel daemonum terribilia, vel bestiarum saevitiam, vel quidquid uterque orbis terribilium minatur. Si Deus pro nobis quis contra nos? Nec unicuique nostris pilus laedetur, Deo non volente. Neque ille nobis quidquam ab ullo irrogari sinet, quod non cedat in grande bonum; modo ipsi nobis non desimus, & quascunque demum illatas injurias quo par est animo excipimus. Hac in Deum fiduciam imbutus David: In te, inquit, curram accinctus, & in Deo meo transiliam murum. Est aliquid, tam potentem & aetate jam fractum regem currere; longe plus est, indurum armis currere; vix credi potest eundem regem tanti esse animi, ut armis indutus velit etiam murum transilire. Nimirum has vires suggerit fiducia. Ita sanctus Ignatius verissime: Nescitis, inquit, quantas vires habeat magna in Deum fiducia. Adeoque in hoc praecipue nostra elaborare debet meditatio, ut hujus in Deum fiduciae quam altissimas radices agamus. Estque nobis ed usque enitendum, ut pro re quacunque nata, mox ad istud divinae providentiae asylum, seu munitissimam arcem, confugiamus ingenti cum fiducia. Ea de causa Bernardus omnibus viribus ad hanc fiduciam unumquemque nostrum excitans: Crede ergo te Deo, inquit, committe te ei, facta in eum cogitationum tuam, & ipse te enutriet, ut fiducialiter & fideliter dicas: Dominus sollicitus est mei. Neque enim hoc sapienter homines amantes seipos, curam carnis perscipientes desiderii, sur-

di ad vocem dicentis: Omnem sollicitudinem vestram projicientes in eum, ipsi enim cura est de vobis. Nam sibi quidem ipsi fidere, non fidei sed perfidiae est. Deo in omnibus fidere hoc virtutis est, & ita quidem fidere, ut nec scire quidem cupiamus, quid de nobis statuerit Deus. Quemadmodum opulentus dominus, ita domum suam fidei oeconomus committit, ut ipse quid suppellectilis domi habeat, jucundè ignoret, illud secum reputans, pauperis esse numerare pecus. Hoc in Aegypto Josephus de hero suo: Ecce dominus meus, inquit, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua. Hoc singularis in Josephum fidentiae argumentum erat. Ita profusus magnam in Deum gerit fiduciam, qui pie simul & eruditè nescire cupit, quid circa vitae mortisque suae periodos decreverit Deus, illud assidue versans animo, Deum & sapientissimum gubernatorem, & potentissimum regem, & optimum patrem esse, qui & providentissimè norit, & efficacissimè possit, & amantissimè velit, cum vera bona suppediet, tum vera mala avertere. Proinde huic uni & sapientissimo gubernatori, potentissimo regi, & optimo patri in omnibus sine omni trepidatione plenissimè fidendum esse. Ruar jam Orbis, & ridebit homo sic fidens Deo.

Haec illa sunt adjumenta, quibus in ipsa divina voluntate penetrabilia suaviter deducimur. Quisquis divinam providentiam nosse didicerit, eidem se committere nil dubitabit; qui autem hoc modo se Deo permisit, huic facillimum erit in divina voluntate jus atque ditionem penitissimè concedere, animo sic composito, ut ad unam atque unicam Dei voluntatem in rebus omnibus collineet; nec tantum non aliud jam velit, nolite, quam quod Deus vult, aut non vult, sed etiam si liceret sibi à Dei voluntate dissentire, nihilominus non aliud velle unquam aut nolle cuperet, quam quod voluntati divinae placere sciret.

Hoc est quod Catharina Senensis rectissime monet; ut qui serio student virtuti, secretum DIVINAE VOLUNTATIS conclave in suomet sibi peccatore struant. Hic se secludant, in eo perpetuo habitent, nec inde unquam vel curiosiorem oculum, vel liberiores manum, vel pedem petulantiorum proferant, sed sicut apes in alveari suo, aut in suo monili adhærescit gemma, sic illi in divina voluntate persistant constantissimè. Virtutum omnium complexum brevi obrinet, qui ex animo totum se voluntati divinae devoverit.

Ad Antiochum regem missus est à senatu Romano Cajus Popilius legatus cum his mandatis. Ut rex Antiochus se bello, quo Ptolemæum lacebatur, abstineret. Rex mirâ humanitate virum complexus, amicissimo vultu dextram ei porrexit; at suam invicem porrigere noluit Popilius, & fronte ad majestatem composita: Sponamus, inquit, privatam amicitiam; publica jam curanda sunt, & unâ senatus consultum protulit, quo jubebatur rex aut Aegyptum non incescere, aut bellum habere cum populo Romano. Tabellas ab senatu missas ut legit Antiochus, dixit se cum amicis collocaturum. Cui Popilius: Moram, inquit, negotium non fert, tollenda est omnis cunctatio. Atque simul virga, quam manu gerebat, pavimentum denotavit, & in eo circumulum describens. Prius, inquit, quam hoc circumulum excedas, da responsum quod senatui referam. Non legatum locutum, sed ipsam curiam ante oculos positam crederes. Continuo enim rex affirmavit fore, ne amplius de se Ptolemæus quereretur. Ac tum demum Popilius manum tabquam socii apprehendit: sic eodem momento Syriae regem terruit, Aegypti protexit. Idem pane nobis quod Antiocho contingit; cum Deo amici esse volumus, sed in Dei voluntatem transire non lubet. Ergo filius in Orbem legatus à Patre missus divina voluntatis circumulum circa nos designans: Non omnis, inquit, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum,

Gen. c. 39. vers. 8.

Liv. lib. 45. post init. Vales. Max. lib. 6. cap. 4.

Math. c. 21. vers. 21.

calorum, sed qui facit voluntatem Patris. En, mi homo, in hoc circulo conclusus es, nec prius egredieris quam dixeris, num in arbitratum Dei dedere te velis, an tuis placitis vivere. Si tibi pax cordi sit, si nolis esse hostis Numinis, si impium cum Deo bellum oderis, illico responsum dabis. Ah, mi bone Christiane, quid tergiverſaris, quid deliberas, quid cunctaris? moram odit hoc negotium. Si ſapis, regem illum imitaris, & paratiſſimè reſpondes: Mi Deus, ſanctiſſimæ voluntati tuæ me totum perfectiſſimè trado, & adſtringo, paratus omnia & agere, & pati, vivere, mori, prout tu volueris. In quibuscunque vel graviſſimis etiam ærumnis ſummo mihi

ſolatio erit rectiſſima voluntas tua. Hanc ego mihi nunc unam unicam & vivendi & moriendi regulam ſtatuo; Fiat voluntas Domini, fiat, fiat. Variis omnia procellis diſturbentur, furant arma murus concuſſibus, claſſes claſſibus frangantur, fora litibus dies perpetuos ſtrepant, omnia negotioſis conatibus tumultuentur, hoc ego mihi negotii ſumo, ut ad unam atque unicam Dei voluntatem me totum componam. Jamque illud intimo pectore amplector ſanctiſſimum oraculum. *Mundus tranſit & concupiſcentia eius: qui autem facit voluntatem Dei, manet in ÆTERNVM.*

1. Ioh. c. 2. v. 17.

Finis Heliotropii.

ORBIS PHAETON.

HOC EST

DE VNIVERSIS VITIIS LINGVÆ.

A

CAPVT PRIMVM.

ADVLATIO quàm pro vulgatum ſit vitium, & quibus titulis aduatores afficiendi.

B gerimus. Ita pergimus: & quia ADVLATIO plerunque à titulis exordium ſumit, ita nos, ad vitii genium, principio ſuis aduatores titulis ornabimus.

Adulatio- rum tituli.

§. I.

PRIMUS adulatorum titulus: NVTRICES DIABOLI ſunt. Ancillæ infantariæ, ſeu, gerariæ, dum cunas agitant, plerunque etiam cantant, quò citius & ſuavius infantem ſopiant; Sic & aduatores non laudanda laudant: hoc grato ſed maligno cantu & in ſoporem dant eos; quos blandiſſimis verbis velut in cunas condunt, movent, & acciunt. Nutrices, cum infans cadit, dictitare ſolent, bona fortuna cecidit: Aduatores ea quæ acriter forent perſtringenda, in benignos & mites ſenſus trahunt, fortunæ favores ubique largiſſimè commendant precanturque:

1. Nutrices diaboli ſunt.

Cuniarum fueras motor Charidemæ mearum Mari.



ADVLATIO inter vitia, linguæ agmen ducit, & ingentem poſt ſe vitiorum catervam trahit. ADVLATIO grave malum, ſed ſuaue; letale malum, ſed civile; malum grande, ſed ſubtile, & potens omni ferè priori ævo; ſed necdum vires perdidit. Tam vegetum, recens, integrum & vividum noſtro hoc ævo eſt, quam fuit priſco illo, de quo Hieronymus: *Iſto, inquit, maxime tempore regnat aduatio: quòdque eſt graviſſimum, quia humilitatis ac benevolentia loco ducitur, ita ſit, ut qui adulari neſcit, aut invidus aut ſuperbus reputetur.* Quid ais, Hieronyme, jam ante mille trecentos & ampliùs annos hoc vitium in flore? Niſi me valde fallo, hæ artes ex orço, plerunque incrementum ſumunt à tempore, & quo plus ætatis, plus etiam acquirunt roboris.

Adulatio inter linguæ vitia agmen ducit.

Hieron. ad Celum.

quidquid calcaverit hic roſa fiat. Sed, quemadmodum provectæ jam ætatis homo, nutricis lac ſugere nimium erubeſcat, ſic homo cautus iure verecundetur adulatorio hoc lacte paſci. Salomon monens: *Fili, inquit, ſi te lactaverint peccatores, ne accipias eis.*

Perſus ſat. 2.

Prov. c. 1. v. 10.

Alter titulus: AVES GAVIÆ ſunt aduatores. Solveſat Siciliâ Rex Alphonſus, viri Panormitanus memorat, cumque navem regiam aves, quas Gaviæ vocant, facto agmine circumvolitarent, rex ſermoniẽ de iis ingreſſus; Hæ aves, inquit, ex ſe tam officioſæ non ſunt, ut hunc nobis honorem deferant velut comitando; ſed expectant dum aliquid projiciatur: ubi projectum quid fuerit ad prædam, celemiẽ id rapiunt & diffugiunt. Mox firmiore vultu Alphonſus ad ſuos verſus; His avibus, inquit, aliquot è meis ſunt ſimillimi; hiant ad munera, expectantque, dum dederis, & verò etiam inter ſe litigant quis maximam partem trahat. Ubi præda in manu eſt, ab obſequiis ſe ſubducunt, nec redeunt niſi nova munera eſuriant.

2. Aves gaviæ ſunt. Vide imag. Panormit. lib. 1. de reb. gest. Alph. Plin. lib. 10. cap. 32.

Tertius: CANES ſunt. Aduatores beatus Gregorius; Canes canibus confert, Lazari ulcera lingentibus. Hi corporis abſceſſus aliquantisper molli linctũ refrigerant, non tamen ſanant. Nec aliter ſolent aduatores, quos eodem nomine inſigniens Alanus, Palatinos canes appellat. Inſigniſſimè de his Hugo Viſtorinus: *Aduator, inquit, amicus eſt in officio, hoſtis in animo, compris in verbo,*

2. Aves gaviæ ſunt. Vide imag. Panormit. lib. 1. de reb. gest. Alph. Plin. lib. 10. cap. 32.

2. Aves gaviæ ſunt. Vide imag. Panormit. lib. 1. de reb. gest. Alph. Plin. lib. 10. cap. 32.

Quid hinc illinc in magnatum ædibus, in aulis Principum, in Regum palatiis atque turribus, adulando patretur mali, tamen nesciam, hoc tamen ſcio, contra hoc vitium plurimos graviſſimè ſtomachari, & ubi dicendi ſpatium eſt, indignatione prolixa in hanc peſtem invehi. Quidquid ſit, hoc vitium ſilendo præterire non licet. At tangentur aliqui, qui ſe notatos ſentient? Hic iterum Hieronymi monium juvet, & metum eximat: *Inceptio generalis, non eſt injuria perſona unius.* Quòd ſi multi hoc vitio laborent, icctu levioſe ferientur, ſi plaga dividantur in plures.

Hieron. in 1. ad. 17.

Quòd ſi ergo hoc vitium variâ clade per Orbem graſſetur, nequaquam ei parcendum, ſed omnium linguæ converberandum eſt, ut vel cadat omnino, vel ſaltem incipiat cadere. Quòd ſi jam emigraverit ab Orbe, damnatum longo exilio, ne ſic quidem de eo ſilendum eſt, nam tantò amplioſe gratiarum actione opus eſt, quantò clariùs agnoſcimus quàm grande malum eſſu-

Tom. I.

D d d

turpis

virpi in factio; latus ad prospera; fragilis ad adversa; insuetus ad obsequia, anxius ad opprobria, immoderatus ad gaudia; facilius ad humana, difficilis ad honesta. Quid enim vero a cane expectes, nisi aut latratus, aut blanditias, aut morsus?

4. Corvi sunt. Alii Aristippus fuit.

Quartus: CORVI sunt. Antisthenis, sed & Diogenis verbum erat vulgare: Melius est incidere in *adegnas*, quam in *adokaus*, in corvos quam in adultores: illi mortuis tantum, hi & vivis erunt oculos, illi cadaver solam lacerant, isti & animum: nimirum assentator vi-ventes, mortuos corvus comest.

Valer. Pior. hieroglyph. mihip. 121.

Crates Thebanus eos quorum munificentia in solos assentatores iter, conferre solitus est arbusculis, quae licet poma ferrent aut ficus, quia tamen in praeputis rupibus aut semirutis muris nascerentur, in neminis usum fertiles dici possent, eod quod milvi & corvi, & hoc tale rapacium avium vulgus omnia diriperet: Ita liberalitatis nomen non obtinet, qui tantum adulatoribus donare novit. Verum adultores, non atros tantum corvos emulantur, sed & albos. In Islandia terra illa glaciali, lege constitutum est, ut quicumque noxam bestiam confecerit, a regio Praefecto praemium recipiat, ob eadem toti Republicae profuturam. Cum autem illic locorum corvi etiam albi sint qui agnellos & porcellos impetuoso volatu, & angularum raptu enecent; juvenes hanc depopulationem sagittis ulciscuntur, & occisorum corvorum rostra praesidibus offerunt, mercedem petiuri. Corvi candidi sunt adultores, qui cum cantidorem benevolentiae simulent, viros simplices, ut mites agnos depafuntur. Felix qui

Olaus Magnus lib. 5. cap. 15.

Corvum delusit hiantem. Quintus: LOCUSTAE sunt Aegyptiae, vastantes omnia. Beatus Gregorius adultores his animalculis confert, ut quae omne olus, omne virtutis incrementum in albis facile depafcantur. Cassiodorus: Adulatio, inquit, omnibus applaudit; omnibus Salve dicit: prodigos vocat liberales, avaros ait esse parcos, & ad rem attentos: lascivos appellat urbanos & aulicos; obstinatis & pervicacibus Constantia titulum assignat. Adulationis sagitta leviter volat, & ce-leriter insigitur. Adulatorum lex est, ad omnia subride- re; ad omnia dicere AMEN; in omnibus vero capite an- nuere. Nota illorum voces sunt: Ita, domine, ita est; rectissimum factum, nec aliter debuit, jus & fas a te stant; bene, bellè, pulchrè, praeclearè & festivè, magnificè, divi- nè, non potuit melius. Haec adulatorum mellea spuma est, ita oleum ferunt in auriculam, & instillant, cum po- tentioribus placita narrant. Nota est vetus cantilena:

Horat. lib. 2. sat. 5. Locustae sunt Aegyptiae. Greg. lib. 30. mor. cap. 20.

Effete, graviter, cito, nequiter, euge, beate. Ita olim Stratoles ad Demetrium: Quidquid rex ju- bet, id & erga Deum sanctum; & erga homines iustum est. Nec alter assentator Assueri: iusta est indignatio Regis. Eo progreditur adulatio, quae filios suos ad eod ad omnem obedientiam dociles fingit, ut fuerint qui Do- mini, sui salivam lingere non recusant. Tales habuit Dionysius rex assentatores, qui expuente faciem con- spuendam obvertebant. Nec satis hoc. Sputa etiam quae projecisset, lambabant, eaque sibi melle dulciora vide- ri aiebant. O verè locustas, non homines!

Adulato- rum lex & voces.

Martian's lib. 2. epi- gram. 24. Esch. cap. 7. v. 13.

§. II. Sextus: STELLIONES sunt nitido & versicolore tes- go, luculentibus guttis velut stellis depicta animal- cula. Salomon: Stellio, inquit, manibus nititur, & moratur in adibus regis. De Stellione affirmat Plinius: Nullam animal fraudulentius invidere homini tradunt. Inde Stellionum nomen ajunt in malefictum translatum. Versicolores maculas quas lacertus tergo, has lingua fert adulator. Rebus omnibus fucum illinere novit, om- nium blanditiarum pigmenta callet; apprimè tenet Grammaticae suae regulas assentator: hunc laudat, hunc defendit, istum acculat, illum damnat, fraudulento ar- tificio: variegatus Stellio est. Sed moratur in adibus Re-

6. Stellio- nes sunt. Prov. c. 30. vers. 28. Plin. lib. 30. cap. 10.

gum. In pauperis Hierosolymitanæ viduae domo tales bestiolæ non hospitabantur, sed in palatio Caiphæ, in aula Herodis, in Pilati pratorio, hic plures fuscemo- di laeceri per dominorum suorum aures sepebant. Et nunquid horribilis alapa illa, Christo pridie mortis in- flicta ab aulico adulatore fuit? & ne fuis facinori fucus deesset: Sic, inquit, respondes Pontificis

Henricus II. Rex Angliæ, voce incauta: Ob unicum, exclamat, sacerdotem, in regno meo quietus non sum? Thomam Cantuariensem Antistitem designabat. Vocem vix editam exceperunt adultores, qui ut impio regi placerent, sanctissimum virum obruncarunt in tem- plo. Ita semper reperuntur, quibus manus, lingua, con- scientia, omnia sunt venalia: nimirum in gratiam cha- rissimæ pecuniæ nihil non audentur.

Joan. c. 18. v. 22.

Septimus: TINEAE sunt & vermes adultores; sed depexas tunicas, rugosos saccos, & sordida palliola vix infestant, sericas & auro crispantes togas occupant, ci- bus eorum electus. Alii quidem pinguem offam quaerunt, alii prædam sectantur pretiosorem, anulos, tor- ques, armillas, obesa marsupia ambiunt, imò & terras ac latifundia, & hi verè morantur in adibus regum. Hos Constantinus Magnus tineas scilicetque palatii appel- labat, uti refert Aurelius Victor. His illud Harpagi sem- per in ore: Mihi placet, quidquid facit. Haec tineæ pabu- lum sibi quaerunt in dominicis auribus, nec delinunt dum inveniant. Sic adulator

7. Tineæ sunt.

auriculis alienis colligit escas. Pessimi mures, inquit Anaxagoras, quorum hic unus la- bor est, triticum perrodere. Lepidè Alanus: Quid est, in- quit, adulationis unctio, nisi donorum emunctio? Octavus: SIRENES sunt. Hoc eis nomen indit Hie- ronymus, qui: Nos, inquit, ad patriam festinantes, morti- feros Sirenium cantus, sordè aure praevertè debemus. Hic opus Vlyssæ cerâ, ni velis mergi. Petrus Ravennas: Bene, inquit, cum magistratibus ageretur, si cirent inter adulationem & laudem distinguere. Sed ceca laudis ambitio plus credens alii de seipso quam sibi, utrumque accipit indistinctè. Ampliant eos be- neficiis, quos torquere deberent. &c. Cum sal correctionis in omni sacrificio acceptetur a Domino, mel in omni reprobatur. Venenatum mel est, cum laudatur peccator in desiderii anime suæ, & iniquus benedicitur. Quod si su- petbus aut vindictæ cupidus tales audiat cantrices Si- renas, quæ tantopere commendent vitia, sit ille super- bior, sit iste ultionis appetentior, sit demum incurabi- bilis; ultionem magis magis que sinit, mergitur.

Persius sa. i. sat.

Nonus: PELLIONES sunt qui culcitra subalares & cervicalia mollissima faciunt. Sed minatur his Ezechiel: Pæ qui confiant pulvillo sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite universa et aris, & capiendas animas. Qui malè agentes commendat, qui improbitatem illorum probat, qui eorum vesaniam defendit, is tomices lana facit, & substernit. Et sicut paupertini lyricines quaere solent: Quod choreuma placet dominis? quos salta- torios modulos voluit domini? ita hi adulatorii fidici- nes omni horâ serviunt auribus: ecquid, inquit, do- mino collibitum est? quid imperat fieri? vel nutu tan- tum significet, promptum paratè me habebit. Ita certè,

8. Sirenes sunt.

Graculus esuriens, in celum jussus, ibit. Isaacus filio edulii genus parandum imperans: Fac mihi, ait, pulmentum sicut velle me nosti. Adulatorum hæc cura maxima est, ita dicere, ita facere, uti velle norunt domi- nos. Sed jam scitur quid domini velint: Loquimini, ajunt, nobis placencia, videte nobis errores. Illa profectò loquuntur, hos vident & sopiunt.

9. Pellio- nes sunt. Ezech. c. 13. v. 18.

Decimus: OLEI VENDITORES vocat Gregorius adultores. Precatur David: Oleum peccatoris non impin- guet caput meum: Corripit me jussus in misericordia & incre- pabit me. Prudentes virgines ridebant fatuas, &: Itè, ajc- bant, ad vendentes & emite vobis. Probè fuistis dum laudem tulistis, oleum vobis vendebant, qui vos laudibus in ce- lum extol-

10. Olei vendi- res. Psal. 140. v. 6. Matth. c. 23. v. 3.

11. fac.

12. dicitur.

13. v. 10.

14. v. 10.

15. v. 10.

16. v. 10.

17. v. 10.

18. v. 10.

19. v. 10.

20. v. 10.

21. v. 10.

22. v. 10.

23. v. 10.

lum extollebat: ite jam ad illos, ite, & notum vobis A oleum emite. Hoc ipse explicans Augustinus: Falsa laus adulatio est, inquit, falsa laus adulatoris, hoc est oleum peccatoris. Propterea & homines, cum falsa laude aliquem irriserint, hoc etiam de illo dicit: Vixi illi caput. Amate ergo argui a justo in misericordia; nolite ergo amare laudari a peccatore cum irrisione. En, oleum peccatoris, laus adulatoris.

Sed apage hoc oleum. Nos Christiani, cicada sumus, quae oleo sparfae moriuntur, aceto tinetae reviviscunt: adulatio per factum occidit, castigatio per Humilitatem vivificat. Sed & diabolus Dei simia extremam unctio- nem habet Adulationem, hac inungit non tantum mor- tuos, sed & moruos.

§. III.

Vndecimus: FIGULI sunt, sed mendaciorum. Sciunt hi figuli lutum suum omnigenis coloribus inducere, ut non lutum videatur, sed gemma. Quintilianus ars maxi- ma est, artem celare posse, quod hi faciunt eximie; harum B artium magistri sunt, qui nigrum in candida vertunt, qui lucida tegunt obscuris, ut pictores, idque faciunt ea dex- teritate, ut non notentur esse tales, quales revera sunt. Scitissimè norunt hi figuli ollas suas incrustare pictis ac nitidis verbis: labra & frons amicis loquuntur, intus fortassis est ut odium. Agathoclem Regem figuli filium memorant fictilibus cenasse, & regium abacum one- rasse luto, sed eleganter incrustato. Figlinas has elegantias exactissime callent adulatores: assentiuntur, laudant, an- nuunt, mulcent, applaudunt, omnibus omnia sunt, sed aliter quam divinus Paulus fuerat. Nam ut ille idem fi- gulo natus Agathocles è peluvio variarum sordium re- ceptaculo Deum conflavit subita metamorphosi: ita hi mendaces figuli è mufcis aquilas, è cuniculis elephantos efficiunt, ad omnem oris varietatem projecta mancipia.

Duodecimus: FRATRES DIABOLI sunt. Hoc adula- toribus nomen tribuit Augustinus, qui, Tales, inquit, mendacia diligunt, veritates destrutores, odiorum inventores, Satanae meditatores, Dei persecutores, FRATRES DIABOLI: Vos verò fratres, si verberamini à lingua dolosa, humili & tran- quillo animo dicite: Domine libera animam à labiis iniquis, & à lingua dolosa. Hos linguae dolos, si ullus, certè David ex- pertus est in Saulis & Achis regum aula. Diabolus adu- latorum corypheus, cum Christum triplici aggressu ster- nere non posset, subtili adulatione superare conatus est: Quid mihi, exclamat, & tibi, fili Dei, summi? Nam modò, in- quit Chrysologus, non ut obsequens & devotus hinc adorat, sed ut adulator, evadere cupiens penam, prædam perdere pertime- scens. Credit infelix, ut eum quem tentatione vincere, quem mu- neribus nequivit insectare, adulatione possit subjugare.

Verum licet adultores nemo non oderit, & his ti- tulus dignissimos censeat, pæne tamen ab omnibus et- iam amantur, iidem & hostes sunt omnium & amici. Et quamvis adulator unus decem habeat adversarios, id ta- men ille non curat, modò uni, cui vult, placeat. Quam D Christum hoc genus hominum oderit, satis ostendit Joannem laudaturus: nam tum demum Joannem laudem impertitus est, postquam Joannis discipulos à se dimisit; sanè non more nostro, qui coram & in os laudamus, aut eos auditores quærimus, quos laudato familiares sci- mus. Dei mater, Virgo beatissima, nunquam sic terri- ta est, quam cum Angelus ordiretur illius laudes recitare. De Virginis filio Hieronymus: Christus, inquit, etsi pauper- rimus, nulli tamen adulari voluit, ideo in urbe hospitium reperi- re non potuit, foris illud querere debuit apud pecudes.

Christum in hoc æmulari studuerunt magni princi- pes. Sigismundus Imperator (res nota) uni è proceribus nimias laudes in se congerenti alapam inflixit, dicto ad- dito: Cur me mordes adulator? Cùmque sapius adula- torum se hostem profiteretur, Brunenus Neronensis, facetus & ceteris cordator aulicus, captà occasione sermonem blandè interrumpens: Putabam, inquit, Ma-

jestati tuæ hoc genus hominum maxime placere. Cui Imperator: Vincis sanè, ait, & sæpe quos singulariter cavendos dicimus, iis plurimum adhaeremus: nam ne- que tu tanto tempore mecum fuisses, nisi meis mori- bus ablandiri affuivisses. Exemplum præsigne Sigis- mundi; nec minus illustre Ladislai, qui assentatores cola- phis etiam solebat donare. Ejus rei causam togatus: Per- curientes me, ajebat, repercutio. His jucundius & pæne severius palpationem castigavit Alexander Rex Macedo. Librum scripserat de Alexandri rebus gestis Aristo- bulus, in eo multa supra fidem confinxerat, & ut labo- ris laudem ferret, in navigatione illum, audiente rege recitavit. Rex palpationi tam crasse indignatus, raptum è manibus librum in Hydaspem fluvium projecit cum dicto: Te sic mergere deberem, tu hoc balneo dignior esses. Prudentissimè Carolus V. Imperator verè laudan- dus, vel etiam ob hoc ipsum, quod ipse suas laudes mi- nus benevolè videlicet. Parisiis oratione disera publicè laudatus, oratori respondit: Grata mihi est assinis regis in me benevolentia; sed laudes tuæ, non qualis sim, sed qualis esse debeam, me docent. At sicut vix ulla virtus, aut laus est in quâ sibi locum non vendicet Aragonum Rex Alphonsus, ita nulli superiorum principum cedit generosissimo in adulatoris concepto odio. Ejus judi- cio novum palpatoribus titulum assigno, & is est

Decimus tertius: LUPUS est adulator, dicere sole- bat rex Alphonsus, Nam sicut lupi titillando & scalpen- do asinos, prædam sibi eos faciunt, sic assentatores in perniciem aliorum intenti, blanditiis & mendaciis in amicitiam se insinuant, ut eam corrumpant. Quid, quod occulti adultores plerumque simul obrectatores oc- culti sunt, & verè lupi ad alios lacerandos nati. Quo ge- nere hominum quæ pestis sit exitialis, non video. Jure igitur ab omnibus reprehenditur assentator, & aliena subsequens verba, paratus ad falsa laudator, ut non im- meritò divus Gregorius hanc hominum faciem alio et- iam titulo afficiat, qui sequitur.

Decimus quartus: SCORPIONES sunt assentatores. Di- lucidè Gregorius: Adulator, inquit, scorpio est, qui palpando incedit, sed caudâ ferit. Præclare monens Salvianus: Non te moveant, inquit, blandimenta eorum; venena tibi sunt. Non at- tendas adulationes; gladii sunt, ferreis peiores. Illos cuncti vident, hos incauti non vident: illi quia aperte se vident, evitantur; isti quia occultè insidiantur, occidunt; illis qui ladi velit, nemo est, isti multi occidi etiam volunt, nova letalis mali illecebra: illi qui tangitur, torquetur, istis qui occiditur, delectatur; fuge ergo hoc malum; fuge assentationes tibi insidiantes; fuge obsequia tri- bi noxia; ista sunt officia quæ te jugulant. Denum

Decimus quintus: DIABOLI HISTRIONES sunt adu- latores. Tota palpatorum factio comædia est. Ergo co- micos hos actores bene noveris; hoc cuivis illorum per- petuò in ore est:

his ultero arrideo
Et eorum ingenia admiror simul:
Quidquid dicunt, laudo; id rursum
Si negant, laudo id quoque.
Negat quis, nego; ait, ajo &c.
Denique imperavi egomet mihi omnia assentari.

Hic talis pulcherrimè novit, vultum induere alienum, varias affectuum alternare facies, & nunquam non infi- dias parare incautis auribus. Et quamvis histrionem se negat adulator, re tamen & moribus planissimè fateatur. An non hæc

Natio comædia est: Rides majore cachinno
Concutitur; flet, si lacrymas conspexit amici,
Nec dolet: igniculum si brumæ tempore postcas,
Accipit endromidem. Si dixeris, astus, sudat.
Pessima comædia, quæ tam spectatori nocet, quam actori. Hanc fabulam festivè ludit qui cecinit:
Mentiris, credo: recitas mala carmina, laudo:
Cantus, canto: bibis, Pontiliane, bibo.

In vita ejusdem Cyrr. & alii.

Lupi sunt.

Adulator non est pestis exitialis.

Scorpiones sūt. Greg. lib. 1. in Ezech. cap. 9. Salvoian. hos incauti non vident: illi quia aperte se vident, evitantur; isti quia occultè insidiantur, occidunt; illis qui ladi velit, nemo est, isti multi occidi etiam volunt, nova letalis mali illecebra: illi qui tangitur, torquetur, istis qui occiditur, delectatur; fuge ergo hoc malum; fuge assentationes tibi insidiantes; fuge obsequia tri- bi noxia; ista sunt officia quæ te jugulant.

Diaboli sunt histriones.

Terentius in Eunuch.

Inven. sat. 3. v. 100.

Martin. lib. 12. epig. 33.

Aug. tom. 8. in psal. 140. m. 10.

Figuli sunt.

Fratres diaboli sunt.

Psal. 119. v. 21.

Hieron. in Mat.

En. Sylvius lib. 1. com. v. 1. de reb. gest. Sigism. & Fridr.

§. IV.

PRisci, quicumque inter eos animi melloris, extremè oderunt hanc aurium & labem & pestem. Petit quid iniqui Antipater à Phocione, sed perit iure amicitia, cui promptè Phocion: O Antipater, inquit, nò potes Phocionem & amicum habere, & adulatorem. Nec minùs in hoc liber Philoxenus, qui maluit eliminari aulà, & in lapideis sudare, quàm Dionysii malos versiculos laudare. Maluit & Diogenes olere victitare quàm parafitari, cùmque eum Syracusis Aristippus ad fontem olus lavantem cerneret: Si Diogenes, inquit, vellet uti regibus, ista non esset. Cui mox Diogenes: Si tu ista comedere velles, Dionysio non adulareris, malleque homo esse, quàm regius canis. Athenienses certè in hoc tam severi, ut Demadem huius vitii insimulatum decem talentis mulctarint, caput verò abstulerint Timagoræ, quòd is Darium regem ritu Persico, prono corpore salutasset. Quod salutacionis officium, adulationem interpretatus est senatus, censuitque unius civis humilibus blanditiis, suæ totius urbis decus Persicæ dominationi submissum. Plutarchus adulationem similem esse ajebat Panopliæ piæ, quæ delectaret quidem, non tamen defensaret. Sed hoc magnates sæpe non satis capiunt, nam

Valer. Max.
lib. 6. cap. 3.

Reg. c. 18.
v. 19.

Reg. c. 22.
v. 6.

Ibid. v. 8.

Capitol. in
Gord. mo
Lim.
Curt. lib. 8.

Sen. lib. 6. de
benefic. c. 30.

Ita Ludov.
de Maiven-
da, in specu-
lo Princip.
Seneca epist.
45.

Veritas paucos delectat, plures assentatio.
Rex Hebræus Achab, octingentos quinquaginta viros habuit, qui prophete seu theologi videri volebant, reipsa omnes regis adulatorem erant. Quadringentos ex his Achab in consilium adhibuit, quæsi vitæque num susceptum bellum videretur æquum: quæsi vitæque omnes respondebant, quin & victoriam audacissimè promittebant: *Ascende & dabit eam Dominus in manu Regis.* Unus atque unicus & solus Michæas huic tanto adulatorum agmini constantissimè contradixit, & quantò magis illi clamabant: *Ascende, vinctes, ascende: tantò magis suadebat iste: Quiesce, vinctes, quiesce.* Sed potentior fuit vox adulatorum: Michæas pro sincerissimo consilio peffimam gratiam tulit: *Ego odi eum,* ait Achab, *quia non propheta mihi bonum sed malum;* huic gratiæ accesserunt colaphus & carcer. Hæc præmia veritatis.

Miserus olim principum vitiorum Julius Capitolinus: *Miser est,* inquit, *Imperator, apud quem vera reticentur.* Et floridus ille Alexandri encomiastes Quintus Curtius: *Perniciosus,* inquit, *adulatio, perpetuum regum malum est, quorum opes sapius quàm hostis evertit.* Ergo desinamus quærere, ubi adulatio nascatur & educetur? Plerorumque omnium responsum est, pulchrum hoc monstrum & nasci, & adolescere in aulis, ubi certamen est, & unum pæne omnium officium, una contentio, quis blandissimè salutat, ubi nemo ferè ex animi sui sententiâ tuadet dissuadetque. Seneca ore libero: *Monstrabo tibi,* inquit, *cujus rei inopiâ laborent magna fastigia, quid omnia possidentibus desit.* Scilicet ille qui verum dicat, & hominem inter mentientes stupentem, ipsaque consuetudine pro rectis blâda audiendi, ad ignorantiam veri perduciunt, vindicet à consensu contentuq, falsorū.

Dicas: Ergo ad me hæc nihil: aularum proprium est hoc malum, atque si Grammaticis credimus, adulatio idem quod adaulatio: & sunt nostro ævo qui adulationem molchum alicum vocent; ergo sunt prius dicta, me non feriunt. Ego verò, mi Christiane, cum Senecâ hic sentio, nec ambigo, quin pro suâ quemque portione adulatio infatuet: quàm enim similis est amicitia? Non imitatur tantum illam, sed vincit, & præterit: apertis & propitiis auribus recipitur, & in præcordia descendit, eo ipso gratiosa, quo lædit. Hanc similitudinem, non tantum plebei, sed & viri principes ægrè dignoscunt. Ubi que pro amico blandum inimicum reperias, qui vitia tibi sub virtutum nomine commendat.

§. V.

NEque palatia tantum, sed & tuguria suos habent adulatorem, quibus, etiam si bene caveris, par non

eris. Habent hoc in se naturale blanditiæ ubique venales, etiam cùm rejiciuntur, placent: sæpe exclusæ, novissimè recipiuntur. Nimirum Herculanæ scabies jucunda. Critopus Passienus solebat olim dicere: adulationi nos opponere, non claudere ostium, quæ & plebis & principum domos penetraret, sed horum maximè. Itaque, mi homo, non nega te penitus immunem ab hac peste vivere; & hoc etiam Aristoteli crede, detestabile esse non tantum adulari, sed & adulationem recipere: quod alterâ differtatione fiet evidentius. Coronidem nunc addo istam, non obiter notandam.

Arist. l. 2.
Rhetor.

Illud nos præcipuè impedit, quod citò nobis placeamus: si invenimus qui nos bonos viros dicant, qui prudentes, qui sanctos, agnoscimus benevolè. Et sæpe modicâ laudatione contenti non sumus; quidquid in nos adulatio sine pudore congestit, tanquam debitum prendimus: optimos nos esse aut sapientissimos affirmantibus benignè assentimur, cùm sciamus illos sæpe mentiri.

Quid, quòd adulandi gens prudentissima laudat sermonem indolli, faciem deformis amici, Et longum invalidi collum cervicibus aequat.
Herculis, Anteam procul à tellure tenet is.

Inven. sat. 3.
v. 26.

Adèd autem indulgemus nobis, ut laudari velimus in nobis illud, cui contraria cùm maximè facimus. Sequitur itaque ut ideo mutari nolimus, quia nos optimos esse credimus.

Alexander Rex Macedo, cùm in Indiâ vagaretur, & Senecæ epist. agentes nec finitimis quidem satis notas, bello vastaret, 19. in obsidione cujusdam urbis dum circuit muros, & munimenta contempletur, sagittâ ictus est; ille nec obligatum nobis quidem vulnere haud segnitus destinata exequatur, fuit, ut Curt. 1. 8. Cùm verò crus faucium penderet, & cruore frigidescens vulnus aggravaret dolorem, dixisse fertur: Se quidem Jovis filium dici, sed corporis ægræ vitia sentire. Idem nos faciamus: cùm pro suâ quemque portione adulatio infatuet, dicamus: Vos quidem me prudentem & virtutinatam dicitis; ego autem video quàm multa inutilia concupiscam, nocitura optem; ne hoc quidem intelligo quod animalibus fatietas monstrat, quis cibo debeat esse, quis potioni modus: quantum capio, adhuc nescio. Prius ergo, quis sum, nosse me discam, quàm laudantium voces admittam.

CAPVT II.

ADVLATIO, & Adulatores melius depinguntur: simul exponitur quàm istud adulandi artificium nostro ævo sit excultum & subtile.

HIPponis Præsul Augustinus: Duo, inquit, sunt genera Aug. tom. 8. persecutorū, Vituperantium & Adulantium: plus persequitur lingua Adulatoris, quàm manus intersectoris. Vtrumque genus hostis fuge. Ille sedit, iste blanditur; uterque malus. Ille iracundus est, & iste in laude subdolosus est: ille reprehensor est, iste laudator: sed & ille in reprehensione inimicus est, & iste in laude suæ subdolosus. Cave utrumque, contra utrumque ora. Sunt qui norint tantum mulcere & lambere; alii, qui tantum morderè & radere; isti convitiis & obrektionibus, illi encomiis & laudibus nos aggrediuntur. Pulchre Bernardus: *Levis quidem res sermo,* inquit, *quia leviter volat, sed grave iripecti viter vulnerat: leviter transit, sed graviter irit: leviter penetrat animum, sed non leviter exit: profertur leviter, sed non leviter revocatur: facile volat, atque ideo facile violat charitatem. Lingua lingit adulando, mordet detrahendo, attrahit mentiendo; ligat, & ligari non potest; labitur ut anguilla, penetrat ut sagitta; blanda est & subdola, & parata ad exhaurienda bona, & miscenda mala.*

Bern. serm. de iripecti
custodiâ.

Interrogatus olim Diogenes, quæ bestia venenatissimos aut nocentissimos haberet dentes? Si, inquit, de feris animalibus quæras, est obrektor: si de mansuetis, est adulator.

Lingus

Lingua mali pars pessima servi.

Ursus naturā mellis appetens, cum capitis gravedine laborat, alvearia quærit, non tantum ut mel forbeat, sed etiam ut ab apibus suarum ædium propugnatricibus pungatur, atque hac scarificatione sanguinem discutiatur: hoc illius balneum, hæ cucurbitulæ sunt, sic sibi sanguinem mittit à capite. Hinc faceret Julius Cæsar: Volo, inquit, curari, ut ursus, si malè agam; malo pungi, ut noxi sanguini sit exitus, quàm ut spongia mulceat, & sanguinem corruptum retineam. Optimè dictum, & sensu, & sensu Christiano. Nam, meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula odientis.

Sed quâ de causâ, dicat quis, hoc linguae vitium tam variè à priscis exagitatum? pronom est credere, hoc ævo tot parasitorum atque adulatorum greges non reperiri, quot olim; alia nunc sunt secula, alii mores: Ad utrumque jam respondendum, & simul adulationis natura melius sub aspectum ponenda, ostendendumque longè nunc artificiosiores, quàm olim esse adulatorem.

§. I.

Dixit quispiam olim, libentissimè assentiri se Sirdæ affirmanti: stultorum infinitum esse numerum. Nec ego dubitem reperiturum me qui assentiar, si dixerit: Non stultorum tantum sed & adulatorum infinitus est numerus. Hujus farinae homines reperias ubique quamplurimos. Quod putetur horum numerus hoc ævo decrevisse, inde est: Cum vitia publicè pro suggestu accusantur, plerique omnes illud Apostolorum in cenâ ultimâ obtendimus: Nunquid ego sum Dominus? equidem videbo, quis me hujus criminis arguat: non est hoc meæ indolis, ego istud non soleo: ego me ab hac culpâ immunem censeo: nemo unquam hoc vitii in me observavit. Miseri & cæci, sæpe quod negamus verbo, factò monstramus: Omnis via viri recta sibi videtur: appendit autem corda Domini. Itaque verissimum etiam num judico Senecam asserentem: pro sua quemque portione adulatio infatuat. Vilissimi hominum, ipsi etiam mendiculorum tribuni habent, qui eis adulentur, ideo Christianis omnibus hîc prorsus accuratè attendendum. Ars hæc adulandi mirè profecit, & ab ævo sumpsit augmenta, ut pleræque artes aliæ, præsertim malæ & infames. Nunc multò subtilius atque politius, quàm olim assentari scimus: non ligneis sculponeis, aut crassis peronibus, sed lanatis pellibus, aut calcæis holofericis incedimus, alter alteri per ornamenta nocemus: adulatione clam, artificiose, parcè utimur, & ex dissimulato blandimur. Alii ex aperto quidem & palam, sed rusticitate simulatâ blandimur, quasi hoc simplicitas, non ars sit. Sic adulationes nostri ævi, occulto & subtili veneno grassantur. Et illorum quidem, qui aulas lambunt, proprium est, suos dominos ac principes, non publicè, non in os laudare, idque eo artificio, ut quod ipsi sunt, non videantur esse.

Nestori Oratori Græco tam suavis, prompta, volubilis lingua fuit, ut passim jactaretur, Lingua Nestoris melles. Vivit etiamnum Nestor in adulatoribus, & mille linguis merum mel loquitur. Vulgata jam ars est, quâ non tantum anisum & feniculum, sed & verba sacro vestimus. Obvia sunt linguæ, quæ verba selamo ac papavere sparfa, aut, ut regina Parysaris loquitur, quæ verba byssina & holoserica vendant ad ulnam. Sunt qui butyrum, rosas, mel videantur loqui, unde nil miri sit multos ab illis decipi. Venena non dantur nisi melle circumlita. Nulla quæ occultores sunt insidiæ, quàm quæ latent in simulatione officii, aut aliquo necessitudinis nomine. Tu obsequium putas, amicitiam suspicaris, metiris affectum? insidiæ sunt. Tibi credis impendi famulatum? miseræ servituti subjeceris. Ita hæc magis cavenda quia perniciosiora, quæ quodam cautela velamento occultantur, & quasi sub imagine increpationis aut correptionis, alteriusve officii aut virtutis irreperunt. Vox Salo-

Tom. I.

A monis est: Homo qui blandis fictis sermonibus loquitur amico suo, vere expandit gressibus ejus. Huc Hieronymus alludens, adulationem, & laqueum melle litum vocavit. Nec aliter olim Diogenes. Qui blanditur, inquit, laqueum melleum injicit. Ignatius martyr sui ipsius monitor: Ut sanus sim, inquit, in his que ad Deum pertinent, cavendum mihi ab his, qui me temere inflant, laudantes enim me, sugellant me. Fidos puta, ait Socrates, non qui omnia dicta & facta tua laudant, sed qui qua peccaveris, reprehendant.

Sed unde quæso est hæc vitæ labes, quod alienæ linguæ potius quàm propriæ conscientiæ credamus, dum quilibet nostrum, seipsum extra se quærit, & nosse de dignatur, quàm sit sibi curta supellex: nihil est enim quod credere non possimus, si in laudem nostram sit. Unde tandem hæc damnanda credulitas: Facile est divinare: Libenter audimus, inquit Hieronymus, quod delectat, & offendit omne quod volumus; naturali ducimur malo. Nimirum omnes cupimus titulari, & non videmus pessimum inimicorum genus esse laudantes. Atque cum doceri pudeat; laudari volumus. Discere & damnari grave est, præsertim diademati & purpuræ; gratum & jucundum laudes audire. Quid agas? damnes? gratiæ excidisti. Laudes? redarguit Deus, obstitit conscientia. Ad nos conscientiam & Deum seponimus, ut amplectamur principem, dispicere illi pro minimo habent, ut huic placeamus. Ita facile salutem principis & nostram proicimus, ut nesciam, utrum infelicis sit adulatoribus an detractoribus aures credulas præbere. Grande interim utrumque malum: illud pæne grandius, quod dulcius est, & quo delectati suaviter ad vitia descēdimus. Confirmans hoc Augustinus: Delectat, inquit, ea facere, in quibus Augustinus non solum non metuitur reprehensor, sed etiam laudatur operatur. Jucundum est & volupe cum clamantibus nobis responsum silvæ, & acceptas voces numerosiore repercussu reddunt: talis Echo adulator, fiet cum flentibus, cum gaudentibus gaudet: & quia vitiosè hæc facit pravoque animo, cum exandescitibus etiam exandescit, echo est, & simillimas reddit voces.

§. II.

Sed qui non sapimus tandem, tot libris quæ sacris, quæ profanis moniti? Miretur quis hoc vitium toties tamque liberaliter vapulasse, nec tamen ullo loco cedere: digito prisci monstrarunt, quantum inde mali oriatur, letale hoc esse nullum dixerunt, tam hoc propinantibus quàm respondentibus ex hoc. Et quæ causâ, tot invectivas in hoc unum vitium scriptas? nunquid mendacium superat? Sæpe, & plerumque comes individuus adulationi ir mendacium. Et ut omnes optime norint hoc vitium, improbos illius mores, & quid sit ADULARI, exactius describemus.

Principio is adulator, qui præsentem commendat. Eam ob causam Tullius: Nolo esse laudator, inquit, ne videar esse adulator: His qui laudes in osingerunt, deteriores sunt, qui excusant aut laudant quod vitiosum est. Exemplo resperebit. Petit quis ultionem ex inimico, cum ecce adest palpator & factum probans: Optimè, inquit, fecisti; pridem hoc hosti tuo præmium debebatur: hæc lactuca his labris convenit: sic tractandi sunt hi nebulones: sciat inimicus tuus te non omnibus dormire, discat sapere, & imposterum non redire, nisi plagas eferiat, &c. Iste talis hominem vindictæ cupidum, ad eò reddit obstinatum pessimæ cupiditatis, ut pæne incurabilis fiat; tam altè animo insidere solet blandiens hæc persuasio. At, ne qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Fuit qui Christum secuturus, veniam peteret patris prius sepelendi. Cui Christus: Sequere me, inquit, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Quid hoc rei? nunquid in Palæstina mortui vespilonum officium subeunt? Ad hoc beatus Gregorius respondens: Mortui mortuos, inquit, sepeliunt, cum peccatores post med.

Adulatores qui: Qui præsentem commendat. Cie. lib. I. Rhetor.

Math. c. 8. v. 22. Greg. lib. 4. moral. c. 25. post med.

peccatorem favoribus premunt: quid enim est aliud peccare quam occumbere, & sepelire quam abscondere? sed qui peccantem laudibus profaquantur, extintum sub verborum suorum aggere abscondunt. Ita hi, quos in priori dissertatione diximus esse fratres diaboli, etiam diaboli sunt libitinarii; homines vivos sepeliunt. Certè sit nonnunquam ut quis variis criminibus meritis videatur emeritatus, & in hoc conatus suos impendat. Sed dum secum ipse luctatur, & sanctiorem vitam cogitat, adest ex occulto diaboli bustuarius, qui miserum illum verbis aut exemplis in prioris vitæ foveam impellit, & obruit blanditiis, ne resurgat ad emendationem.

2. Qui alium solum amat, ut sibi proficit.

Secundò, qui alium ideo solum amat, ut sibi proficit suæque crumenæ, adulator est. Nam ubi spes lucri de collarerit obvertit tergum, & aliù quærît quem sic amet. Ita non virum, sed fortunam coluit, non hominem, sed purpuram veneratus est. Amavit dignitatem, nec ultra, & sibi illam amavit, non alteri; non amaturus, nisi commodam sibi fuisset arbitrat. Sibi ergo studuit, placitura dixit sibi, laudavit, damnavit sibi. Quare ut primum vertit fortuna frontem, vertit & ipse dictionem. Tales perinde faciunt quod garrulæ hirundines, dum æstas est & sol vicinior, amicissimè nobiscum habitant, at cum tristis hiems appetit, in terras alio sole calentes emigrant: ita hi tamdiu amici sunt, quamdiu Phæbus & Fortuna favent; cum severa pauperies sentitur, cum hirundinibus avolant. Et uti Delphini navigio adnatant dum aqua est, in litus sicum non exeunt: & sicut heliotropium suum solem sequitur, ita hi non nisi sua commoda festantur; dum est quod attrahant, quod glutiant, mirè benevoli sunt; cum largitionis aqua deficit, subducunt se, & venalem benevolentiam transferunt in alios. Faciunt quod ii, qui amicitie causâ iter ingredientes, deducunt per aliquanta spatia; at ubi via sese asperior aperit, hic, ajunt, extremum valedicemus separandi. Non multò fecius adulator: in plano promptissimus comes est, ad ardua & confragosa societatem viæ permittit aliis, ipse semitas quærît tutiores.

§. III.

3. Qui præter suum, domini vel amici commodum quærît, non curans id Reip. proficit an oblit.

Tertio, adulator præter suum, quandoque & domini sui, aut sui amici commodum quærît; sed pensi non habet, id Reipublicæ proficit an oblit. Hinc est studium colligendæ pecuniæ; implendi marsupii, augendi ararii; præsens moneta, res illi pulcherrima. Hic talis à suo amico, à domino suo solus admittit, auditur solus cuperet; & quandoque id impetrat, alii aut non audiuntur, aut dicta illorum nihil penduntur, iste unus oracula loquitur; itaque hic solus aures domini aut amici occupat, quem ita sibi reddit obnoxium, ut non difficile quidvis ei persuadeat; merito meridie si dixerit tenebras esse, credulum habebit. Nimirum equus tamdiu mulcetur poppissimis, dum sessorem admittat; ita horum linguæ tamdiu habitant in amicorum, in dominorum auribus, dum videantur non posse nisi verum dicere. Adulatorum tamen genius in persuadendo dispar est: illi dominos tam faciunt munificos & liberales, ut non tam donent sua omnia, quam effundant; sed illi primi sunt ad excipiendum hunc aureum imbrem: alii contra dominos sic erudiunt, ut omnia ad se trahant, unde quaque plurimum corradiant, & discedant incremento grandi; neque dubitant qui talia suadent, quin & sibi bonus quandoque bolus sit obijciendus: sicut cum cani venatorio aut prædatorici avi dominus de ferinâ, quam naetus, partem projecit. In malitiâ suâ, inquit Oseas, *lascivaverunt regem, & mendacis suis principes.*

Adulatorum genus in persuadendo est dispar.

4. Qui nemini non invidet & cupit omnia convalescere quæ in plures sparguntur.

Quartò, adulator nemini non invidet, mallétque solus omnia convalescere, quæ in plures sparguntur: nunquam non metuit ne loco moveatur, & ab aliis dejiciatur de gradu: quidquid aliis donatur, aut nimium aut malè collocatum est. Felibus & erinaceis non absimiles

in hoc adultores. Feles delicatas habent linguas & gratum illis pinguia lambere, aruinâ & laridum; neque inter se prædam dividunt. Adulatorum lingua delicatissima, & obesis muneribus semper imminens. Cuius illorum familiarissimum est illud Taciti: *Cum fortunâ tuâ loquor, non tecum.* Neque verò curant, si id fiat cum alterius detrimento. Erinaceus in ore seu rostellò fistulam habet, quâ sanguinem exugens in ventrem trajicit. Nec adulatoribus deest siphunculus, quo aliorum hauriant sanguinem, imò & medullam: verba habent erudita & ad fraudem composita, quibus suaviter & facili labore impediunt dona in alios conferenda. *Qui edunt panem illius, Eccli. c. 20. falsa lingua sunt.* Quod à si hæ linguæ Christi sanguine pascerent, gauderent utique, & id urgerent, si etiam aliis bene meritis seu amicis seu famulis gratia fieret, quia æquum, quia utile: sed his nec æquum nec utile videretur, quidquid datur aliis. Non hoc agunt ut dominus suus ametur, modò timeatur.

§. IV.

Quintò, adulator cocus est, & talis qui id solum spectat, ut cibus sapiat; profit an oblit, hoc ipse non curat. Oris coquit & palato, non capiti, non stomacho, non hepatis. Ideo thesam aromatum tories exhaurit, tantum eroci, tantum piperis & zingiberis, tantum etiam mellis insumit & faccari; plurima fercula larido, cepis, acetis, aceto cupit commendare, varia miscet valetudini minime profutura, condimentis exoticis omnia perfundit: modò sapiat edulium, quomodo cūque digeratur; id verò miser stomachus, aut languidum caput, aut incensum hepar luet. Sed quid curat hoc coquus? modò cibus delectet. Tales sunt omnes illi Laudenses & Placentini cocci, qui in tantâ sermonum velut eduliorum varietate hoc unum attendunt, ut dominicum palatum mulcant, ideo hoc unum interrogant, *sapitne?* si hoc, ergo bene comimus, ergo salva omnia. At verò amicus sincerus unam atque unicam observat veritatem, & uti medicus fideliter monet: hic cibus nocet, hic nimium nutrit, iste plus æquo pinguis est, ille agrè digeritur; hic inflammat, hic nimium refrigerat. Hoc amici veri, hoc fideles famuli faciunt, domino cupiunt satisfacere, idque ex amore & debito, cum tamen necessitas id postulat, verum dicere non recusant, eâ quâ par est modestiâ; malunt enim domino proponere utilia & vera, quam grata & noxia. At verò Laudensium illorum & Placentinorum perpetua cantilena est: Placebo domino &c. cum carnibus olivas semper apponunt quàm recentissimas, verba mollia & oleosa gestu blando & submissò commendant. Salsam capparin, aut mordax sinapi procul amandant à dominorum mensis: nec enim quidquam dicunt, quod suspicentur non placiturum. Conradus Herisbachius Jusitconsultus dicere solebat: meritò suspectos esse debere, qui cupiunt in omnibus esse plausibiles, & non tam servire quàm placere, qui dexteram semper ad nescio quot ulnas protendunt. Ad eò verò nullum in laudando modum tenere possunt adultores, ut etiam insulsa & frigida persæpe comminiscantur. Hegesander refert Nicæsiam Alexandri assentatorem, cum Alexander à mulcâ se punctum quereretur, dixisse: *Iste profectò mulcæ quæ tuum sanguinè degustavit, futuræ sunt aliis multò præstantiores.* Ineptire etiam sagagit assentatio, modò possit placere. Rex Macedo Philippus oculum amisit militiæ; mox repertus est assentator, qui suo alteri oculo linæteolum præpanderet, tanquam & ipse sui regis exemplo foret monoculus. O fabularum fabulas, sed non innoxias! in tales simias illud præclare venit: *O pulcher simiolus!* Simiæ laudis admodum appetentes sunt. Hinc pueri olim simiis adulaturi subinde dictabant: *O simiolus pulchrum, & elegantem, & formosum!*

Qui cocus est, & in tantâ sermonum varietate hoc unum attendunt, ut dominicum palatum mulcant.

Qui mutabilis est, ad dominum sui gustâ, & aut servit quàm vire novit.

Sextò, omnis adulator mutabilis est, ad dominum sui gustum; aut servit quàm vire novit. Ideo quicunque nosse cupit

Ta ad

Dm in

2. B 7.

Adi pot est em dic amu ter ter ren sta

quam probatæ notæ amicū habeat, subinde simulat A prioris consilii pœnitentiā, & velut placida displice- rent, in aliam deliberationem veniat. Hic amicus fictus & larva veri, ex tempore idem sentiet, & Domine, dicet, meritisimò dubitas, mirabar ipse mecum cur illud prius placuisset, sapienter mutabis consilium. Ita se veritad omnem ventum. Amicus bonæ mentis longè aliter se gerit: resistit vere cundè, si res exigat, rationes poscit mutandi consilii, suas exponit, utrimque allatas examinat, nec prius mutat animum, quàm rationibus succumbat, dicitque quod sentit. At adulator, ait Alanus, à voluntate vultum, ab animo verbum; à mente linguam, ab intellectu loquelam amplo diffensionis intervallo diffibulant. Plerunque enim exterius plausiblem applaudendo collaudant, quos interius contradictoriâ derisione defraudant: foris vultu fallunt virgineo, intus scorpionis pungunt aculeo: foris adulationis mellitos compluunt imbres, intus detractionis evomunt tempestates.

§. V.

Tacendo adularur.

Beda lib. 2. in S. Lucam.

Dicet quis: Ego sanè inter hos numerari me non patior; quod meæ conscientie credo; si quid mihi displicet, non laudo, sed taceo. O mi homo, etiam tacendo adularur: nam uti pictura est tacita potèst, ita silentio quoque laudat adulator, nempe vultu & obsequiis. Et hæc etiam non sunt, ipsâ certè taciturnitate quandoque plurimum blanditur. Et hoc venerabili Bedæ credemus, siquidem: *Adulator est, inquit, qui tacet & dat consensum, ne offendant illum quem credit habere propitium.* Si ita se res habet, mi venerande Beda, tunc quandoque totum aliquod senaculum, conclavi Apostolorum in Pentecoste collectorum non erit absumile: illic in omni capite lingua ignea stabat; ita quandoque in senaculis & curiis, in omnium confidentium vertice stat lingua, sed utinam non chartacea aut papyracea. Fir ut unus alterve præcedant linguâ igneâ, mox sequuntur ceteræ omnes; una alterave ignea consumpsit omnes butyraceas aut papyraceas. Eadem vox omnium est. Ita, fiat, sic statuimus. Sed heus, nunquid sententia hæc iniqua est, vel conscientia tuâ tesser? Est, sed quid faciam? non laudo. Etiam obistere debes & clamare, nisi velis è senatore fieri adulator. Si taces, plus dicis tacendo, quàm alii multum clamando. Syrias mulieres, ait Plutarchus, vilissimæ conditionis, Cypriorum regum uxoribus in rhedam ascensuris dorsum sternere: ita hi tergum præbent calcatur, qui omnem libertatem suam aut in serviles voces, aut in turpe silentium præcipitant. Ubi es, ô mi Nathan, ubi es sanctissime propheta, qui ausus es potentissimo Regum in os liberrimè dicere: *Tu es ille vir, qui fecisti hanc rem, tu ipse es, mi rex David.* Quare ergo contempnisti verbum Domini? Ubi nunc generosa hæc & sancta libertas? Ubi veritatis patroni undequaque sinceri? Veritas & Æquitas non tantum agnoscî, amari, honorari, sed & propugnari ac defendi volunt. Narrat D

1. Reg. 12. v. 7.

Adulator potest ostendere omnia indicia boni amici, præter libertatem effertendæ veritatis.

agere. Non tulit Cælius assentientem, sed exclamavit: *Obsequi. Dic aliquid contra, ut duo simus.* Idem pæne his ingere dum: *Dicite aliquid, ô palpones, ne statuar videamini.*

Ergo nemo se jactet: Ego nemini adulator, rebus ut fiunt, nil contradico, sileo. Atqui hoc scias, mi homo, qui Veritatem æquitatèmq; voragine mersam hærec de Irâ c. 3. finit, nec pro viribus extrahere conatur, is deserit, hostis est, adulator est. *Beata mens, inquit Augustinus, quæ perfectè hoc vitium vincit, nec adularur aliquando, nec adulatori credi; quæ nec decipit alterum, nec ipsa decipitur.*

Refertur inter opera Augustini tom. 2. mihi pag. 377. in epist. 17. ad Demetr. Psal. 38. v. 1. Ioan. Cliv. mac. grad.

Ergo, Dixi, custodiam vias meas; ut non delinquam in lingua meâ. Beatus Joannes Climacus: *Si Petrus, inquit, quinquamies, sexages, imò centies & sapius in viâ ad Olivetum secum ipse dixisset: Dixi, custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua meâ: si psalmum hunc tempore quo dormiit, recitasset, non tam facîle ter Dominum negasset, quod jugi fletu per omnem vitam sibi sumpsit expiandum.* Sanctus Athanasius: *Si habes, inquit, tui curam & vides hastem tuam, & cervinis periculum, incipe canere: Dixi, custodiam vias meas. Quotidie Deus cuius nostrum seridè rogandus: Domine ut non delinquam in lingua meâ. Simul firmissimè statuendum: Dixi, & dico, & dicam, Custodiam vias meas. Cavebo solum ne aut ego aliis aduler, aut aliorum adulationibus decipiar. Scio sententiam jam laudat: Qui seridè vult damnationem hanc & nigrum thera evadere, custodiat linguam suam, & custodiet animam suam ad salutem, vitam, beatitudinem.*

CAPVT III.

ADVLATIONIS damna maxima explicantur.

Orationem gratiæ parandæ, & ad aurium pruriturum compositam Diogenes rectè *Letale mulsūm* vocavit, ut quod jucundum, idem tamen esset perniciosum. Adulatio, verè mulsūm letale, tam est grata quàm noxia, mellitum prorsus venenum, & sinceris affectibus corrumpendis certa pestis. Eâ de causâ idem Diogenes Adulationem *Melleam profocationem* appellabat, ut quæ blandimentis oblectaret, strangularet mendaciis.

Sed quis tam sagacis naris sit, ut vel adulatoris satis nosse, aut adulationis mala æstimare satis possit? illud fat luculentum adulationis indicium est, coram & in os digniorem se laudare. Hinc Gregorius: *Sapiens, inquit, cum laudatur in facie, flagellatur in mente.* Hinc Christus Dominus, Joannem Baptistam non tantum non præsentem, sed nec præsentibus illius discipulis laudavit. Sed cum illi abissent, dixit: *Inter matos mulierum non surrexit major Ioanne Baptistâ.* Maxima laus, sed absentes. Contrarium faciunt adultores. Verum adulationis & adulatorum naturam geniūmq; utrumque jam descripsimus, restat tamen ut tria potissimum adulationis mala ingentia sub aspectum collocentur: quod nunc facere ingredior, idque ferè aliorum scriptorum calculo.

Tria adulationis mala.

§. I.

Primum. Adulationis damnum: Adulator non melior est detractore, imò pejor. Clarissimè Bernardus: *Pessima vulpes, inquit, occultus detractor, sed non minus Adulator blandus.* Cavebit sapiens ab his. Aliqui, cum detractoribus urgentur, modestiores fiunt & Humilitate proficiunt: qui verò adultores etiam remotos tolerant, inflantur & magis ac magis intumescunt. Verè inflat ad superbiam adulatio: monstrum est, Adultores patii, & non superbiorem fieri. Eò inventa est hæc artium pessima, ut doceat hominem crescere in viciolam altitudinem.

Adulator non est melior detractore, sed pejor. Bernard. in Cant. serm. 63. med.

Rex Herodes Agrippa, cum jam tertio anno Judææ totius regnum administraret, in urbem Cæsaream pervenit, quæ prius Stratonis turris dicta est, ubi pro salute Cæsaris

mi enim promptitudinē & alacritatem via patet ad operationem. At hīc, quoniam iis quæ sunt, applauditur, iure eum insigniter & vehementer pungit ac notat. Si enim vel reprehensum vitium addeat, & laudata virtus vix suos ad sudorem provocat: quid erit si hoc non factum fuerit? Quisquis igitur non suus ipse hostis est, adulatorem omnem, ut juratum nominis sui hostem fugiet, & consilia illius laudēsque non nisi timidē ac cautē tanget. Hosti non fidet; nec fidat adulatori. Suspecta habet inimica consilia & hebet & adulatoris. Hostiles molitiones omnes quocunque amico velamine testas averlatur? & adulatoris aversetur qualicunque mantelo nitidas. Inimici laudēs ad contemptum referat? referat & adulatoris, & quidquid ab huius ore & manu quocunque coronatum florē propinatur, tanquam ab inimicā dextera prudens ac providus non tangat. Quin & alia omnia, quàm quæ ab adulatore denuntiantur, cogitet. Laudat ille? damnanda sciat. Damnat? laudanda sibi persuadeat. Consilietur ut mala. Dissuadet? sequatur ut bona. Optimē

Chryl. tom. 1. cap. 49. post med. Adulator omnis fugiendus.

Aug. tom. 8. in psal. 17. post med. Insigniter ad omnem genus mendacii.

Augustinus: Non timebis, inquit, comminatorum, si non amas adulatorem. Tertium Adulationis damnum: Instigat ad omnem mendaciam. Nam adulari non mentiri difficillimum: & sæpe quod plus tegitur adulatio, eod plus detegitur mendacium. Habuit vir è primatibus in Gallia hominem fatuum, qui heri mentam falsis & insulsis delirationibus solebat exhilarare. Fuit ut affideret conviva cui nasus non nihil grandiusculus erat. Observans id herilis stultus, & hominem identidem aspiciens, tandem prorumpit, &: O quantum, inquit, nasum habes? Erubuit conviva, & pane magis qui invitaverat. Mox fatuus loco ejicitur, non sine plagis. Ab his miser didicit, se peperam locutum, cum tamen herum nollet offensum. Paulò post subrepsit in eandem cenationem stultus iste, ut quod antea pejus dixisset, suavioribus verbis repararet. Adit ergo mensæ, & convivam eundem diuicilè contemplatus, tandem ait: Pusillum certè nasum habes. Iratitur herus: Contundite, exclamat, infamum caput & pugnis docete huc non redire. Post apud convivam multa excusans, deprecatus est alieni oris stultissimam & profusum in justam dicacitatem. Miser probe contusus, nec tamen sapere didicit; reditum sibi haud interdictum, sed verba tantum putabat corrigenda. Itaque rediit; & primo statim ingressu velut emendatissimè locuturus proclamavit: Nullum omnino nasum habes. Fatuam hanc loquacitatem pulcherrimè adulatoris æmulantur. Hi sæpe quod plus erroris tegere conantur, plus errant; mendacia palliant mendacis, fucum fucis addunt, & quod plus timent deprehendi, hoc audacius mentiuntur.

Omnis adulatio vestitur mendacio: detrahe illi hanc vestem, & informis apparebit nuditas, ridenda, non admiranda. Neque enim aliud est adulatio, quàm perpetuis prope mendacis vestita oratio. Aut enim infra aut supra fidem adulantia verba sunt. Nam dum placere studeat, si quem laudibus capi videat, auget illas longè etiam supra verum, ut placeat magis. Si nihil quod laudem mereatur repererit, è suo cerebro nova comminiscitur; etiam vitia in laude ponere, & damnanda probare audet. Quò fit ut in majora impellar scelera. Hæc enim laudat, est ad paria aut majora incitasse. Heu quid opus ad id calcar addere, quò jam ante natura aut educatio prope rat? nil aliud hoc est quàm si quem præcipitio vicinum injecta manu protrudas, quò falciore proniorque lapsus sit. Facit hoc assentator, qui ementitis laudibus incautos in verarum virtutum opinionem trahit, damna regit, pericula minuit, aut universim tollit, & ut ille stultus sine ratione, sic iste sine fronte, sine conscientia, ei cui grandis nasus est, audeat tamen dicere parvum nasum habes; ei cui grandes & plurimi sunt nævi, persuadere tamen nititur, & paucos & minimos esse: non veretur dicere Nasoni, nullum nasum habes. Cum enim benevo-

Scribani Medic. Reliq. lib. 3. c. 17. Adulatio est perpetuis prope mendacis vestita oratio.

lenciam alicujus sibi suisque rebus perfluaserit conuocanda aut necessariam esse, quacunque illam via parare studet. Veris nudatur? protrudit falsa. Satis illi si operata consecutus fuerit, quocunque demum flumine deducatur ad hunc portum.

Accedit, plurimum tales quæ hīc laudant, alibi damnare; quæ apud hos probantur, apud illos improbare, five innata naturæ inconstantia, five omnibus placendi studio. Unde fit ut nihil stabile firmumque ab his sperari possit, nihil illis tuto credi: commissa produunt quæcunque, si è re sua id futurum arbitrentur, omnium se successibus expandentes, omnium subservientes: tam faciles in prodicionem, quàm faciles in assensum, ut nulla illis fides adhiberi, nulla verbis fiducia possit. Tam venalis oris homo probat præfens, damnat absens, magnumque quem in os tulisti laudatorem, sævum, ubi reverteris pedem, patieris judicem; quemque præsentem fortem senseras propugnatorem, absentem validum ferres oppugnatorem. Applaudit nimirum coram, sævit cum lateri: frontem blandè delinit, tergum unguibus ac molaribus occupat, & qui sub aspectum mella & flores effundebat, cum procul est, venena & ignes jaculatur; tanquam si quis præsentem extremis digitis demulceat, absentem fulmine perimat, aut integris montibus sepiat.

Adulator absentes damnat quos præfens laudat.

S. I V.

Ergo, quisquis veritatis amicus es, aut falli non vis, quisquis ingentia mala cupis exire, adulatorem fugge. Tu ipse aliis nunquam blandire aliorum blandimenta sperne. Sprevit ea insigniter Augustus Imperator. Nam cum Tarraconenses velut lætissimum ostentum nuntiarent, palmam in illius aræ enatam esse: Apparet, inquit, quàm frequenter sacrificetis. Quod illi adulando de Deorum favore ingerebant, hoc ille negligentie ipsorum tribuebat.

Adulator fugge ingens malum fugiendus.

In veteri arce parieti inscriptum legisse me memini: Omnibus sis familiaris, nemini blandus. Nemini blandiendum, etiam si spes affulgeat magni emolumenti. Vox regia fuit Imperatoris Theodosii ad Arcenium præceptorem, Arcadiò & Honorio filiis audientibus: Præstat, aiebat, piè mori quàm impiè regnare. Sic omnino, præstat piè mori quàm impiè servire ut regnēs: præstat piè latere quàm his artibus emergere. Quid iuvat fama magna, si non bona? Quid prodest homini si mundum universum lucretur, anima verò sit detrimentum patiat? Ergo nullius hominis gratiam sic ambias ut illi nocetas, & tibi ipse plus obis quàm prosis. Chrysolomi dictum est: Blandiri ut nocet, diaboli est; corrivere verò ut profit, Dei. Quis autem alteri blandiri potest, & non nocere? Ergo humanum te præbe omnibus, nulli blandum. Ita verò adulatorem cave, ut illam tam in te oderis quàm in aliis:

Math. c. 16. v. 26.

Chryl. tom. 2. hom. 13. in cap. 4. Math.

Assentationes arce, si non arces, provocas.

Optimè monens Bernardus: Tolle, inquit, occasiones, respice blandimenta, adulationibus claudere aures, te interroga de te, quia tu te melius nosti, quàm alius. Attende cor tuum, diserte intentionem, consule veritatem; tua tibi conscientia respondeat. Et licet te tota vicinia modestum dicat ac pudicum, minime vel jurantibus credas: licet te omnes honorent, netibi magnus videaris: qui de amore non venit honor, non honor est, sed adulatio. Qui te blandis, ut Plautus loquitur, & benedicti dictis subagitant, non amici, sed palpatores & parasiti sunt: Memoria tene quod parvulus didicisti:

Bern. epist. 5. med.

Plautus in Cistell.

Plus alius de te, quàm tu tibi, credere noli.

Bonum est laudari, sed præstantius est laudabiliter agere. Cura esse quod audis. Bernardi iudicio qui conscientias suas in alienis labiis posuerunt, hi modò magni, modò parvi, modò nulli sunt, prout adulationum linguas vel admittunt vel rejiciunt. Joannis Sarisberienis: Non facile dixerim, inquit, uter sit prior in vitio, qui linguam adulationibus polluit, aut cuius cor ex eis se in læticiam resolvit. In hoc enim elationis cecitas, in illo fraus exaccandi damnatur.

Episcopus Carnotensis, qui Anno 1182 obiit. Sarisb. l. 3.

Ubiq. Polier. c. 5.

Ubiq̄ue verò damnatur dolus, sed & cæcitas quæ à superbâ est, nusquam absolvitur. Esto quòd adulator sit nequior, iste non minùs contempnibilis est. Nec caperetur lingue tendiculis alienæ, si non blandiretur ipse sibi. Quid itaque alium arguit elationis, qui sibi metum adulationis? In quo enim alium accusat, seipsum condemnat, eadem enim facit quæ iudicat. Laudatores ergo tolle, & magnam scelerum materiam sustuleris. Neque quicquam facillè improbata omnibus aut aggreditur aut iterat. Laudem & propugnatorem crimina possunt ut reperiuntur. Tolle hæc fomenta, ligna ignibus; & partem longè maximam ademeris incendii. Tiberius Imperator hoc nomine commendandus, qui adulandi studium in primariis Reipublicæ Romanæ vitiiis detestatus, cum è senatu egrederetur, subinde dicere solebat: O homines ad servitutem paratos!

Bern. ser. 4.
de Ascens.
Dom.

O magni Principes, ô Reges, & Cæsares quàm subtili veneno incolumitas vestra impetitur. Misertus vestrum omnium Bernardus: *Potentibus, exclamat, omnes invident, omnes adulantur.* Eâ de causâ Soloni dixit Ætopus: Non accendendum ad reges, aut illis placendum. Scio, negari passim, in aulis bene compositis adulatorem esse. Ah! quâ hoc difficile creditur est? illud nonnemo sibi potius persuasit, nullos tolerari quàm nullos esse. Quis enim credit nihil esse murium, ubi tam multum frumenti est? & quis capiat, in tantâ turbâ hominum, qui omnes contentissimus studiis aucupantur gratiam, non multos esse qui rete tendant adulationis, sine quâ sterile censetur hoc aucupium. Aula Theodosii Junioris, aula sancta fuit, sed adulatoribus minimè caruit. Atque hi eò virium progressi, ut non tantum Theodosianam aulam, sed universam partem Reipublicæ illam everterint. Nusquam deest fax ista hominum, sæpe tam grata pestis aularum quàm noxia. Qui verò adulatorem cavere cupit, nosse debet; hoc autem meliùs noscet, quòd studiosius cavebit. Tanti mali remedium, non sat efficax est, nolle laudari. Reperias fortasse non paucos, à quibus etiam non sit laus quaesita, nihilominus eos delectat oblata. *Vitandus est adulatorum sermo, & fortiter rejiciendus; nunquam sine noxia erit, illum benignè admittisse. Nam etiam si non statim offuscit, semina tamen in animo relinquit, sequiturque, nos etiam cum ab illis discesserimus, resurrexerunt postea malum. Quem admodum qui audierunt symphoniam, serunt secum in auribus adulationem illam ac dulcedinem canentis, quæ cogitationes impedit, nec ad seria patitur intendi: sic adulatorum & prava laudantium sermo diutius hæret quàm auditur, nec facile est animo dulcem sonum excutere. prosequitur & durat, & ex intervallo recurrit. Ideo claudenda sunt aures malis vocibus, & quidem primis: nam cum initium fecerunt, admissæ sunt, plus audent.*

Senec. epist.
123. med.
Adulato-
rum sermo
vitandus,
& aures ei
claudende.

§. V.

Sed quis vir ille inexpugnabilis, adversus has aurium insidias, quas nemo non in sinum recipit? Eò jam dementia venimus, ut qui parè adulator, pro maligno sit. Ita est; quòd apertior incedit adulatio, quòd improbius, quòd magis frontem suam perficitur, cecidit alienam, hoc citius expugnat.

Reges &
principes
inexpugnabiles
in omni adu-
lationis
genus esse
convenit.

Senec. lib. 4.
Nat. qq. in
Presat.

O Principes, ô Reges, & Imperatores, vos esse convenit viros illos inexpugnabiles in omni adulationum genus. Parum est, subtilissimum hoc venenum non appetere, ei etiam insuper resistendum est, & subinde prima statim verba blandientium præcidenda. Ii qui blandiri aut placencia loqui nesciunt, non continuo, ut agrestes & barbari rejiciendi. Suum illis pretium stet, nec vile, qui ignorantia laborant tam malignæ artis. Utinam liceret affirmare de Principibus Christianis, quod Seneca de fratre suo Gallione dixit: *Eum alia vitia non nosse, hoc etiam odisse.* Ita sanè injustitiam, libidinem, remulentiam, aliâque similia portenta non norit Principes, adulationem etiam oderit, & omni aulâ exurber. Modus Adulatores ab Aulâ excludendi non deesset, si non displiceret. Ad Hispaniarum Regem Philippum IV. Poli-

tiæ Christianæ doctor, hæc omnino verba perscripsit: *Crisostomus Scriban. lib. 1. Politico-Christi. c. 9. post mediam.* Beati, qui vera dicentem sortiti! Quo infeliciores Principes sunt, qui è multis millibus vix unum fortiantur, qui vera profari audeat. Delictum in Principe est; vera dicent, si audire vera Principes vellent, si falsa denuntiatis pœna astaret, si nulla impunita assentatio abiret, si vera dicentes præmia manerent. Nunc cum hos pœna, præmia illos maneat, omnes in adulatione devolvuntur.

Quòd si via desit comprimendi adulatorum, pellantur familiâ. Fecit Alexander Severus, Septimius etiam Severus, fecerunt alii. Feliciter semper, bono Reipublicæ, regni, & suo. Ut merito gratior esse debeat inimicus damnatus, quàm assentator laudatus. Ab illo vera sperari possunt, & mala nostra discimus, quæ ignorata emendari non possunt, possunt cognita; quacunque manu cognita illa veniat, ab amicis censeri debet venire, quæ in præcautionem est, & victorum fugam.

Verum non imperitè mihi dixisse visus est, qui assentator, omnes pœne principes viros eo fato nasci, ut aliquid saltem pennarum ad hunc adulationis vicium relinquunt. Ita improvidi cives dum vilitate laudandi uniusquisque magnatum vitia ad amicitiam sollicitant, se simul & illos miserimos fieri non sentiunt. Quanto enim incommodo suo imperantes sic fingunt, ne quid eos pudeat, sed licentissimi assuescant seipsum amare & mirari. Utique postquam diu omnes eorum affectus adulatione & præconiis consecraverunt.

Quid miremur principes violentâ adulationis procellâ inclinatos quòd sponte jam volunt, iis vocibus cedere quas solas accipiunt? præsertim nemine ruinam sustinente, ad quam tanta vis impellit. Nam illi sapientes quos negotiis adhibent, seu verentur frustra monere, seu medicamentum, quamvis infundat salubritatem, tamen ingratum esse sciunt, his vulneribus non adhibent manum: Aur cervè vitia distinguunt, quibus seipsum Rex maculat, ab iis quibus Reipublicam perdit. Et contenti ut quicunque mederi publicis, non restituntur principi oculis, quibus ipse suam fortem & blandientium fallaciam damnet. Quis familiarium sapienter Reges admonuit, si aviditate æris, aut nimia liberalitate infames sūt, si nimio venationum studio amittunt Reipublicæ curam: aut cum libidinum exemplis sæculum inficiunt, vel inconsultis amicitias publicam invidiam concitant. Laboramus etiam virtutum nomina his cupiditatibus fedare: cura futuri, laborum assuetudo, comitas, liberalitas appellatur hæc dedecora. Nec vitia illa tantum, sed etiam leviora, in his adolescentum mendaciis. Et nisi majorem Regibus genium, quàm qui populum informat, fors dedisset, quotiesquisque ex his plagis evaderet, quæ vel ipsâ consuetudine placent, quæ nascentium canas circumdant, nec eas meminerunt sibi poni.

Sed neque his periculis soli Reges infesti sunt. Pleriq; regiis malis in privatâ fortunâ laboramus. Reges sumus supplicibus: rursusque Rex nobis, in cuius manu est quòd petimus. Hunc tenamus blanditiis, huc illâ vanitate cõficimus, ultro amantè tela quibus percelli solent Reges.

Ergo non solis Principibus odio prosequenda est adulatio, neque enim solos Principes seducit, omnibus infesta, omnibus exitiosa, qui eam non studiosissimè cavent. Verissimè Paulinus, *Nihil est, inquit, quod tam facile corrumpit mentem hominum, nihil quod tam dulci & molli vulnere animam feriat. Non vis vulnerari: cave eos qui volunt adulari.* Quisquis adulatorem domo recipit, serpentem sinu fovet. Torper jam serpens? brevis venena explicabit ubi incaluerit, & diffundet virus in amicum sibi sinum. Non magis frèr adulatorem beneficia vincit, quàm serpentem. Semper hic serpens est, & ille semper adulator, hoc est, amicus falsus, qui quantò eum plus fovet, vis, plus insurget; coram amicum mentietur, inimicum abiens loquetur. Ergo cave omne mercenarium præconium, adulatorem omnem à te repelle, neminem horum admittite,

Longum
sunt
plexus:

adac

Barel. Ar-
gen. lib. 3.
post med.

Horat.
ode 16
Sen. epist.
med.

Adulator
ab omni-
bus repe-
lendus.

Flu-
pess.
Niam
terti
dum
Narg
Nesib
Nesib
Nesib
Nesib
Nesib
Nesib
Nesib

mitte, quocunque virtutum colore tinctum. Lyfandro quidam dixerat: Laudo te & defendo. Huic mox Lyfander: Duos, inquit, ruri boves habeo, quibus tacentibus fitis ipse novi, uter illorum sit piger, uter laboris amans. Tali responfo adulatori os obrurandum, ne, si tam benevolè audiatur, eandem cantilenam fæpius occinat. Et hæc de Adulatione. Multa, inquis, & proluxa. Crede mihi, Lector, pauca diximus, si flagitii genium spectemus. Pluribus & gravioribus plagis hæc linguæ improbitas fuisset excipienda. Affectus veri venenum pessimum Affentatio.

B
CAPVT IV.

BACCHEA, BOMBILANS, BLÆSA,
lingua quid fit.

Interrogat olim Paulus monachus, quem simplicem nominabant, priôrne Christus fuisset an propheta? Ubi verò aliis monentibus comperit, quàm id insulsè interrogasset; cùmque illi insuper à maioribus imperatum esset, ut questionem tam ridiculam silentio expiaret, triennium silentio exegit, eaque ratione pœnas à seipso graves repetit.

Subinde tanta est humanæ linguæ intemperantia, ut hoc unum fatagat, garrere ac loqui, aprè, ineptè, utiliter, damnosè, id iuxta habet. Tres hoc capite vitiosas linguas proferimus, quarum prima, quam *Baccheam* nominamus, hæc cùm vini vim admittit, ita rationem excurrit, ut insulsè plerumque interrogat, insulsissimè respondeat interrogata. Nihil tam fatuum est, quod ab hac linguâ sit alienum. Huic meribulæ linguæ, & nunquam non vacillanti *Blæsam* atque *Bombilantem* consuevimus adiungendam. Quod singulis inhiæreat vitii, explicabimus.

§. I.

Bacchea. **B**ACCHEA hominis ebrii lingua est, quæ quasi grallis nixa incedit, aded & titubat & claudicat. Diceret illam *Ascoliafinum*, *Empusæ* ludum ludere, qui eâ lege fiebat, ut pede altero in aërem sublato, uno subsilirent pede. Hæc lingua nil arcani retinet, fanda infanda simul omnia effundit, velut qui navigii mercès in iratum mare opere tumultuario ejicit. Hæc lingua velut vacuum doilium usque & usque tinnit, & plerumque divitiæ aut lætitiæ inaniissimas. Nam

Horat. lib. 1. de 16. Sen. epist. 83. med.
Quis post vina gravem militiam aut pauperiem crepat?
Verissimè Romanus sapiens: Non est animus in sua potestate, ebrietate devinctus. Quemadmodum musto dolia ipsa rumpuntur, & omne quod in imo jacet, in summam partem vis caloris ejectat: sic vino exestuante, quicquid in imo jacet abditum, effertur & prodit in medium. Onerati mero quemadmodum non continent cibum, vino redundante, ita ne secretum quidem, quod suum alienumque est, pariter effundunt. Vbi possedit animum nimia vis vini, quicquid mali latebat, emergit. Non facit ebrietas vitia, sed protrahit: tunc impudicus morbum proficitur ac publicat: ranc petulans non linguam, non manum continet: crescit insolenti superbiâ, crudelitas sevo, malignitas livido: omne vitium detegitur & prodit. Adice illam ignorantem sui, dubia & parum explanata verba (en linguam *Baccheam*) incertos oculos, gradum errantem. Sed *Bacchi* victoria plerumque omnium primo in vesicula rapit linguam.

† *Æsopum* quidam non illepidè reprehendit, quòd fenestras in homine, per quas intima cogitationes perspicerentur, requireret, cùm vinum scilicet id præstare possit. Et eleganter *Theognis* poëta, quem *Lævinus* *Torrentius* sic Latine loquentem fecit.

* *Ignibus explorant atri argentis, metalli Artifices, mentem libera vina viri.*

Ideo magnates hominè illum poculis urgent, è quo elicere cupiunt intima sensa animi. *Venusinus* vates affirmat:

Reges dicuntur multis urgere calulis, Et torquere mero, quem perpessisse laborant, An sit amicitia, dignis

Horat. de Arte poet. v. 434. pro-pius finem.

Hoc est ingenii duris lene tormentum admovere, & arcanum consilium jocosè reterege *Lyæo*. *Marcus Craffus* bello quod cõtra *Dacos* & *Bastarnas* gerebatur, eorum legatos admittit, retinuitque, postridie responsurus. Interim legatis hilare vini tormentum admovit, itaque eos vino sepeliit, ut omnia eorum consilia eruerit. Arte consimili ajunt olim *Bonosum* Imperatorem tñsum, qui sæpe dixisse fertur, non ut viveret se natum esse, sed ut biberet. Is igitur quoties barbarorum legati undecunque gentium ad eum venissent, vino liberalissimè propinato ebrios reddidit. Itaque è temulentis his linguis quæ voluit, explicatus est. Nemo tantæ continentia est, quin mero merfus & madens effutiat omnia: quicquid fraudulento ac vapido in pectore later, protruditur: Linguæ sunt liberæ, ubi eas *Liber* copiosior irrigarit. Quod sobrio in pectore, id in palato natat ebrio.

Audiverat *Rex Pyrrhus* quosdam *Tarentinorum* in convivio parum honoratum de se sermonem habuisse. Accersitos percunctabatur, an dixissent ea quorum accusarentur. Tum unus ex iis: Nisi, ait, vinum nobis defecisset, ista quæ tibi relata sunt, præ iis quæ de te locuturi eramus, lusus ac jocus fuissent. Tam urbana crapulæ excusatio, tamque simplex veritatis confessio iram regis avertit in risum. Profuit his juvenibus vini pœuria, & mite ingenium *Pyrrhi*, alioqui *Bacchea* lingua in fraudem eos maximam egisset.

Apud Romanos statua erat quæ *Citeria* dicebatur. In hujus capite articuli vertebræque sic locatæ erant, ut os sursum deorsum diducere, & nescio quid inamœni strepere potuerit, perinde si loqueretur. Hanc garrulam statuam in ludorum pompâ, ridiculi gratiâ trahebant. Inde *M. Cato* in *Cecilium* ludens: *Vehevis*, in pompâ ludorum, pro *Citeriâ*, ut populo sermocineris. Tales omnino sunt linguæ vino natantes & temulentæ, garrunt ut statuæ, quarum labra funiculo trahuntur; strepitus & verborum plurimum est, nihil rationis. En quot statuas *Citerias* in unico convivio reperire est!

De garrulitate vitio *Plurarchus* elegantem scripsit libellum, in quo verissimè dixit: *Quod in corde sobrii est, id in linguâ est ebrii.* *Suidas*, sapienti tres ait meri caliculos permitti. Et primum quidem esse valetudinis, alterum volupratis, tertium somni. Eodem pœne modo bibendi vices distinguens *Anacharsis*: Primum calicularis, inquit, necessitatis est sedandæ siti: Alter sobriæ hilaritatis: Tertius voluptatis: Atque hic juber *Plato* quiescere. Nam quartus calix ebrietatis est & contumeliæ: Quintus clamoris & stultissimæ garrulitatis: Sextus comestationum, etenim quò plus potantur uvæ, plus sitiuntur: Septimus libidinis & lasciviæ: Octavus bilis est & pugnæ: Nonus vulnerum & cædis: Decimus furoris & infania. Ad hæc omnes tragædias sese auctorat *Bacchea* Lingua, quæ cæco impetu ruens, qua data porta, nullum formidat præcipitium. Quisquis huic linguæ mederi vult, medicinam omnem petatè sicco; culillos subtrahat & circas, docilemque situm assuefaciat ad limpido fontem. Nam lingua velut molendini rota, si vino agitur, omnem molitoris peritiam eludit, nec facile listi potest. Quis inter cyathos textit, quod laterè cupiebat?

Cùm autem temulenta lingua plurimum peccare soleat, frivola nimis excusatio est, dicere: Per vinum hæc feci, per vinum illa dixi. Non minùs, ô bone, sic reus es, imò duplici noxâ obstructus es, & quia nimium bibisti, & nimium garrivisti. Cùm enim linguæ tuæ furores moris, cur eos vino tam copioso impellis & extimulas? Tanto magis cavendum tibi, quanto incautior nactus es linguam: tanto temperantiùs tangendi calices, quanto appota lingua intemperantiùs blaterat. Fuge igitur si non convivia, certè temulentiam. Hæc namque

Suidas voce an. Tres caliculi meri, sapienti permitti.

Temulenta lingua frivola excusatio.

† *Plut. 1. 3. sympo. v. Namissos sic vertit: Aurum atque argenti, ubi sobrius dicitur, ubi vinum dicitur, ubi dicitur, ubi dicitur.*

Thom. Cantiprat. lib. 2. cap. 56.

Diabolus fuit.

2. Blæsa.

Isa. cap. 6. vers. 5.

Lingua blæsa delictis alienis sese innuit tacendo.

namque periculosissima est lingua, quæ omne peccatoris arcanum detegit, & sæpissime protrudit omnibus vitæ partibus pœnitenda. Corpus, animum perdat, id lingua ebria non curat; præceps rapitur in omne nefas. Horrendum est quod Cameracensis præpiscopus narrat. Cùm tres, inquit, combibones in tabernâ mero incaluisse, de alterius Orbis arcanis, de immortalitate animæ, de supplicii gehennæ sermonem iniecerunt inter facundos calices. Hic unus procacior, id totum pronugis habere, & velut sacrificorum commenta explodere, ceteri jocanti applaudere. Hoc audet lingua Bacchea & ebria. Decipiunt nos sacerdotes nostri, ajebat ille impius, qui nescio quæ aurea sæcula somniant futura. Dum hæc garrunt & rident, interim adest vir altæ staturæ, & ut videbatur, eximie robustus, qui blandè affidens; Equid ò viti, ait, sermonis, quid risus & hilaritatis est? De animâ, inquit, protervus ille, sacerdotum somnia narramus. Addit etiam, se quidem licitanti haud magno pretio animam venditurum, quin & pecuniam pro symposii symbolâ collaturum. Tu verò, inquit adventor, quanti eam mihi indicas? emptorem habes, si tu velis esse mercator. Nec mora; conveniunt de pretio. Numerat emptor præsentem monetam; addicitur illi anima, potatur strenuè, liberalitas emptoris commendatur, cachinnis & poculis certatur. Denique sub adultam noctem: Equidem, ait emptor, succumbimus vino & in somnum fatiscimus: tempus est, ut suam quisque domum reperat. Sed vos, ò socii, jus dicite: si quis equum capistrò ligatum emerit, nunquid & capistrum cum equo auferat sine venditoris injuriâ? Dixit, & trementem venditorem in omnium oculis abripuit, eò ducturus, ubi videret miser, quod credere noluit. Talibus sese flagitiis lingua Bacchea, lingua ebria obstringit. Caveat vinum qui linguæ suæ, imò qui suæ vitæ vult caurum.

§. II.

BLÆSA lingua nominatur hîc illa, quæ focali seu mappulâ circumvoluta velut ægra, tumescensibus colli glandulis aut vocem continet, aut verba mutila submissè jacit. Hæc defectu errat, non excessu: nimis parum, nimis exiliter & modicè loquitur. Hæc erenim ea quæ monenda, arguenda, reprehendenda, castiganda forent, nec monet, nec arguit, nec reprehendit, nec castigat, aut certè non satis verborum & acrimoniæ habet; blæsa est, ægra est, aut ægram se simulat, metuit responsum duriusculum, timer afflatum iniquiorem. Hæc lingua dicere solet: malus est cantor, qui nescit spiritum in cantu suspendere. Paufandum est subinde, & respirandum. Est omnino, sed non eo modo quo Lingua Blæsa confutevit. Hæc quandoque pausat & respirat largissimè; sed cùm maximè cantandùm, aut clamandum esset. Canta, canta, ò cessatrix, canta: argue, obsecra, increpa. Sed video quid te moretur, cogatque subsistere: pausa atque suspicia tua sunt argento vel auro scripta. Ad hos aureos argenteosque apices subsistis & hæres: hîc devotissimi gemitus subiliunt: numos cernis, & os comprimis. Et ne cum vitio videaris silere, tuum illud susurras: Aliquando melius est loquendo pausam fieri: *Ve mihi, clamat Isaias, quia tacui. Væ tibi quia taces aut submissè nimis loqueris, cùm foret clamandum.*

Hæc lingua delictis alienis sese involvit tacendo, dissimulando, connivendo; aut presè nimis ac leniter loquendo. Nota vox Gregorii Magni: *Qui non corrigit resecanda, committit: & facientis culpam habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare.* Ita graviter delinquit hæc lingua, tam in suis quàm in aliorum defectibus patefaciendis, coarguendis, corrigendis: hîc illa timore pessimo impedita tepidat: & vel tota silet, vel nimio oris pressu loquitur; pauculis verbis innuit dicenda, non dicit:

— *pausam facit ore loquendi.* Lucil. l. 1. Alie omnes vitiosæ linguæ verborum copiâ peccant, hæc inopiâ. Videte mihi blæsam linguam Hebræi sacerdotis Heli. Corripiendi erant filii, & castigati acerrimè libidines eorum & avaritia coercenda. At bonus Heli linguâ blæsâ impeditus: *Nolite, inquit, filii mei: non enim est bona fama, quam ego audio.* Tonitru ab ore fundere debuisset hic parens; atque si verba non profecissent, severiores pœnas tentare: At ille linguâ imbecilli & fractâ omnem invektionis acrimoniam vitiosè compressit: nec sine suo suorimque filiorum maximo malo.

Atheniensis orator Demosthenes linguam habuit eodem vitio laborantem. Milesiorum legati Athenas veniunt, suppetias rogari. Admittuntur in curiam, exponunt quæ postulent, sed opponit se Demosthenes, & in iras exurgit. Quare illius diei conatus irritus fuit, & ne sequens etiam sit, legati præoccupant, & noctu Demosthenem accedunt; jubentque non esse noctem auri splendore. Imò Æsculapios dixisses hos oratores Milesios, qui asperas & immites Demosthenis fauces tam perito pharmaco levissent, & mites mollesque effecissent aureo pittacio. Nam Demosthenes qui primo die ut canis legatos allatrabat, in alterius diei concione se piscem futurum pollicetur. O bone canis, quàm non tantùm argenteis his offis placidus efficeris, sed etiam mutus! quàm cito è cane in piscem muratus Græcus hic orator! nam die postero, cùm in curiam reditum esset, etiam Demosthenes adsuit, sed æger; ex gutture scilicet laborabat. Lacsessus ad dicendum, collum focali obligatum parcente manu ostendit: Et quæso, inquit, has loquendi vices hodie mihi nemo tribuat, anginam parior. Exceptit vocem unus aliquis, & urbane: Atqui, ait, ò Demosthenes, angina hoc non est, sed argentangina. Certè fuit: argentum terigit & læsit, non collum, sed animum. Eâ de causâ hic orator sponte blæsus ex Aristodemò quæsiit: *Quantum accepisset ut diceret, & causam ageret? Talentum, ait ille.* At ego, subjicit Demosthenes, plus accepi ut tacerem.

Idem blæsa linguæ morbus incescit etiam Thrafsybulum. Hic Lacedæmoniorum legatis responsum, largitione opulentâ jam corruptus, è silvestrium pironum cû ravim se contraxisse simulavit. Hinc verbum Athenensium natum: Bos in linguâ. Erat Athenensium æs bovis imagine signatum, & hæc moneta octo sestertiis æstimata, bos dicebatur. Hi boves agentei plurimorum linguas ad eò blæsas effecerunt, itaque degravarunt, ut ea liberè proloqui, quod decebat, non possent.

Ajunt campanam funiculo circumligatam malignissimè respondere, si pulsatur: ita lingua vano timore vincita tremulum ac vitiosum edit sonitum: quædam tacet dicenda, quædam solùm musitat apertius proponenda.

Hic ego eos convenio qui à Regum Principumque sacris Confessionibus, Consiliis, Concionibus sunt: hos ego per salutem ipsorum obtestor, muneris sui obligationem cogitent, & blæsam hanc tremulamque linguam procul à se amittant. Fortitudine pro fusus hic opus est. Vir fortis dicit: *Cadere possum, à vero & recto flecti non possum.* Non me minæ, non tormenta terrent quæ finiuntur, terrent æterna. Obsequendum Principi? si illi possum & Deo. At, si in illum locum redactus fuero, ut alterutri renuntiandum sit, renuntio Principi. Pœnæ proponuntur sæculi hejus & futuri? amplectar hujus. Præmia invitant Mundi & cæli? deligam cæli. Indignatio terret Principis & Dei? negligam Principis. Possum hîc numerari inter magnos, si assentiar Principi? melius est adhærere Deo, ut numerer inter cælorum magnos. Desistat hîc omnibus, si non parvero Principi? consultus hîc desitui, quàm æternum. Spoliabor fortunis? modò non spoliar cælo. Censebor inter plebejos? factum Apostolis à veteri synagogâ. Exuar dignitatibus? summa dignitas est servire Deo.

Lucil. l. 1. Blæsa lingua laboratur: Heli Hec. Heli linguâ blæsâ impeditus: Nolite, inquit, filii mei: non enim est bona fama, quam ego audio. Tonitru ab ore fundere debuisset hic parens; atque si verba non profecissent, severiores pœnas tentare: At ille linguâ imbecilli & fractâ omnem invektionis acrimoniam vitiosè compressit: nec sine suo suorimque filiorum maximo malo.

Demosthenes. Heli Hec. Heli linguâ blæsâ impeditus: Nolite, inquit, filii mei: non enim est bona fama, quam ego audio. Tonitru ab ore fundere debuisset hic parens; atque si verba non profecissent, severiores pœnas tentare: At ille linguâ imbecilli & fractâ omnem invektionis acrimoniam vitiosè compressit: nec sine suo suorimque filiorum maximo malo.

Non symonem sed argyranthem puto.

Thrafsybulus. Suidas, velle.

Aut quantum videtur seu bacii.

Scribanii Pelitico-Christi. lib. 1. cap. 18.

Li be lat se ca m uli fuit

vire Deo. Excludar aulâ? optatius aulâ excludi, quam cælo. Excidam principis gratiâ? non excidam Dei. Inglorius hîc vivam? stulta Mundi elegit Deus. Morientum erit? non dixi me mori non posse; dixi, à recto, à vero flecti non posse. Ita vir fortis loquitur, hæc verba, Regum Principumque Confessariis, Consiliariis, Concionatoribus pensiculatè sæpius expendenda. Sed lingua Blæsa sui moris tenacissima, balbutire, tremere, mutire, dicenda silere, aut obscure proferre, inter ornamenta sua numerat. Ita Blæsa lingua se gerit.

§. III.

BOMBILANS verò lingua huic rei unicè studet, ut, sive disputet, sive familiariter altercetur, sive litiget, plagam ultimam non accipiat, sed inferat. In eo enim victoriam omnem esse sitam aurum, adversario semper respondere posse, & ultimas dicendi vices occupare. Bombylius, exiguum volatile, apis quoddam genus est, sed obstreperum; apem magnam non malè dixeris, quæ à bombo, quem edit, nomen invenit. Hoc volucre animalculum se quidem miscet apibus, sed ad mellificium profusum est inutile, nam favos sibi necit è luto. Hinc verbum verus, Homo bombylius, homo verbosus, multiq; strepitus, cetera inutilis, & cui verba sunt sine penu & pecuniâ. Hinc lingua Bombilans nunquam non obstrepera, hoc sibi laudi ducit, se altercando primam, se fuisse ultimam, nec verborum copiâ ulli cessasse. Quidquid ei objiciatur, habet illa, ut Jureconsulti loquuntur, replicas, habet triplicas & quadruplicas, sicut Echo, clamoris iteratione vinci se non patitur, quotiescunq; laceffitur, toties responderet, & semper voce ultimâ triumphat: ita Bombilans lingua litigiis omnibus necit epilogum è suo promptuario.

Anno millesimo sexcentesimo decimo nono, editus est liber Musicus hac inscriptione: Polyhymnia Panegyrica, à quâ proponuntur cantiones quæ ternione, quaternione, quinione, senione, ogdoade musicorum constant, quæ & viginti vocum sunt, sex choris partiendæ: difficilis hæc symphonia est quæ tor eget cantoribus: bicinia rariora sunt, sed & faciliora: & in his Bombilans lingua exercitatissima est. Fit celeberrimè ut duo litigiorum amantes bombilante linguâ canant bicinium prolixum. Hîc audire est, quomodo contentiote voce altum & acutum scansim insonent, quomodo ab acuto sono usque ad gravem se recipiant, qui se modò helluones & lucrones reciprocis cavillis nominabant, jam etiam mastigias & nebulones vocitant, mira bicinii varietate. Neutri propositum tacere, neuter feriri vult ultimùm. Et quia uterque Bombilans est linguæ, in hoc bicinio suo etiam chromate utuntur: hîc decies, hîc vicies audias: *Tu mentiris improbe.* Mox alter præanem citans diapausôn: *Non ego,* inquit, *sed tu mentiris furcifer.* Hæc illorum chromatica sunt ornamenta, his cantum ornant, pingunt, celebrant. Hæ nobiles Bombilans linguæ concertationes sunt, hæ vocum fugæ, hæ rotundatæ clausulæ, hi teretes illius moduli, his alter alteri responsat & obstreperit. Si alteruter maturè nosset tacere, omne hoc bicinium pridem finiisset, aut nec initium quidem habuisset. Sed hoc, ut dixi, Bombilans linguæ proprium est, voce ultimâ triumphare. Optimè monet Aufonius:

*Virtutem primam esse putat, compefcere linguam;
Proximus ille Deo est, qui scit ratione tacere.*

Tacuisse cum ratione ac prudenter, nemini unquam nocuit; locutum fuisse, licet non sine ratione, nocuit innumeris. Ergo linguam Baccheam cave, Blæsam instrue, comprime Bombilantem. Ad sapientium tribunal is victor in lite judicatur, non qui diutius altero loquitur, sed qui citius conticescit.

CAPUT V.

Quid Lingua BIFIDA sit, & quàm noxia.

NON sine gravi causâ Christus sordidum & mutum Curaturus, ad eum altum ingemuit, ac si hoc beneficium ægrius impertiretur. Tam profundi gemitus mysterium non eò spectabat, quòd miseris non quàm promissimè succurrere soleret Dominus, sed quòd muto expediturus erat linguæ usum, quo ille accepto jam lanis, pluribus delinquendi periculis exponeretur, quàm æger & elinguis fuisset: expositus. Siracides adstruit: *Multi ceciderunt in ore gladii, sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam.*

In linguæ alphabeto primam & initialem litteram facis cenleo cognitam. Cæpimus & primæ proximam explicare. Ita nunc à linguâ Adulatoria, Bacchea, Blæsa, Bombilante progressum faciemus ad linguam BIFIDAM Adulatoriæ cognatam. Cujus autem hæc natura sit, quantumque sub eâ mali lateat, jam differemus.

§. I.

VBI cor duplex est, ibi etiam lingua: unde homo BILINGUIS dicitur. Lingua hæc fissa est & divisa, sed non ut illæ in Pentecoste. De hac Bifidâ clarissimè Siracides: *Omnis peccator, inquit, probatur in duplici linguâ. Omnis peccator invidus & bilinguis.* Hi tales ad amicitiam cum Deo ineundam minimè sunt idonei; Deus simplicissima Veritas est, & homine sincerè simplici mirè delectatur. Nam Salomone teste: *Cum simplicibus sermociatio ejus.*

Narrat Diodorus Siculus in Australi quadam insulâ gentem degere, quæ ab imâ fauce linguam naturaliter divisam, tamque volubilem habeat, ut non tantum voces humanas omnes, sed omnigenarum avium cantus imitari, & unus quidem ex illâ gente duobus hominibus commodè respondere possit. Pulchrum, arbitror, figmentum, huc tamen aptum. Artificium istud hominis bilinguis est; inter corvos crocitat, inter acanthides fringulit, inter lusciniæ canat, inter columbulos pipit: bilinguis uno eodemque tempore duobus, imò pluribus responderet; his nigrum, illis album, cum istâ parte de cepis, cum illâ de aliis loquitur. In homine bilingui cor & lingua minimè conveniunt, prout improbi senes illi loquebantur, qui Susanna pudicitiam sollicitarunt, quorum ille dixerat sub schino, iste sub primo. Hoc unus idemque homo potest, si sit bilinguis. Nam, ut verus verbum est; Aliud stans, aliud sedens; mel illi in ore est, sub cingulo novacula; altera fert lapidem, altera panem ostentat; servitium offert, & meditatur exitium. Prisci poëtæ talem sic depinxerunt. Venit ad Satyrum tremens frigore viator, qui & manus conglobatas halitu calefecit. Quæsit ab eo Satyrus, quid id faceret? respondit: manus calefacio. Ventum est ad mensam, & apposita pulles fumantes quas hospes eodem halitu attemperavit ori. Interrogatus, & quid hoc sibi veller? Opsonium, inquit, refrigerio; nimium calet. Cui Faunus: Ecquid tu tandem hominis es? calidum & frigidum flas eodem ore. Apagè sis à meo contubernio. Omnes bilingues tales sunt, Salomone attestante: *Qui benedicit proximo suo voce grandis, de nocte consurgens maledicensi similitus erit.*

§. II.

Bilinguis pæne detractorem superat; detractor est, si ablentis famam laceret; quòd si insuper præsentem illum, de quo talia sparfit, lenibus & phaleratis verbis ducere studeat, verè bilinguis est. Ex hujus ore velut ex eodem fonte & faccarum fluit, & aqua stygis mordacissima. Jure optimo Salomon: *Arrogantiam, inquit, & superbium, & viam pravam, & os bilingue detestor.* Nec mirum, est

Bombilans.

Lingua bombilans laudi ducit se altercando primam & ultimam fuisse.

Eccl. cap. 5. vers. 11. & cap. 6. initio.

Prov. cap. 3. vers. 32.

Diodor. l. 3. sub finem.

In homine bilingui cor & lingua minimè conveniunt.

Prov. c. 27. vers. 14.

Prov. cap. 8. vers. 13.

sceleribus ornentur alienis. Crudelitas impietati servit, & portas inferorum cruciatu mortis lege custodit. Quid falsitas possit, si cupiditas otiosa dormiret, &c. Singulare autem malum est Lingua, in quâ tantum malitiae subsultat, ut in perficiendo opere suo, alterius auxilium non exquirat.

Verè tanti roboris quantâ nequitia est, hoc alioqui non maximum membrum. Et hic impia se offert conviciorum jaculatrix BLASPHEMIA, quam & idololatris in vitam docent historia: quid ni Christianæ aures si extremè abominantur? Divini voluminis feriem si percurramus, ubi non ea repressâ & punita? Qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur.

Qui autem blasphemii sint, & quam graviter ac horrendè à Deo semper puniti sint perhibebimus nunc differemus.

§. I.

Non minus peccant, inquit Augustinus, qui blasphemant Christum regnantem in caelis, quam qui crucifixum ambulantes in terris. Sacra pagina variè monet studiosissimè cavendum hoc linguæ vitium; Deum enim ori blasphemio minimè parcere. Blasphemiam hic vocamus maledicentiam contra Deum, aut Divos, seu verbum prolatum in contumeliam Dei, eorumque qui Dei loco habendi. Chrysostromus blasphemum hominem nocendum proponens: Si quis lupum, inquit, cooperiat pelle ovina, quomodo cognoscet illum, nisi aut per vocem, aut per actum? Ovis inclinata deorsum balat, lupus in aëra convertit caput suum contra caelum, & sic ululat. Qui ergo secundum Deum vocem Humilitatis & confessionis emittit, ovis est: qui verò adversus veritatem turpiter blasphemus ululat contra Deum, lupus est. Quam verè severè Deus in hoc genus hominum vindicet, exemplo ab uno licet discere.

Juvenis Hebræus (cui mater Israhelitis Salumitha, pater Aegyptius) jurgatus est in castris cum suæ gentis viro. Cumque blasphemasset nomen Domini, adductus est ad Mosen, qui eum in vinculis attineri jussit, donec nosset quid eo fieri juberet Dominus. Ergo divinum oraculum super hoc reo consultum, respondit in hæc verba:

Educ blasphemum extra castra, & ponant omnes, qui audierunt, manus suas super caput ejus, & lapidet eum populus universus. En, liquidissimam sententiam à divino tribunali in blasphemum: Lapidet eum populus universus. Eleganter de hoc & facinore, & supplicio Philo: Non modò Mosen, inquit, Dei amatissimum, verum etiam quemvis mediocriter pium exasperare potuit istius hybride blasphemia, declinantis ad Aegyptiacam patris impietatem, fastidito ritu materno. Et Moses quidem amentiam perditam, & immanem audaciam effervescentem miratus, quamvis generosâ indignatione cuperet manu suâ scelestum conficere, veritus tamen est, ne is ad hunc modum levior, quam pro merito, defungeretur supplicio; par enim tantæ impietati poena ab hominibus inveniri non potuit, cum impius ille pollutâ linguâ vocèque ausus sit eum execrari, quem nec honoris quidem gratiâ fas est nominari ab omnibus. Ideo Moses, dum vincitum servari in carcere præcepit, suppliciter à Deo flagitabat, veniam daret oculis auribusque non sponte pollutis, simulque rogabat, quid oporteret pati inventorem sceleris nefandi, & inauditi ad eam diem. Deus sic consultus lapidari jussit, quod animam haberet blasphemus durissimam & planè saxeam; atque manibus totius gentis in ultionem avida sumeretur supplicium, quia non poterant aliter quam eminus ferire rot millia, & ut sanguis ipse illic sparsus horrore esset omnibus, doceretque blasphemiam detestari. Sumpto itaque supplicio de blasphemæ linguæ homine, decretum divinum audiente omni populo, jussu Dei, proclamatum est istud: Homo qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum: & qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur: lapidibus eum opprimet omnis multitudo populi, sive ille civis, sive peregrinus fuerit. Qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur. En, repetitâ sententiâ & calculo velut geminato blasphemus morti addicitur, ut qui perimendus simul & sepeliendus saxè à grandine, tanquam cali terræ

que odium ac probrum. Ah, mi Deus, si omnis jam blasphemiam ad hanc normam expianda sit, quam frequenter cadent lapidei hi imbres?

§. I. I.

Sed etiamnum mihi in mentem est Hebræi juvenis in expiatione blasphemum os, in cujus expiatione hæc probiùs observanda.

1. Auditores blasphemie non riserunt, nec tacuerunt, sed eadem ipsâ horâ detulerunt reum ad judicem. O Christiani, quoties inter vos litigantes & blasphemantes, cum risu & applausu mutuo audiuntur? & is demùm victor pronuntiatur, qui voces jactaverit atrociores, 2. Varii magistratus crani Judæis: Decani, Quinquagenarii, Centuriones, Tribuni. Blasphemus iste ad supremum ducitur, tanquam in omnium gravissimo crimine deprehensus.

3. Moses tanti momenti rem habuit, ut auctoritate suâ nil ausus decernere, causam omnem ad divinum tribunal detulerit, inde responsum accepturus.

4. Deus ipse tulit sententiam Mosi exequendam, Saxeus & scelestus ille homo lapidandus fuit ab omni populo, ut omnes lapidis jactu testarentur, quam odierint blasphemiam, & quam faveant illi puniendam.

5. Testes manus suas imposuerunt lapidando capiti, hoc ipsum attestati, hominem esse impium, maledictum, mortis reum. Et Litani sensu, hoc ei in os opprobriabant: Malitia tua adduxit te ad mortem, non nos.

6. Blasphemii hominis parentes studiosè describuntur, quâ gente, quo ortu, quâ domo fuerint; mater etiam nominatur: ut hoc utrique æternum sit dedecus, quod filium non in timore Domini educassent, & moribus imbuissent sanctioribus.

Rectè hic Theodoretus, Jure meritissimo, inquit, homicidii poenâ & morte puniri vult Deus blasphemiam: blasphemus enim cum conditorem nequeat perimere ferro, linguâ fecit. Ergo, Qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur.

En, tam atrox & immane facinus est blasphemia, ut quod Paulus de luxuriâ, hoc idem poenè de hac possit asseri, nec nominandam quidem esse. Eam certè patientissimi Jobi uxor improba nominatè reverita: Benedic, inquit, Deo & morere. Bona scilicet mulier religioni sibi duxerat dicere, maledic Deo. De improbâ hac stultitiâ Gaudentius Brixianus: Stultissima femina, inquit, marito in remedium erumnarum suadet mortem blasphemie debitam. Sed heu! blasphemantis furor non medellam doloribus præstat, sed cruciatum mortis accumulatur, & illius quidem mortis quæ finem non dabit miseris, sed exordium erit ad supplicia æternitatis. Qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur.

Jam olim questus est Deus: Et jugiter torâ die nominatum blasphematur. Immane crimen blasphemia, nec tamen minus commune. Catalogum blasphemorum, quos sacra pagina enumerat, non percensebo. Abelis frater Cainus, diaboli discipulus, homicidarum & blasphemorum magister, exemplo pessimo præiens: Major est, inquit, iniquitas mea, quam ut veniam merear. Cui Bernardus respondens: Mentiris, inquit, & Cain major est enim Dei pietas quam quavis iniquitas. Culpam bene exaggerabat, sed malè confitebatur; nec veniam flagitabat, sed scelus addens sceleri desperabat: quod blasphemia est in Spiritum sanctum. Purabat enim Deum aut nolle reo ignoscere, aut non posse. De hoc crimine disserè Christus: Qui autem, inquit, blasphemaverit in Spiritum sanctum, non habet remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti.

Discipuli Caini fuerunt Pharaon & Nabuchodonosor, qui tamen relapsit, Holofernes, Antiochus, & ejus dux in bello Nicanor: quem cum Judæi rogassent, parceret sabbato, & honoraret sabbati Dominum qui cereretur universa. Ad quæ blasphemus Nicanor: Quis ille sabbati Dominus, à quo hoc imperium? Respondenti-bus Deum esse, potentem in cælo, & huic sacram esse

Ecc 2

diem

2. Machab. cap. 15. v. 15. diem septimam. At ille: Et ego, inquit, potens sum in terrâ, A
 qui impero sumi arma, & negotiis regis confici. Sed hæc vo-
 ces per jugulum redierunt. Nam cum in prælio inter
 triginta millia suorum caesa & ipse cecidisset, caput im-
 pii & manus cum humero abscissa Hierosolymam per-
 lata sunt. Sed & linguam blasphemæ Judas Machabæus,
 avibus in cibum particulatim obspati iussit, manus au-
 tem infani contra templum suspensa est. Hoc blasphemæ
 præmium debebatur.

Ita Justinus I. Imperator, aîno primò imperii, blasphemio linguâ radicatus evelli iussit, uti Evagrius & Nicéphorus testantur.

4. Reg. c. 19. v. 35. & ult. Rex Sennacherib ille blasphemorum signifer, ducen-
 ta pæne millia suorum militiæ antistit, quos omnes unicus
 Angelus nocte unâ necavit, vel ideo etiã, quia per
 cavillum dixerant: Hebraeorum Deus, tantum est Deus mon-
 tium non vallium. Morte stetit hic jocus. Liranus addit
 cæcorum ab Angelo cadavera in cineres redacta. Sen-
 nacheribus ipse, crudeliori fato servatus, tanquam indi-
 gnus qui ab Angelo caderet, a suismet filiis in templo
 Nefroch occisus est.

En, tot centena millia ceciderunt in castris Assyrio-
 rum ob blasphemiam, & qui in castris Christianorum
 stare possit Victoria, ubi regnat blasphemia?

§. III.

Taceo hic blasphemios hæreticos. Hæreseos enim,
 sicut & Idololatriæ, genius est, scelestâ linguâ
 Deum violare. Manes hæresearcha, Spiritum sanctum
 se esse ausus est dicere. David Georgius Hollandicus
 sartor, præter vernaculum idioma aliud nullum, calluit,
 & tamen è bibliis tantum profecit, ut filium Dei se asse-
 reret. Manetis discipuli panem in alium jacentes, ipsum
 & auctorem ejus execrati sunt. Nota est lingua Juliani
 apostata: qui bello Persico incerta sagitta ictus exclamavit:
Vicisti, Gallia, vicisti. Et cavam manum supponens
 vulnere, excepitque inde sanguinem in aëre eji-
 ciens: *Nazarene, inquit, bibe, & saturare.* Scatiotes, Do-
 mini proditor, & Arrius Orbis impostor, miserabili
 partu simul & animam & viscera effuderunt. Anglus
 quidam Rendæus nomine, asseruit Deum æquè causam
 esse proditionis in Judâ, quam conversionis in Paulo;
 non multo post in pœnam dicti, suus ipse carnifex, in
 suo cubiculo gulam laqueo præfocavit. Simon de Tor-
 naco Doctor Parisiensis, ævo suo magni nominis, sed
 non minoris arrogantia, & parum continentis vitæ, ausus
 est publicè dicere: Tres sunt qui Orbem miserunt
 sub jugum docendo, Moses, Christus, Mahometes; Mo-
 ses Judæos instruxit, Jesus Christianos, gentes Ma-
 hometes. Vix hæc effatus contrivit, & everfis oculis, instar
 bovis horrendum mugit. Ita domum delatus in morbo
 jacuit, jam etiã alphabeti ignarus. Illud singularis sup-
 plicii loco censendum, quod solam pellicem suam
 Aleydem nominare potuisset, æterno suimet probro:
 Boethium de Trinitate juxta se postum, & quem pæne
 memoriã comprehenderat, nominare non potuit. Ita
 miser exacto triduo, pecudis instar oblit.

Alphonfus X. Hispaniarum Rex, dicere ausus: Si
 principio Mundi ipse Deo adfuisset, multa melius or-
 dinatusque condenda fuisset. O miser, sapientia supra
 Deum est? Lingua quò abis, mens quò abisti? Theophrastus
 Paracelsus, cum Basileæ vernaculo idiomate publicè
 medendi artem doceret, subinde dictitabat: Juvet
 diabolus, si nolit Deus. Impium dictum, & ad futuræ
 regna Proserpinæ relegandum. Deus nos præ cunctis
 animalibus linguâ donavit, vocis instrumento tam no-
 bili, & nos in Deum sic pugnemus suismet beneficiis? Et
 quamvis non semper tam fecit situs, cum ejuscemodi
 dicta evomimus, hæc ipsa tamen petulantia linguæ
 horrendè sæpius vindicata est. Deus non irridetur, nec
 nos homunciones secum, aut in se joculari sinit. Qui jo-

Baron. to. 2. anno 1777. In blasphemos vindicta repentina. Ita Sozom. Rufin. Eutropius. Florimund. Raymund. lib. 7. de ortu hæres. c. 15. num. 3. Thom. Campanus lib. 2. cap. 48. fin.

1. Lipsius in exempl. polit. lib. 1. cap. 4.

cos amat, cum Deo aut de rebus divinis, obsecro, ne jocetur. Tanti enim odit Deus hunc blasphemæ linguæ vomitum, tamque severè advertit in hæc talia otis vitia, ut ea nec in pueris quidem aut infantibus dissimulet. Notum è Gregorio Magno puerulû quinquennem male educatum, ejuscemodi voces impias spargere consueffe. Cùmque sæviente peste, hic etiam puerulus cã correptus esset, ac parentis sui brachiis & collo hæreret, teterimos Æthiops duos ad abripiendum se adesse vidit, & opem patris inclamavit. Dum autem trepidat pater, filius unã cum verborum impietate animam ejecit. Non omnibus ad feram vindictam dormitat Deus.

Narrat Gregorius Turonensis, Aureliã à Gothis ob-
 fessã, Anianum urbis præsulum, cum omni sacerdotum
 numero intra mœnia obuisse, & licentias cantasse. Au-
 diens hæc sacerdos apud Gothos captivus: Frustra hæc,
 inquit, Aniane; si tu putes hostem cantibus arceri posse.
 Hæc eadem nec aliis urbibus quidquam profuerunt.

Audierunt Superi se rideri: nec impunè tulit has vo-
 ces miser, quas morte subitã luit. Huic accensendus
 Olympius Arrianus episcopus, qui in balneo sceleratã
 linguâ sanctissimam Triadem violavit: mox eos dolores
 sensit, perinde si triplici telo confossus animam ageret:
 ita defluente carne expiravit infelix Anno Christiano
 quingentesimo decimo.

Ad ista in Deum convicia pertinet, asserere, Deum
 peccati causam & auctorem, rigidum nimis & crude-
 lem esse, qui pro noxã momentaneã supplicium inferat
 æternum: Aut omnigenam Dei scientiam negare, prout
 illi: *Quid novit Dominus, ajunt, & quasi per caliginem judi-
 cat. Nubes latibulum ejus, nec nostra considerat, & circa car-
 dines cali perambulat.*

§. IV.

Inter homines ingrattissimus est in suum conditorem
 blasphemus. Linguam enim quam accepit in divinas
 laudes amplissimè laxandam, hanc solvit in gravissi-
 mam conditoris contumeliam. Deinde blasphemus ia-
 ter eos numerandus est, de quibus beatus Paulus: *Rur-
 sum crucisgentes sibi metipsis filium Dei, & ostentui habentes.*
 Ludo Augustinus: *Misus est, inquit, offendere Christum in
 cruce pendentem, quam in calo sedentem.* Nam illi crucifixe-
 runt eum quem non agnoverunt, hi maledictis confi-
 gunt illum, quem optinè agnoscent. Ideo hi tales pro-
 xime ab sunt à damnatis, quorum hoc unum negotium
 est, & dirissima pati, & assidue conditorem execrari.
 Horum regnum factum est venefosum, & commanducave-
 runt linguas suas præ dolore, & blasphemaverunt Deum cali
 præ doloribus & vulneribus suis. Æternum damnatorum
 carmen est, Deo maledicere; quod qui tam mature ca-
 nere assuevit, videat ne semper canat.

Hoc flagitium non tantum lex diviã gravissimè
 damnat, sed & lex Ecclesiæ in blasphemos sic statuit:
 Qui maledixerit sive blasphemaverit Deum, vel ma-
 trem Dei, aut sanctos, septem diebus Dominicus sterili-
 ne calcetis & pallio, lorum à collo dependeat. His se-
 ptem hebdomadibus quovis die Veneris pane & aquã
 jejuset, nec templum ingreditur. Quolibet etiam di-
 citorum dietum tres pauperes reficiat, si facultates sup-
 petant. Quodd si renuat hæc subire, ingressu templi ar-
 ceatur, & post obitum sepultura privetur. Lex etiam ci-
 vilis punit blasphemos, quod gravius sit (uti lex loquitur)
 æternam quam temporalem lædere majestatem:
 atqui graviter punitur qui conviciis regiam violat ma-
 jestatem in homine, gravius ergo puniendus, qui divi-
 nam afficit contumeliã. Ideo Chrysostomus: *Si regem
 terra, inquit, blasphemantes, puniri oportet, multo magis re-
 gem cali contumeliã afficiemus.*

Superioris ævi theologus rem æternã memoriã di-
 gnã commemorat in hunc modum: Rupertus Imperator,
 anno millesimo quadringentesimo electus Rex
 Roma-

S. Greg. l. 4. dial. cap. 18.

Greg. Turon. lib. 2. histor. Franc. c. 7. & Sidon. lib. 8. epist. penult.

Paulus Diacon. lib. 15. in Anastasia.

Job cap. 22. v. 13. & 14.

Hebr. cap. 6. vers. 6. August. de verb. Apost. serm. 15.

Apc. c. 16. v. 10. & 11.

Lex Ecclesiæ statuit in blasphemos;

Etiam lex civilis. C. de heret. l. Gazari.

Joannes Nyder.

1. c. 1.

In lib. Cal. Pat. Lib. Fia

1. Tin. v. 1.

1. c. 1. 1. c. 1. 1. c. 1. 1. c. 1. 1. c. 1.

In Anthen.
lib. 4. c. 14.
Constit. 17.
Paul. Emul.
lib. 7. hist.
Franc.

Romanorum, purâ conscientiâ tam amans, quàm ex-
ctâ justitiâ, ad urbes Imperii cœpit revisere. Ita Spiram
venit, & cum eo profcriptorum non exiguis numerus,
Iseniun Germaniâ mos erat, ut civitatibus extortes, cum
Imperatore, velut affectâ tam magnifici agminis, urbem
subirent quâ ejeti. Idem hic contigit, veniâ per com-
plurim principum preces impetrandâ. Cæsar auditis
profcriptionis causis, partes suas interponere solebat
cum delectu exulum. Ita & Rupertus Imperator accer-
sitis Consulibus, omnium eorum qui suâ tutelâ favore
urbem ingressi essent, causas prius audire voluit, quàm
eis reditum exorare. Varia hic crimina allata, ob quâ
cives illi solum vertere justî essent. Inter hos fuit civis Spi-
rensis vir non infimæ familiæ. Huic reditum in urbem
urbis proceres & magna cognatorum caterva impetra-
tum voluit. Imperator, quânam exilii causa fuisset, sci-
scitatus. Responsum est hominem ludo incalescentem
aliquoties impias voces in Deum jecisse. Hic religiosis-
simus Imperator in divinum honorem exardescens: *Pro*

*omnibus, inquit, rogaverim, ut recipiantur urbe, hoc solo in exi-
lium remisso.* Nam alii, ô viri, deliquerunt in homines po-
tissimum, iste verò in Deum: ceteris igitur omnibus, si
placet, pariter: hic in locum, quo dignus est, denuo exu-
larum abeat. Jure merito hic unus rigidior, quàm alii,
centurâ notatus est. Certè & Justinianus imperator ca-
pite sanxit in tales. Ludovicus IX. sanctissimus Rex Gal-
liarum, edictum perscripsit, cum pœnâ & judicio, ut
blasphemis inhonore stigmatè labra inurerentur. Fuit
ut vir nobilis in hac noxâ reus deferretur ad regem. Pluri-
mi erant qui precibus infimis insisterent, ut infamè
cauma liceret aliâ pœnâ commutare. Surdus ad has pre-
ces Rex: Ego ipse, inquit, honori mihi ducerem vel meâ
fronte hoc signum recipere, in modò vel hac ratione dam-
natissimum istud vitium regno meo pellerem. Philippus
VI. Valefius blasphemum tribus horis publico loco nu-
mellis inferi, & in spectaculum exponi jussit, ita ut fas
omnibus esset, eum testâque luroque petere. Philippus
II. Rex Galliarum & Imperator vivo patre coronatus,
primum in blasphemos mandatum edidit, ut citra mor-
tem in flumen excuterentur. Hæc lex Metis etiamnum
pistini vigoris est. Alterum Philippi decretum fuit in-
morationes, parasitos, histiones aulâ ejiciendos.

Sanè olim consuetum blasphemorum præmium fuit,
maledicam linguam asserculo clavis affigere, & unâ cul-
trum dare reo in manus, quo se liberaret ut posset. Anno
millesimo quingentesimo sexagesimo nono Argentorati
duo milites prædiciarii in vincula rapti, horum alter
Deum, alter ducentis conviciis incefferat: & huic quidem
nulli, illi verò plurimi erant deprecatores. Causâ tamen
discussâ, illè qui Deum execratus est, linguâ prius ex-
tractâ, capite plexus est; mirius actum cum altero.

Beatus Paulus hac in re videri potest severior, qui
reos non carnifici sed diabolo tradidit. Ipse hoc affir-
mans: *Ex quibus est, inquit, Hymeneus & Alexander, quos*
tradidi Satane, ut discant non blasphemare.

1. Tim. c. 1.
vers. 10.

Robertus Galliarum Rex laudatissimus Hugonis
Capeti filius, regni sui pacem à Deo petiit. Huic Chri-
stus visendum se præbens: *Pacem, inquit, non impetrabis,*
Roberte, priusquam blasphemias & flagitia omnibus nota, regno
eximpaveris. Hinc liquet non tantum à Deo puniri hos
maledici oris homines, sed totas sæpe domos, urbes,
provincias, totos exercitus horum sceleribus involvi:
ideo nusquam tolerandi, à nemine hospitandi, multò
minus ad officia & dignitates extollendi sunt. Ratio est:
Blasphemi Turcis & Judæis deteriores, qui saltem aures
obturarunt, & vestes lacerarunt, cum talia audierunt,
tanquam si lugubri hoc gestu profiterentur cor sibi præ-
dolore pane rumpi. Blasphemi peiores hæreticis, qui
loquuntur de Deo quæ vera credunt, at illi contra con-
scientiam de Deo effutunt, quæ sciunt æterno silentio
sepelienda. Sed & idololatris subinde peiores blasphe-

Blasphemi
deteriores
sunt Tur-
cis & Ju-
dæis pejo-
res hæreti-
cis & ido-
lolaris.

A mi: idololatria suum Deo honorem aufert, blasphemia
insuper etiam infert contumeliam; uti Romani morta-
lem Christum crucifixerunt, quem non agnoverunt, hi
configunt regnantem in cælo quem agnoscunt. *illi si* *1. Cor. c. 2.*
cognovissent, nunquam Dominum glorie crucifixissent. Bla-
sphemii nec suo quidem domino parcunt, & altricem
Dei manum, quæ panem porrigit, commordent: Christi
tormenta renovant, vulnera ampliant, corpus & sangui-
nem maligni oris spumâ contaminant: Spiritus blasphemie
non remittetur. Ideo Deo amicus non erit, qui
non his inimicissimus fuerit. Et hic verissimum illud:
Qui non corrigit refecanda, committit.

§. V.

Sed ô quantum inter Christianos hujus flagitii foret
refecandum, si seridè res ageretur? Reperias non im-
pios milites, nec Bellonæ, sed Minervæ & litterarum
alumnos, qui tam immanes evomunt execrationes, ut
nemini mirum videri posset, si terra illis delibesceret. Om-
nia Christi sacramenta, Orbis elementa, omnia Christi
vulnera, crucem, angores, cruciatus, omnia cali fulgura
& fulmina in eos cogunt numeros, ut illis ludus & jocus
sit centies centena, aut, tricies millies millia vel fulmi-
num, vel sacramentorum, vel vulnerum ore impio ja-
ctare. Et cum numeri deficiunt, stellas & sidera ad nu-
meros vocant, & iis triremes, turres, maria, imò & tar-
tarum implent, ut nemini non seridè improbi videantur.
Et quoties audiuntur talia, & dissimulantur? non est
qui mutiat vel verbulum. Quisque auditorum secum
cogitat; frustra hæc accuso, si non duos minimùm testes
produco: quod si resciaur me sceleris detecti fuisset au-
ctorem, vix vitæ securus agam. Ita divinum honorem
convelli frigidissimè dissimulamus, nec curamus alieno
nos scelere involvi. Hinc maxima ejuscemodi vitiatorum
impunitas. Quæ autem loquendi libido in apertum
non evolabit, aut occultatione propolitâ, aut impunitate,
aut licentiâ? Ideo Deus præsentissimo quandoque
supplicio in hæc linguæ nequitiam vindicat. Anno mil-
lesimo quingentesimo octogesimo Oliverius Tempe-
lius, vir militiæ gnarus & acer, Bruxellæ præerat, quæ
tunc quoque in alias partes iverat, non capta sed decepta.
Iste imminebat oppido Hallis asidue: quæ, cum
Hannonia & Artesia, restituta jam regi audiebat. Bis
igitur tentat, eò audacius quodd & finitima oppida suæ
potestatis essent; & in ipsi Hallis vix quadraginta no-
velli milites, qui tuerentur. Primo die repellit, & cal-
lidè, quasi omisso incepto abit: sed in animo aliud ver-
sat, & clam conductis in unum præditiis, vires auget, &
inopinatus sub noctem sequentem redit. Et jam cum
scalis & reliquo apparatu, in viâ, ut fit, incedunt alacres,
mutuo sese adhortantes. Erat inter copias Joannes
Swyckius, homo non religionis solùm & vitæ impro-
bus, sed & linguæ. Is canere jam triumphum & jacitare
palam, se suis manibus Hallensi mulierculâ (Dei parentem
intelligebat) *nasum abscissurum.* Itur porrò, pervenitur:
quid factum? Diva audierat, & quasi talionis pœnam
machinata, procurat glande plumbeâ, inter primas ex-
cussâ, illi ipsi scurræ nasum auferri. Pœnam habuit, &
irritum inter ipsos commilitones perpetuum meruit:
qui identidem hominem monebant. Porrò Hallas irer,
& nasum suum reciperet.

Deus præ-
sentissimo
quandoque
supplicio
in blasphe-
miam vin-
dicat.

Sed & alter in eadem expeditione, Joannes Ryffel-
mannus, immaniore etiam sævitia, & ore terriore effu-
derat: Sacramta se statum Bruxellam adducturum, at-
que ibi igne subiecto publicè crematurum. Deus revera,
Deus (mitissimam Virginem hic omitto) audit, &
illi impio blasphemum os ac mentum tormenti ictu
abstulit, & paulò post ipsam vitam.

Triginta anni sunt, ex quo Batavi Beatissimæ Virgi-
nis Sicheniæ facellum expilarunt, ab eo tempore
plurima illorum retro ferri capere, nam Ostendam ac

Bredam oppida munitissima amiserunt, & multa gesserunt infelicitate. Inter illos autem Mariani facelli prædones eques erat in equo cæco, qui ubi jam facello vicinus, per risam & contumeliam dixit: *Si Maria hic miracula facit, oculos reddat equo meo.* Auduit virgo blasphemum, & mox visus restitutus est equo, eques verò excæcatus. Id ante mortem & in morte ipsâ confessus est equitis illius commilito, qui ob aliud crimen Werteti extremo supplicio affectus est: quod ipsius Wertensis Prætoris litteræ restantur.

Ad P. Cornelium de Lapide. Vide hic in c. 2. 4. Levitici, j. ne. Dan. c. 3. vers. 96.

Nabuchodonosoris in blasphemos edictum.

Rex Nabuchodonosor, ubi tres Hebræos juvenes in illis mitissimis & jam frigidis flammis vidit, edictum conscripsit in hæc verba: *A me postum est hoc decretum, ut omnium populus, tribus, & lingua, quacunque locuta fuerit blasphemiam contra Deum Sidrach, Misach & Abdenago, disperdat, & domus ejus vastetur.* Hanc sententiam in blasphemos dixit Nabuchodonosor, quos non in nervum vinciendos, in carcerem contrudendos, aut catenis compingendos, sed vitâ privandos, & capite plectendos, illorumque aedes sabruendas præcepit. Durius videtur hoc magistratui? primum delictum mulctetur ære, adjunctâ ignominia. Redit reus? gravius puniatur. Necdum se emendat? noxam pelle luat. Sic Wormaciæ anno milleesimo quadringentesimo nonagesimo quinto in Comitibus decretum, ut si blasphemus Deum ut injustum, aut non veracem conviciis incessat, corpore id luat; si Christi tormenta aut vulnera, auti marcam rependat; si pauper sit, de tergo illius detur supplicium. Bonæ leges, sed mali mores nondum exulant.

Tria vitiorum genera clades causantia.

2. Reg. c. 12. v. 13. & 14.

Nescitur quandoque origo cladis in domo, urbe, provinciâ enatæ: si indagetur, plerumque unum ex his tribus caput mali deprehenditur, aut egenorum oppressio, aut luxuriæ, aut blasphemia peccatum. Et sæpe cum nos ipsi Deum & divina non violamus dictis, ad id tamen faciendum aliis causa sumus, aut exemplo malo, aut conviviâ nimia: Ita Nathan Davidi veniam seclerum denuntiavit: *Dominus transiit peccatum tuum, inquit, non morietur. Veruntamen quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini, propter verbum hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur.* Ipse quidem Rex David blasphemus non fuit, sed geminato flagitio plurimos offendit, & ansam præbuit pessimè loquendi, ideo nullis neque precibus, neque lacrymis, sed neque jejuniis ullis vita prorogari potuit Bethsabee filio.

Hæreticis non est danda causa religionis & Deum vituperandi.

Coloss. c. 3. vers. 8.

Itaque sollicitè quis caveat, ne hostibus Dei, corrupto vivendi genere det causam, religionem & Deum vituperandi. Et nunquid adversæ partis quotidiana cantilena est: En Papicolarum mores: en præfules, canonicos, sacerdotes, monachos illorum, quàm nec cautè nec castè, quàm nec vigilanter nec sobriè vivant! Hinc audax religionis contemptus: *Veruntamen, quia blasphemare fecisti inimicos Domini, &c.* viderint tales quid agant. Sic & patres familias id unicè caveant, ne hæc linguæ pestilentia in suis aedibus grassetur, nec ullus alteri sit hac in re offendiculo. Non tantùm non perjuriam, sed nec juramenta sunt toleranda: neque solum blasphemiam, sed omnes verborum contumeliam domibus eliminandæ sunt: ab his ad illas facilis est transitus. Ad id nos exhortatus Paulus: *Nunc autem, inquit, deponite & vos omnia, iram, indignationem, blasphemiam.* Blasphemos plerumque non suâ morte defungi, præcipitata sæpius funera nos docuerunt. Lento ac laneo pede graditur vindicta divina, sed tarditatem pœnæ gravitate compensat, & subito ferit quos diu toleravit impunitos. Optimè Guilielmus Peraldus: *Quemadmodum, inquit, blasphemus, filii diaboli ea cantica discunt in mundo que cantant in inferno: ita filii Dei divinis laudibus assueti, eos psalmos addiscunt in terris, quos cantabunt in calis.*

Perald. 10. 2. Sum. Vit. tract. 9. c. 1.

CAPUT VII.

BLASPHEMIA jure denu flagellatur, & dicta firmantur exemplis.

Chrysoströmus linguam impiam non immeritò *Vehiculum diaboli* appellat: nam ubi ater ille auriga ex Orco conviciis, execrationibus, blasphemis vehiculum suum oneravit, illo contra Deum vehitur, tanquam si opprobret Deo: En, tui homines rationis compotes, à te conditi, ut te omnibus probis ac maledictis figant, quantis verborum contumeliis te lacerent! me crebrius vocant, familiarius me invitant, animas mihi suas transcribunt & oppugnant: plurimorum hominum linguæ, mea sunt effusa & plaustra, variis oneribus recipiendis apta, his ego curribus sublimis eo, & Orbem perago.

Nimis quàm veri sunt hi plausus Satanz. Lingua quam Christi curram triumphalem esse convenit, ea sæpissime carpentum est diaboli, qui eo utitur in Dei contumeliam. Hoc autem stygius veterator potissimum assequitur blasphemiam, de quâ priore dissertatione loqui cœpimus. Jam captum sermonem de hac ipsâ linguæ rabie prosequemur.

§. I.

Tortuosus ille coluber, pessimus paradisi orator, ut nostrum omnium matrem sui consilii faceret patientem: *Nequaquam, ait, morte moriemini, scit enim Deus quid in quacunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dii.* Hic Rupertus Tuitiensis: *En, inquit, quomodo nequissimus impostor, altissimum Deum sibi similem facere contendit. Mendax ipse & invidus, mendacii, & invidia insimulare vult Deum: Nequaquam, ait, moriemini; aliter est atque Deus vobis dixit, scit enim vos sibi æquales futuros. Vnde enim ortam putatis hanc tam rigidam interdictionem, nisi ab invidia, ne sitis sicut ipse est?* En auctorem ipsissimum blasphemiam, de quo Chrysoströmus: *Diaboli, ait, linguam habet, qui ut diabolus loquitur.* Ad inferos damnati in omnem prorsus æternitatem Deum execrabitur: hic illorum perpetuus psalmus nullum unquam habiturus finem est. Quod si tartarum omni alio dolore vacet, hoc uno supra omnem modum terreat. Quilibet bonæ mentis homo dixerit: Ergo ego conditorem meum, Dominum ac Deum meum æternum blasphemem? De quibusdam sanctissimis viris monumenta publica restantur, eos vel hoc nomine inferorum ergastula summè horruisse, & potius omnia cupivisse perpeti, quàm Deum eâ ratione semper detestari. Blasphemiam propriè Orcinum idioma est: neque enim aliud ibi vel clamatur, vel canitur, vel ploratur quàm blasphemiam. Ita ut si quis in Orbe hoc nostro audiat Deo aut superis maledicentem, jure illi objiciat: Verè tu ex illis es ad inferos dejectis aut deiciendis, nam & loquela tua manifestum te facit.

Hoc vitium extra ceterorum orbitam pæne labit; nam summè temeritate Deum ipsum invadit. Gravior ille offenditur, cujus subditi læduntur: ille verò gravius, cujus domestici servi; præ ceteris tamen injuriam sentit, quâ filii aut filie afficiuntur: gravissimè tamen omnium is læditur, cujus persona violatur, & quò ista dignior, hoc & injuria major: atqui Deus infinitæ, inestimabilis dignitatis est, ergo & injuria Deo illata quamcunque aliam excedit infinitè.

Hoc vitium omnium vitiorum inutilissimum: quid Blasphemiam est vitium utilitatis habet aut voluptatis, ore insano in cæcum & superos bacchari? Ad alia vitia pertrahimur voluptate, quamvis illa spurca sit & homine indigna: quid autem hic oblectationis est, instar amentis & furiosi verba impia in Deum calitèscque jacere? nequid est sterilitissima.

Hoc

I
S
I
A
I
IL
vI
n
d
e
A
m
b
r
aC
e
l
e
s
t
i
a
c
a
p
i
t
u
l
a
m
o
d
iI
d
e
n
t
i
f
i
c
a
t
i
o

Hoc vitium precari non sinit, quâ enim ratione blasphemus dicat: *Sanctificetur nomen tuum*, qui hoc ipsum sanctissimum Dei nomen mille maledictis convellit, & aliis etiam auctor est ad imile audendum.

Hoc vitium non malè nominetur libellus famosus in Deum: hac noxâ rei si qui deprehenduntur, jure graviter luunt. Augustinus ratione concludens: *Cum probrum facitur, inquit, in principem patriæ bonum atque utilem, nonne tantò est indignius, quantò à veritate remotius, & à vitâ illius alienius? quæ igitur supplicia sufficiunt, càm Deo fit ista tam nefaria, tam insignis injuria?*

Crux sanguine Christi purpurata tantæ fuit virtutis, ut juxta illam latronum alter, eodem omnino die è suâ cruce migravit in paradysum: illum tamen alterum crux ad rogos misit æternos, id merentem; dixerat enim: *Si filius Dei es, saluum fac te metipsum, & nos*. O miser, pro verbis pœnitentiæ, verbis superbiæ blasphemasti, & crucifixus crucifixum foediùs fauciasti, quàm ipsi qui crucifixerant! In hac rem opportuna erit hæc narratio.

Vir honestus & pius templum aditurus multo mane, couponam transit, in quâ ebrii juvenes præteritam noctem compotationibus & lusuibus sepelierant, & quod luforibus familiaris est, atroci blasphemâ Deum offenderant. At vir ille in viâ hominem conspexit multis vulneribus & quidem recentibus deformem. Exhorruit ad tam subitum & miserabilem aspectum, & quæ humani ingenii cupiditas est, ignoti causas indagare, quæsit, à quonam mortalium tam immaniter esset habitus? Huic faucibus respondens: Ab iis, inquit, qui in proximâ tabernâ hanc noctem temulentia & blasphemâ pervigilarunt. His vocibus ad indignationem accensus vir ille, mox tabernam ingressus, è potatoribus illis, masculâ fronte percontatur, quânam ex causâ miserum illum hominem sub dio jacentem tam crudeliter tractassent? Juvenes potulenti velut expergefati hac voce, neminem à se vulneratum eâ nocte, constanter affirmant. At ille constantiùs; His oculis meis, inquit, & his auribus meis fidem negare non poteris. Ergo egressi unâ omnes neminem usquam repererunt. Inde turbati animis, & conscientia impellente crediderunt, blasphemâ inter ludendum toties repetitâ, Christum à se fauciatum esse.

§. II.

ENimvero non semper vulnera Christus accipit à blasphemis, frequenter etiam infert. Duo unâ luforibus: alter ubi advertit inauspicatissimum sibi lufum esse, & omnem à se pecuniam ad alterum abire, contumeliosam linguam in Deum cœpit solvere. Hunc socius maligniore sidere afflatus, joco compescens: Sile, inquit, artis hujus magister non es. Er velut præiret voce, Deum Deique matrem horrendis blasphemâ cœpit incessere. Illico vox ruit: Injuriam meam dissimulavi; matris meæ ulcisor. Et repente miser ad mensam letali vulnere afflictus, spumans evomit animam. Nec multò mitiùs punitus est vir nobilis. Hic quotidianam pœne aëtris intemperiem nimis intemperanter tulit, cumque alias iterum procellas imminere cerneret, graviter excandescens: En illic, ait, diabolus fe denuo attollit. Vix verbum ore abiit, & cælum omne mugire, fulmen cælo ruere, & filiolum blasphemâ in nutricis sinu ferire ac extinguere, incolum nutrice. Sed & alia ejusdem viri nobilis ædificia vi cœlesti quassata, & jumenta miserè vexata sunt, ut disceret non blasphemare. Huic affine quod idem scriptor recitat.

Comes Fulkenis, hærefeos fidelis patronus, cum castrum quoddam quereretur amissum, in eam erupit blasphemiam (ita nimirum gratias agebat) ut dicere non vereretur: Velit nolit Pontifex, velint nolint superi omnes, ego terras meas recipiam. Mox equo lapsus miserum in modum torquebatur. Ita domum delatus, cruciari se dicebat pedum dolore incredibili, qui certis incrementis augetens, ad ipsam usque pectus cœpit fer-

pere: Sola supererat lingua, quæ officio suo fungi poterat. Sed tam alienus erat miser ab omni exomologesi, ut malis suis tabescens infelicissimè expiraret.

Dicite justitiam moniti, & non temere divos.

Anno Christiano millesimo quingentesimo octogesimo Vercellis in Italiâ juvenis quidam amore ludi & aleæ insaniebat. Quodam die vespere cum haberet domi collutores, orta est, ut sæpe fit, inter eos contentio. Cum hic pejerans audaciùs veluti litu finiendæ: Ne viyam, inquit, invadat me malus dæmon, ni hoc ira se habet. Visus jecisse fulmen. Eodem vestigio temporis totum cubiculum intremuit, & tetra umbra ante oculos obefrans circum parietes apparuit: metu ille exanimatus in terram cadit. Ubi primùm ad se rediit, multò magis pavidus & vecors conscientia, veniam à Deo ejusque Matre suppliciter petit, votòque obstitingit curandi facti in proximum diem beati Nicolai Tolentinatis, pedestrisque itineris, religionis causâ ad Varalli montem suscipiendi. Nihilò secius fuliginosa volitat effigies circum cubiculum, & lucernam conatur extinguere, at focii terribili spectro crucem ligneam, quacunque ferretur, opponere. Ab horâ alterâ noctis ad diluculum usque formidolosa duravit pugna: ita alearores, renovantes subinde oleo infuso, ne deficeret lumen, æquaverunt nocti, tuleruntque in lucem non ludum, sed timorem; tum verò audito matutino signo salutationis Angelicæ, nocturnum monstrum, quod omnes terruerat, in suas tenebras recessit, confertatorum magis oculos quàm animos relinquens. Ad templum illico juvenis exanguis properat, nec satis securus sibi visus, nec ante carere metu, quàm peccatorum vinculis absolveretur. Minatur Deus, terret, punit variè, ut demum voces impias dediscamus.

Guilielmus Baldesanus fidei narratione dicta confirmans: Superioribus annis, inquit, vir religiosus & gravis mihi narravit, in Mediolanensi provinciâ juvenem fuisse, ut genere sic & vitis nobilem. Hic cùm in contentionem cum socio venisset, gladio rem decernere voluit. In ipso congressu impium aliquid in matrem Dei effudit. Mox adfuit ultor, & à tergo, & à fronte, Deus. Nam justissimus judex permisit ut os illud in divinæ matris injuriam apertum, eo ipso temporis articulo, interciperetur adversarii gladio, tam ad punctum vibratò ictu, ut ipsis linguæ radicibus convulsis, & transfixo palato ceciderit mortuus. I nunc, & discite, quod Paulus monet, *neminem blasphemare. Qui in altum mittit lapidem, super caput ejus cadet. Idem hoc hendecasyllabis sic breviter descriptum est:*

*Rixari duo cœperant ephebi,
Et jam mutua fecerant in hoste
Strictis vulnera luclenta verbis:
Blasphemam interea movere linguam,
Et Magnam nihil alter in parentem
Horret frendere: non imulta Virgo
Hoc tulit. Juvenem relinquit hosti.
Hostis sacrilegam volante telo
Figit, stirpius eximitq; linguam:
Credo hac impia lingua post silebat.*

O miser, cui exprobrasti, & quem blasphemasti contra quem exaltasti vocem tuam, & elevasti in excelsum oculos tuos: contra sanctum Israël, contra matrem Domini: *Ducis imiquitas tua os tuum, & imitaris linguam blasphemantium.* Tibi ad Christi tribunal rationem reddituro jure merito dicitur illud: *Condemnabit te os tuum, & non ego, & labia tua respondebunt tibi.* Ita nunquam habuit claudicantem blasphemiam vindictam.

Quod verò narant de gallo gallinaceo cocto & disfecto, redivivo tamen, collisq; alis jusculum in blasphemorum ora effundente, cujus attractu, quotquot aderant, leprâ puniti sint, non refello, sed fidem penes auctorem esse jubeo.

Bentius in annis literis dicto anno.

Guil. Baldef. lib. 3. Stim. vult. cap. 21.

Tit. cap. 3. vers. 1. Eccli. e. 27. vers. 28.

Iom. Niesii Alpha. diab. V Blasph.

De hoc Vincentius l. 25. cap. 64.

Hic libellus famosus in Deum. August. lib. de Civit. Dei, cap. 9. fm.

Luc. cap. 23. vers. 39.

Iom. Herold. Promp. de Blasph. A blasphemis Christi vultu ratur.

Casarius Heisterbach. lib. 7. Nisi. cap. 44. Dei in blasphemos vindicta.

Idem lib. 4. Nisi. cap. 21. Nisi.

§. III.

EX dictis observandum primò, quædam subinde dicta videri nobis jocularia, quæ tamen blasphemis proxime accenseantur. Regis Sennacheribi milites dicebant, Deus Hebræorum non est vallium, sed montium dumtaxat Deus: hoc illis futilis jocus videbatur, sed ob hanc oris temulentiam, ad interfectionem omnines cæsi sunt. Ejusmodi complura sunt dicta, quæ leviter & per ludum prolata, gravissimè punita sunt.

Ad Tit. c. 3. vers. 1. Ideo Paulus ad Titum: *Admone. illos, inquit, principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse, neminem blasphemare.* Hieronymus: *Absolutè neminem, inquit, non tantum non Deum, sed nec Angelum, nec hominem, nec ullam rem creatam: omnia quippe quæ à Deo facta sunt, valde bona sunt.*

2. Oris moderatio in sanctis viris. Observandum secundò, complures sanctissimorum virorum maluissè omnia potius perpeti, quam vel voculam unquam contra Deum edere; nulla iis tanta calamitas est visa, quæ vel verbulum extorqueret liberius in Deum jactatum. Jobus extremis mergebatur angustiis, ferrea super eum stabant nubila, solatii aut spei nihil affulgebat, diabolus ipsam etiam conjugem in illum immittebat quæ diceret: *Benedic Deo, & morere.* Perinde si dixisset: *Execrare Deum, & transi ad plures.* Credidit forsitan maritum vitâ privandum, si Deo malediceret. Er tamen tam calamitoso nec verbulum excidit impatientius. Utinam & inter Christianos, cum calamitibus exerceretur, hæc oris moderatio vigeret: Est enim audias contrarium. Egroti subinde tam impares sunt ferendis doloribus, ut dicere non vereantur: Nunquid me sibi Deus meram posuit, ad quam omnes sagittas suas ejaculetur? si vivos homines glutissem, tantum supplicii vix meritis essem: crediderim mei penitus oblitum esse Deum. Cavete, Christiani, cavete: improbi sunt hi latratus in divinam providentiam. *Homo qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum.*

Tob cap. 2. vers. 9. Tarsensis Paulus quid laboris & periculatorum non subit, quoties vinculis & plagis multatus, quoties gravissima quæque passus, & quotidie pæne, ipso teste, mortuus, non tamen quidquam blasphemii protulit, sed illud cum ingenti fiducia sæpius dixit: *Gaudeo in passionibus meis: non solum, sed & gloriamur in tribulationibus.* Polycarpus, Apostolorum ævo sanctissimus martyr, in thore positus habuit, ut hæc linguæ probra audiens diceret: *Quibus, mi Deus, temporibus me referas? si talia ego in te dici audiam? Cumque ad ignem damnandus urgeretur, ut si vitam vellet salvam, Christum malediceret, in hæc verba respondit: Orogina & sex annis ipsi servio, & nihil me unquam læsit, quomodo ergo possim maledicere regem meum qui salutem mihi dedit? Ita flammæ constantissimè tulit.*

Levit. c. 24. vers. 15. Observandum tertio, quanta Dei sit bonitas & patientia. Innumeras Deus quotidie blasphemias audit, & tamen fulminantem dextram continet, Angelos conditoris injuriam vindicare paratos cohibet, incredibili longanimitate penitentiam expectat. Pone hominem vel mitissimum in folio tam sublimi, nec ad horam ultiricia fulmina continebit tam gravibus injuriis laceratus. Deus tacet & distimulat. *Hæc fecisti, dicit, & tacui.* Ideo graviter monet Siracides: *Ne dixeris, peccavi, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor, & in peccatores respicit ira illius.* Hoc sensu beatus Ephrem: *Quousque tandem, inquit, exacerbamus eum qui tanta nobis bona donavit?*

Enchirib. 4. hist. Eccles. cap. 15. Observandum hinc quartò, quod Augustinus æquissimè censurâ perstringens: *Rarò jam inveniuntur, inquit, qui linguâ blasphemant, sed multi qui vitâ. Oras forsitan, & Deo gratias agis, at cibo potuque te facis, Ecclesiæ leges negligis, quod Deus præcipit, omittis; voce laudas, vitâ blasphemias. Non aliter ac si duo mulci conven-*

3. Bonitas Dei & patientia erga blasphemos. Observandum hinc quartò, quod Augustinus æquissimè censurâ perstringens: *Rarò jam inveniuntur, inquit, qui linguâ blasphemant, sed multi qui vitâ. Oras forsitan, & Deo gratias agis, at cibo potuque te facis, Ecclesiæ leges negligis, quod Deus præcipit, omittis; voce laudas, vitâ blasphemias. Non aliter ac si duo mulci conven-*

Psalm. 49. vers. 20. Eccl. cap. 5. v. 4. & 7. Ephr. para. nesi 43. Aug. serm. 17. in Ioc. 4. Pauci linguâ blasphemant, vitâ autem multi.

Aniant cantaturi, quorum alter quidem quia sobrius, ex arte admodum, alter verò quia ebrius, inconditè & omnibus Musis averfis canat, contentus erit planè absurdus & fædè dissonus. Ita nos sæpius; preces nostræ in templo bonæ sunt, hinc Angeli sumus, & dulce modulamur; at facta nostra domi pessima sunt, hinc philantiâ ebrii absurdissimè canimus, aut potius ululamus. Optime Tobias: *Maledicti erunt, inquit, qui contempserint te, & Tob. cap. 13. condemnati erunt omnes qui blasphemaverint te. Ergo, mi vers. 16. Deus, nomen tuum ab omnibus sanctificetur.*

C

CAPUT VIII.

De Linguâ malignè CONSVLENTE: simul dictum explicatur, Consilium malum consultori pessimum.

ISidorus, omnia quæ loquimur, hoc discrimine judicat æstimatora. Aut enim bonum bene loquimur, aut malum malè loquimur; Aut bonum malè; aut malum bene proferimus. Bonum bene narramus, si, ut Paulus Philip. c. 4. præcipit, *quacunque sunt vera, quacunque pudica, quacunque justa, quacunque sancta, quacunque amabilia, quacunque bone fame, si qua virtus, si qua laus disciplina, in sermone adducimus, idque submissè, reverenter, modestè. Malum malè in verba digerimus, cum flagitium suademus, cum ad improbitatem impellimus; hic res & voces derestanda. Bonum effertur malè, cum decentiâ quidem, sed arroganter, sed volantibus & fastuosis vocibus proloquimur, cum ampullamur, & sequepedalia verba jactamus. Nam etsi quis multum & rosas loquatur, si verbis desit modestia, & multum & rosæ evanescent. Malum bene profert, qui de vitis disserit, & fordidas ineptias crepat, sed vocabulis uterque honestis utitur. Pleraque vitiosæ linguæ hanc sermonis varietatem omnem expriment, id solum nesciunt, bonum bene commemorare. Inter linguas vitiosas summæ auctoritatis & casus, sed curias, palatia, regumque turres inquit. Maximatorum malorum mater est lingua hæc, nisi non solum peritè, sed & sanctè optimaque fide gubernetur. De hac igitur Linguâ malignè CONSVLENTE differimus, illudque cum primis explicandum: Consilium malum consultori esse pessimum.*

§. I.

Luculentissimè dixit Siracides: *Facienti nequissimum consilium, super ipsum devolvetur, & non agnosces unde adveniat illi. Qui in altum mittit lapidem, super caput ejus cadet &c. & qui foveam fodit, incidet in eam: & qui statuit lapidem proximo, offendet in eo; & qui laqueum alii ponit, peribit in illo. Quisquis ergo principi, quisquis regi, imperatori malum suggerit consilium, in sublime jactat lapidem; sed caveat, recidet lapis, & suavis caput ferit: foveam effodit, sed primus illam implebit. Consilium malum consultori pessimum. Arque hoc sapienter & verè videtur Hefiodus dixisse, *Malum consilium rem pessimam esse consulenti. Fit enim Nummius permittit (quod iterum ac sæpius testata est experientia) ut mala consilia in auctoris permicem vertant, & unde fraus profecta est, illic cum damno revertatur, quod sextentis refimonis firmari potest.**

Cum in Pannoniâ Solimanus Herculiam urbem, seu, Budam ab incolis desertam occupasset, arcem vit strenuus & exacta fidei Thomas Nadaustus defendit, & servasset etiam, ni turbasset miles, clamassetque deditionem. Nam cum Nadaustus solus peristeret in fide, milites arreptum vinxerunt, & in carcerem contruserunt

arcem

arcem dediderunt hosti. Promiserat quidem Soliman-
nus militi securum abutum castro tradito: araudità hac
in ducem sævitiâ, omnes trucidari iussit, ducem è vin-
culis abire saluum. Quam luculenter de his talibus præ-
dixit regius vates: *In laqueo isto quem absconderunt, com-
prehensus est pes eorum: cognoscetur Dominus iudicia faciens.*
Consilium malum consultori pessimum.

Marius, tyrannorum septimus ævo Gallieni Cæsaris,
uno die factus Imperator, altero visus imperare, tertio
occisus est à milite, qui illum gladio confodiens: Hic est,
inquit, gladius quem ipse fecisti. Fuit enim Marius ante
tea machæropæus. Nimirum faber quas fecit compe-
des, gestavit.

Non minùs suis artibus petiit Regis Longobardo-
rum Alboini conjux, Rosimunda. Hæc marito cædem
machinata est ob hanc causam. Alboinus Veronæ in
convivio jam hilarior, merum propinari iussit è poculo
quod craneum fuit Chunimundi, qui pater fuerat regi-
næ. Illa parentis necem altius admittens animo, & vindicatura,
Helmigem & Peredum in Alboini necem
instigavit. Post mariti cædem, Helmigi juveni ejus gen-
tis nobilissimo impiè nupsit, regnum illi astruere cona-
ta. Ceterum ipse suâ decepta, Verona Ravennam secun-
do Athesi aufugit cum gazâ regiâ & sponso. Hic illa no-
vo connubio Longini Exarchi pellecta, venenum priori
sponso miscuit, obtulitque è balneis egresso. Sensit ille
confestim poculo nondum epoto, peitem membris re-
ceptam, placidè in conjugem conversus: Tu, inquit,
quod reliquum est, bibe. Negat illa se potu egere, ac
quò acriùs reculabat, eò juvenis impensius id poscere,
& jam minas horrationibus miscere ac ferrum intenta-
re. Tum illa metu subacta, et si conscia veneni, hausit ta-
men poculum à se dilutum, atque unâ cum eo extincta
est. *Lacum aperuisti, & effodisti eum, & incidisti in foveam quam
fecit.*

Item ille, quem dixi, Imperator Solimannus in expu-
gnandâ Rhodo, operâ proditoris usus, cui post partam
victoriam, filiam cum dote grandi spondidit. Vicit, at
pactis sic stetit. Filiam produci iussit ornatissimam, &
ad hominem: Vidésne, inquit, quod pepigimus? at mali
conjuges eritis, nisi tu intus & in cute Masulmanus, hoc
est, fidelis sis. Quare, non tantum tuus tibi Christus negan-
dus, sed pellis etiam Mahumetana est inducenda. Et
mox misero cutem diripi, sic excarnificatum in lectum
sale conspersum abjici iussit. Inter hæc tormenta exha-
lavit infelix. In hunc etiam vaticinium Davidis aptissimè
cudit: *Convertetur dolor ejus in caput ejus: & in verticem
ipsius iniquitas ejus descendet.* Consilium malum consultori
pessimum.

Explicatissimè dixit Salomon de Linguâ tam mali-
gnè Consulente: *Suis consiliis saturabitur.* Tarpeja Ro-
mana virgo, Capitolium Tarpeji patris custodiæ com-
missum proditura Sabinis, in mercedem petiit quidquid
sinistris brachiis gestarent, armillas intelligens, quas illi
aureas gemmatasque levo brachio ferebant. Annuerunt
illi, jamque arce Capitolinâ potiti, virginem armillarum
& scutorum congestu obruerunt & necarunt. Aurum
& armillas appetiisti, en auri affatim est; saturare tuis
consiliis. Ita Senonum dux Brennus, Demoniam mu-
lierem, quæ aviditate monilium, quibus ille spectabilis
erat, Ephesum illi prodidit, urbem ingressus jam victor,
tanto auro feminam oneravit, ut studio vivam oppres-
serit. Ergo, & tu, ô misera, tuis consiliis saturare. Omnis
in te felicitas convolat, votorum tuorum summam atti-
gisti, imbres tibi fluunt aurei, excipe, saturare. En etiam
feminas habemus testes, Consilium malum consultori
esse pessimum.

§. II.

D Iomedes Rex Thraciæ suis equis hospites suos ap-
ponebat laniandos (si fides Tragicis) demum &

A ipse ab Hercule laniatus datus est illis ipsis convivis. Ita
supplicium, quod in alios fuerat commentus, multo ju-
stius ipsemet expertus. Huic rectè jungitur Perillus
Atheniensis, ænei tauri sævus inventor, qui execrabilem
illam machinam ex ære sic fabricaverat, ut eâ inclusi sub-
ditis ignibus, longo & abdito cruciatu mugitus edere
cogerentur, ne illorum ejularus vocis humanæ sono ex-
pressi, Phalaridis tyranni misericordiam implorare pos-
sent. Sed tantæ diuturnitatis ultio nihil cunctata est. Nam
ipse artifex bove hoc æneo inclusus, tam detestabile ar-
tis suæ opus, sui supplicio primus imbuit, & mugit ut
bos, qui hominem inventu tam crudeli exuerat. Ita
oportuit, ut Consilium malum consultori esset ferri-
mum. Quod Claudianus, ille poetarum ocellus, elegan-
ti expressit metro:

*Quam bene dispositum terris, ut dignus iniqui
Fructus Consilii primis auctoribus instet!
Sic multos fluvio vates arente per annos,
Hospite qui caso monuit placare tonantem
Inventis primùm Busridis imbuit aras,
Et cecidit sævi, quod dixerat, hostia sacri.
Sic opifex tauri, tormentorumque repertor
Qui funesta novo fabricaverat æra dolori
Primus, inexplorato Siculo cogente tyranno
Sensit opus, docuitq; suum mugire juvenem.
Nullius Eutropius, quam qui se protulit ante,
Direptas possedit opes, nullumque priorem
Perculit exilio; solùmque hoc ritè peregit,
Auctorem damnare suum.*

Agrippina Neronis mater tot flagitiorum consultrix,
extremum & ipsa filii sævitiem perpessa est, suis saturata
consiliis. Sic Iustina Imperatrix, quæ sacerdotibus exilia
& desertissimas insulas minabatur, post varios eventus
cum filio in fugam versa, exilium prima ipsa, quod aliis
intentabat, coacta est tolerare. Ita Euthymius Ambro-
sio exilium paravit, domo juxta templum ad id condu-
ctâ, & curru ad Ambrosium repente abducendum dis-
posito. Tandem elapso anno Euthymius ipse, eodem
prorsus die, quo Ambrosium abripere cogitavit, & ex
eâdem domo, eodémque curru in exilium deportatus
est, ipso nihilominus Ambrosio victis necessaria submi-
nistrante. O infelix Euthymi, lacum aperuisti & effodi-
sti, & incidisti in hanc ipsam foveam quam fecisti. Hoc
uno ramen felix es, quod eum nunc altorem amicissi-
mum experiaris, cui tamdiu insidiabaris ut hosti.

Anno millesimo octogesimo quarto Henricus III.
Imperator debebat Romæ. Hic in Aventinum montem
se recepit, ubi beatæ Mariæ Virginis ædem frequenta-
bat. Invitatus loci opportunitate homo nefarius è ple-
be, qui necem Imperatori moliebat, prægrande saxum
in transeuntis caput devolvere cogitabat. Sed dum
occasionem captat, dum saxum parat movetque, ipse
cum saxo præceps devolvitur, & occumbit. In hunc
longè verissimè Siracides pronuntiavit: *Et qui voluit la-
pidem, revertetur ad eum.* Huic tali meritò precatur regius
paltes: *Veniat illi laqueus quem ignorat, & captio quam abs-
condit, apprehendat eum.* Nempe malum consilium con-
sultori pessimum. Et hujus quidem dicti originem No-
ctium Atticarum scriptor sic recenset. Statua Horatii
Coelitis in Comitio Romæ posita de cælo tacta est. Ob
id fulgur piaculis luendum haruspices ex Hæturâ acci-
ti, inimico atque hostili animo in populum Romanum,
intitulerant eam rem contrariis religionibus procurare.
Ideo statnam illam suaserunt in inferiorem locum per-
peram transponi, ubi eam sol oppositu aliarum ædium
nunquam illustraret. Quod cum ita fieri persuasissent,
delati ad populum proditi que sunt; & cum de perfidiâ
confessi essent, necati sunt: constituitque eam statnam,
proinde ut verè rationes post comperta monebant, in
locum editum subducendam. Tunc igitur, quod in He-
truscos haruspices, malè consulentes animadversum vindic-

Valer. lib. 9.
cap. 2. inter
externa.
Plin. lib. 34.
cap. 8. ante
finem.

Claud. lib. x.
in Eutrop.

Barenus &
Spondanus
anno 387.
D. Paulino,
qui vitam
Ambrosii
scripsit.

Prov. e. 26.
vers. 27.

Es. 34. v. 8.

Gellius l. 4.
Noct. Attic.
cap. 5.

179. v. 16.
p. 17.

Spondanus,
anno 371.

177. v. 16.

177. v. 17.

Prov. cap. 1.
vers. 31.

vindicatunq̄ fuerat, versus hic scitè factus, & à pueris Romæ urbe totâ cantatus est: Malum consiliun̄ consultori pessimum est.

Plin. lib. 35. c. 10. medio fore.

Apelles, ille pictorum Deus apud Ptolemæum regem gratiâ parum valuit. Sciverunt hoc æmuli, & fraude subornarunt sycophantam qui Apellem ad regis Ptolemæi cenam vocaret. Stitit se invitatus conviva, adfuit- que tempori, cum rege, ita putabar, cenaturus. At Ptolemæus rex convivam non vocatum mirari, frontem contrahere, indignari, demum interrogare: Ecquis ad mensam vocasset? imò & vocatores suos ostendere, ut diceret à quo eorum invitatus esset? Apelles cum illo- rum neminem reum cerneret, carbonem è foculo ex- tincto arripuit, & imaginem in pariete delineavit, eaque arte sycophantæ vultum expressit, ut Ptolemæus ex in- choato protinus agnosceret, quem hominem designa- ret. Ita detectus impostor in casses incidit, quos alteri tetendit. Consiliun̄ malum consultori pessimum.

§. III.

Cardan. lib. 11. de ve- rum varie- tate cap. 53.

Atque ut incepto perstemus, Hieronymus Carda- nus rem inauditam narrat hoc modo: Antuerpia inter duos contentio fuit; alter nomen habuit Simon Turca, iste Joannes Baptista Deodatus. Rixa inter eos suborta, à verbis uterque ad ferrum & arma prosilit. In pugna Simonem Baptista secundum faciem vulneravit. Conditis demum gladiis, amicos se fore promiserunt, sed simulatâ pace. Non multo post tempore Baptista Simon qui lætus fuerat, in hortum suburbicum, amœ- num sanè viridarium invitavit. Prius autem cathedram illic sèu sellam collocavit, eo artificio factam, ut quam- primum aliquis sessum se recepisset, sella sponte clauderetur, & sessorem arctè undique constringeret. Baptista Deodatus nil fraudis suspicatus, insuper humanissimè invitatus, ejusdem commercii nomine (nam ambo erant Lucenses, ambo mercatores) in hortum exiit. Simon hospitem honoris causa priorem sedere jussit. Paruit, sedit: Mox vinculis ferreis undique constrictus; unde subsidium peteret, non habebat. Simon stricto gladio: Jam es, inquit, in manibus meis improbe: eò te per- traxi, quò volebam. Ille veniam petere, per omnia sacra rogare, per omnes calites obtestari, & supplicare. Fru- stra clamores, frustra fuerunt preces. Simon multis prius vulneribus affectum, præsertim ejus vultu (quia ipse in illo læsus) fœdè lacerato, hominem miserè vociferantem confodit. Non latuit flagitium, quantum vis rectum & arcanum. Nam Simon eventu inopinato de- prehensus, in eadem omnino cathedra, totidem etiam vulneribus ante confectus, Perilli exemplo, supplicium quod excogitavit, sustulit.

Pf. 34. v. 8.

Consiliun̄ malum consultori pessimum. Venit illi laqueus, quem ignorabat, & captio quam abscondit, eum apprehendit.

Florimund. Raymund. l. 7. de Ortis haresum cap. 17. n. 2.

Perrinus è Calvini scholâ homo factiosus, ex arâ sacrum lapidem in quo Christi corpus offerri consueve- rat, in infamem supplicii locum, ubi rei plecebantur, transferri curavit; ut deinceps malefactorum sanguine tingeretur. Non putabar miser se primam fore victi- mam ad hoc altare immolandam. Sed neque hâc aliter evenit: Consiliun̄ malum consultori pessimum fuit. Perrinus ad hunc ipsum lapidem capite truncatus est.

Suidas, ver- bo Euro- pius.

Sic & Eutropius qui Arcadio Imperatori à cubiculis fuit, homo flagitiis coopertus, magistratus vendebat, milites calumniabatur, senatum variis contumeliis afficebat, eos qui in templa confugissent, comprehendi jubebat, legem incredibili supercilio dictabat, quâ illos vel ab aris abstrahere permissum esset. At ea lex promulgata est, cum pessimi consilii tyrannus suum tetigit auctorem. Nec enim multo post Eutropius, Imperatorè offensus in templum confugit ad aram, sed inde sua lege abstractus, & noctu capite plexus est. Ita Goliathus suo

1. Par. c. 11. vers. 23.

gladio periit, ita gigas Ægyptius sua hastâ occisus est à Banaja. Ita Saul suo ense cecidit, quem Davidis jugulo toties intenterat; ita Pharaon ipse sibi pessimum consilia- tor: *Eccè populus filiorum Israël, inquit, multus & fortior nobis est. Venite, sapienter opprimamus eum.* Oppressus ipse, v. 9. & 10. Oceanum pro sepulchro habuit, qui ipsis pæne altris minabatur. Sic & Aman, ille Assueri regis oculus, suam vestivit, dignissimum hac trabe funus. Exitium impende- bat ab Ammiane Hebræis omnibus: ferales litteræ jam valvis pendebant, jam laqueus omnium jugulis hæ- rebat, jam machæra cervicibus imminēbat. Subito Dei iussu fors vertit, & omnis in auctorem suum recidit ca- lamitas. Crux altissima Mardochæo fixa, Amanem am- plexa est, Hebræorum jam jam pereuntium ingenti plausu. Nimirum *facienti nequissimum consiliun̄, super ipsum devolvetur, & non agnoscer unde adveniat illi.*

Ita Roboam rex, spreto senum consilio, imperitos juvenes consiliarios secutus, asperimè populo respon- dit, & duo regna fecit ex uno, irreparabili clade.

Ita rex Hanon à pessimis consiliariis miserè infatu- tus, jus gentium in Hebræis legatis violavit. At carò steterunt temeraria hæc consulta. Nam præterquam quòd trigesses centena millia aureorum in militem expensa, idque sine ullo effectu, imò cum detrimento maximo, militum insuper octoginta septem millia ab ipsius parte occisi sunt, fugatis ceteris. In tanta mala præcipitavit flo- rens regnum illa, ut sic dicam, consuliissima temeritas.

Quid memorem Achitophellem qui Davidi regi ab arcanissimis consiliis, velut oraculum adorabatur. Ubi verò Absalonem degenerem filium pessimis consiliis armavit in patrem, sua ipsius consilia primus luit, & in- fami laqueo vitam abruptit. Nempe suis consiliis satu- ratus est. Ita profusus, qui operit odium fraudulenter, revela- bitur malitia ejus in consilio.

An non Chaldæi principes in Hebræum Danieleum consilia iniquissima struxerunt? Foveam foderunt inno- centi, sed eam ipsi cadaveribus suis opplexerunt; imò quod mireris, nec cadaveris quidem pars relicta est, quam carnifex unco traheret. Si vires & initium spectes consiliolorum, quæ Danieleum præcipitarunt in leoninum cavum, fatendum erit: Periit insons Daniel, jam lata est sententia, leonum dentibus lacerandus est Daniel: imò jam abripitur, ad belluas pertrahitur, præcipitatur. Sed post omnem desperationem reperit innocentia defen- sorem. Inter impactos leones, velut inter innocuos agnel- los tutissimus fuit Daniel: ita illæsus è foveâ iterum emerit; improbi consilii fautores eò præcipitati, anteq- uam solum contingerent, jam leonum dentibus hære- bant. Nempe malum consiliun̄ consultori pessimum. Luculentissimè de his ipsis dictum dixeris: Lacum, ape- ruerunt, & effoderunt eum; & inciderunt in foveam quam fecerunt.

§. I V.

Pari exemplo vindicata est à calumniâ Susanna pu- dicitia. Duo vetuli iudices, nobile pat nebulozum, capitalem noxam infonti astruxerant; sed scelestissimi consilii convicti, capitale supplicium in se verterunt. Ita & hi fabri, quas fecerunt compedes, gestarunt.

Quæ non consilia in Judæos coxerat improbus rex Antiochus, jamque Hierosolymæis arcibus imminēbat, omnia in unam tumuli congeriem redactus. O miser! tunc Palaestina metropolim solo es æquaturus? nec ver- miculus quidem è tuomet corpore ebullientibus resiste- re valebis. Eadem agitarat consilia facinorosus Nica- nor, in universam Ilacidarum gentem. Decreverat certè nonaginta Judæos talento vendere. Sed improvidus consultor triumphum cecinit ante victoriam, cæsus fu- gatulusque. Et tu Nicanor, fodisti foveam & incidisti in eam.

Plutarchus

Exodi cap. 1. v. 9. & 10.

Eslh. cap. 7. 100.

Eclh. c. 27. vers. 30.

3. Reg. c. 11. à v. 1. ad 17.

2. Reg. c. 10. & 1. Par. cap. 19.

2. Reg. c. 16. & 17.

Prov. c. 26. vers. 26.

Daniel inno- centiâ defensor inter im- pactos leo- nes tutissi- mus fuit.

Sic & Su- sanna à duobus fe- nibus ac- cusata libe- rata est.

Dan. c. 13. 100. Judæi ab Antiocho & Nicanore liberati.

2. Mac. c. 9.

2. Mac. c. 9.

2. Mac. c. 9.

juberetur, ardenti lucernæ digitum admovit cremandum, eaque patientiâ regi simul & desperationem tormentis quidquam ex se cognoscendi excussit, & ambiendæ apud populum Romanum amicitia cupiditatem magnam ingeneravit. Notum Papyrii apud matrem tam silentium, quam lepidum ac festivum mendacium, quo curiæ secreta regerentur. Nota vox Cæcili Metelli: Si scirem, ajebar, hanc vestem mei consilii consciam esse, protinus eam exuerem, & in flammam abjicerem. Non stultitiam solum sed & perfidiam suam prodidit, qui Reipublicæ arcana continere nescit. O quanta regna & exercitus sterissent, si sterisset lingua sui non oblital Prædicanda sanè Spirensis curiæ lex est: *In senatu dicta, gesta, judicata aeterno silentio reguntur; nihil in jussu Cæsaris revelantur.* Scitum utile ac necessarium. Nihil illi turdò committitur, nec omnino consilii admovendus est, cui occulta principum vitâ ipsâ potiora non sunt. Profectò cum his minutimè communicanda sunt consilia, qui instar doli in plurimas rimas fatiscens, ea quæ infunduntur, continere nequeunt. Meritò rex Syriæ molestissimè tulit, sua hostibus consilia patere, quod tamen nullius regi consilii vitio evenit, sed Deo Elisæo vatiem patefaciente. Hoc quia rex ignorabat, se suaque omnia hostibus prodita ratus, *convocatis servis suis, ait: Quare non indicatis mihi quis proditor mei sit apud regem Israël? dixitq; unus servorum ejus: Nequaquam Domine mi rex, sed Elisæus propheta, qui est in Israël, indicat omnia verba quæcumque locutus fueris in conclavi tuo.* Ergo consiliarius silere discat, ne proditor fiat.

Lex curiæ Spirensis de servâdo secreto.

4. Reg. c. 6. vers. 11.

Vido que da lingua Revelate c. 18.

2. Consiliarius lingua audacem abhorreat.

Consiliarii in curiis triplicis sunt discriminis.

Audacia consilii in quo laudanda.

Gell. lib. 1. Noct. Attic. cap. 15.

§. II.

APHORISMVS SECVNDVS. Consiliarius linguam Audacem abhorreat, Modestam assumat. Audacia consilia mutandis rebus, quam servandis aptiora sunt. Audacium consiliorum auctores reprimuntur, si quod ore suadent, manu prosequi cogantur. Nulla tamen his reprimendis efficacior ratio, quam dictorum rationem exigere. Hic illi aut in vado hærebunt, aut absurdiora respondebunt. Imprudentis namque dicta ratio longè solet esse imprudentior. Dubium sit, plûsne noceat nimis cautus, an nimis audax consiliarius. Ajunt in curiis consiliarios triplici fere discrimine censerî: quosdam illorum à litteris innatæque prudentiâ atque ab experienciâ, non multum præsidii adferre ad tantum munus, hoc uno valere, in dicendo esse omnium audacissimos: alios verò tam lectiõne quam auditiõne rerum præstare, cetera timidissimos esse, & rarè ex animi sui sententiâ dicere: demum alios tam dicendi libertate quam eruditionis ac prudentiæ dotibus excellere, sed horum esse quam paucissimos, eòsque in singulis curiis vix numero æquare portas quæ Thebis fuerunt. Hinc illæ lacrymæ & magna rerum dispendia. Audacia consilii laudanda est, si sola non sit, sed doctrinâ, probitate, experienciâ nitatur: ubi hæc fulcra defuerint, omnia in præceptis ruere necessum est. Modesta lingua dignitatis suæ fiduciâ non effertur, nec in aliorum injuriam vertitur, & sine asperitate loquitur. Consiliarius modestiæ amans, caveat ne quid in alterum atrocius dicat, faciâtve. Nam sæpe quò potentior est, qui facit injuriam, eò gravius dolet is cui inferitur. Nam propter illius qui nocet auctoritatem, putat offensus hoc magis ad infamiam suam spectare. Quàm verò ille à modestiâ procul abit, qui plenus sui, quilibet in quemlibet dicere, alios præ se nihili ducere, intolerantiùs sese jacitare, & altos proflare spiritus non veretur, quasi solus vidisset, legisset, nosset omnia. Hesiodus poetarum prudentissimus, linguam non vulgandam sed recondendam esse dixit perinde ut thesaurum, ejusque in promendo gratiam esse plurimam, si & modesta sit, & parca, & moderata. Porro ad modestam consilii linguam pertinet, præsentî animo, patienti quæ silentio aliorum opiniones au-

A dire, nec dicentis orationem interrompere, quantumvis absurda & nullis fundamentis nixa dicantur. Quin imò finitâ jam oratione, non subito contradicere, & in contrarias rationes erumpere convenit: dandum potius aliquid spatii quò integrum sit dicenti, aliquid dictis addere, demere, mutare. Nam eos qui statim contradicunt, alieni sermonis molestos interpellatores imprudentiæ notans Salomon: *Qui prius, inquit, respondet quàm Prov. c. 18. audiat, stultum se esse demonstrat.* Lingua modestiam mirificè juvant, non facilem esse credendo, dando, promittendo, decernendo, multò minùs irascendo: Citò credere, leviter promittere, temerè dare, plerunque penitentiam accersunt. Hebraeus rex David nimis citò 2. Reg. c. 16. credidit servo contra dominum mentienti, & sententiam tulit non æquam: Illud denique modesta lingua unice curat, ut excocto, simplici, ac restricto sermone, non crude, non affectato, non prolixo utatur, ne fastidientès & saburratas, ut Comicus loquitur, auditorum aures efficiat. Lingua modesta etiam errando non errat. Amica certè omnibus est Modestia.

§. III.

APHORISMVS TERTIVS & Ancipitem Linguam & Præcipitem cavendam monet. Ancipitem linguam eam vocamus, quæ verba jacit ambigua & perplexa, quæ vestrè artificiosèque dicenda consruit, ita ut in omnem partem torqueri facile possint. Fridericus Imperator optabat à consiliis dandis abesse duo hæc, *simulationem & dissimulationem.* Itaque Consilii loco habendus non est, qui ita verba moderatur, ut quidquid eveniret, rectè dixisse videatur. Improbi hominis est, initio verum celare, tandem, quò res inclinarit, sententiam torquere. Bonæ notæ Consiliarius mavult errare sincerè loquendo, quam scopum tangere malignè simulando. Atque hoc Justitia jubet. A Charitatis officio Justitiæ officium hoc differt, quod illud intermitteri possit, cum aut privatum timetur damnum, aut nullus officii speratur fructus: istud verò quod Justitia exigit, etsi nulla spes fructus sit, etsi proprium trearet detrimentum, est tamen præstandum. Et tale Consilii est officium. Sed objicias: Frustra dissonit, & odium sibi quaerit, qui plurimorum calculis contradicit. Non frustra hoc sit, mi homo: ea enim veritatis vis est, ut emergat demum, vincatque. Sed nec ullo modo frustra est, officium suum facere, quisquis sit eventus laboris. Mali Consilii signum evidens est Anceps lingua. Nec Ancipitem tantum, sed & Præcipitem linguam caveat in medium consulturus. Tunc solum celeritati locus est, cum mora periculum creat. Aliàs præceptis lingua semper proxima ruinæ; nec diu vires retinet, quidquid impetu agitur. Nulla res potest esse eadem festinara simul, & examinara. Itaque fit ut Præcipitem linguam penitentia, sed fera & inutilis sequatur, cum præcipitata raptim consilia, neque revocari, neque in integrum restitui possint. Corbulonis apud Tacitum præceptum est: *Compositiùs cuncta quam festinantiùs agere.* Nam festinatio improvida est & cæca, quam proinde error sequitur, errorem infelicitas, infelicitatem penitentia. Cum legati Thebani vehementer urgerent responsum Athenis, Ageilaus prudenter cunctatus: An non scitis, inquit, cum seria res agitur, in morâ multum esse consilii: Ut meritò Diodorus apud Thucydidem dixerit: Celeritatem, & iram bonæ consultationi maxime contraria; quorum alterum cum amentia conjunctum esset, alterum cum imperitiâ & consilii tenuitate. Thomas Morus illud Angliæ sidus, ad matura consilia regios senatores cohortabatur, imò ut nihil nisi probè examinatum in senatu statueretur, censebat, quo die primum quid proponeretur, nihil de eodem disputandum, sed in proximos conventus differendum; ne quis temerè, quod in buccam venisset, efflueret, dein absurda quæque stabiliendis

4. C ling per decl cons anc

Stare Breve 6. 18

Tacit. Ann.

Thuc. 4

lib. 10

lib. 11

stabilendis suis decretis excogitaret, malletque publica salutis quam suæ existimationis jaecturam facere, perverso ac præpostero pudore. Quod quidem monitum videtur fuisse ab Alexandro Severo Imperatore, qui re Consiliariis propositâ, spatium ad disquirendum cogitandumque dedit, ne de rebus sæpe ingentibus incogitati sententias dicere cogerentur. Itaque bene prudenterque monebat filium Leo Imperatori: *Delibera tarde, nisi aliqua necessitas celeritatem requirat: at ubi consulueris, festinanter exsequere.* Tarditas, anima est consilii, celeritas executionis. Quocirca Consiliario cauta potius consilia cum ratione, quam felicia ex casu placeant: & Anceps lingua & Præceptum summè displiceant.

S. IV.

APHORISMVS QVARTVS. Consiliarius omnem linguæ perviciam declinet, Constantiam amet. Sapientis est suæ sententiæ non nimis tenacem esse. Neque levitatis est aut inconstantia, suâ sententiâ cedere, ut sequi liceat meliorem. Nam uti viator, bonâ etiâ viâ decedit, si quis monstrat meliorem aut compendii faciliorem, ita consilii mutatio nequaquam indecora est, quantumvis gravi & erudito viro. Magnæ felicitatis est optima primo intuitu vidisse, sed potior est ille qui se minùs alio vidisse ingenuè profiteretur. Nam melius est recurrere è medio cursu, quam malè currere. Stoicam philosophiam hac in re meritissimè damnans Seneca: *Setta vestra, inquit, hoc loco titubatur, & illud superbum promissum, nunquam sapientem facti sui panitere, nec unquam emendare quod fecerit, nec mutare consilium. Non est levitas à cognito & damnato errore discedere, & ingenuè fatendum est. Aliud putavi; deceptus sum. Hæc verò superba stulticia perseverantia est: Quod semel dixi, qualecunque est, fixum ratumque sit. Non est turpe remutare consilium.* Quotus enim quisque est, quem non aliqua pars ignorantia attingat? Ideo boni & prudentes viri, sic ubi ipsos errare contigerit, indicatæ veritati libenter assentiuntur; at vulgus ineptum contumacissimum est. Tanto dignior laude C. Cassius qui auctoritatis servandæ nunquam ulli facile contradicebat, si Tacito credimus, qui Cassium ita locutum memorat: Simul quidquid hoc auctoritatis in nobis est, crebris contradictionibus destruendum non existimabam, ut maneret integrum si quando Respublica consilii eguisset. Hoc ipsum salubriter caveatur ab augustissimo illo Spiritu ac totius Imperii senatu, lege, quam Cæsar, atque ipsi Assessores sibi dixerunt: *à dissidiis utrinque contumeliosis, abstineto, & concordia mutua studento.* Dissidia lex damnat, non quæ ab ratiocinatione, sed quæ à pravis affectibus emergunt. Hi ubi Consilii animam occuparunt, eò hominem impellant, ut omnis consilii quamvis egregii, quod non ipse affect, inimicus sit, & adversus peritos perrinax pugnet. Sunt qui suæ sententiæ sic inhæreant, ut alios omnes grandi supercilio despiciant, tanquam bardos & nullius iudicii homines. Talis omnino Caiphas Pontifex: *Vos, inquit, nescitis quidquam, nec cogitatis.*

Memoranda hinc Aristidis ingenuitas, qui cum Themistocle minimè amico in legationem missus: *Visne, inquit, & Themistocles, ut in his montibus inimicitias paulisper deponamus, recepturi eas cum redierimus?* Quo quidem docuit vir prudentissimus, similitates tunc maximè ponendas, cum Reipublicæ negotium promovendum. Quod si legem Christianam lapsuisset Aristides: Velis jubeas, dixisset, ô Themistocles, ut inimicitias ponamus, eas æternum non recepturi.

Inter Romanos Plancus ille Ciceroni familiaris, hac animi moderatione excellens: *Non me impedient, inquit, privatae offensiones, quo minus pro Reipublica salute, etiam cum inimicissimo sententiam.* Audite Christiani, audite senatores ac consiliiarii, qui quandoque bonum publicum privatis publicisque simularibus assiligitis, & pluvima pro

A affectu, non pro ratione suaderis, omnes Aquilæ plumas evulsuri (nisi vis obstat ab alto) omnes leoni ungues præcisuri, ut vester impeter affectus aut impetus.

Atque ego hinc pertinaciam danino, non Constantiam, eòque Ciceronis etiam calculo perstringo qui errare maluit; eamque sententiam quam adamaverunt, pugnacissimè defendere; quam sine pertinaciâ, quid constantissimè dicatur, exquirere. Perviciacia est post discessionem è Curia, & re, quæ in deliberationem venit, peractâ, suæ sententiæ etiamnum inordinicus inhære. Nam re integrâ quin liceat in alia omnia ire, nemo est qui id nesciat. Atque hinc opus Constantiæ Veritatis comite, quæ Consiliario inter primas necessaria. Nihil enim est Tullii sensu, quod tam deceat, quam in omni re gerendâ consilioque capiendâ servare constantiam. Non satis est veracem esse, ac ingenuè indicare quid experendum, fugiendumque sit, sed præsentî constantique animo gradum in eo figere oportet, ac stare, quod semel deliberatum est, judicatumque. Non natare sed constare sibi debet animus. Ficulnei Consiliiarii sunt, qui huc illic fluctuant; agitantur. Interdum alia, deinde alia decernunt; ut eorum qui dominantur, similitas aut arrogantia ferit, ita bonum malumve publicum existimant, itâ in omnem auram eventulantur.

Alium se gessit Metellus Numidicus, nobilissimum Constantiæ specimen. Hic tùm animadverteret, quod feditios conatus Saturnini tribuni plerisque tenderent, quantoque malo Reipublicæ, si non his occurreretur, erupturi essent, in exilium quam in legem ejus ire maluit. *Potesne aliquis, inquit Valerius, hoc viro dici constantior, qui ne sententiâ suâ pelleretur, patriâ, in quâ summum dignitatis gradum obtinebat, exere maluit.* Non minùs Scævola animus sibi constabat. Cum enim Sylla urbem occupasset, senatum armatus coëgisset, jamque unum illud ageret, ut C. Marius hostis judicaretur, & illius voluntati nullus auderet se opponere, solus Scævola hac de re interrogatus, sententiam dicere noluit; Et Sylla truculentius minitanti: *Licet, inquit, mihi agmina militum, quibus curiam circumdedisti, ostentes, licet mortem identidem miniteris, nunquam tamen efficies, ut propter exiguum ac senilem sanguinem meum, Mariam à quo urbs & Italia conservata est, hostem judicem.*

Quis Thomas Morus, illud Angliæ decus, quam constans in tuendo vero? Reverta illi æs triplex circa peccus & ahenum robur. Mori maluit, quam non verum dicere: Itaque caput perdidit, ne perdere cogeretur libertatem veritatis tenacissimam.

Quis in eadem gente Reginaldus Polus? qui jus & æquum eâ constantiâ defendit, ut cum caput illius quinquaginta millibus aureorum proscriptum esset, diceret: *Jam satur sum vitæ; qui eam mihi ademerit, hoc præstabit officii, quod ille qui dormitum ire cupienti vestes detrahit.* Hanc ergo Constantiam laudamus, non Pertinaciam. Artificioſissima mixtura est, pertinacem non esse, & tamen esse constantem. Quis enim neget consilia mutari posse? quo sensu illud Oratoris capiendum: *Non inconstantis puto, sententiam tanquam aliquod navigium ex Reipublica tempestate moderari.* Hinc Leonidas obicienti quòd facile mutaretur: *Mutor, inquit, sed temporum ratione, non ut vos, proprio morbo.* Nimirum pro re & tempore variari potest consilium. In quam sententiam optimè Augustinus: *Turpe est, inquit, mutare sententiam, sed veram & rectam. Nam, & stultam & noxiam, laudabile & salubre est. Sicut autem constantia non sinit hominem depravari, sic perviciacia non sinit corrigi. Proinde sicut illa laudanda, sic ista est emendanda.*

S. V.

APHORISMVS QVINTVS. Consiliarius adulatorem linguam execretur, veracem sceleretur. Nam

Constantia in consilio est maxime necessaria.

Valer. lib. 3. cap. 8.

Cic.orat. pro Cn. Planc.

Augustinus epist. 214.

Adulatoria lingua execretur, veracem sceleretur.

4. Omnem linguæ perviciam declinet, constantiam amet.

Senec. l. 4. de brev. v. 34. & 38.

Tacit. l. 14. Annal.

Joan. cap. 11. v. 49.

Lib. 10. v. 11.

traherentur, qui acciperent munera etiam cum culpâ. Itaque Elcearius in conclavi inter preces auditus est dicere: Domine, tu mihi in cælo debes centum auri uncias, itemque duos pannos purpureos. Interrogatus, quid hæ preces sibi vellent? respondit, eo die munera sibi oblata, à se tamen repudiata esse.

Parendum igitur sapientissimæ Leonis Imperatoris cohortationi, quam ad filium Principem instituit, hunc in modum: Consultores adhibe experientes rerum, providos, perspicaces, ærumnarum ac prosperitatis tuæ socios; ad cogitandum solertes, fideles, qui tibi neque ad gratiam obtemperabunt, neque illi qui rei susceptor existit, neque sibi mutuo, sed qui quod cogitant, dicunt, qui simplici animo & incorrupto sunt, nullumque ex iis rebus (notate obsecro, notate) lucrum quærunt, sed in eo ipso tempore, quid maximè utile sit explorant. Sunt enim, qui cum lucrum aliquod vel compendium, aut ad se, aut ad eos quos charos habent atque diligunt, pertinere posse vident, totam iudicationem rei eò transferunt: & quia pertinaces sunt, universum consilium, ab utilitate communi ad id quod ipsi volunt, devehunt.

Ita prorsus fit: ita Christiani principes inter se committuntur, dum consilii eorum pro suis quisque loculis pugnant. Consiliarius avarus & numis inhians, aut proditor, aut nequam est. Fidelis nunquam erit, qui magis suam crumenam, quam conscientiam suam attendit.

Semper avarus amat mendacia, furtâ, rapinas.

Quemadmodum Leo, sic & Justinianus Imperator, quemlibet Principem cohortatus: Festinabis, inquit, consiliarium, & quicumque circa te, assumere virum optimum & purum undique, & contentum iis quæ à Fisco dantur: si quid præter spem accesserit, & non inveneris eum custodientem tibi fidem iustam, illum quidem expelles, alio verò uteris consiliario, legem & Justitiam cum puris fervante manibus. Competitissimum est: Ubi munera, ibi & perversa esse iudicia. Samuelis prophetæ sanctissimi viri filios considera, de quibus Regum fasti testantur: *Declinaverunt post avaritiam, acceperuntque munera. Quid inde? & perverterunt iudicium.* Ex illo istud exploratissimâ ratione concluditur. Ergo, aut Consiliarius fidelis non erit, aut linguâ carebit argenteâ.

§. VII.

APHORISMVS SEPTIMVS. Consiliarius ante omnia linguam habeat liberam. Hic Rhodus, hic saltus: hinc Orbis lacrymæ, quod linguæ aulicæ plerumque non sunt liberæ. Sed ipsi sæpe Domini rerum ac principes in causâ sunt tam inutilis libertatis; grata malunt audire quam vera, vehementer scilicet & acriter liberâque oratione offenduntur, odiumque parit veritas. Hoc expertus est Achior, qui apud Holoferne de Israël's populo liberè pronuntiavit quæ sensit. Sed ægrè tulit hanc oris libertatem turgidus imperator, compulsi que fidissimum suorum transire ad hostes. Quæ res exitium attulit Holoferni, salutaris fuit Achiori. Nam qui cum Assyriis perisset, eadem involutus clade, cum Hebræis incolumitatem est consecutus. Revera perit rex, perit princeps, cui bona consilia dare periculosum est. Theopompus interrogatus, quæ ratio regni servandi esset? respondit: Si iustam dicendi libertatem Princeps indagandæ veritatis cupidus, consiliariis suis facultatem tribuat liberè proloquendi quæ senserint; neque factis dictisve, sed nec nutu ullo cuiusquam sententiâ se offensum ostendat, nisi veritatis velit facere iacturam: Si quidem plerique hominum adeo sunt imbecilles, ut vel minimam Principis offensionulam plurimum reformident. Propterea cum consuluntur, ut etiam sibi consulant, Dicunt malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.

At hinc de loquendi libertate loquimur; effusæ licentiæ vel garrulæ impudentiæ nos minimè patrocinauit. Sunt enim aliqui ab ipsa naturâ sic facti, ut modestiæ ac reverentiæ immemores, paulò etiam quam par esset concitatiùs in ipsos Principes ipsi audientibus invehantur, vibrèntque linguas, & carpant potius quam moncant instituantque. Talis omnino fuit Joabus dux belli supremus, & consiliarius regis Davidis, homo effecti oris, qui licet regis sui amplitudini studeret, vehementiùs tamen & acriùs quam par erat, regem super Absalonis filii interitu dolentem allocutus: *Confidisti hodie, inquit, vultus omnium servorum tuorum &c. Diligis odientes te, & odio habes diligentes te, & ostendisti hodie quia non curas de ducibus, & de servis tuis.* Ohe, Joabe, ohe; nimis hæ acerba sunt in regem; hæ verborum amarulentiam non veritas, sed linguæ furor effundit. Licet vera dicere, etiam regi, sed modeste. Achior, quem dixi, hoc observavit, qui ad Holofernem dicere sic ingressus: *Si digneris, inquit, audire domine mi, dicam veritatem in conspectu tuo de populo isto, qui in montanis habitat, & non egredietur verbum falsum ex ore meo.*

Hanc modestam dicendi libertatem in consiliario, cum primis desideramus. Sit fortis & liber, nec ad frontem sui domini sententias, sed ad suam conscientiam, & ad Dei gloriam dicat, & quamvis plurimum conviciis exagitetur, non tamen à recto discedat. Qui vera reticent, & falsa suadent, non tam se quam Republicam, & Principem in casum dant. Illud Senecæ centies his occinendum: *Non vides, inquit, quemadmodum illos in præceptis agat excincta libertas, & fides in obsequium servile submissa, dum nemo ex animi sui sententiâ suadet dissuadetque, sed adulandi veritatem est, & unum amicorum omnium officium, una contentio, quis blandissimè fallat.* Nimirum vel spes eos vel metus abducit à vero. Ita fit ut dissimulent, tegant, colorent, ambagibus & amphiboliis urantur, veritatem verbis sic circumvestiant ac involvant, ut neccias negantem an affirmantem partem rœantur, nam dicta sic artificiosè ac vastè construunt, ut quidquid deum principi placuerit, hoc ipsum illi dixisse videantur. Neque curant hi tales quoties res evadat, dummodo sui Principis offensionem non incurranr. Hic scopus, hæc votorum summa est. Hos præclare monens Tulilius: *In omnibus consultationibus, inquit, neque gratiam spectandam, neque odia existimo; sed eam unumquemque sententiam dicere debere, quam ipse optimam censet.* Deplorandum est ævum illud, quo Curia sunt elingues, in quibus dicere quod velis, periculosum est; quod nolis, miserum. Boni prorsus ac laudabiles ii, & auro contra à Principibus æstimandi, qui excusso omni metu, liberè pariter & modeste sententiam promunt, velut Theodorus ille Animiani, qui solus pæne omnium erat, cuius linguam non effrenem, sed desipientem quæ loqueretur, nullus clauderebat periculi metus. Solebat Ludovicus XI. Rex Gallorum dicere, se in suo regno, & potissimum in aula sua, rebus pæne omnibus abundare, exceptâ re unâ, VERITATE. Nec degener ab hoc patre filius Carolus VIII. è pincernâ suo familiariter sciscitabatur, an non censeret paucos cælo reges admitti, & quid causæ assignandum? cumque alter verecundè cunctaretur, subiunxit: *Quid miremur, si rari ad cælum reges cõmcent, raros habent circa se veri monitores.*

Quocirca principi quandoque suo cortice, ut ajunt, natandum: audienda consilia, & non sequenda sunt, si non sequenda cum consiliariis reclamat ratio, conscientia, lex divina. Fecit hoc Fridericus III. Saxonie dux, qui Erfordensium injuriis laceffitus Comitibus indixit. Erat inter proceres magnæ auctoritatis eques, qui bellum omni studio suadebat, argumentis à dedecoris notâ, & victoriæ facilitate ductis. Huic ita suadenti dux: *Præclare tu quidem, inquit, Sigismunde Litti, pro teipso, cuius interest bella ex bellis feri, concionatus es; pro me non item, cuius gloria*

lib. de Belli apparatu, que à Græco in Latinum vertit Ioan. Cælius Contabrigensis, hinc interpret. Quinque sunt nominis Leonum fuisse avum.

In moris.

Nov. de Mâd. Princ. cap. 5.

1. Reg. c. 8. vers. 5.

7. Ante omnia linguam habeat liberam.

In lib. c. 5. vers. 5.

Isaia cap. 5. vers. 20.

Modestia & reverentia in consiliario necessaria.

1. Reg. c. 19. v. 5. & 6.

Indit. c. 5. vers. 5.

Sen. lib. 6. de Benef. c. 30.

Apud Dion. lib. 44.

Ammian. lib. 29.

Consilia non sequenda cum consiliariis reclamat conscientia.

*Aeneas Syl-
vius lib. 3.
comment.
de reb. gest.
Alphonfi.*

*2. Cor. 6. 3.
vers. 17.*

*Veritas cû
libertate
promenda
est.*

*Alban. de
Cardinali.
quæst. 10.*

*Joan. cap. 3.
vers. 21.*

gloria & incolunitas è subditorum commodis potiùs quam ex hostium ruinâ & interitu pendet. His mali consilii auctorem repressit. Nec aliter egit Fridericus III. Romanorum Imperator, qui Ladislaum Hungariæ ac Bohemiæ regem, sed etiamnum puerum, sanguine sibi conjunctum educavit. Non desuerunt homines maligni, qui puerum suavi sed clandestinâ nece tollendum censerent, cujus mors opes & regna esset allatura. At Imperator: Quis sit, ajebat, quod me opulentum potius quam pium erga meos esse cupitis? Facessat consilium impium: ego divitias non sic amo, ut propter illas committere velim rem nefariam. Non libertatis hoc fuit suadere, sed crudelitatis. Nos eam à consiliario liberatam exigimus, ut aperte, ingenuè, liberè, & ex interiore sensu suadeat dissuadeatque, non utilitate solum, sed & honestate spectatâ. *Vbi spiritus Domini, ibi libertas.* Quod & prisorum illud submonet: *Aperto pectore.* Res maximi momenti & non levis flagitii est, Consiliarium principi jurejurando obstructum aliter dicere quam conscientia & conscientia dicent. Exincta est libertas, si metus terreat, spes gratiæ os claudat, aut aliud promat Lingua, aliud recludat pectus: si dicitur seipsum aut suos attendat, si taceat, diffimulet, contortè dicat: Ubi libertas non est, nec spiritus Domini est.

§. VIII.

Sed hinc plurima solent objici. Est qui dicat: Solus ego torrentem sistam, aut contra nitam, solus ego negem tot ceterorum agentibus, præsertim si mihi noceam, nec causâ prosum? Sint hæc ita; nihilominus tamen cum libertate promenda veritas: nam ceteri aut sententiam mutabunt, aut certè in posterum cautius dicent. Sed iterum obducunt: Sæpe deliberari de re jam constitutâ: hinc frustra sit, ajunt, multa movere, aut contradicere. Non frustra erit, mi homo; nam deinceps statuatur confidentius, si quis jam reclamat cum ratione. Dein alii his exemplis fient animosiores. Unicus dux belli nescio quot fugientes in aciem & ordines potest compellere. Et quamvis hinc restitisse nihil proficiat, satis est officium suum fecisse; fructus conscientie maximus est, in uneri suo non defuisse. Cur autem, objiciunt iterum, meo me damno invisum faciam, & ultro in aliorum odium veniam, quod ego meique posteris luan? Respondeo, qui solâ charitatis lege obstringitur alium liberè monere, potest id quandoque certis de causis omittere: at verò qui lege justitiæ verum dicere obligatur, etiam cum detrimento suo verum dicere tenetur, & contra torrentem niti, quod Hieronymus Albanus explicatius tradit. Exemplo, id quod dicimus, demonstratur. Quindecim senatores sententiam dicunt in curiâ; quatuordecim ore uno assentiunt: decimus quintus, si quidem ei aliter visum, etiam sine spe profectus, etiam cum suo damno, illis non assenti obligatus est, nec ullo modo potest dicere, *Placet.* Dicat ergo, sed modestè: Domini faciant quod placuerit, de re propositâ ego quidem sic sentio &c. Et hujus rei causa est. Præcepta enim quæ vocant negativa, semper obligant: qualia sunt: Ne consentias, ne sis particeps sanctionis malæ. Si hoc fide bonâ decimus quintus senator, quem dixi, fecerit, etiam si è ceterorum sententiis dampnum grande proveniat, is solus tamen à faciendi damni restitutione immunis erit, obligatis ad id ceteris. Nec quisquam hinc dixerit: Sum juvenis, nec tantæ auctoritatis; meis etiam liberis prospiciendum &c. Ficulneæ rationes sunt, & necesse valent. Jusjurandum principi datum, & conscientia divini timoris non expers, illa omnia humana terriculamenta contemnit. Sed prout ævi nostri mores sunt, hinc variè peccatur à multis, qui prolis ratiocinationibus veritatem studio confundunt, qui ex ambiguo loquuntur; ut atrum an album calculum addant, nescias. Veritatis vox est: *Qui facit veritatem venit ad lucem.* Pessimè stabunt ad divi-

num tribunal, qui fidem jusjurandumque sic negligunt, dum aliud dicunt, aliud sentiunt, turpi inter Linguam & Animum discordiâ.

Unâ mecum, obsecro, curiam Hierosolymitanam subite, & audite septuaginta duos senatores consilia conferentes. Quæstio erat: Utrum Jesu Nazarenus capite damnandus? Hinc Caiphas, Annas, hinc Rabbi Samuel, Rabbi Simon, Rabbi Josias, hinc ceteri omnes voce unâ pronuntiarunt: *Reus est mortis.* Sed & hinc Joseph ab Arimathæa unus omnibus restitit: *Hic non consenserat.* *consilio, & actibus eorum.* Cogitavit Arimathæus, nobilis hic decurio: Quid ego unus ac solus obliçter? tot sapientibus viris contradicam? Contradixit. A toto senatu me disjungam? Disjuxit se. Omnium odium subibo? Subiit, & sententiam dixit, quam sciebat à nemine audiendam, Jesu Nazarenum videri innocentem. Hæc vera dicendi libertas est. Sic & Nicodemus unus omnium imperium ferens: *Nunquid lex nostra, inquit, judicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognoverit quid faciat.* Horatio Cocleis dixeris hos viros, qui reliquis omnibus artonitis, & in fugam averfis, hostiles imperus soli remorantur.

Nec prisici tantum in hac laude: Philippus II. Burgundionum dux, libellorum magistrum habuit, qui cum super re rationi & æquitati dissentaneâ consultaretur, omnesque eò propenderent, ut annuendam judicarent, solus Cancellarius reclamavit, ultròque duci sigillum remisit; satius esse ratus, omnem dignitatis splendorem ponere, quam iniquis consiliis, adversante conscientia, subscribere. Quæ quidem integritas viri exinde Duci adeo placuit, ut eum amplioribus etiam honoribus donandum, paullo post revocavit. Falluntur ergo qui dicendi libertate omnem principum gratiam amitti existimant, cum eam magis ac magis demereantur, nisi principes sint exleges, & magis pro voluntate suâ quam pro ratione stent. Virtus & veritas ubique amabilis, quandoque torvis oculis primo aspectu salutat, sed agnita benignius aspicitur & humanius. Et verò Principis gratiâ meritò excideret, qui sciretur Principem aut veritatis hostem, aut certè illius audiendæ impatientem judicare. Dixerat Cardinali Bellarmino sapiens Clemens Pontifex Maximus, ad purpuram illum à se propterea evocatum, ut haberet apud se vocem virtutis, à quâ liberè inter voces fallentis Aulae (quæ Principum calamitas est) audiret verum. Proinde injunxerat, morderet seriò si quid adverteret pro Ecclesiæ bono posse consultius agi.

Quocirca consiliiarii, Senatores, Assessores quicunque, uti & mente, sic & linguâ sint liberâ, Neque Duces ac Reges (quod Estheris monet historia) mendaciorum conciliis conentur subvertere, dum aures Principum simplices, ex suâ naturâ alios estimantes callidâ fraude decipiunt. Quæ res & ex veteribus probatur historiis & ex his quæ geruntur quotidie, quomodo malis quorundam suggestionibus regum stultia depraventur. Præcipuum Consiliiarii munus est liberè, aperte, ingenuè sententiam proferre, quæ vel Principi vel Reipublicæ futura sit salutaris. Assentatio ante omnia caveatur. Hic multorum scopolus est. Dominorum aures suavis naniis permulcent, omnibus eorum dictis applaudunt, ad omnem auram velificantur gratiæ; ita non Reipublicæ, sed suam causam agunt. Eò demum audaciæ prolabantur hi tales, ut cum famulatio regis Cambyfis dicere non vereantur: Regi licere, quidquid liberet. Talis Stratocles ille Demetrii, qui non raro illud usurpabat: Quidquid rex Demetrius jubet, id erga Deum esse sanctum, id apud homines esse longè justissimum. Velit Deus, nullos hodie tales reperiri.

Audite ergo quicunque dominatum in alios tenetis, audite divinæ æternæque Sapientiæ concionem quam maximè seriam; sic illa vociferatur: *Præbere aures vos qui continetis multitudinem, & placetis vobis in turbis rationum.*

Quantum

*1. Pi
u. 6*

*Edi.
v. 2.*

*Eipht
langi*

*Angy
Cofy*

*Mara
vers. 1.*

*Pro. 6.
vers. 6.*

*1. Valen
imil.*

*Sap. cap. 6. 2
v. 3. m. 12*

Quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur. Quoniam cum essetis ministri regni illius, non recte iudicatis nec custodistis legem iustitiæ, neque secundam voluntatem Dei ambulastis. Horrendè & citò apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum in his qui presunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cuiusquam: quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & equaliter cura est illi de omnibus. Fortioribus autem fortior instat cruciatio.

Audite Principum, Regum, Imperatorum Consilia, regis Josaphati verbis vos alloquitur: Videte, ait, quid faciatis: non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini: & quodcumque iudicaveritis, in vos redundabit. Sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite: non est enim apud Dominum Deum nostram iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum: Cum diligentia cuncta facite. Hæc de Lingua malè Consulente.

CAPUT X.

Lingua CONTENTIOSA quàm sit exitiosa; & quàm lites studiosè sint cavendæ.

Non satis est, pedes laqueis indui, laqueos & linguam gerimus, & vertice. Certè complures è sanctis feminis, comis & crinibus velut funibus suspensæ sunt. Illud formæ miraculum venustissimum Absalon, ingenrem laqueorum numerum capite portabat: quot enim capillos, tot ferè laqueos ferebat qui è quercu pendulum miserè necabant. Qui linguam latentes ferant laqueos, innumeri sunt. Cui permissum tot laqueorum insidias evadere, ingentes Deo gratias agat cum Siracides: qui aptè: Confitebor, inquit, nomini tuo, quoniam adiutor & protector factus es mihi, & liberaisti corpus meum à perditione, & à laqueo lingue inique.

Hæresarchæ olim tot ore laqueos condebant, ut iis magnam Orbis partem illaquearent. Epiphanius Arrium tam dulcis eloquii fuisse ait, ut brevi tempore multos sacerdotes, antistites, & septingentas moniales in suas partes traxerit. De Fausto Augustinus: Faustus Manicheorum episcopus, inquit, magnus diaboli laqueus, & multi implicabantur in eo per illecebram suaviloquentiæ. Alii hæresum propagatores plerique, si non linguam, certè calamo disertissimi, mel & rosas loquebantur, sed laqueos blandâ manu iniiciebant. Decem illi Hebræorum exploratores, seditiosis concionibus sic populum omnem inflammabant, ut nemo pane aliud moliretur quàm reditum in Ægyptum. Unicus Judas Iscariotes sic ceteros Apostolos in Magdalenam concitavit, ut dicerent: Ut quid perditio hæc? & fremebant in eam.

Quod si duæ linguæ talibus laqueis instructæ conveniant, facillimè contentiones inter eas oriuntur, unde meritò Lingua CONTENTIOSA sunt appellandæ. Atque de his nunc agendum.

§. I.

In homine fatuo id unum sæpe laudari potest, quod ille stultitiam adedè tegere non possit, ut eam plerumque prodat multiplici signo. In his stultitiæ indicis rectè numeratur, facile & libenter rixari. Salomon id asserit: Labia stulti miscent se rixis, & os ejus jurgia provocat. Facillimum est iræ stimulos admoveere homini fatuo; ad lites & jurgia cum evocare nullus est negotii: eundem autem iterum tranquillare difficillimum. Cantante gallo gallinaceo vel unico cantant omnes, cave uno latrante latrant & alii, nec tam citò latratu desinunt; ita fatuus si incidat in hominem contentiosum, ambo clamare & extra se ire incipiunt: hæc jam plurimum verborum est, & minimum rationis; utriusque pugnatur felle, utrinque

Tom. I.

A turbulenta vociferatio est. Ubi enim verbis verba succedunt, incendio fomenta præstantur.

Et quoties non verbis solum stat pugna, sed ore ad manus descenditur; nec jam argumentis; sed pugnis, sed pugionibus aut gladiis res agitur. Hinc sæpe, si alia desint mala; immortale odium nascitur. Rectè Basilius: Contentiones, inquit, à principio quidem exiles esse solent, & facile curantur: at procedente tempore auctæ, insana-biles omnino evadunt. Siracides hoc confirmat: Certamen festinatum, inquit, incendit ignem, lis festinans effundit sanguinem. Ingentia oriuntur mala è litibus, jactura pecuniæ & famæ, simulates, inveterata odia, cædes. Isaïas abbas dicere solebat: Noli esse contentiosus, ne omnis in te inhabiter improbitas. Et hoc à beato Paulo didicisti, qui à jurgis gravissimè dehortatus: Noli contendere verbis, inquit: ad nihil enim utile est nisi ab subversionem audientium. Et Corinthios acriter objurgans: Cum sit inter vos, inquit, lites & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Vel hinc apparet qui litis, cum toties jurgemini.

Contentionis indoles multiplex est & varia. Prima quidem cum cognita veritas in re gravi non leviter opugnatur. Picularis hæc noxa est, & grande nefas. Nihil non audebit, qui hoc audeat. Altera contentionis indoles, cum non magni momenti veritas impugnatur. Hic scopulus velis & remis vitandus est. Qui enim levia quæque contentionibus pervellit, suspensionem movere, se nec in gravioribus fore paratum. Tertia, cum rei bene cognitæ audacter contradicitur. Hoc plerumque fit ardenti litigandi studio, quo rapitur in contentionem animus & propemodum excecatur. Quarta, cum veritati quidem tuendæ, res in litem trahitur, sed sine modo, & nec suo loco, nec tempore suo: hoc non disputare est, sed furere. Magnæ virtutis est, paratum esse, quod Cicero aiebat, & refellere sine pertinaciâ, & refelli sine iracundiâ. Quinta, cum quis nititur tueri veritatem tam exigui momenti, ut plus nocitura sit altercatio, quàm controversæ veritatis defensio. Concedamus hoc tibi, mi litigator, quinque lupos simul à te vivos esse, quid tum postea? tu excaudisti, vociferatus es, offendisti non paucos, causam dedisti prolixæ simularis. Quamto consultius fuisset, à lite tam sterili linguam abstinere, quàm moribus tuis maculam tam multiplicem affricare? Ilocrati videtur humanitatis officium deserere, qui rixosus est, & contra omnia contendit. Assentitur Salomon, & Homo perversus, inquit, suscitatur lites, & homo apostata omni tempore jurgia seminat. Ideo rogans: Quis ait, viderunt oculi tui ne proferas ut jurgio citò, ne postea emendare non possis cum debonestaveris amicum. Ideo & Job rogans: Respondere obsecro, inquit, absque contentione. Opime Plato: Vbi multa rixæ, ibi multa injuria. Contentiosa lingua plagas ambit, & obtinet, ideo sibi metum agat gratias, cum lenit plagas.

§. II.

Et quamvis omnis contentio fugienda, nec cum ullo mortalium miscenda sit lis, hi tamen inter homines præcipuè declinandi: 1. Adversarius potens: Siracides monet: Non litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius. Per hominem potentem etiam magistratum designat: Cum magistratu contendere, non stultitia, sed infantia est. Qui sumptuosè perire vult, controversas alat contra magistratum. Rarissima hæc victoria, si qua tamen est, sine graviore damno non est; & minus perdit, qui se vinci liberaliter permittit. Optimè Romanus Sapiens: Cum pare, inquit, contendere, ante capis est, cum inferiore sordidum, cum superiore furiosum. In tali pugna nemo aliud cogitet, quàm vinci. Ergo magistratum, aut prædes tuos ne tange. 2. Nec cum divitibus unquam litigandum. Idem Siracides id docet: Non contendas cum homine locuplete, ne forte contra te constituat litem tibi. 3. Nec cum garrulo rixandum, ut idem sapientissimus

Fif 3

Basilius orat. 9. ex collectan. Eccli. c. 28. vers. 13.

2. Tim. c. 2. nihil enim utile est nisi ab subversionem audientium. Et Corinthios 1. Cor. cap. 3. vers. 3.

Contentio- nis indoles multiplex.

Cic. lib. 7. Inscul. 99.

Prov. c. 16. vers. 28. Et Prov. cap. 6. v. 12. & 14. Prov. c. 27. vers. 8. Job cap. 6. vers. 29.

Declinan- dus 1. Ad- versarius potens in litigio. Eccli. cap. 8. vers. 1.

Smeo lib. 2. de lra c. 34.

2. Dives. Eccli. cap. 8. vers. 2.

3. garrulus.

1. Par. c. 19. v. 6. & 7.

Eccli. cap. 5. v. 2. & 3.

Epiphani. hæres. 69.

August. l. 5. Confess. 3.

Matth. 14. vers. 4.

Idem cap. 8. pientissimus prætorum monet: Non litiges cum homine
vers. 4. linguato, neque struas in ignem illius ligna. Imò potius ea
subtraha. Notum monitum:

Contra verbosus noli contendere verbis.
4. Iracundus. 4. Hominem iracundum, etiam provocantem & lac-
dem. 4. eundem Siracidem: Cum iracundo non facias rixam, ne
vers. 19. scilicet oleum affundas flammæ. Vir iracundus provocat
Prov. c. 15. rixas, qui patiens est, mitigat suscitatas. 5. Non minùs cave
vers. 18. hominem fatuum, & ne illum tanti æstima, cum quo
5. Fatuus. descendere in certamen expediat. 6. Nec cum uxore
6. Uxor. altercationem facias: perdidisti quietem, si hæc cœperis.

1bid. cap. 19. Testa jugiter persillantia, litigiosa mulier. Si testum malè
vers. 13. materiarum penetrare cœperit pluvia, cave domui: tu
foras hinc illic sarcies, sed uno foramine obstructo,
aliud hiabit. Litigiosi conjuges nullâ fruuntur tranqui-
litate, & ægrè illis est inter divitias & delicias. Melior est
Prov. c. 17. buccella sicca cum gaudio, quam domus plena victinis cum
vers. 1. jurgio.

Sed, quidquid dicamus contra rixas & jurgia, si sunt
ævi nostri mores, ut non immeritò quis arbitretur, ubi-
cunque locorum agat, in tabernâ se agere, quæ plena sit
ebriis rusticis, quibus nullum potius negotium, quam
certare & confligere: tot ubique dissensiones & lites, ut
nusquam non præfari oporteat, Pax, Pax; ubique di-
scordiarum & altercationum plurimum est. Meritò
Angeli Christo vix nato proclamaverunt in Orbe nostro:
Luc. cap. 2. Pax in terrâ hominibus: Pacis Dominus jam natus est,
vers. 14. tollantur omnia quæ paci obstructum.

At nos & hominum & Angelorum exhortationes
parum curamus: illi velut lanifixa, cum nos instar pugi-
lum in congressu inimicùm effervefcimus, hastili intercur-
runt; at furor noster omnia pacis signa contemnit, tran-
silitque limites, & ita pertinaciter quandoque alter
alteri inhæremus, ut divelli non possimus, dum alter
alterius pecuniam, famam, corpus, animum insigniter læ-
ferit. Rixas & discordias nunquam non comitari solent
& magna damna, & multa peccata. Contendere verbis, ad
nihil utile est, nisi ad subversionem audientium, imprimis ve-
rò contententium. Sapientissimè monet Siracides: Ab-
stine te à lite, & minues peccata. Et sanè non rarò minus
2. Tim. c. 2. damni est, damnum accipere, quam rixam committere.
vers. 14. Doctissimus Philo: Quod si quando, inquit, majore vi con-
Eccl. c. 28. stus fueris in certamen descendere, ne te vinci pudeat. Sic enim
vers. 10. demum, si vincaris, victor evades, quando in hoc genere victor
Phil. lib. do vincitur. Hoc ipso sensu Plutarchus: Non enim, inquit,
agricult. tantum egregium est scire vincere, sed etiam posse vinci pul-
Plutarch. chrum est, ubi victoria est damnoisa. Hoc ipsum confirmans
I. de educat. Nazianzenus: Præstat, inquit, honestè vinci, quam periculo-
liberor. sè ac nefariè vincere. Excellentissimè dixit Ambrosius:
Gyeg. Naz. Vincis, dum cedis. Animòsis ad convicia semper ceden-
orat. 1. dum. Sed nos, à nobis malè persuasi, gravibus causis
num. 180. impelli credimus, ut ad arma & rixam proliamur. Per-
Ambros. in suaasio pessima. Jus suum modestè prosequi, cuique per-
cap. 4. ad Coloss. missum est, verum ob quamvis injuriolam in aciem &
dimicationem venire, ac de lanâ caprinâ, aut de hiru-
dinis nidulo, aut de Parni scaphulâ disceptare, ad mo-
dum culpabile, præferim si tua (quod plerumque accedi-
dit) non tanti interfit. Hebræi sapientis præceptum est:

De cære, quæ te non molestat, ne certaris. Cede, & tace; hac
Eccl. cap. 11. viâ ibis tutissimus. Qui se jactat & dilatat, jurgia concitat.
vers. 9. Hinc, inter superbos semper sunt jurgia. Enimvero qui velit
Prov. c. 28. cedere, nemo est; nemo vinci, nemo videri vult perdi-
vers. 25. disse causam. Unde litigiorum nullus finis.
c. 13, v. 10.

§. III.

B. Egidius, S. Francisci socius, dicere solebat: Quando
quis contendit tecum, si vis vincere, perde: si vincis
teipsum, omnes inimicos tuos vicisti. Magna virtutis
est, si quis benevolè se vinci permittat, quia talis est do-
minus Orbis. Honor est homini qui se separat à contentio-

Prov. c. 20.
vers. 3.

nibus. Abrahamus & opes & honores suos auxit, quia
cum Lotho litigare noluit, etiam si perdendum quid foret,
Genes. l. 13. dixitque: Ne queso sit jurgium inter me & te, & inter
vers. 8. pastores meos & pastores tuos, fratres enim sumus: ecce univer-
sa terra coram te est. Arbitrii tui est, hoc illudve eligere. Si
ad sinistram ieris, ego dextram tenebo: si tu dextram ele-
geris, ego ad sinistram pergam. Cavendæ litis modus
optimus. Quod si homines convenienti sui sensus & ce-
rebri, & omnes aut ad dextram, aut ad lævam omnes
ire contendant, nec ullus alteri deferat, controversiæ
nunquam satis componentur. Ergo, vide, mi Christiane,
ut nihil per contentionem à te fiat. Nam servum Domini
Philipp. c. 2. non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes. Tormenta
vers. 3. bellica majora si muro illidantur, perfringunt; si in lac-
2. Tim. c. 2. cum lancum deferantur, non penetrant, & sine noxâ
vers. 24. sunt: ita morosus, iracundus, litigiosus homo, si mode-
stum ac mitem incurrat, vim nocendi amittit; si offen-
dat in sui similem, utriusque detrimentum contrahitur.

B Hieremias propheta disertè affirmat: Quia fortis impegit
Hier. c. 46. in fortem, ambo pariter conciderunt.
vers. 12.

Chrysofomi saluberrimum consilium est: Malum ho-
minem, inquit, tacendo & locum dando melius vincis quam
Chrysof. in respondendo, quia malitia non instruitur sermonibus, sed exci-
Math. c. 21. tatur. Ita Dominus recedendo compercutit, quos non po-
hom. 38. sum. tuit respondendo. Nam si contendis irrationabilem ra-
tione placare, & illum non placas, & teipsum subvertis.
Plena victoria est, inquit Valerianus, ad clamantem tacere,
S. Valerian. & non respondere provocanti. Huc referri potest illud Ber-
hom. 12. nardi dictum: Infelix victoria est, quâ superans hominem,
Bern. serm. succumbis vitio. Os pravum tanti non est, ut quis illud di-
ad mil. gnetur responso. Notus scriptor: Quid enim, inquit, sunt
I. Imi. Christi verba nisi verba? per aërem volant, sed lapidem non ledunt. Si
lib. 3. c. 46. reus es, cogita quod libenter emendare te velis. Si nihil tibi con-
fiscus es, pensa quod velis libenter pro Deo hoc sustinere.

Inerta manus est quæ rabidum canem auribus tenet,
brevi enim dentes sentiet. Ita Salomon philosophus:
C Sicut, inquit, qui apprehenderit auribus canem, sic qui transit
Prov. c. 26. impatiens & commiscetur rixæ alterius. Et quoties duo can-
vers. 17. nes de offe uno rixati, ambo illud amiserunt, quia fugati.
Sic antio Christiano millesimo trecentesimo quinto, Mich. Bi-
tius, de Re- dum Carolus Robertus & Wenceslaus de regno Hun-
gibus Hung. garix contenderunt, Hungari Orthonem Bavariæ Du-
cem Hungarorum regem salutarunt, & Albæ Regali
coronarunt. Anno millesimo trecentesimo supra sexa-
gesimum, Græcis dissidentibus, & de imperio litigan-
tibus, Amurathes tertius ejus nominis Imperator Tur-
cicus, per Hellepontum ducens exercitum, urbes cum-
plures occupavit, itaque primus ex Asiâ in Europam re-
gnum suum propagavit. Roboam & Jeroboam dum
vivebant, altercationem faciebant. Quid inde obsecro
provenit lucri? ex uno regno fecerant duo, cum ingenti
2. Par. c. 12. clade posterorum. Hic Chrysofomus auream præscri-
Chrysof. bit legem, iis præsertim qui capti ut non succumbere:
dico loca. Si vindicare vis, inquit, sile & funestam ei dedisti plagam.

Verè Proximus ille Deo est qui scit ratione tacere.
Cato. Pusilli hominis, & miseri est, repetere mordentem: mu-
res & formicæ, si manum adnoveris, ora convertunt;
imbecillia se lædi putant, si tanguntur,
quippe minuti
Invenal. Semper & infirmi est animi, exiguiq; voluptas
sat. 13. Vltio. Continud sic collige, Quod vindictâ
vers. 19. Nemo magis gaudet quam femina

§. IV.

Hic lepidum quid occurrit, quod silentio non vi-
detur involvendum. Prudenti viro femina quere-
batur, maritum suum vix illo die non ebrium esse, &
omnia salsque deque rotare, ac domum miscere. Quere-
las benignis auribus vir accipiens, arbitrabatur id quod
res erat, insanam viri crapulam solutâ uxoris linguâ
mirè

Genes. l. 13.
vers. 8.

Philipp. c. 2.
vers. 3.

Hier. c. 46.
vers. 12.

Chrysof. in
Math. c. 21.
hom. 38. sum.

S. Valerian.
hom. 12.
Bern. serm.
ad mil.

Luc.

Prov. c. 26.
vers. 17.

Mich. Bi-
tius, de Re-
gibus Hung.

2. Par. c. 12.
Chrysof.
dico loca.

Cato.

Invenal.
sat. 13.
vers. 19.

Ange-
tateh
man
noster
genti

mirè stimulari, remedium ergo non tantùm spondebat, sed etiam in manus dabat. Et, En, ajebat, ò bona mulier, hanc tibi aquam cape, & ubi maritus tuus probè appottus domum venerit, tu hunc ipsum liquorem (erat aqua è proximo fonte) quamprimum sorbe, & eum in ore retine, dum in lecto virum composueris. Quantarum sit virium hæc aqua, res ipsa loquetur: experieris conjugem non multa turbaturum. Dicto audiens fuit mulier, comperitque spei suæ respondisse omnino tam arcanæ nobilitatis pharmacium. Hæc femina sollicitè quærere: Et quæ obsecro hæc aqua esset, & quo pretio comparari posset? O bona, è proximo quovis fonte petere illam licet, sine ullis impendiis. Quod enim liquori tribuisti, hoc silentio tuo adscribendum fuit: quidquid linguam ligat, præstantissimi pharmaci loco haberi potest. Quisquis contentiosam sibi sentie esse linguam, obsecro emat hanc aquam, quæ illi plurimum conducet, contra omnem iracundam & turbidam Xantippen; nunquam non vincet quoscumque litigiosos homines, imò lites cessabunt, ubi pars altera silere noverit. Sed aqua hæc ore continenda erit, & quidem clauso. Et huc certè Hebræus Sapiens appositè monet: *Qui dimittit aquam, caput est jurgiorum.* His congruè dixit Gregorius: *Aqua dimittitur, cum lingua fluxus effunditur.* Ergo, mi litigator, mi molitor, si vis ut illa litigiorum rota non currat, & in orbem revolvatur, iste aquam, contine linguam: quòd si hæc rota permittatur agitari, quis volet ultimus dixisse, nullus erit litium finis, remedium nullum. Echo silvarum tamdiu clamoribus respondet, quamdiu clamatur: vis illam tacere? tu tace prius. Nec mireris, si te litigante, ad unicam vocem septenæ resulerent:

Prov. 6. 17.
v. 14.
Gregor. 1. 5.
mor. cap. 11.

Lucretius.

*Sex etiam ac septem vidi loca reddere voces,
Vnam cum faceres: ita colles collibus ipsi
Verba repulsantes iterabant verba referre.*

Eadem pæne ratio est litigantium: pro uno quandoque verbulo contentiosè prolato sex septemve redduntur. Vis ut fileat hæc Echo, à tuo id dicat silentio, alioqui nunquam non reclamatura.

Leontius in
vita S. Leonar-
ni Patriar-
che c. 14.

Leontius de rebus gestis Joannis Patriarchæ Constantinopolitani differens: *Angelorum est, imperterritatâ pace persui: hominum vero est, altercari quidem, sed statim reconciliari: demonum autem est ligare, & totum diem sine reconciliatione perdurare.* Hac velut præfatione usus, narrationem ejuscemodi est ingressus. Lis erat inter Joannem Patriarcham, & Niceam Patricium. Nicetas fori lucrum spectabat, rem pauperum minus curabat, Joannes id minimè tolerandum censebat. Hinc ortum dissidium, & prolixior verborum pugna. Ita discessum est lite non compositâ. Jamque dies in noctem vergebat, cum Patriarcha homines submittit, qui dicant solem in occasum properare. Patricius verbi modestiâ & vi motus, mox ad Patriarcham rediit. Hic alter in alterius amplexum ruere, & litem omnem extinguere, Patricius etiam affirmare, se non amplius iis præbiturum aures, qui concertationes suadere, & lites solent ferere. Cui Joannes: Crede mihi, ait, si his talibus credere voluerimus, peccatis non levibus involvemur; nimis enim multi sunt invidorum, quibus hoc unum negotium est, accusare & calumniari. Sed jam sanxi pœnam, ut si quis iniquorum delatorum alium falsò accusaverit, supplicium accusato subeundum luat. Idem tibi suaferit in tuos statuendum.

Angelus
tutelaris
monitor
noster non
spemidus.

Ita & nobis omnino agendum, atque si quando exerraverimus, præferim his linguæ vitiiis, ne spernamus inquilinum monitorè nostrum, tutelarem Angelum, qui nobis idem quod Patricio Joannes, occidit: Mi homo, sol in occasum properat: vis ire cubitum cum hoc peccato, cum hac invidia, hac irâ; cum hac luxuria aut impatientiâ, cum tot linguæ vulneribus nondum curatis? vide, ne sicuti sol occumbit, ita te non cogitante, vi-

ta tua: Pone prius invidiam, extingue iram: corrige luxuriam, emenda impatientiam, oblige linguæ vulnera, elue prius quidquid maculat conscientiam, ne te hosteri Dei plumæ recipiant, & ex his flammæ. Litigasti? jam ignosce; offendisti alios? jam dolo; discordias excitasti? statue, nil simile facturum.

Nocti quid Paulus moneat: *Manifesta sunt, inquit, Gen. cap. 5. opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria &c. contentiones, emulaciones, ira, rixa, dissensiones &c.* qua prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Nam ubi zelus & contentio, ibi lac. cap. 3. inconstantia & omne opus pravum. Omnium malorum fomes est contentio, periculum animarum, & subversio auditorum, ait religiosus ille scriptor. Clarissimè Hieronymus dum epistolam Pauli ad Galatas interpretatur, inter opera carnis Contentionem septimo loco ponit observans: *Quodam, inquit, sacro & eminenti inter vitia numero collocata est.* Hinc liquet quàm sit ex opinione Hieronymi, beato Paulo detestanda Contentio. Verissimè Bernardus: *Lingua rixosa, inquit, veneno est plena: modo bene si non fuerit castigata, omnes socios suos perducet ad scandala.*

Josephus Ægyptii preteris fratres contentiosâ linguâ instructissimi, Non poterant ei (ut Moles narrat) quidquam pacificè loqui. Ideo & Josephus jam ab eis agnitus, jam adoratus Ægypti princeps, rediit in terram patriam hoc unicum imperat: *Ne irascimini in viâ.* Perinde si dixisset, quod modestè tacuit: Ingenium vestrum novi, ubi foras progressi fueritis, alter alteri, ob me venditum, impinget culpam, & hæc velitatio in graviores rixas abibit, ni præcaveam. Ergo, non irascimini, ne, ubi lingua contentiosa se miscuerit, ad manus res deveniat, aut omnis inter vos fraternus amor extinguatur.

Sanctus Ephrem testamentum conscripsit non nimis sed meritis opulentum, in quo gratias agit Deo, quòd nunquam litigarit cum ullo homine. Qui tale nequit testamentum componere, hoc saltem conetur testari posse, se nunquam lite ac discordiâ durante, nunquam irâ aut similitate perseverante cubitum ivisse. Labi humanum, lapsum nolle surgere tartareum est. Non est dissensionis Deus, sed pacis.

CAPUT XI.

Quæ lingua sit CONVICIANS, & quid inferat damni.

Convicium malus filius pessimæ matris. Contumelia hujus sobolis parens deformis deformi parturatur. A contumeliis aut conviciis audiendis aliqui tutiores sunt quàm à detractionibus. Nam sicuti nec Ægyptus ob calorem, nec Scythia ob rigorem sentit fulmina; ita vel ingenii potentia, vel extrema fortunæ humilitas utcumque tutum à conviciis reddit. Magnatibus qui detrahant, innumeri sunt, qui convicium dicant vix ulli. Et hoc discriminis est, uti Theologus Aquinas docet, inter Detractionem & Convicium: Conviciator manifestè contra aliquem loquitur, Detractor autem occultè: ille derogat honori, iste famæ. Orator Romanus: *Contumelia, inquit, si perulantiis jactatur, convicium; si facietis, urbanitas nominatur.* De convicio nunc nobis cium sermo est.

§. I.

Convicium res frequentissima. Nam Promptius nil est quàm in omnes invehi conviciis. Diximus à conviciis eximios reddi potentia quosdam, non omnes. Siquidem Fridericus III. Imperator, cum multa in se convicia jactata comperisset, ad proceres suos convertit: An nescitis, inquit, principes quasi signum ad sagittas expostitos? tures enim præaltas fulgura feriunt, humilia

Æneas Sylvius lib. 1.
com. de velut
Alphonfi.

Annal.
Francor.

recta prætereunt. Malis displicere laudari est, nec ullam auctoritatem habet, ubi qui damnatus est, damnat. Nec inferioris animi vel patientiæ in convicia fuit Ludovicus XII. Galliarum rex, qui Carolo octavo etiamnum superstiti, multis lacessitus contumeliis, cum in regni hereditatem eo functo successisset, conviciatores sibi fugâ consuluerunt: ar illos Ludovicus suâ sponte revocans: Privati, aiebat, personam exui. Rex quippe constitutus, convicia illa neque curo, neque ulciscar.

2. Reg. c. 6.
vers. 10.

Et quàm illiberali fronte regina Michol in regium conjugem convicia plenis buccis effundens: *Quàm, inquit, gloriosus fuit hodie rex Israël, discooperiens se ante ancillas servorum suorum, & nudatus est, quasi si nudetur unus de fœuris.* Protervum nimis & petulantius in tantum principem. Sed longè protervius ac petulantius injuriosus Semei, illum ipsum religiosissimum ac mansuetissimum principem, tertium electum & unctum regem, regumque potentissimum conviciis onerans, *virum sanguinum & virum Belial* proclamavit. Ita Tobiam uxor nimis simpliciter virum, Ita Saram ancilla maritorum interfectricem, Ita Paulum philosophi Semivibium & novorum daemoniorum annuntiatorem.

2. Reg. c. 16.
vers. 7.

Ita Christum ipsum Hebræi, filium fabri, potatorem vini, seductorem populi, publicanorum amicum appellabant, ita eundem impius Julianus Galilæum vocitabat. Amicissima est lingua conviciis. Hinc omnia conviciorum plena, hinc illa præclara encomia, cum alter ab altero luscus, lippus, tardus, bardus, stupidus, stupor, infanus, canis mortuus, mastigiarum coryphæus, nebulonum rex audit. Scipio Æmilianus apud Numantiam C. Mæcello iratus: Si quintum, inquit, mater tua filium peperisset, asinum fuisset paritura. Hæc verò nomine sunt convicia, quæ sic aperte in os objiciuntur.

Hic quærat aliquis, an non liceat convicium in conviciatorem retorquere? Priscorum plurimi faceret & dextrè id fecerunt. Diogenes hac in re mirus artifex, à quodam calvo conviciis appetitus, respondit: Tibi contumeliam non dico, sed capillos tuos laudo, quod malam effugerint calvam. Huic eidem philosopho quidam objiciebat, quod olim salam monetam signasset: Fateor, inquit Diogenes, fuisse tempus quo talis eram qualis tu nunc es, qualis autem ego nunc sum, tu profecto futurus es nunquam. Convicium rotundè regessit. Chrypsippus ab improbo quodam multis conviciis oneratus: Optimè, inquit, fecisti, quod nihil eorum quæ in te sunt, taceris. Hoc est salam potionem propinanti, ex eodem poculo iterum propinare. Idem fecit Anacharxis, qui eundem Artico exprobranti, quod natus esset in Scythiâ: Mihi, ait, probro est patria, tu patriæ. Levis plaga, sed grande vulnus. Q. Optimus vir consularis non adeo bene audit adolescens: hic Ægilio homini festivo, sed qui mollior videbatur ac fractior, mores femineos sic exprobravit: Quid tu Ægilia mea, quando ad me venies cum tuâ lanâ & colu? Lepidè hoc retorquens Ægilius. Non pol, inquit, audeo, nam me ad famosas accedere, mater vetuit. Ita Catulus oratori Philippo dicenti: Quid latras Catule? Promptissimè respondit: Furem video. Sic convicium convicio represum est: ille hunc vocabat canem, hic illum notabat furem. Ita L. Crassus censor, Cn. Domitio collegæ per convicium exprobravit, quod niurenam in vivario mortuam lacrymis fuisset profecutus: At tu, inquit Domitius, cum uxores tres extuleris, nullam emisisti lacrymam. Perinde si dixisset: Turpius est, mi Crasse, in uxoris funere nihil doloris ostendere, quàm ob niurenam perditam dolere. Nuptiarum solennia nostro ævo celebravit vir magnus, sed non tam censu quàm avorum imaginibus opulentus. Ad nuptias magna nobilium virorum ac feminarum caterva confluit. Adfuit inter nuptiales vir amplissimæ familiæ, & auri perquam dives. Sponsus non nihil protervius & ventusate profæpiæ turgi-

aus, ut convivam illum minùs præcæ & mercimoniis contaminatæ nobilitatis fugillaret: Olfacio, ait, succum piperis. Alter sœnum in corpu gerens, & hanc dicti proterviam dexterrimè retundens: Et ego, inquit, olfaccio succum mendicitatis: atque mox convivii loco excessit. Notum illud Plautinum: Ire ad succum. Ita conviva ille tam numis quàm nobilitatis insignibus ornatissimus, cum mercimonia sibi & avorum paucitatem objectari audiret, ut conviciatori os oppilaret, mendicitatem mercimoniis turpiorem objecit: Qui conis vult ludere, ne recuset numos perdere. Qui convicia jactat in alterum, hoc idem ab altero expectat.

§. II.

At quæ hæc quidem fieri diximus, & convicia conviciis passim repelli, sed ritu Christiano id fieri negamus. Lex Christi est: *Si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram.* Sed hoc primum conviciantis linguæ malum est, & conveniens supplicium, pro conviciis plerunque convicia recipere. Verbum vetus & verum est:

In caput conviciantis dicta recidunt.

Chrysostronius id confirmans: *Quemadmodum, inquit, si infles in semillam ignis, excitas incendium, contra verò si inspius, extinguis; & utrumque tibi in manu est, quoniam utrumque ex ore tuo proficitur. Idem sit si conviciis asperseris proximum: si inflatos ac vecordes ingeras sermones, excitas ignem illius, & accendis carbones: sin mites ac moderatos admoveas sermones, priusquam excandescat, iram omnem extinxeris.*

Deinde crebrius conviciando, ea nonnunquam contrahitur conviciandi consuetudo, quæ nullis monitis satis emendetur. Siracides luculentè id affirmat: *Homo assuetus in verbis improprietatis, in omnibus diebus suis non eruditur.* Ecquid opus argumentorum mole? mille rationum loco est unicum Christi decretum, sed ut videtur, severissimum, & quod facillè silentium persuadere conviciatoribus omnibus. Ita edicit Christus: *Qui dixerit fratri suo, Raca; reus erit concilio. Qui autem dixerit, Fatue, reus erit gehenna ignis.* Non equuleum minatur Christus, non furcam, non catastram, non rotam, sed gehennam. Neque ad judicium Triumvirorum hanc convicii causam spectare, sed ad tribunal divinum ait. Quàm autem severè Deus judicet, nonnunquam vel oculis facta est fides. Unus aliquis è Valentis Imperatoris aulâ divinum virum Aphraatem conviciis est insectatus, & minatus mortem. Nec cunctata est Nemesis: brevi pœnas audaciæ dedit. Imperator balneo usurus, illum Aphraatis conviciatorem misit, videret an nymphaeum ad temperiem esset redactum. Ille caldariam cellam ingressus, velut amens in bullientem aquam insiluit, liquido illo incendio extinctus. Mox totâ civitate rumor volavit, quales infelix lucrit pœnas contumeliæ quâ Aphraatem affectit. Hæc Theodoretus testis locupletissimus narrat. Eâ de causâ Salomon ut à conviciis absterreat providè monens: *Quæ, inquit, viderunt oculi tui, ne proferas in jurgio, ne postea emendare non possis, cum de honestaveris amicum tuum.* Conviciorum non surdus auditor Deus est, nec cæcus iudex; à petrosâ irâ, uti Sapientia loquitur, plene *mittuntur grandines, in eum qui alios conviciis velut lapidibus intemit.*

Et quàm absurdum est, ulli corporis vel animi vitium opprobrire, à quo ipsemet immunis non sit: Huc & illud accedit, quod non rarè ex illo convicium excitari cruentas tragœdias. Non ignotum est priscorum monitum:

A conviciis ad eadem transitus valde est brevis.

Severum Imperatorem Romanum innocente joco perstrinxerunt non pauci, dixeruntque: *Verè Imperator nominis sui, verè Pertinax, verè Severus.* Imperator gravissimum hoc convicium interpretatus, plerosque omnes capitis damnavit. Sic convicia per jugulum redire solent.

Plautus in
Capit.
Act. 1.
Scen. 1.

Vet. Tro-
chæicus,
Chryf. ho. 3.
Periculosum
esse adire
speciæ.

Ecdi. c. 23.
vers. 20.

Math. c. 5.
vers. 22.

Theodoretus
in Aphraate
cap. 31.

Prov. c. 25.
vers. 8.

Sap. cap. 5.
vers. 23.

Trochæic.
ver.

Spertian.
Sever. &
Pescum.

Pli
hij
ci.

Cc
pat
tol
Gr
m
En
Th
hij
hij

Epil
chir.

Idem
fraz
ad h

Comp
m
E
d

lent. Quanta sapius inimicitia ac similitates ab innoxiis, ut videri potuit, conviciis sunt ortae: Murena fuisse non potest interimi, ferula potest: ita quosdam leve convicium exanimat, qui gravissimas fortunae procellas infraacto animo tulerunt. Multis non satis est par pari reddidisse; convicium non tantum reponunt, sed cum amplo faenore; verba regeunt, sed & colaphos addunt, aut etiam gravius puniunt cavillos in se prolatos. Teste Plinio porticus fuit Olympiae, quae vocem acceptam arte modoque mirabili septies reddidit, ob id heptaphonon appellata. Ita reperias patientiae tam ignaros, ut si eos unico rangas conviciolo, sexcenta innox reddant convicia.

Plin. lib. 36. hist. Natur. 135. initio.

Convicia patienter toleranda. Greg. Nyss. per 4. contra Euzoanum. Theodoret. lib. 4. Eccles. hist. cap. 20.

At Christiani hominis est, non tantum convicia non dicere, sed neque in se dicta regetere. Gregorius Nyssenus: Deducus est, inquit, viro prudenti, non sane conviciantem audire, sed ad ea quae dicuntur, convicia retorquere. Ergo prudenter dixit Petrus Alexandrinus: Conviciam, qualocunque sit illud, est tolerabile; praesertim his, in quorum animis Christi prudentia & doctrina habitat. Imo idololatrias etiam visum hoc indecorum & turpe, conviciatores tolerare non posse. Demosthenes ille Graecus fandi magister, conviciis itidem laesit: Committor, inquit, in certamen, in quo qui superior evaserit, inferior est; qui vicerit, victus est. Aristippus affectus contumelia a quodam, fecit non nihil. Maledico autem persequente ac dicente, fugis improbe? Etiam, inquit, fugio, nam tu potestatem habes maledicendi, ego vero non audiendi.

Cum Agathocles Siciliae rex, patre figulo natus, nescio quam urbem obsideret, de muris audacissimum milites convicia in ipsum regem jaceret, & proclamare non sunt veriti: Figule, equando tuo militi stipendium persolveris? Ille placidus ac renidens responderi iussit: Cum hanc cepero. At cum urbe vi potitus fuisset, captivosque venderet: Si me, inquit, denuo conviciis affeceris, de vobis apud vestros dominos querar. Sals & civiliter, dum in tempestivam conviciandi libidinem ejusque praemium servitutem monstravit. Si homines divinae legis & Christianae religionis ignari, tam facilem a se conviciorum veniam impetare poterunt, quid eos facere par erit, qui Christianis sacris imbuti, in schola Christi sunt educati?

§. III.

Insigniter hic Epictetus: Memento, inquit, non eum qui convicitur aut verberet, auctorem esse contumeliae, sed opinionem de eis tanquam contumeliosos conceptam. Cum igitur te quisquam irritarit, opinione tua te irritatum esse scito. Quapropter in primis operam dato, ne visa tibi, assensum extorqueant. Nam si semel tempus & moram impetraris, facilius ipse tibi imperabis. Illud omnino meminisse oportet, nos a nobis ipsis urgeri, a nobis ipsis in angustias redigi, hoc est, opinionibus nostris impelli nos & coartari. Nam audire convicia quid ipsum per se est? Adhae lapidi, ei, conviciare. Quid proficies? si quis ergo ut lapis audierit, quam de suis maledictis capiet utilitatem conviciator? Sin conviciator ejus cui maledicit imbecillitatem tanquam scalas prehenderit, tunc aliquid proficiet. Ergo, si Epictetum audis, ubi quis conviciis te appetierit, responde illi: Bene tibi sit. Nam quod Simplicius praeclearissime dixit: Contumelia & convicium tolerabilia ista habent, interdu quidem quod ea de rebus nostris cognoscimus, quae prius ignorabamus; semper vero quod nostra patientia provocatur. Atque, ut idem optime monet, etiam fructus aliquis est capiendus, isque haud dubius. Nam aut verum est convicium, aut falsum: si verum, quid ringimur & sevimus: malum aliquid nostrum retectum est, nobis fortasse ignotum. Si falsum est convicium, nihilominus ferendum est; cum nihil nobis noceat, si nolimus nocere. Hic multorum mos est, cum veritate delinuntur, conviciis lancinant, nec tamen obsunt. Nam, quod veteres dicebant:

Epict. enob. c. 27.

idem lib. 1. discipul. c. 25. ad finem.

Simplicius in Epict. Enob. c. 65.

Mali hominis convicium probo multum confert. Beatus Isidorus Pelusiota: Falsd, inquit, obiectum probrum non ultra aures progreditur, neque enim attingit audientis mentem. Excellentissime Augustinus in compendium in hanc artem conferens: Passus es malum? inquit, ignosce, ne psal. 54. duo mali stip. Ille in terra geminat convicia, tu in caelo lucra. Nec aliter, quem dixi, Simplicius: Ad convicium, inquit, propulsandum patientia praesto erit. Neque enim laborem, neque afflictationem suapte natura convicium is, qui id audiunt, inferit, sed decretum quod in nobis est, sive vanum sive iracundum. Illud quidem tantum facit, ut improbet conviciatorem. Ne igitur ex affectu nostro illa improbatio fiat: cognoscenda quidem est conviciatoris improbitas (aut enim falsd conviciatur, aut ob similitatem aliquam) ipsum vero convicium ferendum, cum nihil nobis noceat. Quid vero si conviciatoris improbitas vel hac de causa, quod is ipse latur, ferenda est, qui voluntatem suam, hoc est, qui se ipsum contaminavit. Et uti jaculum si in solidum quid incidit, nonnunquam in mittentem retorquetur: ita convicium in virum fortem & constantem missum recidit in auctorem. Fuit qui Thepsalum Prometheum occidere conatus, gladio rubeo dissecuit, ac sanavit; ita saepenumero convicium per iracundiam ab inimico dictum, animi vitium vel ignotum, vel certe neglectum sanat. Et quemadmodum Telesphus non hostem attendit, cujus hastam sibi salutiferam comperit, sed salutem quam adferrebat hasta: ita non tantopere offendi oportet inimici convicio, sed quidquid aspergit maculae, vertendum est ad emendationem vitae. Si quis tibi ostendat lorum adhaerere vestri, non rejicis in illum, sed abstergis: eodem profuso modo, si quis conviciator navum ostendat in moribus, non regerendum est convicium, sed abstergenda labe. Claudius Alianus: Leoni aegrotanti, ait, nulla potest alia medicina adhiberi, quam si comedat simiam; id ei remedium morbi existit. Idem Plinius testatur his verbis: Leo aegritudinem fastidii tantum sentit, in qua medetur ei contumelia, in rabiem agente annexarum lascivia simiarum: ita convicium aut contumelia nonnunquam excusso veterno ac desidia ad honesti studium nos acuit. Cum Platoni amicorum aliquis retulisset, esse nonnullos qui ipsum conviciis insectarentur: At ego, inquit, ita motes componam, ut conviciatoribus fides nulla habeatur. Optimum est istud contra omne contumeliarum genus remedium. In hunc sensum Isidorus Pelusiota: Quid enim, inquit, injuria studeo afficere, quem potius charum habere debebas, ut qui tibi, quae de te omnium existimatio ac sententia esset, aperuerit? Similitates enim ac desidia homines acutos ac solerti ingenio pradiros persepe correxerunt, dum effecerunt ut quae ab eis contumeliose perpetrata fuerant, sanarentur. Quocirca si contumelia ducis ea quae audisti, cura ut per probas actiones te ipsum ab omni contumelia purum atque immuem custodias. Nam si opera emendaveris, maledicta quoque & convicia de medio tollentur. Et ut probe intelligamus, nec pessimos quidem homines conviciis prolcindendos: Illud, inquit, in te minime probo, quod Zosimum specie tenus presbyterum, urvis piaculum, Ecclesia labem, libertatis probrum, eorumque, qui cum ipso consuetudinem habent, pestem & perniciem, ac denique nullo non fudissimo nomine appelles. Est enim ipse talis est, ac linguam tamen tuam, quae veritatis organum est, hujusmodi sermonibus contaminari, minime convenit. Quamobrem tibi ipse contumeliam inferre desine. Quamvis enim vera sint, quae abs te dicuntur, nec quisquam est qui te mendacii insinulare queat; tamen cum vir probus ac moderatus sis, patientiae quoque ornamento gestive te atque gloriari aequum fuerit.

Vet. Trochaic. lib. 4. Epist. 49. August. in psal. 54. Simplicius in cap. 14. Enchirid. Epictet.

Convicia recidunt in auctorem.

Alian. lib. 1. Var. histor. cap. 9.

Plin. lib. 8. hist. Nat. c. 18. med.

Contumelia nonnunquam ad honesti studium nos acuit.

Isid. Pelus. l. 1. ep. 480.

Isid. lib. 3. epist. 231.

§. IV.

Sidori sententiae Ambrosius Mediolanensis Pontifex, Ambros. l. 1. copiosissimus testis accedens: Quid opus est, inquit, offere. moveri cum audis conviciari? Cur non imitentur dicentem? Obmutui, & humiliatus sum, & silui a bonis. An hoc dixit psal. 38. v. 3. tantum,

tantum, non etiam fecit David? Imò & fecit. Nam cum ei A
conviciaretur Semei, tacebat David, & quamvis septus arma-
tu, non retorquebat convicium, non alionem quarebat, eoque
ut dicente sibi Sarvia filio, quod vindicare in eum vellet, non
permiserit. Ibat ergo tanquam mutus & humiliatus, ibat ta-
cens: nec movebatur, cum vir appellaretur sanguinis, qui erat
consciis propria mansuetudinis. Non ergo movebatur conviciis,
qui abundabat bonorum operum conscientia. Itaque is qui circa
injuriâ movetur, facit se dignum videri contumelia, dum vult
ea indignus probari. Qui enim contemnit, quasi non sentiat, ita
despicit: qui autem dolet, quasi senserit, torquetur.

Prisci ut hunc convivorum contemptum oculis spè-
tandum exhiberent, Aquilam pinxerunt non oculis
minacem, non rostro terribilem, non alis volantem, non
unguibus fulminantem, nec prædas quarentem, sed
immobili quiete confidentem: huic cornicem adstue-
runt avem inquietam & garrulam, quæ læsere vide-
retur & obstreperè rostro ac pennis. Ergo, mi Christia-
ne, vide, sis Aquila, & loquaces corniculas contemne:
permitte cornicari ineptos, tu tuam quietem tuere:
quidquid conviciatores garrant, Aquilam non irrita-
bunt. Conviciis optime respondet, qui ea obliterat si-
lento. Hic te Magnus Basilius firmet: Si mihi credis, in-
quit, proba contumelia que minimè curabis. Ille te obscurum,
nulliusque estimationis vocavit, tu terram te ac cinerem esse
dicas. Quando enim verborum contumelia tentaris, existima
periculum de te fieri, an Deo per patientiam adhareas, an per
iram in adversarii partes inclines. Nam è duobus alterum pro-
culdubio consequeris, aut inimicum tue mansuetudinis exem-
plo mitiorem reddes, vel certè si despexeris, acrius illum vindica-
bis. Quid enim adversario durius esse potest, quàm te animum
gerere contumeliosè omnibus aliorum? Porro quale nomen uter-
que vestrum assequatur, videamus. Ille contumeliosus, tu ma-
gnanimus vocaberis: Iracundus ille ac durus, tu longanimis ac
mitis: illum quandoque horum qua loquitur, penitebit, te vir-
tutis & benefacti nunquam, quid plura? Illi contumelia reg-
num calorum clausit, quod contumeliosè regnum Dei non con-
sequantur: tibi taciturnitas idem aperuit.

Chrysost.
homil. 21. in
ep. ad Rom.

Finem huic dictioni Chrysothomus imponens: Vince;
inquit, in bono malum, quandoquidem & istud vincere est.
Pugnans enim cum potissimum vincit, non quando suum ipsius
corpus pugna exponit, ut plagis excipiat, sed quando seipsum
eruent, efficit ut omnem suam potentiam adversarius in aera
frustra & inaniter effundat: id quod & in conviciis fit. Nam
quando vicissim convicia regeris, vinceris non ab homine, sed
quod turpius est, ab illibero illo ira affectu. Si verd tacueris, &
vincis, & trophaum sigis, & innumeros acquiris qui te coro-
nent, quique convicium ipsum mendacii damnent. Qui enim
contradicit, ut qui conviciis morsum senserit, contra luctari vi-
detur. Morsum verd sentiens, suspicionem de se præbet, dictorum
se conscium esse. Si verd deriseris, risu statim sententiam &
judicium, quod qui audierant, contra te laturi erant, exolvit.
Atque si volueris apertum dictorum argumentum accipe-
re, ipsum tuum inimicum interroga, quando magis doleat:
an cum prorsus accensus vicissim conviciaris, an cum convi-
ciantem derides. Atque postremum magis audies. Neque enim
tantum juvat conviciis non impeti, quantum mordet quidd te
ad iram permovere & accendere nequit. Non vides ira perci-
torum ingenium, quomodo plagarum suarum non addo mul-
tam rationem habentes, magno impetu irruant, proximiq;
vulnera pejus quàm soleant agrestes sues, querant, & ad hoc
unum respiciant, inq, eo magis, quam ut quid patientur ob-
servent. Quando ergo eum qui huiusmodi est, eâ potissimum
re privas, quam ipse potissimum concupiscit, omni jam illum
proposito eracuasti, spoliasti, contemptibilèque puerum ma-
gis quam virum ostendisti.

Non ergo minoris est artis, convicia sustinere, quam
abstinere posse conviciis.

D

CAPUT XII.

DERISIONIS proprium esse, nemini parcere,

Dvbitem sanè num operæ pretium sit, hanc Lin-
guam quæ desperatæ plerunque petulantia est,
multis rationibus urgere. Ea est enim deridentis lingua
indoles, ut quod plus eam erudieris, plus illa rideat & il-
ludat. Sapientissimus rex jam olim submonens: Queru-
dit derisorem, inquit, ipse sibi injuriam facit. Nam si Augu-
stini sensu, Merces doctoris est profectus auditoris, ille
qui salubria monita audit, nec proficit, magistro suo mi-
nerval subtrahit; atqui tales profectò sunt omnes deri-
siores, qui quò fidelius monentur, hoc obstinatius iri-
dent, & oderunt monitorem. Ideo Gregorius: Neque
enim, inquit, invidendum est justo, ne derisor, cum corripitur,
contumelias inferat, sed ne tractus ad odium, pejor fiat. Itaque
Salomon subjungit: Noli arguere derisorem, ne oderit te.
Nam tui cænum tunc maximè fœtet, cum illud move-
ris; & ignis tunc maximè ardet, cum eum foderis; &
rabies tunc maximè sævit, cum eam provocaveris; ita
derisor necessariæ objurgationis stimulos calce contra-
rio frangit, & tunc præcipuè cachinnatur cum argui-
tur. Adde beneficium in vitis facere, subinde pro ty-
rannide haberi.

Nihilominus audebo & perfringam, neque enim unus
aliquis derisor mihi corpiendum est, sed omnes. Hic tu-
tius pugnandi genus est in multos quam in unum pu-
gnare. Et quamvis sic omnes monendi sint, ut etiam sin-
guli se monitos sciant, eamque ob rem, & iste & ille irri-
for corpiendus sit, non tamen vitiosus, sed vitium per-
fringendum est. Ideo hic pæne proclamem, quod ille in
arenâ gladiator: Non te peto, sed piscem peto; sic ego,
mi derisor, non te, sed linguam tuam, prout meretur,
acero conficabo. In primis autem quam irifores ne-
mini parcant, exponam.

§. I.

Triplici colore insignis est Iris, croceo, purpureo, &
prafino seu viridi; soli semper opposita: atque si
plebeis fabulis sit fides, aurum jacit in neglectos fontes.
Derisores tribus ferè coloribus insigniuntur, quibus se
noscentes præbent: primus est croceus, lucis & splen-
doris æmulus, nam illi nec superis, sed nec Deo quidem
parcunt, qui lucem inhabitat inaccessibilem. Alter virentis
terre assimilis est, indicatque eos, qui etiamnum super-
stitiosè & terram inambulans, derisoribus expositissimos
esse. Purpureus denique color designat derisorum lin-
guas, ad ipsas usq; piaculares flammæ, aut Erebi sedem
extendi, neque enim sepultis parcur; etiam manes irri-
sui sunt. Derisor si quid auri, hoc est, purioris amoris ha-
beat, id omne in loca humida, avios fontes, in putidas
carnis voluptates derivat. Severissimè in hos tales ora-
culum divinum pronuntiat: Abominatio Domini est omnis
illusor. Id quod dixi, facillè demonstravero.

Deo quidem minimè parcur derisores. Quam cre-
bra sunt impia illæ voces: Deus vir bonus est; Diabolus
tam ater non est atque pinguius; Inferorum flammæ
non sic urunt atque creditur; Cælum longè capacius est
atque dicitur; neque verd anseribus edificatum est am-
plissimum illud cæleste palatium; facillè omnes hac do-
mo claudemur. His cavillis Dei misericordiam atque
justitiam lingua petulans profcindit. Cavete irifores,
Deus non irridetur. Et cælum quidem Angelis exadifica-
tum est, neque ii tamen omnes illud incolunt, quânto
minus illufores, Dei contemptores? Fuit ex hac homi-
num face, qui cum tonante ac mugiente cælo mone-
retur, surgetet, Deumque precibus placaret, respondit
temere:

Basil. ferm.
de Irâ.Chrysost.
homil. 21. in
ep. ad Rom.H
m
T
ob
pbH
mE
ve
I
v
cG
ve
P
m
A
ve
in
de
h
I
v
c2.P
v.11I
v.11I
v.11

temere: Deus vir bonus est, non ferit jacentes. Vix de-
minum multis precibus uxoris motus surrexit, & mox
fulmen lectum percussit, hominem certe tacturum, ni
vocem impiam correxisset surgendo.

Anno millesimo sexcentesimo nono, die sancto Ja-
côbo Apostolo sacra, in Galliis matrona nobilis Caro-
licensis, sed Calvinianæ scholæ, in castro suo, unâ cum
suis ancillis intenta operi residebat, cum ecce fulmen è
summâ arce in ipsum conclave trajectis tabulatis irruit.
Ancillæ, Catholico ritu, cruce se signant, heramque ro-
gant idem faciatis. At illa se hæc suæ minimè oblita, omnes
has tales nugas protervè irritit. Nec distulit Deus, &
fulmen illuc denuo perripit, solamque illam, inter illas
ceteras, velut ictum destinatam, protinus interemit.
Hoc habet petulantia lingua. I nunc & sacros ritus iride.
Pomis & nucibus ludere concessum quidem, sed non
cum superis, non cum Deo.

Sed uti Deo non parçitur ab irrisoribus, ita nec divi-
nis oraculis. Hieremias vates jam olim queritur, & Fa-
ctus est mihi, inquit, sermo Domini in opprobrium & in deri-
sum totâ die. Super auditis concionibus quæ non glosse-
mata cuduntur, nec unquam deest quod in conciona-
toris verbis aut carparur aut eludatur. Et hoc cacodæ-
monis artificium est, hos nasutulos ita condocesfacete,
ut quidquid pro concione dicatur, hoc ipsi in cavillum
trahant, & irrisui habeant. Hæc sanè nec Christi, nec
Chrysolomi verba quidquam proficiunt. Ubi enim
Pharisæi cavillatores cavillari & irridere incipiunt, ibi
nec Petrus nec Paulus, nec ipse Christus aliquid effe-
cit clamando; frustra sunt omnia. Hæc, inquit irrisor, in
concione frequentis audivi, quid crambe bis cocta ponit
ur? quid usque, & usque, & usque eadem? hæc mihi
jam sæpius audita. Sed num etiam hæc tibi jam sæpius
facta, mi Mome? Verissimè dixit Siracides: Homo assue-
tus in verbis improprietatis, in omnibus diebus suis non erudietur.

Hujus generis auditores habuit Isaias propheta, qui hoc
ipsum lic queritur: Et erit eis verbum Domini, Manda
remanda, Manda remanda: Expecta reexpecta, Expecta reex-
pecta: Modicum ibi, modicum ibi: ut vadant & cadant retror-
sum, & conterantur, & illaqueantur, & capiantur. Propter hoc
audite verbum Domini viri, illusores. Nimis magno stat, in
Deum jocos jacere. Deus non irridetur, Deus neque fe, ne-
que suos nuntios, neque suas denuntiationes impunè
sinit esse ludibrio. Abominatio Domini est omnis illusor.

Tanto odio Deus Deridentem hanc linguam
prosequitur, ut eam nec in rebus quidem levissimis, nec
in pueris etiam & balbutiente ætate toleret: Elisæus ir-
risus à pueris, quàm horribili pœnâ vindicatus est! Re-
gum fasti rem ita narrat: Cùmque ascenderet (Elisæus)
per viam, pueri parvi egressi sunt de civitate, & illudebant ei,
dicentes: Ascende calve, ascende calve, &c. egressi sunt duo
ursi de saltu (velut duo carnifices) & lacerarunt ex eis qua-
draginta duos pueros; Pueros parvos, qui vix fieri poterant,
quos tenella ætas tam rigido supplicio subtraxerit. Sed
non parsum est. Abominatio Domini omnis illusor, quan-
tumcunque teneræ sit ætatis.

Iratissimus quoque Deus fuisse dicendus est, cum
legati quos miserat, passim ab omnibus ludificarentur;
res sic narratur: Mirrabat autem Dominus Deus patrum suo-
rum, de nocte consurgens, & quotidie commonens: eò quòd par-
ceret populo & habitaculo suo. At illi subsannabant nuntios
Dei, & parvi pendebant sermones ejus, illudebantque proph-
tis: donec ascenderet furor Domini in populum ejus, & esset
nulla curatio.

§. II.

AT sicut ab irrisoribus Deo non parçitur, ita nec
Christo filio Dei, nec Christi discipulis. Archify-
nagogi ædes ingressus fuerat Servator, filiam familias ad
vitam revocaturus. At turba tumultuans, & tibicines
fibilis & cachinnis Servatorem excipiebant, & irride-
bant eum. Quàm humaniter rex Herodes Antipas Do-

minum salutavit? Albâ veste velut fatuum, & albæ men-
tis hominem indutum, toti exercitui suo ridendum pro-
pitavit. Hic idem Dei filius in Pilati prætorio per ludi-
brum salutatus rex, & variè derisus est. Er quas in cruce
ludificationes non tulit? quàm acerbæ cavillationes tunc
jactabantur? *Sinite videamus, ajebant, an veniat Elias libe-
rans eum; alios salvos fecit, seipsum non potest saluum facere;*
*Vah, qui destruit templum Dei, & in triduo reedificas, saluum
fac tementipsum.* Sed nec latronum alter cavillis abstinuit.
Nec mitius actum cum Christi discipulis; quoties illi
fabulæ erant & ludi fiebant? Die Pentecostes cum Deo
pleni profilirent in vias, & cælesti facultatibus perorarent,
variè auditores affecterunt: *Alii autem irridentes dicebant,*
*quia musto pleni sunt isti: quid miramini, calicis fecere di-
lectos, largius boni viri obbibierunt: Christus futurum
hoc vaticinatus: Si patrem familias, inquit, Beelzebub voca-
verunt, quomodo magis domesticos ejus?*

David optimorum regum optimus, ab omni homi-
num genere illusus est. Goliath cavillator improbus:
Nunquid ego canis sum, ait, quòd tu venis ad me cum baculo?
*veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus celi, & bestiis ter-
restribus.* Er fatuus Nabal quàm ore temerario Davidem ca-
villatus: *Quis, inquit, est David, & quis est filius Isai? hodie
increverunt servi qui fugiunt dominos suos. Mea igitur dem
hominibus ignotis, servis fugitivis? Neque hîc Deus
supplicium distulit: Cùmque pertransissent dies decem, per-
cussit Dominus Nabal, & mortuus est. Idem rex David ab
ipsâ conjuge suâ Michole quàm protervè irrisus est?
Saltaverat rex sanctissimus ante Arcam Domini mente
rectissimâ, & viros in Deum affectus ediderat. At Mi-
chol sinistra hoc interpretata: Quàm, inquit, gloriosus fuit
hodie rex Israël discooperiens se ante ancillas servorum suorum,
& nudatus est quasi nudetur unus de scurris! At verò David
placidissimè: Ludam, inquit, & vilior sîam plusquam factus
sum, & ero humilis in oculis meis. Nec sua Michol dicacitas
impunè stetit: matris nomen nunquam obtinuit.*

Jobum patientiæ magistrum, quàm amarulento
scommate perstringens uxor: *Athuc, inquit, tu permanses Job
in simplicitate tuâ? Sed responsum tulit se dignum: Quasi
una de stultis mulieribus locuta es: si bona suscepimus de manu
Dei, mala quare non suscipiamus? Sed & ab aliis irrisus Jo-
bus: Nunc, inquit, in eorum canticum versus sum, & factus sum
eis in proverbium.*

Nec Tobias suos habuit benevolentiores: *Nam sicut Tob.
beato Tob insultabant reges, ita isti parentes ejus: & cognati ir-
ridebant vitam ejus, dicentes, ubi est spes tua pro quâ elemosy-
nas & sepulturas faciebas? Tobias verò increpans illos: Nolite,
inquit, ita loqui, quoniam filii sanctorum sumus, & vitam
illam expectamus, quam Deus daturus est his, qui fidem suam
nunquam mutant ab eo.*

Divinus Paulus apud Athenienses, ansam dicendi fu-
mens ab Ignoto illorum deo, de quæ universis mortali-
bus in vitam revocandis, & quem plausum tulit? mul-
torum irrisionem. Nam cum audissent resurrectionem mor-
tuorum, quidam quidem irridebant, quidam verò dixerunt:
Audiamus te de hoc iterum. Adeò paucis fructuosa fuit fa-
cundissima Pauli oratio.

Idem omnibus bonæ mentis hominibus contingit,
nec est quod hîc expectent usitatus suæ probitatis præ-
mium, quàm sperni & irrideri. Francisci Assisiani, viri
sanctissimi germanus frater, sed parum sanctus, cum vi-
deret Franciscum sævâ hieme, rigente celo, seminudum
frigore concuri, misit puerum qui per ludum peteret,
sudoris sibi aliquid vendi festerio. Huic Franciscus ore
hilari: Dic, inquit, fratri meo, me jam & algorem & su-
dorem meum omnem Domino meo vendidisse, id quæ
ingenti pretio. Nimirum deridetur justus simplicitas. Et quod
longè pejus est, derisor hoc sibi jus esse autumat, nemi-
nem sine scommate præterire, omnes deridere. At finite
cavillatores hoc sibi jus fingere, ipsi demum fatebuntur
Orbi, quàm nullo id jure fecerint. Audite quàm serio
ted

Jacob. Gail-
lensis in
tabulâ sua
derogatio-
nibus p. 817.

Hier. c. 20.
vers. 8.

Zech. c. 23.
vers. 20.

Isai. c. 28.
v. 10, 13.
& 14.

Gal. cap. 6.
vers. 7.

Prov. cap. 3.
vers. 32.

Animad-
versio Dei
in deri-
dentem
linguam.

4. Reg. c. 2.
v. 23, & 24.

1. Par. c. 36.
v. 15, & 16.

Matth. c. 9.
vers. 24.

Marc. 5.
vers. 40.

Luc. cap. 23.
vers. 11.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Matth. c. 27.
v. 40, 42.
& 49.

Sap. cap. 5. sed serò nimum ex inferis illi ipsi vociferentur: *Hi sunt* A
 2. 3. 4. 5. quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem im-
 properii. Nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam,
 & finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt
 inter filios Dei, & inter sanctos sps illorum est! En illi supra
 sunt, nos in Orci barathro jacemus. Sed dicite, ô Phry-
 ges serò sapientes, num hoc unum solummodo peccat-
 um patraistis? cur libidines vestras tacetis, cur temulen-
 tiam vestram dissimulatis? quid avaritiam & invidiam
 tacetis, quid tot alia flagitia vestra tegitis? Ah, satis est,
 ajunt, hoc micum fateri grande piaculum. Vitæ nostræ
 epitomen dampus, irrisores sumus. Hinc, quidquid salu-
 brium mōitorum infillabatur, contempimus, & hinc
 ruina præceps in veritum, hinc tot scelerum formæ. Ergo
 fatemur demum: *Hi sunt quos habuimus aliquando in*
derisum.

§. III.

I Nter eos qui plurimum ridentur, primi numerantur B
 pauperes, quos ditiorum supercilium non alio quan-
 doque nomine compellat, quàm famelicos mures, ped-
 diculorum thesauros, extrema busti cadavera, damnata
 fortunæ ludibria, &c. Quis non disertus est, cum spar-
 genda sunt ejuscemodi infamiae agnōmina, quæ non
 tantum dictu auditurque indecora, sed & infimos quos-
 que graviter offendunt, & exacerbant, subinde mali
 non exigui causâ? Exemplo res demonstratur. Cum
 audisset Sanaballatus Hebræorum hostis, murum ab
 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 37

§. I.

Hic jure quærat nonnemo: Quo in loco estis, aut quem A deducitis? num fabulatur adefis? num in choreo agitis? num saltaturi convenistis? Ubi fides, vbi religio? Ah, quam vestrum, & Orbis judicem non attenditis! itane vobis cæcus & surdus est Christus, ut illius oculos & aures nihil vereamini? Hoc non hæresin solum, sed & idolatriam sapit.

Julianus apostata, peritissimus cavillator, & sanctio maximus, in quem propriissimè dictum patet: *Abominatio Domini est omnis illusor*. Hic Christianos de injuriis conquerentes, per cavillum eludere solitus: Hoc, ajebat, lex vestra imperat, ut percussus una maxilla, porrigat & alteram. Si quis iniquissimè ablata reddi cupiisset: Adimenti pallium, ajebat, tunicam etiam in auctarium addendam, vestris legibus sancitum est. Hoc irrisu omnia despicebat perfidissimus Apostata. Ab hoc non multum dispar dux Aquitanæ Guilielmus, sed demum vir sanctissimus. Hunc Guilielmus Malmesburienfis asserit ad id potentie pervenisse, ut in Palestinam sexaginta millia equitum, & longè plures pedites duxerit: dives auri, sed multò magis vitiatorum; in omni fordiu genere voluratus, cum malè faceret, gloriabatur, cuncta, ut Malmesburienfis loquitur, malefacta condiens salibus nugarum & facietiarum. Hunc Petrus Pictavorum Pontifex liberrimè reprehendit, & officium facere detrectantem à piorum societate seclufit. At ille stringens gladium, & capillos præfulis apprehendens: Jam, inquit, morieris senecio, nisi Ecclesiæ me restituas. Præful sibi præsentissimus, & planè impavidus. Sine, inquit, loquar. Concesso dicendi spatio, dirum in eum compositum carmen absolvit, & inferorum pœnis devovit; dein portectò jugulo: Feri jam, inquit, feri. At Guilielmus pro more tam seria ludificans: A deò, inquit, te odi, ut nec te meo digner odio; nec unquam cælum ingredieris, hac meâ manu adjutus. Fuit autem & sua Guilielmo Herodias, quæ Petrum antistitem in exilium ejiciendum suavit. Guilielmus pellicis consilium secutus, exilio damnavit sanctissimum monitorem, quem ubi mortuum inaudierit: Pœnitet me, inquit, quod senem illum non citius ad cælum miserim. His sarcasms scelera non texit, sed auxit.

At ubi animum mutavit Guilielmus, que non à semetipso supplicia exegit vitæ licentius actæ? quibus lacrymis cachinnos ipse suos eluit? quibus rigoribus corporis domuit? cum vitâ reliquâ omni, lorica nudo corpori appressam gesserit, acerimus ipse vindex priorum nozarum. Hic jam Ambrosii voce uti liceat: *Se secuti sumus errantem, sequamur & penitentem*. Deus, ô Christiani, non irridetur, sed neque suos impunè irrideri paritur: *Abominatio Domini est omnis illusor*. Ecce ut alteri alteros irridemus? *Omnes peccavimus, & egemus gloriâ Dei*. Quisque suos patimur manes; nemo sine vitiis. Ergo,

Loripèdem rēctus derideat, Athibepem albus.

Et quis illè qui ad omnem amussim se dixerit tam rectum, ut solus alios ridere possit? Tu ergo, mi homo, in te ipsum tuos cachinnos verte, & quæso vel hoc uno Anæneum Senecam imitare, qui, *Si quando, inquit, fatuo delectari volo, non est mihi longè quærendus; me video*. Emulemur, & nos ipsos nobis proponamus: hic nostra jocularis lingua fatis habebit abundè quod convellat, nos ipsos rideamus.

CAPVT XIII.

Derisorum natura, & DERISIONIS damna uberius explicantur.

Diximus, quam nemini parcaut irrisores: sed accuratius nunc in eorum mores indagandum, simul etiam damna quæ hanc lingue intemperantiam sequuntur, explicanda.

Tom. I.

Robertus Holcot Anglus, vir eruditus è divi Dominici familiâ, librum Sapiencie commentariis illustravit. In his de hoc ipso lingua vitio disserens: *Derisio*, inquit, *quatuor parit mala: Ostendit enim stulticiam, suspendit amicitiam, offendit justiciam, intendit malitiam*. Ordine ista, sed strictim persequemur.

1. *Ostendit stulticiam* derisor: quisquis enim alterius defectus irridet profectò ignorat suos, & sæpe illo maxime vitio laborat, quod in alio fugillar. Præclare Gregorius: *Quid, inquit, sumus hodie, novimus; quid autem paulò post esse possimus, nescimus*. Hi enim quos despiciamus, tarde possunt incipere, & tamen vitam nostram ferventioribus studiis antecire. Timendum itaque est, ne nobis cadentibus surgat, qui nobis stantibus irridetur, quamvis stare jam non novit, qui non stantem novit irridere. Apud Jobum dicitur: *Cùm ceteros, inquit, irriseris, tu à nullo confutaberis*. Væ qui spernis, *nonne & ipse sperneris* cùm fatigatus deseris contemnere, contemneris.

2. *Suspendit amicitiam* derisor. Ubi enim derisio, ibi rixa & contentio. Ideo illud sapientie oraculum monet: *Ejice derisorem, & exibat cum eo jurgium, cessabuntque casse & contumelia*. Irrisio gravissimarum sæpe litium fuit seminarium. Multi, ne dictum sibi pereat, quod ægrè in ore teneret conceptum, dulcedine urbanitatis prolosi, dum ludo irrident, seridè lædunt.

3. *Ostendit justiciam*: id enim alteri facit, quod sibi noler fieri. *Quis enim ille, & laudabimus eum*, qui æquo animo ferat se irrideri? Quam hoc omnes fugimus, quam indignè ferimus, risu aut sibilis excipi? Cur ergo quod ipsi tantopere horremus, alijs tam petulantè temeritate obrudimus? Siracides corripiens: *Intellige, inquit, quæ sunt proximi tui ex teipso*.

4. *Intendit malitiam*: nam per jocum incipit, sed è jocores nascitur: ludendo ferit, ridendo sauciatur. Hoc certè non raro efficit, ut irrisus minoris quam antea fiat. *Omnis amicus, inquit Hieremias, fraudulenter incedet, & vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquetur*.

non hospes ab hospite tutus,

Nec focer à genero, fratrum quoque gratia rara est.

Sed pergit Robertus, &: Eam ob causam, inquit, quadrupliciter minatur scriptura hoc modo: *Irrisores non sunt arguendi de iniquitate, Non sunt instruendi de facuitate: Sunt ejiciendi de societate, Sunt deridendi à Dei majestate*.

1. *Non sunt arguendi de iniquitate*. Hoc cautè præmonens sapientissimus regum: *Noli arguere derisorem, inquit, ne oderit te: argue sapientem & diligit te*. Uti frustra se fatigat medicus in eo ægrotò persanandò, qui pharimacæ omnia effundit, non in ventrem, sed per fenestras; ita oleum & operam perdit, qui cavillatorem multitudinè monitorum obtundit. Inter irrisores autem facillè principes fuerunt Julianus & Lucianus apostatæ perfidissimi, & ex asse momi exercitatissimi, ad quævis irridenda. Sed uterque meritissimas dedit pœnas: ille incertâ sagittâ sauciatus, iste à canibus laceratus interit.

2. *Non sunt instruendi de facuitate*: Salomon id affirmans: *Querit derisor sapientiam, inquit, & non invenit*. Avertis linguam nobilissimi derisoris inspicere? Herodis Antipatæ linguam considerate, quâ ipsam æternam sapientiam ostentui habuit, quâ filium Dei ut fatuum irrisit, & ut ab omnibus irrideretur, fatui veste donavit, & sic Romano præsidè remisit. Sapiens sibi videbatur rex iste, & ideo Christum variis quæstionibus urgebat. Apertè divinus Lucas: *Interrogabat eum multis sermonibus. Quis hinc non cupiat explicatius nosse curiosissimi hominis tot quæstiones? At ipse nihil ei respondebat*. Caipha, Pilato, Malchi cognato, alijs respòdit Christus, huic irrisori nihil. In hoc tali homine desperanda est sanitas. Moneatur, puniatur? ridet, ludit. Iterum moneatur, iterum puniatur? iterum ille & ridet & ludit, *Derisor non invenit sapientiam*.

G g g

3. Sunt

700. c. 3. n. 23.

Lac. cit. Rom. cap. 3. v. 23.

Lucan. sat. 2. v. 23.

Sen. epist. 10. iniurio.

Quatuor mala à derisione derivantia.

1. Ostendit stulticiam derisor.

Job cap. x. v. 3. 1. cap. 33. v. 1.

2. Suspendit amicitiam.

Prov. c. 22. v. 10.

3. Ostendit justiciam.

Ecclesi. c. 31. v. 9.

Ecclesi. c. 31. v. 18.

4. Intendit malitiam.

Hierem. c. 9. v. 4. & 5. Ovid. lib. x. metamorph.

Quadrupliciter minatur scriptura huic vitio.

1. Non sunt arguendi de iniquitate.

1. Non sunt instruendi de facuitate.

Prov. cap. 9. v. 8.

2. Non sunt instruendi de facuitate.

Prov. c. 14. v. 6.

Luc. cap. 23. v. 9.

3. Sunt ejiciendi e societate. Prov. 22. v. 10. Gen. cap. 21. v. 9. & 10.

3. Sunt ejiciendi e societate. Ita monent divina oracula: Ejice derisorem, & exibat cum eo jurgium. Sub initia nascentis Orbis, non deerat hæc hominum fax, idque in ipsâ Noëmi & Abrahami domo: talis erat Cham, talis Ismaël: Cùmque vidisset Sara, filium Agar Ægyptiæ ludentem cum Isaac filio suo, dixit ad Abraham: Ejice ancillam hanc & filium ejus, puer hic ludibundus nimium & petulans est; ipsa vidi, quàm is filium meum sigillarit, irriserit, vexarit; res non ferenda, malè liberos educabimus, si hoc dissimulemus. Irisionis autem istius causa fuit invidia: nam Ismaëlem natu majorem pessimè habuit, epulum tam nobile instructum, cùm Isaac a lacte depelleretur. Neque in Ismaëlem tantum exanduit Sara, sed & in matrem illius, ut quæ improbos filii mores non corrigeret. Ergo ejice ancillam, inquit, has illusiones in nostrâ domo non feremus.

4. Sunt deridendi a Dei majestate. Psal. 58. v. 8. & 9.

4. Sunt deridendi a Dei majestate. De his ipsis Psaltes regius: Ecce, inquit, loquentur in ore suo (voce submissâ & gracili) & gladius in labiis eorum: verba illorum mixte penetrant punguntque, ipsi tamen ea securi effundunt, & co se solantur, quoniam quis audivit? Non est hic qui nos in jus ambulare cogat ob nostros sermones. Et tu, Domine, deridebis eos. Putant se non audiri; sed tu Domine, qui vel latentissimos ipsorum nutus observas, in tempore adersis, risu & illos etiam propinaturus.

Prov. 6. 3. v. 34.

Salomoni hoc credamus: Ipse deludet illusores, inquit, & mansuetis dabit gratiam. Et velut dexterrimus irrisor aliquis non multum sese agit, cùm alios risu exponit, sed ore solum aut oculis dat signum, ita Deus per vilissimam quaque in nostris irrisus animadvertit. Isaias attestatur: Sibilabit Dominus muscæ quæ est in extremo fluminum Ægypti, & apud quæ est in terra Assur. Non opus hic magna vis, sibilò res agitur: Veni apicula: hunc mihi punge; addis muscæ, hunc mihi vexa. Quia, verò Isaias vates hoc loco per muscæ Ægyptios, per apim Assyrios, & omnes illorum exercitus designat, compendio hoc affectit: Deus vel unico nutu tam facillè immittit instrumentum exercituum, quàm facillè quis cani aut feli apponit scarabæolum. Ergo ut illusores dignum se præmium ferant, exiguis sæpe contumeliis pugnat in illos Deus; sed his illi sic consternantur, ut velut æstro perciti furant & insaniant, postquam sibilavit Dominus muscæ.

Is. cap. 7. v. 18.

§. II.

Arrat Plinius, in illis Orbis partibus, quæ leones pignunt, vermiculum reperiri Leontophonon, quo gustato tanta illa vis, ac ceteris quadrupedum imperantis illico expirat. Haber Deus vermiculos suos quibus immantes illas bestias sternat. Ita cum Herodes Magno Asealonitâ tot infantium interfectore actum; à vermiculis miser occisus est: sic hostes Deûs, sic illusores tractat: sibilat muscæ, ut exagitet; immittit vermiculum, ut necet: Tu Domine deridebis eos.

Suy. tom. 4. die 1. Julii.

Rem miram refert Surius de Charilepho viro sanctissimo, qui suo cœnobio id prærogativæ obtinuit à Deo, ut ingressum nulla feminarum tentaret impunè. Audiit hoc spargi ceteris curiosior femina, Gunda nomine, & has superum minas velut fabulam irridens, mentito habitu clam subrepere instituit. Viriles ergo vestes induit, & hilaris contendit ad monasterium. Hic Deus sibilavit muscæ, quæ mox ab inferis emerfit. Siquidem mulier illa temeraria, jam pedem illatura limini, à malo genio infessa, à cœnobii aditu vi rejectâ, & pessimè habita est ab hoc inquilino. In posterum, disce manere domi, & privilegia divi concessa non ridere.

Illusores in gente Christianâ sunt noxii.

Quam potro illusores in gente Christianâ sunt noxii, Guilielmus Peraldus Lugdunenſis Præful eruditè demonstrans: Hæc, inquit, diaboli vasfrities est nequissima, quâ filios Dei suffocat dum parvuli sunt, bonum inceptum destruens in germine. Sicut enim Pharaon Hebræos infantulos aquis submergi, Herodes gladiis confodi voluit: ita Lucifer

A Christianorum partus jugulari vult antequam adoleſcant. Et quantum impeditur bonorum actuum per unicum hoc diaboli vasframentum, Irisione m? Ita enim fit, ut qui non robustæ pietatis est si videat se rideri, quod tam facilis sit ad dandam inimicis veniam, deinceps inexorabilem se futurum statuit: sic & alifnondum adultæ virtutis, si notent deridiculo esse serid precantes, sacramenta frequentantes, si pietati vacantes, & in omnibus se continenter ac submissè gerentes ludibrio haberi, & fabulam esse obſervent; in eam facillè mentem adducuntur, ut statuant illa omnia velut supervacua omittere, ceterorum more vivere, facere quod isti & istæ solent, & sic irisionem exire. En, ut optima seges suffocetur in semine! Irifio acutum spiculum est in animo, quod fortissimum quemque, ni Deus singulariter eum tueatur, de mentis statu dejiciat. Verè Gregorius:

Greg. lib. 9. mor. cap. 5.

Sape, inquit, lingua à bono opere, dum vituperat, revocat. Jobus inter tor tormenta hoc unum gravissimè queitibus est se ab amicis irrideri, & quasi proluxæ patientiæ oblitus, quamvis constantiam retineret, prorupit in hæc verba: Qui deridetur ab amico, sicut ego, invocabit Deum, & exaudiet eum; deridetur enim justis simplicitas. Nimirum hoc ariete Jobus non quidem dejectus, sed tamen valde con-

quassatus est. Super hac Jobi querelâ differens Gregorius, vanissimas mortalium artes compendiosè compendiosè: Hujus Mundi sapientia est, inquit, cor machinationibus regere, sensus verbis velare, quæ falsa sunt, vera ostendere, quæ vera sunt, fallacia demonstrare. Hæc nimirum prudentia usu juvenibus scitur; hæc à pueris pretio discitur; hæc qui sciunt, ceteros despiciendo superbiunt, hæc qui nesciunt, subjecti & timidi in aliis mirantur: quia ab eis hæc eadem duplicitas, iniquitatis munimine palliata diligitur, dum mentis perverſitas, urbanitas vocatur. Hæc sibi obsequentiibus præcipit, irrogata ab aliis mala multipliciter reddere, cùm vires suppetunt: nullis resistentiibus cedere, cùm virtutis possibilitas deest; quidquid exple per malitiam non valent, hoc in pacificâ bonitate simulare. At contra sapientia justorum est, nil per ostensionem fingere, sensum verbis aperire, vera ut sunt diligere, falsa devitare: bona gratis exhibere, mala libentius tolerare quàm facere, nullam injuriam simulationem querere, pro veritate contumeliam lucrum putare. Sed hæc justorum simplicitas deridetur, quia ab hujus Mundi sapientibus puritatis virtus fatuit, ut creditur: omne enim quod innocenter agitur, ab eis procul dubio stultum putatur. En hæresim irrisorum amplissimam! Imò hæresim omnium istud solennissimum est, mimum agere & momum, sancta omnia irridere, convicia & scommata de plastro jacere. Talis eorum hæresis fuit, quos Coterellos vocabant. Hi anno millesimo centesimo octogesimo apud Gallos Bituriges, uti divus Antoninus memorat, rapinis, stupris, incendiis omnia turbaverunt. Exordium fecerunt ab irisione Coterelli: sacerdotes per ludum cantores vocabant; si quem è sacerdotibus arripissent torquendum, primum erat imperare: Cantæ sacrificule, cantæ illi alapas interim ingerebant cantant; quosdam virgis ceciderunt, eâ liberalitate plagarum, ut breviter haberint. Ab iisdem calices sacri malleis & saxi contusi, sacrosancta Eucharistia pixidi excussa, per aërem sparsa, non sine cachinnis & conviciis, ac pedibus (horreo dicere) conculcata: sacræ vestes conscissæ, & inde pellices ornata. At tu Domine derisisti eos. Philippus rex Galliarum ob crebriores victorias appellatus Augustus, exercitum misit qui Coterellos ad unum omnes delevit: instar canum macati sunt. Hoc judicium irrisoribus debebatur:

Greg. lib. 10. mor. cap. 16. Mundi sapientia est cor machinationibus regere.

Sapientia justorum nil per ostensionem simulare.

Hæreticorum solennissimum sancta omnia irridere.

Antonin. tom. 2. lib. 17. 8. 17.

Coterellorum exordium & punicio.

§. III.

Non abſimilis his Michaël III. ejus nominis Imperator in Oriente, anno octingentesimo quadagesimo secundo; hic sacerdotes, antistites, sacra omnia irrisit. Quâ in re primarium famulum, Bardas nomine, egrégium adiutorem habuit. Hæc irrisorum scelera Deus oculis

Michaëlis Imp. & Bardas famuli parit. no.

Tri pot rib fut Pra v. 21 Isai v. 21 Isai v. 21

libro 2. ob rae Lan præcip pæstin conc. 2. v. 21.

oculis veluti clausis præteribat, & tanquam dissimulanter ea intrueretur, connivebat usque in animum vicissimum sextum, quo anno Michaël Imperator charissimum Bardam præceptor occidit: ille strictis gladiis perterritus, genua Imperatoris advolvit, vitam solum rogabat; sed extractus & frustillatim concisus est, caput conto suffixum, & velut in Junonis pompâ prælatum: Tu Domine deridebis eos.

Eodem anno & ipse Imperator Michaël debitum sibi præmium tulit. Nam cum Basilium in eodem folio successor, illum impietatis moneret, Imperator monitoris impatiens, aulicum famulum subornavit, qui Basilium impeteret hastâ, veluti feram fixurus. Sed error hastæ saluti fuit Basilio. Cautior exinde Basilium, re cum aliis liberatâ, ebrium Imperatorem in cubiculo aggressus, & multis vulneribus confectum, manibus pedibusque murilavit: ita Zonaras & Cedrenus. Judicia derisoribus debita, etsi sopita videantur, tandem tamen evigilant.

Hic mihi alius in mentem est Michaël Theurlinus, homo gente Germanus, sed inter cavillatores minime postremus. Hic in Pannoniâ infra Strigonium, à sacerdote sphaerulas precatórias, ac si à Judæo tesserâ peteret, importunissime exigens: Da cito, ajebat, mysta globulos precatórios. Dedit ille, sed qui petiit, pauld post & globum accepit pectore, sed plumbeum, post quem nil amplius petiit. Hoc narravit vir nobilis, qui Michaëlis, cum glânde trajiceretur, latus tegebat: Tu Domine deridebis eos.

Tria certè constituta sunt tempora illis oribus. Primum est quo se iudex solum recipit, & ad sententiam dicendam componit. Eo spectat illud Salomonis: Parata sunt derisoribus judicia. Alterum est monitionum & minationum. Eo pertinet illud Isaiæ: Et nunc nolite illudere, ne forte constringantur vincula vestra. Per Salomonem quoque monentur à Deo, qui iure queritur. Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis, ego quoque in meritu vestro videbo. Tertium est denique sententiæ executionæ. Hic jam proclamant Isaias: Consummatus est omnis illusor, & succisi sunt omnes qui vigilabant super iniquitatem, & qui peccare faciebant homines in verbo, & arguentem in porta supplantabant. Cavete ò Juliani, ò Luciani, irrisores improbi: Cavete ò Momi, Noctæ matre, Somno patre progeniti, qui ipsi quidem nil præclarum operis edere, sed aliorum opera curiosis oculis contemplari, & si quid omisum aut perperam factum, petulantè irridere consuevistis. Cavete, ò Christiani, dicacitatem & irrisorem. Præstat vel millies irrideri, quam alios vel semel irridere. Iudex jam confedit, monemini; jam sapius minatus est, respicite; jam sententiam pronuntiabit Iudex. Parata sunt derisoribus judicia.

CAPVT XIV.

DERISORES quàm graviter sepe puniti sint.

Solent ignes, quos fatuos vocant, plerunque noctu svagari, & viatorem se sequentem, ad vada periculosa, aut præcipitia sensim deducere. Lingua ignis est, & fatuus, qui sibi obsecundantes præcipitiis proximos ducit. Lingua Derisoris eò frequenter excurrit, ubi vicina sunt voragine, ut subitò quem duxerat, præcipitet. Derisor quò minus timet, plus habet quod timeat. Revera Salomone teste, Parata sunt derisoribus judicia. & mallei percutientes corporibus stultorum. Quàm autem hæc judicia sint severa, & quid supplicii expectent irrisores, post ea quæ jam diximus, consummatiùs exponemus.

§. I.

Ille Domini ocellus Joannes Apocalypicus vidit è faucibus draconis tres impuros spiritus emergere, Tom. I.

A velut tres ranas. Ex ore irrisoris triplex vibratur lingua: Tribus modis quis irridetur. Primò quidem cum corporis vitia, calvities, claudicatio, balburies, hifque similia opprobantur: ita pueri Elisei calvitiam irridabant. Deinde, cum animi defectus, simplicitas, ignorantia, stupiditas, ingenii tarditas, stultitia objiciuntur. Hic mille sunt agnomina; caudex, stipes, fungus, stupor, bardus, asinus, stultus. In hanc impiam dicacitatem Christus sententiam mortis, & quidem æternæ tulit: Qui autem, inquit, dixerit fratri suo, Raca, reus erit concilio: qui autem dixerit Fatue (animo scilicet injuriam spirante) reus erit gehennæ ignis. Tertio, cum defectus fortunæ, paupertas, generis obscuritas, officii vilitas oggeruntur. Ita Pharisei Christum non nisi fabri filium vocabant. Hic sæpe graviter peccatur, cum à nobilitatibus & ditioribus, tenuioris fortunæ hominibus insultatur. Alienus ab hoc vitio Salomon: Sum quidem, inquit, & ego mortalis homo, similis omnibus, & ex genere terreno (de meliori luto duntaxat) & ego natus accepti communem aërem, & in similiter factam decidi terram, & primam vocem similem omnibus emisit plorans. Nemo enim ex regibus aliud habuit civitatis initium.

Et genus, & proavos, & quæ non fecimus ipsi, Vix ea nostra voco.

Quid ergo suas inopi reulas objicio, cum eum plerunque plus ornet paupertas, quam me divitiæ? Sed parata sunt derisoribus judicia.

Gedeon fortissimus heros insequatur hostes cum trecentis militibus, quibus præ lassitudine & fame deficientibus, panes suppeditari petiit, ut restauratis viribus, reges Zebee & Salmana liceret persequi. At Socothani principes, à quibus subsidium illud petitum, illiberali proterus sarcasmo ludentes: Nunquid, ajunt, victoriam jam manu tenes? nempe jam triumphum canis, ideo postulas, ut comectum agmini tuo suppeditemus. Quibus Gedeon: Ubi vicero, inquit, vos dixerim vestrum luetis. Vicit, & ad cavillatores istos quamprimum regressus, septuaginta septem viros, primores urbis, inusitato supplicio affecti: nam eos humi stratos, & spinis ac paliuris laceratos, magnòque impetu contrusos necavit, turrim Phaniel everit, & omnes urbis incolæ trucidari jussit. Scilicet novum & antehac inauditum derisoribus supplicium debebatur. Sic omnino, sic parata sunt derisoribus judicia. Jam caler lixivium, quod illorum capita conficabit: jam stat patibulum, quod illos in altum elevabit. Res patebit à pluribus exemplis.

§. II.

Anno à pariente Virgine millesimo trecentesimo quadragesimo Philippus Valcius Rex Galliarum contra Flandros Gandenses arma movit. Illi ad confictus exordium, gallum gallinaceum in tabulâ pictum velut labarum prætulerunt cum hac inscriptione: Cum gallus hic cecinerit, Francorum rex victor erit. Magno stetit hic jocus; nam è Flandris novemdecim millia & octingenti in acie cæsi sunt. Nimirum parata erant derisoribus judicia. Quemadmodum puero in plateis improbè se gerenti dicitur: Ad sis modò, parente domi saluabit recentibus virgis.

Anno millesimo quingentesimo septuagesimo quinto, tempore verni jejunii, anniversaria Christi patientis hebdomade, miles Comitis Ludovici Nassovii in Belgio hibernabat, & carnibus temere vescēbatur, nec sine muruâ gratulatione, quòd liceret esse tam improbis & exlegibus. A castris non procul aberat Philippus Olmanus parochus, theologus: hic suos cohortatus ne pessimis exemplis animati, legibus Ecclesiæ fraudem facerè in animum inducerent, impios illos milites nunc quidem ridere, forsàn brevè ploratuos. Dictum viri vaticinium videri potuit. Nam quarto paschatis die, cum ad-

G g g 2

Ps l. 77. huc est v. 30. & 31.

Tria tempora irrisoribus constituta sunt. 1. ut supra. 2. ut supra. 3. ut supra.

Lingua fatui obsecundantes præcipitiis proximos ducit. Ps l. 119. v. 29.

In Socothanos principes irrisores Gedeon animadverit. Judic. c. 8. v. 5. & 16.

Gandensium dixerunt & puniunt.

huc esse eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos, & torus eorum exercitus, cum omnibus ducibus, inter quos Ludovicus & Henricus Nassovii, ad intercessionem ab Hispanis cæsus est. Parata sunt derisoribus judicicia. Crux alta suam Amanum jam expectat; Astherus rex solo nutu pronuntiet quid fieri velit, & pendeat Aman.

Anno millesimo quingentesimo sexagesimo octavo excusis Antverpiæ dialogus Paslevantii & Pasquini colloquendum de rebus gestis Calvinii, Bezae, Vireti; auctor scripti Emanuel Tronæus, qui & hoc commemorat: Lauffannam ibant Geneva duo sibi perquam familiares. In itinere omne caelum in iras effusum, fulgure & tonitruo minabatur. Hic illorum alter Catholico ritu se cruce signavit. Ad quem focus: Quid agis, inquit, num muscas abigis? Dixit, & mox ultor hæsit à tergo Deus. Nam fulmen destinatissimo ictu hunc unum petiit, intracto altero, qui id Geneva statim vulgavit. Sunt certe parata derisoribus judicicia. Cum cohabitent homines, caelum terraque præcipua reperunt.

Anno millesimo quingentesimo octogesimo primo, die Domino Corpori sacræ Biturgium venit Elisabetha Blæstina una cum marito, matre suâ, atque ancillâ. Elisabetha brachiis infantem gestans matre & ancillâ comitantibus, sancti Severi ædem ingressa, pro suggestu dicentem audit & irrisit. Pinita concione loci curio Michaël Herzog rem divinam exorsus est. Femina hæc curiosior nescias an provocat, cum infante accedit aram ludibunda: hæc subito veluti fulminata corruit, adstante Georgio Olando qui præfectus erat urbi; infans tollitur illæsus, mater muta nec sibi præfens effertur templo, ubi multum sanguinis ore naribusque rejecit, quamvis eo casu non mortua. Fasces sunt postea matre & ancilla, illam, antequam corrueret, dixisse: accedam propius, ut videam quid stultus iste (sacerdotem designabat) gesticuletur. Sed parata sunt derisoribus judicicia. Vindicta subinde claudicans venit, sed venit tandem, & plerumque quod lentior, hoc vehementior.

Anno millesimo quingentesimo octogesimo tertio Novesii in agro Colonienli femina hæresu clam fovens peccatore, Catholicorum templo abstulit. Eius rei causam aliquoties interrogata, illud irrisorum solenne respondens: Altum est ædificium, inquit, nec promittit se non ruiturum. Jocus videri potuit innocuus, non fuit. Nam eo ipso tempore extra urbem cænobium diruebatur una cum templo, alio loco condendum: hoc ubi femina illa inaudit: gaudeo, inquit, me superstitem in patriâ videre templam etiam papistica dejici. Itaque duabus ancillis comitata, egressa est urbe, visura demolitionem ædis. Culmen illius jam detectum erat, cetera majorem partem soluta. Dum ergo secunda obit singula lustrans, columna inclinata in feminam ruit, eamque mole suâ obrerit. Quis columnam impulerit, facile est cogitare; is utique qui impiè jocantem audit. Parata sunt derisoribus judicicia: aviculis saltando pascentibus jam imminent tendiculæ.

S. III.

Bredenbach. lib. 7. coll. sacr. cap. 67. Cujusdam calvinista supplicium Jeshitas cavilantis.

AD rem testatissimum quid Tilmanus Bredenbachius commemorans: Vir, inquit, moribus & eruditione spectatissimus nuper ad nos Antverpiâ perscriptus ista; Cum Patres Societatis Jesu à suo Collegio recens illic condito, factiosorum hominum opera pulsus, urbemque cedere justis essent, quidam Calvinii sectator, in exulum domum jam vacuum se penetravit, & colligati straminis fasciculum & fenestrâ suspendit. Consectum hoc signum est earum ædium quas lues contagiosa infecit. Collegio sic insignito, mox alius ejusdem religionis homo adruit ex compacto, & fores pulsavit. Alter, qui stramen infame appenderat, prospiciens, & velur indignatus: Quid hoc, inquit, ostium pulsas? signum pestilentis, lippe, non vides? Omnes in hac domo pestis con-

sumpsit. Nec distulit Nemesius. Eodem profus die irrisorilius domum corripuit pestis, cum tamen antea nihil circumquaque contagionis serperet.

Eodem tempore Antverpiæ, viâ cochlearium mensam locarunt aliqui medio plateæ, & inter maximas gratulationes lixum perasonem confecerunt. Unum omnium gaudium erat, quod insectum illud genus hominum purgavit urbem. Dixisses Romam pulsus Regibus non sibi festiviis gratulatum, quam istos ejectionis Jesuitis. At paulò post hanc ipsam plateam invasit pestis, & brevi quadraginta homines, nec infimæ plebis, Libitina tradidit.

Adde: Ante annos viginti, Augustæ in æde Salvatoris quadraginta horarum comprecatio instituta est, avertendæ pesti: Fortè templum transitu patricius è Lutheri disciplinâ, & quid illic rerum ageretur, quas vivis multa insuper jocus in Catholicos ritus. Sed vix domum redit, & peste correptus moritur ipse unus, salvus aliis omnibus, tam in eâ, quam in junctis utrimque domibus. Judicia derisoribus nunquam non parata sunt: Balnea vestra jam calent, ite irriores, ite, ingredimini, sed jam lavandi, non loturi amplius.

Sed nondum abimus ab hac Vindellicorum urbe Augustâ. Fuit Patricius Augustanus, cui adultæ janque nobiles erant filia, nulla proles mascula. Hic in convivio filiolum convivoris cernens, puerulum mirè affabilem, & oblectandis parentibus natum, ad suam ipse conjugem versus: si & nobis, inquit, talis stultulus esset, ò mea uxor. Audit Deus, & votis pronus annuens liberalissimè concessit, quidquid optabatur, & plusquam optabatur. Huic enim viro sex ordine filii nati sunt, & quod in votis erat, omnes stulti: En

votorum summa, quid ultra

Juvenalis sat. 5. v. 18.

Quæris?

O mi bone, nimis frigidè faceris est, qui cum Deo vult ludere. An nesciebas parata esse derisoribus judicicia? Cum superis joculari nemini concessum. An nunquam audisti, nec cerasa quidem cum magnatibus edere, turum esse? Sed ad finem perginus.

S. IV.

ANNO octingentesimo quadragesimo quinto, uti *Annus lib. 5. v. 20.* annales Francorum memorant, Dani Christianis sacris nondum imbuti, regem suum Horich securi, Gallias infestis armis incurserunt; potiri Rotomago, secundo Sequanâ flumine Parisios properarunt, duce Ragenario; qui ipso paschatis pervigilio, urbem incolis metu diffugientibus vacuum facile cepit, & inter alia sancti Germani cænobium expilavit. Demum à rege Carolo argenteis rationibus inductus, in fœdus transit, juravitque non rediturum se nisi auxiliatorem. Post hæc apud regem suum gloriatu est Ragenarius, urbem à se captam, monasterium sancti Germani spoliatum, sed & illud adjecit, mortuos panè vivis robustiores esse Parisiis: nullum enim sibi adeo restitisse, atque capularem illum senecionem Germanum. Dixit, & mox tremere miser, intumescere, in terram ruere, & horrendum vociferari. *Germanus adstat, & baculo me ferit.* Ur ergo dicti factique pœnitentiam agere videretur, statim argentum sui corporis moli æquilibrem fieri, & ad S. Germanum jussit deferri cum hac sponsione, si morbi vim evaderet, Christianum se futurum. Serò nimium sapiunt Phryges, ò Ragenarie. Nihil agis, quia quam ferio agas, novit ille qui corda scrutatur. Ita frustra fuerunt vota: non multò post infelix crepuit effusis visceribus. Parata sunt, paratissima derisoribus judicicia. Divina vindictæ brachium nunquam non extentum; cavete irrisores, hos aut illos feriet.

Dicta confirmet Briçtius, Turonensis præsulis Martini diaconus, qui suum antistitem Martinum sæpius delirum senem, superstitiosum sacerdotem, insanum episcopum vocitabat, uti Gregorius Turonensis refert. *Græc. Tur. lib. 2. v. 13. Fuit Episcopus.*

quō non interſunt etiā abſentes, ſed inviſi, qui tergum præbere cogantur ferentibus, quorum mores ſermonibus exagitentur. Vix ulli uſpiciam circuli & congreſſus ſunt, in quibus non aliqui abſentium vapulent: modò hic, modò ille in colloquium vel abſens trahitur, nec unquam ferè ſine notâ & ſtigmatē. Detractio tam commune ac per vulgarum, quàm horribile ac exitioſum malum.

Math. cap. 18. v. 20. Chriſtus liberaliſſimè promittens: *Vbi ſunt duo, inquit, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Attende promiſſum: In nomine meo, non in diaboli, qui duorum, qui plurium medius eſt, ubi detractio eſt. Veriſſimè dixit S. Antiochus: *Verè irrequietum demonium eſt detractio.* Eà de re hortatus Salomon: *Remove à te, inquit, os pravum, & detrahentia labia ſint procul à te.* Si quidem detractio, magni eſt periculi, nocuenti majoris, curationis diffiſſimæ. Magni eſt, inquam, periculi, cum obrectator temerarium iudicium ſtringit in quoſvis. Scitur Intentione rectâ plurimos actus commendari, & optimos fieri, qui tamen tales eſſe non videantur; quia verò Intentio latet, ſicillimum eſt ſiſtram cenſere eam, quæ rectiſſima eſt. Ita Phariſei quòd Chriſtus ſabato ſanitatē ægris impertiretur, quòd publicanorum ſocietatem non alpernaretur, quòd ſe tangi pateretur à male notæ hominibus, peſſimè id interpretati, de Chriſti ſanctiſſimis moribus nunquam non detraxerunt. At *Majoris eſt nocuenti detractio*: etenim famam rem tam charam, quàm pretioſam adimit. Hinc illa theologorum vox: *Peccatum detractioſis gravius eſt furto.* Tanto enim peccatum majus eſt, quanto majore bono iniquè privat. Longè damnoſior fur eſt nominis, quàm numorum: quòd Salomoni certum: Nam, *melius eſt, inquit, nomen bonum quàm divitiæ multa.* Atqui jactura hæc famæ ingens quidem damnū eſt; ſed graviùs inſuper nocet detractio, quæ velut trifidulum telum; aut tormentum æneum triplici ferreâ glande fulminans, tres velut incurſu uno enecat. In rem Bernardus teſtis: *Nunquid non vipera eſt, inquit, lingua iſta? ferociſſima planè, quæ tam leraliter tres inſicit ſtatu uno. Nunquid non lancea eſt lingua iſta? proſectò acutiſſima, ut quæ tres penetrat ictu uno.* Lingua eorum gladius acutus, gladius quidem anceps, imò triceps, eſt lingua detractoris. Hoc illud Joabi imperatoris triplex ſpiculum eſt, quo Abſalonem à quercu pendulum incurſans confodit. Hoc triplici ſpiculo, & detractor & detractoris auditor, & ſi cui detrahatur, miſerè confodiuntur, hoc tamen discrimine: ille in quem detractio incurrit, ferè omnium minimè læditur, nec enim majus facere poteſt diſpendium quàm famæ: ſed detractor, & auditor detrimentum pariuntur animæ, & quidem maximum. Nam detractor ſibi mer plurimum nocet, in cuius caput frequenter recidit lapis, quem in alium miſerat. Dein nocet auditori, in cuius aures (ut Bernardus loquitur) venenum moriſerum infundit; nec prævæ ſolum opinionis, ſed invidiæ quoque toxico ſubinde inſicit auditorem: Hinc Artabanus: *Cùm, inquit, unus eſſet cui juriſſia feveret: at duo erant qui injuriam facerent.* Demum nocet abſenti detractor, quem ore perulanti traducit.

Prov. c. 22. v. 1. Claudius Paradinus de monumentis Lotharingicis rem proſus miram, ter miram commemorat in hunc modum. Virtutem & fortunam Lotharingicæ familie teſtantur hodièque avita gentis inſignia, tres nimirum alites fagittæ tranſfixi. Origo rei hæc eſt. Laudatiſſimus ille heros Godefridus Bullionis dux Lotharingiæ, & Hieroſolymorum urbem obſidens, in turrim Davidicam ejaculatus eſt telum, quo tres ſimul alites confixit:

dederunt viani caſiſſe, Deſiſe

quæri poterat: regii tamen ſaſtigi præſagium fuiſſe, docuit eventus. Et hoc etiamnum tam in monetis, quàm inſignibus ſtipis Lotharingicæ videre eſt. Quiſquis de aliquo detrahit, ignitur jaculum emittit, ſed tres eo lædit ac configit; ſeipſum, auditorem, hoſtem: imò tripli-

cem committit cædem, cum triplex nobis ſit vitæ: eſt enim una velut cæleſtis, diviniæ gratiæ dono; altera corporis, ceteris animalibus communis; tertia civilis, famæ præſidio: in hanc triplicem vitam immianiſſimè lævit detractor, illam animi & gratiæ cæleſtem, in ſe ſubque auditore extringit; civilem iſtam in eo cui detrahit. Tanti nocuenti eſt detractio.

Imò occidit.

Eccl. c. 23. v. 20. Detractio eſt curationis diffiſſimæ.

§. I V.

Sed eſt etiam, ut dixi, curationis diffiſſimæ. Perſpicue Si- racides: *Homo, inquit, aſſuetus in verbis improperii, in omnibus diebus ſuis non erudietur.* Er quis eſt qui ſe detractorem eſſe fateatur, dū reipſa aliis detrahit? Hinc quia nos egrotare neſcimus, nec morbum indicanti credimus; pharmaca omnia ſpernimus. Sed & ipſum etiam vulnus detractioſis inſiſtum, vix medicas manus admittit, & licet obligatum videatur, manet tamen plerumque foeda cicatrix. Alexandri Macedonis adulator dicere ſolebat: ſi quem hoſtem habes, conviciis illum audaçter pte; nam eſti vulnera curet, manet tamen cicatrix. Ita prædones: audaçter, ajunt, prædandum eſt; eſti enim præda ſit reſtituenda, nunquam tamen tota. Mirum enim quàm tenaciter inhæreat, quâ ſemel imbutus eſt animus, falſa opinio. Leni ſuſurro, pauculis verbis mala opinio de aliquo, velut clavus in aſſerem, adigitur. Viſne hunc iterum extractum? vix ullâ vi hoc efficiet: perverſam opinionem jam imbibit auditor; agrè dimittet. Eſti tu centies dicas: hoc iratus dixi, illud inconfideratè protuli, iſtud me dicere compulſit invidia. Quidquid dixeris, altiùs hæret prima opinio, quàm ut ea ſtirpitis convelli poſſit. Contra ſerpentis ictus, eſt è ſerpente pulvis: contra ſcorpionis aculeum, eſt ſcorpionis oleum: contra rabidi canis morſum, ſunt pili canum: at verò qui læſi ſunt linguâ obrectatoris, ab eadem difficitur, nec niſi imperfectè aut nunquam curabuntur, quamvis hæc ipſa lingua medelam illis debeat quibus malum hoc inſulit. Sicut Achillis hafta Pelias eundem Telephum ſanavit quem ſauciarat.

De hoc ipſo detractioſis nocuento diſertiffimus Chryſoſtomus: *Quæ enim, inquit, utilitas, cùm avibus quidam & piſcibus abſtineamus, fratres verò mordeamus & comedamus? Detrahens fraternalis carnes comedit, proximi carnem momordit: propterea & Paulus terruit dicens: Si autem vos invicem morderis & comeditis, videte ne ab invicem conſumamini.*

Et ne forſitan ſit qui admonitionè hanc eludat, obducit hoc modo: *Ne quis enim hoc mihi dicat, tunc detraho quando falſa dico. Nam ſi vera loquens maledixeris, & hoc eſt crimen: etenim Phariſæus ille publicano veridicus maledixit, ſed tamen hoc ipſi nihil profuit. Dic enim mihi, publicanus non erat publicanus & peccator? Cuiùſ, certum eſt quod erat publicanus, ſed tamen quoniam ipſum vituperavit phariſæus, abiit omnibus amiſſis. Viſ fratrem corrigere? lacryma, Deum ora, ex corde apprehenſum admone, conſule, exhortare: ſic & Paulus faciebat. Sed jucundum detrahere: imò jucundum non detrahere. Detrahens enim continenter anxius eſt, ſuſpicatur & timet, penitentiam agit & linguâ ſuam mandit, timens & tremiſcens ne forte alius ementiarum verbum, magnum ſibi periculum aſſerat, & ſuperſuam & inutilem inimicitiam hiſ, qui dixere, operetur. Sententiam concludit in hæc verba: Fugiamus igitur dilecti, fugiamus detractioſes, docti quòd eſt totum Satanicum barathrum inſidiarum ejus hæc inſeſſio. Vt enim noſtra negligamus, & graviore nobis reatus conſtituamus, in hanc nos conſuetudinem diabolus duxit: imò verò non ſolum ineſt hoc malum, quòd tunc rationem dabimus eorum quæ diximus, ſed etiam quòd peccata noſtra ſic graviora faciemus, omni nos excuſatione privantes: acerbè enim aliena exquiremus, in ſuis exceſſibus nullam unquam veniam nanciſcetur. Eliminemus igitur omnem ex ore noſtro detractioſem, ſcientes quòd eſt cinerem comedamus, nulla nobis aſpera vitæ hujus utilitas proderit, niſi detractioſem abſtineamus.*

Chryſ. tom. 5. hom. 3. ad pop. poſt. mod. Gal. cap. 5. v. 15.

§. V. Nar-

Ggg 4

§. V.

Ruffia. A.
quil. num. 5.
Pelagius li.
bell. 10.
num. 97.

Narrat Ruffinus Aquilejensis, viros aliquot religiosos à cœnobio missos, ut ad alios sparsim per eremum habitantes reviserent. Delati ad anachoretam senem, benignè comiterque in hospitium recepti sunt. Senex ut itineris ad se facti molestias mitigaret, statuit suos hospites, quàm optimè posset, habere, & quidquid domi reconditum esset, explicato sinu largiri. Est nimirum etiam in paupertate quædam quasi prodiga liberalitas, non tam rebus, quàm animo merienda. Hanc religiosam munificentiam senex ille induit, ut exemplo suo hospites verecundiam ponerent, & auderent libare, quod non erubesceret dare amor. Vespere post cenulam, ut putabatur, lautiusculam, & sulas preces, cubitum deduxit suos convivas senex, ipse seorsum modicè quieturus. Hic hospites somni benevolentiam conciliaturi, liberalius inter se garrire cœperunt, & Videre, ajunt, isti eremita lautius cenant, quàm nos in monasteriis. Audit hæc senex, & doluit pro beneficiis rependi calumnias; sed tacuit. Manè, cum jam dilucesceret, iter pararunt hospites, ut ad alium eremitam irent. Abeuntibus senex hoc unum commendans: Salutate, inquit, ex me obsecro, amicissimè mihi eremitam, & hoc unum illi dicite: Attende, & olus ne irriga. Fideliter, ut jussi erant, hoc illi alteri nuntiarunt. Intellexit alter quamprimum quid sibi veller hoc monitum. Quare suos hospites mensâ quàm parcissimâ excæpit. Cenæ caput erat panis aridus & sal: his accessit modicum aceti & olei: hæc omnis ferculorum series. Interim eisdem assiduâ precum & psalmodiarum recitatione fatigavit. Hac ratione invitos in tertium usque diem derinuit, necdum missionem daturus. At illi hospitalitate tam rigidâ jam saturi, latenter noctu profugerunt. Itè, ð boni, & in posterum si quis vobis gratiam fuerit gratificatus, ne illi calumnias pro beneficio reddite. Discite liberalitati non detrachere. Primus eremita vos ut hospites habuit, alter ut detractores pro merito traçavit.

Bern. ferm.
24. in Cant.

Diçta cum Bernardo consigno: *Omnis qui detrahit, primum seipsum prodit vacuum charitate. Deinde quid aliud detrahendo intendit, nisi ut is cui detrahit, veniat in odium vel contemptum ipsi, apud quos detrahit. Terit ergo charitatem in omnibus qui se audiunt, lingua maledica, & quantum in se est, necesse funditus & extinguit.*

Heu quàm rari sunt, qui vitam sic instituant suam, ut non libenter reprehendant alienam.

CAPVT XVI.

Quantorum malorum mater sit DETRACTIO, & de famæ restitutione.

Levit. c. 19.
v. 14.

Quàm longè Deus ab humano ingenio divertit! Legge veteri à Deo sancitum est: *Non maledices surdo.* Nostro sensu contrarium fuisse imperandum: Non maledices aurito: quid enim his ceremoniis opus ad surdum? Enim verò aliter sapit Deus, quàm humana temeritas. *Surdo*, inquit divina lex, *non maledices.* In hæc legis verba Gregorius: *Surdo maledicere, aut, est absenti & non audienti detrachere: quemadmodum surdus non audit quod dicitur, nec in se diçta diluere potest; ita nec absens & is, cui detrachitur, quidquam respondere, & falsa minus quàm surdus scit repellere.* Hinc igitur surdo non maledicendum. At obrectator, legis istius negligens, in absentis famam audacissimè grassatur; quod sane non auderet, si præsens esset, quem adeò maledicâ linguâ perstringit.

De pestilentissimo Detractionis vitio, priore dissertatione agi captum, atque quid Detractio, quàm ea multiplex, & quàm grave sit delictum, jam explicatum est. Nunc porò dicendum, quàm hoc crimen in re-

bus etiam levioribus fugiendum, cum maxima illi mala semper sint conjunctissima, præcipuè verò alienæ famæ restitutio: quàm autem ea difficilis sit, hic exponemus.

§. I.

Si famulus in hero, si civis in vicino, nimiam loquendi parcitatem observet, ita quidem si herus famulum, si vicinus vicinum nullo amplius affatu dignetur, signum satis luculentum est amicitia: vel gratia non magna. Hac ratione Pæmenius abbas dicere solebat: Cum duplicis generis cogitationibus nihil loquendum est: tandem illæ à seipsis desinent esse molesta. Cum Fornicationis & Detractionis cogitationibus nulli sermones miscendi, invitantibus non respondendum, multa garrientibus non attendendum: sin aliter fiat, etiam si quis resistere conetur, damnum non evitabit. Neque solum ea detractio cavenda, quæ directissimo aggressu Charitatem & Justitiam impugnat, sed illa etiam quæ leviores noxas & vitiositates non maximas, errata non summa in lucem eruit. Eius generis detractioes reperias etiam inter bonæ notæ homines, qui subinde imprudentes aut inconsiderati, nævos alienos benevolis auditoribus obrudunt. Cum veteri poetâ sentio:

Istic est thesaurus stultis in lingua stitit:

Ut questui habeant malè loqui de melioribus.

Plaut. in
Pæn.

Et quid miremur? genti humana innata est alienos motes censendi proclivitas. Nemo non secum miniaturulam gerit, ubi ubi liberit eam appressurus. Vitium est hoc & tantò majus, quantò prudentiores aut religiosiores videri volunt, hi censores & Critici. Hieronymus censuras nos adeò intentos observans: *Tanta, inquit, hujus mali libido mentes hominum invastit, ut etiam qui procul ab aliis vitiis recesserunt, in istud tamen quasi in extremum diaboli laqueum incidant.* Hanc judicandi temeritatem comitatur quandoque Invidia, cui ægrè est oblætos aliorum successus: huic ægrimoniam minuendâ, alienam famam, quacunque ratione potest, vellicat; sibi enim invidus tunc levius videtur ægotare, cum & alios cernit non ex toto sanos. Invidiam hanc & crisin non raro præcedit occulta superbia, qua quis instigante, præferri aliis, certè vult ex æquari; hinc, ne nimium emergant alii, famam illorum sublimitus ituram deprimit, & velut aviculæ accidit alas. Talia igitur colloquia, quibus hominum proborum defectus recensentur, gravium sæpe offensionum sunt seminaria. Cum enim ejusmodi errata narratores inveniunt, è facili suspensionem movent, ut auditor cogitet: Itane, sanctulus ille hoc ausus est, utique audebit & majora: hominem ego putabam esse tam strictæ continentia: ut video, & ille quoque suos patitur manes. Sic plurimis fit injuria, etsi non penitus auferatur fama: bona existimatio certè minuitur, amor atque amicitia inter diversos dissolvitur; absens ille, de quo talia sparguntur, fit despiciabilior: ita hoc negotium non uno malo absolvitur. Neque hic defensionis locus est, cum is qui patitur, non raro vulnera sua ignoret: aut si sciat, nesciat auctorem. Ita incauti & ignari obruuntur. Præcipuè verò delinquitur, cum magistratui, etsi culpabili, etsi levioribus in rebus detrachitur. Ut hic cautos redderet Ecclesiastes: *In cogitatione tuâ, inquit, regi ne detrahas, in secreto cubicali tui ne maledixeris diviti, quia & aves cali portabunt vocem tuam, & qui habent pennas, annuntiabunt sententiam.* En, non tantum os obstruit detractio, sed ipsas etiam cogitationes arcebat hac peste. Et quamvis, mi obrectator, eum cui in aurem garris, enixè roges: *Quæso te, non evulges, quod ego tuis auribus credo; arcanum cogita taciturnitati tuæ commissum: non tamen à vitio te purgas.* Specimen hoc est nobilissimæ stulticiae. Dic enim quid illum rogas ut sileat? reipsum prius rogare hoc debuisses. Si non vis efferri hæc foras, ne dicas, si tu silere non possis, quomodo id

Omnis de-
tractio ca-
venda.

Detri-
nem
ma i
sequi

Aug.
14. in
colum
S. The.
2. 2. 2.
1. 2.
1. 2.
1. 2.
1. 2.
1. 2.

Comites
detractio-
nis Invi-
dia,

Detri-
fugiet
propet
stunt
obhg
nem.

Yerem. 18.
1. 2. 3.
1. 2. 3.
1. 2. 3.

do id exigis ab alio? Si tuum os tam impatiens sit epi-
stomii, quid alieno sperabis?

Detractiones & detractories accusationes extremē
odit Franciscus Assisias Seraphicus, de quo divus Bona-
ventura hæc narrat. Audiit Franciscus, quā ore teme-
rario unus è suis multa diceret in alium, cūque variè
accusaret. Igitur vicario suo id demandans: Surge, in-
quit, Pater surge, & rem probè discute: quòd si accusa-
tus sit insons, ita seridò puni accusatorem, ut is omnibus
sit exemplo, sentiaturque se puniri. Imò verò putabat
Franciscus vestem religiofam ei detrahendam, quisquis
alteri hoc famæ palliolum subtraxisset; ut quod ille aliis,
hoc alii facerent illi, eaque ratione detractor ad resti-
tuendam famam adigeretur.

§. II.

Detractio-
nem pluri-
ma mala
sequuntur.

Aug. epist.
54. ad Ma-
rianum.
8 Thom. 2.
2. quæst. 62.
a. 1. c. alii
Vid. Fran-
cis. Testim.
lib. 5. Sum.
max. 68.
65. 70.

TRahit quidem post se Detractio catenam complu-
rium malorum: nam auditor detractiōnis sit pe-
jor; qui detrahit, jure suo appellatur calumniator; cui
detrahitur, hostis efficitur: at verò huic catenæ globus
plumbeus appensus est ingens, debita *Famæ restitutio*.
Non minùs in reddenda famā, quā monetā, illud Au-
gustini valer: *Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum*.
E theologorum placitis notum est, non eos tantum
qui confictum de alio crimen, sed illos etiam qui cri-
men verum, sed occultum injustè prodiderunt, ad abo-
lendā criminis opinionē sic obligati, ut vel famam res-
tituere, vel certè æquivalentem famæ compensationem
facere teneantur. Et est, cū detractor, non tantum cum
sua famā dispēdit, sed etiam cum vitæ suæ periculo
obligatur alteri famam restituere. Neque de famā so-
lum, sed & de damni reparatione hīc agitur, si quod pas-
sus sit, quem diffamaveris. Et licet rem dixeris, neque
abieris à vero, nihilominus tamen apud omnium eo-
rum aures quas calumniis implesti, recantare cogeris &
fateri, non quòd mendacio fefelleris (esto, verum dixe-
ris) sed quòd illum talem traduxeris.

Detractio
fugienda
propter re-
stitutionis
obligatio-
nem.

Si malum hoc unicum, scilicet *Restitutionis obligatio*
detractiōnem sequeretur, velis illa remisquē & omni-
bus viribus fugienda esset. Cui enim non difficillimum
accidit, palinodiam canere, & ablatam famam non sine
rubore reddere? vestem, pecuniam, supellestem malè
ademptam tam difficile non est restituere, & plerum-
que modus non deest id commodè faciendi; at famam
reparare difficillimum est. Ex hac restitutionis difficul-
tate delicti hujus magnitudo vehementer crescit. Semel
enim opinio vagata serpit ad plurimos, obambulat &
urbes, & regna, ut notissimus jam sit ille omnibus, cu-
jus plerique nec capillum norunt. Laudas iterum quem
ante vituperasti? nihil agis; prima enim validiùs inha-
rent, & jam abierunt ad plures; maximè cū nocitura
fecundiùs serpant, profutura seriùs proveniant.

At dixeris: innumerās detractiōnes committi, nullam
tamen restitutionis mentionem unquam fieri. Hoc est
quod æquissimè queror: sed num ideo pessimos mores
in culpæ patrocinium trahemus? non continuò quòd
aliquid fiat, rectè fieri dices. Insanientium multitudo
non commendabiliorem facit insaniam. Negamus de-
inde nullam restituendæ famæ mentionem fieri: hoc po-
tius crediderim, famam rarissimè restitui. Sed esto, re-
stituatur subinde fama, quā id tamen lentè, quā se-
rò, quā non integrè fit: omitto, quòd vix unquam tan-
tum redditur, quantum admittitur. O mortales, multa
nimis ad supremum tribunal rejicimus, & ipsi statui-
mus vindicem Deum, qui hujus justitiæ tam severus est exa-
ctor, ut condonare malit quod sibi, quā quod illis aliis
debetur. Eā de causā ipsi mortui quandoque adiguntur
reddere, quod vivi neglexerant.

Vicent. do-
minicā in
L. de serm.
prop. penem.

Vicentius Ferrerius, gentē Hispanus, è divi Domi-
nici familiā vir religiosissimus, qui sacrā faciendā, quā
pollebat, multa millia hominum hinc illinc evocavit ad

audiendum. Hunc virum Callistus III. Pontifex Maxi-
mus, ad immortalitatem religione & memoriā consecra-
vit. Hic pro suggestu publicè hanc ipsam restitutiō-
nem famæ docuit, Pro viri reverentiā, verba illius fideliter
adnumero, sunt ista: *Sicut enim sur tenetur ad restitu-
tionem, sic qui furatur famam proximi ex malitiā, etiamsi sit ve-
rum quod dixit, & erat secretum, tenetur ad restitu-
tionem, si quis hoc facere detrebet aut negligat, dum vivit, subinde post su-
nera hoc supplicio manes affici, ut veniam, velint noluit, cogantur à viris petere*. Eam in rem admirandum hoc comme-
morans: Erant, inquit, duo quidam qui alterius famam
graviùs læserant; & unus quidem obretractorum, sicut
& is cuius fama est læsa, etiamnum superstitites sunt. At
verò alter è detractoribus istis jam vitā functis aliquan-
to tempore piacularibus flammis attentus est. Inde libe-
ratus non continuò in superum sedes receptus, sed priùs
famam, quam vivus improbè depravarat, integram jus-
sus est reddere. *Et ego scio*, inquit Vincentius, *istud esse ve-
rum, quòd anima redit, quia ego ipse fui per ipsum diffamatus,
& à me veniam petivi*. O Deus, si tam lubricum ac diffi-
cile negotium est famæ, quid est quòd non caveamus
ea nomina contrahere, quæ jam vitā functi cogamur ex-
pedire? *Ordinatione tuā, Domine, perseverat dies, quoniam
omnia servantur tibi: tam animi quā corporis, quā &
fortunæ bona, ideo etiam fama minimè negligenda; hæc
enim necessaria est, muneribus præferitur publicis ri-
tè obtundis; eaque de causā tam fama quā pecunia,
& illa quidem potiori jure restituenda, si malā fide sit
adempta.*

Detractio-
ne multi
damnan-
tur.

Psal. 118.
v. 91.

§. III.

Fama inter ea quæ homini non inherent, bonum in-
gens. Nam uti Isidorus Pelusiota loquitur, *bona æxi-
matione melius ac præstantius nihil est: nec Cræsti thesauros
quisquam cum eā comparaverit. Tales enim esse censentur, qua-
lis fama cujusque est; huic aures, huic intenduntur oculi. Melius
omnibus quā singulis creditur; singuli enim decipere & decipi
possunt; nemo omnes, neminem universi fefellerunt*. Non impe-
ritè verus poëta.

Pelusi. lib. 3.
epist. 142.
Pelin. 1. un.
cap. 6. 2. sine
Panegy. ad
Trajan.

*Vt fama est homini, exinde solet pecuniam invenire:
Ego si bonam famam mihi servasse, sat ero dives.*
Fama bona cuique pretiosissima res est. Hinc tam gran-
de crimen est, aut imminuere famam, aut rapere. Qui
enim famam perdidit, multum sui victus, plurimum ho-
noris sui amisit: jam negligitur, alioqui ad dignitatem homini
provehendus: jam contemnitur, alioqui venturus in ma-
gistratum; jam deseritur, alioquin à multis juvandus.

Plauti Mo-
stellar. act. 1.
Scen. 3. vers.
70.
Fama bona
unicuique
pretiosissi-
ma.

Cui semel calcatur fama, mille mortibus cadit, & ad sin-
gulos auditores novā cæde funestatur: sæpe dicta fa-
ctaque narrantur, quæ nec dicta, nec facta, nec cogitata
sunt unquam; dubia pro certis, falsa pro veris, conjecta-
nea pro compertis habentur, singulique tales sunt, quales
sibi prona fingit suspicio, quæ dum vera non invenit,
falsā comminiscitur, contenta læsisse. Tot maiorum
proma conda est sæpe unica lingua, quæ, ut forsasse cog-
nati quantumvis inepti ad munia extollantur, & hunc,
& istum, & illum deprimat malevolis delationibus. Sed
acribus flagellis Deus hos tales excipiet, qui linguam
velut machæram rotarunt. De his apertissimè vates regi-
s: *Excuerunt, inquit, ut gladium linguas suas; intenderunt
arcum rem amaram, ut sagittent in oculis immaculatum:
subito sagittabunt eum, & non timebunt, firmaverunt sibi ser-
monem neglam.*

Psal. 63.
arcum rem amaram, ut sagittent in oculis immaculatum: 1. 1. 6.

Excuerunt,

Detra-
tores ex-
cucunt lin-
guam ut
gladium,

Maff. lib. 6.
hifi. Indic.
post med.

Intendunt
arcum ut
sagittens

Pfalm. 72.
v. 9.

Et firmat
sibi sermo-
nem ne-
quam,

Titulum
mortis sibi
arrogant:
Nemini par-
co.

Pfalm. 21.
v. 21.

Cut David
à manu ca-
nis petiit
liberari...

Matth. c. 15.
v. 24.

Pfalm. 54.
v. 22.

Excucierunt. student enim huic rei, commentantur, & meditantur, quâ ratione linguam excuciant, & eliment. Thearidas olim interrogatus de cultro, quom bene scinderet? Respondit: Melius quam ulla calumnia. Neque illi linguam culpabant, ut ferramentum, sed, ut gladium, gladius admodum acutus sit necesse est, qui medium seceret hominem; lingua corpus animumque dissecat. Si- nenses equites, uti de iis Maffæus prodidit, elegantissi- mo ornatu armatâque prælium ineunt, quaternis ex ephippio pendentibus gladiis, quorum simul duobus perquam scienter utuntur: DetraCTORIS lingua non qua- tuor tantum, non centum duntaxat, sed sexcentos, sed mille secum gladios nunquam non vehit, ut gladium satis in promptu sit, ubi ubi demum confictu est opus. Lingua detraCTORIS, quandoque tantum incendii exci- tat, quantum nec quatuor millia (quid dico?) quantum quadraginta, quantum centum millia militum non op- piant. Anceps gladius, venenata sica, peracutus pugio, penetrabile verutum, insidiosus dolones, recens novacula & præceps mordaxque lingua, sibi simillima sunt. Addit Hebræus psalmographus, *Intenderunt arcum ut sagittent.* Sicut enim arcus eminus ferit, longè distans nocet, sic detraCTORIS lingua, absentibus imminet, & vel ad mille miliaria distantibus damnus infligit. Intendit quis ar- cum istum in Germaniâ, & configit hominem in Gal- liâ, aut etiam in Hispaniâ degentem; hæ sagittæ trans mare volant. Imò lingua hominis in terrâ existentis cæ- lum invadit, in superos pugnat, Deum læcessit. *Posue- runt in cælum os suum.* Sed & incima terræ viscera rimantur, jamque sepultos lacerant: *Et lingua eorum transivit in terrâ.* Hoc est vivos sepelire, mortuos ab inferis exci- tare. Pergit Psaltes.

Firmaverunt sibi sermonem nequam, uti feroces tauri, cum ad iram proritantur, frontem corrugant, furiosos oculos in hostem defigunt, hunc sibi destinant, in hunc unum omnes impetus collineant: ita detractores perfrictâ fronte, pertusa conscientia, ore ferreo perguent evomere, quod animo conceperunt, & Christi de Charitate legem audacissimè conculcant. Hæc detractorem lingua titulum sibi arrogat, qui proprius est Mortis, NEMINI PARCO: sacros, politicos, nos, ignotos, probos, improbos, religiosos, profanos, amicos, inimicos juxta habeo. Nescit ulli parcere detractor, non adeo patri ac matri. Quid? quod voluptatum illi quoddam genus sit, obloqui; & maledicere inter beneficia ponat; ac inter ingenii felicitates numeret, invenire quod in alio reprehendat, & inter acumina censeat reperire & enarrare quod nusquam est. Vociferatur rex David: *Erue à frameam Deus animam meam, & de manu canis unicam meam.* Per frameam Augustinus designatam ait detractorem linguam: per canem Cassiodorus ipsum detractorem. Sed cur à manu canis liberari vult rex Hebræus? dixisset, Urssi aut Leonis; quid enim canis tantopere timendus est? Imò verò est: Ursum & Leonem quis non ca- vet? at sunt canes qui placidè accedunt, sed tibiam sub- ito morsu appetunt, aut si Britannici sint, erigunt sese & caput invadunt. Tales expertus est rex David. Er qualis molossus erat Saul, qualis Semei, qualis Absalon & Se- ba, qualis Achitophel & Doëg? verè canes molossi, multumque incommodifitici.

Christus in more positum habuit præsentem objur- gate, commendare absentes. Et hæc genuina lex Cha- ritalis est, reprehendenda coram & aperto Marte re- prehendere, ne verò laudem iniquet adulatorio, laudan- da non in præsentia laudare. Christus præsentem acerri- mè invectus, hypocritas, generationem adulteram, geni- nimia viperarum, sepulchra dealbata, filios diaboli vocavit; absentes verò nominans Oves: *Non sum,* inquit, *missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israël.* Nos prorsus contrarium facimus, præsentem laudamus, absentes vi- tuperamus & calumniamur. *Molliti sunt sermones ejus su-*

A per oleum, & ipsi sunt jacula. In hunc omnino modum lo- cuti Pharisei, Christum præsentem & coram, Magi- strum, Dominum, Doctorem veritatis dicebant; absen- tem, fabri filium, poratorem, mensarum assecclam, sedu- ctorem appellabant.

§. IV.

Sed sublimius à Christo documentum ante oculos constituitur. Præcorum Patrum sententia est, Chri- stum dominum quo die cum suis ultimum cenavit, cor- pus & sanguinem suum tam Judæ Jscariotæ quam Apò- stolis ceteris beneficentissimâ manu porrexisset. Hic ego te, mi Christiane, ingenuâ simplicitate interrogem, si tu inimicum tuum, unico tui capitis pilo, juvare posses, fa- ceresne? Novi equidem quid ad ejuscemodi quæstiones multi soleant respondere; Laqueus adversario, patibulum hosti, inimico rota. Sed audite, ô pessimi obtrecta- tores, quid exempli statuerit Christus in inimico. Dum Jscariotes prodicionem coqueret, dum transiitum para- rer ad hostes, Christus illi suum corpus suumque sangui- nem dedit epulandum. Ah, qui potuit nequissimum hominem tanto dignari honore, quomodo cenâ tam pretiosâ non exclusit hunc sacrilegum, proditorem istum, diabolum, qui jam in facinus immanissimum consenserat, qui jam tunc suo domino crucem in suo pectore statuerat; quomodo, inquam, hunc parricida- rum coryphæum inter Apostolos considerare passus, do- minici corporis & sanguinis convivam? Imò antè hunc ipsum latronem mitissimus Dominus in genua provo- lutus est, velut offensam deprecaturus, & illi omnium primo, ut aliquorum opinio est, pedes lavit. Putat enim Fulvius Ursinus in supremâ Domini cenâ Apostolos *Fulv. Ursin. in appendice ad Tricli- nium Rom.* hoc ordine accubuisse, ut in capite mensæ Christus in- ter Joannem & Judam, à Joanne proximus Petrus fue- rit, qui alioqui in aurem insufurrare Joanni commodè nèquisset; reliqui deinceps utrumque mensæ laterus oc- cuparint. Nec dissentit Chrysothomus, qui: *Credibile est, Chrysothom inquit, proditorem impudenter ante Apostolorum principem 69. in 10m discubuisse.* Thomas Aquinas existimat, studio Christum *S. Thom. in suo lateri proximum habuisse Jscarioten proditorem, molliendo homini. Et hinc verissimillimum Judæ ante Petrum lotos pedes. Sed quod huic maximè spectat: No-luit suavissimum Dominus Judam occulti etiamnum flagi- tii reum à piorum communiõne repellere, noluit faci- nus Jscariotæ jam deliberatissimum detegere; non fu- rem, non proditorem, non homicidam appellans, sed nomini ac famæ scelestissimi hominis parcens, dum ipse se auctor proderet. Hinc etiam sacerdoti non licet à cæ- lesti mensâ ullum publicè repellere, tametsi sciat adesse hominem letali noxâ infectum. Er quâ ratione, quâ fron- te nos audemus alter alterius scelerâ detegere, & velut è cathedrâ recitare? Hinc jam liquet, quàm capitalis sit noxa, Detractio, & quàm severâ lege vetita.*

§. V.

Plinius refert camelum aliter potu non gaudere, nisi priùs proculcatione obrubarâ aquâ. Superbum ani- mal suam sibi deformitatem ab aquâ pellucidâ mon- strari non fert: sicut homines nauci, illitterati, famæ non optimæ hoc agunt quod cameli, hominum proborum famam obrubare nituntur diversis detractoneibus, ne soli putentur esse deformes. Sanctissimum est illis de- cretum Ephesiorum, *Nullus inter nos excellens esto.* Quam parum labore segnis famulus, tunc maximè apparet, si unâ cum illo laborem subeat industrius: homo religio- sus tunc enitet maximè, cum ei adstituatur homo vanus, & omnis religionis expertus. Ut igitur vitiosi minùs eru- bescant maculas suas, detractoneibus alios quoque ma- culatos ostendunt; & tunc demum se pulchros credunt, cum & ceteros deformes ac rugosos asserunt. Quid vultis, ajunt, non est sanctior aliis, quem vos sic extollitis: nec ille

Chryf.

Chryf.

Chryf.

Chryf.

Chryf.

Chryf.

Chryf.

Chryf.

Chryf.

Chryf.

Chryf.

Chryf.

Chryf.

Chryf.

Chryf.

Chryf.

Chryf.

Chryf.

Chryf.

Chryf.

Chryf.

Chryf.

Chryf.

Chryf.

Chryf.

Nim. c. 23.
v. 13.

Vide Chri-
stophorum
Scheimerum
de maculis
Solis.

5. Leo &
hyena.
Arist. septe
lib. 7. Ani-
mal. cap. 4.

6. Moneta
adultera-
tor & fur
est.

Prov. c. 24.
v. 9.

Matth. c. 10.
v. 22.

Rom. cap. 1.
v. 30.

Prov. c. 24.
v. 21. & 22.

7. Serpens.
Eccles. c. 10.
v. 11.

Discrimen
inter de-
tractiōem
& contum-
eliam.

Detra-
ctor ex
omni ho-
minū nu-
mero exe-
crabilis
est.

Israëli, rex Balac in eum committitur: *Veni mecum*, inquit, *in alterum locum, unde partem Israël videas, & totum videre non possis, inde maledicito ei.* Putavit rex territum hominem non possit, inde maledicito ei. Putavit rex territum hominem populi multitudine, ideo non ausum maledicere. Proprium est obrectatoris, unam solummodo partem rei gestæ convellere; si, quæ præcessissent, quæ fuissent secuta, scirentur, aliter & ille loquialiter & alii sentire cogentur. Ecquid demum est in rerum naturâ quod omnem excludat reprehensionem, omni probro sublimius? Luna pulcherrimum sidus est, sed & suas sibi maculas habet: Sol longè nobilissimus & formosus altrum, sed & hic deprehensus est nævis non carere. Ut minùs erres, rem totam inspicere, & facile totius symmetria, partes minùs commendabiles defendere.

5. Leo & Hyena est detractor. Theocritus olim interrogatus, quæ essent immanissimæ feræ: Respondit, In montibus & silvis leones & urfos esse putem ferarum ferocissimos; in oppidis verò & urbibus Fœneratores & Detractores. Cùm autem nec mortuis quidem parcant detractores, Hyenæ meritò conferuntur. Hæc lupo non absumilis, humanæ carnis tam appetens est, ut tumulos etiam effodiat, & cadavera in cibum sibi exhumer. Modestè oris homo, suam omnibus famam, quantum licet, sedulo tueretur, si quid de aliis vitiosè norit, silentio velut molli terrâ sepelit; Obrectator carnem cadaverosam & tabo fluentem è sepulchris eruit, vitia occulta in lucem protrahit, seclera oblivione sepelienda in memoriam revocat: Hyena est; Leo est.

6. Detractor, moneta adulterator & fur est. Monetam enim sic accidit, ut ubique repudietur: A page hunc nummum, ajunt, nimis arrosus, nec ad libellam probus est. Ita crebris verborum insidiis plurimi impediuntur ne emergant, aut ubi emerferint, in antiquas tenebras relabantur; ubique reperiunt quæ suæ famæ ac fortunæ obstruant. Essent hi quidem velut proba atque legitima moneta, sed detractor qui primò sic eam circumcidit, sic hominem illum describit verbis, ut nusquam ei bene sit. Detractores & delatores falsos flagellis ac fustibus cædi, & in exilium pellit: Vespasianus imperavit; vivos etiam exuri Augustus mandavit; œnervis cædi Mauritius Imperator jussit: capitali pœnâ affici M. Antoninus Pius voluit. Optimè dixit Salomon: *Abominatio hominum detractor.* Hoc quidem non summum malum foret, odio esse pluribus, nam & Christus prædixit: *Eritis odio omnibus hominibus.* Sed attende quid adjungat: *propter nomen meum.* Detractor non tantum publicum populi odium, sed & Dei est, idque suo merito. Nam, *Detractores Deo odibiles.* Hic titulus illis convenientissimus: *Odibilis Deo.* Ideo Salomon commonens: *Cum detractoribus, inquit, ne commiscearis, quoniam repente confurget perditio eorum; & ruinam utriusque quis novit.*

§. II.

7. Denique Serpens est detractor; hoc ei notum primò jure debetur. Ecclesiastes appositifsimè: *Si mordeat serpens, inquit, in silentio, nihil eo minus habet qui occultè detrahit.* Detractionis naturam exithiè repræsentant verba; *Occultè detrahit.* Detractionem enim à contumeliâ discriminant theologi, quandoquidem contumelia præsentem lædit & dehonestat, detractio absenti conviciatur, & bonæ famæ existimationem imminuit. Ex omnibus omnino animalibus, solum serpentem Deus execratus est: ex omnium hominum numero præcipuè detractor diris devotus & execrabilis est. Sunt autem serpentes, qui ut vivant, matrem suam necant; detractor antequam aliis noceat, sibi ipsi ac suis obest plurimum. Et sicut serpens facillè ladit, unòque morfu totum corpus inficit, ita detractor pauculis verbis, famam & quandoque vitam auferit alteri. Quemadmodum verò diabolus rectissimè Serpens dicitur, sic detractor hac in re diabolus simillimus, & accusator fratrum suorum

est, & ubi accusare non potest, calumniator. Venerunt vates detractoris tanquam serpentis diversicolorem pellem ita depingit:

Absentem qui rodit amicum,

Qui non defendit alio culpante & solutos

Qui caprat risus hominum, famamque dicacis:

Fingere qui non visa potest, commissa tacere

Qui nequit: hic niger est, hunc tu Romane caveto.

Horat. 1.
form. sat. 4.

Rem verbo dixit Bernardus: *Fuge detrahentes quasi serpentes.* Sunt serpentes qui suum veneni thesaurum non caudâ, sed linguâ, aut vesiculâ subtrus linguam, aut dentium cavernulis, aut ipsis dentibus contineant, itaque toxicum mordendo inspuant, vel etiam spuendo jaculentur. Hinc Avicennæ *aspides spuantes.* His serpentes simillimi detractores, qui letale virus linguâ occultunt, illudque expuunt loquendo. Et quamvis hæc vipera vix illum sui morsus vestigium relinquunt, mortem tamen inferunt, ostiolo ægrè visibili. Hinc Cleopatra quæ gladios & vulnera horrebat, nec aliud quam celerem & placidam mortem quærebat, aspides morsu vivere desinit: ita detractor sæpe non grandi tumultu ferit, & vix notabili afficit vulnere, famam tamen enecat:

absentem qui rodit amicum,

hic niger est, hunc tu Romane caveto.

Nec levi tantum studio caveto: si quidem detractor vel colubro exitiabilior est, virus detractoris pæne immedicabile. Hoc supplicii genus minatus olim Deus: *Ecce ego, inquit, mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio, & mordebunt vos.* Romanus sapiens: *Tutò, inquit, serpens tractatur dum riget frigore, non desunt tunc venena, sed torpent.* Aliano & Plinio auctoribus, ad primos Euphratis ortus serpentes nascuntur, exteris quidem nocentissimi, non item indigenis. Angues in Syriâ, maxime ad Euphraten, dormientes Syros non attingunt. Præterea in Africâ Pysylli; in Syriâ Syri; in Cypro & Hellesponto Ophiogenes; in Italiâ Narsi, genus hominum est quos anguigenas vocant, qui nullos timent serpentes: & apud Ægyptios mansuete tradunt aspides. Sed lingua detractoris nullam induit mansuetudinem, nemini non formidabilis; quæ suos perinde atque exteros, dicit manicos, inimicos; probos, improbos; dormientes, vigilantes; vivos, mortuos invadit, morder, inficit, perimit: universos. Rectè dixit Chrysostomus: *Qui detractori studeat, diabolo servit. Grave malum, turbulentus daemon est detractio.*

Hierem. c. 8.
v. 17.
Semeia epist.
42.

Lingua detractoris nullam induit mansuetudinem, nemini non formidabilis; quæ suos perinde atque exteros, dicit manicos, inimicos; probos, improbos; dormientes, vigilantes; vivos, mortuos invadit, morder, inficit, perimit: universos. Rectè dixit Chrysostomus: *Qui detractori studeat, diabolo servit. Grave malum, turbulentus daemon est detractio.*

§. III.

Sancus Arnulphus, notum Belgii sidus, Metensis antistes, tribus illis feriis quibus ad urbis, agrorum & segetis calamitates avertendas supplicatur, cum suis extra pomærium supplicationes instituit. In turbâ latebat femina malo genio infesta, quæ foedis clamoribus proderè se cœpit. Accurritur ad Arnulphum præfulem, qui cacodæmonem hospitio per vim occupato feliciter expulit. Varius hîc vulgi rumor: *Noddo, vir improbus, in detractores viri.* Noddo, vir improbus, in suum præfulem multa incipit garrere: *Ecquis, ait, est iste episcopus? domum habet non usquequaque sanctam; etiam à malæ famæ hominibus ipsius limina teruntur; etiam sancti norunt subinde fieri homines. Hæc non impunè dixeris maligne: tua te Nemeis non præteribit. Nocturnum incendium ædes invadit, & Noddonem cum socio sic corripit, ut rotâ ardere viderentur: illi hoc unum, *Aquas: Aquas,* clamabant, *Aquas.* Demum profiliunt miseri, & humi se volutant velut equi verminosi; sed vix tandem inhærens flamma comprimitur. Passus est bonus Deus, illos tunc exire interitum, sed eosdem ad pœnam repetit. Nam ille ipse detractor, in his ipsis criminibus, quorum præfulem suum arguebat, convictus, caput perdidit; quod utique servasset, si didicisset servare linguam. *Pessima vulpes, inquit Bernardus, occultus detractor.**

In detractores viri dicta divi na.

Bern. ferr.
63. in Sam.

Nova

Nova priscis miscemus. Anno millesimo sexcentesimo sexto, Zagabrii in Austria, quidam non è plebe, viris religiosus in confessu plurium graviter detrahens; & locum loquente digito monstrans: Inde, inquit, precipitandi sunt hi nebulones. Post paucas omnino horas, hic ipse illuc conscendit, & è summis scalis capite pronus ruit; inde seminecem detulerunt domum. Ubi à ruinâ tam grâvi ad se rediit, Dei manifestariam in se vindictam passus est. Atque ubi convaluit, supplex veniam petiit ab iis ipsis quos læserat. Non derisoribus solum, sed & detractoribus parata sunt iudicia. Nec quisquam hoc miretur: Detractor pessimorum furum pessimus fur est; rem furto subtractam non clam servat, sed aliis in prædam objicit, facitque decem millia furum, unico, quod primus ille commisit, furto: Unicum detractoris linguam, multa linguarum millia sequuntur, & hoc omnes agunt, furari famam. Quapropter sua jam parata sunt etiam detractoribus supplicia.

Maurus divi Benedicti notissimus discipulus, è suo in beati Martini cœnobium migravit, ut sacrum ædificium illuc moliretur, ubi architectum subito ruente mole collisum miraculo sanavit. Cæmentarii soluti oris homines: Quis scit, ajunt, quâ illum arte in integrum restituerit; monachus est vagæ habitationis; fidat ei qui volet. Audiit Deus, & mox adfuit ultor à tergo; tres illorum in malis genius infedit; unus ad eum miserè habitus est ab hoc suo hospite, ut lugubri cum ejulatu expiraret. Maurus ubi hoc inaudit, rectâ in divi Martini ædiculam se recepit, & tribus horis continuis, in preces se effudit; dein obfessos accedens: Dei filius, inquit, qui suis potestatem dedit calcandi serpentes & scorpiones, libet vos. Cùmque illi magis furerent, digitos immisit in os furiosorum, ita demum ingenti cum fœtore, notâ symbolâ relictâ, cesserunt Orciniani hospites. Ita Deus in legirupas solet animadvertere. Lex est: Non eris criminator nec susurro in populo, Ulterem senties Deum, quisquis ausus fueris hanc Dei legem evertere.

Narrat Paulinus, ille priscorum Patrum laudatissimus, duos sacri ordinis viros subito fato corruisse, quod Ambrosio Mediolanensi præfili defuncto detraxissent. Ex his alter sacerdos Afer, sed Mediolani in sacerdotium venit. Hic in convivio contemptum Ambrosii antistitis jam functi laudibus obtraxerat. Auditores habuit non valde benevolos. Sed hoc illi tristissimum, quod & Deum haberit auditorem. Nam subito miser expallescere, voce titubare, artibus tremere cœpit. Sic inter brachia deductus est ad lectum, & unâ ad Ierum. Dixit Augustinus: Deus, totus pes est, totus & manus, & oculus est; addo, totus & auris est: videte quàm nihil obaudiat! Detractores Deo odibiles. Nec quisquam purgaverit culpam, etiam si præfatione utatur: Ita fertur; hæc dicuntur; fide quâ emi, vendo. Malas & furtivas merces, mi homo, nec emptas quidem vendere licet. Audisti hæc ab aliis? cura tu, ut ea clanculum sint dicta.

Siracides monet: *Audisti verbum adversus proximum tuum, commoriatur in te, fidens quia non te dirumpet.*

§. I V.

Prandium subinde caninum institunt collocutores aliquot, tanquam compoteres: quisvis suam confert symbolam: sed hoc demum agitur, ut absentes qui non pranderunt, solvant symbolas; pleraque omnia damno aliorum dicuntur. De his symposiis præmonens Salomon: *Noli, ait, esse in conviviis potatorum, nec in comestationibus eorum, qui carnem ad vescendum conferunt, quia vacantes potibus, & symbola dantes consumentur.* De his symposiis, si alius appositè Gregorius: *Qui aliena vita detractiōe pascuntur, inquit, alienis procul dubio carnis saturantur: Potibus vacant, qui de vite aliena opprobrii se inebriant. Carnes quippe ad vescendum conferre, est in colloquutione derogationis vicissim proximorum vitia dicere; symbolum verò dare, est,*

Tom. I.

*A sicut unusquisque solet pro parte suâ cibos ad vescendum, ita in consabulatione, detractiōis verba conferre. Vestitur autem pannis dormitatio: quia despectum & inopem à cunctis bonis operibus mors sua invenit, quem hic ad aliena vite exquirenda crimina detractiōis sua languor occupavit. Nec noxam purgat, dicere: Levia sunt hæc. Sæpe enim parva scintilla magnum, excitavit incendium: lingua detractoris spargit ejusmodi scintillas, in incendium gliscentes. Sunt omnino levia, dices. At si graviora scires, etiam illa effutires. Tu verò pertendis levia hæc esse. At certe non sunt levia quæ invidiam olent aut superbiam, quæ animos dissociant, levia non sunt. Neque enim leve quid est, alterius famam vel leviter imminuere. Non minus homicidium est graphio aliquem atque gladio occidere. Non minus interit Cassianus puerili manu & minutis vulneribus confossus, quàm si Hectoris aut Achillis manu cecidisset: quantò enim infirmior erat manus pungenrium, tantò gravius fuit dilata mortis supplicium; quantò leviores videntur detractoris puncturæ, tantò subinde perniciosius lauciant. Hæc Deus impunè abire non sinit. Qui detrahit fratri, aut judicat fratrem, sum, detrahit legi, & judicat legem. Thomas Cantipratanus, Cameracensis proëpiscopus, suis se oculis usurpasse affirmat non minus horrendam quàm admirandam hujus vitii vindictam. Novi, ait, sacerdotem, nomine magis quàm re talem, qui eò linguæ perulantiâ prolapsus erat, ut quò facilius alios etiam sacerdotes in infamiam traheret, de seipso pessima quæque mentiretur. Hic morti jam vicinus, furis actus, tantâ in seipsum rabie debacchatus est, ut dentibus linguam maledicam scedè laniaret & commoleret, idque palam omnibus ostenderet inde supplicii exordium sumi, unde ille sumpsisset peccati. Sapientissimè monet Ecclesiastes: *Ne temere quid loquaris &c. Deus enim in celo, & tu super terram, idcirco sine pauci sermones tui.* Nondum cæruleas illas plagas transectus es; nisi tuarum ipse sis pædagogus vitiostitatus, non pervenies illuc; abivis in voragines ardentium focorum. Quod si custodiram vis mentem tuam, tuam tu prius custodi linguam, omnem detrahendi libidinem dedisce.*

Sacerdoti, quem dixi, non multum absimilis fuit in Angliâ olim vir religiosus, sed veste solum non moribus, qui rabido detractiōis dente quo vis lacere solitus est. Hic cùm jam in extremis ageret, monitus & rogatus est, sollicitè cogitaret, quòdnam iter insisteret, quò tenderet; de totâ nunc æternitate agi. At ille: *Omittite hæc, inquit, monentis frustra. Illi verò divinum clementiam opponere, fiduciam in Deum suadere, & omni modo animum ad alta erigere conati sunt. Sed moribundus linguam exerens, & digito eam percutiens: Hæc, inquit, lingua pessima me damnavit. Dixit & lingua repente sic intumuit, ut in fauces retrahi nequiverit. Ita infelix expirans grande documentum dedit detractoribus, ut alienis saltem detrimentis sapere discant, & emendatius loqui.*

Qui custodit os suum, & linguam suam, custodit ab angustis animam suam.

CAPUT XVIII.

Auditores DETRACTORVM, quàm graviter delinquant.

Magnes tam arcana quàm admiranda profus Magnetis virtus est, si vel experientiam de eo loquentem audiamus. Ut taceam cetera: pugio si magneti adfricetur, ita vulnerat, ut is qui pungitur, non sentiat se vulnerari. Rem ex fide narrat Hieronymus Cardanus, affirmatque se vidisse magnetem in ædibus Laurentii Gualci medici, quo si acus aut ferreus stylus fuisset illitus, quavis corporis parte inhi sine sensu potuisset. Res

H h h

hæc,

Graviter peccant qui famam alterius imminuunt.

Horrenda hujus vitii vindicta.

Ne te Eccles. cap. 5. mere quid loquaris &c. Deus enim in celo, & tu super terram, vers. 1.

Joan. Major Societ. Jesv Theolog. in Spec. Exëpl. pag. 265. col. 2.

Prov. c. 21. vers. 23.

Levit. c. 19. vers. 16.

Eccles. c. 19. vers. 10.

Prov. c. 23. vers. 20.

Greg. lib. 2. cap. 14. in fine.

hæc, ait Cardanus, mihi visa incredibilis: ergo ut experimentum rei ego ipse caperem, magneti acum adfuitui, eam deinde in brachium immerfi, cumque lacerti torum jam penetrasset, acum quidem sensi, sed dolorem nullum. Atque ut hoc mihi certius constaret, brachium inflexi etiamnum acu, varias in partes flexi, sed nihil doloris sentiebam, nec sanguinis quidquam effluebat, solum puncturæ vestigium cernebatur. Addit Cardanus, quale hujus rei experimentum cepit Mediolani Alexander Veronensis. Hic gladium oleo perunxit eâ ratione ut potnerit quovis & sauciare, & sanare, sine ullo doloris sensu.

Detractio-
he tres vul-
perantur.

Detractio talis prorsus est pugio, talis omnino gladius est; insigitur, lædit, vulnerat, & quidem tres uno ictu: sauciatur enim detractor, detractoris auditor, & is de quo detrahitur. Sed ille qui periculosissimè vulneratur, minimè id sentit detractor, de quo superiore differtatione egimus, nunc de auditore detractoris acturi. Hæc exponemus quàm grave sit delictum, non tantum de aliis detrahère, sed & benevolè audire detrahentes, sic unâ & detractorem, & ejus auditorem instruemus.

§. I.

Homerus, ille poëtarum parens recenset, quâ ratione Ulysses se gesserit inter navigationis socios. Sciverat vir carus Sirenas cantatrices pellacissimas (ut fingunt) solere dulce canere, canendo sopire, sopitos mergere. Ut hoc periculi cum suis evitaret, sociorum aures obturavit cerâ, seipsum malo alligari jussit, dum has aurium insidias præterveherentur. Profectò non oculis tantum, sed & auribus sua sunt pericula, ideo seipsum opus est ad arcenda hæc aurium mala. Agros & hortos conspici nil novi est, sed novum forsitan videatur si circumsepantur aures. At hoc ipsum Siraides necessarium prorsus judicans: *Sepi, ait, aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis.* Non floribus contextam, sed vepribus asperam, paliuris horridam vult esse aurium sepem, si quidem arcendus sit detractor ab hoc ingressu: agnum a feris, horum à furibus defendunt sepimenta, aures à detractoribus spinæ. Hos enim si velis arcere, spinas ingressuris objice, ostende tibi ea quæ dicuntur minimè probari; cave vacias & benevolas aures præbeas; notet detractor, te his scurrilioribus pridem esse faturum. Quod si benignè audias, quidquid tibi alter in aurem garrit, vide cui conferendus sis.

Aures se-
piæ sunt
spinis.

Ecclesi. c. 28.
vers. 28.

Duo canes unum os rodentes, res planè nova & invisita, ac pæne prodigium. Enimvero si detractor & illius auditor tam bellè inter se convenient, alter narrando, alter auscultando, quid eos esse dixeris nisi duos canes qui os unum atrodunt? nempe unus aut plurium mores probi improbi examinantur, trutinantur, cribrantur, variè demum læcerantur sermonibus. Hoc revera est ossa rodere, & dentibus concerpere: quàm autem ambo graviter delinquant tam detractor quàm auditor detractoris, Bernardus severè pronuntians: *Porro, inquit, detrahere aut detrahentem audire, quid horum damnabilis sit, non facile dixerim.* Addit: *Verbum scurrile quod faceti urbane nomine colorant, non sufficit peregrinari ab ore: procul & ab aure relegandum.* Hinc ingeniosè quis dixit: diabolus & in detractoris ore, & in auditoris aure equaliter defaltat. Etenim facilis auditor, instigator est alteri, ut quod cœpit, liberius, copiosius, audaciùs pertexat. Sicut autem suavoris & delinquentis par culpa est, agens & consentiens pari pœnâ puniendus est; ita detractor & auditor pæne pariter flagitiosi sunt. Hoc Thomas Aquinas clarissimè definiens his omnino verbis: *Dicendum est, inquit, quod si aliquis detractiones audiat absque resistentiâ, videatur detractori consentire, unde sit particeps peccati illius.*

Detractor
& auditor
graviter
delinquit.
Bern. lib. 2.
de Confid.
cap. 13. sine
omnino.
Ibid. in sa-
perioribus.

5. Tho. 2. 1.
2. 73. art. 4.

Hieron. 10. 1.
epist. ad Ne-
potian. ult.

In eandem sententiam Hieronymus: *Cave, inquit, ne linguam aut aures habeas prurientes, aut aliis detrahas, aut alios*

audias detrahentes. Sed dices: Ipse ego non detraho, aliis loquentibus quid facere possum? *Ad excusandas excusationes in peccatis ista pratendimus.* Et quæso te, si turgurium in pago transeas, & inde canis provolat ingenti cum larratu, tanquam jam jam infixurus dentes, an non agèrè fers, si domestici canem non cohibeant? quid si eum contra te incitarent, tunc injuriam dissimulares? Mutato nomine de te fabula cantatur. Cum detractorem placidè audis, canem hunc dentibus in alios ire non permittis tantum, sed & impellis; quia illi velut testi credis, sed non ad Christi mentem, qui jubet, *ut Math. c. 28. in ore duorum vel trium testium stet omne verbum.* Imò quod *vers. 16.* deterius, detractori ut cani bonum virum dentibus convellent, faciliùs quandoque fides habetur, quàm si decem alii contrarium jurejurando asserant. Ita non rarò noctuè contra lucem, quam odit, testificanti pleno assensu creditur.

§. II.

Hebraus rex David, ille hominum mansuetissimus, aded concedere doctus, nihilominus: *De Ps. 100. v. 5. trahentem secretò proximo suo, inquit, hunc persequabar.* O Christiani horum hostium satis est ubique; persequimini, nec desistite dum comprehendaris; sed quæso inter comprehendendos, nos ipsos numeremus. Sed dicas: aliter in os obfistere vix ullus est qui non erubescat. Chryostomum egregiè respondentem audi. *Non solum autem maledicentes, sed & aliis detrahi audientes admones, aures obstruere, & prophetam imitari dicentem:* Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequabar. *Dic proximo: habes aliquem quem laudes & commendes? Aures aperio, ut unguenta suscipiam: si verò malè velis dicere, verbis ingressum obturo: non enim sercus & canum accipere sustineo. Quod mihi lucrum, si didicero, quid ille improbus? Maximum igitur nocumentum ex hoc, & extrema jactura. Loquere ad ipsum; curemus nostra. Si detractoris os ita recondas, ut Chryostomus suadet, aut silebit detractor, aut laudabit quem ante carperat. Si verò dissimules, nec liberè detrahas, ad populum corripis, verecundus es, fateor, sed prorsus vitiosus, idque in tuum & alterius damnum.*

Augustinus, ille præsulum gemma, tam non ferre poterat detractores, ut ad proximum mensæ parietem appenderit tabellam, quæ omnes illic accubituros moneret his versiculis:

*Quisquis amat dictis absentum rodere famam,
Hanc mensam vitæ non veritatis esse sibi.*

En mensæ leges præclarissimas: Aliis non detrahere; qui secus assueverit, abesto: hos convivas hæc mensa non admittit. Insigniter hic Augustinus improbam illam consuetudinem notavit, quæ in conventibus, circulis, conviviis, primam omnium quæstionem movet de moribus absentium: *Vah, ajunt, etiam ille fortunæ humanæ subiectus! Et quâ ratione iste hoc non viderit? En clericum insignem, modò esset purioris vite: en concionatorem egregium, modò quæ dicit, faceret: en hominem ad omnes gratias factum, modò sua bona nosset, & uti sciret. Et quàm illi rerum domini, justitiæ tenaces, quàm obtemperantes argento, quàm auro placidè familiares?*

*Difficile est satyram non scribere, nam quis iniquam
Tam patiens urbis, tam ferrens, ut teneat se?*

Ita ludus & jocus est aliis detractionis dentem insingere. Ideo Augustinus ut hæc confabulationes domo suâ excluderet, ad mensam lectorem adhibuit, qui animum pasceret, dum reficeretur corpus. Contigit autem, quod Possidius narrat qui ipse interfuit, ut Augustini mensam Anriscites complures accumberent, sed legis ab Augustino scriptæ oblii, liberius de aliis loquerentur, quibus ingenuè Augustinus: *Domini fratres, ajebar, aut illa tabella refigenda est, aut vos sermones istos desinctis, aut ego ad cubiculum facessò.* Eiusdem ferè

hic
câ

Detr
tunc
roni
1. In

1. Ta

Inven. sat. 1.
vers. 30.

1. Pro
cates

ferè animi fuit. Joannes Alexandrinus Patriarcha, ille A
 elemofynarum largiffimus, hic fi quem aliis obtrectan-
 tem audiiffet, admonuit, aut ingeniofe in alios sermo-
 nes deduxit: fi pergeret alter, tacebat quidem Joannes,
 fed nomen hujus notabat, & colloquio finito, ei qui fibi
 à cubiculo, præcipiebat, hunc talem hominem non am-
 pliùs intrmitteret. Certiffimum est quod dixit Hiero-
 nymus: *Vbi defunt audientes, non inveniuntur detractores.*
 Defit auditor, deerit detractor.

Edmundus rex Angliæ, Dunftanum antiftitem ma-
 ximi fecit, virtutem viri & eruditionem admiratus, ideo
 hunc ipfum in magni momenti negotiis adhibuit con-
 fultorem. Placebat regi æquitatem ab hoc præfule non
 fine nervo urgeri. Egrè hoc habuit diabolus. Ut ergo
 hos animorum confenfus turbaret, reperit qui Dunfta-
 no præfule peffimè vellent, quamvis amorem & obfe-
 quia fimularent. Hi primò velut per cuniculos, regis
 aures aggredi, & teçtè callidè que famam præfulis inceffe-
 re, dein paulò apertius eidem detrahere, ita blandè
 ac fenfim Dunftani odium instillare, denique, palam,
 quem oderant, cavillari. Hoc effectum apud regem ni-
 mis credulum, ut aulæ aditus Dunftano fuerit interdi-
 ctus. Paucis poft diebus, rex venatum ivit: in filvâ venati-
 onis deftinatâ, mons erat & ingens præcipitium. Sub
 venatus principia inter primas feras nobilior fe cervus
 offerebat, & dignus qui regem fatigaret. Ita rege ac hy-
 bridis infectantibus ad præcipitium delatâ est fera, ubi
 unâ cum canibus præceps ruit. Regius equus eadem
 properabat viâ, idque incitato curfu. Rex præfentiffi-
 mam mortem jam oculis cernens, Dunftanum cogitat,
 Deùmque rogat donari fibi vitam, ob innocentiam
 Dunftani. Celeres funt in tam præcipiti fato cogitati-
 ones, nec minùs celeres funt Dei aures manùfque (fic lo-
 quimur) ferendæ opi. Ita fubitò conftitit equus. Rex è
 venatu domum reverfus, narravit fuis non fine læto
 horrore, quid miraculi fibi obtrigiffet, vitam fe fuam bis
 debere Deo, fed & Dunftano Dei amico. Idcirco Dun-
 ftanum revocari juffit magnis honoribus, petiitque à
 præfente veniam fubmiffiffimè, aures nimium credulas
 fe præbuiffè fufurronibus, & amicum fe fpondit in
 omnem vitam. Videte quâ ratione famam reftituerit
 detractiois auditor. Quot detractorum non millia,
 fed milliones reperias; fed qui famam iniquè fubtra-
 ctam pareat reftituere, vix ullus eft.

§. III.

Verùm nobis hîc fermo de detractorum auditori-
 bus, qui vario difcrimine detrahentem audiunt.
 Sunt qui detractores quidem audiunt fed inviti, nec fi-
 ne morfu animi. Atque hi tantùm abeft ut malè agant,
 ut etiam præmium à Deo mereantur, præfertim fi eju-
 fcedodi narrationes fibi minimè placere non obfcure
 fignificent. Sunt alii qui audiant hæc talia & taceant, ut
 pæne nefcias num quæ dicuntur, illis placeant an difpli-
 ceant. Reprehenfi ob filentium iftud illaudabile, his
 plerunque fe purgant: Ego nemini os obftro: loquan-
 tur alii quod volunt, per me licet; neque verò curæ meæ
 demandarum eft, omnium fermones expoliæ. Hi tam
 pacifici viri feipfos fuaviter decipiunt: certè illis difpli-
 cere debet, cum alius læditur, & Deus offenditur. Hi præ-
 cipuè quibus jus eft in alios, graviter delinquant cum
 detractorem audiunt, & fient: Error cui non refiftitur,
 approbatur; & veritas quæ non defenditur, cum poiffit,
 opprimitur: nec fufpicionè caret vitiofæ focietatis, qui
 vitia cum narratur, tam favente filentio profèquitur.
 Sunt & alii qui non audiant tantùm detrahentem, fed
 & provocent ad pertexendam narrationem attentione
 admodum benignâ. Et fubinde non difsimulanter mo-
 nent: Pertexe obfecro quod narrare cœpiffi de hoc ho-
 mine: Veritatem noffe avemus. Jam ante quidem de
 hoc aliquid inaudiffi, fed myfterium non capiebam, tu

Detracto-
 rum audi-
 torum vari-
 i. Inviti.
 2. Tacetes.
 3. Provoca-
 tes.

explica. Alii aliter detractioem eliciunt: Ille, ajunt, A
 hæc & hæc de te fpargit, & tu, quod valde miramur,
 etiamnum files? Ita detractor mirificè animatur, ut
 quiddam veneni concepit, evomat ore liberrimo: & hi
 omnium graviffimè delinquant, nam delectantur his
 fabulis quæ in alios recitantur. Ita detractor, & ejus au-
 ditor, diabolus gefant, alter in ore, alter in aure. Cum
 jam accedit tam avida credulitas, ut omnia quæ his nar-
 ratiunculis percenferentur, vera effe arbitremur, mox in
 iram & impatentiam effundimur, verba verbis, convi-
 cia conviciis, contumelias contumeliis oggerimus. Hinc
 lites & odia immortalia; hinc folvitur omne humanæ
 conjunctionis commercium, omne mutuæ charitatis
 vinculum, omnis fideri affectus neceffitudo, omnis
 amoris nexus, omne fiducia robur. Hinc effera nocen-
 di libidine in aliena damna rapimur, idque benevolen-
 tiæ mantelo teçtè, nec enim crimen arbitramur, cui
 præfigitur nomen honefti. At illud Bernardi fiat im-
 motum: *Detrahentes & audientes pari reatu veniuntur. Sicut
 autem irafceris alteri, quando detrahit tibi, fic irafceris tibi,
 quando detrahit alteri, aut certè detrahentem audis. An
 non & ipfe moritur qui venenum bibit, quod ei malè
 futada detractoris lingua propinat? His ergo auditori-
 bus triplex documentum damus.*

4. Alle-
 ctantes.
 Detractor
 & auditor
 diabolus
 gefant, al-
 ter in ore,
 alius in
 aure.

§. IV.

Primum: *Teipfum infpice, & tecum habita. Ut notis
 quàm fit tibi curta lupellex. Quid oculos perdis in
 alienis, tua tu cura. Et quæfo quis te hiftoricum confti-
 tuit in vitam & mores alienos? Cur alieno choro pedem
 imponis, homo curiofe ac ridicule? Inquire tu potiùs
 Adibus in propriis quæ prava aut recta gerantur.*

Bernard. de
 inter. domo
 cap. 42. &
 ferm. de tri-
 plici custo-
 diâ, ante
 med.
 Auditori-
 bus detra-
 ctorum tri-
 plex docu-
 mentum.
 1. Teipfum
 infpice, &
 tecum ha-
 bita.

Lamias noftri quæ domi oculos in crumenâ reconditos
 habent, foras egressuræ reponunt fronti; atque ita fit ut
 domi cæcutiant, foris fint oculatiffimæ. De fene quo-
 piam eleganter dixit Socrates:

Procul videns, fed cominus videns nihil.
 Nam id multis fenibus accidit, ut propius ad mota non
 cernant, longius fenota videant. Ita plerique aliorum
 minimis vitii offendimur, noftros etiam maximis blan-
 dimur:

*Cùm tua pervideas oculis malè lippus inunctis,
 Cur in amicorum vitii tam cernis acutum,
 Quàm aut. Aquila aut ferpens Epidaurius? &c.
 Qui ne tuberibus propriis offendat amicum,
 Pofulat, ignofcat verrucis illius æquum eft.*
 Ergo in tuum ipfius finum infpice, fortaffis vitium
 de quo quæreris, fi te diligenter excufferis, in finu tuo
 invenies. Hinc omnis vitæ peftis oritur, quòd fibi quif-
 que blanditur, & quantum alii præter æquum detrahit,
 tantùm fibi philantia vitio præter meritum tribuit: fe-
 ftuculam ex oculo vicini eximit, trabem in fuo non cer-
 nit. Et ficut oculus proximarum genarum nævos non
 videt, ita nos in noftros vitii deprehendendis planè cæ-
 cutimus; minutulos defectus in aliis vigilantiffimè ob-
 fervamus, noftros vel manibus palpandos tranfimus
 cæci. Et plerunque quò ægrius ferimus de nobis finiftre
 quid dici, eò audaciùs, idque cum voluptate, per alie-
 na vitia blaterando graffamur: volupe nobis eft in alio-
 rum mores & oculos & dentes infigere. Pfaltes id no-
 tans: *Scrutati funt, inquit, iniquitates, defecerunt scrutantes
 scrutinio.* Sic alienas fordes in oculis habemus, noftros à
 tergo. Nimirum non videmus mantica quod in tergo
 eft. Hujus farinae homines objurgans Salomon: *Gene-
 ratio, inquit, quæ fibi munda videtur, & tamen non eft lota à
 fordibus fuis.* Si olla fuliginem & atrotrem induta in fe-
 culo fe contemplaretur, non diceret fumofo cacabo:
 Væ tibi niger. Et

Horat. lib. 1.
 fat. 3.
 Pf. 63. v. 7.
 Cæcullus in
 Scævone.
 Prov. 6. 30.
 verf. 12.
 Inven. fat. 2.
 verf. 24.
 & f. 293.

*Quis tulit Gracchos de feditione quærentes.
 Quis calum terris non mifeat, & mare celo,
 Si fur difpliceat Verri, homicida Miloni?*
 H h h 2 Nec

Nec aliter Christiana lex sentit. Christus olim iis permisit, ut primi lapides jacerent in feminam libidinis accusatam, qui peccato carerent. At nullus fuit qui vel lapillum tolleret. Sic, ô Christiani, nostra nos agamus, nostra obsecro curemus, nostra; & neminem æquius, quam nos lapidibus salutandos dicemus. Sed hoc agit dæmon, ut nos aut rei fiamus, aut præpropere damnemus reos. Præclare Climacus; *Aut peccare, inquit, nos dæmones urgent, aut cum non peccaverimus, judicare peccantes.* Maligna hæc solertia est, suum hortum sentibus obdutum negligere, & hortulum alienum ingredi, ad herbas inutiles evellendas. Mi homo, mane tu in tuo orto, fatis hic lapparum, & lolii, & urticarum est quod erunces. Ego, teipsum inspice, & aliorum nævos tacebis.

Bernard. de Nunquam alius derahes, ait Bernardus, si te bene inspexeris.
inter. demo
cap. 42.
2. Sermo-
nem malè
ceptū aliò
derivare.

Alterum documentum est impediendæ detractiōi, Sermonem malè ceptum aliò derivare. Ut enim cum ferociens taurus hominem insequitur, pallium ei in caput obijcitur, ut dum luctatur cum pallio, furibundis oculis subducatur se homo. Ita cum quis alium detrahendo insetatur, consultissimum est, pallium ei, hoc est, diversum sermonem obijcere, ut cesser detrahere. Neque semper adeò sollicitè curandum, quàm id dextrè fiat, & cum decoro. Ex abrupto subinde aliud loquendi argumentum est injiciendum. Thomas Morus, illud Angliæ fides, vir perinde sanctus ac eruditus, melioris exempli ubique observantissimus, quamprimum audiit, apud quoscuque fuisset, in aliorum famam immitti remerariam falcem, & contumeliosè quid dici de absentibus, continuo sermonem aliò avertere conatus: Quivis, ajebat, quod volet dixerit, ego verò ajo hanc domum optimè structam esse; revera magistrum se probavit, qui hoc ædificium eduxit. Ita maledicentiam aut correxit, aut certè turbavit.

Alcibiades, uti Plutarchus de eo memorat, inter Græcos vir magnus & sapiens, de se passim non optimos sermones spargi audiit: ut ergo illos si non melioribus, saltem minus malis permutaret, cani pulcherrimo & paulò antea empro caudam amputavit, & sic mutilum per urbem vagari liberè permisit. Indignius tulerunt hoc amicorum aliqui, rati non decere tantum vitium, facere tam ridicula. Quos Alcibiades blandè monuit ne indignaretur, etenim hoc unum agi, ut populus omnem maledicentiæ libidinem in re levissimâ consumeret: Loquantur, inquit, de cane Alcibiadis, modò Alcibiadem designant lacerare. Ita tigridi obijcendum est speculum, ut obliviscatur rapti catuli. Vidit vir insigniter perficax eum, qui in omnium oculis est, difficillimè maledicis linguis subdici posse, ideo rem leviculam velut offam obijcere placebat Atheniensibus, ut haberent quod dicerent, minus tamen læderent: ita homo temperantis linguæ conetur omni modo detractoris sibilos compescere: quòd si filium orationis præcindere nequeat, hoc saltem agat, narrata mitiget, animo non malo factum excuset, non omnia quæ rem circumstant sciri posse affirmet, plerumque rumorem re majorem esse doceat. Ita intemperantis linguæ affundenda est frigida, ita impetus detractoris refrenandus, & dextrè, si fieri possit, aliò flectendus.

Tertium documentum est, subducere se tam noxiis fabriculis, & ipso discessu detractoris linguam configere: sciat locutulejus ille se gratum non fuisse. Hieronymus hoc suadens: *Si quem, ait, alicui detractorem audieritis, procul fugientes admittite velut serpentem, ut verecundià vitæ disscat de aliorum factis flere.* Hoc divinus Paulus confirmans: *Nunc autem scripsi vobis, inquit, non commiseri, si is qui frater nominatur, est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus.*

Cassianus refert visum à se optimum senem Machetem, qui id gratiæ à Deo impetravit, ut quamdiu de rebus divinis verba fierent, somnus non subreperet, et si

A dies noctesque protolleretur sermo: si quis verò colloquia otiosa ferere, aut de aliis detrahere cœpisset, in somnum protinus solvebatur. Qui Machetem æmulati nequit, qui dormire non vult, aut abire non potest, monstret saltem se Christianum esse, signum edat, sibi hæc talia non placere, idque statim sub initium pravi sermonis faciat, dum ignem etiamnum unâ stulâ licet extinguere: hic enim ubi invaluerit, pæne indomabilis est. *Ventus Aquilo dissipat pluvias, & facies tristis linguam detrahentem.* Quo sensu Hieronymus dixit: *Si vultu hilarari audieris detractorem, tu illi das fomitem detrahendi; ille ignem excutit, tu substernis ignarium: quòd si facie subtristi & aversa detractorem audias, disce ille non libenter dicere, quòd didicerit non libenter audiri. Sin aliter agis, ostendis te illum, cui detrabitur, aut falsum fratrem, aut timidum amicum esse.*

§. V.

Nisi sic agamus, ô Christiani, & aliorum famam tam cautè custodiamus quam nostram, illas Domini leges rumpimus, quæ alios eo quo nos ipsos amore fovendi volunt. Neque verò is solum nequiter agit, qui vicini domum incendit, sed & ille qui ad accensæ domus ignem se calefacit. Si non hostis est, aquam adferat, incendio resistat. Sic non tantum nocent qui aliis detrahunt, sed & illi qui detractiōnes non impediunt, qui applausu & gratulatione commendant. Ille demum sincerus est amicus, qui non tantum non alteri detrahit, sed & detractores, ut potest, compescit: ille fides frater est, qui, quantum licet, erubescendam aliorum sortitudinem tegit, nisi eam aperiat iis quorum est juvare, non infamare. Aliorum vitia regenda sunt, non oculis aurbusve ingerenda. Appelles pinxit Antigoni regis imaginem altero lumine orbam, prius excogitata ratione vitia deendi: obliquam namque fecit, ut quod corpori deerat, picturæ potius deesse videretur: tantumque

Ceam partem è facie ostendit, quam rotam poterat ostendere. Ita pingit manus & mens Christiana: quod in alterius vultu vitiosum est, omittit, id ostendit solum quod dignum oculis. Apellem insignissimè imitatus est Plato, non manu & penicillo, sed affectu & studio aliena vitia regendi. Accusabatur apud Platonem Xenocrates discipulus, quod de magistro multa impie locutus esset. Criminationem Plato sine ullâ cunctatione respuit, dixitque hæc sibi parum probabilia videri. Instabat certo vultu index, quærens causam cui sibi fides non haberetur? Adjecit Plato, non esse credibile, ut quem tantopere amaret, ab eo invicem non diligeretur. Postremò cum ad jurandum inimici asserentis malignitas confugisset, ne de perjurio ejus disputaretur, affirmavit Plato, Xenocratem nunquam illa dicturum fuisse, nisi ea dici sibi expedire judicasset. Sic omnino aliena vitia & extenuanda & regenda, non exaggeranda, non evulganda sunt. *Sed & cunctis sermonibus qui dicuntur (monet Ecclesiastes) ne accommodes cor tuum.* Bernardus optimè à se dicta confirmans: *Detrahentes, in modo bene vivens. c. 17: trahit, & qui detractorem libenter audit, uterque peccat. An non & ipse moritur qui venenum bibit, quod ei mala sua detractoris lingua propinat, & dum necit, paulatim in eo fraterna charitas resrefigescit. Ut hoc malum caveret, ille Imperatorum maximus Imperator Constantinus, dicere solebat, si suorum oculorum fide præsumptum Christianum rem nefariam committerem deprehenderet, se id non tantum non evulgaturum, sed etiam paludamento suo facti infamiam operturum. Ita prorsus alter alterius famam tueamur, & omnem vel umbram detractiōnis, velut & anguem pestiferum, horreamus, prout & admonet & obsecrat Magnus ille Apostolus Jacobus: *Nolite detrahere alterutrum fratris mei.* Siquidem illo*

Prov. 6. 25.
vers. 23.

Sincerus est amicus qui detractores ut potest compescit,

Plin. lib. 35.
hisor. nar.
c. 10. med.

Valer. lib. 4.
cap. 1. in ex.
termin.

Eccles. 6. 7.
vers. 22.

Bernard. de modo bene vivens. c. 17: & c. 33. & serm. de triplici custodia.

Baron. 15. 3.
anno 325.
num. 43.

Jac. cap. 4.
vers. 11.

Deus illo
vindictæ
rigore in
nos utetur,
quo nos
vult fieri
in
alios.

illo vindictæ rigore in nos utetur Deus, quo nos vult fieri in alios: illius scelera in patentissimam lucem protrahentur, qui aliorum naves operite recularit, par pari ad amissum referetur. Vis, ut alii de navi tuis taceant? tu etiam de aliorum taceto; seras ori, & linguæ frena immittito. Laudabis, si potes, omnes. Non potes? Ne damna. Virtutes nullæ sunt, vitia maxima? Utrumque preme. Narrant alii? tu aliud sermonem verte. Inurbanum fors erit majorum sermones tanquam injectâ novaculâ secare? Tace. Rogaris sententiam? Minue, aut aspera mollioribus leni. Deesse lenitas conanti non potest. Visa referuntur? Tu ad humanam deflecte imbecillitatem, & virtutes alias opponere, dic in maximis etiam viris semper fuisse, quod ignoscendum esset. Quod si quis pergat damnare, tu vide an aliquid habeat laudandum qui damnatur; & pro damnandis laudanda suggere, etiam in inimico. Mirum, quantum hæc laudes ad odia ponenda & amorem conciliandum valeant. Nam & illi ipsi qui damnant, laudabunt taciti secum, & amare fortius incipient, quem hostis sui laudatorem ferentur.

Imm. Major
Sec. J. S. V
Ithol. Spec.
Exemplor.
pag. 264.
col. 1.

Sed antequam missam faciamus Detractionem, nunquam satis detestandam, addo rem memoratu dignam. Erant duo sibi familiarissimi de Clericorum numero, quorum alter pessimus detractor neminem non maledico dente impetebat. Hic morbo correptus a socio monebatur, rem suam ageret, & vitæ maculas elueret penitentiâ. At surdo fabula canebarur. Saltem, inquit alter, inter nos fœdus ineamus, etiam post mortem duraturum. Si tu me præcesseris moriendo, obsecro, intra triginta dies, te mihi cernendum siste (nisi Deus obstitat) & alterius Orbis arcum edoce. Promisit temerarius se id facturum, in gratiam tam constantis amicitia. Neque verò id Deus fieri prohibuit. Itaque paucis post mortem diebus ille ab Orco emergens, flammis undique operatus, in conspectum se dat superstitis amici. Hic, agnito socio defuncto, ita tremore concussus est ut nec vocem expedire, nec oculos in flammeam larvam figere potuerit. At umbra illa explicatè hominem compellans: Ego, inquit, sum ille socius tuus æternum damnatus. Nam ipso mortis momento ad iudicem ductus, accusatoris eos habui, quos detractoribus infamavi. Cùmque objecta nec negare, nec diluere possem, iudex sententiam tulit, eheu, eheu tremendam æternam!

August. 10. 2.
cap. 137.
c. 14.

Si tale detractores supplicium manet, non abs re Augustinus: *Quem diabolus, inquit, non potest devorare seductum ad nequitiam, famam ipsius inquinare conatur, ut si fieri potest, opprobriis hominum & malarum linguarum detractione deficiat, & sic in ejus fauces ruat. Custodite ergo vos à murmuracione qua nihil prodest, & à detractione parcite lingua, quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit.*

Pf. 33. v. 13.
& 14.

Quapropter, *quis est homo, qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Prohibe linguam tuam à malo: præcipue verò à maximo detractionis malo. Quantum pepercit alienæ famæ, tantum parces tuæ & famæ & vitæ.*

E

CAPUT XIX.

EXCUSATIO quàm per vulgatum, & multiplex sit vitium.

Laconum quispiam, uti Plutarchus memorat, luciniam cepit, & quia tam suavem auribus cantatricem expertus est, etiam dulcem palato futuram credit, ideo miscellæ plumeam tuniculam detraxit, ut eam foco pararet: at cùm illam vix oscillis hærentem cerneret, indignabundus dixit: Vox es, & præterea nihil. O avicula macilenta, multum linguæ, parum pulpæ habes!

Tom. I.

Hominem verborum & linguæ tam divitem, inopem rationis, non malè sic compelles: Vox es, mi homo, prætereaque nihil. Eum præsertim hoc titulo dignabimur, qui quidem sæpissime delinquit, nunquam tamen non excusatione opponit.

Excusatio non postremum malorum est inter linguæ vitia. Excusantem linguam rectè lusciniam dixeris, quam quis altero tantò majorem avem censeat, antequam videat. Quod si miscellam incipiat deplumare, non avem sed avis umbram dicet; ita profus si quis excusanti linguæ rot coloratas plumulas subtraxerit, vix inane virtutis simulacrum reperiet. Demades olim cives Athenienses fistulæ comparavit, cui si columella seu lingua lignea subtrahatur, tóra obmutescit nemini utilis. Huic lignæ fistularum linguæ non malè comparavero Excusationem, de qua nunc agere instituo. Multiplex profus est Excusatio, & plerunque vitiosa, quod jam paulò uberius exponendum.

Excusatio inter linguæ vitia non postremum malorum est.

§. I.

Inter omnes animantes vix est munditiæ amantior felle. Aspice quæso quàm studiosè felis jam anteriores pedes, jam posteriores, jam corpus reliquum lambat, vide ut pelliculam linguâ extergere, & nitidam reddere laboret: in omnem partem suo se linctur expolit. Sed & hoc verecundiæ accepit à naturâ, ut finitum suum quàm potest diligentissimè operiat, & quod nares oculò solve posset offendere, cautissimè iis subducat. Lingua excusationibus assueta feli simillima est, quibuscumque navi nitorem allinere conatur, lambit lingitque omnia, ut sordes abstergat, callidis defensionculis quosvis errores operire nititur. Hic sanè nos Adami posteros, & seros nepotes esse prodimus; negemus in ceteris, hinc deprehendimur. Adamus post admorsum hunc ægerimè noxam fateri, imò eam in conjugem derivare, conjux serpenti culpam impingere, sic alius alium excusando accusare, ita demum pæne omnis culpa in Deum recidere. Nam Adamus non dissimulante: *Mulier, inquit, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & com-*

Gen. cap. 3. v. 12.

di. Ac si apertius diceret, nisi hanc decepticem mihi adjunxisses, ego quidem culpæ permanissem exors. Sed nec mulier se ream fassa: *Serpens, inquit, decepit me & com-*

Ibid. v. 13.

edi. Perinde si dixisset: quid agit in paradiso serpens? peccavit qui hunc impostorem intronavit. Has artes miser à parentibus didicimus, antequam discere possemus. Præclare de hoc Gregorius: *Vitatum, inquit, humani generis vitium est, & latendo peccatum committere, & commissum negando abscondere, & convictum defendendo multiplicare. Ex illo quippe lapsu primi hominis hæc augmenta ducimus nequitie, ex quo ipsam radicem traximus culpa. Ita nihil pronius humano ingenio quàm se subseqe errores defendere. Sed aliter docens Paulus: Non defendentes, inquit, vosmetipsos charissimi. Et Hebræus rex David: Dixi iniquis, ait, nolite iniquè agere, & delinquentibus, nolite exaltare cornu: Nolite superbè defendere peccata vestra: si fecistis iniquitatem per cupiditatem, ne defendite per elatam pravitatem. Augustinus: *Malum est, inquit, peccatum pejus est perseverare; perniciosius defendendo se, in Deum culpam refundere. Et uti Cassiodorus censet: Maximum est vitium excusationis, nam quasi cornu erigit, qui peccata sua defendit. Pessima est Grammatica, cùm nomina virtutum tribuuntur vitiiis.**

Greg. 1. 22. mor. cap. 9. initio.

Rom. c. 12. vers. 19. Pf. 74. v. 5.

† In rebus gestis Sanctorum, vix quidquam, arbitror, magis mirandum est, quàm quod complures gravissimorum criminum accusati, illa non aliter quàm silentio censuerint refutanda. In hoc obstupescendi Marinus & Theodorus, sub virili nomine & veste, utraque verè virgo & castitatis observantissima, stupri tamen utraque accusata, illa triennio probrum omnium & ludus, ista septennio quasvis injurias patientissimè tulit. Gregorius Thaumaturgus à meretricia negatum sibi quæ-

* Vterque in dicitur psal. † Bar. 10. 2. an. 233. v. 9. Nos par. 2. c. 1. §. 5. rem explicitiis nav. Matth. Rad. in Bar. v. 1. & p. 1. Hist. Bar. Andr. Braveri p. 602. Russin. A. quid. m. 29. apud Ros. v. 10.

H h h 3

stun

Itum postulat, quia tunc cum aliis agebat, versus ad famulum : Heus tu, inquit, numera ei pecuniam, quam exigit, ne diutius nos turber. Vix illa numos & unâ cæcodæmonem recepit sui corporis inquinum, à quo graviter cruciata, & humi afflicta est miserandum spectaculum. Tandem precibus ejusdem Gregorii ab hoc hospite liberata est. Emmeramus, sanctissimus præful, ut duos certi criminis reos supplicio liberaret, ipse reus videri non recusavit, & membratim perit. Ab hac eadem virtute Ruffinus Aquilejensis commendat Eulalium patientissimum cœnobitam, in quem negligentiores alii falsis excusationibus culpas suas quotidie derivabant. Cùmque ob id non raro acerbius objurgaretur, ille in terram se prosternens, nihil excusabat, sed veniam submississimè rogabat. Jamque proximè aberat, ut monasterio ejiceretur Eulalius, cùm Cœnobiarcha divinitus edoctus jussit omnino storeas in cumulum comportari, & accendi; combustæ sunt omnes præter unius Eulalii stoream.

Hanc nobis lucem præluxerunt tot sanctissimi homines, qui ad virtutis fastigium penetraverunt, se suaque non excusando. Quippe *piarum mentium est*, inquit Gregorius, *ibi culpam agnoscere, ubi culpa non est.*

§. II.

Gen. c. 44. vers. 16. Filii Jacob cùm furi accusarentur se reos confessi sunt.

Iosephi Proregis Ægyptii fratres, cùm frumentum in Ægypto cœmissent, jamque viam relegerent in Canaan, retracti sunt in Ægyptum velut ingratisimi hominum, & fures, ob scyphum argenteum in Benjaminii sacco repertum. Hic Judas tam prudens & erectus animi non dixit: Si examinemur, fratres mei, negare audacter & pernegate; lycophantias in nos strunt Ægyptii, insones sumus. Jamque ad Josephum Protegem perducti, dejecto vultu se reos confessi sunt. Hic ceterorum orator Judas: *Quid respondebimus*, inquit, *Domino meo? vel quid loquemur aut justè poterimus obtendere? Deus invenit iniquitatem servorum tuorum: en omnes servi sumus Domini mei.* Quàm hoc ingenuè & sanctè? Quòd si Judas homo garrulus, & ligator fuisset, omnia in suum jus trahens, cepisset publicè fratres suos examinare dixissetque: Tu Ruben dic bonâ fide, nunquid hunc scyphum furatus es? Tu Simeon, & tu Issachar nunquid vos sublegistis poculum? ausim jurare nec ceteros id autos: Benjaminum id non fecisse nimis mihi constat. Nil horum obdixit Judas, sed reum se fratrelque falsus: *Iniquitatem*, ait, *servorum tuorum invenit Deus.* Hæc indoles bonæ mentis, non tantùm siquid deliquerit, ingenuè fateri, sed etiam culpam agnoscere, ubi culpa non est. P. almo-

Psal. 31. v. 5. Neque tantùm coram Nathane in conclavi dixit: *Peccavi Domino*, sed peccarum publicè confessus, culpam non in alium verit, non contexit, non suppressit, sed in seipsum publicum carmen scripsit, ut Orbis sciret quàm malè egisset: *Dixi, confitebor adversum me iniquitatem meam Domino.*

Aug. in ps. 84. v. 12. Pulchrè Augustinus: *Veritas de terrâ orta est, inquit, & justitia de cælo prospexit. Que justitia de cælo prospexit, tanquam Dei dicens: Parcamus huic homini, quia ipse sibi non pepercit, ignoscimus quia ipse agnoscit. Conversus est ad puniendum peccatum suum, convertar & ego ad eum liberandum.* Ideo David singularissimè rogat: *Ne declines cor meum in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis.* Quanti sunt, qui si lateant cùm peccant, audacter se peccasse negant; si deprehendantur aut convincantur, excusant aut defendunt. Et quàm facilis defensio, inquit Augustinus, quàm cita, sed quàm præceps, quàm quotidiana & quàm sacrilega? O si Deus hoc noller, non facerem! Hoc voluit Deus, fortuna hoc voluit, hoc voluit fatum. Et ista, fratres mei, defensio qualium est? Non solum indoctorum, sed etiam doctorum. Sedent & computant sidera, intervalla, cursus, volubilitates, situs, motus, intendunt, describunt, conjiciunt: docti magni videntur. Totum hoc doctum & magnum, de-

Psal. 140. vers. 4.

Aug. in civ. ps. 140.

A sensu peccati est. Eris adulter, quia sic habes Venerem. Eris homicida, quia sic habes Martem. Mars ergo homicida, non tu: & Venus adultera, non tu. Vide ne pro Marte & Venere tu damneris, Deus etenim qui damnaturus est, novit quia tu es.

Quod Augustinus de sui ævi vanissimis per astræ excusationibus queritur, id hodièque largiter deplorandum. Quàm multos reperias qui credant hæc humana ad astrorum motus & rapi & regi; & qui unam cæli vim, unos siderum cursus suæ nequitie principium assignent, qui vitam, cupiditates, læta & tristia è stellarum inter se commercio fortiri nos putent. O vanitas vanitatum! Unde quæso tantùm sideribus in corpora nostra, imò in mentes imperium? Ex iis scilicet expectabo felicitatem, ex iis vitæ genus & mortis arbitrium. Num ergo qui prælium subeunt, simulque extinguuntur, omnes sub eodem cæli ordine erant nati? Quid autem cùm in prædonem quis incidit? Fatale erat, inquis, ut hunc prædo obruncaret. Num ergo eadem astra quæ viatorem, dum nasceretur, ferro prædonis mancipabant, ipsi quoque prædoni diu fortasse antea nato, mentem vimque dederunt, ut aliquando hunc veller & posset occidere? Cùm quis verò ædificii ruinâ obruitur, an quia erat in astris, ut eum sua domus sepeliret, afflicta est murus? Quò libertas mortalium, si à præscripto siderum non possunt recedere? Cur ergo valetudinem curam, cur vitæ abjicere, animum ad virtutes appellere cogitem, si nascenti dictum est, quid me esse oporteat? Hoc non vanitas solum ac ineptia, sed & impia stoliditas est, res fortuitas, res libera, huic siderum necessitati tribuere. Neminem mortalium sideribus cogi vel

B hinc constet, quòd haud pauci imperum ab iis concitata ratione frenamus, & nullâ re magis nostrum genus à beluis discrepat, quàm hoc libertatis privilegio, quæ sollicitari quidem subiectis motibus, sed ad vitia aut virtutem adigi invita non potest. Hinc in philosophorum scholis nihil vulgarius, quàm sapientis animum, expertem servitutis, ipsis quoque imperare sideribus. Hinc & quotidiana eorum præconia, quiscium moderari iracundiæ, amoris, ceterisque torrentibus, quibus hæc astra in animos nostros inundant. Quorum omnino nihil esset, nisi accepta astrorum imperia mens nostra fastidire, aut reculare posset. Ergo res liberæ aut fortuitæ huic siderum potestati non adduntur; quamvis non omnia sideribus neganda: incitari hominem ad segnitatem laborè mve; callidam indolem, aut ingenuæ simplicitatis nancise; esse hilarem, aut ad iracundiam solitudinem declinare; in vitia denique, aut virtutes aliquid pondere & impetu ferri: hæc, inquam, non negamus ex cæli in ista terrena imperio esse. At cùm moderari possimus ingeneratis affectibus, stultissimâ vanitate culpis nostris parocinium è cælo arcesimus, & sceleratos nos esse per astrorum posituram & vim excusamus.

C Hæc verè verba malitiæ sunt, ad excusandas excusationes in peccatis. Hæc illa Protoplastorum perizomata, è ficum foliis confuta. Atque hinc ad questionem responso dignissimam deducor. Quinque omnino dies à morte aberat Christus, cùm è Bethaniâ Hierosolyma contendit. In viâ se ficus objecit ob oculos, sed foliis tantùm amicta, nullis ornata fructibus. Huic arbori seriâ execratione indignatus servator: *Nunquam, ait, ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefacta est cinidus siculnea*, mirantibus discipulis tam subitam arboris mortem. Cur ergo Dominus in ficum potius quàm in alias arbores excanduit, præsertim in ficum, ut videbatur, immerentem? Non enim erat tempus ficorum, ut Marcus commemorat. Si vir sapiens errori in speciem levi irascatur, ut quòd famulus vitrum minimè pretiosum frigerit, calcem luto sparserit, vesti rugam impresserit, januam non scitè clauserit: si ideo famulam officio

§. III.

D Hæc verè verba malitiæ sunt, ad excusandas excusationes in peccatis. Hæc illa Protoplastorum perizomata, è ficum foliis confuta. Atque hinc ad questionem responso dignissimam deducor. Quinque omnino dies à morte aberat Christus, cùm è Bethaniâ Hierosolyma contendit. In viâ se ficus objecit ob oculos, sed foliis tantùm amicta, nullis ornata fructibus. Huic arbori seriâ execratione indignatus servator: *Nunquam, ait, ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefacta est cinidus siculnea*, mirantibus discipulis tam subitam arboris mortem. Cur ergo Dominus in ficum potius quàm in alias arbores excanduit, præsertim in ficum, ut videbatur, immerentem? Non enim erat tempus ficorum, ut Marcus commemorat. Si vir sapiens errori in speciem levi irascatur, ut quòd famulus vitrum minimè pretiosum frigerit, calcem luto sparserit, vesti rugam impresserit, januam non scitè clauserit: si ideo famulam officio

Res fortuitas & res liberae siderum necessitati tribuere est impia stoliditas.

Homo nõ addidit siderum potestati.

Exo vers. 10. b. 10. vers. 1. 5. vers. 4. Psal. vers. 1. 1. vers. 1. 1. vers. 1. 1.

Erroneè præter dicitur. Simplicitatem declinare; in vitia denique, aut virtutes aliquid pondere & impetu ferri: hæc, inquam, non negamus ex cæli in ista terrena imperio esse. At cùm moderari possimus ingeneratis affectibus, stultissimâ vanitate culpis nostris parocinium è cælo arcesimus, & sceleratos nos esse per astrorum posituram & vim excusamus.

Matt. c. 21. vers. 19. Cur Christus male dicitur sicui potius quàm aliis arboribus. Marc. c. 11. vers. 14.

Cur Christus male dicitur sicui potius quàm aliis arboribus. Marc. c. 11. vers. 14.

Am. ps. 141.

Psal. v. 7. Ps. Aug. Gen. lib. 1. meth.

Bern. sem. Can. psal.

Exo vers. 10. b. 10. vers. 1. 5. vers. 4. Psal. vers. 1. 1. vers. 1. 1. vers. 1. 1.

Erroneè præter dicitur. Simplicitatem declinare; in vitia denique, aut virtutes aliquid pondere & impetu ferri: hæc, inquam, non negamus ex cæli in ista terrena imperio esse. At cùm moderari possimus ingeneratis affectibus, stultissimâ vanitate culpis nostris parocinium è cælo arcesimus, & sceleratos nos esse per astrorum posituram & vim excusamus.

Erroneè præter dicitur. Simplicitatem declinare; in vitia denique, aut virtutes aliquid pondere & impetu ferri: hæc, inquam, non negamus ex cæli in ista terrena imperio esse. At cùm moderari possimus ingeneratis affectibus, stultissimâ vanitate culpis nostris parocinium è cælo arcesimus, & sceleratos nos esse per astrorum posituram & vim excusamus.

privet, domo excludat, hanc iram plerunq; sic inter-
pretatur: Vir tam prudens non irascitur sicut pueri,
qui tam parentibus amittis flebunt quam nucibus; sed
credibile graviorem animo culpam agitari, veterem
etiamnum injuriam altum insidere, nec omnem hanc
iram recentem esse: Ita hic Christus veterem in ficum
inimicitias apernit, Ficus sub Orbis incunabula, in pa-
radiso Protoplastis subsidium præbuit, ad texendam
pestimam excusationem, dedit regumenta commissi
furti insignia. Pulchrè hoc exponens Ambrosius: *Docet
me Adam, inquit, quid sint folia, qui posteaquam peccavit, de
foliis ficus fecerit sibi succinctorium, qui de fructibus ejus ma-
gis gustare debuerit. Inustus fructum eligit, folia peccator. Jacit
supra se folia, qui culpam velare desiderans, aut diabolum de-
lecti memorat auctorem, aut carnis præterit illecebras, aut
alium quempiam persuasorem prodit erroris.* Adam profecto
Dei oculos omnia cernentes non satis reveritus, nec
contractam culpam deprecatus, latebras quaerit, è late-
bris extractus, ad excusationes confugit. Rex David
longè sanctius: *Quid ibo, inquit, à spiritu tuo, & quid à facie
tuâ fugiam? Si ascendero in calum, tu illic es: si descendero in
infernum, ades.* Ergo, omittis excusationibus, iniquitatem
meam annuntiabo. Quàm scitè ait de Adamo Augustinus:
*Nunquid dicit, Peccavi in Superbia habet confusiois deformi-
tatem, & non habet confessionis humilitatem. Advertamus quo
morbo superbia laborent homines hodie, non nisi in creatorem
conantes referre, si quid egerint mali; cum sibi velint tribui, si
quid egerint boni.* Hic graviter & seridè Bernardus: *Porro,
inquit, excusare te velle quando corripis, quàm sit non modò
minimè fructuosum, sed & perniciosum, sanctum David inter-
roga. In animam suam peccat qui se excusat.* Ed enim hoc
linguæ vitium impellit, ut cum divinas leges negligimus,
vanissimè nos excusamus. Imperat lex, Non furaberis,
Non a mœchaberis. Durus b est, ajunt, hic sermo, & qui eum
potest audire: non est enim homo qui non peccet. Frigidissime
Christiane, nunquid à adheret tibi sedes iniquitatis, qui singis
laborem in præcepto? Mandatum e quod tibi præcipitur, non
supra te est, neque procul positum, nec in celo situm, ut possis
dicere: *Quis nostrum valet ad calum ascendere, ut deferat illud
ad nos, ut audiamus, atque opere compleamus? Neque trans ma-
re positum, ut causeris & dicas: Quis è nobis poterit transfreta-
re mare, & illud ad nos deferre, ut possimus audire & facere,
quod præceptum est? Sed juxta te est sermo valde, in ore tuo, &
in corde tuo, ut facias illum.* In plerisque culpis verissimum
quod Bernardus asserens: *Neque enim, inquit, tantùm no-
cuit simplicis actionis transgressio, quantum adjuncta excusa-
tionis cum præmeditatione obstinatio.* Variè quidem pecca-
mus, sed sæpe pejùs quàm peccaveramus, excusamus.
Jureconsultis excusatio non petita, accusatio est mani-
festa. Et quis credat eum in virtute multum promovisse,
qui plenus est excusationibus; qui quidquid objicia-
tur, purgare se novit, qui semper bellus, semper inno-
cens, qui solus navorum est expertus? quid hunc nisi pul-
cherrimam selem dixeris, quæ undequaque terlam ge-
rit cuticulam, quæ linguam habet pro pumice quo se
expolit? Has feles ubique reperias, quæ quidem fime-
tum faciant, sed illud scitè operiant sexcentis excusatio-
nibus. Et quid quæso jam flagitii paratur, cui non suum
sit mantelum; quid culpæ designatur, quod non honesti
nomine prætextatur? Omnibus ollis apramus opercula,
omnibus noxis affingimus prætextus: illud jam ævum
vivimus, quo nullus error non excusabilis censetur.
Etiam sacrilegia, hæreses, bella injusta speciosissimis sese
titulis venditant. Belli rustici Smalcaldici prætextus
fuit iste: Nos congregati sumus, ut Christi Evangelium
liberè profiteamur, ejusque divinarum justitiam confer-
veremus. Millies hic acclamatum: *Vivat Evangelium.* Re-
bellionis antesignani in Spirensi conventu, has quinque
litteras V. D. M. I. Æ. Verbum Domini manet in æternum,
pedissequorum etiam & stabulariorum manicis opere
phrygio intextas ostentabant. Quid posset speciosius?

A Magnis passibus ibat Hæresis, dum ubique luculentos
Reformationis prætextus præmitteret. Omni pane vi-
tio, suum est palliolium, excusatio: Vide mihi tot millia
hominum ad forum, ad curiam properantia, quàm tur-
pes lites; quantò turpiores advocatos habent? hic pa-
trem ad tribunal trahit; ille cum matre litigat; iste venit
delator ejus criminis, cuius manifestior reus est; alius,
judex eligitur, damnaturus quæ fecit. Interroga singulos
horum, & intelliges quàm verè dixerit Veritas: *Et cape-
runt simul omnes excusare.* Aulas ingrediende Regumque
turre, videbis omnes pacis habitum præferentes, &
ideo tali ingenio esse speres. At rara inter illos pax est,
alter in alterius exitium levi compendio ducitur. Hic
multis gratissimus ex alterius damno quaesit est: feli-
cem oderunt, infelicem contemunt: majore gravan-
tur, minori graves sunt: diversis stimulantur cupiditati-
bus; omnia perdita ob levem voluptatem prædamque
cupiunt. Urge hos reprehensionibus, *Et incipient simul
omnes excusare.* Adde nunc publica perjuria, libidines,
furta, fraudes, inficiationes, quibus trina non sufficiunt
fora. Omnia ubique sceleribus ac vitii plena sunt, &
tamen si talibus irasci velis, & vitiorum turpitudinem
opprobare, *Incipient simul omnes excusare.* Vix ulli jam
peccant, quibus non parata sit sui peccati excusatio. Do-
mos ingrediende, ubique plurimum negligentia observa-
bis: hic franguntur vasa, vestes non insolantur; hic car-
nes verminant, panis mucescit, putrescunt poma solo
neglectu; illic sordes acervantur, parietes non abster-
guntur, pavimento non vertitur. Cùm verò patei fa-
milias sua negligi conqueritur, *Incipiunt simul omnes excu-
sare.* Jam nemo non officium facit. Profus ut anates &
anseris sumus, qui aquis se liberalissimè mergunt,
quamprimum verò emergunt, & vel leviter excutiunt,
mox omnia in eis sicca cernuntur: ita homo ad excusa-
tiones promptus, comedit, & tergens os suum, dicit: *non sum
operatus malum.*

Luo. cap. 14. vers. 18.
Tribus foris olim jesus diceb.
Senec. l. 12. de ira c. 19.
Prov. c. 30. vers. 20.
Bern. de 12. gradib.

§. I V.

Bernardus eximie hanc Excusantem linguam depin-
gens: *Multis modis, inquit, fiunt excusationes in peccatis.*
*Aut enim dicit qui se excusat, Non feci: aut feci quidem, sed
bene feci: aut si male, non multum male: aut si multum male,
non malà intentione. Si autem & de illà sicut Adam vel Eva
convincitur, alienà suasionem excusare se nititur.* Ita ferè qua-
druplici vafritie excusationes teximus, Negando, Excusa-
sando, Accusando, Imitando.
1. *Negando.* Hoc ego (ajunt) non soleo facere, non
id meæ indolis, non consuetudinis meæ est, non feci.
Ita Ananias & Sapphira defraudatum agri pretium
promptissimè negarunt: ita Cainus interroganti Deo,
ubinam frater esset? *Nescio, inquit, nunquid custos fratris
mei sum ego?* Obliquè negavit cadem. Cùm Samuel
Sauli regi in os objiceret, quòd Deo non obediisset:
Imò, inquit, audivi vocem Domini, fecique quod jussit fieri.
Satis esse rarus dimidium præcepti partem exhaustif-
se. Hos tales Gregorius erinaceis confert. Erinaceus
cùm agitur in silvâ, & caput & pedes habet, cùm capi-
tur, nec caput nec pedes habere creditur; in spheram
se convolvit, merus aculeatus globus est: ita multis nec
manus nec pedes desunt ad nequitiam, cùm deprehen-
duntur, & manus & pedes nequitie famulantes excu-
lunt, pictis mendaciis se defendunt, & sic omnia velut
in globum convolvunt, ut vix habeas quod illis ampliùs
objicias. Plurimorum clypeus est, *Non feci.*

Bern. de 12. gradib.
Quadruplici vafritie excusationis: 1. Negãdo.

2. *Excusando.* Quid me (ajunt) exagitas? memotiam
meam objurga; oblivionis fuit, fuit ignorantie, hæc res
me præterit. Aut, occasio defuit, vix potui aliud, ne-
cessitas urfit, tentatio coëgit, & quis omnia semper ad
amissim faciat, quis ad libellam cuncta exigat? qui fieri
possit, ut omnia sint tam accurata? Quis homo est, &
fragilis non est? *Septies in die cadit justus.* Bulliens sanguis,
& vegeta juvenus suppressi non possunt; dandum ali-

Prov. c. 24. vers. 16.

debr. l. de paradiso, c. 11. med.
F. pl. 138. v. 7. & 8.
F. 37. v. 19.
Aug. de Gen. ad lit. lib. 11. post mod.
Bernard. serm. 16. in Cant. non procul à fine.
Exod. c. 20.
v. 14.
v. 17.
v. 18.
v. 19.
v. 20.
v. 21.
v. 22.
v. 23.
v. 24.
v. 25.
v. 26.
v. 27.
v. 28.
v. 29.
v. 30.
v. 31.
v. 32.
v. 33.
v. 34.
v. 35.
v. 36.
v. 37.
v. 38.
v. 39.
v. 40.
v. 41.
v. 42.
v. 43.
v. 44.
v. 45.
v. 46.
v. 47.
v. 48.
v. 49.
v. 50.
v. 51.
v. 52.
v. 53.
v. 54.
v. 55.
v. 56.
v. 57.
v. 58.
v. 59.
v. 60.
v. 61.
v. 62.
v. 63.
v. 64.
v. 65.
v. 66.
v. 67.
v. 68.
v. 69.
v. 70.
v. 71.
v. 72.
v. 73.
v. 74.
v. 75.
v. 76.
v. 77.
v. 78.
v. 79.
v. 80.
v. 81.
v. 82.
v. 83.
v. 84.
v. 85.
v. 86.
v. 87.
v. 88.
v. 89.
v. 90.
v. 91.
v. 92.
v. 93.
v. 94.
v. 95.
v. 96.
v. 97.
v. 98.
v. 99.
v. 100.

quid naturæ; hōmīnes sumus, non Angeli. Ego, ait alius, ex hac profapia oriundus, hanc dignitatem tuor, & hoc mihi non sit concessum? Subinde valetudinem excusamus, virium tenuitatem, morbum & languorem mentimur. Verbo, posse negamus: nimirum quia nolumus, non possumus. Tandem etiam vinum & calices pro advocatis accersimus. Quoties auditur: Temulentus hoc feci, ebrius hoc dixi. Ergo bis peccasti, bis puniendus. Sexcenta talia sunt, quibus callida felis pelliculam suam conatur extergere.

3. Accusando.

Genes. cap. 3. vers. 12.

1. Reg. c. 15. vers. 15.

Auctor de vera & falsa poenitentia c. 16. in initio, tom. 8. Augustini ad fratrem.

4. Imitando.

Exod. c. 23. vers. 21.

Joan. Sarisb. Carnot. episc. l. 7. Felicitatis cap. 19.

Seneca epist. lib. 12. an. 10. in med.

Hier. cap. 2. vers. 12.

Ibid. v. 33. & 35.

Ovid. lib. 1. Trist.

Senec. ep. 50. in initio.

3. *Accusando.* Societas (ajunt) ad hoc me impulit, ab aliis persuasus hoc feci; Mundus me decepit: Diabolus me seduxit: Isti & isti me fecerunt impatientem. Adam excusando accusans: *Mulier, inquit, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi.* Si licuisset, dixisset: Domine tu reus es culpæ: aliam, aut nullam mihi sociam dedisses, jussu ego tuum non violassem. Ita Saul culpam a se removens in populum: *Pepercit populus, inquit, melioribus ovibus & armentis, ut immolareretur ea Domino.* Ea propter Bernardus: *Genus excusationis est, inquit, eum argueris tu, alium accusare.* Eò autem quandoque nostra excurrit impudentia, ut in societatem criminis, ipsam Dei providentiam trahamus. Priscus scriptor hinc testis: *Sunt, inquit, qui defendunt culpam in Dei providentiâ, reputantes Dei ordinationi & necessitati, quod relictum est voluntati & arbitrii libertati. Scivit enim Deus quid facturus esset qui peccat; sed non ordinavit peccatum, qui nullam relinquit impunitum. Ordinavit enim poenitentiam, amantibus culpam.*

4. *Imitando.* Non solus (ajunt) hoc facio; complures alii in hac nave navigant, si illis hoc permissum, cur mihi non? nõne ille, & iste, & isti quoque, idem quod ego, faciunt? quid opus multis verbis? Hoc jam mos obtinuit; omnes sic agunt. O miseri; non minùs ardebit qui eum multis ardebit. Lex divina clamat: *Non sequeris turbam ad faciendum malum.* Hanc legem optinè interpretatus Joannes Sarisberienfis: *Non est, inquit, quòd error concurrentium sub prætextu multitudinis excusetur, quia vivendi forma à convivendi multitudine nequaquam trahitur &c.* Neque quòd à multis peccatur, peccatum non est, sed ideo gravius, quia multum: *Nec delinquentis culpam socii mimis multitudine, sed pregravat, eò quòd viribus suis ne corrigatur, obstat.* Nec aliter ratiocinatus Romanus sapiens: *Inter causas malorum nostrorum est, inquit, quòd vivimus ad exempla: nec ratione componimur, sed consuetudine abducimur. Quòd, si pauci facerent, nollemus imitari: cum plures facere cœperunt, quia honestius sit, quia frequentius, sequimur; & recti apud nos locum tenent error, ubi publicus factus est.*

§. V.

A Pud Juriconsultos prætextus varii numerantur: Sunt prætextus Juris, Tutelæ, Usucapionis, Præscriptionis, Maneipationis, Tituli in re, Tituli ad rem &c. Nos illis longè ditiores sumus, quotidie alios atque alios prætextus invenimus, nostris erroribus excusandis. Multiplicatam scilicet herbam Borith, quod vates Hieremias conquectus: *Si laveris te nitro, inquit, & multiplicaveris tibi herbam borith, maculata es in iniquitate tuâ coram me, dicit Dominus.* Nitrum & Borith variæ ac frivole excusationes; quomodocunque verò illas multiplicamus, sordes non eradimus, sed augemus: *Quid igitur, & vane, niteris bonam ostendere viam tuam? Ecce ego iudicio contendam tecum, eò quòd dixeris: Non peccavi.* Optime dixit Fabius: *Culpam admissam excusare, altera culpa est.*

Tantum ne noceras, dum vis prodesse, caveto; Causa, patrocinio, non bona, pejor erit. Senecæ conjux fatuam habuit Harpasten, hæc subitò videre desit, & tamen se cæcam esse nesciebat, sed domum ut nimis tenebrosam accusabat: Eandem ludum nos ludimus; nemo se avarum, nemo cupidum facetur; cæci tamen ducem quærunt; nos sine duce erramus, &

A dicimus: Non ego ambitiosus sum, sed nemo aliter Monachii potest vivere; Non ego sum profluus sum, sed urbs ipsa magnas impensas exigit. Non est meum vitium quòd iracundus sum, quòd nondum constituit certum vitæ genus; adolescentia hæc facit. Nimirum pavo non progreditur, dum illæ oculatæ pennæ annuatim decedentes, recreverint: Novimus & nos pavoninam hanc roram stellatis plumis versicolore expandere; scimus alias aliis excusationes atterere, & elegantiam nostram, licet turpissimum simus, velut in theatro spectandam proponere.

Rabbi Salomon bellissimam fingit excusationem cur Hebræi manna è nubibus depluens naucaerint. Nam manna, inquit, cibus erat levissimus, qui stomachum minime gravabat, nec illum reddebat ventrè. Unde metuebant Hebræi ne quid intra viscera putredinis contraherent, itaque brevi morerentur. Et hinc, ait, fastidium, Excusatio ridicula & fatua, nullus enim cibus est qui nil habeat ejiciendi. Sed frequenter non dissimiles huic excusationes committimus. Objurga hominem opulentum, quòd superflue fortunas expendat, nimirum delicate vivat, alios contemnat. Mox culpam excusans dicit: Omnem hunc apparatus & honorem statui suo convenientem esse.

Increpa parvum, & non nisi tenuissimas elemosynas erogantem, mox rei familiaris angustias opponet. Argue hominem libidini deditum, mox inevitabiles sit domus occasiones, aut indolis proclivitatem & impulsam excusabit. Consuetudine in naturam versâ furor omnis excusabilis est. Miserum, peccare; miserius, delectari peccato; miserrimum excusare: & tum demum consummata malitia est, cum ad studium voluptatis, opinio quædam honestatis accesserit.

Ajunt, mendacii filiam esse Excusationem, quam adolescententes præferunt, omnibus reprehensionibus velut peltam objiciunt. Castigatus in scholis puer, quòd die Veneris nescisset catechesin, Putabam, ait, hodie primum diem Jovis esse. Gustaverat alius in horto botrorum acinos, qui acriter ob hoc reprehensus: Putabam, ait, esse pruna silvestria. Stertuerat adolescens ad ipsam usque nonam matutinam, cum pædagogus cubiculum ingressus: O Endymion, inquit, jam clarissimum puerum, imò pane meridies fenestras intrat, jam nona est audita; surge. Cui adolescens semisomnis & voce languidâ: Iræne, inquit, putabam primum esse sextam. Serius ad rem divinam puer venerat; magistro causam tarditatis postulante: Debui, ait, expectare offam domi. Cui statim magister: I nunc, & expecta sis betulam. Strophium exciderat sub mensam convivæ, qui famulo id recepturo pedem in os validè impegit, & ut factum purgaret: Ignosce, inquit, putabam esse canem. Opulentus juvenis mille philippeos lusti prodegerat. Parentibus hanc jacturam indignissimè ferentibus: Quid, inquit, succensetis mihi? Putabam me tantundem lucraturum. Fur, artis suæ nondum sat gnarus, cum in aurificis officinâ deprehensus interrogaretur, quomodo tandem hoc flagitii ausus esset? Putabam, inquit, me nunquam deprehendum. Homo asotus & impurus nondum viginti annorum, ad extrema devenerat, sed exomologesin instituire dolores non sinebat. Cùmque sacerdos, cur non citius saluti consulisset, quæreret; respondit: Putabam me diutius victurum. Ira & nocentum annorum pueri excusatiunculis innocentiam tueri nitimur, hoc sine puerile illud & frigidum frequentissimè usurpamus, *Non putabam.* Turpissimam ajebat Fabius imperatori excusationem esse, *NON PUTABAM: Ego turpissimam,* ait Seneca, *homini puto.* Rara est excusatio quæ non falsitatis aliquid habeat aut certe imprudentiæ. Præmarium innocentiae elogium est, non peccare; præxinum, peccata non excusare.

Cur Hebræi manna è nubibus depluens naucaerint?

Et

Od get hoi offi pro iuu

Sen de l cap.

Plan Amphr dialog

Bene expr maiti reperi quod neve dit.

CAPVT XX.

EXPROBRATIO quam molesta sit omnibus; & exprobrare beneficia, esse ea perdere.

Phocionem Græcum oratorem in concione seorsum sedentem quidam accessit, dixitque: Videris cogitabundus, ô Phocion. Rectè quidem conjectas, respondit: Cogito enim, si quid queam detrahere de his quæ dicturus sum apud Athenienses. Eadem pæne hæc mihi, mi Lector, cogitatio est, an non hoc loco dissertationibus prolixioribus attendenda sit dissertatiuncula, & succincta in rem admonitio, idque levando fastidio, & varietati concilianda. Atque istud tunc præcipuè observandum videtur cum res ipsa (quod impræsentiarum est) minimè laciniosum eloquium desiderat. Hujus ergo jam specimen dabimus.

§. I.

Lingua Excusantem, ob ejusdem capitalis litteræ societatem sequitur Lingua Exprobrans. De hac quæri potest illud Siracidae: *Vnus adificans & unus destruens, quid eis prodest nisi labor?* Quidquid hæc lingua præclare struxit, repetè sibi vult exprobrando in hunc modum: Hoc & hoc beneficii à me habes; absque me fuisset, tu pridem petiisses: Vitam & incolumitatem tuam mihi debes, mihi age gratias: ad honores illos tu quidem tuis alis nunquam pervolasses, nisi mearum pennarum ope id potuisses. Inamœnæ sunt hæc carilena; hæc voces beneficiorum corruptrices, bene parva levissimè perdunt. Gallinæ ova quidem excludunt, sed ea gloriando sepiissime amittunt. Beneficia, ova dixeris aurea, quæ cum exprobrantur, amittuntur. Odiosum genus est hominum officia exprobrantium, quæ meminisse debet is, in quem collata sunt, non ille commemorare qui contulit; Beneficii omnis turpis exprobratio est; Omnis molesta est quæ exprobratur gratia.

Appius Romanus populo exprobrabat, sibi acceptum ferri debere, quod ex muro & elingui, facundum habere Consulem, de Lucio Volumnio collegâ sentiens. Ibi Lucius Volumnius: Quam malle, inquit, tu à me strenuè facere, quam ego abs te scitè loqui didicissem. Romanus Sapiens, ei qui beneficium dedit, oblivionem imperat illi qui accepit, memoriam mandat. Quo loco seipsum explicans, optimus interpres sui: *Errat tamen, inquit, si quis existimat, cum dicimus eum qui beneficium dedit, oblivisci oportere, excutere nos illi memoriam rei præferim honestissima. Quædam præcipimus ultra modum, ut ad verum & suum redeant. Cum dicimus, Meminisse non debet: hoc volumus intelligi; predicare non debet, nec jactare, nec gravis esse. Quidam enim beneficium quod dederunt, omnibus circulis narrant: hoc sobrii loquuntur, hoc ebrii non continent: hoc ignotis ingerunt, hoc amicis committunt. Vt hæc nimia & exprobratrix memoria ac lingua subsideret, oblivisci eum qui dedit, jussimus, & plus imperando quam præstari poterat, silentium suavisimus.*

Hinc ille suam patrem, quod nulli beneficium datum opprobraffet, valde prædicat, aitque: *Sed mos illic nunquam fuit patri meo, Vt exprobraret quod bonis faceret bene: Gratum arbitratur esse id à nobis sibi, Meritoque vobis bona se facere qua facit.*

Qui beneficium exprobrat, is malignè repetit, quod benevolè dedit. Cornicula quondam (quod vates Venusinus memorat) à multis avium plumas accepit, & iis sese ornavit. At cum quæque volucrum plumas suas repeteret, misera & implumis avicula omnium risui est exposita. Quicunque sic beneficium accipit, ut simul meruat ac suspicetur id brevi exprobrandum, Venusini verficulos non imprudenter sibi occinet.

Ne si fortè suas reperitum venerit olim
Grex avium plumas, moveat cornicula risum.
Non est gratum nec suave beneficium, quod Lingua
exprobrans corrumpit. Da igitur, sed exprobrando ne
revoca, quod bene dedisti.

Horatius
L. 1. epist. 3.
ad Titium
Florum mod.

§. II.

Quisquis in alium confert beneficium, & hoc ipsum exprobrat, simillimus est scribæ, qui supplicem libellum describit attentâ manu, & eleganti charactere; sed pro pyxide arenariâ corripens atramentarium, effundit illud in chartam. Huic jam omnis labor perit. Optimè omnia describit, sed pessimè sic cavit scripturam. Ita beneficium qui memorat, est quasi exprobrat. At verò lingua exprobratrix velut atramentarium corripit & invertit, sic atro liquore, quidquid eleganter scriptum est, obliterat. Humana manus sic impingit; Deus non sic errat, nec quod scriptum est, atramento unquam fœdat. Testis in hac rem locupletissimus Jacobus Apostolus: *Si quis vestrum, inquit, indiget sapientiâ, Tac. c. 1. v. 5. postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat.* Verbis pauculis quatuor maximas Dei perfectiones includit: 1. Est summa liberalitas: *Dat*, non receptorus, dat immerentibus, dat hostibus. 2. Summa Magnificèntia: *Dat omnibus*, Romanis, Græcis, Barbaris, Judæis, aliis innumeris. 3. Summa Beneficèntia: *Dat affluenter*: Non solum enim liberalis est & promptus dare, sed dat abundè, exuperat præces, transcendit vota, dando totas manus explicat. 4. Summa Humanitas: *Dat, & non improperat*, ne sibi supplices absterreat aut pudefaciat. Etsi triginta, sexaginta, octoginta & pluribus annis beneficiat, priora tamen beneficia nulli exprobrat. Quòd si Deus ulli hominum quidquam exprobravit, æquissimè id fecit, & suo jure, non uti nostrates divites solent, qui ubi tres obolos contulerunt, ingentia jactant beneficia. De hoc tali homine, verissimè dictum à Siracide: *Pauca dabit, & multa improperabit.* Sed hæc non nisi fatuorum hominum est indoles. Nam, ut idem Siracides affirmat: *Scutus acriter improperabit.* Eâ de causâ præmonens: *Datus insipientis, inquit, non erit utilis tibi, oculi enim illius sepremplies: exigua dabit, & multa improperabit.* Scriber non adeò multa, nec ita eleganter, deinde velut scriptor incogitans, in suam scriptiorem effundit atramentum, & laborem suum omnem liquore tam turpi submerget. Nimirum

Quatuor
Dei perfe-
ctiones.
Deus nulli
beneficia
exprobrat.

Solvat sibi ipsi debitum exprobratio. Bilbilitanus vates hoc ipsum falsè descripsit, & Postumum exprobratorem non immeritò sic reprehendit: *Crede mihi quamvis ingentia Postume dones, Auctoris pereunt garrulitate sui.* Hi hominum mores sunt; aliter se Deus adversus nos gerit; qui non improperat.

Eccli. c. 20.
vers. 15.
Eccli. c. 18.
vers. 18.
Eccli. c. 20.
v. 14. & 15.
Vt, Iam.
Martialis
lib. 5. epi-
gram. 52.

§. III.

Ed obducas: Nunquid Deus Hebræo Regi Davidi multa per Nathanem jussit exprobrati suo nomine: *Ego unxi te in regem super Israël, & ego erui te de manu Saul, & dedi tibi domum domini tui.* Et quoties per Mosen, vidi per aliosque vates exprobrata Israëlî beneficia? Christus Nathanem ipse urbibus Corozaim, Capharnaum ac Betsaida acriter objecit, quòd illarum bono tot conciones instituerit, tot miracula patratit. Nonne & civibus Hierosolymæis exprobravit, se gallinæ incubantis vices subire voluisse, illos autem noluisse pullos more se subdere? Quin & beatus Ephrem asserit, Christum supremo judicii die palam improbis exprobraturum talia: Propter vos ego carnem indui; vestri causâ me confusi, flagellari, crucifigi passus sum; vobis sum mortuus, sed & tumulum, sed & inferos subii, ut vos ad me attollerem: vobis gratiam meam toties obtuli; regnum meum toties proposui; vos fratres meos vocavi, omnia vestra saluti operatus sum: Sed nihil profeci, frustra monui, noluitis

Quomodo
Deus nulli
exprobrat
cum Da-
vidi
Christus
Nathanem
ipse
Hierosoly-
mæis
Christum
judicii die

Eccli. c. 34.
vers. 28.

Odiosum
genus est
hominum
officia ex-
probranti-
um.

Senten. l. 7.
de benef.
cap. 22.

Plautus in
Amphitru.
prologo.

Beneficiu
exprobrat
malignè
repetit
quod bene-
volè dedi-
dit.

noluistis esse mei, ite, abite, recedite à me; culpa vestra est; abite, æternum ardere. Quâ igitur ratione Deus non improperat?

Quod ad Hebræum regem attinet, Ajo non tam exprobrasse Deum Davidi præstita beneficia, quam iudicio contendisse, & ipsum sui ipsius constituisse iudicem Davidem:

Invenit.
Ier. 13. v. 2.

— prima est hac ultio quod se
iudice nemo nocens absolvitur.

Profecto & David in seipsum feralem sententiam dixit, & nocentem se proclamavit, pœnitens facti. Quod ad alios spectat, ajo ingratum & omnia contemnentibus merito beneficia exprobrari, ut respiciant. Eadem subinde ratio urget, ut inter homines alter alteri collata beneficia exprobrat, cum is qui accepit beneficium, accepisse se negat, obliviscitur, dissimulat, cum totum illi beneficium elapsum est, cum omnis apud eum bene merentium gratia, memoria omnis excidit, nec ullum extat in illo vestigium meritorum; quod enim in primâ parte animi positum esse deberet, ita seposuit & abiecit, ut in ignorantiam sit versum. Huic tali acriter exprobrandum est: En ingratissime, hoc, & hoc, & hoc etiam beneficii à me accepisti, omnem in te liberalitatem consumpsisti; at tu nequiter dissimulas, imò negas accepisse, quod pleno in te sinu effudi. Idcirco autem hæc ingero, non ut quidquam exprobrarem, sed ut tuus stupor capiat quid deliqueris. Hoc scilicet lixivio caput tam ingrati hominis perfundendum est.

Cum autem iis, quos serio facti pœnitebar, nil exprobrarit Christus Dominus, non Petro inconstantiam, non Mathæo avaritiam, non Paulo sævitiam, non Magdalene lasciviam, verissimum etiam nunc est, Deus dat omnibus affluenter, & non improperat. Hanc nos indolem præ nobis feramus, nec statim cum à nobis obsequium petitur, obsequia priora nondum compensata exprobrems. Cum prædicat qui dedit, erubescit qui accepit. Turpissimum est, sic repetere beneficium, & contra Chilonis decreta, qui apud Aufonium:

Tu, inquit, bene si quid facias, non meminisse fas est:
Qua beneficia accipias, perpetuo memento.

Multos experimur ingratos, plures facimus: quia aliàs graves exprobratores exactoresque sumus; aliàs leves, & quos paulò post muneris sui pœniteat, aliàs queruli & minima momenta calumniantes. Ita gratiam omnem corrumpimus, non tantum postquam dedimus beneficia, sed dum damus: ita scripturam elegantem atramento perfundimus.

Vet. Troch.
Ecclesi. c. 41.
sine.

— *Asperis dans exprobransque, absinthio mel temperat.*
Sapientissimè monet Siracides: Cum dederis, ne improperes.

F

CAPUT XXI.

Quid sit Lingua FRAVDLENTA, FALLAX, FVCATA: quod inter has discrimen, & quibus legibus hæ lingue teneantur.

Mater est, cui tres sunt filia, forma præstantes, non opibus; dotis vix quidquam habent: censum omnem circumferunt in cultu corporis. Veste abundant plurimâ, & habitum uno etiam die sæpius mutant. Vestes earum pleræque omnes versicolores, supra omne Babylonicum tapetium variegatæ, & ad lasciviam factæ: illa prasina, hæc crocea, ista veneta, aliæ varii ac mixti coloris. Sunt hæ tres nobiles filia, ad lanam carpendam, & fila ducenda doctissima, nec aliæ illis similes; pensum facere subtilissimum, ventos textiles, & nebulas lineas nere optimè sciunt. Vultu hæ tres sorores à se invicem non multum abludunt; pæne illis eadem

oris lineamenta, ut difficile sit eas satis internoscere. Sicut autem matris plurimum gerunt in vultu, sic etiam matrescunt ingenio. Animum illarum si spectes, tam sunt audaces & animosæ, ut etiam gladios, hastas, tormenta bellica tractent; Amazonas esse dixeris. Domesticas leges observant religiosissime; nefas illis vel latum unguem à suis legibus abire.

Tres sorores istæ Orbe toto notissimæ sunt, charæ simul & exosæ, tam multos numerant hostes quam amicos: nunquam ad ullam opulentiam pertingunt. Virtutis profectio nihil habent; vitia, quorum perquam divites sunt, in dote numerant.

Mater harum appellatur MENDACIVM. Hanc cum curâ dicemus suo loco. Filia his nominibus insigniuntur, Lingua Fraudulenta, Lingua Fallax, Lingua Fucata. De tribus his germanis fororibus nunc dicere instituo. Ut ergo Linguam Fraudulentam, Fallacem, Fucatam probe noverimus, primò explicandum erit, quibus in rebus hæ vitiosæ linguæ velut sorores conveniant, quibus discrepent; deinde quas domi suæ leges ac regulas observent.

§. I.

PRIMA fororum, lingua FRAVDLENTA, lingua sâne astuta, subdola, versuta, vafra, veteratrix, tortuosa, callida. Franconum equites olim chlamydes habebant plicis multiplicibus rugosissimas: his conferti potest lingua Fraudulenta, quæ in plicas plurimas sinuosa uberius effunditur. Fraudulentus aliud agit, aliud simulat. Vir versutus odiosus erit. Altera è fororibus his Lingua FALLAX, nomen inde sortita, uti Varroni placet, quòd fando decipiarius, & contra quàm diximus, faciamus.

Tuta frequensque via est per amici fallere nomen,

Tuta frequensque licet sit via, crimen habet.

Fallacia est veritas palliata, quæ vel alterius odium, vel commodum suum attendit. Mercator Jovem lapidem jurat tanto actanto merces sibi stare, nec minoris quàm indicarit, vendi posse; atque hoc non alterius odio, sed suo bono. At qui infescare capit alium, & hoc solum agit, ut fallat, non suo id commodo, sed aliùs odio id facit. Vulpina hæc lingua est. Sed Maledictus dolosus.

Tertia soror lingua FVCATA, quæ hoc satagit, ut nunquam non picta sit & cerussata: Molliti sunt sermones ejus super oleum, & ipsi sunt jacula: sed feriunt corda. Hæc sorores sibi simillimæ sunt, omnèsque nequam trahunt à matre MENDACIO; aliquid tamen etiam habent dissimilitudinis. Nam fucata sui tantum purgationem & compratum attendit; modò ipsa niteat, nocere alteri non adeò cupit. Fallax hoc unum agit, alios fallere quibuscunque id modis fiat. Fraudulenta dissimilis est duabus, quæ non tam videri vult formosa, quàm arguta & peracuta: hinc sæpe multum sibi laborem sumit, nec tamen ullum decipit; satis illi est decipere posse, & hoc cavere ne ab aliis simplex censeatur.

Harum trium fororum amicitiam innumeri ambiunt, ipsi etiam pæne infantes, qui subinde prius fallere, quàm fari norunt. Plurimum autem laborant hæ tres sorores, ut Aulicos & Magnatum famulos sibi semper benevolos habeant, quo eos facili nisu, veluti dociles discipulos forment ad suas leges, quæ conceptissimis verbis sic scriptæ sunt, ut meritò quis dixerit: hæc jura aut diabolus dictavit, aut diaboli mater Superbia. Hoc ego monuerim, ad rogandas hæc leges non parum operæ contulisse hominem, qui quinquaginta annis sectatus est aulam. Er en tibi, mi Lector, domesticas trium fororum leges, quas diaboli decalogum rectè appellaris. Sunt autem istæ, quæ sequuntur.

§. II.

Nihil cuiquam credas, quantumvis in speciem amico, quantumvis ardentem, complexanti, dejeranti. Nullum tibi

Mendacii tres filie: Lingua fraudulenta, fallax, & fucata.

Prov. c. 14. vers. 17. Quid fallax. Ovid. lib. 1. de Arte.

Malat. c. 1. vers. 14. Quid fucata. Psal. 54. vers. 22.

Earum incompratum attendit; ter se dicrimen.

Et leges domesticas.

Il
si
S

T

Q

Q

Sra

ma

Sci

Ph

virj

Sep

QA

Noz

Ueci

tibi ex animo amicum existimes, neque tu sis ulli, ita tamen com-
mis & blandus esto singulis, perinde quasi neminem non ames.

Hoc aliud non est quam omnes Christianas leges unâ
liciturâ delere; omnium enim caput est Charitas. Facile
omnia, & nihil credere; omnibus & nulli fidere, vitio-
rum extrema sunt. A nullo non insidias metuere, sexcen-
tis suspicionibus, mille angoribus impler animum. Nemi-
nem ferid amare, legem omnem & priscam & novam
evertit. Christus suis: *In hoc, inquit, cognoscent omnes,*

quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.
2. Officiorum illorum esto largissimus, quæ nil habent im-
pendii: saluta blandè, complaceere peramanter, cede viam. Hono-
ris & amoris titulos repere; laudâ affatim, pollicere largiter,
promissis stare rusticorum puta. Hoc scilicet magisterium
est fucata, fallacis, fraudulentæ linguæ. Qui ab armis
desperat victoriam, ad fallacias se conferat. Plus parat
fraus nocte unâ, quam aperta vis, novem annis.

3. Præda si qua affulserit, cave quisquam hominum tibi
tam charus sit, ut eam illi cedas. Tu tibi semper proximus esto.
Quoties de re agitur, vel patri verba danda sunt. Difficile qui-
dem est verba dare senibus, sed verba melle lita, sefamo
ac papavere sparfa, facilem ad aures aditum moliantur.
Verba dare, ait ille, est tuis alicum vendere.

4. Proximum erit, si aulicus sis, ut factioses totius Pala-
tina domus subodoris, sed ita, ne cui te facile admisceas. Si
quos videris nihil non posse, his jungere, & vide ut te semper in-
flectas ad latus navis felicium. Nec pudeat aut pigeat assentari
eriam morionibus, quos adverteris gratos esse Iovi. Hanc le-
gem aulicis explicare non est opus; ipsi satis à se sagaces
sunt; hæc sciunt antequam doceantur.

5. Vultum domi componito, ut is tibi paratus sit ad omnem
fabule partem, & ne quid sinceri affectus in facie subluceat, per-
sonam ac larvam semper gerito. In Italiâ unicuique subinde
homo totam agit comœdiam, jam voce, jam veste, mod-
dò barba, modò gestibus mutatis, idque mirâ celeritate.
Easdem nos fabulas sæpe ludimus. & uno die comœ-
diam sæpe non unam agimus. Facile nobis est non au-
dire Senecam dicentem: *Non hominibus tantum, sed & re-
bus persona demenda est, & reddenda facies sua.*

6. Nullum aperte ledas, à tergo petes, adulari ad amissim
omnibus scias, decipi ab alio, paganum; decipere alium hoc ci-
vile & urbanum conferto: tibi autem ab omnibus tanquam ho-
stibus caveto. Quam hoc scilicet, appositi ad documen-
tum Apostoli jubentis: *Cum omni humilitate & mansue-
tudine, cum patientiâ supportantes invicem in charitate, solli-
citi servare unitatem spiritus, in vinculo pacis.*

7. In omnibus nugis & dissimulationibus esto lepidus con-
gerro. Cave hic sis ultimus: extremum occupet scabies.
Cum alii de absentibus contumeliosè quid dixerint,
aliorumque laudibus obtrectaverint, tu tuam quoque
symbolam fideliter conferto. Huc asymbolum venire
non decet. Laudis est, quosvis vituperare posse.

8. Tantum ab aleâ temperato, multi ad hunc scopulum sic
fecerunt naufragium, ut amissis mercibus vix salvo capite per
has procellas enatarint. Hoc proprium diaboli vaframen-
tum est, vera falsis, salubria noxiis miscere, ne falsa &
noxia nimum suspecta fiant. Deinde, per aleam cacodæ-
mon intelligit pericula pro amicis subeunda: hanc
ille aleam jaci non vult.

9. Ad rem augendam & stabilendam ubique vigila, lu-
crum nusquam non venare. Ideo semper esto querulus ac peref-
sens. Si quid tibi negetur, suborna qui petant suo nomine, sed
tuo commodo. Inhumanum videret sui suæque crumenæ
unquam oblivisci. Sua cuique industria dicit: Cum pe-
cunia spargitur, primus accurre; cum numis pluit, &
mâibus & faucibus excipe tam beatum imbrem. Cum
hæc pluvix morantur, querelis eas laceffe.

10. Memorîa sic excellito, ut injurias filici, pulveri benefa-
cta inscribas; ista verbis, illas pugnis rependito. Invidiâ laborare
necessariam malum credito. Hic nucleus legum est, quæ
auro & minio videntur exarata.

S. III.

D Raco Atheniensis, antiquissimus legislator, leges
jussit tam severas, ut Demades solitus dicere: Dra-
conem suas leges non aramento scripsisse sed sanguine.
At sanctiones trium harum fororum aureis caracteri-
bus scriptæ, plurimis locis vigent florèntque.

Vita nostra velut forum est, in quo venditur, emi-
tur; ubi alter alterum fallit; ubi singuli in rem suam
attentissimi; ubi nemo non vigilat crumenæ suæ: semel
decepti bis terte decipiunt; par pari redditur; imò cum
fenore plerunque ad suos redeunt auctores injuriæ.
Tam accuratâ observatione ille diaboli decalogus ho-
noratur.

Unus aliquis olim à Christo seiscitatus: *Magister bo-
ne, inquit, quid boni faciam, ut habeam vitam æternam?*
Cui Christus: *Si vis, ait, ad vitam ingredi, serva mandata.*
Non abfimili modo hæc respondendum: Si vis gehen-
nam ingredi, serva hæc præcepta, quæ niger ille ab Or-
co angelus dictavit.

Adversus damnatissimas has leges stat Christus Do-
minus, clamâtque: *Ego sum Veritas.* Gens humana per
innumeras fraudes; velut per vitentia prata seducitur
ad inferos. Ego Veritas. Ego Via duco ad Vitam, ad-
bearitatem. Ego summa sum Veritas, omnem in me ve-
ritatem complector, eamque Orbi represento tanquam
infinitæ amplitudinis speculum. Ego sum Veritas in
verbis, nam fallere nescio; Veritas in factis, mea enim humana
opera omnia divino intellectui ac voluntati conformia
sunt. Vos homines servus meus David, non sine causâ
sic affatus est: *Vani filii hominum, mendaces filii hominum,*
fallacias avidissimè & discitis & docetis. In hoc studio
mores & vitam cõsumitis. Huc ergo ad meum Lyceum
properate; Ego sum Veritas. Si animum applicueritis,
cognoscetis Veritatem, & Veritas liberabit vos.

O Domine, liceat hic paullulum contradicere. Que-
stus es, ô bone Jæs v, per tuos Prophetas & Apostolos,
tè à Mundo tam indignis modis exceptum, primò dom-
nium in stabulo salutatam, nec deinde humanis ha-
bitum. Non miramur. Cur venisti velut fax Orbis, quæ
igneum splendorem oculis invitis ingerit? Fit ut noctu
lumen inferatur coiclavî, in quo complures sunt, sed
nullus illorum videri vult: ille in angulo dormit, iste
jam vestes exiit, alius sub mensâ ebrius stertit, supra
mensam pocula, chartæ lusoria, tessera, confusissima
omnia. Hic nemo lucernam desiderat, imò clamant:
Apage facem, non egemus lumine. Hic status erat Or-
bis, cum Christus veniret in Orbem: passim clamaba-
tur ab omnibus: Tolle lucentem tædam, remove lu-
men. Quid jam mirum si Veritas cum ingratis Mundi
venerit? Qui fraudem & mendacium tueri studet, Ve-
ritatis telo configitur. Fraus suspicionis fomes, amoris
noverca, mater desperationis. Sed contra hæc omnia
stat immota Veritas.

Hæc è celo Veritas regis Hebræi David animum
ita perbibit, hanc ille veritatem in visceribus medullif-
que ita condidit, ut ab omni fraude alienissimus Deum
rogaret: *Salvum me fac Domine, quoniam defecit sanctus,*
quoniam diminuta sunt veritates à filiis hominum: vana lo-
cui sunt unusquisque ad proximum suum: labia dolosa in cor-
de, & corde locuti sicut. Disperdat Dominus universa labia do-
losa. Rex David ingenium Mundi considerans: *Salvum,*
inquit, me fac. Orbis universus fraudum referatissimus
est; nusquam non fallaces pedicæ insidiantur: oculos
pedes habeat necesse est, qui irretiti non vult. Quoniam
defecit sanctus. Gurges vastus, sed rari nantes eorum, qui
fraudes & fallacias non excogitent, qui loquantur sin-
cerè. Quoniam diminuta sunt veritates à filiis hominum. Ve-
ritati pæne idem contingit quod monetæ, quæ tot ma-
nibus tanto tempore atteritur, dum inscriptionem ac
signum

Item. c. 13.
cap. 35.
Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sen. c. 2. 4.
mod.

Sexta.

Ephes. c. 4.
vers. 2.

Septima.

Octava.

Nonna.

Decima.

Gell. lib. 12.
Noct. Attic.
cap. 18.

Vita nostra
est forum,
in quo
venditur
& emitur.

Mat. c. 19.
v. 16. & 17.

Ioan. c. 14.
vers. 6.

Ps. 61. v. 10.

Ioan. cap. 8.
vers. 32.

Ps. 11. v. 1.
& seq.

Antonius Magnus Orbem totum laqueis obductum vidit. Cave laqueos, cave. Et quis autem omnia satis caveat? Tragici consilium audi:

Seneca trag.
in Thebaidæ.

Quoties necesse est fallere, aut falli à suis,
Patiare potius ipse, quam facias scelus.

Quomodo enim putas Deo preces aut gratas admovebis, linguâ fallaci & dolosa? Quis hanc sui coci prober industriam, si eodem ille foco & pulvis in pultratio coquat, & sevim in vicinâ ollulâ eliquet, idemque prorsus cochlear jam pulmentum gustet vel ingenti fame stimulatus? Tales nos coci sumus, eâdem ridiculâ, unâ eademque linguâ jam precamur, & ferculum paramus dominico palato, mox illam ipsam mergimus doli ac fraudis sevosâ ollâ. Quomodo igitur preces ab hac linguâ sint gratæ Deo? Quisquis ergo vult archimagirus esse tanti principis, has sordes caveat, suum cochlear, linguam suam ab omni dolo mundam conservet. *Disperdet Dominus universa labia dolosa.*

Psalm. 11. v. 4.

S. V.

Qui utantur linguâ dolosa?

Dolosâ hac linguâ utuntur ii subinde, quorum esset dolo coercere, uti sunt Caussidici, Judices, Notarii, Galeacius dux Mediolanensium, cum aliquoties audisset, vasto ingenio caussidicum esse, qui lites serere, & aras producere atque alere etiam in liquido Jure posset; hominem ad se accitum affatur: Debeo, inquit, pictori centum aureos. Non lubet solvere: tu equid tueri me in jure, & rem protollere potes? Annuat largiter, & principi promptè se dedit. Sed,

Monast.
Treb.

Qui struit dolum alteri, idem ipse eum struit sibi.

Nam Galeacius fraudis sic confessum, verbis prius increpitem laqueo publicè necari iussit. Firmum fixumque est: *Dolosa labia disperdet Dominus.* Siquidem dolosus sustinet artibus plerumque capitur. Audite fraudulentum, rem memoratu dignissimum.

Lipsius in
Monit. Po-
lit. lib. 2. c. 9.
manit. 3.

Agebat Norimbergæ Rudolphus I. Auftriacus, Imperator, & rebus Imperii ac publicis intendebat, cum eum ad privatas leviter vertit mercator quispiam, jus & vindictam petens in hospitem sive diversitorem ibi notum, à quo grandî pecuniâ fraudatum se dicebat: nam bonâ fide deposuisse apud eum in sacculo ducenas argenti se libras (Marcas appellant) seu mille philippicos, quos ille impudenter abnegabat, injuriosè retinebat. Imperator de fide dictorum interrogat: affirmat mercator, sed suâ fide, nec aliis (ut solet ferè in deposito) argumentis. Igitur Imperator re perpensâ, astum adhibendum censuit, & vestigiis indagandum verum. In eam rem quærit ab homine, ille sacculus cujusmodi sit? Describit ille formam. Nec jam aliud Cæsar quam secedere eum in proximum cubiculum, & præstolari juber. Habebat in animo accusatum cautionem evocare, sed fortuna commodiùs instituit, & ultro ad eum venit. Nam venerunt primarii urbis cives, ut solet, gratulatum Cæsari & salutatum; inter quos iste infidus hospes. Norat adèd jam ante Cæsar, & ut comitas ejus erat, benignè & per facetias appellat: Heus tu scitum illic pileum habes, mihi dona, aut permute mus. Ille arripit, pileum libens dimisit, & honori hoc factum duxit. Cæsar paullulum secedens, quasi publicum negotium avocaret, fidum ac notum civem, cum illo ipso pileo ad uxorem hospitis mittit, his additis mandatis: Heus matrona, maritus juber ut sacculum talem ad eum mitas. Opus habet: ecce reseram fidei meæ hunc ejus pileum. Mulier agnoscit pileum, & sacculum quem descripserat. Iraque nihil ambigens ascendit, tradit quasi ad maritum deferendum. At ille rectâ ad Cæsarem, qui mercatori ad se vocato sacculum ostendit, &: Hicne est, inquit, num agnoscis? affirmat mercator, & exultat. Tum & hospitem Cæsar adhibet: Et hic, ait, de te queritur ac perfidiam tuam

accusat: quid ais, an refellis? Ille audacter, mentiri eum dicens, aut dementem; nihil sibi rei cum eo esse aut fuisse. Denique Imperator sacculum profert, ad ejus adspæctum ille turbatissimus, animo ac linguâ labitur. Quid multa? mercator pecuniam, hospes infamiam recipit, atque etiam damnium: nam grandî aliâ insuper pecuniâ Cæsar eum multavit. Ita prorsus doli suis captus est dolosus.

Ezechias rex grande perit à Deo. Vitæ finem *Isai. c. 38.* indixerat Isaias propheta. Hic Ezechias supplicem Deo *vers. 3.* libellum porrexit, spe certâ fretus aliquot vitæ annos emendicaturum. Sed quâ tandem arte id Deo persuasit Ezechias? Hac ipsâ: *Obsecro Domine, inquit, memento queso quomodo ambulaverim coram te in veritate.* Quicumque in rebus omnibus veritati studet, atque hoc unum agit, ut omnia sincerè & sine dolo agat, hic ingenti animum fiducia impleat, nihilque cunctabundus speret, preces suas fore gratissimas Deo. At impostor, & dolosus oris homo, nihil hic habet sperare; clamabit & nemo audiet. Joannes Apostolus: *Majorem horum, inquit, non habeo gratiam, quam ut audiam filios meos in veritate ambulare.* Multum in Virtutis gymnasio promovit, qui amare veritatem, omnem dolum odisse didicit.

B

Qui dolosè agit, virtute se fatetur imparem.

Joan. 1. p. 3.
vers. 4.

Monast.
Treb.

G

CAPUT XXIII.

GARRULA Lingua quibus potissimum, & quantum noceat.

Verbum vetus est: *Æs Dodoneum.* Hoc in hominem importunâ ac improbæ loquacitatis dici consuevit. Zenodorus ex Atipho Menandri, in Dodonâ duas fuisse columnas ait, atque in unâ quidem positam pelvim æream, in alterâ pensile simulacrum pueri, flagellum æream manu tollentis; quoties autem ventus vehementior flaverit, fieri ut scutica impulsa crebriùs lebetem feriat, isque percussus tinnitum reddat, ad multum etiam temporis resonantem. Inde homo maxime garrulus cymbalum seu tintinnabulum Dodonæum appellari solet. Siquidem fabulator si garrire incipiat, uti creberrimè incipit, inòd pæne nunquam desinit, longinquum loquitur; lingua illius immodica, velut pelvis ænea vento ac flagello agitata, tam prolixam exhibet loquacitatem, ut auditores dicant. Nescit hic homo dicendi finem,

verborum tanta cadit vis;

Tot pariter pelves, tot tintinnabula dicas

Pulsari

Inven. sat. 6.
vers. 439.

Archelaus rex interrogatus à tonsore, quâ ratione tonderi vellet? respondit, silendo. Quam autem difficile sit multis filere, satis fatetur Garrulitas seu Vaniloquentia. Tacere garrulo, rerum omnium difficillimum. Atque de hoc linguæ vitio, de Garrulitate jam paullò uberiùs differemus, simul garrulitatis noxas explicaturi.

D

S. I.

Gregorium Nazianzenum theologum Celsus inurbanè arguit nimii silentii, & mutæ inhumanitatis, si quando inter homines ageret. Gregorius litteras Celsio scripsit in hunc modum: Hirundines olim cavillabantur cygnos, quòd extra hominum consortia solitarii in aquis sibi tantum viverent. At nos, ajebant illæ, in urbibus sumus inter homines, ædificamus in domibus, fallendo temporî plurimum commodamus. Malè habuit olores futiles hæc dicacitas: sed satis norant logos & fabulas optimè refutari silentio; unus tamen ceteris

Pi

us

En

us

Ap.

Sm.

ianit

Enli.

ref.

Hieron

Enli.

Vide G

lib. 1. l

div. 1

lib. exp.

ref. 5.

Horace

Epistolæ

lib. 1. v. 1

et. vale

et. a. dii

lib.

ad dicendum promptior: O misellæ, inquit, quàm vana est gloriola vestra! Nos quidem non multum, nec sæpe, sed suave canimus. Homines, ut nos ac nostram multam audiant, egrediuntur urbibus, vestros garritus ode-runt omnes, nemini non ingrata estis, tanquam avium loquacissimæ; neque enim canitis, sed inamœnis sibilis ac susurris omnium aures fatigatis, ideo rectè in vos pronuntiavit Pythagoras: Hirundines ne recto excipe. Sed & Aristoteles præcepit: Hirundines sub eodem tecto non habendas. Hæc olores hirundinibus. Ita & tu, mi Celeni, cum hirundinibus garrire poteris, quamdiu voles: ego velut olor in suo stagio, ita in museo meo cum libris meis loquor; mihi cano & Musis. Vale. Hæc Gregorii ad Celenum epistola.

Prov. c. 10.
vers. 19.

Omne omnino multiloquium Salomon sapientissimè monens fugiendum: in multiloquio, inquit, non derit peccatum. Qui nescit tacere, nescit loqui. Soloni pæne idem evenit in convivio quod Gregorio Nazianzeno. Quæsit audaculus: Ecquid iste sic tacet? Audiit Solon, & mox hominem responso verberans: Stultorum, inquit, nullus tacere potest. Quod divinæ paginæ abundè testantur. Ad rem Ecclesiastes: Stultus, inquit, verba multiplicat. Cum enim multis pauca dicat, obstrepens semper est ac nugator. Quippe quamvis flumen verborum profundat, ac guttam illè mentis non habet; & multis licet humidis ac lapsantibus verbis redundet, non ideo scaturit ex pectore oratio, sed in ore nascitur. Qui autem sine sensu ac sententiâ loquitur, non potest non multum loqui, quia quicquid loquitur superfluum est. Argutum illud Nicostri:

*Si continud, & multa, celeriterque loqui
Signum esset prudentia, tum hirundines
Dicerentur multo sapientiores nobis.*

Ap. Apol.

Sen. ep. 40.
initio.

Itaque inania sapientiæ pectora, velut ollæ fractæ sonant vitium, & malignè respondent. Qualem Emilianii illius orationem traducit à Madaurâ philosophus, quæ rebus flaccet, strepitu viget. Qualem Romanus Sapiens, Serapionis philosophi loquacitatem describit, qui solebat magno cursu verba convolvere: plura enim veniebant, quàm quibus vox una sufficeret, & densè cadebant ut nives. Omnis profectò garrulitas plurimum habet inanitatis & vani; plus sonat quàm valet: voluptatem autem vix ullam habet talis verborum sine delectu reventium strepitus. Ed autem magis, inquit Seneca, te deterreo ab isto morbo, quod non potest tibi ista res contingere aliter, quàm si te pudere deserit. Perfices frontem oportet, & ipse te non audias. Multa enim inobservatus ille cursus feret quæ reprehendere velis. Non potest, inquam, tibi contingere res ista, salvâ verecundiâ. Garrulus & verecundus mixtura est rarissima. Illi solum qui frontem exuerunt, linguam solvere nullius rem piaculi ducunt: sapiens in verbis scriptum amabilem facit, gratiæ autem sanctorum effunduntur. Stultus, inquit Hieronymus, cum neque præteritorum meminert, neque futura cognoscit, & ignorantia tenebris volutetur, falsam sibi scientiam promittens, in eo doctum se putat & sapientem, si verba multiplicet. Ubi tam multum est loquentiæ, ajebant pifci, ibi plerunque sapientiæ parum est.

§. II.

lib. cap. 13.
vers. 5.

Obus cognatorum suorum garrulitate fatigatus: Atque utinam, inquit, taceretis, ut putaremini esse sapientes. Cum garrulus Anaximenes exordium fandi faceret, Theocritus velut præco exurrexit, populo facturus audientiam: Attendite, ait, Attendite obsecro, adest gutta rationis, & flumen verborum. Certè aves adeò in cantum solutæ, plerunque parum obefæ; pecudes adeò clamosæ, non sunt lanigeræ.

Hocrates duplex minerval exere: ge à discipulis.

Quando igitur nihil facilius est quàm multa blaterare, & raræ artis opportune silere, Hocrates non immerito duplex minerval exegit à discipulis: unum quidem quod docuisset illos prudenter tacere, alterum verò

Tom. I.

A quod à se loqui etiam didicissent. Hinc Bias juvenent immodicæ linguæ faceret notans: Mi juvenis, ait, ecquis fandi magister te docuit tam copiosè loqui? Ifoeratis scholam non videris obiisse, ille alioquin & tacere te docuisset. Plurimum ferè loquuntur, qui minimè sciunt loqui.

Morbus est, Diabetes, dictus, Hispaniæ præsertim non ignotus, quamvis etiam Germanos, rarissimè tamen, concutiat. Hic omne cerebrum, & quidquid in corpore humidum est, colliquat & derivat in vesicam ejiciendum. Zeno ad hunc morbum alludens, cum unus aliquis in mensâ impendio esset loquacior: hic, ajebat, non bene valet, ambæ illius aures deflexerunt in linguam. Morbus iste fonticus & palabundus est, cum scilicet mens, ratio, cerebrum, aures in os & linguam defluunt. Unde, qui hoc morbo corripuntur, insanâ loquendi libidine jactantur: nihil illis insuavius quàm audire, nil promptius quàm loqui.

Morbus loquendi quem tenet, nunquam tacet.

At certè contrarium decet, pauca loqui, & plurimum audire: unicam enim linguam assignavit natura, & geminas aures. Et quàm illud est turpe tam prolixos texere sermones, ut opus sit monitore qui dicat: heus tu, satis est. Nec tamen modicæ virtutis est, ejuscemodi loquacissimos gerrones, taciturnâ modestiâ posse vincere. Narrant Aristotelem ab importunissimo fabulatore diu defatigatum, tamen siluisse. Tandem furilis ille homo interrogans: Fortassis, inquit, molestus sum tibi? Cui Aristoteles: Non certè; nam, quid diceret, non attendi. Apollonius interrogatus quinam essent optimi hominum? Respondit: qui in dicendo brevissimi. Nam, plurimum facere, & minimum de se loqui, viri optimi est. Vasa vacua inamœnum tinniunt.

Deus olim per Moysen edixit: Vas quod non habuerit operculum, nec ligaturam desuper, immundum erit. Os hominis verborum quid aliud esse dixeris, quàm vas cui nec ligatura, nec operculum est? quid ergo miremur, si vase est receptaculum sordium sit receptaculum?

Narrat Pelagius è Scithi solitudine religiosos fratres ad Antonium ivisse navi, in quâ & senex, qui eodem tendebat, sed in viâ silentium religiosissimè observabat. Illi alii liberè varia garriebant; neque senem præ ceteris humanissimè salutans: Mi pater, ait, facundos & bonos, ut video, nactus es comites. Cui senex: Boni sunt quidem, inquit, sed habitatio eorum non habet januam, quicunque vult, intrat stabulum, & solvit asinum. Indicabat eos supra modum loquaces, quicquid in buccam veniret, effutire. Appositè Salomon: Sicur urbs patens, inquit, & absque murorum ambitu, ita vir qui in loquendo non potest cohibere spiritum suum.

§. III.

Go quidem, non eò hæc disputo, ut homini inter homines agenti severum illud religiosarum ædium silentium imperem, ne is unquam nisi statò tempore loquatur; hoc tamen contendo, multiloquium omni modo cavendum, tanquam seminarium innumerabilium nozarum. Certissimum est Siracidæ oraculum: Qui multis utitur verbis, ladet animam suam. Non minus autem verè quàm præclare mihi dictum videtur: Garrulitas & periculosa, & ridicula, & odiosa, & plurimum damnosa res est.

Periculosa quidem, nam Salomone teste, Os lubricum operatur ruinas, & qui inconsuleratus est ad loquendum, sentiet mala. Sine periculo nil arcani committitur garrulo, plenus rimarum est, hæc atque illac perfluit. Garrulus simillimus est puerulo, qui glaciem manu retinere cupit, quia pellucida est; sed quia tam lubrica est, sinit illam invitis digitis elabi. Ita nugator arcanum sibi creditum seir non evulgandum esse, sed quia linguam in udo habet, vix audit, & effundit audita. Est perforata lingua cuius garrulo.

Ii 2

2. Ridi-

Zell. c. 20.
vers. 13.

Hieron. in Eccl. d. l. Vide Gall. lib. 1. Noct. dicit. c. 1.

Num. c. 19.
vers. 15.
Os hominis verborum quid aliud esse dixeris, quàm vas cui nec ligatura, nec operculum est? quid ergo miremur, si vase est receptaculum sordium sit receptaculum?

Pelag. li. bell. 4. n. 1.

Prov. c. 25.
vers. ult.

Eccl. c. 20.
vers. 8.
Vide Pluribus de Garrulitate nozarum.

Quatuor Garrulitatis nozarum: 1. Est periculosa. Prov. c. 26. vers. ult. & c. 13. v. 3.

2. Est quid
ridiculum.
Ecclesi. c. 19.
v. 11. & 12.

2. *Ridiculum* quid Garrulitas est. Cum ad verba venitur, amissis alba est garrulus: quod præclarissime dixit Siracides: *A facie verbi parvulus, tanquam gemitus infantis. Sagitta infixæ femori canis, sic verbum in ore stulti.* Qui puerile ludicrum querit, juglandium putamina felis pedibus agglutinet, aut caudæ bacillum alliget, & ipsam in lignum ambulacrum immittat: hinc miserum animal dicurrer, saliet, flebiliter clamabit, & rotabit se multiplici gyro, nec quiescet dum excutiat affixa aut illigata: sic homo loquax inrequietus linguam agit, dum quod animo concepit, ore pleno eiecerit. Sanctus Antiochus hos tales rustico confert allium obolentem; Sed apage os tam spurcum, tam fœtentem animam; colloquium cum tali supplicium est.

3. Est quid
odiosum.
Ecclesi. cap. 9.
vers. 11.

3. *Odiosum* quid Garrulitas est. *Terribilis est in civitate sua homo linguosus: & remarius in verbo suo odibilis erit.* Illud in primis odiosissimum est, quod tamen garrulo usitatissimum, aliorum sermones interpellare. Hinc illæ garrulorum voces assidua: Nihil dicis; ego rem omnem probè teneo: si mihi operam dare velis, intelliges. Aur: Tu ne obliviscaris, quæ dicturus eras. Factum bene, quod istud in memoriam revocasti. Er: quàm juvat interdum sermones mutuos serere! Aur: Pridem expectabam, an eodem mecum recideres. Ita ne respirandi quidem facultatem iis, quibuscum loquitur, concedit garrulus. Ac postquam singulos loquacitate sua enecavit, discedentes comitari vult; & domum usque deducere. Quid hoc homine odiosus? Dauliæ cornice linguacionem rectè dixeris. Ideo monet Siracides: *Qui odit loquacitatem, extinguit malitiam.*

Ecclesi. c. 19.
vers. 5.

4. Est dam-
nosissimum.

4. Garrulitas est *damnosissima*. Et quantum illud damni est quod garrulus sui ipsius sit proditor. Quidquid in illo vicioli latet, hoc linguæ intemperantis æstu in apertum ejicitur. Tractant scilicet fabrilia fabri. Verissime dixit Plato, homines amore ipso fieri facundos, ad loquendum de rebus quas amant. Suidas asserit Homerum hinc epulonem, Aristotelem gulonem à Timæo judicatum, quod sapius de epulis & gulæ illecebris locuti essent. Quæcunque diligimus, hæc colloquiis miscemus, & nos ipsos prodimus. Hinc Thomas Aquinas religiosissimus non immeritò judicatus, quod cum sociis de rebus duntaxat sacris & religionem spectantibus consueverit loqui. Eà de causâ Siracides locuturus instruens: *Omnis, inquit, enarratio tua sit in præceptis Altissimi.* Prisci Anachoretæ id observabant, nunquam ad colloquium progressi, nisi memorabile quid dicere haberent, quod imitatione vel certè memoriâ dignum esset. Ut æra tinnitu, & scissilia sono, ita verbis homo dignoscitur. Si cicadam alâ prehendas, usque, & usque tinniet. E speculis, ajebat Demonax, oris habitus, è colloquiis imago animi relucet, ut verissime dixerit Socrates; qualis vir, talis oratio. Ubi multum oris, plerunque parum est operis. Dives verborum, inops rerum est, ut dicere liceat: Vir est verborum, non verba viri. Semel interrogatur, & totum diem responsis ac sermonibus frangit. Quidquid venit in buccam, narrat velut historiam. Ac multum garrire, est multum mentiri.

Ecclesi. cap. 9.
vers. 23.

Ecclesi. c. 10.
vers. 13.

Job cap. 11.
vers. 2.

DE garrulo Ecclesiastes planissime: *Initium, inquit, verborum ejus stultitia, & novissimum oris illius error pessimus.* Quoties verbulum leviter editum omnem dissiuit amicitiam? Ante annos non multos vile convicium inter Danos & Suecos, quantas tragædias excitavit? è favillâ natum incendium. Loquacitatis finis infortunium est. Cognatus Jobi non malè ratiocinatus: *Nunquid, ait, qui multa loquitur, non & audiet? aut vir verbosus justificabitur?* Ubi copia verborum, illic indigentia rationis: ubi tam multum palcarum, ibi plerunque parum frumenti. Rarissime idem & verbis & factis valet.

§. I V.

A Evagrius loquaces amygdalo confert, quæ omnium ferè arborum prima floret, sed præproperea hæc coelestias nebulis ac pruinis miserè plectitur: ita garrulus licet aliis non incommodet, sibi tamen semper plurimum nocet. *Labia insipientis precipitabunt eum,* dixit Ecclesiastes, *Eccl. c. 10.* Veritas in multiloquio adeò periclitatur, ut ne quidem, si vera dicant, credatur loquacibus. Et quemadmodum hypocauftum etsi liberaliter calefactum, frigidum, si toties pandatur ostium: ita quidquid boni spiritus, quidquid optimi caloris diu collectum est, id omne una garrulitas effundit. Et quid probi sensus invenias in eo homine, qui picâ, turture, lusciniâ loquaciore, qui Dodo næum æs superat? istud enim admodò à ventis flagello resonat, aëre tranquillo silet; atqui hujus linguam nihil potest compefcere, non bruma, non æstas, non ventus, non serenitas. *Verè nequit loqui, tacere qui nequit.* Et nunquid colligit de spinis uvæ, aut de tribulis ficus? Non pendunt poma in silvestribus dumis, nec spineta sentesque utili aliqua fruge complentur: sic melioris vitæ documenta non à garrulo expectes, sed scommata, querelas, irrisiones, obrektionones, & hoc genus acerbissimos racemos. Verissime: In multiloquio non deest peccatum, & quod sequitur, multiplex damnum. Quoties hæc sermonis aviditas verba pauca extrufit, quæ nulla unquam poenitentia satis diluere potuit? Dolent illi quidem hæc aut hæc à se dicta, nunquid etiam statim emendant dictorum damna? Aviculam, mi garrule, manu misisti, nullâ eam fistulæ suavitate retrahes, semel emissum volat irrevocabile verbum: viam voces non relegunt, nisi fortè, quod multis accidit, per jugulum redituræ. *Idcirco sunt pauci sermones tui, nam, in multis sermonibus invenietur stultitia.*

B

C

D

§. V.

INsigniter Augustinus in medium consulens: *Linguam domabis, inquit, si vigilabis, vigilabis si timebis, timebis si te Christianum esse cognoveris.* Restinguenda est favilla ne fiat flamma; surculus recidendus, ne crescat in silvam; gutta siccanda, ne tumescat in fontem. Eà de causâ Palæstinus rex David, Numini supplex: *Pone, inquit, Domine custodiam ori meo, & circumstantiam labiis meis.* Scio Domine; solertissimè linguam natura munit, oscâ catarractâ porta includit, valvis coërcuit: hæc tamen omnia frustra sunt, nisi tu Domine apposueris tuas excubias. Ergo pone custodiam ori meo. Neque solùm custodiam, nam in bello milites etiam aggerem jaciunt, & vallo se defendunt, ideo petir & ostium circumstantiæ; geminum sancti Spiritus donum postular, illud consili, istud fortitudinis est. Consilium docet, quid, quando, & quomodo loquendum, aut tacendum sit; fortitudo animat ad loquendum quod decet. Nec opem solùm à Deo David petiit, sed ipse cum animo suo sic statutum habuit: *Dixi, Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea.*

Res hinc memoratu digna in mente est. Ajunt ad Pambonem Ægyptium eremitam venisse virum eruditum, qui hoc Pamboni persuaserit, ut morum sanctitati litteras etiam jungeret. Initium ergo sumptum à psalmo trigésimo octavo. *Dixi, Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea.* Atque ubi versus primus fuisset explicatus: Satis est, ajebat Pambo, postquam hoc caluero, plus discam. Diu post rediit doctor, quæsitque: & cur non pergeret, alteramque posceret à prælectore præceptionem? Cui Pambo: Primam, inquit, nondum dididici, quo minus autem progrediar, Apostoli præceptum retinet jubentis: *Estote factores verbi, & non auditores tantum.* Post annos complures à quopiam suorum familiarium rogatus, an primum illum psalmi versum dididisset. Respondit: quadraginta novem annis hunc versum discere conatus, vix demum exactiorem illius notitiam

P
u
P
le

A
de
ca

D
qu
ob
du
Di
ppl
ma
Ma
Sal
Sra
Sp
I. P
vers
Cm
m
Pfa
vers

Ecclesi. cap. 1.
v. 1. & 2.

Prov.
vers.

Psal. 38. v. 1.

Histor. Tri-
part. lib. 8.
c. 1. & ex cã
Marulus
lib. 4. cap. 6.

Luci cap. 1.
vers. 22.

notitiam affectus sum . Eandem hanc prælectionem Agathon abbas condiscere volebat, sed conatu ac sumptu majore, quam Demosthenes suam illam caninam litteram. Legerat Agathon illud Salomonis: *Qui custodit os suum, custodit animam suam.* Triennio igitur silicem ore circumtulit, ut vel hac ratione taciturnitatem cogeretur discere. Neque hoc adeo in homine admirandum; ab animantibus id discimus. Anferes, uti Elianus commemorat, Taurum montem transfussuri, lapidem mordicus tenent singuli; ut ne clangorem fundant, idq; Aquilarum metu faciunt: ita silentii frenos sibimet injicientes montem transvolant, suppressaque omni clangoris significatione, Aquilas persæpe fallunt. Cacadæmon rapacissimus vultur, noctes atque dies nobis insidiatur, tum maximè noxius, cum nos minimè taciturni. Quin ergo lapillis os obstruimus, duobus præcipue, *Timore Dei, & Proposito firmo.* Quisque sibi dicat: *Dixi, custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea:* divinis oculis omnia cernentibus, divinis auribus nihil non audientibus undique sum expositus; spector & audior ubique. Philosophiæ præceptum est: Sic loquendum esse cum hominibus, tanquam Dii audiant; sic cum Diis, tanquam audiant homines. Monitum hoc Apostolorum princeps confirmans: *Siquis, inquit, loquitur, quasi sermo- nes Dei.* Ita mens custodita erit, si prius fuerit lingua. Gregorius hæc omnia consignans: *Dum, inquit, quisque per os, cap. 2. verba diffundit, perditâ gravitate silentii, mentis custodiam amittit. Vir linguosus non dirigetur in terrâ.*

H

C A P V T XXIV.

HYPERBOLICA & HYPOCRITICA Lingua, quomodo utraque noscenda & fugienda.

Mitum, nusquam divinas litteras mentionem facere, de ullo damnatorum ad inferos, qui questus esset quâ parte magis torqueretur: solus epulo, interfecto Lazari, linguæ cruciatus lamentatur: Membris omnibus ardet, & soli linguæ frigidarium rogat. Si ergo tantum linguæ supplicium in rogis illis nunquam sopientis, cur non maximam linguæ curam gerimus, dum vita superest? *Mors & vita in manibus lingua.* Idcirco vitam appetere, & linguam negligere, est operam ludere. De Lingua GARRVLA superiore dissertatione actum: sequuntur HYPERBOLICA & HYPOCRITICA: quâ ratione hæc geminæ linguæ sint dignoscendæ, quâ porro fugiendæ, hoc capite exponemus.

§. I.

Apud Laconum regem Agefilaum, laudatus quispian est ab eo artificio, quodd minima quæque mitum in modum exaggerare nosset, & muscam ad elephantum magnitudinem extollere. At ego, inquit Agefilaus, nec futorem quidem laudaverim qui parvo pedi magnum calcem induceret.

Hyperbole, Rhetoribus ementens superjectio dicitur, quodd rem parvam ampliet & attollat. Seneca: *Omnia hyperbole, inquit, extenditur, ut ad verum mendacio veniat:* Itaque qui dixit:

Qui candore nives antevirent, cursibus auras,

Quodd non poterat fieri, dixit: ut crederetur quantum plurimum posset. Et qui dixit,

His immobilior scopulis, violentior amne:

Ne hoc quidem persuasurum putavit, aliquem tam immobilem esse, quam scopulum. Nunquam tantum sperat hyperbola quantum audet: sed incredibilia affirmat, ut ad credibilia perveniat. Itaque iste loquendi modus rem plus æquo exaggerat. Atqui hinc (cum Hic-

ronymo loquor) nemo non Rhetoricatur. Hyperbolen sermone milies miscemus, & tamen sæpe Rhetoras nos esse negamus. Tam altè nobis infidet hoc linguæ vitium, ut vix tria verba fari sciamus, quin magnâ linguâ rem altero tanto majorem faciamus, aut augendo nitium, aut deprimendo. Hinc frequentissimè fama spargitur, quæ cundo crescit: quilibet auditorum addit auditis. Primus, quinquaginta in acie cæcos dixerit: alter centenos, & aliquot: Tertius ducentos: Trecentos quartus. Brevi mille occisorum narratur:

*Fama malum quo non aliud velocius ullum
Mobilitate viger, vires acquirit eundo.*

Virg. lib. 4.
Æneid.

Quotidianus hic lusus est: nova semper somnia, & recentes fabulæ sparguntur. Vidi decem lupos, ait iste; istum mox sequitur qui dicat: visos esse viginti. Brevi fama percrebrescit, esse hominem qui viderit lupos simul triginta. Neque hinc sistit lingua hyperbolica, è decem lupo quos primus confinxit, paulatim quinquaginta, septuaginta, nonaginta, centum producit exaggerando. Tandem unum lupum fuisse visum contempit, aut simile quidd lupus. Pari modo è calice creberimè producimus elephantum, formidandam belluam ex alato vermiculo.

Indicos tauros ajunt linguas habere tam longas, ut eas ad aures usque exerant. Linguæ hyperbolice ad aurium viciniam excurrunt: quiddquid enim ab auribus admittitur, ab his linguis iterum venditur amplo fenore.

Sanctus Ignatius magnæ familiæ religiosissimus patrens, linguæ non vim majorem quam moderationem ostendit. In laudando parvus, in vituperando fuit parcissimus. Exaggerationes ejuscemodi, atque hyperbolas sic exotus est, ut neminem facile aut avarissimum, aut pigerrimum, aut superbissimum appellare auditus sit: certè amplificationes istæ mendacio admodum sunt affines. Ecquid quæso te, mi homo, sic minima quævis amplificas, quidd depressa sic extollis, minuta sic auges, & rebus formam concilias, quâ si carerent, pulchriores essent: quidd verbis pondus adjicis tam indecorum? nunquid ut muscam eneces, gladius à pariete detrahendus; aut ut ovum aperias, securi armatâ da est manus?

Miserat Moses qui uberes illas terras, certâ oculorum fide explorarent. At illi redierunt, & linguas hyperbolicas retulerunt. Nam omnia in majus efferentes: *Maxima, inquit, multitudo est, & nobis saturâ procerior:* *Deut. cap. 1. urbes magna & ad calum usque munitæ, filios Enacim vidimus vers. 28. ibi.* An non hoc exaggerare est, & adificiorum moles cælo certantes commemorare, ingenti sed vanâ consternatione animorum?

Non multum ab his abierunt alii ex eadem gente magniloqui declamatores. Ingens fuerat dissidium excitatum inter Israëlitis familias. Venerant autem nuntii hyperbolicis linguis instructi, dixerantque: Rubenitæ & Gaditæ adificaverunt juxta Jordanem altare infinitæ magnitudinis. His auditis Israëlitæ miserunt legatos qui dicerent: *Hæc mandat omnis populus Domini: Quo est ista transgressio? Cur reliquisti Dominum Deum Israël, adificantes altare sacrilegum, & à cultu illius recedentes?* At illi legatis responderunt, optimo à se animo id factum, malevolis finistrè id interpretantibus fidem non habendam, nec tam facile credendum plus æquo rem exaggerantibus. Ita legatis & Israëlitis majoribus satisfactum.

Idcirco qui veritati studet, exaggerationes omittat, hyperbolas caveat, suo rem preterio efferat: non convenit comœdiæ cothurnus, nec tragœdiæ soccus: tenuiter, grandia grandius efferenda; sua rebus sit auctoritas, parvis parva, magna magnis. Proximus mendacito est, qui augere rem solet, aut imminuere. Sed linguam hypocriticam consideremus.

Prov. c. 13.
vers. 3.
Relig. lib.
4. n. 7.

Elian. lib. 5.
de animal.
cap. 29.

Duo lapilli
quibus os
obstruen-
dum, Timor
Dei, & pro-
positum fir-
mum.

Macrob. l. 7.

Satur.

Seneca

ep. 10. sine.

1. Pet. cap. 4.

vers. 11.

Greg. l. 10.

cap. 2.

Psal. 139.

vers. 12.

Prov. c. 18.
vers. 21.

Ribaden. l. 5.
de illo cap. 6.
S. Ignatius
linguæ non
vim majo-
rem quam
moderationem
ostendit.

Isaie c. 22.
v. 10. & 16.

§. II.

DE Hypocriti nullus hinc dicendi locus, nisi qua linguam illa infidet. Alii hinc copiosi sunt & verborum abundantes, ego stricte rem persequar: neque enim de omni fictione vel simulatione, sed ea tantum differendum, quæ aliud pectore clausum, aliud ore promptum habet, turpissimam oris & cordis disensione. Enimvero mentis ac linguæ perennem concordiam, dic quibus in terris reperite sit? Ubique fucus, ubique mimus est, sincera fides vix usquam. O vita fallax, quam abditos sensus geris, quos lingua tegis comptissimam!

S. Maxim. Sanctus Maximus clarissimus martyr, linguæ hypocritica sobolem præclare depinxit: *Est odium*, inquit, *amicitiæ habitus velatum, est invidia dilectionis stylum imitans, est iustitiæ simulatio, quæ solâ conservatur apparentiâ, quæ astute moros colorat, & pravam animi affectionem tegit appareat soboles rente pietatis habitu.* Sapiens Hebræus: *Simulator*, inquit, *ore decipit amicum suum.* Lingua dicit: *Tuam vicem, mi frater doleo.* Mens cogitat: *Doleo & ego, sed hoc unum, quod damnum tuum, quam velim, levius sit.* Sic alter alterius miseras deflemus, sed fideis oculis, sed ridebant pectore: præsentem in os laudamus, absentem lacera-

mus dentibus: coram dicta factaque probamus, improbamus ubi absis: tanquam si quis alteram manu sudorem detergat, alterâ vulnus imprimat; alterâ demulceat, venenat alterâ. Itâ fallacibus blanditiis, osculis, amplexibus odia velari didicimus: omnem oris varietatem induimus, ut quam suavissimè fallamus. Jobus id obser-

Job cap. 20. vans: *Cum dulces*, inquit, *fuert in ore ejus malum, abscondet illud sub lingua sua.* Silet crabro, dum infidet flori; cum avolat, inamœnum murmurat: Sic lingua hypocritica, dum mellis aliquid affunditur, aut tacet, aut fictè loquitur; tum demum agrestis & barbaro fremitu tumultuatur, cum procul est à melle & flore.

Laban abeuntem Jacobum generum velut fugitivum infecerat, in monte Galaad comprehendit, & *Cur*, inquit, *ignorante me fugere voluisti, nec indicare mihi, ut prosequer te cum gaudio, & canticis, & tympanis, & citharis?* O linguam hypocriti plenissimam!

Ter peccat qui se bonum illi simulat, cui facit male. Irâne, mi Laban, sororis tuæ filium tantis tripudiis deducere volebas, & fidibus prosequi? uti canes, credo, è culinâ solemus. Certè superioribus annis alium te à vultum gerebas, quam modò jaçtes. Dicitis, ò boni, & non facitis. Hoc vultu, hac voce Joabus Amalam fallavit, interea latus pugione perhaussit. Hoc ore Scariotes in Oliveto magistrum compellavit, *Ave Rabbi, Ave Mariæ fili;* ego etiam inter discipulos tuos censor, cur non æquè atque alii ad comprecationem assumor? Nequissime mortalium, alterâ panem, alterâ scorpionem fers: *Mulces cum Mordeas.* Verè mollii sunt sermones tui super oleum, & ipsi sunt jacula.

Ita loqui consueverunt amici laborum, hostes animotum; oblectant aures, vulnerant mentes: ita ciconiæ sublime quidem volant, sed rostro serpentem ferunt: ita illi à fronte mulcent, à tergo viperant. Vultures sunt, qui creduntur esse Aquilæ. Talis ad amulsum fuit Herodes Afcalonita, qui Aristobolum, conjugis suæ Mariamnes fratrem, Pontificem declaratum convivio peracto in opportunum locum magnâ comitate pertraxit, ostenditque se paratum in ejus gratiam juveniliter colludere. Cumque loci ejus natura esset æstuosior, citò defessi relicto lusu, magnis piscinis, quæ ibi circa aulam erant, imminentes frigus captabant, meridiano tempore; ac primùm spectabant natantes quosdam è sociis & famulis: deinde postquam provocante Herode adolescens quoque eis se miscuit, quidam amicorum, quibus hoc datum erat negotium, deprimentes eum natantem, & quasi per lulum ac petulantiam mergentes, non prius destiterunt quam omnino aquâ præfocatus esset, Hic fuit Aristobuli exitus,

Herodis hypocritis.

A anno ætatis decimo octavo, Pontificatus primo. Hæc fuit Herodis facinorosissimi lingua hypocritica, quâ miserum juvenem veluti collisor pellexit ad tam funestam tragediam.

Hypocritica hæc lingua omnibus largiter benedicit, optimèque precatur cum auditur, sed clam execrationes pessimas præmittit. Est instar spiculi, quod ut magis penetrer, pinnulis pictis ad volatum intruitur. Est instar apiculæ quæ mel ostentat, sed non procul abest aculeus. Hæc lingua novit omnia vasè artificiosèque construere, scit verba ambiguo & perplexo sensu jaccere, ita ut in omnem partem facillè torqueri possint; omnes Rhetorum tropos, omnes Dialecticorum æquivocationes & amphibologias callet. Hinc illa Machiavelli præceptio: Vitam igitur tueatur princeps, curèque imperium conservare: quibus autem id fiat rationibus, eam modò honesti speciem præ se ferant, nunquam non honore dignæ laudibusque existimabuntur. Hinc illud Manichæorum: Jura, perjura, secretum prodere noli. Hinc illud politicorum: Jurayi linguâ, mentem injuratum gero. De his universè pronuntiavit Salomon: *Pro-*

fert mendacia versipellis. Vox quidem, vox Jacob est: sed manus, manus sunt Esau. Olor plumis quidem candicat, sed carnem habet nigram duramque. Lingua hæc veluti cygnus plumulas ostendit mollissimas, & quibus nihil possit esse pictius, at later animus fuligine politica infectus. In hos æquissimâ indignatione commotus Siracides: *Qui sophisticè loquitur*, inquit, *odibilis est; in omni re defraudatur: non enim est illi data à Domino gratia: omni enim sapientiâ defraudatus est.*

§. III.

DRogo Hostiensis præsul: *Quot sunt hodie*, inquit, *qui dicunt; nos sumus de domo Christi, nos sumus de domo Ecclesiæ? Et sunt de domo Caphise, hoc est hypocritis: quod Petrus negando, hoc illi faciunt affirmando.* Guilielmus Perardus: *Hi sunt*, inquit, *simia diaboli, qui filios Dei emulari norunt loquendo.* Audias hos etiam de Deo, deque virtutibus differentes. Si verba spectes, pæne angelos credas: cum ad rem venitur, vix homines sunt. Non malè mercatores eos dixeris, qui colubrinas exuvias vendunt, verba fundunt nitidissima, sed quibus nihil subest pectoris. *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me.* Frequenter sola labra & frons amicum loquuntur, pectus claudit hostilia.

Jobus feralis in hos sententiam pronuntians: *Non veniet in conspectu ejus, inquit, omni hypocrita.* Quacunque is ratione seu factis seu verbis hypocritam exerceat, seu manu seu linguæ infideat hypocritis, à Dei conspectu excludetur æternum. Et cur obscuro? Quia hi tales picti locutores (sic appellem) oculos solùm aurèque hominum attendunt, cælestes & aures & oculos negligunt; imò eos fallerent, si possent. Deus per regium vatem amantissimè pollicitus: *Firmabo*, inquit, *super te oculos meos.* Perinde si dixisset: Non auferam oculos meos à te, quia tu assidue levas oculos tuos ad me. Quisquis non in omnibus factis dièctisque oculos suos tanquam in Dei vultu defixos habet, humanis oculis facillè glaucoma objiciet, illud secum semper reputans: Nemini oculi in cordis mei recessus se penetrabunt; bona verba danda sunt vel pessimis hominibus. Quid cogitem, illi nunquam assequentur; imperium in cogitationes meas meum est; hic mihi nemo obstrepsit.

Ejusmodi homines nec rationem admittunt, nec institutionem; linguas habent pæne insanabiles. Nescitur quàm in eis diabolus suaviter meridietur, nam, ut Jobus loquitur, *sub umbra à dormit in secreto calami, & in locis humentibus.* Neque hinc facillè quies illius turbatur. *Spiritus enim sanctus disciplina effugiet fictum.* Sensim sine sensu hoc peccati genus enecat, nec in suspicionem venit

tanti

Machiavelli. L. de principe cap. 18. circa finem.

Prov. c. 14. vers. 25. Gen. c. 27. vers. 22.

Eccl. c. 37. v. 23. & 24.

Drugo l. de sacramento dom. passio. nis. Perard. 10. 2. Summe Ver. & Viri. de sup. cap. 40.

Marci c. 7. vers. 6.

Job cap. 13. vers. 16. Cur hypocritæ à conspectu Dei excludentur æternum.

Psal. 31. v. 8.

Lingua hypocritæ insanabilis.

Job cap. 42. vers. 16. Sap. cap. 1. vers. 5.

Ita ve

Fi cu

Ma ve

Hy plu qui per his

Ana Mat chæ ellet pera hypu cã li ulus

Job cu vers.

Hypo tica li præci vit At bonem omniu malort voragi a Reg. i 4 v. 2.

De hyperbol. & hypocrit. linguâ. Cap. XXIV. 655

tanti nocuenti. Argue tales & audies quam facundè A illi se purgare norint, & culpam in alios vertere.

§. IV.

Annales Judicum de hostibus Hebræorum hæc memorant: *Fuitq; Dominus cum Iudâ; & montana possedit: nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abundabant.* Currus falcatus formidandum belli machinamentum, obvia quæque discindit, omnem aciei ordinem solvit. Habitatores vallis sunt hi fucati locutuleji, quorum lingua velut falcatus currus ubique perumpit, adversantia quævis disjicit, quaquam viam rapit, evolat & evadit! Ideo Christus toties in divinis suis concionibus: *Vae, inquit, vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ, quia clauditis regnum cælorum ante homines. Vos non intratis, nec introeuntes finitis intrare. Vobis albâ lingua, mens atra. Sed nunquid non melius est, solùm intus malum hære, quam intus & foris? cur ergo Christus hanc pictam linguam toties reprehendit? Hieronymi dictum est: *Simulata equitas, non est equitas, sed duplex iniquitas.* Nil inest boni, quamvis inesse videatur tam corruptæ linguæ; & frequenter plus nocere potest amicis tam fraudulenter rectus, quam apertus hostis. Quid enim ab illo larvato nequam aliud audias, quam, Ego patronus sum tuus, & ero dum superero; me semper faventissimum experieris, nec est quod malim quam tibi prodesse. Hic niger est, hunc tu Romane caveto: hæc talia è plauftro spargit lingua hypocritica.*

Anastafius Anastafius Manichæus (uti Zonaras memorat) cum animadverteret sibi Orientis imperium negari ob hærefeos de se suspensionem, Euphemio Constantinopolitano Patriarchâ obstitente, hypocriticam linguam subsidio sibi futuram rarus, Catholica sacra & voce & scripto amplexus est, ut Imperator esset. Fuit, sed pessimus; primum enim erat Euphemium virum integerrimum sede pellere, Macedonium successorem, eadem non diu potest amovere, dum Timorheum reperit, hominem sui oris & sensus. Et tamen Anastafius supra viginti quinque annos imperavit. Hæc æqua sunt judicia Dei permittentis, qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.

Ecebolius sophista, Juliani apostatæ præceptor, linguam habuit ad omnè hypocritin eruditissimam, velut plicatile cochlear, omni loco usurpandam. Hinc Ecebolius sub Constantio Imperatore Arrianus, sub Juliano paganus, sub Joviniano Catholicus. Verbo, verissimus Chamæleon, illius panni colorem assumpsit, quem inledit. Sed omnium talium verissima effigies improbissimus Absalon, quem in omnium malorum voraginem præcipitavit hypocritica hæc lingua. Narrant Regum facti, quantis simulationibus ambitiosissimus hic juvenis sui parentis aulam infamarit. Nam, *Mane consurgens Absalon, stabat juxta introitum porte in viâ, & omnes virum qui habebat negotium, ut veniret ad regis judicium, vocabat Absalon ad se.* En regius hic juvenis velut janitor adventores excipiens, & blandissimè salutans, de quâ civitate adessent, quæsit; & ubi cujusque negotii rationem humanissimis sermonibus fuisset expiscatus, subjungebat eadem comitate: *Videntur mihi sermones tui boni & justî, sed non est qui te audiât constitutus à rege.* Et velut justitiæ amantissimus: *Quis, inquit, me constituit judicem super terram, ut ad me veniant omnes qui habent negotium, & justè judicem? Sed & cum accederet ad eum homo, ut salutaret illum, extendebat manum suam, & apprehendens osculabatur eum.* En, quam simulatè omnia & fictè! En, quam sciverit Absalon, intus esse Nero, foris Cato. Sed tulit picta hæc lingua supplicium non pictum, Absalon medium inter cælum terramque miserabilissimè pependit, tot implexus laqueis, quot ferè capillos ferebat capite; tribus insuper confossus lanceis, ut quem & cælum & terra respueret, triplici dignum morte. Ita tandem Deus

in hæc piacula linguarum animadvertit, quandoque ferâ; sed seriâ ac severâ castigatione. Sapiamus alienis damnis. Illud Jobi repeto: *Non veniet in conspectu ejus Job cap. 13. omnis hypocrita.* Cum ergo loquimur, det lingua præcundi honorem cordi, ita ut quod hoc cogitat, illa proferat. *Vita quæ pari cum verbis ambulat gradu, adproba est.*

I

C A P V T X X V.

Quantum Lingua IMPRUDENS, IMPORTUNA, IRREVERENS incommodent.

SI cui inter præcos nobile fuisset ingenium, & vultus deformis, dicere solebant: Animus illius malè habitat. Hoc dicto Æsopus præcipuè notabatur, qui sapientum plurimos superabat ingenii acuminè, sed quia omnis in eum deformitas confluisse videbatur, mens ejus in fœdâ domo habitare dicebatur. Hic ipse à cenâ domum rediens, canem allatrantei sic allocutus est: *O canis, canis, si hæc pessimâ linguâ frumentum tibi emerres, mihi supra canem sapere videreris: sed quia hæc ipsâ non nisi fustuarium mereris, mihi aliud non es, quam impudens & imprudens canis.*

Alphabetum Romanum post statilem illum characterem H. de quo supra, litteram Longam proponit, in qua plures numerantur vitiole linguæ: inter has agmen ducunt *Imprudens, Importuna, Irreverens* Lingua, quas latrantibus catellis rectè comparaveris; qui hoc unum efficiunt, ut cum aliter tranquillari nequeunt, fustibus & lapidibus in eos agatur. Proderit ergo scire, quâ ratione horum catellorum latratus ad silentium componendi. Igitur jam de Imprudente, Importuna, Irreverente linguâ differemus.

§. I.

Lingua *Imprudens* non malè confertur navi onerata, quæ adverso flumine trahitur, cui tamen nauticus explorator deest; hæc mille periculis obicitur. Si desit linguæ Timor Dei, qui velut vias præteret, in vada & scopulos millies impinget, ut verissimè dixerit Siraides: *Labia insipientis præcipitabunt eum.* Lingua *Imprudens* & incircumspecta, illas Ecclesiastæ leges unâ liturâ expungit. Legem tulit Ecclesiastæ istam: *Omnia tempus habent, Tempus tacendi, & tempus loquendi. At linguæ Imprudenti semper est tempus loquendi.* Hinc errores innumeri. Si quis ergo in numerum velit referre, quoties hæc excors & temeraria lingua cæspiter, offendat, abertret, corruat, idem sibi operæ sumet, ac si transvolantes supernè aves numerare nitatur. Hoc tamen commodi habet hæc lingua, quòd ea, si nota sit, plerunque parum fidei habeat, non nisi apud sui similes chara-

Ut ergo hoc malum è facie noscatur, Imprudentis linguæ insignia hæc sunt: Nullam in dicendo, loci, personarum, temporis, rationem habere; priusquam interrogaris vel audias, respondere; loquentem alium temerè interpellare; proferendum sermonem nihil examinare; obvia quævis narrare; aut omnibus obvis, quidquid occurrerit, commemorare; nulli loquendo cedere; in omnibus controversiis uni sibi victoriam deposcere; decorum, quod sermonis regula est, penitus non curare; nihil meditatè dicere. Hæc linguæ Imprudentis signa non fallacia. Quòd si hæc lingua magnæ sit auctoritatis, & necdum in vulgus nota, plurimum potest obesse: exemplo rem demonstramus. Quis ævo Hieremias propheta Hierosolymis sanctior Hieremias? quis interitum populi uberius lacrymis deflevit quam Hieremias? & tamen unica magni nominis lingua hunc ipsum sanctissimum vatem tanquam urbis proditorem apud omnes

Indic. cap. 7. vers. 19.

Falcatus currus est.

Matth. c. 23. vers. 15.

Hypocrita plus nocet quam apertus hostis.

Anastafius Manichæus ut esset Imperator hypocritica linguâ usus est.

Job cap. 13. vers. 30.

Hypocritica linguâ præcipitavit Absalonem in omnium malorum voraginem. 2. Reg. c. 15. v. 2. ad 6.

Eccles. c. 10. vers. 12. Idem cap. 3. v. 1. & 7.

Imprudentis linguæ insignia.

656 De imprudente, import. irrev. linguâ. Cap. XXV.

nes proclamavit. Cum enim Chaldæi Hierosolyma obsidione cinxissent, & Hieremias expugnationem urbibus palam prædixisset, nec tamen ulli civium ad frugem bonam se recipere vates in agrum Benjamin exiit, & quidem eo tempore quo civium transitus nondum erat prohibitus. Hieremiam exeuntem è portâ observavit Jerias, & mox in virum sanctissimum irruens: Tu, inquit, ad Chaldaos profugis. Paraverat vates abitus sui causam reddere, at ille surdis auribus, quidquid diceretur, exclusit, & mox vincetum ad urbis principes pertraxit, velut transfugam & proditorem. Tantum valuit unius linguæ auctoritas, ut sanctissimus vates (quem antea summi, imi adorabant, quem omnes appellabant his vocibus: *Ora pro nobis Dominum*) non tantum sanctitatis opinionem amiserit, sed ob unicam inconsideratam linguam peius habitus quam pessimus proditor, colaphis percussus, flagellis cæsus, in carcerem detrusus. Lingua Jeriæ pluribus se vitiiis laborare ostendit, & tamen causam suam evicit. Et omnes crediderunt illi. Tanti est vel unica Imprudens lingua.

Joannis Baptistæ auctoritas apud cives Hierosolymæos summa fuit, ita ut si unus ille annuisset, in Messiam receptus fuisset, & tamen omnes Baptistæ conciones tantam Christi dignitatem conciliare non poterant, quin eam apud suos improbius Caiphas elideret unico hoc dicto: *Vos nescitis quidquam, nec cogitatis, quia expedit nobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Ab illo ergo die cogitaverunt, ut eum interficerent.*

Hier. c. 37. vers. 11. & seqq.

Joan. cap. 11. v. 50. & 53.

Nabalis imprudens lingua erga Davidem.

1. Reg. c. 25. v. 10. & 11.

Ibid. v. 25.

Nabalis, ille stultorum facile princeps, qui tamen in rem suam non adeò stultè sapiebat, quam Imprudentis fuit linguæ? Cum enim David penuriâ compulsus sibi suoque militi commeatus aliquid humanissimè petiisset, imprudentissimus Nabalis vociferari: *Quis est David? & quis est filius Isai? & hodie increverunt servi, qui fugiunt dominos suos. Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum qua occidit in foribus meis, & dabo viris quos nescio unde sint?* Hæ voces per jugulum Nabali rediissent, imò omnem illius familiam ad internectionem delevissent, ni Abigail Nabalis conjux ortum hoc incendium prudentiâ suâ extinxisset: mox enim cum liberalissimo commeatu advolans Abigail, & Davidi suppliciter genua accedens: *Ne ponat oro,* inquit, *dominus meus rex cor suum, super virum istum iniquum Nabalis: quoniam secundum nomen suum stultus est, & sultritia est cum eo, vocem prudentem & sanam ab eo nemo expectaverit; jam notus est; & quamvis intus sibi canat, stultè tamen omnia & incautè agit: hinc tam fatuas voces extrudit cum à se exit. Sit ergo venia tam barbaræ insanix. Omnia quæ peroravit, prudentissimè persuasit, & mariti linguam imprudentissimam corripuit tam liberali consilio.*

§. II.

IN propugnaculis, portæ non prius referantur, quam oculi in omnem partem emissi tuta omnia pronuntient. Imprudens lingua hujus moris negligentissima, rationi tantum temporis non permittit, dum illa circumspiciat, num sermonis ostium tutò referendam: patulas semper vult esse fores linguæ Imprudens, veluti noctes atque dies patet atri janua Diris.

Lingua nõ prodeunda non præmissa antecessore intellectu.

Nimia verborum

Cæco, cui opem negant oculi, ferunt manus, dum viam præterant, aut baculum pedum ductorem dirigunt: sic linguæ faciendum foret, nunquam illi prodeundum, non præmissa antecessore intellectu: circumspectio ubique præcedat necesse est, aut in præceptum ibitur. Quis unquam expendit numos quin eos contempletur, ne quatuor asses det pro sestertio? Lingua Imprudens verba, prout in buccam veniunt, effundit; nimis illi lentum negotium videtur, voces expendere, & ad libellam examinare. Ita verba qua data porta ruunt, evagantur, volant. Nimia verborum profusio, evidens pene signum

imprudentiæ. Non potest mens in tantâ profusione satis providere, ne quid elabatur inconcinnum, temerarium, imprudens, fatuum; non magis quam ex alto protrusum corpus, quâ parte primum, quâ postremum terram tangat, prospicere potest. *Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est.*

Epictetus in convivio eam censet linguam admodum imprudentem, quæ in maximâ varietate & copiâ tam ferinæ & altitium, quam apugnæ carnis, insuper tamen & pisces petit: ita Deus proponit nobis gubernationis & providentiæ suæ admirandam seriem connexionemque causarum tanquam fercula: hinc imprudentissima lingua sit, quæ alia postulet, aut meliora; ita magnæ quoque imprudentiæ est, si ditior spernat tenuiorem: nullus enim equus alteri equo unquam objecerit: Stum melior te, quia plus pabuli habeo, quia mihi frenum inauratum, tegmen holosericum, ephippium acu pictum est. Sed si posset, diceret: Sum velocior te, sum te tractabilior, & ideo melior. Sic omne animal ex virtute & vitio sibi propriis melius detentiùse judicatur.

Idcirco, inquit Epictetus: *Præscribe jam tibi formam quâdam, & legem quam custodias: quâque & ipse tecum, & in congressibus hominum observes. Ac majori quidem ex parte silentium præstetur, aut necessaria dicantur, eaque paucis. Rarè autem cum se obtulerit occasio, ad dicendum veniemus, sed non quidvis dicemus: non de gladiatoribus, non de ludis Circusibus, non de cibis aut potionibus, quæ res passim inculcantur. In primis autem de hominibus, cum verba sunt, ne eos vel laudemus, vel comparemus, caveatur.* Epicteti monita, Hippocentis præsul Augustinus auctoritate quâ valet maximâ, confirmans: *Custodi ergo, inquit, vias tuas, & Iditribun (dicitur in transliens, & imprudens locutor) & noli delinquere in linguâ tuâ: sperpende quod dicitur es; examina, consule interiorum veritatem, & sic profer ad exteriorum auditorem.*

Non malè lingua imprudens comparatur illi gallo gallinaceo, de quo hæc habet vetus apologus. Fures in domum pauperimam clandestino meatu subreperunt; at nihil usquam repererunt, quod Lavernæ placere posset, præter gallum gallinaceum, sed macie torridum. Cùmque in hunc culter expediretur: O mei domini, ait gallus, liceat mihi vivere liberalitate vestrà; ego certè hominibus profum, horas nuntio, ad labores excito, vivum sum horologium. Hanc ipsam ob causam, ajunt illi, jugulandus es, cum eos excites, quorum vigilantia nostros conatus impedit. Ita ferrum recepit miser. Sic imprudens lingua primò omnium ferit seipsam, & suo sibi jumento arcessit malum, ita & suo domino semper plurimum nocet. Nam

Pleraque in præceptis trahit, etiam se quoque Imprudentia. Et quis est qui non suo se cultro quandoque lædat? Tanto magis admirandus Pambo septuaginta annorum senex, qui animam acturus: In hanc horam, ajebat, non pœnitent me ullius sermonis, & sic ad Deum abeo, ut qui necdum pius & religiosus esse cæperim. Optimè monens Siraçides: *Si est tibi intellectus, inquit, responde proximo: sin autem, sic manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato, & confundaris. Honor & gloria in sermone sensati, lingua verò imprudentis subversio est ipsius.* Sed jam Importunam quoque linguam dicamus nosse.

§. III.

IMportuna lingua priori non dissimilis hac parte, quòd & ipsa loquendi attributiones, locum, personas, tempus minimè curet. Lingua Importuna rusticanis ocreis induta sonoros glomerat gressus; nullas pulsat fores, sed veluti notus fidicen tabernam irruit. Ad rem dixit Salomon: *Sermo opportunus est optimus.* Importunus autem velut immatura uva bellum movet dentibus. Sæpe botri generosissimæ indolis acerbi sunt, quia solis defectu nondum maturi sunt. Sic lingua importuna non tam re peccat, quam modo; maturitas illi deest. Quem

Al
no
sic
Sp
su
gu
po
ha
Lu
m
4.
v.1

Ibid

Imp
ling
fige
ca el
Eg)

Cir
Oras

Hier.
layr. 1

Pallad. l. 8.
cap. 10.

Ecl. cap. 5.
v. 14. & 15.

Circi
stan
tine vocant.

Prov. c. 15.
vers. 23.

De imprudente, import. irrev. linguâ. Cap. XXV. 657

Quemadmodum verò is importunissimus dicitur, qui à longo itinere fatigatum invitat ad ambulandum: ita lingua hæc molestissima est, cum verbosâ oratione narrare incipit quod omnes jam ante norunt, aut cum alieno tempore prolixum sermonem ingerit auribus adeò nauseantibus, ut illis etiam oculi consentiant, & in somnum fatiscant.

Antequam Spiritus sanctus Apostolos linguis igneis docuisset loqui, habuerunt sanè Apostoli linguæ Importunæ non minimam partem. Nam in ultimâ Domini cenâ contendebant quis eorum videretur esse major? Importunissimè prorsus. Irâne, ô viri! istud litigii movendum hoc tempore, hoc loco, Domino vestro jam ad crucem trahendo? Importunæ hoc linguæ illustre specimen fuit.

Cùm Elias vates quadrigis igneis in altum avectus fuisset, filii prophetarum ad Elisæum confluentes: *Ecce, inquit, cum servis tuis sunt quinquaginta viri fortes, qui possunt ire & querere dominum tuum, ne forte tulerit eum spiritus Domini, & projecit eum in unum montium, aut in unam vallium.* Quibus ait Elisæus: *Nolite mittere: Coegerruntque eum donec acquiesceret, & diceret, Mittite.* Ita missi sunt quinquaginta viri qui Eliam triduo sollicitè quæsierunt, sed Eliam nusquam invenerunt. Demum ad Elisæum reversi nuntiarunt, inanem quærendi operam à se sumptam; non inveniit usquam quem quæsisserunt. Ad quos Elisæus: *Nunquid, ait, non dixi vobis, Nolite mittere?* Sciebam equidem frustra hoc futurum, sed quia importunissimè institistis, cedendum arbitrabar importunitati vestræ. En, quam bellè & hic Importunam linguam eventus convicerit.

Importunitatem notaturi sacerdotes Ægyptii, Mufcam pingebant: nam enim ut sæpius & assidue repellas, tantæ tamen importunitatis & impudentiæ est, ut identidem redire & infestare eundem minimè vereatur, nusquam non molesta, sive stes, sed eas, jaceas, ambules, sive legas, scribas, edas, bibas, dormias, seu loquaris, seu taceas, adest illa centies repulsa, & jam faciem occupat, jam verticem oberrat, jam manus vexat, infesta semper & importuna, nulli rei nisi fastidio de se concitando nata. Hinc Tullius narrat fuisse qui importuni gerronis linguam exire frustra tentavit, tandem puero dixisse: *Abige mufcas puer.* En Importunæ linguæ præclaram effigiem, Mufcam.

§. IV.

Similem mufcam, hoc est, Importunæ linguæ hominem expertus est vates Venusinus qui rem faceret narrans: *Ibam, inquit, more meo, viâ urbis celeberrimâ, & nescio quas poeticas nugas versabam animo, etiamque in illis totus, cum unus aliquis nomine tantum mihi notus occurrit, & prehensâ manu salutans: Quid agis, inquit, hominum suavissime? Ego præclare me valere, & ipsi omnia fausta cupere respondi; & quoniam ab illo quamprimum abire cogitabam, quæsi nunquid mihi mandaret exequendum? At homo importunus unâ progredi, & simul plurima garrere exorsus: Vt scias, ajebat, mi Horati, etiam ego inter doctos numeror. Cui ego: Tanto, inquam, mihi charior eris & pretiosior. Sed simul anxie circumspiciebam, quâ arte tam importunam linguam à me amoverem. Eâ de causâ jam celerius incedebam, interdum subsistebam, jam in aurem puero aliquid immurmurabam. Cùm necdum importunus ille valediceret, fidare etiam cepi, qui aperte irasci maluissimè. Interim alter varia importunissimè garriebat, & jam urbis ædificia, jam plateas laudabat. Ego ad omnia non nisi stomachosè silentio respondebam. Tandem alter suam importunitatem parum gratam esse animadvertens: Ut video, inquit, abire à me cupis? sed frustra es. Non sino me tam citò à te avelli; quocunque iveris, sequor. Hic Horatius modestè:*

A Quam tu, ait, viam insilisti? sanè nil opus est te mecum fatigari; ego ad egrum, tibi, fat scio, non norum revivam. Domus hæc remotissima est, trans Tiberim sita prope hortos Cæsaris. At ne sic quidem importuni oris homo absteritus; Nihil, inquit, habeo quod agam, nec piger sum; libenter ambulo: assiduus te comitabor. Jam Horatius sibi visus est occisissimus. Mox alter seipsum impensissimè laudans, & celerrimum poetam, & scitissimum saltatorem, & suavissimum cantorem homo inanissimus jactabat. Horatius sermonem interrumpendum censebat, quo celerius loquacissimus homo dicendi finem reperiret. Sed nec hoc successit. Ita tres horas consumperunt, cum molestissimus ille asseclator: Quæso te, inquit, huc mecum concede, si me amas, & juva expedire hanc litem; ad judicium vocor, & voco. Horatius: Frustra, inquit, me rogas, nulla mihi juris civilis notitia est: deinde ita fessus sum, ut pedibus consistere non valeam. Et scis, jam pridem ad illas, quas dixi, ades propero. Cui mox importunissimus comes: Ambigo, ait, quid mihi faciendum: nam te, an causam meam relinquam: Me oro relinque, ait Horatius, ut jus tuum possis prosequi. Non faciam, ait alter, & cepit precedere Horatium agrè sequentem. Gertæ iterum & fabulæ, ac prolixus sermo. Inter has moras importunæ linguæ, occurrit Aristius utriusque notus; consistunt unâ & colloquantur. Hic Horatius omnibus signis & nutibus rogare Aristium, ut se liberaret ab homine longè importunissimo. Sed Aristius homo falsus, & dissimulans se intelligere quid Horatius velit, sermonem abruptum, & subducit se: ita miserum sub cultro relinquit. Tandem importuni comitis adversarius occurrit, quem ille mox invasit, & in jus ambulare coegit. Ita demum Venusinus importunissimæ linguæ crepitaculo subtraxit aurem. En nobilissimum paradigma tam garrulæ importunitatis.

Sunt qui sermones rexant non improbos, sed quia loco, personis, tempori tam nihil conveniunt, probari minimè possunt. Quædam domi dicta sine culpâ forent, in templo gravem offensam contrahunt. Ita quod sanus sine vitio interrogaret, ægrotus tam non opportune quærit, ut ille merito sic monendus videatur: Quid tibi, obsecro, mi æger, cum quæstionibus tam importunis? quid ad te quæso, quid in Gallis, in Italiâ, in Hispaniis rerum agatur: quære tu potius quid in celo fiat, quis apud inferos sit status. Hæc ad te: cetera sanctius ignorabis.

Importuna igitur lingua tam reprehensibilis est, atque alia cum vitio conjunctæ, in precibus tamen mirè commendatur. Importunitatem Deus in precando unice probat: quò quis importunus, hoc & efficacius Deo preces adhibet. Violenti cælum rapiunt, importundi impetratum auferunt. Odit Deus lentos illos ac despondentes precatores, qui ut camelus pedatim gradiuntur, sæpius subsistunt, otiosè sequuntur, nullam vim adferunt nec ad agendum, nec ad dicendum. Collaudavit Christus viduam quæ impium judicem importunitate solâ officium facere coegit, & jus obtinuit. Deprædicavit illum importunum hominem, qui tres panes usque, & usque pulsan-do ac rogando impetravit ab amico, quem importunis precibus lecto excussit. Ardorem mentis & præclaros impetus à nobis Deus exigit: nemo unquam Deum importunè rogaverit, si rogaverit submissè. Jacobum Isaacii filium Deus commendavit, qui multâ nocte luctatus cum angelo, demum precationem faustam importunè postulans: *Non dimittam te, inquit, nisi benedixeris mihi.* Sunamitidem Deus exaudivit quæ Elisæi pedes apprehendit, non dimissura, dum filio reducem vitam impetraret. Chananæam Christum voti compotem dimisit, quæ importunis clamoribus filiae valecudinem extorsit, non sine laude. Idem amantissimus Dominus à duobus illis viatoribus Emaunta tendentibus, cogi se passus est ad ingressum tabernæ: ingressus

Luc. cap. 18. vers. 3.
Luc. cap. 11. vers. 8.
Gen. cap. 32. vers. 26.
4. Reg. 6. 4. vers. 27.
Matth. 6. 15. vers. 28.
Luc. cap. 24. vers. 31.

Apostoli ante missionem Spiritus sancti linguam importunam habuerunt. Luc. cap. 22. vers. 55.

4. Reg. 6. 2. vers. 17.

1. Id. 1. 18.

Importunæ linguæ effigies Mufca est apud Ægyptios.

Cic. lib. 2. de Oratore.

Horat. lib. 1. satyr. 9.

ingressus est, & symbolam suam liberalissimè persolvit. Angelus Christum in Oliveto suomet sanguine manantem, eâ firmavit oratione, è quâ & nos disceremus, importunâ linguâ in precibus neminem uti, quin optatum à Deo responsum impetret. Sed aliud est cum Deo, aliud cum homine loqui Importuna lingua: si cum hominibus loquaris, è re bonâ plerunque facit malam; si cum Deo, è re malâ sâpissime bonam. Tanti momenti est importunitas opportuna. Istud ergo potissimum linguæ Importunæ discendum, quo loco, quo tempore, apud quos loquatur. Sequitur Lingua Irreverens.

S. V.

Lingua Irreverens eâ derisionem superat, quod non homines solum, sed Deum, Dei Matrem, divos cælestes, Christiana sacra facietis audet convellere. At vel levissimus jocus in Deum aut divina dictus, magni piculi loco habendus: Deus sanè non irridetur, quod supra demonstratum est. Elisæum vatem quadraginta duo pueri non tantum ut calvum senem ludibrio habuerunt, sed quia ab idololatriis parentibus sic edocti erant & incitati, etiam ut Dei prophetam linguæ irreverentiâ affecerunt. Ut ergo parentes in prole punirentur, urfi duo è silvâ subito proruentes, quadraginta duos pueros miserè discerperunt. Imago hoc fuit Christi in rupè Golgothæâ irrisi. Quantâ linguarum irreverentiâ Hebræus furor patientissimum Servatorem affecit in cruce? Et licet Judæi Christum in crucem non egerint manu, certè tamen linguis crucifixerunt. Non fuit hoc illis impunè. Elapsis quadraginta duobus annis à Christi morte, urfi duo validissimi, ex idololatriæ nemore progressi, Vespasianus & Titus, Imperatores Romani, Hebræam gentem sædè lacerarunt. Ira merebantur. Præmonuit Christus: *Ego demonium non habeo, sed honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me. Ego non quero gloriam meam: est qui querat & judicet.* Quæ sivit & judicavit, quamvis dilato in annum quadagesimum secundum supplicium.

Hoc cuivis hominum insignem conciliat famam, si de nemine non reverenter & honorificè loquatur, præsertim si magistratum, præsidem tam sacros quàm politicos singulari observantiâ colat. Nam qui nulli mortalium parcat, sed modò hos, modò illos linguæ proterviâ flagellat, adversus nullum reverentiam adhibet, profectò nec superis parcat, in Deum, Deique matrem, ceteròsque cælestes iniquus & irreverens. Irreverentia linguæ cognata est blasphemia. Huc propriè videtur spectare lingua illius juvenis, de quo supra demonstratum est, qui cum socio ad graves verborum contumelias descendit, denique à verbis ad manus & ad ferrum uterque venit. Dum congregiantur & gladii punctim agunt, juvenis ille irreverentem profusus & impiam vocem in Dei Matrem emisit. Illico vox à cælo excepta est. Nam dum ore aperto furit, antagonista in patulas etiamnum fauces ferri mucronem eâ vi intorsit, ut protinus conciderit. *Hoc habet.* Hoc linguæ ac gutturi debebatur vulnus, ut unde peccatum prorupisset, illuc irrueret supplicium.

Clamat poëta vetus: *Fortunam reverenter habe.* Ego magis clamandum censeo: De Deo & divinis reverenter loquere, neque sacrarum paginarum verba facietis misce. Celeres sunt aures Numinis; antequam loquaris, audiunt. Discamus moniti, Prudenter, Opportunè, Reverenter loqui.

Frons aperta, lingua parca, clausa mens, regnum tenent.

Irreverentis linguæ sæpe sunt juvenes, qui ætatis aut dignitatis aliorum vix ullâ ratione habitâ vicies loquuntur, antequam vel semel interrogentur. Necdum enim illud Siracide didicerunt; *Prusquam audias ne respondeas verbum.* Grande vitium est, sermonem alterius, præsertim te dignioris, interpellare. Lex est in religiosis fami-

liis, ut ille quem Majorum quis alloquitur, eum submissè ac sine interpellatione audiat. Lex hæc in omni benemoraâ domo vigeat. Facillimè hic in reverentiam peccatur, quandounque alterius sermo temere interpellatur. Optimè fecerit, qui monetur aut reprehenditur, si orationem finire sinat, nec statim ab extremâ parte verbi confurgat, sed lentè ac modestè omni reprehensoris oratione finitâ dicat: *Domine ignosce, non repetam hanc culpam.* Aut: *Licetne paucula proferre?* Hic alter jam magnam partem victus est. Quòd si verbum verbo reddatur, & reprehensoris sermo turpiter interrumpatur, nunquam coalescet amor, sed nec debita reverentia observabitur. Nam qui alieni sermonis interpellator est, aut rusticus, aut superbus, aut impotens sui est. Interpellatio defectum reverentiæ semper arguit. Non enim permittit expleri sermonem, sive admonitio sit, sive objurgatio, sive præceptio. Quos mores Salomon graviter perstringens: *Qui, ait, prius respondet, quàm audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignum.* Idem & Siracides monet: *In mediò sermonum ne adjectives loqui.*

Huic Irreverenti Linguæ affinis est, quam rectè Audacem nominemus aut Impudentem; hæc enim petendo nonnunquam est audacissima. Herodiadis filia, illa saltatrix puella nimis ad audendum projecta & impudens, pro tripudio quod Herodi & convivis exhibuit, bellaria nimum pretiosâ postulavit, caput Joannis Baptistæ. Herodes rex pollicitus fuerat non negandum periturâ, licet dimidium regni peteretur. At illa impudens lupa id petiit quod pretio sui vel centum regna longissimè superavit.

Sed nec Apostoli ab audaculâ hac linguâ penitus immunes. Duo Zebedæi filii ad petendum satis animosi, per matrem, quam subornaverant, confessum in Christi regno principem petunt; ita quidem ut alteri dextrâ, levâ alteri Christum regem asfidere liceat. Itanc, è boni fratres, sine sudore, sine sanguine conscendendum solium? Certandum prius, & luctandum cum hoste non uno. Petitio vestra non mala, sed audax. Qui nimum rogat, hoc sæpe agit ut nihil impetret. Qui tam audacter petit, docet alterum audacter negare.

C A P V T XXVI.

Linguæ malè IMPRECANTIS, seu maledicæ damna ingentia, maxima proponuntur.

Narrat Cælius Rhodiginus, Abdalam Saracenum interrogatum, quid in hoc Orbe velut in theatro spectatu dignissimum, & mirissimum videretur, respondisse: Videtî Hominem. Caput in homine velut arx turrita, cujus structura longè artificiosissima est. Illud autem nonnemo cum indignatione quæserit: Cur Natura in rebus omnibus solertissima, humani capitis sentinam, nasum, in medio vultu collocavit? magna hæc injuria videretur in imaginem tam absolutam. Et fuit oris blasphemi homo qui ausus scribere: Deus cloacam capitis mediâ facie collocavit: si ego vel architectus fuisset, vel architecto à consiliis, unum duntaxat oculum fronti inseruissem, unam autem dextro latere, sinistro autem collocasse nasum. Igitur nasus cerebri, os animi sentina est: nam sicut ille fordes à cerebro, ita hoc ab animo purgamenta recipit. Nullum fimerum, nec mephitis ulla tam gravem odorem spirat, atque os illorum. Optimè Cælius: *Færens sermo, inquit, putride mentis indicium.* Et nihil est quod fætidus dens, & felle macerata vox non concutiat, dum luto eodem conspurcat omnia. Os velut cordis epistomium est, quidquid enim impuri in corde latitat, per os egerit. Inter fædas has pectoris egestiones, etiam IMPRECATIO est, seu maledictum. Lingua malè Imprecans, seu, Maledica, gravissimum Orbis malum. Præclare dixit Tullius: *Nihil est tam volucrum quam*

4. Reg. c. 2. circa finem. Elisæus vates à 42. pueris ludibrio habitus, fuit imago Christi in rupè Golgothæâ irrisi.

Ioan. cap. 8. vers. 49. & 50.

Irreverentia linguæ est cognata blasphemia.

Monost. Trochaic.

Ecclesi. c. 11. vers. 8. Grave vitium est

sermonem dignioris se interpellare.

Prov. c. 18. vers. 13. Ecclesi. c. 11. vers. 8.

Duo Zebedæi filii ab audace linguâ non fuerunt immunes.

Calist. l. 15. antiq. 162. cap. 25.

Lingua maledica gravissimum orbis malum. Cic. pro Planc. quam

Fi
zu
m
Pl
ff

Si
4:

Lei
ver

1. Ir
tior
lum
ra e
prie
ate
vita
1. O
vers.
1. Co
vers.

2. In
impi
in ar
tem
recid
Gen.
vers.
Prov.
vers.

Simon
Judas
Cana. c.
12. 2.

quam maledictum: nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, nihil latius dissipatur. Priscorum hic improba fuit superstitio, de qua Plinius: Nihil, inquit, ocimo secundum, cum maledictis ac probris ferendum, ut latius proveniat. Contra qui rapum, thaphanum, napum religiosi agricolae ferunt, antiqua consuetudine precantur, ut sibi feliciter nascatur & vicinis. Plinio testis accedens Plutarchus de simili herbâ: Cuminum, inquit, imprecationibus satum latius provenit, sicut apium concalcatur. O mi Deus quantum ocimi & cumini seritur inter Christianos, & quam lætè ac copiosè crescit utraque herba, quantum ubique imprecationum & maledictorum! De hac igitur Lingua Imprecante, seu, maledicâ differtur, quot quantorumque ea malorum sit parens, explicabimus.

§. I.

Malè alteri præcari, eumque diris devovere tam grande malum est, ut de illo sanctus Thomas Aquinas hæc pronuntians: Dicendum, inquit, quòd maledictio est, per quam pronuntiat malum contra aliquem, vel imperando, vel optando. Velle autem vel imperio movere ad malum alterius, secundum se repugnat charitati quâ diligimus proximum, volentes bonum ipsius: & ita secundum suum genus est peccatum mortale, & tantò gravius, quanto personam, cui maledicimus, magis amare & revereri tenemur. Severissimè olim Deus edixit: Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur. Patri matrique, qui maledixerit, sanguis ejus sit super eum. Hoc tamen imprecationis delictum immittit, cum quis alteri non grande malum imprecatur, aut non ad eòdè maligno affectu, vel etiam joco; aut certè dum seipsum, qui loquitur, non observat. Aliàs execratio damna dat ingentia.

Primum est, Jactura cæli & privatio æternæ vitæ. Divinus Paulus id pronuntians: Neque avari, ait, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Eâ de causâ vult hic Apostolus omne cum his talibus commercium esse fugiendum: Nunc autem scripsi vobis, inquit, si is qui frater nominatur, est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, cum ejusmodi nec cibum sumere. Hoc ergo primum Imprecantis, seu, maledicæ linguæ detrimentum tantum, ut majus nec esse nec fingi possit: Omnia perdidit, qui cælum amisit.

Alterum, Infaulta præcatio plerumque in auctorem suum recidit. Deus Abrahamo pollicitus: Maledicam, inquit, maledicentibus tibi. Salomon autem: Sicut avis, inquit, ad alta transvolans, & passer quolibet vadens: sic maledictum frustra prolatur, in quempiam superveniet. Qui malè alteri precatur, è faucibus velut corvum emittit, qui redit & caput infidet, illudque rostro effodit. Sed observa Salomonis vocem, frustra prolatur. Deus enim maledixit tam serpenti quàm terræ: Noëmus maledixit Chamò filio; maledixit David montibus Gelboë, Jobus diei quo natus est, Christus ficui, Petrus venefico Simoni: maledictiones erant, sed non frustra prolatae, neque justitiæ divinæ adversabantur. Nos verò longè aliter maledicimus, & in justitiam divinam gravissimè delinquimus, illos siquidem diris omnibus & Orco devovemus, in quos nihil nobis est juris, sed neque scire de iis possumus, num divino favore penitus destituti sint, in quorum caput iram Dei detestamur. Hac ratione nos ipsos sæpissime diris deprecationibus defigimus.

Vir primarius fuit, & illustis familia, cujus nomini parcimus. Hic improbè assueverat seipsum quotidianis iisque pessimis devotionibus execrari. Sicut enim innumeros reperias qui seipfos sic devoveant: Si mentiar, Deus hoc vindicet, Deus me celo excludat. Aut: Caodæmon me avehat; Hic bolus me enecet, Non egrediar hinc vivus &c. Catalogum tot pessimarum detestationum nunquam finiero: Ita iste, quem dixi, dominus in comitiis Erfordii, illud suum solenne ac

quotidianum sæpius protulit: Si hoc fecerò mergar latinâ. Vox omen habuit, nam collapsa pars domus, hunc ipsum in cloacam dejecit. Rem fusiùs narrat episcopus Vulturariensis.

Nec inter idololatræ hæc imprecationes impunitatem & licentiam habuerunt. Appii cæci, maximi viri filia à ludis domum rediit: cum autem inter stipatissimam plebem vehemens esset compressio, illa populo pessimè precata: Utinam, inquit, reviviscat frater meus Claudius, & aliquot millia tam insanæ plebis submergat mari. Ad Censores C. Fundanium, & T. Sempronium delata est hæc imprecatio, qui multam indixerunt, viginti quinque millia æris, sive, ducentos quinquaginta coronatos. Hoc fecerunt idololatræ: ecquid Christiani? sanè vulgatissimum hoc imprecandi vitium, alicubi penitus non punitur, alibi remissè nimis & leniter.

Tertium imprecationis malum est, quòd & præcepto & exemplo Christi gravissimè repugnat. Lex Christi est, quam Petrus Apostolus declarat his verbis: Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto: sed è contra benedicentes, quia in hoc vocati estis, ut benedictionem hereditate possideatis. Ore Matthæi dixit Servator: Beati estis cum maledixerint vobis: non vos illis, sed prout vates regius monet: Maledicent illi, & tu benedices: Hoc Domini præceptum est; exemplum vero istud, de quo divus Petrus: Qui cum malediceretur, inquit, non maledicebat. Ad hoc longè illustrissimum exemplum se conformans Paulus: Maledicimur, inquit, & benedicimus. Sunt qui precantur: Utinam te gehenna hauriat. Qui verus Christianus est, precatur: Utinam te cælum rapiat. Illi iterum: Utinam mors subita te sternat. Sed nec iste aliter quàm priùs: Utinam mille annis superstes sis. Itane, dixerit aliquis, si quis mihi philippeum det plumbeum, ego illi reddam autem? Ita profusus, mi Christiane, ita oportet: hæc Christi lex est.

§. II.

Anno millesimo quingentesimo vigesimo septimo sanctus Ignatius Lojola egenus & abjectus cogebat stipem. Vidit Ignatium juvenis approximè nobilis & copiosus, qui juvenili levitate ferociens, & mendicum tam insolentis habitus irridens: Ardeam ego, inquit, & flammis consumar, nisi hic & flammæ & rogi sum sit meritis. Huic Ignatius benevolo vultu: Cave, inquit, ne hoc ipsum, quod imprecaris mihi, eveniat tibi. Vaticinium fuit hæc vox, non monitum. Nam eodem ipso die de Philippo Secundo nuntius afferret, Regem esse renuntiatum. Excitavit ea novitas civium animos, ut festo apparatu sua pro se quique gaudia restarentur. Inter quos etiam juvenis ille applaudere cupidus, properat editam domus turrim conscendere. Illic improvidus flammæ scintillam excutit. Hæc ad vicinam nitrati pulveris custodiam perlata, in insperatum incendium evasit, juvenemque subitis flammis comprehensum miserimè peremit. Ita maledictum in auctoris caput revolvitur: continuisset ille linguam, servasset vitam.

Imprecari & maledicere tam severè vetitum est, ut nec ipsi quidem diabolo maledicendum. Aperè Sira-cides: Dum, ait, maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam. Cum enim maledicus in multis imitetur diabolum, quando hunc jure merito puniti ait, dampnat & animam suam quæ imitatur damnatum. Hoc sensu Paulus Apostolus locutus: Inexcusabilis, inquit, es homo, omnis qui judicas: in quo enim judicas alium, te ipsum condemnas: eadem enim agis quæ judicas. Sed & Thadæus Apostolus maximam hinc lucem præluens: Cum Michael Archangelus, inquit, cum diabolo disputans altercaretur de Moyse corpore, non est ausus judicium inferre blasphemiam, sed dixit, Imperet tibi Dominus. Si Angelorum principi non licuit,

Imprecationes a-pud idololatræ punitæ.

Precepto & exemplo Christi gravissimè repugnat. Lex Christi est, quam Petrus Apostolus declarat his verbis: Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto: sed è contra benedicentes, quia in hoc vocati estis, ut benedictionem hereditate possideatis. Ore Matthæi dixit Servator: Beati estis cum maledixerint vobis: non vos illis, sed prout vates regius monet: Maledicent illi, & tu benedices: Hoc Domini præceptum est; exemplum vero istud, de quo divus Petrus: Qui cum malediceretur, inquit, non maledicebat. Ad hoc longè illustrissimum exemplum se conformans Paulus: Maledicimur, inquit, & benedicimus. Sunt qui precantur: Utinam te gehenna hauriat. Qui verus Christianus est, precatur: Utinam te cælum rapiat. Illi iterum: Utinam mors subita te sternat. Sed nec iste aliter quàm priùs: Utinam mille annis superstes sis. Itane, dixerit aliquis, si quis mihi philippeum det plumbeum, ego illi reddam autem? Ita profusus, mi Christiane, ita oportet: hæc Christi lex est.

Ribaden l. 5. vna cap. 11.

Imprecari est vitium. Eccli. c. 21. vers. 30.

Rom. cap. 2. vers. 1. Iuda c. 2. num. 4. 1. 9. vers. 9.

Plin. lib. 19. nat. hist. c. 7. vers.

Plutarch. in sympos.

2. Tho. 2. 2. q. 76. art. 3.

Levit. c. 20. vers. 9.

1. Imprecationis malum: Jactura cæli & privatio æternæ vitæ. 1. Cor. c. 6. vers. 10. 1. Cor. cap. 5. vers. 11.

2. Infaulta imprecatio in auctorem suum recidit. Gen. cap. 12. vers. 3. Prov. c. 26. vers. 2.

Simon Mag. juus tom. 2. Cap. c. 1. l. 1.

nec diabolū quidem verbis maledicere, quāto minus licebit alterum alteri ditas imprecari. Ideo namque Deus æquissimè non rarè permittit, ut diabolus, pessimus inquilinus, corpus humanum velut tabernā occuparet, quando toties alteri alteros diabolo devovimus, & velut rem mancipi tradimus.

Anton. Davroult. Cath. hist. c. 4. tit. 10. examp. 10.

In provinciā Polonicā anno à pariente Virgine millesimo quingentesimo octogesimo quinto, juvenis quidam in oppido Podlachia, cum die Veneris carnibus licenter vesceretur, nec ab hospitibus monitus respiceret, hospita, ut est feminarum ad imprecationes promptum ingenium, ad helluonem versa: Utinam, inquit, & diabolus voret. Habuit subitū eventum maledica Lingua. Nam carniū vorator proutinus à malo genio conceptus est insidari & torqueri. Cūque ad sacerdotem delata res esset, adhibitaque de more solennes Ecclesie preces, favere pessimus hospes in sacerdotem, furere in circumstantes, juvenem ipsum immaniter excruciare cepit, donec interclusis faucibus hominem penitus enecavit. Quid opus, o maledici, hunc hospitem vocare? Ultro venit. Pene ipsos etiam infantes torquet, maledicā linguā provocatus.

Casarius Heisterbach. lib. 5. mirac. cap. 16.

Puella quinquennis, sed palati nonnihil jam erudita, lac furtivum, more catillonum, forbere cepit. Pater iracundus filiolam furti manifestam tenens: Eja hibe, inquit, ut unā combibas diabolū. Vix verbum evolat ore, & diabolus misellam jam occupavit, nec deseruit hanc domū, donec infelix virgo, adulta jam ætate, Brifaco Romam ducta, ad Divi Petri, ab inquilino pessimo liberata est. Hoc autem à mendacii parte testimonium tulit; siquidem vociferabatur diabolus: Me hinc digresso, alia post hanc vitam supplicia non sentiet. En, divinam justitiam benignitate temperatam. Nihilominus caro sterit filia maledica parentis lingua.

Greg. lib. 3. dial. cap. 20.

Beatus Gregorius verè Magnus, suo hæc calculo confirmans: Sacerdos, inquit, cui Stephanus nomen, emendatæ vir vitæ, ab itinere fessus domum rediit, & sui non observans, famulo suo dixit: Veni diabole, exalcea me. Vix hoc verbi excidit incauto, & mox corrigiæ calceorum solvi, & calcei destringi ceperunt, idque tantæ celeritate, ut dubium non esset quin is obediisset, qui ad hoc officii vocatus esset. Cohorruit sacerdos, & vociferari cepit: Recede miser, recede; cum servo meo, non tecum locutus sum. Cessit ad has voces veterator ex Orco. Facile hinc conjectare est, quā noster hic hostis celeres & aures, & manus, & pedes habeat, qui & aures, & manus, & pedibus caret: cūque etiam invocatus veniat promptissimè, ut Plautinus ille parasitus, quid faciet vocatus?

Davroult. cap. 3. Cath. hist. tit. 10. Ex. 7.

Non ita pridem femina viro nupsit Anabaptistæ, cuius tamen religionem ipsa oderat. Ideo agrè tulit ædes suas à pluribus ejusdem sectæ hominibus frequentari. Itaque gravius exandescens: Si quidem, inquit, hæc domus diabolis habitanda est, habeant illam. Dixit, & ab eo temporis momento lemures sic infestantur domum, ac si solis illis incolenda esset tradita. Dixisses umbras & infestos spiritus adillarum jam dominos esse; velut si proclamatum esset: Veteres migrate coloni. Tanti est vel dictum unicum imprecantis ac maledicæ linguæ.

§. III.

Profecto non tantum non hominum ulli, sed nulli etiam rei creatæ maledicendum. Quā de re Divus Thomas Aquinas his verbis disertè: Dicendum, inquit, quid maledictio creature, in quantum creatura est, redundat in Deum, & sic per accidens habet rationem blasphemie.

Annal. Soc. Anno 1599. pag. 250.

Anno secundum Virginis partum millesimo quingentesimo nonagesimo nono, Avenione debebat adolescens nobilis, non virtute, sed prospia. Hic tonante calo calceos induerat, cūque alter angustior, pedi agrè induci posset, diabolo eum devovit. Nec recusat

hoc donum stygius princeps. Mox enim satellitem misit, qui jus doni ulurparet: nam fulmen in pedem ruit, rumpitque medium calceum. Dimidiatus hic calceus ita fulmine ruptus Carpentoratum deinde ad energumenum perlatus est: quem ut vidit malo genio infensus: Bene habet, inquit, meus erit & alter calceus. Disce frenare linguam: neque enim accendi sunt Alastores, jam ante adiunt in omnem nocendi occasionem intentissimi. Vel minimum quid diabolo assignare, intutissimum est: si frenum impetret, non oriabitur, dum & equo potiat; si calceum habet, insidiabitur pedi; si hunc obtinuerit, vā homini. Maledici regnum Dei non possidebunt.

1. Cor. c. 6. v. 9. & 10. Casar. lib. 5. mirac. c. 17.

Affirmat Cæsarius ab ejus se ore excepisse, cui hoc ipsum contigisset, quod in hunc modum perceret. Theodoricus Susariensis etiamnum juvenis, Lubecum contendit ad virginem quam deperibat. Sed alius jam prævenerat, atque suis alios amores excluserat. Theodoricus indignati ac fremere, & quod proximum ita tam insanæ, cacodæmonis opem inclamare his ipsis vocibus: Diabolus qui me huc adduxit, hinc etiam poterit reducere. Et libenter quidem id faciet, mi homo. Invitatus ductor quamprimum adfuit, juvenem in aëra evexit, & ultra civitatem asportans, ad aquas non placidā manu deposuit, dixitque trepidanti: Perisles, nisi te signasses. Siquidem in ipso raptu signum crucis imperfectum expresserat. Dimissus ab hoc nigro ductore, & lapsus non miti afflictus, humi jacebat exensus, & sanguinem vomebat. Ubi ad se rediit, manibus pedibusque ad annem perrepserit, lotaque facie paullulum aquæ bibit, inde gressu ægerrimo ad hospitium denique pervenit. Ingressus ædes, ut lumen aspexit, linguæ animo cepit. Vocatus sacerdos, divi Joannis Evangelium aliisque preces recitavit, ægro adversus diabolū firmando. Paullatim vires & valetudo rediere, sed annum totum corpore sic tremuit, ut poculum manus, tanisper dum biberet, tenere nequiverit. Hoc Theodorico sanctiores cogitationes ingressit, eoque compulsi, ut fluxus omnibus valere iussit, in leges Cisterciensium monachorum juraret. Sapuit suo damno Theodoricus: Maledici regnum Dei non possidebunt. Ephrem præclare: Verè beatus, inquit, iterumque beatus ille est, qui à deterrimo hoc maledicendi genere se integrum custodit, quoniam Spiritus sanctus habitabit in eo; homo maledicus utroque & odii & susurrationis morbo laborat. Maledicus gladiis & pugionibus non pugnat, sed animo ac linguā sic vulnerat, imò & necat, ut eum non immeritò dixeris homicidam, qui primo aggressu juguler. Audi jugulatricis voces: Dii te Deaque perdant, Jupiter te perdat; Dii te infelicient, Dii te enecent. Ita prisici, nos non cedimus imprecando. Mors te rapiat (clamamus) pestilentia te consumat, fulmen te sternat, diabolus te avehat, gehenna te glutiat: Mille cruces, mille rotæ te frangant, Corvi te lacerent, exculent, eviscerent: Abi ad inferas umbras. Hæc homicidæ illius viri jacula, hæ machæræ. Ideo Paulus maledicos nequissimis hominibus adnumerat, ideo cæli ostium his obseratum pronuntiat: Maledici regnum Dei non possidebunt. Nam sicut in cruce latro, inquit Ephrem, per unicum confessionis verbum, factus est civis paradisi, sic maledicus per unicam imprecationis vocem seipsum precipitat; sitq; incola inferni. Consentiens psaltes regius: Dilixit maledictionem, ait, & venit ei, & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Quandoquidem ipse alios, etiam ipsum alii, imò Deus ipse abominabitur: Et induet maledictionem sicut vestimentum, & intrabit sicut aqua in interiora ejus, & sicut oleum in ossibus ejus. Vestis corpus amicitie tegitque, aqua per os immissa stomachum & viscera occupat, oleum quia subtilissimum, non carnes solū, venas & nervos, sed ipsa quoque ossa penetrat, sic maledictio corpus, animus, sensus omnes, voluntatem ac intelligentiam occupabit: dilexit maledictionem, & venit ei.

Ephrem. 10. lib. de virt. c. vii.

Maledici sunt homicidæ.

Plin. Alci.

Nam v. 8.

Et sic incolæ inferni. Psal. 108. vers. 17. Ibid. v. 13.

Rom. 1. v. 14. Act. 17. c. 11. Malæ lingua demoni recubitu.

Prov. cap. 11. vers. 15.

At verò

I
9
S
9

Lat
v. 4

Lit
ma
tor
mit
fici

Plin
Alci

Nam
v. 8.

Rom. 1
v. 14.
Act. 17
c. 11.
Malæ
lingua
demoni
recubitu.

Prov. cap. 11.
vers. 15.

Proo. c. 11.
v. 15.
Sapient. c. 1.
v. 1.

At verò anima qua benedicit, impinguabitur. Hinc nefaria conficitur consecutio: Anima quæ maledicit, depauperabitur. Propter hoc qui loquitur iniqua non potest latere: Non præterit illum corripiens iudicium. Fœdum, horribile, abominandum est vitium mala Imprecatio, quæ aliam voluptatem non spectat quam suam nequitiam. Idcirco Deus hoc flagitium tantopere punit. *Maledicti regnum Dei non possidebunt.*

CAPVT XXVII.

Lingua IMPRECANTIS, seu, Maledicæ damna, testimoniis, & rerum gestarum monumentis consignantur.

Orta est quæstio in convivio, non abhorrens à mensâ rebûsq; escariis: Quis sensus sit illius paræmiæ; Piperatæ pulres & corpus & animum inquinant. Varia super hoc responsa. Demum unus: Si quid nigrae pulvis, inquit, in niveum tollare, aut fericum thoracem, aut candidam mappam incauta manus sparserit, jam ea quæ corporis sunt, maculavit: sed quia non raro tantopere indignamur, huic manus error, ut æquioribus forsân oculis spectaremus bovem in foveam lapsûm, quàm vestes minimo nævo collutatas, Imprecans & Maledica lingua omnium prima fe prodit, & fordes illas excratur: Nam, ut ajunt, Munduli tolerare malunt alapam in facie, quàm maculam in veste. Hinc execrationes & sexcenta maledicta; quandoque in cocum aut focariam stomachamur. Hæc autem valde maculant animum. Hac igitur ratione nigris pulvibus, & corpus & animus inficitur. Plausum tulit responsio.

1m. cap. 3.
v. 6.

Lingua maledica totum hominem inficit.

Explicationem paræmiæ confirmans Jacobus Apostolus: *Lingua, inquit, constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus;* totum hominem, nempe domum, & domus dominum. Lingua Maledica & Imprecans tantum & sordium & toxicum habet, ut hominem, & quantum est, inficiat & venenet: neque enim mentem solummodo noxa obstringit, sed ipsum sæpe corpus perfundat, & Satanæ habitandum objicit, uti priore dissertatione cœpimus dicere: Jam hoc ipsum compluribus testimoniis, clarissimisque rerum gestarum monumentis testatum consignabimus.

§. I.

Phar. in Alcibiade.

P^Risci ævi Antistitam Plutarchus ampliter dilaudat, quod in eam mentem adduci non potuisset, ut malè precaretur. Cùm enim Alcibiades nigro calculo damnatus esset, iussi sunt utriusque sexus sacerdotes absentem execrari. Una noluit, sed & sui consilii rationem reddens: Precibus, inquit, non imprecationibus constituta sum sacerdos. Simile quid sacra nostra nos docent. Laudatissimus ob hoc Balaam (modò diu talis perstitisset) quod maledicere noluerit Israël. *Quomodo maledicam,* inquit, *cui non maledixit Dominus?* quâ ratione detester quem dominus non detestatur? In hunc modum maledici oris homo interrogandus foret: Scisne maledice, quod huic homini Deus maledixerit? cur ergo tu audecissimè omnes illi diras, omnes ex Orco diabolos imprecaris? hócne mores Christianos sapit? Ad alia nos Paulus erudiens: *Benedicite, inquit, persequentibus vos: benedicite & nolite maledicere.*

Rom. c. 12.
v. 14.

Actor. c. 13.
v. 10. 11.
c. 11.

Maledicæ linguæ damna testimoniis consignantur.

Cùm Sergius Paulus Proconsul Romanus, vir gravis & prudens, Christiana sacra à Tarfensi Paulo & Barnabâ doceri cuperet, restitit Elymas magus, Proconsulem à Christo avertere conatus. At Paulus Apostolus effervercens divino spiritu, & in os homini resiliens: *Op^lene omni dolo & fallaciâ, inquit, fili diaboli, inimice omnis justitiæ non desinis subvertere vias Domini rectas? Et nunc ecce manus Domini super te, & eris cæcus. Et confestim cecidit in.*

Tom. I.

eum caligo & tenebra. & circueis querebat qui ei manum daret. Tunc Proconsul cùm vidisset factum, credidit, admirans super doctrinâ Domini. Quâ ratione igitur, dixerit quis, observavit Paulus illud suum: *Benedicite, & nolite maledicere?* Ut scias, Elymæ mago non tam Paulus, quàm Deus ore Pauli maledixit. Et admirandum, vocibus tantum ponderis inesse, ut non verbis solum, sed & factis videantur adscribendæ alæ ac volatus: dictum factum.

Rem Orbi notam testatamque memorans Hippo- nensis Pontifex Augustinus: *Vnum est, inquit, quod apud nos factum tam clarum atque illustre miraculum, ut nullum arbitrer esse Hipponensium, qui hoc non vel viderit, vel didicerit; nullum qui oblivisci ullâ ratione potuerit. Profectò vel hinc satis liqueat quantum sit Imprecationis malum. In urbe Cesariâ Cappadocia vidua non ignobilis, decem liberorum mater degebat. Liberi, quorum septem fratres, sorores tres, ætatis utcun- que jam adultæ, patre defuncto, matrem graviter offenderunt: Illa injuriam à liberis illatam acerbissimè ferens, omnibus imprecata est hoc morbi: *Vt vos jactet febris querquera. Momen- tum ingens habuere matrem voces: mox enim tam fratres quàm sorores, horribili membrorum tremore concuti cœperunt, adeo ut nec somnus quidem sedam hanc trepidationem sopiret. Miseri, quia suorum civium oculis ferre non poterat, quaquaversum ab urbe profugerunt, totum pene Orbem Romanum pervagati. Ex his Hipponem etiam delati sunt Paulus & Palladius, frater & soror, jamâ tot locis prevalente jam noti. Hic cum adeit beati Stephani martyris quotidiè frequentarent, omnium civium ora oculisque in se rapièrunt, dum alter alteri calamitatis causam & originem exponit. Demum ambo tam frater quàm soror, in ejusdem Martyris templo valetudinem integram recepe- runt, miro totius urbis applausu, & gratulatione. Hoc tantum malum decem liberis illatum ab unicâ matris imprecacione. Ergo, Benedicite & nolite maledicere.**

Aug. tom. 5. lib. 22. de civ. Dei c. 8. prope finem.

Atrexo huic non ab simile, quod Joannes Aretinus commemorat. Mater duos filios indulgentiùs æquo educarat. At sensit demum blanditiarum suarum non molles exitus. Et quia mater filios verberibus cœccen- dens verbis mulcebat, filii matrem veterare sunt ausi. Illa injuriæ impatiens, & impotens linguæ, imprecata est: *Ut vos agitet diabolus. Rata imprecatio. Mox enim filii à malo dæmone obfessi, se ipsos mutis moribus lacerarunt. Eâ de causâ tanquam rabidi canes catenis sunt vinciti. Mater quantumvis Christianæ disciplinæ ignara, malo tamen mota ad beatum Zenobium confugit; qui feminæ miserus, in æde Servatoris horis, duabus ante crucifixi effigiem precatus, crucis signo dæmones fugavit. Filii ab hospite tam diro jam liberi, unâ cum matre lustralibus aquis tincti sunt. Ergo, Benedicite, & nolite maledicere.*

Vide ipsam Aug. hæc suis narracionem dicto loco.

Apud Socrum tom. 3. in vita Zenobii episc. Florentini.

§. II.

L^Ocupletissimis illis testibus, Gregorium Magnum virum sanctissimum jure merito accenseo, qui hoc memoriæ prodidit. Florentius in Nursinæ provinciâ partibus, eâ vitæ sanctimoniâ præcelluit, ut ursum velut servum ad quævis ministeria sibi haberet obsequentem. Non valuit effugere invidiam hæc morum sanctitas. E vicino cœnobio quatuor monachi mitissimam feram aggressi occiderunt. Florentius re cognitâ non tam urfi cædem, quàm malitiam monachorum lugebat. Eurychius illorum antistes, Florentii luctum mitigare tentabat, sed inani operâ. Nam Florentii dolor ab his clauis auctior, tandem execrationis vocem expressit. Spero, inquit Florentius, hanc tantam petulantiam supplicio luculento vindicandam brevî. Quis enim hic furor, animal cicur, & nemini noxium occidere? Deus ab illis pœnas expetat. Dictum factum. Vindicta vocem illico secuta est, & quatuor illi cœnobitæ leprâ percussit tabescere cœperunt. Florentius vocis suæ vires expavefcens, doluit reperisse Deum ita faventem, & annuentem detrimentosis vocibus. Ita maledictum quod semel protulit, omni vitâ deflevit, homicidam se clamans

Greg. lib. 3. dial. c. 15.

K k k

tans

CAPVT XXVIII.

Lingua IURAMENTIS assueta, quam sit exitiosa.

Complures morbi sunt, quibus certius cognoscendis, luculentum signum perituræ à lingua, quam ægrotus in eum finem subinde protendit inspiciendam medico. Anatomia periti ajunt cor & linguam nervo conjungi uno: hinc signa valetudinis à lingua peti. Qui nosse cupit, quo quis morbo laboret, linguam inspicit, verba consideret, sermonem observet. Lingua nuntius, & index cordis est. Qui pistacum avem, è plumulis, è pastu, è volatu non norit, saltem noscet è garritu: qui nescierit, quos hi, aut isti, aut illi mores præ se ferant, attendat quid garriant. Ita Socrates inspecturus adolescentis animum, contemplatus est linguam: loqui cum jussit, ut videret quam commodis esset moribus. Avis à rostro, & cantu optime dignoscitur: humanus animus colloquiis exploratur. Qui curiosus Pharmacopolium lustrat, ut pyxidum opes indageret, operculum movet, pyxides aperit; mox aut fragrans moschum, aut assa dulcis, aut suaveolens balsamum, aut graveolens Castorium, aut assa fœtida se prodit. Lingua cordis operculum est, hoc amove, & nosces illud.

Explicatissimè Christus: *Bonus homo*, inquit, *de bono thesauro cordis sui profert bonum; & malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur.* Neque aliter Siracides: *In lingua*, inquit, *sapientia dignoscitur: & sensus, & scientia, & doctrina in verbo sensati.* Neque aliter Augustinus: *Nam quid velit cor, ait, lingua testatur. Ergo, ante sermonem non laudes virum.* Nam, sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius: sic verbum ex cogitatu cordis hominis. *Pyrus non fert mala, nec malus pyra vel pruna: sua cuique indoles, suis cuique genius est, ad hos illòsve fructus ferendos.*

Caiphæ Pontificis custos janitrix, Petrum Apostolum dedignata est dominum compellare: Homo vilis, Galilæus est, ajebat, ipsum loquela ipsius manifestum facit. Plerumque vix paucas voculas effamur, & an Germani, Itali, Hispani simus, ab idiomate arguimur: Ita prorsus, quid quis clausum gerat pectore, lingua facit perspicuum. Verissimè dixit Socrates: *Qualis vir, talis oratio, qualis avi rostrum est, talis & cantus est: quales cuiusque sermones, talia plerumque sunt & facta.* Quod optime dixit Aristoteles: *Qualis quisque est, talia dicit.* Imaginem animi esse sermonem, optime interpretatus Christus: *Quæ autem, inquit, procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem.* Inter hæc oris inquinamenta longè perniciosissimum est Lingua iurans, seu, Jurandi consuetudo multò pessima, de qua copiosius jam differendum.

§. I.

TEmerariam jurandi consuetudinem adedè severè prohibet Deus, ut satis sit divinæ legis verba recitasse. Hæc sunt: *Non assumes nomen Dei tui in vanum, nec enim infontem habebit Dominus eum qui assumpsit nomen Dei sui frustra.* Lex hæc unica, Christianis omnibus, instar mille concionum sit. Certè vir ferus & magnæ auctoritatis, ad puerilia quæque se testem produci non sinit, & Deus rex cæli toleret, ut eum nugarium; imò & mendaciorum nostrorum testem advocemus? Quid enim est aliud, Jurare, quam Deum testem invocare? Clarè Augustinus: *Itaque verò, ait, quisquis es pravi cordis & perversi, si dicas, per Deum, juras: si dicas, Testis est Deus, non juras? Quia est enim, per Deum, nisi, testis est Deus? Aut quid est, testis est Deus, nisi, per Deum?*

Res arduæ circumspeditionis est, juramentum licitum. Aut nullum; aut, malum est juramentum, quod judicio, veritate, & justitiâ destituitur. Hieremias vates expressit:

mus) quo mortales citius huic maledicentiæ & imprecandi libidini desuescant, discantque benedicere & non maledicere. Lata est sententia: *Maledici regnum Dei non possidebunt.* Odit Deus & arcer hominem, cujus maledictione os plenum est, & amaritudine & dolo, sub cuius linguâ labor & dolor. Quibus animus est æternis laudibus Deum venerari, iis nunc incipiendum, nempe ab hominibus dudendum est principium, quod in Deo sine fine finiatur. Quisquis poterit injurias maledictis non pensare, & Paulo præceptore, etiam persequentibus benedicere, Orbis supremo die benedictionibus infinitis honorabitur: Bene illum, bene corpus, bene animum, bene omnia illius. Ergo, *Benedicite & nolite maledicere.*

§. V.

Sed vulgatum illud orbi admirandum maledictum non omiserò. E signatis tabulis hoc recitabo, & testes sitam fide dignos. Conjugem Comitris in Hollandiâ Margaretam pauperula mulier, quæ gemellos ulnis gestabat, stitem rogavit. Comitris conjux non solum stitem negavit, sed & convicium addidit, adulteri eam insimulans, ob prolem tam numerosam. Perculit feminam graviter & repulsa & contumelia. Ergo audet & imprecatur: Velit Deus, ut tu, ò domina tor proles parias, quot annus dies continet. Voluit omnino Deus ratam esse imprecationem. Ita uxor Comitris evoluit mensibus, partu uno trecentos sexaginta quatuor liberos enixa est. Et quia omnes in lucem vivi prodierunt, ab Ultrajectino præpiscopò Guidone sacro rore tincti, sed paulò post unâ cum matre defuncti inter. Extar hodiè que in Loldunensi virginum cœnobio sunt Leydam & Hagam Comitris sito epitaphium, quod hanc repræsentat inscriptionem:

Illustris Domini Florentii, Comitris Hollandiæ filia, cujus mater fuit Marhildis, filia Henrici Ducis Brabantia, fratrem quoque habuit Guilielmum Alamaniæ regem: hæc præfata domina Margareta, Anno salutis millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, ætatis suæ anno quadragesimo secundo, ipso die parasceves, Cræscius in horâ nonâ, ante meridiem peperit infantes viros promiscuè sexus, numero trecentos sexaginta quatuor, qui postquam per venerabilem Episcopum Dominum Guidonem suffraganeum, presentibus nonnullis proceribus, & magnatibus in pelvi quadam Baptismi Sacramento percepissent, & masculis Ioannes, femellis vero nomen Elisabeth impostum fuisset, ipsorum omnium simul cum matris animâ ad Deum æternaliter victuræ redierunt: corpora autem sub hoc saxo requiescunt.

En, Lector, tabulas signatas. Quam facilis est Deus imprecationi, præsertim pauperum annuere, & vel naturæ leges solvere, ne irrita cadat Imprecatio. Multorum vota maximarum virum sunt. Finio; sed prius ad docentissimum ac planè musteum Imprecationis specimen. Nimirum tam aliis quam sibi ipsi malè precari pessimum.

Hoc ipso, quo hæc typis parantur, anno millesimo sexcentesimo vigesimo octavo Augustæ Vindelicorum duæ mulieres mater & filia in gravem furti suspicionem haud temere venerunt. At illæ, quòd increbrescentem ejus facinoris famam à se propularent, ita Deum obtestatae sunt; ut, si fontes essent, horribili pestilentia utramque pateretur afflari, idque ad designatum diem, & quod amplius, certo pestiferarum plagarum numero expresso. Audiit hæc vota Deus, & annuivit. Venit itaque jurata dies, & simul pejerata pestis, quæ servato ritè plagarum numero (quater nas una, novenas altera sibi fuerat imprecata) utramque feminam invasit, & simul documento manifesto fuit, pejeranti & malè precanti linguæ judicem vindicemque instare Deum.

Millies dixerò, nec id fatis unquam impressero: *Benedicite, & nolite maledicere.*

1. Cor. 6. 6. 9. 10.

Rom. 6. 11. 9. 14.

Lectur. Guicciard. in Belg. de suspicionibus p. 222. Albertus Cræscius in horâ nonâ, ante meridiem peperit infantes viros promiscuè sexus, numero trecentos sexaginta quatuor, qui postquam per venerabilem Episcopum Dominum Guidonem suffraganeum, presentibus nonnullis proceribus, & magnatibus in pelvi quadam Baptismi Sacramento percepissent, & masculis Ioannes, femellis vero nomen Elisabeth impostum fuisset, ipsorum omnium simul cum matris animâ ad Deum æternaliter victuræ redierunt: corpora autem sub hoc saxo requiescunt. En, Lector, tabulas signatas. Quam facilis est Deus imprecationi, præsertim pauperum annuere, & vel naturæ leges solvere, ne irrita cadat Imprecatio. Multorum vota maximarum virum sunt. Finio; sed prius ad docentissimum ac planè musteum Imprecationis specimen. Nimirum tam aliis quam sibi ipsi malè precari pessimum.

Lingua est nuntius, & index cordis.

Luc. cap. 6. v. 45.

Eccl. cap. 4. v. 29.

Aug. in psal. 93. præfat. ante med.

Eccl. c. 27. v. 7. & 8.

Arist. lib. 4. v. 10.

Matt. c. 15. v. 18.

Exodi c. 20. v. 7.

August. tom. 10. serm. 10. in decollat.

Ioan. Bapt. idem cod.

tom. ser. 2. 3.

B. Jacobi.

Hierem. c. 2. v. 2.

4. Capita linguam jurantem in exitium præcipiantia: 1. Affectus jurandi.

Aug. loco in frâ cit.

Jacob. cap. 5. v. 12.

Aug. tom. 10. serm. 28. de verbis B. Jacob. ante finem sermonis: cetera respice Deum, per Christum occidit illum: & hac quoties per diem, initio, N. B. jurat hominem à se occidendum.

2. Assiduitas & quotidiana consuetudo jurandi. Eccli. c. 23. v. 9.

Expreflit: Et jurabis, Vivit Dominus, in veritate, & in iudicio, & in iustitia. Hæc autem tria tam facillè depravantur, ut exactissimè pendere debeat quid facturus sit, qui iurejurando se obstringiturus est. Sed hæc nihil ad nos hoc loco. Nostri hæc exponere, temerariam jurandi consuetudinem, à divinis oraculis extreme damnari. Quatuor verò potissimum capita sunt, quæ Linguam Jurantem in exitium præcipiunt.

Primum est, Affectus seu libido jurandi, quæ sæpe tanta est, ut mortalium innumeri, quidquid loquuntur temerariis juramentis, velut venenato pulvere aspergant. Plurimos reperias, qui ante centies jurent, quam vel semel panem à Deo flagitent. His talibus juramenta, velut verba injussa, provolant: jurant, neque jurare, multò minùs peccare le cogitant. Ad eò namque volubilis sunt lingua ad jurandum & dejerandum, ut fateri cogantur, tam insanam jurandi consuetudinem, pruritum ac morbum esse. Hinc sæpe, Augustino teste, plura sunt juramenta, quam verba. Quàm id autem Deo non potest non graviter displicere, quod ore tam soluto laxòque adversùs ipsius honorem pugnemus. Quapropter Jacobus Apostolus adhortatione maxime serià: Ante omnia, inquit, fratres mei, nolite jurare, neque per calum, neque per terram, neque aliud quodcumque juramentum: Sit autem sermo vester, est, est; non, non, ut non sub iudicio decidatis. Illustrissimè hæc Apostoli monita interpretatus est Augustinus. Hic ego te, Lector, obsecro, vacivas præbe aures atque attentas, & quid hic unus sed eruditissimus, sed sanctissimus præsul de jurandi consuetudine sententiæ, auferat. Sic igitur Augustinus loquitur: Quare ergo, Ante omnia? Iste verbo, quod ait, Ante omnia, cautos nos fecit adversus linguam nostram: Ante omnia, ait, ut attendamus præ ceteris, ut vigilemus, ne surrepat vobis consuetudo jurandi. Quam in speculâ ita te posuit contra te. Considera enim te jurantem: cetera respice Deum, per Christum occidit illum: & hac quoties per diem, per horam? Non aperis os, nisi à tali juratione. Nolles, ut diceret tibi, Ante omnia, ut te adversus consuetudinem intentissimum redderet, ut omnia tua infirmeres, omnes morus lingua tua diligentissimè custodires; mala consuetudinis tua custos esses. Ad eam constringendam audi, Ante omnia. Dormiebas, pungo; Ante omnia, spinas admoveo. Quid est, Ante omnia? Ante omnia vigila, Ante omnia intensus esto. Hoc peccatum quem nõ reum teneat, si jurare peccatum est? Nam perjurium peccatum esse, & grande peccatum nemo dubitat: sed non ait Apostolus, Ante omnia, fratres mei nolite perjurare, sed nolite jurare. Quia ergo grave peccatum est pejerare, compendium tibi dedit Scriptura, Noli jurare. Vis ergo longè esse à perjurio? Jurare noli. Falsa juratio exitiosa est, vera juratio periculosa est, nulla juratio secura est. Sed consuetudo est, solet dici, &c. Major consuetudo majorem intentionem flagitat, non rei levis consuetudo. Si de manu aliquid faceres, facilius manu tue imperares, ne faceret: Si pedibus aliquid eundem esset, pigritiâ retardante excitares te, ut surgeres & ires: lingua facilius aatem habet motus, in udo posita est, facillè in lubrico labitur. Quamò illa citius & facilius moveretur, tanto tu adversus illam fixus esto. Nam tantum mali habet juratio, ut qui lapides colunt, timeant falsum jurare per lapides: tu non times Deum præsentem, Deum viventem, Deum scientem, Deum manentem, Deum in contemptorem vindicantem?

§. II.

Alterum est, Assiduitas & quotidiana consuetudo jurandi, quam sacra volumina gravissimè reprehendunt. Siracides, ut cautiore nos reddat, jurationem, ait, non assuecat os tuum, multi enim casus in illâ. Sunt qui tertio quovis verbo, ad vilissima quæque usurpent divinum nomen: nostrum nomen non nisi ad causam explicatam & æquam adhiberi patimur, quidquid demum fiat divino. Quis fervorum sine honorificâ præfatione dominum aut magnatrem nominet? & nos Angelorum regem inter rixas & contumelias appellamus imprudentissimè, seu devitatis seu falsitatis nostræ testem. Sunt qui vel uno

die sexcenties dicant: Per Deum, Testis est mihi Deus, Deum appello testem. Aliter Seraphini Angelorum supremi sanctissimum Dei nomen venerantur: quancà enim ii reverentiâ, quo tremore suum illud triflagium Sanctus, Sanctus, Sanctus modulantur! At nos viles homunculi, in omne facinus projecti, in precibus torpidi, ad fabulas attenti, in vanis & futilibus animosi, cum oramus, Deum nominamus nõ sine fastidio, cum ludicra aut falsa narramus, eundem Deum appellamus, non sine grandi contemptu. Et quemadmodum sacerdos in sacris sæpius ingeminat, Oremus; sic juramentis assuetus, assidue iterat, juremus, blasphememus. Res ipsa hic loquitur. Et idè Chrysofomus olim expertus: Nos autem, inquit, & cum vilia comparamus, & cum de uno numo contendimus, & cum adversus servulum commovemur, Deum testem invocamus. Et hominibus quidem ingenii & aliquâ dignitate muniti, in publico ad hujusmodi res non audemus testimonium postulare, ne & injuriarum contra nos vindicta procedat: Deum autem, calorum regem, Angelorum Dominum, & cum contrahis, & cum loqueris, & cum quibuslibet sermonibus delectaris: advocas testem. Hanc ergo jurandi flagitiosam consuetudinem gravissimè detestatus Siracides: Nominatio Dei non sit aspidua in ore tuo, inquit, & nominibus sanctorum non admiscearis: quoniam non eris immunis ab eis. Vir multum jurans implebitur iniquitate, & non discedet à domo illius plaga. Hoc unum, obsecro, vigilante animo considera: Vir multum jurans, implebitur iniquitate. Compendium & epitome diversorum scelerum est jurandi temeritas: audebit plura qui frontem per tot juramenta exiit: implebitur iniquitate. Neque hic vindices Dei manus exiit. Nam etsi fetas, severas tamen exolvit pœnas, & non discedet à domo illius plaga; non seipsum tantum, sed & posteros suos centuplicatis secum supplicii involvet.

§. III.

Tertium est, Nulla, vel levi ex causâ jurare: quòd divinæ leges expressissimè vetant: Non usurpabis nomen Domini Dei tui frustra: quia non erit impunitus, qui super vanam nomen ejus assumpserit. Hanc legem spernit quicumque immeditatus & incogitans otiosâ temeritate jurat. Hebrais non tantum hæc talia juramenta verita; sed & religionis ac reverentiæ causâ, nomen Dei Jehova pronuntiare non sunt ausi, nisi soli sacerdotes & Pontifices, qui id maxime ad solemnem populi benedictionem, aut ingressum in templi adyta pronuntiabant. Josephus affirmat, sibi hoc nomen eloqui, nec jus nec fas esse. Cum ergo in sacris paginis hoc nomen legenti occurrebat, Hebræi pro illo substituebant Adonai, vel Elohim. Inò Christus & Apostoli, cum testes faciunt Hebræas paginas, in quibus nomen tetragrammaton est, pro eo nomen Dominus substituit. Hinc Judæi negant se scire, quâ ratione nomen illud pronuntiandum sit, seu, quomodo illud Deus, Moses, atque sacerdotes pronuntiant; ajuntque ultimum sacerdotem, qui nomen hoc expresserit fuisse Simeonem justum (qui Christum puerum in templo passis ulnis amplexus est) à venturo autem Messia se docendos modum hujus nominis pronuntiant. Ob eandem divini nominis reverentiam summus Pontifex, illud in tiarâ, laminæ aureæ insculptum gestabat sublime; quod rex Macedo Alexander Jaddo Pontifici obviis, humi procumbens reverenter adoravit.

Tantamne reverentiam divino nomini detulerint olim Hebræi, & illud innumeris juramentis ad eò impie temerent Christiani? Grave flagitium, & supplicio dignissimum. Neque prisci tantum Hebræi, sed & nostrates ac hujus ævi hoc servant pertinaciter; per nomen tetragrammaton expressè jurare nunquam audent, sed hac formulâ, idque admodum rarò, & non nisi ad acti uruntur: Juro per jod, he, vau, & jod (sunt quatuor nominis tetragrammaton litteræ) quod juramentum illis sacrosanctum & summum habetur. Idolatris

4. cre
tin
dia
tess
jud
adv
Poh
gil
Am
Am
in
Poh
Tm
Ma
Dh
2. I
M
1. 9
P
P.

Dh
ch.

Nulla
vel levi ex
causâ ju-
rare.
Deut cap. 5.
v. 11.
Philo. lib. 3.
de vitâ Mo-
ysi.

Joseph. l. 11.
Jud. antiq.
cap. 8. med.

Foracium lib.
1. de genti-
bus. c. 11.
Idolatris
cap. 2.

Iolattris non licebat, falsum Deum Demogorgonem nominare; si quis secus faxit, terra tremoribus id vindicandum.

§. IV.

Quartum est, per res creatas jurare, imò ipsum etiam diabolum testem advocare & judicem: Si res non ita se habeat, diabolus me rapiat, cacodæmon me laceret, mille me diaboli asportent: mortuus ex hoc loco jam efferat, hic bolus me suffocet. Narrat Polydorus, Comitem Goduinum in mensâ dixisse: si mentiar, hic ipse bolus me strangulet. Dixit, & factum est. De hoc juramenti genere signatè Augustinus: *jurare*, inquit, *per execrationem, est gravissimum jurisjurandi genus, cum homo dicit: Si illud feci, illud patiar.*

Scitum est periculum ex aliis facere, tibi quod ex usu fiet.

Narrat Martinus Delrius, Hispanum militiæ ducem, cui nomen Bravo, quem & Delrius sepe vidit, mirè deditum fuisse aleæ, & quod plerunque fieri amat, in ludo diras jacere in se juxta atque alios esse solitum. Quadam die cum infelices semper numeri, & damnosi subsilirent canes, irâ effervescens in caput suum diuissima precabatur. Et en subito, coram multis qui aderant, ab invisâ manu ad tabularum usque sublatus, post aliquod temporis expallidus & mortuo similior quàm vivo, in solum deponitur. Cadaverosum hunc vultus lurorem toto post vitæ tempore retinuit. Rem æquè testatam sed magis horrificam, optimâ fide idem commemorat in hunc modum.

4. Per res creatas jurare, imò diabolum testem & judicem advocare. Polydorus Virgil. lib. 8. Angl. hist. Ang. tom. 8. in pag. 7. post init. Terent. Martin. Delrius tom. 2. Disquis. Magic. pag. 7. in pag. 7. in pag. 7.

Delrius loco cit.

In Silesiâ vir nobilis convivas invitavit, jamque pæne meridies vocarat ad epulum, convivarum tamen nullus prandium condixerat; suas quisque remoras excusabat. Bilem hoc movit homini. Ergo irâ frendens: Si convivæ nolint, inquit, veniant omnes diaboli. Dixit, & ut plenus erat fastidii, domo abiit, fortè delatus in templum. Hic sedandæ nonnihil bili, subsiluit, & quid ecclesiastes pro suggestu diceret, attendit. Dum ille in templo hæret, ad illius domum interim adfunt equites proceri, sed attri, imperantque servo, herum quanto citius vocet, adesse hospites. Servus animo consternatus ad templum properat, & nuntiat hæc hero: ille inops consilii curionem consulit. Curio hoc suscit, ut omnem familiam domo juberet excedere. Fit. Sed dum prope rant, infantem in cunis dormientem trepidâ oblivione solum deserunt. Larvari ex Orco hospites domum liberè ingressi, quia invitati, incipiunt comessari, & velut ebrii vociferari, per fenestras etiam prospicere, sed variis urforum, felium, luporum, sed & hominum formis, monstrare pocula & quasi propinare, carnes assas, pisces lixos, placentas fixas, & id genus edulii ostendere. Hæc vicini, hæc Curio, hæc ipse paterfamilias vidit, & Ah, inquit, ubi meus infans? Statim ab extremâ parte verbi, dæmonum unus infantem ad fenestras, flebile parenti spectaculum, exhibuit. Virum nobilem infantis incolumitas unice angebat. Servus ergo, què fidissimum habuit, interrogabat: Dic quæso, ait, quid agam? infantem quomodo eripiam his monstris? Cui servus: Domine, inquit, stes animo: vitam ego meam committam Deo, & ingrediar domum, infantem his larvis abstracturus; Deus aderit. Si ita vis, ait herus, sic abi, Deus opem porrigat. Ita servus cum sanctâ prece Curionis & ceterorum, ingressus est domum, & ante conclave, in quo dæmones furebant, in genua provolutus, se Deo impensissimè commendavit. Sic obfirmato animo aperuit januam, reperitque dæmones, hos quidem stantes, hos sedentes, illos deambulantes, istos serpentes, jamque omnes uno impetu in se ferri ac vociferari: Quid hic tibi est? Ille sudans, animo tamen præsentis usus: Tu, inquit, infantem mihi trade. Cui diabolus infantem gestans: Nequaquam, ait, jam meus est hic infans. Abi tu, tuoque domino dic, ipse veniat, & infantem recipiat. Servus

Tom. I.

A jam animosior: Nomine Christi Jesu, inquit, infantem, aufero, & restituo patri. Dixit, & fecit. Hic omnes vociferari: Relinque infantem, nebulo, relinque, aut disceperemus te. Ille minis neglectis, celeriter se domo eiecit, & infantem reddidit parenti. Eò nimirum diabolus sævire permillum, non ultra. Post aliquot elapsos dies evanuerunt hi ab Erebo convivæ: ita vir nobilis cum familiâ in vacuas aedes denuo immigravit. En inconsulti dicti quas pœnas dederit pater, quæ pericula subierit infans filius? Linguam deinceps frenare disce; irâ moderari studeatque si domum elocare lubet, mendicis potiùs quàm diabolis eloca: si cenam respuant convivæ opulenti ac nobiles, fruuantur eâ pauperes.

§. V.

Verùm, nec ad epulas nec ad choreas vocandus est gentis humanæ hostis, quod sequens narratio demonstrabit. In Saxonîâ opulenta virgo, juveni elegantis formæ, sed tenuis fortunæ conjugium promisit. Ille catus cautisque angebatur futuris, & vereri se dicebat, ne fidem frangeret immemor promissorum. At illa diris seipsam devovens: Si alteri nupsero, inquit, diabolus in ipsis nuptiis me vivam abripiat. Enimverò elapsis aliquot mensibus mutat animum virgo, & sponso priore spreto, nubit alteri ditiori. Adest prior continud, monentque fœderis, & diræ deutorionis. Illa obfirmat animum, &: Noli, ait, obtundere homo, frustra es. Jamque nuptiæ parabantur. Ipso autem nuptiarum die, cum jam totis ædibus perstreperet hymeneaus, cum cognati & convivæ mirè hilarescerent, sponsa, vigilante conscientiâ, solito fit tristior. Sub epuli finem, duo diaboli, nobilium equitum tunc primùm adventantium specie, nuptialem domum ingrediuntur, humaniter excipiuntur; fit locus novis conviviis, confident unâ, fabulantur multa, mentiuntur plurima. Jamque epulum & choreuma ad saltationem spectabat. Ita remotis mensis in choreum itur. Equitum alter honoris causâ invitatur, ut cum sponsâ choros ducat. Non recusat; unum alterumque canticum cum eâ defaltat. Mox cum eadem per ostium erumpit, & in altum se tollit cum devotâ sibi prædâ, parentibus & cognatis frustra lamentantibus. Postero die mœstissimi parentes & cognati, miserunt qui sponsam quærerent, ut saltem esset quod sepulchro & terræ redderent. Quærentibus iidem diaboli duo fiunt obviam, & sponsæ vestes ac mundum muliebrem reddunt cum hoc dicto: In sponsam, non in hæc potestatem nobis concessit Deus. Augustini verba hic repetito; *Jurare per execrationem (quod sponsa fecit) gravissimum jurisjurandi genus est.* Ita misera quæ nuptiarum promissa violavit, & suam in se precationem contempsit, corpore animoque cacodæmoni mancipata est. O quantum momenti, in quantillis vocibus! En causam, quare Jacobus Apostolus dixerit: *Ante omnia, fratres mei nolite jurare: non per calum, sed neque per terram, multò minus per diabolum.*

D

Huic alterum addo, idque recentius. Anno millesimo quingentesimo nonagesimo nono, die vigesima nonâ Novembris, Geradimontii in Flandriâ, argentarius (cui Antonius nomen) ad Navim auream hospes divertit. Lis ei erat cum aliis de pecuniâ, quam alii darent ei affirmabant, ipse acceptam negabat: & pernegabat, & quod pejus, juramento dicta confirmans: Si eam pecuniam, ajebat, acceperim, velit Deus ut hoc igne comburatur. Simul ignem monstrabat in proximo camino structum. Nec tamen iis quibuscum hic erat ita factis factum. Hominem jurejurando super censuerunt obstringendum. Neque hoc ille detrectavit, jusjurandum dedit. Sic vesperi discessum est. Antonius post cenam lectum æterni, & ignem paulò luculentiorum in camino fieri jussit, eò averfus se applicuit, quietiùs, ut putabat, dormiturus calefacto corpore. Hospes sedu-

Delrius tom. 2. Disquis. Magic. lib. 3. pag. 2. q. 7. scilicet. 1. mihi pag. 77.

Inc. cap. 5. v. 12. Ex ipso augeographo Gallice expresso Arebrati Anno 1601. Cum approbatione D. Guillielmi ad S. Magdalenam curvionis & c. amici Acriensis. Anton. de Haec. vult. go Crank.

itur. Sed illi, quantum aliquos eorum audivi, quid sit jurare, prorsus ignorant: putant enim se jurare quando in ore habent: Scit Deus, & Testis est Deus, & Testem Deum invoco super animam meam. His sese juramentis obstringunt miseri, propter unicum quandoque obolum, frequenter ob lanam captivam. Quod Chrysofotomus deplorans: Nescitis, inquit, quid sit Deus, & quali ore invocari debeat. Porro quoties de viro aliquo virtutibus preedito loquimur, dicimus: Lava os tuum & sic memor sis tunc verò honorabile nomen, quod est nomen super omne nomen, & quod admirabile in omni terrà, quod demones audientes contremiscunt, simpliciter distrahimus; & consuetudinem que id fecit contemptissimum &c. Si simpliciter nominare Deum non omnibus fas erat, hoc certe quod in testimonium vocatur, quante audacia, dic oro, quanta insipienter quomodo enim non absurdum, servum quidem non audere dominum nominari, & sine honoris præfatione appellare: Angelorum verò Dominum tenere & contemptum ubique jactare? Nunquid quoniam non punimus, putamus nos neque peccare? Ecce dico & testificor vobis, emendate juramenta, eos autem qui non obtemperant, omnes mihi indicate; ecce presentibus vobis, imperabo his qui ad ministerium segregati sunt domuum orationis, & admonedo & ostendam nulli jurare licere, imò neque aliter. Ad me igitur ducatur, quisquis fuerit, quoniam & hac oportet coram vobis agi, quasi pueri essetis. Ergo, nec tu ipse jura, nec alios ad jurandum impelle.

§. I V.

Quartum caput, E consuetudine jurandi, velut è fonte, mala scaturire innumera, iidem, quos supra laudavi sanctissimi doctores testantur. Et Hipponenfis quidem præful Augustinus de scipio candidè ac nervosè: Juravimus & nos, inquit, passim habuimus istam terribilissimam consuetudinem & mortiferam. Dico charitati vestra, ex quo Deo servire cepimus, & quantum malum sit in perjurio vidimus, imminus vehementer, & veteranosissimam consuetudinem timore frenavimus. Frenata restringitur, restricta languescit, languescens emoritur, & mala consuetudini bona succedit. Gravissimum hoc malum est, sæpe jurando, in eam jurandi consuetudinem venire, quæ paulatim in mores transfereat. Quod idem Augustinus deplorans: Sed tamen, inquit, aliud habet humana pestima consuetudo. Et càm tibi creditur, juras: & cùm nemo exigit, juras; & horrentibus hominibus juras; non taces jurando, vix es sanus non perjurando. Ergo, si discipiat homo, quoties jurer per totum diem, quoties se vulneret, quoties gladio lingua se feriat, & transfigat, quis in illo locus invenitur sanus: quia ergo grave peccatum est pejorare, compendium tibi dedit Scriptura, Noli jurare.

Chrysofotomus hic sibi verè similis, hoc est, atrei eloqui, qui orator, inanium juramentorum damna percensens: Satana laqueus est, inquit, jurare. Distrumpamus igitur funes, & faciliè contra omnem custodiã sistemus; liberemur à laqueo satana. Vide enim quanta correxeritis, si quidem hoc correxeritis. Primum quia consuetudinem difficilem excutatis; Deinde rationè malam, & unde omnia mala, nempe quod putatis nihil referre, & nihil nocere; Tertio furorẽ; Quarto avaritiã. Omnia enim hæc juramentum parit. Audistis prophetam de juramentis hodie nobis loquentem? Respexi oculis meis, & vidi, inquit. Quid tu vides? Et dixit: Video falcem volantem longitudine cubitorum viginti, & latitudine cubitorum decem. Et ingredietur domum, inquit, jurantis nomine meo, & dissolvit eam in medio, & suffodiet lapides & ligna. Quid tandem est dictum? & quã de causã in specie falsis, jurantis sequi pœna videtur? Vt ultionem inevitabilem esse, & supplicium evitari non posse videas. Eiusdem enim volantem forsitan aliquis effugere poterit: falcem autem in collum delapsam, & pro funiculo factam, nemo fugere potest. Cùm autem & alæ adsint, quæ saluti ulterius spes? Quã vero causã lapides & ligna jurantis dissolvit? Vt ruina alius correctio fiat. Postquam enim jurantem mortuum terra condidisse est, domus dissoluta, & ruina facta, prætereuntibus omnibus & cementibus admonitio erit per aspectum, ut non eadem audiant, ne eadem patiantur, & accipiat erit mortui criminis

Chryf. hom. 9. in Acta Apost. proxime faciem & hom. 7. ad pop. fine.

4. Mala scaturire innumera. Aug. tom. 10. serm. 28. de verb. Apost. post med.

Idem serm. eod.

Chryf. hom. 11. in Acta, fine. & hom. 14. in ead. fine. & hom. 15. ad pop. post med. hom. 9. ad pop. fine. hom. 14. ad pop. post med. & fine. hom. 19. ad pop. fine. Zacha. c. 5. 2. 1. & 4. Vulgata lectio habet. Volumen voluc.

continua. Non ita pungit onus, sicut juramenti natura, non sic occidit gladius, sicut juramenti plaga. Scribe super parietem domus tuæ, & super cordis tui parietem, falcem illam volantem, & hanc ad maledictionem volare puta: & continue ipsam recoga, sive alium jurantem videas, cohibe, veta, & curam tuorum gere servorum. Idem Chrysofotomus de Saulis regis juramento differens, ut compendio plurima juramentorum damna enumeret: Saul, inquit, ex unico juramento plurima texuit perjuriam. Vides, & tyrannidem, & filii cadem, & bellum civile, & pugnam, & jugulationes, & cruores, & infirmitate cada vera ex uno parata juramento? Vides quot homines tum volentes, tum invitos perjurio obnoxios, unum fecit juramentum? quot mala molitum est, quot cedes patravit? Cum his autem omnibus audisti Christi sententiã dicentem, quod non pejerare tantum, verum, & jurare quomodocumque, diabolicum est, & tota maligni machinatio. Audisti quod ubique juramenta sequuntur perjuriam. Hac, inquam, omnia congregans, inscribe cordi tuo. Vitam mihi liceret frequenter jurantium animas excuere, & ipsorum oculis subicere vulnera & cicatrices, quas quotidie capiunt à juramentis. Nec admonitionis aut consilii indigeremus: quoniam vulnerum aspectus omni sermone potentiis, huic improba consuetudini adhaerentes, à malitiã abducere possent.

Tandem Chrysofotomus, quia multos hac in re cessatores aut rascarios expertus est, ovem exuens, leonem induit, & è suggestu omnibus edixit publicã voce: quicumque jam toties moniti inanibus juramentis non abstinerent, templo exclusos se scirent, templi limina non amplius contingerent, quam diu selestam jurandi consuetudinem perseverarent. Et hæc Chrysofotomi verba sunt: Quotidie clamamus, insonamus in aures vestras. Qui audiat, nullus est, &c. Propterea magnã & clarã voce prædico vobis ac testificor, ita ut eos qui sic pravariantur, quique ea quæ à maligno sunt, loquuntur, hoc est enim juramentum, ne limina ecclesiastica ascendant. Præstitutus autem vobis sit mensis præsens, ut sic corrigamini. Ne enim mihi dixeris, quid me negotiorum urget necessitas, quia fidem non invenio. Jam remove mihi illos qui ex consuetudine jurant. Scio quod multi nos risuri sunt. Atqui melius est nos nunc rideri quàm olim deplorari. Et hoc ipsum, quod id melius ab omnibus capiat, repetens: Si quis, inquit, noluerit hoc præceptum perficere, quemadmodum tubã quãdam per verbum pronuntio, abstineat à liminibus ecclesiasticis illis, sive princeps sit, sive alius diademate circumdatus.

§. V.

Quintum caput Jurandi consuetudinem faciliè posse corrigi, Chrysofotomus & sæpe & apertè ingerens, Malam, inquit, jurandi consuetudinem ab ore nostro auferamus, frenum imponamus linguæ; Nullo hic sumptu opus, nullus labor exigitur, non indiget magnã temporis morã exercitatio. Sufficit velle, & corum factum est. Res enim hæc à consuetudine pendet. Etiam oro & obsecro, studium tale afferamus. Quam autem negligentia multorum bonos hos conatus eludat, explicans: Contingit autem sæpius contra-pius fuerim, inquit, eos qui semel bene aliquid fecerint, in eadem peccata ex ignaviã iterum relabi, ita ut inde quasi impossibite reliquum opus constituere, ut si posuimus nobis ipsis legem non jurandi. Virtutem exercuimus ad dies tres, quatuor: post hoc necessitate quadam urgente, collectum lucrum totum disperimus, ac incidimus. Deinde in tantam pervenimus festiniam ac desperationem, ita ut non libeat eadem ultra attingere. &c. Verum non oportet negligenter agere, etiam sic, sed iterum laborem aggredi. Os enim quod nescit jurare, statim etiam Deum in precibus invocans conciliabit, & gravi plagã diabolum percuet. Os quod jurare nescit, neque contumelias afficiendi consuetudinem habebit. Nam quemadmodum ex domo quadam, ita à lingua hunc ignem ejice, & foras trahe.

Augustinus ad vincendam jurandi consuetudinem gravissimè hortatus: Laborare debetis, & configere, ait, adversus

Chryf. locis proximè citatis. Ex unico Saulis juramento evenerunt plurima detrimenta.

Chryf. hom. 8. in Acta circa finem.

Jurandi consuetudinem faciliè posse corrigi. Chryf. hom. eadem 8. in Apost. acta. & hom. 11. in Acta. præcipue fuerim.

Aug. serm. 11. de det. 3. s. 1. ca. 1. & 1. versus me. & 1. 1.

Aug. 10. s. 1.

En. do. i. ser. p. Ch. 19. p. m.

Ho. 19.

Id. 1. Ma. 17.

Idem. 19.

CAPVT XXX.

Quibus objectionibus IURAMENTA soleant excusari, & quibus modis ea extirpari possint.

VTi linguae sunt quae caeno mersae, sordibus unice gaudent, ita sunt linguae, quas diabolus nunquam non perfulat. Haec non decimam tantum, sed vel tertiam fermonum partem consecrat cacodæmoni, idololatris peiores. Basiliius Magnus: Illud Clinia, inquit, unius est sectae Pythagorae philosophi difficile est credere, quod casu non de industriam nostram imitatur. Nam ille, cum per iuramentum multam trium talentorum liceret vitare, injuriam pati maluit quam jurare. Priscus Romanis lex erat, ut qui per Janum jurasset, morte plecteretur, nisi id fecisset senatu permitte. Pudeat Christiani sanguinis homines in naturae legem tam turpiter delinquere, & vitae auctorem toties ore temerario incescere.

Suidâ teste adeo parcebant prisci Diis suis, ut, ne per eos temerè jurarent, sepe dicerent: Per hanc rugosam pellem meam, Per aridam hanc arborem: Has forestestor, Per hunc gladium, Per hoc sceptrum, Per telum hoc meum iuro.

Japones, quod multa ratione faciant, iuramenta plurimum averfantur. Plato, è rationis itidem dictamine, graviter reprehendit jurantes. Non enim tantum pejerandi periculo proximi sunt, qui crebrò jurant, sed infuper tam sibi quam aliis incommodant: sibi quidem quos mendaces, & indignos quibus credatur, nisi teste Deo, significant: aliis autem, quos, uti ait Hieronymus, suspiciosos & incredulos judicant. Profectò nemini minus creditur, quam crebrò juranti, qui cum prisco poetâ fareri de se cogitur,

Iurare aut falsum dicere, par habui.

Masse. l. 12. histor. Ind. Jurantes tam sibi quam aliis incommodant.

Anfo. Edyll.

Sanctoris vitae hominibus, qui non facile unquam jurant, priscum illud convenit:

Is maxime, nunquam qui jurant, creditur.

Trach. vet.

Gregorius Nazianzenus, etiam voto se adstrinxit, nunquam juraturum: quod laudabili constantiâ ad ipsam usque tumbam servavit. Leontius Antistes qui res gestas Alexandrini Patriarchae Joannis, quem Eleemolynarium vocat, conscripsit ipso narrationis exordio: Primum, inquit, & praecipuum ejus bonum fuit, quoniam omnimodis non juravit: quoniam Christus suis praecipit: Sit sermo vester, est, non, non; quod autem his abundantius est, à malo est.

Math. c. 5. v. 37.

Comes Ariani Elcearius, non tantum ipse non juravit, sed nec in ullo suorum famulorum jurandi licentiam vel minimam tulit. In eos qui vel jurassent, vel alteri malè precati fuissent, hæc fuit decreta poena: Diem unum carcere includi, aut prandio cenâe privari, aut coram aliis humi sedentem, pane solo & hydriâ cenare. Si quis restitisset, alium sibi dominum querere jubebatur. Hac ratione famulos ad Linguam peratentos reddidit. Sed sunt hæc quæ obijciantur, inanibus & noxiis his juramentis, defendendis: ad quæ singula ordine respondebimus.

Objectiones pro iuramentorum defensione:

§. I.

PRimum est quod juramentis videatur patrocinari, Consuetudo ipsa. Utrique, ajunt, tam severè non puniet Deus, hos oris humani errores; sic assuetus. His Chrysothomus acce acutum inquit: Ne mihi jam aliquis, inquit, consuetudinem praetendat: propter hoc enim indignor & irascor, quoniam consuetudinem (ajunt) vincere non possumus. Et nisi consuetudinem vincamus, quomodo concupiscentiam vincemus, cujus radix habet à naturâ principium. Concupiscere enim naturale, malè verò concupiscere jam est voluntatis. Iurare nempe nec capit à voluntate principium, sed ex negligentia solâ. Et tu discas, quod non ex rei difficultate, sed propter

1. Consuetudo ipsa. Chrysothom. v. ad pop. amesimum.

versus consuetudinem vestram malam, malam, malam, & valde malam: & tollere jurationem de oribus vestris. Cavete à falsâ juratione, cavete à temerariâ juratione. Ab his duobus malis securissime cavebitis, si consuetudinem jurandi à vobis abstuleritis.

Atque ut vim verbis adderet, suo eos exemplo hortatus: Scio, inquit, grave esse consuetudini vestra, sed & grave fuit consuetudini nostra. Timendo Deum, abstulimus jurationem de ore nostro. Ecce vobiscum vivimus. Quis nos audivit aliquando jurantes? Nunquid non consueveram quotidie jurare? At ubi legi, & timui, luctatus sum contra consuetudinem meam, in ipsâ luctatione invocavi Dominum adiutorem. Praestitit mihi Dominus adiutorium non jurandi. Nihil mihi facilius est, quam non jurare. Hoc ideo admonui charitatem vestram, ne dicatis: Quis potest

Bernardus juramenta vinci non appetendo, docens; Sicut, ait, mentiri non potest, qui non loquitur; sic pejerare non poterit, qui jurare non appetit. Quocumque arte verborum quisque jurat, Deus tamè qui est testis conscientie, hoc ita accipit sicut ille, cui juratur, intelligit. Chrysothomus quò magis suos animaret ad victoriam vitii tam infestis: Quid horum, inquit, in juramentis quasò praetendere possumus? quam difficultatem? quem sudorem? quam artem? quod periculum? exiguo tantum studio nobis est opus, & brevi nobis totum expeditum fuerit. Nec mihi dicas, majorem expeditivi; sed nisi totum emendasti, nondum te quidquam fecisse putâ. Hoc enim exiguum neglectum, & omne reliquum destruit. Saepius namque domos edificantes homines, & rectum imponentes, unius tegula excusse curam non gerentes, totam domum perdidit. Nobis itaque quotidianas ponamus leges. Interim à facilitioribus exordiamur, ab ore nostro jurandi frequentiam amputemus, linguam frenum ponamus, Deum juret nemo. Non est hæc impendium, non est hæc labor, non est hæc temporis exercitatio: sufficit velle, & totum factum est; consuetudinis enim opus est. Precor & supplico, studium hoc impendamus. Ergo Satanica hæc jurandi consuetudo, uti aureus orator loquitur, superari non difficulter potest, modò eam velimus superare. Eâ de causâ hoc ipsum diversis concionibus retractans: Qui tandem, inquit, quis, & quæ, labor est fugere iuramentum? nunquid pecuniarum opus est impensâ, nunquid ærumnis ac sudore persequitur? tantummodo velle sufficit, & totum quod jubetur impletum est &c. Cum igitur istud corrigere tentaveris, etsi semel, etsi iterum legem consuetudine fallente fueris transgressus, ne tunc quidem animo desperes, sed rursum resurge, atque id ipsum studium sollicitus apprehende, & absque ullâ prorâ ambiguitate superabis.

Idem tom. 5. h. 7. ad pop. p. 11. h. 11.

Idem tom. 5. h. 7. ad pop. p. 11. h. 11.

Idem tom. 5. h. 7. ad pop. p. 11. h. 11.

Idem tom. 5. h. 7. ad pop. p. 11. h. 11.

Ue autem Chrysothomus pectori altè infigeret impar hominum & Angelorum studium in divini nominis cultu, quamque facile sit curâ & studio hoc vitium debellare: Seraphim, inquit, stabant circa ipsum, & clamabant alter ad alterum, & dicebant, Sanctus, Sanctus Sanctus Dominus Deus Sabaoth: plena omnis terra gloriâ ejus. Vidisti cum quanto timore, quanto horrore nominant eum glorificantes & laudantes? Tu verò in precibus quidem & supplicationibus, cum multo ipsum invocas torpore, quando horrescere oportebat, varia quadam, & alia super alia connectis juramenta: & qualis venia, que verò nobis exit excusatio, etsi milies consuetudinem obijciamus? Dicitur quòd quidam externorum oratorum præ quadam stultâ consuetudine, dexteram eundo humerum continuè movebat, sed tamen consuetudinem viciit, & gladios acutos utrinque humeris imposuit, ut vulneris timore, membrum inepè se movens corrigeret: Hoc & tu lingue facias, & ipsi pro gladio divina poena timorem impone, & omnino superabis. Impossibile enim, impossibile, inquam, est, meditari & studentes, & opus hoc facientes, unquam superari. Ergo, abundè satis demonstratum est, jurandi pessimam consuetudinem à nemine non superari posse. Sequitur, quibus ea modis superari possit. De quo capite proximo agemus, unâ etiam diversis objectionibus responsuri.

Aug. serm. 116. de decoll. s. l. 1. h. 11.

Idem tom. 5. h. 7. ad pop. p. 11. h. 11.

Idem tom. 5. h. 7. ad pop. p. 11. h. 11.

Idem tom. 5. h. 7. ad pop. p. 11. h. 11.

Idem tom. 5. h. 7. ad pop. p. 11. h. 11.

Idem tom. 5. h. 7. ad pop. p. 11. h. 11.

Aug. serm. 11. in decoll. B. Rom. Bap.

Augustinus: Fecit quidem ille magnum peccatum, & emendatus est. Sed multo gravius peccatum faciet, qui post istum meum sermonem, & istam meam admonitionem & exhortationem tale quid fecerit. Cavere a falsâ juratione, cavete à temerariâ juratione. Ab his duobus malis securissimè cavebitis, si consuetudinem jurandi à vobis abstuleritis.

1. pp. 14. tit.

Beatus abbas Auxentius singulari gratiâ pollebat in restituendâ ægrotis valetudine. Ab hoc Antistite duo viri fœdissimâ leprâ deformati stipem poscebant. His Auxentius vultu & verbis ab benevolentiam compositis: Scitote, inquit mei fratres, divinam iram non aliâ de causâ in vos deservire, quàm quòd eam assiduis juramentis & maledictis provocetis. Hæc sunt æquissima Dei judicia: tam noxia oris eluvies, tam tetra vituliginis squalore punitur. Sed agnoscite vos reos, & desinite hæc vitia. Demum oleo sacro perunctos, à se incolumes dimisit. Ad eò verissimè olim est dictum:

Ps. 105.

Lingua quidem res pusilla, maximi at parens mali est; Peperat, jurare cassas quisquis audeat ob leves.

Remedia juramenta emendandi.

Hic demum complures interrogant: Quâ igitur ratione, quibus denique modis vulgarissima hæc jurandi consuetudo emendanda est? Quòd major medicina vis sit, eò remediis utendum probatoribus: diversa, sed non multa damus.

§. III.

1. Censores, monitores & reprehenses in se vel alios constituerent. Chry. hom. 1. in Baptiz. m. 5.

Primum ex ore Chryostomi: Censores monitores, reprehenses in se aut alios constituerent. Hac de re Chryostomus amplissimè disserens: Quo igitur modo, inquit, quòve subsidio, hoc poterimus declinare peccatum? Non enim solum convenit crimen crudele monstrare, sed potiùs criminis ultione liberari. Est tibi conjux, sunt filii, est amicus, est servulus, est vicinus, est sanguinis cognatione sociatus: festina omnibus hujus legis præcepta narrare. Sed, inquit, dura res consuetudo, & qua facillè mutari non possit, & qua nos nunquam & invitos trahit, & nolentes committere cogit illicita. Igitur tandè de hujus mali reatu liberare festina, quando consuetudinis vim necessitatèque cognoscis, & ad aliam consuetudinem migrare propera. Nam sicut te prava consuetudo possidet, ita poterit melior obtinere, ut & volentem te jurisjurandi lapsibus non permittat evincere. Nam revera multum consuetudo prevalet, & jura didicit immutare natura. Ut igitur non assidue doleamus, ad illam consuetudinem demigremus, & ab omnibus tibi singulisq; conjunctis hoc postula, hoc pete beneficium, ut te jurantem arguant, ut confundant. Nam cum te assidue tua confusione auctorem, & sibi met similia largientur. Nam qui alterum, ne juret, arguit: nec facillè se præcipitare patietur in perjurium.

1. Censores, monitores, reprehenses etiam non vocatos admittent.

Alterum: Censores, monitores, reprehenses, etiam non vocatos admittent. non vocatos admittent. Quis est qui pallium inversum induat, & non sustineat vel ab infante, vel à faculo moneatur? Quandoque etiam olivæ est opportuna locutus. Anno millesimo quingentesimo octogesimo quarto, Ulyssiponæ catechesis in plateâ publicâ docebatur. Ab his Christianæ doctrinæ rudimentis ad eò profecit puer, ut cum hominem adulem prociacis jurantem audiret, in genua procubuerit, & summis precibus obsecravit, non ita juraret; neque enim tam leve, quàm putaretur, esse peccatum. Erubuit ad has preces vir grandævus, & qui vocaris, inquit, quinam tui sunt parentes? Tacuit puer & abiit. Non tu, ait vir ille, puer es, sed Angelus Dei; emendabo me. Dictis addendum.

1. Certum emendanda.

Anno millesimo quingentesimo nonagesimo tertio, Divione pædagogus schedam à suo discipulo scriptam reperit, legitq; ignarus peccatâ in eâ enumerari: inter cetera & hoc perscriptum erat, Pædagogum meum temere jurantem non correxi. Ea res sic hominem attonitè movitque, ut omnem jurandi consuetudinem generosè in se expunxerit. Nimirum etiam ex ore infancium & lactentium laudem suam Deus perficit.

Tertium, Certum emendationis tempus sibi præstare.

nire. Istud etiam Chryostomus suadens: Ut igitur, inquit, hoc crimine liberemur, invicem admoneamur, instum tempus constituamus, & tempus dierum decem. Volentibus enim & vigilantibus, & hi sufficiunt dies, quo penitus hoc crimine consuetudinis liberemur: & post decem dies nihilominus si illaqueati reperiamur, pœnam nobis constituamus. Si verd post hæc dicas, quod est difficile consuetudinem fallere vehementer quoque studentes: hoc fateor quidem & ego. Veruntamen & illud cum hoc pariter dico quòd sicut est facile decipi, sic & facile corrigi. Si namque domi multos ubiq; custodes constituas, putâ servum, uxorem, amicos, ab omnibus facillè compulsus atque coactus, à malâ recedes consuetudine. Et si decem tantum diebus id observaveris, non jam amplius reliquo tempore inligebis, sed cum fiducia totum erit tibi repositum pulcherrime consuetudinis firmitate vicissim radicatum. Cum igitur hoc corrigere cœperis, sive semel, sive secundò, sive terciò, sive vigesimo legem transgesseris, ne desperes, sed iterum surge, & studium ritum resume, & omnino victor eris.

B

Idcirco post decem dies conatu tam laudabili exactos, alii decem dies præfiniendi, post hos iterum alii atque alii destinandi, quibus victoria de jurandi consuetudine reportetur. Neque hic unquam desperandum. Conatus & industria possunt omnia.

Quartum, Assidue divinam in juramentâ vindictam meture, Deum audientem & punientem omnia, ubi divinam que timere. Ad saluberrimum hunc timorem conciliandum, Chryostomus non ignota suis narrando, sic argumentatur. Civitatis balneâ rex obstruxit, & lavari justè neminem, & legem transgredi est ausus nemo, aut factum incusare, aut consuetudinem præterdere: verum & qui sepe sunt in agritudine, & viri, & mulieres, & pueri, & senes, & multa partus doloribus recenter absolutæ mulierès, & omnes necessariò tale remedium petentes velint nolint mandatum hoc sufferunt, & neque morbum corporis, neque consuetudinis tyrannidem, neque aliis peccantibus se puniri, nec aliud talium quidquam præterdunt: sed hujusmodi gratè excipiunt ultionem, quia majora expectabant mala, & quotidie precantur hæcenus regium furorem sistere. Vides, quod ubi est timor, facillè solvitur consuetudo, etsi valde diuturna sit & necessaria. Atqui non lavari grâve: Non jurare verd, valde facile, & nullum afferit nocumentum, non corporibus, non animis, sed etiam multum emolumentum, magnam utilitatem, multam opulentiam. Quomodo igitur non absurdum rege jubente vel difficillima sustinere: Deo verd statente id quod neque grave sit, neque difficile, verum perquam facile & commodum, contemnere & deridere, & consuetudinem præterdere non exhorror; ne in tantum salutem nostram contemnamus, sed timeamus Deum, sicut hominem timeamus.

C

Quisquis igitur juramenti affuerit es, si hominem times qui sicam extollit & vulnera minatur, cur Deum non times qui gehennam proponit, & supplicia intendit sempiterna?

Quintum, quod optimum videtur, Sibi ipsi multam, & Sibi ipsi dicere; certam stipem egenis seponere, gule aliquid cibi potiusve subtrahere, pensum statarum precum augere, &c. Easque pœnas à se toties repetere, quoties quidem repetitur culpa. Nam & hoc Chryostomi consilium est. Vides, inquit, discere quomodo vitium hoc superari possit? quomodo ab improba consuetudine liberari liceat? Ego te quendam nem. docebo modum, quem si tenueris, superabis omnino. Cum videris te ipsum, vel alium quemque, vel servorum, vel filiorum, vel uxorem hoc malo captos, & continuè commonitatos, neque correctos, jube non pransos cubare, & hanc tibiq; & illis damnationem impone, damnationem non damnium sed lucrum ferentem: Talia enim sunt spiritalia, & lucrum ferunt, & celerrimam correctionem. Lingua enim continuè tribulata, vel nemine commovente sufficientem capit admonitionem à siti compressâ, à fame angustiatâ; ceterum omnium essentis solidissimi, totâ die hujus tormenti magnitudine commoiti, alterius consilii & admonitionis non indigemus. Nobis itaque ipsi quotidianas ponamus leges. Nobilissimum supplicii genus est à seipso pœnas expectere.

Historia Societatis tom. 1. l. 14. m. 72.

Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto, ad tollendum hoc præcept & inutile iurandum, multæ toto Catalauniæ principatu institutæ sunt sodalitates, sub Augustissimi nominis Jesu tutelâ. In has adscribebantur eâ lege sodales, ut certâ sibi irrogatâ multâ, à temerariâ jurandi consuetudine temperarent. Successu optatissimo salutare hoc inventum latè propagatum est. Igitur octo ipsos Catalauniæ episcopatus nominis Jesu sodalitia mirâ fecunditate in suas leges traxerunt. Resque eò devenit, ut pueri quoque inter se pulchro certamine pœnas reposcerent: ac, si cui fortè vitium verbum per vias publicas excidisset, in eum ceteri facto impetu, non priùs dimitterent, quàm pœnæ loco in genua procumbentem figere osculum solo cogèrent.

Etiam in Bavariâ, contra divini nominis abusum sodalitas viget, plurimum laudanda: cujus origo, leges, præcationes, privilegia Monachi typis excusa Anno millesimo sexcentesimo vicefimo sexto.

Chrysol. hom. 16. ad pop. de seditione.

Hom. 8. ad pop.

Hom. 14. ad pop. post. in.

Aug. ser. 28. de verbis Apost. ad finem.

Hanc omnem de improbâ jurandi consuetudine dissertationem cum Chrysolostomo & Augustino finio. Chrysolostomus non perjurii tantum, sed juramentorum inutilium omnium capitalissimus hostis, quæ diximus, in compendium confert hoc modo: *Deus dixit, Ne juraveris. Noli causas à me amplius requirere. Lex est regia & qui tulit ipsam, & ipsius rationem novit. Nisi fuisset utile, non prohibuisset.* Addit sed concione aliâ: *Deus juramenta fugere iussit, & dicit: Non possimus fugere juramenta. Sextus hic dies est quod de hoc vos præcepto admono. &c. Non amplius vobis erit excusatio; neque venia, maxime cum etiam si à vobis dictum fuisset nihil, à vobis ipsis hoc corrigi debuerit.* Et ut oculis etiam, non solis auribus hanc ipsam institutionem insingeret, auditores suos obnixè rogavit: *Ioannis (Baptiste) caput abscissum adhuc calido crure destillans sumentes, si sic donum quisque suam redeatis, & putetis ante oculos habere ipsum vocem emittentem & dicentem: Odio habere jugulatores meum, iuramentum, &c. Hoc ipsum igitur & nunc peto & petere non desistam, ut quocumque abjerimus hoc gestantes caput abeamus, & omnibus clamans ostendamus, & juramenta vituperans. Quamvis namque valde simus ignavi & negligentes, capitis illius oculos intuenti, terribiliter vos respicientis & mirantis jurantibus, freno omni vehementiùs per timorem huiusmodi repressi, cohibere & avertere facile poterimus linguam à jurandi præcipitio. Augustinus his documentis optimum necitens epilogum: *Istam, ergo, inquit, quotidianam, crebram, sine causâ, nullo extorquente, nullo de tuis verbis dubitante, jurandi consuetudinem averte à vobis, amputate à linguis vestris, ericuncidate ab ore vestro. Magno bono abundabitis, si tam magno malo carebitis.**

CAPVT XXXI.

Quod donum linguarum sit, & que omnium Lingua sanctissima?

Notissimus è porticu philosophus Diogenes, cum prolixum volumen recitans, tandem eò pervenisset, ut libri finem videret. Bene habet, amici, ait, terram video. Nos primam Alphabeti partem deduximus ad finem; & jam tertiam videmus. De linguæ vitii huc usque differimus; æquor aravimus procellosum, & monstra plurimis infame, nunc portus primus in oculis est. Facilis ei venia conceditur, qui nauseat in mari. Neque nos ægè veniam ei dabimus, qui in mari hoc monstruissimo nausearit. Tot jam dissertationibus nihil nisi mera linguæ vitia, & fœdissimam oris proluviem in conspectu posuimus, ut forsitan non nemo dixerit: Date mihi pelvum, ad eò bilem movent tot purulentæ linguarum vomica. Ut hoc fastidium levemus, placuit dissertationem instituire non de ullo linguæ vitio, sed de dono. Hac dictionis varietate interpositâ, ad alteram de

linguæ vitii partem progrediemur. Nunc verò prout instituimus, quæstionem hanc agitabimus: Qualenam linguarum donum sit, & quæ demum sanctissima omnium dicenda lingua.

§. I.

EA est humanæ mentis cæcitas, ut quæ probanda improbet, quæ improbanda probet, & ea quæ admiratione digna, negligat, quæ negligenda suspiciat, & quædam æqua non æquè admiretur. Cui nostrum non mirum foret spectaculum redeuntis ad vitam è monumento planè oculi tuerentur attoniti, sensus omnes vincirentur, homo extra hominem abiret. Et cur neminem delectat huic propinquum admirari miraculum solis, qui quotidie quasi moritur, & quotidie resurgit? Rursus mihi abi aucupatum; picam adfer, & exceptis ossiculis arctum ejus guttur disclude, præi eum verbis, doce formare vocem, & articulatos sonos fundere luculenter; obsecro quàm non ciebit ad se turbam, quos ad se non convocabit cæcus, qui insuaves illos oris crepitus pronè capient aure, sui obliti. Perveri mortales, contra oportuit. Quærite in vobis, quod quæritis extra vos. Placent illa aviculæ malè formata verba, & non placent potius vestra, quæ sine salebris & suaviter ex ore decurrunt? Rectè omnino & sapienter Anacharxis invictus ad audiendum quandam qui misticæ lusciniæ cantum imitabatur, aspernatus est, &: Veras, inquit, lusciniæ sæpe audivi. Nos pluris facimus affectatione & imitatione acquiritâ, quàm verâ. Stultè profus. An forassem miraculum est, aviculam loqui, & non est hominem loqui? Nihil novi, inquit, hominem loqui; imò potius novum, hominem non loqui. Ne turba, Leçtor, néve confunde quæ dico. De re novâ nullus mihi sermo, sed de linguæ miraculo ac dono, quod in homine non minus est quàm in ave. Nam quod in aviculâ fecit artifex, hoc in homine fecit natura, immane quanto melius. Loquatur paululum lingua de linguâ quæ tumidis inclusa buccis, vocem motibus suis in verba discernit, dum acumen suum palato illidit, adjuta offensione dentium & compressione labiorum; plus tamen ad loquendum conferunt dentes quàm labia. Nam infantes priùs non fantur quàm dentiant; & edentuli fenes nonnunquam ita balbutiunt, ut bimuli puelli. Quid autem mirius quàm sonum è petore petiturum, in verba certa flectere? Lingua non loquitur, non dentes, non labia, & tamen nihil loquitur nisi dentes, & labia, & lingua. Adverte mentem & vide; vocem emittis quam lingua volutat, dentes frangunt, labia premunt, ut vult qui loqui vult. Vox hominum in parvo censu est, verba sunt, vocem habet suam & leo, habet canis, habent & aliæ bestiæ; verba non habent. Quis verò verba docet, hæc aut illa? Naturam, scio, quosdam dicere: imperitè dicunt. Tu Germanicè faris, quo doctore, quâ doctrice? Naturâ? Germanicè igitur naturalis, & non cetera? indignabitur Italus, stomachabitur Gallus, fremet Hispanus. Nugæ & anicula-rum deliramenta linguam aliquam homini esse naturalem, non esse omnes. Sed est nonnemo qui dicat: include par infantum; remove eos ab hominum cætu, diurnent annos aliquot solitarii, veniet cum annis lingua homini naturalis. Assertionis suæ rationem adducunt. Et en, inquiunt, Psammetichus, rex Ægypti, uti testis est Herodotus, avidus cognoscendi, quinam primi homines extitissent, huiusmodi quid machinatur: Pueros duos humilibus parentibus recens natos tradit pastori inter pecora educandos, simulque verat vel ullam vocem edi audientibus pueris. Abit pastor, regis iussa facit, pueros includit, voces cavet, & tempore, ut rex iusserat, capras admover, alendis pueris. Transit itabiennium, & infantes, nec vocem reddunt, nec accipiunt, nisi fortè à barbatis illius suis nutricibus. Tandem pastore casam hanc ingrediente, ambo, pueri, porre cæcis manibus

βένκος clamant Miratur pastor, filer tamen, & ubi idem verbum crebrius audit, rem ad Pfammetichum deferat cum pueris. Quos cum rex & ipse audiisset, percunctatus est, quam gentes *βένκος* quippiam nominarent. Et comperit tandem, à Phrygibus sic panem appellari. Ex quo *Ægyptii* Phrygas se priores non negarunt.

Accipio quæ dicis, & audio; quæso & tu me audi. Herodotus sexcentas scripsit fabulas, inter illas & istam numeremus. Deinde fac verum loqui patrem fabularum, respondebit pro me Hipponis, imò & Orbis lumen Augustinus, qui hoc verbum scribit pueros didicisse à capris, apud quas magistras fuerunt enutriti. Sed quoniam exemplis rem agis tuam, agamus iisdem pariter nostram. Nostro aëvo magnus ille Indiæ terror & domitor Mogor eodem studio aut curiositate ductus, in loca inaccessa pueros abdidit, ut exploraret somniam istam & ultro crescentem loquentiam. Diu expectavit, sed tandem pro Ciceronibus & Demosthenibus, aut si mavis, pro balbutientibus Rabinulis vidit mutos. Verùm quid diu immoror, cur non hoc anile agmen uno spiritu sufflo ac dissipio? Quid enim, superi? unde nobis sermo? unde verba? Si non ab imitatione, non ab exemplo. Tolle imitationem, tolle exemplum, & sustulisti sermonem. I, nunc, invise tuos infantes, & mirare solitariam illam facundiam, quæ rudet potius quam loqueretur. Prodeant nunc tibi, inquit Arnobius, in operatâ solitudine nutriti, mortalium consiliis inferantur, dent responsum roganti, certè omni pecore, ligno, saxo, obrutores stabunt, & Dea illi Angeronæ similiores quam hominibus. Sed morus ego sim si diutius morer hæc somnia. Hebræam linguam omnium principem esse in confesso est, cuius Deus auctor & inventor. Ceteræ ab hominibus inventæ sunt, aut expolite. Enimvero de ordine linguarum & præstantiâ, nullus hîc locus differendi. Illa cuique sit optima quæ est utilissima, aut sanctissima. Nec conqueramur unam solùm aut paucas nos callere linguas; tribulem habemus Adamum. Non multi Mithridates vivimus; habuit linguarum rex ille notitiam viginti gentium, quæ sub ejus regno erant, nullo ad ullam unquam usum interprete. Dæmonium hominis aut certè miraculum.

§. II.

Habemus donum Naturæ Linguas, sed informe ac rude? sed & noxium donum, nisi aliud insuper donum aliunde accesserit, quo doceamur. Quando & Quomodo utendum hoc linguæ dono? Quando igitur & quomodo loquendum? Perplexæ quæstiones, neque jam expediendæ. Unum duntaxat instillo, tum loquendum esse, cum meliora silentio afferre possis. Dico-rum enim sæpe, vix unquam silentii prænitent. Hinc Lycurgus roganti, cur Lacones sic amarent loquendi brevitate? Quia finitima, est inquit, silentio. Et certè omni ætati decota, subinde necessaria etiam est taciturnitas. Audiat à me loquaculus dictum Theophrasti: *Mimus*, ait, *linguæ fidendum quam effrem equo*. Nec tamen ego Harpocrates volo, cum res & tempus postulat. Loquendum est, cum silentium aut non pròbum, aut admodum molestum. Theophrastus ille quem dixi, quandam in convivio tanquam in Pythagoræ ludu silentem festivè admordit: Si stultus es, inquit, rem facis sapientem; si sapiens, stultam. Erat solenne Græcis, cum secundæ mensæ inferrentur, inferri etiam linguam bubulam assam, ut intelligerent convivæ, tum vel maxime, si unquam aliàs, linguis utendum. Sed non est opus me magistro linguæ in convivii: solvitur illa nimium cum vino incaluit, & subinde nisi videres homines, hirundinum musea diceres, non hominum cæcus.

Donum ergo linguarum quid est, aut unde est? Linguarum donum quid sit, scit ille qui donat Deus: ego

quidem præstare arbitror, hoc tanto munere donatum esse, quam ad explicandum illud paratum. Nam hîc maxime Labyrinthus, in quem si quis sese intromittat nec si Thefeus sit, revertetur, nisi Deus ille filâ porrigat, atque dirigat gressus. Ne tamen deserti notani officii subeam, imitabor philosophos; cum aliquid in obscuro positum dispiciunt, descriptione aperta, aut, ut ipsi loquuntur, positivâ abstinere, ad negativam confugiunt, ad id respondent quod non quaeritur, ut intelligatur id quod quaeritur. Quid igitur donum Linguarum est? Id quod nunquam fuit disertis Athenis, quod nesciit facundus Demosthenes, quod ignoravit numerosi oris Isocrates, & omnis Graii eloquiû senatus. An fortasse Romana quondam palatia habitavit, cum pro rostris funderet sermonis nectar Tullius? Ignotum Ciceroni fuit, Antonium fugit; Crassam latuit; Gracchos ipsos maternâ eloquentiâ mirandos contempsit. Abeamus à Rhetoribus & lustremus philosophorum officinas. Hîc Academia ob oculos, istic Lyceum, illic porticus. In Academiâ Platonem cernis aureo ore sonantem. At unde tam pretiosus sonus? an pone in cathedrâ hoc linguæ donum residet? minime gentium: igneo ore sonare debebat non aureo. Quid in Lyceo? ibine reperire est, apud magnum illum sapientiæ principem Aristotelem! Donum quidem is magnum habuit, sed non donum spiritus. An in porticu est apud Stoicos? Umbra quadam hujus ibi fuisse videtur; sed revera umbra fuit & fugiens imago: De virtutibus sine virtutibus disputabant, & loquebantur ut Dii, vivebant vix ut homines. Aliò questum imus. En Theologiæ fores parulas, quid si in angulo ejus fortè delitescat? planè delitescit; nam à multis nescitur. In Theologiâ sedem habet, semper in Theologiâ est, non semper in Theologis. Vides mihi hunc ingenio scientiâ malè facto tumentem aliòque contemnentem? Contemnitur & ipse à spiritu. Quid ergo est, si delitescit? planè spiritus est, & spiritus ille igneus, donum & donans, qui dum donat loquitur, & dum loquitur, donat. Cum hoc etiam mirus differit, sine hoc etiam disertus conticescit. Nec pugnatia loquor, quid enim malè facundus agit loquendo? plus egisset silendo. Quid facit bene murus tacendo? minus effecisset loquerido. Solus eloquens est, etiam in infantiâ, in quo hic spiritus loquitur. Jaceat littera, verba sint horrida, stylus sit incompositus, si spiritus igne suo illuceat, surgit littera, verba planantur, stylus expolitur. Quis ille Thomas Aquinas? Caelites, vir magnus! At unde illud suum verborum lumen, quo Theologiam illustravit universam, unde sumpsit? Nihil ei Tullius contulit, nihil Sallustius, nisi Livius, nihil Virgilius; nec contulissent, etiam si eos præceptores habuissent. In eo certè multæ homines, qui hodie natinescio in quo novo Latio, qui que beati sibi videntur, in vocolis nitidiusculis & bracteatis aliquot nugis, in eo, inquam, fortasse inveniunt desita aut nunquam usurpata dicta, sed tamen ita dicta ut habeant aculeum, quem in animis legentium figant. At melior est in amœniori litteraturâ Ambrosius, & oratione tersè fluitat, verùm non eâ re mover animos aut flecit, sed spiritu qui diffusus toto stylo, divina fumat fragrantia:

— ut pulchro violaria campo.

Abeat humana scientia & loquentia quæ tumefacit; abeat dictio omnis limata, aut adit cum spiritu; horridè dicam, dum piè dicam. Quid Bonaventura ille? an verba sua Ciceronis stibio illevertit, aut Demosthenis sueco tinxit? minime verò: & tamen pellexit auditum, inflexit mentem, tenuit pendulum auditorem. Adfuit aliquando publicè dicenti Thomas ille Aquinas, qui misâ concione Bonaventuram rogat, ex quibus ille libris tot sermonis flores, tot legeret sententias, quas

Quid linguæ donum.

ling. mensuram facit hujus con-versa lib. de quantitate animæ.

Hebræa lingua omnium principem esse.

Lingua est donum naturæ. Ad hoc in parte altera respondet illi.

Libet S.
Bonaven-
tura erat
Crucifi-
xus.

concionibus inaspergeret. Bonaventura, quoniam in plateâ consistebat, domum invitat percunctantem, polliceturque se illum librum ostensurum. Conditionem acceptat Thomas, comitatur hominem, inquit cum invigilante cellam, expectat avidè quem prompturus sit codicem. Quid putatis fecisse Bonaventuram? atculisse forsan Augustinum? non malum attulisset, sed meliorem habebat. Quis fuit? Crucifixus erat oculis tritus, non digitis, lacrymis notatus, non atramento; hinc ille vim loquendi, vim sumptis persuadendi, quam in Quintiliano querere potuisset, invenire in solo Crucifixo, uti & invenit. Verè litteratus est, qui sic est litteratus. Quid enim externa & polita doctrinarum, quid sermonis linguarumque ad fastum, scientiam? Quid faciunt ad meliorem vitam, si absit melior hic doctor? Vanus ille homo est, & ejus sermo colore solo Rhetorum imbutus, nisi habeat pondus à divino spiritu. Audi mihi aliquem scire & eleganter loquentem, capiète quidem paulisper lenociniis illis verborum, sed abi rursus, & abit simul affectus. Nunc alteri te siste cujus sermo non cultus, sed nativus; non nitidus, sed neglectus; non sese ostentans, sed amore flagrans & divinis favillis inspersus; hic animum tuum, non trahet, sed rapit; non movebit sed dimovebit, & relinquet abeuntis ictum ac morsum salutarem. Audi Petrum die Pentecostes loquentem; attende Paulum coram Agrippâ & Festo differentem, non artificiosè, non affectatè; neque enim ita doctus erat à magistro Crucifixo. Sed observa vultum utriusque, quasi divinis flammis succensum, igneum in oculis vigorem, tremendum in ardente fronte pondus: suaserunt ac persuaserunt. Sic solent qui magistrum habent non Tullium, sed spiritum.

§. III.

Quæ lingua omnium sanctissima.

Chryst. tom. 4. in e. 3. ad Coloss. hom. 8. post. med. mihi pag. 1159.

Nihil sanctius lingua, que in adversis Deo gratias agit.

Hic questio nobis vertitur (quod unum ex primum sit sanctissima? Erunt fortassis qui dicant Hebræam, non primam tantum, sed & sanctissimam esse. Non malè. Veruntamen, si præcis doctores credimus, est lingua quæ Hebræa longè sit sanctior, quam & indoctissimus quisque, modò velit, facillè ac brevè addiscat. Græciæ lumen, disertissimus oratorum Chryso- stomus ad quæstionem hanc respondebit. Nos digi- tum labello imponimus: Chryso- stomum ergo audiamus. Aureus hic orator verbum è verbo sic exprimit: Gratias itaque agamus, inquit, in omnibus, quidquid fiat: hoc enim est gratum esse. Etenim rebus prosperis hoc facere, nihil magni fuerit: nam ipsa rerum natura eò impellit. Quando verò in extremis existentes gratias agimus, tunc præclarum est. Quando enim ceteri maledicunt & fastidiunt, nos gratias agimus. Vide, quanta sit philosophia. Primum, Deum latifi- cas: Alterum, diabolum pudefacis: tertium, & quod malefa- ctum est nihil esse facis. Nam & tu simul gratias agis, & Deus dolorem amputat, & diabolus abscedit. Non potest etiam fieri ut afflictiones sentiat homo ille, qui in afflictionibus gratias agit. Nihil hac lingua sanctius, quæ in adversis Deo gratias agit. Certè non inferior est lingua martyrum, utra- que pariter coronatur. Nam adversus ipsam instat licet, Deum per maledicentiam negare cogens, adversus hanc instat diabo- lus argutis questionum cogitationibus lacerans, & animi angustias obtenebrans. Si ergo dolores pertulerit, & gratias egerit, in martyri coronam sortitur. Vt pote morbo decumbit filio- lus, & tamen mater gratias agit Deo. Quo tortore non savior est animi angustia? Artaxem verbulum aliquod acerbum extorquere nequit. Filiolus moritur? Rursus mater gratias agit. En, mi optime Christiane, hæc demum sanctissima est lingua, quæ pro molestiis & doloribus gratias agit. Ita Chryso- stomo attestante, Nihil hac lingua sanctius, quæ in adversis Deo gratias agit.

Joannes Avila formandis moribus magister opti-

mus: In erumnis & doloribus, aiebat, plus valet unum Deo gratias, quam sex milia in rebus prosperis, & bonè valetudi- ne. Nam Deo gratias agere, cum omnia fluunt ad vo- tum, vix ullius est artificii; at verò cum variis erumnis obruimur, nihilominus velut pro beneficiis Deo se gra- tum sistere, hoc rarè artis, hoc magni est animi. Reve- ra Job sanctissimam hanc linguam habuit: calami- tibus namque maximis jam præne sepultus, nihilomi- nus inter tor suorum ruinas & funera, voce generosâ cantabat: Sit nomen Domini benedictum. Igitur oraculi lo- co habendum quod Chryso- stomus pronuntiavit: Nihil hæc lingua sanctius, quæ in adversis Deo gratias agit. Hæc de- mum sanctissima lingua est.

K

CAPVT XXXII.

KALVMNIA depingitur, & Calumniatoris ge- nius describitur.

VE T V S verbum est: Longæ sunt Regum manus, qua quæverius fugias, insequuntur & apprehen- dunt. Suas habet & lingua manus, easque longissi- mas, quæ illis Regum brachiis vix quidquam cedant. Lingua manus esse, sapientissimus Regum testatus: Mors, inquit, & vita in manibus Lingua. Robustissimas profectò manus esse necesse est, quæ duas res usque- quaque diversissimas Vitam & Mortem continere pos- sunt; uti verò Mors omnia perrepat atque permeat, ita etiam Lingua manus in omnem se locum penetrant. Lingua brachia sunt verba, quibus plurimi sic con- tunduntur, ut cor, omniæque illorum ossa conterantur. Siracides exponit, quâ ratione manus hæc ferrea- atque adamantinæ, secures omnes & malleos mole crudeli superent: Beatus, inquit, qui tectus est à Lingua re- quam, qui in iracundiam illius non transivit, & qui non at- traxit jugum illius, & in vinculis illius non est ligatus: jugum enim illius jugum ferreum est, & vinculum illius vinculum areum est. Mors illius mors nequissima: & utilis potius inferus quam illa. Lingua tertia multos commovet, & disperit il- los de gente in gentem, civitates muratas divitum destruxit, & domos magnatorum effodit. Virtutes populorum concidit & genes fortes dissolvit. Linguam tertiam vocat eam po- tissimum, quæ discordias inter duos aut plures inflamat. Atque adeò lingua mala tam robustas habet ma- nus, ut multos cogat terram è terrâ mutare, non pau- cos in extremam perniciem impellat. Inter has lin- guas, quarum mors nequissima est, jure suo numeran- da venit Lingua Calumniatrix, quæ non tantum men- dacium cudit in alterum, sed etiam in falsam accusa- tionem malitiosè prorumpit. Hanc potèd Linguam non ad tertiam sed ad decimam alphabeti litteram re- ferre prisorum Orthographia nos docet, quæ ad cha- racterem Kappa Kalumniam reducit, ut infra demon- strabitur. Sed prima hic questio nascitur, quid sit Ca- lumnia? Theologorum Princeps Thomas Aquinas Ca- lumniam ait esse falsam & malitiosam criminis imposi- tionem. Calumniæ index est frequens accusatio, quæ quò falsior, hoc & venenator est; atque de hoc calum- niaricis Lingua veneno atrocissimo paulò copiosius disseremus. Anres obsecro vacivas præbete & favete Linguis.

§. I.

Lodovicus Malvenda è S. Francisca familiâ vir eru- ditus: Vultisne, inquit, scire, quid sit Calumnia: Nar- ratio est, sed falsa, Magistratui aut Domino delata, illo absente, cujus jugulum perit. Nec ferè aliter Lucia- nus Sophista eam describens: Calunnia, inquit, delatio est inscio & absente reo, ubi plerumque fides habetur partè

Ingr
lumni
scribit

Calum
tor trib
damost
est.

Zell. 2. 6.
v. 3. & 6.

Per venio
tem sibi
viam flet
nata ad mē
daciū.

liba. pol.

In An-
daciū c. 3.
v. 118.
v. 111.

parte inauditâ alterâ. Et heu quàm firmas Calumnia dissolvit amicitias, quot quantalque subvertit familias, quot & ipsas funditus civitates perdidit? Hæc patrum in liberos, fratrum in germanos, liberorum in parentes, amantium in amatos furorem armat.

Ab! nocentior veneno quolibet Calumnia est.

Ex angulis atque latebris frequenter, & ex insidiis jacit rela, sed duplici aconito lita. Ephesius pictor Apelles suis Calumniam coloribus egregiè depinxit idque hac occasione. Apud Ptolemæum Regem conjurationis in-simulatus est Apelles ad Antiphilo pessimâ istius artis professore. Ptolemæus inter adulationes educatus; nec à se prudens regiam domum clamoribus turbans, ingratus, insidiosorem, conjuratum pictorem clamitavit. Et nisi è capris & conjuratis quispiam indignatus impudentiam Antiphili, & miseri Apellis miserus, affirmasset illum nequaquam factionis fuisse participem; Apelli caput abstulisset Calumniam. Sed re probè cognitâ, pictorem Rex centum talentis donavit: & Antiphilum in servum addidit. Apelles periculi memor; Calumniam tali sub imagine spectandam proposuit. Imago hæc est: Vir prælongis auribus, quales *Mide* fuerunt, in solio velut iudex considet, & accedenti *Calumnia* opem largiter promittit. Viro sedenti duæ mulieres adstant: *Ignorantia*, & *Suspicio*. Calumniam fucata formæ mulier accedit, iram ac rabiem spirans, & manu sinistra facem accensam concutiens, dextrâ juvenem capillis prehensum ac supplices manus cælo porrigentem trahens. Hanc anteit vir deformis, pallidus, acutum cernens, macilentus vultu, exilis oculis, tanquam si diuturno morbo contrahuisset, quem faciliè conjicias esse *Livorem*. Quin & aliæ mulierculæ duæ comitantur, quæ Calumniam ornatrices dicuntur, quarum alteri nomen est *Sycophantia*, seu, Insidiæ; alteri *Fallacia*. Infame *Midæ* tribunal fugit, quæ genibus repit femina, luctum præ se ferens pullâ lace-râque veste; atque hæc *Penitentia* vocatur, quæ capite in tergum reflexo, madidis oculis abeuntem *Veritatem* prosequitur. Hæc imaginis effingendæ ratio. Optarim hanc effigiem in omnibus aulis, loco patentissimo proponi, ut vel hac ratione calumniandi audacia frangeretur.

§. II.

Verissimè dixit Basiliius: *Tribus simul damnosus est calumniator*. Nam & illi quem traducit, injurius est, & auditori suo; & ipse sibi. Primum quidem si calumniator spectemus, is utique quoddam non vir bonus sit, ignorat nemo. Siracides fallus ingenuè: *A tribus*, inquit, *timuit cor meum, & in quarto facies mea metuit. Delaturam civitatis, collectionem populi, & calumniam mendacem; super mortem omnia gravia*. Ea autem est calumniatoris natura, in crimen vocare omnia, probare verò nihil. Vetus monostichum id asserit:

Nil probat calumniator, criminatur omnia.

Et ut aliis infligat vulnus, per veritatem sibi viam sternit ad mendacium, ut flexuosâ calumniarum fraude, quod vult, impellat. Certè malum insidiosissimum est Calumniam. Et quemadmodum Basilisci vis sine morfu, vel solo aspectu perniciosissima dicitur, ita calumniator clam fallas accusationes instillat auribus, nullo palam infixo morfu, quò diluendi ansa præripiatur: ita plerique

falsò delati extrema quæque pertulere. Scitè Athanasius: *Qui lapide ait, est ictus, medicum quærit, sed ictus Calumniam gravius, quàm lapides, feriunt. Est enim calumniam gladius, clava, jaculum, & inde vulnus incurabile. Sed his veritas mederi potest, quæ ubi negligitur, vulnera sunt acerbiora. Cujus vita, inquit Lyfias, inimicorum calumniis est exposita, nòne is in vitâ ipsâ caret vitâ? Hanc mortem seritò deprecatus David. Feci judicium, ait, & justitiam, non tradidit me calumniatoribus me. Gravissima injuria est, damnare reum inditâ causâ: atqui hoc omni ex parte molitur calumniator;*

Tom. I.

A qui quem accusat, audientis ita indefensum obicit, & accusatione clanculatiâ defensionem intervertit. Ita ex abdito jaculatur, ut non sit qui resistere; adversâ; manu possit contendere; itaque ignaro & inscio unde bellum inferatur, sit pereundum. Ceterum id genus homines in Regum ac Principum aulis præcipuè occurrant; ubi scilicet innumeræ suspiciones, invidia quotidia, pluri-mæ assentandi & calumniandi occasiones. Nam ubi majores se semper spes ostentant, hic & invidiæ se vires; odia periculosa, amulationes callidiores vigent, omnes se invicem acerrimis oculis intuentur. Et quemadmodum qui singulari certamine contendunt, vigilanter observant, num aliquam corporis partem malè munitam conspiciant, quâ gladium mergant: sic Invidia lyncæ speculari oculis quâ calumniam immitat. Et cum quisque in aulâ primas obtinere cupiat, proximum sum-moveret, & amolitur: priorem, si possit, convellit & sup-plantat. Sic alii in alios varias nocendi vias commini-scuntur; quarum compendiosissima, sed & periculosis-sima est Calumniam; cujus principium ducitur ab invidiâ inter spem metumque fluctuante, sed quæ miserabilis; tragicos, & multis calamitatibus refertos exitus ostendit. Neque tam gravem noxam infligeret Calumniam, nisi verò similia narraret in speciem, neque rerum omnium validissimam veritatem opprimeret, nisi appositis ad inducendum argumentis aliisque sexcentis artibus deciperet auditorem. Hæc artes in Principum aulis & discuntur, & exercentur. Sunt qui nemini non detrahant, eos quos oderunt artificiosissimè accensent, ita per proborum calumniam ad dignitates etiam conscendunt. Hi quandoque raram præ se ferunt modestiam; impietatem emendicatâ vultus pietate vestiunt; libidinem frontis maturitate & verecundâ oculorum dejectione contegunt. Ne fidat Princeps his palam probis, domi suæ improbis, fugiat fucatam gravitatem Stoicò supercilio expressam. Loquantur licet mella, felle corda natant, summis labiis ardent, clam dentibus frem-dent, & iram in animo moluntur, odiùmque intra se conceptum augent, dum aliud in mente occultant, aliud in ore habent, admorsuque labro bilem intus alunt; ple-nas affectibus tragedias in se commovent. Atque hi dum alios accusant, moerentes videntur, ac quasi rubore perfluit, necullo privato odio sed Principis solius bano, causam invidiâ plenam suscepisse. Nihil se in omni hac delatione spectare ajunt, nihil ab hac sperare, quam communis boni augmentum; solâ se conscientia & religione tactos, & pereuntis justitiæ miseratione ad hæc descendisse. Et cum nihil præter nudum conscientia & religionis nomen habeant, blandè interim loquuntur, ut fortiter enecent. Sicut medici qui parum docti & satis seduli languidos multos officiosissimè occidunt; sic illi mollilinguâ & verborum quodam saccharo, dum publicè videntur prodesse velle, privatim speciosissimè occidunt. Et subinde privata hæc calumniam in damnum publicum eunt; optimis enim calumniator imminet, non pessimis. Tiberiana tempora novimus, quibus; quo quisque districtior accusator, aut nequior calumniator hoc magis sacrosanctus habebatur. Atque hinc primorum ferè omnium cædes, & plus suorum sanguine quàm factorum claritudine nobilitata Roma.

§. III.

Porrò ea calumniam species est efficacissima, quæ cum auditoris cupiditate consistatur: quando etiam apud Ptolemæum regem cognovimus Dionysium, quispiam olim Demetrium Platonico accusavit, quod in Bacchanalibus aquam biberet, solitque omnium vestem tempore non aptaret. Ac nisi manè accersitus, in omnium conspectu vinum bibisset, & sumptâ veste Tarentinâ cymbala pulsasset, profectò peris-

L. II 2

fer, quòd

In Regum & Principum aulis occurrit.

Calumniam ab invidiâ sumit principium.

Imago calumniam describitur.

Calumniam tribus damnosus est.

Est. 1. 6. 2. 6.

Per veritatem sibi viam sternit ad mendacium.

Ab. ap. 1. 1.

Lyf. in An. d. 1. 9. 9. 9.

Psal. 118. v. 121.

Calumnia
habet ad-
juricem
Assenta-
tionem.

set, quod Regis moribus & delictis non delectaretur. Non minus efficax est Calumnia, quæ cognatam, imò fororem habet adjuricem Assentationem, vix enim quicquam tam generoso est animo qui adulationis calumniis non succumbat. Apud Alexandrum Macedonem gravissimi criminis reus fiebat, qui Hephæstionem ut Deum noluisse colere. Eò enim Alexander plurimum adulatione deductus est, ut gloriaretur, quod non modò Dei filius esset, sed Deos etiam creare posset. Tunc temporis Agathocles Samius, Alexandri Centurio parum absuit quin cum Leone committeretur, accusatus, quod Hephæstionem sepulchrum transiens illacrymasset. Sed in patrociniis illius venit Perdicas, qui Deos omnes, ipsūque Hephæstionem juravit, Deum in venatione sibi clarè visum mandasse, ut Alexandro diceret, Agathocli esse parcendum, qui non plorasset mortuum, sed quod pristina familiaritatis meminisset. Enimverò Calumniæ os oppilare non semper tam facile: & nescio quo pacto gaudemus omnes clanculum, cum plenas suspitione delationes audimus. Quibusdam enim suavissimè titillantur aures, cum alienis implentur calumniis; quod si eas prona credulitas fovet, proximum est non simplex malum. Phædrus Augusti Cæsaris libertus amœni vir ingenii, Calumniam, quæ credita nocet, hoc apologo perstringit: Aquila in sublimi quercu nidum fecerat: Felis in arbore hac mediâ cavernam nacta, pepererat: Aper ad imam quercum fœtus suos posuerat. Felis tam fortuitum contubernium turbare calumniis sic est aggressa: Ad aquilæ nidum perrepens: Magna, inquit, tibi pernicies paratur; forsari & miseræ mihi, nam quod vides quotidie ab insidioso apro terram effodi, quid eum moliri putas? quercum vult evertere, ut nostram sobolem in plano facilis opprimat, atque hoc scire tua meaque interest plurimum. Ita territam avem deseruit. Non multò post tempore eadem felis ad aprum quoque descendens: Mi frater, inquit, in magno periculo sum tui cautili, nam simul atque ad paltum exieris cum tenero etiamnum grege, Aquila fulminis ritu supernè ruens, porcellos tibi auferet; tu frustra sine alis fulminabis. Postquam & apri domum terrore complevit, in suam se cavum abdidit; sed noctu évagata suspensò pede, ubi se suamque prolem replevit escâ, de die pavorem simulans timidissimè prospexit. Aquila ruinam metuens, & pabulationis oblitâ desidebat ramis: Aper rapaces Aquilæ unguis vitaturus non prodibat foras. Sic illa cum suis pullis, iste cum suis caulis inediâ extrabuerunt. Felis cadaverum utrinque heres exasse, aliquot diebus lautissimum suis epulum dedit. Hoc calumnia poreff, si amicam sibi reperiat crudelitatem.

Phædrus lib.
2. fab. 35.

§. I V.

Optimè monens Basilii Imperator Leonem filium; Vanè, inquit, auditioni nolî præbere aures, & calumniatores in sinu tuo ne fove, & improbis ne temere crede: illi enim sæpenumero viros bonos propter improbitatis suspitionem affixerunt. Omnia audi & ab omnibus disce, sed ex iis que audies, quedam rejice, quedam admitte, nempe ea que tibi aut usui, aut honori esse queunt, & tuis subditis obesse nequeunt: rejice autem ea que & subditos ledunt, & tibi nihil prosunt. Lingua enim improba si potentem nanciscatur adjutorem, detrimenti plurimum adfert. Eam ob causam Antoninus Pius Imperator, delatores, si non probassent quæ dixissent, penâ capitali affecit. Vespasianus & Titus hoc genus hominum ita oderunt, ut eos flagellis cæsos per amphitheatri arenam spectandos traducerent, ut eorum exemplo alii dedicerent calumniari. Calumniatores, susurratores, adulatores, delatores, & hanc hominum faciem qui non castigat, irritat. Veteri versu id docemur:

Nisi afficiat penâ incitas calumniam.

Lamb.

A Dux Saxonie Fridericus eâ re laudatissimus, quod calumniatibus aures benevolas negare solitus sit: atque si qui ex hac hominum colluvie molestiores essent: Accipiam, inquebat, delationes vestras, si coram presentibus in faciem dicturos spondeatis, quæ de absentibus defertis. Prudenter & æquè. Illud enim iniquissimum est, re non exploratâ, nec accusati defensione admittâ sententiam ferre. Hic nunquam non erratur, etiam cum abest error. Nam qui statuit aliquid parte inauditâ alterâ, æquum licet statuerit, iniquus est; quod in calumniis audiendis creberrimum. Hinc ille à molendino poeta optimè vovet:

Homines qui gestant, quique auscultant crimina,
Si meo arbitrato liceat, omnes pendeanit,
Gestores Linguis, auditores auribus.

Plautus in
Pseudolo
Scen. 5. Act.
1. v. 12.

Verissimè os aureum pronuntiat: Maledicentia & calumnia inimicitis, odio, & infinitis malis initium & ansam præbet; quod si illi qui inanes & leves excipiunt narrationes veniam non impetrabunt, qui criminantur & conviciantur, quam habituri sunt defensionem? Adde calumniatricem hanc linguam ad creptæ famæ restitutionem æquè obligari, & verò magis quàm illam, quæ clandestinis detractionibus alienam famam iniuquinat. Deus hac in re severissimus est vindex.

§. V.

ANNO à pariente Virgine nongentesimo octogesimo secundo Peloponnesum depopulata est pestis, maximè verò civitatem, cui nomen à prisca Lacedæmon, afflixit. Cives ad avertendam hanc litem Sactorum virorum preces potissimum experiverunt. Fuit illo ævo vir integerrimus Nicon monachus, qui quod assidè in suis concionibus inlamarer, *Pœnitentiam agite*, passim ab omnibus vix alio nomine appellatus est, quàm hoc ipso, monachus ille *Pœnitentiam agite*. Hic rogatus ut precibus pesti medelam faceret, spondit opem, seque etiam habiturum cum ipsis, si modò Judæi pellerentur urbe, ne quid Christiana Religio detrimenti caperet. Cives omnia quæ juberet facturos sunt polliciti. Ita Nicon in urbem commigravit, & pestis inde illico exulavit, Judæis unâ pulsus. At Joannes Aratus Judæorum patronus, acerbis ob id odii in Nicone ferebatur, nec cessabat publicis privatique calumniis virum optimum impetere; sed has mendacis linguæ larvas facilè ridebat Nicon. Et verò ad hominem improbum voce leni (nec enim altercari notat) se vertens: Abi, ait, & ad te redi; scelerata tua desse infelix, brevi enim senties, qualia sint nequitie præmia. Nec tamen amens incepto desistit, quin adversus virum sanctum fremeret, & sexcentas calumnias de Nicone totâ urbe spargeret. Non tulit hoc amplius vindex Deus. Nocte proximâ objecti sunt dormienti Arato, duo senes præstantis formæ, & supra humanam oris dignitatem, qui flagris hominem cedere, & simul increpare verbis: Eòne audacia te provehi, ut Dei servum spernere & tor calumniis proscindere non verearis? post plagas in obscurum detrudi carcerem sibi visus est. Hic ille veniam rogare, nec tamen impetrare. Experrectus, febrî cœpit ardere, accitòque Nicone delicti gratiam oravit. Neque hic difficilis fuit vir beatus, &: Quæ in me perpetrasti, ait, ea tibi frater, quantum in me est, condono, sed quia cœlesti nutu vitæ tuæ finis imminet, de cetero nemo erit, qui Domini consilium dissipet. Vocem eventus firmavit. Tertia post dies vitam rapuit Arato, funere immaturo. I nunc, & calumnias disce substringere, tanto luendas. Et non Deus hæc vindicet, aspectabili quantoque supplicio? nec improbis quidem hic oris furor probatur. Leuco tyrannus Ponticus, Athenæo teste, cum nescio quem calumniatorem vidisset: Per Deos, inquit, occidissim te, nisi tyrannis malis hominibus indigeret. Certè uti Thearidas dixit, nullus gladius ad scindendum

Athe. Ni.
cap. 6.

tam

Exief.
1. 1. 1.

tam limatus & acutus est, atque calumnia ad laedendum. Vix est remedium adversus calumniatoris novaculam, quae cutem unâ cum pilis avellit. Ideo lex divina gravissimè hanc linguæ nequitiam vetans: Non facies, inquit, calumniam proximo tuo. Narrant historici, ex Arabicis paludibus pennatorum anguium examina progigni, quorum tam certum videtur sit, ut morsum antè mors, quàm dolor sequatur. Idem subinde in calumniis usu venit, multi hoc malo priùs evertantur, quàm timere didicerint ne evertantur.

Heu malum quantum privatim ac publicè calumnia est!

CAPVT XXXIII.

Kalumnia, quam grave, quamque per vagatum sit vitium, & quâ ratione solitum puniri.

Aristoteles, Eliano teste, cùm judiciorum metu Athenis profugisset, interroganti cuidam, qualis esset civitas Atheniensium? respondit: Pulcherrima, sed in eâ ficus super ficu, & pyrum super pyro tabescit. Quo dictorio significavit Athenas Calumniatoribus nimium quantum abundare. O mi bone Aristoteles, bene ageretur cum orbe terrarum, si solum Athenis sit calumniatorum tam vilis annona. Hæc humani generis pestis levissimè ubique provenit, & seipsam proleminat; vix ulla uspiam seges lætior, quàm Calumniæ: atque hoc ipsum explicatius jam trademus.

§. I.

Eclesiastes divini judicii abyssum miratus: Verti me, inquit, ad alia, & vidi calumnias, quæ sub sole geruntur, & lacrymas innocentium, & neminem consolatorem: nec posse resistere eorum violentiæ, cunctorum auxilio destitutos. Repagula rupit jam scelus, cùm enim aliàs occulta esse soleat calumnia ac clancularia, ac ferè personata, tamen jam non quærit tenebras neque angulos, sed in medio foro, in plateis & compitis impunè grassatur, sub sole geruntur hæc talia. Quod & Hieremias vates meritissimè queritur. Hæc est civitas visitationis; omnis calumnia in medio ejus. Perinde si dicat: Calumnia jam publicè agit, & inter aulicos suaviter vivit; inter cives tranquille habitat, non ut advena & peregrina, sed tanquam civis & indigena. Quod & Amos Propheta lacrymis prosequendum arbitratus: Congregamini, ait, super montes Samariae, & videre insanias multas in medio ejus, & calumniam patientes in penetrabilibus ejus. Publicum exhibet spectaculum, & ab ipsis montibus spectandum; hinc furentium & insipientium calumniatorum; illinc innocentium, lacrymantium & ululantium. Quâ dicendi formulâ explicandis calumniis usus est Cyprianus ad Donatum scribens: Paulisper, inquit, te crede subduci in montis ardui verticem celsiorem; speculari inde fluctuantis mundi turbines. Jam sæculi & ipse misereberis, cernens itinera latronibus clausa; maria pradonibus obfessa; Orbem mutuo sanguine madentem; rabiem invicem discordantium savientem; forum litibus mugiens & insanum; patronum prevaricantem; iudicem sententiam vendentem; calumniatorem impugnantem; testem insanantem; venalis vocis audaciam grassantem. Consensere iura peccatis, & cepit licitum esse quod publicum est. Calumnia vivit, regnat, imperat.

Cùm audiisset Plystonax Lacedæmonum Rex, calumniatorem pessimum bene de se locutum: Professèd, inquit, mortuum me esse credidit, quando de nemine vivorum boni quid dixisse unquam est auditus. Horum hominum, qui omnes criminantur, missis ubique maxima est. Eapropter Ecclesiastes: Et laudavi magis mortuos, inquit, quàm viventes: & feliciorum utroque judicari qui necdum natus est, nec vidit mala quæ sub sole fiunt. Rursum contemplatus sum omnes labores hominum, & industriis ani-

madveriti parere invidia proximi. Hic nemo tam loricatoris aut cataphraetus est, quin pateat his telis; quæ sæpe violentius penetrant, quò remotius emittuntur. Hæc sunt quoque lacrymis hoc malum deplorans: Aversi sumus, inquit; ne iremus post tergum Dei nostri, ut loqueremur calumniam & transgressionem: concepimus, & locuti sumus de corde verba mendacii. Et conversum est retrovisum iudicium, & justitia longè fecit: quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi. Dixit hinc quispiam divinæ patientiæ ignarus: O Domine vides hæc & files? ubi tua delitefecit providentia, ubi fulmina tua? Qui recessit à malo, prædes parit: Hic famam perdit, iste peccatiam; ille valetudinem & vitam; quia suum ipse cor excet & corrodit, certans se mendaciis ac calumniis pessimè mulctari. Sed quid frustra indignamur & fremimus? Hi mores sunt Calumniæ, quæ nec innocentissimis nec sanctissimis parcit. Vetus dictum est, Calumnia omnis impudentiæ est mater. Unquamne cælum audit inmaniolem calumniam, quàm quæ in Orbis Servatorent apertâ visitavit? Judæi sine fronte & ore innocentem Jesum flagitiosissimè calumniati: Nonne bene dicimus nos, ajunt, quia Samaritanus es tu, & demonium habes? Et persant in sententiâ pervicacissimè: nulla eos mansuetudo flecit: Nunc, inquit, cognovimus quia demonium habes. Si hæc in oviculas calumniæ struantur, quid fiet rapacissimis belluis? Appositum huic rei apologum recitans Phædrus: Ad riyum, inquit, eundem lupus & agnus convenerant ut gente fieri. Superior stabat lupus, longè inferior agnus, ad quem prono cursu descenderat rivus. Hic lupus limosum amnem jurgis causam inferens; Cur, inquit, bibenti mihi turbulentam fecisti aquam? Agnus ad has voces cohorruit; & Mi lupo, ait, fac velim, quif verò possum hoc facere quod quereris? à te decurrit amnis ad meos hauustus. Lupus luculentâ veritate convictus trophas alias comminiscitur, & ante hos sex menses, ait, male dixisti mihi. Respondit agnus: Equidem natus non eram tunc temporis. Cui mox calumniator: At hercle pater tuus maledixit mihi. Atque ita correptum agnum laceravit hic latro iniquissimè. Omnis impudentiæ mater est Calumnia.

Hæc propter illos scripta est homines fabula, Quorum innocentes opprimit calumnia.

§. II.

Miphiboseth Jonathæ regis filius, homo ovicula famuli sui nequissimas calumnias vitare non potuit. Nam cùm David Rex Abalalonem filium rebellem fugeret, Siba Miphibosethi famulus simulatis obsequiis cum liberali annonâ occurrit regi. Interrogatus à rege; Ubi heus ageret Miphiboseth; respondit trifurcifer: Hierosolymis hæret, & etiamnum sperat patris sui regnum sibi restituendum. Mendacissime nebulo, tu dominum absentem sic calumniari? tuam illi culpam impingere? nunquam illi cogitata, in illum tam impudenter effingere? Et certè præmium etiam tulit hæc calumnia. Nam David plus æquo præceps hic iudex causâ non discusâ calidè respondit: Tua sint omnia, quæ fuerunt Miphiboseth. At sedatâ rebellionis tempestate, Rex David in suum solum restitutus, aliter de totâ causâ judicavit, patuitque mendacissimi servi in dominum calumnia, quæ sæpe rectius vitâ quàm verbis diluitur.

Sara Raguels filia, tum omnem pudicitiam, tum patientiam nata, ob subitam maritorum necem, nuptialem vestem cum funebri pallâ septies coacta est mutare, quando Hymenæum septies funerea tedè fugavit. Potuit hos luctus Sara generositate Hebræa concoquere, potuit silere in tam copiosâ dolendi materia. Vidit optem maritos à dæmone jugularos, & tacuit: vidit ætatis suæ florem tot funeribus calcatum, & obtinuit: vidit se priùs viduam quàm conjugem, & toleravit. At viciò cùm

Levit. c. 19. v. 13.

Memf. Trib.

Ellen. lib. 3. v. 13.

Ellen. cap. 4. v. 1.

Calumnia in medio foro grassatur. Hist. cap. 6. v. 6.

Amos cap. 3. v. 9.

Cyprian. ad Donat.

Eccl. c. 4. v. 2. 3. 4.

Is. cap. 59. v. 13. & 14.

Ibid. v. 15.

Calumnia omnis impudentiæ mater.

Idem. cap. 8. v. 48.

Ibid. v. 52.

Phædrus lib. 1. fab. 1.

2. Reg. c. 16. v. 4.

Calumnia-torum puni-tio.

una è domesticis ancillis calumnias in illam diceret, vocaretque tot virorum interfetricem, hic Sata sensum recipere, hic ad eò cruciari & dolere, ut rriduum impranfa & incenata inter preces & lacrymas exegerit, & pane hoc unum à Deo contenderit ab illis calumniis absolvi. Nam, *In oratione persistens cum lacrymis deprecabatur Deum, ut ab isto improperio liberaret eam.* Tam tener est sensus calumnie.

Tob. cap. 3. v. 11.

Daniel. c. 13. toto.

Susanna tersissimum castimonie speculum, & vera decus pudicitie falsorum testium mendacis onerata, calumniis oppressa ad perditissimum hominum tribunal stabat, feralem sententiam auditura: stabat, inquam, suis lacrymis infusa, alienis pudefacta, parentum & cognatorum planctu deplorata, iudicium sententis, ad lapides damnata, infans populi clamoribus prostrata, solo tamen conscientie secrete erecta: iam ibat, iam dicebatur, non tam adulterium expiatura, quam pro castitate fortiter mortura. Hactenus Calumnie in Innocentiam tam dira licuerunt. Sed satis lusu est innocentis jugulo. Ergo iudicium omne retexitur, divini Danielis monitu, & omnis calumnia in infontem structa, in auctores suos recidit. Damnantur ipsi iudices, ut faxa, Susanna sanguine pingenda, suo imbuan; suis lascivientes sententis cadunt, suo jugulantur ore. Ita calumniatores sepe suis ipsi capiuntur laqueis, suis peruntur artibus. Refert Plutarchus Brasdam Ducem educto telo è corpore illum ipsum confodisse, qui telum intorserat in Brasdam. Ita sapiens ille Daniel improborum calumniis in Leonum cavum preceps datus est. Sed Innocentia inter impactos Leones, velut inter agnellos ipsis septem diebus tutissima fuit. Demum Calumniatores Dani-

Dan. c. 14. v. 11.

Esai. 9. v. 16.

nielis in suum ipsi mucronem incurserunt. *In laqueo isto quem absconderunt, comprehensus est pes eorum. Siquidem rex illos qui perditionis causa fuerant Danieli, intravit in laqueum, & devorati sunt in momento coram eo.* Fuit heredita, qui cum divitem ad tumbam vergentem ex asse heredem scripsisset, ac testamentum portulisset, quò divitem ad idem faciendum provocaret, subita tecti ruina oppressus est, & facultates reliquit illi, cuius tam ambitione inhiarat. Sic omnino Aman, ille Astueri oculus, & primus à Rege suis ipse telis confossus est, & suis ipse calumniis male perit. Crucem altissimam crexit Aman, ut in eà Mardochæus pendulus gratissimum sibi suisque spectaculum præberet. Sed & Judæos omnes calumniando tam invisos regi & intolerandos fecit, ut omnium jugulis immineret gladius jam propinquissimus. Aliter res cecidit, & repente fors mutavit. Suam ipse trahem Aman primus consecravit, & nobilissimum funus pendendæ ex alto. Mardochæo Ammanis dignitas, Estheri cesserunt bona. Itaque mi bone Aman, commentum hoc in tuum ipsius exitum reperisti; has reclinas in te ipsum struxisti, tuis artibus interisti.

Iam pateris telo vulnera facta tuo.

S. III.

Hoc jam constat, plurimos ubique calumniatores inveniti, nec eorum moribus persanandis semper remedium suppetere. Ideo sanctissimus Rex David: *Redime me, inquit, à calumniis hominum, ut custodiam mandata tua.* Sed eho, quid dicis Regum optime, num divina lex non rectius servatur ab eo, qui calumniis configitur? sane Servator Orbis pronuntiat; *Beati estis cum dixerint omne malum adversum vos mentientes propter me.* Vera sunt hæc; si tamen qui calumniis pungitur, possit esse tolerans illarum ita demum se verum Dei amatorem monstrat. Sed hoc tam est arduum, ut nisi quis familiarissimam sibi patientiam habeat, in furorem erumpat. Bernardus hominem contumeliosæ vexatum artificioso penicillo depingens; *Ita uritur ille, inquit, & moritur clauso & letali vulnere intra semetipsum genens, cum totus in ira & discipatione positus, nil aliud silens versare in mente possit, nisi inju-*

Psal. 118. v. 134.

Matt. cap. 5. v. 11.

Bern. in Can. ser. 29. med.

riam quam accepit. Non potest orare, non potest legere, non sanctum aut spirituale aliquid meditari, & ita intercepto vitali spiritu, dum suis desituta alimentis vadit ad mortem animæ, pro quâ Christus mortuus est; quid tu interim animi habes? Deus nunc nostra intuetur, uti nos res parvulorum & cum omne hoc tempus ad futuram æternitatem, instar horæ sit, non properat Deus in lucem justitiæ producere suorum innocentiam, cum brevi eos educurus sit è dumeis mundi in paradysum cæli. Prorex Ægypti Joseph amantissimum fratrem Benjaminum præ ceteris depresso ire visus est: hunc enim unum alius in patriam redeuntibus, in Ægypto voluit velut captivum detineri. Utique delectatus est Joseph hoc ludò cum fratre, cui plus omnibus favebat: Ita Deus injuriis & calumniis eos

potissimum exponit, quos maximis præmiis destinauit. *Non enim, & Bñitas, delectaris in perditionibus nostris: quia post tempestatem tranquillum facis, & post lacrymationem & sterum, exultationem infundis.* Quapropter Ecclesiastes: *Si videris, inquit, calumnias egenorum, & violenta iudicia & subverti justitiam, non miseris super hoc negotio: quia, excelsor excelsor est alius, & super hos quoque eminentiores sunt alii, insuper universa terra Rex imperat servientii.* Ad rem Augustinus: *Crimen falsum, inquit, telum non facit hominem, nisi apud iudicem hominem; ubi autem iudex Deus est, nullus falso crimine leditur.* Præclarissimè dixit Chrysostomus: *Possum facere malam famam; sed non interficere conscientiam.* Calumniam optime refutavit, qui ei restitit, innocentia. Deus nunc quidem post conopeum laetè, cuncta tamen videns & audiens arbitrat: calumniatoribus ut virgis utitur, quas optimus pater castigato filio in ignem abjicit; id que subinde oculis cernendum exhibet.

Deus quos potissimum exponit, quos maximis præmiis destinavit eos calumniis exponit.

Deus quos potissimum exponit, quos maximis præmiis destinavit eos calumniis exponit.

Deus quos potissimum exponit, quos maximis præmiis destinavit eos calumniis exponit.

S. IV.

Mirum ter mirum Matinus Delrius narrat hunc in modum. Miles per Marchiani iter faciens, correptus morbo ad oppidum Spandach delatus est. Habebat illic eo tempore, Joannis Regis Daniæ filia Elisabetha, Joachimi I. Electoris Brandeburgici conjux. Miles, quem dixi, hospitium hic ingressus, quia æger, lectum potius cogitabat, quam epulas aut choreas. Ergo crumenam nummis turgentem hospita tradit asservandam, dum revalesceret. Post aliquot dies jam creditoris valetudinis, marsupii reddendi mentionem injicit. Mulier auro capta, & ægrè hanc prædam amissura delibet cum viro, quid militi sua repetituro respondendum? De consilii sententiâ visum est, constanter neganda omnia. Quare cum miles loculos suos repeteret, negavit hospita præfidenter se quidquam accepisse, & verò mirari se hominis impudentiam, qui auste flagitate commissam monetam, cum nihil penitus asservandam commiserit. Miles indignitate rei motus & exardescens bile, objicit vicissim hospita perfidiam. Accurrens maritus, tanquam conjugem defensurus, militè domo extrudit. Hic ante fores, hospita scelere irritatus, stringit gladium, velut facturus in hospitem, sed oclusis foribus in januam atietat. Hospes vicinorum implorat fidem, & ades suas oppugnari queritur. Accurrunt lictores, & quòd vim publicam fecisset, abducunt in carcerem. Post aliquot dies Senatus oppidi, aliò mittit facti narrationem, & sententiam perscribi petit. Constat ædes publicè oppugnatas esse. Quare fertur sententia, militem ultimo supplicio plectendum. Cùmque jam feralis dies instaret, diabolus ad captivum in carcerem venit, & exponit, quam sententiam laturi sint iudices; atque unà operam suam pollicetur largissimè: & quin tu, ait, re mihi dedis? omnia pericula, ita spondeo, securissimus exhibis. Ego verò, inquit miles, mori malim quàm hoc facere: non primus peribo innocens. Hic diabolus vicinum periculum sequepedalibus verbis exaggerat, nec tamen captivi animum inflectere: liberationem denique promittere sine ullâ conditione: Et cum ad tribu-

Delrius tom. 2. de Magic. disp. lib. 3. part. 1. q. 7. sect. 1. p. 75.

Delrius tom. 2. de Magic. disp. lib. 3. part. 1. q. 7. sect. 1. p. 75.

Matt. 24. Proci stistori etend

Roma rum v rum it lamini res ani etvert

Plato hi et hibi

Psal.

Delrius

Matt.

Roma

Plato

nal, inquit, steteris, dic te forensium negotiorum imperitum parrono indigere: ibi astabo caput opertus pileo cæruleo, & plumis ornato. Roga igitur me jubeant causam tuam agere. Miles amans vitam, & hoc sibi licere ratus, satis ostendit consilium istud sibi non displicere. Ita postridie reus in judicium ducitur; adest etiam personatus orator, cinereo pileo dignoscendus. Cùmque accusator jus dici, & reum ob publicam vim capitali supplicio afficiendum postulare: Miles hoc unum petere institit; liceret suo illi advocato pro se dicere. Non prohibent judices, is porro diceret; si quid juris sciret contra causam tam liquidam. Hic caussidicus ex Orco, eruditè, prudenter, nervosè pro reo disputans, juris, effata producere, explicare, etiam sacras paginas ad testimonium citare, capitalique supplicio, minimè afficiendum eum contendere, à quo rixa & tumultus nullum habuerit initium: militem ab hospite prius spoliatum, dein vi extrusum: velle ut juberent judices quæriti crumenam litigii causam, & simul locum designat, quo reperiri possit: enimvero de salute ac capite hic agi; sententias ad justitiæ libellam exactè trutinandas; causam quæ liquida videretur, cauponis perfidiâ longè aliam esse, si penitus inspiciatur. Hic caupo negare & pernegare, diris omnibus seipsum devoverit: Quin imò, ait, hinc me diabolus abreptum pessime perdat, si quidquam à milite hoc acceperim. Quàm has voces aper stygius acutè audiit? Neque satis hospiti semel id dixisse; eandem in seipsum imprecationem aliquoties repetiit. Tandem niger ille caussidicus ab Orco, disputatione omisâ, hospitem prehensum, per fenestras, & medium forum cum fragore abduxit, attonitis omnibus, diramque tragœdiam perhorrescentibus, nec usquam amplius cadaver rapti hospitis inventum est: O miserime caupo, tuo ipsius laqueo captus es! calumniæ, quas in innoxium caput construxeras, in tuum revolutæ sunt. *Lacum fodisti & aperuisti eum, & incidisti in foveam, quam fecisti.* Ita DEVS calumnias vindicat.

§. V.

Hebraus rex David sollicitè percunctatus. *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo?* Responsum audite: *Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua. Nec fecit proximo suo malum, & opprobrium non accepit adversus proximos suos: Qui jurat proximo suo, & non decipit.* Laus est calumnam non tantùm non fecisse, sed nec ab aliis factam ad aures admisisse: maximæ ac primæ laudis est, calumniæ & probra in se congelata æquo animo pertulisse. Christus discretissimè: *Orate, inquit, pro persecutoribus & calumniantibus vos.* Hos precibus ac votis vestris completimini, quos minimè amici sentitis: non ergo pro iis tantùm, qui pecuniam rapiunt, qui corpus lædunt, qui oneri sunt, qui decipiunt, sed etiam pro iis precandum, qui famam calumniis inficiunt, aut penitus adimunt. Nobilissima sui victoria est, hinc seipsum triumphare. Romani veteres jusjurandum calumniæ severè urgebant hac ratione, ut qui nomen alterius in judicium detulisse calumniam juraret, hoc est, juramento testaretur, se id minimè fecisse calumniandi animo. Quòd si quis calumniæ dolo malo illatæ convictus & damnatus fuisset fronti littera K. inurebatur, quod prisca erat geminatum CC. nec aliud monebat, quàm hoc ipsum: *Cave Calumniatore!* quoniam prisca videlicet Kalumniam scribebant. Ita quandoque verba integra inscribebantur fronti, uti vulgata illa, *Cave à fure. Cave à fugitivo.* &c.

Plato sacrilegos fronte & manibus inurit, &: Si quis, ait, sacrilegium commiserit, si quidem servus aut hospes fuerit, in facie manibûque crimen inscriptus & flagellatus, extra fines patrios projicitur. Creberrimè tamen ante omnes & liberrimè Romani, hoc etiam in liberos

A homines usi, præsertim calumniæ damnatos. Arbitr. *Arb. Satyr.* testatur: Implevit frontem utriusque ingentibus litteris, & nonum fugitivorum epigramma per totam faciem liberali manu duxit. Hinc *litteratos* nominabant.

Zonaras duos monachos infantes; ideo, solum quia Theophilum Imperatorem liberitè monuissent, inter alias ignominias inscriptos ait, & quidem ita ut duodecim versus epigramma exciperent illa vultus, ut sic dicam, tabulâ. Zonaræ verba sunt: Deinde facies eorum compunxit, & notis illis hos Jambicos versus atramento infuso expressit. Additque ipsos versus probos, ple-nos fuisse. Hinc liquet rationem inscribendi eam fuisse, ut primitus litteræ sive notæ inurerentur candenti ferro, post inuisionem autem atramentum infunderetur, quò eminerent magis litteræ, & præberent se lectui. Habet & Deus notas suas ac stigmatâ, quæ sic inurit robustâ manu, ut sciri possit ab omnibus, quoniam calumniantores illi sunt, aut calumniatrices. Voluit nimirum æquissimus Deus, ut complures qui ad eò penulenter probra intrulissent, cogerentur suo corpore doctorem suum diabolum hospitare.

§. VI.

Gregorius Nyssenus memorat, Alexandriae Gregorium Thaumaturgum, virum longè integerrimum, & extra omnem improbitatis suspensionem positum cum eruditis sermones miscuisse. Huc vulgari corporis muliercula à malevolis submissa, suo se quasi fraudatam gartiebat. Assidentes amici, qui continentiam viri minimè ignorabant, gravissimè indignati: at Gregorius nec turbari, nec vultum mutare, nec stomachi, sed neque calumniam imprudentissimam resistere, neque vitæ testes advocare, nec invidorum nequitiam accusare, sed hoc unum sedatâ voce familiarium cuidam dicere: Heus, tu, numera sis pecuniam feminæ, ne diutius propositam quæstionem turbet. Factum sine morâ. Sed vix dum monetam feminæ recipit, simul & cacodæmonem in suo corpore novum hospitem sensit. Hic illa immaniter fremere, scædè corruere, suos ipsa sebi capillos vellere, oculos invertere, ore spumas eicere, toto corpore testari, quem admisisset incolam. En improbitissima, hoc tali stigmate Deus calumniatrices solet notare: ori tuo gratias age, quòd salem tibi accessit iniquitum. Has calumnias hoc decet cauterium. Nihilò secius Gregorius ille Thaumaturgus, tanta viri mansuetudinis, qui calumnias & probra melius perferre didicit, quàm inferre, ut injurias beneficiis pensaret, illam ipsam à diabolo infestam feminam, precibus liberavit à stygiis intemperis. Ita solet Christiana generositas mala pati, & bene facere.

Ita illud Belgii decus, Maria, quam vocant, *Dolorosa*, inter egestatis labores voluntariam castitatem amplexa, cum impuri hominis libidinem averfaretur, furti falsò est accusata, ut quæ scyphum argenteum subtraxisset. Eò hæ calumniæ invaluerunt, ut virgo extremo supplicio sit affecta. Impurum calumniatorem non cæca nec clauda Nemesis est infecuta. Nam septennio toto, hic ipse virginis accusator à malo dæmone occupatus, demum eo ipso loco, quo Mariæ corpus erat humatum, ab Orcinianis furtis est liberatus. Talia Deus stigmata inurit calumniatoribus. Cave calumniam, cave aliam dicere, non tolerare: à calumniis nemo tutus, nemo immunis, non Christus, non amicissimi Christo. Hipponensis Præfatus Augustini scripta ab igne, in igne scripta fuerunt & illata, non item à calumniatoribus. Cum enim Vandali, Possidio teste, Hipponem incendissent, volumina ab Augustino exarata flammis evaserunt, tamen à calumniatoribus fuerunt oppugnata, perinde si Augustinus in iis, quæ contra Pelagianos distulerit, à Fide deflexisset. Non immeritò dixit Nicetas Choniates: Nihil tam sanctum est, quòd calumnia tentare non

tate non audeat : & omnes ad nocendum procliviores esse constat. Hic igitur eximius nemo est, & cum ventis loquitur, qui sorti suae ingemiscens miratur, & ait: Non putassem hoc mihi probum obijciendum. Nihil non audeat mater impudentiae Calumnia, cui meliorem vix reperias obicem, quam appositam virtutem. Christus serid & docet, & jubet: *Orate pro persequentibus & calumniantibus vos.* Calumniæ pessimè refutantur calumniis: adeit dies, qui omnem Calumniarum impudentiam & fraudem detegat, *Et tunc laus erit unicuique à Deo,* qui patientiæ dabit cæleste præmium, immortale gaudium.

Matth. c. 5. v. 45.
1. Cor. c. 4. v. 5.

L
CAPVT XXXIV.

Lingua LASCIVA quam detestabilis sit, & quas ob causas.

Prov. c. 18. v. 21.
Plurarch. lib. de Iside, & Osiride. Sic imagines nostræ docent.

Prov. c. 12. v. 14.
Prov. c. 12. v. 13.
Lasciva lingua secum plurimos in perniciem trahit.

Quemadmodum sapientissimus Regum docuit: Mors & vita in manibus linguæ, sic Ægypti cum Harpocrati Deo seu Sigalioni facerent, teste Plutarcho, proclamarent. *Lingua fortuna, Lingua demon.* Linguam plerumque aut è cælo angelus, aut ex Orco diabolus infidet, vel in exitum ruat incautè verborum volubilitate. Et pessimè & optimè linguâ uti in arbitrio nostro est. De fructu oris sui unusquisque replebitur bonis: si tamen saniora loqui liceat: sin aliter, propter peccata labiorum ruina proximat malo.

Certissimum ruinæ argumentum, Lingua lasciva, cui parum est suis submergi sordibus, nisi unâ secum in perniciem plurimos trahat. Monstrum ingens, execrabile, & quo non foedius alterum Lascivâ linguâ: atque de hac jam & contra hac dicere exequemur.

§. I.

Psal. 13. v. 3.
Est sepulchrum patreas.

Hier. cap. 8. v. 6.

Parentis tumuli atque cadaveris foetores non tantum graves sunt, sed & insalubres; narium pestis maxima. Oris lascivi homines foetorem halant teterrimum, sepulchrum patens est guttur eorum. Non sepulchrum duntaxat, cadaverosis ossibus plenum, sed & patens, inquit Chryostomus, ut & alii participes fiant foetoris. Nos quidem cadavera terrâ obruimus, hi contra faciunt, & eruunt ex imo spurcissimum obscenitatis cadaver, multorumque naribus affricant pestilentissimam hanc faniem: pulchrum illis videretur, perire cum multis. Sepulchrum foetidissimum obscœna lingua. Sed, ò mi Deus, quantus horum sepulchrorum in orbe numerus est? Queritur Hieremias vates: *Attendi & auscultavi, nemo quod bonum est loquitur, nullus est qui agat penitentiam super peccato suo.* Et profectò hic causarum est abundè, cur quis Mundum jubeat res sibi suas habere, quando vix ulla est domus, in quâ non sæpius sermones impudicis misceantur. Monstret mihi quis, obsecro, ædes illas, quarum inquilini semper pudicè loquantur. Extra Orbem migrandum est ei, qui aurium castimoniam laudari non vult impurissimis colloquiis. Ubique sepulchra sunt patentia, è quibus Lasciviæ cœnum exhalat. Ubique Lerna Veneris, Cocytus Cupidinis, ubique Memphis impudicitiae, Camarina Luxuriæ: *Nemo quod bonum est, loquitur;* sermones casti exulant ubique.

Iacob. cap. 3. v. 6.

Oracula divina verbis alioqui parcissima, in linguas tamen tam illotas vix satis verborum reperit. Iacobus Apostolus quàm graviter & disertè: *Lingua,* inquit, *constituit in membris nostris, quæ MACVLA totum corpus, quidquid est bonorum actuum, contaminat; & inflammat rotam nativitatæ nostræ, inflammatâ à gehennâ.* Quid dici posset gravius? omnes vitæ nostræ periodos ab usque pueritiâ in senem senectutem polluit hæc libidinosa oris

sanies. Quemadmodum verò muti sunt dæmones, qui silentium noxium persuadent, ita sunt etiam garruli, inter quos est signifer lascivus dæmon, qui hoc unum solertissimè agit, ut quibuscunque porest sermonibus spurcitiae aliquid aspergat. Hinc Guilielmus Peraldus has obscœnitatis sordes rectissimè *spura diaboli* appellat. Nam homo sermonis impudici, non gravatè toleat diabolum in linguâ suâ suaviter nidulari. Ubi verò hæc ab inferis fatentissima Uppa nidum posuit, non aliud expectes, quàm hos pullos, hos turpes & inhonestos jocos, quibus Orbis universus foetidissimè contaminatur.

Lasciviz sordes sunt spura diaboli.

Ingemiscens Esdras: *In diebus illis,* inquit, *vidi Iudeos ducentes uxores Azotidas, Ammonitidas, & Moabitidas. Et filii eorum ex mediâ parte loquebantur Azoticè, & nesciebant loqui Judaicè; & loquebantur juxta linguam populi, & populi. Et objurgavi eos.* Iste jam rerum status est in Orbe: nesciunt loqui Judaicè, linguam sanctam, pudicam, castam ignorant, & ex mediâ parte loquuntur Azoticè, turpiter, obscœnè, flagitiosè, liceat dicere, diabolicè. Azotidæ, seu, quod idem, deprædatrices, Linguæ salacès hanc loquendi foetidissimam dialectum docent. Hic sitæ minervali discitur: hic nemo non discipulum aut doctorem agit; *nemo quod bonum est, loquitur.* Heu vel infantes ipsi, pene antequam pappare minutum possant, priusquam mammæ atque tatas vocare desinant, jam quod mirentur, loqui Azoticè norunt. O fœdam oris eluviem, tam vulgaram, quàm noxiam! Et causæ, ob quas omnis verborum obscœnitas cavenda, plurimæ, potissimum istæ. Prima, quisquis inverecundam habet linguam, verecundam habere mentem, nemini persuaserit. Veritati hœc turtè credimus: *Ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus thesauro profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala.* Pectus quod meliori calet igne, non tamen ejicit scintillas, casta cogitat, verecunda loquitur. Gilbertus hoc velut digito commonstrans: *Flamma, inquit, quæ de sursum, pudica est, bonis consentiens, & bonos faciens.*

2. Eph. c. 13. v. 23. 24. & 25.

Causæ cur cavenda verborum obscœnitas. 1. Inverecundus linguae nemini verecundam habere persuaserit. Matth. c. 12. v. 34 & 35.

§. II.

Altera causa priori affinis: Qui tam liberè inhonestæ quævis effudit, homo nauci, & præmortui pudoris censetur. Verissime dixit Comicus:

illum ego
Perisse duco, cui quidem perit pudor.
Plerique homines, quos cum nihil refert, pudet;
Vbi pudendum est, ibi eos deserit pudor.

Petrus Aldobrandinus, purpuratus Senator sæpius dicere solens est: *Homo sine pudore & pudicitia, & nomen hominis amittit, & naturam.* Verissimum. Et sæpissime,

Redire nescit cum semel perit pudor.

Sapienter Symmachus: *Scio,* inquit, *virtuti cognatum pudorem, qui in factis frustra queritur, si exulet à verbis.* Prisci dicere soliti:

Turpe quid aqûe indecorè dixeris quàm feceris.

Tertia causa: Verba prætextata & spurca, sermones sordidi & obscœni plerumque grave damnum inferunt pluribus. Nec enim is solum, qui talia loquitur, sed etiam qui loquentem audiunt, venenantur. Pronum ac facilem obscœnitatis auditorem Bernardus providè commonefaciens: *Non solum,* inquit, *nihil ipsi indecorum loqui, sed nec aures quidem debemus hujusmodi præbere dictis: quia quem delectat audire, alterum loqui provocat. Audire quoque quod turpe sit, pudori maximo est.* Ideo beatus Paulus quidquid ejusmodi sermonis est, severè prohibens idque sæpius: *Fornicatio,* inquit, *& omnis immunditia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos.* Nam quod loquimur, hoc & cogitare & cupere censetur. Nec Paulo satis semel monuisse, idem iterum inculcans: *Omnis sermo malus, inquit, ex ore vestro non procedat.* Addit, *nolite contristare spiritum sanctum Dei.* Oris obscœni homo, quantum in se, Deum ipsum afficit tristitiâ. Spiritus divinus in homine

1. Homo nauci & præmortui pudoris censetur. Plautus. Bacch. & Epidic. act. 2. Scen. 1.

Sym. lib. 10. Epist. 10.

Troch.

3. Verba spurca grave damnum inferunt pluribus. Bern. lib. de pag. 115.

Ephes. cap. 5. v. 3.

Ephes. c. 4. v. 29 & 30.

Chustia-

11
12
13
14

15
16

17
18
19

20
21

22
23
24

25
26
27

28
29
30

Christiano, velut in domo diverfatur; caveat ergo paterfamilias iste, ne quid dicat, faciârve, quod tantum hospitem dedecet. Nimirum illa è cælo Columba, & paferes Veneris simul habitare non possunt. Ideo divinus Paulus tertium commonefaciens: *Nolite, ait, seduci, corrumpunt mores bonos colloquia mala.* Unicum namque lascivius verbum, vix unquam soli auctori nocet, sed etiam audientes aut inficit, aut offendit. Clare Bernardus: *Vnus est, inquit, qui loquitur, & unum tantum verbum profert, & tamen illud unum verbum, uno in momento, multitudinis audientium, dum aures inficit, animas interficit.* Solent aurifabri, cum argenteum poculum auro imbuunt, prunas irritare alis: Lingua impura ejuscemodi ala est, qua libidinum ignes mirificè animantur. Sermo Lascivus optimum luxuriæ flabellum. Ergo fuge focios qui letantur, cum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis, quorum via perversa sunt, & infames gressus eorum. Ephesii, ait Strabo, digni qui ad puerum omnes strangulentur, quod Hermodorum virum inter ipsos frugi, cum edicto hoc egerint: Nemo nostrum frugi esto, aut alibi cum aliis esto. Eadem & lascivæ linguæ sanctio est: vult omnes esse sui similes, hoc est, impudentes, & obscænos.

Augustinus grandibus lacrymis deplorat, impudicorum sodalium consorcio detractum fuisse in verita. Monebatur quidem à matre Augustinus, libidinis cænum caveret: at mihi, ait, monitus muliebres videbantur, quibus obtemperare erubescerem. Illi autem tui erant, & nesciebam, & te tacere putabam, atque illum loqui, per quam tu mihi non tacebas, & in illa contemnebaris à me filio ejus. Tantà cecitate preceps ibam, & pudebat non esse impudentem.

§. III.

Grande nefas ducimus, si vas Encharistiæ aservanda factum in profanos calices liqueretur, cæterisque adulteriis; & tamen inter levissima piacula habemus, si linguam Domini corporis velut parinam, diaboli hac fanie perfundamus, & ad impium ministeriū quasi consecremus, ut vel spurcis cantuiculis, vel narratiunculis inhonestis subserviat. Nemo Dei patientiam hęc cessaturam fomniet; Propter hæc enim venit in a Deo in filios diffidentia, eos scilicet qui ritè moniti, has linguæ sordes Numini displicere, auditori plurimum nocere, & inter graviores noxas censeri, aut irrideri, aut ut olim Augustinus, muliebres monitus interpretantur. In hos vindex ira Numinis desæviet, aut hujus vitæ supplicis, aut futuris. *Condemnabit te os tuum* (lascive fabulator) & non ego, & labia tua respondebunt tibi. Nimis serum est illic locorum vociferari, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.

Gregorio hęc assentimur, linguam in flammis illis non ideo solum cruciari, quod cupidiarum amans fuerit, quod nimium vini sorberit, sed quod multa petulanter ac lascivè garriverit. Prima namque, Gregorio teste, malè convivantibus famulatur culpa loquacitatis.

Petrus Damianus vir eloquentis & sanctus impuras has linguas ejanter turdis comparat, quibus illud ipsum quod edunt & egerunt, necem adfert. Nam è turdi fimeto frutex nascitur, qui viscum, avium mortem suppeditat: Lascivus sermo, viscus merus est, illecebra, laqueus, tendicula, insidiæ capiendis auribus; sed aucupes Acherontici hoc visco primum omnium illaqueant auctorem. *Condemnabit illos os suum*: suo glutino capiuntur.

Olea, Plinio affirmante, si cam capra vellambat tantum, sterilefcit: quædam etiam hæc injuriâ moriuntur. Si olidus caper, inverecundus getro, linguam ejiat, & verba vel in prostibulo erubescenda spargat, oleis præfertim adolescentioribus plurimum obest, quas vel sterilefcere cogit, vel mori: totâ quandoque vitâ memoriam contaminant, vel semel in juventute audita. Et quid oleum infani foco jam ardenti affundimus? natura jam

ante ad has aurium titillationes pronissima est, quid cadentem impellimus? quid eam malignissimis verborum insidiis circumvenimus? se ipsam sponte induit in laqueos. Patulis plerunque auribus excipitur quod cum castitatis injuriâ dicitur. Sermones amatorii & Venerem olentes suaviter irrepunt, blandè capiunt, molliter ligant, latenter occidunt. Quisquis talia loquitur, rationem reddet supremo judici tam de se, quam de iis quorum aures tam impuris fabulis incestavit.

Bernardus Senensis domo nobili tam verecundus à puero fuit, ut si quando verbum petulantius audisset, non aliter erubesceret, quam si quis colaphum ei incussisset. Hinc coævi pueri, cum sordidè loquerentur, viso Bernardino mox silentium edicentes: Silete, aiebant, silete, Bernardinus adest. Utinam, ô bone Deus, plures sint in orbe Bernardini, qui tam illotæ linguæ nugatoribus acetum porrigant ori eluendo.

Fuit vel inter idololatrias hoc modestiæ acetum olim venale. Nobilissimus morum magister Epictetus, Christianè prorsus: *Periculosum est etiam*, inquit, *ad orationis obscenitatem progredi.* Cum igitur tale quippiam incidit, aut (si feret opportunitas) oburgabis eum, qui sermonem illum injecerit: aut taciturnitate saltem, & rabore vultuque ostendes, eam orationem tibi displicuisse. Non tantum ne ipsi nos spurcè loquamur, verat Epictetus, sed nec alios quidem, si talia fabulentur, ferendos monet, sed aut verbis aut certè vultu ac silentio castigandos. Imò cum de gladiatoris Circensibus ludis itémque de epulis & portionibus verba fiunt, aut cum homines laudantur vel vituperantur, si fieri potest, inquit, aliud traduc eorum sermones; in turpibus etiam objurga. Vel ipsi poetæ, cetera liberiores hęc monent. Aquinas sarcyricus saluberrimum consilium suggerit:

Nil dictu sedum, visque hæc limina tangat

Intra quæ puer est.

Cato senior, Plutarcho teste, aded à omni verborum turpitudine, præsentè filio temperavit, quasi Vestalibus virginibus arbitris locuturus esset, nec unquam cum colavit. Et tamen inter homines Christianos, pro dolo non paucos repereris, quorum omnia pæne colloquia Veneris officinam oleant, quique se parum facetes credant, nisi libidinosos ostendant. Infania luculentâ! tussim comprimimus, excreationes nebras cavemus, quidquid oris elegantiam perdit, fugimus, & hæc talia sine ore & fronte effutimus: *Quantò magis cavendum est*, inquit Bernardus, *ne quid turpe excat de ore: hoc enim graviter conquinat hominem.*

§. IV.

Sanctus Rodolphus antistes Eugubinus, è fratre, cui Petrus nomen, in familiari colloquio lascivius verbum audierat, mox ille adolescentem flagellati, & quadraginta dies omni vino abstinere jussit. Nec refractarium habuit fratrem Rodolphus. Ita oris inhonestas omnis comprimenda est. Et Paulus serid hortatur: *Pro fama autem & inani loquia devita, multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.* Morbus planè malignus & horridus est gangræna seu cancer, cui verborum turpitudine rectè confertur, serpit illa & in foedam amplitudinem excrescit: celerimè capitur, quidquid horum dicitur, neque opus dicta repetere, quæ non aures solum, sed & medullas subeunt, *serpunt ut cancer.*

De Arrio beatus Hieronymus dixit: *Vna scintilla fuit, sed quia hæc non statim oppressa, totum orbem flamma ejus populata est:* scintilla videtur dictum inverecundus, sed scintilla in pestilentem se flammam diffusura ni opprimatur.

Mirantur aliqui hære in nostro ævo incrementis tam velocibus ac læcis propagatam. Mirari desinite, ô boni: nam uti Thomas Morus loquitur, ad propositam vitæ licentiam certatim accurrere, id verò tantum habet miraculi,

1. Cor. 6. 15.
9. 33.

Bern. serm.
24. in Cant.
poculo.

Prov. cap. 2.
9. 14. & 15.

Aug. lib. 2.
Confess. 3.
& 9. 100.

Ephes. 5.
9. 6.

1b. cap. 15.
9. 6.

Luc. 16.
9. 24.

Lascivus sermo est viscus.

Plinius lib.

27. cap. 24.
Nat. hist.

Invenalis
Sat. 14. v. 44

Plutar. in
Parallel.

Bern. lib. de
ord. vita
mibi pag.
115.

2. Tim. 2.
v. 16. & 17.

facili, quantum saxa deorsum ruere. Sicut hæresis, sic & loquendi lascivia, facillimis argumentis propagatur, serpit ut cancer: benevole auditur, arrideatur, applauditur, & jam melancholicus habetur, qui inter obsecræna lectus non est; vel ut amantissimus & inficetus spernitur, qui Cypridis mysteria, qui bonæ Deæ sacra, qui raptum Helenæ, errores Aeneæ, Didonis venatus recitatur aut nescit, aut non vult. His moribus vivimus; & cælum speramus.

Ecdi. c. 28. v. 28. Marc. c. 8. v. 33.

Math. c. 18. v. 20.

Ephes. c. 6. v. 16.

Prov. c. 15. v. 26.

Ecdi. c. 15. v. 9.

Sap. cap. 1. v. 8.

Ecdi. c. 42. v. 20.

Colos. cap. 3. v. 8.

Monof. Troc. Bern. de in.

43. p. 1082. Chryf. tom. 5. hom. 15.

ad pop. mibi concupiscentiam. pag. 116.

Hanc ob causam Siracides gravissimè monet: *Sepi aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire.* Addit: *Et ori tuo facto ostium, & seras auribus tuis.* Dic cum Christo: *Vade retro Satana.* Satana tunc bene est, cum propudioisissimi sermones bellum movent castimonie, cum totis fluit labiis libidinis cænum. Christus, ubi sunt duo vel tres, inquit, congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Diabolus haud aliter; ubi duo vel tres congregantur, ut immunditiam animi per os evomant; illic & ego sum in medio eorum; medius non verborum tantum, sed & cogitationum. *Hic tela volant ignea nequissimi, non de facili extinguenda.*

Ideo Augustinus tam sollicitè: *Frater charissimè, ait: bona jugiter cogitemus, ut os nostrum non crudelis adversarius sed pius Deus aperiat. Purus sermo pulcherrimus est.* Et quæso quid capisse est, nostras preces quandoque surdis auribus à Deo audiri? Ne miremur: qui enim placere possit oratio à lingua tam immundâ? *Non est speciosa laus in ore peccatoris.* Rectè Gregorius: *Cum indignus, inquit, ad intercedendam mittitur, irati animus ad deteriora provocatur.* Sunt qui araneas, aut mures, aut ranas sic oderint, ut vel nomen ejusmodi animalculorum horreant, ne dum ut sub aspectum admittant. Hinc cibum alioqui pretiosissimum extremè averfarentur, & nec oculis quidem tangerent, si rana vel aranea, vel musculus eandem cum cibo patinam occuparent. Orationem Cælitè ut Ambrosiam amant, verborum turpitudinem, ut pestilentem vomitum abominantur. Et Sapiencia humanæ gentis monitrix proclamât: *Propter hoc qui loquitur iniqua, non potest latere, nec prateriet illum corripiens judicium. Non abscondit se ab eo omnis sermo.* Ideo divinus Paulus & ipse vociferatur: *Nunc autem deponite & vos omnia: indignationem, malitiam, iram, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. Non enim solum facere turpia nefas est, sed & dicere.*

Impudica qui loquuntur, impudica diligunt. Nam, divo Bernardo teste *vanus (lascivus) sermo, cito poluit mentem, & facile agitur, quod libenter auditur.* Idcirco Chryostomus: *Vis, inquit, à verbis turpibus abesse verba tantum turpia fugias, verum & risum solutum; & omnem ad pop. mibi concupiscentiam.*

M

CAPUT XXXV.

Quid sit MENDACIUM, ac quotuplex; & an omne Mendacium sit peccatum.

Iosephus lib. 2. Antig. cap. 5. paullo post initium.

Exod. c. 4. v. 10. & cap. 6. v. 12.

DVx Israël's Moles tam præcellentis aë divinæ fuit formæ, ut genit' illius scriptor ausus dicere. Nemo erat adeo tetricus ut visâ Moles pulchritudine non obstupefceret: & persæpe accidebat, ut dum gestaretur ac circumferretur etiamnum infans, obvios quosque in se converteret, ita ut relictis seriis negotiis mallent præcellenti ejus formâ oculos pascere, quam sua prosequi: Tanta erat puerilis grâtiâ, ut inviti homines ab hoc spectaculo discederent. Nihilominus vir iste tam formosus non æquè faciendus fuit. Moses ipse seipsum accusans apud Deum ineruditæ plumbeæ lingue: *Non sum eloquens, inquit, ab heri & nudius tertius, impediri oris & tardioris lingua, & incurcumisus sum labiis.* Hic Moles tam hono-

Quinque defectus suæ lingue acculat. Primus: Vir paucorum verborum fuit, se ipso teste, & dicendi jejunus. Alter: Inelegans, nec claris oratoribus exæquandus. Tertius: Tardiloquus, & lingue parum agilis ac promptæ. Quartus: Exili & gracili voce. Quintus: Linguam habuit hæsitantem, ac balbutiit. Hac tamen quantumcumque tardescente lingua omnem Ægyptiorum & facundiam & sapientiam in ruborem dedit: quia Deus lingua Moles locutus est, veluti cum peritissimus scriba, quovis calamo quantumvis obtulso elegantes format characteres. Qualiscunque sermo, bonus sermo est, cum Deus lingua moderatur est.

Sed unde tandem, & quando hoc constat? Cum mens & os ita consentiunt, ut unum Dei honorem unicè spectent. Hic demum Veritas equis albis vehitur: Mendacium equo bicolore & cæco utitur; sæpe tamen Veritatem vincit currendo. Atque de hoc lingue vitio, quod MENDACIUM vocamus, jam disserendum. Quod quo commodius fiat, ac distinctius, omnem de Mendacio dictionem in has classes partimur. Dicemus itaque 1. Quid sit Mendacium. 2. Quotuplex. 3. An omne mendacium sit peccatum. 4. Quam sædum sit Mendacium. 5. Quam sit noxium. 6. Objectiones quæ proponi solent tucendis mendacii, refellendæ. 7. Quæ pœna sit Mendacii, explicandum. Et quia vitium hoc nunquam non vulgatissimum, benevolum, & attentum ad ista seu lectorem seu auditorem desideramus.

§. I.

Primum est quid sit mendacium. Ad rem Chrystomus respondens: *Ne alia quidem dicamus, inquit, alia sentiamus, hoc est enim mendacium.* Itaque rectissime dixerunt præsi:

Aliud loqui, sentire aliud, mendacium est.

Nec aliter Thomas Aquinas, ille Theologorum antistes Mendacium describit, quam tale vitii genus, quo quispiam contra ac sentit enuntiat. Vbi hanc agnoscit etymologiam mendacii, *Contra mentem dicere.* Ideo Augustinus de mendacio cavendo differens: *Non aliud, inquit, peccat' regat, aliud lingua proferat.*

Petrus Maffæus narrat Regem Macazarum in familiarî colloquio, quod cum Antonio Paivâ instruit, his omnino verbis interrogasse: *Quid est mendacium? At qui ut ad hoc respondeam (inquit Paiva) liberali veniâ est mihi abs te opus, ô Rex, quod si nihilominus acerba & aspera mea tibi visâ erit oratio; peto quæsoque, uti omnem in me unum iram exerceas: Lusitanos meos cum suis rebus abire permittas. Cum ille continuo quodlibet expromendi potestatem fecisset: Scire aves, inquit, Mendacium quid significet. Ego verò nullâ comparatione hujusce tibi vocabuli vim facilius aut clarius demonstraverim, quam istâ ipsâ, quam vos agitis vitâ: Cum enim Jesum Christum Dei Filium totius veritatis auctorem penitus ignoretis; sic fit ut erroribus inflentis impliciti, à Veritate semoti in ipso mendacio voluteimini. Fusa sed elegans descriptio mendacii: nam uti verbis, sic & moribus ac vitâ plurimi mentiuntur. Sed nos non de motum, sed verborum mendacio hic agimus, de quo Augustinus istud pronuntiavit: *Nemo dubitet mentiri eum, qui falsum enuntiat causâ fallendi.**

Linguam, si Plinio credimus, venarum una cum corde alia cum cerebro necit; quâ quidem venarum dispensatione natura nos docet, nudum illud membrum ab intellectu (cui sedes in capite) sic regendum, ut lingua consentiat cum corde: hoc enim, ut diximus, mendacium est, aliud corde abditum, aliud lingua promptum gerere, aliquid in animo nigrum credere, sed voce candidum asserere. Hinc picturi hominem mendacem, pictam pinxere, à fronte albam, aram à tergo. Vox Locustarum, ait Plinius, proficisci ab occipitio videntur; eo loco in commissura scapularum habere quasi dentes exitimantur, 29. An.

Quid sit mendacium. Chryf. hom. 19. in Epist. ad Hebr.

D. Tho. 2. 2. quæst. 110. in initio quæst. August. tom. 10. serm. 23. in de verbis Dom.

Maffæus l. 12. hist. Ind. ante med. mibi pag. 344.

Aug. tom. 4. lib. de mend. c. 4. non pro-

Pierius hieroglyph. lib. 24.

Plinius l. 11. nat. hist. cap. 29. An.

li bi ca in Et vi

Ep 76

Qui ple pec & a mer fit p eum 5. 71 411

Arif. Zibii

Ver. i. Ecdi. v. 14

Mend. (comp. v. 20)

Tom. c. v. 8.

Aug. de mend.

Aug. de nat. hist. cap. 29.

stimantur, eosque inter se terendo fridorem edere: Mendacium oratio obscura, semper a tergo latens, nunquam prominens in aperto, fridores edit inamēnos, velut locusta: aliud enim dicunt mendaces, aliud cogitant.

A putant oportere mentiri: Omne mendacium, peccatum est, imò etiam, ut Augustinus ratiocinatur, Omne peccatum, mendacium est. Hoc Evangelium dicit: Contra legem enim, inquit, & contra veritatem quidquid est, mendacium dicitur.

Mendacii larva diaboli, veritas Dei imago est. Ezech. cap. 4. v. 16 & 24.

Rectissime mihi dixisse visus est, qui Mendacium Diaboli larvam appellavit. Certè Veritas similitudo & quædam imago Dei est. Ideo Siracides monet: Ne accipias faciem adversus faciem tuam, nec adversus animam tuam mendacium: Pro animâ tuâ non confundaris dicere verum. Nemo sit tibi pretiosior te, ut illius amore vel timore Deum offendas; & ne quæso animæ tuæ hanc diaboli larvam iudae, ut mentiaris, & mendacio velut larvâ teclus videri velis nitidus & formosus.

Hæc ipsissima quoque Bernardi doctrina est; Nullum, inquit, justum mendacium: omne mendacium in omnibus est gratia & peccatum; omne, quod à veritate discordat, iniquitas est. Si mendacium apud omnes damnatur, si falsitas humano iudicio puniatur, quantum magis ante Deum, qui est testis verborum & operum? Ante quem etiam de otioso verbo unusquisque rationem redditurus est. Concludit: Omne genus mendacii summopere fuge. Ira prorsus, fuge, fuge, & potius sinu colubrum, quam linguâ mendacium admitte. Nam Bernardi sensu, nemo nec suam quidem vitam tueri debet mendacio. Petrus Apostolorum caput, si minus amasset vitam, utique mendacium magis exhorruisset. De quo Bernardus eleganter: In quo ergo, inquit, culpabitur an in eo quoddam mentiri quam mori maluit? Hæc planè voluntas reprehensione digna fuit, quia corporis magis quam animæ voluit servare vitam. Et peccavit ergo, & non absque consensu propriæ voluntatis, infima quidem & misera, sed planè libera. Peccavit autem non spernendo aut odienso Christum, sed se nimis amando.

Epi. cap. 76. Ench.

Est autem humanæ lingue tam primum mentiri, ut verissime dixerit Epictetus: Primus & maxime necessarius in Philosophiâ locus est, is qui agit de usu decretorum, veluti de non mentiendo. Alter qui demonstrationes tractat, veluti cur non sit mentendum. Nos verò diversum facimus, quippe aliter in scholis disputamus, aliter domi vivimus. Proinde mentimur quidem, inquit, quomodo autem demonstraret non esse mentendum, in promptu habemus. Itaque dum falsitatem fugiendam docemus, sequimur; dum reprehendimus mendacium, mentimur; aliud enim dicimus, aliud cogitamus. Quod quidem propriè esse diximus mentiri.

B quia corporis magis quam animæ voluit servare vitam. Et peccavit ergo, & non absque consensu propriæ voluntatis, infima quidem & misera, sed planè libera. Peccavit autem non spernendo aut odienso Christum, sed se nimis amando.

§. II.

Quotuplex sit peccatum, & an omne mendacium sit peccatum. Theologorum vox est, mendacium triplicis esse generis; Officiosum, Jocosum, Perniciosum. Officiosum dicitur, quod alicui profuturum creditur, ei saltem qui loquitur. Jocosum appellant, quod nemini nocet, sed animi causâ profertur. Hoc priore deterius est, utrumque tamen non inter capitales noxas censeri solet. Tertium denique perniciosum, quod semper cum alicujus damno conjunctum, inter graviora piacula numeratur. Num ergo mendacium omne veritum, & piaculi loco habendum? omne profris, omne omnino.

Alterum ac tertium hac in re caput est, Quotuplex sit mendacium, & An omne mendacium sit peccatum. Theologorum vox est, mendacium triplicis esse generis; Officiosum, Jocosum, Perniciosum. Officiosum dicitur, quod alicui profuturum creditur, ei saltem qui loquitur. Jocosum appellant, quod nemini nocet, sed animi causâ profertur. Hoc priore deterius est, utrumque tamen non inter capitales noxas censeri solet. Tertium denique perniciosum, quod semper cum alicujus damno conjunctum, inter graviora piacula numeratur. Num ergo mendacium omne veritum, & piaculi loco habendum? omne profris, omne omnino.

Sed Augustinus etiamnum mihi in mentem est, qui discretissimus in mendacium geminos scripsit libros: primum quidem, ut pessimi vitii nequissima indoles melius nosceretur; alterum, ut hæc Orbis lues studiosius caveretur. Ita hic sanctissimus scriptor vel solus sufficeret ad omne mendacium ex Orbe penitus eliminandum, etiam si divina silerent oracula, quæ tamen extremè damnant, & cælo proscribunt mendaces linguas. Neque perniciosum duntaxat mendacium, sed & Jocosum atque Officiosum damnatur: Illud quidem mitius est, quia retinet aliquam benevolentie speciem; Istud non omnino perniciosissimum, quia plerumque non fallit; neutrum tamen sine culpâ est. Nec ideo, inquit Augustinus, ullum putandum est, non esse peccatum, quia possumus aliquid quando alicui prodesse mentiendo. Et rationem reddit: In hoc fallitur, quod putat sibi suum non obesse mendacium, cum magis facienti quam patienti obstit omne peccatum. Hinc, ut idem Augustinus expressissimè tradit, nec illa sunt admitrenda mendacia, que quamvis non obstit alteri, nulli tamen profunt, & obstit eis ipsis qui gratis mentiuntur. Nemo itaque poterit ostendere, æternum aliquod bonum obtineri posse mendacio. Quod quidem nullius impudenti unquam affirmavit. Verissime dixerunt præci: Quisquis timet Deum, abstinet mendacio.

Aug. tom. 3. Ench. ad Laurent. cap. 22. lb. c. 17. 4. lib. de mend. ad Consent. cap. 11. Idem ibid. c. 7.

Arif. lib. 4. lb.

M. Lamb. Ezech. cap. 7. v. 14.

Mendacium semper cavendum.

Interpres animi lingua, mentiri nefas. Dilucidè rem hanc Siracides definiens: Noli, ait, velle mentiri omne mendacium. Sacre paginæ convenienter & præci Patres locuti sunt. Gregorio Mendacium omne, inquit, as est. Idorus: Omne, inquit, mendacii genus summopere fuge, & nec casu nec studio loquaris falsum; cave mendacium in omnibus. Adeo verò cavendum est hoc vitium & fugiendum, ut si salus plurium in unico idque solùm officioso vel jocosio mendacio dicendo verteretur, id tamen neutiquam liceret dicere: imò si suos quis parentes aliosve sibi conjunctissimos flammis demersos vel levi mendacio extrahere posset, mentiri tamen licitè non posset; factius foret illos in igne deserere, quam Deum falsitate offendere. Ecquæ rigida, inquis, hæc assertio? Videatur rigida, est sanè vera. Lex est quam divinus Paulus promulgavit: Non esse faciendâ mala, ut eveniant bona. Sicut ajunt quidam nos dicere, inquit, Faciamus mala ut veniant bona, quorum damnatio justa est. Hanc Pauli regulam securus Augustinus, ad rem aptissimè: Ita, inquit, omnis doctrina veritatis aufertur, cedens licentiosissima falsitati. si mendacio vel officioso alicunde penetrandi aperitur locus. Aut enim temporalia commoda vel propria vel aliena, veritati præponit quicunque mentitur: quo quid fieri potest per versius? Certè injuria Deo illata gravior est omni humano malo. Quot millia sanctissimorum martyrum omnem potius languinem prodigere, & animam per stulticia emittere, quam unico fide mendacio tueri voluerunt. Unde, ait Augustinus, si nec ipsa vitia proponenda est veritati, quid obijci potest, propter quod mentendum esse contendunt, qui aliquando

§. III.

Tertium hîc caput, est ipsa mendacii fœditas. Duo quædam apud Persas turpissima habebantur, Ex ære alieno laborare, & Mentiri: quæ duo plerumque conjuncta sunt, Rarissimos debitores reperias, qui mentiri nesciant. Nam nomina quæ in proximum mensum tollenda promittunt, vix tollunt anno proximo. Sollemnissimum illis est, tempora expugendis nominibus decreta, mendacii protollere. Hanc turpitudinem Persæ non immeritò pessimè oderunt. Romani omne mendacium homine libero ac ingenuo indignum putarunt, servilique vitium esse, nec cadere posse, nec debere in generosum peccus, quod ante vitam projiciat, quàm illam mendacio commaculet. Enim verò inter mendacia, ea jure dixeris fœditissima, & longè pessima, quæ sunt deliberata. Sunt qui huic rei gravissimè & magnâ cum curâ student: Hæc, ajunt, ita fingenda sunt: os illi homini sic oblinere poterimus; si justitiæ cur non & veritati nasus cereus tornati possit? His ergo flexibus, his diverticulis evademus. Falsitas medicata, falsitas pessima. Quod beatus Gregorius accuratè observans: Nonnunquam, ait, pejus est mendacium meditari quàm loqui; nam loqui plerumque precipitationis est, meditari verò studiosæ pravitatis. Hic

Mendacii fœditas. Ex Duo turpissima apud Persas: Ex ære alieno laborare, & mentiri. Deliberata mendacia sunt pessima.

Rom. cap. 3. v. 8.

Aug. lib. de mend. c. 7.

Aug. tom. 8. mor. cap. 4. inio.

Juricon-

Jurifconfulti viderint & cauffidici, qui cauffa non jufta parocinium fufcipiunt: vident quidem ii non raro Jus atque Jufticiam a fe non stare, nihilominus actionem fufcipiunt, feribunt, dicunt, agunt, jus torquent, unci naribus indulgent: neque hoc gratis; auream inde melleffem colligunt. Ludovicus Malucnda has exactiones non inveniunt deaurata mendacia vocat. Ita Pharfai Romanis militibus ante Dominicum fepluchrum exorbitoribus, fuum illud grandiffimum mendacium liberali manu deaurarunt. Clariffime Matthæus: Pecuniam, inquit, copiofam dederunt militibus, dicentes: Dicitis, quia difcipuli ejus nocte venerunt, & furati funt cum nobis dormientibus. Et fi hoc auditum fuerit à Prefide, nos fuadebimus ei, & fecuros vos faciemus. At, illi accepta pecunia, fecerunt ficut erant edocti. Et divulgatum eft verbum iftud apud Iudeos, ufque in hodiernum diem. Monftrofum, fœdiffimum mendacium! furerunt tamen, atque etiamnum funt qui pronâ credulitate defendant tam luculentam falfitatem.

Matth. c. 28.
v. 12. ad 16.

Diabolus primus mentitus eft.
Gen. cap. 3.
v. 4.
Ioan. cap. 8.
v. 44.
Aug. tom. 5. de civitate lib. 14. c. 3. fine.

Diabolus eft mendacii inventor & pater mentientium.

Prov. c. 12.
v. 22.

Aug. tom. 4. lib. de mend. cap. 11.

Idem in p. 139. circa med.

Idem tomo 4. lib. de mend. cap. 3. Mendax habet duplex cor.

Sed quid contendimus? Mendacium nobiliffimum habet auctorem, in cœlo natum, Luciferum, diabolum ipiffimum. Hic primus omnium mentitus: Nequaquam, ait, morte moriemini. Ideo Chriftus in circulo Judæorum: Vos, inquit, ex patre diabolo eftis. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non fteit, quia non eft veritas in eo: cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax eft, & pater ejus. De hoc ipfo inventore mendacii Auguftinus: Qui non folùm mendax, inquit, verum etiam mendacii pater eft. Primus eft quippe mentitus, & à quo peccatum, ab illo coepit efle mendacium. Egregio fauè inventore gaudet mendacium. Neque mendacii tantum pater eft diabolus, fed & eorum omnium qui mentiuntur. Hic enim verba Servatoris docent: Et pater ejus, cuiufcunq; fcilicet mendacis Videre mendaces, quis vos pater filiolos agnofcat, ab indole paternâ minimè degeneres. Sicut enim Deus ab aeterno Veritatem progeniuit, ita diabolus à principio falfitatem. Et hoc eft quod linguam divinis laudibus efferendis creatam ita inquinet, ut omnis divina laus à tali linguâ fordeat. Salomon id affirmans: Abominatio eft, inquit, domo labia mendacia: qui autem fideliter agunt, placent ei. Neque lingua folùm mendacii inquinatur, fed totus quantum quantum eft homo, fit falſus: uti enim moneta plumbea, etfi magna, nullius eft pretii: nummus argenteus etfi parvus pretio longè fuperat, fic homo verax vel unicus anteftat centum mendacibus. Quam autem hoc probroſum & turpe, quod monetam adulterinam non feramus in marſupio, linguam autem falſiloquam tam facile toleremus in ore proprio. Multis jucundum eft omnia mendacii afpergere. Nam, quod Auguftinus obſervat, mendax amat mentiri, atque habitat animo in delectatione mentiendi. Complures potiùs mentiri eligunt, quam tacere. Hi plerumque veris falſa contemunt, ne fe ſuavitas ſermonis deſerat. Ut autem vaniffima hæc hominum ſtudia nonnihil coërceantur, idem Auguftinus eximie dixit: Laborant homines loqui mendacium, nam veritatem totâ facilitate loquentur. Ille enim laborat qui fingit quod dicit. Nam qui verum vult dicere non laborat: ipſa enim veritas ſine labore loquitur. Sed quid miri eft mendacem adeo laborare ac fatigari, quando duplex cor habet, cum tamen vel unicum ſatis fatiget. Praclariffimè Auguftinus hæc de re differens: Quapropter, inquit, ille qui mentitur, aliud habet in animo, & aliud verbum vel quibuslibet ſignificationibus enuntiat. Vnde etiam duplex cor dicitur efle mentientis, id eft, duplex cogitatio: una rei ejus quam veram efle vel ſcit vel putat, & non profert: altera rei quam pro iſtâ profert, ſcienſ falſam efle vel putans. Ex quo fit, ut poſſit falſum dicere non mentiens, ſi putat ita efle, ut dicit, quamvis non ita fit; & ut poſſit verum dicere mentiens, ſi putat falſum efle, & pro vero enuntiat: quamvis revera ita fit ut enuntiat: ex animi enim ſui ſententiâ, non ex rerum ipſarum veritate vel falſitate mentiens aut non mentiens iudicandus eft.

S. I V.

G Ravis profectò morbus eft, & abominabilis confuetudo fingendi. Qui hoc morbi genere laborant, pene infames fiunt, & ubique peſſimè audiunt. Id potè huius morbi fœditatem ſatis arguit, quod inter ſeptem illa, quæ Deus vehementer odit, etiam lingua mendax numeretur.

Prov. cap. 6.
v. 17.

Quantumvis autem deforme ſit monſtrum, omnis falſitas, ſunt tamen qui ei formam ſtudeant concinnare. Aulas ingredi, & videbis comptiſſimas falſitates. A vero non videtur aberralle qui dixit, familiare Principum aulis mendacium efle. Nam divites illic ſponſiones & verba propè ſingula, tanquam utero gravida mentiuntur parum. Ne ſide: ventre non prole diſtendantur. Credas Sodomæ poma efle, quæ attacta in cinerem fatiſcunt. Ita vultatem, honores, opes, amorem, benevolentiam purpuratorum verba loquuntur. Res, odia, livores, emulationes, fraudes exrollunt verbis, factis præcipites agunt: ore locupletes, reliqua inopes, ut jam fortiter veſtiſteque mentiri, aulâ dignum ceſſetur indignum vera dicere: & ille comiſſimum cenſetur, qui pluribus bene conſtitis mendacii dictionem veſtit; ille ruſticus, qui hoc verborum iſtibus non utitur. Jamque aulica civitas efle, veritati dextrè illudere. Quam longè hi abſunt ab Epaminondæ moribus, qui tam ſcietus veritatis cultor fuit, ut ne joco quidem unquam mentitus fit. Ad Chriſtianas omnino leges hoc factum. Non enim decet principem, labium mentiens: Qui nititur mendaciis, hic paſſi veritas, idem autem ipſe ſequitur aves volantes. Et propterea verbum mendax juſtus deſtabitur. Priſco carmine ferebatur:

Emy. Pro.
v. 17.

Non Prov. c. 17.
v. 7. & cap. 10. v. 4. & cap. 13. v. 5.

Me noc it:

Nil vanitate mentiendi turpius;

Vet. Lamb.

Odere divi, odere homines mendacium.

Et quamvis in omnium ore turpe ſit omne mendacium, eſt tamen in ore hominis ſacri & religioſi longè turpiſſimum. Quod vel inde liqueat. Iter unâ fecerunt vir religioſus & profanus. Ille habitu quidem ſacer, ſed profanâ linguâ ſolutiſſimus, ſubito profanum compellans: En, en, inquit, volentem illic aſinum. Suſcepit alter præproperis & nimium credulis oculis. Ilte irridens largiter: Et ò te, inquit, non aſinum, ſed oviculum ſimpliciſſimum! qui credas tantæ molis quadrupedem volare poſſe. At profanus indignè ferens hominem ſacrum tantæ vanitatis efle, & ridere qui flere debuiffet: Et quæſo, inquit, ignoſcat mihi genius tuus; me tuis verbis deceptum ſuſcepiffè, non eſt quod mireris: multò faciliùs credidam aſinum volare poſſe, quam religioſum mentiri. Cape tibi hoc, mi religioſe, & in poſterum, ſi quidem ſapis, mendacium pro perjurio habere.

1. Ca
mini
omn
men
tem.
Pfal.
Ment
licet
ſaluce
totum
bis.
Aug. 1
lib. de
cap. 6.

His tam turpibus mendacii annumeranda ſunt illa non minus turpia, & quandoque magis temeraria, in quibus ut Seneca loquitur, & os præcidi, & oculi erui ſolent. Sunt enim qui ita mentiuntur, ut audientibus præciderent, aut potiùs præcludere os videantur, ne facile contra dici poſſit: at oculos illi eruant, qui non verentur ea pro veris affirmare, quæ aſpectu ipſo mendacii coargui poſſunt. Exæcare enim eos, qui audiunt, quantum in ipſis eſt, conantur. Itaque, ſi priſcis aſſentiamur, in mendaces hanc feremus ſententiam:

Sen. Nat. qq.
lib. 4. cap. 4.

Libero cuiusque ſummum eſt dedecus mendacium.

Quid, quoruplex, & quam ſœdum ſit mendacium, explicavimus. Quam noxium ſit, & quâ ratione punitum, proximâ diſſertatione dicemus.

CAPVT XXXVI.

Quam multiplici argumento exitioſum ſit

MENDACIUM.

Hebraus vates Oſeas, graviffimè queſtus: Non eſt veritas, exclamat, & non eſt ſcientia Dei in terrâ. Ma- ledictum,

Epiſt. de
lib. de
cap. 14.

leditum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundaverunt. Fallere, fingere, mentiri tam usitatum est, jamque aded in mores transfuit, ut plurimis pœne problema videatur; an non quædam mendacia sint licita. Dubitatur subinde, quid consultius; Nudam veritatem, an subtile commentum proloqui? Idcirco non minus Oseâ Isaias hanc mentiendi libidinem deplorans, Possumus, inquit, mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus. Eo rerum jam prolapsi sumus, ut artificiosè mentiri, velut eloquentiæ partem discamus. Quâ in re tam dociles sumus discipuli & disciplinæ tam capaces, ut & Hieremias vates dixerit: Extenderunt linguam suam quasi arcum mendacii, & non veritatis: confortati sunt in terrâ, quia de malo ad malum egressi sunt &c. quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet. Et vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquentur; docuerunt enim linguam suam loqui mendacium.

Verus est verbum: Mendacium colapho pensandum. Si in legem receptum hoc foret, multorum ora sic essent contundenda, ut in massam coacta nihil humanæ formæ retinerent.

Alexander Macedo, rex magnus, Charilo poëtæ pessimo tot colaphos rependi iussit, quot malos versus fecisset. Vigear mos iste, & singula mendacia singulis colaphis expientur; plurimi aut mentiendi consuetudinem dediscere, aut vitam pugnis impendere debebant. Ergone nunquam mentiendum? cessent figmenta, ajuunt, maxima etiam multorum commoda cessabunt. Hi jam mores sunt; mendaciis nostra commoda imputamus; nec videmus cæci in gravissima nos damna præcipitari à mendacio. Hoc igitur nunc agendum, & quàm noxium sit mendacium, & quâ ratione sæpius punitum, explicatiùs tradendum.

§. I.

GRaves sunt in omnem mentientem cælestes minæ, quas Hebræus Rex sic promulgat: Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Theologorum una omnium sententia est, neque pro salute totius Orbis licere cuiquam mentiri. Adeo damnosum est omne mendacium, ut ne quidem honesto, ut vocant, aut officioso vel misericordii mendacio mors ipsa prohiberi debeat. Quâ de re constanter Augustinus: Quis si ad re homo confugiat, ait, qui mendacio tuo possit à morte liberari? Illa enim mors quam stulte timent homines, qui peccare non timent, non animam sed corpus occidit. Quomodo ergo non perversissimè dicitur: ut alter corporaliter vivat, debere alterum spiritualiter mori? Nam & ipsa dilectio proximi ex sua cuiusque dilectione verminum accipit. Diliges, inquit, proximum tanquam teipsum. Quomodo ergo quisque diligit tanquam seipsum, cui ut præset vitam temporalem, ipse amittit æternam? quandoquidem si pro illius temporali vitâ suam ipsam temporalem perdit, non est jam deligere sicut seipsum, sed plusquam seipsum. Quod sanè doctrinæ regulam excedit. Multo minùs igitur æternam suam, pro alterius temporali mentiendo amissurus est. En disertissimum sanctissimi scriptoris testimonium. Quod si nec tuendæ quidem vitæ mentiri liceat, quantò minùs ludibrio, aut ignominia effugiendæ? sed nec virtutibus defendendis. Virginitas pretiosissima quidem virtus est, sed mentiundo nunquam protegenda. Submissio, seu, Humilitas virtutum omnium basis est, ea tamen nec minimo unquam mendaculo custodienda. Si humilitatis causâ mentiris, inquit Augustinus, si non eras peccator antequam mentireris, mentiendo efficeris quod evitabas. Ergo mori malis quàm mentiri; malis vinci vera dicens, quàm superare ac vincere mentiens? Mentiri nunquam licitum. Hoc ipsum Innocentius III. Pontifex Maximus è sacris paginis ut rem liquidam proponit, nec servandæ quidem alterius vitæ mentiendum esse; quod si non vitæ atque capiti, multò minùs triobolari negotio mendaciis patrocinandum.

Anthimus Nicomediensis præsul, ut Metaphrastes narrat, à Maximiani Cæsaris militibus necandus quærebatur: hospitios Anthimus, sed ignotus hospitio excepit, & lauto epulo. Remotis mensis in unum milites institerunt quærere, ubinam locorum Anthimus indagandus esset. Quibus ille intrepidus: Ego sum, inquit, Anthimus, quò vultis ducite, promptus sequor. Obstupescit amœnissimâ liberalitate, dixerunt facillè aliquid conficturos se tyranno, quæstrum scilicet, non inventum Anthimum. At ille: Hoc, ô viri, nefas est, ait, nec cuiusquam vita mentiundo propugnari potest. Ita suis se convivis ducendum permisit, obrinuitque quam ambijt palmam invicti martyri.

Hoc revera optimi cuiusque contentissimum fuit studium, pro veritate quidquid perferendum est, contentinere; omne mendacium vigilantissimè cavere, & nec verbulo veritatem lædere. Nihil æstius, inquit, Platonis. 6. to, familiaris que sapientia quam veritas: Præunte Veritate de Rep. nunquam chorus vitiorum subsecutus est. Ruffinus Aquilejensis commemorat, sanctissimum anachoretâ Anuphanc vitæ clausulam apposuisse. Tres morturo aderant, Syrus, Isaias, Paulus, ejusdem cum illo instituti. Dùmque hi morientem circumstiterent, hoc unum rogarunt, sui memoriam pauculis verbis traderet. Quibus ille: Nihil, inquit, magnum me fecisse memini, in eo tamen sollicitus laboravi, ne ullum dicerem mendacium. An istud non magnum, nihil per omnem vitam fingere? sed hanc etiam laudem affectus est Benus abbas, cui amplissimum hoc elogium jure concedendum, Nunquam iratus, nunquam mentitus. Illud Pelagûs faciendæ illustrius fidus Joannes Chryostomus, ex eo proferens tempore, quo Christianorum ritu ablatus est, nunquam juravit; nec alium jurare compulit, nulli unquam maledixit, nunquam mentitus est. O verè os aureum, vel ob solam hanc linguæ continentiam! Ecce enim veritatem dilexisti. Ps 50. v. 8.

§. II.

Parentum famæ non est quidem detrahendum, hic autem vix aded muti esse possumus, quin adversus parentes nostros conqueramus. Prima mater omnium, Tribus Eva, nos feros filios parum boni docuit, ut quæ uno modo Eva ne halitu tria dixit mendacia. Rupertus ea numerans: Quantum, inquit, in se erat, depravitæ mulier verba præceptoris Domini tribus modis, appositione, diminutione, mutatione. Istud apposuit, Et ne tangeremus illud. Hoc Deus certè non jussit, nec enim arborem vetuit tangi, sed fructu spoliari. Diminuit, & rem certissimam in dubium adduxit cum diceret, Ne forte moriamur, cum tamen Deus expressissimam hanc sententiam tulerit, Quocunque die ex eo comederis, morte morieris. Mutavit, cum hæc verba proferret: De fructu verò ligni quod est in medio paradisi &c. Eho quid dicis mater? Non arbor scientiæ boni & mali, sed arbor vitæ in paradisi medio sita erat, quæ tamen prohibita non erat; ita mendacium mendacio connexum est. Hinc nostræ lacrymæ; parens mendax filios non meliores se genuit: ab hac magistrâ ita promptè mentiri didicimus, ut Hebræus vates hic neminem sciverit eximium: Omnis homo mendax. Psalm. 115.

Sed neque diu in discipulorum numero censeris nos ferimus; brevissimo tempore magistri sumus, & eam mentiendi dexteritatem profitemur, ut verè dixerit Plinius. Non esse mendacium tam impudens, quod assertorem non habeat. Quo sensu & Varro: Non est, inquit, tam absurdum deliramentum quod defensor non inveniat. Inò si mendaciorum frequentiam spectemus, nunc pæne fit, quod in convivio Pauli Emulii Macedonis contrigisse scimus, cum cocus ex unico apro sexcenta fercula parasset: ita subinde ad unicu dictum defendendum sexcentæ mendaciorum species emergunt; nec injuriam quis fecerit humanæ genti, si mendacissimos mortales appelleret. Fie autem

11 cap. 18. v. 15.

111 cap. 9. v. 4. 5.

Mendacii necumtate

1. Cælestes minæ in omnem mentientem. Psal. 115. 7. Mentiri non licet pro salute totius orbis. Aug. tom 4. de mend. cap. 6.

16. 17. cap. 4.

Epist. decret. in de usuris cap. super eo.

4. 2. 1.

autem plerumque genius est mendacii, ut unum alterum trahat catenam fallacissimam. Atque hæc catenata mendacia non male cerasis conferas. Nam quemadmodum qui unicum carpit ramulum, non unum sed multa trahit cerasa, sic nata, ut se mutuo comitentur; ita qui mentitus est, ne primum mendacium vacillet, sublituit secundum, ne secundum ruat, addit tertium, ne tertium concidat, confingit quartum, ut & quarto suus stet color, quintum comminiscitur, ne quinti frans deprehendatur, sextum quam fucatifissimum excogitat: ita in silvam itur ingentem & horridam, ita mendacia mendacii coherescunt, ita scelus sceleri necitur. Hinc oportet mendacem esse memorem, ne orationis vanitas spe citius pateat. Sed non tantum figmenta figmentis assuuntur, ne textura hæc pereat, sed ad alia quoque vitia descenditur. A mendacis ad perjuriam facillimus est transitus. Quod Tullius sapienter observans: *Qui semel, inquit, à veritate deflexerit, hic non majore religione ad perjurium, quam ad mendacium perducitur solet. Quid enim interest inter perjurium & mendacem: qui mentiri solet, perjurare consuevit.* Id in principe Apostolorum elucescit: Ubi is semel iterumque amantissimum Dominum negavit, terribi etiam juravit. Et quod Ambrosius notat, nisi Deus lapsuro gravius obstiteret, nisi Christus cadentem respexisset, sicut ter, ita trecenties negavisset. Præcorum vox erat:

Nec amat Deus, nec adjuvat mendacium.

§. III.

Mendacium est catena vitiorum.

HÆC omnia paullo copiosius dicta, loco unius nocumenti numeramus, quod rectè *Catenam vitiorum* appellabimus. Accedit alterum, primo non minus nocumentum, quoddam Mendax omnem amittat fidem. Res nota:

Vbi vera mendax loquitur, haud fidem invenit.

Prov. c. 20. v. 17.

Optimè dixit sapientissimus regum: *Suavis est hominibus mendacii, & postea implebitur os ejus calculo.* Siquidem hoc vitium non turpe solum, sed & noxium est: Os impletur calculo. Aristoteles interrogatus, quid lucri haberet mendax? Hoc unum, ait, ut cum vera dixerit, nemo credat. Sic est: semper enim hi tales falsitatis suspecti sunt. *Cretenses semper mendaces*, venalis aut nullius fidei homines habentur. Horum locupletissimus testis Siracides: *Opprobrium nequam, ait, in homine mendacium, & in ore indisciplinatum astitit erit.* Diabolus ipsissimus mendacifingulus, impigrum se magistrum discipulis præbet, quibus identidem occidit: Paullo majora canamus, ò mei, paullo graviora fingamus, non in eadem semper classe hærendum: profectus discipuli gaudium magistri. Proficiendum est, & à mendaciunculis ad splendida mendacia, hinc ad insigniora furta promovendum. Hæc magistri ab Erebo institutiones sunt, sic à vitiiis ad vitia transitur. Jam diximus, catenam trahit mendacium, variis vitiorum annulis confertam. Nec errat vetus paræmia: Si mendax est, & fur est; ostende mihi mendacem, & ostendam tibi furem. Inter mendacium & furtum proxima est affinitas. Imò, quod Siracidæ credendum.

Eccli. c. 20. v. 27.

Mendax perdit fidem.

Potior est fur quam astitit vitii mendacis: perditionem ambulo hereditabunt. Infamia certè linguam falsam è vestigio sequitur. Semel mentiris? centies non creditur, licet vera narranti: per omnes Deos juraveris, non creditur. Et sæpe quod plus jurant, minus fidem faciunt semel deprehensi mendaces. An non hoc ingens detrimentum? Germani dicunt: si aurum perdas, gravis jactura est, si famam, gravior; gravissima, si fidem. At revera hanc perdit falliloquus. Et licet aliquanto tempore ficum, quem facit, tegat, quamvis emptores inveniat quibus fimum vendat, nihilominus;

Diu latere non queunt mendacia.

Veritas quandoque diu premitur, nequit tamen opprimi; resurgit demum validior. At verò mendacis cani-

tiem induere difficillimum: neque enim vox diutius fallit, quam donec illuceat: Ita

Implicatur, explicari dum sudet mendacium:

Quantò magis se ornat, tantò est deformius,

Quantò magis sese oculis, magis patet:

Perlucet omne si inspicis mendacium.

Inter Corvum & Acanthem discrimen maximum est: & licet has aves non videas, nosces fatis, modò audias, & illum crocitantem, & istam suavissimè modulantem: Mendax etiam albis se plumis jactitet, à cantu tamen noscitur, cum corvo crocitat. *A mendace quid verum dicatur?* quærit Siracides. Maxima differentia est, inter bombycem & araneam, quamvis utrumque animalculum textorem agat, & fila ducat tenuissima; nihilominus si mille jungantur araneæ, nunquam tamen panniculum texent tergendis naribus, aut oculis velandis. Idem veritatem inter & falsidicum discrimen est: falsidicum filum quidem quam potest subtilissimum ducit; sed inspicere, aranearum textura est, nullius usus, vetustatem fallit; at Veritas durabilis, immortalis est. *Labium veritatis firmum erit in perpetuum, qui autem testis est repentinus, concinnat linguam mendacii.* Nemini est sub aquis diu spirare, nec sub mendacis diu incolumen latere. Paries curvus dealbari potest, erigi aut emendari non potest, nisi dejectus: Ita mendacium se ipso proditur, atque ut solex è suis interoscitur sibilis.

Narrat Valerianus Alcathum Pelopis filium ob Chryssippi cædem in exilium actum, peregrè profectum ut alibi verso solo degeret: accidisse verò ut leoni, qui Megara vastarat, obvius, belluam non tantum invaserit, sed & confecerit, & extractam belluæ linguam in aram posuerit, velut superis gratias ageret de tam nobili spolio. Interim apud Megarenium regem Thrasones aliquot, leonem à se debellatum gloriabantur. Alcathus elinguem feram ostendens recentis mendacii eos redarguit. En quam debile ac infirmum sit mendacium, unico ictu sternitur, æternum post se dedecus trahens. At Veritas linguam habet ferream: sic eam veteres, Pindaro teste, pingebant & in laxo quadrato statuebant: in globo collocabant Mendacium inconstantia & volubilitate suâ periturum. Neque enim (Salomonis oraculo) *inveniet fraudulentus lucrum.*

Planus, ut ferunt, è fraude & mendacio compositus, sapius se cadere, & fracto crure procumbere humi simulavit; nec defuerunt, qui accurrerent opitulaturi, quos ille sanis pedibus largissimè irridebat. Tandem è joco res nata, & crus non sic è fregit. Hic ille auxiliares manus implorare & per omnes Deos opem poscere. At pro se quisque hoc unum respondebat: Tollat te, qui non novit te. Hæc emolumenta sunt mendacii: Novimus hominem, ajunt, fidat illi qui non novit illum, vir verborum est; at ubi multa verba, multa sunt mendacia; os illius molendinum est vix unquam quietum, sed crassam molit farinam, mentiri vix erubescit, & quidquid dicit, historiam vult censerit: Deos absentes testes facit. Quoddam si opus, decem figmenta uno spirat halitu; stans pede in uno sexcenta cudit mendacia. Hæc hominum mendacium sunt elogia, hæc illos fama comitatur.

§. IV.

Tertium Nocumentum: Mendacia maximarum injuriarum causæ sunt. Quotidiana elamat experientia.

Plurimos læsere, pessum imò dederunt mendacia.

Mendacium plurimos & in cædes & in gravissimas quasque injurias inferendas impulit, attestante memoria omnium: audite tragicos eventus officiosi ac levis mendacii. Cum Theodosius Imperator, die tribus Regibus sacro ad templum cum solenni comitatu progrediretur, homo peregrinus ac tenuis fortunæ pomum Phrygium inusitata magnitudinis donum obtulit. Imperator

Differentia inter veracem & falsidicum.

Prov. c. 12. v. 19.

Prov. c. 12. v. 27.

3. Sicut causæ maximarum injuriarum.

Enit. Insist. Matt. Fader. in aula sancti Theodosii c. 16. In festis Lipsiæ in Mentis. p. 12. c. 1.

perator cum proceribus pomi generosi molem admiratus, pauperi centum quinquaginta aureos pro dono reposuit, & pomum Eudociæ Augustæ conjugii misit. Accepit illa, & nihil sequius cogitans, idem mox Paullino misit, facundo & erudito viro, qui propter excellentem cum eruditionem tum virtutem Eudociæ charus fuerat. Paullinus tunc à pedibus ager, & ignarus pomum ab Augusto ad Augustam missum, iterum illud Imperatori, ut rarum acregium munus, simul obsequii sui signum offerri curat; Theodosius mirari, & primum ambigere; mox agnoscere, sed factum in deterius referre, ac pessimè suspicari. Atque ita propter ad uxorem veniens, malum, quod clam servari iusserat, ab eâ reperit antea donatum. Eudocia facti totius ignara, juvenititer, & ut putabat officiosè mentitur, se illud jam comeditisse. Verebatur scilicet ne si Paullinum nominaret, Imperator alia suspicaretur. Sed iterum interrogata serio diceret, an pomum comeditisset? Illa denuo affirmat, atque adeo jurat. Theodosius gravissimè offensus, & conjugem mendacii arguens, pomum offerri jubet. Nec satis de amore occulto & improbo suspicatus Paullinum imperat occidi, Eudociam abdicat, & relegat. Nam suspensionem antea conceptam valde auxerat mendacium. En florentissimi conjugii illætabile dissidium, en innocentissimi viri lamentabile homicidium à mendacio profectum! O Eudocia, ô Imperatrix Augusta, quantum fecisses rectius, si quod res fuit, sincerè fassa, veritatem mendacio non celasses? tibi certè tui conjugis amorem, Paullino servasses vitam. Tanti refert vel officioso solum mendaciolo comprimere Verum. Ergo Basilus Imperator optimè monens filium: Maximi pendito, inquit, & veracem te esse in sermone, & veraces homines in familiaritatem admittere: ita enim firmus, & constans in omnibus & factis & dictis æstimaberis, & veram ac non suspectam tuorum erga te benevolentiam retinebis: si autem in vanitatis & mendacitatis suspitionem veneris, indigna facere imperatoriâ maiestate, quâ auctus es, convinceris; efficietque ut subiecti semper formidolosi, rerumque omnium incerti & titubantes vacillent. Quantum enim Veritatis oratio amabilem hominem reddit, tantum mendacii deprehensa, aut etiam suspecta, odiosum qui eâ utitur, facit.

Vel timet, vel egemus, qui utitur mendacio.

Sapienter & verè Basilus: *Vix ulla est injuria, cui non mixta sint mendacia.* Nec malè dixit Epænetus: *Omnium injuriarum causa sunt homines mendaces.* Quòd si faciendâ valeat os mendax, ingens nocumentum infert pluribus, & re verâ

Vase in auro venenum, est eloquens mendacium.

Jam quot orbe toto cædes, una hæc vocola, MENTIRIS, edidit? Prò humanas infanias! Cum mendacii plena sint omnia, audire nolumus quod facimus; erubescimus mendaces dici, cum sumus; ridendo rem patramus, sed nomen vindicamus ferro. Facere non pudet, dici pudet. Et cum gloriemur, si cujus candori & simplicitati mendacii illulimus, ad vindictam decurrimus, si quis, quo gloriamur, *Mentiri* nos dicat. Laus nimirum à mendacio, vindicta à ferro est. Bis stolidi, factis & ultione. Laudem è rebus captamus, in nomina ferrum stringimus. Quid Orbe toto stolidius, laudari velle de æmulo per mendacium everso, nolle tamen audire monitricem hanc vocem *Mentiris*? Num quod audire pudet, facere pro decoro est? Olim crimen apud Judæos capite lendum erat, sancta sanctorum ingressum fuisse: nunc cum laudi detur mendacii adyta, non per superficiem, sed totâ, ut dici solet, animâ ingressum; dixisse tamen perditionis quoddam crimen est, solo ferro, solo sanguine vindicandum. Ullane major fatuitas sit? cadere non dolemus, sed si quis dixerit, *Cecidisti*, ut crimen læsæ Majestatis insequimur. O fatue quid de mendacio complacites tibi, quod ferro vindicas? te damna, in te sævi, cri-

men tuum est. Cur esse vis quod dici non vis? Ecquid commeruit qui vera dixit, qui scapham scapham, lignonem lignonem appellavit: quid quæso criminis quod nigrum est, nigrum vocare, quod amarum est, amarum appellare? vis dicatur nigrum album, amarum dulce, falsum verum? Ita mentiendi licentia susque deque verit omnia: hinc injuriæ, hinc cædes. Quid igitur in hac seculi nostri insolentiâ faciendum? silentio, & dissimulatione opus: hæc taciturnitas pro clypeo sit. Nam cum loqui ferrum provocet, silere propugnaculum erit.

§. V.

Quartum nocumentum, Omnis mali compendium est; excludit cælo, detrudit Orco Mendacium. Joannes Domini oculus, Apostolorum charissimus, Mendaces inter homicidas, scortatores, idololatrias, veneficos numerans, horribilem in eos sententiam pronuntiat in hunc modum: *Timidis autem & incredulis, & execratis, homicidis & fornicatoribus & veneficis, & idololatriis & omnibus mēlacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda.* Et hic ipse Numinis præco fatale decretum confirmans: *Non intrabit in eam, inquit, aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens, & Mendacium.* En ex omni vitiorum numero, ex omni flagitiorum inquinatissimâ turbâ, Mendacium solum nominatum cælo excludit: perinde si dicat: Deus qui ipsa est veritas, nihil minùs in regno suo tolerat quam quod semper Veritati adversatur Mendacium. Sed & regius Psaltes vociferatur: *Filii alieni meriti sunt mihi, filii alieni veterati sunt, & claudicaverunt à semitibus suis.* Mendaces re-
4. Omnis mali compendium est.
Apo. c. 21. v. 8.
Ibid. v. ult.
Psal. 17. v. 46.
Mendaces sunt alieni à veritate & à Dei regno.
Psal. 4. v. 3.
Greg. 1. 18. mor. cap. 4. inii.

CAPVT XXXVII.

Que soleant tuendis mendaciis objici & quâ ratione MENDACIUM crebrius puniunt.

Annis superioribus in lucem liber prodit, frontem ita inscriptus: De linguâ, qua maximum est morborum acutorum signum; opus in re medicâ novi argumenti: auctore Protheo Casulano Senensi. Ergo vix aliunde morbi certius præferri acutiores, & qui majore dolore infestant, dignoscuntur quam linguâ. Sanum corpus, si lingua sit sana. Nec multo aliter de moribus sentiendum: corrupti sermones, corrupta mens: castus animus, casta verba; in verecundas cogitationes oratio aperit inverecunda. Ita lingua latentium morborum index certissimus. Hic autem morbum agnovisse, pars magna sanitatis est, & inter remedia præstantissima numerandum, scite se ægotare. Exemplo mendacii, quod explicare instituimus, res magis patefiet. Ubi mendax lingua, ibi morborum species non una delitescit. Nec malum erit enthymema; si mendax est, ergo & infidus, & audax, & temerarius, & fraudulentus, ergo & fur erit. Hos morbos hæc lingua prodit. Mendacium complurium morborum aut inquitum est, aut certè argumentum. Nihilominus sunt qui huic oris vitio nequissimo patrocinentur, qui excusent, qui defendant. Hos mendacii patrones jam audiemus, quàmque egregis rationibus pro mendacio interveniant: sed & unâ declarabimus, quo supplicio sæpius sit affectum Mendacium.

M m m 2

§. I. Primo

§. I.

Primò ajunt mendaciorum patroni, fabellas spargere, levia sunt piacula: Respondemus, neque nos omnia letali censurae subijcere: hoc afferimus; primas ferè deberi, inter leviores noxas, mendaciis, etiam levibus, de ceteris non aliud pronuntiamus, quàm quod divina oracula: *os quod mentitur, occidit animam: Perdes omnes qui loquuntur mendacium.* Hebræi sapientes dicere solebant. *Omni qui falsum testimonium dicit contra proximum suum, dignus est ut canibus projiciatur.*

Sap. cap. 1. v. 11. 1. sal. 5. v. 7.

Plautus Mostell. act. 2. scen. 1. vers. 135.

Calidum hercul. astivi eff. optimam mendacium.

An Abraham conjugem suam forem dicēs peccaverit. Aug. lib. de mend. c. 10.

Idem lib. contra mend. c. 10.

Veritas potest aliquid quando celari.

Mentientium signa.

Sed quid dicemus, ajunt, de jocosis & officiosis mendaciis, quorum illa sunt ad alios exhilarandos, ista etiam ad advandos: illa sæpè plurimum venustatis & lætitiæ, hæc utilitatis plurimum & adjumenti habent. Ut si quis bellii dux copias suas dejectis esse animis videat, & ob id confictio mendacio dicat adventare socios, eaque ratione animum addat militi; an non officiosum hoc mendacium esse utilissimum censebitur? Si quis charissimum sibi hominem pharmaco egentem, sed ab illo abhorrentem ita decipiat, ut pharmacum cibo misceat, & hunc mendacio condiat, dicatque edulium ab omni suspensâ mixturâ purissimum esse; an non & ille officiosè mentiendo, alteri prodesse plurimum judicandus? Nec desunt tam perfricti oris homines, qui audeant dicere: *Mendacium calidum; mendacium optimum est.* O vani & fatui! nec calidum, nec frigidum, nec joculosum mendacium, nec officiosum ullo Honesti pallio satis tegetur. Possimus etiam furando prodesse, præsertim si egenus, cui furtum donatur, sentit commodum; & opulentus, cui aliquid auferitur, incommodum non sentit. Sed nunquid ideo tale furtum, poterit non esse peccatum? eadè est ratio mendacii quod prodesse creditur: Hoc enim licet plurimis prodesset, mentiri tamen nunquam non obest. Mendacium omne peccatum est. Sed amplius objiciunt; An non & Abraham conjugem Saram, suam esse sororem dixit? An non Pharaoni fucum fecerunt obstetrices Ægyptiæ? Hic Augustinum pro me respondentem audite: *Quando nobis, inquit, de scripturis sacris mentiendo proponuntur exempla, aut mendacia non sunt, sed putantur esse, dum non intelliguntur; aut si mendacia sunt, imitanda non sunt, quia justa esse non possunt. Vnde obstetricibus his, & Rahab meretrici benefecit Deus, non quia mentita, sed quia misericordes fuerunt in homines Dei. Ita Deus uno tempore in una causa vidit factum misericordis, & factum fallacia; bonum remanuerat, & propter hoc bonum, malum illud ignoravit. Iacob quod matrem fecit auctore, ut patrem fallere videretur, si diligenter & fideliter attendatur, non est mendacium, sed mysterium. In figuris enim, quod velut mendacium dicitur, bene intellectum verum invenitur.*

Tertio, num ergo, inquit, veritatem quandoque celare non licet? Licet quandoque; aliud est autem mentiri, aliud est verum occultare; aliud est falsum dicere, aliud est verum tacere: Hoc rarò nec nisi certâ lege permissum, illud nunquam. Profectò veritatem vel letegere, signum est volentis fallere; atque ut hi forices suis capiantur indicis, hæc ferè signa sunt mentientium.

Hærare, balbutire, obscurè loqui, titubare, colorem ducere, vultu sibi non constare, anxie dicta comere ac polire, crebris exaggerationibus uti; de longinquis, de vetustis nescio quæ grandia commemorare, ipsâ subinde trepidatione aut inconstantia dicendi se prodere, longis ac variis verborum ambagibus dicenda involvere, plurima miscere, & sermonis tumultu confundere, hoc demum agere, ne veritas ex toto in conspectum veniat. His indicis hi forices produntur & pereunt. Et in eos quidem qui veritatem tot adficiis involucris obnubunt, graviter commotus Augustinus: *Quisquis, inquit, veritatem occultat, iram Dei super se provocat, quia magis hominem timet quàm Deum. Uterque reus est, & qui verita-*

tem abscondit (audite Regum, principumque consiliarii) & qui mendacium dicit; quia & ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat.

§. II.

Sed quartò dicunt qui mendaciis patrocinantur. *U* Mentiri, ut iuriam alicuius caveamus, aut etiam ne periculù incurramus, vel damnum faciamus, modeste aliquid fingimus, quod ipsa sæpe verecundia & pudor persuadent; quid hoc demum tanti? O miseri & cæci! alterius iram attenditis, & conscientiam vestram non attenditis; damnum meruitis, & peccatum non formidatis; sic obolum aestimatis, & florenum perditis; foramen unum obstruitis, & grandius detegitis; verecundiæ consulitis, & conscientiam calcatis, humanam reprehensionem evaditis, & divinam in vos iram concitatis: quantò fatius esset vera dicere, errorem fateri, culpam si qua est deprecari, quàm mentiri, nec tamen malo mederi. Hic iterum vobis Augustinum ingero, qui nos adeò ab omni mendacio vult esse alienos, ut potius mori malimus, quàm mentiri: nam qui ideo mentitur ut vivat, moritur antequam moriatur. Ipsa integrè admetior Augustini verba: *Quis, inquit, observat vanitatem? qui timendo mori, moritur. Tu mendo enim mori mentitur, & moritur antequam moriatur, qui ideo mentiebatur ut viveret. Mentiri vis ne moriaris, & mentiris & moreris: & cum vitas unam mortem quam disserere poteris, auferre non poteris, incidis in duas, ut prius in animâ, postea in corpore moriaris. Vnde hoc, nisi observando vanitatem? Ergo generosus animus cum mori sciat, mentiri nesciat. Et fuerunt sanè quibus longè suavius visum est mori, quàm mentiri. Rem mirissimam narrat Hieronymus de muliere septies iëta. Hæc adulterii falsò accusata, cum jam in equuleo torqueretur, sexu suo fortior, oculis quos à tortore liberos habuit, cælum suspexit, & fluentibus per ora lacrymis: Tu, inquit, Domine Jesu, cui occultum nihil est, qui corda scrutaris & renes, tu testis es non ideo me negare velle, ne peream, sed ideo mentiri nolle ne peccem. Aderat simul juvenis, qui falsò de eodem scelere accusatus, & illum & se teum mentiebatur, ut tormenta effugeret. Illa hunc allocuta: At tu homo miser, ait, si petire festinas, cur duos interimis innocentes? Equidem & ego mori cupio, sed non ut adultera: cedo jugulum, impavida ferrum excipio, meam ramentam innocentiam mecum feram. Cum verò Judex tormenta geminari juberet, una interim illius vox erat: Cæde, ure, lacera; non feci. Si dictis fides tollitur, veniet dies, quæ hoc crimen sine fraude disciet. Sed juvenis miserimus in exitium suum mentitus, capite plexus est. Caput mulieris tangi quidem potuit, detruncari non potuit, ne septies quidem à diversis carnificibus repetito iëtu. Ita tandem libertate à Cæsare donata, & sanitati restituta est. Mori scivit hæc virago, mentiri nesciit. Omni morte deterius, mendacio commaculati.*

§. III.

Objiciunt quintò præsertim mercatores, propolæ, caupones: Revera si non mentiremur, fame necaremur, imò & jurare & nonnunquam pejerare oportet eum qui merces tractat; hæc sacra aliter non constât. Sed hoc ipsum, ô viri, frigidissimum est mendacium, merces vix ulla extrudi posse nisi mendacio vestitas. Multo faciliores essent emptores, si candidè pretium indicari scirent, jam verò nec jurantibus quidem credunt, sapere docti non unâ solùm experientiâ. Illud Jobi plurimis ex asse convenit, quos non tam mercatores, quàm fabricatores mendacii par esset appellare: qui dolent damnum pecuniæ, non dolent damnum justitiæ. *Posito, inquit Augustinus, in angustiis aut damno pecuniæ, aut damno in justitiâ, dicitur tibi, perde potius pecuniam, ne perdas justitiam. Tu autem cui non dulcis est in ore justitiâ, contristatus celsis, ali-*

quando magis amittere aliquid de justitiâ, quàm vel numum de pecuniâ.

pecuniâ, & percutit te damno graviore, implens sacellum tuum: & exinaniens cor tuum.

Cassianus
lib. 3. mirum.
cap. 37.

Vetus & fide dignus scriptor commemorat, duos civitates Colonienſes ob mendacium & perjuriũ, à ſuo Curione acruſ reprobentis. Horum alter; Domine, inquit; mercaturam facturus; & mentiri ſciat necesse eſt & jurare: hæc noſtra eſt Rhetorica; ſi abſq; hæc eſſet, fame periremus. At enim, inquit Curio; hoc grande nefas eſt, divinã lege vetitum: Ad quã illi. Quis mercatorum, ajunt; hæc legem ſervet? Qui juſticiam, inquit ſacerdos; & cælum amat: Neque hæc expenſis illis opus eſt; ab unico VELLE pendunt hæc omnia: Et obſecro conſilium meum ſequi nẽ pigeat, & aliquantũ ſaltem tempore ſine mendacijs & juramentis præteritum mercibus veſtris ſtatuite, & miros rerum veſtrarum ſucceſſus habebitis. Promittunt ejuſte experimentum ſumpturos uno anno. Sed malè res cedere videbatur, emptoribus ad alios deſluentibus, quod Deus diabolo licere, permisit. Anno igitur exacto redeunt, & ſortem improſeram queruntur. Quos ad conſtantiam ſacerdos animans: Quare dubitatis, inquit, modicæ fidei? hæc vaſtamenta ſunt diaboli non in longinquum itura: conſtet ſibi veſter animus; fugite iniquitatem, & non erit quod metuatis paupertatem; Deus benedicet conatibus veſtris. Ita denovo promiſerunt mendacijs & juramentis abſtinere omni vitã, etiam ſi ad mendicitatem detruderentur. Promiſſis ſteſerunt, & è verbis fecerunt facta ſucceſſu jam lætiſſimo. Nam mirè ab omnibus frequentari cœperunt, & brevi, quod ipſi mirabantur, rem auxerunt honeſtiſſimis rationibus. Tanti fuit non velle diſcedere mendacijs. Volatilis opulencia eſt quæ rationibus creſcit inhoneſtiſ.

Obſequit ſexto, Equiſ ad eod ipſe ſibi ſit inimicus, ut grande commodum figmento non grandi comparandum reſpua? Xiphilinus narat, Liviam Auguſti Imperatoris conjugem Numerio Attico viginti quinque myriadas drachmarum, hoc eſt, viginti quinque millia coronatorum promiſiſſe, modò juraret, viſum à ſe Auguſtum Cæſarem deſunctum aſcendere in cælum. Quis hic tam ferreus ſit, ut fingere ſolit, cum tot argenteæ offeruntur linguæ? Quid ſi ajunt, gratia omniſque favor ſi amittendus, ni mentiaris? ſi detrimentum ingens ſeu proprium ſeu alienum urgeat? vellems eſſe amici veritatis, ſed ſine diſpendio rei familiaris. O plumbea capitali d caudices, non homines! tam nihil capitis, ut nec ſanctiſſimorum virorum auctoritas, nec ratio ulla, nec ullæ ſacrorum voluminum minæ à mentiendi licentiã vos abducant. Auguſtinum non audiviſ? qui moriendum potiùs quàm mentiendum aſſerit. Sed Auguſtinum reduco, qui veſtris vos armis jugulat, nam velut unus è vobis: Si quis, inquit, ad te conſugiat, qui mendacio tuo poſſit mori liberari, non es mentiturus: ſi aliquis egrotus interroget, quod ei ſcire non expedit, qui etiam poſſit te non reſpondente graviùs affligi: audebiſne aut verum dicere in perniciem hominis, aut ſilere potiùs quàm honeſto & miſericordiã mendacio valetudini ejus opitulari? Exempli cauſa: Gravi morbo periclitatur egrotus, cujus jam vires ferre non poſſint, ſi ei mortuus unicus & chariſſimus filius nuntietur: Si à te quaerit, an vivat, quem vitam finiſſe tu noſti, quid reſpondebis, quando quidquid aliud dixeris præter unum de tribus; aut mortuus eſt, aut vivit, aut neſcio, nihil aliud credit ille quàm mortuum: quod te intelligit timere dicere, & nolle mentiri? Tantundem valet, etiam ſi omni modo tacueris. Ex illis autem duo falſa ſunt. Vivit, & Neſcio, nec abs te dici poſſunt niſi mentiendi. Illud autem unum verum, id eſt, mortuum eſſe, ſi dixeris, & perturbati hominis mors fuerit ſubſeuta, abs te occiſus clamabitur. Huic quaſtionem idem etiam Auguſtinus reſpondens: Quis ferat, inquit, homines exaggerantes, quantum ſit mali ſalubre mendacium devitari, & homicidam diligere veritatem? Quid quod vite hujus tales amatores ſunt, ut eam non dubitent præ-

Tom. I.

A ponere veritati, ne homo moriatur, imò ut homo quandoque moriturus, aliquantò ſerius moriatur, non tantum mentiri, ſed etiam pejerare nos volunt: His atque talibus copioſiſſimè ſe arbitrantur urgere, ut ſi conſulendi cauſa exigit, aliquando mentiamur. Contra illi quibus placet nunquam ſic mentiendum, multò fortiùs agunt, urentes primò auctoritate divinã, quoniam in ipſo decalogo ſcriptum eſt: Falſum teſtimonium ne dicas; quo loquendi genere Lex divina cõplectitur omne mendacium. Sed ne aliquis contendat, non omne mendacium, falſum teſtimonium eſſe appellandum, quid dicturus eſt ad id quod ſcriptum eſt: Os quod mentitur, occidit animam. Quod ne quis arbitretur, exceptis aliquibus mentientibus poſſe intelligi, aliò loco legat. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Un- de ore ſuo ipſe Dominus ſic inquit: Sit in ore veſtro, eſt; Matt. cap. 5. Non, non; quod autem amplius eſt, à malo eſt. Hinc & Apo- ſtolus, cum exuendum veterem hominem præciperet, quo nomine omnia peccata intelliguntur, conſequenter ait, in primis ponens: Quapropter deponentes mendacium loquimini veritatem. Non eſt ergo verum, aliquando eſſe mentiendum. Ita Auguſtinus ſentit. Quid hoc tam multiplici teſtimonio illuſtrius, quid gravius dici poteſt? In ſaxum obrigit, qui hæc non audit, aut ſpernit. Et quid obſecro humanos favores tantopere ambitis, & negligitis divinos? Erit lanè tempus cum humana gratia non juvabit, & aberit divina; utraq; miſerè ſpoliati quò ibitis? Meliora docens Siracides: Homo ſenſatus, inquit, credit legi Dei, & lex illi fidelis. Utcunq; res cadant, nunquam deſerenda eſt veritas. Quanti vitantur cineres, in prius delapſi? quanti fugerunt fumum, & inciderunt in ignem? ita plurimi ne cogantur erubere, audeñt fingere; & quia horrent puderi, eligunt mentiri; ſed revera dum Charybdim evitant, incidunt in Scyllam, & dum minus declinant, in longè gravius damnum incur- runt. Dominus ſolus ſufficit ſuſtinentibus ſe in viã veritatis & juſtitiã, nam lex ejus veritas. Neque ullus putet mendacio eam aſſui poſſe honeſtatem, ut licitum dicatur. Ab Auguſtini calamo res certa eſt: Cum opera ipſa, inquit, peccata ſunt, quis eſt, qui dicat cauſis bonis eſſe faciendã, ut vel peccata non ſint, vel quod eſt abſurdius, juſta peccata ſint. Si hanc probaremus theologiam, tandem caſta adulteria, juſta furta, inculcata homicidia, venena permiſſa erupit, ſi licita ſint ulla mendacia. Itaque peccatum eſt omne mendacium.

§. I V.

Vltimum quod hac de re propoſuimus explicandum, eſt pœna mendacii diverſa. Apud Indos, Philoſtrato teſte, mos obtinuit, ut ſi quis deprehenſus vel ſemel in mendacio fuiſſet, ignominia notaretur, & magiſtratu moveretur, quod communem hominum ſocietatem mentiendi fraudateſſet.

Apud veteres Francos & Suevos cogebatur mendax canem, impudentiæ ſymbolum, in humeros ſublaturum circumferre. Hæc mitia & humana ſunt ſupplicia: Deus aliter punit, ſeverior longè ſententia in mendaces ex alto dicitur. Curia cœleſtis unicum, leve, & nemini noxium mendacium ſubitã morte vindicat. Ananias & Sapphira Chriſtiani conjuges interrogati ab Apoſtolorum Principe, num tanti agrum ſuum vendidiſſent, quanti alatum pretium eſſet, cum ſolas illas vuculas duas reſpondiſſent, Etiam, tanti, nece repentinã velut fulmine taçti, corruerunt ambo. Hem! mendacium unicum nec ulli exitioſum, capite & vitã luere? Poterant illi retinere ſua, nulla eos lex cogebat in alienum ærarium facultates omnes inferre, ſed quia videri volebant, omnia ſua dediſſe, ſubitò ſunt extincti. Hinc optimè Job apud animum ſuum decernens: Quia donec ſuper eſt habitus in me, inquit, Job cap. 27. & ſpiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium.

Mendiculi duo, quod Nicephorus commemorat, tam à centonibus quàm à conſutis mendacijs divites,

M m m 3

Epiph.

Pœna Mendacii diverſa. Philoſt. de Apollonio lib. 2. c. 12.

Aſt. cap. 5. v. 1. & ſeq. ad 11.

Job cap. 27. v. 3. & 4.

Epiphanium Anistitem tranſitorem in via obſervaverunt, & ut ſtipem caperent largiorem, illorum alter officioſe ſe mortuum ſiſit, cumque Epiphanius tranſiret, alter non ſine ſiſtis lætymis querebatur, ob extremam inopiam niſiſit eorum, quæ ſepeliendo deberentur, ſuppetere, Epiphanius vultu ſerio: *Devs*, inquit, ſit illi propitiuſ, atque una pecuniam dans ſenti: Tu, inquit, ſiſtus hoc cœta: hic totuſ ſociuſ non ſurget ampliuſ. Abeas modò, cogitabat vivuſ, nec enim tuâ præſentiâ egemuſ ad pecuniam ex æquo dividendam. Abſit Epiphaniuſ, jamque nemine præſente alter circumſpiciens cuſtoſe, pede ſocium icit, monuitque, ſecuruſ ſurgeret. Neque vox, neque ſenſuſ. Alter iterum alloquitur, atque etiam laudare, quod mortuum tam doctè ex vivo repræſentaret. Necdum alter reſpondere: Tandem iſte: Heuſ tu mortue, inquit, tandem ſiſte, aut nec obolum imperabis e datâ pecuniâ, & ſiſtuſ eadaver utraq; manu concuſſit, tanquam ſiſtuſ diu reſpreſſum excitaturuſ. Sed necdum vox illa, aut illuſ ſenſuſ. Ita reſ nata e joco, patuitque inſerum verè mortuum eſſe. Mox alter actutum præſulem cuttendo inſequi, & ubi ad illum pervenit, hic magiſ quam antea & ſeridè lamentari mendacium fateri, fraudem ex inopiâ conſictam, ſed hanc culpam non ampliuſ unquam repetendam; miſereretur potèd inortui, juberetque præcibuſ reviviſcere. At Epiphaniuſ nec dum mendacio reconciliatuſ: Tu verò, inquit, ſepeli ſocium; Deuſ ſententiam non mutat.

Sup. cap. I.
v. 11.

Suidas voce
Tenedo.

Pſalm. 110.
v. 7.
Ecl. c. 2.
v. 13.
Tob. cap. 3.
v. 2.
Eph. c. 4.
v. 24 &
v. 25.

Chriſtiani
nuſ averſari
debet
auctorem
mendacii:

Ioan. cap. 8.
verſ. 31. &
v. 32.

Et verbo-
rum ſub-
doloſ au-
ſtactuſ.

Affirmant quidem ſacra volumina: *Os quod mentitur, occidit animam.* Mimum animam; at ſubinde corpus cum animâ jugulat. Aded *Devs* acerbè & penituſ odit mendacium.

In inſulâ Tenedo lex olim fuit, quod Suidas memorat, ut ponè judicem cum ſecuri ſtaret carnifex, in hoc paratuſ, ut ſi quuſ falſi teſtimonii, falſæ accuſationiſ, aut cujuſcuque tandem mendacii convictuſ fuiſſet, protinuſ ſecuti feriretur. Hinc vetuſ verbuſ, *Teneduſ ſecuruſ.* Supra noſ judex in alto eſt apud quem nunquam non vigilat ſecuriſ, jam huic, jam illi impingenda: Deuſ vitæ neciſque dominuſ videt auditiſque omnia, nec parceret in veritatem delinquenti. Quod ſi non totieſ ſua mittat fulmina, quotieſ veritaſ conſpuit, certè tarditatem ſupplicii, gravitate compenſat; uluſ procedit ſeruſ, ſed ſeveruſ. Nam, *Opera manuum ejuſ veritaſ, & judicium.* Ipſe protector eſt omnibuſ exquirentibuſ ſe in veritate. Imò omneſ via ejuſ, miſericordia, & veritaſ, & judicium.

§. V.

I Deo Pauluſ tam graviter hortatur: *Induite novum hominem, qui ſecunduſ Deum creatuſ eſt in juſtitiâ, & ſanctitate veritatuſ. Propter quod deponenteſ mendacium, loquimini veritatem unuſquique cum proximo ſuo.* Paulinuſ hoc præceptuſ tam alto pectore combiberunt felicioruſ ævi Chriſtiani, uſ moti maluerunt, quam ſemel mentiri, quod Juſtinuſ Martyr teſtatur. Quapropter quicuque Chriſtiani ſanguiniſ vult cenſeri, extreme averſetur diſcipuluſ eſſe diaboli, qui ſoluſ eſt magiſter, & auctoſ medacii: Nemo ſic lucluſ amet, aut ignominiam metuat, ut animam ſuam mendaciis occidat. *Si voſ, inquit Chriſtuſ, manſerit in ſermonè meo verè diſcipuli mei erit, & cognoveteſ veritatem, & veritaſ liberabit voſ.* Chriſtianoſ igitur omnium eadem vox ſit quæ Luciani: *Mentiri non eſt meum*: quidquid falſi eſt deſteſtor & exector; meſ, lingua, manuſ, oculi veritatem ſpirent. Neque mendacia ſoluſ, ſed etiam affineſ mendaciis amphiboliæ & verboruſ ſubdoliſ anſractuſ cavendi, quibuſ auditoſ nequiter involvitur, ut quid e duobuſ debeat credere, non diſpiciat. Cavendæ ſimiliter reruſ exaggerationeſ, quæ vix unquam ſine mendacio, mendacive ſuſpicionè adhibentur. Unde ſi ut ii qui reſ ſolent aded exaggerare, apud prudenteſ vix ulluſ ſint exiſtimationiſ. Nam coſ plerunque malignior fama inſequitur, nec im-

meritò dici ſolet de tali: *Hic non mentitur quidem, ſed nec dicit verum.* Chriſtianoſ quantum quantum eſt in verba veritatiſ juret: nec totiquiſ anſractuſ aut

Apud Lacedæmonioſ olim legatuſ quidam Chiuſ petoravit, ſed oruſ ac frontuſ parum viriliſ habitudine, facileque apparebat non ſoluſ ad fraudeſ compoſitam orationem, ſed capillitiuſ quoſque tinctuſ ac ſocutatum eſſe. Archidamiuſ præſentiuſ animi vir, & linguæ liberæ: Quid obſecro, ait, credendum cenſerit civieſ? Legato huic, qui in ipſo etiam capite geſtat mendacium capilliſ inſertuſ? In hunc examuſſuſ quadret, quæ in auliſ vulgò jam percrebuit deſinitio: Legatuſ eſt vir bonuſ, peregre miſſuſ, ad mentientiūduſ. Reipublicæ cauſâ. Apage hoſ legatoſ à principum reguſque Chriſtianoſ auliſ: ad Garamantaſ eant hæc moſtra, & pacem vel belluſ mentiantur, juxta erit. Proſaniſſimuſ hoc vulguſ & odit, & areet ſapientiſſimuſ. Regum, qui ſupremo Numini ſupplex: *Duo rogavi te, inquit, ne deneges mihi an-*

regum moriaſ. Vanitatem & verba mendacii longe fac à me.

Cur tam ſtrictuſ ab omni mendacio divortiuſ tam anxie urges, o Reguſ maxime? Quia perſpectuſ habeo, quòd oderit Deuſ falſitatem omniem: *Abominatio Do-*

mino labia mendacia, qui autem fideliter agunt, placent ei. Cum ergo Deuſ tantuſ ſit amatoſ veritatiſ, non poteſt non ei charuſ eſſe, cui chara eſt veritaſ. Aſſiduſ ad hoc exhortator Pauluſ: *Nolite, inquit, mentiri invicem, veritatem autem facienteſ creſcamuſ in illo per omnia, qui eſt caput,*

Chriſtuſ. Eruditione ſimplici, ſed ſalubri & verâ ſic monébant veterèſ: Intemperantia facit homineſ belluam, Mendacium diaboluſ, Veritaſ ſemideum. *Nolite igitur*

mendaceſ eſſe adverſuſ veritatem. Hinc illud Siracidæ ſanctiſſimuſ monituſ animo penituſ aſſigendum: *Ante*

omnia opera verbuſ verax præcedat te. Quæ omnia Hippo-

nentiſ præſulſ teſtimoniū conſignet: Eluceſcit itaque diſ-

cuſſuſ omnibuſ, inquit Auguſtinuſ, niſi niſquam eſſe omnino mentiuſduſ.

ſcripturarum monere, niſi niſquam eſſe omnino mentiuſduſ.

Non enim cujuſquam commoditaſ aut ſaluſ temporalis perſi-

ciendaſ ſidei præferenda eſt. Quiſquieſ autem eſſe aliquod genuſ

mendacii, quòd peccatuſ non ſit, putaverit, decipiet ſeipſuſ tur-

pitè, cum honeſtuſ ſe deceptorè arbitratuſ aliorum. Supremo ac fatali Orbis die, ſubtiliſſima quæque mendacia

ad ſolem deſecta erubeſcent; perdentur omneſ qui locuti ſunt mendaciuſ, triumphabunt omneſ Veritatiſ amatoſ, quos æquiſſimuſ judex regno donabit immortalitè, beato, non finiendò æternuſ.

CAPUT XXXVIII.

Quam variè & quam graviter lingua MORDAX NOCEAT.

I N Occidentiuſ Indiâ piſcoſam eſſe volucrem ferunt, multæ admirationiſ; nomen ei Alcatraz. Hæc prominente roſtro notiſſima incoluſ, pluſ cinereuſ croceuſque mixtuſ habet, roſtruſ ei duorum palmorum eſt, & ave pæne totâ longiuſ, ſimul etiam acutiſſimuſ. Lingua eſt quæ congruo nomine *Mordax* dicitur, non abſimiliſ Indiæ huic avi Alcatraz, ſi quidem, non tantuſ roſtratoſ impetuſ habet, ſed pæne tota roſtruſ eſt, ad inſigendos moruſ aptiſſimuſ.

Hanc *Mordaxem* linguam ſeu illa dentibuſ armata ſit, ſeu roſtro, animuſ eſt proſequi, ſed brevi diſſertatione.

§. I.

E Viſtathiuſ interpreſ Homeri, Cypriuſ eam fuiſſe legem aſſeruit, ut ſi porcuſ alienaſ ſegeteſ deſpaceretur & vaſtaret, fundi poſſeſſor, dentieſ ei truncare licitè poſſet. Lingua *Mordax* tam frequenter in alienoſ agroſ excurrit, & obvia quæque dentibuſ vaſtat, ut optandum proſuſ Lex illa Cypria reviviſcat, de noxiæ feræ truncandiſ dentibuſ. Jure merito exclamem: O Lingua offibuſ

ossibus cares; sed ossa comminuis! O Lingua Mordax quam tibi dentes sunt acuti, qui vel ossa ad ipsas usque medullas penetrant! Queritur Hebræus Pfaltes: *Torâ die cogitavit iniquitatis lingua tua: sicut novacula acuta fecisti dolum.* Ecce ut officium mentis tribuit linguæ? nunquid & lingua cogitat, & intelletus vicem fungitur? Acute & sapienter dictum, *Cogitavit.* Etenim lingua Mordax tam esse solet celer, quam ferè ipsa intelligentia: quid velocius cogitatione non minus velox est linguæ morsus, vix alter os pandit, & jam morsum sentit ab altero. Sed hæc divinæ vindictæ trutinâ est æquissima, ut qui alteri dentes suos dat gustandos, etiam alterius guster, ut qui mordedit, mordeatur. Id luculenter Abacuc prædicens: *Nunquid non repente,* inquit, *consurgent qui mordeant te, & suscitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eorum.* Sionis Rex David mordacitati huic curandæ remedium dicit, quale nec Esculapius, nec Avicenna, nec Galenus, nec ullus Hippocrates, sed nec Apollo ipse suggesserit: *Quid detur tibi, ait, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?* Velut medicus loquitur, qui agrori linguam inspicit, num ea sit adusta, num scabra, num lentore glutinosa, & ex his signis pronuntians: *Quid ergo detur tibi, aut quid apponatur tibi? Sagitta parentis acuta.* Hoc cogita, hoc frequenti meditatione versa: si tu mordacem linguam tuam non coercueris, aliorum pariter in te linguas sagittarum instar acuendas, his jaculis configeris, ut quod tu aliis feceris, hoc ab aliis & ipse tibi experiaris fieri. Talibus sagittis Deus rebellem contumaciam sternit. Mordeantur, qui alios morsibus appetiverint. Neque unquam deerunt, quibus ut instrumentis utatur Deus. Rex David hos morsus sentiens: *Acuerunt,* inquit, *linguam suam sicut serpentes. Dentes eorum arma & sagittæ: & lingua eorum gladius acutus.* Ferro & chalybe conflata sunt verba illorum, si molem spectes; si celeritatem, jaculorum alas præverrunt. In regiâ Saulis aula hoc ipsum expertus est David, cujus fama complurium dentibus, Doëgi præfertim, sceddè lacerabatur. Sed nec suammè conjugem Micholem in se mitiorem habuit. Hæc femina dentes aprugnos marito regio infixit, nec tamen aliud sibi sumpsit convellendum, quam magnam in Deum pietatem.

Audite mordacissimum os: *Quam,* inquit, *gloriosus fuit hodie Rex Israël discooperiens se ante ancillas servorum suorum, & nudatus est, quasi nudetur unus de sarris.* Quid quæso potuisset acerbius dici aut mordacius? Compendium hic habes irrisus, calumnia, sarcasmi, scommatis, morsus. Neque tamen Rex David hic dentibus caruit, sed planè modestis, & qui defenderent potius, quam læderent. *Vivit Dominus,* inquit, *quia ludam ante Dominum, qui elegit me potius quam patrem tuum, & quam omnem domum ejus (hoc habe mea Michol) & ero humilis in oculis meis; & cum ancillis, de quibus locuta es, gloriosior apparebo. Qui venari vult apros, canes alæ committat necesse est; qui certare vult dentibus, dentes sentiet, & morsus morsibus fideliter repensos.*

§. II.

Germanis ridiculum, ut videtur, imprecandi genus est, sed opinione gravius. Solent illi joco, ut verba sunt, imprecari: Ut te musculus commordeat. Malit quis morderi à Leone, ut vel honesto vulnere insigniatur, velut morte gloriosâ occumbat. Musculi morsus infamis est. Lactantius egregiè docet, quo artificio Deus in ore humano fornicem struxerit: Sub hoc molli fornice, sub hac camerâ, palati linguâ, velut musculus cavo abditus later. Et quamvis dentes, ossæ cataraçta porta, sit objecta, & quamvis labia, ostium coriaceum sit oppansum, quod nec aura quidem penetrat: hæc tamen quandoque omnia frustra sunt. Subitò musculus ille profilit, & celerrimè morder. Quo nequissimos canes imitatur, qui per blandimenta accedunt, & dentibus repente invadunt. Sed nequam ille musculus, non pedes tantum, ut

plerumque canes, sed digitos, aures, oculos; crumenam & quidquid hominis est, admorder. Etenim lingua Mordax; modò istius suspectas opes, illius modò ridiculam paupertatem, modò hujus infancundam balburientem, jam alterius incultos mores, jam quorundam supervacuas curas, jam aliorum (cum alia non potest) distorruiti os morder. Raras habet ferias lingua his morsibus assueta.

Proponit Tullius anigma, quod quinque omnino litteris constat, tripli LLL. & gemmis MM. Jurgium erat inter duos; quorum iste, Memmius, ille Largius audiebat. Demum ut verbis pondus accederet, etiam dentes strinxerunt: præcipuè Memmius, qui ut canem commodius ageret; hominem exiit, & brachium Largii sceddè corripit. Hinc natum illud:

Lacerat lacertum Largii, mordax Memmius.

Hoc equidem verè morderè est, non denitatis solum dictis configere, sed ipsos etiam dentes adungere. Utrumque barbarum, utrumque inhumanum, alterum etiam caninum est. Hic Paulus severè minatur, atque: *Si invicem,* inquit, *mordetis & comeditis, videte ne ab invicem consumamini.* Si descendant in certamen duo pugnaçes, jurgiosi, duo detractores aut lividi, & comedere & mordebunt invicem: videant ergo ne ab invicem consumantur.

Profectò mordax lingua non rarò cadium causa extitit. Heidelbergæ ante annos complures convivia socialiter institutum, convivæ salibus etiam ac faceribus condierunt. Fuit inter hos conviva mordacior quam faceris. Hic Paulus severè minatur, atque: *Si invicem,* inquit, *mordetis & comeditis, videte ne ab invicem consumamini.* Si descendant in certamen duo pugnaçes, jurgiosi, duo detractores aut lividi, & comedere & mordebunt invicem: videant ergo ne ab invicem consumantur.

Profectò mordax lingua non rarò cadium causa extitit. Heidelbergæ ante annos complures convivia socialiter institutum, convivæ salibus etiam ac faceribus condierunt. Fuit inter hos conviva mordacior quam faceris. Hic Paulus severè minatur, atque: *Si invicem,* inquit, *mordetis & comeditis, videte ne ab invicem consumamini.* Si descendant in certamen duo pugnaçes, jurgiosi, duo detractores aut lividi, & comedere & mordebunt invicem: videant ergo ne ab invicem consumantur.

Profectò mordax lingua non rarò cadium causa extitit. Heidelbergæ ante annos complures convivia socialiter institutum, convivæ salibus etiam ac faceribus condierunt. Fuit inter hos conviva mordacior quam faceris. Hic Paulus severè minatur, atque: *Si invicem,* inquit, *mordetis & comeditis, videte ne ab invicem consumamini.* Si descendant in certamen duo pugnaçes, jurgiosi, duo detractores aut lividi, & comedere & mordebunt invicem: videant ergo ne ab invicem consumantur.

Fuit ut in conclavi aliquot principes Germaniæ Maximilianum II. Imperatorem brevè proditurum expectarent. Sermones varii, & ferè, ut solet, de bellis & rebus exterorum. Hic unus principum, juvena exultans, facetias spargere, nec gestu semper decoro uti, imò etiam nonnihil vitulari. Acerbiore hoc oculo notavit principum unus, magnæ auctoritatis, qui mores tam solutos aceto stringendos censens, libera voce: Domine Landgravi, ait, videor mihi nosse, cui stomacho cibus fores aptissimus. Cuinam, inquit iste? Mox alter princeps: Meorum leonum, ait, nam multum carnis vitulina habes. Mehercule satis mordaciter dictum? sic notari solent qui petulanter se gerunt, & vitulantur. Nec tamen os pressit juvenis Landgravius, & linguâ jam concitatione: Videor, inquit, & ego mihi nosse ad quam rem tua celsitudo perquam idonea foret, si liceret id proferre, & æquo ferretur animo. Licet, inquit princeps, nec iniquo id animo feretur. Tum Landgravius promptissimè: Tu a celsitudo, inquit, mirè opportuna eslet ad educandas adolescentis simias, quo perfidiam celerius addiscerent. Hi verborum morsus reciproco dente infixi, immortalis odii fuerunt plantarium.

Non multò suavius Jureconsultum momordit vir nobilis. Convivam egerat Jureconsultus apud nobilem virum, cumque jam domuitionem pararet, ac

valediceret, vocatus est morio, quem digito monstrans Nobilis: Domine Doctor, inquit, nunquid & ego hic exercitatum probe doctorem habeo? Ad quæ conviva ex tempore: Profecto, inquit, bene, mones, huius ego simillimum domi meæ alo, à tuâ familiâ natum: Vale Amicitiam & inter istos etiam huiusmodi diffuerunt. Mordacilinguâ caret, qui amicos vel novos ambit, vel retinere cupit veteres.

§. III.

Greg. Tur. lib. 3. histor. Franc. c. 12. Gregorius Turonensis Præsul memorat, quosdam à Theodorici regis exercitu milites, in sancti Juliani templum manus inferre, ausos, pauperum regulas illuc veluc in asyllum collatas diripiisse; sed Nemesin à tergo hæsisse, sacrilegos in furorem verfos, à se ipsis laceratos esse dentibus. Quis furor, o viri, quæ vos agitat infania? saltem à membris propriis dentes abstinete. Hoc inter Christianos magnis clamoribus urgendum: Quid o Christiani mutuis vos moribus fatigatis? Quid o mordaces Memmii, non lacertos dentibus, sed aculeatis dictis laceratis animos? Eone vos furor impellit, ut verba etiam membra diceretè voluptari sit? An verò ignoratis, Quoniam invicem membra sumus? unius certe corporis. Qui hominem sibi similem tam barbaro laniatu invadit, hoc agit quod os famis impatiens facit, cum brachium in eodem corpore sibi proximum dilaniat, placandæ fami. Et nos, invicem membra sumus. Quisquis alium læsit, ipse sibi nocuit. Quoniam invicem membra sumus. Quid ergo dum alios petimus, nos ipsos ferimus? Quid pro verbis dentes jaculamur, neque tam dictis quam moribus pugnamus, Subitè memoriam miles Lustitanus, qui in Diensi obsidione, cum glans plumbea deesset, ipse subito consilio dentem sibi met excussisset, que fistulam æneam oneravit, explosit, fauciviat hostem. Neque piget elegans de hoc prælio Epigramma subijungere:

Jacob. Biderman lib. 3. epigram. 80.

Arx ubi Memnonias arcebat Ibera phalanges
Alternaque frequens ibat ab hoste cruor:
Ferreæ confertum spargebat Iberus in Indam
Fulmina, glandifero fulmina parca tubo.
Nec casto cõnuere metu, sed parca cædebant
Certius, ac Geisicæ torta sagitta manu.
Nam quot tela tubus, tot habebat funera campus;
Sæpe simul strages glans dabat una duai.
Lætiferi demum defecit copia teli,
Quæsitig, manum desituere globi.
Insultare magis tamen ac magis insitit Indus,
Nudaque contempto valla subire meti.
Non cultis exermis ludibria barbara miles;
Tela mihi desunt; telum Ego, dixit, ero.
Extrahit inde oris genuinum è carcere dentem,
Fartaque denti atis glandibus era gravat,
Continud clypeos & athena repagula rumpunt,
Et penitus lacerant ossa frustra sinus.
Quæ novus iratis manibus furor arma ministrat
Ore, sibi ut possit tela parare, parit;
Prælia nunc nostris profer Samsonia! Samson
Maxillâ; nostri prælia dente gerunt.

His nos armis quotidie præliamur, nam ut hosti gravius noceamus, ipsos etiam dentes spargimus, ubique rixæ, ubique dentatissima jaciuntur tela, vocès ubique mordacissima sparguntur. Vide mihi hominem prætracti cerebri, turbidum, altercatorem, iracundum, quantum hic acrimoniam in verbis habet! ut rictum jactat ut morsus dividit! ut obvium quemque adversarium sibi statuit, & morsu premit! quisquis in hunc incurrit, hostis est, & mox dentes sentiet. Cave canes qui non latrare solum, sed & mordere solent. Cave teles, quæ tergo nitent, sed unguibus, & dentibus nocent.

Cum intans plorat, subinde nutricis consilium est, impingendum illi esse calicem mulsi, ut plorare desinat. Mordacem alterius linguam vix aliter placaveris: aut

enim silendum tibi est, aut quam mollissime loquendum. Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitatur furor. Prov. c. 13. v. 1. Si ergo vis ut alter desinat mordere, tu ei mulsi calicem impinge; verborum dulcedine hominem deliniscat, & abi. Mordacem linguam haud aliter effugentis, & correxeris. Hæc ossa hos canes sopit.

CAPUT XXXIX.

Lingua MURMURANS. quam ubique obvia sit, simulque supra modum noxia.

Grave oris vitium est spumare, & eos quibuscum loquaris, velut pluvia ininuratim rorante perfergere, urauditores tui non tantum te audiant, sed & sentiant loquentem; spatione inamœnissima rigati. Hoc oris vitio laborat, quisquis recta monentibus aut jubentibus obmurmurat. Talis fuit Evangelicus ille vintor, qui patrem familias hæc oris spumâ invidans: Hi novissimi una hora fecerunt, inquit, & pater illos nobis fecisti, qui portavimus pondus dicit & estis. Nec ille solus patrifamilias oblatravit; assecas etiam habuit æque fremebundos, ob illiberale, ut ipsi videbatur, diarium. Hos Matthæus describens: Et accipientes, inquit, murmurabant adversus patrem familias, arbitrati quod plus essent accepturi. Fædi spumatores; de quibus verè dixeris, qui plurimum murmurant, minimum laborant: Linguâ tam prompti, manu plerumque tardi sunt.

Hanc infamem oris spumam nunc detergemus, explicaturi, quam sædum & grave, sed & quam usratum sit vitium Obmurmurare. Itaque lingua Murmurans nunc emendanda est.

§. I.

Abularum parens Ætopus, prout ipsius est mos, hanc textit narrationem: Hominis pagani filius, cochleas, ædiculis suis etiamnum clausas lixavit, cumque stridorem eederent: o malæ bestiolæ, inquit, quæ tum maximè cantis, cum ved præ vobis domus incenduntur! Hæc Christianæ virtutis indoles est, tunc demum lætum canere, cum omnia sunt turbatissima. Beatus Paulus variis ærumnis pressus: Repletus sum, inquit, consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione. Perinde si dicat: Nunc mihi est optime; cum pessime habeo; nunc canto exultans, cum vultum lacrymæ turbant. Hoc animo erant Christianorum primi, qui rebus omnibus ereptis, cum jam ducerentur jugulandi, cum jam flammæ cernerent suo capiti immitantes, eum tamen vultum præ se tulerunt, iis lætitiis incesseunt laudantes gratantesque, ac si ad semestre Assueri epulum irent. Hos idoloratæ sapissime mirati, quærebant mutuo: Quod genus hoc hominum? qui quod pejus tractantur, hoc animosius exultant; res hæc pænic supra exemplum est. Perfectæ scilicet patientiæ signum erat, & quod Mundum omnem res sibi suas habere jussissent, solo Deo contenti. Ubi patientiæ defectus est, non opus bonis exuere, domum incendere, ad mortem raptare; minores machinæ sterent. Homo impatiens nervus levissimis in furorem agitur: explora, & huc talem vel minimo digitulo trude, tres obolos aut quadratam ei subtraha, & querelis incesseet cælum terramque tonabit, mugiet, murmurabit, & fremet vel insanus. Et hoc est Murmurare; querelas cum impatienciâ effundere. Mala radix, quid ab eâ boni expectes? si quidem murmuratio aut è superbiâ, aut ex avaritiâ, aut ex invidiâ, aut ex magnâ nascitur impatienciâ. Elati supercilii Pharisæus, qui Christum convivam habuit, & Magdalenam super convivio unctricè admisit, ob elationem clam murmurans: Hic sisset propheta, inquit, sciret utique, quæ & qualis est mulier, quæ tangit eum. Judas Iscariotes nequissimus proditor, ob avaritiam

1688
20 50
Mat.
212
Noma
61
Cor. 6
99
Exodi.
v. 11.
Exodi. 1
v. 24.
cap. 16
17
Nun. 6
v. 6.
Deus:
per ist.
populi
murm.
callig.

Primi
Christia-
norum
quod pejus
tractaban-
tur, hoc
animosius
exultabāt.

Maria se
ter Mos
ob mur-
murantem
tuz.

Nun. c. 1
v. 2.
Hid. v. 7.
Hid. v. 11
13 14 15

Num. 6. 12. v. 9.

Matth. 23. 10. v. 15.

Num. 6. 11. v. 1.

Gen. 4. 9. v. 9.

Exod. 17. 1. v. 1.

Exod. 17. 1. v. 1. & 16. v. 2. v. 3.

Num. 6. 11. v. 6.

Deus femper iustitias populi murmura castigavit.

Maria soror Moysi obmurmuravit.

Num. 6. 12. v. 2.

Matth. 23. 7. v. 7.

Matth. 23. 10. v. 14. & 15.

cap. 7. v. 1.

tiam murmurans: *Quare, inquit, hoc unguentum non venit trecentis denariis, & datum est egenis?* Dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens. Vintores illi ob invidiam potissimum murmurabant, illud graviter questi: *Hi novissimi una hora fecerunt, & pares nobis fecisti.* Hebræi cum in vastissimâ eremo iter facerent, ob magnam laboris impatientiam murmurarunt; Nam *ortum est murmur populi quasi dolentium pro labore contra Dominum.* Hæc verè Judaica est cantilena: Judæos habent magistros qui murmurant, illi magistrum habuerunt Cainum, qui de fratre interrogatus, respondit, *Nescio; nunquid custos fratris mei sum ego?* Judæos Deus tam amicè ac humaniter tractare nunquam potuit, quin semper obmurmurarent. Clamores illorum assidui erant isti: *Forfitan non erant sepulchra in Ægypto, ideo tulisti nos, ut moreremur in solitudine. Quid bibemus? Et murmuravit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen & Aaron, dixeruntque: utinam mortui essemus per manum Domini in terrâ Ægypti, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate: cur induxisti nos in desertum istud, ut occideretis omnem multitudinem fame? Vix sedato hoc populi fremitu, mox ortus est alius, nam confusus clamoribus vociferabantur: *Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Recordamur piscium quos comedebamus in Ægypto gratis, in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porri, & cepe, & allia. Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri, nisi Man.* Hæc illi perpetuis querelis urgebant: modò panem, modò aquam, in modò carnes deesse conquerebantur, nunquam non fremebundi contra Deum & obmurmurantes. Hinc Augustinus: De nullâ re magis, inquit, Deum offendisse populus ille Judaicus dicitur, quàm contra Deum murmurando. Neque verò Deus quidquam punit, atque insanientis vulgi murmura; noxas alias dissimulavit: sæpe murmur continuo, semperque castigavit. Siquidem ob hanc murmuracionis culpam è tanto numero (trigentes centena millia putantur fuisse) nemo omnium nisi Caleb & Josue, in uberes terras penetrarunt; his duobus solis exceptis, reliquos omnes cremus hausit, vastissimum sepulchrum omnium. Neque hæc culpa solo hoc supplicio stetit. Ob murmura extremam castrorum partem devoravit ignis: ob murmura serpentes ignei oblocutores, velut famosi latrones, candenti ferro, seu, ignitâ forcipe carpebantur. Nam colubri velut carnifices in reos immisit, ut linguis & moribus eos lacerarent, qui linguis & murmuracionibus deliquissent. Sed nec charissimî Moysi sorori parsum. Maria prophetæ maximî soror germana, & ipsa quoque vaticiniis ac miraculis clara, femina Deo charissima, quia tamen nõnihil obstrepere ausa, gravi supplicio hanc linguæ procaciam luit. Sed quid hoc adeò mali? linguam Maria non immodicè solvissè audita est; fratrem duntaxat ob Æthiopiâ conjugem, perstringens, Num, inquit, *per solum Moysen locutus est Dominus?* sed dicti, ut videbatur, minimè noxiæ pœnas audite. Principiò quidem, ut scirent qui obmurmurare consueverant, quantum alios suo vitio commendant, dum sibi plurimum nocent, Deus effusè Moysen dilaudans: *At non talis, inquit, servus meus Moyses, qui in omni domo meâ fidelissimus est, ore enim ad os loquor ei.* Mox Nemesis hæsi in tergo murmurantis: *Et ecce Maria apparuit, leprâ candens quasi nix. Clamavitq; Moyses ad Dominum dicens, Deus obsecro sana eam. Cui respondit Dominus: Si pater ejus spuisset in faciem illius, nõnne deberat saltem septem diebus rubore suffundî? separatur septem diebus extra castra, & postea revocabitur. Exclusa est itaque Maria extra castra septem diebus: & populus non est motus de loco illo, donec revocata est Maria.* En quàm Deus in murmurantes rigidus est? Femina ceteroqui probatissima, ob murmuracionem elephantiasâ punitur, è castris insuper ejicitur, & ut toti populo delictum magis innotesceret, tot centena millia*

A nec loco se movent diebus septem integris, dam unius femina murmur expietur. Et quod amplius est, nullâ vel charissimorum preces, nulla mitissimî Moysi deprecatio patrocinari hæc valuit; Deus huic vitio inexorabilis fuit. Tam non levis noxa est Obmurmurare.

§. II.

E Adem hæc divinæ vindictæ ratio in aliis luculentè cernitur. Core, Dathan, & Abiron ex Hebræâ plebe principes cum aliis ducentis quinquaginta vocati à Mose: *Non venimus, ajunt, nunquid parum est tibi quod eduxisti nos de terrâ quæ lacte & melle manabat, ut occideres in deserto, nisi & dominatus fuero nostri? Revera induxisti nos in terram, quæ sicut rivus lactis & mellis, & dedisti nobis possessiones agrorum & vinearum, an & oculis nostris vis erueri? non venimus.* Hæc in Moysen audaciùs oblocuti, cum uxoribus & liberis, cû omni familiâ & universis affectis pœnas dederunt improbæ libertatis. Nam terra quam indigni calcabant, horrendum repente contremuit, & undante superficie, non secus quàm pelagus vento fluctuans, universum populum terruit: immani mox fonitû eliso, quâ seditiosi tendebant, dehiscens solum subdidit, & eodem momento omnes ad unum absorbuit, scenderuntque vivi in infernum operi humo, & perierunt medio multitudinis. Sublatis in hunc modum profanis, hiatus ille ita rursum clausus est, ut ne vestigium quidem ejus superesset. Hic finis murmurantis factionis, illustre argumentum divinæ vindictæ, quam Ambrosius tragicè descripsit his verbis: *Immugiens terra in medio plebis scinditur, aperitur in profundum sinus, abripuntur noxii, & ita ab omnibus mundi hujus ablegantur clementis, ut nec aërem hausu, nec calum visu, nec mare tactu, nec terram contaminarent sepulchro.* Cessavit pœna, non tamen cessavit malitia. Dum hæc geruntur, novum insurgit murmur. *Murmuravit autem omnis multitudo filiorum Israel sequenti die contra Moysen & Aaron.* Fit quandoque ut eo ipso tempore, quo furum aliquis in furcam attollitur, interea fures alii inter confertos spectatores præfcent marcipia: ita Judæi dum murmurantes tribules horribili supplicio afficiuntur, ipsi contumaciùs murmurare incipiunt. Protinus supernè vox ruit: *Etiâ nunc delebo eos.* Ilorum igitur pœna, inquit Origenes, emendatio sit nostra. Quâ de re graviter & accuratè Chrysostomus: *Vides, inquit, quòd eos erudiat, ne murmurent? Est enim serorum improborum & insensatorum murmurare. Melius fuerit nihil operari, quàm cum murmuracione. Nam & quòd factum est, perit. An non vides, quòd & in edibus nostris ista perpetuò dicimus: nempe, fatius esset hæc non fieri, quàm murmurando fieri. Et sæpe malum ministerio privari, quàm murmurantem sustinere. Gravis enim, gravis, inquam, est murmurator, & vicinus blasphemie; alioqui cujus gratia tantum illi supplicii dederunt? Ingratitudo est res ista. Qui murmurat, ingratus est Deo. Qui autem Deo ingratus est, blasphemus quoque est.* Sed hæc nobilissima Græci oratoris admonitio plerunque parum obsequentes habet auditores. Illa Judaica labe Christianos etiam nimium quantum inficit. Promissimum est cuique contra Magistratum, præfides, majores, contra quoscunque alios, contra Deum ipsum tacitis querelis murmurare. Olla vacuæ simillimi sumus, crepat hæc igni admota, quia vacua: ita nos patientiæ inanes, cum calamitatum flammis admovemur, graves impatientiæ fragores edimus, crepamus, rumpimur. Hoc certè fateri cogimur, mentis ac frontis serenitatem obnubilari, cum adversa preinunt; Deum quidem rogari accedimus, sed vultu dejecto ac tristi, jamque proximi ut murmuremus. Gregorius Nazianzenus suas calamitates ipse versu explicans, inter reos se statuit:

Eadem divina vindictæ ratio erga Core, Dathan & Abiron. Num. c. 16. v. 13. & 14.

Num. c. 16. v. 33.

Amb. lib. 10. epist. 82.

Num. c. 17. v. 41.

1. 1. bib. v. 47.

Chrysostomus. 4. homil. 8. in Epist. ad Philip. med.

Sæpe, fatebor enim, in mentem mihi venit ini. ja. 2. Carpere voce Deum.

Hoc

*Eccl. c. 39.
v. 40.*

Ibid. v. 26.

*Ibid. l. 10.
v. 28.*

Murmurationes ad-
versus Deum
sunt causa
necis, fa-
mis, alie-
niſive ſup-
plicii.

*Sato lib. 3.
de guber.
Dei.*

Hoc inde oritur, quia quid nobis expediat, ut plu-
rimùm ignoramus: divitias paupertate, honorem igno-
minia, valerudinem morbo meliorem semper dicimus
imperitissimè. Nam, ut Siracides monet: *Non est dice-
re, hoc nequius illo est.* Plurimis morbus profuit, quos
perdidisset valetudo; innumeros evexit inopia ad cæ-
lum, quos opulentia ad Orcum misisset; quàm multos
ignominia sapere docuit, quos honor dementire fecit.
Quare, *Non est dicere quid est hoc, aut quid est istud? omnia
enim in tempore suo quaeruntur.* Optimè dixit Gregorius:
*Qui cum oraverit, non exauditur, aut, contra conditoris fla-
gella murmurat, quasi cum Deo in iudicium intrat. Nam ille
solutus de flagello murmurat, qui causam percussoris ignorat. At
verò vir prudens, inquit Siracides, & disciplinatus non mur-
murat correptus.*

§. III.

Hic mihi veniam dabit, ò mortales, si quid libe-
ratus dixero. Tam crebræ, tam & quotidianæ sunt
vestræ adversus Deum murmurationes, ut mirum sit
non vos omnes necari fæ, aliòve supplicii genere:
quantum murmuratur contra cælum, & contra con-
versiones commutationesque tempestatum cæli? hem
audax Japeri genus! in cæno volutamur, & atris legem
dicere, cæloque dictata scribere non veremur. Inde est
quòd modò nimios æstus, modò frigus nimium: jam
intempestivas & nimis diuturnas pluvias, jam siccita-
tatem nimiam queramus; nunc ventos Æoli famulos
acculamus, nunc serenitati aut maliciæ indignamur,
nunc terræ, nunc mari, cælo pane semper irascimur:
huic nimium hordei crevit, huic nimis parum; uterque
murmurat: huic parcius videtur pluvia, illi plus æquo
copiosior. Nec advertimus infantes stolidi, hæc mur-
mura in Deum ire, qui cæli tempestatumque Dominus
est. Quoties audias & senes & pueros hæc talia mulla-
re. Tempestas fæda, exaceranda, pessima, cælum grave-
mris, infalubre, malicissimum. Præclare hîc Salvia-
nus: *Sine murmure, inquit, & querelâ nos Deus esse præcepit.
Quando autem hæc in humano genere non fuerunt? si æstus est,
de ariditate causamus; si pluvia, de inundatione conquerimur;
si usquecandior annus est, accusamus sterilitatem; si secundior, vi-
litate. Adipsâ abundantiam cupimus: eandem adepti acu-
samus: quid dici hæc re improbius, quid contumeliosius potest?
Etiam de misericordiâ Dei querimur, quia tribuit quod ro-
gamus.*

Considerare mihi obsecro, tres solum feminas, quarum
una telam lineam lavat, & hæc quidem solem ac
serenitatem votis omnibus poscit; altera plantat olera,
hæc cælum pluvias rogat; tertiâ juniperino gummi pa-
rietes linit, hæc ventos invocat. Quid jam cælum faci-
at? huic solem, illi pluvias, huic ventos mittat? hoc cer-
tè postulat: non sit? liberalissimè murmuratur. Et
quòdnam hoc cæli regimen, quis Deus iste, qui ad om-
nium tam diversa vota tempestatem attemperet? stul-
tissimi mortales, quid murmuratis non fieri, quæ fieri
non possunt, non debent? Et quis mechanicus opifex
est, quis cerdo, quis sartor sui opificii exactè peritus, qui
ferat sibi ab imperitissimis quibusque suæ artis regulas
dictari; & rex summus patiat sibi à servulis vilissimis
Oribis gubernandi ordinem ac formam præscribi? quid
hoc agitis infani homunciones, vos Deo modum
suggerere, & obmurmurare si contra fiat? Nemo mi-
ratur variis Orbem cladius exerceri, & jam terram
non respondere, jam cælum exandescere, & in mur-
murantes, grandine, nimbis, nivibus, fulmine anim-
advertere, & sopitâ clade unâ, inferre alteram. Hoc
Deus agit, quod pater, qui filium cædit. Si obluetur
ille atque murmuret: Quid, ait parens, nequissime
puer, tu etiam patri tuo obmurmurares? tu plagas sper-
neres? faxo hanc oris intemperiem in tergo sentias. Mox
denno puerum corripit, & tamdiu pulsât, dum murma-

A rare desinat. Hic subinde mater conciliatricem se inter-
ponens: Ne sævi, ait, mi vir, ætatis tirocinio peccavit,
imprudens puer est. Propterea, inquit pater, expellen-
da est plagis hæc imprudentia; dicat sapere, & castigat-
us non murmurare. Sic omnino Deus hos igne punit;
murmurant: punit serpentibus; murmurant: punit hia-
tu terræ, murmurant. Bene est, jam novæ insonant pla-
gæ, jam brachium vi magnâ tollitur, punitentur & gla-
dio: & nos honoribus exuimur; murmuramus: fortunis
evolvimur; murmuramus: morbis corripimur; murmu-
ramus: curis & angoribus premimur; murmuramus ad-
huc. Deus tandem velut exacerbatus pater: Quid? vos
conditori toties reclamare, toties obstrepere patri? faxo,
sentiat hanc linguæ proterviam: Vos in manu meâ, ut
levis pila, ut fragile vitrum restitit? humi allidam &
conteram: omne mihi jus in vos est, vitæ necisque, & ego
vos feram obstrepentes? nunquam hæc tuli, nunquam
feram, nec quidem in amicissimis.

B En ò mortales vestri murmuris insaniam: obloqui
Deo furiosum nimis est: *Quis resistit ei & pacem habuit? Job. cap. 9.*
Omne vitæ nostræ momentum Deo transcriptum est. v. 4.
Eleganter dixit Bernardus: *Iuste sibi vendicat meam vitam,
qui pro meâ posuit suam.* Quisquis igitur divinæ volunta-
ti suam vult integrè conformare, cum primis omne
murmur careat, dicatque in rebus omnibus, Ita Pater,
Ita Pater, Ita mi Pater; æquum est, bonum est, quidquid
fecisti & iussisti, quidquid facis & jubes.

§. IV.

Neque Deo solum non obmurmurandum, sed nec
magistratui, nec hominum ulli. Errat magistra-
tus, hallucinatur dominus? judicem suum non evadent.
*Non est discipulus super magistrum; Non est servus major Do-
mino suo.* Sed neque ulla murmuratio magistratum, aut
dominum emendabit, si errent. Saul Hebræus rex, quod
fasti Regum memorant, à suo milite secessit in specum,
purgandæ alvo. Hic David & ipse cum suo milite deli-
tescens, clam adrepsit, & regis chlamydis partem præ-
cidit. Nec ultra manni licere voluit. Hoc Gregorius ex-
ponens: *Quid per Saul, inquit, nisi mali domini, quid per
David, nisi subditi intelliguntur? David etsi potuisset occidere,
voluisset tamen nec vel tantum quidem terigisse, quia boni sub-
diti non solum non ferrum, sed nec linguam quidem in domi-
nos stringunt obmurmurando. Quòd si exteriora quadam re-
prehendunt, oram paludamenti præcindunt; sed quemadmo-
dum David cor suum percussit, eò quòd chlamydis limbum ab-
scidisset, ita & illi redeunt ad se atque castigant se, ob minimam
etiam murmurationem, & Davidem voce præcipientem sequun-
tur, dicuntque: Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem,
domino meo Christo Domini.* Addit Gregorius: *Qui contra
propositam sibi potestatem murmurat, liquet quòd illum redar-
guat, qui eandem potestatem homini dedit. Ita prorsus Mo-
ses & Aaron ratiocinati: Nos enim quid sumus, inquit, Exod. c. 16.
nec contra nos est murmur vestrum; sed contra Dominum. v. 7. & 8.*

Deus ipse haud aliter questus est: *Vsquequo detrahet mihi
populus iste? Vsquequo multitudo hæc pessima murmurat contra
me?* Idcirco altissimùm vociferatur, & monet æterna fa-
pientia: *Custodite vos à murmuratione quæ nihil prodest.* Sed
tam effrenes sunt atque indomiti affectus nostri, tam
impatiens legis est lingua nostra, ut sæpe non ignari faci-
ciendæ jaçtura, nihilominus in perniciem nostram effu-
sissimè murmuramus. Hanc murmurandi licentiam ex-
plicaturus Siracides: *Præcordia fatui, ait, quasi rota carri, &
quasi axis versatilis cogitatus illius. Rota non inuncta stri-
det; os malè institutum facillimè murmurat. Ajunt ne-
mini pileum posse imponi ab alio, ut exactè quadret capi-
piti, hinc eum alter plerunque aliter reponit; plurimis
quidquid feceris, importunè feceris, & incommode:
carpunt, emendant, aliter faciunt, & hoc quidem ajunt,
De quibus
Plinius l. 8.
natur l. 2.
c. 37.*

*Eccl.
S. 18.*

*Bern.
de her.
quæsi.
47. n.*

*J. Cot.
v. 10.*

*J. Cot.
v. 9.*

*Plin.
v. 18.
Plin.
v. 25.*

*Plin.
v. 14.
v. 15.*

*Bern.
misi.*

*Obm.
morat
pæce
cipit
licentia*

*1. Reg. cap.
24. v. 7.*

*Exod. c. 16.
v. 7. & 8.
Num. c. 14.
v. 11. &
v. 27.
Sap. cap. 1.
v. 11.*

*Eccl. c. 33.
v. 5.*

plerunque in latebris mustitatis, uti mures. Et hæc murmura vestra jam Deum, jam magistratum, jam æquales, jam etiam res inanimas petunt, uti canis lapidem in se missum invadit morfu, quid hinc demum lueri est? dentes perdere, & quod cupias non obtinere. Beati Francisci Assisianis socius Egidius, cuidam obmurmuranti, quod sibi pœna delicto gravior injungeretur, opportunissimè in os occurrentis: *Quantò plus murmurat, inquit, tantò amplius te oneras: & quantò humilìus sanctæ obedientiæ jugo caput submisseris, tantò tibi levius futurum erit onus.*

§. V.

Mellissimus Doctor Bernardus, sed hinc profectò non mella stillans: *Grave peccatum, inquit, est murmuratio, Regnum calorum nullus qui murmurat accipit: nullus qui illud accipit, murmurare potest. Virtutes perdimus, si pro cibo vel potu murmuramus. Igitur necessarium est valde nobis consilium Pauli Apostoli, dicentis: Neque murmuraveritis, sicut quidam eorum murmuraverunt, in deserto videlicet, & perierunt ab exterminatore. Linguas ergo nostras à murmuratione custodiamus, ne (quod absit) sicut illi perierunt in hoc seculo, nos pereamus in futuro. Non ergo murmuramus, ne fortè sicut illi perierunt in hac vitâ, nos pereamus in futurâ. Caveamus ab omni murmuratione, ne fortè quod illi passi sunt in corporibus, nos patiamur in animabus. Iterum Apostolus consulendo nobis loquitur dicens: Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentaverunt & à serpentibus perierunt. Christum tentat, qui pro cibo, vel potu, vel vestimento murmurat, sicut scriptum est de eodem populo: Tentaverunt Deum in cordibus suis, ut peterent cœcas animabus suis. Et murmuraverunt in tabernaculis suis, & non exaudierunt vocem Domini. Omnis qui murmurat, venenum diaboli habet in lingua. Cavendum est ergo nobis à murmuratione, ne mortifero & diabolico veneno pereamus.*

Hanc ob causam toties tamque variè horratus nos Paulus: *Omnia, inquit, facite sine murmurationibus, & hesitationibus, ut sitis sine querelâ, & simplices filii Dei. Quàm sollicitè divinus hic Ecclesiastes monet, ne cum Christiano nomine censeamur, Judæi simus, & pereamus ab exterminatore: Illo nimirum exterminatore, inquit Bernardus, qui positus est in hoc ipsum, ut à terminis beate illius civitatis arceat murmurantes. Custodiamus nos ergo à murmuratione quæ nihil prodest. Quisquis, vult esse cœlicum amicus, ne velit esse frater Iscariotæ Judæ proditoris, quem certè obmurmuratio in præceps egit: nam postquam ausus est esse murmurator, nil veritus est esse proditor, Optimè dixit beatus Antiochus: *Murmurator est instar turbidissimi amnis; qui verò non murmurat, illimis est rivulus.* Hoc agamus, ô Religiosi, ô Christiani, jubeat, velit supra nos Deus, quidquid sanctissimæ illius Voluntati placuerit, nos id omne sine murmure toleremus; imperet magistratus, mandent domini, vellicent æquales, non murmurando longè levius, quidquid erit oneris perferetur. In plurimis triumphare poterit, quisquis poterit nunquam murmurare.*

N

CAPVT XL.

Quid monstri sit lingua NUGIGERVLA, & quàm ea Mendacio affinis.

FAcundissimus Græciæ Orator Demosthenes, cum ad populum Atheniensem verba faceret, observaretque nonnullorum aures languere, & oculos in somnum fatiscere, ingeniosè vela vertens: *Audite, inquit, viri Athenienses rem novam, & antehac inauditam: Duo quidam Megarabianæ æstante cælo, nec ullæ se arbores*

A offerrebant quæ foliis æstum temperarent. Alter asino vehens hoc unum subsidii reperit, infra asinum se abjicere captandæ umbræ. At comes qui jumentum equiti elocaverat, hoc omni modo prohibere velle, & elocatum asinum dicere, non umbram asini. Vix hæc Demosthenes cœperat, cum omnes arrectis auribus astare, neminis oculi conquiniscere, avidissimè omnes rei eventum expectare: at Græcus Orator auditores increpare, fabularum famem objicere, nugarum sitim perstringere, vigilantiam ad seria postulare, denique ad causæ momentum attentos reddere. Norum humanæ gentis vitium est, rumores & nugas avidissimè consecrari. Huic vitio bellissimè subservit lingua, quam suo nomine *Nugigerulam* vocamus, cujus hoc munus est, nugas dicere, rumores spargere, facetias & jocos serere, lætia vix unquam libare, omnium aures fabulis mulcere, nova priscis, falsa veris miscere, absurda quæque pro novis, infecta & nunquam somniata pro factis vendere. Hoc *Nugigerula* officium est, amplum illud; sed census exigui, & dispendii læpe maximi, de quo nunc plura.

§. I.

Vetus est Germanis verbum; *Hominum stultorum manus in omni pariete monumentum relinquit stultitiæ: talis est lingua Nugigerula, omnium aures ramoribus & fabulis implet, veris an falsis hoc ipsi non est curæ. Vix tenuis alicubi è latebris emergit rumusculus, mox adest Nugigerula, & partum hunc velut Levana tollit, cumque jubet protinus grandescere, atque ut formosior sit, lacinias ei amplissimas induit. Ita obvio cuique rumores ut recentem ac musteam, imò ut veram narrationem obrudit, & plerunque vix quidquam veri habet: ita falsitas brevissimo tempore propagatur per Orbem: Quisquis rumorem audit, addit aliquid & asfingit auditis, quidquid aut credulitas aut decorum suaserit. Hinc narrationes nascuntur monstruosissimæ, quæ demum omnem veri similitudinem exuunt. A quo uno Nugigerula commendanda est, quòd ea narrat sæpissime quæ non multo egeant examine; primo aspectu liquet, quàm excedant fidem narrata. Sicuti Montanus venter & gulo voracissimus primo morfu noverat, è quo litore mitterentur ostrea. Facetè Juvenalis:*

*— Circeis nata forent, an
Lucrum ad saxum Rutupinove edita fundo
Ostrea, callebat primo deprendere morfu.*

Ita prorsus narratiunculæ quædam, quas honesto nomine *NOVA* vocamus, vix audiuntur, & fidem amittunt. Nam uti machinamenta olim lignea eo artificio compingebantur, ut cum in triumphorum pompâ ducerentur, subito crescerent, & sese in altum efferrent, Poëtæ docent:

*Et crescunt media pægmata celsâ viâ:
Vel qui more avium sese jaculantur in auras,
Corpora que edificant celeri crescentia nexu:*

Sic rumores ubi spargi cœperint, subito crescere solent, & in eam extendi magnitudinem quæ credi non possit. Cautelâ hinc opus maximâ, ne dum *NOVA* narramus, verterem perdamus fidem, & mendaces habeamur. Qui tantùm audita refert, sæpissime fallit, falsus ipse prior. Thales à quodam interrogatus, quantum à vero falsum abesset? Quantum, inquit, oculi distant ab auribus. *Maximè* Sensit autem eos plerunque mentiri, qui audita solùm, non visâ referunt.

Si omne quod è fodinis erunt metallici, argentum esset vel aurum, jam pridem Orbis hic noster deaurari potuisset; sed dum metallum, quod effossum est ab admittis sordibus, terrâ, saxis, arenâ secernatur, ad lamellam exiguam redigitur: ita se habet rerum novarum citatio; si demantur ficta, falsa, male percepta, per conjecturas addita, heu quàm modicum puræ puræ veritatis remanet! plerunque dimidiam partem confictum est,

Humanae gentis vitia est rumores & nugas consecrari.

Sat. 4. vers. 140.

Martial. lib. spect. epigr. 2.

Claudians de consulatu Menli Theodosii.

Maximè, ferm. 35.

quod

Ex not. sent. s. Egidii.

Bern de mor. de loco vi. vendi ferm. 47. mod.

1. Cor. 6. 10. 7. 10.

1. Cor. 6. 10. 9.

Psalm. 77. 17. 18. 19. 105. 21. 25.

Philip. c. 2. 9. 14. 27.

Em. sent. 486.

Comur. muratio in præceps egit Judam licitior.

16. 8. 14. 6. 11.

Quod oratione verbosissima enumeratur. Verissime dixit Nicetas Choniates : Fama veritatem saepe opprimit, nec certi quidquam adfert. Nimirum quantum crescit eundo fama. Nec est quod miremur ; frequenter omni operâ & studio hoc agitur, ut falsissima quæque in populum spargantur, ut misera plebs spe vanissimâ lactetur. Revocet quis in memoria annum millesimum sexcentimum decimum septimum, & sequentes alios ad millesimum sexcentimum trigesimalum, quanta his annis, quamque monstrosa prodierunt figmenta ? quæ tamen omnia sub honestissimo nomine rerum novarum vendebantur. Hoc unice multis in urbibus curabatur, ut plebs speciosissimis commentis animaretur, ad fortunam omnes exponendas in tam fortunatum bellum. Cura hæc ingens fuit publicè veritatem ignorari: Hinc plurimis post omnia perdita, creverunt tamen animi rumoribus inanissimis erecti. Jamque veritas passim tam ignominiosè habetur, ut ejus ludibrium vel saxo sit grave. Et eò fabularum prolapsi sumus, ut in civitatibus alicubi novarum rerum scriptores quærant, quæ veritas placeat, Catholica an Lutherana? Quali verò veritatis genius hoc admittat, sibi ipsi contradicere? aut hæc, aut illa veritas non sit veritas necesse est, quando sibi tam largiter contradicunt.

§. II.

Duodecēplex malum quibus cœnobia evertantur.

Reg. com. m. 37.

Inter Apostolos laebes loquendi scripsit Ioh. c. 11. v. 23.

1. Tim. c. 4. v. 7.

Ibid.

1. Tim. c. 2. v. 23. Venenum varè letalissimum.

Solebat Bernardus duodecēplex malum per centēplex prælati negligens, Discipulus inobediens, Juvenis otiosus, Senex obstinatus, Monachus Curialis, Religiosus caustidicus, Pannus pretiosus, Cibus exquisitus, Irreverentia circa altare, Lis in capitulo, Dissolutio in choro, denique Rumor in claustro. Revera inter tot cœnobiorū mala non est minimum, quod est ultimum, *Vani Rumores*. His exterminandis aut saltem non temere narrandis, certam legem sanctus Ignatius Lojola suis injunxit. Neque nos de scriptis solū rumoribus hinc agimus, sed de quocunque alio relatu, qui ubi aliquid incrementi sumpserit, mox in rumorem transit. Inter ipsos etiam Apostolos hæc loquendi labe serpere cepit: *Exivit sermo iste inter fratres, quia discipulus ille non moritur*. Tantis auctoribus hoc spatium est, ut id scripto fuerit referendum à Joanne, qui clarè asserit: *Non dixit ei Jesus, non moritur, sed, sic eum volo manere*. Nimirum verba Domini sinistrè percepta, aut perperam explicata, statim rumorem falsum conflarunt. Hoc ipsum hodiè que millies contingit: excipiuntur aliquot voculæ, sed mutilæ, aut ad audientis arbitrium detoræ: hinc rumores falsi, hinc aniles fabulæ, hinc nugæ nugarum.

Timotheum divinus Paulus sic hortatur: *Ineptas & aniles fabulas evita*. Eas potissimùm fabulas notavit, quas Simonianorum hæresis, de rerum creatione, de pugnis Angelorum, de bono & malo Deo, de cibis bonis & malis confinxit. Post impias istas, profanæ quoque fabulæ damnandæ, quibus quotidianum sermonem conditi, credimus imperitè. Nam etsi salva sint hæc omnia, nihilominus stultitiam prodit Nugigerula insignem.

Gorgias Sophista, duos adit indoctos philosophos, unum ridicula proponentem, alterum insulsa respondentem: *Ecquis vestrum, ait, stultior, qui hircum mulget, an qui cribrum supponit?* Istud Gorgiæ sapiissime querendum foret: quis magis fatuus, qui fabulas tam indoctas, rumusculos tam mendaces spargit, an qui credit & aliis vendit auctiore pretio? *Ineptas ergo fabulas, ô Timothee, evita, exerce autem teipsum ad pietatem*. Nam multi optimas horas pessimè perdunt, dum ea legunt, quæ profanas aut sordidas imaginibus sic occupent animum, ut ei vix liceat cogitare sanctiora. Tu ergo talia lege, illa meditare, quæ meliorem te faciant, quæ saniores in te affectus susciant, nutriantque: *Stultas & sine disciplinâ questiones evita*, quibus Artellanæ fabulæ, Ma-

A daurense & Arbiteri, scriptores impurissimi abundant.

Norit igitur Lingua Nugigerula, quantum faciat damni, dum nugis spargendis studet. Hoc tam inani studio, pretiosissimum tempus, cuius unius jactura irreparabilis, per ludum & jocum amittitur; animus sic impletur nugis, ut optima quæque nauferet, & grande censeat fastidium precari. Et quia Nugigerula sæpe falsa pro veris venditat, pessimum nomen conciliat suo domino, ut de eo passim dicatur: Bonus iste vir, multa dicit, pauca probat, nec omnia quæ affirmat, ex tripode pronuntiat credendum. Hæc talis fama nemini non plurimum officit, cum scilicet quæri solet: Talisne huic homini lingua est, cui non semper turè liceat credere? qui sæpissime quidem grandi hiatu, *Nova, Nova* proclamet, id tamen plerunque non aliter interpretandum, quam *Mendacia, Mendacia*. Et quoniam disertus hic nugator somniis suis atque ineptiis multos decepit, credat ei Judæus Apella, aut quisquis alius verbis duci voluerit. Nos illi cras credemus, hodie nihil. Hoc suo domino Lingua Nugigerula nomen parit, ut omnes qui eum noverint, dicant, nugigerulus, fabulator, nugivendus est: audiamus ergo, quæ nova somnia ferat hic homo; historiâ fabulari plenus est; quacunque parte dolium hoc relinas, nugamenta copiosissimè fundit, nempe rumoribus narrandis semper paratus est; cum deest quod narret, tam fertilis est ingenii, ut rumores nusquam auditos ipse fingat: rarissimus apud eum hospes est Veritas. Hanc famam colligit, hoc habet ille commodi, qui nugis ac rumoribus recensendis vel etiam audiendis tam studiosè vacat. Nam cum nitissimè de illo alii loquuntur: *Ut sciat, inquit, quid hominis sit iste, patriâ & domo Atheniensis est, de quibus illud beati Pauli jam notum: Athenienses autem omnes & advene hospitibus, ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere, aut audire aliquid novi*.

Damna quæ à lingua nugigerulâ proveniunt.

B Nos illi cras credemus, hodie nihil. Hoc suo domino Lingua Nugigerula nomen parit, ut omnes qui eum noverint, dicant, nugigerulus, fabulator, nugivendus est: audiamus ergo, quæ nova somnia ferat hic homo; historiâ fabulari plenus est; quacunque parte dolium hoc relinas, nugamenta copiosissimè fundit, nempe rumoribus narrandis semper paratus est; cum deest quod narret, tam fertilis est ingenii, ut rumores nusquam auditos ipse fingat: rarissimus apud eum hospes est Veritas. Hanc famam colligit, hoc habet ille commodi, qui nugis ac rumoribus recensendis vel etiam audiendis tam studiosè vacat. Nam cum nitissimè de illo alii loquuntur: *Ut sciat, inquit, quid hominis sit iste, patriâ & domo Atheniensis est, de quibus illud beati Pauli jam notum: Athenienses autem omnes & advene hospitibus, ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere, aut audire aliquid novi*.

§. III.

Sed ô humanæ mentis temulentiam! Vitam agimus brevissimam; dum ordimur, finis est: Tempus pernicissimum non gressu, non cursu, nec volatu recedit, sed momentis fuit singulis, nobisque inania cogitantes deserit, fugâ æternum irrevocabili: Nos tamen inter hæc rapidissimi temporis præcipitia non tantum leni sumus, sed etiam nugaces & optimos quoque dies sterilissimis nugamentis frangimus. Agit nox, agitque velox dies: inscui rapimur, dum nugamur, & pernicie nostrâ ludimus. Seneca celeritatem temporis explicaturus: *Nunquam Virgilius, inquit, dies dicit ire: sed fugere, quod Senec. Epist. 108. post mod. paucis addiit.*

Optima quæque dies miseris mortalibus, avi Prima fugit.

Quare optima? quia restat quod incertum est. Quare optima? quia juvenes possumus discere, possumus facilem animum, & adhuc tractabilem, ad meliora convertere: quia hoc tempus idoneum est laboribus, idoneum agitandis per studia ingenii, & exercendis per opera corporibus. Quid ergo cessamus, quid fabulas ac nugæ tractamus? Meliora prætervolant, deteriora succedunt. Quem admodum ex amphorâ primum, quod est sincerissimum, effluit, gravissimum quodque turbidumque subsidit: sic in ætate nostrâ, quod optimum, in primâ est. Id exhaustum potius patimur, ut nobis fecem reservemus. Itaque toto hoc agamus animo, & ineptiis ac nugamentis omittis, in rem unam laboremus, ne hanc temporis pernicissimi celeritatem, quam retinere non possumus, relicti demum intelligamus. Primum quisque tanquam optimus dies placeat, & redigatur in nostrum. Prisci:

Hic mens est, dixere, dies. Ita dies sunt nostri, cum eos usurpamus ad seria alieni sunt & nihil ad nos, qui inter nugas ac fabulas elabuntur. Machetes religiosissimus senex, Cassiano teste, diabolum oriofarum fabularum fautores maximum esse his argumentis docuit. Sermonem cœperat Machetes de rebus fautor.

Ca. inf.

Ita est, m. d.

Cass. lib. 1. in 1. c. 1. Diabolus otiosorum fabularum fautor.

rebus divinis. Auditores, quos habuit, verborum modulis paullatim sopiri, & toto capite annuere: sic dicta omnia surdis auribus transmittere. Senex sermonem cœptum subito abruptum, & jucundam texere fabulam: & Audite, inquit, obsecro rem miram, quâ ratione Vulpes & Simia, alternis sese altibus circumvenerint. Vix narrationem hanc ingressus, & mox omnium oculi reviviscere atque aperiri, aures audiendi cupidæ patere, jam nemo dormire amplius: Hic seridè ingemiscens senex: Cœperamus, inquit, divina sermone proficere: mox ferè omnium oculos & aures occlusit sopor, & nescio quàm inexpugnabilis dormiendi necessitas, paucissimos ea quæ dicebantur attentos habuerunt: ubi verò fabulosum apologum exorsus sum, illico excussus est iners somnus, nemo non vigilavit. Videte quæso, fratres, quis sacri sermonis impugnator huc irreperit, quis oculos oppresserit hoc lethargo; Profectò non alium reperieris, quàm illum ab inferis per vigilem draconem, qui tum maxime somnum inducere conatur, cum dicuntur animo profutura: cum verò fabulæ percensentur, attentam omnibus vigilantiam facillè perfradet. Videte, fratres, quâ arte tam vitiosum foporem expugnetis. Qui dormit seriis & vigilat fabulis, discipulus est cacodæmonis.

Cass. lib. 5. inquit. c. 32. Maches Anachoretâ litteras nec unas tantum, sed plures in fasciculum colligatas accepit è patriâ. Hic ipse secum quætere: Et quantum, inquit, temporis perdes, dum has tot chartas perlegas? quantis animum cogitationibus implebis; quàm vanam inde lætitiâ, aut quàm inutilem hauries mœrorem? quot diebus laborabis, dum parentum, cognatorum, & amicorum memoriam aboleas? quid facies tam diversis & precibus & blanditiis confusus? mox masculâ manu arreptum fasciculum etiam tum ligatum conjiciens in ignem: Ite, inquit, cogitationes patriæ; satius est vos ardere quàm meam mentem.

Basid. lib. 5. cap. 1. post mod. Hunc feliciter æmulatus sanctus Ignatius Lojola: nam cum clauso cubiculo ardentè precaretur, janitor ad fores bis terve pulsavit, vocem præstolatus quæ jubere ingredi. Cum preces Ignatius perseveraret, & nec verbo responderet, janitor iterum iterumque obtundens ostium, molestus esse non desit. Demum pandens januam: Quid, inquit, tibi vis frater? Cui janitor: En Pater litteras, ait, allatas è patriâ; & unâ litterarum fascem tradidit Ignatio: qui ostium obserans, accensum focum circumspexit (hiems erat) & liberalissimâ manu litterarum fascem pabulum projecit igni; at ipse continuo ad intermissas preces rediit. De v's bone, quàm non avidi erant rerum novarum sanctissimi quique viri, quibus longè consultius visum est tot unâ litteras, quàm tempus comburere, chartaceos libellos flammis abjicere, quàm animum curis, quæ nocere plurimum, prodesse vix quidquam possunt. Quin ergo & nos liberâ voce dicimus: Ite vani rumores, ite, longè satius est, hæc talia nesciri, quàm animi tranquillitatem amitti, curas augeri, lætitiâ vanam accendi, mœrorem non profuturum ali, tempus omnium pretiosorum pretiosissimum pessimè consumi. Profectò pars magna tranquillitatis est, hæc velle ignorare.

O

CAPUT XLI.

Otiosam Linguam diversè perniciosam esse,
& de illius penâ.

Ceram æmulatur mens humana, calore mitescit & formam quancunque mollis recipit, frigore indurtescit, nec facillè signatorium annulum admittit. Collo-

Tom. I.

quia verecunda & Christianam sapientiam spirantia, intellectum sic afficiunt, voluntatem sic caleficiunt, ut flecti se sinat, & formantem manum facillima sequatur. Cleophas cum socio comite Emãunta ibat ipso die reviviscens Christi: erant hi duo peregrini, velut durissima cera, quam unicum colloquium primum in eam facilitate emolliit, ut magistra matius obedientem habuerit ad omnia. Nutabat fides horum viatorum desperabundis colloquiis miserè convulsa, sed hanc tertii comitis colloquium sic denno erexit, ut hi duo ipsi misererentur: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in viâ? Nec mirum, Ignitum eloquium tuum, (Domine) vehementer.*

Luce. c. 24. vers. 32. Psal. 118. vers. 140.

Colloquia verò vana & otiosa ita omnem virtutem enervant, ut Paulinum oraculum pronuntiet: *Corrupti sunt bonos mores colloquia mala.* Malis colloquiis jure annumerantur otiosa, quæ verborum semper plurimum, nihil emolumentum, plerumque multum detrimentum habent, prout scilicet faciendam suam explicat lingua Otiosa, de quâ nunc agendum. Et principio quidem exponendum, quæ verba dicantur otiosa; deinde quantum ea damni adferant; tertio quæ eorum sit pœna, & cur illa tantopere cavenda.

§. I.

Otiosa lingua nominatur, prout eam Hieronymus depingit, quæ nec loquenti nec audienti prodest. Hinc Otiosum verbum beatus Gregorius appellat, quod aut justæ necessitatis, aut piæ utilitatis intentione caret. Hinc quidquid loqueris, inquit Bernardus, nisi intendas alicui prodesse, otiosum est. Varium ab his & multiplex damnum: nos ea in quatuor classes reducimus.

Greg. lib. 7. moral. c. 17. & homil. 6. in Evang. Bernar. de Pass. Dom. cap. 25.

Prima: Otiosa verba flammatarum piacularium nobis sunt pabulum. Ecquid in otiosas voces gravius aut formidabilius dici potest, quàm quod servator Orbis his omnino verbis proclamavit? *Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii.* Pensitate hæc obsecro; ad tribunum trahuntur verba etiam otiosa, quantumvis innocua, quid lascivis fiet, quid fiet noxiis & blasphemis, si vana quoque & inutilia coguntur in jus ambulare: Bernardus hic ingemiscens: *quàm vera sententia, inquit, in multiloquio non effugiendum peccatum: Vt enim præteream cetera, si propterea est otiosum verbum, quòd nullam rationabilem causam habeat, quàm rationem de eo reddere poterimus, quòd est præter rationem? Nemo ergo arbitretur otiosa verba, ut vilissimum quid, oblivioni tradenda; in die judicii ratio de iis exigetur, nec tantum de aliquibus, sed omne verbum otiosum judici sistetur. Heu nobis, inquit Bernardus, quanam poterit reddi ratio de otio? Otium non est, si non omnino ratione vacuum est. Quòd si homo unicus multa millia otiosorum temere fundat, dum vivit, quis erit numerus otiosorum verborum, quæ omnes omnino homines loquentur? Id tamen exactissimè constabit summo judici, quot, & quænam universi & singuli sæculis omnibus protulerint; omne verbum otiosum dabit supplicium.*

Otiosorum verborum damna: 1. Flammatarum piacularium sunt pabulum. *Matth. c. 12. vers. 36.*

Bern. serm. de triplici custod.

Idem de præcept. & dispens. c. 12. initio.

Classis secundæ damna sunt: A verbis otiosis facillimè transitur ad scurrilia, & ad noxia. Amnis exundans citò fit lutosus; lingua exerrans omne genus sordium brevi colligit. Verissimè dixit Gregorius: *Dum otiosa verba negligimus, ad noxia pervenimus.* Primò quidem loquimur aliena, & quæ nihil ad rem; paullatim miscemus detractiones; tandem erumpit lingua in contumelias: quisquis non abstinet otiosis, sanè nec noxiis abstinerebit.

2. Transitus ad noxia: *Gregor. in ba negligimus, ad noxia pervenimus. cap. 6. lob.*

Tertia damnorum classis est: Otiosa verba, omnem pietatis spiritum extinguunt, mentem obnubilant, tranquillitatem turbant. Verissimè dixit Salomon: *Vbi verba sunt plurima, ibi frequenter egestas, virtutis scilicet & bonæ mentis.* Si vasi vinario aut unguentario desit operculum,

3. Mentis obnubilatio, & omnium pietatis extinctio. *Prov. c. 14. vers. 23.*

N n

lum,

Diadoe. de perf. spirit. cap. 70.

Es. 16. v. 10.

lum, vini aut unguenti odor brevi omnis defluet. Beatus Diadochus dicere solebat, Balneum aut hypocaustum calorem omnem amittit, si balnei aut hypocausti janua relinquatur sepius aperta. Sunt qui hominem castro conferant vel arci: sed arx hæc subinde ab hostibus undique obsidetur. Sensit hoc qui dixit: Inimici mei animam meam circumdederunt. Arcis illius porta, os hominis est: hostis cum portam tener, arcem cepit. Ideo qui cupit custoditam arcem, summâ diligentia necesse est custodiât portam. Nihil hic muniminis omisit natura; sepem huic portæ offeam apposuit è triginta plus minus dentibus; addidit labia, portem versatilem. Si qui jam cautiore sunt castellani, portam nunquam referant locuturi, quin Linguam prius moneant: Lingua quod vadis? attende tibi, ne nimis magno nobis stet prodiisse in publicum, & locutam esse. Attende tibi, & dum licet, discè manere domi: Omne verbum otiosum subibit iudicium.

§. II.

4. Temporis detractio.

Bern. serm. de triplici custodia mibi p. 38 ante med. serm.

Quarta damnorum classis: Otiosa colloquia suffragantur tempus, omni auro, omniq; gemmâ longè pretiosius. Quisquis huic otiosis naniis auferat vel horulam, nihil dignum tanto impendio redditurus est. Apis illa Claravallis Bernardus, si usquam, certè hæc aculeum habet, quem otiosis illis fabulatoribus infigens: Nemo vestrum, inquit, parvi estimet tempus quod in verbis consumitur otiosis. Siquidem tempus acceptabile est, & dies salubris. Volat verbum irrevocabile, volat tempus irremediabile, nec advertit inspiens quid amittat. Liber confabulari, ajunt, donec hora prætereat. O donec prætereat hora! O donec prætereat tempus! Donec hora prætereat, quam tibi ad agendam poenitentiam, ad obtinendam veniam, ad acquirendam gratiam, ad gloriam promerendam, miseratione conditoris indulget. Donec prætereat tempus, quo divinam tibi repropitiare debueras pietatem, properare ad angelicam societatem, suspirare ad amissam hereditatem, aspirare ad promissam felicitatem, excitare remissam voluntatem, flere commissam iniquitatem: Sic nimirum, sic agricola cum diu desiderata affuerit opportunitas seminandi, sic vinitores cum expectatum tempus purificationis advenit, invenisse occupationes, & quasi irreprehensibiliter sine opere diem transigisse letantur? Sic instantibus nudinis institores necesse moras, occiditones querere solent, ne quem forte sibi ex eis quaestum provenire contingat? Sic denique pauperes mendicantes, cum multis clamoribus evocatus tandem affuerit elemosinarum distributor, diverticula captant, & concurrentibus sociis vacuos ambius occupare recessus, & fovere latebras in angulis platearum? Vinam tamen vel solum tempus vita amitteretur in verbis; sed multi in his etiam vitam amittere comprobantur: nec ipsi modo amittere, sed aliis quoque adimere. Hanc Bernardi sapientem faciendam confirmans

Hieron. in c. 6. epist. ad Galat. Temporis jactura deploranda.

Hieronymus: Breve est, inquit, hujus vite curriculum, hoc ipsum quod loquor, quod scribo, quod relego, de tempore meo mibi aut crescit, aut perit. Res tanti pretii tempus est, ut hujus unius jactura plurimum & pæne sola sit deploranda. Quidquid ceterorum amiseris, reparabile damnum est: dispendium temporis vel minimi nulla restituent sæcula. Pecuniæ jacturam fecisti? reddi potest alia, & copiosior. Honorem perdidisti? redire potest, & auctior. Valerudinem amisisti? plurimis hoc damnum profuit: sed & valerudinem amissam quam multi recuperant; amissum tempus nemo omnium unquam redixit: irreparabile est, cujus tamen optimam quamque partem otiosa colloquia subducunt. Credibile est nec a sapientibus quidem hoc temporis pretium satis aestimari. Ut ut hæc sunt, hoc Christianus sapiens unicè labore, sic omne vitæ momentum dispensare, ne unquam de se cacodemon gloriari hoc possit, Inveni otiosum. Multicolor est otiositas: sunt enim & otiosæ cogitationes, quas sæpe comitatur otiosa confabulatio, hanc non raro sequitur opus otiosum, quod quandoque pejus est ignavissimis seriis. De quo dilucidè Bern-

A nardus: In hoc genere transgressionis, inquit, nonnulla sunt Bernard. de stultiloquia, seu vaniloquia, & quæque otiosè dicta, facta, præcept. & dispens. c. 14. post initium.

§. III.

Primus loquendi magister Christus, in omnibus suis colloquiis occasionem captabat ut sermonem quacunq; de re institutum fleteret ad divina. Collocutus cum Samaritide, ab aquâ Sichariâ ad aquam vivam in cælo salientem opportunissimè deduxit sermonem. Cum mentio incidere de Manna, cepit Servator de vero Angelorum pane differere, ut non nemo auditorum esset qui diceret: Domine semper da nobis panem hunc. Hac occasione oblata: Ego, inquit, sum panis vite, qui venit ad me, non esuriat, & qui credit in me, non sitiet unquam. Cum sub concione nuntiaffer quis, ad esse matrem & fratres, arripuit verba nuntii, & de Dei voluntate cepit dicere. Eodem modo, in conviviiis quam nobiles instituit dissertariunculas convivis & temporis apras? Apud Marthæum telonarium de medicinâ sacrâ, seu poenitentia; apud Simonem Pharisæum de divino amore ob præsentem Magdalenam; apud Pharisæorum principem, ubi delicias faciebant, & ceremoniam adhibebant in accubitu, de Humilitate cepit differere. Exemplis tam luculentis instrui, quomodo colloquia inutilia & otiosa dextrè derivanda in affatus meliores. Non enim in levi ponendum, destinatè loqui otiosa. Optimus hac in re monitor Bernardus: Quid cum scienter, inquit, & ex deliberatione in verbis otiosa, silentio licet non im-

C randem & hæc diem suum, sepulta in templo. Noctè proximâ vidit ædituus pridie humaram refodi, & ad aram deduci, illic mediam secati, atque in ignem conseci, parte alterâ intactâ. Die sequenti ædituus quæ vidisset noctu, exposuit, & locum monstravit cadaveris combusti. Narrationi fidem fecerunt luculenta rogi vestigia marmori altè impressa. Ergo nec templi sanctitas ab incendiis servat, quem damnat linguæ procacitas. Gregorii relatus, testimonio firmantur Cassiani, qui senem religiofissimum, in specimen virtutis statuens: Moses, inquit, qui hanc eremum habitat secundus, vir incomparabilis, sed opinionis suæ paulò tenacior cum Macario disceptare cepit. Hic voces jecit durissimas, & aculeo petiit adversarium. Quia tamen facti poenituit Mosen, noxam hanc Deus non ad serum tribunal rejecit, sed dæmoni mox potestatem fecit & occupandi hominis, & torquendi. Dæmon licentiâ usus insperatum hospitium invasit. Sed Moses Macarii precibus ab hospite Orciniano brevè liberatus est. Tanti est vel parva in speciem improbitas linguæ, ob quam sanctissimi quique homines pœnas sæpe gravissimas dependerunt. Dura Vincent. Belluacens. indurtrius, sed linguæ solutioris verba ridicula subinde lib. 2. 6. Specie hist. c. 5. liberius usurpavit: sed non impunè. Postquam enim in humanis esse desit, cruciatus, quos ei beatus Hugo Lippello Cluniacensis abbas prædixerat, sensit, & mox Signi no, notæ sanctimonix sacerdoti visendum se præbuit aspectabili sed tetra formâ, præferim ore portentosum in modum extuberanti, labrisq; fædè concisis & exulceratis. Hoc oris habitu & voce lacrymabili suppliciter rogavit, præcipuè ab Hugone monitore suo ferendas. Hugo re ad se perlatâ septem cœnobitis unius hebdomadis severum silentium indixit, quod tamen non æquè ab omnibus servatum est. Itaque Duranus rediit, & ob neglectam legem necdum è tormentis se liberum mon-

lib. 12. ca.

lib. 1. vrs.

Cassian. 1. 7. collat. c. 27.

Vincent. Belluacens. lib. 2. 6. Specie hist. c. 5. Hugo Lippello Cluniacensis abbas prædixerat, sensit, & mox Signi no, notæ sanctimonix sacerdoti visendum se præbuit aspectabili sed tetra formâ, præferim ore portentosum in modum extuberanti, labrisq; fædè concisis & exulceratis. Hoc oris habitu & voce lacrymabili suppliciter rogavit, præcipuè ab Hugone monitore suo ferendas. Hugo re ad se perlatâ septem cœnobitis unius hebdomadis severum silentium indixit, quod tamen non æquè ab omnibus servatum est. Itaque Duranus rediit, & ob neglectam legem necdum è tormentis se liberum mon-

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| f | a | c | e | b | d | f | a | c | d | b | f | b | c | d | a | e | f | b | e | a | d | c | f | c | b | a | d | e | f | c | d | e | b | a | f | d | a | e | b | c | f | d | c | b | e | a | f | e | a | c | b | d | f | e | c | a | d | b | | | | | | | |
| f | a | c | e | d | b | f | a | e | d | b | c | f | b | c | d | e | a | f | b | e | c | a | d | f | c | b | a | e | d | f | c | e | a | d | b | f | d | a | e | c | b | f | d | c | e | a | b | f | e | a | c | d | b | f | e | c | b | a | d | | | | | | |
| f | a | d | b | c | e | f | a | d | c | b | f | b | c | e | a | d | f | b | e | c | d | a | f | c | b | d | a | e | f | c | e | a | b | d | f | d | b | a | c | e | f | d | c | e | b | a | f | e | a | d | c | b | f | e | c | b | d | a | | | | | | | |
| f | a | d | b | c | e | f | b | a | c | d | e | f | b | c | e | d | a | f | b | e | d | a | c | f | c | b | d | e | a | f | c | e | b | a | d | f | d | b | a | e | c | f | d | e | a | b | f | e | a | d | b | c | f | e | c | d | a | b | | | | | | | |
| f | a | d | c | e | b | f | b | a | d | c | e | f | b | d | a | c | e | f | b | e | d | a | c | f | c | b | d | e | a | f | c | e | d | a | b | f | d | b | c | e | a | f | d | e | a | b | c | f | e | b | a | d | f | e | d | a | b | c | | | | | | | |
| f | a | d | e | b | c | f | b | a | d | e | c | f | b | d | c | a | e | f | c | a | b | e | d | f | c | d | a | b | e | f | c | e | d | b | a | f | d | b | e | a | c | f | d | e | b | c | a | f | e | b | c | a | d | f | e | d | a | c | b | | | | | | |
| f | a | d | e | c | b | f | b | a | e | c | d | f | b | d | c | e | a | f | c | a | d | b | e | f | c | d | a | e | b | f | c | e | d | b | a | f | d | b | e | a | c | f | d | e | c | a | b | f | e | d | c | a | b | f | e | d | b | a | c | | | | | | |
| f | a | e | b | c | d | f | b | a | e | d | c | f | b | d | e | a | c | f | c | a | d | e | b | f | c | d | b | a | e | f | d | a | b | c | f | d | a | b | e | c | f | d | c | a | b | e | f | d | e | c | b | a | f | e | b | d | a | c | f | e | d | b | c | a | |
| f | a | e | b | d | c | f | b | c | a | d | e | f | b | d | e | c | a | f | c | a | e | b | d | f | c | d | b | e | a | f | d | a | c | b | e | f | d | a | c | b | e | f | d | c | a | b | e | f | e | a | b | d | c | f | e | c | a | b | d | f | e | d | c | b | a |
| f | a | e | c | b | d | f | b | c | a | e | d | f | b | e | a | c | d | f | c | a | e | d | b | f | c | d | e | a | b | f | d | a | c | e | b | f | d | e | b | a | c | f | e | a | b | d | c | f | e | c | a | b | d | f | e | d | c | b | a | | | | | | |

Eriamnum dubitas, Lector, sex convivas septingentis vicis accumbendi rationem permutare posse? sed huc nos duxit inconsiderati patrisfamilias otiosa promissio. Nos sexcenta talia quotidie, dum garrulum otium sectamur, fundimus, nec valde dolemus, his inaniis perdidisse tempus.

Sed est qui dicat: Quanti haec res negotii est, verba omnia ad aurificis lateram examinare, unde mihi haec libella? Huic Siracides responder: *Aurum tuum & argentum tuum conla, & verbis tuis facito lateram, & feno ori tuo rectos, ut non labaris in lingua tua.* Quidquid habes facti, infecti, signarique argenti, huc omne confer, ut inde fiat trutina; quidquid in te prudentiae aut sapientiae est, id totum in hanc rem impende, *ut non labaris in lingua tua.*

Finio cum Bernardo: *O quantus terror, inquit, iudex sapientissimus, qui numerat omnes pluvias guttas, discretor omnium tentationum, omnium hominum a primo Adam usque ad ultimum qui erit in fine saeculi, vult audire rationem verborum omnium otiosorum, cum sederit in sedes maiestatis iudicii sui, ubi non jam misericordia, sed iudicium cantabitur Domino. Quid tum miseri & miserabiles faciemus? Sapientissimus es Domine, falli non potes, iustissimus es, corrumpi non potes. Quid ergo dicam? Miserere queso &c. ut non solum a maledictis & turpibus declinem, verum etiam otiosa verba devirem, ne de illis me oporteat in die iudicii reddere rationem, ubi jam non de bonis & viridibus foliis verborum, sed de malis & aridis ratio est reddenda.* Ratum, firmum, fixum est decretum: *Omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii.*

C A P V T XLII.

O B I V R G A N S Lingua, prout par est, objurgatur.

Magnum illud Graeciae lumen Basiliius, cum innumeratos errores vel unius linguae pensulatius cogitasset, verissimum hoc pronuntiavit: *Vita nostra referta est lingua delictis.* Quis enim ille tam circumspectus, ac prudens qui non vel uno die sapius hallucinetur lingua, nisi eam severius inter silentii leges coerceat? Linguae rabies, vilitasque morum ubique est obvia. Ea de causa sanctissimè monet Ambrosius: *Alliga sermonem tuum ne luxuriet, ne lasciviat, & multiloquio peccata sibi colligat.* Ex quo beatus (quod Siracides affirmat) qui tectus est à lingua nequam, qui in iracundiam illius non transivit, & qui non attraxit jugum illius, & in vinculis ejus non est ligatus: jugum enim illius jugum ferreum est: & vinculum illius vinculum aereum est. Mors illius, mors nequissima: & utilis potius inferus quam illa. *Perseverantia illius non permanebit, sed obtinebit vias injustorum; & in flammâ suâ non comburet iustos.* Qui relinquunt Deum, incident in illam & exardebit in illis, & non extinguetur, & immittetur in illos quasi leo, & quasi pardus

ludet illos. Quis autem hos leones, hos pardos satis semper caverit? loco quo non putes proumpunt hi leones, hi pardi, & savitiae invadunt inopinâ. Furibundis his linguis merito accensetur lingua OBIURGANS, quam post Otiosam, alphabeti cognatione proximam locamus. Itaque hac differatiuncula Objurgantis linguae genium persequemur.

S. I.

Atque primò quidem si habitum istius linguae spectemus, vestem horridam gerit induci, pro calcibus perones clavis compactos, aut grandes piscatorum ocreas habet, passus facit amplos & sonoros: neque enim aliud docta est quam viruperare, reprehendere, verbis exagitare, invectivis uti; hos avaritiae insimulare, illos superbiae aut stultitiae damnare. Nil quidem optatius est terrae sitienti, quam opportunus imber, si is tamen placidis guttis rolando destuat: quòd si præceps nimbus supernè ruat, unòque sese impetu effundat, plus saepe nocementi adfert quam commodi. Lingua sedata & mitis velut stilla leniter impluit, suaviter penetrat, multum fecundat; lingua objurgans & invectiva velut grandinans pluvia frequenter non emendat, sed exacerbatur. Utrumque prorsus vitiosum est; nihil, & omnia reprehendere; nihil dissimulare posse, & omnia dissimulare velle, meras invectivas declamare, aut semper in exornationis genere versari. Eruditè Siracides: *Est cor-Ecclesi. c. 19. rectio, inquit, mendax in irâ contumeliosi.* Iracundus mentitur correctionem; nam objurgare vult, non emendare. Si Tullio credimus, amicorum est, moneri, & monere, sed non adulari, non insectari verbis, non increpare minis. Haec sapissime non corrigunt prava, sed magis talia faciunt: *Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitatur furorem, teste sapientissimo regum.* Si æneum tormentum glandem eyomat in cespitem, tormenti vis omnis hebetatur; si feriat glans murum, lacerat & pertundit: fulmen molliori carni sapius parcat, sed ossa comminuit: sic aspera verba, sermo iracundus, ni mansuetum hominem offendar, destruit, non corrigit. Si cum saxo chalybs alternis collisionibus rixetur, ignis emicat: ita si objurgatio in hominem durum ac praefractum incurrat, flamma utrimque exilit, & multum iræ: qualis nimirum specus est, quæ vocem emissam accipit, talis & vox est quæ remittitur.

Salomon linguam cicurem & modestam commendaturus: *Lignum vite, inquit, lingua placabilis, qua autem immoderata est, conteret spiritum.* Quidquid in hac vitali arbore foliorum est, medicinam promittit & sanitate: quidquid in homine sedato ac miti verborum est, virtutis argumentum est. Er quemadmodum ramus vitæ ac succi plenus flecti se sinit facillimè, sequiturque ducentem manum; ramus arens & exsuccus frangitur: ita si hominem objurgantis linguae vel minimum læseris, non flectes sed franges; nam quæ immoderata est, conteret spiritum, tam loquentis, quam audientis, tam objurgantis

objurgantis quam objurgati; at homo placidus, & cui cur est ingenium, etiam cum reprehendere cogitur, sic tamen reprehensionem temperat, ut non tam hoc agere, quam docere videatur; instruit leniter, nec acerbè carpit, profusus ad mentem beati Pauli, qui reprehensio sic erudit: *Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis.* Quid enim emendet objurgator ille, qui asperitimarum objurgationum plaustra exonerat in eum quem verbis castigatum cupit?

Gal. cap. 6. vers. 1.

Thomas Stapletonius in vita Morici cap. 13.

§. II.

Illusterrimum illud Angliæ sidus Thomas Morus artificiosè profus & dextrè objurgantem alterius linguam inartificiosè doctur. Sederat pro tribunali Morus cum ceteris iudicibus. Rei producebantur Zonarii sectores, presentibus accusatoribus, qui crumenas sibi præfectas querebantur, nec aliquid contendebant, quam nebulas illos talia ausos in patibulum rapiendos. Hic unus assessorum vir gravis, & grandis natu, ipsos innocentes & injuriæ affectos acerrimè objurgans: Hoc, inquit, incuriæ vestræ tribuendum: cur vestros sacculos non accuratius custoditis? supina negligentia nebulonibus his occasionem offert suandi; res vestras cautiùs servate, & sagaces manus faciliè virabit: qui sua negligit, furem facit. Morus audità tam importunà oratione senis, qui jus dicere, non increpare læsos debuisset, causam hanc in diem alteram rejecit. Interea noctu ex illis larrunculis unum clam è carcere ad se iussit adduci, &: Si cras, inquit, ad cognoscendas causas confederimus, nunquid poteris tu illi seni qui accusatores adeò culpabat, crumenam subducere non observantia? Gratiam à mè inibis si feceris libertatem certam spera, si tamen furra non velis repetere: quid dicis? Ille promissà venià lætissimus, omnia vicissim amplissimè promittit: sibi modò fideret, se rem hanc strenuè curaturum, & ad votum. Postrà luce cum Assessoribus Morus considet dicendis sententiis; evocantur separatim rei: primus illorum fuit hic ipse larrunculus ad omnem nequitiam factus, & tantò jam anitiosior ad nobile facinus, quanto securior peccaturus. Jubeatur ergo, si quid habeat pro se dicere. Ille velut ingenti pudore territus, abundè sibi suppetere, ait, quo suam innocentiam tuatur, id tamen infimis precibus rogare, liceat sibi in unius è iudicibus secretas aures causæ suæ momentum deponere. Permittitur; unum ipse deligat quem velit ex omnibus. Senem morosum illum deligit. Itaque accedit trepidationem simulans, & nescio quod grande secretum in aurem seni demurmurat, eadèque omnino operà crumenam ad latus pendentem exercitatà manu præsecat. Arcanà narratione finitâ, ad suum se locum recipit. Morus accepto rei bene gestæ indicio alium ex hac facie hominem sibi jubeat, captatque occasionem utriusque liberandi collatâ stipe: Quin hos miseros, inquit, dimittimus, tantò severius si redeant puniendos. Damnum si quod aliis intulerunt, nos sarciamus. Neque verò tanti est. Conferamus pecuniarias symbolas, initium faciam; scio neminem gravare secutum: & cum dicto æs reponit in mensâ. Post Morum primus pæne ordo marsupium senis evocarat. Ille suam symbolam prompturus, crumenam ubique querere, nusquam reperire; atque jam sinum scrutari, jam caligas explorare, jam manticam omnem excutere, huc illuc oculos manûsque mittere, non leviter erubescere, indignari etiam ac turbas facere; &: quid hoc, inquit, prodigii? compertissimum mihi est, me in tribunal hodie non sine crumenâ conscendisse: quis eam malus dæmon avexit? Hic Morus vultu ac voce ad lenitatem compositâ: Mi Domine, inquit, ipse jam experimentum capis, qui vigilantes etiam oculos fallat Mercurius; nemo hic satis caverit. Quare in posterum eos quibus hoc infortunii contingit, ne

acerbiùs objurga, jussitque crumenam à latrunculo reddi. Hic omnium rîus consecutus est de senè, quem Morus urbanitate tam facietâ docuisset, non tam asperè, præsertim infontes objurgare. Ubi orationis lenitudo deest,

os claudite
Centuplicè serâ, pessulo centuplicè.

Os illud maximè quod objurgationis plenum est.

§. III.

Ergo vos, qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis. Plurima reprehendi possunt, sed moderatè ac parè. Moneri & corrigi, res à se inamœna est & ingrata: quòd si accedat verborum immoderatio & truculentia, jugum censetur intolerabile, quod vel excutiendum sit, vel calcandum ipso contemptu. Plurima quoque commodiùs dicuntur soli & separatè, quam coram aliis. Illud enim admonitioni, hoc objurgationi similis habetur. Socrates in convivio quendam suorum familiarium paulò acriùs objurgarat. Nec dissimulavit hoc Plato, sed ad Socratem versus: Nonne, inquit, satis fuisset, hæc illi seorsum dixisse? Cui mox Socrates: Et quæso, ait, mi Plato, an non tu quoque rectiùs fecisses, si mihi seorsum hæc dixisses?

Christi præceptum est, eum, qui deliquerit, ter monendum ac instruendum, dum morbus illius censetur immedicabilis. Jussus divini verba sunt: *Si peccaverit in frater tuus, vade & corrippe eum inter te & ipsum solum; si te non audierit, lucratus eris frater tuum.* Deinde: *Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum vel duos.* Tertio demum: *Quod si non audierit eos, dic Ecclesia.* Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus.

Urautem linguam objurgantem non refrenare solum sciamus, sed etiam tolerare cum ab effreni lædimur, nobile documentum Annæi juverit: Si merito objurgaverit te aliquis, scito quia profuit: Si immeritò, scito quia prodesse voluit. Sed longè melior hac in re magister Apostolus Petrus, ut eos instruat qui planè infontes objurgantur, aut multò acerbius, quam commertici fuissent: *Quæ est, inquit, gloria, si peccantes & colaphizati fueritis: sed si bene facientes sustinetis, hæc est gratia apud Deum: in hoc enim vocati estis.* Hæc aurea nominatur lingua Christianorum, quæ uti adulari nescit, ita insectari verbis, & carpere non consuevit, omnèque sermonis otiositatem studiosissimè fugit. Hæc lingua præ ceteris videtur digna, quam divinæ laudes occupent æternum.

CAPUT XLIII.

Quàm frequens, & insolens sit Lingua OSTENTATRIX.

Athenienses Beroso Mathematico, quòd multa velut vates prædixisset, quæ temporis series rerumque eventus vera monstrassent, statuam æneam in gymnasio posuerunt, statuæ tamen linguam inferuerunt auream. Ejus rei contrarium passim experimur. Est qui merito suo laudetur, dicaturque *aureus homo*, modò linguam prudentiùs nosser regere: En statuam auream, cui tamen vix plumbea sit, aut ærea lingua. Pharisæus ille publicani contemptor, ex affe talis fuit, dixisset aureum hominem, qui jejuniis, qui elemosynis, qui ceteris virtutibus sedulò vacet: sed ostentatrix ipsius lingua pæne fuit lignea, quæ pulchram hanc statuam plurimum fecidavit: commendabiles fuissent Pharisæi actus, si eos ipse non adeò commendasset.

Hæc Ostentatrix lingua sui domini elogia miris artibus novit in theatrum Honoris educere, & omnibus spectanda proponere. Linguæ hujus labor pæne omninis in exornationis genere versatur. Laudare omnium optimè novit, nec tamen laudat omnia, sed solum res proprias sui

Gal. cap. 6. vers. 1.

Mónitio & correctio cum immoderatione verborum censetur jugum intolerabile.

Mat. c. 18. vers. 15. & seqq.

Nobile documentum ut linguam objurgantem non refrænet solum, sed & tolerare sciamus. Pet. cap. 2. vers. 23.

I
C
S
T
E
F
V

I
2
V

D
V
C

Q
I
n
no
au
de
lin
na
se
2. C
2. 11
C.

fui domini. In suas sui que domini laudes excurrit amplissimè, & longam narrationis seriem textit, ut à pluribus sciat, quàm insignem habeat dominum qui merito vivus per ora virum volitet. Quam autem hæc ipsa ostentatrix lingua suo domino sæpe noceat, dum stultè favet, nunc explicabimus, & quidem cum curâ & paulò fufius: nam linguæ vitium longè communissimum est ostentatio, & valde noxium, & forsân non sentiet se ferri, nisi bene feriatur.

§. I.

Q Vemadmodum mercator aut propola, laudat venales quæc vult extrudere merces, sic lingua Ostentatrix merces suas expedit non sine amplissimâ commendatione. Habet autem duplicis generis mercimonia: nam aut seipsum quis laudat, suum stemma, familiam, dores sibi suisque concessas, aut laudat suam artem, scientiam, suum officium, suas functiones, opes suas ac potentiam. Hos quidem Sophonias. Magniloquos superbie vocat. Tobias dehortatus filium: Superbiam, inquit, in tuo sermone nunquam dominari permittas. Sed & Salomon cenforiâ ferulâ Ostentatricem hanc linguam conimonefaciens: Laudet te alienus, inquit, & non os tuum; extraneus, & non labia tua. Merito suo vapulat hæc lingua: non enim curat ut Deo placeat, sed ut honori ac famæ serviat, & semper in promptu habeat, quo gloriatur.

Hæc mer-
dmonia
sunt dupli-
cis generis.

Sophon. c. 3.

vers. 11.

Tob. cap. 4.

vers. 14.

Prov. c. 17.

vers. 2.

Jamb. Ver.

2. Cor. c. 10.

vers. 12.

Mens fame avara, obnoxia est jactantia.

Ostentatores istos irridens Paulus: Non enim, inquit, audemus inserere nos aut comparare quibusdam, qui seipfos commendant: sed ipsi in nobis nosmetipsos merientes, & comparantes nosmetipsos nobis. Hoc in falsos Apostolos dictum, qui omnia Pauli extenuantes: Quid, ajebant, sit Paulus? epistolæ illius magniloquum quid spirant, sed cum ipse auditur, nec vox, nec elocutio, nec oris dignitas expectationi respondent; nos illi longè antestamus. Ita prorsus, inquit Paulus, ego hominum non audeo his gigantibus me comparare: intra meam me pelliculam continet; non in immensum gloriabimur. Hac ratione Paulus ostentatricem linguam repressit.

Dan. cap. 4.

v. 17. 28.

2. 19.

Nabuchodonosor Rex inter gloriabundos illos gigantes numerandus: Nôime, inquit, hæc est Babylon civitas magna, quam ego ædificavi in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloriâ decoris mei? Insignem stultitiam, & grandem superbiam hæc voces prodiderunt. Cùmque sermo adhuc esset in ore regis, vox de celo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonosor rex, regnum tuum transibit à te, & ab hominibus ejicient te, & cum bestis feris, erit habitatio tua, & senum quasi bos comedes. Quid ergo te jactas, ô Thraso, de divitiis, honoribus, majorum imaginibus ac prisco sanguine? circumspecte, ubi nunc illi sunt qui ante te tales erant? tu brevi ubi eris? ad illos transibis.

Si quis res gestas præcorum eremicolarum evolvat, quosdam ex iis post quadraginta aut quinquaginta annos in maximâ vitæ austeritate actos, in turpia scelera ruisse comperiet. Sed ne miremur. Nam hos virtutis suæ jactatores fuisse deprehendemus. At verò jactantia superbiæ filia est. Deus & filiam, & matrem extremè odit, & averfatur. Hinc etfi quis mille annis accuratè Deo servierit, ubi seipsum commendare, & virtutes suas velut merces proponere incœperit, omnem prioris obsequii gratiam corrumpit. Vade jactator, vade; fœtent obsequia tua, propter linguam tuam. Laudator sui idolum est, quod se ipsum colit, sibi cantat, sibi pinfit, sibi litat. Illud quidem non negandum, aliquos è numero sanctorum divino honori augendo, partim excitandæ spei, aut exhibendo exemplo, de seipsis quandoque non sine præconio locutos. Rex Ezechias: Memento Domine, inquit, quomodo ambulaverim coram te in veritate. Paulus inquit, & aliorum improbitate coactus: Existimo, inquit, nihil me minus fecisse à magnis Apostolis. In quo quis au-

Quidam
sancti divi-
no honori
augendo
de se non
sine præco-
nio locuti.
1. 2. Cor. c. 11.
v. 12. 13. 21.
2. 23.

A det (in insipientiâ dico) audeo & ego. Ministri Christi sunt, & ego (ut nimis sapiens dico) plus ego. Sed rationem reddens dictorum: Quod autem facio, inquit, & faciam, ut imputem occasionem eorum, qui volunt occasionem: ut in quo gloriantur, inveniantur sicut & nos. Nam ejusmodi Pseudoapostoli sunt operarii subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi. Hæc edò dixit hic Orbis Ecclesiastes, ut decepti juvarentur; ideo à se dicta audaciam vocat & insipientiam. Imitemur vel umbram beati Pauli, quod Chryostomus monet, & si quæ aulæ memoranda patravimus, non ea statim venalia in forum extrudamus, alioquin omnibus nos præmiis privamus. Rex Ezechias thesaurus omnes perdidit, quia illos ambitiosè monstravit. Sanctorum pæne omnium in rebus plurimis mens ista fuit: Nemo sciat, nisi Deus. Cùm pictor loquitur, suamque picturam prædicat, ab omnibus pessimè locutus arguitur; cùm verò pictura loquitur, suamque laudat magistrum, à nemine non præclara locutio vocatur: neque enim aliunde plausum expectet artifex, quàm ab suo opere: vox operis omnium vocibus antecellit.

§. I I.

I Vserat Deus Mosen, è sinu manum producere; quæ omni ex parte visa est leprosa: iustus est iterum Moses eandem sinu abdere, & omnis inde lepra depulsa est. Quæ autem hæc subita mutatio? num aër corruptus aut arcana in sinu virtus, mutationis tam repentinæ causâ extitit? Quod si hoc miraculi loco habendum, citè id non in fronte, aut facie totâ expressum, sicut in Oziâ rege, & sorore Mosis Mariâ? Procopius Gazæus hunc in modum respondet. Manum Mosis Deus leprosam esse voluit, quandoquidem ea patravimus erat admiranda in Ægypto: perinde si Deus præmonuisset Mosen? Miranda hæc opera ne manus tuæ tribue, nec illam ob ista osculare: Manus tua à se leprosa & inepta operi: ne illam igitur ostenta, velut mirandorum operatricem; absconde potiùs, & doce illam erubescere sub veste. Pari modo si à nobis ipsi virtutes nostræ regantur, longè tutiores erunt suæ sibi puritatis conscia; sin eas ostentemus, & velut venales proponamus, omni laude destituentur. Omnia maculat ostentatrix lingua. Hæc sæpe perimit Deus, ut is qui omnia se scire aut posse profiteretur, qui miram rerum experientiam venditat, qui omnium regionum mores describit, omnium nationum linguis loquitur, & ingentia quæque promittit, ut is, inquam, subinde leprosam è sinu manum educat; sic jactantia ipsius detegitur, pudescit, odio esse incipit. Salomon hic vaticinatur: Qui se jactat & dilatat, jurgia concitat.

Cur Dens
manu Mo-
sis voluit
esse lepro-
sam.

Prov. c. 28.
vers. 25.

Thomas Morus hoc genus hominum, prout meretur, insigniter tractare novit. Legatus ierat Bruxellas ad Carolum V. Imperatorem. Illic in aulâ tam celebri nescio quis gloriosulus fuit, qui ad aulæ valvas affixit chartam, quâ in litterarium certamen provocabat quoscunque, responsurum se ad omnem cuiuscunque juris quæstionem, vel quidquid demum in quacunque humanæ litteraturæ scientiâ proponeretur. Audacissima prorsus ostentatio! Thomas Morus auditâ hominis tam petulantii vanitate, hanc è jure Britannico quæstionem posuit: Utrum animalia capta in Withernamia sint irreplegibilia? Addidit, in familia Legati Anglici esse, qui eâ de re disputare cupiat. Hic jactatori hærerere aqua, ostentatrix lingua non tantùm titubare, sed & obmutescere: miser nec voces quidem, nedum quæstionem intelligere, ad rem nihil respondere. Ita suam ipse vanitatem agnoscere coactus, omnium denique fibilis ac risu vanissimus provocator exceptus est. I nunc puer gloriabunde, & viros laceffe ad pugnam.

Stapler. in
vitiâ Mori
cap. 13. circa
medium.

§. I I I.

N On multùm huic abfimile contigit Viennæ. Doctor Paulus Florenius, qui religionis, cui se addi-

Georg. Sche-
yer 10. 1. con-
trou. p. 643.

erat, defertor, plurimorum idiomatum se peritum jactat. Et credebatur is vulgò linguam Latinam, Græcam, Hebraicam, Syriacam; Chaldaicam, aliisque similes egregiè callere. Georgius Scherer Societatis Jesu sacerdos schedam ad se delatam accepit, idioma ignobili scripam, qualem dicuntur antea ad collum infantum suspendere, febris amuletum. Hanc ille chartulam cum interpretari non posset, Florenium adire statuit, optimam hanc occasionem ratus, quâ hominis multiplicem in peregrinis linguis scientiam experiretur. Hunc ipsum ergo adit, & schedam porrigens: Obsecro, inquit, ignorantem jura, & barbaros hos characteres interpretare. Ille non diu cunctatus, & linguæ illius peritiam audacter simulans: Illud idioma est, inquit, quo sacerdotes Ægyptii utuntur in suis sacris. Scherer gratias egit erudito interpreti, & mox in cubiculum secedens, tres voces germanicas istas, *Gänß gehen Wärsßf* ordine inverto scripsit, unde voces emerferunt istæ, *Schneg / nebeg / sustab*. Accepto novo hoc schedâsmate, Patrem Christianum, qui tum Theologiam publicè docuerat, convenit: & quæso, inquit, accede socius ac testis, mi Pater, exploremus, num D: Florenius, tot linguas calleat, quot ille sibi cognitâs gloriatur. Paullò ante schedulam ei exhibui vocibus ignotis exaratam, ad quam ille promptus respondit, esse sacra verba sacrificulorum in Ægypto. Equidem valde dubito an idioma illud didicerit. Florenium Reverentia vestra non nescit ambitiosum esse masculum, qui ne fateri cogatur ignorantiam, ex tempore confingit mendacium. Ita hi solent, fidentissimè pronuntiant rerum omnium ignari; ne tales habeantur. Eamus igitur & denuò exploremus, quid eruditionis in homine lateat. En novæ schedæ mysterium: scripsi præposterè, *Gänß gehen Wärsßf*: hæc illi scheda lapis Lydius erit. Audiamus obsecro novum Mithridatem, quid iudicii super hanc scriptionem ferat: sed laurum prius morderemus, ut risum aliquin erupturum comprimamus. Ambo igitur ad Florenium revisunt, ubi Georgius Scherer: Doctor Paule Floreni, ait, veniam rogo, si negotium facescam, hinc iterum ignota me schedula fatigat, ritu mirabili scripta, quid istud obsecro idiomatis est, ecquis horum verborum sensus? jura meam in linguis infantiam. Doctor Florenius schedam curiosè conuens, mox pronuntiat, & illa ipsa, inquit, lingua est, quæ in chartulâ priore perscripta: Ægyptiæ linguæ verba sunt sacrificulis illis solennia. Ubi pater Christianus hæc audiit, vix januâ prehensâ foras se eiecit, alioqui prorupturus in cachinnos. At verò Georgius Scherer vultum serium fingens, & velut persuasus valedixit. Inter hos duos postea satis risum est ob exasclatam hanc fabulam tam doctæ interpretationis.

S. IV.

Hæc Ostentatrice linguæ sunt facinora, ut semper habeat quod magnificè loquatur, fingit. Verbum vetus est, & verum: Ignavi homines plus habent verborum quam operæ, linguâ scilicet potentes, non item manu. Bellator ore, plerunque pecus ignavum est re. Præclarè dixit Isidorus: *Horret sapientia spumeum verborum ambitum*. Eo tamen illi potissimum utuntur, quibus verba sunt sine penu & pecuniâ. Myndiorum olim vilis fuit urbecula, sed portæ ingentes, & magnifici operis. Diogenes ille notissimè Stoâ philosophus, hanc urbis & portarum diffimilitudinem contemplantus, exclamavit publicè: O Myndii portas claudite, ne per illas urbs vestra exeat. In homine inanis gloriæ appetente, hoc ipsum prorsus est videre. Portas is habet amplissimas, os supra modum garrulum, & quòd in sui domini laudes excurrat laxissimè. Sed plerunque civitatula hinc latet vilissima, actus parum insignes, manus languidæ & leprosa, virtutis currisima supellex. Atque hos suo nomine Thraones vocamus, qui ampullas & sesquipedalia ver-

Anseres
eunt nudis
pedibus.

Isid. lib. 2. de
ser. cap. 29.

ba jaciunt, qui quidquid hostium est, super mensam debellant, & ut Plautinus ille Bombomachides, decem uno distant spiritu. Aristogiton, uti Plutarchus memorat, passim in sermonibus bella crepabat & arma; strategum dixisset animosissimum. Cum verò miles scriberetur, crus pannis obligans Aristogiton, gressus baculo fulciebat, & ut piger canis claudicabat. Vidit hunc è tribunali Phocion, qui mox castrensis tabellario: Scribe, inquit, Aristogitonem claudum & mendacem. Hoc ostentatoribus solenne est: dum verbis agitur, nemo illis animosior, nemo fortior; cum ad rem venitur, hinc illi claudicant, jamque vix serpunt, qui antea volarant.

S. V.

Claudius Paradinus, linguam inter geminas dracopis quidem & quasi valvis duplicibus Natura linguam repressit; hæc tamen nihilominus perumpit claustra, & in apertum evolat. Arx in homine caput est; dentes, cancelli ossei; os, arcis porta; Ratio arcis domina, quæ linguam ferè instar coërceat. At hæc sæpissime fractis carceribus erumpens, draconum alas obtinet, sitque volans draco. Hæc jam alata fera, plena veneno mortifero, huc illuc instar jaculi fertur, & plerunque primam omnium prædam proprias laudes sectatur; idque tam avidè, ut etiam in flagitiis gloriam inanem aucupetur. Sunt enim, qui letantur cum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis. Cum autem gloria è vitis summa sit ignominia, quærit regius psaltes: *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?*

Quis autem volanti huic draconi alas affigit? Aut Superbia, aut Avaritia, aut etiam Opulentia. Superbia quidem hoc agit, ne quis intus seipsum norit, atque ita longè majorem quàm sit æstimer: Avaritia hoc docet, ut quis artem quam novit, apud omnes prædicet, quom eam caritiùs vendat: Opulentia proprium est grande supercilium attollere, & spirare superbiam. Pompejus Magnus belli gloriâ, quam ipse sibi fingebat, insolescens dicere non dubitavit; si terram vel semel pede pulsaro, totum Orbem ad arma provocabo. En alatum draconem, & orbe toto vagantem.

Has feras persequitur Deus, qui ad honorem suum attentissimus: *Gloriam meam, inquit, alteri non dabo*. Omnia nobis, etiam seipsum dare paratus est, si modò nos illi suam gloriam. Hanc à nobis cumprimis exigit, ut non gloriatur in conspectu ejus omnis caro. Hilarius rationem reddens. Soli Deo, inquit, de se credendum est, qui se solus novit. Nos autem quàm non novimus nos ipsos intus & in cute? Et cui non jure ignorantia sui objicitur? *Quia dixi, quòd dives sum, & locupletatus, & nullus ego; & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus*. Abi ostentator, & discè teipsum nosse: non deerunt qui te hac in re juvent.

CAPUT XLIV.

Quibus in rebus OSTENTATRIX
lingua se potissimum efferrat.

Artalum quendam perstringit olim poëta, epigrammate faceto:

Declamas bellè, caussas agis Artale bellè:

Historias bellas, carmina bella facis:

Componis bellè mimos, epigrammata bellè:

Bellus Grammaticus, bellus es Astrologus.

Et bellè cantas, & saltas Artale bellè:

Bellus es arte lyrae, bellus es arte pila.

Nil bene cum facias, facis attamen omnia bellè:

Vis dicam quid sis? magnus es Ardelio.

Ea fuit Artali jaëtantia, ut nihil non affectaret, in rebus omnibus se jaëtare, plurima agendo nihil perageret.

Martial. l. 2.
epigr. 6.
Comædians
& scenicas
actiones
scribit.

Et

Et quia sibi uni eximie placebat, nunc se oratorem, nunc declamatorem, nunchistoricum, nunchpoëtam esse professus: Jam grammaticum, jam astrologum, jam lyrictam & lusorem, jam musicum & saltatorem se jactabat; nihil horum erat, sed verissimus Thraſo, & ostentator sui vanissimus, qui sibi omnia bellè facere videbatur, & nihil bene faciebat, quod Ardelionum est proprium. Talis Attalus, qui omnia sibi tribuebat, & cum nolent alii, seipsum magnificè laudabat. Hæc quàm ampla est etiamnum hunc Attalorum familia! quàm multi sunt, qui seipſos unice admirantur, & suspiciunt hinc de seipſis multa & graviter & honorificè prædicant, magnamque à se ipsis laudem ferunt in rebus pæne omnibus. Potissimum quinque rerum capita sunt, de quibus ostentatrix lingua gloriari solet. 1. De formâ & corporis viribus. 2. De genere ac nobilitate. 3. De vestitu, suppellectili, opibus. 4. De ingenio ac eruditione. 5. De virtute, ac dotibus animi: imò tanta ostentandi se libido est, ut etiam de vitiis gloriemur. Quàm autem ostentatrix lingua, inanem & tultam sumat operam, cum in his talibus gloriatur, hac dissertatione explicabimus.

§. I.

De formâ & robore.

Primum Ostentationis genus est de formâ & robore gloriari. Sed heu quàm breve, quàm & fragile bonum est forma? nihilo firmior est illa quàm tempus, cum eo veniens, cum eodem fugit. Siste, si potes, tempus, poterit & forsam forma consistere, quæ ut amœnus flosculus, inter ipsos mirantium atque laudantium oculos evanescit: brevis hunc pruina percutit, levis hunc aura decutit, vel inimicæ manus ungue capitur, vel prætereuntis calce premitur, & perit: ita formam febricula, morbi que alii extingunt. Quanti faciendæ sit forma, mors ostendit, nec mors sola, sed senectus & paucorum annorum spatium, imò vel unius lucis repentina commoriuncula.

Orat. lib. 2. moritur.

Forma bonum fragile est, quantumque accedit ad annos, fit minor, & spatio carpitur ipsa suo.

Hæc expertus quandoque formosus ille Romanus Princeps Domitianus, qui amico scribens: Scias, inquit, nec gratius quidquam decore, nec brevius, quamvis, etiam si durabile perpetuumque naturæ donum esset, non intelligo, quid tantopere habeat expectandum ille non solidus, nec in ipſo homine nisi superficie tenus fulgens decor, multaque foeda & horrenda contegens.

Cur obsecro Deus conditi orbis initio creata omnia laudavit, solius hominis laudes tacuit? Ambrosius causam assignans: *Creatorum omnium bonitas, in exteriori specie sita erat, non item hominis, propterea laudabantur illa, non homo, qui prius laudandus non est, quàm per exteriores actus interiorem bonitatem demonstrat.* Hinc à sola exteriori formâ laudavi, vanissima laus est.

Ambros. de instit. vir. lib. 4. 3.

Forma est morborum & temporis ludibrium.

Forma libidinis fomentum, multis acerbi ac turpis interitus causa fuit: forma morborum & temporis ludibrium, quàm non longâ floret ætate! quid jactas tam volucres bonum? mox flava cadet cæsaries, albescent reliqua, purpurascens genas & serenam frontem squalescentes arabunt rugæ, lætas oculorum faces & lucida sidera mœstæ obducent nubes, candidum ac læve dentium ebur scaber atteret situs, recta cervix agilesque humeri curvescent, miniata labra expallescent, aridas manus & recurvos pedes suspicaberis non esse tuos. Quid multa? Veniet dies quo te in speculo non agnoscas: testes oculi dicent, aut alius es, aut tibi ipse dissimilimus es. Quid ergo miramur tam caduca? quid de vitiorum adjumentis gloriatur?

Quid veteres hac in re senserint, non ignoramus: Raram ajebant illi esse concordiam formæ atque pudicitia, raram mixturam formæ atque sapientia. Utrumque verum, nam luculenta forma meliorem non reddit animum, quem sæpiſſime in periculum trahit; moribus

conferendus est homo. Est & animo sua pulchritudo multo suavior certiorque quàm corporis, & ipsa quolque suis legibus, atque apta suarum partium dispositione subsistit. Illam optare, illi operam impendere dignum est, quam nec longa dies deteret, nec morbus, sed nec mors extinguet. Quid attinet gloriari eo, quod neque nostrum est, neque diutius servare possumus, quod habuisse nulli, quod contempsisse multis gloriosum fuit. Mitto alios: Spurinam non naturalis forma nobilitavit, sed ultro accessita deformitas ornavit. *Fallax gratia, & vana est pulchritudo.*

Prov. 6. 31. vers. 30.

Quæ de formâ, eadem de robore corporis affirmamus. De robustis viribus gloriari, taurina gloria est. Bos aut elephas hac in re gloriosior sit, quia robustior. Deinde nulli unquam tantæ vires obtigerunt, quæ vel labore immodico, vel acri morbo, vel cuncta vincente senio non fuerint fractæ. Invicta & infatigabilis est vis animi, quæ veram parit gloriam. Nemo Milone robustior fuit, sed clariores multi. Virtus verè laudanda mole corporeâ non eget, in animis habitat. Quid nostris viribus triumphamus, cum multas belluas hac in re superiores habeamus? Erravi, quod nostras appellarim vires, cum eæ non sint nostræ, sed hospitii nostri, imò carceris nostri. Vanum est autem, cum ipse sis fragilis, de valido habitaculo (dicam melius) de robusto adversario, qui te sæpius prostraverit, gloriari. Num mortuus decenter gloriaretur de sepulchro? foris nitet, intus putret & foetet. Divinus ille concionator, ut humanæ ostentationi alas incideret: *Veni me, inquit, ad aliud, & vidi sub sole, Eccles. 9. 2. nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec doctorum divitias, nec artificum gratiam: sed tempus casumque in omnibus.* Et ne quis viribus suis inaniter fidat, adjungit hoc monitum: *Nescit homo suam suam, sed sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aves laqueo comprehenduntur: sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis extremo super venerit.* Milonem omnibus palæstris celebratum

& cognitum, arbor una detinuit, lacerandumque feris obtulit. Sic illud eximium robur, silvæ quercus robori impar inventum est. Samsoni heroum longè fortissimo robur omne ademittit acies novacula. Ille qui leonem velut hædulum ludibundus discerpſit, in puellæ gremio corporis & animi robur omne perdidit. Ergo, *Melior est sapientia quàm vires, & vir prudens quàm fortis.* Siquidem *non in fortitudine sua roborabitur vir.* Anus quæpiam cum Jovinianum Imperatorem Romanum mole corporis excellentem & validum, sed parum intelligentem vidit, exclamasse fertur: *O quàm bonam domum hic habet amentia! Putat Valerius, nimio robore membrorum, vigorem mentis hebescere, quasi abnuente naturâ utriusque boni largitionem: ne supra mortalem sit felicitatem, eundem & valentissimum esse & sapientissimum.* Ergo *non gloriatur sapiens in sapientiâ suâ, & non Hier. cap. 9. vers. 1. gloriatur fortis in fortitudine suâ, & non gloriatur dives in divitiis suis: sed in hoc gloriatur qui gloriatur, scire, & nosse me, quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam & iudicium, & justitiam in terrâ. Linguam magniloquam disperdet Dominus.*

Sap. cap. 6. vers. 1.

1. Reg. 6. 2.

vers. 9.

Valer. Max.

lib. 9. c. 12.

lib. 9. c. 12.

lib. 9. c. 12.

lib. 9. c. 12.

lib. 9. c. 12.

lib. 9. c. 12.

lib. 9. c. 12.

lib. 9. c. 12.

lib. 9. c. 12.

lib. 9. c. 12.

lib. 9. c. 12.

lib. 9. c. 12.

lib. 9. c. 12.

§. II.

Alter Ostentationis impetus est, de genere ac nobilitate gloriari. In ceteris forsam homines nos haberi non indignamur, hic supra humanam conditionem effertur, & Dii nobis videmur. Is profecto factus est quorundam, ut præter se neminem æquè hominem censeant nisi pariter nobilem. Propago vetus, proſapia nobilis, generosa origo, ornamentum est hominis, non negamus, sed hominis illius, quem non sanguis solum, sed & virtus nobilitat. Ille verè nobilis est qui strenuè agendo nobilitatem peperit, non nascendo accepit. Alienum est, cui de nostro nil inest; atqui alieno gloriari, ridicula proſus ostentatio est: avorum merita, nepotum

De genere ac nobilitate.

tum degenerantium notâ sunt; nec aliud magis posterorum maculas aperit, quam majorum splendor ac gloria cui posterî non respondent. Veram laudem nisi de proprio sumpseris, ab alio non expectes. Agedum, quisquis nobili atq; sanguine vis censei, virtute & factis te nobilem proba non verbis. Nam & majores tui nisi aliquid dignum egissent laude; nunquam nobiles fuissent. Ubi generis antiqui est nobilitas, ibi necesse est antiqua fuerit virtus, sine quâ vera nobilitas non est. Sæpe magna est parentum claritas, sed tantò major obscuritas filiorum. Corpus & patrimonium à parentibus accipimus, non ita claritatem. Hanc & qui habet, raro in filium transfert, & qui non habet, subinde illam in filio videt. Quantum patre, clarior Cæsar, quantum obscurior Africani filius? Amare illum potuit, illustrare non potuit, infinitam suâ lucis eclipsim passus in filio. Ita raro excellentis viri filius excellens est; ita nominis claritas non nascendo quaerenda est; sed vivendo, sæpe etiam, quod miraberis, moriendo. Ita verus nobilis non nascitur, sed fit. Platonem Philosophia non accepit nobilem, sed fecit. Desinamus igitur nostrum nomen alienis obumbrare virtutibus; ne unoquòque suum reposcente, nudi de proprio rideamur. Sed ego, inquis, non sum cornicula, quæ alienis se pennis jaçet; multa mihi est claritas sanguinis. Ah, quid hæc de te gloriaris? Omnis prope modum sanguis est concolor, sicubi fortè alter altero clarior inventus sit, non id nobilitas efficit, sed sanitas. Et quàm opportunè hæc illud Aquinatis poëtæ occinam?

Invenit. sat. 8. vers. 1. & seqq.

Fractas avorum stantui.

Fractibus; magistratum insignibus.

*Stemmata quid faciunt, quid prodest, Pontice longo
Sanguine censei, pictos ostendere vultus
Majorum, & stantis in curribus Emilianos;
Et Curios jam dimidios, humerisque minoreni
Corvimum, & Galbam auricularis, nasq; carentem?
Quis fructus generis, tabulâ jactare capaci
Corvimum, post hac multa contingere virga
Fumosos Equitum cum dictatore magistros,
Si coram Lepidis malè vivitur?*

Avorum & proavorum atque atavortum statua in armariis per arria dispositæ, verustate exsæ, fumosæ ac mutilatæ, inquit poëta, nobilitatem tibi non dabunt, si mores desint, si tu ante imagines majorum tuorum pefsimè vivas, totâ nocte aleâ ludas, auroram poculis salutes:

*Tota licet veteres exornent undique cere
Arria; nobilitas sola est, atque unica, virtus.*

Cur enim Q. Fabius, Q. Fabii Maximi Allobrogici, Imperatoris clarissimi filius, majorum gloriâ efferatur, eorumque titulos sibi adsciscat, cum vitam luxu perditam & majoribus indignam agat?

Ovid. lib. 13. metamorph.

post init. in orat. vlyssis.

Hieronym. epist. 22. ad Celant.

Nam genus & proavos, & qua non fecimus ipsi, Vix ea nostra puto. Beatus Hieronymus Celantiam nobilem feminam modestiæ commonefaciens: Nulli unquam, ait, de generis nobilitate te præferas, ne obscuriores quasque & humilior loco natas mulieres te inferiores putes. Nescit enim religio Christiana personas accipere, nec conditiones hominum, sed animos inspicit singulorum. Servum & nobilem de moribus pronuntiat. Sola apud Deum libertas est non servire peccatis. Et nunquid non omnium una est nascendi conditio? nunquid non & moriendi una est conclusio?

Judæorum perpetua fuit hæc ostentatio, genealogias suas omnibus recitare, & ore quanto assidue illud crepabant: Semen Abrahæ sumus, & novini servivimus unquam. Quibus Humilitatis magister opportunissimè: Si filii Abrahæ esis, ait, opera Abrahæ facite: omnis qui facit peccatum; servus est peccati. Quid igitur ostentatrix linguæ sanguinem altum intolerantiùs jactat? In alto nasci nec tranquillum certè, nec semper tutum est, etsi sit clarum. Scitum est illud Jlyrici poëtæ: Sæpius ventis agitur ingens pinus, & cellæ graviore casu decidunt turres, feriuntque summos fulmina montes: uti nemo naufraga-

Joan. cap. 8. v. 33. 34. & v. 39.

Flores. libri 2. Carm. oda 10.

gium in sicco, ita nec præcipitium in imo metuit. Nil præterea tam altum, quod non & sollicitudini, & labori, & invidia, & pavori ac mærori, & in finem morti pervium. Omnem sanè fastum eminentiùsque mortalium, sola mors in planum redigit. Quor fuerunt nobiles familiæ, quarum hodie superstes nemo, & vix ulla est memoria? Omne quod in tempore oritur, cum tempore occidit. Omnia tempus immittit consumitq; Nobilitas quam longa dies peperit, longiorque auxit, longissima subruit. Ponamus cristas, nemo verè nobilis est, nisi & modestus sit. Linguam magniloquam disperdet Esal. 11. v. 4. Dominus.

§. III.

Tertium Ostentationis genus à victu & vestitu, à numis & opibus crescit. Virtutum nutritrix optima est, vestitus est paupertas, opulentia vitiorum. Ubi divitiæ, illic plebunque sunt & vitia, & tamen nemo se pauperem esse gloriatur, divites videri omnes volumus, etiam si sæpe, quos occulta conficit egestas. Ecquis est qui facultates suas nec verbis, nec factis prædicet? Difficillimum est ostentatrici linguæ accrescentes divitias non subinde prædicare: minus inanis esset gloriatio, modò gaudium, tranquillitas & servos cum crescentibus divitiis crescerent. At contrarium experimur: quanto magis hæc crescunt, tantò illæ decreverunt magis. Si ad clarissima rerum exempla reflectamur, videbimus Romanos dum fuere pauperes, omnium gentium, imò & vitiorum fuisse viatores, tum vinci cœpisse, cum opulenti evasere. Sic ad divitiarum adventum discesserunt virtutes ac victoriæ, simulque opum comites delitiæ ac libidines in virtutis locum subierunt, ut non immeritò illius ævi scriptores, Romanæ paupertatis interitum querantur. Divitiæ plurimos faciunt non divites, sed occupatos; non dominos sed cultos & servos. Qui multas opes congescit, rem habet quasi difficilem, custodiri anxiam, amissu stabilem. Et multò plures sunt, qui habentur à divitiis, quàm qui eas habent. Hinc propheta testimonio viri divitiarum, non divitiæ virorum sunt. Nihilominus gloriamur de divitiis, quæ sæpe non dona, sed vincula, sed compedes; nec jam ornamenta corporis, sed impedimenta animi, & sollicitudinum atque formidinum acervi sunt. Divitiæ multis atterere mortem, requiem abstulere ferè omnibus. In veptibus sopiuntur, qui in divitiis quietant. Gravis sopor qui aculeos non sentit. Sed venit ecce vox, quæ malè soporatos excitet: Dormierunt somnum suum, & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis. Et vix illis, qui in multitudine divitiarum suarum gloriantur. Non est bona gloriatio illorum. Ecquid etiam de lauro victu, de splendido vestitu gloriatur? An nobis ideo plus parent vermes, quàm duro agricolæ? an non cibo molliore vescuntur avidiùs? Scimus, etsi fortè diffimulemus, nos illi convivio præparatum escam, & fortè jam cenæ tempus instare, certè autem longiùs abesse non posse: Nam & brevis est lux, famelicique convivia, & quæ mentem instruit, mors impigra. Quin potiùs nos pudet, more pecudis gaudere pabulo, & ciborum fieri reconditorium, & doli vicem subire, seque insuper de hoc magnificè jactare, & gloriam ducere, se gulæ servum fateri! Quid porro gloriolæ captamus, cum vestium nostrarum pretium prædicamus; tanquam si nobile sit factum, in veste totum patrimonium circumferre, & posse dicere: tanti cenæ, tanti vestis? Non est laudis, tot sumptibus suum sibi carcerem ornare. Sed nos omnia ed molimur, ut divites habeamur. Hinc illæ ventosissimæ narrationes: tot mihi sunt prædia, tanta prædiorum merces, tot annui proventus, tanti reditus, tot argentea vasa, tantum numeratæ pecuniæ; horum omnium vanissima est ostentatio. Rex Ezechias cetera laudatissimus, & in amoribus Deo, hoc uno tamen graviter deliquit, quòd palatii sui thesaurorum ambitio-

De vitiis, & opibus crescit. Virtutum nutritrix optima est, vestitus est paupertas, opulentia vitiorum. Ubi divitiæ, illic plebunque sunt & vitia, & tamen nemo se pauperem esse gloriatur, divites videri omnes volumus, etiam si sæpe, quos occulta conficit egestas. Ecquis est qui facultates suas nec verbis, nec factis prædicet? Difficillimum est ostentatrici linguæ accrescentes divitias non subinde prædicare: minus inanis esset gloriatio, modò gaudium, tranquillitas & servos cum crescentibus divitiis crescerent. At contrarium experimur: quanto magis hæc crescunt, tantò illæ decreverunt magis. Si ad clarissima rerum exempla reflectamur, videbimus Romanos dum fuere pauperes, omnium gentium, imò & vitiorum fuisse viatores, tum vinci cœpisse, cum opulenti evasere. Sic ad divitiarum adventum discesserunt virtutes ac victoriæ, simulque opum comites delitiæ ac libidines in virtutis locum subierunt, ut non immeritò illius ævi scriptores, Romanæ paupertatis interitum querantur. Divitiæ plurimos faciunt non divites, sed occupatos; non dominos sed cultos & servos. Qui multas opes congescit, rem habet quasi difficilem, custodiri anxiam, amissu stabilem. Et multò plures sunt, qui habentur à divitiis, quàm qui eas habent. Hinc propheta testimonio viri divitiarum, non divitiæ virorum sunt. Nihilominus gloriamur de divitiis, quæ sæpe non dona, sed vincula, sed compedes; nec jam ornamenta corporis, sed impedimenta animi, & sollicitudinum atque formidinum acervi sunt. Divitiæ multis atterere mortem, requiem abstulere ferè omnibus. In veptibus sopiuntur, qui in divitiis quietant. Gravis sopor qui aculeos non sentit. Sed venit ecce vox, quæ malè soporatos excitet: Dormierunt somnum suum, & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis. Et vix illis, qui in multitudine divitiarum suarum gloriantur. Non est bona gloriatio illorum. Ecquid etiam de lauro victu, de splendido vestitu gloriatur? An nobis ideo plus parent vermes, quàm duro agricolæ? an non cibo molliore vescuntur avidiùs? Scimus, etsi fortè diffimulemus, nos illi convivio præparatum escam, & fortè jam cenæ tempus instare, certè autem longiùs abesse non posse: Nam & brevis est lux, famelicique convivia, & quæ mentem instruit, mors impigra. Quin potiùs nos pudet, more pecudis gaudere pabulo, & ciborum fieri reconditorium, & doli vicem subire, seque insuper de hoc magnificè jactare, & gloriam ducere, se gulæ servum fateri! Quid porro gloriolæ captamus, cum vestium nostrarum pretium prædicamus; tanquam si nobile sit factum, in veste totum patrimonium circumferre, & posse dicere: tanti cenæ, tanti vestis? Non est laudis, tot sumptibus suum sibi carcerem ornare. Sed nos omnia ed molimur, ut divites habeamur. Hinc illæ ventosissimæ narrationes: tot mihi sunt prædia, tanta prædiorum merces, tot annui proventus, tanti reditus, tot argentea vasa, tantum numeratæ pecuniæ; horum omnium vanissima est ostentatio. Rex Ezechias cetera laudatissimus, & in amoribus Deo, hoc uno tamen graviter deliquit, quòd palatii sui thesaurorum ambitio-

4. Reg. f. 10. vers. 13. Ezechias regis ostentatio & ambitio-punitio.

I
c
n

S
M
u

I
b
bi
ca
ti
ae
pe
se
Tr
ra

M
an
bu
ex

Id
fil
ian

ambitiosius exteris monstrat. Non videbatur huic humanitati hæere noxa: Nihilominus Iſaias divino iuſſu ſententiam pronuntiat: *Ecce dies venient & auferentur omnia, quæ ſunt in domo tuâ, & quæ conſiderunt patres tui uſque in diem hanc, in Babylonem: non remanebit quidquam, ait, Dominus.* Adeõne grande piaculum eſt, domus regiæ gazas regiis legatis offendere? Tantopere Deus oſtentationem omnem odit, ut vel parvam, vel in amiciffimis ſæpe magno puniverit ſupplicio? *Non ergo gloriatur dives in divitiis ſuis. Linguam magniloquam diſperdet Dominus.*

S. IV.

Quartum oſtentationis ſpecimen eſt, ob ingenium & eruditionem ſe jactare. Communis hic furor eſt, ingenioſum malle quàm laborioſum dici. Non neminem reperias tam ſtolidum, qui eo ſolum nomine laborem fugiat, neminùs videatur habere ingenii, quò plus inſumit laboris. Inſania luculenta: Cùm non rarò ingenium optimum peſſimus quiſque habeat: *Labor, ut*

Seneca loquitur, *optimos citat.* Bene laborare, quia induſtriam, ſimul & laudis eſt; ingenium fortiri bonum, etiam pigerimus poteſt, imò & nequiſſimus. Et tamen neſcio quâ ratione amœniùs ad aures noſtras accidunt hæ voces, *Ingenioſus eſt, quàm illæ, Laborioſus eſt.* Hinc illæ ſuimet commendationes: *Promptum mihi & velox ingenium eſt. Utinam promptum & velox ſit ad virtutes.*

Alioqui quò velocius, eò propiùs ruinæ. Pretioſa eſt animi ſupellex, præclarum ingenium, non negamus, ſi tamen bonis artibus applicetur: ſi minùs, periculoſa, ſibi aliſque exitioſa. Ingenia feliciffima frequenter exorbitant turpiſſimè. Annæus ex Ariſtotelis mente aſſerit: *Nullum magnum ingenium ſine mixturâ dementia fuiſſe.* Julianus Imperator Apoſtata magni fuit ingenii, ſed tantò ſibi & terrarum Orbi exitioſior, quanto ingenioſior.

Hujus generis plurimòs vetus recenſque memoria numerat, qui ſi minùs ingenii habuiſſent, minùs nocuementi tam ſibi, quàm aliis intuliſſent. Vix quidquam rerum naturâ exitioſius, quàm altum ingenium malis artibus imbutum, aur pravis opinionibus corruptum. Ingenium magnum ſed pravum, præcipitio ſemper proximum: tutius eſt ſemper ingenium bonum ac modèſtum, quàm excellens, quòd illud in malum non facilè ſectatur, hoc in diverſa ſit volubile. Solent qui de magnificè ſentiunt, præſidenter majora viribus aggredi, in quæ niſi medio prolapſu ſuo vel periculo vel pudore condicere, quàm juſti fuerint rerum æſtimatores ſuarum. Addo & illud quod Romanus ſapiens affirmat: *Ingenia quò illuſtriora, hoc plerumque breviora ſunt.* Nec ferè quidquam odioſius eſt ſapientiæ, quàm nimium acumen: ideo veteres inviſam Palladi ſinxerunt araneam, cujus ſubtile opus ac tenues telæ ſunt, ſed fragiles, nullique uſui: Ingenia magna & ſubtilia, ſæpe maximorum initia malorum fuerunt. Rarò magni errores, niſi ex ingeniiſ magnis prodierunt. Sed & hoc quotidiana loquitur experientia, in uno eodèmq; homine ingenium quandoque ſummum, & nullum eſſe judicium, quòd moderari deberet ingenio: ita quidam doctiſſimi ſunt, doctriinâ vix uti poſſunt. An non iſtud ſuperbiam omnem & vaniſſimam oſtentationem coërceat? Quanti ſunt nihilominus qui non ingenium dumtaxat ſuum, ſed & ſapientiam ſuam jactitent. Sed mihi credite, ſi verè ſapientes eſſent, nunquam ſe eſſe dicerent. Sapiens eùm intelligat, quantum ſibi deſit, non ſolet de rebus ſuis gloriari, nec ſapientiam ſibi familiarem opinari. Primus ad ſtultitiam gradus eſt, ſe ſapientem credere; proximus eſt, ſe ſapientem proſiteri. At horum non paucos numeraveris. Quàm bene res irent hodie, ſi tot eſſent ſapientes, quot ſapientiæ profeſſores. Nunc illorum pauciſſimi ſunt, horum maximus eſt numerus. Feliciffimam dixerim aratem noſtram, quæ non unum duobve vel ſeptem ſapientes, ſed in ſingulis urbibus, ceu pecu-

Adum greges numerat quamplurimos. Sed videte quantum errore. Proprium eſt ſapientis, ſuam in rebus plurimis ignorantiam noſſe ac fateri, quòd oſtentatores illi omnium minimè faciunt. Audite, obſecro oſtentatorem inſignem: *Vos neſcitis quidquam,* ait Caiphas, *nec cogitatis, Ioan cap. 11. quia expedit nobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.* Omnes alios ignorantia, temeritatis, & inconfiderantiæ damnat: ſe unum prudentem, circumſpectum, ſapientem venditat. Sic Jobi cognatus Eliu: *Audite me, inquit, oſtendam etiam vobis ego meam ſapientiam.* His talibus illud Jobi opportuniffimè obicitur: *verſ. 10. Ergo vos eſtis ſoli homines, & vobis cum morietur ſapientia? At Idem c. 12. ſapientem, inquit, non nemo me dicit. O te bonam, ſed fatuam oviculam: quàm creduli & quàm faciles in fide ſumus, cùm de laudibus noſtris agitur! Quàm ſuaviter Demoſthenem titillavit, cùm cum anus Attica digito monſtraret, diceretque: *Hic eſt ille Demoſthenes.* O vane gloriator! non te tuæ, neque alicnæ voces ſapientem facient, ſed res ipſa. Vulgò ſapientes inſaniunt, &*

B vulgari inſani ſapiunt. Nihil eſt à virtute vel à veritate remotius opinione quàm vulgaris opinio, quæ falſa pro veris, vera pro falſis habet. Et quid noſtro hoc ævo litterarum & inſcriptionum tituli non audent, quem non nobiliſſimum & maximè ſtrenuum, quem non eruditiffimum ac juſtiſſimum, quem non prænobilem, ampliffimum, magnificum, generoſum, perilluſtrem, illuſtriſſimum faciunt? hic garrienti & adulandi libertas infinita & faciliùs putant hæc ſcribi quàm dici: nam littera non erubefcit. Sed quid aliis ò vane gloriator de te credis? teiſum de tuis rebus interroga. Vis noſſe quàm ſis ſapiens? oculos in tergum reflecte: Recordare obſecro, quoties in hoc vitæ curſu ceſpitaveris, quoties aberraveris, quoties offenſo pede cecideris, quot dolenda, quot pœnitenda, quot erubefcenda commiferis: jam ſi audes, te dicitò ſapientem. Præſtat igitur (mihi crede) falſas opiniones abjicere, inſolentiam deponere, inſipientiam circumſpicere, & oprare, ne qua experiendæ ſapientiæ neceſſitas incidat, quæ declaret nos de nihilo gloriatos; Hæc rector tutiõque quærendæ ſapientiæ via eſt. Nihil enim altiùs aſcendit, quàm operoſa Humilitas. *Non Hier. cap. 9. ergo gloriatur ſapiens in ſapientiâ ſua. Nam linguam magniloquam diſperdet Dominus.*

S. V.

Quintum Oſtentationis caput eſt, de virtute, imò & de vitis gloriari. Cùm deſt Oſtentatrici Lin-
guae quod jactitet, tunc ampullantia & ſeſquipedalia & vitis
verba, tunc vitream fraçtam & ſomniorum interpreta-
menta, tunc fabuloſos ſententiarum ſtrepitus ſpargit.
Sed nunquid non ſaltem de virtute gloriari licet? Ut li-
ceat, in illo ſolum eſt gloriandum, qui virtutis & bono-
rum omnium ſolus auctor & largitor eſt. Sed nos ple-
runque in nobis atque de nobis, noſtriſque virtutibus
gloriamur, dum fatuè credimus, pluribus atque majori-
bus nos præditos virtutibus, quàm ſumus. Fundamen-
tum veræ virtutis humilitas, nec tanta claritas eſt ulla,
quam elatio non obſcuret. Scit hoc ille, qui clariffimus
creatus, ſed quia ſeiſum efferebat, non tantum obſcu-
rus, ſed tenebrarum princeps eſt factus. Quòd ſi Ange-
lorum nobiliſſimus ſic præcipitatus eſt, quid alii de ſe
ſperent; quid fiet vermicultis, ſi Angelis non parcurit ſu-
perbientibus? Non ſolet eſſe virtus jactatrix aut mira-
trix ſui, ſed imitatrix alieni, ubicunq; demum emen-
datius viderit exemplum. Itaque ſemper anhelans, ſem-
per altiùs aſpirans, dum ſe comparat, parvipendit. Nun-
quam virtus conſummatam ſe judicat, non confidit niſi
Deo, nihil ſibi arrogat. Scit hoc tempus eſſe militiæ, non
triumphi aut gloriationis, atque ideo nunquam toiper,
& ſemper in actu eſt; ſemper quaſi nunc primùm inci-
piens accingitur, nec unquam ſe omnia perfeſſiſſe cre-
dit. Nò eſt virtus, error eſt virtutis ad verſarius, ſui ipſius
commen-

Hier. cap. 9. verſ. 23.

4. De ingenio & eruditione.

Senec. lib. de provident. cap. 5.

Ingenium bonis artibus applicatum præcioſa eſt animi ſupellex; Senec. de Tranquill. cap. 15. fine.

Malis autem artibus imbuta nihil exitioſius.

Idem Conſul ad Marciam c. 23.

10.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.

2. Cor. c. 10. commendatio. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. Quisquis ad virtutis jugum ascendisse se credit, in hoc primum fallitur, quod ubi se credit esse, non est. Siquidem nil tam profectui adversum, quam magni profectus opinio; nemo studeat agere, quod peregrisse se putat. Qui omnem vitam suam ante oculos ponit, p̄terque dies singulos a tuum ac verborum & cogitarum rationem a seipso exigit, incorruptus rerum luarum arbiter, videbit quantum vacui sit in animo, quantum occupent vitia: qui conscientiam suam interrogat, aliter de se sentit, quam qui tantum famam. Sed ego ipse; Inquis, mihi vir bonus videor. Ergo certe malus es. Boni enim sibi displicent, seque accufant. Sed forsitan & tibi, & aliis bonus videris? Quid si tu malus, illi autem stulti sint? Nec scintilla quidem est solidæ gloriæ, tamen si vulgus omne unâ voce nos laudet.

Nulla prior ad præceptum via est quam per vulgi vestigia.

1. Reg. cap. 2. vers. 3.

Isaia cap. 3. vers. 9. Ambros. lib. de Apol. David. c. 9.

Gloria de vitiis est foedissima.

Psal. 51. v. 3. 4. & 7.

Amussil. 2. cap. 4. & 5.

Jam dixi: nulla prior ad errorem atque ad præceptum via est, quam per vulgi vestigia. Quidquid p̄ne vulgus laudat, vituperio dignum est. Quidquid ferè vulgus cogitat, vapum est; quidquid loquitur, falsum est; quidquid improbat, bonum est; quidquid approbat, malum est; quidquid prædicat, infame est; quidquid agit, stultum est. I nunc, & infanorum sermunculis gloriari. Ecquid omnium laudes, quid omnis humanus favor est? Pulchra & multicolor iris. Et quid iris est? nubes opaca & roseida, in aquam brevi abitura. Nec ille quidem ad gloriâ veram pertigit, qui omnibus placet. Placentes hominibus Deus spernit; & hominibus placere, displicere Deo est; contraria contrariis gaudent. Quapropter, Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes, recedant vetera de ore vestro. Nemo virtute suâ, quam vis verâ, sed in ipso virtutum omnium auctore glorietur. Qui contrarium facit, non modò non assequitur; quod non habet, sed idipsum quod habet, vel imminuit, vel amittit.

Sed sunt quidam virtutum aded inanes, ut vel ipsi vitis gloriarentur: Peccatum suum quasi Sodoma prædicaverunt; nec absconderunt. Ambrosius in hos graviter invehit: Plerique, ait, in suis lapsibus gloriantur, & putant etiam laudis esse, quæ criminis sunt. Jam in laude ponitur, vino se obruere, simplicem circumvenire, alienam pudicitiam expugnare, suam in omne flagitium abjicere. Non falsissima solum hæc est gloria, sed etiam foedissima. Nec ego in tam flagitiosè gloriante aliud fulmen torqueo, quam quod olim in eos sanctissimus rex torserat his verbis. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate: totâ die iniquitatem cogitavit lingua tua. Propterea Deus destruet te in sinem; evellat te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radice tuam de terrâ viventium.

Radicitus extirpaberis è vivis, futurus miser æternum. Hic finis falsæ ac foedæ gloriæ.

Quid igitur d' vanissimi mortalium, quid vites ac formam corporis jactamus, quid nostram ipsi profapiam prædicamus, quid opes ac divitias crepamus, quid ingenium & eruditionem ostentamus, quid virtutes nostras, aut quod longè turpius, nostra vitia in gloriæ censu numeramus? Gloriam veram nunquam assequetur, qui falsam tam sedulo quæserit.

Vide obsetro, mi Lector, quæ de Vanâ gloriâ disse-tuimus in Amussi rectæ intentionis. Hæc solum ostentatrix lingua erat configenda.

CAPUT XLV.

Quæ plerumque panâ linguam OSTENTATRICEM soleat comitari.

Tria linguæ vitia frequentia.

ERuditè dixit quispiam è sapientum numero, tria esse vitia linguæ admodum frequentia. Primum eorum est, inquit, qui pauca sciunt, & doceri nolunt: Alterum eorum qui multa sciunt, sed ea docere nolunt:

A Horum denique tertium, qui optimè quidem docent, sed pessimè vivunt, atque de alterutro certè, si non de utroque gloriantur: eruditionem jactant, quam malis moribus refutant. O grave linguæ vitium Jactantiam! Hanc sanctissimus Rex David Linguam magniloquam, beatus Jobus verba ventosa vocitat. Hujus linguæ stolidum ingenium utcumque spectandum proposuimus, nunc quæ hoc oris vitium pœnæ comitari soleant, exponemus.

§. I.

OSTentatricem linguam passim hoc supplicii comitatur, ut dum superbo se volatu jactat, alienæ linguæ jaculo repente fixa concidat. Rex Antiochus Annibali profugo argenteum suum exercitum ostendit, & quæsit: Num hæc satis forent Romanis, contra quos erat bellaturus? Imò verò, inquit Annibal, satis; etsi avarissimi sint. Aprè tetigit regiam ostentationem. Non raro puniuntur linguæ, qui linguæ delinquant. Babelicæ turris structores non leprâ percussi, non aquis submersi, non incendiis consumpti, non terrâ dehiscente absorpti, sed linguarum confusione puniti. Ab Ostentatrice linguâ vanissimum illud ædificium cœpit: Venite, ajebant, faciamus nobis civitatem & turrim, cujus culmen pertingat ad calum: & celebremus nomen nostrum. A linguâ peccatum, à linguâ peccati supplicium fuit.

In convivio assederat virgo cultior quam ditior, & quæ suum omnem censum secum circumferrebat. Epulæ lautæ, & quæ solertissimam gulam irritarent, inferebantur. Illa tanquam conducta ad hæc lautitias spectatrix, sedebat sine cibo, viva statua; neque tam videri volebat abstiniens, quam dives & opulenta, cui domi satis esset cupediarum. Hortantur alii & alia, ut manum cum ceteris admovere, & hunc mensæ paratum vel non spernere. Nil proficiunt. Illa ut prius manuum destituta usu sederet, solis oculis omnium ora oculisque delibat. Tandem honesta matrona quæ illam juxta assidebat: Ecquid mea filia, inquit, causæ esse dicam, quod fercula tam opipara prius damnes quam gustes? Cui illa: Non est, inquit, quod mireris, mater, nimium Mecastor huc accessit satura. Nam domi prius periculâ famem omnem exemi. Audiit hoc facitior quispiam mensæ minister, & vanissimè se venditant: Apparet, inquit, quod de perdice asserit; nam plumæ collari etiamnum inhaerent, & simul intento digito in collare, reliquias pulvis avenaceæ ostendit. Mox risus undique coortus, quo meselle pultriphagæ vanissima ostentatio jugulata. Jure: nihil turpius paupere superbo. Formicula bovis arantis cornu occupans, cum à bove, quid illic ageret, interrogaretur, arare se & sudare respondit. Hanc formicæ inanissimam ostentationem, eum illâ caussidici licebit conferre:

Causidicus quidam sic se jactabat apud me,
Nullam quod usque causam, ab annis plus decem
Perdiderit: verum (quantum considero) dixit;
Causam qui ab annis plus decem egit unicam.

D Posset jactator hic causidicus virginem illam conjugem ducere paris studii æmulam. Sed apriorem scio maritum, & qui meliùs illi conveniat, quam Tullie Tarquinii.

§. II.

IN oppido quod sextum ab Argentorato lapidem distat, (nomen tacemus) vir avorum quam numerorum ditior habitabat. Poterat is quidem fumosas majorum effigies, exelas carie clavas, confossas jaculis peltas, perforatas crebrâ glande galeas, infectos rubigine gladios ostendere.

tumens alto Druforum stemmate, tanquam
Fecerit ipse aliquid, propter quod nobilis esset.

Interea tamen in suorum Druforum conspectu tenui nimis salino victitans cogebatur,
fordes farris mordere canini.

Invem. sat. 8. vers. 40.

Idem sat. 8. vers. 11.

Nec

Nec illi ferè alia quàm feralis cena, exigua patella ponebatur. Cenæ quotidiana caput erat, pallidus caulis lucernam olens, & dimidiâ constructus gammatus ovo, aut crudi fungi, aut acerba mala, aut si quis alius cibus strangulat. Et sanè periculum non erat, ne quis huic patrifamilias Strobilus obreperet, & quadrilibrem ollam auri plenam sublegeret. Nihilominus divitias ille jactabat, & nescio quam secretam opulentiam. Ad eò robusta est Jactantia, ut nec validissimis quidem brachiis malæ Fortunæ possit dejici. Opes vel pauperrimi de se prædicant. Hic certè intolerantiùs se efferebat, quòd antiquo stemmate ramum duceret millesimus. Et ut quadraginta tertertia, quæ non habebat, habere crederetur, & nescio quarum opum suspicionem moveret, quotiescunque vicinam urbem ingressus est, eques esse voluit, sed sine equo. Ocreis & calcaribus pedes impedièbat, & jumento miser, quod foderet, carebat. Ridicula hæc consuetudo hodièque inveterascit, ocreati sunt & calcaribus armati, etiam in curribus & navibus, aut dum plateas obambulant, nec equos cogitant, nisi lapides illis maria, & rhedæ pro equis sint, ut calcaribus agantur. Hunc morem gloriator ille religiosissimè servavit. Rescivit hoc magistratus, & ludos facere voluit ridiculum hominem. Citatur ergo in curiam; ubi lativius aliquis canicie venerandus: Ad nos, inquit, nobilis domine, querelas in te alligavit paupercula familia, tæque injuriarum egit. Accusationis caput hoc est. Diceris ante portas urbis, equum tuum cursu exercuisse, & infantem illic temere ludentem, equi calcibus obrutum esse. Causæ meæ, Pætres conscripsi, ait accusatus, in promptu est sincera defensio: nego fecisse. A me aut meo equo supra oviculam mihi hic infans immortalis sit. Sed forsân vestis aut vultus similitudine decepti vestri cives mihi imputant, quod alter deliquit. Iterum innocentiam meam affirmo, & nego fecisse; infans nullus equi mei calcibus obrutus est. Contra senatus obducere, testibus velle agere; crimen confirmare, & exaggerare; ideo & cupere, reum se fateatur, atque dicendæ sententiæ submittat. Hic miser inter caudinas furculas deprehensus, nullum profusus videre exitum; aut enim causam amittere, aut equum debuit, quem nunquam habuit. Eques videri volebat, & opulentes, puniri tamen ob fictum equum volebat. Quare fatius ratus causam capitis agere, quàm equi hæcenus simulati: Ut liqueat, ait, vobis patres conscripti, in hac capitali causâ, de innocentia meâ, testes ego contra testes producami: duo forsân in me testabuntur; ducentos ego adducam. Et videte quàm falsò injuriarum agar. Norunt, quotquot pagi mei incolæ sunt, jam à toto decennio stabulum meum ab omni jumento desertum & vacuum fuisse, equum illic tanto tempore stabulasse nullum. Ad quæ senatus omnis in latum cachinnum effusus, ita decrevit: tuo te calculo absolutum pronuntiamus; sed ut evictæ tibi causæ perpetuum sit monumentum, Hippona tuo stabulo æternum exulet, nullus unus unquam ad tua præsepia stet equus. Vix mensis abiit, & binos caballos (sed quales ad cultum proscribi solent) cœpit alere. Tantis ostentationis pruritus. Hæc paullo fufius narrare conveniebat, ut vel hac ratione Ostentatricem linguam reprimerem.

S. III.

Chrysof. **Q**uam sapienter monuit Chrysofostomus: *Præstantem bonil. 23. virum non modò de iis que ipsi desunt, gloriari non con- in 2. ad Cor. venit, sed ne de iis quidem que habet. Nam si ob ea que verè in bon. 2. 4. bona sunt, gloriari stultitia est, multò certè magis ob ea, qua nullius præii sunt.* Hic dorus Pelusiota ejusdem animi: *Pietatis, inquit, ac justitiæ norma in eo sita est, ut ea quidem qua rectè ac ex virtute gerimus, occultemus, tum quia finis incertus est, tum ne auditibus graves ac molesti simus.* Ingratissimi

Tom. I.

A ma est oratio quæ rebus flaccet, strepitu vigeat. Præclare canit Venuſinus vates,

Sed tacitus pasci si posset corvus, haberet

Plus dapi, & rixa multò minus, invidiâq.

Horat. lib. 3. epist. 17. Scævam

Sic ostentator & plausor, si virtutem quam nactus est, possit non prodere, retineret; linguâ Ostentatrice perdit. Virtus in abdito crescit. Omnia perdidit, qui dixit:

Non sum sicut ceteri hominum. Hic quisque pro se clamat: *Luce. cap. 23. vers. 11.*

Ego doctior sum, ego nobilior, ego ditior, ego robustior, ego formosior, ego verò honoratior: Non sumus sicut ceteri hominum. Hi tales simillimi sunt lucernæ, de quâ venustè apologorum parens: Lampas, inquit, oleo ebria & lumen diffundens, gloriabatur quasi præ sole splenderet clariùs. At ventis paulò concitatius spirantibus statim extincta est. Sed eam rursus quispiam accendit, dixitque: Luce lucerna, & tace; astrotrum lux nunquam deficit. Audite gloriosi plausores, & nolite *1. Reg. 2. 2. multiplicare loqui sublimia gloriantes.* Lucere, & tacere. *vers. 3.*

B Virtutum omnium hostis est jactantia. Virtutis expers, verbis jactat glorias. Nimirum quo dolium est inanium, hoc sonat vehementiùs: natat ovum si inane est, plenum desiderat: arista inanis recta stat quidem, sed curva est plenior: sic sæpiissime

Majus est se non jactare, quàm fecisse maxima.

Vetus Troch.

Jactantia quantumvis cauta, decori tamen terminos semper tranſilit. Athenis duo architecti de opere publico conducendo contendebant; alter disserendi copiâ & elegantia instructus, cum orationis suæ apparatus popululum movisset: Alter dicendi ignarus, sed arte melior in medium progressus: Viri Athenienses, ait, quemadmodum iste dixit, ego efficiam. En, obsecro,

Grandius flumen minore, quàm minus, fluit sono. *Monof. 2.*

Solebant olim mercatores navigationibus longinquis catellos melitæos, aut simios assumere, quorum lusibus navigandi tedium levarent. Fuit ut ortâ tempestate inhorresceret mare, atque fluctus eâ vi assilirent

C navigio ut everterent. Disjectis miserè, ac fluitantibus tam vasis quàm hominibus, mari etiam innabat simius. Hunc conspicatus Delphinus, & quod esse hominem arbitraretur, naufragi animalis miserum, familiariter adnavit simio, tergum præbuit conscendendum, & ad terram cœpit evehere. Jamque in conspectu erat mons Piræus, & Atheniensium navale, cum Delphinus simium interrogat; an esset civis Atheniensis? Hic simius laudis avidus, se & esse civem Atheniensem, & in eâ urbe nobilibus parentibus progenatum dixit. Amplius ille interrogare, an etiam Pyræum nosset? Tum simius: Optimène illum amicum, & summum, ac imprimis familiarem, inquit, meum? ratus de homine Delphinum loqui, qui de monte quærebat. Hac tam impudenti jactatione offensus Delphinus subduxit se in altum, & miserum simium undis suffocandum deseruit. Hæc gloriatiõni merces debetur: cum mollissimè punitur, pro applausu risum fert. Veteri verbo dicebatur:

Ventosa risus est parens jactantia.

Vetus Lamb.

Venite, ajunt, habemus hîc corvum alienis plumulis ornatum; evellamus illas cum festivo risu.

S. IV.

E Rgo qui metuit irrideti, caveat gloriari, qui refugit haberi stolidus, fugiat esse gloriabundus. Nemo citiùs stultitiæ insimulatur, quàm qui plurimum de se gloriatur. Multi dum magnificè loquantur, famam se colligere sperant, cum infamiam colligant, & ceu viatores erronei dum accedere existimant, retrocedant. Quidquid propter solam gloriam dicitur, veram gloriam non meretur; sæpe non tantùm irrisum, sed & supplicium. Optimè: Deus levem etiam jactantiam vel in amicissimis graviter punit.

O o o

Eleu-

Deus levè
jaçantiam
in amicissi-
mis gravi-
ter puni-
vit.

Eleutherius sanctitate morum & amabili simplicitate celebris, beato Gregorio teste, cum iter faceret ingruentibus vespere tenebris, ad cœnobium sacrarum virginum divertere coactus est. Erat illic puerulus quem cacodæmon infederat, & noctu præcipue vexarat. Hunc virgines illæ Eleutherio, de vitæ sanctimonîâ jam noto commendarunt, & velut per speciem officii rogarunt, pateretur puerulum illum eâ nocte in suo esse cubiculo. Non recusavit. Altero die sacræ virgines solerter quæsierunt, qui sese puer gessisset? Miratus Eleutherius hanc quæstionem: Bene, inquit, se gessit. Quid istud quæritis? Illæ rem candidè fastæ. malo genio puerum occupatum, singulis noctibus crudeliter hæctenus habitum dixerunt, rogaruntque obnixè in suum secum monasterium abduceret. Assensus est vir sanctus, & puerum ab inquilino pessimo jam liberum in D. Marci cœnobium abduxit. Neque ille ab inferis hospes diversorium suum repetere est ausus. Aliquanto post tempore Eleutherius cum cœnobitis suis familiariter collocutus, & adolescentem illum, qui adstabat, intuitus: Videte, inquit, fratres, quâni diabolus cum virginibus illis luserit! apud illas à malo dæmone agitabatur; apud nos mera est ovicula. Vix hanc vocem paulò jaçantiorum miserat, cum denuo ille ab Orco carnifex adfuit, & adolescentem in omnium oculis acerbè torfit. O Eleutheri, si tu tacere; si tu potuisses non gloriari, Acheronticus iste tortor reverti non potuisset. Sed Eleutherius paululum sui oblitus mox ad se rediit, & unâ cum suorum cœtu, jejuniis, precibus, lamentis tam diu cælum pulsavit, dum hospes invisissimus jam secundum cedere est coactus, nec unquam postea in hospitium hoc rediit. Tanti est vel una vocula quæ jaçantiam oleat. Veritatem dixit Hebræus Psaltes: *Disperdet Dominus linguam magniloquam.* Eâ de causâ Tobias filium tam sollicitè instituens: *Superbiam, inquit, nunquam in tuo sensu aut in tuo verbo dominari permittas.* Ostentationem omnem penitus eliminatam vult, & à corde, & ab ore. *Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.* Ille feridè laudandus, qui, uti Sallustius in Jugurthâ notat, plurimum facit, & minimum de seipso loquitur. Lingua igitur ostentatrix, & magniloquæ summopere cavenda.

Vetus Troch.

Omnium virtutum hostis, turpis est jaçantia. Multa satis de Ostentatrice Linguâ diximus, si verba numeremus; pauca nimis, si vitii observemus indolem. Pæne insanabile hoc monstrum est, & videri potest omnium vitiorum mori ultimum. Subinde, dum halitus est, Ostentatio vivit. Produco testem.

Ieon. Anim.
cap. 7. pag. 4.
à princ.

Sutori, & quidem egeno (tacemus gentem) cum jam fara instarent, aderat filius in paternam sortem natus. Is cum rogasset, equid decessurus sibi præceptorum relinqueret? Jam defectâ voce pater: Ut, inquit, memineries, in majestatem assurgere familiâ tuâ dignam. Deus bone! Jam tribunal vocat, jam æternitas in oculis est, & necdum missionem damus Ostentatrici Linguæ?

O sædam labem, quis te Oceanus eluat? ò vastam dementiam, quæ tibi anicyræ succerint? ò vesanam jaçantiam, quæ te supplicia satis castigent? Abrumpo hic potiùs quàm finio. Dissertationi clausulam Sarisberienfis imponat, qui verè de hoc vitio: *Omnis, inquit, quæ ostentationis causâ sunt proficiuntur in mortem.*

Ieon. Sarisb.
lib. 7.
Policraticus
c. 22.

Nota, Lector, nos hic egisse de Linguæ gloria-tione: quæ verò de vanâ gloriâ, ejus radice differuimus, reperies in libro 2. de Re-ctâ Intentione cap. 4. & 5.

P

CAPUT XLVI.

Que lingua POLITICA sit, & de quatuor illius venenatissimis venis.

Christus æterno Patri preces allegans: *Confitor tibi Pater Domine celi & terra, inquit, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis.* Delectum facit servator inter homines, quos in duplicem classem partitur, sapientum & parvulorum. Quem admodum inter Angelos duæ à se partes abibant in diversum: illa perseverantium in Dei cultu, hæc descendentium ab illo: ita prorsus inter mortales pars una sapientum est, qui à multis tanquam homines cælo lapsi adorantur; sint cælo delapsi, in cælum redituri non videntur, sicut parvuli qui alteram constituunt partem humanæ gentis.

Sed quinam illi sapientes sint, operosa est quæstio. Queritur olim Philippus Melancthon, & unâ gratulatur: Jugum Pontificis Romani excussum esse; At contra inquit, hominum istorum politicorum jugo colla sunt subiecta. Itane verò jugum politicum, jugum tam horrendum est, præ quovis alio? potens argumentum vel ab adversario in politicos. Hos si pæne eosdem cum sapientibus illis dixero esse, non multum aberrato. Hi sapientes, quos jam *Politicos* vocamus, è linguâ potissimum noscuntur. Lingua illorum, anguilla est in thecâ holosericâ; utcunque eam comprehenderit, elabitur. Non est scabra hæc lingua, sed lævis, nitida, plena succi & verborum, plena gratiæ & venustatis, ad technas struendas versutissima. Anguilla lubrica est lingua politica, sed in thecâ, ut diximus, holosericâ. Nos linguæ *Politicae* venas rimabimur, & primarias quatuor proponemus.

§. I.

Nobilissimus Elegorum scriptor Ovidius questus est, quod suus sibi patet poësin interdixerit, cum tamen pronissimum ad id studii fortitus sit ingenium. Sed velit nolit patens, naturam aliò flectere difficillimum est: quidquid conabar dicere versus erat. Lingua Politica pæne idem de se dixerit: *Quidquid conabar dicere, fucus erat: Quidquid conabor dicere, fumus erit.* Habemus contentem reum. Sed ad rem: venas Politicæ linguæ scrutandas sumpsimus.

Prima venenata vena illius linguæ dicitur *Cretisima*. Lingua Politica velut primæ veritatis mysterium adoratur principium istud; Cum vulpibus vulpinandum est, mus. & cum Cretensibus cretisandum est, hoc est, mentienti mentijendum, fallens fallendus. Bearus Paulus Epimenidis poëtæ testimonium allegat hoc modo: *Dixit quidam ex illis, proprius ipsorum propheta: Cretenses semper mendaces, mala bestia, ventres pigri; Testimonium hoc verum est. Quam ob causam increpa illos dure, ut sani sint in fide.* Græcorum adagio erat: Tria cappa pessima, Cretenses, Cilices, Cappadoces, maximam partem homines mendaces; & nimium quàm potentes linguâ Politicâ, quæ mendacium novit tegere. Plato solerter advertit, notatque urbes & regiones maritimas (qualis est Creta) plerunque mores non optimos præ se ferre: Nam cum mercibus, inquit, & cauponando talis civitas repleatur, dolosos animos, instabiles & infidos mores parit: unde parum ipsa ad seipsam, & minus ad alias gentes fidem & amicitiam stabilem colit. His tamen vitis lingua Politica pulcherrimum mantelum novit injicere. Sitacides hominem Cretisantem describens: *In conspectu oculorum tuorum, inquit, conculcabit os suum, & super sermones tuos admirabitur: novissimè autem pervertet os suum, & in verbis*

Melan. praefat. in Cor-pus doctrinae.

Quatuor politicæ linguæ venæ:

Tit. cap. 1. vers. 12. 13. & 14.

Plato lib. 4. de legibus.

Ecclesi. c. 27. vers. 26.

tuus

tuis dabit scandalum. Nimirum hi politici, aliud linguâ promptum, aliud pectore clausum habent; non sunt sani in fide. Fidelis ille famulus Christi Domini optimè

rogat: *Verbum verum & stabile da in os meum, & linguam callidam longè fac à me. Quod pati nolo, omnimodè cavere debeo.* Politicus, ut verbis Salomonis utar: *Comede & bibe, dicit tibi, & mens ejus non est tecum.* Cibos quos comederas, evomes, & perdes pulchros sermones tuos. Nempe tu ebrius cum sobrio, nec decorè nec cautè loqueris.

Nam politicus, stylo Siracidæ, est vir astutus, multorum eruditor, & anima inutilis est. Quàm propriè Cretifans

politicus hîc notatus est! optimè dixit Ambrosius: *Turpis est omnis fraus, quantumcumque videatur speciosa.* Vlpianus quidem explicat quâ ratione veteres distinxerint, dolum bonum & dolum malum, nam primum illum, dexteritatem, solertiam, urbanitatem dixerunt: quidquid sit, Turpis est omnis fraus. Pacificas istas ac politicas fraudes damnamus, non stratagemata militaria.

Isaias olim minatur: *In die illâ visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti, super Leviathan serpentem veterem, & super Leviathan serpentem tortuosum, & occidet cetum qui in mari est.* Leviathan piscis magnus squamis artèdè cohærentibus, serpens vocatur, quia lubricus & tortuosus, multiplici se volumine convolvit, cum istringitur, elabitur. Lingua Politica torquere se novit, refuge-re, tergiversari, ambages querere, tantâ caularum & & rationum & argumentorum varietate, ut jures, eam omnium linguarum optimam, sanctissimam: sed tortuosus coluber est, obliqua dat responsa expectationis variæ, nec ad Dei honorem, sed ad suum; se spectat, suumque commodum. Atque hæc prima Politicæ Lingua vena est Cretifans.

§. II.

Altera vena linguæ Politicæ Syncretismus dicitur. Avertis nosse, quid syncretismus sit: dolosus ignis est sub quieto cinere; falsa, simulata, infidiosa pax, malitia in occasionem ultionis intenta, umbra fœderum, simulas officii ostentatione blandiens. Cùm Isaias vates Ezechia: regi nuntium ferret acerbiorum, diceretque:

Ecce dies veniunt, & auferentur omnia quæ erunt in domo tuâ, & quæ condiderunt patres tui usque in diem hanc, in Babylonem: non remanebit quidquam, ait Dominus. Cui Ezechias: sit tantum pax & veritas in diebus meis. Simili fermè modo lingua Politica loqui assolet: Modò mea mihi salva, quidquid aliis fiat, quidquid posteris prosit, aut noccat: viderint illi, ego mea tueor; sit tantum pax in diebus meis. Proximus sum egomet mihi: Omnes sibi melius esse malunt quàm alteri. Pacem volo, sed mihi bonam, cuiuscumque demum mala sit.

Quid amœnitas pace? pacem te poscimus omnes, si tamen pax fida sit & sincera; si verò ea sit quæ diu durare non possit, quam pars ad verfa in omnem nocendi occasionem flectat, pax miserissima est, & bello pejor. Grattissimus est olivæ ramus, si autem is strictum gladium jugulo imminuentem tegat, facessat hæc oliva. Sunt qui

velint inducias pacifici cum morte atque inferis: *Percussimus fœdus, inquit, cum morte, & cum inferno fecimus pactum.* O pacem non stabilem, ò non duratam fœderalem

Mors in omne momentum intenta, occasionem subitò non sumet, sed rapiet, & insurget truculentior, inferi profundius habunt. *Et delebitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit.* Consecturamus pacem cum carne & carnis concupiscentiis, seipsam turpissimè fallit. Videte, obsecro quibuscumque inducias agiteris, ne inter eos censeamini qui dicebant, *Pax, Pax, & non erat pax.* Pax intuta formidulosior bello. Apologus rem declarabit. Erinaceus ad Lepusculi cavum accessit, rogavitque hospitium. Cui Lepusculus miti responso: Doleo, inquit, mi frater, quod te cogar excludere; vestis tibi nimis est hispida: sub uno te ceto quod ipse facile con-

icias, profectò non conveniremus. O mi optime frater, inquit Erinaceus, si de meâ veste solum lis sit, hospitium spero non negabis; ita me contrahere possum, ut me ipso minor sim: quidquid aculeorum est, velut vagina condo, ut neminem lædam. Quod si bellum ingruat duccem me simul & militem habebis, pro te, meque pugnabo. Non est quod amici mea arma formident, illa ego in hostes expedio. Quidquid porrò Lepusculus objecit, id Erinaceus verbis tam blandis refutavit, ut demùm hospitio receptus sit. Sed nò diu novus hic hospes naturam dissimulavit, aculeos sensim laxavit, atque sic quantum potuit, dilatavit. Hîc Lepusculus: Ohe frater, inquit, hoc quidem pacta & promissa tollit: aliud sponderas; aliud præstas. At Erinaceus irridens. Hîc meus est mos, inquit, si cui non placet, exeat. Agnoscite, quæso, in Erinacei moribus linguæ Politicæ nequitiam; hîc syncretismus est. Ergo vide cui fidas, cum quo transigas; si semel iterumque fefellerit, non illi unquam facile fidas.

Augustinus hac in re fidelissimus monitor: *Nulla, inquit, occultiores sunt infidie, quàm que latent in simulatione officii, nam eum qui palam est adversarius, facile cavendo vitare potes.* Est ergo longè periculosissimum, cum morte & inferis, cum carne & concupiscentiis, cum linguis politicis, cum erinaceis tam aculeatis pacifici velle, quam primum enim similes pacificatores occasio invitat, mox pacta conventa, fœderaque omnia rescinduntur. Erinaceus objicit: Ita soleo, iste meus mos est. Nec aliter Mors, aut Inferi: sic vita hominum est, ajunt. Ita & caro: Pro meâ hoc consuetudine facio: Ab exemplis mille, jam scitur, quàm ego blandè in exitum traham eos, qui mihi fidunt. Qui cum lupo pacem cogitat, dentes ei excutiat. Non est pax impiis; non est; nec illam in seipsis habent, nec cum aliis servant. Talis lupo Antiochus Epiphanes, qui ad cives Hierosolymæos quarto rem suum misit, *Et locutus est ad eos verba pacifica in dolo, & crediderunt ei. Et irritit super civitatem repente, & percussit eam.* Talis Lupus Bacchides, talis Alcimus: *Et locutus est cum eis verba pacifica, & juravit illis dicens: Non inferemus vobis malum neque amicis vestris. Et crediderunt ei. Et comprehendit ex eis sexaginta viros, & occidit eos in unâ die.* De syncretismo hoc unum addo, quod Ambrosius dixit: *Heretici contra se discordant, sed contra Ecclesiam concordant.* Nimirum Pilatus & Herodes amici sunt, quando de Christi capite agitur. En ipsam syncretismi effigiem, dolosam pacem; sed progredior.

§. III.

Tertia linguæ politicæ vena est, Pharisaismus. Capitaliores hostes Hierosolymis non habuit Christus Dominus quàm illos ipsos qui se sacrorum Antistites profitebantur, Pontifices, Phariseos, Scribas, Rabbinos, legis interpretes, morum doctores. Hos omnes, nequam hominum catenam dixeris, quæ Christum irrecitare moliebatur. Omnes paucissimis exceptis, vapida sub pectore vulpem gestabant. Nam ut odium atque invidiam tegerent, verbis Christum blandissimis affati: *Magister, ajunt, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces.* Et ut verbis adderent facta, etiam ad mentem vocarunt, appararunt convivium, nec quidquam infidiosæ humanitatis omiserunt: legatos miserunt, conscientia: quæstiones proposuerunt, etiam ægros curandos obtulerunt, nihilominus odium gesserunt adversus Christum implacabile. Sed quia homines erant politicissimi, non apertis odiis pugnarunt, concilii specie pleuraque ab illis gesta sunt. Atque ut omnia in Christum molimina sanctioris senatus auctoritas firmaret, principes sacerdotum, seniores populi, primi ordinis tenatores convenerunt. Et quàm illud comptè, quàm politice propositum? *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient & 43.*

Romani, & tollent nostrum locum & gentem. Ergo resistendum maturè, ne quid Republica detrimenti capiat: si pax nobis cordi sit, si urbis incolumitatem amamus, clavus huic homini per linguam adigendus est, ut silere discat: convenientissimus illi lectulus crux erit. Et quam etiam illud politicè ac cautè: *Non in die festo, ne forte tumultus fiat in populo*. De politicis his linguis insigniter Augustinus: *Temporalia, inquit, perdere timuerunt, & vitam æternam non cogitaverunt, ac sic utrumque amiserunt*. Diabolus in vitro, & Linguâ Politicâ in amictu holofrico admodum bene conveniunt; nam pares cum paribus facillimè congregantur. Quod si Lingua Politica magnâ sit auctoritatis, plerunq; multos trahit affectus: benignè auditur, strictè observatur, religiosè colitur. Sed illa clandestino dolo tam noxia est, ut sæpe diabolus conatibus suis omnibus atque viribus tantum nocere non potuerit, quantum Politica Lingua unica nocuit, quæ Pharisæo schemate magnificè incessit.

Mat. c. 26. vers. 5. August. tract. 49. in Ioan.

Politica lingua plus nocet diabolo.

§. IV.

Quarta linguæ Politicæ venenata vena est *Herodianismus* aut *Machiavelismus*. Sicut autem Græci dicere solebant; Aut Plato Philonizat, aut Philo Platonizat, tanta in utroque sensuum & dictionis similitudo: ita nos absque injuriâ dicemus, aut Herodes Machiavelizat, aut Machiavellus Herodianizat; vix ovum ovo similis est. Non nescio Machiavellum pluribus commendatissimum esse, imò alicubi infantes pæne in cunis, scriptoris hujus documentis imbui. Sed revera hîc prudentiam excludit affectus, & subinde parum meminimus nos esse Christianos; politica sic tractamus, ut obliviscamur æterna. De Machiavello, ut rem dicam, idem prorsus sentio quod Justus Lipsius, cujus viri doctrinam & judicium, omnis eruditorum senatus jure merito veneratur. Lipsius ergo in Politicum scriptorem illum ex æquo & bono pronuntians: *Machiavelli ingenium, inquit, non contemno, qui utinam Principem suum rectè duxisset ad templum illud Virtutis & Honoris! Sed nimis sæpe deflexit (audire ò boni Politici, mali Christiani) nimis sæpe deflexit, & dum commodi illas semitas intendit sequitur, aberravit à regni hac viâ Machiavellus argutus, sed sæpe pravus*. Hunc Justus calculum tulit in Machiavelli libros. Nec aliter, puro, sentiet, quisquis rem sine affectu examinat.

Iam ante mentionem fecimus.

Lipsius in titio Politicorum, post præfationem ad Reges & Principes, de consilio & formâ operis.

Herodem ego & Machiavellum non malè cores dixero, quibus exacuuntur Politicæ linguæ. Suas certè his cotibus exacuendas Priscillianistæ dederunt, quorum illud est: *Iura, perjury, secretum prodere noli*. Suam hîc linguam & Julius Cæsar exacuit: *si violandum est jus, inquit, regnandi gratiâ violandum est: aliis robis pietatem colas*. Hinc & regium illud: *Qui nescit dissimulare, nescit regnare*. Dictum cetera non malum, si melior fuisset interpretatio. Nec exiti Politicorum numerum fuit rex Hebræus Saul, qui Davidi detulit connubium filiz, ut infidiaretur vitæ. Rex ipse David cetæroquî sanctissimus, hîc turpiter impexit, qui Vriam è castris evocavit humanissimè, sed tales illi commendatitias Bellerophonæas literas dedit, quæ caput abstulerunt Vitæ. Politicam Abfalonis linguam quis ignorat? Peregrinationem vocit hæc vulpes, non ut Deo sacrificaret, sed ut prænti diadema excuteret. Idem Amnonem fratrem ad epulas invitavit, ut vinum sanguine miscendum propinaret. Sed herbam hanc in nemini porrigit Herodianeæ stirpis nobilissimi tres sirculi. Herodes Antipas, à Christo vulpes nominatus, Joannis Baptistæ tam fidelis atque integer amicus fuit, ut illius caput in mensam pro ferculo adferri jufferit. Herodes Agrippa minimè degener Politicus, occidit Jacobum, fratrem Joannis, gladio. *Videns autem quia placeret Judæorum favori*. At verò Herodes Magnus Afcalonita, ille latronum dux & coryphæus, qui quatuordecim millia Hebræorum infan-

Luc. cap. 13. vers. 32.

Actor. c. 12. vers. 3.

tum jugulavit: *Remuniate mihi, ait, ut & ego veniens ad rem eum*. Quid fugi, diciq; potuisset plausibilis? quàm callidè cruentam sicam Politicâ velavit linguâ!

Aleator aulicus æquè facetus & hilaris est, cum infelices subsultant canes, & cum aurum perdit, atque cum Venerem jacit & aurum lucratur:

Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. Lib. 4. Hic genius est Politicæ linguæ; non facillè se noscendam præbet; proditam se credit, cum nota esse incipit. Sed illâ vel invitâ symbolum illius contemplerur. Est hoc: Crocodilus tergo insidentem vehit felem, addita hac inscriptione: *Flemus & Mulcemus, ut fallamus*. Crocodilus animal amphibium aquâ terrâque vivit; antequam hominem invadat, laceret, gluriat, lacrymas fundit; perinde si dicat: *Mi sociène tui causâ doleo, te mihi vitætam oblatam: quia tamen occasio me ultro invitat; adesdum, meus es, à nobili ferâ sorberis*. Non aliter se gerit lingua Politica: quid illâ humanius, quid mitius? vel ad lacrymas subinde pia est. Sed cum occasi-

nem sibi tam faventem habet, nocentes, innocentes devorat, superfluum censens discrimen facere. Hæc lingua dubium illud animal est, quod terrâ mariq; ingentes edere strages inter triumphos suos numerat. Sanè nocendi occasionem vix unquam negligit: ita tamen hoc agit, ut nihil minus quàm hoc agere putetur, & etiam prodesse censeatur. In eam rem felem dorso vehit. Felis non solum inter astutas animantes numeratur, sed omnium pæne animantium mundissimum videri potest, adèd frequenter nunc pedes lambit, nunc pelliculam linguâ extergit, nunc pectus aut tergum pollic, se rotam astidue comit. Quid politicâ linguâ cultius aut comptius, quid eâ sanctius? nil illa sine ratione molitur: causas fruit sexcentas, & subinde, quod putat, urgentissimas: plena rationum est, nec unquam illi deest, quo se suâque dicta defendat.

B

C

§. V.

Vlas subî, & videbis quàm illic venales sint linguæ Politicæ: Amicitia & sincerus amor, rarum in aulâ nomen. Quàm non multi sunt qui suadeant, quod decet, quod oportet. Principis enim frontem intuentur, ac in quam ille partem inclinat, in hanc se prono corpore propellunt. Justum nimirum probumque illis, quod justum probumque princeps judicaverit. Dum enim placere student & offendere verentur, in sententiam illius eunt omnes. Non facerent, si principem, non fortunam illius amarent; aut si plus virtutis, quàm commodis suis studerent: si majora à Deo quàm à principe sperarent. Nunc præsentium amore, æternorum obliviscuntur. Hi subinde id solum spectant, ne gravius quid delinquant in jus civile; ceterum, nullus amor religionis, cura nulla rerum sacrarum, virtutis solidæ neglectus maximus, sed occultus. Modò illi sub vitæ & sicu quieti maneant, sulsque deque versantur cetera, id illos non cruciat: Republica causam agere videntur, dum agunt suam: sanctè loquuntur, ut efficacius fallant. Difficile est linguam tam astutam, tam politam & comptam satis dignoscere à melioribus. Quin ergo hanc paulò melius in lucem protrahimus & noscendam damus. Lingua Politica quod maximè deberet, sæpe non audet negatè; annuit ad omnia. De quo sapienter Brutus: *Malè mihi videtur, inquit, adolescens storem atatis collocasse, qui nihil negare audeat*. Et Plutarchus narrat joco quempiam dixisse, Homines Asiaticos ab unico rege in servitutem redactos, quòd unicam syllabam, Non, effere non possent: Multos præterea, quòd negare nescirent, quæ maximè negatè vellent, sæpe rem aliquando etiam vitam perdidisse. Athenodorus Philosophus cum missonem periret ab Augusto Cæsare, audiretque illam impetrandam, si prius utile in omnem vitam

In aulâ Amicitia & sincerus amor rarum nomen est.

Plut. arch. de vitio stultore.

Lit. pre. triq. ma. pli. pro. vey.

Enl. vey.

vitam præceptum daret, dedit liberimè istud: Domine, cum ita te stimula veritatis, prius viginti quatuor Græcorum litteras recense, quam verbum loquaris. Hoc sapiens liberumque monitum ita placuit Augusto, ut mox sententiâ mutata diceret: Tu verò mecum mane; tuâ operâ mihi vehementer opus est. Sed ajunt Politici, alia nunc esse tempora, alios hominum sensus: te cilius nunc agendum, vix ab ullo principe tam apertam libertatem tolerari. Erratis, ô boni, largiter: sint etiamnum Athenodori, erunt etiamnum Augusti: sint Ambrosii qui liberè moneant, non deerunt Theodosii, qui pacatè id ferant. Sed lingua Politica confundit & turbat omnia, aut importuno silentio, cum loquendum, aut maligno consilio, cum tacendum foret. Silere est consentire, cum possis arguere. Nec malè Ambrosius metuens: *Si pro otioso sermone, inquit, rationem reddemus, videamus, ne & reddamus pro otioso silentio.* Lingua Politica fallit & loquendo, & silendo. Sed licet tribunalia omnia fallat, non faller ultimum. Quisque suæ caveat linguæ, ne politicam hanc vastitatem addiscat. Venite parvuli, adeste simplices, vobiscum loquitur Deus; Abite Politici, exeste fallaces, vos averfatur Deus: *Cum simplicibus sermocinatio ejus.*

Prov. cap. 3. vers. 32.

CAPVT XLVII.

Lingua temere PROMITTENS quibus nos malis implicet.

Card. l. 10. de Subtil. milit. p. 245.

Heronymus Cardanus vir eruditus, linguam bovi extra cætam toto die palpitare afferit. Tantum animæ remanet, in hac animantis parte jam evulsâ, ut motus inde proveniat toto die. Addit & illud Cardanus: si lingua juvenco erepta in aquam conjiciatur, non tantum palpat, sed & movet se: quod ego tamen, inquit, nondum expertus sum. Cum hac tremulâ bovis linguâ, non malè comparem vani promissoris linguam. Hæc plerunque longa est & robusta, bovis esse dixeris, variè se movet, præsertim cum vino immaduit; his illis plurima pollicetur, tamen si fat sciat, domini sui manus jam præmortuas, nec unquam facillè daturas, quod oris vanitas promiserit. Hic montes parturiunt, sed demum ridiculus mus nascitur: promissa fiunt, sed non perficiunt:

Horat. de arte poet.

Amphora cepit
Institus; currense rotâ cur urceus exit?

Figulus quandoque vas magnum clibano promittit, sed figuli manum celeritate suâ prævertit rota, & ollula vel urceolus prodit. Sic lingua promittens non rarè amplissimè procurrit, & fidem audacter obligat: tandem magnum est inane, nec promissis statum, nec fides servatur, & longa spes vano hiatu deluditur.

De robustâ hac bubulâ temere Promittente lingua, quæ nunquam non dives est pollicitis, hac dissertatione agendum.

§. I.

Lingua promittens triplici se malo implicat. Primum est, remorsus conscientiæ. Alterum, jactura amicitia. Tertium, restitutionis obligatio. De conscientia pleuritide significanter Salomon: *Est qui promittit, & quasi gladio pungitur conscientia.* Cuperet quidem nil promississe, vellètque, si modò posset, honestè resillire; interea promissis angitur, occultum conscientia vulnus urit. Sed nec levis amicitia jactura hinc oritur. Qui plures cupit numerare hostes, pluribus daturum se promittat, nihilque det, & satis hostium habebit: Luculentè testatur Siracides: *Est qui præ confusione promittit amico, & lucratus est cum inimicum gratis.* Postulata vix audet negare, adactus verecundia; Sed quia non vult, aut non potest pollicita efficere, amicitiam aut turbat, aut dissolvit. Eâ de causâ Siracides monens:

Ecclesi. c. 20. vers. 25.

Luculentè testatur Siracides: *Est qui præ confusione promittit amico, & lucratus est cum inimicum gratis.* Postulata vix audet negare, adactus verecundia; Sed quia non vult, aut non potest pollicita efficere, amicitiam aut turbat, aut dissolvit. Eâ de causâ Siracides monens:

Tom. I.

A Non spondeas, inquit, super virtutem tuam: quod si sponderis, idem cap. 8. quasi restituens cogita. Nec Deo nec homini quidquam pollicere, quod vel non possis præstare, vel non nisi difficillimè. Promissisti? obligatum te noris ad tuam fidem liberandam: quasi restituens cogita. Da illius partem, si dare nequeas totum quod promissisti. Ideo coercenda Deo nihil est temeritas ne quid illa more suo inconsideratè promittat, præsertim Deo. Eorum nos supplicia terreat, qui promiserunt quidem, sed promissis non steterunt. Deus non irridetur, nec vanis pollicitationibus placari potest. Ideo David vociferatur. *Vovete & reddite Domino.* Fieri non potest, ut ille virtutem amet, qui Deo fidem fregit. Annos atque sæcula recense, & hos tales plerunque hæresum auctores deprehendes; veteres illos Jovinianum, Pelagium, Eurychetem taceo: priori ævo plurimi emerferunt è cœnobiiis, qui obstrictam Deo fidem sefellerunt. De quibus omnibus verè dixeris; homini fidelis non erit, qui fidem Deo fregerit. Hic ergo lex ista sit: Priusquam promittas, delibera; postquam promiseris, ne procrastina.

Vox, umbra facti est: ergo utrunque consoner.

Iamb. vetus.

Hominem ore liberali magna promittentem Salomon hac imagine spectandum proponit: *Nubes & ventus, & pluvia non sequentes, vir gloriosus, & promissu non complens.* Sæpe Austro imbricus largissimas promittit pluvias, sed nubes pumicis parsimoniam induunt, nec guttulam fundunt; ita sunt homines gloriosi, qui pro certo pollicentur maxima, & ea quandoque stipulatâ manu, interposito jurejurando confirmant, sed demum nubes omni pumice aridiores sunt. Larvatus in monte dæmon omnia mundi regna, & gloriam eorum loquente manu demonstrans Christo: *Hæc, inquit, omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.* Promissio longè audacissima, cultori suo præmia prorsus aliena pronuntiare: *Nemo honestè polliceri, quod suum non est, potest.* Plurimi linguas habent actione longè sublimiores: cum Venufino vate magnificè spondent:

Math. c. 4. vers. 9.

Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum.

Horat. de arte poet.

audiamus ergo;

Quid dignum tanto ferat hic promissor hiatu.

Tibi puto non immeritò Plautinum illud objiciemus:

Bene promittis multa: ex multis omnia incassum cadunt.

Plautus Pseudulo actus 1. sen. 2. vers. 148.

§. II.

In pharmacopoliis picturam mendacem non unam reperire est. Stant illic decora ferie pyxides complures, suis quæque signata titulis, grande valetudini auxilium pollicentur: hæc saccharum rosarum, illa flores violarum, ista Rhubarbarum, hæc tincturam violarum, alia Cassiam, Manna, & speciosissima quæque nomina præ se ferunt. Aperi quæso, & latentem thesaurum scrutare, in plurimis illarum araneas & inanias meras reperies. Ita vani promissores æthera stipulationibus onerant, & hiantem verbis ducunt: cum explicandæ sunt manus, cum dandum est, negant illi se domi esse; quod Ennius Nasicæ respondit. En ventum & nubes, & pluvias non sequentes. Quibusdam scilicet exigua sunt manus & adstrictæ, sed lingua protensissimâ largissimè promittunt, promissi munus nunquam consecuturi. Præclarum, ajebat Phocion, non magna dicere, sed magna facere. Quor sponfalia solis constituuntur pollicitis? scribuntur tabulæ, ampla dori pecunia dicitur, nova nupta domum ducitur. Ubi nuptiæ finierunt, sola restant nomina, jamque inter lares domesticos Dearum præcipua est, splendida Paupertas. Eadem sæpe ratio in contrahendis aut firmandis amicitia servatur. Est qui dicat: Me tibi semper amicissimum habebis; fores meas seu interdiu seu noctu pulles, illas nunquam non patulas, me nunquam non promptum reperies; vel meam tecum animam partiri si liceat, non recula-

Cir. lib. 2. de Oratore.

verim; mea tibi omnia patere cogita, ad ipsum usque cor: in hoc promissionum æstu, domus aurea, nectaris flumina, frumenti montes, maria gemmea promittuntur. Cùm venitur ad rem, pro malam fortunam! iterum nemo domi est. Abi amice, abi; de verbis plurimum, de factis nihil habebis. Quod si huic facti hominum tam turpem magnificæ promissionis inconstantiam objicias: Quid vultis vos, ajunt, humani moris ignari? verba honoris erant; hæc neminem ligant. Alibi vobis panem pinsimus (quod prisca dicebant) sed cùm illum furno eximeremus, invenimus nonnihil ambulatum. Quibus Valerianus aptè respondens: *Inde est, inquit, quod interdum amicitarum fides lesa suspiret. Inimicitias enim est indixisse, promissa denegasse.*

S. Valerianus
hum. 4.

Placentarium genus est, quarum tres totam implent partem, aded artificiosè surgunt; sed hæc ad mesorum famem inane sunt ludibrium: orexin famelicis ventris non tantum non sedant, sed & iram excitant. His placentis simillimi sunt illi amici, quorum arduæ sunt promissiones, quæ verborum plurimum habent, rei nihil. Ollarium amicorum copiosa est seges, auxiliarium magna penuria.

Mendacium est ut nivis globus, qui quod diutius volvitur, atque revolvitur, ed hic major: promissum quod non exsolvitur, honestum ac palliarum est mendacium, nec ab simile massæ niveæ; sed hæc nemine movente defluit ad solem, subit terram, evanescit: sic vana promissa oblivione velut terræ obruantur. Rectè monuit Sarisberienſis: *Si promissioni implende facultas non suppetit, remunerarium est promittere, quod prestari non potest. Si verò potestas affuerit largiendi, nisi voluntas beneficii producat effectum, promissor non gratiam de promisso, sed matulam contrahit de mendacio.*

Io. Sarisberienſis
l. 7. de nugis
Curial. c. 11.

Siracides vanissimos promissores hos graphicè depingens: *Donec accipiant, inquit, osculantur manus dantis. Et in promissionibus humiliant vocem suam. Et in tempore redditionis postulat tempus, & loquuntur verba redii & murmurationum, & tempus caussabitur. Si autem potuerit reddere, adversabitur, solidi vix reddet dimidium, & computabit illud quasi inventionem. Sin autem fraudabit illum pecuniâ suâ, & possidebit illum inimicum gratis: & convicia & maledicta reddet illi, & pro honore & beneficio reddet illi contumeliam.* Ita solent hi tales oris mercenarii homines, cùm eos rigida premit necessitas, quàm altum vociferantur: Jura, domine, jura; mille nominibus me tibi obstrictum habebis, nec gratuitam mihi opem conferes; me sanè gratissimum experieris. Sed ubi per ærumnas eluctatus nonnihil emerferit, promissionis suæ vix jam memor, protolli tempus cupiet, id si non impetret, verbis asperimis molestus erit. Nimirum hoc spondebat. Cùm Deo sic agunt plurimi, cùm aut morbo aut aliis exercentur calamitatibus, amplissima quæque pollicentur, seriam emendationem vitæ, exactissimum virtutis famularum: Juvantur, revalescunt, ærumnas evadunt; sed promissa non perficiunt, sibi serviunt, non suo servatori. Ipsissimus Judæorum hic genius est, cui psaltes indignatus, quartum repetit: *Et clamaverunt ad Dominum, cùm tribularentur, & de necessitatibus eorum eduxit eos. Circa fecerunt, oblitii sunt operum ejus, & non sustinuerunt consilium ejus. Sic divina beneficia pensamus injuriis. Quod Hieremias vates obstupefcens: Nunquid, ait, redditur pro bono malum? Non est Deus quasi homo ut mentiat: fidelis Deus in omnibus verbis suis. Ergo si quid voveris Deo, ne moreris reddere. Displicet enim ei infidelis & stulta promissio, sed quodcumque voveris reddo.*

Ecclesi. c. 29.
v. 5. ad 10.

Emendatio vitæ à
plurimis
pollicetur
quæ non
prestatur.

Psal. 106.
vers. 6. 13.
19. & 28.
Psal. 105.
vers. 13.
Hier. cap. 18.
vers. 20.
Psal. 144.
vers. 13.
Ecclesi. cap. 5.
vers. 3.

§. III.

Nos Dei negotiatores & agricolæ sumus. Nobis dictum est: *Negotiamini dum venio.* Sua cuivis negotiatio est, modò eam bonâ fide faciamus. Porro ut agricolæ monemur: *Nemo mittens manum suam ad ara-*

Luce. cap. 19.
vers. 13.
Idem cap. 9.
vers. 62.

trum & respiciens retro aptus est regno Dei. Si ergo mercatorum & agricolarum munus nobis commissum, meminerimus ab his maximè fidem obligatam exigi. Sed nos æstivum capum æmulamur, hoc si manè aureolum rutilet, & nescio quam serenitatem polliceri videatur, vesperi pluvias ac tempestatem fert: ita sunt homines, plerunque qui liberalissimè promittunt, promissa minimè persolvunt; sed hoc pessimæ famæ est, quæ omnem boni nominis nitorem extinguit. Nauci homo creditur, qui pollicitationes suas, velut lepus suos catulos tuetur: ii olim mores erant, ut unicum generosum *Ita vel Non*, aut manus manui conferta majus habuerit pondus, quam instrumentum septem sigillis consignatum. Nunc quandoque consignationes & stipulationes omnes negando evertimus. Bilbilianus vates hunc talem vanissimum promissorem faceret sic irridet:

*Si donare vocas promittere, nec dare, Cai;
Vincam te donis, muneribusque meis.*

Mart. l. 10.
Epigram. 16.

*Accipe Callaicis quidquid fodit Astur in arvâ,
Aurea quidquid habet divitis unda Tagi.*

Demum more suo colligens, quidquid sparsum dixerat: Omnium, inquit, bona tibi dono, sed eo modo, quo tu soles donare: nihil das, nihil accipe.

Quidquid habet omnes, accipe, quomodo das.

Gulielmus Peraldus, Lugdunensis præsul domesticum hortum inambulans, hanc sibi quæstionem sumpfit disciprandam, quæ omnium arborum stultissima, quæ verò sit omnium sapientissima. Ineam denique sententiam descendit, ut omnium arborum stultissimam pronuntiaret Amygdalum, quæ primo vere floret, subito flores periculo committeret, ultimo pæne autumnino, fructus maturos porrigeret: At contra Morum sapientissimam esse, quæ omnium ultima floret, & fronderet, & pæne prima fructus offerret: stultæ sunt amygdali, promissores illi qui intempestive quid velint, quid possint garrunt, jactantque grandia: arbores caute tardius flores, sed citius fructus ferunt: tarde promittendum, sed maturè perficiendum est promissum. Hoc tamen de promissis licitis dictum velim: nam si sunt iniura, nec impleri possint, nisi Deo, divinâ lege, conscientiaque lætis; etsi milies promiseris, nunquam tamen standum est promissis.

§. V.

Ipso jure cautum est, ut nulla promissio quæ turpem aut tristem habeat exitum, impleatur. Herodes qui saltatriculæ societatem regni promissit, fidem potius reperit, quàm divinum Baptistæ caput secuerit. Ita rectè Isidorus: *In malis promissis, inquit, resinde fidem: in turpi ipsâ, lib. 2. vovo, muta decretum; impia est promissio quæ scelere adimpletur.* Nos quod de promissis constantiâ diximus, eam in promissis æquis ac honestis necessariam affirmamus: in his profecto turpe est, diverticula, explicationes, effugia, callida glossemata quærere. Nam, quod observatum Livio, perfidos nunquam causâ deficiet, cur pactis non stent; semper aliquam fraudi speciem juris imponunt. Ideo si Tullium audiamus: Semper in fide quid senseris, non quid dixeris, cogitandum est. Quod affirmas, quasi Deo teste promiseris, id tenendum est. Quisquis eam induit audaciam, ut promissionem quam injuratus fecit, rescindat, is paulatim promittere, & omnes Deos jurare, fidem nihilominus fallere audebit. Petrus cùm se Christi discipulum primitus negaret, non juravit; cùm eadem voces secundum repeteret, juramento & tunc abstinit. At verò tertium suæ ipse promissioni contradiceret, cepit detestari, & jurare. His gradibus itur ad perjurium. O Petre, quàm longè alia promiseras! Caput tuum votis obligaveras; carceris imò & mortis societatem conceptissimis verbis pollicitus. Quantum divertunt hæc voces in Caiphæ atrio, ab illis in Christi cænaculo missis! illæ leonem sponde-

Cic. lib. 1.
Offic. &
lib. 3.

Ge
ve
Li
qu
et
qu
Di
ce
Er
ta
Ge
ta
Or
&
m

bant, hæc cervum timidissimum arguunt. O Petre, quisquis promittit, debitor est, & veritatis urgente sententiâ, sponsionis fidem compellitur implere:

Non est amici polliceri, sed dare.

Valde deformis est Oratio, si res non comitetur verba. Aversatur hanc humanitatem Deus, quæ tam exportrecta est promittendo, tam adstricta præstando. Vult ille homines inter se sincerè agere, nec linguam tam procul abire ab animo. Et quemadmodum Deus mutuam à nobis amorem exigit, sic mutuam quoque fidelitatem, quæ amoris filia est. Nec pœna illòs claudo pede sequitur, qui fidem aut negligunt, aut violant. Quoniam, qui malignantur, exterminabuntur. Malignari, est, ingentia in os polliceri, phaleratis verbis ducere, in spem maximam impellere, verbis dapissem esse, reipsâ Euclionem agere. Et quid his moribus vulgarius? Nec illud vulgi carmen à vero abludit:

*Annis mille jam peractis,
Nulla fides est in pactis,
Mel in ore, verba lactis,
Fel in corde, fraus in factis.*

Manus ergo longas & liberales, linguam modicam & brevem habeamus. Longæ sunt manus, quæ Atroxerxi cognomen dederunt Longimani, quod præsentibus atque absentibus aperta protensaque manu benefaceret. At verò lingua sit adstricta & brevis, quæ non in longos logos, aut prolixas deplorationes, aut multa promissa excurrat. Ita promittat, ut promissa perficiat. *Displacet Deo infidelis & stulta promissio.*

Q

CAPUT XLVIII.

Lingua QVERVLA multiplicia sue improbitatis dat specimina.

Plutarchus peritissimus ille morum magister, elegantem inter ceteros libellum de garrulitate divulgavit. In hoc scripto refert ab Amasi Ægypti rege, Bianti seni missum bovem jam in victimam astatum, & simul monitum Biantem, partem bovis & optimam & pessimam eximeret. Ille linguam exemit solam, & remisit cum dicto, Nil pejus, nil melius esse linguâ. Dictum ex tripode credendum.

Post tot linguas, linguas sanè pessimas, non melior prioribus adest lingua, quam Querulam vocant; monstrum horrendum, ingens, quod ab improbitate multiplici, Orbe toto notissimum est. Hanc linguam hac dissertatione sumpsimus explicandam.

§. I.

Lingua Querula tam ubique potens est, ut suis querimoniis Orbem impleat, nec ea unquam primum caput Genesios potest addiscere, tam stupida & nullius memoriæ est. Genesios liber narrationis principio hoc testatur: *Viditq, Deus cuncta que fecerat, & erant valde bona.* At verò lingua Querula in rebus omnibus mali quid invenit quod deploret. Et quamvis hæc lingua Christianum os occupet, occultis tamen & obliquis questibus Deum ipsum læcessit, cum vix ulla res creata sic illi probeberit, ut de eâ non conqueratur, sed inaniter & impiè. Ecclesiastæ monitum est: *In die bonâ frueret bonis, & diem malam præcave: sicut enim hanc, sic & illam fecit Deus, ut non inveniat homo contra eum justas querimonias.* Deus olim Abrahamo de Ismaèle ex ancillâ nascituro prædicit: *Hic erit ferus homo; manus ejus contra omnes, & manus omnium contra eum; & è regione universorum fratrum figet tabernacula.* Talem planè se gerit lingua Querula, omnium hostis accusat omnia; quidquid ei displicet, in jus ducit, &

actionem movet. Linguarum querularum refertus est Orbis. Ubi domus, ubi xenodochium, ubi cœnobium, ubi palatium est, ubi latebræ ullæ sunt, in quibus non omnia his linguis peritreant? Et quemadmodum diversissimi palati in discernendis cibus, ita diffimilium genii sumus in effundendis querelis. Et quid, obsecro, in rerum naturâ est tam sanctum aut laudabile, de quo nemo conqueratur?

Lingua Querula toto die abundè habet quod queratur, & ut sibi semper similis sit, ad dici auspiciam, etiamnum in lecto incipit ejuscemodi querulas voces spargere: Equidem non satis diu dormivi; pessimus canis somnum larrando sæpius interpellavit, & jam importunus excitator adest, & rumpit quietem. Subinde & sol reprehenditur tanquam nimium moratus in viâ. Et quando tandem, ajunt, lucecet? Cùm oculi extersi, cùm vestes jam induendæ, querelæ iterum innumeræ; hoc plus æquo follicat, hoc nimis strictum, hoc laxum nimis est. Istud non satis adhæret corpori, hoc pedi non aptè respondet, illud nimis rugosum est, hoc planum nimis. Cùm libri aperiendi, cùm manus ad movenda chartæ,

Tum quærimur, crassius calamo quod pendeat humor, Nigra quod infusa vanescat sepiâ lymphâ: Diluxas querimur geminet quod fistula guttas.

Neque hîc querelarum finis: Jam caput dolet, jam stomachus resolvitur, jam destillationes vexant, nunc malum in humeris, nunc in cruribus est; jam calculus infestat, jam dentes verminant, jam angina cruciat, jam cibi fastidium affligit, jam alia atque alia torquent: sæpe plures morbi quàm membra, quia unum subinde à diversis doloribus exercetur: hos autem aperire, consilium petere, remedia quærere minimè vetitum, nec indecorum: at verò queri & cum indignatione miserias suas deplorare, sapientis linguæ non est. Hæc lingua querulæ spuma est. Quod si plures ejuscemodi lamentatrices linguæ conveniant, tunc sanè plenis tibiis cantatur. Vix autem unquam duo colloquuntur, quin aut novas fabulas, aut veteres querelas referant.

§. II.

Vitæ viri duodecim magnâ familiaritate conjuncti sermonem ita conferrent, ut quilibet querelarum aliquid in commune diceret. Primus, in tempestatem & cælum peroravit, quod modò ut nimbosum nimis & tempestuosum, modò ut nimis serenum ac siccum accusavit, modò ventos, modò malaciam, modò imbres, modò siccitatem nimiam, modò nimios æstus, modò frigora nimia; jam inconstantem & nubilantem aërem reprehendit. Et en, ait, quàm hæc fœda est, quàm turbida, quàm atrox & immoderata tempestas! Ita huic dicendi & conquerendi materiam præbuit cæli serenitas, & gravitas. Ita nec cælum, nec Deus placent omnibus.

Alter, in uxorem querelarum plaustrum exoneravit. Uxor mala, inquit, quàm gravis, quàm longa, quàm intolerabilis crux! Dî Deæque qualem ego nactus sum uxorem? improbam oppidò, & vix unquam taciturnam, nisi cùm dormit; sed & in somnis garrit Canidia, trivenefica.

Tertius, stipendium ac salarium tam suum, quàm aliorum in jus vocavit: Maximis, inquit, ac continuis laboribus urgeor, salario autem perquam tenui, & exiguo ludificor: quis sumptu tam modico vitam toleret? equidem domino meo placeret, si laborarem ut asinus, aurum congererem ut gryphes, foliis victitarem ut bombyces. Jure queror; domini mei avaritia nimis vilem pensivunculam præbet.

Quartus in magistratum copiosè bilem effudit. Ecquis, ait, non queratur? Magistratus in quosdam tam facilis ac clemens est, in alios tam rigidus & severus. Dat veniam corvis, vexat censurâ columbas. Hic offam interit, alteri exedundum est. Hic dimittitur noxius, ille

Deus vult homines inter se agere sincerè.

Ps. 36. v. 9.

Eccles. 1. v. 3.

Alii, P. 100.

Gen. cap. 1. v. 31. Lingua querula obliquis questibus Deum læcessit, Eccles. 1. v. 7. Gen. cap. 16. v. 12.

Omnium hostis est, & accusat omnia.

Pers. sat. 3. vers. 27.

Miserias cum indignatione deplorare non est sapientis lingua.

Querelæ quorûdam murmuratorum.

insons punitur. Disciplina deseritur, connivetur, amplum est sceleribus patrocinium. Et quis tot pecuniariis exactioibus par sit?

Quintus, in annonam querelas plurimas evomit. Annonæ structor videri potuisset, tam grandi supercilio pistores omnes damnavit, suum pani pondus, farinam operam deesse causatus. Ita querelas in Curiam, pistrina, molendina, granaria, frumentatores & triumviros panarios effudit largissimè.

Sextus, militiam sibi sumpsit querelis lacerandam. Hic, ajebat, nimis lenti sunt & cunctabundi, hic præcipientes nimium, hic verò nihil sit: hic honores defunt, hic munera; hic concilium militare hallucinatur, hic à ducibus est error; hic avaritia, hic superbia omnem militarem successum corrumpit: ita rem bellicam variè depioravit.

Septimus, de templo & divino cultu est questus. In hac æde, dicebat, conciones nimis prolaxæ, in illa nimis breves: in ceteris, quamdiu expectandum, dum rei divinæ initium fiat? hic erratur in cantu, illic in ceremoniis; hic omnia nimis operosè sunt & sumptuosè, illic neglectim & nimis perfunctoriè: istic confessioni vehementes nimis, & impatientes sunt, alibi mites nimium & planificalnei, ac propemodum elingues. Sint hæc vera, linguæ tamen querulis non sunt enuntianda.

Octavus, in ancillas & famulos querelis grassabatur: Hi homines, inquiebat, nimis jam imperiosi, contumaces, pigri, infatigabiles sunt, nullis jussibus, sed nec Manlianis imperiis in officio satis continentur.

Nonus, in sacerdotibus & viros religiosos examen querelarum emisit: Et isti quidem, ajebat, poculis rem agunt: hos effert superbia, istos inquinat avaritia, illos perdit otium, hi facta bonæ Deæ non ignorant. Sic à querulis ad detractationes transitur.

Decimus, vitiosissimum ævum & degeneres ab avibus posteris queribundus deservit: nec dixit, Ego tunc sceleratorum hominum pars sumus, sed omnem tempori culpam impigit.

Undecimus, Dei satellites & apparitores, Morbum, Mortem, diabolos querelis onerans: Mors, inquit, immanissima præmaturè mihi amicorum optimum abripuit: illic tragædias diabolos tragicissimas excitavit, cædis & malorum omnium mandator. Hujus hominis querelæ vix ipsi Deo pepercerunt.

Duodecimus, in suos obrectatores & inimicos innumeras querelas ore pleno ejiciens: Hic, inquit, torvis me oculis intuetur; hic salutatus non salutatur; hic asperis in me verbis invehit. Querulus iste homo non ante querelarum finem fecit, quam alii veterem telam ordirentur, repeterentque querelas jam auditas, quod linguæ huic proprium, idem sæpius recantare. Atqui hi sunt, ut Thaddæus Apostolus loquitur, *murmuratores, querulosi, secundum desideria sua ambulantes, & eos eorum loquuntur superba.*

§. III.

Porto quid vos, auditores, de his sentitis, quis horum primum præmium obtinet? Si rationem & jus consulamus, primum præmium debetur illi, qui sic queritur, perinde ac si divina dispositio ei non perplaceat, & idcirco modum Deo constituendum censeat. Alterum præmium ei debetur, qui magistrum querelis suis allatrat: non exigui res momenti est, judicium agere velle judicem. In tertius consistit, qui tot tantisque querimoniis de aliis hominibus habet, ut cum primis certet.

Mat. c. 25. vers. 40. Apertissimum Christi dictum est: *Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* In

Exod. c. 16. vers. 8. Mosen & Aaronem Judæi querelas plurimas congesterant. Sed illi querelis responderunt: *Non contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum.* Verum duodecim illis querulis censoribus breviter respondendum est; sua quemque censura feriat.

Primus de tempestate & injuriis cæli questus est. Respondemus: Homo patientiæ non ignarus, contra neminem magis quam seipsum queritur. Divinam Ordinationem non tangit. Illud unum assidue ingeminar: *Bene omnia fecit.* Hominum aliquis peccat? Non aliud secum quam hoc reperit: *Quis ego sum, qui judico servum alienum? Domino suo stat aut cadit.* Sed nec contra rem aliam creatam queritur.

Alter de uxore questus est. Respondemus: Quod tute tibi intrivisti, tibi excedundum est. Uxorè habeas ut nactus.

Tertius de suo salario questus est. Respondemus: Qui non nescit se frustra & incassum queri, nec tamen querelas definit, is numos suos in pertusum sacculum mittit; quieti suæ consuleret, si taceret.

Quartus contra Magistratum questus est. Respondemus: Qui tories errat in gubernandâ domo suâ, stultè magistratum accusat, qui urbem aut provinciam gubernat. Discat ille prius pauculos suorum regere, vix deum alios docere poterit, quâ ratione populus sit regendus. Ita in alienis linceis, in nostris talpæ sumus.

Quintus de annonæ caritate questus est. Respondemus: Ubi demum omnia & ubique locorum ad rectissimam amussim erunt composita, nos non amplius erimus superstites. Hoc interim re ostendamus, vectigal magnum esse parsimoniam: pistioribus & molitoribus sui sunt iudices, qui farinam inspiciant; vitam nos nostram inspiciamus, & illud sæpius cogitemus: Bona verba non rarò meliora esse quam dona.

Sextus contra nostratis militiæ rationem questus est. Respondemus, & unâ querimus: Quor obsecro querulus hic homo stipendia fecit, quibus ducibus militavit? an unquam in hostem gladium strinxit? an unquam plumbeam glandem extorsit? Ergo, ne sutor ultra crepidam. Milites de armis, Mathematici de stellis, architecti de ædificiis, navarchi de ventis, medici de morbis eruditius, quam alii, loquentur.

Septimus de templorum administris & maximè de concionatoribus questus est. Respondemus: *Qui sine Ioan. cap. 8. peccato est, prius in illos lapidem mittat.* Ubi quis munus suum exactissimè, & ad ungem executus fuerit, alios fortassis rectius docebit.

Octavus de famulis & ancillis questus est. Respondemus: Aut talis nunquam servit, aut memoriam omnem perdidit. Plato ait, neminem regem non ex servis esse oriundum, neminem non servum ex regibus.

Nonus de sacris hominibus & religiosi vitis conquestus est. Respondemus: Urbs munda conservatur hac ratione, si quisvis paterfamilias viam publicam ante ædes suas conservet mundam; reliqua curabit magistratus. Optima scientia est, Notitia sui: qui seipsum novit, in alios non temere sententiam dicit. Deinde iniquum est, uno delinquentem omnes accusare. De Religiosorum domibus idem pæne dicendum, quod de suâ Augustinus: *Neque mihi, ait, arrogare audeo, ut domus mea melior sit, Augustin. quam arca Noë, ubi tamen inter octo homines unus reprobus episc. 137. inventus est; aut melior sit quam domus Abrabæ, ubi dictum ad Cleric. & est: Ejice ancillam & filium ejus, &c. aut melior sit quam pop. Hipp. cohabitatio ipsius Domini Christi, in quâ undecim boni perfecti. Gen. cap. 2. dum & furem Iudam tolerarunt; aut melior sit quam calum ipsum, unde Angeli ceciderunt.*

Decimus de temporum iniquitate questus est. Respondemus: Senecæ conjux famulam habuit Harpasten fatuam. Hæc subidè desit videre, se tamen cæcam esse non scivit: ideo totam domum ut tenebrosam accusavit; tenebræ in ipsius oculis fuerunt. Idem nobis accidit; accusamus tempora, cum nostra sit culpa.

Undecimus de morbis & morte questus est. Respondemus: Olla enim de figulo quæta est, quod eam parietati allississet: ar nemo hanc querelam non stultissimam dixit: hoc jus figuli est, fingere vas & frangere prout ipsi placet.

Duode-

Querelis murmuratorum respondetur. *Marci c. 7. vers. 37. Rom. c. 14. vers. 4.*

C
m
di
ei
re
lii

2. R
107

Pfal
v. 11

Inie
ajua
cactu
Nes
sicuti
gata
mar
Iona
vers

Ini
lii 3
& 4

Pfal
v. 12

*Inda epist.
Canon.
vers. 16.*

Duodecimus de suis obtrektoribus & inimicis questus est. Respondemus: Augustæ Vindelicorum duo religiosi viri ostium mendicaverunt. His pro stipe homo improbus restim porrexit: quem illi reverenti osculo acceperunt & gratias egerunt, ædificio suo rem fore per commodam asserentes. Omnium inimicorum nostrorum nequitia & technæ funes sunt & restes, quibus nostra onera, nosque ipsi attrahamur in cælum. Quid ergo habemus iusta querela? gratia potius sunt agenda.

§. I V.

Sed objicias: Ergo anxias & acerbas ægritudines explicare non licet? imò verò licet, sed eo loco atque iis hominibus quibus oportet. Hoc non est querelam effundere, sed medicinam petere. At verò tam multis aliis, & toties molestias suas oggerere, conquestio supervacanea, & plerumque damnosa est. Deinde inter querelas ita nonnunquam effervescit animus, ut tacito passu ad obtrektiones & calumnias fiat transitus, quas nos iustas querelas nominamus. Sed objicias iterum:

Quis adeò ligati oris sit, ut cum scierit se non nisi vera locutura, querelas tamen omnes comprimat? quandoque solatio est eas effudisse. Si effundantur in amicum sinum, è quo consilium speretur vel auxiliùm, subinde non obfuerit: at verò querimonias ubique spargere, omnium aures iis fatigare, malum asperat, & ulcus facit grandius, præsertim si hoc resciscant illi, de quibus querimur. Quamvis & ii hinc monendi sunt, quos querelæ petunt, ne ea quæ de se dici audiunt, contempnim transeat, velut inania murmura, & merissimas querelas; ne dicant, Servis & subditis nunquam desunt intempestivæ querelæ: quin potius examinent rem quæ aliorum questus provocat, an ea nihil æquitaris habeat, pensent singula, num juvare possint, num parcere debeant, an non nihil cedere, & onus levare conveniat. Iniquum est si domini omne sibi jus in servos aut subditos tribuant. Nemo bonus iudex in causâ propriâ.

Sionis Rex David à Joabo, quem suæ militiæ præfecerat, acerrimis querelis flagellatus, non tantum hominem benignè audiit, sed & executus est, quæ suus sibi famulus dicitur exequendum. Nunc igitur surge & proferge, & sedis in porta. Quid potuisset mitius aut dicere, aut facere potentissimus regum ad querelas acerbissimas? Has audiit mitissimus Domine, sed non retorfit suum illud potius usurpavit: Domine, ut jumentum factus sum apud te; & ego semper tecum; neminem accuso nisi me ipsum; de nullo conqueror, nisi de me ipso; paleis an hordeo pascar, sileo; jumentum sum.

Hebraus propheta Jonas non semper Domini jumentum esse voluit. Et hic ipse est qui luculentum querulæ linguæ specimen præbens, contra divinos iussus variè conquestus est. Cumque jam pæne non haberet contra quem quereretur, in res inanimas linguam querulam emisit. Nam hederam à vermiculo perrosam gravibus querelis convulsit. Cui Deus: Putasne, inquit, bene irascaris tu super hederam? Cui Jonas audacter: Bene irascor ego, usque ad mortem. En iudicem, sed malum & querendum vulturibundum: qui causam propriam censet æquissimam. Quemadmodum igitur par est ut magistratus & domini, servorum ac subditorum querelas, non primo aspectu rejiciant, sed examinent atque perpendant, ita subditi suas querelas non pertinaciter, velut æquissimas defendant. Sæpissime utraque pars errat, errorem fateri & corrigere neutra vult. Ille imitator Christi prudenter:

1. Reg. 6. 19. vers. 28.

Querelæ non efficiendæ nisi ex iis sperentur auxiliū.

1. Reg. 6. 19. vers. 7. & 8.

Psal. 71. vers. 23.

Interp. 70. aperi fuisse curabitam.

1. Reg. 6. 19. vers. 9.

Imit. Christi lib. 3. c. 40. & 41.

Psal. 72. vers. 23.

§. V.

Isaias divinam benevolentiam pollicetur: Si, ait, ab stuleris de medio tui catenam, & desieris extendere digitum, & loqui quod non prodest: tunc invocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicit: Ecce adsum. Primò omnium auferenda est catena. Heu quàm misera est vita, quæ noxas, noxas, scelera sceleribus velut annulum annulo connectit! tollatur hæc catena, & redibit divina gratia. Alterum est; Contine digitum, ne minare, ne illude: minaces, iracundi, illulores intento digito loquuntur. Tertium est; si desieris loqui quod non prodest. Inter sermones profusus inutiles pæne inutilissimus est querela, quod non quæ rarissimè prodesse, ferè semper nocere solet. Jobus: Quia, inquit, querelas in me reperit, ideo arbitratus est me inimicum sibi. Sint querelæ veræ, sint iustæ, sed quid tum postea? quid querimoniis juvatur? causam bonam vix unquam adjuvant, causam malam plerumque deteriori faciunt querelæ. Ergo desine loqui quod non prodest: Siracides etiam hortatur: Fili in bonis non des querelam, & in omni dato. Tot sanctissimi martyres minimè omnium queruli fuerunt, quos Ecclesia vel ideo etiam veneratur & laudat: Non murmur resonat, non querimonia, sed corde tacito mens bene conscia conservat patientiam. Hanc laudem jure optimo tulit sanctissimum par conjugum Zacharias & Elisabetha; Nam, erant iusti ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & justificationibus Domini sine querelâ. Nemo de illis queri potuit, sed nec ipsi de aliis questus sunt; forte suâ contenti vixerunt, verè sine querelâ.

Priisci dicere solebant, non decere sapientem, modò in hunc, modò in illum declamitendo, veritatis oculis caliginem offundere. Malè audit de quo dicitur: Est homo querulus, nemo ei satisfacit; cum omnibus injuriam exposulat. In viro religioso hoc grande vitium est. Quamobrem abbas Pastor dicitabat: Qui querulus est, monachus non est. Homo religioni addictus non facile de re ullâ conqueratur, instar jumentum, cuius fortunæ omnes à nutu domini pendent. Monstruosius, sic dicam, monstrum videri potest, cænobita querulus, quàm asina loquens.

Hominem seridò probum Ecclesia hoc afficit enimio: Ecce homo sine querelâ, verus Dei cultor & permanens in innocentia suâ. De querulo mutatis vocibus canendum: Ecce homo plenus querelâ, ventis sui cultor, & permanens in stultitia suâ; quidquid ad suum stomachum non facere putat, repudiatur. Tantò inter omnes prætoriosior Jobus & unicè æstimandus; quia à Saranâ tam dire habitus ut nihil sui corporis haberet, quod sanum diceret præter linguam; fors ideo non ulcerosam, ut eam in querelas laxaret, ut cælum omnèsque cælitates exaceraretur; ut hostibus suis omnibus pessimè precaretur; Et tamen in omnibus hiis non peccavit. Ipse quidem de se affirmat: Derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Laxa & afflictæ erant omnia; & una supererat lingua, quæ usus est non ad querelas, sed Dei laudes & gratiarum actiones. Sit nomen Domini benedictum. Non est melior, non est brevior, non est suavior cantiuncula, in miseris & ærumnis, in rebus adversis omnibus quàm hoc ipsum Jobi carmen: Sit nomen Domini benedictum. Nihil agimus querelis, nisi quod causam nostram plurimum labefactemus, petinde ut qui funiculos implicatos nec solvere potest, nec rampere; dum luctatur, arctius eos implicat, & pluribus nodis contrahit. Quin ergo aulicum illum imitatur, qui in cultu regum consenuerat, cuius novissima vox est. Nam cum illum quidam interrogaret: Quomodo rarissimam rem in aula consecutus es, senectutem? Injurias, inquit, accipiendo; & gratias agendo. Sæpe adeò injuriam vindicare non expedit, ut ne fatiri quidem expediat. Et nos profecto tantò chariores Deo famuli erimus, quanto minus

1f. cap. 58. vers. 9.

Ue divina benevolentia accingatur.

1. Aufer catenam; 2. Contine digitum; 3. Desine loqui.

quod non prodest.

Job cap. 33. vers. 10.

Ecclesi. c. 18. vers. 15.

Luc. cap. 1. vers. 6.

Hominis probi enim conium.

Iob cap. 7. vers. 22.

1. Reg. 6. 19. vers. 20.

1. Reg. 6. 19. vers. 21.

1. Reg. 6. 19. vers. 22.

1. Reg. 6. 19. vers. 23.

to minus queruli. Probissimi hominis illustre prorsus A iudicium est; De nulla re conquæri, nisi coactum.

R

CAPUT XLIX.

Lingua REVELANS secreti, quadru-
plici nos malo afficit.

Uria e. 59.
v. 4. & 5.

Bar. Angl.
de rer. propr.
lib. 19. c. 7. 8.

Quis ovum
aspidis al-
teri suppo-
nit cui in-
cubet?

Malum ovum malus corvus; veteri verbo jactatur. De oviss pessimis Isaiâs vates præmonens: *Conceperunt laborem, inquit, & pepererunt iniquitatem. Ova aspidum ruperunt, & telas aranea texerunt: qui comederit de oviss eorum, morietur: & quod confotum est, erumpet in regulum.* Aspideâs ova, ut Bartholomæus Anglicus testatur; excludit rubeta; rana non minus aspidæ venenara. Cum rubetæ fomento rupta est ovi crusta, exit regulus, aspidæ & rubetæ venenariot, qui vel oculis necat; at primum quod ab eo necari solet, est rubeta mater. Quisquis de absentibus contumeliosè loquitur, & id tanquam arcanum non evulgandum alienis auribus committit, is alteri aspidis ovum supponit cui incubet. Alter aliquanto tempore fovet ovum silentio, demum garrulitate ac imprudentiâ excludit. Atque hinc regulus qui nonnunquam patrem & matrem, auctorem & fautorem necat. Idcirco ingenti circumspectione opus, quidnam arcani, & cuiusnam id auribus committatur. Neque eum dumtaxat, qui hæc talia narrat, attentum volumus & circumspectum, sed & illum qui narrantem audit: huic sedulo cogitandum quid sibi & à quo committatur, ne istud temerè ac imprudenter emanet. Si secus fiat, ingentia hinc damna oriuntur. Hanc ob causam Alphaberi series ad litteram caninam nos ducit, quæ linguam pessimæ famæ commonstrat. Ea *Revelans arcanum* nominari solet. Quantum verò nocuementi adferat hæc lingua, quantis discordiis orbem misceat, quâ demum ratione hæc pestis coercenda sit, hoc capite demonstrabimus.

§. I.

Quid hic
dicatur ar-
canum &
secretum?

Mala è lin-
guâ reve-
lante pro-
venientia,
1. Magna
levitas ani-
mi se pro-
dit in ho-
mine.

Eclli. c. 19.
vers. 11.

Arcanum hic & secretum id dicimus, quod vel secretò ab aliis auditum, vel certè à se tale quippiam est quod silentium exigat. Subinde res adeò arcana non est, sed quoniam alter rogavit, *Tecum habeo*, profectò edicenda non est. Etmulto magis clausa sunt habenda consilia, quod ipsum etiam jururandum poseit. Quidquid denique inter duos aut plures occogitatis arbitriis disceptatur, alto silentio premendum, est. Quisquis tale quid edicit, jure futilis gerro dicitur, ut qui linguam habeat rituram plenam, hac atque illac diffusentem, uti sunt Danaidum dolia semper perulsa, quibus quidquid infunditur, perditur. Atque hinc mala nascuntur plurima: numeremus.

Primum est: Magna levitas animi, & pterilis simplicitas se prodit in eo homine, qui nihil secreti potest tenere, sed audita mox obvis enuntiat. Imperitus lusor est qui favente sorte pictas chartas aliis ostendit, seque ridiculum facit. Sed ut vulgus arguatur, quatuor sunt, quæ abscondi nequeunt, Palma in clivo, stramen in calce, fufus in sacco, arcanum in fatuo. Nec sapientiores ii, sed & nequiores, qui dicta ejusemodi ab aliis expiscantur, quæ proximo cuique venditent. Et fit quandoque ut narrationem celandam audiat is ipse de quo male instituta est. Siracides hos loeutuleios prægnanti feminæ confert, quæ partu vicina dolet, ingemiscit, luctatur sic, *A facie verbi parturii fatuus*. Nec quiescit miser dum partum suum enixus sit in lucernam, & quæ auribus concepit, totis buccis effuderit. Si quid ad canis aut felis caudam alligetur, quanta inquietatio sequitur? ut

currunt, ut saliant, ut furunt inquietæ animantes? nec illo loco consistunt, dum alligatum excusserint: Non aliter *Revelans lingua* impetu fertur ad cloquendum. Et ea sæpe gestit libidine suâ effutiendi, ut non visa solum & audita narret, sed illa quoque misceat, quæ suspicatur, quæ fingit: falsa sint an vera, juxta habet. Grande hoc malum est, animi sui levitatem sic omnibus spectandam proponere, ut quamplurimi norint hominem mentis inopem esse.

Alterum malum est, qui secreta reteggit, fidem amittit, nemo est qui se suaque velit illi committere. Siracides hoc credimus: *Qui denudat arcana amici, fidem perdit, & non inveniet amicum ad animum suum.* Erit qui par pari reddat. Hanc profectò viam tenet divina providentia, & potissimum in linguæ vitis, ut quemadmodum ille de isto contumeliosè loquitur, sic alii de illo; & sic iste commissa sibi effudit, ita nec alii arcana illius celent. Salomon luculentè pronuntiat: *Qui ambulat fraudulentè, & non inveniet amicum ad animum suum.* Nimirum hoc discrimè est: qui ambiguæ fidei vitæ est, audita mox foras eliminat; fidus & prudens secum habet, quæ audiit. Arcanorum revelatio à fraudulentâ & infidâ plurimum mente proficiscitur; fidelis enim commissa concreditæque sibi alto premit silentio, quæ enim fide ab amico rem accipit, eadem servat. Ille in hujus sinum reposuit; iste committentis affectui respondebit, & non faller. Si verò prodit; fallit, infidus est, amicus non est. Proinde nihil illi credendum. Venusinus vates cavendum eum monet:

*Fingere qui non visa potest; commissa tacere
Qui nequit, hic niger est, hunc tu Romane caveo.*
Addit, quam suaviter arcanum exprimi soleat:
*Tu lene tormentum ingenio admoves
Plerunque duro: tu sapientium
Curas, & arcanum jocosò
Consilium retegis Lyco.*

C Hæc lenia tormenta, sublequitur cæcus amor sui, *Et tollens vacuum plus nimio gloria verticem Arcanig, fides prodiga, perlucidior vitro.*

Luctator dolosus est vinum, ut Plautus putat, pedes captat primulum, imò verò linguam, cui sic captæ secretum facile rapit.

§. II.

Tertium malum est: Qui sibi dicta mox foras eliminat, non tantum fidem, sed & amicum perdit. Siracides hoc affirmans: *Est, inquit, concordatio, excepto convicio, & improprio, & superbiâ, & mysterii revelatione, & plagâ dolosâ, in his omnibus effugiet amicus.* Omnis amicitia nexu solvitur, & vix unquam iterum copulari potest, quæ his modis dissoluta est. 1. Conviciis ultro citroque jactis. 2. Improprietis, cum iam iste donum exprobrat, aut ille doni vilitatem exaggerat. 3. Fastuoso amici contemptu. Amicitia aut pares accipit, aut pares D facit: hinc perit illa, si alter alterum velut inferiorem despiciat. 4. Vulnere per fraudem influcto: Gravius sentitur damnum quod ex obliquo venit. 5. Revelatione mysterii: Difficile est amicos componere post hanc injuriam detecti arcani. Deum quidem omnibus his modis lædimus, sed reconciliari Deo facillimè possumus. Non eadem inter homines est ratio: non raro qui fidem semel violavit, semper infidus creditur; qui semel offendit, semper hostis censetur.

Ergo cui cordi est fides & amicitia, non tantum secreta non aperiat, sed & societatem eorum caveat, qui ore lubrico quod audiunt, mox effundunt. Ita leges divinæ seridè mandant: *Ei qui revelat mysteria, & ambulat fraudulentè, & dilatat labia sua, ne commiscearis.* Eruditè Ambrosius: *Cum omnia, inquit, nobis nostra essent communia, individuus spiritus, individuus affectus, solum tamen commune non erat secretum amicorum, ut fidem servaremus.* Sapientissimus

Pro

4.
am
per
rec
neq
Pro
ony
San
vire
pau
ta si

Eclli.
vers.

Mert
stum
arcan
ticeu

Pro.
vers. 9

Eclli. c.
vers. 1.

pientissimus regum vel hanc unam ob causam, ne arcana percat, vinum dari regibus ita vetat: *Noli regibus, ô Lamuel, noli regibus dare vinum, quia nullum secretum est, ubi regnat ebrietas.* Facundi calices quem non fecere arcani proditorem? Homo potulentus totus transluet, totus effluit, & nullo cogente se, tanquam si quæstione interrogatus esset, arcana omnia manifestat.

Quartum hic malum est: qui arcana fido pectore non occultit, non tantum fidem & amicum perdit, sed ita quidem perdit, ut recuperari nequeant. Eam ob rem Salomon providus consualor: *Quæ, inquit, viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio cito, ne postea emendare non possis cum dehonestaveris amicum tuum.* Quid heroum fortissimo Samsoni vires, oculos, libertatem, vitam rapuit, nisi garula fertilitas, quæ Dalizæ urgenti secretum enuntiavit, & omnia perdidit. In Romanis sacris vas aquæ hauriendæ adhibebatur, quod humi deponere nefas erat; ideo pede carebat, ne uspiam è manu deponi posset. Os vasis istius amplum, in angustiore conum desinebat, perinde ut in convivii nostris vitrea sunt, quæ campanas dicimus, quas nisi vacuas, in mensâ reponere piaculum foret. Atque illud suum Romani vas, *Futile*, vocabant, quod quidquid contineret, effundendum esset. Huic vasi appositæ confertur homo tam paruli ac lubrici oris, ut quidquid auditione acceperit, id mox iterum effundat locutione, perinde ac si nefas sit auribus quippiam accipere, quod non quamprimum os regerat. Hæc tamen inter vas illud & os humanum differentia est; vase illo nullum unquam incendium excitatum est, sed ore hominis sæpissime; illud igni extinguendo fecit, hoc creberimè susulando. Arcana non classe ingentium malorum sapius origo fuit. Divinus testis Siracides: *Denudare, inquit, amici mysteria, desperatio est anima infelicis.*

S. I I I.

Metelli dicunt de arcano susulando.

Illud Romanorum columen Metellus senex, militiæ peritissimus, tanti æstimavit secreta posse contegere, ut interrogatus, quid in sequentem diem juberet, dixerit: Si scirem intimam meam tunicam arcani mei consciam, in ignem eam abjicerem. Nec enim solum linguæ vitium est, aliena secreta effutire, sed etiam sua, præsertim apud imprudentem. Metellum securus Petrus Aragonius; Comburam, ajebat, tunicam meam intimam, si consiliorum meorum esse gnarum sciero. Sapientissimè monuit Salomon: *Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretum extraneo ne reveles.* Quam ob causam Abbas Antiochus dixit: Unicuiliber obvio concedere sui peccatoris arcana, id peculiare est animæ prorsus ineruditæ. Necessè est igitur circumspicere & comite consilio agere omnia.

Infans cum manu glaciem tenet, brevi lusu se decipit, cuperètque perlucidum hoc crystallinum non dimittere, sed quia gelu manus adurit, gaudium suum manibus elabi sinit, quod nequit retinere: ita hi pertusi oris homines, vellent quidem non infidi ac leves videri, sed quia rimarum pleni sunt, hæc atque illàc perfluunt, uti vas fluxum & pertusum, dolium Danaïdum.

Salomonem & Siracidem locupletissimos testes sapientie adhibuimus, si tamen paratissimi sunt longè sapius in vitiosam linguam testimonia denuntiare, præsertim in hanc ipsam de qua agimus. Siracides quidem hic neminem non cautissimum exoptans: *Non duplices, inquit, sermonem auditis de revelatione sermonis absconditi, & eris verè sine confusione.* Perinde si dixisset: *Quod tibi primò dictum, tu ne secundo dicas; ne duplices sermonem.* Illud verò ridiculum admodum & stultum est, quod tunc primùm, cum jam aliquid enuntiavimus, os alteri obferre cupiamus. Exemplo rem demonstramus.

Narravit mihi Sertorius nuperrimè Pollionem senatu movendum, Thraeam aulâ excludendum. Narra-

tionis suæ epilogum adjecit hunc: *Cave ulli hoc dixeris; nam res adhuc dum alto premenda est silentio.* Ego autem amicorum fidissimo hoc ipsum narraui, sed & clausulam hanc adjeci: *Obsecro te, ne hoc alii enuntias; etiamnum obscure ferendum est.* At ille familiarium meorum intimus, uxorem inter illos alios non numerans: *O mea conjux, ajebat, quando tu alter ego es, arcana tibi commissum præter me neminem scire crediderim; audi rem miram & novam; Pollio senatu movebitur, Thraeam excludetur aulâ; sed occultum hoc habeto.* Illa byssinæ, sed lubricæ linguæ mulier, vix duabus horis tam grande secretum continuit, & in vicinæ aures mox egurgitavit, illam quoque speciosissimam clausulam atroxens, secum hoc haberet; audita in vulgus minimè spargenda. Mulier vicina fidem non falli arbitrata, nisi arcana publicè narraret, clam in unius alteriusve aures hoc de Pollione & Thraeam insularavit; mox urbe totâ volavit fama, & tragœdia inde nata est non una.

Quis hujus tragœdiæ auctor obsecro? primus ille, qui tacenda non tacuit. Sed dicit: *Ego tamen obnixè rogavi te, nemini hoc enuntiares. Quid me rogabas, ô stultissime mortalium? cur non rogasti te ipsum, & os tuum? si tu recessus mentis tegere non potuisti, quid de alio sperare poteris? si nesciri hoc volebas, cur ulli alii narraisti? Ego enim sic mecum ratiocinabar. Si potuit id mihi uni committere, postum & ego uni alteri, hic alter tertio, tertius quarto, hic quinto. Ab hoc celeriter ad sextum, inde ad decimum, ad quinquagesimum, ad centesimum res delata est. Singuli quidem rogabant. Hoc tecum habeto, istud nemini dixeris. Verùm hæc ipsæ preces audaciam suggerebant ad propagandum secretum. Chrysofostomus ineptissimas has preces & ipse irridens ac detestatus: *Hoc verò ridiculum magis est, inquit, quid talem habentes vitam, & propria negligentes, cum aliquid arcana dixerint, rogant audientem & adjurant, ne cuiquam amplius alteri dicat: declarantes quod rem reprehensione dignam commiserunt. Si enim illum, ut nemini dicat, rogas, multo magis te priorem huic dicere non oportebat. In tuo sermonem habebas: postquam verò alteri prodidisti sermonis custodiam, superflua facis & inutilia, admonens & obtestans pro delictorum custodiâ.**

S. I V.

Quidquid ergo deblaterari non vis, hoc in tuo pectore, hoc in ore tuo moriatur, & computrescat. Vivere sis, & ex ore tuo profillire? jam actum est; brevi ora omnium persultavit. Divinè hic Seneca philosophatur, & hoc ipsum quod dicimus, rationibus asserit: *Nihil, ait, equè proderit, quam quiescere, & minimum cum aliis loqui, plurimum secum. Est quadam dulcedo sermonis qua irrepit & blanditur, & non aliter quam ebrietas, aut amor secreta producit. Nemo, quod audivit, tacebit; nemo, quantum audivit, loquetur. Qui rem non tacuerit, non tacebit auctorem. Habet unusquisque aliquem cui tantum credit, quantum ipsi creditum est: ut garrulitatem suam custodiat, & contentus sit unius auribus, populum faciet. Sic quod modò secretum erat, rumor est. Nam etiam uni rem dixerit, ille porò uni, hic alteri, alterique: & ita populus sciet. Hoc è veteri memoriâ festivissimum ludicrum demonstrabit.*

Romanus senatus occultum aliquod consilium per aliquot dies intra se agitaverat, cumque res ea multum obscuritatis haberet, variâque excitaret suspiciones, quandam senatorum, mulier aliâs pudica, sed tamen mulier, majorem in modum precibus urgebat, ut arcana sibi aperiret: dejerans interim, se silentio rem tecturam, & ni faceret, diris se devovens execrationibus, flensque & quirans fidem sibi non haberi. Ille ut stultitiæ eam suæ coargueret: *Vincis, ait, mea uxor; proinde audi terribilem rem atque prodigiosam. Relatum ad*

Chryf. 10. 5. hom. 3. ad pop. mihi pag. 31.

Seneca philosophatur, & hoc ipsum quod dicimus, rationibus asserit.

Quis populum faciet, mox sequentibus verbis explicatur.

* *Alaud. m.* nos est à sacerdotibus, * castitatem visam esse volentem cum galeâ aurâ & hastâ : de eo ostento unâ cum auguribus deliberamus ac anxie disquirimus bonine an mali aliquid portendat: tu verò tace. Hæc locutus in forum processit. At verò mulier ancillam, quæ primùm intraverat, arripens, pectus suum plangens & crines scindens: Eheu, inquit, mi vir, & ò mea patria quid nobis fiet? volens docensque ancillam quærere. Quidnam igitur evenit? inquit ancilla, & simul silentii fidem obstringit. Postquam interroganti & fidem danti mulier rem narravit, addidit communem omnium loquacitatis clausulam: Cave ne cui hæc dixeris, & tace. Vixdum à domina ut est digressa, unâ servienti alteri, quam maximè videbat otiosam, narrationem injicit. Illa herili famulo curiosius sciscitanti exponit. Hoc modo fabula in forum devoluta, ita ut præcureret auctorem. Quidam ad eum notus accurrit, & an recens domo adveniat quærat. Ait ille. Nihil ergo, inquit, inaudisti novi? Ad quem ille: Quidnam obsecro? an novum aliquid evenit? Tum alter: Cassita, inquit, conspecta est volans, cum hastâ & aurâ casside, atque de hoc ostento principes senatum habent. Ubi ridens iste: Laudo, inquit, mulier celeritatem tuam, quâ factum est, ut me in forum euntem sermo hic anteverteret. Proinde ad magistratum accessit, eumque trepidatione liberavit. Ultra eum mulierem ulcisceretur, domum reversus: Mulier, perdidisti me, inquit, pruritu linguæ: comperit enim è domo meâ in publicum elatum esse arcanum: itaque ob vitam incontinentiam solum mutare cogor. Euntique inficias, & dicenti: Quis verò tu non trecentesimo hæc audieris? Quo modo, inquit, trecentesimo, qui te urgente, ut periculum facerem, possesne audita reticere, istuc confinxerim? Atque hic quidem mulieris suæ continentiam probavit, & veluti in vas fatiscens, non vinum aut oleum, sed aquam iofudit.

Ira femineum hoc vitium est. Nam viri est frenos linguæ injicere, & ante vitam ponere, quam concredita retegere: effugere commissâ muliebri est ingenii, ad colum & acum nati. Homo futilis perforato bibit poculorum plus effundit quam bibit. Ecquid autem ab eo speres, cui nihil tuto credi potest? qui consilia in fronte & manibus gerit? parere sibi poterit, imperare non poterit.

Tutissimū est ergo, si quid publicari nolis, tu ipse primus taceas. Quod Siracides fidelissimus monitor, nobili documento instillans: *Audisti verbum, inquit, adversus proximum tuum? commoriatur in te, fidens quoniam non te dirumpet.* In omnem hoc calumniam, obrectationem, maledicentiam dictum est, Quidquid enim alterius nomen famamque accedit aut denigrat, id in narrationibus locum penitus non habet: nec ullius momenti est illud dicere; *Prout emi, sic vendo.* Malas & vitiosas merces emisti deceptus; nunquid ideo decipies alios, ut easdem vendas? monetam plumbeam ab impostore accepisti; nunquid eam iterum erogabis, ut imponas & aliis? Frange, projice hos numos luce publicâ indignos, omite, amputa, narrationes ulli hominum damnosas. Nec illud te unquam excusaverit: *Do prout accepisti. Audisti verbum adversus proximum tuum? commoriatur in te.* Euripides secreti tenacissimus, cum ei nescio quis animam fatentem exprobraret: Ne mireris, inquit, vir bone, multum arcani in hoc ore computruit. Ergo *commoriatur in te*, putrefcat, & emoriatur intra tuas fauces, quod aures tuas receperunt. Christus Dominus quàm istud exemplo suo efficaciter monstravit! In eadem secum mensâ, idque in cenâ ultimâ sceleratissimum proditorum rem habuit, hoc tamen secretum non prodidit. *Vnus vestrum, inquit, me traditurus est.* Non dixit, Oeconomus noster hoc faciet: non dixit, Judas Iscariotes, meus proditor est. Sicut ista, ut & arcanum tegeter, & hominem nefarium corrigeret.

Ecclesi. 1. 9.

vers. 10.

Intra fauces commoriendum quidquid famam a se nam inficit.

Matth. 5. 16.

vers. 21.

§. V.

IN priscae legis ritibus præcepit Deus, ut in templo ad manus essent lebetes parvi aquâ pleni in quos lapidum & cereorum mucus conjiceretur, ut sic fumus ac fætor templo arcerentur. Non aliter Spiritus sanctus per Salomonem præcipit: *Audisti verbum malum adversus Ecclesi. 6. 19. proximum tuum? commoriatur in te: sit cor tuum aqualis instar, aut lebetis aquâ pleni, in quo quidquid malevolorum dictorum est, mergatur, ne fumus ac fætor latius abeat; commoriatur in te, quidquid alienam famam inficit.*

Alexander Rex Macedo in eâ, quam contra Darium susceperat, expeditione, omni curâ vestigans, quam regionem Darii perisset, tamen explorare id non poterat: more quodam Persarum arcana regum mirâ celantium fide. Non metus, non spes elicit vocem, quâ prodantur occulta. Vetus disciplina regum silentium vitæ periculo sanxerat. Lingua gravius castigatur, quàm ulum probum: nec magnam rem magis sustineri posse credunt ab eo, cui tacere græve sit, quod homini facillimum voluerit esse natura.

Festivè is, quem dixi, Alexander Macedo hanc in arcanis tegendis taciturnitatem docuit, hoc modo. Epistolam Alexander à matre missam, quæ occultas accusationes & calumnias in Antipatrum continebat, ubi perlegit, ab amicissimo Hephæstione, uti consueverat, eandem passus est legi, sed eâ lectâ, digito detraxit anulum, & Hephæstionis ori, quasi signum impressurus, admovit, &: Contine hæc, inquit, ne quid eorum effutias. Signatorius hic annulus illorum labris potissimum imprimendus foret, quorum os nullo sigillo clauditur. Beatus Ambrosius graviter, ut solet: *Quicumque, ait, est Ambros. in facili in verbis, velut plenus rimarum, hæc atque illâc effluens, interiora evacuat sua, & exterioribus passionibus inundatur, tegere se nesciens, nec tenere verbum quod acceperit, sicut sancta Maria, qua conservabat omnia verba in corde suo, ne quod ex ore ejus deflueret.*

§. VI.

Quod verò tam necessaria taciturnitas toties violatur, licet periculosum sit non solum falsa dicere, sed etiam vera, quatuor assignantur causæ. Nam istud vel à vitio adulationis, vel avaritiæ, vel jactantiæ, velloquacitatis provenit. Etenim secretorum proditor aut palpare vult & blandiri, eam ob rem silenda deblaterat; aut lucri causâ proditorum præmium ambit, venditque linguâ quæ silentio erant involvenda; aut videri vult seire paucis aut nulli cognita. Satyra hunc tangit:

Scire tuum nihil est, nisi, te scire, hoc sciat alter.

Aur certe imprudenter & immeditate id loquitur, quod mille meditationes secutura non emendarint.

Hinc Anaxandridas eruditè dixit: Qui sermonem instar depositi sibi commissum evulgar, aut injustus, aut admodum incontinens est: Injustus quidem, si lucri causâ id facit: sin absque lucro, certe incontinens dicitur. Quisquis igitur erubescit vel adulator, vel arrogans, vel avarus, vel loquax haberi, secretum & arcanum omne occulat fidissimo pectore, & ori velut ostio seram appendulam injiciat. Ratio ante hoc ostium semper excubet, rigidèque examinet, quidquid per hanc oris januam vel ingressum vel egressum quærat. Quod sapiens Chilo eruditè monens: *Non committendum est, inquit, ut lingua præcurrat animum, nescit enim vox missa reverti.* Si vallum hoc hostis occupet; totam urbem expugnavit. Arcanum ante omnia velandum: nec amor, nec odium extorqueat quod fidis, ut purabatur, auribus commissum est.

Qui per iram arcana amici prodit, hostis est duplex. Idem. Violatione secretorum, res ferè maximæ, regnâque perierunt integra: ut merito, quis dixerit, evertendis imperiis

riis rebûsque natum hoc malum, cum una sæpe agendarum rerum prosperitas à splendorem tenacitate dependeat. Vulgasti? perit bene gerendæ rei occasio; & elapsa non rarò manibus præda est, verbo uno aut altero intempestivè prolato: imperiæque non postrema jacent, ad cineres deducta magnorum secretorum improvidâ violatione. Proditor est, omnis commissorum violator. Illud inter Romana incunabula pulcherrimum, quod arcana consilia Patrum conscriptorum multis sæculis nemo senator divulgavit, cum non unum, sed neminem audisse crederes, quod multorum auribus fuerat commissum. Nunquam enim taciturnitatem, optimum ac tutissimum administrandarum rerum vinculum, labefactari volebant. Hinc non improbè sentiunt, qui silentium in principum consiliariis vitæ periculo faciendum putant, veterum Perfarum more, nec unquam consiliis eum admovendum, cui aut metus, aut spes, aut auri suavisissima vis tacendorum vocem exprimat.

Innumera cum publica, tum privata mala Lingue Revelanti debentur. Atque hinc Hieronymi monitum est: *Si quis voluerit tuis misceri amicitis, & hunc videris prioris amici pendentem secreta, eum veluti perfidum cave. Quid magni expectes ab eo cui tacere grave est?*

S

CAPUT L.

Linguam SCVRRILEM nominatim à beato Paulo vetitam esse.

CAreon juvenis garrulus & immodicæ linguæ in disciplinam se tradere satagebat. Isocrates eloquentiæ magistro, ut ab eo scitè loqui disceret. Isocrates altero tanto grandius minerval perit, quam ab aliis, hoc est, viginti millia philippeorum. Eho, ajebant cognati, nimium petis, magister, & quæ obsecro duplicandi minervalis causa est? Quibus Isocrates: Nemo id miretur, ait, nam & duplex huic juveni ars tradenda est: primò quidem docendus est prudenter & opportunè silere: & hoc sanè non discet stans pede in uno. Deinde docendus est etiam loqui, idque ad leges Rhetoricæ. Ad hoc quidem docendum, alteram minervalis partem exigo. Non inique.

In omnibus pæne linguæ vitii hæc docendi ratio servanda, ut prius quidquid vitiosi est, deducatur, quo deinde perfectius addisci possit, quod virtus tradit. Inter linguas valde vitiosas SCVRRILIS est, quam & petulantem nominemus. Hæc in sacris paginis nominatim perstringitur. Nam à beato Paulo SCVRRILITAS graviter notata turpissimis vitiiis accensetur, de quâ nunc plura differemus.

§. I.

Veteri apologo narratur coitio hunc in modum instituta. In venerabili murium concilio etiam forices assederunt consulturi in medium. Hic unus aliquis forex de voce & cantu insolenter gloriari instituit. Sunt enim forices minores quidem muribus, sed strident clarior. Hanc insolentem jaetantiam non tulit mus ætate provectior, &: Quid de hoc gloriaris, ait, stultissime galactopota, quod tibi plus obest, quam prodest? nescin' inter homines verbo tritissimo jaetari: Sorex ipse suo se prodit indicio? Ergo discere sapere, illòque te non esset quod nec utile, nec honestum est. Sed adolescentulus senator senem irridens, altius stridebat, ita ut domus incolæ intellexerint latere mures, & muscipulam instruxerint omine bono. Primus omnium captus est forex, & tamen etiamnum stridebat. Audit hoc grandævus ille mus, & ad suos musculos: Videte, inquit, filioli mei,

Tom. I.

A extremam improbitatem linguæ, quæ in ipsis etiam suppliciiis pertinaciam non emendat: forex jam captus, adhucdum stridet.

Petulantis seu scurrilis linguæ genius non obscure hæc fabellâ proditur. Quò enim illa plus monetur & corrigitur, eò plus crepat & nugatur. Sitacides commonet: *Indisciplinatæ loquelæ ne assuecat os tuum: nò effunde quid- Eccl. c. 23. quid in buccam venerit; stena linguam, vix tamen omnè vers. 17. cavebis noxam.* Ad rem dixit Beda: Per indisciplinatam linguam cuncta facinora aut concinnantur, aut perpetrantur, aut excusantur. Lingua adulteriorum, cædium, latrociniorum, veneficiorum egregia concinnatrix est: testimonium corruptum, jusjurandum falsum, obrektionis & calumniæ, omniisque generis injuriæ à linguâ sunt; hæc perpetrat facinora tam illustria: at ubi perpetravit, tegete novit, defendere scit & excusare. Acuendæ cautionis Salomon commonefaciens: *Hominus est, inquit, animam preparare, & Domini gubernare linguam.* Quid dicendum sit, seriò præmeditandum est: neque deerit huic præmeditationi divinus favor, velut auriga, dirigens hunc curram. Quod si lingua petulans aut scurrilis frenos non admisit, velut equus calcitro temonem rumpet, & curram evertet.

Divinus Paulus serium mandatum afferens: *Fornicatio, inquit, & omnis immunditia, nec nominetur in vobis sicut decet sanctos; aut turpitudo, aut stultiloquium, aut SCVRRILITAS, quæ ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio.* Lingua scurrilis sales insulso, nugas aniles, facerías invenustas, urbanitatem stultam & frigidam, dicta illiberalia & sordida miscet, vomitque largo spiritu.

§. II.

Aristoteles, Augustinus, Thomas Aquinas, & Philosophi, ceterique Theologi, virtutem laudant, quam Eutrapelliam nominant. Hanc rectè dixeris esse *Modestiam in ludicris.* Ea est enim quæ ludis & jocis rationis modum imponit, ut decorum ferretur. Arcus subinde remittendus est, & suæ ingenio feræ permitteudæ; joculari licet quandoque, sed temperanter, & moderatè. Assentitur Tullius, &: *Ludo, inquit, & joco uti illo quidem licet; sed sicut somno & quiete, tum, cum gravibus seriisque rebus satisfecerimus. Verùm, ut pueris non omnem ludendi licentiam damus, sed eam, quæ ab honestatis actionibus non sit aliena: sic in ipso joco aliquod probi ingenii lumen eluceat. Nam duplex est jocandi genus, alterum illiberale, petulans, (linguam scurrilem tangit) flagitiosum, obscænum: alterum elegans, urbanum, ingeniosum, facetum.* Nec Augustinus contradicens: *Volo tandem tibi parcas, inquit, sapientem enim interdum remittere aciem, rebus agendis intentam, decet.*

Ne autem hîc limites transiliamus, Ambrosius sic submonet: *Caveamus, ne dum relaxare animum volumus, solvamus omnem harmoniam, & quasi concentum quemdam bonorum operum.* Ipsum certè jocandi genus non profusum nec immodestum, sed ingenuum, facetum, loco, tempori, personis congruum esse debet: quòd si verò sit pungens, mordax, importunum, sordidum, inhonestum, non *Εὐτραπλία*, sed *Βωμολογία* & scurrilitas, dicenda erit, quæ divinis quidem paginis parcat, sed verbis sacris ad profanissimos quoique sermones abutitur. Non levis hæc noxa est, quam & sacer Tridestinus senatus severè prohibens mandat, & præcipit, ne de cetero quisquam ullis sacra scripturæ locis utatur ad scurrilia, fabulosa, vana, adulationes, detractiones, superstitiones, impias & diabolicas incantationes, divinationes, fortes, libellos famulos &c. jubetque hos tales per Antistites puniri.

§. III.

Oppositum Eutrapeliæ vitium est Morositas, quæ quod scurrilitas excessu, illa defectu peccat. Hinc

P p p

repe-

reperias homines morosos, tetricos, difficiles, fastidiosos, agrestes, inhumanos, morologos, quorum lingua nunquam non aceto stillat. Neque hos laudamus, nam æquè vitiosum est hæc aut illâc virtutis semitam deferere. Verùm animus non est, auferam hanc & asperam morologiam persequi: scurrilitas flagellanda est, quæ jam olim à poëtis etiam largiter vapulavit.

Ille à pistrino Comicus, linguas scurriles hac ratione depingit:

Plautus
Trimummo
Act. 1.
Scen. 2.
vers. 162:

Nil est profectò stultius, neque stolidius,
Neque mendaciloquius, neque argurum magis,
Neque confidentiloquius, neque perjurius,
Quàm urbani assidui cives, neque scurras vocant.
Atque egomet me adeò cum illis unâ ibidem traho,
Qui non illorum verbis falsis acceptor fui:
Quæ neque futura, neque facta sunt, tamen ii sciunt.
Quod omnia se simulant scire, nec quidquam sciunt.
Quod quisque in animo habet, aut habiturus est, sciunt.
Id quod in aurem Rex Regina dixerit,
Sciunt. Quod Iuno fabulata est cum Iove,
Quæ neque futura, neque facta sunt, tamen ii sciunt.
Falsone an verò laudent, culpent quem velint,
Non flocci faciunt, dum illud quod lubeat, sciant.

Chryf. to. 4.
hom. 18. post
med. in c. 5.
ad Ephes.
mibi p. 958.

Facetia à
Christianâ
integritate
arcenda.

Severissimus hac in re censor Chrysofomus, scurrilitatem omnem penitus eliminatam vult: Nullus igitur, inquit, sit nobis sermo otiosus: ex otioso quippe sermone incidimus & in absurdos. Presens tempus non effundendi gaudii, sed luctus est, tribulationum & lamentationum: tu verò leviter urbanis facetiis jocularis? Belli tempus est, & tu qua tripudiamur sunt, usurpas? Ludis, deliriis, facetiis dicit ac risum moves, nihil ista curans? Quot sunt ex facetiis perjuria, quot incommoda, quot stultiloquia? Sed tales, inquit, non sunt facetiæ. Verùm audi quod omnem facetiarum urbanitatem rejecerit Apostolus, Belli tempus est, pugna, vigiliarum, custodia, armatura & aciei. Nullum hic locum habet ridendi tempus, illud enim Mundi est. Vbi turpido, ibi & urbana facetia. Pari ratione Basilus, Hieronymus, aliique de præcis Patribus, ridiculos sales & facetias arcant à Christianâ integritate, cui flere ac lugere magis conveniat.

Coloss. c. 4.
vers. 6.

Neque tamen omnem loquendi urbanitatem Chrysofomus aut alii Patres damnant, sed intemperantem illam & immoderatam, quam suo nomine scurrilitatem appellamus. Ideo & Paulus Apostolus dixit, quæ ad rem non pertinet, quæque sibi tum maximè placet, cum risum mover. Eo autem sine hilarius aut festivius loqui, ut labor mitigeretur, aut ut vegetior quis ad laborem redeat, Christianis moribus non indignum est. Fecerunt hoc sanctissimi viri, qui subinde etiam jocati, sed temperanter profus & sobriè; omnis illorum hilaritas & sermo modestiæ sale perspersus fuit. Quod beati Pauli documentum est: Sermo vester semper in gratiâ sale sit conditus, ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere. Cibum non salus aut nimium salus, ingratiissimus: ita sermo prudentiæ sale sit conditus, & ut Anselmus loquitur, in dulcedine charitatis, bono sit exemplo; gravitatem, modestiam, humanitatem præ se ferat.

Matth. c. 5.
vers. 13.

Ejus rei sal admonet, qui infantulorum ori, cum lustrali rore tinguntur, inseritur. Lingua profectò ejusmodi membrum est, quod proum in putredinem, facile scaturit vermibus. Hinc rectè monet Anselmus linguam sale adspargendam, ne putrescat færeatque, ne vermiculis mendaciorum & turpium facetiarum ebulliat. Chrysofomus monitum illud Paulinum in concionatores trahit, perinde si dixisset Paulus: Sermo vester, ô facti oratores, jucundus sit, & simul salitus; stringat, obtruret, purget, acuat: lenibus acrimoniam, dulcibus misceat amaritatem: Vobis à Domino dictum: Vos estis sal terræ. Hinc nemo prudens moleste fert, si concio salia sit, & mordeat: putredini vicina sale perfricanda sunt. Malus Ecclesiasticus est, qui solùm mulcere novit; oleum habet, vinum non habet; nec aliud ferè convivis suis apponit, quàm dulcia pruna, quæ sine sale coquantur.

A Ergo & concionatores, & Christiani omnes sermonem sale condiant, ut scurrilis & nimium jocosa dicacitas vitetur.

§. IV.

Hoc ipsum Salomon & Siracides diversâ sub imagine proponunt: Siracides: Sagitta, inquit, infixa Eccli. c. 19. femori canis, sic verbum in ore stulti. Idem paulò aliter elo. vers. 12. cutus Salomon: Quomodo, inquit, si spina nascatur in manu ver. 9. remulenti, sic parabola in ore stultorum. Homo probè appo- rus spinam inhærentem dextræ non sentit, sèque aliòf- que lædit; ita homo fatuus jocos vclur spinis nescit uti, alios & seipsum vulnerat. Et quoties liberiores facetiæ graviter offenderunt, & ex amicis reddiderunt hostes; infertissimè id affirmans Chrysofomus: Necessè est etiam, Chrysof. inquit, urbanis deditum facetiis minimè necessariis in sese re- cipere inimicitias eorum quos salibus suis temere lædit, sive præ- cians. sentes sint, seu absentes hoc audiant.

B Ita res è joco nascitur, & acerba risum lacrymæ consequuntur. Est odibilis, teste Siracidâ, qui procaxe est ad lo- quendum. Putat is quidem se plausum ferre, si sint qui ri- deant; at passim scurra & cavillator audit. Proinde sibi dictum existimet: Fædè ad cachinnos moveris, fœdissimos moves. Nimirum os stulti confusio proximum est. Irri- detur, spernitur, exhibitur; sed post siparium, & à tergo.

Eph
vers

Quod si scurrilitatis originem indagemus, Thomas s. Tho. 2. 1. Aquinas eam apertè monstrat his omnino verbis: Inepria quæst. 148. laritia, SCURRILITAS, immunditia, multiloquium & hebetudo mentis circa intelligentiam, quinque sunt GVLÆ filia. Sic ubi Gula imperat, illinc plerunquè non exultat scurrilitas. Bene esse, bene bibere, malè & scurriliter loqui ut plurimum cognata sunt. Pro testimonio dixit Gregorius: Nisi gula deditos immoderata loquacitas raperet, dives ille qui epulatus quotidie splendide dicitur, in lingua gravius non arderet. Utricularis tibia tunc maximè stridet, cum vento plena est. Volubilis lingua tunc plurimum garrir, cum vino permaduit; cum fame flaccet illa, modestiam ostendit lingua.

Gregor. in
dives ille qui
epulatus
quotidie
splendide
dicitur, in
lingua
gravius
non arderet.
Utricularis
tibia tunc
maximè
stridet,
cum vento
plena est.
Volubilis
lingua tunc
plurimum
garrir, cum
vino perma-
duat; cum
fame flaccet
illa, modestiam
ostendit lingua.

Chrysofomus aliam mali originem assignans: Orta, inquit, ex immoderato risu scurrilitas, à scurrilitate turpiloquium. à turpiloquio operatio turpis profecta est. Ideo Bernardus hic auribus cavendum docens: Verbum scurrile, inquit, quod faceri urbanitæ nomine colorant, non sufficit pergrinari ab ore procul; & ab aure relogandum est. Nec mitiorem sententiam in ludicra & scurrilia hæc tulit Clemens Alexandrinus, vir sanctissimus juxta & doctissimus. Audite loquentem: Cùm verba omnia à cogitatione & moribus emanent, fieri non potest ut verba aliqua mittantur ridicula, quæ non procedant à moribus ridiculis. Si quidem ex abundantia cordis os loquitur. Vana verba, vani cordis indices sunt. Integranc an fracta sit campana, è sono facillimè dignoscitur; plenumne an inane sit ac vacuum doliolum, tinnitus prodit. Chrysofomus res certa est: Quale cor unusquisque habet, talia verba loquitur, & talia opera facit.

Chryf. to. 2.
in cap. 27.
Math.
homil. 88.
post med.
Bernar. l. 2.
de consid. ad
Eugen.

Clem. Alex.
lib. 2. p. adug.
cap. 5.

Matth. c. 12.
vers. 34.

Chryf.
in cap. 4.
ad Ephes.
hom. 29.

§. V.

Ille spiritus magister Joannes Avila sermones facetos à Christiani hominis institutione alienos esse judicavit, (quid de scurrilibus dixisset?) quod ut exemplo suo sanciret, nullum ipse unquam facerem verbum per omnem vitam protulisse legitur. De Joanne Chrysofomo Metaphrastes testatur, non ipsum modò ab ejusmodi ridiculis sermonibus abstinuisse, sed nequè aliis, ut de re simili loquerentur, unquam permisisse. Basilus talia locutum à ceterorum consortio convictuque separavit unius hebdomadis spatio: quod sacri anathematis quædam imago fuit, & ed spectavit, ut hæc luc infecti, hæc ferulâ castigarentur & curarentur, fanis autem & intergris hanc scabiem non affricarent.

Phil.
vers. 2

Isidori
sententia
cap. 23
serm.

1. Cor.
v. 18. c.

* Hæc
integritas

Miretur quis non immeritò, quosdam parentes fo-
letter cavere, ne filii paganos mores addiscant, non ca-
vere tamen, sed nec curare quidem, etiam si verba sordida
& scurrilia primis annis sic combabant, ut ea balbu-
tando etiam imitentur. Quasi verò gravior sit jaçtura,
moribus minus aulicis & politis, quam ore scurrilis &
spurco esse! Ita scilicet animum negligimus & conscien-
tiam, modò splendeant exteriora.

Gemma Martyrum Ignatius Antiochenus Præful, in
ipso tormentorum impetu, augustissimum nomen Je-
s v assidue ingeminavit. Ejus rei causam rogatus: Hoc
nomen, inquit, cordi meo altissimè infixum gesto.
Obitã morte, & aperto corpore, repertum dicitur hoc
ipsam nomen in medio cordis efformatum. Agedum,
homo ridicule, si cor tuum ipse inspicias, quibus illud
notis compunctum, quibus petulantis aut sordibus
inscriptum reperies? Qui ore scurrilitatem egerit, quid
nominis inscriptum cordi habebit? Monitum Pauli-
num repeto: *Turpitudò, aut stultiloquium, aut scurrili-
tas quæ ad rem non pertinet, nec nominetur in vobis, sed magis
gratiarum actio.* Placere non potest, quidquid honestati
adversatur.

Epist. 6. 5.
vers. 4.

C A P V T L I.

Lingua SUBSANNANS & SUSPENDENS
noscendæ dantur.

EOs qui podagrã laborant, ceteris loquaciores esse
ajunt. Quid tandem causæ assignabimus? Alphon-
sus Aragonia & Neapoles Rex, hoc ipsam sciscitantibus
ita respondit: ii, quos podagra pulvillis, & leætulis
affigit, ob pedum vitium ambulare non possunt, ideo
linguã, quæ plerumque in iis sanissima, velut ambulatio-
ne quadam crebrius utuntur, ne ex toto torpeant. Idem
de iis quos chiragra exercet, dicendum videtur. Mor-
bus illis manuum usum negat, prohibetque calamum
ducere: ergo linguã vice calami utuntur. Quã ratione
scribunt innumera, & totos sæpe dies hoc unum habent
negotium, sic scriptare. Quisvis illorum cum psalte dixit:
Lingua mea calamus scriba velociter scribens. Sed, uti
diversa est scriptio, ita longè diversissima est locutio.
Quod Isidorus explicans: *Corde, inquit, bene loquitur,
qui charitatem non dissimulat. Ore bene loquitur, qui verita-
tem annuntiat. Factis bene loquitur, qui alios bono exemplo ad
probitatem format. Cordè malè loquitur, qui cogitationes no-
xias secum ipse agit. Linguã malè loquitur, qui jure repre-
hensus murmurat. Factis malè loquitur, qui malè vivendo,
mores improbos aliis dicit. Addit Isidorus: Semel bene lo-
quitur, qui seipsum post admittam noxam redarguit, & corri-
git: Bis bene loquitur, qui quod rectè dicit, non minus rectè
facit. Bis malè loquitur, qui nec bene vivit, nec bene docet,
vitam vitios, doctrinam erroribus infamans: bis malè loqui-
tur, qui & malè cogitat, & malè cogitata non verècundis
explicat.*

Psal. 44.
vers. 2.

Isidorus in
sæcul. l. 2.
cap. 29. de
serm.

1. Cor. c. 14.
v. 18. & 19.

* Hoc est,
Peregrinã.

Tarsensis Paulus in litteris ad Corinthios datis: *Grati-
as, inquit, ago Deo meo, quòd omnium vestrum linguã lo-
quor. Sed in Ecclesiã volo quinque verba sensu meo loqui, ut &
alios instruam, quàm decem millia verborum in lingua.** Maluit
Paulus pauca loqui, sed quæ auditores caperent, quàm
idiomate peregrino longissimos sermones texere, quos
nemo satis intelligeret. Inter flagitiosas linguas, quæ
nec ab omnibus, nec plenè volunt intelligi: Lingua *Sub-
sannans* & *Suspendens* est, par nobile nequam ancillarum,
quæ hoc unum agunt, ut & alios, & suum denique
dominum aliis deridendum propinent. De utraq; hanc
linguã *Subsannante* & *Suspendente* breviter dicemus:
suffecerit utramque atro calculo notasse, utrique ni-
grum fixisse Theta.

Linguam iridentem jam supra depinximus. Hanc
subfannans eo superat, quòd irrisiones plerumque gestit

Augeat, dum vel ipsa per informem oris hiarum sese
provolvit, vel digitum manumve, vel nares aut frontis
rugas facit loquentes. Sanna veteribus irrisio erat, non
simplicibus verbis, sed cum gestu. Linguam subfannan-
tem omnium optime videtur expressisse nebulosus ille
satyricus:

*O Jane, à tergo quem nulla ciconia pinxit,
Nec manus auriculas imitata est mobilis albas,
Nec lingua, quantum stiat canis Appula, tantum
Occipiti cæco, postice occurrere sanno.*

Perf. sat. 1.
vers. 58.

Felicem te Jane, inquit poeta, quem nullus laudator pi-
ctus ponè subfannat. Tres sannarum modi sunt, quibus
veteres utebantur.

Primus est cum indice digito, in eum quem ridebat,
directo, crebrã ejusdem curvati motitatione ciconiam
rostrò pincentem imitabantur, vel propter prælongum
avis istius rostrum, vel quia symbolum erat ciconia, non
solum grati animi, verum etiam prudentia: B. Hierony-
mus in epistolâ ad Rusticum monachum: *Ne credas, in-
quit, laudatoribus tuis: imò irrisoribus aurem ne libenter ac-
commodes: qui cum te adulationibus foverint, & quodammodo
mentis impotem effecerint: si subito respereris, aut ciconiarum
post te colla curvari deprehendes, aut manu auriculas agitari
asini, aut estuantem canis protendi linguam.* Vult ciconiam
colli motu exprimi, non ut dicebamus, digiti motita-
tione. Potest fieri ut utrumque sannæ genus ciconia
diceretur.

1. Sanna-
rum mo-
dus quo
veteres
utebantur.

Alter subfannandi modus est, auriculas afininas imi-
tari manu; Quos enim esse afinos arguere pifci volebãr,
opposito temporibus pollice, & manu commotã san-
nam eis faciebant. Ratio autem est, quia solus ferè ex
animalibus homo aures à naturã accepit imobiles, as-
inus contra maximè mobiles. Huic sannæ affine est, quod
ad contemptum rei alicujus exprimentum, caput mo-
vebant, quia aliter aures non poterant. Hos modos san-
narum lingua suis solet ineptis commendare.

Secundus.

Tertius sannæ modus est, linguam instar sitientis ca-
nis exercere ad contumeliam alicujus. Nemo est qui
ignoret canes fessos, cum cælo æstuantem currunt, solitos
linguam ex ore patulo projicere. Ita Gallus ille miles
inuitatæ magnitudinis homo Romanos provocabat, si
quis secum depugnare veller. Cum nullus se duello sitite-
re auderet, ob formidandam viti molem, Gallus eos
exerrante linguã ut imbelles iridebat. Id subito perdo-
litum est Tito Manlio, qui Romanam virtutem à sannis
vindicalit illustri victoriã.

Tertius.

Gellius l. 9.
Noct. Attic.
cap. 13.

Ita plerumque subfannantis linguæ petulantia con-
tunditur. Itais id vaticinatus: *Et qui sperneris, inquit, nomen isa. cap. 33.
& ipse sperneris: si desint homines, qui paria faciunt, vers. 1.
DEVS ipse deludet illos.* Sed lingua hæc à divinis judi-
ciis sibi non prætimer, facit quod solet, & hos quidem
voce ac gestu irridet, illis vitia corporis, aliõsq; defectus
opprobriat non sine irrisu. Ita, quod Job queritur, *de-
videtur iusti simplicitas.* Judæi cum maximã invidiã ferren-

Prov. cap. 3.
vers. 34.

de- Job cap. 12.
vers. 4.

tur in Christum, nec tamen sanctissimos illius mores aut
doctrinam argumentis possent convellere, ad execra-
tiones & sannas progressi: *Nomen bene dicimus nos, inquit, Ionn. cap. 8.
quia Samaritanus es tu? Nunquid tu major es patre nostro vers. 48. 53.
Abraham, qui mortuus est: & propheta mortui sunt. Quem te-
ipsum facis? Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham
vidisti? Quid hoc, nisi sannæ & sarcasmi? Demum con-
clusio subfannantis hujus syllogismi, erant filices. Nam
ubi sannis profecerunt nihil, neque divinam sapientiam
disputationum suarum laqueis irretire, aut in angulum
concludere poterunt, tulerunt ergo lapides ut jacerent in
eum. Nemo est in Orbe tam integrorum morum, nemo
est tam probatæ sanctimoniam, cui Lingua hæc non au-
deat insultare. Testis Siracides: *Equus emissarius, inquit, Eccl. c. 33.
sic & amicus subfannator, sub omni supræsidente hianit.* Petu-
lans hic equus & succussor, etiam si Regem vehat, et si
Cæsarem, et si Pontificem, vel et si Christum vehat, hianit*

vers. 6.

nit tamen & perdiculis affurgit insolentis. Hinc istud A
linguæ vitium, etiam *Mytherismus* dicitur, hoc est, sermo
non sine fannâ & naso, seu subfannatio cum suspensione
nâsi. Quem in modum cum Mose & Aarone locutus
Pharao: *Sic Dominus, inquit, sit vobiscum, quomodo ego di-*
mittam vos & parvulos vestros. Perinde si fugillando illos,
dixisset: Tam non opitulaturus est vobis Deus, quàm
ego vos non dimissurus sum.

§. I I.

A Chabus rex panopliam indutus & armatus undi-
que, parte tamen lateris non magnâ patebat istui.
Commisiss jam exercitiis, sagitta illac quâ paruit, illa-
3. Rég. c. 22.
vers. 34.
pfa vitam hausit. Nam, ut Regum fasti memorant, *vir*
quidam tetendit arcum, in incertum sagittam dirigenz, & casu
percussit regem Israël inter pulmonem & stomachum. Vix ul-
lus tam vitiosus homo est, qui non quâ indolem, quâ
mores habeat quod laudari possit; at volans illud jacu-
lum, subfannans lingua, non eâ parte ferit, quâ quis te-
ctus est, sed quâ vulneri patet: non indolem commen-
dat, non eruditionem laudat, non virtutes memorat, sed
ingenium accusat, stuporem exprobrat, vitæ maculas ac
nævos fugillat, omniâque tam joculariter exaggerat, ut
ei subinde, quem sic ludos facit, pæne vitam extorqueat.

Quâ in re lapillo illi, quem Nabuchodonosor Rex
vidit, hæc lingua non absimilis est. Lapillus ille in præ-
grandem statuam delapsus, non aurum statuæ, non ar-
gentum, non æs aut ferrum, sed luteos pedes terigit,
& contrivit: Subfannator aut fannio si quid de alio
narret, non virtutis aurum, non boni nominis argen-
tum, sed vitiorum lutum attingit, huc collineat, huc
quidquid fannarum domi habet & irrisivum confert,
idque eo quo diximus modo: Lingua aut agilem man-
num, aut corrugatas nares, aut caperatam frontem,
aut subductum vultum conducit, ut quem sibi designa-
vit, efficacius cavilleret: manus, frons, oculi, nares sub-
fannantis linguæ velut satellites sunt, qui dominam
suam, quaquâ excurrit, comitentur. Hic nemini ceditur,
parcitur nulli.

Tobias & Jobus viri sanctissimi, subfannantem ta-
men linguam non evaserunt. Uxores illorum hanc in
illos futiam immiserunt. Uxor Tobizæ netrix manupre-
tium accepit hœdum, & domum adduxit. Hunc cum
balanem audisset cæcus Tobias, metuens ne forsitan
furtivus esset, suo illum domino iussit retitui; quia non
licet nobis, ajebat, aut edere ex furto aliquid, aut cõtin-
gere. Hic uxor irata, & instructa fannis: *Manifestè, inquit,*
vana facta est spes tua, & elemosyna tua modò apparuerunt.
Atque his & aliis hujusmodi verbis exprobrabat ei. Paren-
tes ipsi & cognati non suavioribus cavillis Tobiam iri-
dentes: *Vbi est spes tua, inquirunt, pro quâ elemosynas &*
sepulchras faciebas? Nec Jobum parcius improba uxor
ludificans: *Adhuc tu permanes, inquit, in simplicitate tuâ?*
benedic Deo, & morere. Quid potuisset acerbius simul &
dicacius dici?

Ludovicus X. I. Galliarum Rex, modestius, non mi-
nùs tamen aculeatè potuit irridere. Intellexerat is à Ni-
colao Paulino Burgundiz Cancellario, valetudinarium
publicum recipiendis exteris esse conditum. Fuerat autem
Paulinus in exigendis multctis, & pauperibus pre-
mendis paulo. severior. Quod Ludovicus non sine
aculeo notans: Hoc, ajebat, rationi admodum consen-
taneum est, ut, qui plures pauperes effecerit, tandem
iis excipiendis domum constituerit. Quo simul judi-
cum in multctando rigorem, & in pauperum causis
ignaviam & teporem accusabat.

Uguccio Fagiolanus notus à mensâ princeps, cum in
urbem Lucam properaret ad Castrucium, quem in
vinculis habebat, securi feriendum; & prandenti nun-
tium esset, Pisanos armis rem gerere, prandium ta-
men continuavit, tanquam parum verus, aut spernen-

das esset nuntius. Sed adest alter & tertius: Pisis res
perditas esse; Lucenses quoque ad arma convolasse,
carcerem effregisse, vincum compedibus Castrucium
eduxisse, & Civitatis principem salutasse. Uguccio re-
bus desperatis cum prætorio satellite ad Julium Cæ-
sarem Scaligerum Veronam confugit. Recipitur non
sine honore atque benevolentia, & dies pluculos lautè
habetur. Inter epulas fortè fortunâ injecta mentio de
edonibus, ubi subjunxit gloriabûdus Uguccio, se juvenè
quatuor alciles capos, totidem perdices, affam hœdi suf-
fraginem, infarctum vitulæ pectus, præter fassamenta
cetera, rectâ cenâ unicâ consuesse absûmere. Aderat in
mensâ, & audiebat hæc vir ingeniosus & falsus Petrus
Nanus, qui dignam fannis edacitatem & linguâ & lo-
quente manu perfringens: Non est, inquit, quod mi-
remur à te juvene tantum cibi absumptum, cum jam se-
nex, paucis & invalidis dentibus, duas omnino urbes
integras prandio uno consumperis. Nam fama erat,
Uguccionem, si à prandio temperasset, nascentis tu-
multus initia sedaturum, & urbem utramque servatu-
rum fuisse.

Hic docemur tum solùm noxis vacuam esse linguam
subfannantem, quando non tam vitiosus, quàm vitia ir-
risu plectit, neque lædere vult, sed corrigere. Hujus cer-
tè animi fuit vir integerrimus Thomas Morus, qui eru-
ditè noverat vitiosis moribus illudere. Illud in speci-
men damus.

Marrona quæpiam cultu fastuque turgida, & veste
induta, cui bonam fundi & agrorum partem impen-
derat, præfente Moro conquesta est, se nimio indumen-
torum pondere gravari. Salsè Morus irridens: Non est
mirum, inquit, ò bona, te vestium onere laborare, cum
amplius quàm quatuor terræ jugera veste circumferas.

Quod si Lingua subfannans hoc unum agat, ut fugil-
let, & omnibus, quos non amat, protervè illudat, inter
vitiosissimas linguas censenda est. Sed ad vicinam trans-
C camus, quam *Suspendentem* appellavimus.

§. I I I.

S Vpensio in Rhetorum scholis inter orationis de-
cora numeratur. Nimirum ubi res postulat, protra-
henda est auditorum expectatio, & acuenda. Vates
Venusinus id laudis olim fert à satyrico:

Omne vaser vitium ridenti Flaccus amico
Tangit, & admissus circum præcordia ludit,
Callidus excusso populum suspendere naso.

Perf. sat. 1.
vers. 127.

Hic ipse in suspendendis auditoribus laudatus artifex,
Balatromem scurram hoc encomio afficit:

Balatro suspendens omnia naso.

Matheos magistrum fuisse ajunt, qui discipulos
non paucos numerabat. Die quodam cum Mathemati-
cus hic professor de solaribus horologiis doctè ac co-
piosè disseruisset, ad quæstionem sanè arduam delapsus:
Quid autem, inquit, arcane artis tunc exproemendum
D est, cum sol nubibus sepultus, nihil radiorum in horo-
logii numeros emittit? quâ ratione diei & horarum ordi-
natissimus fluxus tunc dignosci poterit? unicâ re aliquâ
censuerim opus. Hic ingens omnium expectatio, in-
tentique ora tenebant; nemo non aures arrigere, & rari-
ssimum artificium addiscere velle, quod solaris juba-
ris absentiam suppleturum credebatur. Postquam om-
nes adunco suspensi naso, demum Matheos doctior,
vultu quàm maxime serio pronuntiat: Cùm sol non lu-
cet, opus est patientiâ. Hoc omne suspendentis linguæ
artificium est. Ab eâdem & istud est:

Perdiderat quis tres capellas vicini furto ablatas.
Rem suam ad tribunal judicis reperiturus pro se dicere
jussit causidicam. Hic exordium ingens texuit. Nam
magnâ voce, manûque totâ sonabat Cannas Romano-
rum clade nobiles, & bellum Mithridaticum, & victo-
riam Carthaginiensium: Sullam etiam, & Marium atque

Exod. c. 10.
vers. 10.

Subfanna-
tor nō vir-
tutes, sed
vitiōrum
lutum at-
tingit.

Tob. cap. 2.
vers. 20.
& seqq.

Ibid. v. 16.

Job cap. 2.
vers. 9.

Gillius Cor-
rosarius de
singularibus
urbis Paris.

Paulus To-
visus lib. 1.
Elogior.

M.
Ep.
Ho.
Ar.

Isi
u. 1.

lamb

Tred
us.

Ecdi.
tesf.

* Nov
est
man
ema
v
fuit
e
lat. T
lms
e
fmal
h
re
fili
e
chi
fian.
in
vatur.
A
cap. 22
u
limo,
22.

que Mutium, corûnque facinora percensebat. Expectatio omnium erat maxima quid magni venisset in controversiam. Demum hîc prælargi pulmonis caussidicus monitus est: Jam tandem de tribus capellis diceret.

Met. lib. 9. Epigr. 16.

Horat. de Arte poet.

Ita sæpissime quod Flaccus canit: Parturiunt montes, sed ridiculus mus nascitur. Suspendens lingua hos parvus enititur. Abundat Orbis infami hac sobole. Ubique cernere est præcellsum vanæ spei patibulum; in hoc alteri alteros appendimus. Expectamus sæpe grandia & illustria, tandem post longam spem, post operosam expectationem, aut nulla se produnt aut humilia. Hinc illæ tot querelæ. Longo me naso suspendit, verba dedit, ductavit me dolis, lactavit spe falsâ, illudit mihi turpiter. Sic alter alterum speciosissimis verbis & circumvenit, & suspendit.

Isais. c. 30. v. 2. & 3.

Israëlis populus omnis in hoc vanissimæ spei patibulum suspendi se passus, auxilium expectavit ab Ægyptiis, sed in suam perniciem. Hinc Isaias infamiam illis & probrum vaticinatus: Ambulatis, inquit, ut descendatis in Ægyptum, & os meum non interrogastis, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in umbrâ Ægypti. Et erit vobis fortitudo Pharaonis in confusioem, & fiducia umbræ Ægypti in ignominiam.

Utilitissima est ubique locorum hæc suspensio, nulloquam non parturiunt montes. Hinc musculi, qui nascuntur inde, innumeri. Sed hoc linguæ vitium non raro graviter lædit, & subinde omnem amicitiam dissuit.

Jamb. vers.

Odio beneficium est, expectatum quod diu est. Nec enim semper innocentii joco fit suspensio, frequenter damnum infligit non leve: nam quoties,

Trach. v. 10.

Expectatione futuri perdimus presentia? Cui charitas cordi est, suspensium hoc odit, cavetque tam suspendere alios, quàm ab aliis suspendi. Lingua

Eveli. c. 6. vers. 5.

Eucharis (& secunda gratiæ) in bono homine abundat, inquit Siracides. Deus est mare dulcedinis, si lingua fit inde rivulus, maris illius dulcedinem servabit. Lingua Christiano ritu dulcis, studiosius metuit ne quemquam circumveniat, quàm ne circumveniatur.

CAPUT LII.

Linguam SVSRRONVM, linguam esse pestilentissimam.

Cestius civis Romanus, homo nasutissimus simul & dicacissimus, sed vix ullius ingenii, Marcum Ciceronem acerbè & penitus oderat; sed hoc ei admodum malè cecit. Nam cum Ciceronis filius Prætor Asiæ obtineret, Cestio convivæ suo in epilogum cenæ sustinacium apposuit, eâ, quam dicemus, arreptâ occasione. Sed prius Cicero junior nocendus nobis est; nam à patris virtute ac ingenio longissimè deflexit, planè degener filius, qui præter indoctam urbanitatem nihil habuit, quo laudari posset. Paternum ingenium omne poculis sepelivit; memoriam, quam antea non magnam habuit, inter assiduas comestationes, omnem penitus amisit. Cum ergo Cestium haberet convivam, subinde quæsit, qui vocaretur qui imus federet? qui servus aliquoties dixit: Cestius est. Sed Ciceroni, qui congiurum quàm nominum capacior erat, Cestii nomen nunquam non iterum elapsum est. Ideo servus sæpius quærenti, quis imus accumberet? ut domino suo veterem saltem memoriam reficicaret: Hic est Cestius, inquit, qui negavit patrem tuum litteras scisse. Evigilavit * Tricongius Cicero ad hanc patri factam injuriam, & mox Cestii flagra jussit adferri, eaque in convivam imum expediti. Ita Ciceroni de tergo Cestii datum est supplicium, quod ore miser deliquerat, id luit tergo.

* Novem nevirates mansuetos cetera sua facile capitabat. Terigillus omnes cogitos firmi haurire solent, ipsi obicit. Plin. lib. 14. natur. hist. cap. 22. seu satirico, mensis.

Linguam hîc adfero nullis unquam flagellis, nullis taurcis satis expiendam, linguam malam, linguam om-

Tom. I.

nino pessimam. Qui hac utuntur, propriè SVSRRONVS appellantur. Quam autem hoc genus hominum omnibus exitiosum sit & pestilens, hac dictione declarabimus.

§. I.

In primis constare debet, quàm grave sit hoc linguæ vitium. Est enim susurratio, ut theologus ille loquitur, peccatum mortale; quod probo, inquit, quatuor rationibus: primò, ratione præcepti, contra quod agit: secundò, ratione nocenti, quod intendit; tertio, ratione maledicti & supplicii, quod incurrit; quarto, ratione vitii, quod excedit. A susurrone legem divinam violari, infra demonstrabitur.

De nocumento quod infert susurro, res ipsa loquitur, omnem enim amicitiam inter duos plurève dissuit. Quod Ecclesiasticus affirmans: Vir peccator, inquit, turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitiam. Illud autem satis est supplicii, maledicti à Deo, quod idem Ecclesiasticus in susurrone pronuntiat. Gravius autem esse hoc linguæ vitium ipsâ etiam detractione, Theologorum princeps Thomas Aquinas explicans: Tametsi, ait, maxima sit inter obrektionem, & susurrationem similitudo (nam per utramque bona proxima clanculum arroditur, atque minuitur) differunt tamen. Primum sine, quòd obrektioni imminutio fama proximi susurrationi verò discordiarum inter amicos disseminatio fit.

Differentiâ inter obrektionem & susurrationem. Deinde nocenti & peccati gravitate: magis enim nocet graviusque peccat, qui proximum amico, quàm qui eundem famâ vel honore privare conatur. Hoc ipsum idem sanctissimus doctor confirmans: Nam quantum, inquit, amicitia honori præstat, tantò susurratio, per quam amicitia tollitur, detractione, per quam honor læditur, gravius est peccatum.

Siracides consentiens: Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius: hunc autem avertit susurro, & hostem efficit. Nec Aristoteles dissentit, qui melius esse ait amari quàm honorari: hinc gravius delictum susurratio, quæ omnem tollit amicitiam; quàm detractione vel contumelia, quæ famam tollunt, aut honorem. De linguâ susurronum, illud Maronis verè affirmari potest:

Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum. Malum inquietum, indomabile, perturbationis & inquietudinis seminarium. Hæc lingua principes, reges, imperatores, altissima hominum fastigia concussit, & nonnunquam evertit: hæc inter familiares, cognatos, amicos, hæc inter innumeros omnis ordinis & sexus homines, discordias & inimicitias nonnunquam inextricabiles confavit. Unde odiis & inimidiis, & armis concurritur certaturque, nec aliud utrimque quæritur, quàm perniciæ extrema & exitium; rem alterius funditus perire, illumque eradicari uterque cupit.

§. II.

Susurronis officium hoc est, ut quod ab uno aliquo ad alium, dicatque: En ille hoc contra te dixit. Dicta plerunque auger additque de suo, quòd citius flammam excitet. Et tu (solet dicere susurro) eum tibi amicum credebas; nihil minus est: etiam istud coram aliis de te ausus est dicere. Nonnunquam mendacii narrationem aspergit, ut eum cui talia narrat, gravius in alterum inflammer. Et licet non nisi verissima diceret, id tamen sine scelere non faceret. Eò enim talis narratio quantumvis vera se effundit, ut duos mutuis inter se odiis committat. Imò hoc nonnunquam ex destinato agit susurro, ut utramque partem in mutuas simultates existimulet, lites ac discordias utrimque seret. Nam quemadmodum à primo excepit quod in alterius aures egressit malevolè, sic ab alterius ore partem excipit, quæ in primis aures

mi aures refundat. Hinc utrimque ardent odia, hinc semper grande malum nascitur: hoc est canes & feles in mutua vulnera instigare.

Sen. ep. 123. circa med. Susurrionibus Seneca hanc notam apprimat: *Pessimum genus hominum videbatur, qui verba gestarent: sunt quidam qui vitia gestant. Horum sermo multum nocet: nam etiamsi non statim officit, semina in animo relinquit, sequiturque nos etiam, cum ab illis discesserimus, resurrectorum postea malum.* Accipiendum hoc de lingualis, adulatoribus, & maxime susurrionibus, qui ab aliis accepta servant, & velut ad alios ferunt & deponunt. Non enim patiuntur perire verba, sed ea tollunt & gestant.

Homines sanè pestilentissimi sunt ejuscemodi susurriones, in nullâ familiâ, in nullis cætibus, in aulâ nullâ tolerandi. Vix enim spes ulla emendationis est in tam nequam homine. Ideo Salomon cavendum hoc malum præcipiens: *Cum desciverint ligna, inquit, extinguetur ignis: & susurrone subtractio, jurgia conquiescunt.* Susurrionis lingua pro jucundo spectaculo habet, duos plurève inter se ita collidere, ut mutuo attritu concidant. Putrida membra sunt susurriones, quæ nemini non suam putredinem affricant, vicina omnia inficiunt letali toxico.

§. III.

1. Reg. c. 24. vers. 5. **H**orum hominum vilissima est annona; ubique perierunt immixti probis, imò & ipsi sæpe probissimi volunt videri, a deo clam fallunt. Davidi Jasso, nondum regi, cum occasio sese offerret occidendi Saulis, illico susurriones advolarunt, qui urgerent dicentique: *Ecce dies de qua locutus est dominus, Ego tradam tibi inimicum tuum, ut facias ei sicut placuerit in oculis tuis.* At verò David vicium se gessit, nec audiit susurriones istos, sed contra generoso spiritu ostentatus Nemen: *Propitius sit mihi Dominus, inquit, ne faciam hanc rem domino meo, ut mittam manum meam in eum, quia Christus Domini est. Et confregit David viros suos sermonibus, & non permisit eos, ut confurgerent in Saul.* Quam illustris mansuetudo in capitalem hostem! Nec diu post, abeunte jam Saule, clamabat Davidi: *Domine mi rex.* Et respexit Saul post se: & inclinans se David pronus in terram, adoravit, dixitque ad Saul: *Quare audis verba hominum loquentium, David quaerit malum adversum te (susurriones notat) Ecce hodie viderunt oculi tui, quod tradiderit te Dominus in manu meâ in speculâ, sed pepercit tibi oculus meus, &c.* En David omnem causam odii Saulini contra se in susurriones conjicit: *Quare audis verba hominum loquentium?* Ita enim sentiunt, ita loquuntur & decernunt principes regesque, prout diversorum narrationibus imbuuntur, cum enim ipsi in rem præsentem rarissime veniant, ab ore aliorum pendunt, & auribus hausta suis vocibus remittunt. Hinc in aulis sæpissime non exiguus susurrionum numerus. Hoc enim pro se quisque agit, ut domini aures occupet, & aliis, maxime æmulis, ad has aditum præcludat.

Scribanus Super Relig. lib. 1. c. 22. Quamvis Susurriones nupiam desunt, etiam in sacris cætibus inter religiosos viros feminasque inveniendi. Nec in iudicium contentus fuisse qui talis est, sicut in omnes, cum universam sedibus suis moveat familiam: nam & apud Præsides suos detrahit ille lociis, maxime si suboffensos illos de quacunq; causâ fenserit; & apud socios damnat Præsides, idque potissimum cum exacerbationis aliquid inaudierit. Quin si quem viderit commotorem, ubi se in illius familiaritatem insinuaverit, exasperat animum, sinistraque Majorum judicia dum recenser, & actioribus etiam exacuit, auget alienationes, ac tanquam dolosis suppositis ignibus accendit flammâs. Decurrit inde ad unum de Majoribus denuntiaturus quæ audivit, quorum ipse ferè auctor & inceptor primus, dictaque acerbiora sua ori adnectit aliorum, quo fortius superioris animum exulceret. Inde mutuas fouet dissensiones, & ementitis etiam ultrò citròque narrationibus accendit, novamque alienationum ma-

teriam indefessus utrimque suggerit. Et dum utriusque partis gratiam venatur, ac placentia gratæque offensis animis enarrat, mutuos odiorum ignes accendit. Neque magni moliminis ea res est, arentia enim ligna scintillâ pertinet succenduntur. Et licet nulla dissensionum vestigia religiosus hic susurro reperiat, illarum tamen semina ultro spargit, & falsis plurimum delationibus, alitius illa pectoribus inserit, quam multorum annorum labor evellat. Sed his omissis ad profanos susurriones transeo: quamvis illorum nemo dici possit religiosus.

§. IV.

I Dumæus Doeg pastorum rex, & Ziphæ cives (quod Regum Fasti memorant) cum observassent Saulem graviter in David commotum, mox regias aures occupare studuerunt, & pessima quæque de David nararæ, calumnias struere, David in majus odium adducere; verbo, graphice susurrionum munus exequi. Hos tales Chrysolomus regis in Babylone servus comparat, qui sævam fornacem illam naphthâ, & stupâ, & pice & maleolis succendebant, & effundebatur flamma super fornacem. Sed quid novi aut miri sic sævisse ignem tam lauto pabulo animatum? Tales omnino sunt ii qui ad hos & illos deferunt, quid alii contra ipsos dixerint, fecerint; addunt de suo, demunt, mentiuntur, ignemque tam validum ac sævum fornaci subjiciunt, ut iracundiæ flamma erumpat undique. Hos fornacarios & calefactores oracula divina merito maledictos nominant. Siracides apertè: *Susurro, inquit, & bilinguis maledictus, multos enim turbavit pacem habentes.* Nec malè filii Belial vocantur. Hoc eos nomine beatus Gregorius insigniens: *Si jure, inquit, filii Dei vocantur qui pacem faciunt, procul dubio Satana sunt filii, qui pacem turbant.* Eam ob rem Salomon inter homines Deo invisibilissimos, supremo loco collocat eum qui seminat inter fratres discordias.

Ecdi. c. 28. vers. 15. *Prov. c. 6. vers. 19.* **S**pecimen præbeat Theodoros Santabareus homo perditissimus. Hic cum non necicaret apud Leonem jam nominatum Imperatorem se gratiâ non valere, hanc stropham commentus est. Leoni etiamnum juveni, Basilii Imperatoris filio, simulatâ benevolentia persuasit, ut cum venatum iret cum patre, pugionem occultum ferret vel in feras, vel in suos aut parentis insidiatores. Non displicuit consilium, nec dolum susurrionis observavit. Hoc apud Leonem filium confecto, ad Basilium parentem se contulit Santabareus, & velut fidissimus famulorum monuit, potè sibi à filio caveret, qui testissimas strueret insidias, & parenti necem moliretur. Neque verò se cupere, suis solùm verbis haberi fidem, rem ipsam locuturam, modò in venatu pugio furivus quæreretur. Quæstus & inventus est. Hic patèr irâ furere, filium perditum velle, nec ullam filii defensionem admittere. Et certè oculos eruisset Leoni, Santabareo instigante, ni senatus assiduis precibus sententiam mitigasset. Susurrionem non solum odit Deus, sed etiam execratur. Apertè Salomon: *Sex sum, inquit, que odit Dominus, & septimum detestatur anima ejus, Eum scilicet qui seminat inter fratres discordias.* Et eum utique multò magis execratur, qui inter parentem & filium, velut unus animæ duo corpora, tam pestilentem agit susurrionem.

§. V.

Aves sunt, quæ dicuntur incendiariæ: hæ aded rapaces sunt, ut ipsam etiam ignem furentur. Nam ubi prunas vident, carbonem vivum inde subtrahunt, sed quia urentem prædam unguibus sinunt excidere, de facili incendunt domos: Non aliter Susurriones, ubicunque viderint scintillare igniculum, ubicunque audierint sinistra quid dici contra alium, mox advolant incendiariæ hæ aves, excipiuntque quod mox gliscere linguâ in alterius aures deferant. Hinc tor incendia. Id Siracides affirmans: *Homo nequam, ait, in ore carnis sue non desinet donec*

P

C

In
m
l
Fr
c.
f
pEt
21L
f
v

donec incendat ignem. Atque tunc maximè suo se officio præclarè functum cædit, cum ignis luculentus vixerit. Hoc sanè diaboli artificium est, unum ab altero distrahere, veterem conjunctionem dirimere, amicitias diffuere, familiaritates extinguere : at verò Christi est, oves dispersas colligere, lites componere, animos jungere, pacem conciliare, & hos & istos in pristinam concordiam reducere. Ideo proclamat: Qui non congregat mecum, spargit.

Matt. c. 12. vsf. 30. Item cap. 5. vsf. 9.

Os fufurronum est amamentatum diaboli.

Beati ergo pacifici, quoniam filii Dei vocantur. Diabolus ejusque affectus hoc agunt, ut amicum cum amico, domum cum domo, urbem cum urbe, populum cum populo committant per incendiarias has linguas. Os fufurronum, diaboli est armamentarium, è quo arma promittunt, quibus liberi in parentes, fratres in forores, mariti in uxores, cognati in cognatos utuntur. Atque istud quidem subtili fit nequitiâ. Audies enim fufurrones, qui dicant: Obsecro te, cave dixeris hoc tibi à me narratum, ne res innotescat: ego certè sub rosa hac tibi velim dicta: quòd si alii hoc resciverint, ea res mihi fraudi foret, negarè enim me talia unquam dixisse. Ideo ille qui ejuscemodi prunas à fufurronne accipit, clauso eas servat peccatore. Atque hinc immortalia odia, clandestinæ similitudines, pertinax invidia; amici non saluantur, cognati videntur, veluti famæ ac nominis pestes: mirantur alii subito mutatos, præsertim cum offensibus causam ignorent. Hoc omne malum à fufurronibus est. Ex his reperias qui alterius aures atque animam ejuscemodi verbis occupant: Equidem vehementer doleo, mi optime Ioannes, te ita passim traduci, malle ab alio id audires quàm à me: quia tamen fidelitatis hoc officium esse arbitror, silere nequeo, quàm horrenda de te spargat ille ipse, in quem plurimum beneficii consulisti, miror sanè quòd talia de te foras efferre audeat. Ita flare solent diaboli folles; hoc flatu concitatur ignis. Verissimè dixit Salomon: Verba fufurronis quasi simplicia, & ipsa perveniunt ad intima ventris.

Prov. c. 26. vsf. 22.

Sed alium audias fufurronem, qui ubi plurima mentitus, dicat nihilominus, non audere se omnia dicere, vix rerum dimidiam partem à se recensitam; admiranda magis ab aliis audienda. En avem incendiariam, ut prunas subjiciat moliendo incendio! Atque hoc longè deterius est, quàm si omnia fusè deblaterasset.

Spoleti anus nequissima è mediâ fufurronum fece notum sibi dominum accessit, & tantquam fida monitrix: Mi domine, ajebat, ille tuus æmulus militem conduxit, ut vitæ tuæ armatas strueret insidias; tuum erit prudenter has declinare, aut vim vi repellere. Eadem furia illum ipsum, quem alteri deculit ut insidiatorem, accedens; O bone domine, ajebat, iste vim parat contra te, ego tuæ incolumitatis amans monere volui, ne fortè hosti occurreres imparatus. Ab his vocibus pugna tumultuariæ sunt ortæ, sed planè languinariæ, quas illa Canidia, veterarum pessima, oratione non longè concitavit. Nunquid & huic anui diabolus par calceorum porrexerit longâ pernicâ, dixeritque quod illi triveneficæ; Me longè sapientior es.

Na Lutherum in Collog. edit. Francofurt. c. 24. circa finem mihi pag. 216.

Neque fufurrones tantum, sed etiam, qui eos benevolè audiunt, gravi supplicio vindicabuntur: Dici solet, si non haberet fur, cui furta venderet, non furaretur; ita profus si decessent fufurroni benevoli auditores, desineret & ipse obganire ad aurem; desint furum hospites, demum & fures non erunt: desint fufurronum patroni, tandem nec fufurrones erunt.

§. VI.

Eccli. c. 28. v. 16. & 17.

Quàm verè questus est Siracides: Lingua tertia multos commovet, & dispersit illos de gente in gentem, civitates muratas divitum destruxit, & domos magnatum effodit. Est lingua verax & est mendax: lingua fufurronis, lingua tertia est è duabus illis composita; quæ modò vera, modò falsa proloquitur, modò ungit, modò pungit; præsen-

Lingua fufurronis ex veraci &

tes laudat, absentes vituperat. Hæc lingua, si conatum mendacè illius spectes, Dei regnum turbat universum, & evertit: composita Qualenam hoc regnum Dei? Beatus Paulus opportunè respondet: Non est enim regnum Dei esca & potus, Rom. c. 14. sed justitia & pax & gaudium in Spiritu sancto. Fufurronum lingua justitiam conculcat, pacem eliminat, discordiam excitat, & tristitiam. Atque hoc nonnunquam inde provenit, quòd fufurro amborum, quos inter se committit, gratiam exambiat. At sæpe non gratiam, quam cuniculis tam iniquis quæritat, sed grave odium reportat. Quod apertissimè vaticinatus Siracides: Fufurroni autem, inquit, odium, & inimicitia, & contumelia. Fufurro coinquinabit animam suam, & in omnibus odietur. Hanc ille gratiam meretur, idque jure meritissimo. Nam hoc unum linguæ vitium ceterorum plurima complectitur, adulationem, mendacium, detractionem, & si quæ hujus generis sunt. Et ipsi fufurrones plurimis titulis insigniuntur: nam asfentatores, aurium servi, Satanæ folles, bellorum incendtores, diaboli tubicines vocantur.

Tubicen olim bello captus, & neci addictus est. At ille infimis precibus rogare institit, vitæ suæ parceret, mortalium neminem à se occisum. Cui judices responderunt: At eos qui plurimos occiderunt, ad cædes incendiasti classico: actum de te; occidens es. Eodem forsân nomine fufurrones se purgaverint, neminem à se jugulari: sed eos, ô improbi, qui æternis vulceribus se jugulant, in cædes animatis; vestrum est, Bre ciere viros, Martemque accendere cantu.

Virgil l. 6. Æneid. post initium.

Vos odia struitis, & contentiones inimicitias incenditis, diabolo charissimi tibicines. Eam ob causam Deus hoc linguæ vitium peculiari lege vetuit: Non eris criminator nec fufurro in populo. Et quemadmodum Deus alia pleraque linguæ vitia, ita & hoc punire solet, ut quod fufurro aliis, hoc idem illi fiat ab aliis. Luculentum ejus rei paradigma est Antipater Herodis filius, qui immodicæ regni cupiditate incensus in Alexandrum & Aristobulum fratres, alterum ex altero vastamentum commentus est; quo eos apud parentem in odium adduceret, itaque regno excluderet. Iis certè sermonibus paternas aures oneravit, ut uterque fratrum jugulatus fuerit. Sed tandem etiam nequissimi fufurronis fraus omnis detecta est, & à patre, à quo gratiam moliebatur, jussus & ipse occidi.

Levit. c. 19. vsf. 16.

Hoc loqui persuasissimum sibi habeat, in suum se damnatum loqui, quidquid demum furcivis ejuscemodi sermonibus contra alios loquatur. Projectus in altum lapis in jacientem recidet: Perillus in suo ardebit bove: sic lingua noxia suum jugulabit auctorem. Diferentissimè monuit Siracides: Non appelleris fufurro, & lingua tuâ ne capiaris, & confundaris. Laqueum gerit faucibus, quisquis talem linguam: Hæc non solum alios, sed & suum dominum illaqueabit.

Eusebius narratio apud Iosephum l. 16. & 17. Antiquit. Iudææ.

T

CAPUT LIII.

TVMLTVOS Æ Linguae grande vitium describitur.

NON immeritò miratur Magnus Jacobus Apostolus, omne genus animalium tam serpentium & gradientium, quàm volantium & natantium domari posse, & etiam subinde curari, linguam tamen esse indomabilem. Canem institutio humana pæne simiam efficit; in macellum mittitur, ut œconomus; perferendis litteris aliò ablegatur, ut tabellarius. Quàm varia condiscunt equi? humanos mores proximè imitantur Elephas. Omnis natura bestiarum & volucrum, & serpentium, & ceterorum domantur & domantur à natura humana;

§. II.

Iac. cap. 3. vers. 8.

mana: linguam autem nullus hominum domare potest. Planè A indomabilis est lingua, superâque vel ferocissimum equum. Quis perius satis magister ac moderator ad hunc perdomandum? Bucephalus neminem nisi suum regem admisit scissorem; solus rerum conditor satis frenavit linguam. Hæc cum furoribus inflammatur, lupi ac vulture rapacior, vulpe altior, leone immanior, sævior tigride est.

Plin. Natur. hist. lib. 10. cap. 74.

In Ægypto, ut Plinius refert, aspis ad mensam cuiusdam veniens alebatur assidue. Hæc catulos enixa, à quorum uno filius hospitis interemptus, illa ad cibi confectudinem reversa, cum intellexisset culpam, & necem intulit catulo, nec postea in illas aedes rediit. Imperatori Anastasio ex Indis missa tigris ad humanas manus feritatem deditic. Si Paulo Veneto credimus, Magnus Rex Tartarorum Leones, Leopardos, Tigrides, Linceos, Ulfos mansuetos in venatum educit, & his venatoribus feras congeneres capit. Delphini humanam amicitiam ulro ambiunt; ipsi etiam Crocodili aquardium animantium sævissimi edomantur. Picæ, corvi, pstraci doctores admittunt, & humanas voces addiscunt. Vultures, falcones, aquilæ ad domini manum revolant, & prædam apportant fido famularum. Rhinoceros ferocissima bellua in florilegæ virginis gremium ferociam omnem deponit. Nullum pæne animal indomabile. Et quamvis leones dentibus ac unguibus armentur, tamen veneno carent; serpentibus venenum est, iis tamen dentes, cornua, ungues negantur. Hem sola lingua est indomabilis: hæc dentes habet acutissimos, ungues rapacissimos, cornua robustissima, letalissimum venenum. Serpentes non lædunt nisi proximos; lingua & in absentes & in mortuos lævit, etiam ad centum millia distans invadit, & lacerat. Præclare dixit Augustinus: *Homo domat feram, non domat linguam; domat Leonem & non refrenat sermonem; domat ipse & non domat seipsum.* Inter indomabiles has linguas numeranda est etiam Lingua Tumultuosa, de qua tamen ritu Laconum strictim differemus.

Augustin. serm. 4. de Verb. Dom.

§. I.

Iob cap. 38. vers. 10.

Rato mari vix quidquam terribilius aut indomabilius, marinos tamen furores Deus, solo voluntatis suæ nutu, inter arenarios carceres coercet. Jobus ut Præceptor maris locutus: *Circumdedit illud terminis meis, inquit, & posui vallum, & ostia, & dixi: Vsq; huc venies, & non procedes amplius & hic confinges tumentes fluctus tuos.* Qui hi maris termini, quæ ostia & seræ, quibus ira illius cohibetur? *Dixi huc venies:* solum Dei præceptum, cui etiam inanima obsequenter servant. Ut linguam Deus in officio contineret, æterno eam carceri addixit, & in cavendam compegit, quam offensis dentium clathris communiit, insuper etiam catenis vinxit, variis scilicet gutturis & palati vinculis; quin etiam intelligentiâ eam regit, gratiâ prætegit, pænis corrigit. Nihilominus lingua hanc conditoris providentiam eludit, & licet captiva sit, ita tamen sapius furit, & bacchatur, ut mortalium pæne maximum sit negotium, tumultus à linguâ coticitatos comprimere.

Ecclesi. 1. 21. vers. 33.

Hinc Siracides ardentem optans: *Quis dabit ori meo custodiam, inquit, & super labia mea signaculum certum, ut non caeam ab ipsis, & perdat me lingua mea?* Non vanæ sunt excubiæ ad seditiones & motus linguæ, præsertim Tumultuosæ sedandos.

Lingua, quam Tumultuosam vocamus, modò clamat, & altum vociferatur, modò furit & bacchatur, præsertim si vapidò sub pectore ardeat iræ flamma & cogitationes instar aquæ bullientis agitentur, hæc lingua Tumultuosa partes suas strenuè agit, nec ullo modo reneri se patitur; clathros frangit, catenas rumpit, repagula pertrumpit, sonat, grandinat, fulminat, cælum terramque miscet, perturbat omnia, verborum agmina velut fluctus evomit. Balenam dixeris quæ mare quod forbit, per caput violenter egurgitat in naves.

Sunt homines tam turbulenti & impetuosus, ut subinde nonnemo de tali quærat: quæso quid hoc hominis est tam vehementis & violenti, quam furentes is habet impetus? Hac ratione profectò ab homine intelligente, & emunctæ naris,

Non pulchrum est digito monstrari, & dicier, hic est.

Homo ille procellosus, cui lingua est velut amnis exastuans & ripas transgressus. Hic talis vix quidquam sine clamoribus agit. Cum quippiam petit, clamat; cum negat petita, clamat; cum quid imperat, magis clamat; quidquid demum loquitur, turbulenter id facit, nec sine tumultu verborum sese mutuo impediendum. Atqui ferri esse possumus, jubere, imperare, etiam oburgare possumus, licet omnis verborum tumultus absit. Quinimo rigidum mandatum sereno vultu placidisque verbis temperandum est & molliendum. Pleraque omnia rectius efferuntur sine hoc verborum tonitru.

Inter homines religiosus lex est, voce submissâ loqui; Inter religiosus lex est, scilicet & indecoris clamoribus vitandis, qui videntur esse hominum aut non sanorum, aut rusticianorum, aut certè sordastrorum. Quorum ultimi cum suam ipsi vocem non audiant, nec ab aliis se audiri putant; proinde in familiari etiam colloquutione clamosi sunt, & immodicè vocem efferunt. Hoc humanæ aures molestè ferunt, neque id, certè ingenuis moribus decorum. Hinc ii omnes qui mores formant, tumultuosas linguas inter prima vitia damnant. Hac disciplina & exemplo suos alumnos imbuir Plato, apud quem educatus puer, cum ad parentes relatus vociferantem videret partem; *Nunquam, inquit, hoc apud Platonem vidi.* Sen. lib. 2. de Ira c. 22.

Tullius post multa encomia Carulorum bene loquentium: *sine contentione, inquit, vox nec languens, nec ca-* Cic. lib. 1. Offic. *Deinde docet ex contentione vocis & summissione facile judicari quid aptè fiat, quid ab officio naturæque discreper. Annæi quoque præceptio est: Vox sit sine clamore.*

Hinc Tumultuosa Lingua, cum lenissimè peccat, decorum offendit.

§. III.

Christianæ Religionis lumen Basiliius jam olim de R. Ast. serm. cernit: Interrogatus de re aliquâ, gravi & submissâ voce responde. Idem beatus Benedictus à suis exigit: *Benedict, in Ne sint clamosi. Clamorem certè aures non paganæ multum avertantur. Hinc rectè Theophrastus insignem rusticitatis noram asserit, Voce magnâ & contentâ loqui. Nec leve argumentum est moderati animi, vocis moderatio.* Theophrast. c. 4. de Char. rac. mor.

De Christo servatore Isaias ut singulare quid prædicat his verbis: *Non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur vox ejus foris.* Eodem sensu Matthæus: *Non contendet, inquit, neque clamabit, neque audiet aliquis in plaris vocem ejus.* Non negandum, nonnunquam clamasse servatorem, ubi voce opus fuerat elatiore, præsertim in concionibus. Isaiam & Matthæum explicans Hieronymus: *Non clamabit, ait, erit enim mitis atque mansuetus, & non levabit in altum vocem suam.* Hieron. in c. 42. Is.

Divinus quoque Paulus clamosam ac tumultuosam linguam ab ore Christiano arcens: *Omnis, inquit, amritudo, & ira, & indignatio & Clamor & c. tollatur à vobis cum omni malitiâ.* Idque ob eam causam, ne vel irati, vel similes iratis esse credamur; iratorum enim proprium est clamare atque tumultuari. Bernardus superbiæ signa enumerans, inter ea etiam clamorem in locutione censet. Clemens Alexandrinus Tumultuosam Linguam insaniam adscribens: *Elatus, inquit, clamor prorsus, est res insanissima. Addit: Modestus est in voci moderatio, à magnitudine simul & prolixitate, celestis: atque & multitudine coercens suam orationem.* Bern. lib. 2. in e. 4. in c. 41. Clem. lib. 2. c. 13. c. 7. ibidem.

Ejus-

A
O
B
S
P
M

Phil.
vers.

Phil.
3.
vers.

Ann. lib. 1. Offic. c. 18. Eiusdem animi Ambrosius: *Ipsum, inquit, vocis sonum* A speciem sibi contraria effrenis ac tumultuosa lingua facere simul potest, & tacet & clamat; studiosè tacet id quod si sapiens est, loqui suavitè & demissè, ut vult Bonaventura, certè insipientis & stulti erit, acerbè & tumultuosè loqui. Salomon toto capite hinc annuens: *Vidisti, ait, hominem velocem ad loquendum? Stultitia magis speranda est, quam illius correptio.* Hominis malè sani proprium est, ore turbido procellas in obvium quemque eicere, & sæpe de rebus vilissimis tumultus maximos ciere. At plerunque ubi multum clamoris, ibi parum rei aut veritatis est. Nisi res ipsa clamorem exigat, & ut sic dicam, tumultum vocis. Veritas ex ore mansueti & minimè clamoso, longè pulchrior prodit & amœnior, quam è tumultuoso & clamoribus affluere.

§. IV.

FIt nonnunquam ut in domo aliquâ interiore, aut in conclavi à plateis averso cæ sit turbæ & clamores, ut in plateis transeuntes audiant & mirentur hanc domus tempestatem: quid si domum hanc ingrederentur, & in ipso turbatarum loco consisterent, quàm offensis auribus detestarentur inconditos illos ulularus? In hominis animo, in penetralibus his abstrusissimis omne genus affectuum latet, hic ira, tristitia, impatientia, injuria, lascivia, & omne hoc vulgus delitescit ac tumultuatur, publicè nihilominus hi tumultus audiuntur, cum scilicet patet ostium, Lingua: quæ jam inquires, quanta seditio in ipso erit pectore? dum clausum & obscuratum est domus ostium, servi & ancillæ rebelles coerceri possunt; cum fores patent, seditiosa familia domesticum tumultum dividit in plurimos: ita quamdiu quis silet, aut verba profert mirra, tam diu fores habet custoditas, & in iram plurimum potest; perinde ut in incendiis civicis, quamdiu ignis non erumpit, magistratus patremfamilias non punit, & incendium faciliùs sopiri potest; ubi verò in apertum evolarit flamma, signum è turri datur, fax noctua, de die labarum protenditur, accurritur, jamque magistratus ob neglectos ignes jus habet puniendi: sic clausi pectore affectus, suo quidem domino, sed aliis non nocent, & minori negotio coerceri possunt, ubi verò per tumultuosam linguam eruperint, & aliis nocent, & difficiliùs reprimuntur.

Quamobrem S. Diadocus utilissimè præcipiens: Volo, inquit, te esse breviloquum, raro loquum, & submissâ voce loquentem. Nam pravi sicut in sensu leves, sic in locutione præcipites, clamosi, vehementes sunt. Regius Phaltes Tumultuosam ejuscemodi linguam objurgans: *Dilexisti, ait, omnia verba præcipitationis.* Lingua Tumultuosâ prima virtus est, præcipitare verba, & velut per scalas dejicere, ut unâ quasi ruinâ effundantur omnia.

Lingua Tumultuosâ affinis est seditiosa, quæ fragore grandi prorumpit; gladios, bombardas, sanguinem loquitur. Ab hac erat cruentum illud, *Tolle, Tolle, Crucifige.* Ab illâ sunt hæ voces non ignotæ: Cæde, lacera, per fenestras præcipita, præcipitatos jugula. Hæc lingua servos in dominum, cives in Magistratum, subditos in principem armat: Venite, clamant, excutiamus jugum: Ad arma, ad arma; libertas vindicanda est. Hæc lingua bellis ardere jussit Germaniam per tot jam annos. Sed ubi hæc lingua est, ibi auris plerunque nulla est: nil audit, nil moniti admittit aut consilii; ideo nos illam monere desinimus; ad Tumultuosam redimus.

§. V.

Sermo mitis ac moderatus inter Principum ac Regum necessarius virtutes numeratur. Hierosolymus Rex David seipsum hac in re accusans: *Quoniam tacui, ait, inveteraverunt ossa mea dum clamarem totâ die.* Quis hoc satis assequatur? quomodo clamavit, si tacuit? aut quomodo tacere potuit, dum clamaret? Hæc aliâque in

speciem sibi contraria effrenis ac tumultuosa lingua facere simul potest, & tacet & clamat; studiosè tacet id omne quod in alterius laudem ac commendationem est, clamat & altum vociferatur, cum habet quod carpit, quod accuset, quod reprehendat & damnet, hic turbæ & tumultus ingentes, hic repetitæ plagæ & ictus non perfunctorii.

Fuit qui tumultuosam hanc linguam malleo lotorio comparandam censeret. Non ineruditè. Idque confirmatur verboso conjugum duorum dissidio. Non procul Wirembergâ maritus uxorem crepidâ percussit. Ægrè id tulerunt cognati uxoris, & de consilii sententiâ maritum ad se vocarunt. Cum præsentè expoſtulatam de injuriâ, quam suæ conjugæ cognatæ ipsorum fecisset. Porro meminisset, non ancillam sibi aut mancipium nupuisse: si quid dissensionis intercederet, non illico verberibus & pugnis de re decidendum. His auditis maritus irâ continens, vultu sereno & ad omnem humanitatem composito: Affines optimi, ajebat, admonitionem vestram boni consulo, sed hoc unum rogo, ne quid inaudita parte alterâ severiùs statuatis. Equidem fateor me conjugî offensorem non continuissè manum, sed illius impulsu hoc factum: nam illa me priùs percussit, & quidem longè immitiùs: nam malleo lotorio est usâ. Vos igitur judices conveni; decernite, an non gravior plaga sit, à malleo lotorio quàm à crepidâ plagas accipere. Mirantur cognati, & quærent quâ ratione lotorius malleus in iratas conjugis manus venerit: Hic ille subvidens, Lingua, inquit, me verberavit; quam ego lato illi malleo non abſimilem, sed eo longè graviorem censeo. Utrinque risus, & gratiæ conciliatio.

Sanè lingua improba præcipuè Tumultuosâ malleus est, sed latus & lotorio simillimus, à quo ictus omnes sonori valde sunt & clamosi, præsertim cum panni madidi tunduntur. Væ tibi quisquis es, quem hic malleus pulsarit, qui nec regibus parcit. Philippus Rex Macedo, si quâ aliâ virtute, certè contumeliarum patientiâ illustris fuit. Demochares ad illum, Parrhesiastes, ob nimiam & procacem linguam appellatus, inter alios Atheniensium Legatos venerat: auditâ benigè legatione Philippus: *Dicite, inquit, mihi, facere quid possum, quod sit Atheniensibus gratum?* Excepit Demochares, & linguâ nimis quàm tumultuosâ & præcipiti respondit, *Te suspendere.* Indignatio circumstantium ad tam inhumanum responsum exorta est: quos Philippus conticeſcere jussit, & Therſitam illum salvgem incolumemque dimittere. At vos, inquit, ceteri Legati nuntiate Atheniensibus, multò superbiore esse, qui ista dicunt, quàm qui impunè dicta audiunt. Verissimè dixit Annaeus: *Proprum est magnitudinis veræ, non se sentire percussum.* Et hoc profectò est lotorium illum malleum sustinere sine damno.

Rex Regum, Messias Orbis, exemplo suo nos docuit non tantum linguâ non tumultuari, non clamare, sed & tolerare linguas tumultuosas, & vincere taciturnâ lenitate.

CAPUT LIV.

TURPILOQUA Lingua omnibus Christiani Orbis finibus proſcribitur.

Non mihi si lingua centum sint, oraque centum, Omnes improbæ linguæ lapsiones enumeravero. In tantâ errorum varietate hanc aliqui gradationem constituunt inter multiloquium, vaniloquium, stultiloquium, Turpiloquium, quorum alterum altero gravius delinquit, *Multiloquium* peccat defectu modi, verba enim agglomerat, eaque totis modis effundit. *Vaniloquium* defectu finis delinquit, inutilia prorsus gartendo. *Stultiloquium* priora duo superat, quando non tantum

Ionn. Manlii rom. 2. mihi pagina 178.

Tumultuosâ lingua malleus est.

Sen. lib. 3. de Ira c. 23.

Ibid. c. 25.

Vir lib. 6. Æneid.

Differentia graduum inter Multiloquium, Vaniloquium, & Turpiloquium.

Ann. lib. 1. Offic. c. 18.

Bona. par. 1. Spe. cap. 5. Prov. c. 29. vrsf. 20.

Id. 31. vrsf. 6.

Id. 31. vrsf. 3.

rum inutilia, sed & fatua protrudit, & fabulatur sine ratione: Turpiloquium eo pane alia illa transcendit, quod linguam lascivam proximâ cognatione attingat, & à beato Paulo plus simplici vice damnetur, sicut enim Ephesios instruit: *Fornicatio autem, & omnis immunditia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitude, aut stultiloquium, aut scurrilitas, qua ad rem non pertinet.* Quâ præceptione non tantum obscenas fabulas & prætextatos ac lascivos sermones, sed omnia turpicula verba tanquam Christianæ verecundiæ multum adversantia prohibet, quandoquidem turpitudinem, & omnem immunditiam, à Christianorum colloquiis excludit. Nos ergo cum beato Paulo Turpiloquium, & omnem verborum immunditiam (linguis lascivis jam confixis) hoc capite persequemur.

§. I.

Gell. lib. 1. Noct. Attic. cap. 15. **S**unt homines, inquit Gellius, in verba proveciti, quos & garrulos, loquaces, blaterones & linguaces dicimus, quorum lingua tam effusa ad loquendum, infrenisque est, ut terribilissimam quâdam colluvione verborum fluat semper & ætuet. Hic suis sanè coloribus Turpiloquium, quo de agimus, depictum est. Quid enim hoc aliud, nisi terra valde colluvies fordidissimorum verborum? quæ propriè *illota*, & ab iis sermones illotos dicimus.

Sunt quædam domus instrumenta ad eò retusa, & nullius usus, ut cum purgamentis & fordibus in latebras conjiciantur: ita quædam in colloquiis naturâ suâ regi volunt, & silentio tanquam latibulo abscondi, sed has sordes & purgamenta hæc studio in lucem erunt lingua Turpiloqua, ut ridiculum forum faciat, & emptores si non alliciat, saltem habeat spectatores: Sicut circumforanei & agitatae solent, qui radicales, lumbricos, succos, fucos & fumos in foro circuliisque, concione advocatâ vendunt, & Stentorea voce proclamant, laudantque quas volunt extrudere merces, ut simpliciores & agrestes hiantis rictu attonitos & attendentes argento emungant: sic omnino Lingua Turpiloqua merces suas dicitate frædâ venales facit.

Ponuntur subinde quæstionculæ quæ verbis non impuris constant, sed sensu. Et eo jam nequitia subtilitate profectis diabolus videtur, ut scdissima quæque honestissimis subinde verbis efferantur. In aulis non ignotum hoc diaboli artificium, quod etiam verecundiam quædamque ac innocentiam facit erubescere, dum homines oris pudici verba proferunt minimè fordidâ, aliorum tamen interpretatione ad turpitudinem trahuntur.

Romanos veteres hic minimè accuso, qui quædam nature requisita verecundo prorsus & casto loquendi ritu enuntiare soliti sunt: Christianos illos arguo, & damno, qui verbis minimè impudicis interpretationes & sensus affingunt impudicissimos. O homines minimè Christianos! *Et omnis immunditia non nominetur in vobis.*

Turpiloqua lingua limacibus & cochleis comparata. Ita Clariss. D. Guarini non. lib. 2. de Excerptis de Orphis. c. 38. j. n. e. Immundam hanc oris eluviem limacibus & cochleis, præsertim illis quæ è dormientis ore proreperunt, rectissime comparavero. Rusticus fuit quem apud Oenipontanum hospitem (cui nomen *Stricth*) edundarum cochlearum gula incesserat. His delitiis quidem paganus homo assuetus non erat, satisfecit tamen huic cupidini, & sic crudas cochleas pipere tantum & sale non nihil perperlas ingenti numero glutit. Verè glutit, uti ceteris Ninivitarum vatem; sed & vinum dulce addidit, vehiculum huic cibo, dein ponè fornacem in scamnum se abjecit, manibus pedibusque liberaliter extensis. Atque dum toto proflat de pectore somnum, paruloque hiat ore, en tibi cochleæ, alia super aliam, quæ iverunt, viam relegunt, & dormientis faucibus proreperant, ligneisque fornacis cancellos occupant. Qui tunc temporis huic spectaculo interfuerant, non sine animi sui voluptate reducem hunc & vivum cibum viderunt, idque publicè alibi narrarunt. Atque hi testes etiamnum in vivis sunt.

A Huic reptili cochlearum plebi verba Turpiloquæ linguæ non absimilia sunt. Ex ore rustico prorsus & ebrico aliorum auribus insperunt. Addo & istud: Limaces & cochleæ lentissimè rependo arbores & conscendunt & depascuntur folia, quacunque autem repunt vestigium sui relinquunt, tenacem & glutinosum humorem: ita omnino verba sordida & illota undecunque ad aures perferantur, impuritatis aliquid & turpitudinis affricant, nocentque semper tam dicenti quàm audienti. Auditor quidem aut offenditur, aut dolet occultè, præceptum illud Paulinum (*omnis immunditia nec nominetur in vobis*) inter Christianos tam esse inefficax, uti ei vix quidquam loci sit.

Sed sunt sæpe auditores qui illis ipsis sordibus quas non solum aliis, sed etiam sibi officit, dum enim verba non pudica fundit, pudorem sensum dedicit. Nam uti Gregorius loquitur: *Sæpe, dum ab otiosis verbis nequaquam lingua compeccitur, ad temeritatem quoque stultæ increpationis effrenatur.* Quibusdam enim ruina sua gradibus desidiosa mens in foveæ lapsus impellit: nam dum otiosa verba cavere negligimus, ad noxia pervenimus, ut prius loqui aliena libeat, & postmodum detractionibus eorum vitam, de quibus loquitur, lingua mordet: quandoque autem usque ad apertas contumelias prorumpat. Sic dum fordidâ non vitamus, ad lasciva delabimur. Ita placere incipit quod tute frequentatur.

Hinc Zeno sapienter dixit: *Satius est cadere equo, quàm verbo incomposito.* Ubi autem sermones tam illoti & fordidâ, quid puri cordis latere suspicetis? *Ex abundantia cordis os loquitur.* Ex Augiæ stabulo tam immundo, quis odor nisi gravis & teter? Sodomitum vineæ dederunt odorem suum. Contra pudicæ mentis homo cum Pfallere dixerit: *Eructavit cor meum verbum bonum.* Ut pyxides amomo aut cinnamo plenæ, vel sacculi Pæstaniis rosis turgidi, cum primùm aperiuntur, odorem spirant suavolentissimum, sic animus Deo plenus, Deum & divina loquitur.

§. II.

Nobilissimum Virtutis specimen Comes Ariani Elcearius, uti omnia sensuum exteriorum officia ad omnem modestiam composuerat, ita & linguam. Hic cognatæ suæ nuptiis, quæ quinque dies occupabant, intertuit, sed sanè invitus, nec sine oculorum & aurium crebris vulneribus. Aderat ex more magna hominum nobilium frequentia, sicutque quod in nuptiis solet dies noctisque epulæ, confabulationes, cachinnationes, tripudia, choreæ, & quidquid Thalassio & Hymenæo licitum putabatur, neque enim nuptialis licentia ad pudicitiam amissim dirigebatur. Quàm hæc autem ad Elcearii stomachum non erant! Verecundissimus certè juvenis inter has delicias, tantâ sermonis honestate & pudicitia utebatur, ut ei ne unum quidem non dicam lascivius, sed nec petulantius ullum aut fordidum verbum exciderit. Interim alii tantò protreviores, liberrimè & loqui & facere, quæ sacris nuptialibus congruere videbantur, neque enim verba solum, sed & gestus parum pudicos edere, quibus & oculi & aures Elcearii gravissimè fauciabantur. Quidquid Venerei mellis hinc illinc spargebatur, castissimo juveni fel erat merissimum. Hoc unum confirmatius didicit, à Hieremiâ vate verissimè dictum: *Nemo quod bonum est loquitur.* Et à Joanne Apostolo: *Mundus totus in maligno positus est.*

Innumera ubique sermonis turpitudines sunt, quas nemo satis effugerit, nisi qui non solum castus, sed & lurdus fuerit. Enimverò maximi refert, quibus sermonibus aures affuscant, dum teneræ sunt, & cultura parientes.

Comes Elcearius, quem dixi, à Roberto Rege Caroli filium natu majorem, eundemque Calabriæ ducem regis artibus inbuendum acceperit. Carolus exultans

tantis ingenii mores minùs compositos præ se tulit, la-
scivorum sermonum aut hominum, quàm pro pio Prin-
cipe futuro, amantior, uti natura ipsa cupiditates ado-
lescentiæ profundit, maximè si cum fortunâ bonâ & in-
genio animi mobiliore sit; si jam hominum impurorum
usus, quibus aula interdum infestatur, accedat, quid
mirum est si proximus ardeat Ucalegon? At verò si ni-
hil quod impudicitiam oleat, attingere debet limina, in-
tra quæ puer est, quantò sanctiora esse debent, intra quæ
puer regius est. Hoc Elcearius maturè considerans, si-
mul etiam alumni sui genium æquo liberiore adven-
tens, Carolum ad se vocatum his verbis aggressus est: Ab
omni quidem ore Christiano & aure sermones illoti &
turpes procul arcendi sunt, maximè verò à Principum
& Regum colloquiis. Insignem & regiam personam ni-
hil minùs decet, quàm vel audire vel proferre hæc ver-
borum dedecora. Omnes virtutis nervos elidit imman-
da hæc oris eluvies: Quidquid agis, Carole, fuge, fuge
contaminatissimos homines istos, qui tam lutei, tam cæ-
no polluti sunt, ut vel spurciculos versus, vel cantilenas
inverecundas, vel Fescenninos jocos effutiant; quidquid
ferè loquuntur, viperinam Veneris saniem ructant. Ho-
rum omnium sermo vitandus est: hi sunt qui vitia tra-
dunt, pestilimum genus hominum. Venenum quod auri-
bus instillant, diutius hæret quàm auditur: nec facile est
animo dulcem sonum excutere. Prosequitur & durat,
& ex intervallo recurrit. Ideo claudendæ sunt aures his
vocibus & quidem primis. Quare fuge, mi Carole, fu-
ge tam pestilens loquendi vitium, eique nec os nec aures
præbe, isto & illis exclude. Regium sanguinem iis
orna moribus qui deccant Regem.

Hæc Elcearius animo etiamnum tenero ac flexibili,
oratione tam nervosâ impressit, ut Carolum brevi
tempore ad omnem pietatem ac pudorem adduxerit,
non sine totius aulae admiratione. Hinc illæ vulgi vo-
ces: *Dominus Dux in alium hominem mutatus est.* Alii ma-
gis aulicè dicebant; *Comes Ariani cum Principe locutus*
est. Hoc quasi brevi elogio, & Caroli mores & Elcearii
sapientiam commendaturi: certè ipse Carolus non tan-
tum postea verbum obsecratus nullum fecit, sed nec
audire sustinuit.

S. III.

Carolo Calabriae Principi Principem Castilionis
jungo Aloysium Gonzagam, qui Societatem Ja-
s-y Juvenis amplexus est, & vitam in eâ, usque ad mor-
tem religiosissimè perseveravit. Hic etiamnum adole-
scens, parente Marchione cum copiis ad Tunetum pro-
fecto, Castilionem remissus est, ubi eundem, quem in-
gressus erat Casale, vivendi modum tenuit. Atque ut est
plerumque militum vulgus ad verborum licentiam tur-
pitudinèque projectum, ipse quoque ex eorum con-
sortio nonnullas ejusmodi voces haulerat, quas ignarus
quænam esset eorum notio, interdum jactare cepit. Id
cum aliquando Petrus Franciscus Turcius audisset, qui
ejus pueritiæ moderator fuit, tantâ vi in eum inveh-
tus est, ut ipse postea moderator confirmaret, nullum un-
quam ei deinde nisi honestum decensque verbum ef-
fluxisse: Quinimo, si quem deinde licentiùs loquentem
audiret, è vestigio oculis pudore suffusus, humique defi-
xis, aut aliorum conversis, vel animum advertisse dissi-
mulabat, vel dicta sibi auditu molesta fuisse signifi-
cabat. Ex quo licet intelligi, nunquam eum hoc genere
sermonis usurum fuisse, si, quid sibi vellent, antè didicis-
set. Nam simul ac flagitiosa atque à suo dignitatis gradu
generèque aliena esse didicit, tantus eum pudor inces-
sit, ut postea sit factus, ne sacerdoti quidem suæ conscien-
tiæ quæstor, ut ea nominatim aperiret, animum indu-
cere potuisset. Ea erat puerilis animi verecundia. Neque
verò unquam, dum vixit, hujus eum gravissimi, ut ipse
sentiebat, criminis pœnitentia deseruit.

A Jobus profectò in causâ non valde ab simili pœni-
tentiam agens: *Qui leviter, inquit, locutus sum, respondere v. 37. & 38.*
quid possum? manum meam ponam super os meum. Vnum
locutus sum, quod utinam non dixissem: & alterum; quibus
ultra non addam. Manum super os ponere, gestus est
agnoscentis peccatum oris & verborum; sicut manu pe-
ctori admotâ agnoscimus & fatemur peccatum cordis
Vnum, inquit Job, locutus sum, & alterum. En sincerissi-
mam ab ore confessionem. *Quod utinam non dixissem:* en
verissimam peccati detestationem in corde. *Quibus ultra*
non addam: en firmissimum emendationis propositum,
ipso exequendum opere.

Ah, manum imponat & ori & auri, qui quis Turpi-
loquium unquam vel mutuâ colloquutione, vel auditio-
ne benevolâ promovit: doleat talia dixisse ac detestetur
dicta, sed iis ultra non addat; excutiat à se viperinam
linguam. Paulus Orbis Ecclesiastes cum post periculo-
sissimam navigationem, cælo frigido ac pluvio in insulâ
Mitylene focum strueret, eique sarmenta pabuli vice
ingereret, serpens sarmentis immixtus ab igne resiliit,
& Pauli manum invasit. *Et ille quidem, inquit sacer his-
toricus, excutiens bestiam in ignem nil mali passus est.* Tur-
piloquium, reptile viperinum est, quod aures invadit,
& inde per omnem animum virus suum dividit. Excuti-
at hanc viperam qui lædi non vult, & illos ignes æter-
nos consideret, in quibus non epulonum duntaxat aut
hællionum, sed vitiosorum omnium linguæ ardebunt.
Gutturam in refrigerium mendicabunt, sed & guttula
iis negabitur.

Ergo quod Chrysostomus hortatur, Christi loqua-
mur linguâ, non diaboli: *Quæmadmodum enim, inquit, si hom. 80. in*
Romanus forte fuerit iudex, non percipiet rationes tuas, nisi
Latine loquaris: sic etiam Christus non audit, neque attendit,
nisi lingua sua utaris. Discamus igitur ita loqui ut Rex noster, *hom. 52. mi-*
& eâ linguâ proferre, quâ ipse utitur. Imitemur diligenter il-
lam linguam in omnibus.

C Vitis Ephratæis, uti Judicum fasti memorant, Ga-
laaditæ Jordanis transitum occuparunt. Cum autem è
dissipato exercitu palantes milites veniret cuperentque
Jordanem transire, interrogabantur, num Ephratæi ef-
fugerent? si negassent, jubebantur vocem schibboleth pro-
ferre, hoc est, spicam plenam. Quod si litterulâ unâ
omissâ dixissent schibboleth, jugulabantur miseri, consta-
bat enim vel ex ipsâ pronuntiatione hostes esse. Eodem
planè modo Turpiloqua lingua non rarò seipsam pro-
dit voce unicâ sordente & minùs castâ. Qui enim sapiens
inquinatè loquitur, velut Ephratæus hostis schibboleth
pronuntiat, non schibboleth, paleas ructat, non spicas
plenas, colloquia fordida & impura amat, hostis est
verecundia.

Has ergo sordes averteret plurimum, qui pudicitia
videri vult amicus. Exulet Lingua Turpiloqua ab uni-
versis Christiani Orbis finibus. Satius est mutum videri
quàm Turpiloquum.

V

CAPUT LV.

Linguam VINDICANTEM gladium
esse Deo præreptum; omnibus damnosif-
simum, qui eo fuerint usi.

A Genoris in Phœnicia regis filius Cadmus, ubi ra-
ptam sororè diu quævisset, nec invenisset uspiam,
redire ad patrem non ausus, nova sibi domicilia condi-
dit. Cum verò suorum comitum aliquor à dracone in-
terfectos amisisset, ut poetæ memorant, draconis denti-
bus terram obsevit. Ex horribili hac femente viri profi-
lierunt armati, qui armis in seipso illico versis, mutuâ
cede corruerunt.

Manfuc-

Ab ore
Christiano
sermones
turpes sunt
arcendi.

Actor. c. 28.
vers. 5.

Chryf. 10. 2.
Rom. 80. in
Math.
mibi p. 559.
tom. 1.
hi pag. 298.

Jud. cap. 12.
vers. 6.

Vipilius
Capitulus
lib. 1. v. 112.
Alysi c. 3.
ed. 1.

Manfuetiffimus Moſes & vatum antefignans irâ fervens alienâ: *Dentes beſtiarum*, inquit, *immittam in eos, cum furore ardentium ſuper terram atque ſerpentium*. Sunt qui hos dentes interpretentur, dicantque iis indoimitos linguæ furores deſignari, quâlis certè Lingua eſt, quæ *Vindicans* appellatur, Lingua ferox, furibunda, indomabilis. Huius ſementis educator & alcor, ſeminator & factor diabolus eſt, qui ſæcos frumentarios habet plurimos draconum dentibus plenos. His agrum ille ſuum conſerit, unde innumera Linguæ vitia ſucceſcunt, præſertim atrociffimæ illius Linguæ, quæ à ſuis clamoribus rectè *Vindicans* vocatur. De hac linguâ inter malas peſſimâ nunc diſſerendum.

§. I.

Mores vindicanis linguæ.

Lingua Vindicans, eos præ ſe fert mores, ut, cùm hereditum ſuum eſſe læſum intelligit, mox ſucclamet, *Vindica, Domine, Vindica*. Aut ſeiſam horratur & extimulat: *Vindica, vindica*. Aut minas ſpargit, & ore tragico vociferatur, *Vindicabo, Vlcifcar hoc probe. Pœnas mihi dabit ille maſtygia*. Vindicabundas ejuſcemodi voces nunquam ſpargebat Chriſtus: *Qui cùm pateretur, non comminabatur*. Qui comminari conſuevit, ſultiorem ſe oſtendit quàm ſit. Nam plurima minatur, quæ facturus eſt nunquam. Noſter hic loquendi ſtylus eſt. Aut minamur, aut quod minari poteramus, manu & gladio exequimur.

Ad colles Olivarios olim partes nimium quantum diſpares conſiſtebant, ut B. Lucas commemorat, & res in conſtitum ſpectabat. *Videntes autem hi qui circa ipſum erant, quod futurum erat, dixerunt ei, Domine, ſi percutimus in gladio? Et percuffit unus ex illis ſervum Principis Sacerdotum*. At manſuetiſſimus Jeſus pugnam hanc mox dixit.

Convertite, inquit, gladium tuum in locum ſuum, omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. Notandæ religioſiſſimè ſunt hæ voces: *Qui acceperint ipſi gladium, gladio perituri ſunt*, non ii quibus datus fuerit gladius: ita proſus lingua, ſi vindictam quæ Deo debetur, ſibi arrogarit, gravi ſupplicio vindicabitur.

Iter fecerat Chriſtus Hieroſolymâ, præmiſiſſique in urbem Samaritanam duos diſcipulorum velur diverſorii deſignatores; his autem civium inhumanitas negavit hoſpitiū. Itaque ad Dòminum reverſi: *Domine, ajunt, vis dicimus, ut ignis deſcendat de celo, & conſumat illos? Quibus miſiſſimus magiſter non ſine reprehentione reſpondit: Neſcitis, cujus ſpiritus eſtis. Filius hominis non venit animas perdere, ſed ſalvare. Et abierunt in aliud caſtellum*. Neſcit profectò Lingua vindicans, quàm maligno feratur ſpiritu.

In lege præſcã ſpiritus Eliæ concitator in quinquaginta milites bis ignem celo evocavit. Vehementioribus hiſ remediis tunc opus erat. At nunc aliam vivimus ætatem, manſuetiora nunc ſunt tempora, illa Juſtitie fuerant atque vindictæ, hæc noſtra ſunt miſericordiæ. Neſcitis cujus ſpiritus eſtis, ò mei diſcipuli, ego vos longè alia docui, alterius ſpiritus ſpecimen vobis ego præbui; meus ſpiritus eſt ſpiritus manſuetudinis. *Spiritus Domini ſuper me, eò quod unxerit Dominus me; ad annuntium manſuetis miſit me*.

Aliter olim David canebat, aliter nunc canit Zacharias. Ille: *Ad faciendam vindictam in nationibus*. Iſte: *Ad faciendam miſericordiam cum Patribus noſtris*. Vos quidem hoc eſſe putatis zelum rectitudinis, eſt zelus, ſed amaritudinis. *Quod ſi zelum amarum habetis, nolite gloriari, & mendaces eſſe adverſus veritatem*. Non continuo cùm læſi ſumus, paranda eſt ultio; nolite damnare, & non damnabimini; vindictæ cupidus ſentiet vindictam: neque verò de homine ullo quantumvis improbo, dum ſpirat, deſperandum eſt.

Conſiderate ſtatuarium, is trabem ante ſe habet in formem, impolitam, ſtatuae diſſimillimam: quis verò tam præceps aut fatuus, qui protinus clamet: *Ad ignem,*

ad ignem, hoc rude & informe lignum. Parciùs iſta: hoc lignum artífex dolabit, poliet, formabit in pulchram & artíficioſam ſtatuum. Exemplo ſunt illi ipſi Samaritani, quos Apoſtoli mox igne calitus miſſo conſumendos putabant. Nam ubi res Chriſtiana propagari cœpiſſet, Samaritani primi fuerunt, qui Chriſto auctorabantur.

Si Deus latronem Diſnam poſt unum alterumve latrocinium protinus neci deſiſſet, quomodo in Cruce patronum Chriſti egſiſſet? Si Deus Saulum Eccleſiæ vaſtatores præſervidum mox tolli voluiſſet, quid Paulum Orbis concionatorem habuiſſet? Poſſit artífex è rudi ligno æmulam vitæ imaginem formare, non poſſit Deus è flagitioſo homine pium ac ſanctum efficere? Procul igitur ab ore Chriſtiano ſit Lingua Vindicans, quæ more ſuo cùm florent impii & multis nocent, mox altum vociferatur, *Impios ad leonem, ad beſtias, Noxios ad furcam, ad rotam, ad rogam, ſceleratos ad Orcum, ad inferos*. Ah, iſta parciùs, ò linguæ vindicantes!

Si Deus, quoties peccant homines, mox ignem ſuâ mittat fulmina, Orbis terrarum brevè unus roguſ, unumque fiat buſtum. Nos nobis miſericordiam flagitamus, in alios juſtitiam poſcimus. Iniquæ ſunt hæ preces, clamores peſſimi. Hoc non eſt eadem metiri menſurâ: Quod ſi omnia metiamur vindicatione, erit qui ad hanc ipſam menſuram remerietur nobis. Qui à Chriſto ſtant, ab amoris & manſuetudinis ſpiritu non diſſentiant.

Olim aliquo in numero fuit lex iſta: *Oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu*; nunc aliis vivimus legibus. Vulguſ quidem animoſa miratur, & audaces apud eum in honore ſunt, placidi pro inertibus habentur. Sed longè aliter judicat virtus. Illi duo Apoſtoli robur oſtendere conabantur ulciſcendo, at verò Deus oſtendit parcendo. Nos Apoſtoloſ hoc uno perperam æmulamur: vix læſi mox omnia æta Martia pulſamus, etiam ignem è celo, ſi liceret, devocatur.

Longè aliter Deus, qui potentiam ſuam miſereſcendo poſſimùm, non ultionem petendo patefacit. Eccleſia ſic precari ſolet: *Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maximè & miſerando manifeſtaſ*. Divinum hoc ingenium æmulatus David: *Fortitudinem meam*, inquit, *ad pſal. 58. re custodiam*. Utar fortitudine meâ non ad hoſtes meos deſciendos, ſed ad te placandum. Vera virtus ultionis ſtudio non habet.

§. II.

Sanctus Anſelmus triplicem ait eſſe facultatem animi, Rationem, Voluntatem, Appetitum: Ratione aſſimilamur Angelis, Appetitu brutis, voluntate utriſque: nam inter duas illas facultates velur media eſt Voluntas, quæ modò Appetitui, modò Rationi ſuffragatur. Rationem & rationabilia ſapere dicitur, cùm rationi ſubſcribit; cùm verò Appetitui aſſentitur, carnalis appellatur: nimirum *animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei*.

Ergo ex affectu dignoſcendum quo quis feratur ſpiritu, cæleſti an terreno. Apoſtoli quia vindicantem linguam plus æquo exercuerunt obſurgationem audierunt: *Neſcitis cujus ſpiritus eſtis*: non vos è celo ſpiritus aſſavit, ſed è terrâ vindictam ſpirans. Ignorabant viri ſimplices quo ſpiritu agerentur, hinc quod ipſis videbatur zelus Juſtitie, erat ſpiritus vindictæ. Hic linguam concitat, ut quemadmodum Hebræa plebs ſucclamabat *Tolle, Tolle, crucifige, crucifige*: ita hæc vociferatur, *vindicta, vindicta*. Imò plus audet, & velut juſ gladii Deo præcipiens: *Domine, inquit, gladium mihi cede, tu nimis bonus, aut tardus nimis es puniendo, ego iſtum & iſtum ſic feriam, ut feriri ſe ſentiat*. Hoc proſus eſt deſtinatam vindicandi poteſtatem Deo præripere.

Deus quidem, veluti magiſtratus ſupremus inferioribus nobis decimas omnes permittit, unigenam filium dat

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

dar obidem: æquid bonorum subditis negat? vindictam tamen exceptione usus; Mea, inquit, est ultio, & ego retribuam. Et ne quis ignorantiam culpæ prætexeret, illud ipsum Paulus per omnem Orbem promulgavit his verbis. *Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus*: Non patitur Deus ab ullo mortalium vindictæ gladium sibi præcipi. Sed in eam subinde iram accendimur, eò prolabimur furoris, ut Lingua Vindicans clamare audeat: Mea, Domine, est ultio, mea est, & ego retribuam: tu facile nimis exorari te finis; sera nimis est vindicta tua. Quæ quidem ratione, tamenti pars læsa sumus, auctoritate tamen propria iudices sumus, sententiam dicimus, vindictam imperamus. O improbè furiosi, & in vestrummet caput crudeles! Contra vos & Christus clamat: *Sic & Pater meus celestis faciet vobis, si non remisistis uniusquisque fratri suo de cordibus vestris.*

Dant. 6. 32.
9. 35.
Rom. 12. 19.
10. 30.

Math. cap. 18. v. 35.
Vindictam petere est signum Deum delictis veniam non dedisse Aug. in 10an.

Eccle. 2. 3.
v. 1. usque ad 6.

Rationes cur vindictam sentiet qui ex- petit vindictam.

Vix quidquam est, puro, quod dum vivimus, scire malimus, quam istud: An Deus delictis nostris veniam dederit, & an deinceps quoque daturus sit. At verò id signum est evidens, nec dedisse, nec daturum esse quamdiu clamamus, *vindicta, aut, vindicabo*. Illud Augustini hic certissimum: *Talem uniusquisque indulgentiam accipiet à Deo, qualem fecerit proximo*. Vindictam sentiet quisquis expetit vindictam. Jam olim hoc Siracides prædicens *Qui vindicari vult, inquit, à Domino inveniet vindictam, & peccata illius servans servabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata solventur. Homo homini reservat iram, & à Deo querit medelam? In hominem similem sibi non habet misericordiam; & de peccatis suis deprecatur? Ipse dum caro sit, reservat iram, & propitiationem petit à Deo? quis exorabit pro delictis illius?*

Hic mihi oblecto & numerosas & nervosas Siracidae rationes perpendite.

1. Qui vindictæ cupidus est, vindictam incurret. Archigrammateus fidelissimus omnia ipsius peccata minutatim per scripta servans servabit.
2. Relinque proximo tuo nocenti te. Qui te læsit, amicus, socius, tibi proximus, conjunctissimus tibi est naturæ lege. Vide jam, ne dum ignem iræ in eum evomis, eodem & tu exuraris.
3. Homo homini reservat iram & à Deo querit medelam? qui te offendit, qui damno affecit, non Angelus, non Deus, sed homo est, qualis & tu es, mille erroribus obnoxius.
4. In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? Cogita quæso quid hoc novi sit aut miri te offensum esse: tu alios nunquam offendisti? en nunc similem monetam tuæ. Sed & hoc tibi perpendendum: si veniam neget alteri, veniam & tibi à Deo negandam, nec eam ullis unquam precibus exorabis.
5. Ipse dum caro sit reservat iram. Qui noxam intulit, carne constat fragili, quæ ad noxas semper pronissima. Quid igitur caro in carnem lævit? Et nunquid bellissima est hæc precatio? Domine non secundum peccata mea facias mihi, neque secundum iniquitates meas retribuas mihi: sed ego, Domine, huic nebuloni secundum merita illius faciam illi, & secundum offensas illius retribuam ipsi: vindicta dignus est. Nimirum hæc preces nostræ sunt, hæc nostra est mansuetudo.
6. Quis exorabit pro peccatis illius? Si Celites omnes huic homini vindictæ tam cupido veniam rogent, nunquam impetraverint. Deus enim vindicans vindicabit. Sed audiamus quàm præclara dictis objiciantur.

§. III.

Est qui dicat: vindictam non moliar, & lingua uti obmutescere jubebo, sed ut has ego injurias oblivione sepeliā, id verò mihi nemo persuaserit. Scitavo istud in animo meo.

Hoc quidem stultissima fraus est, & metissimus furcus clementiæ, nolle quid ulcisci, & tamen oblivisci non

A velle. Hoc est dicere: os amicum geram, non peccus. Tu si quid donas, dona integrè. Illud Christi sepeurum nostri: *Sic & Pater meus celestis faciet vobis, si non remisistis uniusquisque fratri suo de cordibus vestris.* Injurias oblivisci nolle; non est eas de corde remittere.

Math. 6. 18.
v. 35.

2. Improbius me atque indignius tractavit, quàm ut veniam tam facilem impertiar.

Et nos homunculi quàm indignè ac improbè tractamus Deum? quantis verborum ac rerum acerbitatibus nullo adhibito modo eum afficimus, & subinde vel uno die quories has noxas reperimus?

3. Honor, inquis, defendendus est; munere publico fungor.

Oblecto, Christiani, non sumus plus æquo subtiles. Et Stephanus, & Apostoli, & Christus publico fungebantur munere, & tamen veniam capitalissimis hostibus condonaverunt. Non nescimus, officii & status gratiâ subinde tuitione ac vindictis opas esse, sed innoxii, & quæ certâ lege stringantur. In ceteris omnibus veniâ semper in promptu sit.

4. Nullam, ais, illi nebuloni causam dedi, ut me tantum hostiliter laceraret.

Si causam dedisses, injuriam ille non intulisset, calculus par politus esset, æquales forent utrinque rationes. Quid Joseph fratribus causâ dedit, cum innoxium somnium percrenisset? & tamen tantum odium omnique injuriis generoso silentio concexit.

5. Non leviculum est, quod ille truxerit in me molitus est.

Quid exaggeramus injurias, & velut numum in latissimas bracteas deducimus? Si leve sit injuria, levius erit præmittum condonata; grandissimum, si grandis fuerit offensa.

Sed injuriam tibi factam inspiciamus; quanta demum ea est? Nunquid ferrâ medium cum Simone vel Isaiâ sectus es? nunquid cum Stephano vel Paulo lapidatus es? nunquid cum Apostolis flagellatus es? nunquid cum Christo crucifixus es? Ad rem dixit Hieronymus, *Deus faber est, hostes tui lime sunt & mallei, quibus te velut rubiginosum ferrum hic faber exolit.*

6. Sed sum nobilis & tantæ auctoritatis.

Sint hæc omnia; non nego, cui honorem, honorem, sed scias velim, hostium tuorum animas tuâ non esse deterioriores: si corpus spectemus, lutum estis; tu forsân paulo melius; *Quod si te, inquit Tertullianus, libido vindictæ vincat, non generosus, non nobilis, sed peccati servus es.*

7. Et licet, inquis, me non ulciscar; tamen ut me ulcisci nolim, non possum. Possumus omnino, possumus, modò adnitamur; sed hic ignis non novis quotidie schidiis nutriendus est. Atego, inquis, ardeo vindictâ. Nisi mature hunc ignem extinxeris, accedet tygius, nunquam extinguendus. Tolle igitur minitabundos vindictæ clamores, & ad exempla mansuetiora te compone. Non ego tibi sanctissimos aut mitissimos hominum propono. Saltem idololatriæ non esse velis deterior, quibus sæpe nec ad irascendum causâ defuit, nec ad ulciscendum potestas.

§. IV.

Quid enim facilius fuit regi Antigono quàm dtos Antigonæ manipulares milites duci jubere, qui regio tabernaculo proximi faciebant, quod homines & periculossimè & libentissimè faciunt, de rege suo pessimè locuti. Audierat omnia Antigonus, utpote cùm inter dicentes & audientem solum aulaum interesset, quod ille leviter commovit, & Longius, inquit, discedite, ne vos Rex audiat. En Christiane, quàm nullus hic clamor mortem imperans.

Idem rex quâdam nocte, cùm quosdam de suis militibus exaudisset, omnia mala imprecantes regi, qui ipsos

1. 12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28.
29.
30.
31.
32.
33.
34.
35.

in illud iter & inextricabile lutum deduxisset, accessit ad eos qui maximè laborabant: & cum ignorantes, à quo adjuvarentur, è luto explicuissent: Nunc, inquit, maledicite Antigono, cujus vitio in has miseras incidistis: ei autem bene optate, qui vos ex hac voragine eduxit. Nec dum nos linguam omnia vindicantem corrigimus? Neque solum civium suorum; sed & hostium maledicta mitissimo animo Antigonus rex tulit. Itaque cum in parvulo quodam castello Græci obsiderentur, & fiducia loci contemnentes hostem; multa in deformitatem Antigoni jocarentur, & nunc staturam humilem, nunc collisum nasum deriderent: Gaudeo, inquit Rex; si in castris meis Silenum* habeam. Cum autem dicacès hos Græculos fame domuisset, adeo non ultus est tam gravem injuriam, tam nihil supplicii de illis sumpsit, ut eos qui militiæ utiles erant, in suas cohortes describeret, ceteros præconi subiceret: id quoque se negavit facturum fuisse, nisi expediret his dominum habere, qui tam malam haberent linguam.

Regiè proorsus, imò & Christianè; nam proprium est verè magnitudinis non sentire se percussum. Sic immanis fera minorum canum larratus obaudit: sic irritus ingenti scopulo fluctus affulcat: sic sæpe nobilissima est ultio, ad probra nil respondisse, aut certè pauca, nec sine mirti joco. Diogenes philosophus Stoicus reipsa id docuit. Nam cum illi de irâ differenti adolescens protervus inspuerit, tulit hoc ille leniter ac sapienter, & Non quidem irascor, inquit, sed dubito tamen an irasci oporteat. Diogene meliùs Marcus Cato Romanus; cui cum causam agenti, in frontem mediam, quantum poterat attractâ pingui salivâ, inspuisset Lentulus homo factiosus & impotens, absterxit faciem Cato, & Affirmabo, inquit, omnibus ò Lentule, falli eos qui te negant os habere. Jocosè. Vulgò ajebant Lentulum sine fronte & ore esse, ob insignem impudentiam. Cato patronum se offert in hac parte, paratus ab experientia testari, Lentulum os habere; & amplum quidem ac grande, è quo tam liberaliter expuisset. Sanctiùs Catone Constantinus Imperator, cum enim susurriones de violatâ statuâ garrientes vultum ejus sceddè vulneratum faxis dicerent, ille faciem manu oberans: Ego verò, ajebat, nihil sentio.

§. V.

EX his utilissima hæc præceptio sumitur: *Cum verbis ureris, aut tace, aut jocare.* Cum te sermo à quocunque profectus mordeat, aut sile, quod sæpe tutissimum, aut certè joco dilue quamcunque dicti amaritudinem.

Etenim si vis ut alterius verba, quæ ille velut faeces in te jecit, non ardeant; tu illa jocando refrigera, & sic ea omni igni exarmabis: Scitè Romanus sapiens: Circumscribenda, inquit, multis modis ira est. Pleraque in lulum jocumque vertantur. Socratem ajunt colapho percussum nihil ampliùs dixisse, quàm, *Melestum esse quod nescirent homines, quando cum galeâ prodire deberent.* Non quemadmodum facta sit injuria refert, sed quemadmodum lata. Joco bellissimè refutantur plurima.

Tu, si moneri te, si argui, si reprehendi, si vituperari, si convicium in te dici audias, & tacendum non putes (quod tamen plerunque optimum) joco sic responde: Quæso te neme ira in faciem laudes. Aut dic: Nondum omnes virtutes meas enumerasti; quid jam ampliùs? Ita joco adversariam magis feries, quàm si grandem in illum salaricam intorquisses; putabit enim telum suum tam fuisse hebes, ut à te nec sentiat quidem.

De Lyfandro memorat Plutarchus, eum tam continentis linguæ, tamque hilaris patientiæ fuisse, ut, cum plurimis conitumeliis à quodam afficeretur, hoc unum sereno vultu responderit: Dic, ò amicule, dic, dic; & nihil omittas, si qua fortè tuum animum malis, quibus videtur plenus, exonerare possis. Ingentis animi argumen-

tum, nec irâ quidem dignum arbitrari maledictum, licet in promptu sit ultio.

Timotheus dux belli fortunatissimus fuit. At viri fortuna, ut solet, non caruit invidia. Æmuli ejus pinxerunt civitates, quæ sese ultro in dormientis rete implicarent. Cavillatio erat utrunque acerba. At Timotheus ut contumeliam joco dilueret, urbanè ac facerè: Si tantas urbes, inquit, vel dormiens capio, quid facturus sum vigilans?

Ita Sifinnius episcopus, Suidâ teste, vir eloquens, & philosophiæ peritissimus, qui moribus tam festivis fuit, ut eruditè jocarè, & dicteria sine offensa ferre, & eleganter atque ex tempore quæstionibus respondere poterit: Silentium, aut Jocus, omnem verborum amarulentiam diluere novit.

Dicat etiam quisque sibi, quoties laceffitur: Nunquid potentior sum rege Philippo, aut Cæsare Augusto, quibus impunè maledictum est. O quantum satius est sanare injuriam, quàm ulcisci? Itaque prudentiori cedamus, stultiori renittamus, pro quocunque illud respondeamus nobis, sapientissimos quoque viros multa delinquere. Hic te rogo, mi Lector, non pigeat relegere hæc de re, quæ in Zodiaco Christiano, symbolo nono uberioris differuimus.

Verùm enim verò, quantumvis clament omnes Sapientes, mimentur Propheta, dehorentur Cælitè, vociferentur Angeli, Apostoli rogent, quantumvis ipse Angelorum Rex, Apostolorum Præceptor Christus, potestate maximâ non studeat, sed præcipiat, vindictam esse remittendam; nihilominus vindictam etiamnum contumaciter clamamus; tam robusta est Lingua Vindicans, tam cæca est ulciscendi libido. Sic omnes Sapientes, Prophetas, Cælitè, Apostolos, Angelos clamore superamus. Justinianus Imperator natu minor, cui priùs præfectæ nares, imperio deinde pulsus est. Hic anno à Virginis partu septingentesimo secundo, è Chersonâ in-

gressus est: imperium denuo recuperaturus. Ortâ in mari tempestate & periculo vitæ jam proximo; unus fidissimorum è familiaribus: Ecce, inquit, morimur domine; Quin Deo vaves, imperio reddito injurias illatas non ulcisci? Cui Justinianus: Quid tu, ait, puerilium votorum hic ingeris? istud ego voveo, si peperero vel unico illorû, qui fuerunt in me injurii, hoc loci submergar. Et tamen periculum incolumis evasit; anno sequente imperium recuperavit. Quam admiranda sunt tua, ò Deus, judicia? Hoc nescire non possumus, ultionem & vindictam à te severissimè prohibitam. Lex prisca clamar: *Non quæras ultionem, nec memor eris injuriæ civium tuorum.* Clamar Salmomon: *Ne dicas, Reddam malum pro malo. Ne dicas, quomodo fecit mihi, sic faciam ei.* Clamar Paulus: *Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est, sectamini invicem, & in omnes.* Et rationem reddit: *Qui enim injuriam facit, recipiet id quod iniquè gessit.* Ergo, *Nihil malum pro malo reddentes,* omnem vindictam Deo transcribamus. Tu verò, quisquis ultioni tam promptus es, nemini magis quàm ipse tibi officis. Perinde si cum altero rixeris; & ille quidem vestem tuam laceret; tu verò brachium tuum præ irâ ipse faucis: quis grandius tibi damnum intulit? ita proorsus, hic quidem fortunæ tuas aut corpus tuum lædit; animum, si nolis, lædere non potest: tu verò cum vindictam experis, animum non solum lædis, sed & occidis. Apiculæ cum adeo exandescunt, ut aculeum non tantum insignant, sed etiam in vulnerem relinquant, seipsas vitâ privant: sic qui injuriam novâ ulciscitur injuriâ velut aculeum perdens in vulnerem, seipsum necat.

Recitat Pausanias; Theagini Thasio pugilum laudatissimo statuam æream esse positam. Hanc obtrectator Theaginis & æmulus non unâ nocte cecidit flagris. Nec ei hoc satis. Nam ut plagas in arenâ acceptas ulcisceretur,

Senec. lib. 3. de irâ c. 2. 2.

* Deformem Satyrum.

Diogenis Philosophi.

M. Catonis Rom.

Constantini Imp.

Regula utilissima injuriis tolerandis.

Suidas, v. Sifinn.

Phœbaa v. v. Errat. quis sapiens, istiusmodi sapientium.

Justinianus, Rhinotomæus, de quo Baron. tom. 8. an. 702.

Lev. c. 19. v. 18. Prov. c. 20. v. 22. Eccl. c. 24. v. 29. 1. Thes. c. 5. v. 15. Coloss. cap. 3. v. 12. Rom. c. 12. v. 17.

Injuria nō est ulciscenda novâ injuriâ.

Pausan. in Eliacis.

Em. l. hica

retur, statuam movere loco, & dejicere conatus est. ^A Loco movit; sed dum ea ruit, ultorem oppressit: ita quicunque vindictam ardet dejecturus alterum, subinde quem sibi destinavit, dejicit; sed ultor hoc casu primus obteritur: sibi nocet plurimum dum læpe prodest alteri.

§. VI.

Vindicta
duabus in-
cedit viis.

Prov. c. 12.
v. 6.

Aug. in psal.
30. sine ex-
plicationis.

Interrogatus Abbas Pastor super iis verbis, *Non red- das malum pro malo*: hæc respondit: Vindicta geminis incedit viis: Prima à corde ad oculos; altera à linguâ ad manus ducit. Ulturus se, primò cogitat ac circumspicit, quâ parte hostem feriat; deinde hoc ipsum ore agit, & manus evocat ad audendum, dicitque, cum potuero, reddam. *Verba impiorum insidiantur sanguini*. Tu igitur primam cordis viam include. Patet ista? iter impedi per alteram. Sic alter alteri cor, oculos, Linguam, manus à sanguine pura conserver. Lingua Vindicans semper cruenta est, quemadmodum os canis, qui totos dies macello inerrat, & fauces semper cruentas gerit. Hæc cruentam & Vindicantem Linguam ad Christi crucem figamus, & cam Linguâ Christianâ commutemus, quæ clamare norit: *Pater dimitte illi: Non mea, Domine, sed tua est ultio*. Opportunissimè hîc Augustinus interrogans: *Vindicari vis, inquit, ò Christiane? Nondum vindicatus est Christus. An tu passus es improbum, & ille non passus est? Nōne prior pro te passus est, qui non habebat quod pateretur? Nān in te tribulatio, fornax aurificis est; si tamen aurum sis, & non palea; ut sordibus careas, non in cinerem convertaris*. Hæc Lingua non sanguinem & vindictam; sed misericordiam & veniam poscit.

Nihil ergo habet in se utile teter ille & hostilis ulciscendi affectus; at omnia è contrario mala. Pudore calcato, nihil vacuum relinquit à scelere, non gloriæ memor, non infamæ metuens, inemendabilis, cum ex irâ in odium occalluit.

Hannibal Pœnus pulverem pede projiciens: Inter Carthaginem & Romam, inquit, bellandi finis tunc erit, cum harum urbium alterutra in pulverem suble- derit. Sic inter Christianos nonnunquam nullus vindicandi finis est, dum alter è duobus in sepulchrales cine- res fatiscat. Ad eò contumax vindictæ spiritus est. Ma- turè hîc igitur resistendum. Sibi quisque ut alteri dicat:

Quid juvat tanquam in æternum genitas iras indicere, & bre- vissimam ætatem dissipare? Quid juvat dies quos honestissimis studiis impendere licet, in dolorem alicujus tormentumque transferre? Quid ruimus in pugnam? quid certamina nobis ac- cerissimus? quid imbecillitatis oblitus, ingentia odia suscipimus, & ad frangendum fragiles consurgimus? Quid tumultuamur, & vitam seditiosi conturbamus? Dies quos labi aut excidere tristi- bus & pravis curis patimur, eos sæcum colligit tamen & in Ex- pensis tabulis ponit: Mors propius ac propius accedit. Istud tem- pus quod aliena destinas morti, fortasse circa tuam est. Quin po- tius vitam brevem colligis, placidamque & tibi & ceteris pre- stas? quin potius amabilem te, dum vivis, omnibus exhibes: desi- derabilem, cum excefferis, reddis? Quid nobis cum vindicatione & insidiis? Quæti potius pacatig, quantulumcunque superest, exigamus. Et quantum est temporis quo aut hostis tuus penâ suâ torqueatur, aut tu malum gaudium ex alienâ percipias? Dum inter homines sumus, colamus humanitatem: non timori cuiquam, non periculo finis: deridenda, injurias, vellicationes, convicia, vindicationes omittamus aut contemnamos, & ma- gno animo brevia feramus incommoda. Dum respicimus, quod ajunt, verisimisque nos, jam mortalitas aderit ductura nos ad immortalitatem.

Tom. I.

CAPVT LVI.

Linguam VITUPERANTEM seu Censoriam
nemini non exosam esse.

Socrates cum decorum adolescentem & diutulè ta- <sup>Philosophus
& Madaurâ
lib. 1. Florid.
inlio.</sup> centem conspicatus foret: Ur te videam, inquit, ali- quid loquere. Scilicet Socrates tacentem hominem non videbat. Hæc eadem Philosophia etiam in sacris pagi- nis locum habet. Nam & Siracides non ab simili modo Philosophatus: *Ante sermonem*, inquit, *non laudes virum*. <sup>Ecclesi. c. 27.
v. 7. & 8.</sup> *Sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius: sic verbum ex cogitatu cordis hominis*. Qualis arbor, tales & frondes & fru- ctus: quales hominis cogitationes, tales plerunque & voces, & actiones:

*Navita de ventis, de tauro narrat arator,
Enumerat miles vulnere, pastor oves.*

Eum qui epulas & generosum vinum ad eò commen- ^B dat, an non gulonem & catillonem dixerit? qui ad eò difertus est in alienâ formâ prædicandâ, indicium facit amoris non ad eò casti. Qui se suâque crebrius ac libera- lius laudar, à nemine non superbus judicatur. Qui om- nium dicta carpere, mores omnium censere, nemini non notam iniurere, rebus omnibus ceram ininiatulam apprimere perquam dextrè novit, an non is omnium voce Criticus & vituperator dicitur? Atqui *Vituperans* hæc lingua hoc ævo usitatissima est.

*Quisquis calculum de aliorum moribus fert è suis;
Quisque censor est alieni, nemo sed censor sui est.*

Tantò graviiores rerum alienarum vituperatores, quantò nostrarum facundiores laudatores sumus, nemo suæ mantice quod in tergo est, videt. Hinc Lingua *Vituperans*, quæ honestiore nomine *Censoria* solet appel- lari, de quâ breviter differemus.

§. I.

Solet in urbibus quorundam supellex auctione ven- ^C di. Is qui præest auctioni, in assignando cuiusvis rei pretio peritissimus sit necesse est: id enim muneris ha- bet, pronuntiare; tanti hæc tabula, tanti hoc poculum, tanti vestis hæc, tanti hæc cista veneat. Lingua de quâ lo- quimur, hoc officium sedulo exercet, suum rebus om- nibus ponit pretium, hoc centum valer assibus, hoc tribus, hoc nullo, istud vix triobolare, illud mille se- steridrum est. Hæc lingua omnia censere, carpere, vi- tuperare; rebus omnibus auctoritate addere, demere, rerum omnium defectus & vitia explicare scit. Ro- <sup>Censores
Romani
erant mo-
rum magi-
stri.</sup>

Dum in ipsa fastigia, in Principes, Reges, Cæsares, in ipsos pæne Cælitres, quibus non semper ex toto parci. Apud eos potissimum hæc lingua officiosis- ^D sima est, qui sibi videntur pleno pectore sapere, qui etiam dinumerare se stellas & metiri magnitudinem pos- se arbitrantur. Quamvis etiam apud indoctissimum quemque hæc lingua in promptu sit. Imò, *Et pueri na- Mari. lib. 1.
sunt Rhinocerotis habent*. Etiam pueri adhuc babilonien- <sup>epigr. 3. s. 4. p. 3.
sua mentio.</sup> tes sibi jus censendi, damnandi, irridendi sumunt. Nec mirum

Nam facilis cuivis rigidi censura cæcibini.

Maxima ubique rideendi carpèndique libido ac licentia est. Ubique tribunalia, ubique iudices & judicia, sed quales sūt iudices, talia & judicia, hoc est prava & teme- raria. Quamvis hoc loco de iudiciis temerariis nos nihil

Incom.
Sat. 10.
v. 31.

Q 99 2 lingua

In Annus. seu Retia Intentione lib. 2. cap. 7.

Eccles. c. 7. v. 32.

Ioan. cap. 18. v. 19 & 20. Christus a Pontifice interrogatus cur de discipulis siluit.

Plin. lib. 35. nat. histor. c. 10 ante med.

Censorem agere in rebus que non sunt sui officii non licet.

Censores & vituperatores omnibus sunt odibiles. Mart. lib. 1. Epigr. 74.

lingua enim non iudicat, & id alibi fuisse profecti sumus. Hic illam Linguae licentiam compressum imus, qua omnia quae in oculis aureisque incurunt, censentur & carpuntur. Haec lingua, mirum dictu, omnium scientiarum gnaram se fingit, perinde ac si eius dominus & Grammaticus, & Poeta, & Rhetor & Philosophus, & Medicus, & Jurisconsultus, sed & Theologus sit. Haec lingua non tantum in suis se miscet questionibus, sed eam etiam discipulicam se gerit & iudicem: quidquid non placet, audacissime censet & vituperat.

Lex est a Doctorum moralium senatu fixa: si quem laudare non potes, ne vituperas. Et certe veterum mos fuit, neminem sepelire, nisi prius laudatum. Sepeliendus itaque fuerat homo non magna frugis. Vivorum omnium alium ubique silentium de illo. Tandem prodit tonfor, qui de mortuo dixit hoc elegii: Fuisse hominem supra modum forficiabilem, & capitis, ad manus tonforis aptissimi. Unde intellectum est, vix quemquam esse tam illaudatae vitae, qui non a re aliqua laudari possit.

Ergo, si laudare non potes, saltem ne vituperas. Hanc legem exacte servavit Christus. Siquidem interrogatus ab Hebraeo Pontifice de discipulis & doctrina: Ad hanc quidem interrogationis partem de doctrina respondens: Ego, inquit, palam locutus sum Mundo: ego semper docui in synagoga, quae omnes Iudaei conveniunt, & in occulto locutus sum nihil. De discipulis penitus siluit. Quid ita? Ah, ne hoc quaeras: laudare illos non potuit, ideo nec vituperare voluit. Et quomodo eos laudasset, qui ea ipsa nocte, dum submissionem verbis & exemplis docerentur, de primis ipsi dignitatibus litigabant; qui vigilare toties moniti, sterrebant; qui carceris & mortis societatem polliciti, fugiebant. Vix poterant haec laudari, ideo modesto silentio transmittenda erant. Si quem ergo laudare non possis, saltem ne velis vituperare. Pari ratione quod attem & scientiam tuam excedit, non facile unquam cense, aut carpe.

Apelles, Plinio narrante, perfecta opera picturae proponebat in pergula transeuntibus, atque post ipsam tabulam latens, vitia quae notarentur, auscultabat, vulgum diligentem iudicem quam se praeferebat. Fertuntque a furore reprehensum, quod in crepidarum una intrus pauciores fecisset ansas. Tulit hoc Apelles & tacuit. Cum vero idem postero die prioris admonitionis emendatione iam superbior, circa crus nescio quid cavillaretur, indignatus Apelles propexit, denuntians ne supra crepidam furor iudicaret, quod & in proverbium venit. Ita parte legem sanxit nobilissimus hic pictor, ne quis censorem ageret in rebus quae non sui officii, artis, opificii, facultatis essent. Quid lingua coci in rebus architectonicis censeat? longe aliud est aedificia struere, aliud pulvis ac iuscula parare: de ollis & cacabis cocus, de structuris & fabricis architectus sententiam dicat. Quid medicum Iureconsultus docet, aut hunc ille? Quid militiae ducem ignavus factor reprehendit? diversa sunt acum situmque, & militum agmina ducere. Quid navarchum causidicus vituperat? Dissimillima sunt, in foro verba facere; & in pelago tritemem regere. Quid oratorem exagitat bambalo? ipse prius loqui discat, & linguae suae plumbum emendet, quam aliorum eloquentiam corrigat. Quid testudo tardiore amsifer volatuum ridet? Quid corvus columbae gemitus carpit? ingratiissimae sunt haec censurae. Et quamvis Musarum alumnus in scholis educatus non imperite censere possit Martis alumnus in castris exercitatum, melius tamen censuram substringet. Censores & vituperatores licet peritos rerum nemo non odit. Quod si censor sit imperitus, nausea est, & stomachum nemini non evertit; pro praemio grande in se odium concitat. Cum mollissime punitur, liberaliter irridetur. Salsae poetae verus censoriam linguam irrisit brevi hoc carmine:

Cum tua non edas, carpis mea carmina, Laeli: Carpere vel noli nostra, vel ede tua.

Poeta vis videri, Laeli, alioque carpis. Hoc nemini non promptum. Nam facilis est cuivis rigidi censura cachinni. Multis hic morbus fedet, qui, cum ipsi nihil possint, censendis aliis hoc moliantur, ut aliquid posse videantur. Frustra. Risum ferunt, non plausum.

§. II.

REX Ptolemaeus de re musica copiose differens, quaedam sibi minus respecta carpsit. Hic unus aliquis aulæ dorum imperterritus: aliud est, inquit, o Rex, scriptum, aliud lectum. Rex Macedo Alexander non minus audaci responso iustus est censuram substringere. Solebat Alexander ad Apellem, quem dixi, charissimum sibi artificem saepius revivere, & varia de pingendi arte garrere, quæpiam etiam imperitiam censere. Apelles silentium ei comiter suadens: Optime Rex, inquit, si me audias hac de re suavius filebis, ne pueri, qui colores terunt, te rideant.

Momus, ut Hesiodus canit, somni & noctis pulchellus filius, & a tantis parentibus minime degener, otium habet pro negotio, nec pæne alium laborem subit quam nihil laborare, omnium tamen labores inspicere, censere, carpere, quid perperam factum, liberrime dicere. A quo & nomen duxit Momus, seu reprehensor, vituperator.

Terrarum orbis, quod tutò affirmem, plenissimum est Momis, censura vituperis mixtae ubique plurimæ, & quidem de eadem re saepe contrariae. Eandem vestem quam ille nimis longam iudicat, hic ait nimis esse brevem. Eandem scriptionem aliqui putant exultam nimis, & pæne ad vitium elegantem, alii nimis rudem & impolitam dicunt. Idem epulum alii ut lautissimum commendant; alii delicatioris gulae, ut tenue ac paupertinum vituperant. Beneficium idem ab isto largum aestimatur, ab alio nihili fit. Momorum plena sunt omnia, quemadmodum stultorum: horum & illorum infinitus est numerus. Et quamvis non omnes stulti sint Momis, omnes tamen Momis stulti sunt. Insignissima certe stultitia est, alienos navolos rigidissimam censuram perstringere, navos suos ingentes non videre. Ita caeci & nostri amantes, alienam festucam cernimus, trabem nostram non cernimus: Quæ carpinus in aliis, ea ipsi facimus. Aliis severi sumus, nobis indulgentissimi. Rider alter alterius dementia, nemo suam. Vix ullus est qui non Censorem agat, & tamen vix ullus etiam reperitur, qui Censores non pessime oderit. Illud virtutis & innocentiae absolutissimum exemplar Christus Dominus, quam acerbos & rigidos habuit Censores Pharisæos, qui velut Epidaurii serpentes oculis acutissimis observabant, num in convivii, in concionibus, in colloquiis cum Christo aliquid deprehenderent quod vituperarent. Cum autem nequissima hæc solertia in Virtutis magistro nil vitii reperire posset, discipulos observare cepit. Manus Apostoli non lavabant? mox adfuit censura & vituperans lingua. Jejunia non tam crebra servabant? Censura denuo & vituperium secutum.

Idcirco nullus ægre ferat se suæque rigidissime censeri & vituperari: censoribus os obstrui non potest. Nec in Orbe quidquam est tam exalciatum atque perfectum, quod censeri aut vituperari nequeat. Nulla virtus tantæ auctoritatis est, quæ omnem censuram subterfugiat. Quem ergo lingua Vituperans & Censoria tam rigidè flagellat, is secum assidue in animo volvat: Mihi hoc non soli fit; doctissimis, sapientissimis, sanctissimis id æquè perferendum est: velis nolis subeundus est runcinarum raptus. Sed norint illi, qui de stirpe Momis sunt, quorum lingua censere ac vituperare tam expedit scit, exosissimos se fieri apud omnes: nam ab omnibus Critici,

Nihil in orbe tam perfectum quod vituperari nequeat.

M

Quæ sibi est

fici, Censores, Aristarchi, Syndici appellantur, ut qui Momum ubique agere, omnes diceris figere, omnia convellere norunt & carpere; qui nunquam serenam & matutinam frontem induunt, qui semper secum limam censoriam ferunt, quâ ferum impositum castigent & poliant. O Momi, quorum potissimus labor est, labores aliorum maledico dente roderet! O Momi, publicum estis odium, ad Garamantas, & Indos deportandi! Quamvis non nesciam olim genus hominum huic simile Romæ apud quosdam in deliciis fuisse. Affirmat Seneca, &: *Eadem causa est cur nos mancipiorum nostrorum urbanitas, in dominos contumeliosa, deleat, quorum audacia ira demum sibi in convivas jus facit, si cepit à domino. Ut quisque contemptissimus, & ut maxime ludibrio est, ira solutissima lingua est. Pueros quidam in hoc mercantur procces, & eorum impudentiam acunt, & sub magistro habent, qui probra meditate effundant: nec has contumelias vocamus, sed argutias.* An capitis istud ô Critici? ad Censoriam hanc dicitatem non conducuntur nisi mancipia, pueri, contemptissimi hominum & impudentissimi, qui ut convivas eò liberius dicit vellicent, à domino permittuntur initium facere. Hunc ubi censurâ parcente ac innoxia libaverint, ceteros deinde audacissime carpunt. Istius moris vestigium hodieque illic permanet, ubi saniones, scurræ, moriones mensis inerrant, & liberrimè dente joculari, sæpe non innoxio, quidquid lubet, arrodunt.

§. III.

Cum his jure comparem importunissimos seu Censores seu vituperatores illos, qui velut in convivio spargunt diceria, & modò illud, modò istud vellicent. Huic tali homini nemo satis bonus videtur, nemo satis doctus, nemo nobilis, nemo dives satis; nemo satis liberalis aut pius: ut bene de te loquatur sentiaturque, nullâ morum probitate imperabis.

Rubiginosis cuncta dentibus rodit.

Hominem malignum forsitan esse tu credas:

Ego esse miserum credo, cui placet nemo.

Imò miserimus est cui nihil placet, cruciatur enim semper, & semper irascitur, amar nullum, odit omnes, & plerumque cui nemo placet, is ipse placet nemini. Eò carpenti & vituperandi libido perducit, ut tandem pudori non sit omnes allattare, à spernari omnia. Verùm, uti jam sæpe monuimus, primum improbe linguæ supplicium est, ut in casses, quos aliis terendit, & ipsa incidat, suisque pereat inventis. Itaque tu qui alios censés, nonne censebis & ipse? qui alios vituperas, an non & ipse vituperaberis? Pedicas quas aliis posuisti, & tui pedes sentient. Equissimum prorsus est, ut plurimos habeat censores, qui unus omnium censor fuit.

Quemadmodum verò Apelles furorem ad sutrinam remisit; iret porro & suos calceos ac crepidas contempleretur; ubi lyncus illic omnia pervidisset, veniret, & curis malè picti errorem monstraret. Ita prorsus censor & vituperator seipsum in domum suam, in cor suum compellat, dicatque ipse sibi: Hic cense, hic vituperator pessimos affectus tuos, tot inoluta tua vitia, quid dicitis de præcipiti tuâ irâ, quid de tuâ tenacitate & ambitione? incontinentiam tuam non reprehendis? animum tuum libidinosum non accusas, non punis? fociordiam tuam præsertim in rebus animi tam supinam non damnas? Hic loquere, hic calculo atro utere, hic nigrum tibi theta fige: quid cessas ignave? Censoriam potestatem hic ostendas,

Te corrigas prius, alterum quam corrigas.

Quod si lingua hæc vituperans & censoria suum ipsa dominum vellicaret, & abditos illi defectus approbraret, rem sanè bonam faceret, ferretque operæ pretium. Hinc maxima in orbe quies & tranquillitas sequeretur; omnia longè quam aliâ ordinatius succederent; si

Tom. I.

quisque suus sibi censor & vituperator esset! Hoc & Christus; hoc & discipuli Christi omnibus inculcant: *Cor. c. 11. Quod si nosmetipsos diducarem, non utique judicaremur.* 2. 31.

Ergo calculus noster in nosmetipsos feratur, lima nostra censoria in nostrammet acuat stultitiam: quemadmodum scorpio effugium desperans, seipsum suâ cuspe ferit, seipsum leo aditam caudâ provocat: sic & nos irascamur contra nos: hæc nobis ira permittitur. *Ira scimini, & nolite peccare.* Sic vituperii nostri aculeus? *sal. 4. v. 5. nos ipsos fodicit. Omnes inconsulti & improvidi sumus, omnes incerti, queruli, ambitiosi. Quid lenioribus Senec. 1. 3. de verbis ulcus publicum abscondor omnes mali sumus. Quidquid irâ cap. 2. 6. itaque in alio reprehenditur, id unusquisque in suo sinu invenit. Quid illius pallorem, istius maciem notas, tu ipse pallidissimus, & totidus macie? Quid illius imprudentiam cuius, tu ipse imprudentissimus? Quid huius supercilium tangis, arrogantiam & fastu plenissimum? Quid istius avaritiam incusas, tu omnium maximus Euclio? Quid amici voracitatem carpis, cum tu inter Phagones & Novellios tricongios omnes excellas? Quid tarditatem meam objurgas, cum ipsa sis pigritia? Quid vicini iracundiam sugillas, cum ipse sis furor, & nemo te sæpius irascatur? Quidquid itaque in alio reprehenderis, id in sinu tuo invenies. Quapropter suo quisque censori dixerit, quod priscus poeta ei à quo carpebatur objecit:*

Allatres licet usque nos, & usque,

Et gammitibus improbis laceasas:

Nos hæc à scabies tenemus ungues.

Mart. lib. 5. epi. 58.

Morbus est, scabies est, tam effusa quoslibet carpenti licentia: qui morbum hunc odit, ungues teneat, linguam coërceat, aut hanc scabiem magis magisque irritabit.

X

CAPVT LVII.

Cur Lingua sit adeò custodienda.

Romani Alphabeti litteras viginti numeravimus, tres restant priori numero addendæ. De litera hic proximè appicta Quintilianus: *Et nostratum, inquit, ultima X, qua tamen cavere potuimus, si non quassissemus.* Pythagorica illa littera Y Græcorum propria est, de qua nos infra suo loco. Prisci qui peregrinas litteras non admittebant, quintam Latinorum vocalem substituebant illius vicem: Affirmat Tullius, regem Epirotarum nunquam Pyrrhum ab Ennio, sed Purrum nominatum. Ultimus Alphabeti character Z à Græcis tanquam proprium ipsorum Elementum vindicatur; ab antiquissimis illis, qui peregrina respuebant, non usurpatus. Nos ævi nostri morem secuti loquemur cum multis, & hoc Latini Alphabeti auctarium addemus hæc ratione, ut ad litteram X quæramus, quare lingua & quomodo sit custodienda. Litera Pythagorica Y duodecim medicamenta suggeret, quibuscunque vitiosis linguis inducenda. Ultima demum alphabeti littera Z septemplex artificium docebit, quo pessima quæque lingua, si non doceri ac corrigi, sustineri saltem & tolerari possit.

Atque hic quidem dum ordimur, antepenultimum Alphabeti elementum in memoriam mihi reducit piscem qui Xiphia dicitur, de quo Plinius miranda maris commemorans: Trebius Niger auctor est, inquit, piscem Xiphiam, id est gladium, nostro mucronato esse. ab hoc naves perfossas mergi in Oceano. Lingua vitiosa Xiphia-pisci simillima, semper mucronatum gerit rostrum, non ligneas solum naves, sed etiam domos vel ferreas perfossura, verè Xiphia, nam hoc molitur, ut naves quas perfoderit, mergat; ut hostes quos contigit

Q 99 3

gerit

Sm. lib. de Sapien. Constantia cap. 11.

Mart. lib. 5. epi. 29.

Quisque sibi censor esse debet.

Quintil. lib. 1. cap. 4.

Cic. lib. de Orat.

Plin. lib. 32. hist. Nat. cap. 2. antiq. med.

gerit sternat, ut domos quas perforavit; subruat. Hoc A
ipso jam liquet, quam cautè mucronatum hoc mon-
strum sit custodiendum, ne aded multis noceat. Sed
istud paullò explicatius nunc docebimus, causas in ge-
nere assignaturi, ob quas lingua tam sollicitè servanda.
Et id puro rectè ad litteram X trademus, hæc enim vel-
ut crux decussata, duas habet obliquas trabes sibi met
inlertas: ita nos geminà dissertatione exponemus, qua-
re lingua sit aded custodienda, & quomodo possit
custodiri. Primum hoc capite, alterum sequente profe-
caturi.

§. I.

IN epulo caelesti in quo Christus convivator Corpus
& Sanguinem suum comedendum & bibendum ap-
ponit, convivatorum lingua plurimum honoratur. Nam
et si convivæ divinum hunc cibum potumque intra vis-
cera recipiant, omnium tamen membrorum prima
est lingua, quæ suum Dominum velut gremio suo comple-
xâ suscipiat.

r. Causa
cur lingua
studiosè
custodien-
da.

Chryf. tom.
1. in hom. 1.
2. fol. 40.

Notetur, ob-
secro, hæc
vox sacrifi-
cium

Idem tom.
2. hom. 4. 6
in cap. 13.
Matt. mibi
pag. 386.

Hier. cap. 13.
v. 19.

Idem tom. 5.
hom. 52. ad
Pop. Ant.
mibi pag.
297. & p. 9.

Prima igitur generalis causa sit, cur lingua tam stu-
diosè coërcenda, quòd ea omnium membrorum prima
virginem corpus & sanguinem Servatoris, ipsum Dei
filium hospitaliter excipiat. Diferentissimum Chrystosto-
mus hoc unum nunquam sibi visus est satis inculcasse,
quod divinum honorem aded vel augeter vel immi-
nueret. Audite Oratorem aureum ita differentem: *Ma-
gnâ animadversione opus est, inquit, ut lingue potestate cautè
& secure utaris. Cogita apud te hoc membrum per quod cum
Deo colloquimur. Hoc est membrum per quod imprimis reveren-
dum summâ veneratione dignum sacrificium suscipimus. Sciant
fideles quod dicitur. & ideo oportet id esse liberum ab omni ac-
cusatione, maledictio, verbo obsceno & calumniâ. Et si nos ali-
qua lasciva & impudica cogitatio ardeat, ea intus est suffocan-
da, nec permittendum ut in verba exeat. Et si pusillus & de-
missus animus facit ut loqui non audeas, sed apud te murmures,
ea quoque radix est excutenda. Tutâ sit porta oportet, & perse-
cra custodia, nec permittendum est, ut intus mala consilia pa-
riantur: & si pariantur, ea sunt intus suffocanda, & est radix
eorum excutenda. Hanc habuit Job custodiam & ideo nullum
verbum inconcinnum aut absurdum protulit, sed maximâ qui-
dem ex parte tacuit. Tum demum enim solum loquendum est,
quando que dicuntur, plus profunt quam silentium. Idem
Chrystostomus: Linguam, inquit, oraturus deterge. Nam si
quis pedes tuos stercore sordidatis manibus tangeret, non modò
non exaudires, verum etiam calcibus expelleres. Quomodo igitur
inter aures tu hoc modo Deum oraverant, qui orat, quasi manû
linguâ utitur, quâ genua Dei supplicando attingit. Nolite igitur
ipsum maculare; ne Deus ad vos dicat: Si multiplicaveritis de-
precationem non exaudiam vos. Magis igitur quam pupillam
oculi linguam tuam custodias. Regius quidam equus est lingua
nostra: si ergo ei frenum immiseris & doctrinâ tuâ gradarium
feceris, ascendet in eum rex & quiescet in eo: si autem nullo fre-
no domueris, sed huc atque illic infrenem jactari permiseris, dia-
boli eam vehiculum fecisti. Nec cessat Chrystostomus idem
altius animo insigere, nam in illud Hieremiæ Prophetæ:
Si separaveris pretiosum à vili, quasi os meum eris; pro sugge-
stu explicans: Cùm itaque lingua tua, inquit, tanquam Chris-
ti lingua sit, & os tuum quasi Patris os fiat, & sancti Spiritus sis
templum, quis jam huic fuerit equalis honor? Nec enim si tu ex
auro foret os compositum, aut ex pretiosis lapidibus, ita fulgeret ut
nunc mundo mansuetudinis illustratum. Audacè est, os diaboli
simile possidere, & linguam maligni demonis habere similem,
quam habere non oportet. Christi mansuetudinis sectatorè, præ-
sertim talium participem mysteriorum, & ipsi dominica carni
cõmunicantem. Adde: Videamus, & quo modo formetur os dia-
boli, ne unquam illud comparemus. Qualiter itaque fingitur reper
imprecationes, per contumelias, per invidiam & perjurium: cùm
enim illius verba quis loquitur, illius linguam sumit. Quam igitur
habebimus ventam? vel potius quam non subibimus penam,
cùm linguam, quâ carnem gustare dominicam digni sumus ha-*

biti, negligamus diabolica loquentem? Ne negligamus, queso,
sed utamur omni studio, ut eam doceamus suum imitari domi-
num. Si enim eam docuerimus, hoc nos cum multi à fiducia an-
te Christi tribunal constituet. Nisi quis ita loqui sciverit, neque
iudex eum audiet. Sed necdum Chrystostomus finem facit
dicendi & monendi hoc ipsum, ut importunis saltem
clamoribus furdam improbitatem expugnet. Ita porò
Constantinopolitanus hic Orator pergens: *Cogita, in-
quit, quamprimum verbum protuleris, quid sis locutus, & quæ
sit oris tui dignitas. Patrem vocas Deum, & fratrem mox vitu-
peras? Cogita, unde sit, quod Patrem vocas Deum. A natura
non poteris dicere. A virtute? neque istud poteris. Sed unde? ex
solâ benignitate, commiseratione & multâ misericordiâ &c.
Ergo, Patrem vocas Deum & vituperas? Atqui non sunt ista filii
Dei, sed porò aliena. Quod ergo opus est filii Dei inimicis igno-
scere, pro crucifigentibus precari, pro odio habentibus sanguinem
fundere, ista demum digna sunt filio Dei, inimicis, ingratos, su-
res, improbos, insidiatores; fratres & hæredes facere, non eos qui
fratres facti sunt, veluti mancipia vituperare. Cogita quæ ver-
ba sit os tuum locutum, quâ dignatum mensâ, quæ contingat,
quæ degustet, quo cibo fruatur. Perpende cum quibus tempore my-
steriorum adles, nempe cum Cherubim, cû Seraphim. Seraphim
neminem vituperant, sed unus & idem usus ora illorum adim-
plet, nempe benedicendi & glorificandi Deum. Quomodo ergo
potes cum illis dicere Sanctus, Sanctus, Sanctus, qui ore tuo ad
vituperium abuteris? Dic queso, si vasculo regio, quod semper ci-
bos habeat regios & ad illos ordinatum sit, ad sterora mini-
strorum quispiam abuteretur, an auderet illud cum reliquis ad
eadem edulia regia deputatis, sterore resertum denuo reponere
Nequaquam. Atqui ejusmodi est, quod fratrem accusas, quod
vituperas. Cur itaque te ipsum sordidum reddis & pollutum in
caelis conspicias, & vituperas? Cum Angelis conversaris, & vitu-
peras? Osculo dominico dignatus es, & vituperas? Tot ac tantis
rebus os tuum adornavit Deus, utpote hyminis Angelicis, cibo non
tantum Angelico, sed Angelicam etiam dignitatem superante,
osculo suo, complexibus etiam suis & vituperas? Noli obscuro.
Magnum malorum causam habens res ista quam longissimè
absit à mente Christianâ. Claudamus oris nostri januam, obji-
ciamus repagulum, mordeamus nos ipsos? si quando grave ac du-
rum quoddam verbum dentes nostros transilire voluerit. Prece-
mur Deum, precemur proximum: conviciis affectum, nihil hujus
agrè feramus. Nos ipsos percussimus, non illum.*

§. II.

ITa Chrystostomo indignissima res visa est, linguâ quâ
Deum alloquimur, quâ Dei filium amplectimur, quâ
Cælitæ salutamus, eâ ridiculas fabulas, graves obre-
stationes, libidinosas spurcicias spargere. Audène Chris-
tiane, Dominum Deumque tuum in spelæum colubris
ac basilicis plenum introducere? audène purissimum quâ Deum
illud Domini corpus contingere linguâ tuâ, quæ sentit
na & cloaca est iniquitatis? Narrationem hic atexo
quæ melius rem oculis subijciat.
In urbe celebri non infimæ sortis femina habitabat
D hæreticorum domibus septa, quamvis Catholicorum
mysteria illinc non penitus exularint. Idcirco matrona
illa morbo correpta, divinam synaxin à Catholico cù-
rione petiit ad se deferri. Hic jam deliberatum est inter
cognatos, quandoquidem domus duplici erat ingressu,
quæ ædium parte, anticâ vel posticâ Corpus domini-
cum inferretur, erant autem non procul postico sellæ
Patroclianæ. Fuertunt qui dicerent, cavendis vicinorum
irrisionibus & fannis, Eucharistiam per posticū inferen-
dam, illic enim non facile irrisorem fore, ubi nulla esset
hominum frequentia. At boni homines, non hoc spe-
cabant, ne ferculum caeleste irrideretur, sed ne facerent
quod vicinis displiceret. Non tulit hoc animorum frigus
matrona ægra, & cognatos increpans: Quid istud, in-
quit, suadetis frigidis: non ita fiet. Per anticam Christi
inferatur, rideant qui velint; sinamus, quod vetarè non
possumus. Ego certè Dominum meum hac ignominia
non

Idem tom. 4.
hom. 15. in
cap. 4. ad
Ephes.

Li
no
ra
nu
cor
bet
sun

Res indi-
gnissima
libidino-
sas spurci-
cias sparge-
re lingua
quâ Deum
alloqui-
mur.

Per
cor
gna
nub
cur
cep.

non afficiam, ut eum juxta latrinam inferri curem. Ita A
 controversia animosè ac prudenter decisa est. Interroga,
 oro, mi Christiane linguam tuam, aut eâ tacente, con-
 scientiam tuam, quantum illa sordium contrahat uno
 die, hebdomadè unâ, mensè, aut anno uno, an non ea
 demum exundans cloaca erit. tot otiosus, inutilibus, fo-
 dis, noxiis sermonibus stipata? & tu hac ipsâ linguâ
 Christum non transeuntem, sed in te ingredientem,
 vis excipere, contingere, amplecti? At lota est, inquis,
 piaculari confessione. Quidquid sit; tanti hospitis ho-
 nori necdum satis consultum. Si ego tibi piscem appo-
 nam delicatissimum, in eâ tamen patinâ, quæ manuum
 pedumque sordes & omne genus sputorum aliquanto
 tempore exceperit, num hoc tibi ferculum appeten-
 tiam ciebit? Quid indignaris? jam lota est. Sit lota, in-
 quis, & nauseam non moveat, honori tamen nequa-
 quam est, prandium etiam dapsile tali præbere patinâ. Et
 tu tibi persuades, non displiciturum Christo, si eum lin-
 guâ, quæ omnium spurciarum fuit receptaculum, velut
 patinâ cibum suscipias?

Ergo lingua vel ideo solertissimè custodienda est,
 quod ea omnium prima cælestem panem contingat. Sa-
 cram mensam sæpius accedis? tandè igitur purior sit lin-
 gua, quantò crebriùs tantum dominum & puritatis au-
 ctorem recipis. Rarè corpore Christi pasceris? tandè igitur
 frequentius labèris linguâ, quantò rariùs biberis ex
 hoc fonte Gratiarum. Vide igitur & attende, ne in te di-
 ctum sit: *Nolite dare sanctum canibus.*

Math. c. 7.
v. 6.

§. III.

2. Causa
linguæ stu-
diosissimè
custodiendæ.

Altera causa Linguæ studiosissimè custodiendæ
 hæc est: Qui linguam velut ignem custodit, ab in-
 numeris se malis defendit. Jacobus Apostolus *Linguam
 inquietum malum, plenam veneno mortifero* dixit. Quid in
 udem hoc agileque membrum dici potest gravius? si
 extrema linguæ cusps venenata foret, quis non jure
 istius jaculi venenatam cuspidem timeret? enim verò lin-
 gua non leviter infecta, veneno plena est. Bufonum tóxi-
 cum propinat, non arterias solum occupat, cor petit
 & jugulat. Linguam purescintillam modicam, sed silva
 sit quæ Orbem terrarum æquet, hanc scintilla illa uni-
 ca & incendere potest, & comburere. Sanè in numeros
 redigi non possunt Iliades malorum, quæ ab unâ atque
 unicâ linguâ proveniunt. Ergo sopienda est favilla, nè
 surgat in flammam; surculus amputandus, ne crescat in
 silvam; gutta exsiccanda, ne tumescat in fontem. Lin-
 guam non impetus, sed intellectus ad loquendum sol-
 vat. Nec enim oculi tantum clausi, sed & lingua servan-
 da est vincita. Nam ut bene ratiocinatur Gillebertus:

Linguæ
nomen
ta nullis
numeris
compre-
hendi pos-
sunt.

Gillebertus
Bernardus
succenturia-
nus, ser. 24.
in Cant. pro-
pium finem.

*Lingua prava iracundia & indignationis occasiones requirit,
 injurias vel falsas simulat, vel veras exaggerat, quas debuerat
 dissimulare: ad offensam officia etiam interpretatur, & vene-
 nati sermonis scintillas adhibet ad commovendum cor suum.
 Quid lingua nequam cordi tuo talem adhibes flammam? suffi-
 ciat illi flamma sua, sufficiat illi concupiscentiæ ardor carnalis,
 & levitatis calor innata, quibus cor tuum ut volubilis rota im-
 pellitur. Noli ignem igni adhibere, & concupiscentiæ addere ma-
 litiâ. Ignem hunc quem evomis, hauris de gehennâ. Inde inci-
 pit, & illud rapit. An non igitur hic ignis ne latius serpat
 coëcendendus, ne ad orbem rapiat, extinguendus? Erym-
 non Linguæ Bernardus investigans, Lingua, inquit, di-
 citur, quia lingit adulando, mordet detrahendo, occidit men-
 tiendo.*

Bern de in-
ter domo pa-
tenti 1087.

Ruben, de
mor. Ling.
cap. 39.

Leonardus Rubenus Abbas in S. Benedicti familiâ,
 corruptæ Linguæ centum viginti quinque vitia seu ma-
 la compendio percenset. Putem ego vitiosæ Linguæ no-
 cumenta nullis numeris posse comprehendi, res infinita
 est. Ecquis numeret? *Universitas iniquitatis, Lingua effren-
 nis: Orbis Phaëthon est.*

§. IV.

Svidas, alloquendo Linguam interrogat: Lingua quò
 vadis? Cui illa responder: Urbem evertura aut in-
 stauratura. Tantæ sunt vires huic carnis particulæ, civi-
 tates totas vel subruere, vel excitare potest; multum, si
 velit profutura; si nolit, obitura plurimum. Hebræus
 sapiens pronissimè assentitur, &: *Benedictione Iustorum,
 inquit, exaltabitur civitas, & ore impiorum subvertetur.* To-
 tum Orbem potest, nedum urbem subvertere hic Phaë-
 thon. Pompejus certè dicere ausus est: Si pede vel semel
 terram feriat & arma vocet, totum terrarum orbem ad
 arma ruiturum. Suidas, quem dixi, juvenem producit
 ita loquentem: Boni patris filius ego sum, linguam qui-
 dem ignavam, manum autem habui operosam. Nunc
 ista periclitatus, video mortalibus linguam, non facta,
 omnium rerum esse ducem. Mox additur velut respon-
 sum: Lingua tu quidem polles: virum ego verò scio ne-
 minem bonum, qui perpetuò videri vult se rectè dicere.
 Nam improbi oris esse judicatur, qui sermone semper
 vult esse victor.

Suid. V.
v. 1087.
m. 1087.

Prov. c. 11.
v. 11.

Prov. c. 13.
v. 3.

Et quis nostrum est, qui non vel invitus fateri coga-
 tur: O lingua, lingua, quot mihi pericula struxisti, quot
 quantaque mihi damna inflixisti! Quoties, ô quoties
 tuo vitio Deum offendi, homines læsi, meipsum perdidit
 Sed imposterum ero cautior, fallacias tuas vigilantius
 observabo, impetus tuos animosius coëcebo; ligabo te
 & catenis vinciam, ne rationis injussu temerè prorump-
 pas. Novi Salomonem sapientissimè dixisse: *Qui custo-
 dit os suum, custodit animam suam: qui autem inconsideratus est
 ad loquendum, serviet mala.*

Si constet aliquod provinciæ vel regni propugnacu-
 lum velut clavem esse, ad eam provinciam seu regnum
 hosti referandum vel ocludendum & obserandum,
 ignavus sanè princeps aut rex sit, sibi que malevolus, qui
 propugnaculum illud militaribus excubiis non sumet,
 qui curas & cogitationes non conferat in eum locum, de
 quo verè dicatur: qui custodit hoc oppidum, custodit
 regnum: tuta sunt omnia, si huic castro satis prospere-
 ctum: si hostis hinc arceatur, alibi frustra oppugnabitur.
 hoc castrum expugnet, incassum alia propugnabuntur.
 Atqui nos scimus verissimè dictum: *qui custodit linguam
 suam, is custodit, & animam suam:* qui unicum hoc malum
 cavet, innumeris se malis subducit.

In eo igitur homine disciplina omnis collapsa sit ne-
 cessè est, qui propugnaculum hoc tanti momenti negli-
 git; hostem nusquam cavet, si hic non caveat; animam
 perdidit, qui linguam non servavit.

§. V.

Aunt hominem Hebræum Rabbi Jehuda, virum
 facerem in foro proclamasse, sibi esse domi aquam
 auream maximi pretii, quæ restituendis viribus & pro-
 ducendæ vitæ plurimum faceret. Auduit hoc filiola Rab-
 bi Jodai & domum nuntiavit patri, venales esse pretio-
 sissimas merces. Mox emprores affluere, & de aquâ vitæ
 aureâ curiosè quærere, pecunias amplas spondere; qui-
 bus ille domum perductis & Bibliis apertis trigesimali ter-
 tiâ Psalmi versum decimum tertium recitavit: *Quis est ho-
 mo qui vult vitam, diligit dies videre bonos: prohibe linguam
 tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum.* Et hæc illa
 est, inquit, aqua vitæ aurea, *Prohibete linguas vestras à malo,
 vitam & dies videbitis bonos.*

Psal. 33.
v. 3 & 14.

Doctrinale
Hebr. c. 12.

Hoc illud, ô cives & Orbis incolæ, nobilissimum
 pharmacum est adversus innumerabilia mala: *Prohibete
 linguas vestras à malo.*

Trojanus Rex Æneas consulturus oraculum, Sibyl-
 lam obnixè rogat:

Vir. lib. 6.
Æneid. post
im.

Folius ne carmina manda.
 Folia sunt hominum verba. Bernardo id credamus ita
 scribenti: *Vitis & volatilis res verbum hominis, nullius molis, Pet. & Pauli
 nullius ser. 2. initio.*

Bern. die se-
sto Apost.

nullius ponderis, nullius pretii, nullius soliditatis. Aërem verberat, unde & verbum dicitur. Et sicut folium quod vento rapitur, effluit, & non est qui consideret.

Sunt qui quidquid iræ, quidquid indignationis & lascivæ animo conceperunt, id istis foliis inscribant. Hinc confusio rerum & perturbatio plurima. Ne, quæso, carmina tam stulta, tam lasciva foliis mandate; grande vos malum expectat. Ne cogitationes tam impuras & plenas furoris per verba effundite. Prohibere linguas vestras à malo, à malis imò innumeris.

Ad rem egregiè dixit Chrysothomus: *Tale os omnium malorum est causa: imò non os; sed qui illo male utantur. Hinc vituperia, convicia, blasphemie, incendia, & fomenta voluptatum, cædes, adulteria, furta breviter hinc omnia mala generantur. Et quomodo cædes, inquit? A contumeliâ in iram, ab irâ in plagas, à plagis ad cædem progressus es. Itaque si sermone tuo edificacionem subvertis, melius est ut taceas & nunquam loquaris.*

Chryst. tom. 4. hom. 15. in cap. 4. Ephes. mibi pag. 214.

Bern. de in-ter. domo ferm. 43.

Matth. c. 12. v. 34.

Chryst. tom. 1. in cap. 1. Genes. mibi pag. 20.

Nec aliter Bernardus: *Vanus sermo, inquit, citò pollut mentem, & facile agitur, quod libenter auditur. Vanus enim sermo vana conscientia est index. Mores hominis lingua pandit, & qualis sermo ostenditur, talis animus comprobatur, quoniam ex abundantia cordis os loquitur. Sermo vanus non erit absque iudicio, quia ab omni rectitudinis statu deperunt, qui per verba vana dilabuntur.*

Quid clarius dici potest aut gravius? *Ab omni rectitudinis statu deperunt, qui per verba vana dilabuntur.* En Lernam malorum, linguam non religiosè custo ditam! Qui Linguam non custodit, in Lernam hanc incidit. Priùs ergo, quod Chrysothomus monet, ruminentur & librentur verba, & postea proferantur.

CAPVT LVIII.

Modus custodiendi linguam, observare loquendi circumstantias.

IN Thracia, locis rigentibus vulpes, animal alioqui ferri auditu, amnes gelatos lacùsque non nisi ad patum itura redituræque transit. Observatum eam aure ad glaciem apposita coniectare priùs et assitudinem gelu, & explorare num fortè fallura transeuntem glacies, nunñ subterlabentes aquæ audiuntur, quæ indicium faciant, fallacem crustam vestigiis celsuram: Quisquis ad loquendum os pandit, glaciem subit periculossimam: Idcirco iter hoc omne præcendendum est, ne cæca vestigia fallantur.

Plin. lib. 8. hist. nat. cap. 28.

Eccle. c. 22. v. ult.

Siracidæ votum est: *Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum circum, ut non cadam ab ipsis & lingua mea perdat me.* Tantâ opus circumspèctione, tot expendendæ circumstantiæ locuturo, tantæ omnino molis est rectè loqui, ut vel sapiens non immeritò certam sibi damnationem metuat ex solâ linguâ, & ardentibus votis scire cupiat, ecquando aperiendum, claudendumque sit hoc oris ostium. Ad errandum quippe, vel unius circumstantiæ defectus satis est; ad rectè loquendum sedulâ omnium circumstantiarum observatione opusest. Philosophiæ scitum est, Bonum consurgit ex integrâ causâ, malum è quocunque defectu.

Quapropter rectè convenienterque à præfisis Patribus Basilio, Ambrosio, Bernardo, atque alijs circumstantiæ loquendi proponuntur, iis observandæ sedulo, quibus curæ est loquendo non errare. Sequamur ergo duces quos habemus sanctissimos, & ordine loquendi circumstantias ad numeremus.

S. I.

1. Loquendi circumstantia: Rectè intentione loqui.

PRIMA loquendi circumstantia, Rectè Intentione loqui. In limine offendit, & ad ipsam domus januam impingit, qui aut nullo fine, aut non bono loquitur. Neque enim satis, ut suum verbis sit pondus, illaque à se

non mala sint, sed & certus bonusque finis necesse est iis respondeat.

Est non nemo (beati Bonaventuræ iudicio) qui linguam à profanis sermonibus substringit, sed eo fine, ut spiritualis habeatur: alius ideo loquitur, ut acuti ac limati homo ingenii, vel ut disertus & eloquens audiat: illud hypocritis, hoc vanitas est & superba stultitia. Sunt qui loquantur ut risum moveant, alii ut fletum ac lacrymas eliciant, sed non pias & parum profuturas: hi verba eò congerunt ut hominem sibi designatum ad indignationem & iram provocent: alii loquuntur tantum ut loquantur, horâsque optimas non tam fallant quam perdant. Prava Intentio, pessimi fines.

Quare locuturus ante suum ipsè os interroget: *Cur moveris, cur panderis, cur loqui vis?* aut causam loquendi ede, aut tace. Vide obsecro, mi Lector, quæ de rectâ Intentione differuimus duobus libris in Amussi, eò te volentem, puto, amandamus, ideòque nunc pergitur.

Alterâ loquendi circumstantia, *Circumspèctè loqui.* Illud de quo sermo instituendus diligentissimè considerandum est, neque vel verbum unquam efferendum sine circumspèctione. Dicâs: quis omnia verba ad artificis libellam examinet? Is omnino, mi Christiane, accuratè hoc facit, qui audierit jubentem: *Aurum tuum & argentum tuum confila, & verbis tuis factio stateram, & frenos ori tuo rectos, & attende ne fortè labarù in linguâ.*

Attentam hanc circumspèctionem in verbis ipsa nos natura docet, quando linguam non unâ duntaxat januâ munivit, dentium unâ, labiorum alterâ, ita pariete gemino sepsit. Chrysothomus id disertè asseverans: *Deus Christem eam, inquit, velut muro duplici voluit circumdari. Nam dentium tegmine & labiorum custodia continetur, ne verba improvidâ garrulitate proferantur. Refrena igitur linguam, & si non patitur reticere, dentium morsu quiescat, & tanquam carnicifici tradatur dentibus, nam hoc est eam conducibilis sustinere, quàm postea aquæ stillationem nullatenus promereri.* Hinc ille absurdè quippiam locutus interrogatur:

Dentis clausura tui quæ vox elapsa reliquit? Cum igitur natura linguam vallo dentium & septo labiorum cinxerit, cum aures dederit parulas, non solum parè loquendum, sed etiam consideratè; imò ut possis parcius loqui, loquere consideratius.

Duas, ut ajunt, venas exporrigit lingua, illam ad cor, ad cerebrum istam, ubi sedes intellectui assignata: quo quidem erudimur, id omne quod à linguâ prodit, plenum esse debere rationis. Atque hoc inter hominem factuum & sapientem discriminis est, quod fatuus cor suum ore reponat, sapiens os suum in corde recondat; illum ad verba provocat garrulitatis libido, suadè que omnia quæ libet licere loqui; prudens in corde os continet: quidquid enim ab ore abit, consilio, ratione, iudicio libratum venit.

Quæ de re Cypriantus ita ratiocinatus: sicut homo sobrius & temperans nihil ciborum trajicit in stomachum quin illud ante præmanderit, & dentium molâ subegerit: ita vir prudens nil linguâ in publicum protrudit, quod non priùs in pectore digesserit. Oratio bilancii rationis non imposita, & tixas & plurimum mali excitat.

Par esset omnino, ut non minus tardè ac difficiles ad solvendam linguam, quàm ad aperiendam crumenam essemus. Quàm lentè, quàm & consideratè, Deus bone, loculos didicimus, nunquam deliberatior mora est, nunquam magis lyncei sumus, quàm cum pectus expendimus, hic omnem in pectus fenatum cogimus; hic variâ quæstiones, an non nomen jam expunctum per conjugem, per liberos, per cognatos, per servum? & quàm levis est tamen iactura numi inconsulto expensu, si cogitetur damnum sermonis malè prolati? hic moremur, hic deliberemus; in nullo laudabilius cunctabundum erimus,

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

di erimus, quam in loquendo. Cogitet prudens cun- A
ctator quid locuturus, quã de re, & quam ob causam?

§. III.

§. II.

3. Circum-
stantia: Ve-
recundã lo-
qui.

Tertia loquendi circumstantia, *Verecundã loqui*, seu, quis & apud quos loquaris pendere, an juvenis coram senẽ, discipulus coram magistro, coram sacerdote profanus, coram patre filius, coram domino servus; an contrã coram liberis parentes, coram discipulis magistri; coram tironibus veterani.

Ecclesi. cap. 7.
v. 15. & cap. 32. v. 10. 11. 12. 13. & 14.

Sacrã paginã monent: *Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum. Audi tacens, & pro reverentia accedet tibi bona gratia. Adolescens loquere in tuã causã vix: si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum. In multis esto quasi inscius, & audi tacens simul & querens. In medio magnatorum non presumas; & ubi sunt senes non multum loquar.*

Silentium est actus verecundia; & in dolis bonæ signum.

Divo Bernardo teste, silentium est maximus actus verecundia. Est etiam in dolis bonæ & educationis ingenii signum, senioribus juvenem concedere; & ipsa decori ratio exigit tacere, aut parçẽ loqui, ubi sunt qui dignius loquantur.

4. Circum-
stantia: Accommodatã loqui.

Quarta loquendi circumstantia, *Accommodatã loqui*, præsertim loco & tẽpori. Primarium prudentiã munus est, scire loqui tempore locoque congruo. Quod affirmans Siracides: *Homo sapiens, inquit, tacebit usque ad tempus: lascivus autem, & imprudens non servabunt tempus. At verò sedulum istius circumstantiã observatorem oracula divina sic laudant: Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo. Neque verò placere potest quod profertur tempore non suo. Nam ut Siracides testatur: Ex ore fatui reprobabitur parabola: non enim dicit illam in tempore suo.*

Ecclesi. c. 20. v. 7.

Prov. c. 25. v. 11.

Ecclesi. c. 20. v. 12.

Huc spectat modestiã præceptum: Sermonem alterius non interrompere; quod non solum Urbanitas fieri vetat, ut agreste quid, sed & Humilitas damnat, ut superbiolam. Hebræus Sapiens sic pronuntiat: *Qui prius respondet quã audiatur, stultum se esse demonstrat, & consensione dignum.*

Prov. c. 18. v. 13.

Ecclesi. c. 11. v. 8. Alii legunt seniorum.

Hoc ipsum Siracides confirmans: *Priusquam audias, inquit, ne respondeas verbum, & in medio sermonum ne adicias loqui.* Expecta sis igitur dum alius sermonem quem cœpit, finiat, tum tu ordire proferre tua, alioqui garrulæ fatuitatis signum præbebis. Addit hinc Basiliius: Si quid in plurium confesso interrogetur, tu respondendi vices aliis ne præripi; tace dum sigillatim dicere jubearis, est enim superbiã, ultro sese offerre aut ingerere, & principem respondendo locum præoccupare.

5. Circum-
stantia: voce submissã loqui.

Quinta circumstantia est, *voce submissã loqui*. Est modestus non solum in rebus, sed etiam in sermonibus. Hipponensis præsul Augustinus in illud Marthæ cum Magdalenã breve colloquium: *Et vocavit Mariam sororem suam silentio, dicens: Magister adest, & vocat te. Quomodo, inquit, silentio vocat cum loquatur, dicatque, Magister te vocat? Et responderet, vocem depressam silentium vocari. Sed de voce submissã egimus cum linguam tumultuantem castigaremus.*

Joan. cap. 11. v. 28.

Ad hanc loquendi circumstantiam reducitur à sancto Bonaventurã oris serenitas, & in gestu decorum. Nam os contorquere, nares corrugare, labia nimium diducere, frontem caperare, caput ventilare, & decenciam graviter offendunt, & signa sunt animi malè compositi. Sic & voci moderandum, ne illa nimium fracta sit & remissa, ac si loquentem loqui tædeat. Sermonem suavitas condiat, vulum serenitas aperiat.

Ecclesi. c. 35. v. 11.

Ecclesi. c. 26. v. 4.

Non solum voces omnium sapientum, sed & divini libri mirificè commendant serenitatem oris. Siracidæ præceptum est: *In omni dato hilarẽ fac vultum tuum. Quidquid agis expotrigẽ frontem, exite tristiorẽ ac severiorẽ vultum: homines tranquillã bonãque mentis aspice, In omni tempore vultus illorum hilaris.*

Hic ego Magnates, proceres, principes, regesque universos submissimẽ obtestor, sed & patresfamilias, religiosorum majores, & quoscunque alios præfides rogo, Salomoneum illud oraculum attentissimẽ perpendant: *In hilaritate vultus regis, vita; & clementia ejus quasi imber serotinus.* Nam facies regis amœna & hilaris incolumitatem, & vitam quodammodo afflat, inspiratque subditis. Sicut aurorã jamjam appetentis jubar caliginem noctis discutit; ita jucunda regum facies mortem ac metum pavefactis admittit.

Annæus Seneca cogitare jubet, utrum Mundi status gratior oculis pulchriorque sit sereno & puro die, an cum fragoribus crebris omnia quatuntur, & ignes hinc atque illinc micant? Atqui non alia facies est quieti moderatiquẽ imperii, quã sereni cœli & nitentis. Crudele regnum turbidum tenebrisque obscurum est, inter trementes & ad repentinum sonitum expavescentes, nec eo quidem, qui omnia turbat, inconcusso.

Decorum est omnino, ut principes regesque non solo nomine, sed & vultu animoque sint serenissimi, cœlum nobis innube ac purum repræsentantes: regii vultus nubila plus quã ætheris minacem tristitiam horremus. Quisquis imperat, vultum induat serenum, & longè suavius, & efficacius ut plurimum imperabit. Contra cœta frons, & acerbior vultus exosum reddunt Imperium. In hilaritate vultus regis, vita. Atque ut fronticina est lingua, ita dictum illud sapientissimum mihi videtur, quo non magnates tantum, nec soli Principes, Reges, Imperatores, quamvis hi præcipuẽ, sed quicumque alii vel familiam solum gubernantes moventur, frontem, os, pectus eã ratione observare. Ut in fronte sal, in ore mel, in pectore sale gerant seu mare. Explicamus.

Primum gubernationi cuicumque necessarium est, *In fronte sal*, seu naturalis quædam Prudentia, saltem mediocritati propinqua. Imprudens & temerarius Phaethon non regit currum, sed evertit.

Alterum ad temperandam potestatem pernecessarium est, *Mel in ore*, seu suavitas sermonis & justus. Imperia inhumana & aspera sunt exosissima. Roboanus Rex Israëlis & Judæ, imperio immitti unico, omne Israëlis regnum perdidit. Cui minus est prudentiã, plus mellis affundat; imò & prudentissimus quisque, si melle careat, inter barbaros & crudeles dominos numerabitur. Aut igitur non impera, aut imperium mitiga.

Tertium quod ad gubernationem requiritur est, *In pectore sale*, seu mare, quod pectoris amplitudinem designat: angusti animi homo, ad tenendum imperii deservum tam non idoneus est, quã lepus ad tenendum tympanum; omnia ille metuit si vel mus obstrepit. In Regum fastis asseritur: *Dedit quoque Deus sapientiã Salomoni (ad gubernandum) quasi arenam que est in littore maris.*

Ergo in gubernatoris & præfidis cuicumque capite sit Sal, in ore Mel, in pectore Sale. Et licet mel oris, suavitasque sermonis, ubique grata & pæne semper sit necessaria, præcipuẽ tamen, cum aut monemus, aut reprehendimus. Qui alium castigat iratus ipse aut perturbatus, videtur id nequaquam facere ut emendet, sed ut vulneret, *Virtus enim cum vitio non rectè docetur*, nec per superbiam humilitas instillatur, nec per impatientiam patientia commendatur. Si me flere vis, flendum prius ipi tibi est: si objurgare me vis, omite quod prius in te foret objurgandum. Beato Ambrosio maximè placet, *Amir. lib. 1. c. 2. 2.*

Monitum Ambrosii, præceptum Pauli confirmat: *Seniores me increpaveris, sed obsecra ut fratres. Quidquid docere ac persuadere volueris, mansuetudinis exemplo & citius docebis & efficacius persuadebis.*

§. IV. Hic

aliis orans: Pone Domine custodiam ori meo. Nulla bestiarum seipsum domat: solius hominis est cicutari a seipso, vel ut rectius dicam, ultro seipsum offerre cicutandum. Augustinum iterum excellentissime hac de re differenter audiamus: verba illius fide optima recitabo. Homo, inquit, domat feram, non domat linguam. Domat leonem & non refrenat sermonem. Domat ipse, & non domat seipsum. Domat quod timebat, & ut se domet, non timet quod timere debebat. Addit. Attendite similitudinem ab ipsis bestiis quas domamus. Equus non se domat; Camelus non se domat; Elephantus non se domat; Aspis non se domat; Leo non se domat; sic & homo non se domat. Sed ut dometur equus, bos, camelus, elephantus, leo, aspis, queritur homo: Ergo Deus queratur, ut dometur homo. Ergo, Domine, refugium tu factus es nobis. Conferimus nos ad te, & bene nobis erit de te. Malum est enim nobis de nobis. Quia dimisimus te, dimisisti nos nobis. Inveniamur ergo in te quia perieramus in nobis. Quid ergo fratres mei? dubitare debemus, quia mansuetos nos faciet Dominus. si nos domandos ei prebeamus? Domuisti leonem, quem non domat te qui fecit te?

Hoc igitur studioissime laboremus ut nos nostramque linguam Deo domandam, per preces precationes prebeamus. Ipsemet Augustinus quod sermone docuit, exemplo firmavit. Siquidem de seipso fassus: *Quotidiana, inquit, formax nostra est humana lingua. Imperas nobis, Domine, & in hoc genere continentiam. Da quod jubes: & jube quod vis. Tu nosti de hac re ad te genitum cordis mei, & flumina oculorum meorum.* En Augustinum non solum orantem, sed & plorantem, ad evitandum linguæ venenum. Quisquis igitur, bene vult loqui, bene orer: primum & pæne princeps vitiosæ linguæ remedium est ORATIO.

§. II.

Alterum est ASSIDUA COGITATIO DEI VBIQUE PRÆSENTIS. Heu quales per Orbem sermones volant, quam impuri, quam pestilentes! Quisquis es, obsecro, vel solâ cogitatione Orbem obi, & auscultat, quam ridicula, vana, fœda, noxia loquantur homines, perinde si nullus sit Deus qui omnia singulæque audiat, omnia singulæque judicaturus & puniturus. Illorum insipientium infiniti sunt, qui dicant in corde suo, Non est Deus. Is certe Deus his talibus non videtur esse qui lenissimos quoque susurros & occultissimas quasque cogitationes audiat. Hinc nemo quod bonum est loquitur, nemo quod purum sanctumque est cogitat.

Si quis hodie Cynicus Diogenes cum laterulâ obceat, selesque confabulantium circulis inferat, ponatque illam Domini questionem: *Qui sunt hi sermones, quos confertis ad invicem?* Plurimi, vix dubitem, faterentur quod res est, & hi quidem dicerent: acutimus linguas & absentes egregie vellicamus; se tamen obrectatores esse negarent. Alii: misertias nostras vicissim querimus; hoc pallo murmurâtes hi tegunt. Alii: rumores novos narramus. Deberent dicere, nugas, fabulas, nec non mendacia tractamus. Isti: bona verba damus, hoc est, adulamur & palpamus. Illi: est nobis de aliquo controversia; sic rixas & jurgia honesto nomine defendere solemus. Essent qui dicerent: Fallendo temporî sermonis symbolas conferimus; rectius responderent; Otiosa miscemus colloquia, susurriones agimus. Sed neque inverecundis & lascivis decesset larva, quam suis spurcitiis oppanderent, factos se atque hilares esse affirmarent. Ita pessimis quibusque loquuntur honestos titulos præfigimus. *Nemo quod bonum est loquitur.* Quod inde ferè provenit, quia nemo Deum ubique præsentem reveretur. Quod si Christianus aliquis Diogenes interrogando pergat: *Quid sunt hi sermones vestri?* quo in numero centendi, quo præmio affiendi, vel supplicio? num eos Deo placere creditis? Hic ferè risus & irritio responsi vice lequeretur, aut certe frigidissimum improba linguæ patrocinium. Nam etsi Deum ubique præsentem

credimus, certè non cogitamus. Hanc autem cogitationem Gregorius Neocæsariensis reprimendæ verborum levitati efficacissimam ducebat, quando vaniloquiis nostris Majestâs divina (si posset) in trifidum daretur. Certè beatus Paulus cû jussisset Ephesios omni sermone malo abstinere, tanquam rationem reddens: *nolite, inquit, contristare Spiritum sanctum.* Veteris Philosophiæ præceptum est: *Sic loquendum esse cum hominibus, tanquam Dii audiant; sic cum Diis tanquam homines audiant.* Hoc ferè sensu sapienter præcipit & Seneca: *Sic vive cum hominibus, tanquam Deus videat; sic loquere cum Deo, tanquam homines audiant.* Prose etò ad omnem vitæ licentiam & improbitatem plurimis expeditissima est, hæc unica cogitatio: *Solus sum, & nemo me videt.* Tunc mala consilia agitantur aut aliis aut sibi futura pericula struunt: tunc cupiditate improbas ordinât: tunc quidquid aut metu aut pudore celabat animus expromit: tunc audaciâ acuit, libidinem irrat, iracundiam instigat. Ita se solum esse credere, à nemine vidèri, à nemine audiri, scelestum grandis stimulus est. Quisquis igitur cupit frenare linguam, assidue Dei præsentiam cogitet. Tantò quis cautius loquetur, quantò sibi alius impresserit hoc unum: *Audiris; autem Anno Angeli audiunt, Deus audit, & tu ditorum rationem posceris suo* Beatus Petrus ad id hortatus: ** Si quis loquitur, inquit, quasi sermones Dei.* Deus ubique præsentissimus, & spectator & auditor est omnium. Hic te rogo, mi Lector, præsentiam meum non gravatè adi, & vide quæ illic de Dei præsentia in omni loco explicatè traduntur. Quare alterum curandæ linguæ remedium est. Assidua Dei ubique præsentis cogitatio.

§. III.

Tertium est PRÆMUNITIO ET ANIMI PROVISIO AD LOQUENDUM. Hic nobis commodum est jam proxime priori dissertatione monuisse observandas in loquendo circumstantias. Quod præci patres variè condidit capite firmant. Ambrosius particulatim: *Sapiens, inquit, priusquam loquatur, multa considerat: quid dicat, cui dicat; quo loco, quo tempore dicat.* Nimirum hæc prius animo cogitanda, quam laxanda lingua. Augustinus eruditè: *Sicut visio ad loquendum, inquit, quo vesicaris: sic elige quod loquaris.* Cibum per os ingressurum examinas; cur non etiam egressurum per os verbum, quod sæpe graviores tragedias excitat in tuâ domo, quam cibum tuo stomacho. Bonaventura opportunè: *Provide tibi, ait, antequam prodas sermonem, prudenti consideratione omnia preveni.* Quemadmodum egressurus domo, undique se circumspicit, an vulnus, an vestis, an omnia decore in publicum efferantur: ita locuturus videat quid publico committat. Et sicut propugnaculi portæ non nisi cautissimè & post omnia solerter explorata referantur; ita nec os, arcis animatæ ostium, prius pandendum, quam vigilantè omnia circumspiciantur. Eò spectant tot Hebræi sapientis monita: *Noli citatus esse in lingua tuâ. Ne temere quid loquaris: verba prudentium statera ponderabuntur.* Nec Hieronymi monitum ablutit: *Prius verbum transcat per limam quam per linguam.* Et quamvis omnibus actionibus necessaria sit lima, maximè tamen sermoni. Et sicut stupam hami ferrei pectunt, lanam ferreus pecten carminat; sic verba prius pectenda sunt & carminanda, quam venalia in forum protrudenda.

Pæmenius abbas antequam ceteros sociorum accederet, prius animum horâ unâ jussit esse præsentem, & quid loquendum esset, cogitatione complexus est. Et hunc sibi morem voluit esse perpetuum, quem homines religiosi hodieque imitantur hac ratione, dum singulis diebus primâ diei horâ animum in id desigunt, quod eâ die plurimum proficere bene agendum & loquendum. Alicubi moris est inter religiosos viros, ut post mensam non prius inter se colloquantur, quam in templo locuti fuerint cum Deo. Mos probus, & pluribus imitantur.

Aug. lib. 10.

Aug. lib. 10. Conf. c. 37. in fine.

1. Assidua cogitatio Dei ubique presentis.

Enc. cap. 2. 4. v. 17.

Filer. cap. 8. v. 6.

Ephes. c. 4. v. 30.

Macro. lib. 1. Saturn.

Senec. Epist. 10. sine.

Cogitatio solus sum, & nemo me videt, est via ad omnem vitæ licentiam.

* 1. Per. c. 4. v. 11. Nicetas l. 2. cap. 20. Quidquid

autem Anno Angeli audiunt, Deus audit, & tu ditorum rationem posceris suo 162 per sacros dies adventus Domini, omnium Serenissimo Electore ac Duce Bavariae Maximiliano, de Dei presentia pro significatione explicatum est. id omne in opinionem velut aliquantum, dicto capite proponitur.

3. Præmunitio & animi provisiō ad loquendum, inquit, quo vesicaris: sic elige quod loquaris. Cibum per os ingressurum examinas; cur non etiam egressurum per os verbum, quod sæpe graviores tragedias excitat in tuâ domo, quam cibum tuo stomacho.

Bona. par. 3. antequam prodas sermonem, prudenti consideratione omnia preveni. Quemadmodum egressurus domo, undique se circumspicit, an vulnus, an vestis, an omnia decore in publicum efferantur: ita locuturus videat quid publico committat.

Et sicut propugnaculi portæ non nisi cautissimè & post omnia solerter explorata referantur; ita nec os, arcis animatæ ostium, prius pandendum, quam vigilantè omnia circumspiciantur.

Eò spectant tot Hebræi sapientis monita: Noli citatus esse in lingua tuâ. Ne temere quid loquaris: verba prudentium statera ponderabuntur.

Nec Hieronymi monitum ablutit: Prius verbum transcat per limam quam per linguam. Et quamvis omnibus actionibus necessaria sit lima, maximè tamen sermoni.

Et sicut stupam hami ferrei pectunt, lanam ferreus pecten carminat; sic verba prius pectenda sunt & carminanda, quam venalia in forum protrudenda.

Pæmenius abbas antequam ceteros sociorum accederet, prius animum horâ unâ jussit esse præsentem, & quid loquendum esset, cogitatione complexus est. Et hunc sibi morem voluit esse perpetuum, quem homines religiosi hodieque imitantur hac ratione, dum singulis diebus primâ diei horâ animum in id desigunt, quod eâ die plurimum proficere bene agendum & loquendum. Alicubi moris est inter religiosos viros, ut post mensam non prius inter se colloquantur, quam in templo locuti fuerint cum Deo. Mos probus, & pluribus imitantur.

744
 dus. Hanc animi præmunitionem seu preparationem ad A loquendum Siracides insignitè docens: *Aurum tuum, inquit, & argentum tuum conflat, & verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos, & attende ne forte labaris in lingua, & cadas in conspectu inimicorum insulianum tibi, & sit casus tuus insaniabilis in mortem.* Et habellam & habenam ex argento & auro exigit hic præceptor, ut sic omnia quæ ab ore prædeunt, vel ad Dei honorem vel ad aliorum bonum referantur. Sic animus ad loquendum præsterniendus est. Sed sequitur

§. IV.

4. Multa sibi dicere, eamque à seipso exigere.

Sen. lib. 5. de Ben. cap. 2.

Quartum remedium, adversus omne vitium, Linguae præsertim, potens est, *MULTAM SIBI DICERE, & A SEIPSO EXIGERE.* Omnes vitiosos habitus à se removere non difficile illi erit, qui capitalem triumphum in seipsum egerit. Egregia virtus est seipsum apud se accusare, reprehendere, multare, sibi nihil condonare. Christiano sensu Seneca: *De nullo, inquit, queri possum alio, quam de me. Ego mihi irascor, & Ego à me poenam exigam.* Nos contrarium plerunque facimus, errores nostros tegimus, excusamus, cominus, polimus, & errasse nos negamus, alios audacissime accusamus. Quin ergo saltem facimus, quod malus scriba, qui creberimos errores suos scalpello eradit; aut malus pictor qui penicillo inducit? ira & nos si quid erratum est, voluntariis poenis deleamus ipsi, nec expectemus, dum alii à nobis poenas repetant. Ille omnino in virtutum studio plurimum proficit, qui quotiescunque peccasse se cognoscit, mox aliquà se poenà multat & ipse suus sibi monitor est: En, ait, iterum jurasti, mentitus es iterum, iterum maledixisti, de aliis iterum (quod jam sæpissime) detraxisti: in poenam hoc stipis da pauperi, has preces recita. Qui superbiæ delictum in se observasset, sibi non malè imperaret: procumbe s superbe, & matrem tuam, terram osculare. Idem in delictis aliis utilissimè fit. Et

2. Cor. c. 11. v. 31.

Lib. 4. Formic. cap. 3. Ioannes Nyder qui anno 1430. Norimberga Anisthes fuit in S. Dominici familia.

certè, *si nosmetipsos dijudicaverimus, non utique iudicaverimur.* Hæ tales voluntariæ poenæ non tantum hominem sibi ipsi, sed & Deum homini mirè conciliant, & lapsus futuros sæpissime de facili cavent.

E Sancti Dominici familià vir pius & eruditus narrat, fuisse virum nobilem avo suo, qui à puero affluere rat Deum & Cælestes verbo violare, aliis pessimè precari. Has voces puer in aula hauserat, quas & senex affidue jactarar. Displicuit viro inolitum hoc suum vitium, statuitque apud animum suum sæpius tam sædam loquendi labem dediscere, nec tamen dedidit: pugnavit secum aliquamdiu, raro victor: nam lubrica linguæ præcipitio abreptus ruebat in antiqua. Quare sacerdotem super hac re consuluit rogavitque pharmacum suggereret huic morbo expugnando. Sacerdos mitior quam par erat, molli spongià hanc vomicam non rupit, sed demulsit. Interim vir ille nobilis in eundem morbum identidem revolvebatur. Aliquid vitii amputatum erat, non extirpatum vitium. Quocirca seipsum vir generosus aggressus, & hanc sibi poenam decernit, ut quotiescunque linguà Deum hominève peteret, eo die carnibus abstineret. Et ne sibi quidquam ipse indulgeret, famulis severè præcepit, ut excrinationes suas & maledicta numerarent, & quemcunque numerum subnotassent, iussi dicerent. Principium, ut solet, tam fuit difficile, ut anno ferè dimidio, à carnium esu non sine violentià se continuerit, ne animi sui decretum violaret. Et quamvis aliquanto tempore in Principis cujusdam aula degeret, nihilominus instituti tenax perseveravit quod cepit. Hac demum abstinentià ita seipsum triumphavit, ut quidquid vitii pessimè consuetudine coopraxerat, generosè prorsus expugnaret, victor sui, sui tantum diabolorum omnium. Eo sanè tempore, inquit, quo virum familiariter nosse cepi, nec ullam amplius voculam impiam misit. Addit prioribus

Civis Augustanus simili urgebatur vitio, qui hanc ipse sibi poenam indixit, ut quoties verba impia jaceret, giaphio vel cultello alio guttami sanguinis eliceret, à manu aut brachio. Non multum sanguinis fudit, & improbam consuetudinem feliciter vicit. Tanti est vitium quodcumque hac parte aggredi, & velle vincere. Vicit quisquis ita vincere voluit. Et ut dicta firmemus, idè ille scriptor subiungit ista. Civis Memminge opulentus in eandem execrandi consuetudinem prælapsus, hanc sibi multam statuit, ut quoties divinitus, nomen inanis reverenter appellaret, aut aliter linguà delinqueret, eo die genium vino fraudaret, & fontem biberet, idque sine ulla exceptione vel venià. Non diu aquam bibit, & linguam domuit, à consuetudine tam improbà penitus liber. Quid nos? an dicemus; tantum non emimus linguæ victoriam? nihilne ignavi facere aut pati sustinebimus, ut oris vitia extirpemus? an Christum clamantem non audimus? *Bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudum, quam duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum?*

Quisquis igitur vel linguæ procacitatem, vel aliud quodcumque vitium in se cupit expugnatum, hoc agat, & voluntariis se poenis toties moncat, quoties deliquisse contigerit. Non est efficacior, non est sanctior vindicta quam sui ipsius. Hoc prorsus modo & domari lingua, & quidquid vitiosi vivit in animo, superari poterit.

CAPVT LX.

Alia quatuor Medicamenta Vitiosæ Linguae curandæ.

FVir qui lautissimam supellestem in domo alienà curiosè inuitus, aliquid tamen deesse diceret. Cùmque interrogaretur: quidnam illud sit quod desit? Respondit: Instrumentum quod humanæ genti summè necessarium. Interrogatus porro, quale hoc instrumentum sit? At ille: Linguarium, inquit, quo lingua occludi solet. Sanè rem dixit: pars nulla supellestem tam necessaria est, atque hoc ipsum, quod diximus.

Romanus sapiens linguæ temerariæ mentione injecta: *Verba mea redimam, inquit, & aurem mihi pervellam: damno castigabo promittendi temeritatem. Ecce ut dolcat, ut postea consideratius loquaris: quod dicere solemus, linguarium dabo.* Cœpimus & nos Linguarium dare, & Remedia suggerere linguis omnibus tam temerè loquentibus. Quatuor omnino medicamenta dicavimus, polliciti addere plura. Nunc addimus quatuor alia quæ linguam incautam aut nimis licentiosam coëceant.

§. I.

Quintum Medicamentum, PROPOSITA QUOTIDIANA. Qui sanam cupit linguam diebus singulis cum Hebræo Psalte seipsum his extimulet: *Dixi, dico, dicamque millies: Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea; Posui, ponamque ori meo custodiam.* Nisi quotidie hoc animi decretum innovetur, oblivione facillimè sepelitur. Viator eques si maximi momenti literas, aut multum auri in equo secum vehat, aliquoties de die & oculis & manibus explorat, an hipperam etiamnum habeat: qui sacculo summi momenti clavem circumfert, sæpius in die sacculum manu pertentat, num clavim illam non amiserit. Clavis oris in arcu cordis sit: qui rei suæ serius est custos, saltem semel iterumque quot diebus ad hanc clavem attentè respicit. Jobus de seipso: *Gloria mea, inquit, semper innovabitur, & arcus meus in manu meâ instaurabitur.* Hoc agam ut vires meæ, meaque brachia non languescant, nec consenescat robur meum, sed augetur potius & crescat: sic omnino qui rectè loquendi artem condiscere desiderat, ad discendum se

Pa
ver
Pfa
ver

6. C
quii

Pfal
v. 21
Mat
verf.
Abz
verf.

Pfal
v. 21

Job cap. 19. v. 20.

dum ſe quotidie componit; meditat; reputat; perpendit; quibus demum modis linguam efformet modeſtam & parcam verborum.

Sed objeceris: Non præſto quæ propono, cur proponam fruſtra? Puſillæ fidei homo; tu modò conare ac proponere: ſi non omnia, multùm tamen præſtabis eorum quæ propoſueris, quæ honeſtã mente conceperis. Nam ſi paria propoſitis facta reſponderent, quid nobis eſſet ſanctius? Interim non eſt, quod contemnãmus propoſita bona, & bonis cogitationibus plena præcordia. Studiorum ſalutarium, etiam citra effectum, laudanda tractatio eſt: *Omnibus bonis in rebus conatus in laude, effectus ſubinde in caſu eſt.* Si Deum & promiſſa divina ſpectes, in plurimis firmiſſimè propoſuiſſe, idem eſt quod feciſſe. Non tantùm facultas præmium habet à Deo, ſed ſola etiam voluntas. Neque verò nos languidum & iners propoſitum exigimus: vix ullarum eſt virium frigidiſſimum illud, *volo facere, volo frenare linguam.* Hebræi olim regem Aſam ſecuti (quod regii Faſti memòrant) *juraverunt Domino voce magnã, in júbilo &c. in omni enim corde ſuo juraverunt, & in totã voluntate quaſierunt eum & invenerunt.* Tale tuum, mi Chriſtiane, ſit propoſitum, quale illorum erat juramentum: *In omni corde tuo, & in totã voluntate tuã propone ac ſtatue: Cuſtodiam vias meas, ut non delinquam in lingua meã.* Hactenus toties mentitus, alios toties calumniatus, toties laſciva ſum locutus; antehac frequenter murmuravi, frequentius inaniter me jaçtavi, aliorum laudibus frequentiſſimè obrectavi; quis numeret, quoties juraverim? Dixi, iterùmque dico; deinceps emendatius loquar; Propono ac ſtatuo firmiſſimè, & in omni corde meo, non mentiri, non calumniari, nil obſcœni loqui ampliùs; deinceps me jaçtare, aliis detrahere, obmurmurare & jurare ſtudioſiſſimè cavebo. Sic lingua tua ſemper innovetur, ſic arcus tuus in manu tuã quotidie inſtauretur. Hæc propone diebus ſingulis, non fruſtra id facies, bonis conatibus nunquam excides.

Madaurenſis Philoſ.

2. Par. c. 15. v. 14. & 15.

Pſal. 38. v. 1.

Prov. c. 10. verſ. 21.

Pſal. 83. verſ. 6.

S. II.

SEXTUM Medicamentum. COLLOQUIA PIA.

Divinæ paginæ calum ſæpius referatur memòrant, id tamen nunquam ſine gravi cauſã & grandi utilitate factum. Iſraëlis populo æther quotidie patuit, cum manna, roſcidum illud pabulum è cælo ſereno ac puro demiſſum. *Mandavit mihi bibis deſuper, & januas cali aperuit, & pluit illis manna ad manducandum.* Cùm Joannes Chriſtum Jordanis aquã tingeret, *Ecco aperti ſunt ei cali, & vidit ſpiritum Dei descendentem ſicut columbam.* Cùm Stephanus lapidum imbre obrueretur, clamavit, *Ecco video celos apertos, & filium hominis ſtantem à dextris Dei.* In factis paginis homo mentis puræ confertur cælo. Hoc ſenſu dictum: *Cali enarrant gloriam Dei.* Cælorum itorum janua eſt Lingua: hanc cæli januam pandi non vult Deus niſi juſtã de cauſã, ut vel ſubmittatur manna, vel ſacra deſcendat columba, ut ſermo vel boni ſit exempli, vel eruditionis non ſpernendæ: colloquia quamvis non noxia, ſi tamen otioſa, cælo certè non deſcendunt. Quòd vapores exhalet terra, quòd paludes & ſtagna progenerent ranas, nil novi eſt, naturã ſit auctore: quòd cælo ranæ decidant, quòd vapores inde deſcendant, novum quid eſt, & extra naturæ leges ſit: quòd homines impuri & impii ſcurriliter, inverte eundè, mendaciter, laſcivè loquantur, quòd de multis detrahant, multos irideant, pleròſque omnes contemnunt, quòd jurent & pejerent, nil miri eſt, terra ſunt, tales illa vapores ruet;

6. Colloquia pia.

Pſal. 77. v. 13. & 24.

Matt. cap. 3. verſ. 16.

Act. r. c. 7. verſ. 56.

Pſal. 18. verſ. 2.

A paludes & ſtagna ſunt, has illa ranas generant. At verò quòd ii Chriſtiani qui probi ac ſancti videri volunt, qui cælo conferri cupiunt, non ſaniora vel caſtiora proloquantur, quòd æquè ac ſæx hominum, his maledicant, hos mordeant, illis adulentur, iſtos conviciantur, quòd majoribus obloquantur, inferiores calumniantur, quòd etiam hi verba otioſa, falſa, ſubinde & ſœda proferant, quòd vaniloquentiam, ſtultiloquium, ſuperbiloquentiam ſermonibus miſceant, hoc mirum, ter mirum ſit. Et unde quæſo hæc ranæ ab hoc cælo? quomodo tam ſœdi vapores ex hoc æthere delapſi? Vide, mi Chriſtiane, quale ſis cælum, & quàm impurus æther, è quo non manna deſcendit, non columba deſcendit, ſed calices, ranæ; turpes, pernicioſe beſtiolæ, ſermones vani, ſpurci, noxii, exempli peſſimi delabuntur. Si cælum haberi vis, manna depleve, religioſum quid loquere; Deum, divina, divos colloquis miſce. Subinde, obſcuro, ſubinde ſaltem ſpiritale quid ſermonibus inſeratur; hoc animum nutrit & roborat: & tales etiam quærendi ſunt focii, qui de his talibus ſermonem cum aliis copulare norint.

Eſt aurum, inquit Salomon, & multitudo gemmarum, Prover. c. 20. vas autem pretioſum, labia ſcientiæ. Etſi ſermo eloquentiam Aticam non habeat, modò pietatem Chriſtianam redoleat, & aurum & multitudinem gemmarum ſuperabit.

Beatus Ludovicus, Tolofanus præſul, magnus animo & virtute, qui vana colloquia cane & angue pejus oderat, dicere ſolebat, quod & verè ſentiebat: *Gratia mihi piorum & bonorum familiaritas, quia ab his eruditio & pietas eſt, non ſecus atque ab aromatis odor.*

Divus Chryſoſtomus hoc auditoribus identidem inculcans: *Utinam, inquit, cum cenatur, cum prandium ſumitur, cum lavatur, cum denique reliqua peraguntur, de gehennã fieri & apud vos mentionem! nec enim illius formidine, aut hic adverſa viderentur gravia, aut pro ſuavis proſpera haberentur. Hæc certè ridicula videbuntur, ſi cum gehenna incendio comparentur. Addit: quorum narratio frequentius iteranda eſt, quando gehenna ejuſmodi recordatio nos eam incidere haud ſinit.*

Idem ſanctiſſimus Orator, ut vel precibus hoc perſuadeat: *Et ideo rogo, inquit, ut gehenna memineris, de gehennã loquaris. Ita animam tuam compone, pulcherrimè ac in decoram effice. Magna eſt enim horum verborum utilitas. Et ideo diabolus omnia facit & molitur, ejus volens auferre memoriam. Noli eam è memoriã ejicere, nec dicas. Quid me importunã afficiam triftitiã? Importuna erit, quando angeris in gehennã. Hoc eſt tempus triftitiæ, non illud.*

Auguſtinus colloquium cum matre inquit narrans: *Deo, inquit, ita diſponente accidit, ut ego & ipſa ſoli ſtarem incumbentes ad fenestram, unde proſpectus in hortum. Colloquebamur ergo ſoli valde dulciter, & præteritorum obliti quæramus inter nos, qualis futura eſſet vita æterna ſanctorum, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit. Cùmque ad eum finem ſermo perduceretur, ut carnalium ſenſuum delectatio quantalibet præ illius vitæ jucunditate, non comparatione, ſed nec commemoratione quidem digna videretur, erigentes nos ardentiore aſſectû in idipſum, perambulavimus gradatim cuncta corporalia, & ipſum cælum. Et adhuc adſcendebamus cogitando & loquendo te, & mirando opera tua, & venimus in mentes noſtras, & tranſcendimus eas, ut attingeremus regionem uberatis indiſſicientis, ubi paleis Iſraël in æternam veritatis pabulo. Dum loquimur & tubamur illi, attingimus eam modicè toto ictu cordis, & ſuſpiravimus, & reliquimus ibi reliquias primitiis ſpiritus & rimavimus ad ſpectatum oris noſtri, ubi verbum & inſpirat & ſinitur. Dicebamus talia, eſt non iſto modo & his verbis, tamen Domine tu ſcis, quod illo die, cum talia loqueremur, & mundus iſte nobis inter verba viſceret, cum omnibus delectationibus ſuis.*

Chryſ. to. 3. ſerm. de præmiis ſancti. pag. 830.

Chryſ. to. r. Eſal. 11. med. mihi pag. 697.

Auguſt. l. 1. C. 10.

En nobile paradigma pii colloquit, ſimul & illius maximos quæſtus. Pium colloquium nunquam ſuis deſtituitur emolumentis.

§. III.

7. Occaſionū fuga. Chryſ. 10. 5. hom. 15. ad pop. mihi pag. 116.

Septimum Medicamentum. OCCASIONVM FUGA. De hac inſigniffimè Chryſoſtomus: *lucta præcipitium vadens, inquit, quamvis non decidat, tremit tamen, & ſepenumero ab ipſo ſubverſus tremore decidit: ita & non procul peccata fugiens, ſed ſecus ipſa vadens, cum timore vivit, & in ipſa labitur ſæpius. Etenim alienas curioſè ſpectans formas, quamvis non mæchetur, tamen concupivit, & juxta Chriſti ſententiam factus eſt adulter: ſæpius autem ab ipſa concupiſcentiâ in peccatum reipſâ deſertur. Vis modeſtus eſſe? ne tantum fugias adulterium, ſed etiam petulantem aſpectum. Vis à verbis turpibus abeſſe? ne verba tantum turpia fugias, verum & riſum ſolutum, & omnem concupiſcentiam.*

Facile autem ſcire eſt; tali aut tali loco ſapulatores conveniunt, hîc nugæ & mera ſomnia narrantur, hîc fœdi & impudici ſermones, hîc rixæ atque jurgia miſcentur, illic grandiloquentiam ſtultiloquentia comes deducit, iſthic obtreſcations meriſſimæ in medium proferuntur: fuge, quiſquis es, fuge hos linguarum improbos mercatus, has peſtilentes nundinas, fuge inſidiôſas has pauegyres, quæ non crumenam vulnerant, ſed conſcientiam.

In conviviis quàm animoſa loquacitas dominetur, res nota eſt. Hinc non illepidè neſcio quis dixit: In conviviis præimum eſt ſilentium; Conticuere omnes. Sequitur ſtridor dentium. Hunc excipit clamor gentium: ubi convivæ vino incalucre, nemo non loquitur; imò nemo non clamat. Hîc attende tibi, hîc cave, aut tutius non accede. Quis neſcit has apud ſe rationes ponere? quotieſcunque ad hunc uſque diem inter hos homines, in hac domo fui, minor homo rediî, ſemper querelas, ſemper obtreſcations non tantum audivi, ſed etiam adjuvi, & meam quoque linguam colloquiis malis commodavi: ergo & hanc domum, & hos homines, quantum potero, ſtudioſiſſimè cavebo.

Quàm multi non poſſunt ſeipſos non eatenus noſſe, quin apud animum ſuum taciti fateri cogantur, & iſte quidem hoc: Quoties probè appotus ſum, roties rima- rum plenus ſum, pœnitenda promitto, ſtultiſſima quæ- que garrigo, & omnia eſſurio; arcanum apud me nullum eſt, cum mea lingua vino permaduit. Iſte verò hoc ſibi de ſe fatetur: Cum iracoſor, inſtar tauri ſum, qui omnia rupit vincula, imò urſus ſum in domitus omnia tenens & calcans. Quapropter ebriçtatis ille, hîc iræ occaſiones omnes fugiat. *Labia juſti conſiderant placita, & os impiorum perverſa. Homo recti amans ſtudioſiſſimè declinat, quidquid anſam præbet veritatè dicacitati: homo perverſe conſcientiæ ultro amplectitur quidquid in vitæ ad lo- quacem ſtultitiam. Veriſſimè dixit Chryſoſtomus: Magnus laqueus eſt lingua petulantia, & multæ reſtationis in- digens. Hic verò laqueus fugiendo effugitur. Occaſiones fugere ſtatuiſti? ſam pœne hunc laqueum effugiſti. Hos occaſionum laqueos non fugis? occinetur tibi ſapius: Illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis ſermonibus.*

Prov. c. 10. verſ. 32.

Chryſ. 10. 5. hom. 15. ad pop. mihi pag. 116.

Prov. c. 6. verſ. 2. Pelag. l. 10. m. 33. atque Reſuſcitid.

Olim ad Abbatem Lucium venit Longinus Abbas, & animum ſuum aperuit, velle ſe peregrinari, idque ſibi jam pœne certum eſſe. Lucius ut & ipſe ſincerè diceret quod ſentiret: Mi Longine, inquit, nos ipſos fruſtra fugimus, & labore irritò peregrinamur, niſi eo loci ubi ſumus, linguam in vincula damus: ſi hîc linguam tuam non continueris, quocunque iveris, peregrinus non eris. Linguam, tibi es, hîc reſtrina, & eris peregrinus, tamenſi locum non mutaris. Sic eſt: non raro cum locum ex loco mutamus, occaſiones quas quieri vitæ poteramus, adimus, & charybdiū fugientes in ſcyllam incidimus. Vide igitur ut occaſiones peritè fugias, contentioſos, iracundos, contumelioſos, cautè declines: quod He-

bræus Sapiens variè monet: *Non litiges cum homine poten- re. Non contendas cum viro locuplete. Non litiges cum homine linguato, & non ſtrues in ignem illius ligna. Verboſus & linguax homo ignis eſt; qui jurgatur cum tali, perinde facit, ac ſi ligna miniſtret igni, & flammam bene ſopitam malè fuſcitet. Quapropter contentiones & plurimam oris intemperiem vitabit, qui occaſiones fugerit.*

§. IV.

Octavum remedium, MODERATIO SERMONIS, seu, PAUCILOQUIVM. Ut bene loquaris, plurimum juverit, parcè, moderatè, ſubmiſſè, & mirumè properanter loqui. Qui verba cum tumultu fundit & præcipitat, proximus eſt multiloquio: ubi multiloquium eſt, proximum plerumque peccatum eſt. Sapientum monitum eſt: *Auribus frequentius utere quàm lingua. Hoc Siracide tot præceptiones confirmant: Priuſquam audias ne reſpondeas verbum. Audi tacens, & pro reverentiâ accedet tibi bona gratia. In multis eſto quaſi inſcius, & audi tacens ſimul & quærens. Quocirca qui odit multa vel prava loqui, in hoc omni ſtudio incumbat, ut libentius audiat quàm loquatur, & ubi loquendi fuerit vel neceſſitas vel facultas, eâ non ſine grandi verborum parſimonia utatur. In hunc finem conducet tractum dicere quæ proferenda erunt, nec agglomerare verba vel convolvere: blatero ſtans pede in uno centuriam verborum profundit, antequam alter vix decuriam pronuntiarit. Siracides hîc aurem acriter pervellens: Noli, ait, citatus eſſe lingua, & remiſſus in operibus tuis. Unam epistoliarum Seneca ſic claudit: Summa ergo ſummarum hæc erit: Tardiloquum te eſſe jubeo. Vocce preſtior loqui præferim apud ægrotos, valde convenit, & aliàs etiam clamare uti inurbanum & agreſte, & ſubinde moleſtum aliis, ſic ſignum eſt eum qui loquitur, aut à vino aut certè ab affectu ebrium eſſe, aut parû rei latere ſub verbis aded tumultuantibus. Terribilis eſt in civitate ſua homo linguoſus, inquit Siracides, & temerarius in verbo ſuo, odibilis erit. At contrâ de veris Orbis delitiis, Chriſto, prædixit Iſaias, ore divini Patris locutus: Ecce Iſia c. 42. ſervus meus, ſuſcipiam eum, electus meus, complacuit ſibi in illo anima mea: dedi ſpiritum meum ſuper eum, iudicium gentibus proferet. Non clamabit, neque accipiet perſonam, nec audietur vox ejus foris. Ita qui rixas odit, clamores vitat, clamare & rixari plerumque vicina ſunt. Ergo ſi vis videre vitam, inquit Chryſoſtomus, ſi vis invenire dies bonos, Cohibe linguam tuam à malo. Quanti modò dicunt, Nolo, qui dicebant, volo: Qui veteraverunt in detractionibus, qui mordent & comedunt humanas carnes, detrabendo, non timentes ne ab invicem conſumantur, qui adulationibus ſuis linguam impendant. Quisquis es, ſi vitam vis, ſi dies bonos diligis, cohibe linguam tuam à malo, imò etiam quandoque à bono cohibe, ut cohibere poſſis à malo. Parcè loquere, & omnem verborum redundantiam præcide: laudabilior eſt verborum parſimonia, quàm pecunia, imò etiam ſæpe utilior: qui numos profundit, tantò magis prodeſt aliis quanto minus ſibi: qui prodigus eſt verborum, & ſibi nocet & aliis. Pauciloquium, vitioſæ linguæ pharmacum eſt ſaluberrimum.*

Eccli. cap. 11. v. 8. & c. 32. v. 9. & 12.

Eccli. cap. 4. v. 34. Sen. ep. 40. Eccli. cap. 9. v. 25. Eccli. cap. 9. v. 42. Eccli. cap. 1. v. 27. Eccli. cap. 33. v. 32.

Eccli. cap. 9. v. 25. Eccli. cap. 9. v. 42. Eccli. cap. 1. v. 27. Eccli. cap. 33. v. 32.

Eccli. cap. 9. v. 25. Eccli. cap. 9. v. 42. Eccli. cap. 1. v. 27. Eccli. cap. 33. v. 32.

Eccli. cap. 9. v. 25. Eccli. cap. 9. v. 42. Eccli. cap. 1. v. 27. Eccli. cap. 33. v. 32.

C A P U T L X I.

Ultima quatuor Medicamenta ad improbam linguam emendandam.

Mel non ſolum dulce ac delectabile, ſed etiam ſalubre, cum temperanter ſumitur. Galenus & præcipuè Arabes omnes moderatum mellis uſum maximè laudibus ferunt. Sapientiſſimus Regum Salomon, eruditam linguam laudaturus: *Favus mellis, inquit, com- poſita verba: dulcedo animæ, ſanitas uſum.* Septuaginta Interpretes

9. tit
Ecc. verj
Treu
Iam
Epi. chr
41. t

Sen. p. rind.
Iam.

repretes Hebræi ſic loquuntur: Mellis favi, ſermones A boni, dulcedo autem eorum ſanitas animæ.

De his favis, & de melle iſto Chryſoſtomus, linguâ Chryſ. 10. 5. nescio an aureâ, an melleâ diſſerens: Hoc enim mel, in- bon. 16. ad quit, non ſilveſtres quapiam apes floribus inſidentes colligunt, neque rorem maturantes alvearibus immittunt: ſed ſpiritus ſancti gratia conſtruens pro favis & alvearibus & ſiſtulis, in ſanctorum oribus recondit, ut volenti liceat cum libertate ju- giter veſci. Et, ſi vis illorum diſcere menſam, accede propius, & eos experieris talia eructantes. Omnia mitia & jucunda, & ſpiritali odoris ſuavitate plena. Nullum turpe verbum poſ- ſunt illa ora emittere, nihil ſcurrile, nihil aſperum, ſed omnia calis digna.

Et quemadmodum mel, quia cibus eſt, reficit; dele- ctat, quia dulce; medetur, quia ſalubre; ſic & lingua melle illo imbuta & docet, & delectat, & mover. De lin- guâ hac Auguſtinus ſic loquitur; Unde dixit quidam elo- quens, & verum dixit: Ita dicere debere eloquentem, ut doceat, ut delectet, ut ſectat. Docere neceſſitatis eſt, delectare ſuavitatis, ſectare victoria. Mellis favi, ſermones boni. Ideo He- bræus rex hortatur; Comede, fili mi, mel; quia bonum eſt, & ſavum dulciſſimum gutturi tuo. Sed eſt alius linguæ favus, ſed heu noxius & fatalis, quem idem regius ſcriptor ſtu- dioſiſſimè cavendum monens: Favus ſillans, inquit, labia meretricis; noviſſima autem illius amaræ, quaſi abſinthium, & acuta quaſi gladius biceps. Hanc ob cauſam Hierôny- mus dixit: Lingua nil medium habet, aut grande bonum eſt, aut grande malum.

Propterea ſanè operæ pretium eſt nervos omnes in- tendere, ad comparandam eam laudem quæ muto jam facundo tribuitur, Et loquebatur rectè. Eò ſpectant remedia prioribus diſſertationibus ſuppeditata. Ex pro- miſſo addimus octo illis, ultima quatuor, omnia vitioſæ linguæ plurimum, ſi velit, futura.

§. I.

Itaque nonum linguæ morbida remedium eſt Si- lentium. Pauciloquium tutum eſt in hoſtes pro- pugnaculum, tutiſſimum verò ſilentium. Sæpe quis pau- ca locutus eſt, & maximum ſibi aliſque damnum intulit. Loquendo innumeris, tacendo pauci delinquant, niſi cum neceſas eſt tacere noxas. Arſenium nunquam tacuiſſe pœnituit, locutum ſæpe. Silentium optimus loquendi magiſter, bonarum cogitationum ſanctorumque in- ſtinctuum cauſa eſt. Certè quod Eccleſiaſta creden- dum, prius eſt tempus Tacendi, quàm tempus loquendi. No- tum eſt illud priſcorum:

Obſit multis loquela, nemini ſilentium.

Oraculum eſt è tripodè illud: ſemper tacere præſtat, quàm loqui indecentia. Ergo,

Aut dic aliquid melius ſilentio, aut ſile.

Expers periculi eſt præmium ſilentii.

Integerrimus ſilenti magiſter Epictetus præceptio- nes auro ſcribendas tradens: Præſcribe, inquit, tibi for- mam quandam aut legem quam cuſtodias: quamque & ipſe tecum, & in congreſſibus hominum obſerves. Ac majori quidem ex parte ſilentium præſtat; aut neceſſaria dicantur, eaque paucis. Rarè autem cum ſe obtulerit occaſio ad dicendum ve- niemus: ſed non quidvis dicemus, non de gladiatoribus, non de ludis Circenſibus, non de pugilibus, non de cibus aut potionibus, quæ res paſſim inculcantur. In primis autem de hominibus cum verba ſunt, ne eos vel laudemus, vel comparemus, caveatur. Quod ſi potes, familiarium tuorum ſermones tuis ſermonibus, ed quod decet, tradidit. Sin à peregrinis circumventus fueris, ſileto. Præcepta verè Chriſtiana, ſancta. Nec alia tradit Annæus, qui Epicteto non inferior ſapientiâ, ſilentium ſic comendat: Nihil a què proderit, quàm quietere, & mi- nimùm cum aliis loqui, plurimum ſecum. Quamvis non Epictetus ſolùm & Annæus ſilentii encomiaſtae ſunt & præceptores. Vox olim Sapientum erat:

Abenea turris omnibus ſilentium eſt;

Tom. I.

Silentium rebus gerendis omnia eſt; Vitior haud eſt ulla res ſilentio.

Charilaus apud Lacedæmonios celebratiſſimus phi- loſophus, rogatus aliquando, curnam Lycurgus tam paucas leges Lacedæmoniiſis laxiſſet, reſpondit, ideo id factum, quod Lacedæmoniiſis ſilentio aſſucta verbo- rumque parca, non egeret multis legibus. Nec ſacræ pa- ginæ diſſentiant. Sicut enim, In multis ſermonibus inve- nietur ſultritia: ita ſilentio ſapientia comparatur, aut jam comparata demonſtratur. Index non modèſtia ſolùm, Index & ſed & ſapientiæ ſilentium, Socrati olim nullum eſſe ve- riſimilius ſapientiæ ſignum præ ſilentio viſum. Hinc illa priſcorum voces:

Quandoque nil ſapientius ſilentio; &

Stultus poteſt ſapiens haberi dum ſilet.

Quâ de re interpres Epicteti Simplicius eruditè: Simplicius Omnis inſtitutionis ratio, inquit, ed reſertur, ut & à rebus ex- ternis, & à brutis ſuis affectionibus, & à corpore ad ſeiſum re- vocetur animus, ut ſuo more eodémque perpetuo tenore vivat. Quam ad rem ſilentium plurimùm conſert. Quæ cauſa Pytha- goreis fuit, ut diſciplina ſue efficaciſſimum jacerent funda- mentum quinquenni ſilentium. Ut enim ſenſus animum ipſos auſcultantem ad externa trahunt (quod ii declarant, qui cum in ſeſe deſcendere, & animi attentionem excitare volunt, oculos claudunt) ſic animum etiam ſermo ad exteriora eſſundit, cujus eſſuſionis remedium eſt ſilentium. Aut igitur tacendum, aut neceſſaria dicenda, & paucis interroganti reſpondendum. Lingua velut canis invadens omnes aut allatrans, cate- na conſtringenda, ſilentio domanda eſt.

Sed querit religioſiſſimus ille ſcriptor: Quare tam li- benter loquimur, & invicem ſabulamur: cum tamen raro, ſine conſcientia, ad ſilentium redimus? Quia per mutuas lo- cutiones ab invicem conſolari quarimus. Sed pro dolor! ſæpe inaniter & fruſtra. Et unde oblecto inter homines pro- fanos tam rarum eſt orationis aut piæ meditationis oc- currum? quia nullum inter eos viger ſilentium, totos dies garrunt & conſabulantur, linguas nunquam non occu- patas habent. Er ſicut in molendino nemo diſcit ſub- miſſè loqui; ita nec quiſquam inter garruloſpiè medi- tari. Silentium canalis eſt, quo aqua in, altum agitur: Deum precari, ſeu pia meditari, & tacere, ſimul ſunt neceſſe eſt.

Deus cum Moſe ſolo loquitur extra turbas in monte Sinai; cum ſolo Eliâ in monte Horeb. Nam cum veniſſet illuc (Eliâ) manſit in ſpelunca: & ecce ſermo Domini ad eum.

Cum omnibus prophetis, cum ſanctis omnibus loquitur Deus, ſed cum ſolis, ſed ſilentio. Sedent ſolitarii & Thren. c. 3. & levant ſe ſupra ſe. Deus nimirum, ducit eos in ſolitudinem; & loquitur ad cor eorum. Auguſtinus de ſeiſo fatetur: Admonitus redire ad memetiſum, intravi in intima mea duce te, intravi & vidi qualicunque oculo ani- me mea lucem Domini incommutabilem. Ita dictum Clima- maci veriſſimum: Studioſus ſilentii appropriat Deo, eiſ, ſum- gitur. At verò Salomone teſte, ubi verba ſunt plurima, ibi frequenter egeſtas; non ſolùm pecuniæ, ſed & ſapientiæ, ſed & ſanctimonix, & amicitix cum Deo. Nunquid enim vir verbosus juſtificabitur? Quiſquis igitur vult diſcere lo- qui, priùs ſilere diſcat, ſciatque ſilentium, præſertim cum id nec læſi rumpimus, fortiſſimi animi argumen- tum eſſe. Veriſſimè dici ſolium à priſciſ:

Læſi & ſilere, ſumma eſt Fortitudinis.

Siquidem ſede in unâ non bene conveniunt Silentium & Ira. Silentium vitioſæ linguæ primarium medica- mentum.

§. II.

DECIMUM, DAMNORVM, QUÆ A LINGVA SVNT, ATTENTA CONSIDERATIO. Quòdnam, obſe- cro, damnum eſt in orbe, cujus magna primæve cauſa non ſit Lingua, damnorum & calamitatum ſecundif- ſima

R r r 2

ro. Dama- rum, quæ a lingua ſunt, atten- ta confi- dera- tio.

Chryſ. 10. 5. bon. 16. ad pp. propius ſum, mihi pag. 318.

Lingua imbuta melle S. Spiritus docet, de- lectat, & movet. Auguſt. l. 4. de doct. Trin. Chriſt. Prov. c. 24. verſ. 13. Prov. cap. 5. verſ. 3. & 4.

Marc. c. 7. verſ. 35.

9. Silen- tium.

Eſe. c. 3. verſ. 7.

Timb. vet.

Lamb. vet.

Epictet. En- chir. c. 40. 41. & 42.

Sen. ep. 205. med.

Lamb. vet.

Cur Lacedæmoniiſis paucas leges laxiſit Lycurgus.

Eccleſ. c. 5. verſ. 2.

Index & ſignum ſapientiæ ſilè- tium eſt.

Thomas à Kempis l. 1. imit. Chri- ſti cap. 10.

Inter ho- mines pro- fanos rarè eſt medi- tationis donum.

3. Reg. c. 19. verſ. 9.

Thren. c. 3. verſ. 28.

Oſe. cap. 2. verſ. 14.

Auguſt. l. 7. Cōſeſſ. c. 10. initio.

Clima. c. de Loquacitate.

Prov. c. 14. verſ. 23.

Job cap. 11. verſ. 2.

Lamb. vet.

Prov. c. 26.
verſ. 28.
Chryſ. 10. 1.
in Ef. 140.
pag. 1073.
Lingua
omnium
malorum
cauſſa ſi
negliga-
tur.

Eſtque
diaboli in-
ſtrumen-
tum.
Idem tom. 5.
hom. ad ba-
ptiſt. de Spi-
rit. milit.
mibi p. 623.

Et tom. 2. in
c. 16. Luca
conc. 4. mibi
pag. 1160.

Ruffin. A-
quil. lib. 3.
num. 97.

Ecl. c. 14.
verſ. 1.

It. Chriſti
patientis
quotidia-
na cõtem-
platio.

ſima mater? Os lubricum operatur ruinas: & quidem alias
poſt alias. Linguam malorum omnium lernam à nullo
unquam fatis exhauriendam, Chryſoſtomus, prout par-
erat, vehementer idque ſæpius cum exagitant, tum de-
plorans: *Lingua, inquit, omnium malorum cauſſa, ſi negli-
gatur: quemadmodum bonorum, ſi in eâ ſtudium ac cura po-
natur. Mala enim innumerabilia parit lingua facilitas ac le-
vitas. Quemadmodum ergo nihil juvat domus, non urbs, non
mœnia, non portæ, non oſtia, niſi ſint qui ea cuſtodiant, &
ſciant quando oportet ea quidem claudere, quando verò ape-
rire: ita etiam oris & lingua nulla eſt utilitas, niſi ſit ratio, cui
ſcienter, accuratè, & circumſpectè ea claudere & aperire per-
miſſum ſit, & ſciant qua ſunt efferenda, qua verò retinenda.*
Non tot gladio, quot linguâ ceciderunt. Diabolus namque
non habet instrumentum aptius ad perdendos nos,
quàm linguam. Quod idem Chryſoſtomus diſertiſſi-
mè affirmans: *Demon undique, ait, nobis inſidias preparare
conſuevit, ſed facilius lingua & ore peccante. Nullum enim aequè
congruum illi organum in miniſterium eſt interitus atque pec-
cati: nam inde nobis mors, inde lapſus, inde perditio, inde nau-
fragium preparatur: nam & mentium lapſus ex lingue gar-
nultate venientes quidam declarans ait, Multi ceciderunt per
gladium, ſed non tanti, quanti per linguam. Refrena igitur lin-
guam, & ſi non patitur reticere, dentium morſu quietat, &
tanquam carniſci tradatur dentibus. Hoc ipſum aliàs per-
orando repetit: Commorde illam undique dentibus acriter.*
*Præſtat illam nunc fluere ſanguine, quàm tunc concupiſcere
guttam, nec impetrare poſſe refrigerium; præſtat illam tempo-
rarium ferre dolorem, quàm tunc peremittere & immortalibus
malis cruciari.*

Beatus Macarius ubi magnos in virtute-progreſſus
ſibi vitus eſt feciſſe, inter preces ſe compelli audiit his
vocibus: Macari, duarum mulierum quæ in proximâ
urbè habitant, virtutem nondum eſt aſſecutus. Hic Ma-
carii animus hæterere, angere, dolere, mirari etiam, viros
ſanctitate vitæ à mulierculis vinci; ſed & obſtupescere
tantos eremi rigores ab urbicis delitiis ſuperari. Ergo
virum cupido inceſſit urbem ingrediendi & audita ſol-
lertiùs explorandi. Urbem ingreſſus eſt, & omnia quàm
potuit ſollertiſſimè exploravit; compertit demum femi-
nas illas matrimonio junctas eâdem domo habitare,
jamque annis quindecim, quod miraculi loco ſit, pacem
& concordiam nec verbulo unquam turbaffe, alteri
cum alterâ, magis quàm ſorori cum ſore optinè con-
venire. Ab utrâque quidem religioſum vivendi genus
ardentibus votis expetitum; cum verò per maritos non
liceret mutare vitam, eas ſibi metiſſis hanc dixiſſe le-
gem: Nil profani unquam nedum impuri quidquam
proloqui, idque ſtriçtiſſimo fœdere ad uſque mortem
ſervandum. His auditis Macarius jam magis quàm an-
tea miratus, in has omnino voces prorupit: In veritate
non eſt virgo, neque maritata, neque monachus, neque
ſæcularis: ſed Deus tantum propoſitum querit, & ſpiri-
tum vitæ miniſtrat omnibus.

Beatus vir, ſed & mulier beata, quæ non eſt lapſa ex
ore ſuo. Modèſta lingua, modèſta mens; corrupta lin-
gua, corrupta mens: Linguam bene rexiſſe, eſt corpus &
animum optimè cuſtodiiſſe, linguam non domuiſſe, eſt
corpus & animum perdiſſe. Immodica & protërva
lingua ignes ubique ſtruit peſſilentiffimos, hinc triçæ,
contentiones, rixæ, ſimultates, diſcordiæ innumera: hinc
inveterata odia & morte acerbior invidia: hinc bella,
cædes, parricidia. Propudioſa lingua conſcientiam pec-
caris implet, & quidquid melioris ſenſus in animo reſi-
det, expellit. Repeto quod dixi: Lingua omnium malo-
rum lerna eſt. Hanc cave, & mala caviffi innumera.

§. III.

Vndecimum linguæ medicamentum eſt, CHRISTI
PATIENTIS QUOTIDIANA CONTEMPLATIO.
Constantinus Imperator è clavis, quibus ſervator Or-

bisaffixus eſt Cruci, unum galcæ, alium freno inferuit, Hieron. in
ut complures melioris notæ ſcriptores ajunt. Mallonius c. 12. Zachar.
de cauſſis ejus facti diſſerens: Monemur, inquit, hoc
Constantini conſilio, ut Linguam noſtram indomitam,
freno ac clavo, hoc eſt, Dominicæ Paſſionis meditatio-
nem perdomemus. Chriſtus Patiens, ſi quidquam, certè
docuit Tacere. Aut enim tacuit Agnus innocentiffimus, in Alphon-
aut pauca, manuſuetudine admirabili reſpondit. Quoties
illa lugubris hiſtoria de Chriſto aſſerit? *Jeſus autem tace-
bat.* Impio ſervo colaphum incutienti, manuſuetiffimum
hoc dilemma oppoſuit: Si malè dixi, teſtare: ſi bene, cur
cædis? Pontio Romano præſidi, quantâ verborum &
paſſionis & placiditate reſpondit? Pilatus ſuper-
cilium grande attollens, & ore turgido: *Mibi, ait, non lo-
queris: neſcis quia poteſtatem habeo cruciſigere te?* Cui pla-
cidiffimè Chriſtus: *Non haberes poteſtatem adverſum me*
ullam, niſi tibi datum eſſet de ſuper. Sed iterum Pilatus tu-
multuoſâ linguâ intumefcens: *Numquid ego Judæus ſum,*
inquit, *Gens tua & Pontifices tradiderunt te mihi, quid ſe-
ciſti?* Chriſtus iterum ſuaviſſimè: *Regnum meum, inquit,*
non eſt de hoc Mundo: ſi ex hoc Mundo eſſet regnum meum,
miniſtri mei utrique decertarent, ut non traderer Judæis. Cetera
omnia quæ objiciebantur ſilentio miſiſſimo reſuta-
vit; *Jeſus autem tacebat.* Hanc Domini ſuaviſſimam taci-
turnitatem obſtupescens Iſaias, multis annorum cen-
turiis antè prædixit: *Sicut ovis ad occiſionem ducetur, & Iſaiæ. 53.*
quaſt agnus coram tondente ſe obmutefcet, & non aperiet os
ſuum. Si noſtræ impatienciæ admirandam illius in tole-
randis cruciatibus patientiam imitari difficile, aman-
tiſſimum ſaltem ſilentium imitemur. Nam, *Chriſtus paſ-*
ſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum ut ſequamini ve-
ſtigia ejus. Si non patiendo, ſaltem tacendo, & voces
improbas premo.

Conſilium Salomonis non ignoramus: Reſponſione
mollis frangi iram, ſermone duro ſuscitari furorem. Et
noſtri nobis oculi affirmant, lumen in conclave illa-
tum neceſſariò exinguendum, ſi cereus accenſus im-
ponatur menſæ, fenestras autem utrinque patulas ven-
tus permeet. Quod ſi fenestrarum una ſolum ſit aper-
ta, altera quæ reſpondet è regione clauſa, lumen non
difficiliter conſervari poterit: ita proſus ſi duo rixoſi
homines inter ſe velitari, & verba commutare inci-
pian, patulas utrinque fenestras cogita, vento flante
vehementi; hic certè charitatis lumen diſſabitur: quod
ſi alteruter ſaltem linguam velut fenestram clauſam te-
near, & ſtomachantem alterum oratione deliniat, amoris
Chriſtiani faciem in ſe tuebitur. Cadit ſtatim ſimul-
tas & ira, ab alterâ parte deſerta: niſi par non pugnat.
Si utrinque certabitur, ille eſt melior, qui prior pedem
retulit: victus eſt qui vicit. Quod ſi uterque in verba
aſpera prorumpat, actum eſt de illo de quo diximus lu-
mine, perit amor & concordia. Hic ſibi quiſque atten-
dat, hic generoſo ſilentio commonſtret, quantum ani-
mi habeat ad Chriſtum patientem imitandum; flagella
D forſan & ſpinas, & ſetoſa induſta horremus; lingua ſal-
tem rigido ſtringatur cingulo.

Narrat Guilielmus Baldeſanus juvenem à viro reli-
gioſo petiſſe veſtem feris horrentem, coërcendæ carni.
At vir ille religioſus os digito ſignans: Verè, inquit, mi-
juvenis, optimum eſt cilicium, vigilantè attendere quid
per hoc oſtium egrediarur. Divo Bernardo juvenis ver-
boſus & eloquentiæ ſtudioſus, ſi ſapientiæ ſit inanis, non aliud
eſt, quàm juſtitiæ hoſtis. Nemini difficile videtur Chri-
ſtum patientem imitari tacendo.

§. IV.

Dodecimum vitioſæ linguæ Medicamentum, diæ divi-
TREMENDI AC DIVINI JUDICII PROFUNDA
MEDITATIO. Peipende, ô homo, pendende obſecro,
quid loquaris: Ex verbis enim tuis juſtificaberis, & ex verbis
tuis condemnaberis.

Voces

Pel-
ma.
Ref-
Viri

Ber-
miſ-
pag.
Erſ-
tripi-
ſtoſi

12. Tremē-
diæ ac divi-
ni judicii
profunda
meditatio.
Matth. c. 12.
verſ. 37.

De vitiosæ linguæ toler. artificii. Caput LXII. 749

Voces Christi agnoscis? Ille hoc in te pronuntiat, qui nec falli potest, nec fallere; qui non tantum quid loquaris, sed etiam quid cogites, audit; qui rationem exactissimam, non tantum actuum, sed & verborum, sed & cogitarum exiget; nec ea solum verba rapiuntur ad pœnas, quæ aliorum famam & propriam conscientiam læserunt, sed etiam vana, frivola, otiosa. Aeternæ veritatis est Dominicum hoc effatum: *Dico autem vobis, quoniam*

tricornem è præcedente triplici differtatione didicimus; Ultimum nunc alphabeti elementum super est Z, quod memoriam mihi restitit validissimi contra scorpiones remedii. Paliuris, Plinio teste, spinæ genus est, *Plin. lib. 2. 4. hister. Nat. c. 13. miltio.* Semen ejus Afri ZVRAM vocant, contra scorpiones efficacissimum. Tricorni Pythagorico characteri triplex assignavimus caput, quo primaria vitiosæ linguæ medicamenta docuimus.

Math. c. 12. v. 36.

Bernard. sem. de triplici custodiâ ante mod. mibi pag. 386. Innumera- biles sunt linguæ sordes.

omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii. Dico vobis, ut inature præcogitatis, quod supplicium maneat obreccationes, mendacia, spurcicias, blasphemias; cum etiam vana, ludicra, otiosa, nemini noxia verba in judicium severum sint vocanda. Ad rem eximie dixit Bernardus: *Quis sanè numeret quantas modicum lingua membrum contrahat sordes, quam multiplex in labiis incircumcisus immunditia coaguletur, quam sit gravis perniciis oris incircumspecti. Est enim lingua dissoluta in sermonibus otiosis, est lingua impudica, est*

Sed forsitan est nonnemo, qui dicat: Linguam improbam docere velle ne quem lædat, est idem ac docere velle scorpionem, ne quem feriat: utriusque, & scorpionis & linguæ nequissima est indoles, ad lædendum atque feriendum pronissima.

Accipio quod dicitur. Neque verò negare licet linguam improbam scorpioni simillimam, quæ modò hos; modò illos, modò clam, modò aperte feriat. Neque nescio quàm hoc petulans & pœne indomabile membrum difficulter corrigatur. Dicamus sanè illud inemendabile, non tamen continuo esse intolerabile pronuntiabimus. Plurima sunt quæ corrigi nequeunt, tolerari tamen possunt, & sæpe debent. Idem de Linguâ dicendum: si nulla proficiat ars quâ illam ad frugem corrigamus; ars certe non deerit, quâ illam in nostrum commodum perferamus.

Canis rabidus nocentissimum animal est, ab illo ipso tamen petuntur pili, quibus canis rabidi morsus sanetur. Si linguam furiosam emendare non possimus, sæpe tamen tolerare debemus. Hoc sine paliuri semeni ZVRAM ego nunc potrigere statui, efficacissimum in scorpionem hunc antidotum. Sed ante omnia scire oportet, quanam arte hoc semen sit applicandum huic malo.

Istud itaque jam agemus, & quo artificio vitiosam linguam quamcunque, in nostros usus & grande bonum possimus veterere, explicabimus.

Artificia vitiosam linguam in nostros usus veterantur.

§. I.

Tamet si Deus contumeliarum auctor non est, est tamen illarum director, ut hac potius quam alterâ petamur. Eo sensu rex Sionis David, contumeliis Semei vulneratus imperat: *Dimittite eum ut maledicat: Dominus enim præcepit ei ut malediceret David, & quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit?* Sicut umbone repellitur umbro, ita licere vim vi repellere, rudissimum vulgus putat. Nimirum fabas largienti, pila ferè rependuntur, tantum pro tanto; qui asinum aut stultum vocat, asinus aut stultus audit. Ita malo modo cuneum malum querendum; ira remedio amaro bilem amarum diluendam putamus; sic amicis amici, inimicis infesti, clamorosis clamorosi, impudentibus sumus impudetes, eadem remetemur mensurâ; atque hoc, hostimentum credimus non iniquum. Sed longè aliud nos docet celestis magister. Morbus pessimè curatur morbo; malum simili malitiâ nequaquam retundendum est, sed vincendum in bono malo. *Rom. 7. 12. vers. ult.*

Idem de Pessio. Dom. cap. 25. mibi pag. 1199.

Delag. lib. 4. m. 39. apud Roforeid. in Viri PP.

Bernard. in miscel. mibi pag. 1786. Et sem. de triplici custodia p. 385.

altera verò nunc in facie contumelias irrogat, nunc detrahit in occulto. Quod si de omni vel otioso verbo, quodcumque locuti fuerint homines, Deo sunt reddituri rationem in die judicii; quantum districcius de verbo mendaci, mordaci & injurioso, de elato vel lascivo, de adulatorio aut detractorio judicabuntur? Quam vera sententia, fratres, in multiloquio non effugiendum peccatû. Vt enim præteream cetera, si propterea est otiosum verbum, quod nullam rationabilem causam habeat, quam rationem de eo reddere poterimus, quod est præter rationem? Hoc suis ipse verbis confirmans: *O quantus terror!* inquit, *judex sapientissimus, qui numerat omnes pluvie guttas, discretor omnium tentationum, omnium hominum à primo Adam usque ad ultimum in fine sæculi, vult audire rationem verborum omnium otiosorum, cum sederit in sede majestatis judicii sui, ubi non jam misericordia, sed judicium cantabitur Domino. Quid tum miseri & miserabiles faciemus?*

Atque hoc tremendum Dei judicium verbis etiam otiosis jam indictum, abbatem Sisoium movit, ut contra seipsum pro seipso annis plurimis orarit. Nam, teste Pelagio, ipse Sisoius de se passus: *Crede mihi, ait, jam annis triginta Deum deprecor: & hoc oro unicuique Domine Jesu Christe, protege me à linguâ meâ. Hanc obsecro precationem dicam omnes, & quandoque sapius de die: Domine Jesu, protege nos à linguâ nostrâ. Tam necessarium quam utile Bernardi monitum est: *Bis ad limam veniant verba, quam semel ad linguam; plus diligas audire quam audiri. Volat verbum irrevocabile, tempus irremicabile volat, nec advenit inspicens quid amittat.**

Z

CAPUT LXII.

Vitiosæ aliorum linguæ quibus artificii tolerandæ.

Grues cuneatim volantes, Ypsilon, litteram Pythagoricam exprimunt, & ob id eam ordoliteratus vocatur ab Hieronymo. Eadem humanæ vitæ figura est. Inventionem hujus litteræ Palamede tribuunt, quod eam è gruùm volatu didicisset. Quod verò vetus epigramma de hoc characterè asserit: *Littera Pythagoræ discrimine secta bicornis: Hoc de Linguâ verius affirmari potest, quæ semper plurimum aut prodesse valet aut obesse: Lingua mors, Lingua vita.* Neque solum erudita & ad omnem modestiam composita lingua nobis commodat, sed rudis etiam & vitiosa. In eo situm est, quem nanciscatur auditorem, quâ ratione illius impetus sustineatur. Quando igitur Pythagoram litteram

Ut autem hoc sibi quisque persuadeat, cogitet serio qui læsus est: *An non & tu similibus dictis alios non semel tantum confixisti? An non & tua quoque lingua plurimos laucivavit? jam tolera quod fecisti. Quid queris? tua tibi moneta redditur: maledici merentur audire maledicta, ita quidem ut non sibi maledictum sed responsum putent. Murum bonâ fide, & aliquando cum fœnore ipsis restituitur.*

Quid esse causæ dicamus, quod illa Israëlitis fortissima Juditha inter suos cives tam bene audierit, *Nec erat in Iudith c. 8. qui loqueretur de illâ verbum malum.* In promptu causa est: *Cur Irah civitatem illa non oberrabat, nec circulos frequentatitidi Judithæ non nebat in superioribus domus suæ, ubi secretum cubicum fuerit: dilium sibi fecerat, in quo clausa morabatur, ad eoque nec illa loquebatur de ullo verbum malum; silebat altissimè de omnibus Juditha; itaque altissimè etiam ab omnibus*

Virg. lib. 1. v. 10.

Virg. lib. 1. v. 10.

Tom. I.

de illâ ſlebeatur. Quisquis igitur contumelias audit & maledicta in ſe conjici, mox calculum ponat, an non & ipſe ſimillima fecerit aliis? quocirca patiarur, quod fecit. Siquidem qui quæ vult dicit, quæ non vult audit. Afſeſti ſumus injuriâ? ſuccurrat, non tantum quid patiamur, ſed quid fecerimus. Nam alii ſæpe non faciunt injuriam, ſed reponunt. Si volumus æqui rerum judices eſſe, hoc primum nobis ſuadeamus, neminem noſtrum eſſe ſine culpâ, præſertim linguæ. Hiñc enim maxima indignatio oritur, quod quilibet ſibi blandiatur: *Nihil peccavi, nihil feci.* Imò nihil fateris. Meliùs diceres: *Hæc & ipſe commiſi.*

Tiberius Imperator, tunc pæne melior ſeipſo quibusdam maledicorum conviciis laceſſitus: In civitate liberâ, inquebat, liberâ eſſe linguas oportet. Nec malè Cato, qui probis cujuſdam vexatus, reſpondiſſe dicitur: *Impar mihi tecum certandi cõditio eſt.* Nam, ut malè dicere, & malè audire, tibi facillimum eſt, ſic nihil malè dicere inſuavè, & malè audire inſuetum eſt.

Quâ in re præclariſſimè ſentit Auguſtinus, qui nos contra nos ipſos incitans: *Non, inquit, opus habes fortitudine, quando tibi aliquis æqualiter abſenti, quia non audis, nec ſentis. Si autem in faciem tibi dicat, opus eſt ut fortis ſis. Quid eſt fortis ſis? ut fortis. Ne forte ideo te putet fortem cum audieris, quia percusit pugno, victus convicio. Non eſt iſta fortitudo, ſi conviciatus percusius, quoniam ab irâ victus eſt. Et valde ſtultum eſt hominem victum, fortem dicere, cum dicat ſcriptura: Melior eſt qui vincit iram, quam qui caput civitatem. Habes igitur adverſarium magnum in teipſo.*

Primum igitur artificium eſt, ad improbam alterius linguam tolerandam, ſeipſum accuſare, & omnino æquum judicare, ſimilia facientem ſimilia pati.

§. I I.

Alterum ad tolerandam linguæ improbitatem artificium eſt, ſe ſubmittere, ac emendationem deinceps conſtituere. Incredibile dictu eſt quantarum ſit vitium in linguam improbam demiſſio animi. Nam ſicut tormenta bellica majora faxæas tutres perſumpunt & commolunt, ſaccos tamen lænos vix offendunt: ita ſummifſio linguam protervam frangit, enervat, dejicit, ſuperbia atollit, animat, impellit.

Quam multis profuit ab improbâ linguâ percuſſos eſſe, qui abſtruſum in ſe vitium ſibi que ignotum ſic moniti correxerunt, aut notum, ſed neglectum emendarunt. Quam multos aliens linguæ protervia & cautiore reddidit, & ad virtutem incitiores. Ex hoc plumbo hoc aurum eſt eliquandam.

Virgilio Maroni viſa eſt opportunifſima medicina, ſi linguâ icetus velit ſapere, morè que promittat emendationes. Cum enim quidam ejus amicus Cornificii in eum maledicta narraret: Et quam putas, inquit Virgilius, iſtius maledicentiæ cauſam eſſe? Nam Cornificium amo, nec eum unquam offendi. Cui amicus: An, inquit, Heſiodi ſententiæ non meministi? Architetum architecto invidere, & poetam poetæ? De malis, ait Maro, id Græcus intellexit, nam boni eruditos amant. Sed ego magnam cum meâ laude ac gloriâ vindictam in manibus habeo; majore curâ virtuti me dedam. Quò autem melior ſiam, hoc ille invidiâ rumpetur vehementiore. Pulcherrimum vindictæ genus eſt, emendare quæ capuntur, aut ea certè emendaturum ſtatuerè quæ ab adverſariis arroſuntur. Sic obſtruitur os loquentium iniqua.

Suprà, mi Lector, mel tibi propinavi, ſed falſum. Nimirum ſuaſeram iis omnibus, qui aliquid in alios imperii habent, ſalem in capite, mel in ore, ſale, ſeu maris amplitudinem in pectore ferendam. Quo hæc commendatiora ſint, melli nunc butyrum addo.

Quod divini à Berthelem pueri, quod noſturi Emma-nuelis infantia mel & butyrum in cibum habuerit, teſtatur Iſaias: *Mel, inquit, & butyrum comedit, ut ſciant re-*

A probare malum & eligere bonum. Hoc tibi mel, mi Chriſtiane, & hoc maximè butyrum ingero. Et ut appetentia ſit excitatior, En butyrum, quo veſcaris artiſſiſſimum, idque non è vili tugurio.

Regiæ domus opulentiam nonnemo velut oculatus teſtis hunc ferè in modum deſcribit. Tori ubique pura ſtrati; ſtragula duplici byſſo inſignia plus artiſſicio debebant quàm naturâ. Præterea cœli mirabili ſtabant diſpoſitæ per cubicalia ſtatue, quæ ſudantium vultus exprimere videbantur. Ego admiratus, inquit hoſpes, ingenioſam ſtatuarum novitatem, propius acceſſi, & materiam audaci digito ſerutatus ſum. Sed proſtruditus, quàm vellem, fragilis materia manum admifit. Perturbatus igitur imaginis cicatrice, fugæ conſilium cepi, cum ad latus ſe applicuit ſedulus miſiſter, ſpumanterque generoſo potu pateram humaniſſimè obtulit. Cùmque incerto vultu æſtuarem, putavit ille tantis conventibus inſuetum numeroſæ domus frequentia perterreret. Ita-

B que vanitatem timoris mei non ingrata conſolatione permulcens: *Quid, inquit, exhorreſcis hoſpes ad regalem ſtrepitum? quid triumphum credis quotidianæ familiæ rationem? Tu verò in aliud tempus ſtuporem differ, uterè principalis domus beneficiis, & audaci manu frange ſtatue butyraceæ auriculam.* Præſto ſum, qui ſaturatis ſuaviſſimam porionem aſſundam. Cùm ego negarem deformari ſtatueam oportere, ultro iriſit ſervus aulicus, & cervicem imaginis amputavit brevi gladio, qui ad hoc ex catenis argenteis de cingulo pendeſbat, &: *Nondum ſcis, inquit, ſeptemdecim eſſe cubilia, in quibus ſingulis ejuſmodi quatuor imagines è marmore angulos adornant, præciſis cervicibus, quæ quotidie recentifſimo butyro reparantur; tum ut populus in jentaculum deſtruxit extemporaneos vultus, frons ſubinde alia atque alia reponitur, & in diem ſepties ac decies renovatur delicatifſimum munus. Nondum hora diei nona eſt, & jam centum quadraginta butyri pondo hoc palatium abſumpſit. His arrienis dictis ſumpſi audentiam deſtruedi formoſum artiſſimum, & inhiantem gulam liberaliſſimè propitiavi tam opportunâ butyri promulſiſſe.*

C Hoc ergo butyrum tam artiſſiſſimum hinc ingero guſtandum; Chriſtianam ſubmiſſionem ac manſuetudinem ſuadeo exhibendam. Hinc aude, Lector, & imagini butyraceæ vel auriculam, vel nares, aut potius molliſſima præſcinde labra, & tuam inde linguam inſtrue. Diſce petulanti linguæ non pari reſpondere petulantia: Diſce, non turbulenter, non ferociter, non inſolenter, non contumelioſè, non arroganter & contumaciter laxare linguam: Diſce ſi non mel & roſas, certè butyrum loqui. Hoc ajo, modèſtè, ſubmiſſè loquendum ei, cui concordia & pax cordi eſt. *Mollis reſponſio, quam Salomon adèd dilaudat; hoc illud elegans butyrum eſt, de quo loquimur. Ad frangendam alterius iram, non eſt præſtantius, ſed nec præſentius pharmacum ullum aliud, quàm butyrum iſtud, reſponſio mollis.*

D Olim infantibus recens luſtratis, lac & mel dabatur, quod etiam num Ethiopes faciunt. De priſco ritu clarè Tertullianus: *inde, ait, ſuſcepti lactis & mellis concordiam prægiſtamus.* Idque ideo fiebat, ut Chriſtianiſ omnibus ſubmiſſio infantilis & manſuetudo altiùs imprimere-tur. Ad rem Bernardus: *Duo ſunt, in lacte ovis, butyrum & caſeus: bene parvulus noſter eligere novit, qui butyrum comedit, caſeum utique non comedit.* Imitare tuum dominum, Chriſtiane, & aſperi ſermonis coagulum repudia; apage hunc caſeum, butyrum comede; ſuaviſſimè linguæ rabiem reſponſis frange quàm potes molliſſimis; non cultros, non gladios, ſed butyrum loquere. *Submitte te, & linguam quantumcunque improbatam viciſti.*

Pueris, cùm dentiunt, mel & butyrum, ſuaſu medicorum datur, doloribus mitigandis; ego tibi mel & butyrum

Auguſt. in ſal. 92. 2oſt med.

2. Se ſubmittere, ac emendationem deinceps conſtituere.

Pſal. 62. verſ. ult. Vide cap. 58. §. 3. in hoc parte.

Iſaiæ cap. 7. verſ. 15.

Verè an ſalutè narrat.

Iſta p. 1. Sat. mihi pag. 118.

Prov. c. 15. verſ. 1.

Tertull. l. ad Coronâ milit. cap. 3.

Bernard. ſerm. 2. de Adventu Domini mœdio.

Galen. l. 10. de medic. Simpl. c. 102.

Mi & me cib dei ſeu dei hæc hiſt.

Exod. verſ.

Vide cap. 3. Calu. §. 1.

266. 1. 9. 1.

752 De vitiofæ linguæ toler. artificii. Caput LXII.

Sunt terræ diei horæ quas Superbia, & Avaritia, & Luxuria inter se dividunt: Lingua, non unam tantum diei partem, omnes sibi horas vendicat, Mundus iniquitatis est, omnia capit, omnia continet. Quâ demum ratione? Quâ charta soler geographica descriptum Orbem. In hac explicato digito, Hispaniam, Italiam, Poloniam, Galliam, Germaniam, aliâque Orbis partes designamus. Sed chartæ huic geographicæ, coloratæ Linguæ nemo fidat; mendacissima est, grandia minuit, parva extendit, alta deprimit, ima extollit, pro libitu pingit & fingit. Quantum, putas, Deus à mendacio distat? Quantum Christus à Beelzebub? Immensum, infinitum. Lingua tamen audeat, & Deo mendacium, & Christo dæmonium affingere. Quod si patremfamilias Beelzebub vocaverunt, quantum magis domesticos ejus? Ergo non sanæ mentis, & planè fatuus est, qui viam quam ad cælum facit, ad chartam tam mendacem dirigit. Innumeris modis Lingua decipit, terret, seducit, dejicit, configit.

Matth. c. 20. vers. 25.

1 Tim. 2. 13. vers. 16.

Si patremfamilias Beelzebub vocaverunt, certe nec domesticis ipsius parcent. Non est servus melior Domino suo.

Et Detractio quidem fulmen imitatur, quod improvidum & imparatum ante perimit, quam periculum denuntiet, quodque firmissima ferè impetrit, vilissima & humi serpentina negligit; ita illa in optimos quosque sævit, ut prope signum sit viri aut magni, aut ad magna nati, pati linguas detraherentium. Nam cum Detractio ferè ab æmulatione detraherentium, solâque magnitudo aut parva aut sperata æmulationum materia sit, in magnos exsurgunt hæ linguæ, ac non nisi in tales venena jaculantur. Magnitudinem enim alienam famamque, cum dedecus suum amulus existimet, consargit in adversarium, etiamque densâ linguæ grandine velut saxo imbre obruit. Fieri non potest, inquit Chrysostomus, ut qui virtute excellunt, apud omnes bene audiant. Nequaquam tamen dolendum est, si male audiamus, sed si jure male audiamus. Quo sensu præclarissime dixit Epictetus: Quid verò Antisthenes ait? An id nunquam audivisti? Regium est, Cyre, cum recte facias, male audire.

Scribam. in Pol. l. 1. c. 17.

Chrysost. serm. de calum.

Epictet. l. 4. differt. c. 6. v. 2.

5. V.

5. Contemneræ hæc linguarum aut calumorum vulnera.

Quintum ad nequitiam linguæ vincendam artificium est, Contemneræ hæc linguarum, aut calumorum vulnera. Contemne, & vicisti. Nam hæ linguarum insidiæ sæpissime non lædunt, nisi volentem. Advantton herba licet aquâ perfundatur aut immergatur, sicæ tamen similis est; sic cum homini probò contumelia inferitur, non inhereat. Quod si tu sapias, nullâ re magis testatam facies innocentiam tuam, quam calumniarum & detractio autem contemptu ac neglectu. Ut scias, omnis calumnia & obtrectatio fœtidæ similis est cloacæ, quæ quod plus movetur, plus fœteret. Nosti, Camerinam non esse movendam. Neque enim miser est, qui audit convicium, sed qui facit. Convicium porro potētissime regetur, cum convicio non responderetur. Non enim acerbius est convicium, quam conviciatorem neglectu ostendere indignum cui responderetur. Ille magnus & nobilis est, qui more magnæ feræ, latratus minorum canum securus exaudit. Ita mollosos generosiores aut leones imitemur, qui circumlactantibus cætelis non solent allatraræ, mcrâ imparium indignatione & contemptu. Contemne & tu has linguas, quæ non faciant nisi resistentes.

Thomas à Kempis l. 3. imit. Christi cap. 46. num. 1.

Ad naturam rei præclarissime dixit religiosus ille scriptor: Quid enim sunt verba, nisi verba? Per ærem volant, & lapidem non lædunt. Si reus es, cogita quod libenter esendare te velis: si nihil tibi conscius es, pensa quod velis libenter pro Deo hoc sustinere. Et quare tam parva tibi ad cor transeunt, nisi quia adhuc carnalis es, & homines magis quam oportet, attendis: Equid verba, quid calami nocere possunt animo qui Deo nititur? Quod grandio tectis, quod fluctus

rupibus, hoc calumnia potest, cum in virum incidere. Vis vincere? vis hostem frangere? de inimico triumphum agere? Contemne. Certa est victoria in solo contemptu. Vis adversarium meroribus excedi? ride. Vis indignationibus lancinari? nec verbo dignare. Vix videre supplicem? beneficiis cumula.

At durum, acerbum, ac miserum est tot pungentibus linguis velut jaculis configi. Durum, sed sæpe fructuosum; acerbum, sed salutarium: miserum, sed gloriosum. Exosculemur hanc bene merendi materiam, hanc messem cælo invehendam, hanc vindemiam dominicis cellis inferendam.

At excido, inquis, Principum gratiâ. Modò non excidas Dei. At forsitan ideo spoliaris opibus. Nemo te spoliabit æternis. Privaris dignitate? Nemo te bonâ conscientia privabit. Vituperant te homines? Sed honorabunt Angeli. At multos experiris inimicos & vexatores? Modò amicum habes & protectorem Deum. Contemptus jaces? Exurge cælo. Condemnaris? Judge Deo absolveris. Animum ergo adversus hæc para, & scito vix ullum virum bonum ab his linguæ jaculis vivere invulneratum. At fatuus est criminationibus fordidari cum bonis, quam falsis laudibus honestari cum improbis.

Pericles, qui quadraginta annis Atheniensium Rempublicam gubernavit, vir disertissimus, suggestum conga scensurus ut ad populum diceret, diis vota faciebat, ne ullum sibi verbum, se imprudente aut invito efflueret, quod ad Rempublicam minùs pertineret. Hic, inquam, Pericles temerarium & insolentem conviciatorem, per diem integrum, idque in publico patienter tulit. Neque vesperi cum se domum reciperet, adhuc maledictis insectantem à se repulit. Postremò, cum jam in domus limine, sub primâ noctem, confisteret, conversus ad forum Pericles: Heus, inquit, mox facem expedito, & hunc civem domum reducito. Sic homo improbus ab injuriâ & contumeliâ gratiam reportavit.

Hoc prorsus est convicia, calumnias, & maledicta magnanimo contemptu digerere.

Quid igitur hæc linguarum tonitrua tanopere nos terrent? in fumum evanescent: Quid detractioes & calumnias, quid probum & infamiæ notam addo reformidamus? Augustinus contra hæc nos animans: Opprobria hominum, inquit, nolite metueræ, & detractioes eorum ne supereminis, nec quod nos spernant, magni duxeritis: sicut enim vestimentum, ita per tempus absumuntur. Et dicti rationem reddens solidissimam: Crimen falsum, inquit, reum non facit hominem, nisi apud judicem hominem: tuum autem Deus judex est, nullus falso crimine læditur. Deus qui justificat, quis est qui condemnet?

Pericles eroga calumiam notorè factum.

Rom. cap. 8. v. 33. & 34.

6. V. I.

Sextum est: Silere, ac generosâ taciturnitate detractioes & calumnias cõcoquere. Sile igitur, alioque crabrones irritabis refutando. Sile, ne pervulgentur, quæ nescienda potius & sepelienda essent. Cum responderetur, cum excusatur, cum jure agitur, longè latèque infamiæ nota perfertur, quam multò tutius silentium sepehisset. Quâ de re Seneca illustrissime: Qui primus, inquit, defungi malis potuimus, in majora devolvimur. Quosdam Irâ cap. 14. minus verbi contumelia, non equo animo lætæ, in exitum projecit: & qui levem injuriam silentio ferre noluerant, gravissimis malis obruti sunt, indignatiq; aliquid ex plenissima libertate dimittunt, servile in sese atraxerunt jugum. Quod si reprehenderis à quo non deberes, nec modo quo deberes; illud velim cogites, quod sapienter dixit Romanus scriptor: Nulli patientius reprehenduntur, quam qui maxime laudari merentur. Itaque silendo reprehensionem admittite, illamque in encomium tuum taciturnâ patientiâ converte.

Sunt quædam vulnera, quæ melius sit non terigisse, plurima curando fieri pejora videmus: Neglige,

Plinius Senecæ lib. 7. epist. 20. Diom.

E

221 C27 02.

Ecl. c. 20. Neglige, & tace; ita sanabis. Homo sapiens tacebit usque ad tempus.

Contra verbosos noli contendere verbis.

Sile & dissimula, ut adversarius arbitretur detractio- nes suas à te nesciri. Nam plerumque qui sua dicta pu- tat sentiri, putat etiam de vindictâ cogitari: itaque se parat, ne hostis inveniat imparatum.

Quemadmodum verò Fabius Maximus (quem olim Ovem appellabant) pugnam opportunè fugitans, & Annibalem magis eludens quàm confictu frangens, du- cem antea invictum, morâ vicit & patientiâ; ita qui cedit & silet, linguamque verberantem non reverberat, sed declinat dextrè, hic victor est, hic vacillantem con- cordiam restituit cedendo & silendo. Ita Socrates Xan- tippen uxorem clamosissimam placavit non respon- dendo. Medicamentum injuriarum & contumeliarum omnium probatissimum est silentium. Tam injurias fer- rentem quàm inferentem sanat: solâ offensarum com- memorazione animorum vulnera recrudescunt. Silen- tium ad dolentis animi perturbationem sedandam val- let plurimum. Optimè miserias ferunt qui abscondunt. Hinc Rex iratam nō sine causâ Reginam sic alloquitur:

Desine meque tuis incendere, teque querelis.

Canum in pagis allatrantium ira non meliùs deser- vescit, quàm transeuntis viatoris silentio, caurâque pa- tientiâ. Apum circumvolitantium aculeos non difficul- ter exit illæsus, quisquis inter eas fuerit quietus; repu- gnans & prociac læditur. Pax silentii effectus, & velut filia est.

Angeronam silentii Deam ore obsignato repræsen- tarunt præci. Hanc autem, Macrobio teste, in templo Voluptatæ, quæ delectationis & gaudii Dea fuerat, collo- carunt, ut tacitè significarent, eum qui silere, & injurias toleranter ac placidè ferre didicisset, ingenti delectatio- ne, voluptate maximâ perfundi. Nimirum in templo Voluptatæ sedet Angerona: oris obsignati homo placidæ Voluptatis ædem incolit.

Sed & hoc insuper habet hominis læsi silentium; ple- runque patrocinia & hominum & ipsius Dei læso con- ciliat. Moses ad suos proclamat: *Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.* Magdalenæ silentis & lacrymantis patrocinium suscepit Christus, non solum adversus Isca- riotem, sed etiam adversus hospitem suum & conviva- torem. Et ipsius Christi tacentis ad tot tamque capita- les hostium accusationes Pilatus quantus ex iudice pa- tronus est factus?

Maronem poetarum principem Filius quidam ora- tor, facietis vexare solitus, audiente Augusto Cæsare, elinguem dixit, sed nec si linguam haberet, causam pro- priam tueri posse objecit. Cui Maro: Tace, inquit, ra- bula. Nam hæc taciturnitas causæ meæ defensor- nem fecit Augustum: & hac tubâ, cum volo, loquor, quæ ubique & diutissimè audietur.

At dicas: Qui se pro ove gerit, à lupis devorabitur.

Neque nos ubique, & in omni causâ tacendum di- cimus. Interdum pax ambienda est responsione, sed eâ mollissimâ. In curiâ & iudicio, si rei familiari, si famæ aut vitæ periculum sit à silentio, loquendi locus erit. At verò domi, in mensâ, in plateâ, in agro, in jurgio, in lusu, in symposio tutissimum semper silentium, præfer- tim cum in linguam improbam pugnandum est. Hic vetus Germanorum verbum verissimum: Duorum sap- pientior, tacebit prior. Nam ille sapientior est & melior, qui citiùs retulit pedem, cum utrimque certatur. Neque hoc ignavia signum, sed fiducia.

Res certa est: plerumque manu tardissimi sunt; qui promptissimi linguæ; multiloqui ac magniloqui, vix un- quam strenui. Homericum Therfiten hominem igna- vissimum, sed protervissimè conviciantem Achilles pu- gno interfecit, Goliathum David lapide prostravit. Ni- mirum canes illi magis degeneres minimè mordent, qui

plurimum latrant. Et Hieronymi sensu: canis latratu tam bonus facillè fugatur.

Cum virorum ille mitissimus Joannes Canonicus, ut vocant, regularis, cum amicis familiariter colloquere- tur, domesticorum unus in conclave irrupit, & minis atque clamoribus omnes exterruit improbus lator; in Joannem singulariter velut è plautro jecit convicia. Joannes fellis expertus, columba placidissima insanum nec verbulo percussit. Hic amicorum quispiam: Cur obsecro, inquit, mi domine, ad dicta tam atrocia files? tuam ipse famam conculcas. Ejice foras calumniato- rem. Huic Joannes scdat: Si flamma, inquit, domum corripuerit, num tu oleum affundas? Hic homo totus ardet, & furit: at nostri, nihil esse deformius, quàm furio- sis respondere: sicut in morbis nihil perniciosius, quàm pharmacum immaturum.

Primam iram nemo audeat oratione mulcere; surda est & amens; dandum illi spatium, dum remittat. At- que hoc medicorum scitum est, qui negant in accessio- nibus medendum.

Huic homini, hoc quidem tempore velle medicinam adhibere, esset occidere. Ubi remittente insaniâ, non- nihil ad se redierit, curationem admovebimus.

Hoc est proflus Davidem agere, & furiosum Saülem placare citharâ. Contra iratorum contumelias phar- macum est præclarissimum, TACERE. Aut enim po- tentior de te malè locutus est, aut imbecillior: si imbe- cillior, parce illi; si potentior, parce tibi, & noxam cave. Sunt qui cum audiunt vel leviter sibi detractum ab aliis, mox grandem meditantur vindictam: ita sagitta parvulorum facta sunt plagæ eorum. At iniquum est pueruli sagittulâ vix læsum, mox vulnera & cædes coquere. Non est argumentum certius magni animi, quàm im- probâ linguâ verberatum non reverberare. Gloria no- stra hæc est, testimonium conscientie nostræ.

Hic pulchrè Gregorius: Quid enim, inquit, si homines laudent, & conscientia accuset? aut que debet esse tristitia, si omnes accusent, & sola conscientia nos liberos demonstret? Valde miror cur vos, qui cor fixistis in celo, verba hominum agitent in terrâ. Dux bonorum Paulus dicit: Opus suum pro- habeat, & non in altero. Si laudibus lætamur, & detra- ctionibus frangimur, gloriam nostram non in nobis, sed in alio- rum ore posuimus. Quid autem aliud detrahentes faciunt, nisi in pulverem sufflant, atque in oculos suos terram excitant, ut unde plus detractionis persilant, inde magis nihil veritatis vi- deant? Quæ omnia Chrysostomus suo etiam calculo confirmat; nam de calumniatoribus & detractoribus mentionem injiciens: Possunt, inquit, facere malam famam, sed non interficere conscientiam. Tu igitur, quod Isaias mon- net, vide ut sileas: noli timere, & cor tuum non formidet. Longè gloriosus est, ad imitationem Christi, injuriam tacendo tolerare, quàm supercare respondendo.

§. VII.

Septimum in tolerandis aliorum linguis artificium est, Celeste premium suscipere. Ecquid quei potes de conviciis, detractioe, calumniis, cum hæc augmenta sint celestis præmii: Contumelias omnes & injurias centuplo Deus æternòque fenore pensabit. Detrectas lucram? recusas gloriam, abjicis coronam. Qui certare non vult, is premium aspernat; qui pati abnuir, cælum sibi displicere non dissimulat. Quæ enim hæc justitia, quæ esset verecundia, sperare premium, repellere la- borem? Ab incunabilis Mundi semper palli est Inno- centia.

Historiam omnem, Græcam, Latinam, barbaram, sacram, profanam solve, & nusquam non cernes Virtu- tem jaculis petitam, præcipue venenatis jaculis. Lingua venenatis Nil in Orbe tam sanctum cui Lingua vitiosa parcat. Hæc lapides jacit, & tela spargit, ut viam ad cælum h-

Ab orbe cœdito vir- tus temper fuit petita venenatis lingue ja- culis.

Silentium est injuria- rum medi- camentum probatissi- mum.

Virgil. lib. 4. Eneid.

Macrob. l. 1. Saturn.

Exod. c. 14. vers. 14.

Philipp. Bosq. Care. Lani. con. 7.

Pf. 63. v. 8. Non re- verberare magni ani- mi argu- mentum.

2. Cor. c. 1. vers. 12. Gregor. l. 8. epist. 45. & Galat. c. 6. vers. 4.

Chrysost. homil. de Susanna.

Isaias cap. 7. vers. 4.

non

754 De vitiosæ linguæ toler. artificiis. Caput LXII.

non invidiam, certè reddat impeditam. Quid trepidamus, quid in viâ substitimus, quid oculos retro flectimus? hanc semitam ad cælum dux Christus, totque centena millia comitum signarunt sanguine. Neque tamen nos ad sanguinem hic provocamur: mollior detractio- num pugna est, quæ vix supremam cutem ferit, ac ne ferit quidem, si contempseris. Sin altè in animum admiseris, non verba sunt, sed vulnera, quibus tamen præ- mium cæleste promissum non est. Linguâ feriri, & non refertur, hoc Christianum, hoc cælo dignum est.

In hanc rem expedit, non omnia videre, non omnia audire. Sic multæ nos injuriæ transibunt: ex quibus ple- rasque non accipit, qui nescit. Non vis esse iracundus? ne sis curiosus. Qui inquirat quid in se dictum sit, qui malignos sermones, etiam si secreto habitii sint, eruit, seipse inquietat.

Verborum in re prolatorum ruminatio, scrutatio, & pro tuo sensu explicatio eò perducit, ut videantur esse injuriæ quæ profectò non sunt. Abduc ergo animum ab auditis, & erige ad alta.

Et quis prudens omnium ore & calamis, dicta facta- que sua probanda speret? stultitiæ hoc magnæ est. Pru- dentia liberiore locutione non offenditur; imò gloria- tur cum patitur linguas, quæ ferè in magnos venena sua jaculantur; uti fulmina in firmissima quaque sæviunt, transeunt mollia, velut robore suo indigna.

Sed nimis quam dolet, inquis, cum linguâ nocente verberatur innoxius. In promptu solatium est; cum Jo- bo animosè dicat sic saucius: *Ecce in cælo testis meus, & conficius meus in excelsis. Si ergo nobis, inquit Gregorius, est testis in cælo, testis in corde, dimitte stultos: fors loqui quod vo- lunt. Qui vita sue in cælo testem habet, judicia (& linguas) hominum in terrâ pertimescere non debet.* Apostolus * suo id exemplo docens: *Mihi autem, inquit, pro minimo est, ut à vobis judicet, aut ab humano die.* Humanis major, facilè judicia & linguas hominum contemnet. Quid enim re- fert cuius auxilio cælum conscendat? satis est conscen- dere. Nihil interest an nomen tuum morbus, an gladius, an lingua inscribat cælo: modò inscribatur; tu beneficio fruere. Et ut æger pulsâ invaletudine, rigidus medici manus præmio donat, ita tu has linguas honora, sine quibus res secundæ fortassis oblivionem Dei conciliaf- sent. Nam prospera plures excludunt cælo quam ad- versa.

Inpetravit olim, quod Cassianus narrat, ab Athana- sio urbis antistite Alexandrina matrona tam dives quam nobilis, ut una aliqua è viduis, quæ sacri ærarii sumpti- bus alebantur, sibi daretur alenda. Data est illi mulier miti suaviq; ingenio, & linguâ prorsus modestâ. Sed optime matronæ satis factum non est. Siquidem pa- tientiam suam hac ratione nihil profecturam credidit, cum sciret virtutem sine adversario marcere. Itaque aliam sibi dari ab antistite poposcit. Athanasius men- tem feminæ non satis assccturus, dari jussit aliam, sed in- humanam, perversam, itacundam, & multò pessimæ linguæ feminam. Hanc matrona nobilis domum adduxit. Mox furia illa ingenium detexit: nam pro piâ libe- ralitate ac lauto hospitio convicia solùm, & obrecta- tiones atque maledicta, imò & verbera reddidit. Nihil in eâ obsequii, nulla gratiarum actio; quidquid ferè pro- locuta est, foedissima oris spuma, & merum jurgiorum semen fuit: vix quidquam pro sanâ loqui noverat. Hic matrona nobilis libimè applaudere, & multum gratula- ri; hic in sinu gaudere, cælumque stentibus oculis suspicere; hic Deum ardentibus precibus venerari, et- que gratias agere, quòd suam patientiam his exercitiis erudiret; denique ad Athanasium redire, eique pariter amplas habere gratias, quòd sibi eam demum dedisset viduam, per quam ad patientiæ cultum jugiter exer- cetur, atque sic viâ longè certiore duceretur ad cælum. Hæc profectò heroidei sapiunt Christianam. Imite-

A mur, si cælum amamus. Spe certâ cæleste præmium ex- pectat, qui Linguæ flagellum patienter tolerat.

Agnoscamus ergo Domini voces: *Beati estis cum ma- ledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos mentientes, propter me: gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Æter- nis nati, deligamus æterna.*

EPILOGVS
IN
PHAETHONTEM.

Volumini prolixiori, Lector, da veniam, quam bis tæve jam supra, sed obscurius petii. Quæ- dam dicenda, quædam sapiuscule ingeren- da, quædam etiam inculcanda fuerant; Op- portunè, importunè, Tarvensis Ecclesiastæ monitu.

Sed objicias: Quid prodest aperta monstrare, quid Aperta explicare? Plurimum. Et caussam à Romano sa- piente audi: Multa vel ante oculos posita transimus; sæpe animus etiam aperta dissimulat: ingenda est ita- que illi notitia rerum etiam notissimarum. Plurima sci- mus, sed non facimus. Scimus, non esse ditioribus & potentioribus adulandum; iis tamen adulamur: scimus, non temerè jurandum, non mentium, non obmur- murandum; nihilominus & juramus, & mentimur, & obmurmuramus audacissimè. Itaque reducendi sumus ad memoriam, idque frequentius. Sæpe agitari debent, sæpe versari salutaria hæc monita, ut non tantum nota sint nobis, sed etiam parata. Hinc dictioni sæpius laxan- dæ fuerant habenæ, quando aliqua non monstranda tantum, nec tantum explicanda, sed sæpius iteranda, & prorsus inculcanda sunt. Atque hinc

Summi plena jam margine libri
Scriptus, & in tergo necdum finitus Orestes.

Juven. sat. i.
initio.

Scripserat olim Euripides, poëta tragicus, Orestis fu- riosi juvenis res gestas. Poëtam hunc verbosior secutus alius, qui ubi margines omnes versibus implevit, etiam in tergo voluminis, contra quam veteres solebant, ver- sus exaravit, nec tamen tragediam finit.

Idem pæne hic accidit, Orestem planè scripsi, aut simillimum Orestis Phaëthontem, juvenem furiosissi- mum, qui sibi plurimum sapere videbatur, cum nihil saperet. Quod placidum quidem, sed periculosissimum furiarum genus est.

Phaëthontis, seu, Aberrantis Linguæ præcipitia, quantum subsecivis horis licuit, explicavi. Sed nullus etiamnum finis est scribendæ hujus tragediæ. Ita

in tergo necdum finitus Orestes.

Orestis aut Phaëthontis furores nondum omnes, nondum satis percensui. Post multa jam dicta, dicenda restant plurima. Optime dixit Alphonsus Salmeron, *Linguam esse Alphabetum seu congeriem omnium vitorum. Quis est enim, ait sapiens Hebræus toties nominatus, quis est, qui non deliquerit in linguâ suâ?*

Lingua est congeries omnium vitorum. Ecl. c. 19. vers. 16. Lucan. l. 7. circa init.

Augustinus ubi dixisset, hoc elogio Ciceronem affici: *Romani maximus auctor*

Tullius eloquii

Nullum unquam verbum, quod revocare vellet, emisit: sapienter addens: *Quæ quidem laus, inquit, quantumvis præ- clarissima videatur, tamen credibilior est de minimi satuo, quam de sapiente profecto. Quis ergo est qui linguâ non deli- querit?*

Omnem hominis ætatem lingua inficit. Ceterorum vitorum indoles plerumque certam vitæ partem occupa- tur: gula pueritiam, juventam incontinentia, viriles an- nos ambitio. Vitia deinde pleraque omnia cum senes- centibus

Job cap. 16. vers. 20. Greg. lib. 8. epist. 45. ad Palladii, & l. 9. epist. 39. ad Theoti- sam, utra- que dignis- sima legi- tur. * 1. Corint. cap. 4. v. 3.

Cassianus fac. Coll. 18. cap. 14.

T
C
ta
di
m
ca
Bj
Ad
14
E

721
221
122

Omnia vi-
tia præter
linguæ vi-
tium cum
suis domi-
nis emo-
riuntur.

sentibus senescunt, & sensim cum suis dominis emo-
riuntur. Solum linguæ vitium ætatem omnem, & omne
vitæ curriculum variè inflammatur. Non rarò quò adul-
tiores & seniores, hoc & loquaciores sumus; comædias
recitamus & tragædias longissimas; ut nec in tergo
quidem finiatur Orestes. Attende jam decrepitos quos-
dam, sed eximie garrulos senes, qui omnem vitæ suæ his-
toriam prolixis oppido narrationibus exponunt. Mem-
bra omnia in ipsis fracta, vires exhauritæ; vix gradi pos-
sunt, vix spirant, lingua tamen in eis etiamnum est viva-
cissima; dies totos garridum frangit, nec tamè fatigatur.

O malum inrequietum! ô rotam sponte currentem,
& indefessam! Phaëthon stultissime, quò excurris, quò
præcipitas? Sepulchrum tibi quæris, sed grande. Totus
terrarum Orbis tuus est tumulus, quem dum totum
implet, totum incendis. Nec facis tibi est in hunc tumu-
lum injicere teipsum; mille tecum (quid ajo?) sexcenta
millia rapis funera tuis incendiis ambusta.

Trojam olim, Saguntum, Numantiam, Corinthum, B
Carthaginem, nobilissimas civitates arsisse, prisca nar-
rat historia. Parum est hoc temerario Phaëthonti, Lin-
guæ præcipitanti, unam alteramve urbem incendere;
tori Orbi flammis subjicit loquendo, & unum facit ro-
gum tot amplissima regna. Nulla enim est regio, nulla
civitas, nulla curia, aula nulla, tribunal nullum, nulla pla-
tea, nulla domus, sed nec ullæ sunt latebræ, quas iste
Phaëthon, vitiosa lingua, litibus, calumniis, obretractio-
nibus, mendaciis, libidinibus, perjuriis, tumultibus non
impleat. Orbem inspicite, & verum me dixisse fateberis.

Vitium
linguæ ro-
tum orbè
suis cum-
tibus im-
plet.

Hier. cap. 8.
vers. 6.

Nemo, quod bonum est, loquitur.
Olim domorum ostiis inscribatur Tuscorum lin-
gua, ARSE VERSE, hoc est, Ignem avertè, seu, Cautè
custodi. Hoc suo quisque pectori rectius inscribat: Lin-
guæ ignem cautissimè custodi. Pessimus auriga Phaë-
thon, Lingua temeraria, incendit terras, Iros & Codros,
Crætos & Darios amburit; ardet Orbis, nusquam non
incendium vivit.

Quid hinc consilii, obsecro, quid auxilii est? Quas si-
tulas, quos harpagones his ignibus admovebimus? Jam
supra duodecim monstravi situlas huic incendio; si non
extinguendo penitus, ex parte saltem compescendo:
Duodecim suggesti remedia Linguæ improbæ curan-
dæ. Proximum ex his, & plerumque tutissimum, est si-
lentium, quod flammis subinde miraculo etiam doma-
re potest.

Thomas
Contipra-
tans lib. 2.
de sui ævi
miraculis
cap. 13. n. 4.
Bruxella
adjacet, no-
tum Belgis
& celebre.

Narrat Cameracensis Proëpiscopus, quem supra sæ-
pius laudavi, in Brabatiæ cœnobium esse, Affligemium,
sancti Benedicti familiæ assignatum, viros in eo mori-
bus religiosissimis vivere. Erat in hoc cœnobio moni-
chus, cui Radulphus nomen, silentii amantissimus. Inde
Radulphus Tacens est appellatus, nam totos sedecim
annos nec verbulum cum ullo mortalium est locutus;
totus alloquiis divinis deditus. In eam porò familiarita-
tem Dei se dedit, ut orto illic incendio, jamque per
totum monasterium grassante, ignis furorem linguâ si-
stere sit aggressus. Cum enim Radulphus humana sub-
sidia jam succumbere videret, tantò animosior divinam
opem sperare cœpit. Mox igitur in genua procumbens,
precibus quàm potuit ardentissimis, auxilium è celo
imploravit. Nec frustra. A precibus ingenti plenus ani-
mo, linguam tot annis velut sepultam jussit vivere, dixit-
que hæc omnino verba: *Stes ignis hac hora.* Stetit profe-
ctò ignis, & suæ voracitatis oblitus voci humanæ paruit.
Ita incendium sine vi aliâ penitus extinctum est. En vi-
res ac potentiam silentii!

Hoc ajo, Phaëthontis ignes, seu, Linguæ incendium
nihil potentius sedat silentio. Silentium est illa situla,
quæ in linguæ flammis effundenda. Silendo avertemus
ignem. Sapienter scripsit Philo: Tace, & audi: pulcher-
rimum præceptum. Qui narrant, quæ non decet, non
eloquentium ostendant, sed silendi impotentiam. Et

Philo lib.
Quis divi-
næ verum
heres, initio.

A propterea non ad cautoram & stridulam cicadam, sed
ad laboriosam & taciturnam formicam nos mittit Sa-
lomon. Ubi Lingua silentii frenos excutit, ibi præcipi-
tium certum, & incendium. Cum gemitu dixit Ambro-
sius: *Fovea alta est os malevoli, grande innocentia præcipitium.* epist. 44.

Vide primam omnium in fronte imaginem, ubi ru-
ptis retinaculis equi quadrijuges infreni volitant per
æthera cursu, demum in præceps ruituri. Talis est lingua
taciturnitatis impatiens. Imò, Theophrasti sensu, magis
fidendum est infreni equo, quàm in composito verbo.
Eam ob causam, Boni viri, cum beato Gregorio lo-
quor, freno consilii retinent præcipationem verbi, &
cautè considerant, ne relaxantes linguæ lasciviam, audi-
torum conscientiam incautè locutione transigant. Qui
os claudit, cum ira, vel vindicta, similisve malignior af-
fectus stimulat, non aliud facit, quàm qui insano gla-
dium eripit. Revera turpe non est, mutum & elinguem
videri, cum loquendi periculum est.

Laërt. lib. 5.
cap. 2.
Gregor. l. 5.
moral. c. 11.
post med.

Cum Valentia beatus Vincentius verba faceret ad
numerossimum populum, natali die Joannis Baptistæ, *sanus Pa-*
mulier ab ortu muta per confertam plebem ad sacrum
oratorum qui feminam adduxerant, miratus, oculis celo
sublatis, dictionem tantisper intermisit, & ad mulierem
versus: *Quid vis, ajebat, ô filia? Mox illa non impedire*
respondens. *Panem, inquit, & Linguam, ô domine.* Ad
quam denuo viri sanctus: *Panem, ait, quotidianum, dum*
vixeris, habebis; officium linguæ non impetrabis. Tu
verò gratias age divinæ bonitati, quæ tibi negat obfutu-
ra: *Lingua tua nisi sic esset ligata, esset mordacissima,*
animi corporisque interitum allatura. Cave igitur hoc
in posterum à Deo petere, quod non conceder nisi ira-
tus. Atque ab eo tempore, ut prius, omni usulinguæ ca-
ruit. Septennio post hæc superstes, pane non eguit, nec
linguam amplius desideravit, religioseque obiit.

Petrus Rau-
anus Pa-
normis, in
vita S. Vin-
centii, lib. 5.
cap. 1.

O ergo periculosas preces! Da Deus, Panem & Lin-
guam. Vitam quam panis servat & nutrit, plerumque
perdit, aut certè inficit Linguam. Longè tutius peteremus
panem atrum ac sordidum; Linguam candidam ac
mundam. Hoc regum sanctissimus, hoc prudentissima
reginarum, hoc optimi quique viri petierunt.

Rex David precatur: *Domine labia mea aperies, & os Psal. 50.*
meum annuntiabit laudem tuam. Non loquat, nisi tu clave
tuâ referaveris os meum, ad tuas non meas laudes effe-
rendas. Ergo, *Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam Ps. 70. v. 8.*
tuam. Fuit cum esuriret rex David, & pane mendicato
viveret. Hoc tamen non deprecatur, neque rogat ut
nunquam desit panis: potiora poscit, linguam flagitat in
Dei laudes expeditam.

Nec aliter precata Esther regina: *Tribue, inquit, ser- Esther c. 14.*
monem compositum in ore meo. Idem Beatus Ephrem his vers. 13.
verbis expetit: *Digitus gratie tue, Domine, semper moveat Ephrem de*
linguam meam, tanquam nervum cithara ad gloriam tuam. *Passionibus*
Concede mihi, Salyator, petitionem cordis mei, fiatque lingua
Animi.
mea velut cithara ad resonandum jugiter laudes tuas.

Hæ preces tutæ sunt. Da igitur, ô Deus, Panem &
Linguam. Non primarium, non niveum & dominicum
dumtaxat & similagineum postulamus, satis est nobis
plebejus etiam & cibarius panis: modò simul des lin-
guam candidam, ab omni fraudum & mendaciorum
furfure purgatam. Ita non improbè rogabimus *Panem*
& *Linguam.* Alioqui sanctius peteremus: Da panem, &
linguam nega: Arcam panariam refera; Arcam Linguæ
obsera. Nam inde nutrimentum vitæ; hinc plerumque
toxicum & spumam mortis depromimus, nostròque
nos gladio jugulamus.

Lingua velut gladius, dum vagina latet, non est ter-
rori, non fauciat, non sanguine se proluat; ubi furibun-
dus è vaginâ prorupit, hic jam attendat, quisquis in
hostium numero habetur. Omnia ferit, omnia terret,
omnia vorat, depauperat omnia, nemini parcat, in quovis

vis

vis temerè debacchatur hic linguæ gladius: extra silentii vaginam est; cavere, obvios invadit, & vix quidquam est quod ictus eludat tam certos. Gladio ferreo vel jaculo scutum objicitur; quid objicies linguæ, nisi taciturnam patientiam? Hoc plerunque munimen optimum adversus hunc hostem.

Sanctus Valerianus aciem illius gladii considerans: *Nihil est, inquit, sevis, nihil violentius amarum, asperius, sermone, quorum vulnera tantè difficilè curantur, quamò facilè inferuntur. Ferri per calum volantia spicula facile scuti objectione contemnis; verborum verò jactus, nec revocari potest, nec prohiberi; multè enim velociores sagittis sunt.*

Et quod mirum, quò retusior & mollior videtur esse hic gladius, eò facilius vulnerat, eò minus mollis, quò magis mollis est. Cave sermones super oleum mollioris, ad usque medullas penetrant, ut occidant.

Dæmon Jobum linguis conjugis ac cognatorum flagellavit;

Non ignoravit hoc Satanas, qui Jobum tot jam vulneribus faucium, tot calamitatibus quassatum, conjugis demum & cognatorum linguis liberalissimè flagellavit. E Jobi fortunis quod auferri posset nil supererat; plura ulcera recipere corpus vix poterat jam pæne unum ulcus effectum, sed magnum; jam decies in liberis suis mortuus erat ærumnosissimus parens. Hunc tamen virum toties jam mortuum ad novam lanienam expetit Satan. O Jobe, paulò majora canamus: gravissimis suppliciiis graviora restant. Ad linguæ gladium damnatus es, gladium sanè formidandum: ipsa uxor tua, ipsi cognati tui hoc gladio te petent. Hic te virum præsta: experieris vulnera verborum acerbiora esse quàm ferri. Sed animum obfirma, hic ultimus est cacodæmonis aries, quem tibi admovebit ut evertat te. Non habet vehementius fulmen quod in te torqueat, quàm tuæ conjugis & cognati sanguinis linguas. Videt stygius ballistarius, post subversas omnes fortunas tuas, post necatos omnes liberos tuos, post omne corpus tuum jam pæne absumptum & funeratum, te etiamnum stare: Videt hoc, & dolet se vinci, fremit ac sævit. Quare ultimam suarum machinarum jam expedit in te; jam omne sui furoris ingenium effundet, jam ad extrema descendet, suarum virium vim maximam tentaturus: Uxor & amicorum linguis in te pugnabit. Hic animis opus, ô Jobe, hic pectore firmo. Ergo animosè, ergo fortiter & intrepidè. Sta, & virulentas linguas partim silentio, partim mitiore responso clude, & vicisti.

Stetit revera Jobus, stetit, & partim siluit, partim mitissimè respondit. Ita vicit, ita triumphavit omnes cacodæmonum legiones.

Quin audemus paria, ô Christiani, quin sequimur animosissimum ducem? Silento, aut mansuetè respondendo, cum nostras, tum aliorum improbas linguas quascunque vincimus. Non difficilis pugna paratissimus est triumphus.

Sed patientissimo Jobo longè patientiorem osten-

do. In altum eant oculi. En Dominum Jesum suffixum cruci. Et hic cacodæmon expertus est extrema. Verissimè dixerimus: Bis crucifixus est Christus: primò clavis, deinde linguis. Jam flagra Servator, jam spinas, jam & clavos corpore receperat, jam altum in cruentâ trabe spectaculum pependerit, jam morte vicinâ crucis tormentum videri poterat exhaustum: cum ecce, diabolus novam & formidabiliorē crucem erigit; in hac Dei Filius non quatuor tantummodo clavis confixus est: tot altera crux ista trabales clavos habuit, quot Christus insultantes linguas sustinuit. Ad rem præclarè facit hoc Bedæ testimonium: *Bis petra percutitur, bis Christus crucifigitur, & manibus militum, & Judæorum linguis percussus.*

Neque verò Christus tot in corpore venas, tot ossa vel nervos habuit, quot ejuscemodi clavos toleravit. Verum, quod Jobus tot ærumnis pressus, id Christus tot clavis confixus multò verissimè de se dixerit: *Nōme dissimulavi: nōme filii: nōme quievi?* Revera, quod etiam Ilaïas affirmat, Tacuit semper, siluit, patiens fuit.

Christus quidem in cruce testamentarias tabellas toti humanæ genti scripserat, sed eâ verborum parsimoniâ, ut ingens hoc testamentum septem versibus nec totis complexus sit. Omne aliud in cruce tempus silendo & precando duxit, dum aliis atque aliis, & pæne innumeris linguarum clavis confingeretur.

Heu, quàm non imitatur hoc nostrum Caput? quàm non dissimulamus, quàm non silemus, quàm non quiescimus? Verborum injurias vel minimas tam impatienter toleramus, quàm audacter magnas inferimus. Vix tangimur, & gladium linguæ stringimus; vix leviter offendimur, & fulmen mitrimus.

Verbum præcis tritissimum erat: *Qui procul à Jove, procul à fulmine. Ego longè verius, Procul à fulmine, qui procul à Linguâ, non alienâ tantum, sed & suâ.*

Ruffinus & Pelagius Græci scriptores memorant, Arsenium olim Arcadii & Honorii Imperatorum præceptorē, cum etiamnum in aulâ degeret, ardentè à Numine hoc unum petiisse: *Domine, ostende mihi viam, per quam possim salvari. Et vocem cælo missam audivit, Arseni, fuge homines, & salvaberis.* Fugit ergo Arsenius, & aulam mutavit solitudine. Hic inter precandum denuo ad aures allapsa vox est: *Arseni, fuge, quiesce, tace.* Hæc sunt principia salutis.

Omnia, quæ de Linguæ vitii dixi, oraculo haud meliore, quàm hoc ipso clausero. *Quisquis es, cui salus cordi est, FUGE, QUIESCE, TACE.*

FUGE, non alios solum homines, sed quandoque teipsum, cum tibi à te peccandi periculum est.

QUIESCE, in unicâ Dei Voluntate. Extra cælum hæc una & unica quies est; aliam fortasse quæres, sed non invenies.

TACE, quotiescunque honestè non licet, aut non expedit loqui.

LECTORI BENEVOLO

AUCTOR.

Cur hic liber Orbis Phaëton inscribatur?

DIV prorsus, mi Lector, hærebam, quæ nomine exitiosissimum Orbis malum insignirem. Nec uno tantum anno hæc cogitatio me fatigabat. Tandem pæne idem quod Anaxilas pronuntio, Sanctissimus hic martyr interrogatus, quod nomen haberet Deus? Mox ille: Nomen, inquit, nullum habet, prout habere homines solent. Sic ego: Improb-

Euseb. lib. 5. Eccles. hist. cap. 5.

tas Linguæ tanta est, ut vix ullo sat grandi nomine possit affici; nullum habet nomen. Quid enim? *Gladium, aur, Sagittam, Spiculum*ve nomen? Est sanè gladius, & sagitta, spiculumque venenatissimum. Sed universam Linguæ malitiam nondum satis expressi. *Viperam, Aspide, Hydram* nuncupem? & *Viperam, & Aspides, & Hydras* vel sit affici-

Et Christus Dominus linguis Judæorum. De quibus crucis tormentum videri poterat exhaustum: cum ecce, diabolus novam & formidabiliorē crucem erigit; in hac Dei Filius non quatuor tantummodo clavis confixus est: tot altera crux ista trabales clavos habuit, quot Christus insultantes linguas sustinuit. Ad rem præclarè facit hoc Bedæ testimonium: *Bis petra percutitur, bis Christus crucifigitur, & manibus militum, & Judæorum linguis percussus.*

Job cap. 3. *Nōme dissimulavi: nōme filii: nōme quievi?* Revera, quod etiam Ilaïas affirmat, Tacuit semper, siluit, patiens fuit. *Christus quidem in cruce testamentarias tabellas toti humanæ genti scripserat, sed eâ verborum parsimoniâ, ut ingens hoc testamentum septem versibus nec totis complexus sit. Omne aliud in cruce tempus silendo & precando duxit, dum aliis atque aliis, & pæne innumeris linguarum clavis confingeretur.*

Heu, quàm non imitatur hoc nostrum Caput? quàm non dissimulamus, quàm non silemus, quàm non quiescimus? Verborum injurias vel minimas tam impatienter toleramus, quàm audacter magnas inferimus. Vix tangimur, & gladium linguæ stringimus; vix leviter offendimur, & fulmen mitrimus.

Verbum præcis tritissimum erat: *Qui procul à Jove, procul à fulmine. Ego longè verius, Procul à fulmine, qui procul à Linguâ, non alienâ tantum, sed & suâ.*

Ruffinus & Pelagius Græci scriptores memorant, Arsenium olim Arcadii & Honorii Imperatorum præceptorē, cum etiamnum in aulâ degeret, ardentè à Numine hoc unum petiisse: *Domine, ostende mihi viam, per quam possim salvari. Et vocem cælo missam audivit, Arseni, fuge homines, & salvaberis.* Fugit ergo Arsenius, & aulam mutavit solitudine. Hic inter precandum denuo ad aures allapsa vox est: *Arseni, fuge, quiesce, tace.* Hæc sunt principia salutis.

Omnia, quæ de Linguæ vitii dixi, oraculo haud meliore, quàm hoc ipso clausero. *Quisquis es, cui salus cordi est, FUGE, QUIESCE, TACE.*

FUGE, non alios solum homines, sed quandoque teipsum, cum tibi à te peccandi periculum est.

QUIESCE, in unicâ Dei Voluntate. Extra cælum hæc una & unica quies est; aliam fortasse quæres, sed non invenies.

TACE, quotiescunque honestè non licet, aut non expedit loqui.

mem

nem viperarum vocitem? Plus dixi, nondum satis.

Enimvero Malorum Iliadem dicam? Convenientissimum nomen, si illum, re tamen sua inferius; necquaquam in fandam mali atrocitatem. Qui Linguae virus Univerfitatem iniquitatis vocat, grande illi nomen assignat: non damno, sed aptius quaero. Quid ergo? E facris paginis ei titulum affigam? Feram singularem, Feram pessimam, Novaculam Dalila, Pharetram Malitia, Framcam Nequitia, Rhomphgam inferna Furia appellem? Speciosi tituli pro monstro tam nobili, sed minus robusti. Quo igitur re nomine, o malum malorum nominatissimum vocem? Aut ego te nomen habere nullum dixerō, aut Orbis Incendium appellaro. Hoc placet. Incendium Orbis, Orbis Phaethon es.

Orbis Phaethon recte inscribitur.

Horat. lib. 1. serm. 1. 2.

Lingua Phaethon est, caelum

A terram momento brevi pervolat: qua impetus agit, hac & terram sine lege ruit. Horribilia Linguae praecipitia intueris? Ipsissimus est Phaethon; sciplam, & una secuti plurimos quotidie praecipitat. In Lingua vim nocendi consideras? Rapidissimus ignis Phaethon est verissimus. Innumera nocumenta cogitas? Orbem terrarum perdit; vastat, incendit, Orbis exitium. Nec caelo parcit, flammam suas & in astra spargit, superos, beatosque caelites, Deum laceffit. Nulla nocendi vi Phaethonte inferior est. Quinimo terras penetrat, & ipsum quoque Tartarum terret, ipsos etiam manes suis ignibus involvit. En verissimam, sic loquar, fabulam, non Phaethontis, sed Linguae, quae velut igneus sed imperitissimus auriga Orbem terrarum suis incendiis iam dudum pessundat: Eumat uterque polus, Atlas enim ipse laborat Vixq; suis humeris labentem sustinet Orbem.

Distit omnino solum perterritusque in tartaravariis

Lumen, & infernum terret cum conjugera gem.

Ovid. lib. 2. metamorph. initio.

At obducis hic, Lector, & Profanum est, inquis, hoc nomen, atque a fabulis petitur. Ignosce, o bone, nesciebam te tam serium profani osorem esse. Sed quaeso te, Ridentem dicere verum quid verat? Sed est fabula, inquis, & poetarum risus Phaethon. Sit fabula; ac definit esse fabula, cum dicitur de Lingua. Rem voce abditam examinemus. Quod de Solis filio auriga temerario fictum, id de Linguae lapsu creberrimo nimis est quam verum. Liceat igitur pace tua Phaethontis nomen non abscicere huic malo longe aptissimum. Res loquitur. Linguae celeritatem spectas? Planè Phaethoni est; caelum &

B ferè. Modum namque docebimus quo lingua improba, si non emendari, saltem tolerari possint. Vale, mi optime Lector, & inter caussimè custodienda memento esse Linguam. Artificium summum, sed rarum, rectè loqui.

Finis Phaethontis.

Omnia ad majorem DEI, Deiparae, & omnium Sanctorum Angelorum honorem & gloriam.

ROSÆ SELECTISSIMARVM VIRTVTVM QVAS DEI MATER ORBI EXHIBET,

PARS PRIMA

CHRONOLOGIA SVCCINCTA, IN ANNOS BEATISSIMAE VIRGINIS MARIAE.



MARIA, Mater Domini Jesu, aeterna VIRGO, Concepta est anno ab orbe condito 4037. a condita urbe Romae anno 736. die 8. Decembris.

Nata est anno proximo die 8. Septembris.

Presentata est in Templo die 21. Novembris, cum scilicet duos annos, ac totidem menses, & dies vitae tredecim complisset.

Annos undecim in Templo permansit, divino cultui unice intenta.

Anno decimo quarto aetatis inchoato, circa diem festum Enceniorum, mense Decembri, a Sacerdotibus desponsata est Josepho conjugii castissimi.

Tom. I.

C Eodem anno decimo quarto currente, die 25. Martii, aeternum DEI Filium de Spiritu sancto concepit. Mox ad Elisabetham cognatam visens, tribus mensibus apud eandem commorata est. Joannis ortu appetente Nazarethum rediens uterum seire observata est a Josepho.

Anno aetatis decimo quinto inchoato, Bethlehemi Christum Dominum orbis Servatorem peperit, die 25. Decembris.

Octavo die a Natali Filium circumcilem nominavit Jesus. Hunc Magi decimo tertio die a partu muneribus veneri adorarunt. Die quadragesimo ab eodem partu, quando Februarii, Virgo beatissima Hierosolymis instranda filium obtulit in Templo. Inde cum infante, Josepho duce, fugit in Aegyptum.

In Aegypto praene septennium inter idololatrias exegit. Perit

Origo.

Si ipsam de se loquentem audiamus Rosam, hæc talia dixerit: Originem meam si nosse velis, semine delitui profusis exiguo, quod molliore horri gremio confortum, vapore tepescatum terra omnium mater diffundit, & ex eo herbescentem elicit viriditatem, quæ fibris & scapo nixa, sensim adolevit in fruticem, qui ductis brachiis & folia & flores porrigit carpenti dextræ. Ego spinis muniore, quas mihi meus opifex non ignominia dedit, sed custodia. Adversus noctis injurias in globum contracta claudor; surgente aurora in calycem pandor; sol altus nympham me cernit explicatorem. Miraris foliorum meorum ordinem, colorem, discrimina, odorem? vires meas & virtutem laudas? tam variis generis aquas, oleum, unguenta, saccharum meo conubio nobilitari prædicas? Hoc tu age, & quidquid admirationis & laudis habes, in meum conditorem converte. Hanc admirare, hunc lauda, hunc ama. Et scito, quod Salomon monet. Quoniam, qui hæc fecit, fortior est illis: à magnitudine enim speciei & creatura cognoscibiliter poterit creator horum videri.

Sap. cap. 33. v. 4.

Bern. tom. 1. post serm. in verba Apocal. Signum magnum, &c. mibi pag. 349.

Hæc in præludium dicta, tuopte ingenio, Lector, ad Rosam mysticam, primam paradisi Rosam, matrem divinam non difficulter transferes. Ad rem progredimur. Quamvis in hujus Matris laudibus, ut Bernardus loquitur, omnis lingua balbutiat.

Cum verò divinæ Matri paupertas semper in amoribus fuerit, speramus paupertatem oris humani ab eâ non repudiandam. Et en calarum primum, è quo primam Rosam excerpto AVREAM.

§. I.

1. Rosa lectissima virtutum B. Mariae Virginis Charitas proximi. a. Exod. cap. 25. v. 31. b. Reg. cap. 10. v. 18. c. Cant. c. 2. v. 4. d. Bern. tom. 1. in des. recat. ad B. Virginiam.

Amorem autò designari tam notum quam certum. Rosa aurea Amorem in homines hæc proponit. Eum variè divina oracula auro conferunt. Septiceps candelabrum templi aureum, aureum Salomonis folium, b. Arca intus & foris aureis laminis velata illius nos amoris monet, quem Charitatem proximi appellamus. Mater Domini, jure merito mater pulchrae dilectionis dicitur. Ea enim si quispiam alius, illud sibi rectissimè usurpet: Ordinavit in me charitatem. Ad hanc, quæ ceteras secum virtutes trahit, respiciens Bernardus dicit: Tu virtutum omnium, inquit, speciosus vernas floribus, inter quos pulcherrimos tres miramur in te, è excellentissima. Hi sunt, quorum odore totam domum Domini reple, è Maria, Viola Humilitatis, Lilium Castitatis, Rosa Charitatis. Damianus ad rem omnino: Scio, inquit, è Domina, quia benignissima es, & amas nos amore invincibili, quos in te & per te filius tuus summâ dilectione dilexit.

S. Thom. 2. 2. q. 25. ar. 1. habitus.

Sex modis B. Mariae testata est hunc amorem: Luc. cap. 1. v. 38. Secundò.

Amorem Virginis in humanam gentem ardentissimum fuisse, ex Amore in Deum discimus. Utrique siquidem pari passu incedunt, & ut Theologorum princeps Thomas Aquinas loquitur, unus utriusque est habitus.

Principiò Amorem hunc testata est Virgo, cum saluranti Angelo responderet. Fiat mihi secundùm verbum tuum. Hoc è summâ in humanum genus miseratione prolatum. Deinde hunc in homines amorem, jam tunc exeruit, cum etiam in templo adolescentula divinis obsecras quellas videret, quod non ad normam virtutis esset, suavi admonitione absterfit: si forte risum leviusculum, oculos liberiores, verba minus ponderata, animam minus patientem in aliis observasset (ut Bonaventura memorat) amore ingenti corrigere studuit, nonnumquam vel solo oculorum severiore nutu, qui satis diceret, quod verba solerent.

Bonav. in vita Christi. cap. 24.

Tertiò.

Teritiò: quæ illa porrò Charitas fuit, cum ad Elisabetham cognatam anum se longè inferiorem visere, eidemque trimestri toto famulari non est indignata?

Tom. I.

Tunc sanè panem otiosa non comedit: fecit, quod erga dominas solent ancilla. Charitas eam è cubiculo in montes, in vias asperas, in ædes alienas traxit.

Prov. cap. 3. v. 27.

Quartò, non sanctissimis solum exemplis nos docuit, quid possit, sed quid etiam soleret aliis plus amor præstare. Putent fortassis aliqui amoris legibus satisfactum ab eo, qui optima quæque aliis voverit, animo benevolus sed solo; verbis prolixus, sed solis; licet intèrim manus sine opè & opè complicatè feriantur. Erratis, è boni, erratis splendide. Actuosus est amor, aut amor non est.

Quartò.

Plurimæ piscorum statûe sine brachiis & manibus formabantur. Non talis est amor: opus monstrat, nec renitit, aut lenrà manu, totus in actionem exurgit, laboriosus & impiger est. Talis erat Amor Virginis. Nam, teste Lucâ, Exurgens Maria abiit in montana cum festinatione. Erant nimirum manus ejus tornatiles, aureæ, plena hyacinthis. Manus beneficæ & munificæ, ad motum expeditæ, amoris actionibus affixæ, hyacinthis nitidæ, quando earum finis est in æternitate cælum, in hac vitâ spem cæli, & velut pignus offerre. Sunt forsitan, quibus hæc ad imitationem placeant, nec ea tamen imitentur, nisi cum id eis facile ac commodum est, cum honori & auctoritari nil decedit, Nemo sic arhat, ut jure suo vel minimum velit cedere. Aliter Virgo beatissima. Ne quem illa exemplo sequiore turbaret, prærogativam Virginitatis sapienter celans, & jus castissimi puerperii velut oblita, inter ceteras puerperas perinde ut immundam se stitit lustrandam. En sanctissimum amorem sui honoris contemporem.

Luc. cap. 1. v. 39. Cant. cap. 5. v. 14.

Quintò: quo amoris testimonio pauperculus spon- sis in oppido Canâ subvenit, & vini penuriam suis levavit precibus? Neque enim matri voluit deesse filius. Vinum convivis omnibus post matris preces largissimum fluxit.

Quintò.

Sextò, nemini dubium sit, quin hostes filii, eo quo Sextò filius amore sit complexa. Nec, si opus, pro iisdem cum filio mori recusat. Quippe noverat hoc à filio imperari. Et quod maximas huic amori faces subdidit: Vidit & audivit filium in cruentâ trabè & preces & lacrymas pro inimicis, pro irritoribus, pro partididis fundere. Nec ulla mater felicis imitata est filium, quàm hæc divina.

C

§. II.

EX hoc amoris fonte, omnes Virginis actiones summiuerunt pretii. Christianus Ecclesiastes affirmans: Cum meriti radix, ait, gratia sit & charitas, Maria plus merebatur, cum Christum pannis involveret, quàm Laurentius cum pro Christo cadentem craticulam toleraret.

Tom. Ose- rium tom. 1.

Fingit Maro Didonis sinu Cupidinem foveri, & ab isto hospite reginam in flammam mutari. Mitamus fabulas. Maria sinu fovebat Christum amoris infiniti pelagus: quos inde ignes non hauserit? Et quid mirum, inquit Bonaventura, si præ omnibus diligat, quæ dilecta est præ omnibus? Hæc illa fornax, in quâ probatissimum è calò aurum liquatum dies noctesque arsit. Hæc illa est femina sic semper amicta sole, ut undequaque amoris radiose vibraret. Hæc virgo cælum crystallinum & tralucidum est, quod amoris æstum velut pluvias & rorem effundit. Nec stillare desit hoc cælum. Quotidiana in nos beneficia inde sunt. Hæc Virgo cælum sideribus distinctum, stellis plenum, omnigenis virtutibus ornatum, amoris sole singulariter fulget. Hæc Virgo cælum empyreum, ob amorem maximum, quo omne genus humanum amplexa est.

Bonav. in sermo he. x. ass. Virg. ad finem c. 6.

Hinc illa tot piscorum Patrum enconia. Disertissimus Græcorum Chrylostomus: Ave cælum, inquit, in quo Dominus præcipit solem suum. Et ut idem Orator sanctus loquitur, æternus Pater legatum suum Gabrielem.

Annoc. B. Virg. l.

5112

len hec

Aug. tom. 10. ser. 18. de sanctis mibi p. 413.

Mater Domini empyreum celum.

lem hoc iustu amandavit: vade ad alterum celum, quod est in terra. Eruditissimus Latinorum Augustinus: Dum, inquit, desponeretis fabro, cali nupst architecto. Nam qui terra, mari, celoqne non capitur, intra unius corpusculi membra suscipitur. O femina super feminas benedicta, que virum omnino non novit, & virum suo utero circumdedit. Quid dicam, si calum te vocem, altior es; si Dominam Angelorum, per omnia esse probaris. Nec aliter locuti Parrés ceteri. Empyreum celum mater Domini fuit, nam uti hoc maximum mundi corpus cetera continet omnia, ita Maria ubiverlos homines, amicos, inimicos, amoris brachiis stringit. Hodieque animos malignis odiis a se disjunctissimos jungit. Istud exemplo lit.

Inter Aragonie Regem Alonsum, & Raimundum a sancto Agidio Comitem diuturna fuit discrepatio, nec ullius facundia tam potens, que iras idemdem gliscerens sepeliret. Demum anno Christiano millesimo centesimo octogesimo tercio pax ita coaluit. Homo mechanicus opifex, coram Præsule ceterisque Sacerdotibus oratione simplici exposuit, a Deo imperatum sibi, monstrare Virginis matris cum divino puero pictæ iconem, & unâ inscriptionem illam: Ecce Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi, dona nobis pacem. Itaque se Divinis iussis non potuisse non parere. Hic sane non magnificus caduceator ita discordes animos movit, ut id etiam utriusque partis maderentes oculi sint testati. Dextas dederunt, & iurejurando sanctaverunt pacem. Illam celestis Virginis imaginem diversis laminis incisam ad pectus palam gestarunt. Unde tanta religio animis incescit, ut quicumque effigiem illam divinæ matris gereret oculis conspicuam, etiam inter hostes tutus ageret. Imò si quis fratri germanum fratrem occidisset, superfluum fratrem vel offensissimum nullo negotio sibi conciliare poterat hac unâ imagine monstrata. Nimirum mater divina, mater pulchra dilectionis est. Plurimum ubique amoris est, sed turpis. Dilectam hinc castè amare.

§. III.

Dominius JESVS Rex cæli DEVS idem & homo docuit humanum genus, charitatem esse omnium virtutum maximam. Nec tantum docuit, sed etiam præcepit. Et amorem quidem in homines hac lege imperavit: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Neque solum hoc docuit & præcepit, sed & præcepti exemplum statuens seipsum: Majorem, inquit, hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amico suo. An non ille ipse posuit, qui hominem induens, innumeros labores & ærumnas tulit, ut homo, qui culpa sua ceciderat, ope alienâ surgeret? In hoc, inquit Joannes, cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Non potes pro alio caput tuum devovere? poteris saltem alterius pedes lavare. Christus in supremâ cenâ cum suorum pedes lavisset: Scitis, inquit, quid fecerim vobis? & vos debetis alter alterius lavare pedes. Id Paulus explicans: Alter alterius onera portate, inquit, & sic adimplebitis legem Christi. Lex una Charitatis omnes omnino leges complectitur.

Querit olim Pilatus: Quid est Veritas? Nos hinc: Quid est Charitas? Theologi: Virtus est, ajunt, quâ homo diligit DEVM & hominem, sed tam Deum quam hominem propter Deum. De amore hoc gemino eleganter Augustinus: Dei dilectio, inquit, prior est ordine præcipiendi, proximi autem dilectio prior est ordine faciendi. Neque enim qui tibi præciperet dilectionem istam in duobus præceptis, prius tibi commendaret proximum, & postea Deum, sed prius Deum, postea proximum. Addidit: Tu autem quia Deum non vides, diligendo proximum quem vides, promereris,

Luc. cap. 10. v. 27. Joan. c. 15. v. 13.

1. Joan. 3. v. 19.

Joan. c. 13. v. 14.

Gal. cap. 6. v. 2.

Joan. c. 18. v. 38.

Aug. tr. 17. in Joan. c. 5.

A & purgas oculos ad eum evidenter videndum, quem nonnum vides. Qui autem, inquit Joannes, non diligit fratrem suum, quem vider, Deum quem non vider, quomodo potest diligere? Amor in homines tunc demum laudandus est, cum Quam-Verax, Rectus, Efficax, Sanctus est. Explico succinctè simplex amor in homines laudandus.

§. IV.

Principio sit Amor Verax. Hic revera non querit, que sua sunt. Exemplo sit Paulus Dei hominumque Amorem amantissimus, qui de seipso: Non quærens, inquit, quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant. Hinc ingenti spiritu ausus est dicere: Optabam ego ipse anathema esse sine Christo pro fratribus meis. Hinc epistolis Corinthum, Philippos, Thessalonicam missis: Cùm liber essem, inquit, ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem. Et factus Iudæis tanquam Iudæus, ut Iudæos lucraver. His qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, (cùm ipse non essem sub lege) ut eos, qui sub lege erant, lucrifacerem, &c. Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos. Testis mihi est Deus, Philip. c. 1. quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi. In cor. 2. ad convivendum. Fecisti sumus parvuli in medio vestrum, tanquam si nutrix foret filios suos: ita desiderantes vos, cupide volebamur tradere vobis non solum Evangelium Dei, sed etiam animas nostras, quoniam charissimi nobis facti estis. Hic ignis amplissimum Pauli pectus cõequebat.

Juvenis olim religiosum senem interrogans: Oro te Pater, ajebar, dic ex animi tui sententiâ, quid tibi videatur. Duo fratres sunt, quorum alter in tuguriolo suo quietus perdurat, jejunium quandoque ad usque sextum diem producit, nec interim consuetos sibi labores quidquam remittit. Alter verò unius rei satagit, ut ægrotis inferviat. Dic, obsecro, cujus vivendi genus videatur Deo acceptius? Cui senex: Non opus hic, inquit, deliberatione multâ. Dico: Si frater ille, qui sex diebus prorahit jejunium, suis sese ipse naribus suspendat, illi alteri, qui ægrotantibus ministrat, pro merito neutiquam æqualis esse poterit. Nimirum tacti est charitas, cùm verax est. Univerfa delicta operit charitas.

Hæc hominem non amat, quia utilis, formosus, delectabilis, sed quia imago Dei est, quam propter Deum amandam esse novimus. Amore minimè Veraci eum prosequor, quem amo, quia oculis meis placet, quia voluptati meæ parer, quia commodis meis subservit. Canina hæc charitas est, quæ non hominem, sed formam, fortunam hominis amat. Hinc Sapientis dictum verissimum: Amici divitum multi. Sic canis suum dominum amat, ut panis buccam aut ds obrineat, sic & dominus canem aut equum amat, ut inde commodum aut oblectamentum capiat. Aliter Christus, aliter nos Paulus erudiens: Fines præcepti, ait, est charitas de corde puro, & conscientiâ bonâ, & fide non fictâ.

§. V.

Deinde amor in hominem sit Rectus, seu compositus. Rectus oportet. Charitas & composita & ordinata nemini quidquam invidet, non corporis, non animi dona, non opes, non scientiam, non virtutes, non ipsam beatitudinem. Si Abelem Cain, si Josephum fratres, si Davidem Saul ferid amâssit, non eum tam gravi pressisset invidia. Tu livor invidia, tu tepor charitatis in causâ es, cur amorem odium & invidia expungent. Atque hinc oritur malata citurnitas, hinc in laudandis aliis paritas, ut etiam interrogati, quomodo ille aut ille se gesserit, vix serò frigidissimum illud Bene referamus. Ubi verò charitas est, quam pronis & propitiis auribus laudes aliorum audiuntur, & quantum li-

Prov. c. 10. v. 12.

Prov. c. 14. v. 20.

1. Tim. c. 1. v. 5.

2. Rectus.

Vertical marginal notes on the right side of the page.

Vertical marginal notes at the bottom right of the page.

Gen. c. 14. v. 60. tum licet propagantur? quàm ardentem vota illa ingeminantur? *Frater noster es, crescas in mille millia, & possideat semen tuum portas inimicorum tuorum.* Hæ charitatis faustæ acclamationes sunt: Invidia & odium aliis devotionibus & imprecationibus utitur: ut te corvi exoculent, ut te mille diaboli lacerent, ut te gehenna glutiat. Hæc odii devotioria sunt carmina. Hic charitas sine lege, sine ordine confusissima est. Quàm longè aliud est præsci Sipientis canticum illud: *Deum sequere; melior est venia vindictæ; vidisti proximum tuum, vidisti Deum.*

Davidis & Jonathæ amor rectus.

Davidem & Jonatham Regis filium ambos juvenes videre. Jonathas pastoritium illum hominem eo amore complexus est, crescentem ipsi gloriam ad eum non invidit, ut suis se vestibus excuens, Davidem iis inducit. Amorem hunc Jonathæ nec formidanda patris superbia, nec crudele imperium potuit cohibere. Ubi amor est, procul exulat invidia.

§. VI.

3. Efficax. 1. Joann. c. 3. v. 18. Luc. c. 10. v. 33.

Tertio, sincera proximi Charitas, *Efficax & Robusta* est. Quod Joannes discretissimè præcipiens: *Filii, ait, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate.* Samaritanus eques ille hominis vulnerati, quem in viâ reperit, non tantum miserum est, sed vulneribus insuper oleum & vinum instillavit, ut chirurgus, & saucium jumento suo imposuit, ut conductus famulus, cum tamen aliis Samaritani Judæos cane pejus & angue oderint. Expendamus, obsecro, sed summatim, hoc Samaritani illusterrimum factum, & obsequiosum amoris septem admiranda inveniemus. 1. Samaritanus fuit, & nihilominus tamen charitatis officium Judæo exhibuit, cum aliis Samaritani & Judæi capitales essent hostes: *Non enim contumtur Judæi Samaritanis;* respondit Samaritanis Christo ad fontem. 2. *Misericordia motus,* cum nec Levites, nec Sacerdos illac prætereuntes ullam miserationem tangerentur. 3. Chirurgus fuit vulnerati, cujus piagas oleo & vino eluit, & *alligavit vulnera ejus.* 4. Auriga fuit miseri, nam *imponens illum in jumentum suum, duxit in stabulum,* ipse pedes secutus. 5. Nofocomus fuit faucii, nam *curam ejus egit.* 6. Tribunus ærarius fuit spoliati, nam *protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait, curam illius habe.* 7. Vas & fidejussor fuit pro curando corpore extremè affecto, nam addidit: *Quodcumque supererogaveris, ego, cum rediero, reddam tibi.* En Christiane, inimicissimos etiam & capitales hostes amore prosequendos. Inimici & miseri, maximè proximi.

Achilles ab Ajace interrogatus, quos omni vitæ maximos labores exantlasset? Hos, respondit, inter labores gravissimos colloco, quos pro amicis & charis hominibus pertuli. Interrogavit Ajax amplius, quos censeret jucundissimos? Eisdem, dixit. Hoc amoris est Efficacis & Robusti, operosum quid & asperum pro alio pati, aut facere. Charitas, quæ omnem laborem fugit, incommoda omnia declinat, charitas non est.

Considerate mihi gelidissimum hunc ignem, mortuam charitatem. Est homo egenus & miser, qui tuam implorat opem: hunc tu defloccato palliolo, vel veste arctatâ, vel prompto consilio, vel brevi scripturicula, vel quadrantibus paucis, aut etiam pauculis verbis juvare potes, sed rejicis. Et ut suis huic inclementiæ sit fucus & color, illud unicum culpæ prætextis: *Juven illum alius; ego non omnibus servio.* Irane Christiane torpidissime, expeditum te censet crimine? Tibi Christus ab iride coram orbe toto in os exprobrabit: *Quod uni ex minimis meis non fecisti, mihi non fecisti.*

Math. c. 25. v. 45. Charitas omnes in aliis defectus tolerat ac convelat.

Non est verus amor, qui robustus non est. Charitas omnes in aliis defectus tam nature ac corporis, quàm alios animi & fortunæ tolerat, & quantum potest, teget & convelat. Charitas cum cæcis, claudis, senibus, indoctis, imprudentibus, ægris, egenis mitissimè agit

A ut mater: prout exhortatur Paulus: *Non sit schisma in corpore; sed idipsam pro invicem sollicita sint membra: & si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra: sive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra. Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro.*

Deum non diligit, qui, quod Deus jubet, non diligit proximum. Ea est ratio circuli, ut ab eo ad centrum nullæ prorsus lineæ perducî possint, quæ tangant centrum, nisi tangant etiam seipsas, quod Euclides evidentissimè demonstrat. Pari planè modo, non possimus amare Deum, nisi quod præcipit Deus, amemus & proximum. Eiusdem est habitus, ut scholæ loquuntur, amor quo Deus & quo proximum complectimur. Hinc illud divini Pauli: *Qui diligit proximum, legem implevit.* Tanti Deus amorem proximi facit, ut non velit, imò non possit amari, nisi ametur & proximus. Vis amore centrum tangere? non poteris, nisi & lineas omnes tangas, quæ desunt in centro.

B Amore lineas non contingis? etiam à centro ut inimicus abis.

Sunt in cantu notæ musicæ, quarum aliquæ ipsi lineis inhaerent, aliæ inter duas lineas, quædam velut exleges extra lineas, aut supra eas, aut infra sunt, nihilominus ad harmoniam faciunt, & cantum juvant. Sic hominum aliqui leges tam divinas quàm politicas observant, & scire ad omnium sese ingenium accommodant, comes, gratiosus, affabilis. Hos amare facile est. At sunt alii contra morosi, asperi, difficiles, terribiles, turbatores, prorsus exleges, sed etiam hos robusta charitas amicis itringit brachiis. Non enim hi minùs diligendi sunt, quia minùs gratiosi sunt. Amor in illos aequè dispensandus est, quia saltem homines communis naturæ, Dei imagines sunt. Efficax & robusta charitas omnes molestias & injurias, velut struthionæ tæmelus ferrum, concoquere novit. Ita David nebulosus Semei maledicentiam generosè digerens: *Dimitte eum, inquit, ut maledicat juxta præceptum Domini.* Hoc robur charitatis est, tales etiam cultros glutire & digerere.

Quarto, vera charitas *Sancta* est. Joannes attestatur: *omnis, qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum. Qui non diligit, non novit Deum.* Sanctum dicimus hunc in homines amorem, ut eum repudiemus, qui profanus, turpis, impurus est. De amore casto & sancto dictum est: *Foris ut mors dilectio.* Sed etiam amor minime sanctus hanc sibi fortitudinem arrogat. Quod vel illa in Hispaniâ rupes confirmet, quæ *Petra amantium* dicitur. Et quia in hac descriptione ratiore quædam & minùs protrita obviâque sectari animus est, ideo illam amantium petram, ut rem passim ignotam explico.

Juvenis Hispanus, Granatæ triennio captivus, quod multum dominus rebus urbanis & domesticis utebatur, morum & vultus elegantia herilem filiam allexit in amorem. Libera consuetudo diu futura non erat, altero servo, virgine jam nubili. Ergo fugæ consilium capiunt. Id adolescenti honestum visum, quoniam ad suos fugiebat, à suis illa abibat. Profecti, cum inter Archidonam & Antequeram medio spatio ad petram pervenissent, fessique requiescerent, en virginis patrem & comites omnes equis vectos contento cursu insequentes vident. *Quid facerent fugitivi? quò se verteret? quid consilii caperent? Fallaces hominum spes, misera conditio: Exanimati metu, quod unum erat reliquum, per petræ cæutes rependo in cacumen evadunt.* Sed inane hoc præsidium fuit. Ardens oculis patet, truciçque voce descendere jubet: nisi morem gerant, continuè extrema exempla editurum minatur. Ceteri admonere, rogare, hortari, unam salutis spem in patris misericordia superesse: se ad pedes abjicerent, & veniam precarentur. Parere reculantibus, ex equis omnes dilapsi in pedes tentant ascendere. Juvenis contra obmoliri saxa, glebas, stipites, & arma facere, quæcumque dabat despet-

Amor Dei & proximi est habitus. Rom. c. 13. v. 8.

Amor in gratiosus & asperos aequè est dispensandus.

2. Reg. c. 16. v. 11.

4. Sanctus. 1. Joann. c. 4. v. 7. & 8.

Cant. c. 8. v. 6.

1. Joann. Ma. 1. 9. verum Hispaniam c. 22. fin.

ratio. Igitur è vicinò vico sagittarii evocantur. Eorum adventu fracti animis fugitivi, jamque certo exitio imminente, quod reliquum erat, ighominiam, proba, cruciatu majores evadere parant. Ergo quod unicum restabat, mori eligunt, & mutuis brachiis arctòque complexu colligati ab eà parte, quâ lævus pater intentus erat operi, sese præcipites devolvunt. Sic in imam vallem perlati extinctique sunt, omnibus qui aderant, præter patrem, miserantibus fortunam & illacrymantibus; nonnullis dolentibus casum eorum, quòd eos non prius amor quàm vita defecisset. Eò loci sepulti sunt, & monti nomen inditum *Petra amantium*; ingens animorum constantia meliori digna exitu, nobilèque certamen, si pro verà religione, non pro vesano amore fuisset susceptum.

§. VIII.

In speculo disciplina cap. ult. Vitiōsus in hostiū amor est blandus;

Non est autem difficile, amorem, qui terram & carnem sapit, à vero & divino discernere. Et ceteris hæc signa sūnt: Vitiōsus in hominem amor, beati Bonaventuræ sensu, est *blandus, puerilis, improbus*. Blandus est, nam sermonis faccarum & lenocinia verborum adhibet. Alter alteri exaggerat; quantum se mutuo diligant, & quàm omne colloquii tempus breve censeant, et si sermonibus diem noctemque impendant. Et reverà, cum tales conveniunt, in infinitum abimateria loquendi. Quàndocumque finiant, superest quod dicant.

Puerilis.

Puerilis autem hoc modo noscitur. Amicitia puerorum res lusorias, jectacula, merendas, vanas narratiunculas quærit: sic aliqui se amant, ob cenas & conviviosa, ludos & donariola, & quidquid ejusmodi nugarum est. Huc spectant, anxie quidquid novi est conquirere, & si quid rumoris affluit, mox mutuis epistolis inferere, ita vanissima quæque vel litteris vel sermonibus miscere. Amor degener sacra & ad salutem spectantia raro tractat, nisi sub initium sui, & hoc amoris parum sancti mantelum est: sanctè incipere, specie honesti convenire subinde blandà manu se mutuo contingere & mulcere, obsequia mutua deferre, sed demum in molles & lascivos affectus desinere: sic aviculæ capiuntur visco; sic caupones ebriis aut rudibus vappam & fugiens vinum pro nectarico vendunt; sic hamus regitur ecã, quam appetituri sciuntur pisciculi.

Deinde hic degener Amor cor reddit inquietum, cum absens est, qui amatur, & facilis insurgit ira ad omnem offensusculam; alter alterum vocat ingratum, objicitque ei beneficia, si minus videatur respondere amor. Accedit impatientia & zelotypia, cum amatus alium etiam amat, aut ab alio amatur. Quæ omnia longè absunt à puro veròque amore.

Improbos.

Improbos autem amor est, cum in fraudes aut vitia conjuratur, & plerumque cum alterius damno. Hinc illæ voces pessimè usurparæ: *In quo quis audeo, audeo & ego*. Hebraus Sapiens hic monet, & pervellens aurem: *Filii Domini, ait, si te laetaverint peccatores, non acquiescas eis. Si dixerint, veni nobiscum, &c. ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum*. Degener & improbus hic amor est, qui inter vitia coalescit. Severus est *Sanctus* amor, & æqualem in omnes benevolentiam paritur, omnium ingenia, mores, defectus, aliæque onera benignè tolerantia. *Dilectio proximi malum non operatur. Qui diligit proximum, legem implevit. Plenitudo ergo legis est dilectio*.

Ad Rom. cap. 13 v. 8. Et 11. Gal. cap. 5. v. 14. Abdemelech erga Jeremiam prophetam charitas:

Neque suum unquam deest premium amoris vero. Abdemelech Æthiops, qui Regi Sedecia à cubiculo erat, fortem Hieremias vatis in cœnosam foveam dejecti miseratus Regem suum adjit, & pro innoxio capite deprecatus est. Impetratà veniã Prophetam incredibili charitate è cœno eduxit. Illi, qui odium in Hieremiam exercuerunt, in potestatem hostium devenerunt, è quibus alii occisi, alii captivi Babylonem abducti

sunt. Soli Abdemelecho certà fide promissum est: *Libere te in illà die, ait Dominus, & non tradèris in manus virorum, quos formidas. Sed eruens liberabo te, & gladio non cades: sed erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam*.

O grande charitatis & meritum, & premium! capitur, vastatur, quatitur, funditus evertitur Hierusalem, & inter tot furentium gladios is unus à periculis tutus agit, cujus charitas innocentem tutari sustinuit.

Et quàm rari admodum exempli est charitas Tobia, Tobia er. qui Babylone captivus suæ gentis homines egenos & affligtos non tantum solabatur, sed suis etiam fortunis sublevabat. Præstitit ea pietas Tobiam tam incolumem à Sennacheribi savitiã, ut vis illa universæ genti alienquin infesta, unum virum non attigerit.

Anastasia Romana mulier loco nobili orta, quia virum sortita est sui dissimilem & pietati Christianæ infestum, ideò illa charitatem Christianam ardentius exercere, vili habitu patricium decus tegere, ægros oculè circumire, carceres invisere, catenas oculari, cibo, potu ac tegumentis miseris sublevare, hortari omnes ad constantiam solebat. His charitatis officiis illustrissimam Martyrum palmam & ipsa sibi promeruit. Nimirum hoc mandatum habemus à Deo, inquit Joannes, *1. Joan. 4. qui diligit Deum, diligit & fratrem suum. Qui autem habuerit substantiam hujus mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clausit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?*

Maria Doignies Nivellana unà cum marito, quem in parem castitatis consensum traxerat, leprosis inferuit merà vi amoris compulsa. Non morbi deformitas, non tabes, non contragio huic charitati poterat obstiterè. Miserabilior ægrotantium facies, curam ministrantium magis accendebant. Nunc cum Christo reges sunt in cælo, qui leprosos tam fideli servitio curant in terrâ.

Bernardinus Senensis prima sanctitatis rudimenta per charitatis obsequia apud cives suos deposuit. Cum enim Senæ Hetruscæ gravi pestilentia vastarentur, Bernardinus dyodenis juvenibus comitatus, quos sibi delegerat, ægrotantium lectulos obire, graviter affectos consolari, egestate laborantium subvenire, sepelire mortuos, paratus omnes subire casus, quos tetralues illa se temere ingerentibus adducere potuisset. In eo autem amplissimæ charitatis munere magis verebatur, ne quid decedentibus officeret ad beatitudinem consequendam, quàm ne quis sibi morbus obreperet ad vitam auferendam. Ceterum tantæ pietatis vir in tam præsentis periculo sanus & incolumis meruit conservari, dignisque fieri, qui Religiosæ familiæ adscriptus multò magis prodesset hominibus concionando, quàm profuerat prius ministrando. Poruit Bernardinus cum Joanne gloriari: *Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres*.

§. IX.

NEquè inter idololatrias hæc virtus ignoti nominis fuit. Potuit Æmylius Paulus è Cannensi acie tametsi vulneratus in tutum evadere, sed legionibus cæsis noluit, equo etiam, qui illi ad fugam à Lentulo deferrebat, repudiato. Quin imò saxo sedens à Macce, inquit, virtutè hac C. Corneli: Abi, nuntia publicè patribus, ut urbem Romam muniant, firmèntque præstidiis ante hostis adventum, meque, ut decet, finito inter meos milites expirare. Mira Imperatoris charitas, qui jamjam expiraturus, de patriã magis quàm de vitâ sollicitus fuit. Nec pœnitendas hic vir fortitius est exequias. Nam ut optabilius in patriã, sic speciosius pro patriã defunctus, supremi officii decus infelicitate amissum, virtute recuperavit. Siquidem ipse hostis Hannibal Æmylii Pauli quæsitum corpus jacere inhumatum passus non

Libere te in illà die, ait Dominus, & non tradèris in manus virorum, quos formidas. Sed eruens liberabo te, & gladio non cades: sed erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam.

Anastasia Romana mulier loco nobili orta, quia virum sortita est sui dissimilem & pietati Christianæ infestum, ideò illa charitatem Christianam ardentius exercere, vili habitu patricium decus tegere, ægros oculè circumire, carceres invisere, catenas oculari, cibo, potu ac tegumentis miseris sublevare, hortari omnes ad constantiam solebat.

Maria Doignies Nivellana unà cum marito, quem in parem castitatis consensum traxerat, leprosis inferuit merà vi amoris compulsa.

Bernardinus Senensis prima sanctitatis rudimenta per charitatis obsequia apud cives suos deposuit.

Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.

Paulus Æmylii erga patriam.

Gal. 5.15

Matt. 5.13

Valer. lib. 5. cap. 10.

sus non est. Hic ipse Æmylius Romæ ante Cannensem cladem, orationi quam de rebus à se gestis apud populum habuit, hanc clausulam adjecit: Cùm in maximo proventu felicitatis vestræ, Quirities, timerem, ne quid mali fortuna moliretur, superos precatus sum, ut si quid adversi populo Romano immineret, id totum in meam domum converteretur. Quapropter bene habet fe res: annuendo enim votis meis hoc egerunt superi, ut vos potius meum casum doleretis, quam ego vestrum ingemiscerem.

Catonis in hostes:

Hæc charitatis dulcedo est, quæ etiam in efferata barbarorum ingenia penetrat, quæ truces hostium mollit oculos, quæ insolentissimos flecit spiritus. Nec charitati arduum aut difficile est inter arma contraria, inter distinctos cõminus mucrones placidum iter reperire. Vincit iram, prostermit odium, hostilẽmque sanguinem hostilibus lacrymis permiscet. Hinc hæcymæ Catonis, hostium etiam cadaveribus donatæ. Hinc Africani majoris notissimæ voces: Malle se unum civem servare, quam mille hostes perdere.

Phocionis Atheniensis:

Fuit aliorum civium charitas in alios, sed nullius, ut arbitror, in omnes, præterquam Atheniensis Phocionis, qui in Atticâ civitate non modò non læsit quenquam, sed nec odit quidem, cùm graves alioquin contentiones ab eo sæpe susceptæ essent Reipublicæ causâ. Sed is omnes humanos affectus suorum civium charitati censuit posthabendos.

Periclis Ducis:

Sed palmam hac in re omnibus præripere videtur laudatissimus Pericles Dux & Orator nobilissimus, qui Reipublicam Athenensium annis quadraginta, felicitate & prudentiâ incredibili gubernavit. Eximii hujus viri in suos charitas non solum cum prisca idololatriis, sed cum nostratibus etiam Christianis certet, & præmium ferat. Res memoriâ dignissima est, & ad imitationem unicè observanda.

Plutarchi in Pericle:

Periclitentâ tabe consumpto, & jam prope animam agenti, assidentes ad lectum præstantissimi cives, & amici, commemorabant, quantis ille opibus & virtutibus enituisse: res etiam ab eo gestas recensebant, & victoriarum numerum; novem enim triumphos civitati prætor & victor excitaverat. Hæc illi submissè inter se differebant, quasi æger jam omni sensu orbis, non jam amplius intelligeret, quæ dicerentur. At ille omnia attentè audiverat, denique in medium locutus: Sanè miror, hæc à vobis tantopere celebrari, quorum partem fortuna sibi vendicat, partem aliena industria sibi assignat, & quæ multis Ducibus aliis obtigerunt. Quod verò à rectè factis conscientiam singulariter erigit, & quod excellentissimum judico, vos omisitistis: Nemo enim, inquit, ex omnibus civibus meâ operâ pullam vestem induit. Voluit dicere, neminem unquam studio læti.

O vocem homine Christiano dignissimam! ô virum rebus omnibus, sed hoc uno longè præcellentissimum! qui acerbas aliorum inimicitias pacare potuit non lenitate modò & mansuetudine, sed etiam charitate, quam rectè inter virtutes eminentissimam censuit. Ita Pericles in tantâ potentâ nihil invidiæ aut iræ indulsit, nec implacabilis inimico ulli exitit.

§. X.

Gal. cap. 5. v. 15.

Vbi vos Christiani, qui invicem mordetis & comeditis, & ab invicem etiam, uti Paulus prædixit, consumimini? Qui alternis odibus dentes exercetis & frangitis; quibus suavius videtur perire quam ignoscere; qui æternas simulatas & inimicitias in amaro corde coquitis? Quis vestrum cum Pericle sub mortem gloriari poterit? Propter me nemo atram vestem induit?

Matt. 2. 19. v. 19. Joan. 6. 13. v. 34.

An Dei præceptum ignoramus? Diliges proximum tuum sicut teipsum. An nescimus Christi iustia? Hæc mando vobis, ut diligatis invicem. Deus innumera pæne de velle

summi Pontificis & aureâ ejus suppellectile Mosis præscripsit. Quâ de re Mosis arbitrio plurima commissa. Cùm verò ventum ad Rationale, quod peccatori appendendum, non dixit *facies, aur, calabis, sed, pones* Perinde si si diceret: De ceteris ornamentis tui videris; à summâ mirâ, ad imas fimbrias elaborata sunt omnia, idque tuæ industriæ relinquo; at verò illius ornamentis, quo ingenium & ratio est cohonestanda, & Rationale dicitur, præter me neminem alium volo esse auctorem. Pones *Exod. 2. 8. autem in rationali Doctrinam & Veritatem.* Humano arbitrio multa optimus Deus permisit: amplecti castitatem, religiosam obedientiam & pauperatatem colere voluntariam esse statuit, at verò cùm de charitate agitur: *Hæc mando vobis, inquit, ut diligatis invicem.* Hæc sapientia est, hæc veritas, nobis etiam dissimiles, & adversarios, & inimicos diligere. Sicut diversissimæ Rationalis gemmæ in eandem societatem fuerant colligatæ: sic charitate nexos oportet esse homines, quorum ille quidem

adamus est nobili prosapiâ clarus, hic generoso rubet sanguine pyropus, ille obscuriore loco natus, uti beryllus, alter hilaritate facili benignus instar smaragdî colucet, omnes tamen summi & infimi uno charitatis auro calatòque peccatore collocati sint. *Hæc mando vobis.* Hæc non scripta tantum, sed nata lex, quam non solum accepimus, legimus, didicimus, sed à naturâ ipsâ hausimus; quid enim rationi magis consentaneum, quam ut homo hominem sui generis consortem diligat?

Ostenderat Ezechielî Deus patentissimum campum ossibus mortuorum aridissimis constratum. Jussus est vates eò loci ossibus tanquam vivis hominibus concionari ac dicere: *Ossa arida audite verbum Domini.* Extemplo audierunt & paruerunt dictis, & accesserunt ossa ad ossa, unumquodque ad juncturam suam; ita ut ossa ossibus, articuli articulis, nervi nervis, venæ venis, membranæ membranæ jungerentur, & adhererent, totâ articulatione ad motum, ad stabilitatem, ad omnem corporis actionem, ad arma etiam capiendâ bene composita. Nam, *ingressus est in ea spiritus, & vixerunt, steteruntque super pedes suos, exercitus grandis valde.*

Quid civitates nostræ sunt nisi ossuaria, ubi alii alios corrodimus, ubi odia & inimicitias jam pridem sepultas ab inferis exciramus, ubi ossa sine lege sparfa, ubi homines sine charitate viventes fœtore odiorum spargunt. Igitur, *ossa arida audite verbum Domini.* Si cadavera carne nudata, nullo spiritu animata, Prophetæ tamen vocibus obtemperarunt: Quid vos rationis compotes, spiritu & fide animati, quorum vita Christus est, an Domini vocem imminente morte editam non audietis? *Hæc mando vobis, ut diligatis invicem.* Mortui jubenur audire & obsecqui; audierunt & obsecuti sunt. Multò magis, ô vivi, audire vocem Dei vestri: *Hæc mando vobis.* Accedant igitur ossa ad ossa, unumquodque ad juncturam suam. Alter alterius defectus roleret & tegat, alter alteri condonet injurias, alter alterum consilio, manu,

facultatibus juvet. Hæc ossium juncturæ, commissuræ sunt articulorum, hæc charitatis lex est, ut quæ nobis ab alio fieri vellemus, eadem à nobis alteri fiant: quod ingratum aliis & exosum novimus, id quantum licet & facere & dicere omittamus; quod verò scimus acceptum, illud & sermone & actione, quoad permillum, representemus. Quod Paulus plurimum commendans: *Vnusquisque vestrum, inquit, proximo suo placeat in bonum, ad edificationem.* Debemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Deus autem patientia & solatu det vobis idipsum facere in alterutrum scutulum Iesum Christum; ut unanimes uno ore honorificetis Deum. Charitas ossa etiam arida commissuris proflus admirandis conglutinat.

Charitas nobis dissimiles, adversarios, & inimicos complectitur.

Charitatis lex non tantum scripta, sed nata.

Ezech. c. 37. v. 4. Ibid. v. 7.

Ibid. v. 10.

Defectus proximi sunt tolerandi.

Rom. 15. v. 1. & seq.

§. XI.

Philippus
Bosquier in
Scriptura
Claudican-
tium conc.
6. mibi pag.
445.

NArratè Divi Francisci familiâ ecclesiastes celebra-
rimus rem inauditam, quam sibi certâ fide ait con-
stare. Montibus Hannoniè viri complures pilâ palmariâ
ludabant, reflexis (ut fit, æstate maximè) ad cælitum
usque manicis. Fortè fortunâ mulier uterum ferens eò
loci transitura nonnihil substiter. Hic repente velut an-
thropophagæ morbo contracta unius è lusoribus car-
nem brachii appetit. Itaque confessa morbum, summis
precibus rogavit, liceret sibi hoc voto frui, & explere
appetentiam. At lusor magni animi, & periculum tam
prolis quàm matris gravidæ miseratus, arrepto mox cul-
tello tantum carnis è stomer brachio excidit, quantum
tam insolitæ fami suffecturum credidit, idque perhu-
maniter vescendum feminæ dedit. O novum Mutium
Cordum Scævola! sed non satiata est hoc bolo insana
mulieris appetentia. Nam primâ carnis parte, quam ac-
ceperat, avidè devorata, obsecratione jam contentiore
petiit & alteram. Nec repulsam rulit. Etenim lusor prio-
re suâ audaciâ jam parator charitati obsequii, rursus
aliâ (mirabile dictu) partem ex altero brachio exci-
cuit, & porrexit in cibum. Sed nondum importunæ
mulieris absurdissima gula est expleta. Cùmque tertium
quod prius, petere auderet, ille robusti pectoris vi com-
miserè respondit: Mea mihi liberalitas, mater, nimis ma-
gno stabit: non sum ferendo, ut tertium bolum porri-
gam. Itaque aut priori dape contenta abis, & rem Deo
committis, aut è locis meis alium quæris, qui tibi tan-
tundem charitatis & obsequii, quantum ego exhibeat.

Non sola Roma Mutios olim generat. Christiana
charitas audere seit majora, & quod multò excellentius,
ex longè nobiliori causâ.

§. XII.

SEd ubi nunc si, qui non tantum non carnem è bra-
schio, sed nec namulum è martupio, nec particu-
lam ex obsoleto pallio darent charitate moti, qui mu-
tuus sese odiis concerpunt, qui invidiæ dentibus sese la-
cerant? ubi invidia, ubi odium vivit, ubi extincta est cha-
ritas. Audite quicumque vel scintillam odii in alium fo-
vetis, audite homicidæ. Adversum vos Joannes Apo-
stolus clamat: *Qui non diligit, manet in morte. Omnis, qui
odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quoniam omnis
homicida non habet vitam æternam in seipso manentem.* Hæc
Augustinus luculenter explicans: *Factum, inquit, &
placitum cum Deo fecimus, & conditionem solvendi debiti in
cautione subscripsimus: Dimitte nobis, plenâ fiducia peti-
mus: Si & nos dimittimus. Si autem non dimittimus, di-
mitti nobis peccata non putemus. Ne nos ipsos fallamus. Hum-
anum est irasci; sed non debet iracundia tua, natus sureulus bre-
vis, suspitionibus irrigari, & ad trabem pervenire. Aliud est enim
ira, aliud odium. Culpas in alto iram, & ænes odium in teipso
In comparatione odii ira festuca est. Sed festucam si nutrias, trabs
erit. Si evellas & projicias, nihil erit.*

*Qui odit fratrem suum, ambulat, exit, intrat, procedit nul-
lis catenis oneratus, nullo carcere inclusus, reatu tamen liga-
tus est. Noli illum putare sine carcere esse. Carcer ejus, cor ejus
est. Odis fratrem tuum, & securus ambulat? & concordare non
vis? Non agnoscis, quare spatium dederit tibi Deus? Ecce jam
homicida es, & adhuc vivis. Si Dominum iratum haberes,
cum odio fratris tui subito rapereris. * Parcit tibi Deus; parce
tu tibi; concorda cum fratre tuo. Aut forte tu vis, & ille non
vult? sufficit tibi. Habes, unde illum doleas: te solvisti. Dic,
si vis concordare, & ille non vult; dic securus, dimitte nobis
debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus no-
stris. Sed quod sequitur, vide. Non vis dimittere peccatum fra-
tri tuo, & dicturus es, Sicut & nos dimittimus debitoribus
nostris. An non es dicturus hoc si non es dicturus, nihil es acce-
pturus. Si autem dicturus es, falsum es dicturus. Ergo dic, &
verum dic.*

1. Joan. c. 3.
v. 14. & 15.

Aug. tom.
10. lib. 50.
humiliar.
Hom. 40.
mibi p. 139.
& 194.

* Adinfe-
ros.

Math. c. 6.
v. 11.

A *Quomodo dicturus es verum, qui fratri tuo noluisse laxare
peccatum? Omnes ergo audiamus, omnes timeamus. Scio, quo-
tidie venire hominem, genua fregere, fronte terram concutere,
aliquando vultum suum lacrymis rigare: & in istâ tantâ hu-
militate ac perturbatione dicit: Domine vindica me, occide ini-
micum meum.*

*Non expectemus vindicari, fratres. Quid est vindicari, nisi
malo alieno pasci? Appositissimè hic Hieronymus. Quid
prodest, inquit, temerari corpus abstinentiâ, si animus intume-
scat superbiâ? quid virtutis habet, vinum non bibere, & irâ &
odio inebriari?*

Hic iterum temonemus, Lector, quod initio mo-
nuimus, & semper observatum cupimus: Virtutes à
nobis non speculativas, quas vocant, sed practicas doceri
scias. Sapienter prorsus & verè Romanus Sapiens, Cor-
dubensis Philosophus: *Imperfectum, inquit, ac languidum
bonum est, in otium sine actu projecta virtus, nunquam id quod
didicit ostendens. Quis negat illum debere profectus suos in ope-
re tentare? nec tantum quid faciendum sit cogitare, sed etiam
aliquando manum exerere, & ea, quæ meditata sunt, ad ve-
rum perducere? Ergo virtus, quæ agere non vult, virtu-
tis nomen amittit. Nunquam usque eò interclusa sunt
omnia, ut actioni honestæ locus non sit. Nos igitur hæc
omnia referimus ad actionem, eamque quàm hone-
stissimam, & quæ ad virtutis leges instituitur. Eam ob
causam de nullâ virtute locuturi sumus, quin continuò
monstremus, quâ ratione ea in opus prodire possit, &
manus ostendere. Ordinum ab Amore in homines recto
castoque.*

AMORIS ACTIONES,
SEU, PRACTICES.

1. Amor, si verus est, omnes amaritudinis, suspi-
cionis, & aversionis scintillas in animo contra quem-
cunque alium gliscentes illico extinguit. *Omnis amaritu-
do, inquit Apostolus, & ira, & indignatio tollatur à vobis
cum omni malitiâ. Estote autem invicem benigni, misericordes,
donantes invicem.*

2. Amoris est omnia optimè interpretari. Quòd si Secunda.
opus interpretationem benignam respuat, saltem ope-
randi finem seu intentionem excusare.

3. Amoris est promptè libenterque opitulari, non Texta.
consilio solum, sed & re, ac manu. Qualis enim amor,
qui verbis quidem & consiliis abundet, manum autem
admovere, aut crumenam solvere religioni ducat? *Qui
habuerit, inquit Joannes, substantiam hujus mundi, & vi-
derit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo,
quomodo charitas Dei manet in eor*

4. Amoris est sententiâ suâ, imò & jure suo nonnun-
quam (si ullo modo fieri possit) non gravatè cedere:
sine necessitate ulli homini contradicere, est amoris ne-
xum solvere, turbas cicere, litigium contrahere, odium
excitare.

5. Amoris est, non debitum tantum sed & volunta-
rium subinde officium conferre, operam gratis tribue-
re, nec amicis tantum & notis, sed etiam inimicis ac
ignotis gratificari & subservire.

6. Amoris est, obsequiis certare, imò & prævenire. Sexta.
Amor non aliâ monetâ quàm amore emittitur. Nec quif-
quam ad amandum potentius invitat, quàm qui amat,
licet hoc ei utilitatem non adferat. Omnia suis com-
modis metiri, non est amare, sed mercari. Amor verus
nec mercator est, nec Mercenarius. Tarsensis magistri
vox est: *Charitate fraternitatis diligentes, honore invicem præ-
venientes: Honor mutuus alit amorem.*

7. Amoris est injurias ac offensas etiam gravissimas
æquo animo tolerare: imbecillitates quascumque quo-
rumcumque propitiis oculis transire, & iis qui mole-
stius urgent, promptius veniam dare: charitas enim pa-
tiens est, omnia suffert, & omnia sustinet. Gregorii ver-
bum est: *Si amas, toleras; si desistis tolerare, desistis & amare.*

8. Amoris

Senec. de isto
Sapientis
cap. 32. med.

Sapientem
Christia-
num.

1. Amoris
praxis.
Ephes. c. 4.
v. 31. & 32.

Qui
1. Joan. c. 3.
v. 17.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Rom. cap. 12.
v. 10.

Septima.

Octava. 8. Amoris est, aliorum successibus gaudere & gratulari, res illorum aduersas & damna commiserari. Si quidem æmulationes & omnem inuidiam mordacitatem ignorat sincerus amor. Christiana charitatis est, gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus.

Nona. 9. Amoris est pro æmulis, obrectatoribus & inimicis quotidianas preces fundere. Res hæc maximi momenti, quia lex Domini est, Orare pro persequentibus. Orator tantum diligere etiam & benefacere. Beati Bonaventuræ documentum est: si aliquis domesticus tuus, vel vicinus tibi fuerit in corde onerosus, illi stude magis obsequiosus esse & assiduis, & citò senties remedium illius morbi. Hæc Christiani amoris norma est, beneficia in indignos beneficis dispensare.

Ita Christus, ita Mater ac Discipuli Christi, ita omnes Christiana nobilitatis heroës ac heroïdes. Diligendi scilicet sunt omnes propter Deum, Deus autem propter seipsum. Amor omnibus bene uoluit, amicus ad beneuolentiam, inimico aures ad patientiam.

CAPVT II.

Rosa Cereæ, seu, Mansuetudo.

§. I.

PATIENTIA tristitiam, mansuetudo vincit iram. Mater Domini, si quitquam hominum, illud Siraicidæ seruari exactissimè: In mansuetudine persepe opera tua, & super hominum gloriam diligèris. In orbe nihil similius Dei filio, quàm hæc Dei mater: Filius mitissimus, mitissima fuit & mater. Filii vox est: Diserte a me, quia mitis sum, & humilis corde. Ubi submissio, ubi & mansuetudo: illa in matre & filio singularis ac summa, ergo & ista.

Ille Alberto Magno tractabilis & mansuetus est, qui habet bonos mores, & est omnibus conformis in his, quæ fieri possunt secundum Deum. Virgo beatissima, quod in illâ Bernardus admiratur, omnibus omnia est facta mansuetudine. Nec defuit occasio virtutis istius exercenda. Hostes habuit & multos, & potentes. Cum enim filium omnes pæne sacri ordinis homines, Pharisæi, Scribæ, Sacerdotes, Pontifices, acerbissimis odiis sint insecuti, plebem ut secum sentiret, in eum instigârunt; quàm enim contemptum de eo locuti: Nomen hic est fabri filius, nomen matris eius dicitur Maria: Et scandalizabatur in illo. Hi inuidiâ pleni, hostes filii, matris certè amici non erant. Hos omnes mater mitissima tam incredibili motum suavitate pertulit, ut Ecclesiâ jure merito hanc mansuetudinem extollens, canat: Virgo singularis, inter omnes mitis, nos culpis salutos, mitis fac & castos. Mansuetissimus Regum Hebræorum David

Ereli. cap. 3. v. 19. In orbe nihil similius Dei filio, quàm hæc Dei mater: Filius mitissimus, mitissima fuit & mater. Filii vox est: Diserte a me, quia mitis sum, & humilis corde. Ubi submissio, ubi & mansuetudo: illa in matre & filio singularis ac summa, ergo & ista.

Matth. c. 13. v. 55. Marci. c. 6. v. 4.

Pf. 131. v. 1.

1. Cor. c. 10. v. 1.

Ambros. lib. 2. de Virginitate sub initium.

preces suas allegans Deo; Memento, inquit, David & omnis mansuetudinis ejus. Magnarum virium fuit hæc oratio. Sed quantò majorum erunt istæ: Memento Domine matris, & omnis mansuetudinis ejus. Memento Domine filii, & omnis mansuetudinis ejus.

Paulus suis precibus vim summam additurus: Obsecro vos, inquit, per mansuetudinem & modestiam Christi. Mediolanensis Pontifex Ambrosius mores vitamque Virginis beatissimæ velut carbone delineans: Sit vobis, inquit, tanquam in imagine descripta virginitas, ritaque beatæ Mariæ, de qua velut speculo resurgit species castitatis, & forma virtutis, &c. Nullum ledere, bene velle omnibus, assurgere majoribus natu, equalibus non invidere, sugere jactantiam, rationem sequi, amare virtutem. Quando ista vel vultu læsè parentes: quando dissensit à propriis: quando sustulit vitæ humilem: quando derisit debiles: quando vitavit inopem Virgo verè mitis in omnes, virgo singularis. Nihil torum in ejus oculis, nihil in verbis proterax, nihil in actu inuerecundum. Non gestus fractior, non incessus solutior, non vox petulantior;

ut ipsa corporis species simulachrum fuerit mentis, figura prototypis.

Cum Augustus Imperator arrogante censu ac descriptione orbem uniuersum turbaret, virgo uterum ferens, jamque partu vicina Nazaretho Bethlehæum proficisci compulsa promptissimè paruit. Et videre, quàm illa nec Cæsari, nec ulli alteri malè precata, non Cæsaris arrogantiam detestata, non se regii sanguinis jactans vitiginem; non suam ab avo Davide profapiam extollens iter suscepit velut feminarum paupertinam. Et cum ubique pateretur repullam, ubique exultissimam, vix demùm stabulo recepta, nec verbulo tamen mansuetudinem offendit. Hinc merito de illâ Bernardus: Revolve, inquit, scripturæ seriem, & si quid in Mariâ austerum repereris, de cetero eam suspectam habetas.

Neque mirum virginem matrem inter suos cives, inter Bethlehemitas, Nazarenos, Capharnaitas, Hierosolymitas extitisse mansuetissimam, nemini molestam, omnibus benignam, quæ cum barbaris Ægyptiis pæne septennio potuit convenire. Nimirum Mites ubique suam habent patriam. Quod vates regius affirmat: Mansueti hereditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Veteri verbo.

Mitibus & gratis nemo nocere potest. Porro regis hujus virginis mansuetudinem dilaudans Bonaventura, Maria, inquit, mansuetissima fuit per patientissimam lenitatem, contra omnem aduersitatem: gladius quidem cor ejus pertransiit, sed per odium non occidit, nec per impatientiam vulneravit. Nam sermo ejus, ut Damascenus loquitur, jucundus ex leni animo progrediens. Est enim mansuetudo animi dulcedo; quam non vincit amaritudo. Virgo verè mitis inter omnes singularis. Propter veritatem & mansuetudinem & justitiam deduxit illam mirabiliter Filii dextera. Dominus est, qui mansuetos exaltat in salu-tem. Suscipiens mansuetos Dominus. Mansueti dabit gratiam, diligit mansuetos in judicio, docebit mites vias suas. Illi humilium & mansuetorum semper placuit deprecatio.

Bern. s. 1. 4. super Missam est, &c.

Pf. 36. v. 11.

Bonav. in speculo c. 8.

Damasc. cont. 1. de Nativitat.

Gloss. in c. 5. Matth.

Pf. 44. v. 5. Pf. 149. v. 4. Pf. 146. v. 6. Pf. 124. v. 9. Iudith. c. 9. v. 16.

§. II.

Nonnulli olim mansuetudinis laude clarissimi. Mites, quod sacra pagina testatur, vir mirissimus super omnes homines, qui morabantur in terrâ. Hac virtute sic caruisse, immensam populi Hebræi multitudinem gubernare nunquam potuisset. Jacob insigni suâ mansuetudine letale fel minacis Elau in lacrymas felicissimè mutavit. Quem enim venator ille perdere cogitârât, cum & amplexatus, & oscularus est humanissimè. Noë- Noëmus, mitis inter orbis minas, in medio mortis theatro cum pauculis servatur. David mitissimus Saulis insidias David, & vicinissimum interitum sæpius evitavit.

Plurimi sanctorum hominum mansuetudine suâ ferarum animantes exarmârunt, & mansuescere docuerunt. Marianus Bituricensis Cænobii monachus, qui bubulcum agere non dedignatus, aprum ad se confugientem mansuetatus est, & canes ne feram sibi supplicem lacerarent, mansuetos imperio efficaci cohibuit: mansuetudinem illius aper- virtutem canes testati sunt.

Columbanus Abbas dicto audientes habuit ursos; Columbanus Abbas onagros & crocodilos Helenus. Ad Rhemensem Pontificem Remigium passeret convolare soliti, ut è manu illius suam sibi annonam acciperent: nimirum in aper- tissimis campis nimis turè se pasci putabant, quàm in mansuetissimi Præfatis sinu.

Blasium antitrem aviculæ collatis velut symbolis in nemore aluerunt. Judocus regis Britanni filius, qui calcato diademate ac purpurâ Christo pauper servit, columbas & pices sibi familiares è manu suâ nutrit. Ad Ivonis Presbyteri mensam avis peregrina candido viridi- colore spectabilis se stitit, tangi se passa & contrectari, fausta cum prece viri sancti avolavit. Maxentius Maxentius Pictaventis

Mansuetudinis laude clarissimi: Moses, Num. c. 12. v. 3.

Jacob, Noëmus,

Sancti mansuetudine feras docuerunt mansu- scere. Marianus monachus

Blasius anti- tress. Judocus

prehendi, si te presentem vituperari, si carpi, si convicium in te dici audias, tu aut omnia silentio refelle; si silendum non putes (quod sæpe optimum) joco sic responde: Quæso te, ne me ita in os laudes. Aut: Quid jam amplius? nondum enumerasti omnes virtutes meas? Ita joco illum magis ferias, quam si grandem in illum fatelicam retorquisses.

Optimè hanc rem suadens Seneca: Alia, inquit, differenda sunt, alia deridenda, alia donanda. Circumferibenda multis modis ira est. Pleraque in Iustum jocuncque vertantur. Socratem, ajunt, colapho percussum nihil amplius dixisse, quam, *Molestum esse, quod nesciunt homines, quando cum gaudio prodire deberent.* Iluc conducit, non omnia videre, nec audire omnia. Multa nos injuria transeant: ex quibus pleraque non accipit, qui nescit. Non vis esse iracundus, ne sis curiosus: qui inquirat, quid in te dictum sit, qui malignos sermones etiam si lectore habito sint, eruit, seipsum inquirat, & in bellum prorodit.

Quod si quis deprehendat, mansuetudinem a se facpius, contra quam tacere statuisset, violatam, ita seipsum Cassiani suata, objurgans alloquetur: *Tunc ille es, bone vir, qui mala omnia superatutum animo propostueas, qui maximas conviciorum acerbitates tolerare decreveras, quomodo invicta illa patientia tua levissimi verbi proluione confossa est? quomodo immobilem illam mansuetudinem tuam vel conviciori aura dejecti? quomodo ingentem certaminis apparatus exigua hostis umbra conterruit? ubinam illud est, quod inani fidentia proclamabas? Proba me, Domine, & tenta me, ure renes meos, & cor meum: proba me, & scito cor meum; interroga me, & cognosce semitas meas, si via iniquitatis in me est? Paratus sum, & non sum turbatus, ut custodiam mandata tua.* Heu quam inanes & nulli sunt cohatas mei, quam in incepto non perstiti, quam graviter mansuetudinem offendi?

Tali in seipsum animadversione utatur, culpam mobilitatis castiget, crebras animi commotiuunculas jejuniis aliisque pœnis exercitiet. Atque ita seipsum ad leges mansuetudinis formet. Ita ex omnibus affectibus maxime reterac rabidus, nec ulla pestis humano generi pluris stetit. Mansuetudo iræ domitrix, tanto nobilior est, quanto acerbius irritata conquiescit. Perquam sapienter ac verè dixit Romanus scriptor: *Tunc præcipua laus mansuetudinis, cum iræ justissima causa est.*

Mansuetudinis Actiones, seu, praxi.

- 1. Mansuetudinis est, illatis injuriis nequaquam exciterbari, nec asperis verbis cor amarum ejicere. Si mitis es, aut suaviter respondebis, aut penitus silebis. Molestè subridere, docet ex arte Mansuetudo.
- 2. Homo mansuetus plurima non videt videns, non audit audiens, nec provocanti ad lites respondet, multò minus alios ipse provocat.
- 3. Mansuetudinis est non pardos, aut leones, non corvos aut loquaces graculos, sed oves, sed columbas, sed agnos amulari, & verbis mordaces non remordere: pusilli enim hominis est, repetere mordentem ut mures & formicæ solent, ad quas, si manum admoveris, ora convertunt.
- 4. Mansueti est, non tantum bilent propriam, sed & alienam mollissimis dictis temperare.
- 5. Mansuetudinis est, aut silentio, ut dictum, aut ceterè dictis placidissimis tam contumelias quam calumnias refutare. Hanc è ceteris eaulam assignamus. Aut potentior te laetit, aut imbecillior: si imbecillior, parce illi; si potentior, parce tibi.
- 6. Mansueti est alios non irritare, nec tantum alios non nocere, sed nec cogitare nocumentum inferre.
- 7. Mansueti est iræ alterius cedere, nec unquam col-

lato pede cum pertinacium malicia contendere; dicto factore laeessitum non reclamare, non obmurmurare, non nares corrugare; nullum denique signum offensæ animi, nec voce nec gestu edere: atque ita expandentiam alienam aut suavitè declinare, aut eam terè mitigare hoc dulci mansuetudinis sacro, prout beatus Paulus inouit: *Non vosmet ipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ.*

CAPVT III.

Rosa Lignea, seu, Silentium, & amor-solitudinis.

§. I.

ARCA M paucorum hominum domicilium, sed totius orbis compendium, è lignis Scrim fabricavit Noë. Hoc ligni genus pulehrum, leve, validum, ignorans cariem: Rosa ex hoc ligni genere torata silentii ac solitudinis amorem, denotat. Utriusque virtutis hujus Mater Domini fuit amantissima, tam verborum parca, quam allueta solitudini. Verba divinæ Virginis paucissima Bernardus velut numeratis: *In omni textu quatuor Evangeliorum, si bene memineris, inquit, non nisi quater Maria loquens auditur. Primum quidem ad Angelum, sed cum jam semel atque iterum allocutus eam fuisset. Secundo ad Elisabeth, quando vox salutationis eius, Joannem exultare fecit in utero, & eam magnificante Mariam, ipsa magis Dominum magnificare curavit. Tertio ad filium, cum jam esset annorum duodecim, quod ipsa & pater ejus dolentes quesissent cum. Quarto in nuptiis ad filium, & ad ministros.* Ita quinquies univèrse cum aliis sermoinata est.

Liceat mihi, quid ego hîc sentiam, aperire. Etsi omnis Nihil equè nis hujus virginis vita prodigium caeleste, & continuè admirandum in se: Nihil tamen æquè admirandum in ea: quæ illud circa Josephum obstupescenda virtutis silentium: Fugam Josephum tacitè circumspiciebat, jamque ablitum clam moliebatur. Conjugem non ausus ream dicere, nec mysterii arcanum explorare velle, in eam potius sententiam ibat, ut discederet. Hæc virgo Deo plena non obscure advertit, & tamen tacuit; se deserendam vidit, & tamen tacuit; certissimas Angeli promissiones sensit, & tamen tacuit. Taciturnitas hæc, ô Deus, quam admiranda, quam fiducia plena! Ne suas ipsa laudes narrare cogere-tur virgo, illa potius pati, quam ista loqui voluit. Sed de hoc nos infra fuis.

Neque tantum suas ipsa laudes silentio pressit celestis virgo, sed eadem hac taciturnitate modestissima esse cit, ut prærogativæ illius plurimæ in Evāgelii librum non sint relaxæ.

Birgita sanctissima vidua caelestibus ostentis sapiens erudita, Matrem Domini sicloquentem facit: Tali die sicut hodie surrexit à mortuis filius meus, fortis quasi leo. Mihi verò, quæ sum mater Dei, cum post mortem ejus incomprehensibili dolore mæsta essem, apparuit idem filius meus prius quam aliis; & palpabilem se ostendit mihi consolans me & commemorans se visibiliter in cælum ascensurum. Et quanvis hoc non est scriptum propter humilitatem meam, tamen ista est veritas, quod filius meus resurgens, primò mihi apparuit, quam alicui alii.

§. II.

EPIPHANUS Constantinopolitanus presbyter vitam matris Virginis è probatissimis Auctoribus à se conscriptam ait. Multa hîc refert à Nicephoro Callisto confirmata, qui in te presentem: Erat Maria, inquit, in rebus omnibus honesta & gravis, pauca admodum eaque necessaria nescia.

Hic Dige- nos Laer- nscribiti Digeni Cy- nio, qui pu- go percis- sur: Inpiter- nquis, quæ- me fugit- con gata- inambulare.

Cassian. col. l. 1. c. 14.

Psal. 15. v. 2. Psal. 138. v. 13. Psal. 118. v. 60.

Plin. Secun- condus l. 9. epist. ep. 11.

B. V. Maria silentii ac solitudinis fuit aman- tissima. Bern. serm. in verba Apoc. Si- gnificat ma- gnam, etc. mih. p. 345.

Nihil equè admirandum in ea: quæ illud circa Josephum obstupescenda virtutis silentium: Fugam Josephum tacitè circumspiciebat, jamque ablitum clam moliebatur. Conjugem non ausus ream dicere, nec mysterii arcanum explorare velle, in eam potius sententiam ibat, ut discederet. Hæc virgo Deo plena non obscure advertit, & tamen tacuit; certissimas Angeli promissiones sensit, & tamen tacuit. Taciturnitas hæc, ô Deus, quam admiranda, quam fiducia plena! Ne suas ipsa laudes narrare cogere-tur virgo, illa potius pati, quam ista loqui voluit. Sed de hoc nos infra fuis.

Revelationes S. Birgita lib. 1. c. 94. Christus resurgens mari prius quam aliis apparuit.

Niceph. l. 2. in scriptis s. B. Maria in rebus om- nibus honesta & gravis, pauca admodum eaque necessaria nescia.

necessaria loquens; ad audiendum facilis & perquam affabilis, honorem & venerationem exhibens omnibus. Addit: Decenti libertate adversus omnes homines usata est; sine risu, sine perturbatione, sine iracundiâ maxime, ut quæ utrumque nōrat, & castissimè loqui, & sanctissimè tacere, prout res ac tempus vel sermonem vel silentium postulasset.

Macrobius lib. 3. Satur. in exord.

Macrobio nihil videtur tam congruum sapientiæ, quàm locis & temporibus aptare sermones. Nimirum Providet ante diu, quid rectè dicere possit Vir sapiens.

In sermone providentissima.

Virgo hæc adeo providebat, quid diceret, ut de illâ Bernardinus affirmet: Sapientissima virgo ornata erat discretissimâ taciturnitate; nil enim locuta quod non præmeditata.

Seneca epist. 40. sine omnino.

Romanus Sapiens orationem proferri malebat quàm profluere. Ideo Lucillium ad honestissimam formaturus: Tardiloquum, inquit, te esse jubeo. Ambrosius divinæ hujus Virginis exemplum proponens imitandum: Disce, inquit, virgo verborum vitare lasciviam: Maria etiam salutatio-nem Angeli verbatum, cogitabat enim, qualis esset ista salutatio. Quod si sermones & dicta maris numeremus eâ ratione, quâ Christi effata in cruce, septem omnino verba tam Filii quàm Martiris invenimus.

Septem Mariæ Virginis verba.

Primum à Matre editum verbum Charitatis fuit, salutando Elisabeth.

Luc. cap. 1. v. 46. Ibid. v. 34. Ibid. v. 38.

Alterum Gratiarum actionis, Magnificat anima mea Dominum. Tertium Castitatis, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Quartum Humilitatis: Ecce ancilla Domini, sicut mihi fecundum verbum tuum.

Idem c. 2. v. 48. Ioan. cap. 2. v. 3. Ibid. v. 5.

Quintum Doloris, Fili, quid fecisti nobis sic? Sextum Commiserationis, Vinum non habent. Septimum Instructionis, Quodcumque dixerit vobis, facite. Scrutare voculas omnes & syllabas, quas Virgo beatissima enuntiabat, nihil in eis inane aut vacuum, sterile nihil reperies. Exactissimam tam loquendi quàm tacendi notam videbis.

Ambr. lib. 2. in Lucam initio.

Potro solitudinem sic amabat hæc virginum virgo, ut meritissimum hoc illi encomium assignavit Ambrosius: Sola in penetralibus, quam nemo virorum videret, solus Angelus reperiret; sola sine comite, sine teste, ne quo degenerare depravaretur affatu, ab Angelo salutatur. Itaque Maria ab Angelo inventa est sola, neque enim comites feminas desiderabat, quæ bonas comites cogitationes habebat: quin etiam tunc sibi minus sola esse videbatur, cum sola esset, cui aderant tot Sancti, tot Prophetæ, tot Angeli.

§. III.

Solitudo est metropolis Spiritus sancti.

Solitudo Spiritus sancti metropolis est. Hic diplomata sua Joanni dedit. Hic omnibus solitudinem amantibus ad cor loquitur. Huc Christus discipulos suos invitans: Venite seorsum, inquit, in desertum locum, & requiescite pusillum. Huc Arsenius navigium suum velut è mari ad portum appulit, voce divinâ monitus: Arseni fugerumulus, & salutem assequeris.

Osia e. 2. v. 14. Marci c. 6. v. 31.

Surius die 19. Julii. Born. in Cam. serm. 41. sine.

Ad religiosissimam hanc solitudinem Bernardus humanissimè invitans: O sancta anima, inquit, sola esto, ut soli omnium serves teipsam, quem ex omnibus tibi elegisti. Fuge publicum, fuge & ipsos domesticos; secede ab amicis, & inimicis, etiam ab illo, qui tibi ministrat. An uestis, te verecundum habere sponsum, & qui nequaquam suam velut tibi indulgere præsentiam præsentibus ceteris?

Idem hom. de negotio. re. mini pag. 437.

Quando in solitudine contemplabatur virgo Maria, tunc venisti. & in eâ & de eâ carnem assumpsisti, ô bone Jesus! O solitudo beata! ô ereme mors vitiorum, vita virtutum! Te Lex & Propheta mirantur: & quicumque ad perfectionem venerunt, per te in paradysum introierunt. O beata vita solitaria & contemplativa, quid ultra de te loquar? Ipse Dei Filius Sal-

vator & Magister noster exemplum dedit nobis fugiens in desertum, & mansit in solitudine; ubi sunt rosa charitatis, quæ semper flammescunt, quæ semper in sancto odore vivunt. Uinam nullus hominum esset mecum exterius, ut familiaritius loqui possem cum Deo interius. Ipse enim & secretum quærit, & solitarium locum diligit. Fugiam ergo hominum solatia, & colloquia, ut in secreto cordis mei Deum habitatorem habere possim.

Idem de in-teriore ditio cap. 66.

Hoc ipsum rex Hebræus ardentissimis votis expetens: Quis dabit mihi pennas, inquit, sicut columba, & volabo, & requiescam? Ecce elongavi fugiens, & mansi in solitudine. In turbis semper turbæ. Multis parum profuit vitia sua projecisse, quamdiu cum alienis rixandum erat.

1. Sam. 14. v. 3. & 8.

Romanus Sapiens hic crebras & serias præceptiones ingerit. Hæc illius verba sunt: Quid tibi vitandum præcipue existimem, quæris? Turbam. Ego certe confiteor imbecillitatem meam. Nunquam mores, quos extuli, refero. Aliquid ex eo, quod composui, turbatur; aliquid ex his, quæ fugavi, redit. Immica multorum est conversatio. Nemo non aliquid nobis vitianam, aut commendat, aut imprimit, aut nescientibus allinit. Idem repetitis monitis inculcas: Sic est, inquit, non muto sententiam: fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge etiam unum. Non invenio, cum quo te malum esse, quàm tecum. Recede in teipsum, quantum potes. Primum argumentum compositæ mentis existimo, posse consistere & secum morari. Quod si aliud non liceat, illud Quiniliani servandum: Etiam in turbâ, inquit, etiam in convivio faciat tibi cogitatio ipsa secretum.

Seneca epist. 7. & 8. Convulsio multorum nominata est vitanda.

Quinil. lib. 8. de disciplina.

§. IV.

Nemo putet auditurum se, quid in se loquatur Dominus, nisi sit extra turbas. Publius Scipionem, eum qui primus Africanus est dictus, dicere solitum ferunt. Nunquam se minus otiosum esse quàm cum otioso, nec minus solum quàm cum solus esset. Magnifica vox ac sapiente digna quæ declarat, illum & in otio de negotiis cogitare, & in solitudine secum loqui solitum, ut neque cessaret unquam, & interdum alterius colloquio non egeret: ita duæ res, quæ languorem afferunt ceteris, illum acuebant, otium & solitudo.

Nemo audit quid in se loquatur Deus nisi extra turbas. Cic. lib. 3. Offic.

Ad quæ elegantissimè beatus Ambrosius: Non, inquit, primus Scipio scivit solus non esse, cum solus esset. Scivit ante ipsum Moses, qui, cum taceret, clamabat; cum otiosus staret, prælabatur. Ad eum otiosus, ut manus ejus alii sustinerent: nec tamen minus quàm ceteri negotiosus, qui otiosis manibus expugnabat hostem, quem non poterant vincere, qui dimicabant. Cujus autem majora negotia, quàm hujus otia, qui quadraginta diebus positus in monte totam legem complexus est? Quando ergo justus solus est, qui cum Deo semper est? quando solitarius, qui à Christo nunquam separatus est? solus profectò non est, qui, quoties vult, meliore sui parte calum obambulat, tantò sacundior cum Deo, & cum Angelis, quàm inter homines taciturnior. Hoc illud silentium, est, de quo Isaias dixit: In silentio & in spe erit fortitudo vestra.

Ambr. lib. 3. Offic. cap. 1.

Silent, qui turbas & tumultum cavent. Nihil animorum meditationi aptius, quàm solitudo: solitudinem amet ac fecerunt, qui cupit familiaris fieri celo.

Ferunt Hieronymum Stridonensem, Christianæ pietatis lumen & propugnaculum ingens, dicere solitum, oppida & urbes videri sibi tetros carceres, solitudinem paradysum. Putes, eum sensisse, quæ dixerit, quippe qui retortendum Syriæ solum scorpionibus & feris infestum sacco amictus, humi cubans, aquâ & herbis victitans Romanis prætulit beneficiis.

Solitariis (ait magnus ille Antonius) cum solo corde suo luctamen est; is autem, qui inter turbas est, hostes suos nunquam numeraverit; qui solus est, extra bellum oculorum, aurium & linguæ vivit, qui inter homines agit, cum oculis, cum lingua, cum auribus satis tricarum habet, est quis sit ab aliis hostibus. Soli pateant oculi, sat ostiorum patet, per quæ pestis per-

1. Jo. cap. 30. v. 15.

1. Pet. II.

Fi

Ho
tin
Sin
st
&
X
Sap
stus
qui.

Hier. cap. 9. vers. 21. *treret. Has portas hic occupat hostis. Mors per fenestras ascendit. Pleni rimarum omnes sumus ac fenestrarum.*

Instit. epist. ad Zenam & Serenum, qui videntur fuisse canobina. *Qui vult feliciter vivere, studeat nec videre multa, nec audire; fugiat, fugiat & maneat in solitudine; tamen vicinior celo, quanto remotior à tumultibus terrarum.*

§. V.

Antisthenes rogatus quid è Philosophiâ fecisset lucrari? Possè mecum loqui & versari, ajebat. Lucrum certè ingens, & ad vitam continentiorè adjumentum maximum solitudo. Ideò Pyrho, ut Laërtius refert, deprehensus solus, & tamen loquens, rogatus quid id faceret? Meditor, inquit, probus esse.

Caesius Rhodigin. lib. 11. cap. 1. antiq. Lat. Vita inter turbas & negotiosos tumultus vix vita conferri potest. Quod Similii epitaphium testetur. Similius vir militaris ævo Adriani Cæsaris, ad plurimam ætatem pervixit, sed quia ultimam duntaxat septennium à rubis & classico remotus sibi ac quieti vixerat, hoc tumulo suo inscribi voluit: Hic jacet Similius septennis vetulus, qui licet annis plurimis vixerit, tamen annis tantummodo septem vixisse censendus, quibus ei licuit quietè vivere. Similij multos reperias similes, qui in fluctus medios eunt, & tumultuosam probantes vitam, quotidie cum occupationibus suis luctantur, & vix unquam sibi vivunt. Sapiens mallet in pace, & solus esse, quam in hac circumstrepentium negotiorum pugna.

Sed artis est profectò in solitudine non solum esse, in otio non otiosi, & vitam non ignavam, sed tranquillam ducere, Epicæteus dicere solebat. Quemadmodum mali tragædi soli canere non possunt, sic quidam non soli secum deambulare. Qui Deum & Angelos solitudinis suæ socios habere nescit, pæne tutius inter clamores ac strepitus vivit. Bonæ ac castæ mentis præsidium ingens solitudo.

Philo lib. de Abrahamo. Egregiè Philo: *Vir bonus, inquit, vita quietæ amator, secessum querit & solitudinem, latere cupiens non odio hominum: est enim si quis alius eorum amans: sed quia fugit & proculcat vitam, quibus vulgus delectatur, gaudere in solitudo, quæ dolenda sunt, & dolere de eis, quæ gaudenda.*

Hoc Plutarcho tribuit Simonidi, sed Laërtius & Valerius Xenocrati. Sapiens dicitur, qui quis fuerit. Sed de silentio quid addam? Silentium plenis buccis pæne omnes laudant, vix ulli observant; quis est, qui cum Simonide non dicat: Nunquam se pœnituisse silentiij, sermonis sapiens. Nec nescimus optimè dictam à Demarato, neminem stultum silere posse: Silentium infinitorum maiorum nobilissimum esse pharmacum, nec pæne quidquam inter innumera pericula tutius quam silere. Non ignoramus, auri contemptum, loquendi opportunitatem, & silendi patientiam, præcipua virtutis esse fundamenta. Constat, malum hominem tacendo rectius quam loquendo superari; meliorem esse prudentiam parùm urbanam, quam loquacitatem stultam: signum fatuæ certissimum esse, os garrulum, & verbis abundans. Quotidianâ liquet experientia, plerumque nullum deesse peccatum, cum linguæ deest frenum; mala pæne omnia ex ore nasci nimium verboso. Hæc omnium vocibus jaçantur, his libri ac codices implentur, hæc è pulpitis ac cathedris proclamantur, at interim nos imperantis lingue homines, cum datur occasio, imò etiam cum negatur, effusissimè garrimus, & malum videri fatui, quam parùm urbani. Nemo ferè est, qui Ecclesiastæ leges curet, quæ non loquendi solùm, sed & tacendi tempus sanciant. Equis est, qui silentium inter arres easque primarias referendum putet: ita superfluum censemus scire, quod sciant pecudæ. Inde fit, ut neque loqui sciamus, nec tacere. Sed ideò loqui nescimus, quia tacere non didicimus: & ideò nescimus tacere, quia perpetuò loqui cupimus. Utrumque miseri (parum hoc) utrimque malitiosi, quia importunè loqui malumus quam opportunè silere.

Tom. I.

§. VI.

Objicias: Sæpius loquendò videri discendum esse loqui, uti fabricando fabri, & cantores fimus cantando. Negat Basilius, parem utrimque rationem esse, & causam addit hanc: Rectè loqui non simplicis est artificij, quod nos non tantùm non callemus, sed contrariam ei assuetudinem, ne id faciliè discamus, opponimus, dum quidquid in buccam venit, sine ordine, sine lege per tumultum effutimus, quod nisi silendo discere non possumus. Atque hîc silentium duo nobis præstat. Primum est: Viciosum loquendi modum docet oblivisci, quod aliter nisi tacendo fieri non potest. Deinde tempus & spatium concedit eos inspiciendi, qui rectè loqui eximie sciverunt. Lingua in quibusdam, sed paucis nobile & argutum membrum, in magnâ autem parte hominum nocens atque pestiferum, & quo multus caruisse sit melius. Ita non solum in servo verum cernitur, quod Sartyrius dixit:

Lingua mali pars pessima servi.

Iruen sat. 9. vers. 120. Sed in plerisque etiam liberis, quibus nil pelus dedit natura quam linguam.

Cum incipimus odisse silentium, à vanis ad nocitura facillimè decurrimus, minùsque jam circumspècti negligentioreque verborum nostrorum observatores in plurima pœnitenda labimur. Nam sæpè, cum vera sermone desunt, ad mendacia divertimus, modò promptum sit, quod loquamur, verum an falsum, id scilicet non multum interest. Inde plenis jam plaustris aliena fama prostituitur, & ille discretissimus habetur, qui aliorum naevos copiosius exagitat. Ita in alienâ famâ & sanguine natant hæ linguæ, postquam silentiij frenum exculserint.

Job cap. 11. vers. 2. Prov. 6. 10. vers. 17. Querit Jobus: *Nunquid justificari poterit vir verbosus? Certissimum, ubi multa verba, ibi multa peccata. In multiloquio non deest peccatum.* Ergo ut minuas peccata, contine verba, & silentium ama. Assuesce silentio, & cum voluptate taciturnitatem coles: assuesce fabulis, & cum merore linguam continebis. Tantum in utramque partem assuetudo valet.

Silentium, cum loquendi tempus non est, prudentiæ signum evidens est. Carpent alij taciturnitatem tuam, modò probent vitam tuam: Ista non fallax oraculum est. *Cultus justitiæ, silentium, & securitas usque in sempiternum.* Nisi amicus fueris solitudini ac silentio, non eris virtuti. Plerumque quod precando lucratur, id omne perdimus confabulando, uti Penelope telam, quam interdiu texerat, dissolvit noctu, nunquam sui operis visura si ac silentio nem: ita quidquid boni sensus è precibus & colloquiis cum Deo hauritur, id effunditur, vaniloquentiâ. Imò difficillimum est rectè precari, ubi tam pronum est loqui. Mens namque tam variis narrationibus onerata, ægerrimè sese ad orationis quietem componit. Occurrunt audita & narrata, & quidquid imbibit, non supremis tantùm labris natat, sed omnem animum occupat. Ita dum mens orationem meditat, innumera suggestiones aliò eam vocant, & ad se trahunt. Nec potest faciliè animus distortorum auditorumque mille formis illusus ad meliora se convertere, aut supra hæc erigere tantâ nugarum mole oppressus.

Isaie 6. 32. vers. 17. Nescit mens inhærere Deo, sui, Dei que per tot fabulas prodiga: Conjunctionem cum Deo ignorat, quæ solitudinis & silentiij amica non est: Cælestia non attingit, quam tot inanium colloquiorum maria demergunt. Non fert amulum Deus: aut enim amari solus vult, aut amari non vult. Vis illi conjungi: Amore, quidquid ab illo te disjungit, ut conjungat alteri. Inter potentissima, quæ te alteri conjungunt, est quædam loquendi prodigalitas, cum nec necessaria nec temporaria profunda.

T t t

§. VII. III.

§. VII.

I Socrates duo dicendi tempora putabat statuenda: ut non loquamur nisi de iis quæ certò novimus, vel de quibus dicere necessarium est. In his enim solis orationem silentio præstare, in aliis esse melius silere quam loqui. Quocirca quies & silentium tranquillæ conscientiæ optatissimum asyllum. Qui promptus est ad loquendum, loquendi limites facillimè transievit. Hypocritum calidum sine ostio, vas vinarium sine operculo, lingua sine silentio, nec illud calorem, nec istud odorem, neque hæc animi fervorem conservabit. Disce tacere, si vis proficere. Quid es, cum loquax es, nisi urbs sine muro, domus sine ostio, vas sine operculo, equus sine freno? Hebræus Ethicorum doctor hæc confirmans: *Sicut urbs patens, inquit, & absque murorum ambitu, ita vir, qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.*

Prov. c. 25. vers. 28.

Addo in Chron. atate 6. anno Christi 410. Gemadius de viris illu. c. 19.

I. Silentii documentum.

Severus Sulpicius presbyter, vir & genere & litteris clarus, voluntariæ paupertatis amans, Martino Turonensi & Paulino Nolano præsulibus charus, jam senex à Pelagio ejusque æcclesiæ sermone illaqueatus, demum loquacitatis suæ culpam agnovit, & silentium sibi à seipso indictum non rupit ad obitum usque, ut quod malè loquendo deliquisset, severè tacendo expiaret. Hic ego rem omnem in compendium confero, & tria do documenta. Primum, *Ledi ac silere, summæ fortitudinis est.* Continere linguam, cum nemo reprehendit, nemo mordet, nemo conviciatur, artis est non permagnæ. At reprehensiones, morsus, convicia audire, & tacendo ferre, hoc artis, hoc Christianæ generositatis maximum argumentum est.

Secundum.

Alterum Pythagoræ: *Aut file, aut asser silentio meliora.* Tanto enim utilior erit oratio, quò silentium temperativius.

Tertium.

Tertium Xenocratis: *Qualibet dies sui etiam silentii tempus habeat.* Xenocrates quemadmodum omnes diei partes actionibus certis assignabat, ita suam etiam dabat partem silentio.

Quapropter nihil æquè proderit quàm quiescere, & minimum cum aliis loqui, plurimum secum.

SILENTII ET AMORIS

ERGA SOLITVDINEM

Actiones, seu, praxis.

I. Silentii praxis.

1. Singulis annis solitudinem plusculum gustare, & eâ per aliquot saltem dies frui. Imò diebus singulis aliquid silentio & solitudini dare; declinare à turbâ, & ad orandum aut meditandum secedere.

Secunda.

2. Solitudinem ac silentium jam lectionis, jam orationis, jam & laboris vicibus mutatis condire. *Est tacens,* inquit Stracides, *sciens tempus aptum.*

Tertia.

3. Solitudinem mitificè recreat liber cæli aspectus, stellarum sub adultam noctem consideratio, dum quis ipse sibi dicit: Hæc erit domus tua, si eâ te dignum gesseris inquilinum.

Quarta.

4. Optima ad solitudinem dispositio est, solers exteriorum sensuum custodia. Os, aures, oculi, si opportunè claudantur, solitudinis sunt vestibulum.

Quinta. Seneca ep. 8. initio.

5. Quandoque nocti aliquid decerpere, ut id piis studiis derur. Seneca de se clarissimè: *Nullus, inquit, mihi per otium dies exit: partem noctium studiis vindico: non vaco somno, sed succumbo, & oculos vigilantibus fatigatos, cadentesque in opere detineo.* Hoc idololatræ fecerunt; quid nos Christiani?

Sexta.

6. Tum maximè silere, cum maximè os loqui cuperet. Præcipuè verò cum aliorum verba perstringunt ac urunt, ipse sibi quisque dicat: Tace jam, tace, nil tutius; moderare linguæ, aut peristi. Loqueris? sermonis millicies te penitebit. Siles? causam habes optimam, modò eam lingua non corrumpat.

A 7. Cultæ solitudinis actiones primariæ sunt: Exo-Septima. mologesi faciendæ se parare, pios libros læctitare, de toto vitæ statu cogitare: continua Dei beneficia perpendere: vitæ meliùs institvendæ modum exquirere: omnium hominum novissima prævidere: temporis rectè distribuendi, & optimè collocandi rationem inire.

8. Silentii virtus non solum à pravus & illicitis sermionibus linguam continet, sed etiam ab utilibus & permixtis. De seipso rex David: *Et filii à bonis ait.* Solus ad *Psal. 38. v. 3.* illicita non proruit, qui à licitis etiam se cautè restringit. *Homo sapiens tacebit usque ad tempus.*

9. Sicut vitia & virtutes suos qualibet gradus habent, ita & hoc. Ideo solitudini paulatim affluendum. Primò quidem discè, exiguo tempore solitudinem tolerare: Dein unam alteramve horulæ partè ei tribue: post aliquantum temporis, seu partem diei, deinde diem, suo tempore dies aliquot, demum unam alteramve hebdomadem ei assigna. Facilis est iste, in quavis virtute progressus.

Ecclesi. c. 20. vers. 7. Nona.

CAPUT IV.

Rosa Alabastrina, seu, Fides.

§. I.

Fundamentum omnis Christianæ vitæ fides est. Ubi hæc deest, aut vacillat, tota ruit structura. Fides summè nobis necessaria est, principio quidem ob immensam Dei majestatem, quæ ratione nequit, fide comprehenditur, & in hendi potest. Deinde fides requiritur, ut homo præmium sibi destinatum promereatur: quâ in re non solum hominis voluntas divinis obsequiis impendenda, sed etiam intellectus, illam divinæ voluntati, istum iudicii divinis subjiendo. Tertio finis omnium nostrum, ad quem conditi sumus, est Deo æternum frui, Deum inter immortales delicias semper aspicere; atqui hoc supra naturam est, quò pertingere non potest ratio, ergo fides. Quod beatus Pontifex Leo explicans: *Maxime firmum est animorum, incunctanter credere, que corporeo non videntur intuitu.*

Beatissima Domini mater altissima credidit mysteria. Divinæ Triados arcanum naturæ lex ignorabat. Lex sublimis Mosis vix quidquam de eo sciebat. At virgo ex vatum oraculis, & Angeli verbis, Patrem & Filium nominantis (Hic erit Altissimi Filius) & addentis (Spiritus sanctus superveniet in te) sublimè illud mysterium accepit & credidit, idque eo tempore cum Evangelium nondum promulgatum.

Gedeon & Zacharias, ut firmiùs crederent, illustrata ejus rei signa petierunt: Virgo non prodigia postulabat, non exigebat miracula, neque rei certitudinem curiosiùs indagabat. Firmiùs omnia & constantiùs credidit, quàm ullus unquam hominum; credendo vicit Abrahamum. Quod enim beatus Paulus de Abrahamo, hoc de illâ verissimè dici poterit: *Contra spem in spem credidit, ut fieret mater multarum gentium.* supra omnem naturæ caputem & virginem semper se permanfuram & tamen parturam credidit.

Locupletior omnibus testis Elisabetha: Beata, inquit, Luc. cap. 1. que credidisti, quoniam perficietur ea, que dicta sunt tibi à Domino. Ex his concludens Augustinus: *Sacratissima virgo, inquit, beatior fuit per fidem perfectam concipiendo Deum, quam in animâ, quàm in corpore. Nam est tanta sit dignitas, Dei matrem esse, ut major homini conferri non possit, ea tamen sola jus ad immortalè gloriam non dedit, sed fides vivacissima. Hæc charitati junctâ virginem super univèrsos Angelorum ordinès dines erexit.*

Firmiùs credidit omnia quàm ullus unquam hominum. Quod enim beatus Paulus de Abrahamo, hoc de illâ verissimè dici poterit: *Contra spem in spem credidit, ut fieret mater multarum gentium.* supra omnem naturæ caputem & virginem semper se permanfuram & tamen parturam credidit.

Locupletior omnibus testis Elisabetha: Beata, inquit, Luc. cap. 1. que credidisti, quoniam perficietur ea, que dicta sunt tibi à Domino. Ex his concludens Augustinus: *Sacratissima virgo, inquit, beatior fuit per fidem perfectam concipiendo Deum, quam in animâ, quàm in corpore. Nam est tanta sit dignitas, Dei matrem esse, ut major homini conferri non possit, ea tamen sola jus ad immortalè gloriam non dedit, sed fides vivacissima. Hæc charitati junctâ virginem super univèrsos Angelorum ordinès dines erexit.*

§. II. Ad

I
2
3
4
5
6
7
8

B.
est
str

Ad
cap.

Ibi
& J

Ma
ope
fide
ope
divi
quâ
turi

S. I I.

Sub cruce professus est fidem.

AD fidem spectat fidei confessio, quam virgo edit sub cruce, quando filium non solum comitari est ad crucis supplicium, sed infra crucem generosissime adstitit. Ita toto pæne terrarum orbe spectatore in summo lectu constantissime professus est fidem: hunc scilicet in cruce pendente hominem, suum esse filium, esse Christum, esse Deum, qui a morte rediturus sit ad vitam. Eo tempore unicus Apostolorum adfuit, qui ausus cruci assistere, & se discipulum ejus hominis fateri. Ceteros omnes tegebant latebræ, tunc enim discipuli omnes relicto eo fugerunt.

Matth. c. 26. vers. 56. Cum tri-duo sacræ hebdomadis preces decantantur matutinae unicus cereus ardens ad sacrarium deferretur.

In Catholicorum templis veteri ritu cum triduo sacræ hebdomadis, preces matutinæ decantantur, ad finem singulorum Psalmorum singuli cerei è duodecim extingui solent: unicus ad sacrarium deferretur ardens. Ea res piam hanc interpretationem habet. Apostolorum fides eo tempore utcumque nutabat, tutius illis visum latere, & velut cereum extincto lumine abscondi. Unica fax illa, Domini mater cum ventis certabat, nec ullis turbidum flaminibus extingui poterat:

Non hiemes illam, non flabra, nec imbres sanguinei convellebant:

Petrus à ventulo concussus cecidit: stetit virgo, stetit inconcussa, & fide ac spe semet solabatur redituri ad vitam filii. Ubi enim charitas tam perfecta, quid mirum, quòd fides fuerit tam firma? Charitas omnia credit. Et ut os divinum loquitur: Omnia possibilia sunt credenti. Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic: Tollere, & jacta te in mare, fiet; & nihil impossibile erit vobis.

1. Cor. c. 13. vers. 7. Marcie. 9. vers. 23. Matth. c. 17. vers. 20. Luc. cap. 1. vers. 38.

Cum, virgo ad Angeli cælestia postulata responderet submississime: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum, mox è cælo mons montium, mons infinitæ magnitudinis, in ditissimum mare, in beatissimæ Virginis uterum sese demisit; Deus humanum corpus induit. Hoc opus grande Virginis fides plurimum juvit: Assensu est postularis, & voluntate suâ divinam complexa, orbem jam lapsum, jam perditum erigere, quantum in se fuit, collaboravit votis ardentissimis, & integerrimâ fide. Hinc jure merito MAGISTRA FIDEI appellata, ut quæ Domini discipulos, nosque omnes imbuit fideli prorsus magisterio.

E. Maria est magistra fidei.

S. I I I.

Cum de Fide sermo est, in fundamentum sit, quod beatissimus Paulus asserit. Hic ubi de hominibus excellentis fidei nomenclaturam texuisset, hanc apposuit clausulam: Sine fide impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Atque ut nossemus, quinam excellissent fide, Abelem, Enoch, Noënum, Abrahamum, Joseph, Mosen, Gedeonem, Samsonem, Jephthæ, Davidem, aliosque complures nominat, de quibus: Juxta fidem, inquit, defuncti sunt omnes isti, non accipitis re promissionibus, sed à longè eas aspicientes, & saluantes, & constantes, quia peregrini & hospites sunt super terram.

Ad Hebr. cap. 11. v. 6.

Ibid. v. 13. & seq.

Hi præstantissimæ fidei viri, cælum in votis habuerunt & promissis, & illud emirans fide ac spe salutârunt; jam possident, jam cives sunt, qui olim ad beatam illam civitatem contentissimis studiis peregrinabantur.

Majori opus est fide in operibus divinitatis quam naturæ.

In naturæ operibus credendis magnâ opus est fide, multò adhuc majore in divinitatis, cujus natura est sinistra. Piæ opinionis filia est fides, religionis mater, quâ sublatâ nihil homini relinquitur, cur cælum spectet amplius, aut cur plus sapere dici possit, quam mutum animal. Homo sine Fide & Religione velut infrenis equus, atque eò deterior, quò & natura contumaciior quam equi, & in vitium multò propensior.

Magnus ille Abrahamus, omnium rectè credentium parens, quæ sibi è cælo præmittebantur, firmissime cre-

A didit, idque illi justitiæ datum est, sed non magis illi quam omnibus (ut credi par est) qui omnia, quæ sunt, ad divinam referunt providentiam.

Moti divinitus operanti nonnihil obstitere artes magicæ, quarum operâ rex Ægyptius utebatur. Sed cessit tandem vanitas illa veris miraculis, & victi præstigiatores Numinis providentiam fuit confessi. Rex ipse, quia non credit, sibi & suis exitio fuit. Enimverò quia pelagus Israël's populo in camporum planitiem cessit, & siccum turumque præbuit iter, rex incredulus cum exercitu validissimo infecutus, marinis fluctibus miserè sepultus est. Luculentum hoc fuit repudiata fidei supplicium.

Supplicium repudiata fidei in Pharaone.

Elias vates Hebræus in apertum cum Baalis Sacerdotibus certamen descendit Achabo rege contentiosis arbitro. Ceterum illi suum Baal in multum diei suppliciter precati, ut ignem è cælo mitteret, nihil impetrarunt. Sed quid impetrare poterant, cum multò minus

is posset qui rogabatur, quam qui rogabant? Elias contra fide ac precibus cælum evocans, mox obsequentissimum habuit ignem. Cujus rei miraculo circumfusâ multitudo, quæ in eventum ejus disceptationis erat erecta, veræ fidei altissima jecit fundamenta, & protinus in illas voces sæpius repetitas erupit: Dominus ipse est Deus, Dominus ipse est Deus.

3. Reg. c. 18. vers. 39.

S. I V.

Petrus opere piscator, dignitate Apostolorum princeps, hæc duntaxat fidei virtute, non Atticâ, non Latiali eloquentiâ fretus uno die tria hominum millia baptisimi lavacro admovit. Tam uberem piscatum ille promissit, qui cymbam & retia relinquere præcepit. Sed eadem fide Petrus hominem è matre claudum in solidos pedes erexit, jussitque ambulare rectum, Nimirum omnia possibilia sunt credenti.

Fidei virtute miracula parata à S. Petro.

Paulus Tarsensis hostiliter in Christum insurgens, à S. Paulo subito veritatis admonit, & eum, cui infensissimus erat, Dominum vocavit, & quid se facere vellent, submissè sciscitatus est, ex hoste factus mancipium, ex lupò agnus. Hic virtute Fidei Elymam magum in Cypro perpetuâ cæcitatibus nocte damnavit, ut in iis tenebris moreretur, quas viventium oculis offundere consueverat. Credenti possibilia sunt omnia.

Stephanus Christianæ pietatis assertor non syllogis, non sophismate, non elenchis è Dialecticâ petitis usus, sed è fonte fidei purissimo illum dicendi spiritum hausit, cui omnis synagoga sapientia, omnique Philosophiæ varietas cedere coacta est. Credendo montes ut plumæ transferuntur, & nihil impossibile erit credenti.

à S. Stephano.

Valens Imperator Arrianus, quibus faverat, templum quod veræ religionis viri possederant, destinavit. Hoc Principis consilium Eusebius Antistes non improbare ab Eusebio tantum, sed etiam detestari, & imminentes pœnas vari-cinari. Cæsar Præfulus auctoritate motus statuit periculum fumere, ultra demum sanctior videretur religio: ac simul edixit, ut templum clauderetur, idque iis denum cederet, quorum precibus suâ iponte parvisset. Arrianorum preces prorsus irritæ ceciderunt, nec templi valvæ iis convulsæ. Eusebius ingenti fide illud solum effatus: Attollite portas principes vestras, & elevamini porta eterna. Vix totum abolverat carmen, cum repente ostia crepuerunt, parueruntque aedes suâ iponte subire volentibus. Hæc in Arrianæ perfidiæ detestationem, veræque fidei firmamentum facta. Nemini hæc adeo mira videantur.

Pf. 23. v. 7.

Ipse Arrius orbis impôrto, fidei oppugnator acerrimus, sensit tandem, quid oppugnârit: nam alvum & animam unâ eiecit. Olympius Arrii auctor cum Cathagine in balneis lavaret, & ore impio sanctissimam Triadem lacesseret, triduo telo superne ictus concidit, Jocari cum Deo non licet, ô mortales, multò minus

linguâ Deum violare. Et uti credenti omnia sunt possibilia, ita non credenti aduersa omnia. Animalculum vel minimum, vel atomus unus carnificem agit, cum Dei hostis jugulandus est.

§. V.

Con-
propria
fidei
domus.

Liceat hic, obsecro, cogitationes meas turd dicere. Passim omnes jactamus fidem, sed fidei defectu sæpe plurimum laboramus. Fidem ex ore promissimus, melius educeretur de corde, propria Fidei domo. Hominem mihi date, qui conceptissimis verbis sic sese soleat efferre: Ego Christianus, ego Catholicus, ego Virginis matris Sodalis (& quid non?) Ego sacra Catholica ad usque supremum halitum defendam. Rectè hæc quidem & fortiter dicuntur, si modò seridè & ex ipsis animi fibris dicerentur. Exploremus igitur viri fidem, & videamus, quantum os à corde distet; quantum ficta fides abfit à verâ.

Dicamus huic viro nummorum tenacissimo: Da, quaeso, huic pauperi unum alterumve florenum aut Philippèum, & pro iis mille recipies in caelo. Nam, Salomone teste, *generatur Domino, qui miseretur pauperis. Ergo perde pecuniam tuam propter fratrem tuum, & abundantissimè recipies illam.*

Prov. c. 19.
vers. 17.
Ecclesi. c. 29.
vers. 13.
Hominum
ficta fides.

Observate vos jam hominis fidem: vultum contrahit bonus iste vir, & obliquum tuetur; capite abnuit, &: Melior est, inquit, passer in manu quam aquila super tectum: moneta præfens res planè affabilis, & incertis omnibus longè præferenda. Pecuniam hic inter pauperes erogaram, in caelo recipendam credo, at interim seruo.

August. 10. 8.
in psal. 31.
pag. 76.

En fidem, sed languidissimam: credit & non credit. Si fides, inquit Augustinus, sine dilectione sit, sine opere erit. Nunquid fides tua sterilis erit? si sterilis non es, sterilis non est ipsa.

Luc. cap. 18.
vers. 8.

Quam verè Lucas & ex ore Domini dixit: *Filius hominis veniens, putas inveniet fidem in terrâ?* Sed fidem boni illius viri ulterius examinemus. Vir iste bonus à carne invitatur ad fartivam libidinem: Hic illi fides ingerit: Hoc facere, est caelum perdere, & ad inferos se sponte præcipitare. At ille bonus vir nihilominus hoc audet, & facit. Perinde si diceret: Quidquid sit de caelo; hoc mihi gratum est, & volupe. En fidem, sed pictam, sed orotam, hoc est, pane nullam. Idem hoc ampliùs ostendimus. Bonus iste vir æmulorum multos habet; sunt ex iis, qui non leviter eum læsèrunt. His ille, ut ignoscat, adduci non potest. Fides illum acerrimè hortatur: Nisi tu inimicis tuis omnibus ignoscas, & quidem ex toto corde tuo, neque Deus ignoscat tibi. Actum est, despera caelum, nisi hac Christianâ generositate prætes te dignum caelo. Nil veniæ speres à Deo, nisi tu priùs veniam dederis iis, qui te offenderunt quacumque ratione. At ille contumacissimam spirans vindictam, nullis precibus, nullis fidei præceptis fleatur: mavult mori, quam injuriam non persequi, non ulcisci. En fidem, sed cada-verosam, sed mortuam.

August.
10m. 4. lib. de
fide & opo-
rib. c. 13. sine
Tom. 10.
serm. 53. post
init. p. 249.

Hæc Augustinus disertissimè affirmans: *Qui credit Deo, inquit, debet facere quod præcipit Deus; & qui propterea facit quia præcepit Deus, necesse est ut credat Deo. Verè beatus est, qui rectè credendo bene vivit, & bene vivendo fidem rectam custodit. Igitur sicut otiosa est fides sine operibus bonis, ita nihil proficiunt opera bona sine fide rectâ.* Eleganter cecinit

Prosper lib.
Epigram.

B. Prosper:
Non satis est Domini præcepta evolvere linguâ:
Is meminit legis, qui memor est operis.
O Domine adauge nobis fidem.

A C T I O N E S F I D E I.

1. Fidei
praxis.

1. Sæpius exercere fidem circa sublimissima quatuor illa Fidei mysteria sanctissimæ TRINITATIS, Incarnationis Christi, Eucharistiæ, & Resurrectionis. Atque hanc fidem his subinde verbis testari: Credo, ô bea-

ta Trinitas, credo te Deum trinum & unum. Credo Christum Dei Filium pro nobis factum hominem. Credo sub panis & vini velamine Deum verè præsentem esse. Credo nos omnes novissimo die redituros, aut ad vitam, aut ad supplicium æternum.

2. Fidem in adversis singulariter sic excitare: Credo Deum melius scire meipso, quid patiar, & velle, ut hoc ipsum, quod me premit, patiar. Credo etiam Deum & posse & velle juvare me. Hunc igitur adiutorem unice quæram; ille me cerè non deseret. Tunc juvabit, & eo modo, quo ipsi melius visum fuerit, meum non est auxilii modum aut tempus Deo præscribere.

3. In actionibus bonis exercendis, præsertim in rerum arduarum aggressu, ad Deum per fidem fixissimis oculis suspicere, eumque ut amplissimum actionum nostrarum remuneratorem venerari, nec cupere laboris præmium statim accipere, sed illud magnâ fide suo tempore dandum expectare.

4. Quotiescunque è divinis litteris aliquid auditur, aut legitur, iis omnibus ut vero Dei verbo firmissimum assensum præbere, illud secum volvendo: Credo, Domine, verissimum esse & optimum, quod dixisti, quod minatus es, quod promissisti, quod prohibuisti.

5. Altissimam & infallibilem proscus Dei providentiam, in rebus quidem omnibus extollere, in iis verò maxime, quæ ad eò nobis videntur miranda, ut causas eorum & rationes vix ulla venire aut assequi possimus, quorum ferè quotidie sunt exempla. Hic illud cum Ecclesiâ ingeminandum: Deus, cuius providentia in sui dispositione non fallitur.

6. Singularissimè Dei in omni loco præsentiam observare, & ad illam mores suos, omnemque vitam studiosissimè componere. Non credit Deum ubique præsentem, qui præsentem Deo facit occultè, quod præsentibus hominibus facere vereretur publicè. Dictum Hieronymi est: *Non est verè Christianus, qui non audet in eo statu mori, in quo audet vivere.*

7. Errores omnes atque hæreticos à verâ fide alienas ingenti peccatore averfari, atque repudiare.

C A P V T V.

Rosa Gypsea, seu, Auditio Verbi divini.

§. I.

ET si Virgo beatissima domi suæ annis triginta concionatorem optimam verè caelo delapsam attentissimè audierit, ejus tamen facultati fatiari non potuit. Nec mirum. Tam affabilis eloquentiæ fuit hic concionator, ut caelesti verborum vi & brutas animantes, & surdas rupes, & luctantes ventos, & furibundum mare mulcere potuerit, & ad obsequia promptum reddere. Divinus hic ecclesiastes potuit ex undis provocare cetos, ex aëre fulmina, è caelo devocare sidera, è tumultibus evocare mortuos.

Ad divinissimum illum concionatorem igneus Paulus, & disertissimus Chrysolomus, & eruditissimus Augustinus, mutos sese infantes dicerent. Hunc Virgo concionatorem annis triginta domi suæ habuit quotidie super mensâ disserentem, eumque tantâ fame audiit, narrantis ab ore pendens, ut ab eo satiari nunquam potuerit. Proinde cum divinus hic Orator in pulverem prodiret, & jam in plateis, jam mediis campis, modò in templo, modò in montibus, modò è navi verba faceret ad circumfusum populum, adfuit & virgo inter frequentissimos auditores, & in confertâ turbâ filium perorantem auscultavit.

Ecquis nunquam dicere illam audiit, Hæc mihi jam sæpius audita; Ecclesiastes iste quotidie mihi domi est; sub umbrâ quietius dicentis verba, excepero. Nil horum, Expleri nunquam potuit audiendo. Et verò hoc unum est.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

C

B. Mariae
in auditiâ
concione
assiduitas.

In concio-
nibus au-
dientis
nunquam
tardio affe-
ctus.

I
Z
V
U
N
D
H
U

Pi
Ep
Et
ta

unum egit, ut nullas filii conciones negligeret. In testi-
monium est, quod Marthæus narrat, Christo Domino
ad populum perorante, fuisse è numero auditorum qui
diceret: *Ecce mater tua, & fratres tui foris stant.* Nec solum
Filii verba tam pronis auribus excepit, verum etiam
quidquid filium spectabat, quidquid sacram doctrinam
sapiebat, id avidissimis auribus accipiebat, velut pabu-
lum futuræ meditationis. Hinc quod pastores de Ange-
lis corumque concentu narraverunt, quod Simeon &
Anna de filio, deque luctu futuro vaticinati, id omne
consideratura exactius audiebat, Lucâ teste, *Maria au-
tem conservabat omnia verba hæc, conferens in corde suo.* Fru-
stra sunt conciones, nisi sequantur ejuscemodi medita-
tiones.

Quod si Virgo beatissima divina Sapientiæ mater
exhortationes lactas tantâ fame appetiit, quid par est
nos facere rerum cælestium inanes? Hic nemo eximius.
Hebræus Rex David in plurimis præceptorem habuit
Spiritus sanctum. Adulterium & homicidium utique
non ignoravit esse veritum, nihilominus pœnitentiam
in decimum usque mensem distulit, dum Nathan eum
feriâ valdeque acerbâ exhortatione percussit. Christus è
nubibus concionatur Paulo; nihilominus Paulus ad
omnia jam paratus, velut bimulus puer ad Ananiam
instruendus mittitur. Cornelium religiosissimum belli
ducem ad cælestia informât Angelus, eundem tamen
prolixius erudiendum committit Petro. Reginæ Can-
daciæ quætor, qui curru vehens Isaiam legerat, non An-
gelo sed Philippo traditur instituendus. Moses qui
Deo à secretis & ab intimis consiliis fuit, tamen à soe-
rò homine alienigenâ velut puer instituitur, & modum
regendi populi docetur. Christus ipse litteratorum me-
dius seder, audiendo & interrogando se discipulum
professus.

§. II.

Sed objicias primò: Jam antè scio, quæ dicturus est
Concionator, pridem ea legi, audivi, didici: nil no-
vi sum auditurus. Respondemus: In templis, ô bone,
non convenitur, ut novi rumores audiantur. Hæc dicit
Dominus, clamat Hieremias: *Interrogato de senitis anti-
quis, quæ sit via bona, & ambulate in eâ.* Ingerenda est ani-
mo notitia rerum etiam notissimarum.

Objicias iterum, Jam senex sum, & ætatem in libris
exegi. Respondemus: Quis oro tam senex aut doctus,
qui non plura nesciat, quàm didicerit? At fingamus te
doctissimum esse, qui nil eximii discas in concione. Sic
quidem ceteros intelligentiâ vinces: at ubi voluntas, ubi
memoria? hæc monenda sæpius, illa ad virtutem assidue
impellenda est. Ignosce voci barbarâ sed verâ. Pluri-
ma scis *speculativè*, vix quidquam *practicè*. Itaque ideo
discenda sunt, quæ in concionibus dicuntur, ut, quæ
fuerunt verba, fiant opera.

Tertiò dixeris: Non videor mihi tot monitis obtun-
dendus, nam nisi me valde fallo, vitam non ago vicio-
sam. Sit ita: sed nunquàmne illud Senecæ legisti: etiam
remotis vitiis, quid & quemadmodum debeamus face-
re, discendum est.

Sed quid prodest, inquis, aperta monstrare, & toties
decantata repetere? Plurimum: interdum enim scimus,
nec attendimus. Non semper docet sacra exhortatio,
sed excitat, sed advertit, sed memoriam retrahit, nec
elabi patitur scitu necessaria. Pleraque ante oculos
posita transimus, sæpe animus etiam aperta dissimulat;
proinde quædam illi commendanda, quædam etiam
inculcanda sunt. Plurima scimus, sed non facimus. Scis animi
amicitias sanctè colendas esse, sed non facis. Scis animi
submissiorem ac patientiam in omnibus exercendam;
sed non facis. Scis cogitationes lascivas quamprimum
repellendas esse, sed non facis. Scis conjugium pudicè
castèque servandum; num quæso id facis? Scis virtutem

A ante nummos quærendam; sed non facis. Scis jubente
Domino injurias inimicis condonandas; sed non con-
donas. Scis inimicos etiam esse amandos; sed non amas.
Iram, terribilissimum affectum, comprimendum esse scis;
sed non facis. Invidiam ut letalissimum venenum omni
modo cavendam esse scis; sed non facis. Scis pigritiam
contentis studiis excutiendam; sed non facis. Scis ani-
mum sacrâ confessione sæpius esse lustrandum, sed non
facis. Scis gulam inediâ subinde castigandam; sed non
facis. Plurima esse cavenda & fugienda non nescis,
quæ tamen nec caves, nec fugis: Plurima itidem ner-
vis ac viribus omnibus quærenda esse atque ample-
ctenda nôsti, quæ tamen nec amplecteris, nec quærīs.

Ideo reducendus es sæpius ad memoriam: non enim
reposita illa esse oportet, sed in promptu. Quæcumque
salutaria sunt, sæpe agitari debent, sæpe versari, ut non
tantum nota sint nobis, sed etiam parata. Adjice nunc,
quod aperta quoque apertiora fieri solent. Omnium
honestarum rerum semina animi gerunt, quæ admoni-
tionibus sacris excitantur; non aliter quàm scintilla
flatu levi adjuta, ignem suum explicat; granum piperis
contritum, acrimoniam suam exerit. Erigitur virtus,
cùm tacta est & impulsâ. Præterea quædam sunt qui-
dem in animâ, sed parum prompta, quæ incipiunt in ex-
pedito esse, cùm dicta sunt.

§. III.

Sed objicias quartò, & stylum verris: Obliviosus sum, Conciones
inquis, & dictorum pœne nihil retineo. Sit & hoc: frequenter
sed num ideo conciones non addeunde: imò jam tibi ac sedulo
multò magis frequentandæ, quò pauciora ex auditis re- audiendæ;
tines. Audi, quæ ad rem narro. exemplo
demon-
stratur.

Quidam è Christianis Philosophis Abbatem de re-
bus ad animi sanitatem spectantibus consulens: Mi
optime Pater, inquit, religiosos viros sæpius interrogavi
super animi mei statu & salute. Quidquid autem illi me
docent, quidquid præceptionum ingerunt, id brevi
evanescit è memoriâ; paucissima hærent. Abbas duo
conspicatus vasa fortè vacua, & mox ad socium ad-
stantem: Ito, inquit, & alterum ex his vasis eluito. Ivit,
eluit, & loco reposuit. Abbas rursum: Vas, inquit,
utrumque afferro. Atulit. Hic Abbas Philosopho:
Utrum, ait, è duobus his vasis tibi mundius videtur?
Illud, responderet, quod modò purgatum est. Ad quæ
iterum Abbas: Ita quoque, mi fili, cum animo nostro
comparatum est: qui frequenter ac sedulo sacras exhor-
tationes audit, etiamsi non omnia ita plenè retineat,
ut singulorum meminisse possit, illius tamen animus
mundior erit, quàm ejus qui divina monita nec audit,
nec ullo audiendi desiderio tenetur.

Ita prorsus est: nam etsi conciones nil novæ doctrinæ
suggerant, memoriam tamen renovant, & voluntatem
nonnihil agiliorem faciunt ad bene agendum. Habe-
mus interdum utcumque compositum animum, sed res-
fidem & inexercitatum, ad inveniendam officii viam,
quam admonitio sacra demonstrat.

§. IV.

Sed objicias quintò: Aut probus est, qui conciones
audit, aut improbus. Si probus, jam sponte currit ad
optima quæque; quid eum ultra urgeas: si improbus,
vix eum hæc admonitiones juvabunt sic vitiis obliga-
tum. Imò verò juvabunt, hoc scilicet ut vitiis liberetur.
Non enim extincta in illo indoles naturalis est, sed ob-
scurata & oppressâ. Sic tentabit resurgere, & adver-
sus prava nitetur. Modò illum diutina pestis infece-
rit tantum, non penitus enecuerit. Nam *impus, cum in Prov. c. 18.*
profundum venerit, contemnit: quamvis nec huic quidem *vers. 3.*
conciones negligendæ. Medicina morbos insanabiles
non vincit, tamen adhibetur aliis in remedium, aliis in
levamentum.

Matth. c. 12.
vers. 47.

Luc. cap. 2.
vers. 19.

In templis
non con-
veniendum
ut novi ru-
mores au-
diantur.
Hierem. c. 6.
vers. 16.

Vide mem
Epilogum in
Phœchon-
tem.

Hic oppones sextò: Quis capiat hanc rerum molè? Infinita præcepta sunt. Falsum est, nam de maximis & necessariis non sunt infinita. Duas tantummodo leges Christiani habent: Ama Deum, ama proximum: Nosti Servatoris vocem: *In his duobus mandatis universa lex pendet & Propheta.* Aut si mavis, unam duntaxat legem serva, & dicemus te omnium observatorem. Voluntatem tuam ad divinam conforma, & omnibus omnino legibus satisfactum erit.

Matt. c. 22. vers. 40.

Conciones non sunt negligendæ.

Oppones septimò: Multi conciones audiunt, nec tamen meliores evadunt. Esto, quid tum? Num ergo conciones liberius negligendæ? non ideo hæc nullos sanant, quia non omnes. Ego aliter & melius quàm tu, ita ratiocinor: Multi, qui conciones audiunt, parum sanctè vivunt; at nulli, qui conciones negligunt, sanctè vivere possunt. Examina rem, & ita esse comperies. Ubi rectissimè dico: Multi juvenes citò moriuntur, at nulli senes diu vivere possunt. Sic affirmatè ajo: Quisquis sacras conciones temere negligit, aut homo sui sensus ac cerebri est, aut certè intus & in cute nequam est. Nam hic talis legere non solet, quæ vitam morèsq; instruant, si nec audiat quidem, homo fugi nunquam erit. Mens bonâ culturâ eget; vera virtus nemini gratis venditur. Quisquis doctrinam sacram fugitat, licet viri boni speciem præ se ferat, vir bonus certò non erit, cum averteretur ea, quæ virum bonum faciunt. Animos vix ulla res honesta magis inducit, dubiosq; & in pravum inclinabiles revocat ad rectum, quàm Divini Verbi auditio. Pars virtutis disciplinâ constat, pars exercitatione: & discas oportet, & quod didicisti, agendo confirmes. Virtutis contemplatio virtuti non sufficit, nisi sequatur & actio. Ergo si recta actio virtuti necessaria est, rectas autem actiones institutio sacra & concio demonstrat, institutio quoque ac concio virtuti necessaria erit. Varia nos vitia impellunt, opiniones falsæ circumsonant, ideo crebris monitionibus opus, quæ vitia cohibeant, excitant opiniones.

Concio est necessaria virtuti.

Matt. c. 23. v. 2. & 3.

Obducis octavò, & ais: Unde mihi constat, ea, quæ in concionibus audio, à Deo monita esse, & purum putum Dei verbum? Vide; res extra dubium est. Magister veritatis id expressissimè docens: *Super cathedram Moysi, inquit, sederunt Scribæ & Pharisei: Omnia ergo quaecumque dixerint vobis, servate & facite; secundum opera verò eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt.* Audis doctrinam eorum, non vitam esse attendendam, qui legitimum docendi jus acceperint. Atque uti Pharisei ac Scribæ super cathedram Moysi, sic Concionatores, quos audis, super cathedram Apostolorum sedent. Ergo, quæcumque tibi dixerint, serva & fac. Doctrina horum talium proba est, ceteri vita nonnunquam improba.

S. V.

1. Thess. c. 2. vers. 13.

Paulus hæc expressissimè confirmans: *Cum accepissetis, inquit, à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud non ut verbum hominum, sed (sicut est verè) verbum Dei. Observa dictum, sicut est verè verbum Dei, illud scilicet quod ab hominibus auditur. Rarissimi fuerunt, ad quos Deus sine interprete locutus est. Ideo Siracides: Qui timet Dominum, inquit, excipiet doctrinam ejus, à quocumque demum doctrina Domini tradatur, sive ab ipso Domino, sive ab ipsius interprete.*

Ecl. c. 32. vers. 18.

Atque ut probè noverimus, esse maximi momenti, conciones non temere negligere, mentem Dei ac voluntatem necesse est exploratam hac in re habeamus. Mens Dei est: Vult amarissimus Pater, ut inter homines alter alteri se subiciat, alter ab altero discat, iste illius se discipulum fateatur, ut eâ ratione submissio animi & modestia conservetur in gente humanâ. Qui conciones aspernat, satis sibi doctus est, impatiens Magistrum, nullius se discipulum gerit, ipse seipsum erudit. Hanc profectò arrogantiam non tolerat Deus; non impunè

Deus vult ut inter homines alter alteri se subiciat.

A fert, quisquis hac in re Christianæ submissiois oblitus se sibi magistrum præcicit. Hoc est plurimorum exemplis licet discere, & eorum etiam quos ipsi novimus.

Plurimos non levi manu flagellavit Deus, qui conciones Dei quæ verbum aut contemptu, aut certè neglegenti non audierunt. Hos tales Deus aded luculentis affectu pœnis, ut & ipsi punitos se sentirent, & alii cernerent.

Narrat Jacobus à Vitriaco Tusculanus Præsul, purpuratus Pater, fuisse virum, qui vel nausæ divini verbi vel negligentia conciones pertinaciter fugiebat. Mortem fugere potuit, sed non effugeret. Ergo mortuus est, & ritu Catholico ad templum delatus. Cumque hic Sacerdotes iusta funeri persolvere, & exequias ordirentur reddere, prodigium ingens in signo pendens in cruce JESU visum est. Nam simulacrum Christi in cruce affixi instar hominis vivi se movere, brachia è cruce solvere, manus auribus admove, digitis autem utramque obturare, perinde si voce clarissimâ illud diceret: Non auditis non audio. Hoc quidem est nunc ac manibus loqui. Atque istud spectârunt, quotquot aderant, & attoniti obstupuerunt. Sacerdos inferiorum præses ad populum versus: Non latet vos, inquit, hunc virum divini verbi fuisse contemptorem, nec unquam persuaderi potuisse, ut Christiano more conciones frequenteret. En signum luculentum divinæ indignationis! Aures suas obrurat Deus, ne audiat preces nostras. Desinamus igitur incassum ei parentare. Dei hostis est, loco, quo dignus est, humetur. Sic elatus è templo, humo profanâ defossus est. Quam ergo verè Siracides dixit: *Qui timet Ecc. c. 31. Dominum, excipiet doctrinam ejus: Qui non timet, non excipit.* Confer, obsecro, mi Lector, hic dicta cum iis, quæ in Zodiaco nostro, Symbolo sexto monemus: Confer, oro, & expende. Nunc ad instituti nostri rationem agendi modum subjungimus.

Jacobus de Vitriaco obiit 1240. post multos labores in Oriente & Occidente pro Ecclesia tolerat. Hic serm. 190. id narrat, & ex eo idem publicè recitat Ioan. Rutilinus.

B

C

CACTIONES SEDVLITATIS IN AVDIENDO DEI VERBO.

1. Apud animum suum statuere nullam penitus concionem negligere, nisi grandis ab eâ necessitas abducatur. Hæc enim auditio sanctioris vitæ maximum est adjuvmentum.

2. Dum ad concionem itur, in suam intentionem sic inquirere: Cur, quæso, concionem adis? an ut inde fias doctior, an ut melior? scito ad templum te ire, non ad scholam, & eo fine ire, ut inde redeas, si non sanctior, saltem ad virtutem promptior.

3. Sub concione dormire, confabulari, litteras legere, animo evagari, Christiana sedulitas non solet. Hæc oscitantis animi, & cælestia nauseantis signa sunt.

4. Cum quis sese occupatissimum putat, ipse sibi dicat: Martha, Martha, sollicita es, & turbas erga plurima; porò unum est necessarium. Ideo negotia & occupationes, si moram ferant, in tempus aliud differ.

D

5. Suos etiam domesticos, uxorem, liberos, famulos, familiam totam ad concionem trahere, & hanc auditionem illis vel invitit imperare. Ubi domum redierint, super auditâ concione examinare.

6. Tempore concionis divino sacrificio interesse, concionem autem temere consultòque negligere, est, quod dicimus, sublegere pelles, & calceos in stipem expendere; spoliare vestitum, & spoliis vestire nudum. Oportet hoc facere, sed illud non omittere.

7. Ad sacras conciones gulam afferre profanam, turpe est. Hic pietas locum habeat, non curiositas: hic non tam spectanda est facunda & eloquens, quàm religiofa & fervens dictio. Deus est qui docet, sed lingua utitur humanâ.

8. Cupere, quâ licet, imitari illa tot millia hominum, qui impransî & incenati Christum concionantem secuti ab ore dicentis pendebant. Conciones breves, & cœnas

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Septima.

Octava.

H
E
h
f
ra
H

N
B.
Vi
E
tri
go

cenas optare longas, aut adeo ad prandium properare, argumentum est animi ad divina male affecti.

Nonna.

9. Ob debitam in Dei verbum reverentiam nullum è Dominicis ac festis diebus prætermittere, si id ullo modo fieri possit, quin singulari hoc cultu afficiatur, & concio audiatur. Morbus aut molestia levior ab audientia concione non excusant. Imitemur matrem Domini, & conservemus omnia verba hæc, conferentes ea in cordibus nostris.

C A P U T V I.

Rosa è saccharo, seu, Gaudium spiritus.

§. I.

Rom. c. 12. vers. 15.

Virgo sapientissima amoris castissimi has esse leges non ignoravit, *Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus.* Hanc ob causam in ædes Zachariæ læta subiit, & lætitiæ plurimum domesticis universis attulit, ipsi adeo infanti maternis visceribus etiamnum abditio nondum natus, jam saltabat; nondum gradi poterat, & jam præcurrere conabatur, nondum loqui sciebat, jamque vociferari moliebatur.

B. Mariæ Virginis gaudium in Nativitate filii.

Quid porro celestis gaudii non sensit Virgo beatissima nocte illâ, quâ filium suum enixa, Angelorû media, non tam stabulum habitavit, quam cælum? Quantum hoc gaudiorum purissimum saccharum auxit pastorum accursus, adventus regum? Quamdiu verò Christum infantem, Christum jam juvenem, jam virum domi secum habuit, incredibili utique gaudio delibuta saccharo visitabat, cujus dulcedo nulli mortalium antehac explorata. Tristitiæ aliquid fortè senserit, cum æterna sapientia Christus maternâ domo exiens in lucem ac publicum se dedit, noscendus orbi, unâ ramen matris gaudium auxit, cum audiret illa concionantem filium, cum cernebat novam condi Ecclesiâ, beatorum augeri numerum, divinam ampliari gloriam. Hic Virgo sanctissima indubiè suum illud celeste melos, *Magnificat anima mea Dominum*, centies, sexcenties, millies ingeminare, divinam bonitatem extollere, novis in dies gaudiis affluere, cælum inambulare.

Cantuariensis Anristes & Martyr Thomas, ut integerrimam Virginem velut recentibus gaudiis perfunderet, hos versus conscripsit ævi sui stylo.

Hæc præci sui poësis, hæc simplex, sed pia fuerat venustitas.

1. Gaude Virgo mater Christi, quæ per aurem concepisti Gabriele nuntio.
2. Gaude, quia Deo plena peperisti sine penâ cum pudoris lilio:
3. Gaude, quia oblatio; Magorum & devotio, exhibitur filio:
4. Gaude, quia tui Nati, quem videbas mortem pati, fulget Resurrectio:
5. Gaude, Christo ascendente, qui in cælum, te vidente, motu fertur proprio:
6. Gaude, quia Paraclitus demissus fuit calitus in tuo Collegio:
7. Gaude, quæ post Christum scandis, & est honor tibi grandis in cali palatio.

Nominis B. Mariæ Virginis Exhilaratricis origo.

His consideratis jure meritissimo Matri divinæ nomen assignamus EXHILARATRICES. Ea res originem hanc habuit. Anno Christiano millesimo centesimo trigesimo quarto, tres viti è Germaniâ bellicam expeditionem secuti in Palestinam, demum & in Ægyptum delati sunt. Hos Sultanus in vincula dedit: ubi beatissimæ Virginis Mariæ iconem nacti, maximâ in Deum Dei que Matrem fiducia fuerunt. E vinculis liberati imaginem secum asportarunt, quæ demum etiam miraculis clara singulari venerationi esse cœpit, & ut honestius servaretur, sacellum ei conditum, in quo servata. Mox ingens illuc hominum concursus, hinc datus loco titulus: Ad D. Virginem Exhilaratricem. Verè celestis

Domina Virgo Maria Exhilaratrix, verè fons gaudiorum, quæ summum & unicum humanæ gentis gaudium in orbem edidit.

Divinus Paulus gaudii radicem monstrans: *Fruitus Galat. c. 5. autem spiritus, inquit, est charitas, gaudium, pax, patientia, &c.* Ubi Charitas, ibi gaudium. Idcirco Christus. *Si diligeretis me, inquit, gauderetis utique.* Charitas in virgine maxima, ergo & gaudium. Quippe ni gaudeat immensum, qui gaudia sibi nunquam defutura præciat? Spes certa beatitudinis æternæ, dignissima est constantis causa gaudii. Ed Servator velut digitum intendens: *Gaudete, inquit, & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cælis.* Virgo beatissima non speravit, sed scivit ex Angeli ore se plenam gratiâ, & ab omni ævo beatitudinî destinatam: inde illius gaudium sincerum, perpetuum; tamen oculis profiliant lacrymæ. De diversis gaudiorum causis & fontibus in beatissimâ Matre, hoc loco paucula, eaque summatim & compendio sunt addenda. Sed Vallam, pie Lector, cum suis voculis jubemus multum valere. Pietas hic magis quam latinitas spectanda. Verum priusquam gaudii fontes aperiamus, potissimas mœroris causas exponemus.

§. II.

Beatissimæ Virginis Matris MARIÆ

Præcipui XV. mœrores.

1. Josephi cogitata conjugis dimissio. *Math. c. 1. vers. 19.*
2. Circumcisio Christi infantis, & prima sanguinis effusio. *Luc. cap. 2. vers. 21. Ibid. v. 35.*
3. Simeonis vaticinium: *Tuam ipsius animam pertransibit gladius.*
4. Fuga in Ægyptum subito & nocte suscepta. *Math. c. 2. vers. 14.*
5. Septennium, vel, ut probabilius, quinquennium in Ægypto toleratum, & reditus in Galilæam non sine metu Archelai. *Luc. cap. 2. vers. 48. Matt. c. 20. v. 17. & 18. Marc. c. 10. vers. 32. Luc. c. 24. v. 18. vers. 31.*
6. Christus duodecennis triduo amissus.
7. Christi ad mortem proficiscens valedictio, quam vetus Ecclesiæ sensus piè recolit propriidie Parascæves. Hoc ita factum esse, rationi valde congruum, cum Christus toties Apostolos suæ passionis monuerit.
8. Nuntius de Filio capto. Hic mœror principium fuit multigeni mœroris, & hoc ipso nomine acerbus gravis.
9. Flagellatio filii acerrima & crudelissima, ab ipsâ matre Virgine visa, ut vult S. Birgitta. *r. Revelat. c. 10. vers. 27.* aut certè audita, ut alii.
10. Monstratus ab alto filius, cum dicto: *Ecce homo.* Ad hoc spectaculum virgo Mater turbæ immixta, quid senserit, cogitari potest, dici non potest.
11. Iter in montem Golgotha mœrissimum, & Domini Jesu crucem bajulantis verba ad plangentes feminas. *Luc. cap. 23. vers. 27.*
12. Crucifixio Domini. Et hic quidem virginum pectus multiplex affecit dolor ex aspectu & auditu haustus. Utrique omni clavo diris penetravit illud: *Ecce filius tuus.* Et tamen stabat Virgo mater afflicta, audiens, cernens infanda.
13. Christi mortui è cruce in gremium matris depositio; contemplatio vulnerum, & Actus super mortuum.
14. Sepultura Domini Jesu, recessus à sepulchro, lugubres gemitus usque ad auroram nostri Paichatis.
15. Abitus filii in Ascensione. Hic verè videtur cor matris fuisse avullum inter gaudia & lacrymas.

Ejusdem matris Virginis

Præcipua XV. Gaudia.

1. Annunciatio Gabrielis Archangeli. *Luc. cap. 1. vers. 26. Ibid. v. 39.*
2. Visitatio cognatæ Elisabeth.
3. Nati-

inquit, rogo te per divinum amorem, si nulla quam dixisti letandi causa est, explica, quæso, quæ demum vera sit lætitia. Cui Franciscus distinxit: Si, ait, ad S. Mariam de Angelis venerimus permadidi, membris omnibus trementes, & prope congelati, luto etiam conspurcati, exhausti fame, si, inquam, in viâ sic malè habiti ad ostiû pulsemus, & admitti rogemus, Janitor verò vultu terroco verbisque asperis nos invadat, dicatque: Qui estis vos? Circulatores, homines vagi, erronei fugitivi, stitem egenis dandam compilatis. Et demum inter verba rigidissima fores obferet, nôsque in nivibus fame & frigore propemodum eneotos pestare cogat. Hoc omne, hanc repulsam, has injurias, si nos, mi Frater Leo, tolerantèr & æquo animo, & sine obmurmuratione feramus, idque Dei causâ, & omnia plenissimè divinis nubi- bus transcribamus, & illud apud animum nostrum seridè cogitemus: En iste janitor nostris nos titulis affecit, ille nos, ut digni sumus, salutavit; Deus linguam ipsius in nos jure concitavit; Deo gratias, qui nos, prout meremur, excipi permisit. Hæc est, mi Frater Leo, hæc est perfecta lætitia, hæc est, tu scribe, quia hæc ipsa est, de quâ interrogasti, lætitia perfecta. Quod si ad eandem, quam dixi, Cœnobii portam pulsando persistamus, & janitor denique furibundus provoler, nec probris tantum, sed & colaphis nos exfaturret, illud insuper loco bonæ gratiæ corollarium adjiciat: Abite hinc nebulones pestimi, nec micam, nec guttam sperate. Ad Xenodochium, aut quò vultis, ite, hinc non dormietis. Quod si nos ista patienter profusus, & Christi amore hilariter sustineamus, ô Frater Leo, scribe, scribe solerter, hæc esse veram solidamque læticiam. Si autem nos fames ita urgeat, ut neque illinc recedere, nec aliò in tenebris ire possimus; & idcirco iterum iterumque pulsemus ac clamemus, & admitti summis precibus lacrymisque rogemus, nec tamen impetremus, sed janitor in fermento totus procurrat, ac nodoso fuste contundat, & in nives ac lutum ejectos in terram dejiciat. Si nos, quidquid hoc injuriarum est, & verba & verbera, frigus & famem, ab omnibus deserti, exclusissimi audique, mansuetè tamen & cum gaudio perpetiamur, idque in lucro maximo reponamus, pro Domino Jesu hæc & plura perpeti cupiamus, hæc vera, hæc verissima est lætitia.

O Frater Leo, inter omnia divini spiritûs charismata, quæ Christus amicis suis largiti solet, primum illud est, vincere seipsum, & paratissimo animo probra, contumelias, verbera & injurias quascunque devorare, propter Christum posse silere, posse dissimulare, posse pati, hoc principium, hoc causa est solidissimi gaudii. Nam de iis, quæ paulò antè commemoravi, admirandis scientiis ac facultatibus gloriarî non possumus: nec enim ea nostra sunt, sed Dei, & quæ non fecimus ipsi. *Quid enim habes, quod non acceperis? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* At affligi & variis calamitatibus exerceri, nec tamen bilem effundere, aut impatientiam rumpere, hoc nostrum est, hoc in gloriâ & triumphis suis numerant Christiani. Ad istud nos beatissimus Paulus his verbis provocat: *Mihi autem abstinet gloriarî, nisi in cruce Domini nostri IESU Christi: summa summorum, mi Frater Leo, hæc est nostra gloria, hoc gaudium nostrum, pro Christo quamplurimum pati.*

En illustrissimum à Francisco datum paradigma lætitiæ, quæ tum demum vera est, cum ex Deo, & in Deo est. Et quia de hoc, quod spiritûs, gaudium vocamus, alii scriptores parcius, nos paulò liberalitè de eo disseremus.

§. V.

Pincipiò fons veri gaudii uberrimus est, cogitare cælum: cogitare tantum? imò illud spe ceuissimâ jam præcipere. Et quem felicitas alterius vitæ non læti-

ficet? sit vita hæc licet misera, imò miserissima, tantò illa felicior erit, quantò inferior ista. Ad cælum nos invitant & evocant tot rerum species, quas oculis usurpamus, quæque non necessitatè solùm nostrâ, sed & oblectationi serviunt. Tanta varietas plantarum, radicum, herbarum, & arborum: tot florum discrimina, tanta odorum, & colorum & saporum atque sonorum è contrariis orta concordia: tot animalia cælo, terris ac pelago, non nisi nostris usibus dedita, & ad unius hominis obsequium creata. Nisi enim peccati jugum sponte subiissemus, omnium, quæ sub cælo sunt, dominium haberemus. Adde sublimia collium, aprica vallium, umbrosa silvarum. Adde tot salubres scatebras aquarum, tot fumantes ac sulfureos, tot gelidos ac pellucidos fontes, tot infusa & circumfusa terris maria, tot amnes ac rivos assidue mobiles, tot flumina navigatorum patientia, tot lacus maris æmulos, tot stagna jacentia, tot inter convexa montium præcipites torrentes. Adde tot floridas ripas, tot riparum toros, tot campos & prata omnium florum genere, velut tapetes variegata. Quid agros segetibus flaventes, quid gemmantia vinea, quid urbium commoda, quid ruris otia, quid solitudinis libertas amoenissima? Adde prospectus longè jucundissimos in subjectam planitiem eâ varietate distinctam, ut hinc quidem saltus sint & silvæ, ibi pascua, hinc aquæ, illic horti, istic omnis generis fruges ac frumentum, hinc eminentia in rupibus castra, hinc in imo piscinæ & vivaria. Hæc omnia voce unâ clamant: Suspice conditorem omnium, & lauda. Ita hæc omnia tranquillæ conscientiæ gaudiis mirè deseruiunt.

Quid spectaculorum omnium lucidissimum & augustissimum, stellantis cæli ambitum incredibili celeritate volubilem in tueri? Inque illo fixas & vagantes stellas, solem imprimis ac lunam clarissima orbis lumina, lucidissimum cæli decus, purissimos mundi oculos? Hinc nos annum & menses, hinc diei noctisque vices, hinc temporum momenta & periodos metimur. Atque hinc etiam terræ fruges, hinc vigor animantium, hinc varietas tempestatum ad nos submittitur. Mira hæc omnia & plena gaudio cum considerantur. * Accedit hinc, de Forti vultus hominis ad sidera erectus contemplandis cælestibus aptus. En fontes gaudiorum.

Sed fons omnis gaudii uberrimus, est immortalitas animi, & apertum iter ad cælum, & inestimabilis merces exiguo pretio comparanda: spes certa resurgendi, & hoc ipsum corpus post mortem immortale, agile, lucidum, & inviolabile multâ cum gloriâ recipiendi. Transferimur, non extinguimur. Et quod omnem Angelorum dignitatem eminet, humana natura divinæ sic conjuncta, ut Deus homo factus, hominem faceret Deum. Alitum undique occultumque mysterium, summa hominis cum felicitate gloria. Quid aliud non dicam sperare, sed optare, sed cogitare potuit homo, quàm ut fieret Deus? Ecce jam Deus est. Quid jam restat, quò vota nostra suspirent, quò nostra gaudia pertingant?

Accedit, quòd idem ipse Deus, qui nos suâ hæc dignitate tam mirificâ vel Angelis prætulit, ipsos nobis Angelos adhibeat custodes ac famulos, ut modis omnibus nostram inter res creatas excellentiam demonstrat. Quis inter hæc tristitiæ locus aut querelæ? Animalia quædam robustiora sunt homine, quædam velociora, quædam sensibus vegetiora, nullum dignitate præstantius, nullum cujus par cura creatori fuerit. Dedit ei oculos, dedit frontem, in quibus animi secreta relucere; dedit rationem, dedit orationem, dedit lacrymas, dedit risum, affectuum signa latentium. Fletus quidem homini præcox, risus serus est; nam ortus statim flet, ante diem quadragesimum non ridet: hoc tamen vel maxime prudens animal arguit, venturique præscium, ut quòd studiis ac laboribus se natum sentiat. Denique quocumque robur est aliis animantibus, quæcumque velocitas, quæcumque

Species omnium rerum ad cælum nos invitant.

* Promoveat cælum speciet animalia cetera terrarum;

Os homini sublime dedit, cælumque tueri iussit, & lucidissimum cæli decus, purissimos mundi oculos; hinc nos annum & menses, hinc diei noctisque vices, hinc temporum momenta & periodos metimur. Atque hinc etiam terræ fruges, hinc vigor animantium, hinc varietas tempestatum ad nos submittitur. Mira hæc omnia & plena gaudio cum considerantur. * Accedit hinc, de Forti vultus hominis ad sidera erectus contemplandis cælestibus aptus. En fontes gaudiorum.

Fons omnium gaudii uberrimus est immortalitas animi.

Deus hominibus Angelos adhibuit custodes, ut nostram inter res creatas excellentiam demonstrat.

1. Cor. cap. 4. vers. 7.

Galat. c. 6. vers. 14.

Fons uberrimus gaudii veri, cogitare cælum.

num trimula in templum à parentibus deducta, Deo- que velut res sua tradita est. Hic beatissima illa virguncula tanquam in cœnobio inter virgines diu nocturne Deo servit, lectioni, precibus, labori assidue intenta. Omnes hæc quasi sacræ virgines ad locum sacrificii, uti ad sacellum, unâ omnes habebant, ubi precarentur. Finitis sacrificiis in suum quælibet cubiculum redibat ad opus. Sic ad omnem honestatem educabantur honestissimè, quidquid discabant, pietatem, aut industriam spectabant, sic ab ætate primâ optimis moribus imbuebantur, dum nuptui collocarentur. Nam ad id usque temporis arcanum Virginitatis perpetuæ nondum publicæ notitiæ fuit. Nemp hoc matri Virgini servabatur, ut illa tanti exempli auctor, prima omnium suam Deo virginitatem consecraret religiosissimo voto devincta. Undecim omnino annos in templo egit, elapso hoc tempore in Josephi domum denupit. Hic inter primas virtutes, quas orbi patefecit, Peregrinationis devotio fuit. Diversa namque itinera suscepit, puro Dei amore ad id invitata. Primum iter ab Angeli sermone destinavit è suis ædibus in Judææ montana, in urbem Hebron, quæ, uti Brocardi placet, qui eam viam peregrinando mensus est, triginta duabus leucis cum dimidiâ distabat Nazaretho. Primum hoc iter describens Lucas: *Exurgens, inquit, Maria, abiit in montana cum festinatione in civitatem Juda, & intravit in domum Zachariæ, & salutavit Elizabeth.* Alterum iter obediendi studio ingressa est. Cum enim Augustus Imperator orbem novo censu fatigaret, mater Domini licet parvi vicina, nihilominus ne quid integerrimæ obedientiæ decederet, Nazaretho venit Bethlehemum, stabulo usâ pro domo. Tertium iter Angeli jussu instituit ex Judæâ in Ægyptum. Heu mœstum iter! tyrannidem Herodis fugere, clam & noctu in viam se dare, terram patriam exilio mutare, templi religiones deserere, ad gentem ignotam & barbaram transire, incerto reditu inter idololatrias degere. Acerba hæc, sed amore filii promptissimè tolerata. Quartum iter ex Ægypto in Palestinam inivit, ad Angeli, ut prius, imperium. Quinto loco complura numeramus itinera, ad templum Hierosolymæum, annuatim instituta. Dilucidè iterum Lucas: *Et ibant, inquit, parentes ejus per omnes annos in Hierusalem in die solenni Pasche.*

Et hæc quidem propriè peregrinationes piæ dixerim. Nam etsi Virgo sanctissima nullis legibus adacta, festis tamen diebus Pascharis, Pentecostes, & Tabernaculorum in urbem sanctam religiosissimè solita est peregrinari. Viros lex evocabat ad templum ter in anno adeundum. Feminae ab hac lege immunes, si quid hac in re fecissent, pietati datum censebatur. Virgo minime postrema ad commendandam ceteris pietatem religiosissimè peregrinationes istas obibat.

Post filii verò in cælos reditum, ad omnem locum, quem filius vel concionando, vel patièdo insignisset, assidue reviviscat incredibili pietatis sensu. Bethlehemum ibat, natales filii cunas magnâ suavitate venerata: Nazarethum commeat, ubi filium in viscera suscepit & educavit. Hortum olivis constium, ubi filius cruentam mortis tragœdiam auspiciatus, singulari cultu prosequabatur. Rupem Golgotha, ubi filius expiravit, in cor suum voluisset translatam. Hunc igitur montem omnibus montibus virgo præferrebat. Hic gemitus, hic preces, hic distincta lacrymis suspiria, hic piæ venerationis oscula, hic mixta doloribus gaudia, hic mors & vita ob oculos versabantur. Hic vîsa sibi mater loquentem audire filium, hic sibi vîsa trabem videre filii sanguine purpuratam in altum erigi, hic omnia filii & membra & vulnera numerare, hic mortibundi oculos observare, hic velut morientis spiritum excipere. Quidquid denique hic vidisset, & audisset, id omne fidei memoriâ in mentem revocabat. Diceret hæc matrem toties cruci affixam, quoties filii in crucem suffixi recordabatur.

Ubi mater sanctissima morientis filii memoriâ insatiabilem animum explevit, ad sepulcri locum abiit. Hic repetiti gemitus, hic iterum preces & lacrymæ, hic suspiria & pia oscula revocata. Inde ad olivarum clivum ascendit, ubi filius jam victâ morte, suos extremum salutaravit, & in cælum abiit, relicto in rupe solidâ pedum vestigiis. Hæc mater calentibus lacrymis veluti geminas horti areolas rigare, hæc reverenti manu tangere, hæc anhelanti ore lambere, ab his ægerimè avelli.

Et hæc matris itinera post abitum filii, hæc peregrinationes minime otiosæ fuerunt. His exemplis & docemur, & arguimur.

§. II.

Quantâ hîc sepe nostra est desidia, quàm profanus torpor! Ad eò peregrinationis cultum non exercemus, ut etiam pedem efferre domo, & in templum proximum ire non ratò tædeat, ad eò divinos honores non sitimus, ut pauculos passus iis impendere nimis grave videatur. Sunt, qui quamlibet ob causam, à cultu divino absunt. Cælum non nihil turbidum est? non exeunt domo. Ventus vehementior est? non prodeunt. Pluit aut ningit? publico se non committunt. Aura stricior, & frigus intensus est? Abire domo, fatale ducunt. Tufficula aut gravedo caput occupat? Intra parietes se continent stricte sui observantia. En quàm nihil peregrinationibus simile ostendant.

Videte mihi sanctissimos viros, feminasque, sacræ peregrinationis illustrissima exempla.

* Helena Augusta, mater Constantini Imperatoris, magnis itineribus Hierosolymam contendit, & arborem illam, quæ fructum nobilissimum, Christum Dominum tulit, tot annis sepultam, denuò in lucem eruit, augustum illic templum condidit, in quo Crucis inventæ partem argenteis thecis inclusam reliquit, partem Constantino filio cum clavis Dominicis detulit.

Ephrem Syrus dulcem sibi solitudinem peregrinationibus commutans ad loca sancta religiosissimè vîsit. Alexius Romanus juvenis nobilissimus septemdecim annis non peregrinus tantùm, sed & egenus Christi amore, patriam charissimam exilio voluntario mutavit. Demum in parentum domo ignotus obiit, mundi decceptor & contemptor maximus, orbis miraculum.

Theodosius Imperator in Palestinam vili habitu profectus est, vîsurus terram, quam Dei filius suis vestigiis sacrasset. Ubi Hierosolymam venit, à Joanne urbis illius Pontifice his vocibus exceptus est: Verè tu beatus es, qui cum Imperatoris personam sustineas, tam abjecto tamen habitu ad loca hæc ingressus es.

Eudocia Imperatrix votivis peregrinationibus edem properavit, ubi etiam diem ultimum clausit.

Sabas nobilis Cappadox votivas in Palestinam peregrinationes suæ sanctitatis rudimenta habuit.

Beatus Amandus Sereni Aquitanix Ducis filius, Trajectensis Præsul, eodem Religionis amore tactus Romanam profectus est, ædem Principem Apostolorum Petri & Pauli veneraturus. Hic à divo Petro monitus in Galliam rediit ad explicandum populo Evangelium.

Rex Saxonum Ceadvalla ad Principum Apostolorum monumenta peregrinatus est, ut illic & sacro fonte lustraretur, & moveretur. Utrumque ex voto impetravit: nam dum albâ etiam num veste uteretur recens àustrali fonte, correptus morbo extrinctus est Romæ, Anno Christiano 689. die 20. Aprilis.

Magdalveus Virdunensis Antistes ad Christi Domini sepulchrum summâ pietate profectus est Hierosolymam.

Carolus Magnus religionis causâ quater Romanam adiit, cujus monumentum est aurea pera ab humeris suspensa: illo enim cultu in urbem venit.

Anno Christi octingentesimo quadagesimo septimo

B. V. Maria prima omnium Deo suam virginitatem consecravit.

Peregrinationis devotio B. Mariæ.

1. Iter fuit in Judææ montana.

2. In Bethlehem.

3. In Ægyptum.

4. Ex Ægypto in Palestinam.

5. Ad templum Hierosolymæum.

6. Et hæc quidem propriè peregrinationes piæ dixerim.

7. Nam etsi Virgo sanctissima nullis legibus adacta, festis tamen diebus Pascharis, Pentecostes, & Tabernaculorum in urbem sanctam religiosissimè solita est peregrinari.

8. Viros lex evocabat ad templum ter in anno adeundum.

9. Feminae ab hac lege immunes, si quid hac in re fecissent, pietati datum censebatur.

10. Virgo minime postrema ad commendandam ceteris pietatem religiosissimè peregrinationes istas obibat.

11. Post filii verò in cælos reditum, ad omnem locum, quem filius vel concionando, vel patièdo insignisset, assidue reviviscat incredibili pietatis sensu.

12. Bethlehemum ibat, natales filii cunas magnâ suavitate venerata: Nazarethum commeat, ubi filium in viscera suscepit & educavit.

13. Hortum olivis constium, ubi filius cruentam mortis tragœdiam auspiciatus, singulari cultu prosequabatur.

14. Rupem Golgotha, ubi filius expiravit, in cor suum voluisset translatam.

15. Hunc igitur montem omnibus montibus virgo præferrebat.

16. Hic gemitus, hic preces, hic distincta lacrymis suspiria, hic piæ venerationis oscula, hic mixta doloribus gaudia, hic mors & vita ob oculos versabantur.

17. Hic vîsa sibi mater loquentem audire filium, hic sibi vîsa trabem videre filii sanguine purpuratam in altum erigi, hic omnia filii & membra & vulnera numerare, hic mortibundi oculos observare, hic velut morientis spiritum excipere.

18. Quidquid denique hic vidisset, & audisset, id omne fidei memoriâ in mentem revocabat.

19. Diceret hæc matrem toties cruci affixam, quoties filii in crucem suffixi recordabatur.

Quorumdam sanctorum vîtorum, que sacræ peregrinationes.

* Obiit anno 340.

Obiit anno 410.

Obiit anno 454.

Socrates l. 7. histor. obiit anno 460.

Obiit anno 533.

Obiit anno 661.

Beda lib. 5. Anglicana hist. cap. 7. initio.

Obiit anno 760.

Obiit anno 814.

Ejusdem post ascensionem filii in cælum piæ peregrinationes.

Aut Ethel-
ulphus.

mo Athulphus Rex Anglorum à Danorum incursionibus liberatus Romam ad Apostolorum limina votivam peregrinationem instituit; à Leone IV. Summo Pontifice perquam humaniter exceptus eam insulæ partem, quam pater Egbertus regno adjunxerat, Ecclesiæ Romanæ vespigalem fecit.

Obiit an-
no 1012.

Macarius Antiochenus Patriarcha dignitate Pontificiâ in Eleutherium translata, & adjunctis sibi quatuor viris eandem secum pietatem spirantibus in Palæstinam peregrinatus est, ut terram, quam Servator seipso, totque miraculis insigniisset, debitâ veneratione afficeret.

Sunt sexa-
genta sex
millia Phi-
lippearum
supra septin-
geutos quin-
quaginta.

Anno millesimo vigesimo septimo Kanutus Magnus Danorum & Anglorum Rex, pietatis causâ Romam ad sanctos Apostolos Petrum & Paulum suscepit iter. In reditu Papiæ brachium S. Augustini Hipponensis Præfatis uno talento auri, & argenti centum talentis comparavit.

Obiit an-
no 1109.

Beatus Dominicus Calciatensis eo affectu peregrinatores complexus est, ut eorum usui & obsequiis se totum manciparet.

Anno 1128. Boleslaus Dux Poloniæ, modico comitatu, Sacerdotibus aliquot & piis viris in viam ascitis ipse cilicio indutus & pedes venit in Galliam divi Ægidii sepulchrum veneratus.

Obiit an-
no 1183.

È sancti Bertini cœnobio Bernardus, cui cognomen, Pœnitens agri Magatensis Provincialis, vir rigidissimæ vitæ, qui singulis hebdomadibus quatuor diebus pane & aquâ victitabat, singulis annis quatuor quadragesimas jejuniis traducebat, nudis pedibus incedebat, cilicio & lorica sub vestibus, lecto è lapidibus utebatur, totum pane orbem, pœnitentiæ causâ peragravit, terram sanctam tertium lustravit.

Ludovicus
Nomen obiit
anno 1270.

Pientissimus Rex Galliæ Ludovicus abjecto habitu tantam majestatem dissimulans septennio peregrinabundus loca sacra frequentavit.

Obiit an-
no 1327.

Beatus Rochus amplissimo patrimonio in pauperes erogato Italiam & Galliam obiit peregrinando. Demum in partiâ armis turbata velut explorator, cognatis ob peregrini schema ignotus in carcerem tractus est, ubi quinquennio exacto velut alter Alexius vitam sanctissimè finiit. Amplioribus post mortem honoribus affectus quam vivus inquam affici potuisset.

Ita sanctissimi quique viri, Columbanus, Rumoldus, Furcus, Willibrordus, Bonifacius, Gislenus, Engelbertus, aliique quamplurimi religionis causâ peregrinationes sacras obierunt. Ex innumeris paucissimos nominavi.

Longum nimis foret singulas ætates preffo vestigio decurrere, quot sanctimonia celebres viri feminæque pietatis stimulis accensi, loca sancta è regionibus longinquis salutârunt. Qui sanè ad virtutis apicem non ascensos se credebant, nisi Christum Christique familiares iis locis fuissent venerati, ubi vel mortem obiissent, aut crebris miraculis loci cultum testarentur. Philoromus à Palladio laudatus Presbyter, qui quamvis innocentia vitæ præcelleret, quoties tamen terræ sanctæ injecta mentio, piè gloriari solitus: Deo gratias, agebat, qui eo me honore dignatus est, ut bis voti gratiâ pedes aditrem Hierosolymam. Et quod singularissimè in viro hoc observandum, & imitandum: Non memini, dicebat, me animo unquam à Deo meo recessisse. Idem iste pedestri itinere Romam venit ad divorum Petri & Pauli Apostolorum ædem. Idem Alexandriam ivit ad beatum Marcum venerandum.

Pallad. hist.
cap. 113.

§. III.

TAntus olim peregrinationis ardor, tantus Bethlehemum ad Domini JE s v incunabula undique concursus fuit, ut in illum Palæstinæ angulum orbis totus confluere videretur. Luculentus ejus rei testis Hieronymus ad Paulinum: De toto, inquit, huc orbe concurrunt.

Hieron. to. 1.
epist. 13. ad

Plena est civitas universi generis hominum, & tanta utriusque sexus conspectio, ut, quod alibi ex parte fugiebat, hic totum suscipere cogaris. Idem Ezechielii commentariis daturus lucem, Faveor, inquit, explanationes in Ezechielem occupatione de toto huc orbe venientium implere non posse: dum nulla hora, nullumque momentum est, in quo non stratum occurrat. Ezechielii, mihi commutemus. Hoc ipsum multo luculentius confirmans: Longum est, inquit, ab Ascensu Domini usque ad presentem diem per singulas ætates currere, qui Episcoporum, qui Martyrum, qui eloquentium in doctrinâ Ecclesiasticâ virorum venerint Hierosolymam, putantes minus se religionis, minus habere scientiæ, nec summam, ut dicitur, manum accepisse virtutum, nisi in illis Christum adorassent locis, de quibus primum Evangelium de patibulo coruscaverat.

Certè si præclarus orator reprehendendum necio quem putat, quòd litteras Græcas non Athenis, sed Lilybæi, Latinas non Romæ sed in Sicilia didicerit; quòd videlicet unaquæque provincia habeat aliquid proprium, quod alia æquè habere non possit: cur nos putamus absque Athenis nostris quemquam ad studiorum fastigia pervenisse? Neque hoc dicimus, quòd tenuamus regnum Dei intra nos esse, & sanctos viros etiam esse in ceteris regionibus, sed quòd hoc asseramus, vel maximè eos, qui in toto orbe sunt primi, huc pariter congregari. Quicumque in Galliâ fuerit, primus huc properat. Divisus ab orbe nostro Britannus, si in religione processerit, occiduo sole dimisso, quærit locum famâ sibi tantum & scripturarum relatione cognitum. Quid referamus Armenios, quid Persas, quid Indiæ, quid Æthiopum populos, ipsamque juxta Ægyptum, fertilem Monachorum Pontum & Cappadociam, Syriam, Cælen & Mesopotamiam, cunctaque Orientis examina? Quæ juxta Salvatoris eloquium dicentis: Ubicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ: concurrunt ad hæc loca, & diversarum nobis virtutum specimen ostendunt. Vox quidem dissona, sed una religio; tot panè psallentium chori, quot gentium diversitates.

Et quod in plerisque Provinciis familiare est, ut genuino dente se lacerent, hæc penitus non habetur. Procul luxuria, procul voluptas; tanta in ipsâ urbe orationum loca, ut ad ea peragranda dies sufficere non possit.

Denique subjungit: Verum quo sermone, quâ voce speluncam tibi possumus Salvatoris exponere? Et illud præsepe, in quo infantulus vagit, silentio magis quam infimo sermone honorandum est. Ecce in hoc parvo terræ foramine calorum conditor natus est: hic involutus pannis, hic visus à pastoribus, hic demonstratus à stellâ, hic adoratus à Magis. Et hic puto, locus sanctior est Tarpejâ rupe, quæ de celo sapius fulminata ostendit, quòd Domino displiceret.

En, olim totus orbis Bethlehemum & Hierosolymam confluit incredibili peregrinationis devotione. Recens itineris sacri specimen addo unicum.

Anno millesimo sexcentesimo septimo, Serenissimus Ducis & Bavaricæ Dux & Elector Maximilianus, unâ cum Serenissimâ conjugè Elisabethâ, ad beatissimæ Virginis domum Oetingensem revisit, & quidem pedes, quod rarissimum in tantis fastigiis. Ad progressum ex urbe Monacensi, ventus, pluvia, nix, grando mixtæ terrebant. Non deerat, qui aut reditum in urbem, aut certè ascensum in currum suaderent. Sed responsum est à Serenissimis Ducibus: Proprium esse peregrinorum, & multa & aspera pati. Cur nos, ajunt, cælo eximii sumus? Quare patiamur, quod Deus ex alto immitit. Manè exeuntibus preces peregrinis congruæ sunt recitate. Reliquum diei sacris colloquiis traductum. Quatuor famuli ad hoc destinati, omnibus mendicis occurrentibus stipem largam erogabant. Conspectum enim templum DEIPARÆ, multâ prece salutatum. Die postero qui Virgini ab Angelo salutatae facer, Serenissimi Duces post

Paulinum
c. 2. sine ca-
pitis, mili
p. 39. &
tom. 4. pra-
fatione in
lib. 7. Eze-
chielii, mihi
Pag. 395.Idem ep. 17.
ad Marcel-
lam c. 6. mi-
hi pag. 52.M
lo
est
m
tol
ma
eat

De peregrinationis devotione. Pars I. Cap. VII. 781

post exomologesim publico loco factam sacrum epulum sumperunt, & quatuor continua Sacra præter officium flexis genibus audiverunt, nullo ferè alio corporis motu, quàm oculis in Virginis matris effigiem sublati.

Peregrinandum ergo studio querendi Jesu, studio facilius inveniendi, studio adorandi, trium instar Magorum, quos ad iter tam longum evocavit hoc unum:

Math. c. 2. vers. 2. Et venimus adorare eum.

§. I.V.

Peregrinatio vaga non est salubris.

Dic, ubi conveniam, dic, quæ te parte requirant.

Quisquis ubique habitat, Maxime, nusquam habitat.

Marc. 1. 7. epigram. epigr. 72.

Sen. ep. 104. mod.

Mutatio loci non est ablatio morbi, sed tollenda malorum causa.

Hic animum subit illud Beati Francisci effatum: Qui multum peregrinantur, raro sanctificantur. Multorum peregrinationes vix tam honesto nomine efficiendas censuerim, sed otiosos aut curiosos discursus rectius appellandas. Cum diu vagari fuerint, nihilo sanctiores redeunt. Nusquam est, qui ubique est. Nam secum tales & in pectore suo circumferunt fontem fomitemque sui mali. Ut ii qui februnt, jactant se inquierè & versant, & lectum subinde mutant vanâ spe levamentum: in eadem causâ sunt isti, qui terram à terrâ frustra mutant, ægri scilicet mentis. Aperire enim hoc est morbum, non tollere; faceri internum hunc calorem, & non mederi. Qui crus sibi aut brachium fregit, non currum aut equum poscit, ut opinor, sed chirurgum: quæ igitur illorum vanitas, qui internam animi plagam motu sanare postulant & discursu? Animus est, qui ægrotat, animo medendum est.

Illud Romanus Sapiens disertissimè sapius inculcans: *Non erit hoc, inquit, peregrinari, sed errare. Nullam tibi opem feret iste discursus: peregrinarius enim cum affectibus tuis, & mala te tua sequuntur. Nullum, mihi crede, iter est, quod te extra cupiditates, extra iras, extra metus sistat.* Nisi fortè aliqua regio est, quæ metum temperet, quæ spem refrinet, quæ malam vitiorum saniem, quam alitè imbimus, educat. Atqui nullus est talis locus, nec in ipsis quidem beatorum insulis. Aut si est, ostende, & omnes illic agmine facto imus. Sed ea est sæpe opinio nostræ vanitas, & pertinacia, ut credamus nos longè meliùs habituros, modò alibi simus, modò hunc aut illum molestissimum hominem effugiamus. Hic frequenter, cum veniâ dixerim, religioforum hominum morbus est, qui tum demum magnam sibi tranquillitatem pollicentur, si locum mutaverint. Ah, morbos non tollimus, si domos mutamus & urbes: alitè penetrandum est, si sanari serò velimus; animum mutemus, non cælum. Eadem nos urgebunt mala, quamdiu malorum causas non sustulerimus. Te igitur emenda, mansuetudinem induc ac patientiam, desideria tibi detrahe, omnem ex animo invidiam ac superbiam erade. Frustra summam cutem radimus, si pestis hæret visceribus.

Si ergo vis peregrinationes habere jucundas, tuum comitem sana, hoc est, teipsum. Nam licet vastum trajeceris mare, tua te vitia sequentur, quocumque perveneris. Hoc interroganti cuidam, quid ita peregrinatio sibi non profuisset? forte respondit Socrates: Quid miraris? non enim te deseruisti; tecum ipse peregrinatus es, teipsum securus. Nunc eadem te causa premit, quæ expulit.

Hoc idem omnibus dicendum: Teipsum desere, te relinque, non bonum comitem. Etiam si Venetias pervolaris ad S. Marcum, etiam si Romam contenderis ad S. Petrum, etiam si Gallaciam cucurreris ad S. Jacobum, etiam si diu multumque erraveris, etiam si terram omnem & mare circumlatus fueris, nisi affectus tuos represseris, nullo eos mari elues, nulla obtues terra. At cum affectibus impetaveris, cum animi malum exemeris, impatientiam tuam aut arrogantiam tuam sanaveris, omnis mutatio loci jucunda fiet. Si homo religiosus es, & affectuum tuorum dominus, in terras licet ultimas expellaris, in quolibet barbariæ angulo colloceris, hospitalis tibi videbitur illa qualiscumque se-

Tom. I.

des. Parum refert, quò venias, sed qualis venias. Et ideo nulli loco debemus animum addicere. Cum hac persuasionem vivendum est: Non sum uni angulo natus: patria mea totus hic mundus est. Illud quod quarimus, Bene sanctèque vivere, omni loco positum est. Sed factis de vagis peregrinationibus:

§. V.

Peregrinatio religiosa non est delicata, non otiosa, non curiosa, Jesum, quem quærit, invenit. Peregrinatio hæc non studio videndarum urbium, non palatiorum, non animalium, non hortorum; non amicorum, sed religionis causâ domo evocata ad templa procul disita. Nec enim Hierosolymis fuisse, ut Hieronymus loquitur, sed Hierosolymis bene vixisse, laudandum est. Ergo Hierosolyma peregrinarius? laudo, si tamen eò tendis, non ut terram alio sole calentem, non ut mores hominum multorum videas & urbes, sed ut cum Magis Dominum adores. Ergo Romam proficisceris? Placet, sed ut Petros, ut Paulos, ut Alexios, ut Agnetes, ut Cæcilias, ut Martyrum cavernas, imitandi studio veneris, siâque inde religiosior, ad tuos emendator, quam abieris, reversurus. Alioquin, si quærenti mihi,

Equa tanta fuit Romam tibi causa videndi? responderis, *Libertas*, jam non peregrinatio, non pietas, sed aut peccatum, aut vanitas, aut curiositas censetur. Illud veteris Poëtæ nôsti:

Cælum non animum mutant, qui trans mare currunt. Quandounque igitur peregrinationem adornas, dic, quare huc? quare illuc? si pietatis ergò, hoc age, pietatem cole. In templum iturus, aut in templo jam positus dic tibi, dic tuis: *Venimus adorare eum, adoremus & procidamus ante eum, ploremus coram Domino.* Hoc agamus: domus Dei, domus orationis est, non deambulationis, non fabularum, non garrulitatis, non negotiationis.

Pium peregrinandi studium, non solum in præscâ lege usitatum, sed etiam à Servatore adhibitum scimus, qui ad templum Hierosolymæum quotannis revivere solebat. Christum & Christi matrem sanctissimis viris & feminisque hac in re imitari grave non fuit. Chrysostomus peregrinationis sacra cupidissimus: *Vellem nunc, inquit, in illis locis versari, in quibus vincula illa manent, & catenas videre, quas timuerunt quidem demones, & horrent, & Angeli venerantur. Si Ecclesiasticis curis essent vacuus, & pisque robustum haberem, nequaquam tantam peregrinationem facere recusarem, quod catenas saltem viderem, & carcerem in quo Paulus vincus fuit.* Idque se ritè facturum asserens exemplo regum, & maximorum virorum: *Rome, inquit, quæ urbium est regalissima, relictis omnibus ad sepulchra piscatoris & pelionis, currunt & reges, & præfides, & milites. Quod in regis sunt janitores regibus, hoc sunt in monumento piscatoribus reges. Multò namque ceteris regalibus sepulchris hæc monumenta sunt clariora. Nam illic quidem magna solitudo, hic autem magnus concursus. Multi reges hujus spectaculi gratiâ peregrinati sunt.* Subinde nimium hæc frigemus Christiani, & non tantum peregrinationes longas averfamur (quas non omnibus passim suscipimus) sed breviores illas, & augendæ pietati accommodatiores, quæ duas solum trêve horulas diei decerpunt. Ob unicum olim Cupidinis signum Thebiæ viscebantur: Ad famosissimam solis mensam quantis itineribus contendebatur? tantilla res tantis itineribus colebatur: Christiana sacra Martyrumque cineres sanctorumque hominum exuvias peregrinationibus utique dignius honoramus: Sed jam dispiciamus, quâ ratione peregrinatio rectè sit instituenda.

P E R E G R I N A T I O N I S A C T I O N E S.

i. Finem seu Intentionem cumprimis habere pi-
ram. Hæc est major glotia & honor Dei, quem in suis
nat onis
pæris
etiam

V u u

Peregrinatio debet esse pia & religiosa.

Virgilius eclogâ 1. post init.

Horat. lib. 1. epist. 11. ad Bullatium.

Math. c. 2. ante eum. ploremus coram Domino. Hoc agamus: domus Dei, domus orationis est, non deambulationis, non fabularum, non negotiationis.

Pia peregrinatio non solum in præscâ lege, sed etiam in novâ usitata. Chrysost. in ep. ad Ephes. & tom. 5. hom. 55. circa finem.

principium. Homo otiosus & castus, portentum ingens, prodigium maximum. Ubi labor non est, ibi nec virtus est. Labor virtutum est arena, male voluptatis sepultura; nil sine labore laudabile, nil excelsum, nulla sine difficultatibus gloria.

Virtutes omnes in sublimi habitant, haud facile adeunda; confragofum huc durumque & scrupulum est iter. Multos labor exultit, multos industria, sopor neminem. Labor Romanos duces, Scipiones & Camillos, labor Fabios & Fabricios, labor Curios & Metellos, labor Pompejum & Annibalem; labor Julium Cæsarem & Mithridatem illustravit; labor Catonibus, labor Mario famam conciliavit; innumeros è Romanâ gente laboriosa militia claros reddidit. Sed sanctiora nomina produco.

Labor Paulos & Polycarpus, labor Ambrosios, Augustinos, & Athanasios, labor Chryostomos & Hieronymos, labor Gregorios & Bernardos celo notos, terræ fructuosos effecit. Omne genus hominum percurte, ubi multum gloriæ solidioris, ibi plurimum laboris: & omnino virtutum amatoribus amandus est labor, sine quo ad eam, quam aspirant gloriam, pervenire fas non est. Et parum profecerit labor magnus, nisi sit jugis & assiduus: nam & ipsa, quæ labore comparatur gloria, nisi sit perpetua, nec etiam videbitur magna.

Artifices aspice, quantis ii laboribus; quæ industria, quot antelucanis vigiliis qualemcumque quærant gloriam. Hoc Demosthenem Græcum oratorem sic acuebat, ut fabros maturinis studiis præveniret. Eam ob causam Pytheas enthymemata Demosthenis lucernam olere dicebat. Ignavo labor omnis est nimius, nullus industria; labor illum cruciat, hunc acuit & exercet. Plurimis pro remedio labor fuit, & quos otium infecerat, exercitatio revocavit ad meliora. Orientibus vitis obstat, radicata convellit labor, quo animus insigniter curari constat. Hinc optabiles corporis molestia, quæ animorum molestias medentur.

Septimius Severus Imperator pro militari tessera Tribunum dare iussit hanc unicam vocem: *Laboremus*. Pertinax ad imperium adscitus non absimilem dedit istam: *Militemus*. Illi placuit pacis omen, huic belli. Sublato namque bello ad agriculturam & ad officia reditur. Otium in pace delicias alit, & omnem flagitiorum turbam. In actu omnis virtus est.

*Nil sine magno
Vita labore dedit mortalibus.*

Liberalissimus Deus Israël plebi non coctos celo panes dejecit (quod illi non difficile) sed manna per agros sparfit magno labore colligendum; in mortario terendum, aut molâ frangendum, in panes formandum, in ollâ coquendum, aut in furno, vel sub cineribus pifendum. Non voluit Deus populum sibi charissimum vanis laboribus vexare, noluit tamen illum otiosi. Ideo non panes à clibano recentes, sed velut farinam faciendis panibus subministravit. Eidem populo coturnices misit, non lixas, non assas, sed nec vulvis plumis paratas, quæ mox verum figerentur, sed pritis capiendæ, siccandæ, deplumandæ, dein primum igni admovendæ fuerunt. Hæc omnia è spectabant, ne otio torperet populus.

Videte Salomonem Regem, quamdiu curis ædificandi templi distinctus, sapientiam retinet, & veras religiones tuetur; cum primum incipit mollescere otio, in vitia delapsus prificis religionibus obnuntiat, jam idolorum cultor. Scelerum matrix otium. Inter priscos aetas vulgatissimum fuit, hominem occupatum ab uno solum diabolo, ab innumeris otiosum exagitari.

S. III.

Quid igitur laborem fugimus? quisquis nascitur, ad laborem nascitur: nec aliis legibus Regum filii in lucem prodeunt; omnes illos non solum qui ad gloriam,

sed qui ad probitatem ac virtutem nituntur, laboriosus atque arduus trames agit; ad ignaviam & devexa facilis via est. *Vade ad formicam, & piger, & considera vias ejus.* Labor & virtus nostræ artes sunt, non otium & voluptas: qui otio & voluptati se applicant, hi demum à naturâ hominum degenerant, atque in pecudes se transformant. Nihil æquè vitam hominum aut aptius aut validius confirmat, quàm honesta eaque assidua exercitatio & diligens industria. Ignaviâ hebetantur animi, corpora torpescunt, fiuntque morbis impensius obnoxia; utrumque tuetur exercitatio.

Sanctissimi, quique viri cum legendo ac precando omne ferè tempus absumerent, quoties ab ejusmodi tam feris laboribus requies contigisset, ne quis otio locus esset, manibus aliquid operari solebant. Videte mihi Tarfensem Paulum, qui classicum illud inflavit, quo pattem longè maximam humanæ gentis ad Christi signa convertit, cum quid vacui temporis habuit, pelliorem egit, funes texuit, tentoria confecit.

Petrus & Joannes Apostoli, Doctores orbis, nihilominus piscari sunt, non solum victui parando, sed ut concessum sibi otium verterent in negotium: satius esse rati aliquid agere, quàm nihil agere. Lucas divini Evangelii scriptor cælestium rerum meditatione fatigatus, penicillo fugavit otium. Laboriosus viri hujus industriam complures tabulæ loquuntur, quæ divinæ matris filium gestantis præferunt effigiem. Omnium olim Ascetarum & Monachorum strictissima lex fuit, *Nunquam otiosi*. Hinc plerique omnes labore ac industria sibi victum quæsivere. Peperit ea res aliquando non in factum colloquium.

Venerat ad Abbatem Silvanum in monte Sinâ de gentem peregrinus frater. Hospitio peramanter receptus, vidit ceteros fratres Silvani socios ex more cœnobii strenuè laborare. Astitit aliquanto tempore otiosus spectator, & ne ipse unus desidia argueretur, voluit ceteris religiosior videri. Itaque plus æquo disertus illud Evangelii prorsus importunè ingessit: *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam eternam: Maria optimam partem elegit, qua non auferatur ab eâ.* Audiit hoc Silvanus Abbas, & otiosam dicacitatem catè dissimulans, Zachariam, unum è suis accersens; Dicit, inquit, hospitem ad cubiculum, & librum ei trade, quò minus moram sentiat ad nostram cenam. Volebat scilicet Silvanus hominem suismet verbis tangere & arguere.

Horâ vesperi auditâ, & signo dato ad cenam omnes conveniunt. Expectabat hospes avidissimè, num à quopiam ad cenam vocaretur. Vocavit nemo: sic Abbas jusserat. Hospiti res videri nova & insoliti rigoris, aut certè inhumanæ oblivionis, esurientem peregrinum à communi mensâ excludere, aut hospitalitatis tam turpiter oblivisci. Ergo auriculam januæ applicat, & omnem observat motum transcuntium, jamjam vocandum se ratus ad mensam. Et nemo vocabat. Demum ipse hospes cellulâ egressus, Silvanum adit, & acerbum subridens interrogat: Nunquid, Pater, cenarunt jam alii? Cenarunt, ait senex. Et qui sit, ait hospes, me unum præteriti incenatum? Huic senex promptè: Tu, mi frater, inquit, homo spiritualis es: tu cibum, qui non perit, opetaris; tu legendo pascaris, ita cum Mariâ partem optimam elegisti. Hinc cibo nostro non indiges. Nos homines carnales, quia non possumus non comedere & bibere, ideo etiam strenuè laborare cogimur. Tu verò strenuè esurire perge. Cum sibi hæc otii patronus non immeritò dici audiret, ad senis pedes se abiciens: Da veniam, Pater, ajebat, inconsideratè locutus sum. Cui Silvanus: Ergo, inquit, necessaria est Martha Mariæ: propter Martham enim & Maria laudatur. Stat etiamnum Pauli præceptum: *Si quis non vult operari, nec manducet.* Lex hæc toti humanæ genti est lata.

*Prov. cap. 6.
vers. 6.*

Omnes sancti, ne otio locus esset; manibus aliquid operari solebant.

*Ruffinus Aquil. n. 55.
& Pelagius libell. 10.
num. 69.*

*Ioan. cap. 6:
vers. 27. &
Luc. cap. 10.
vers. 42.*

*2. Thess. c. 3.
vers. 10.*

Labor virtutis arena, & male voluptatis sepultura.

Labor Romanos duces illustravit.

Paulos, Polycarpus, alios celo notos, terræ fructuosos effecit.

Horat. serm. lib. 1. sat. 9. post med. Israël plebi Deus non dejecit celo coctos panes ne otio torperet.

Labor non est fugiendus.

S. IV.

Optima profecto pars Mariæ, indiget tamen ministerio Marthæ. Vis igitur manducare? labora. Atqui (ais) Mariæ quies laboriosissima est. Fatemur. Nec illud tamen nescimus, tam serios Mariæ labores vix unquam bene continuari, nisi Marthæ officiis misceantur. Elisabetha regii sanguinis ac fortunæ femina, effusissime liberalitatis in egenos, & cui nihil dulcius quam inter precandum pendere à cælo; ubi tamen prolixas orationes finierat, aut lanam carpere, aut telam texere, aut certè aliud ferri operis facere solebat, ne per otium & quietem ullum sibi tempus elaberetur; nullam arbitrata turpiorem simulque graviozem jacturam quam temporis.

Temporis
jactura est
omnium
turpissima.

Ita profus est: Temporis jactura omnium turpissima est, quæ per negligentiam venit: sed & gravissima est, nec eà exitiosior alia ulla. O tempus! ò thesaurum non ultra reperiendum, ubi semel fuerit amissus! Fluit assidue, & nobis effluit, quod unum avarissime habere deberemus, & nullà merce aut pretio commutare. Illic otio, illic aleâ, illic conviviolo aut confabulatione rem omnem pretiosissimam perdimus: & quantum invale tudine ac somno? Deus bone, cum recogitamus, undecim aut duodecim lustra fuimus, ex iis quinque aut sex tantum viximus, & quod viximus, ubi est?

Virgil. lib. 3.
Georg. post
initium.

Optima quaque dies miseris mortalibus avi

Prima fugit

subeunt morbi tristisq; senectus:

Et labor, & dura rapit inclementia moris.

Infinita est temporis velocitas, quæ magis apparet respicientibus. Punctum est, quod vivimus, sed hoc punctum specie quadam longioris moræ dividimus, & Pueritiam, Adolescentiam, Juventutem, Senectutem facimus: sed heu ubinam ista, & quam in brevi sunt? Abierunt prima, dein alia atque alia, quæ tum denique computamus & damnum querimus, cum abierunt. Ah incipiamus tandem æstimare tempus, & eo uti, cuius unitus honesta avaritia est! Illius brevitatis, & nostra nobis fragilitas occurrat:

Idem lib. 3.
Georg. serè
medio.

Nam fugit interea, fugit irreparabile tempus.

Hoc quidquid datur, quam optime impendamus, nec tunc incipiamus velle vivere, cum definendum est.

Virgil. l. 10.
Æneid. medi.

Stat sua cuique dies: breve & irreparabile tempus

Omnibus est vite.

Currit mortalibus ævum,

Nec nasci bis posse datur

Præcipitant horæ, & nos inter hæc præcipitia lenti sumus, & plurima in futurum disponimus nunquam futura. Quanta vitæ pars elabitur nihil agentibus, quanta malè agentibus aut non sua! Quam rari sunt, qui tempori pretium ponant, qui dies æstimant, qui omnes horas complectantur. Vigilandum est, & acri animo agendum; inscii rapimur, & nisi properamus, relinquimur. Meliora prætervolant, deteriora succedunt. Quid ergo cessamus nos ipsi concitare, ut velocitatem rapidissimæ rei possimus æquare? Cetera omnia aliena, tempus tantum nostrum est.

Tempus
sine fructu
effluere nõ
finendum.

Itaque toto hoc agamus animo, & omisissis quæ non sunt lucrando cælo, in rem unam laboremus, nec hanc temporis perniciosissimi celeritatem, quam retinere non possumus, sine fructu effluere sinamus. Quidquid temporis est, in censum nostrum redigatur. Usurpemus illud, & fruamur occasione, quamdiu capillata est. Dum nos juventutem cogitamus, senectus & morbi supra caput sunt. Sicut in imo vas, quod grave ac turbidum est, subsidit: Ita in ætate nostrâ optimum est, quod primum aut primo proximum est; quòd vita longius abit, hoc plus fœcis relinquit. Ah colligamus horas, & servemus, imò & horarum particulas, nec amicos censuamus amicos illos, qui sunt fures temporis. Quodcum-

Eccles. c. 9.
vers. 10.

A que potest facere manus nostra, instanter operemur. Manè Idem c. 11.
feminemus semen nostrum, & vespere non cesset manus nostra. vers. 6.
Vide, mi Lector, quæ contra otium disserat Nicetas noster in utroque libro. Nam animus non est illic dicta hinc repetere. Alia atque alia remedia suggerere & jucundum censemus, & utile.

A C T I O N E S

HOMINIS LABOREM AMANTIS,

OTIVM ODIIO PROSEQUENTIS.

1. Ne quid temporis, tædio laboris effluat, optimum est laborem variare: Jam legere, jam scribere, jam precari, jam memoriam, jam & corpus exercere: nullam omnino honestam occupationem refugere, omniâque agere, ne nihil agatur. I. Praxis hominis laborem amantis.
2. Otium aded execrandum ducere, ut potius placeat supervacuus labor, quam nullus. Paulus Abbas id fecit, qui quotidianum operis sui pensum strictissime à seipso exigebat, & ne momento temporis oriaretur, totam speluncam suam textis corbibus implevit: sed quia vendendi occasio non fuit, subiecto igne annuos labores concremavit, ut eosdem iterum ordiretur. Secunda. Cassian. lib. 10. Instit. c. 24.
3. Sibi ipsi, quod modò diximus, quotidianam operis legem injungere, & identidem hortari: Comple opus tuum; perage laboris pensum; justa redde. Tertia.
4. Ordinem sui laboris statuere, ut quilibet mensis, hebdomas, dies, quælibet hora sciat assignatum sibi opus. Pulchrum est & utile, omnia tempore metiri, & nihil fortuito ac temere agere. Quarta.
5. Id quod faciendum est, non oscitanter, non levi brachio, non prophanter aut raptim, non obiter aut cursim, non segniter aut perfunctorie, sed accuratè cum curâ & diligentia, omnibus viribus, summo studio, & quam fieri potest exactissime facere. Sat celeriter fit, quidquid satis bene fit. Quinta.
6. Operis initio non nimium festinate, aut tumultu agere, sed paulatim vires evocare, & agendo incallescere. Sexta.
7. Somno quantum licet subtrahere: cum superfluum somnus non solum indecens, sed & noxius sit. Sapientium judicio septem horarum spatium liberalis est mensura somni. Quod excedit, & superfluum est & damnosum, quantumcumque sit gratum. Septima.

C A P V T I X.

Rosa Aromatica, seu, Oratio, Meditatio, Contemplatio.

S. I.

Hæc virtus Orationis, Meditationis, & Contemplationis in divinâ Virgine, ut Albertus Magnus loquitur, excellentissima fuit. Omnis illius vita, omnis operatio, fuit sedula precatio. Nam etiamsi laboraret, Deum tamen inconnivis oculis observabat. Cor Virginis Deum assidue ardebat. Illud verecundia, sed & fortitudinis eximie specimen illustrissimum. Judith hoc ab oraculis divinis fert encomium: Judith in superioribus domus sue fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur: & habens super lumbos suos cilicium, jejunabat omnibus diebus vitæ suæ. Luc. cap. 2. vers. 37.

Anna vaticiniis clara non discedebat de templo, jejuniis & observationibus serviens die ac nocte. Romana virgo Cecilia divinum Evangelium semper pectori appressum gestabat, nec à precationibus unquam cessabat. Agnes Politiana vitgo è cælo manna impetrat precando. Si in his feminis tantum precandi studium fuit, tanta facultas impetrandi, quid in hoc genere Mater Domini inter mulieres

mulieres benedicta non fecerit, quæ animo magis erat in cælo, quam in terrâ corpore? Unde merito à priscis patribus appellata est Altare Thymiamatis, in quo thura odorisque nobilissimi incendebantur. Hinc & beatus Ephrem, *Thuribulum aureum Domini Matrem appellat, ob assiduam, quod in illâ fuerat, precandi studium.*

B. Maria Altare Thymiamatis appellata.

Discrimen inter orationem, meditationem, & contemplationem.

Porro discrimen ingens est inter Orationem, Meditationem, ac Contemplationem. Oratio vocalis ea dicitur, quæ non animum tantum, sed & linguam occupat; quando scilicet animus & lingua velut gemini Legati Deo se sistant, & causam suam junctâ operâ perorant. Si namque mens absit, non est oratio, sed inanis locutio, & modulatum pſteraci carmen. Orationis veræ medulla spiritus est. At verò Meditatio seu mentis oratio, ea dicitur, quæ linguâ silente cor evocat ad arcæam cum Deo colloquium. Secretius quid est Contemplatio: ad hanc enim meditatio via est. Contemplari dicitur, qui collectis animi viribus & affectionibus divinæ naturæ quippiam cum admiratione mentis & delectatione studet cognoscere: cum vel potentiam Dei, vel bonitatem, vel sapientiam, vel charitatem ac largitarem, vel occulta Dei judicia, vel sanctissimam illius voluntatem, sumit penitissimè inspicienda. Contemplatio Patriarchas, Apostolos, Prophetas plurimum erudit. His Deus arcanissima patefecit: Nôëm diluvium, Abrahamo Pentapolis subversionem, Josepho Ægyptiam famem, Hieremiæ migrationem Judæorum & captivitatem, Danieli colosum Nabuchodonosoris admirabilem, Ezechieli longam diversorum eventuum seriem aperuit. Hoc confirmans Amos: *Non faciet, inquit, Dominus Deus verbum, nisi revelaverit secretum suum ad servos suos Prophetas.* Enimverò, differunt cogitatio, meditatio, & contemplatio. Cogitatio, quòd vult; evagatur; sicut laborare caret, sic & fructu. Meditatio investigat: hæc ut laborem habet, sic & fructum. Contemplatio admiratur; sine labore est, sed non sine fructu. Hic Deus beatitudinis fons cognoscitur; & quod cognoscitur, hoc amatur; & quod amatur, hoc etiam desideratur, & obtinendo illi laboratur; pro quo autem tam studiosè laboratur, hoc tandem acquiritur & impetratur. *Bonus est Dominus sperantibus in eum, anime querenti illum.* Contemplationis dulcedine inescarus rex Hebræus fidentissimè Deum alloquitur: *Tibi dixit cor meum, Exquisivit te facies mea, faciem tuam Domine requiram.*

Amos cap. 3. vers. 7.

Differentia inter cogitationem, meditationem, & contemplationem.

Thren. c. 3. vers. 25.

Ps. 26. v. 8.

Exodi cap. 3. v. 2. & 3.

Illustri Moysi exemplo rem magis in lucem damus. Cum cerneret Moyses, silvestrem rubum ardere, apud animum suum investigare cœpit, quis rubum succendisset, & quam ob causam, quomodo arderet, nec tamen deureretur, quid deniquè hoc spectaculi portenderet. En Meditatio. At ubi admirandus Moyses & attonitus cæleste hoc prodigium fixius intueri, & ad divinam potentiam intuitis sensibus cœpit obtupescere & affici; en Contemplatio: est enim hæc mentis intuitus in rem propositam acriter defixus; quod ferè Angelorum est.

§. II.

Hæc mentis Oratio seu Contemplatio, seu Meditatio, illam oris ac linguæ longè superat. Qui sic precatur, *in cubiculum suum intrat, & clauso ostio Patrem suum orat in abscondito.* De hoc tali vaticinatus Hieremias: *Sedebit solitarius, inquit, & tacebit, quia levavit se supra se.* Hæc una ratio est jungendæ cum Deo arcanissimæ familiaritatis. Si quidem meditaturs, quidquid bonarum cogitationum ac desideriorum domi habet, huc convocat, & Abrahami verbis: Venite, ait, ascendamus in montem, ubi Dominus videt. Negotiis porro ac curis, & volaticis cogitationibus feridè unperans: *Expectate me hic, ait, donec ad vos revertar.* Hæc vera est oratio, hæc illa cæli clavis, hic tentationum pons, sine quo multi

Matth. c. 6. vers. 6.

Thren. c. 3. vers. 29.

Gen. cap. 22. vers. 5.

mergerentur, hic interpositus inter nos & adversa patries, hic nobilissimus virtutum succus, hic solidissimus animi cibus, hoc Angelorum opus, hoc speculum profectus. Oratio introducit hominem in conclave Dei.

Virgo beatissima in eam cum Deo familiaritatem venit precando, ut velut unus cum eo spiritus efficere-tur. Sic oravit, sic meditata & contemplata est, ut non aliud quidquam agere videretur. Hinc eam Chryso-stomus Templum cælo majus appellat. Nimirum in hoc templo jugis oratio, continui plalmi, assidua meditatio, cultus Numinis non interruptus. Imò quod longè mi-nus, & communem nascendi ordinem excedit, virgo intra matris viscera non tantum rationem, sed & donum habuit orationis. Ita sanctus Bernardinus Senensis dilucidè: *Tanto, inquit, lumine illustrata fuit beatissima Virgo, cum esset in ventre matris, ut non tantum plena fuerit lumen rationis, sed etiam altissima contemplationis, ed sublimiora ut Deum perfectissimè contempleretur in utero materno, quam*

B. Virginis cum Deo familiaritas.

Chryso-stomus.

hinc de An-tonio.

in matris utero habuit donum orationis.

Bernardi-nus tom. 1. serm. 61. c. 3.

mihi p. 525. vers. 1.

alius in ætate perfectâ, magisq; excessit in contemplatione dormi-endo quam alius vigilando. Et hoc donum, quod habuit nascendo, non interrupt moriendo. Quod expendit fusiùs, & confirmat Franciscus Suarezus, ita ratiocinando: *Mater Dei ferventissimè amavit Deum, & hunc amoris ignem innumeris actibus locupletavit. Unde conjectare licet, in transitu à viâ ad patriam hos perfectissimè charitatis actus non fuisse interruptos. Dolor eos non impediabat, qui in corpore illud divinum nil juris habuit, & virgo, quò magis ad finem tendebat, ed magis amore ardebat.* Hinc non nemo censuit, ab hac virgine etiamnum mortali Deum & Angelos esse visos. Alberti Magni verba sunt: Spiritum, increatum videre potuit & vidit. Nam Paulus in raptu vidit dispositionem cælestis hierarchiæ, ergo mater Christi: quod concessum esse servo, multò magis concessum fuit Angelorum Domine. Ut ut sit, hoc præsterquam imitari non licet, sed quod Bonaventura in virgine dilaudans: Ecce, inquit, Maria nostra non solum ore in orationibus, sed etiam corde in sanctis meditationibus indefessa fuit & sedula.

Suarezus ro. 2. in 3. partem D. Thomæ dispur. 21. in scilicet. 2.

Lib. 2. de celo. Negamus ab ullo hominum etiamnum mortali visum esse Deum, concessum fuit Angelorum Christi.

Christo.

Bonaventura in spec. cap. 4.

Franciscus Assisias plenus optimo spiritu, ita Divam nostram affatus est, ut cum non tam loquentem audire, quam ignes jacientem videre possimus: hæc illius precatio est.

O Domina mea sancta Maria, in tuam benedictam fidem ac singularem custodiam, & in sinum misericordiæ tuæ hodie & quotidie, & in horâ exitus mei, me totum commendo. Omnem spem & consolationem meam, omnes angustias & miseras meas, vitam & finem vitæ meæ tibi committo, ut per sanctissimam tuam intercessionem & merita, omnia mea opera dirigantrur & disponantur secundum tuam tuique filii voluntatem. Hoc orare est, ignes in cælum jacere: exaudiri non postulat, qui postulat tepidè. Nobilissimum Augustini dictum est de oratione verâ, & quæ flammam jaculatur in cælum: *Oratio, inquit, oranti est præsidium, Deo sacrificium, demoni flagellum. Quòd si desit attentio & ignis, licet invertere ac dicere: Oratio oranti est nocumentum, Deo ludibrium, demoni gaudium.* Verè, quod idem Augustinus asserit, verè novit rectè vivere, qui novit rectè orare. Sed ut idem optimè dixit: Plerumque hoc negotium plus gemitibus quam sermonibus, magis affectu agitur quam affatu.

August. to. 1. l. 50. homil. 4. aut in appendice homil. 14. mihi p. 650.

Idè ep. 121. ad Probant.

§. III.

Estigitur precandi Numinis ratio non una in omnibus. Moses Prophetarum omnium cum veritate tum sapientiâ princeps, & orandi nobis & meditandi ac contemplandi specimen præbuit illustrissimum. Intentâ sedulâque divinorum contemplatione id affectus est, ut origines universi orbis literis mandâr, incredibili humanæ gentis emolumento. Heu quantis tenebris involveremur, si prima mundi canabula, & gene-

Precandi Numinis diversâ ratio.

seos intia ignorarentis? Quas Moſis meditationes fuiſſe dicemus, cūm apud Ægyptium Regem Pharaonem toties peroraret, & ſaxum illud (Pharaonem dico) ſæpius oratione ſua ſecteret; Ægyptum verò univerſam variis cladibus afficeret, ruſſumque malis preſentibus medelam ferret, ut tum maxime credi poſſit, cælum, & quidquid in cælo eſt Numinis, unius viri precibus vacãſſe, ut gens una veræ pietatis cultrix in libertatem aſſereretur? Eleganter & verè dixit Bernardus: *Ne- mo repente fit ſummus. Ascendendo non volando apprehendi- tur ſummus ſcala. Adſcendamus igitur velut quibuſdam pe- dibus, Meditatione & Oratione. Meditatio ſiquidem docet quid deſit, oratio ne deſit obtinet. Illa viam oſtendit, iſta deducit. Me- ditatione agnoſcimus imminetia nobis pericula, oratione eva- dimus.* Moſes Contemplationi ac Meditationi prolixiſſi- mas junxit orationes. Jacuit vir iſte miriſſimus quadra- ginta diebus nodiſuſque ad conſpectum Numinis proſtra- tus unum identidem petens, ne populus, quem in li- bertatem vindicãſſet, ob impia ſacrã excidio deleteretur:

Bernard.
ſerm. 1. de
S. Andrea,
ſive.

Exod. c. 32.
v. 31. & 32.

Obſecro Domine, aſcebat, peccavit populus iſte peccatum ma- ximum, feceruntque ſibi deos aureos: aut dimitte eis hanc no- xam; aut, ſi non faciã, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti.

Magnã & longa quidem deprecatio, ſed affectus ma- jor, per quem tantã vis mortalium, alioqui peritura, unius precibus fuit condonata. Eodem precante & manus cælo attollente, Hebræus miles acie dimicans feliciffimè pugnavit: ubi paullulum laſſatis brachijs remiſſio fuit oratio, Iſraëlis exercitus ſuccumbebat. Quia igitur in uſus orantis manu tota ſtetit victoria, Dux piendiſſimus cūm omnes copiæ militares non poſſent pugnando, ipſe unus perſeverantiſſimè precando vicit.

Nec tamen omni hominum memoriã quifquam au- dacioris voti & petendo fidentior fuit, quã ejuſdem populi Dux Joſue, cujus precibus obedientiffimus ſol atque ipſe aded mundus ſtetit immobilis obſtupeſcen- do miraculo. Non antea unquam, nec ullis poſt ſæculis dies longior terris aſſuit.

Iſaia c. 38.
verſ. 1.

Rex Ezechias extremã in valetudine oppreſſus, jam limini admortuus & conclamatus, jam ſententiã fatali per Iſaiaſ præſentiã: *Diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & non vivis.* Nihilominus rex optimus ingentis fiducia plenus Numini preces admovere, & productus vitæ ſpatium rogare iuſtitit. Impetravit quindecim annos vi- vendi auctarium. Et in teſtimonium admiſſæ orationis, ſol decem hinc viam reſegit. Immenſum & incredibile iter. Sunt enim milliarii Belgicorum trigieſies centies millena, ſeu tres milliones, inſuper ſexcenta quinquaginta duo millia, ducenta triginta novem milliaria.

Nota, Vnum
milliare
Belgicum
conſiſtens tria
Italia.

En tantum impetii in ſidera habet orationis ardor. Aded cælum omne & cæli conditor Deus ad orantis nutum obſequitur, ut orationem veram rectè dixeris *Cæli dictaturam.* In orbe hoc infero nihil potentius quã ardens oratio. Nec in ullã re aliã indulgentius Cæli Numen humanam fovet pietatem, quando homines orando ad divinã prope potentiam extolluntur.

§. IV.

Pſal. 118.
verſ. 62.

Hebræus rex David orandi ſcientiffimus artifex ſer- pries interdiu preces ad Deum fundebat: mediã inſuper nocte ſurgebat *ad conſtendum nomini divino.* Ah erubeco, dum hæc ſcribo. Rex tantus nec regii mune- ris negligens, geminati regni graviſſimis curis involu- tus, dies nocteque abundè habuit, quæ cogitare regno- rum ſuorum bono. Ille nihilominus curas ſeponerat, negotia interrumpebat, ad preces ſe conferebat, repe- titis per certa intervalla vicibus. Diceret religioſiffimum Carthufianum & præſcripti temporis obſervantiſſi- mum. Sed & nocti rex David tranquilliffimam partem decerebat, ut eam cælo impenderet & preceationi. Et quia Prophetarum ille ſummus omnia precibus agen- da ſcivit, deprecandi Numinis etiã formam demon-

ſtravit. *Deprecatuſ ſum, inquit, faciem tuam, in toto corde Pſal. 118. meo clamavi. Et: In meditatione meã exardeſcet ignis. verſ. 58.*

Oratio aut Meditatio ſine hoc igne nimium frigent. Nec orare ſeridè cenſendus eſt, niſi qui toto orat pecto- re. Salomon paternæ pietatis & ſapientia hæres hoc igneum precandi genus imitatus in patre: *Adi Domi- num, inquit, & deprecatuſ ſum illum ex totis præcordiis meis. Sap. cap. 8. v. 21. & ubi.*

Toto corde rogandus eſt Deus, toto diligendus. Nos ſubinde cūm paullò productiores preces fun- dimus, nobis ipſis vaniſſimè blaſphimur de prolixis ora- tionibus. Sed videte, quæſo, geminos Tobias parentem cum filio tribus horis integris, & quidem in terram proſtratos vultu terræ aliſſo non ſine igne preceantes. Ita clariffimè divinus ſcriptor: *Tunc, inquit, proſtrati per ho- ras tres in faciem benedixerunt Deum, Tanti prolixa quã- dam ardens oratio. At ſunt in novã lege ſanctiffimi viri, qui hoc imitati feliciter, imò ſuperârunt.*

De Antõnio Magno res nota. Vir iſte ſæpius ad oc- caſum ſolem precari cœpit, nocte totã cum Deo ſuaviſ- ſimè collocutus, dum ſol rediens eodem ſitu etiamnum precantem deprehenderet. At ille iratus ſoli, quòd collo- quii dulcedinem præpropero reditu turbaret: *Quid mē impediſ ſol, aſcebat, qui oris, ut ab amœniore me ſole abſtrahas. Ita in oratione, inquit Athanaſius, per- noctabat ſæpiſſime.*

Beatus Arſenius Antonii nobiliſſimus æmulator, quovis ſabbato ad ſolis obitum preces ordiri, & ad or- tum finire ſolitus eſt. De ſanctiffimo viro Iſaac Syro non procul Spoletum in Umbrã habitante teſtis locu- pletiſſimus Gregorius Pontifex: *Quem noſtrorum, in- quit, multi noverunt. Illud quoque addidit: Iſaac Spo- leri templum ingreſſus, petiit ab æditibus, liceret ſibi bonã eorum veniã preces producere; quantum vellet. Conceſſum eſt. Ita tribus diebus ac tribus noctibus continuis in oratione perſtitit. Inuſitata hæc precandi ratio, quòd difficilior erat creditu, eò ſuſpectior cœpit eſſe ſpectantibus. Igitur unus aliquis conſuetud ſui ne- gligens, aliorum curioſus obſervator, quod in profectis ſui emolumentum trahere debuiffet, id ſuæ nequitia fe- cit argumentum. Nam Iſaacum cen ſanctitatis vaniſſi- mum oſtentatorem verbis acerrimis objurgavit, ad ob- jurgationis clauſulam contemptum colaphum impexit, & templo eiecit. Tulit hoc vir mitis, non tulit Deus, nec ulionem luculentam diſtulit. Mox enim temera- rius percuſſor à dæmonibus agitari cœpit, haud dubiè ab his hoſpitibus diu vexandus, niſi eum illud ipſum os, quod impiã manu perſtrinxerat, tempeſtivã preceatione liberãſſet.*

§. V.

Svmmum ſemper ſtudioſum fuit ſanctiffimi cujuſque ſanctiffimi hominis attentè & ardentè precari. Hinc plurimo- rum aut creberrimã aut prolixiſſimã orationes. Apol- lonius, qui quingentos Monachos velut provinciali mar- gistratu rexit, centies interdium, centies noctu, idque flexis ſemper genibus precari in more habuit, Ruſſino & Palladio teſtibus.

Beatus Reinerus maximã ſed minùs notã ſanctita- tis vir, qui Anno Chriſtiano milleſimo ducentefimo trigefimo ſeptimo Oſnabrugi obiit. Hic annis viginti duobus ſui ipſius captivus proximè templum habitavit, nil carniū unquam gultavit, omnibus diebus Veneris incedam pâne & aquã toleravit; nunquam alium lectum quã nudum aſſerem habuit, lorica nudo corpori appreſſam aſſiduè geſtavit, omnibus Dominicis ac Fe- ſtis diebus cibum cæleſtem ſumpſit: hic ipſe quotidie recenties in terram proſtratus iteravit preces. Taceo innumeros alios.

Quot regii ſanguinis viri femineque omnes Davidis pſalmos quotidie recitârunt? Quot iridem Religioſi viri femineque ſtatis precibus emiſſis, horas inſuper complures

Tob. cap. 11.
verſ. 22.

Caffianus
collat. 9.
cap. 31. & 8.
Athanaſius
in vitã ejus
c. 6. initio.

Gregor. 1. 3.
dial. cap. 31.

ſanctiffimi
cujusque
hominis
ſtudioſum fuit
ardentè
& attentè
precari.
Ruſſino. c. 7.
Pallad. c. 52.

I
C
N
N
N

3

7

complures precationibus impendunt? Recentia sunt & explorata, quæ in exemplum hîc refero.

Historia Societatis I. 10. m. 78. & li. 12. n. 66.

Stephanus Capunſachus quatuor quotidie horis post cenam precari solitus. Conſalvus Mederius, ut prior, Societatis Jeſu Sacerdos ſex horas Meditationi tribuit quotidie. Antonius Criminalis è numero recentiorum Martyrum quot diebus trigefies prolixius orare conſuevit.

Sunt viginti duo Tomi in folio.

Franciſcus Suarezius, qui omnem Theologiam compluribus voluminibus in ampliorem lucem poſuit, ingenuè faſſus eſt, malle ſe quidquid ſcientiæ acquiſiſſet, perdere, quàm unicam ſolitiæ meditationis horulam intermittere.

Atque ut rem verbo finiam; novum quid, ſed verum dicam: Ea eſt optima oratio, quant̃ quiſque ipſe ſibi facit, & è calente fundit pectore, non è libello ſcriptam recitat. Anaximenes Rhetor orationem elegantem & auribus dignam ſex menſibus elaboravit. Hanc uni è ſuis diſcipulis, quem commendatiorem habuit, edicendam tradidit. Adoleſcens, ubi eam exactius memoriam mandâſſet, & à magiſtro parem dictioni geſtum adhibere didiciſſet, coram Antigono rege præceptoris ſui labores pronuntiavit. Notavit Antigonus, non id adoleſcentis ſtylo compoſitum. Quare inter audiendum ſuper eâ re quippiam ſciſcitarus eſt. At ubi adoleſcens hoc ſolum loqui potuiſſet, quod piſces ſolent; ſua viter ſubridens Antigonus: Quid ais, inquit, adoleſcens, num iſtud tibi non etiam in tabulis deſcriptum eſt?

Sic innumeri precantur; in tabulis deſcripta pronuntiant, aut multa plura coram more recitant. O mei oratores! ò bonæ oratrices! optima imò & venuſtiſſima eſt oratio; quam ipſe ſibi facit orator, quam ex animi medullis promit: ideirco nos hîc orationi meditationem ac contemplationem junximus.

Quo igitur te ore referam, ingens cæli decus, ſpes labentium, DEIPARA Virgo? cujus ſanctiſſimos mores nullus unquam laudare ſatis potuit, quæ tenerâ etiamnum ætate in templo orando, meditando ac contemplando vitam exegit, quæ principem diei partem precibus & divinis colloquiis conſecraſti; inde per aliquot horas honeſtè & ingenuè puellare opus obiſti, mox reliquum diei divinarum litterarum lectioni ſedulò impenditſti. Ita, ut cum ritè ſanctæque cæleſtia curares, humana non omnino deſpiceres, utrumque munus Martiæ & fororis ſanctiſſimè complexa.

ACTIONES

SEV PRAXIS

ORATIONIS, MEDITATIONIS,

ET CONTEMPLATIONIS.

1. Præxiſ orationis, meditatio- nis, & contemplatio- nis.

1. Ad orationem plurimum facit, orandi tempus, locum, ſitum attendere. Nullum non tempus orationi aptum eſt: quavis horâ, quovis momento precibus noſtris attendit Deus. Tria tamen poſſimum tempora orationi ſeligenda; Marutinum, Meridianum, Veſpertinum. Omnium optimum eſt matutinum: quò enim corpus eſt deſecratius, hoc promptior aptiorq; ad orandum eſt animus. Tempus nocturnum quantò aliis tranquillius, tantò & melius eſt.

Secunda.

2. Locus iſ orationi grator, qui à turbis remotior. Ideo Chriſtus cubiculum monſtrat, idque claſum. Proprius tamen precandi locus eſt templum, reſte Veritate: Domus Domini, domus orationis eſt; oratio, quæ ore multorum funditur, quod in templo fit, efficaciſſima: nimirum pia mens eſt Deo familiaris, etiam in templo & turbis mediis ſuam ſibi fabricat ſolitudinem, & ſola cum ſolo ſponſo loquitur.

Tertia.

3. Situs corporis, non leve adjumentum aut impedimentum orationis. Quo corporis ſtatu ſit ſupplican-

dum, Chriſtus exemplo docuit: ſiquidem nunc proci- dens in faciem, nunc flexis genibus Patrem exoravit. Daniel ſenſtus eâ parte patentibus, quâ cœnaculum templo Hieroſolymæo erat obverſum, ter quotidie ſtat- tis horis genua ſubmiſit in preces. Salomon orans utrum- que genu in terram fixerat, & manus expanderat in calum. Hic proprius orantis habitus eſt, genua humi fletere, & manus cælo attendere.

4. Orationi nil magis adverſum quàm ſub eâ huc illuc circumſpicere, litteras legere, fabulas miſcere, aut agere ad orationem non ſpectantia. Quiſquis oras, con- tine oculos, aures frena, junge manus, fleſte genua, tun- de pectus, ſuſpira Deum, & habebis adhuc quod agas, ut tot animi evagationibus obſiſtas. Magnam injuriam, inquit Bernardus, Deo ſacio, cum illum precor ut meam pre- cem exaudiat, quam ego, qui ſundo, non audio. Deprecor illum, ut mihi intendat, ego verò nec mihi nec illi intendo.

5. Nullam unquam orationem ſine ſeriâ præpara- tione ordiri. Præparatio quantò accuratior, tantò & oratio attentior erit & ardentior. Ecceſtaſticus ſeverè hoc præceptum ingerit: Ante orationem præpara cor tuum, & noli eſſe quaſi homo, qui tentat Deum. Bernardi monitum eſt: Orans mentem erigat, corpus incurvet.

6. Oraturus circumſpectè cogitet, quis, quid, quem rogaturus ſit.

7. Breves illas & jaculatorias preces ſibi quàm com- mendatiffimas habere: plurimum prodeſt uno die cen- ties, ſexcenties, millies iis animum ſulcire & ad Deum erigere. Tantò autem frequentius eas repetete, quantò vehementius vel adverſa premunt, vel proſpera blandiuntur.

8. Meditatio marutinum tempus ſingulariter ca- peat. Idololatris etiam non ignotum. Scipio ſummo ma- ne in cellâ Jovis meditatus eſt. Iſaias Propheta: Erigit Iſaias e. 50. manè, ait, manè erigit mihi aurem, ut audiam quaſi magi- ſtrum. Chriſtus ipſe, Marco teſte, diluculo valde ſurgens egreſſus abiit in locum deſertum, ibiq; orabat. Nec tamen cetera diei tempora meditatiſſime peragitur, modò ſilenti- tio poſſit & quietè peragi.

CAPUT X.

Rosa Argentea, ſeu, Virginitas.

S. I.

CAſtmonia ſeu Virginitas triplici ſe vultu com- mendat. Alia enim conjugum, alia viduarum, vir- ginum alia & longè ſublimior eſt pudicitia. Auguſtino bona eſt pudicitia conjugalis, ſed melior continentia virginalis. Perpetuum virginitatis ſtorem tueri prima De Virginos virginum docuit, in cujus caſtitate complura ſunt admiranda.

Primum illud, Virginitatem amplexa eſt eo ſanè tempore, quo hæc virtus non ignota tantum, ſed exo- ſa fuit.

Alterum, Tanto virtutis hujus amore exarſit, ut non ſolum per omnem vitam virgo vivere, ſed & virginitatem Deo vovere voluerit.

Tertium, Prima omnium fuit, quæ virginitatem per- petuam voverit.

Quartum, Inauditi res exempli, & fiducia in Deum fuit incredibilis. Nam antequam Joſepho nuptiis jun- geretur, hoc ſuæ pudicitie votum nuncupavit, ingenti animo divinæ potentie ſiſa: neque enim ambigebat, hoc decretum ſuum vinculis matrimonii minimè teme- randum. Una ejus cogitatio erat, placere Deo. Huc Spiritus divinus ſingulariter impellebat, uti princeps Theologus Aquinas explicat. Neque enim præceptum, neque conſilium, neque exemplum virginem ducebant. Nondum legerat illud Marthæ: Sunt, qui ſeipſos caſtra- verunt propter regnum calorum. Nec illud Joannis: Virgi- nes enim

Vuu 4

nes enim sunt; hi sequuntur Agnum, quocumque jerit. Nec illud Pauli: *Qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit, qui non jungit, melius facit: & bonum est homini sic esse.* Hæc virgini nusquam lecta, nusquam audita, sed à sancto Spiritu suggesta, ut rectè dixerit Bernardinus: *Nihil unquam elegi Maria, nisi quod ei divina Sapientia demonstrabat.*

B. V. Maria fuit prima quæ voto virginis illigavit.

Ita D. Ignatius D. Ambrusius, D. Hieronymus, D. Damascenus Hieronymus, epist. 74. ad pia. Hinc Ecclesiæ primævæ mos ortus, Basilio, Athanasio & Epiphanio testibus, ut virgines Deo se dicaturæ

castitatem promitterent in nomine Mariæ. Illud non nemini scribere licuit, nobis vix credere, Adamum viso Abele mortuo, cum mortis tyrannidem antea ignorasset, castitatum voti ille.

Ergo * Domini mater, prorsusquam Dei filium suo corpore vestiret, voto virginis æternæ Deo se obstrinxit. Eò spectant illa virginis verba: *† Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Sed hæc paulò majora canamus, cum optimis scriptoribus.

Theologus Hispanus publicis scriptis Theologiæ decretum his omnino verbis explicat: *Beatissima Virgo, quæ à suâ immaculatissimâ Conceptione usum rationis ad spirituality habuit, non solum propositum virginis, nec solum votum ante Filii conceptionem, & ante matrimonium, sed etiam in ipso Conceptionis instanti, & in utero matris existens virginitatem suam voto explicito & absoluto, Deo consecravit.* Ita tenent gravissimi Auctores contemplativi, quos refert & approbat

Jacobus Episcopus Christopolitanus, explicans illa verba Cantici Virginis: *fecit mihi magna, qui potens est, &c.* Dicunt ergo, quòd Virgo illico post sanctificationem fecit votum perpetuæ virginis in utero matris, quod postea per successionem temporis ostendit: nam statim tertio anno, tanquam virgo se ad Dei funulatum dedicavit, ad serviendum Deo in templo Domini. Hæc illi. Et addit rationem. In Conceptione enim suâ Virgo Dei Majestatem pulchritudinemque contemplass, ardentissimo amoris igne flagrans eum sibi unicum sponsum elegit, perpetuæque virginis votum nuncupavit, juxta illud Cantico cap. 2. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspires dies, & inclinentur umbræ,* id est, usque ad vesperam mortis.

Luc. cap. 1. vers. 49.

Petrus Morales in c. 1. Matth. 1. 2. tract. 6. mibi pag. 185. vers. 16.

Quantum B. Maria æstimavit virginitatem.

Isaie cap. 7. vers. 14. August. serm. 15. de Tempore.

Hic laicæ vaticinium triumphat: *Ecce virgo concipiet & pariet filium.* Virgo ante partum, in partu, & post partum aquè integerrima virgo. Quod Augustinus cum veneratione prædicans: *Crevit potius, inquit, in ejus partu integritas corporis, quam decrevit, & virginitas ampliata est.* Ita conceptissimis verbis quotidie testatur Fidem

in Christum: *Conceptus de Spiritu sancto: Natus ex Mariâ Virgine.*

Quæ de re Bernardus insigniter: *Conjuncta sunt, inquit, Deus & Homo, Mater & Virgo, Fides & Cor humanum. Admirabiles ista mixture sunt; & omni miraculo mirabilius, quomodo tam diversa, tamque divisa ab invicem, invicem potuerunt conjungi. Secunda mixtura est, Virgo & Mater, admirabilis planè & singularis. A saculo non est auditum, quòd virgo esset qua peperit, quòd mater esset qua virgo permansit. Nunquam juxta rerum ordinem virginitas ubi secunditas prædicatur, nec secunditas, ubi virginitas integra conservatur. So-*

la hæc est, in qua virginitas & secunditas obviaverunt sibi. Ibi factum est, quòd factum non fuerat, nec fiet in æternum. Quia nec primam similem visa est, nec habere sequentem. Quomodo potuit hoc persuaderi generi humano, universo orbi terrarum? Et tamen tam facile, tam potenter persuasum est, ut viciant, & mihi id credibile faciat credentium multitudo. Juvenes & virgines, senes cum junioribus elegerunt mille mortibus mori, quam ad momentum ab istâ fide desicere.

Assentitur Augustinus, & Hoc, inquit, summum Hoc est miraculum est, quo majus à Deo expectari non potuit. Sicut solares radii vitrum transeunt, nec lædunt vitrum, ita Christus ex utero Matris & virginis in præsepe venit. Igitur nulli mulierum illud elogi convenit: *Tota pulchra es, & macula non est in te, nisi huic uni Virgini, quæ semper incontaminata, semper virgo, Væ nullum est experta. Hæc rubus ardens, & virorem retinens. Hæc Gedeonis vellus, quòd Numen irroravit seipso. Hæc Aaronis virga, quæ frondibus & fructibus abundavit. Hæc clausa porta, quæ soli regum Regi patuit. Atque hæc tam admiranda virginitas, matris divinæ purissimam Angelorum felicitatem longè superavit. Angeli nullâ corporis mole laborant, hæc carnem & spiritum in admirabile fœdus copulavit.*

§. III.

Cum de Castitate sermo est, mihi semper Hieronymi dictum in mente est: *Quacumque virtute polleas, quibuscumque operibus nitæas, si singulo castitatis careas, omnia per terram trahis.* Abimelechus Sacerdos panem ceremoniâ consecratum, neque Davidi esurienti, neque ulli ex iis, qui cum Davide fuerant, daturus fuisset, nisi prius exploratum habuisset, eos esse mundos ab omni mulierum consortio. Nota vox Joëlis Prophætæ præcipientis, ut *sponsus de cubili suo migraret, sponsa de thalamo.* Ad vastitatem scilicet & excidium, quòd à Chaldæis imminerebat, avertendum, genti suæ Propheta jejuniis & fletum indixerat. Ceterum neutrum credidit profuturum, nisi à Castis fieret. Tanti virtutem hanc unam fecit maximus Propheta.

Duo hujus ordinis viri longè principes Elias & Eliseus, qui salutarem Christi ortum diu antea præcesserunt, castimoniam complexi, cælibes vixerunt: iidem omnium soli mortuos in vitam reduxerunt. Nimirum hostes universos, cacodæmonem, peccatum, ipsam mortem Castitas triumphat. Sed hæc illi vires à Virginis Filio sunt, qui omnium virtutum exemplar fuit omnibus, cujus vitâ nihil unquam in terrâ sanctius, qui nasci quidem dignatus est, sed solum ex virgine, quòd nulli mortalium contigit. Sed pæne corrigo, quòd dixi. Nam duos virginis filios cerno. Illum in alto pendentem, in imo stantem alterum. O ergo felicem piscatorem, ô beatum, ô ter beatissimum Zebedæi filium Joannem! cujus tutelæ omnium virginum princeps, non solum credita, sed in matrem etiam assignata. Sic è cruentâ trabe motibundus clamat filius: *Ecce mater tua.* Si ergo Joanni mater est virgo, ergo & Joannes filius virginis dicendus. His annumerari potest non immerito Jacobus, qui ab eo, quòd ore & lineamentis esset Christo perquam similis, Domini frater est dictus. Hic unus omnium templi penetralia subire Pontificum permissu potuit, quò nulli hominum,

hominum, præterquam Sacerdotibus, patebat accessus: qui honor contingere illi non potuisset, nisi recepta de ejus castimoniam, vel inter inimicos, opinione. O Castitas, quantæ dignitatis es, vel hoste judice!

Chrysof. loco proximo laudando.

Græcorum Oratorum disertissimus Chrysofotomus, mirabili voto inardescens, velut accersito pictore: *Pinge mihi*, ait, *sermonem virginitatis*. Quid hoc ais, Chrysofotome, quis istud enimverò possit? Sermonem scribere, virginitatem muliebri habitu pingere, fortassis difficile non sit: at virginitatis sermonem picturâ exprimere, quis hoc Apelles, quis Protogenes, quis Zeuxis, aut Parrhasius, quis Timanthes id possit? Verum non possit hoc quisquam hominum, Deus id potuit, qui sermonem virginitatis in cælo pinxit, loco quàm fieri potuit patentissimo. Saspice, & videbis in Zodiaco, lato illo cali baltheo, inter Libram & Leonem constitutam Virginem. En ipsissimum virginitatis sermonem. Quisquis virginitatem & castimoniam tueri vult, hinc Leone, hinc Librâ; hinc Fortitudine, hinc Temperantiâ se muniat; utrinque defensus sit necesse est. Hinc quidem Leo collocetur: nam Castitati tuendæ pugnandum ac luctandum est assidue, tentationibus & illecebris acriter resistendum. Qui pugnare non vult, nec vult vincere, nec virgo permanere. Hæc virtus nisi quotidianis præliis conservatur. Qui non fortis est, nec castus erit.

Castitati tuendæ assidue pugnandum.

5. Chrysof. 20. 5. hom. 9. de poem. mihi p. 758. Et ad libram omnia examinanda.

Recitissimè Chrysofotomus: *Virgo à bello nunquam cessare potest*. Sic adsit Leo virgini, sed nec Libra desit. Homo continentie amans, ad Libram pleraque omnia examinat, hæc præcipue: Labores suos, ne otietur; socios suos, ne seducatur; suos sermones, ne in eis excedat; mentem & vestem suam, ne lasciviat; oculos suos, ut custodiat; peccandi occasiones, ut fugiat. Nusquam non opus hac trutinâ, Nimirum hæc solertissimè sunt expendenda virgini.

S. I V.

Videte mihi castissimum Joseph Ægypti protegem, quàm ille inter Libram & Leonem Castimoniam suam insigniter defenderit. Tentationibus & plurimis & gravissimis & pæne assiduis incurfatur. Primum illius tentamentum fuit ætas: juvenis erat. In lubrico stabat, concipiendæ flammæ expositus agebat, nec opus hinc oleum affundere, ex se facilis flamma sequitur. Sed vicit ætatem Joseph.

1. Josephi tentamentum fuit ætas.

2. Quotidianus aspectus Dominæ.
3. Verba blandissima.
4. Diurnitas tentationis.

Accessit quotidianus Dominæ aspectus. Dominam voco, quæ in suum famulum omni pantherâ sævior fuit. Addita sunt tertio verba blandissima: his pondus fecerunt lacrymæ, quas crocodili dixeris fallacissimas.

Genes. c. 39. vers. 10.

Quarto urgebat optimum juvenem assidua importunitas ac diurnitas tentationis. Neque enim hoc unum alterumve diem, nec unam aut alteram hebdomadam tenuit: non intra pauculos menses stetit hæc suavis ad flagitium invitatio: in annos abiit complures. Sacrae paginæ testantur: hujusmodi verbis per singulos dies mulier molesta erat adolescenti, idque annis pluribus.

5. Dona & promissa ingentia.

Quinto, mollissimis verbis jungentur dona, & promissa ingentia; solet enim lascivus amor ejuscemodi arietes admovere: nihil hinc inausum, nil intentatum relinquitur.

6. Latendi fiducia.

Sexto ad obscœnum obsequium non leviter animabatur ipsa latendi fiducia: poterat enim Joseph securè sibi polliceri, rem non evulgandam.

7. Minæ & terrores.

Septimo jungentur minæ ac terrores, ut si assentiri nollet, laqueum, patibulum, omne malum expectaret.

Ibid. v. 9.

His catapulcis castissimus Josephi animus quatiebatur. Ille nihilominus velut inexpugnabilis turris, nec ferro, nec flammis, nec blanditiis, nec minis cedens. *Quomodo*, inquit, *peccatum hoc malum facere, & peccare in dominum meum?* Nec tamen furia illa Pupipharis conjux quiescebat.

A Nam etiam in carcerem penetrabat, in quem innocentissimus juvenis per falsas accusationes est devolutus. Huc illa feminarum nequissima internuntios suos ac lenas quàm occultissimè submittebat. Hic eadem quæ prius lenocinia repetebantur. At juvenis licet captivus, suum illud constantissimè opponebat: *non possum hoc facere*. Sed rogat te & obsecrat non ancilla, sed Domina: *Non possum hoc facere*. En nobilissimum ab ipsâ submissum munus: *Non possum hoc facere*. Stricissimum insuper silentium sponder. Non igitur quidquam est, quod tibi metuas: sed ille, Dixi, ait, & centies dicam: *Non possum hoc facere*. Sed sic occidis Dominam, tui desiderio tabescens moritur. At ille: *Moriatur*, ait, *Ego hoc non possum facere*. Sed ibis in patibulum certo, si has preces pervicax repellas. Ego, ait Joseph, & patibulum & rotas, & quodcunque tolerare sum paratus, innocentiam ac castimoniam retinendam. *Hoc autem malum facere non possum*, quidquid me fiat, *non possum, non possum hoc facere*.

B En Virginem inter Libram & Leonem tutissimam, invictam. Maluit triennem ferre carcerem, quàm paratam non respuere voluptatem. Scuto Joseph pugnavit, & hastâ. Nam præigni generositate veluti scuto ignita jacula excepit, retudit, confregit: dein & hastam in orcinum colubrum contorsit, summam exhibentem in herum suum, quàm in Deum suam fidelitatem. Optime dixit Chrysofotomus: *Magis miror Josephum in hoc igne penitus illasum, quàm tres pueros in fornace Babylonicâ ab igne intactos*.

Fuit è sancti Dominici familiâ vir virtutis eximie, qui pro castimoniam difficiles pugnas subit, nec unquam victus succubuit. Huic ab ipsis adversariis inferorum civibus vel invitit acclamatum est: *Vicisti, vicisti*, quia in igne fuisti, & non aruisti. Josephus Castitatis encomia nusquam legerat, exempla nulla viderat, præcepta nulla, sed nec ulla consilia sciverat, nihilominus continentiam sanè admirabili & fortitudine proflus incredibili, tentationes ac illecebras omnes elusit felicissimè. Dignissimus cui omne cælum acclamat. *Vicisti, vicisti Joseph, quia in igne fuisti, & non aruisti: Vicisti, quia fugisti*.

S. V.

Hinc Augustinus memorabile hoc documentum suggerit: *Contra libidinis impetum apprehende fugam, si vis obtinere victoriam*. Cum Apostoli nos armant in vitia, collato cum iis pede certandum esse docent. *Insuper Ira? resistite. Invidia? resistite. Adulatur Superbia? resistite. Oculis fascinare vult Avaritia? resistite. Pigritia ad otium & somnum trahit? resistite. Proponit epulas & vinum Gula? resistite. Voluptatem suadet Luxuria? hinc aliis pugnandum armis. Hinc fugite, fugite. Resistendum ceteris, hoc unum è vitis fugâ vincitur. Sic Paulus vociferatur: *Fugite fornicationem*. Eiusdem animi Chrysofotomus: *Virginitatis custos*, inquit, *fuga & secessio*. Audis obscœna & periculosa? Bonum est obturare aures: melius est abire & fugere. Cernis blanda & illecebrosa? tutum est oculos claudere; sed tutius est abire & fugere.*

Rogatus Aurelius Augustinus, quid esset quod nollet cum sorore habitare, ita occurrisse fertur: *Quia non sunt mihi sorores quæ cum sorore meâ sunt. Ideo hinc omnium consultiusimum, fugere & procul esse. Enimverò malum est videre feminam, pejus alloqui, pessimum attingere*.

Arenius Abbas feminarum aspectum, præsertim curiosiorem, ut rem sanctiori vitæ proflus exitalem refugio. Huic cum fortè matrona quædam non obscuro generis sese repente obtulisset, turbatum & aversantem rogare cœpit, ne suum occursum tam atrociter declinaret, & ut Deum pro se precaretur. *Precabor*, inquit ille, *libens ne hujus talis occursum unquam amplius memor sim*.

August. serm. 250. de Tempore.

1. Cor. cap. 6. vers. 18. Chrysof. ser. de Con. sin. Joseph.

Anno 10.
Ruffinus
Aquil. lib. 2.
cap. 1.
Palad. c. 43.

sim. Huic accensendus Joannes Anachoreta, qui annis plurimis nullam vidit feminam, nec ab ullâ videri voluit. Petiit tamen Tribunus quidam militaris, ut ab uxore suâ se adiri pateretur, & super salutis negotio consuli. Negavit Joannes moris sibi fuisse unquam cum feminâ loqui. Tribunus obsecrando perstitit, saltem ab eâ se conspici permetteret. Cui Joannes: Eat, inquit, & me in somnis videbit, si id piè cupiat. Nec defuit prædictioni eventus.

Anno 1603.

Hoc præsum; recens istud. Fuit ex Hispanensium Sodalium cœtu juvenis virginitatis non frigidus amator, sed strenuus defensor. Hic morti proximus coram Sodalitii Præfecto serid testatus est, nullam sibi feminam & facie notam, præter duas consanguineas, quas ob vitæ rationem sæpius alloqui necesse fuerat. Vixerat autem ipse nos novem annos Hispani. Tanto intrabilior hæc continentia, quanto diuturnior.

Ruffin c. 30.
Palad. c. 8.
mibi p. 482.
apud Kof-
wveth.

His omnibus mirabilior & magnum virginitatis miraculum est Anon Ægyptius Abbas, parentibus opulentis ac generosis oriundus, cujus virtutem optimi scriptores jure prædicant. Nam etiamnum juvenis annos viginti duos natus uxorem ducere à suis compulsus est. At ille conjugium & ceremoniam superfluum admittens, animo totus virginitatem ardebat. Idcirco primâ nuptiarum nocte his verbis aggressus sponsam: Quid, ô virgo, agimus, inquit, florem corporis nostri tam facile perdimus, cras forsitan morituri? Quis magna audemus, nec tamen volentibus nimis difficilia. Virginitas, ut scias, thesaurus est incomparabilis. Mortalium sapientissimi hoc affirmant: Divinus scriptor: *Omnia ponderatio*, inquit, *non est digna continentis anima*. Quin ergo consensu pari pretium hoc inestimabile nostrum facimus, & virgines permanemus? Neque hoc, quod forsitan putares, ad eum arduum est. Unico & constanti VELLE hoc totum fit. Velimus serid, & jam sumus, qui esse volumus. Virginitas non solum Angelis, sed & Deo facit esse proximum. Et audi, obsecro, quæ præmia, quæ deliciae promittantur castis in celo. Et unâ libellum protulit, & quo, quæ ad rem videbantur, virgini prælegit tanto animi ardore, ut & ipsa sensum calefacta, dixerit: Quin igitur hoc facimus, quod suades, & toto se juncti nostram Deo castimoniam probamus: ego hoc consilii nequaquam turbavero, & si quid jubes, id deinceps à me fiet. Ego, inquit, & rogo, & volente te jubeo, ut in omnem reliquam vitam tu mihi soror, ego tibi sim frater: cœptis nostris non deerit divinus favor. Castorum animorum Deus quantus est amator, tantus erit & remunerator. Dixerunt, & fecerunt. Eadem quidem domo habitârunt, sed tam verecundè ac castè, ut non tam virgines dixisses, quàm Angelos. Atque hunc vitæ tenorem duodeviginti annis sanctissime perseverârunt. In quâ re illud potissimum habuerunt, Oria utrinque sustulerunt; hinc omnes petière Cupidinis arcus. Utrumque hunc conjugem labor, ab omni labe incontinentiæ tutum conservavit. Amon totos soles in horto exegit balsamero colendo: quæ res multum laboris poscit & industria. Vespero ergo domum rediens, sed fatigatus, mox tamen ad precesiones sese abdidit; inde cenula, sed modesta & parca, quæ fami succurreret, non libidinem stimularer; inde noctes inter castissimas preces inchoatæ & clausæ. Hinc sæpius inter eos hic sermo: Plurima pars hominum nescit, quàm suavis sit sopor in vacuo cubili quod solus quis occupat. Certissimum est,

Ecdi. c. 26.
vers. 20.

Incorruptio
fuit esse
proximum
Deo.
Sap. cap. 6.
vers. 20.

1. Cor. c. 7.
vers. 28.

quod Paulus prædixit: *Tribulationem carnis habebunt hujusmodi*. Ubi octodecim ut dixi, annos in parili virginitatis decreto sanctissime traduxerunt castissimi conjuges, nobilissimum celo spectaculum, Amon ad virtutis culmen enitens in montem Nitriam concessit, factus plurium Monachorum Patër; hæc in domum sibi relictam plures virgines adlocivit, & ades exploratæ castimonie jam concias in cœnobium mutavit. Mirabilis

A Deus in sanctis suis. O virginitas, ô sotor Angelorum! O victoria libidinum! ô Regina virtutum! ô possessio bonorum omnium!

S. VI.

Sed non est, quod hæc olim duntaxat facta censeamus. Similes pugnas hodièque, similes & triumphos spectat virginitas. Obstupesco, cum lego optimâ fide descriptas pro Castitate luctas planè admirandas. Et quis non miretur, corruptissimo hoc ævo castissimos tamen juvenes, virgines tamen integerrimas nec ad eum vili numero reperiri? Quibus profectò longè potior est castimonia quàm vita, suavis illis est mori quàm inquinari. Rem hinc ad compendium confero. Verissimum esse, quod dixit Chrysostomus (*virgo à bello nunquam potest cessare*) confirmant hæc pauca in specimen proposita.

Fuerunt hoc ævo, qui libidini omnino perdomandæ sacræ tempus, quod Domini Natalem antecurrit, non carnibus tantum abstinerunt, sed & solo pane ac fonte victitârunt. Quod alii pluribus diebus fecerunt. Sunt, qui toto anno carnibus abstinerunt. Alii quovis Veneris die aceto solum & pane inediam solantur. Verberibus & cilicinâ veste sic aliqui corpus affligunt, ut non desint, qui annum integrum fetis asperissimis seipos excruciaverint, eo fine ut sædiorum cogitationum impetus fortius repellerent. Diverberationes acerrimæ in oculis sunt. Aliqui noctu ad orandum surgunt, & proluxas preces nudis genibus absolvunt. Pro epilogo ferreâ se carenâ acriter cædunt. Cum flagellum deest, cingulum ferro præfixum in ejus rei usum venit. Sunt qui vulnera per verberationis ardorem exasperent sale. Dolæ in Christi Natalis pervigilio juvenis flammâ parum pudicas animo subdi senserat, at ille consilii non tardus, ut ignem hunc oppressum iret, nudum se in nives abjecit (en alteros Francicos) ut si quid voluptatis vel invito sese animo insinuâset, acerbitate frigoris penitus opprimeretur.

Fuerunt alii, qui Cupidinis vincendi causâ, aut in nives aut in spinas horridumque vepretum (en alteros Benedictos) sese voluntario jactu præcipitarent. Fuerunt alii, qui digitos in ignem extenderent, qui dentibus linguam invaderent, qui faxo pectus plangerent, qui pugnis faciem contunderent, ac quid penitus virginei floris amitterent.

Fuit Parthenius juvenis Lugduni, qui cum nulla alia servandæ integritatis supereffet via, manus suas in suum vultum armavit, & oris sui florem unguibus & cruore ita contaminavit, ut quid porro in ipso amaretur, nemo videret. En alteros Spurinas. Notus est Hetruscus ille adolescens, qui ubi mirâ sui specie sollicitari oculos advertit, oris decorem vulneribus confudit, maluitque deformitatem suæ sanctitatis argumentum, quàm formam alienâ libidinis esse irritamentum. Ingolstadii novus quidam Mutius, ipso animosior Scævola, patientissimam manum tam diu prunis admovit, dum flamma pestilens per viscera grassari desineret. Alii linguam moribus tantisper vexant, dum spurca cogitationum reprimant. Plurimi nudis asseribus aut pavimento indormiunt multas noctes ne suaviter cubent, aut ne inhonestis somnient, non raro cervicalis vicem capiti saxum subjiciunt. Sunt qui inter mortuos pernoctârunt, ne voluptatibus vitæ vincerentur.

Fuit qui sex omnino horas continuas in genua provolutus Christi Domini necem ac supplicia contempleretur, quod quidem potentissimum in his præliis telum est, omnibus hostibus formidandum. Quod magis mirandum, sancta hæc in seipsum crudelitas ingeniosa est: non enim desuerunt, qui urticas & rosarum spinas pro cilicio corpori applicarent, quos merito virgineas Rosas dixeris, qui sine spinis vivere noluerunt, cum Hortu-

Anno 1604.

Anno 1609.

Palad. lib. 4.
cap. 5.

H
e
p
P
m

O
H

De
epi
H
Ar
Sen
len
ms
Cs
ho
ta
co
fen
qu
im
gle

Hortulatum suum spinis videant in cruce coronatum.

Superioribus quidem sæculis pugnas edidit Castimonia feveras & admirabiles. Evagrius Presbyter libernas noctes in puteis egit, ut ab omni affectu libidinis corpus vindicaret. Bernardus Abbas in lacu, Benedictus in vepribus, Franciscus Assisias in nivibus, Dominicus in prunis seipsum triumpharunt. Tanta hominibus sana mentis fuit castitatis cura, tantum incestu voluptatis odiunt. At prisca nunc reviviscunt miracula, antiqua restaurantur prælia. Ita hodiè que à plurimis adolescentibus ac juvenibus castissimis Virginis MARIE Sodalibus incredibiles pugnae pro tuenda virginitate suscipiuntur; victorie illustrissima referuntur; veris ac decretoriis armis res agitur, jejuniis, flagris, ciliciis, humificationibus, vigiliis, rigoribus aliis inimicis in impurum Cupidinem pugnatur. Tentatio carnis & diaboli, materia triumphi.

§. VII.

Hic merito quisque sibi in aurem, imò in animum dixerit: Ecquid ego simile aut feci, aut facturus sum? Illis, & illis, & istis tanti stat sua virginitas: esurire, algere, sitiire, minus & incommodè dormire, dolores acerrimos sentire, aspera quæque pati non detrectant: modò sua sibi Castitas in tuto sit. Ah quam ego ad luctuosos istos remissus ac inertis dormitator sum? illi cælum rapiunt non sine generosa violentiâ, ego torpèdo & cuticulam curo. Si mihi ipse credo, virginitatem fortassis amo, sed pugnas pro virginitate refugio: cælum cupio, sed quantillum est, quod pro cælo laboro: victoriam & præmium affecto, sudare ac certare nolo. O militem in plumis! o athletam in mensis ac pœculis! Sed ut scias, non hæc ad virtutem itur, non hæc ad cælum pervenitur. Illud Chrysostomi hinc millies ingerendum: *Virgo à bello nunquam cessare potest.*

Hieron. 10.7. epist. 140. ad Principium, mihi p. 395.

Ovid. ep. 15. Heroidum.

Nulla reparabilis arte
Lapsa pudicitia est.

Claude igitur vas tuum, ne pretiosissimum hoc unguentum effluat, claudere virginitatem tuam continentiam tam linguæ quam oculorum, quam & aurium. Nec verò quemquam terreat quotidianæ pugnae difficultas. Quantò difficilior pugna, tantò gloriofior victoria. Ad has pugnas amore virginitatis obeundas Bernardus nos animans: *Differunt quidem inter se, inquit, homo pudicus & Angelus, sed felicitate, non virtute. Sed est illius Castitas felicitior, huius tamen fortior esse cognoscitur. Sola est Castitas, quæ in hoc mortalitatis loco & tempore statum quandam immortalis gloriae representat. Sola inter nuptiarum solennia, morem beatæ illius vendicat regionis, in qua neque nubunt, neque nubuntur: præbens quodammodo terris, caelestis jam illius conversationis experientiam. Quid ergo castitate decorius, quàm de hoste domesticum, Angelum de homine facit.* Atque ut præfici Patres loquuntur, major est victoria virginum, quam Angelorum. Angeli enim sine carne vivunt, virgines verò in carne triumphant. His confirmandis optimè dixit Hieronymus: *Virginitas frumentum, nuptiæ hordeum, fornicatio stercus.* Virgines sedent ad pedes Domini, virgines semper cum Domino loquuntur, virgines sunt terræ Angeli. Quis igitur decorem virginitatis aestimet, quæ amatur à Christo Rege, probatur à Judice, dedicatur Domino, consecratur Deo, remuneratur à cælesti sponso? Porro Deipara Christi mater, cuius honori hæc paulò quàm cetera diductius scripta,

Bernard. epist. 42. ad Henricum Archiepisc. Simonensem longè antemod. Castitas in hoc mortalitatis loco repræsentat statum quandam immortalis gloriae.

non solum virgo, sed omnium etiam virginum decus & specimen est unicum, ut nefas sit, sanctissimum ejus nomen in ordinem redigere, nisi pro typo sit & virginitatis ideâ: sed hunc praxim Castitatis addimus.

ACTIONS VIRGINITATIS

A C C A S T I M O N I Æ .

1. Hic caput rei est: Principiis obsta. Adest cogitatio? Repelle. Allicite imaginatio? non aspice, mentis oculos quamprimùm aliò averte. Motus, & cum hoste colludis? evidenti periculo Castitatem exponis. Job non solum à conspiciendâ, sed etiam à cogitandâ virginitate cavet. Scintilla vestri illapsa citò maculam inurit, nec eam submoveas: fœda cogitatio animum mox inficit, nisi hanc quamprimùm excutias.

1. Castimoniae praxis.

2. Proximum est nunquam otari, nunquam nec Secunda. exiguo quidem tempore. Feras quietere; nil agere, aut agere otia, languori ac somno indulgere, & simul castum esse, inaudita sunt; neque hæc unquam tam dispartia in parem amicitiam pertrahi poterunt.

3. Qui Castitatem amat, orationes & jejunia frequentat. Intrata est pudicitia, si horum desit alterutrum. Nimirum virginitas orationis thurs amat, quod sine mortificationis prunis nihil odoriferi exhalat. Jussa Domini sunt: *Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem.* Matt. c. 26. vers. 41. & Facile vigilat, qui promptè jejunit.

4. Feminarum aspectus, colloquia, munuscula, præsentiam, omnesque ejuscemodi occasiones cautè devitare. In sinu colubrum tutius quis ferat, quàm in oculis, in auribus, in animo muliebres blandicias. Procul è procul este, ab his dolosis ignibus, quos subinde honestatis favilla tegit; sed produntur, dum tanguntur.

5. Spectacula parum pudica, confabulationes non tantum obscenas, sed etiam protervas, imagines nudas, & inhonestas cantilenas, & libros omnes Venerem olentes studiosissimè fugere. Sed inter fugienda etiam choreas numerare, de quibus optimè dictum: *Chorea est circulus, cujus centrum est diabolus, & circumferentia omnes angeli ejus.* Quarta.

6. Verè Castitatis est, non tantum præsentium oculos vereri, sed etiam seipsum solum erubescere, nec audere clam facere, quod palam offenderet. Homo castus oculos assidue defixos gerit in Deum, in sui Custodem Angelum, in seipsum. Coram his tribus turpe quid facere, aut etiam cogitare, tam verecundaretur quàm coram toto terrarum orbe. Sic castissimus Amon Lycum flumen transurus, quia horrebat vestem ponere, & seipsum videre nudum, occultâ vi trajecit aquas. Ita Hieronymus, Ruffinus, Palladius supra laudati.

7. Curiositatem singulariter odisse: Curiositas & Septima. Castitas nihil unquam inter se amicitia habuerunt. Vanè curiosus & pudicus, otiosus & castus, prodigia sunt. Dina Jacobi filia, si non fuisset curiosa, non fuisset rapta & violata.

8. Vestitum mollem & ad avi leges concinnum in aliis non amare, à seipso penitus abdicare. Subinde vestis comptior plus libidini patrocinator, quàm forma liberalior. Quantum autem luxuriæ negotium promoveant vestes & corporis cultus, in Trimegisto nostro fufius docemus, quò Lectorem amandamus.

9. Ad omnes portas, hoc est, ad omnes exteriores sensus, perpetuas habere excubias, nec eas unquam laxare. Qui Castitatem diligit, non solum cum oculis, ut Jobus, sed & cum auribus & naribus, sed & cum lingua & manibus fœdus pangat, ut quidquid virginitati adversum occurrit, mox totis viribus rejiciatur. Castitatis est, non tantum omnem impudicitiam, sed omnem etiam impudicitia umbram horrere.

CAPUT XI.

Rosa Crystallina, seu, Jejunium
& Abstinentia.

§. I.

B.V. Maria
vita vera
fuit qua-
dragesima.
Ambros. l. 1.
de Virgin.

1. Reg. 17.
vers. 15.

OMnis beatissimæ Virginis vita, vera fuit, sic dicam, quadragesima, jejunii & abstinentiæ dicata. Beatus Ambrosius abstinentissimam Virginem demiratus: *Quid exequar, inquit, ciborum parsimoniam, officiorum redundantiam? Alterum ultra naturam superuisse, alterum pane ipsi naturæ desuisse: illic multa intermissa tempora, hic congeminos jejunio dies. Et si quando reficiendi successisset voluit, is, cibus plerumque obivus, qui mortem arceret, non delicias ministraret. Potuit virgo de se dicere, quod Anna Elcanæ uxor respondit: Vinum & omne quod inebriare potest, non bibi. Quod si Christus Filius tam eximie fuit sobrietatis, ut sit frigidam à Samaritide velut mendicus peteret, usque & mater non aliam habuit vinariam cellam, quam publicum urbis fontem.*

Thomas Aquinas super hac virtute differens: *Temperantia, inquit, tanto perfectior est, quanto quis pravis concupiscentiis magis caret. Atqui virgo beatissima non solum cibi potisque lautitias non inhiabat, sed singulari prærogativâ, ab omni ejusmodi cupiditate immunis erat. Ergo temperantia illius perfectissima fuerat. Hæc insitæ nobis à primigeniâ noxâ flammulæ in illâ tentus extinguitur, nihil pravi incendii poterant suscitare. In testem occurrens Chryostomus: *Beatissima Maria, inquit, ultra omnem humanam naturæ modum modestiam atque temperantiam excoluit, atque ob id universorum Dominum in utero gestare meruit. Quamdiu Adam in campis elysiis jejunus fuit, tam diu totius orbis dominus fuit. Ubi comedere cœpit, & orbem totum, & seipsum, & omnia comedendo perdidit. Hoc nativæ labis initium. Tam malè prandit in paradiso, ut aliquot millibus annorum pessimè cenaret in exilio. Continuisset manum, domuisset gulam, & paradisum, & omnia paradisi bona retinuisset. Heu pessimum prandium, quo duo soli homines omne cæli ærarium deoixerunt.**

Intemperantia non tantum animo, sed etiam corpori variè nocet.

O abstinentia! quam potens es pharmacum in omne vitium, nihilominus vile nobis esturæ pretium. Intemperantia cum cognata sit luxuriæ, illud cognationis istius proprium habet, non tantum animo, sed etiam corpori variè nocere. Intemperantia labores omnes altero tanto graviores reddit, vires subtrahit, morbos & dolores immittit, vivendi spatium abruptit. Profecto grande hoc paradoxum est. Omnes cupimus esse longævi & quam diutissime vivere, & tamen maximam partem tam intemperantem & confusam vitæ rationem sequimur, ac si hoc omni studio agamus, quam celeritè extingui. Intemperantiam, cui assuescimus, nulla nobis monita, non oracula divina, nulli qui inde sunt morbi dissuaserint. Egrotare malumus, & malè habere, quam frugalibus & temperantibus vivere. Modò nil subtrahatur gula, modò farciatur venter, cetera faciles curabunt superari. Non nescimus nil aquè longævitatè officere, quam victum varium, copiosum, immoderatum; nihilominus perniciem nostram amamus, & damnis nostris hilarescimus.

1. Pet. cap. 5.
vers. 8.

Qui verò rationem audit, nec experientiam excludit, sic apud animum suum statuit: Non possum ignorare, idque multo usû compertum habeo, quantum nocuenti non animo solum, sed & corpori adferat cibus potisque intemperantior. Ergo non conquiescam, dum meipsum in eum vivendi ordinem redigam, quo Deus non offendatur, non lædatur valetudo, conscientia non inficiatur. Agnosco Principis Apostoli essatum: *Frater, sobrius esto & vigilate.* Reverà fame atque abstinentiâ malis plerisque omnibus medelam facimus. Quod si

A experimento discere non recusarent, qui vitam immoderatiùs agunt, quam jucundum sit & suave, superfluis carere, ventrem rationi obedientem & bene moratum habere, parvo assuescere, stomachum, cibo potisque non obruere, panis contentum esse; sanè temperantissimi forent, & ipsi. Præsertim cum Virginis filius, sobrietatis & abstinentiæ magister imperet: *Attendite, vobis, ne forte graventur corda vestra in crapulâ & ebrietate.* Luc. cap. 21. vers. 34.

De Virginis matre, B. Bonaventura dignum memoratu referit in hunc modum: *Speiandum se præbuit celestis Virgo pia femina. (Elisabetham fuisse credi) tamque sic affata est: Dico tibi, filia, quod nullum donum, vel virtutem à Deo habui, sine magno labore, equanimâ oratione, patienti desiderio, profundâ devotione, & multâ afflictione, exceptâ Satisfactionis gratiâ. Et pro certo scias nullam gratiam in animam descendere, nisi per orationem & corporis afflictionem.*

Deus quidem spargit sua munera, sed ea nonnisi volentes, & industrii accipiunt; plurima Deus labore vendit, sed facili, & quem adhibet qui seridè vult. Fir nonnunquam, ut quærat quispiam: *Quanti hoc emilitantia, ait alter, aut tanti. Mox addit primus: Non emisse te dicas, sed invenisse aut dono accepisse, cum minimo emeris. Ita Deus sua labore vendit, nos emimus, sed emimus minimo, quocirca potius dono accipimus. Sæpissime optimus Deus facit, quod mater solet, quæ aut panem, simlagineum, aut botrum maturum alicuiusculè manu tenet, & alliciendo puerulo: *Habebis hoc, ait, si contigeris. At puer subilit & apprehendere conatur, quod in præmijum proponitur. Mater equidem sic posset tenere, quod data est, ut puerulus id nullo saltu, conatu nullo tangeret: at illa sensim ac clementer attempertat manum ad filiolu conatus, ut post fatigationem non longam, quod cupit, obtineat: ita omnino Deus nobiscum agit; nos aliquid laboris sumimus, conamur & assilimus; abstinentiâ & jejunii corpus exercemus, sic benevolam & planè maternam Dei manum ad nos trahimus, non quia nos tam laboriosi, sed quia Deus tam facilis ac bonus.**

§. II.

Quando igitur Virgo beatissima continuis precationibus ac jejunii tanta sibi dona promeruit apud Filium, sanctissimi quique hominum ritè fecisse censendi, qui virginis abstinentiam cum imitari, tum venerari studuerunt. In exemplum è plurimis paucos produco.

Nicolaus Tolentinas vir sanctus & abstinentiâ singulariter clarus, quavis hebdomadæ, diem Lunæ, Mercurii, Veneris, & beatissimæ Virginis honori Sabbatum inediâ traduxit, nec corpus nisi semel his diebus refecit, idque pane tantummodo & aquâ.

Admirandum est, quod femina, quod Regina, quod inter delicias & in aulâ fecit Elisabetha Lusitanæ Regina, quæ præter quadragesimale jejunium, alios insuper 40. dies ante diem Virginis in cælum assumptæ, sed & quamlibet sextam feriam, & omnia Virginis diviniæ pervigilia jejunii tam rigidis consecravit, ut extra panem & aquam gustarit nihil. Ita dimidium pæne annum religiosissimâ inediâ traduxit, tam alti sanguinis mulier.

Carolus Bortomæus sanguine Princeps, & Romanæ curiæ purpuratus senator, anno millesimo sexcentesimo nono in divorum album relatus, virginem Deiparam ita coluit, ut quotidie illius Officium & Rosarium genibus nixu recitaret, omnibus ejusdem pervigiliis sic jejunaret, ut toto illo die præter panem & aquam nihil libaret; & ubi deum ad salutandam Virginem signum audisset, mox in genua supplex ruit: in curru sedisset mox è curru descendisset: in equo fuisset? ex equo quamprimum desiliisset, & uriter se dabat, in cæno fixisset genua. Tantò ista rectius, quanto submissius.

Joannes

Bonavent. de vita Christi cap. 3.

B.V. Maria continuis precibus ac jejunii tanta dona sibi promeruit.

Eam intulatus est Nicolaus Tolentinas.

Elisabetha Lusitanæ Regina.

See, Portu gallia. Hæc peccatis pauperibus distribuendæ, ut regem liberent, liberent tempore in curiæ purpuratus senator, anno millesimo sexcentesimo nono in divorum album relatus, virginem Deiparam ita coluit, ut quotidie illius Officium & Rosarium genibus nixu recitaret, omnibus ejusdem pervigiliis sic jejunaret, ut toto illo die præter panem & aquam nihil libaret; & ubi deum ad salutandam Virginem signum audisset, mox in genua supplex ruit: in curru sedisset mox è curru descendisset: in equo fuisset? ex equo quamprimum desiliisset, & uriter se dabat, in cæno fixisset genua. Tantò ista rectius, quanto submissius.

Perpinnam orat. 1. Escob. bri de cæ.

Gr pat ad viu

Ab tia me mc

Gr 1. d. ben. li. si. per. 1. q. 21.

Joannes Godefridus Bambergensis & Wurzburgensis Pontifex, qui Ratispone in Comitibus Septemvirorum obiit, per omnem vitam die sabbati beatissime Virginis matris honori jejunavit.

His annuero, quos optimi scriptores laudant. Walterus de Birbach antequam in Cisterciensium monachorum familiam transfere, quovis Veneris die, & omnibus beatae Virginis pervigiliis inedia se maceravit.

Idem fecit beatus Didacus & divi Francisci familia, quem summus Pontifex Sixtus V. caelium numero adscripsit. Idem fecerunt alii, faciuntque etiamnum hodie innumeri, qui omne sabbatum in divinae Virginis honorem jejunio plorunt. Viam hic aperitissimam habemus, & vestigiis plurimorum tritam.

Igitur non dormiamus, sicut & ceteri: b sed vigilemus, & sobrii simus. Haec est enim voluntas Dei, sanctificatio nostra, ut abstinemus nos a fornicatione. Proximus ad virtutem trames est abstinencia & continentia: absque his est, & perit Castitas, Fames virginitati amicissima. Neque continentiam diu servabit, qui neglexerit abstinentiam: ut illa libidini possit resistere ac luxuria, haec resistit gula. Ubi tenuis victus, ibi etiam tenuis voluptas, & munda sobrietas. Illecebris gula caruiss, est vitis viam praeceptis. Habet suas & jejunium, atque abstinencia illecebras, dulciores illas ac faciliores cum quaeri tum servari. Has ubi gustare ac ruminare coeperis, pravus non magnopere requireres.

Quor magni viri ultra se voluptatibus abdicantes, panem & aquam in deliciis habuere? An vero gulae ac voluptati quemquam sic obnoxium opinemur, ut non illam valde oderit, si adjunctum ei damnum aut dedecus intueri oculis possit? sed funesta suavitatis ac leralis titillatio, virtutum hostis est, quam qui sequitur, homo quidem videri potest, reipsa brutum est animal.

S. III.

Verum contracta cum vitii familiaritas, & consuetudo rerum pessima mortalem praestringit obtutum, ut discerni nequeat, quam decorum sit quod torquet, quam foedum quod mulcet. Quandoque victum ut nimis angustum & asperum accusamus; gulam deberemus, ut nimis capacem & amplam. Gula unicuique & visu angustum ostium, per hoc tamen omnibus vitii in animum irruentibus patens est iter. Vitium hoc unicuique victorum pane omnium ingressus est. Per unum hoc gulae ostium & Libidinis flamma, & torpor ingenii, & irarum ac jurgiorum fervor ingreditur. Gulae vitium non tantum supervacua, sed etiam damnosa nobis necessaria efficit, hinc nobis ruina est, quod munimen vitae dicimus.

At contra virtus abstinenciae non solum vitii, sed & morbis medetur. Italorum Medici rectissime omnium sentire mihi videntur, qui omne genus morborum abstinencia & fame velut principe omnium antidoto aggradiuntur. Optima sane methodus, ut ab ea re ducatur sanitatis principium, cujus neglectus fuerat initium morbi. In Medicorum scholis exploratissime veritatis est, neminem morbo corripiendum, qui accuratè caverit, ne nimio cibo potuque cruditatem contrahat.

Abstinencia capitis dolorem, cerebri vertiginem, oris fetorem, ructum, nauseam, vomitum, suipius tedium ac fastidium auferit. Abstinencia tremulas manus, instabiles pedes, nutans caput, quodque est optimum, & animum ipsum moderatur & frenat. Abstinencia, modò ea non immoderata sit, vitam longè felicitatis extendit, quam scilicet acetum, quam Elixir lapis, quam quinta, ut vocant, essentia, quam portabile aurum: operosa nimium sunt ista, nimiumque pretiosa, nec nisi à paucissimis usurpari solita. Abstinencia omnium est, nec ea è pharmacopolio petenda, neque pretio ulla

Tom. I.

emenda; omnibus se venum exponit, emittitur autem voluntate, vel mediocri patientia.

Chrysolomi dictum est: Qui Christum amat, famem non timet. Imò jucunditas victus, est in desiderio, non in fatigata, & abstinenti deliciae sunt, quidquid cum cupiditate sumperit; qui onerosam sequitur ingluviem, jucunditatem non sentit, & insuper valetudinem laedit. Victum moderatum ac parcum tam virtutis amatores quam adversarii laudant & hostes.

Plato Syracusanus mentis damnat, nec ullo modo sibi placere ait, bis in die saturum fieri. Epicurus in ole-ribus suis voluptatem ac delicias ponit, victumque tenuem rebus ac verbis probat. Ventrem seu stomachum. Annaeus excelsus: Non est, inquit, molestus creditor, parvo dimittitur, si modò das illi, quod debes, non quod potes: lautum scilicet & affluens. Hos itaque (ut ait Sallustius) ventri obedientes animalium loco numeremus; quosdam verò nec animalium quidem aut jumentorum. Jumenta multum quidem, sed pro captu suo ventri ingerunt. Nos animantium domini mensuram nostram soli & nescimus, & excedimus. Neque de nihilo est, quod multi mirantur: avo superiore, avorum memoria, vineas multò pauciores fuisse, homines autem totidem, aut plures atque nunc sunt, vina tamen longè vilis veniisse: ita quotidie sitis eborum crescit. Nimirum nescit cupiditas, ubi finitur necessitas; nescit gula, quantum decurreret vita neglectis abstinenciae praecipis.

Maximi virorum summis rigoribus, inediaque pane continua corpus exercebant, & diutissime vixerunt.

Chrysolomi. de Lazaro. Divite. Senec. epist. 21. sine. epist. 60.

Parco victu diutissime vixerunt.

S. IV.

Paulus eremicorum primus ad annum centesimum decimum quintum vivendo venit. Centum omnino annis eternum habitavit. Annis quadraginta dactylis & rivulo vixit; annis 60. panem dimidium quot diebus à corvo accepit, uti Hieronymus disertissime testatur.

Paulus Eremita.

Antonius Magnus Imperatori Constantino & filii non ignotus, annum centesimum quintum attingit. Annis 90. in solitudine fuit. Extremà senectute pani & aquae, quotidiano victui aliquid oleris addidit, teste Athanasio. Ad idem aetatis pervenit Theodosius Abbas.

Antonius Magnus.

Hilarion etiam meditationi deditus, & naturae fuerit tenerioris, in maximam tamen vitae asperitate octoginta quatuor aetates vidit, septuaginta annis eremum incoluit. Vir iste mirae fuit abstinenciae, neque enim unquam à sole visus est comedere, quod Hieronymus affirmat.

Hilarion.

Jacobus Persa, eremicola victu tenuissimo partim in caenobio, partim in eremo ultra centesimum, quatuor annos inter mortales egit, quod Theodoretus narrat. Idem aevi attingit Joannes Episcopus Coloniae in Armenia.

Jacobus Persa.

Julianus Saba femel intra hebdomadem, pane, aqua, sale reficiebatur, & de vexam adeptus est senectutem.

Julianus Saba.

Macarius, cujus sermones extant, nonagesimum annum excessit, annos sexaginta in eremo perpetuis jejunii traduxit. Annis similiter nonaginta vixerunt Paphnutius, Silvester, Auctor Ordinis de monte Fano, Zenobius Episcopus Florentinus.

Macarius.

Arfenius Arcadii & Honorii Imperatorum praecceptor, ad annum centesimum vigesimum aetate processit. Inter turbas aulicas sexaginta quinque, in eremo quinquaginta quinque annos explevit.

Arfenius.

Simeon Stylites annum aetatis centesimum octavum egressus est. In caenobio annos decem, in columnam unum & octoginta exegit annos. Magnum abstinenciae & tolerantiae miraculum.

Simeon Stylites.

Isidorus nunquam à mensa surrexit satur, vivacissimus semper coloris, menses octoginta quinque numeravit.

Isidorus.

Romualdus Italus cultu & victu asperissimo centum & viginti annos confecit. Religiosa vitae sentum omnium

Romualdus Italus.

nido annos consecravit. Eandem ætatem assecuti, ad annum etiam centesimum vigesimum pervixerunt beatus Samson Episcopus in minori Britannia, Simeon Episcopus Hierosolymitanus & martyr, Joannes Romanensis Abbas, & Alferius Abbas Cavenis, & ipse sanctus Simon Apostolus.

Udalricus.

Udalricus Paraviensis Anqistes ad annum centesimum quintum ætatis duxit spiritum.

Maclovius.

Quid miramur? Maclovius Aethensis Episcopus annum ætatis centesimum trigesimali attingit.

Franciscus de Paulâ.

Franciscus de Paulâ vir admirabilis abstinentiæ semel in die post solem occasum reficiebatur; ad panem & aquæ potum vix aliquid ejusmodi obsonii abhibebat, quo vesci licet jejuniis verno; vitam tamen produxit ad nonagesimum primum annum.

Parilius Camaldulensis Monachus.

Parilius Camaldulensis Monachus annum ætatis centesimum decimum sextum; Guilielmus Abbas Roschildensis nonagesimum octavum; Euthymius Abbas nonagesimum nonum, beatus Raimundus annum centesimum vivendo implevit.

Martinus Taronensis Præsul. De hoc alii aliter sentiunt.

Martinus Taronensis Præsul duravit usque ad annum ætatis octogesimum sextum. Epiphanius Cypri Pontifex annos centum quindecim complevit vivendo. Hieronymus Stridonensis ad annos octoginta; Augustinus Hipponensis Episcopus, ad septuagesimum sextum pervixerunt. Remigius Rheimensis Episcopus universè nonaginta sex annis vixit, Pontificis munus (quod rarissimum est, & nescio an cuiquam alteri concessum) annos totos septuaginta quatuor administravit. Beda Presbyter à septimo ætatis anno ad nonagesimum secundum vitam duxit religiosissimam. Atque hi, quos nominavi, & miræ fuerunt abstinentiæ, simul tamen etiam vitæ, ultra quam solitum proluxæ. Verùm

Antè diem clauso componet vesper olympo.

quàm omnes & temperantiâ commendabiles, & longævitate illustres percensuro. Nos alii passim, velut vulgus ignobile, vitam sepelimus poculis, & ipso, quo ævum esset producendum, abrumpimus, edendo scilicet & bibendo. Propter crapulam multi perierunt, verissime dixit Siracides: Qui autem abstinens est, adjiciet vitam. Quod enim, ut Chrysolomus loquitur, necessitas in edendo excedit, id non alimentum, sed pestis & venenum est. Hinc ortum illud à Sapientibus utilissimum effatum, plerisque omnibus conducit: Quantum adimis escæ, tantum adjicis vitæ.

S. V.

Abstinentiam in victu etiam Gentiles observarunt: Augustus orbis imperator.

Ed ne illorum, quos antè recensui, longiorem vitam aut miraculo aut raræ sanctimoniam tribuamus, addam paucos quos planè profana, sic dicam, abstinentia ad annos plurimos perduxit.

Augustus orbis Dominus Imperatorem annis quinquaginta sex egit, ad annum porò septuagesimum septimum provectus est ætate. Fuit, quod Suetonius testatur, cibi minimi, & vini parçissimus; nec enim sextarium bibendo egressus. Ter solum bibere solitus super cenam, quam tennis ferculis, aut cum abundantissimè, senis præbebat. Prò, Superit Imperator Romanus velut religiosissimus Carthusianus, non tantum genitii more, semel dumtaxat de die edere, & tria solum, aut cum laucissimus fuit, sex fercula consuevit apponere. Sartores nostri & cerdones superant. Nostro avo pro tribus aut sex ferculis ducenta & trecenta ponuntur, luxu proflax intolerabili. Hæc dicimus, hæc vociferamur, hæc scribimus, hæc occentamus centies; quid luxui subducitur? modò non assidue adderetur.

Aurelianus Imp.

Augusto jungendus Aurelianus Imperator; vixit is sexaginta sex annis, pharmacum sumpsit nullum, venam incidit nunquam. Omne illius pharmacopolium fuit quotidie horam unam obambulare, quot mensibus uno die toto, cibo porique abstinere. Optimus Heracli-

ti dictum est: Anima sicca, anima optima. His addo paucos alios.

Hermodicus homo debilissimus, Aristotele teste, dietâ suâ cibique abstinentiâ ad annum centesimum se se provexit. Plato, qui bis die uno saturum esse, noxium censébat, octoginta hiemes numeravit.

Democritus & Hippocrates abstinentissimi ad annum centesimum quintum extenderunt vitam.

Galenus Medicorum summus, & quod aliis inculetârât, mirè temperans, centies vicies Calendas Januariæ vidit.

Zenon Cirticus vir annorum nonaginta, subinde ita se confecit inedia, ut deficeret.

Esseni, Josepho auctore, ob vivendi ordinem & victus simpliciteratè diutissime vixerunt, & plerique centum annis. Cibus illorum panis & pultes.

Brachmanes apud Indos ob frugalitatem mensæ longævi meritò & senectutis decrepita habentur. Petrus Massejus refert in Indiâ repertum senem, qui vitam ad annos trecentos triginta quinque traduxerat: prodigium hominis longævi. Ante annos non adeò multos Proepiscopus Bambergensis in Turingiâ circiter sex millia hominum oleo sacro perunxit, inter hos plures ducentis, qui annum centesimum excesserant. Unus singulariter observandus, qui annorum centum quinquaginta fuit, viri hujus filii annum centesimum impleverant, septuagesimum nepotes. Atqui hoc genus hominum parco, tenui, rigidòque victu ad id ævi propagat vitam. Quot hodieque in Alpibus & Vallibus degunt, qui usque ad annum octogesimum aut nonagesimum durant, & plurimis annis nil vini aut carniùm libant? Et nuper à nobis visus est, qui annos ætatis numerabat centum viginti, non aliâ uls medicinâ, quàm victus parifimoniâ. Quid igitur causæ est, quòd plerumque in urbibus perquam rari ad sexagesimum, rarissimi ad septuagesimum, plurimi nec ad quinquagesimum quidem annum pertingant?

Quid, quæso, causas querimus? Vorando (cum veniâ) & potando perdimus vitam. Gula immensè spatii sepulchrum, quotidie haurit innumeros. Si minus sumeremus escæ, plus haberemus vitæ. Pulchrè & verè dicunt Itali: Qui multum vult comedere, comedat parum. Plus enim juvat cibus qui superest comedenti, quàm qui ab illo comestus est. Certissimum: In multâ escis erit infirmitas. Id optimis rationibus, & vero etiam experimento sui confirmat Ludovicus Cornarus Veneticus, vir eruditus, qui insignem proflax libellum scripsit de vitæ sobriæ emolumentis. In testimonium de se ipso adjiciens: Morbis variis, inquit, ad annum usque quadragesimum exercebar, & jam stomacho, jam febre, jam pleurite, jam prodagrâ laborabam. Tandem vir iste Medicorum suâ rationem vitæ temperatissimam ingressus, in eam se abstinentiam redegit, ut unius anni spatio à morbis planè omnibus sit liberatus. Anno ætatis septuagesimo seu equorum perulantiâ, seu aurigæ incuriâ, in rhedâ miserè raptus brachium & crus fregit, ut triduo morti proximus haberetur. Convaluit autem sine pharmacis. Omnium loco erat ei abstinentia, quæ malignos humores in affecta membra subsideretabat. Anno octogesimo tertio tam sanus & alacer, tam vegetus & integrarum virium erat, tam illi genua etiamnum virebant, ut gradus & montes facillimè scandere, è plano equum inilire, comædias scribere, pleraque omnia pro juvene facere potuerit. Quantum ergo, inquis, cibi potusque sumpsit vir iste? Diurnum cibi dimensum duodecim fuerunt uncia, pane ac omni ciculo computato. At verò potus uncia fuerunt quatuordecim. En totum mensæ apparatus in singulos dies. Et assleverat Cornarus sanctè, quoties vel pauculas uncias adjecisset, in pristinos se morbos recidisse. Hæc ipse largiore stylo prosequitur. Vide Leonardi Lessii Hygiasti-

Hermodicus.

Democritus & Hippocrates. Galenus. Alii ajunt annis 70. alii 140. Galenum vixisse. Josephus lib. 2. de bello. Ind. cap. 7.

Job c. v. 1 c. Greg. mor.

Zach. 100 4. emb.

Plura de hiis refert eruditionis & abstinentiæ deus Hippolytus Guarinius lib. 1. Excerptand. cap. 11.

Pelag. 4. ann.

Eccl. 37. v. 33. Abstinentiâ cibi ad jici vitam exemplo monstratur.

Vesperi infirmitatem.

Hygiasticon, cui Cornari, quem dixi, scriptio adjuncta, & Anverpiæ edita anno millesimo sexcentesimo decimo tertio.

§. VI.

Incredibilis profectò vis est abstinentiæ. Verissimè dixi, Incredibilis. Nam plurima pars hominum mavult alia omnia, quam istud credere. Abstinentia laudatur & alget. Credat hæc, inquam, qui vult, nos more nostro pergimus, nihil mutamus, re suâ genium fraudare insuavis præceptio. Nos turburcinarum & copiosè cibum ingerere consuevimus; os & stomachum in alios mores recoquere molestum nimis & difficile. Ergo viâ, quâ cœpimus, eâ pergimus.

Pergite mei homines, pergite: at ubi morbi, ubi nausea, ubi dolores, ubi tussis & febres hinc illic vos vellicarint, intemperantiæ vestræ gratias agite; ab illâ sunt hæc gratiæ. Nequam exactor est venter, plus petit, quam ei debeatur. Homo immoderatus clamorem exactoris non audit. In hæc Jobi verba Gregorius: *Clamorem exactoris, non audit, non audit, est tentationum motibus non consentire.*

Sed num ad eò abstinentiæ jugum excussimus, ut nihil nunquam libeat facere ad imitationem eorum, quos abstinentissimos laudamus? Videte è multis millibus non multos, sed multæ abstinentiæ

Beatus Sabas hortulanum agens à pendulis ex arbore pomis toties ad dulce furtum alliciebatur, ut demum victus ab hac appetitione pomum unum decerpserit. Sed mox dæmonis fraudes hinc subodoratus pomum abjecit, graviter ingemiscens, quod non ipsis statim principis obstitisset, & illicitos hosce motus in se acriter castigans sibi legem fixit, ut vitâ omni reliquâ pomum nullum ederet. Ex hoc tempore in eam se consuetudinem perduxit, ut nascentem semper consuetudinem jugularer.

Refert Pelagius, quâ ratione vir sanctus gulam elutiserit cunctando. Nam optimus hic Asceta subinde primâ diei horâ tantum edendi desiderium, & vires corporis tam prostratas sensit, ut putaret se imparem his sustinendis. Ita tamen secum ipse locutus est: Quantumcunque esuriam, hora tertia esse expectanda, & tunc corpori sua non negabimus. Auditâ horâ tertiâ iterum cunctari ac differre, & hæc sibi dicere: Expectemus, queso, ad horam usque sextam. Cum verò jam sexta linea tægeretur umbrâ, aliquot faxei panis buccellas in aquam conjiciens: Dum panis, ajebat, emolliatur, laboremus atiquantum. Ita sanctissimè fallendo gulam expectavit horam nonam. Tum denique laboribus & precationibus omnibus ritè absolutis, ad illas fontis ac mollioris lapidis cupedias accubuit, fumpitque cenulam, postquam non lavantur manus. Atque hoc diebus plurimis fecit, seque ipsum victoriâ triumphavit nobilissimâ.

Die quodam, cum eadem prorsus cunctatione genium ab horâ primâ ad nonam ludificaret, vidit è sportellâ, in quâ panis erat, tetrum fumum emergere, qui non obscure cacodæmonis fraudes detexit. Siquidem ab illo die, nec illa tam molesta fames, nec virium defectio eum amplius fatigavit. Hinc abstinentiæ semper amantissimus vixit.

His omnino progressibus, hoc compendio facillimè discitur abstinentia, si quis sibi ipsi hoc persuadeat: Quæso te, his saltem pauculis horis, hoc saltem die, non sinamus gulam esse dominam, & quod facillimum his aut his fuit, abstineamus. Ita proximis horis, diæque proximâ longè facilior erit gula victoriâ; nam & auctior erit divina gratia, ob primam pugnam cum ratione initam.

Liceat quæso, mi Lector, cum veniâ tuâ hinc paullo spatiosius excurrere. Id enim necessarium prorsus existimo. Nam, ut candidissimè dicam quod res est, nos ipsi filum vitæ injectâ manu sapissimè secamus. Liceat

dicere: Nimiùm voramus, aut potamus nimiùm, aut utrumque jungimus. Hæc forfices præcindunt vitam. Si major esset abstinentia, longior esset & vita. Si ori persuaderemus ut minùs comederet, eo ipso persuasum esset mori, ut tardius nos hinc abduceret. Ingluvies nostra, & abstinentiæ odium, & morbos & mortem; & omne malorum vulgus sponte advocat. Jam supra demonstratum est, quibus minimum erat cibi, iis plurimum fuisse vitæ. Illis & hos addamus.

Religiosissimus in eremo senex, Pelagio teste, ejus quàm commode personam agimus, cuius se Palladius vir temperatissimus in solitudine degens accusabat. Erant enim cum illum quidam interrogans: Vis, inquit, episcopos fieri? Nequaquam, ait Palladius, jam enim sum. Er ubi, quæso, air iste? In culinâ, respondet, & in cellâ, in penore & in mensâ, in doliis & ollis; huc meæ feruntur curæ, hæc ego diligenter inspicio: vinum, si acuerit, spono, & melius bibo; nec ollam cæcus transeo, si sal aut aliud quippiam condimenti defuerit, addo, & cibum gulæ optatiorem paro. Hæc vir optimus abstinentiæ specimen, in sese jocus est. Mitræ jocos. Mutato nomine de te, deque me, deque nobis aliis fabula cantatur. Quanti ollam accuratius curamus, quàm animam. Vivimus ut edamus; ætèrnum verò vivere, id interminores curas numeramus. Rectissimè dixit Socrates: *Alii vivunt ut comedant, ego comedo ut vivam.*

§. VII.

Hic memoriam subit Serapion Sardonites, vir integerrimus, & concionator religiosissimè facetus. Athenas venerat Serapion, & mox turbam novi rumoris cupidam facillimè advocavit. Non deerant, qui quærerent, unde domo esset, unde gente, quid tanto sibi vellent promissor hiatu. Hic ille: Viri Athenienses, inquit, ego quidem Ægyptius sum gente, dum autem exul erro à verâ patriâ, à tribus feneratoribus multum exagitor. Duorum quidem æs alienum excussi, unus etiamnum infestus est, & suâ me tyrannide premit. Quinam illi, ajunt, & ubi sunt? voce aut digito monstra. Hic Serapion composito ad acrimoniam vulu: Tres illi feneratores perniciosissimi sunt, inquit, Avaritia, Fornicatio & Gula. Duorum, Avaritiæ & Fornicationis, sævitiam evasi. Nec aurum, nec oculos habeo: jam vacuus canto coram latrone viator. Sed nec delicias libidinum fomentis uror. At exactor tertius inhæret adhuc; nondum à gulâ immunis sum. Jam quidem pæne quadriduum dentes mei ferias agunt, nihilominus & tantò magis molestiam facit venter, & edulium posciti: cuperem aliter vivere, si possem. Notârunt prudentiores mendicum esse à nummis, non item à virtute inopem, & pecuniam ac panem suppeditârunt, placando feneratori tertio. Sapienter omnino Serapion.

Sunt qui Cupidinem & Plutum vincant, à Gulâ crebrius vincantur. O dirum feneratorum, cui nunquam satisfeceris, licet millies satisfacias! Ideo Isidorus Alexandinus presbyter è mensâ sumpturus cibum, prius potum fundebat ex oculis. Causam cur fletet rogatus: Quia, inquit, ut pecus ad pabulum inhio, cum ad delicias paradisi sim conditus. Apud hos abstinentia in pretio est. Nec minùs apud istum.

Fuit vir magnus Episcoporum Antistes, qui ante forenses epularum preces, in mensâ ficos conspexit, quæ maturâ dulcedine suâ invitabant ad raptum. Vidit, &

Xxx 2

Job cap. 39.
v. 10.
Greg. l. 30.
mor. cap. 13.

Zach. Lippellio 4. Decemb.

Pelag. libello 4. num. 58

Vespertinam nostram serapionem.

Pelag. libello 13. num. 3.

Rosvold. lib. 8. de vitis Patrum. Historia Lausiacæ. 43. mibi p. 740.

Calum intelligebat.

Tres feneratores perniciosissimi sūt: Avaritia, fornicatio, & Gula.

Palladius Lausiacæ cap. 1.

Ioan. Major in specul. mibi p. 787.

unam sustulit. Sed antequam sicum inferret ori: Heus, inquit, o domina gula, nimium præcipitas. Hæc tibi multa esto, sicutus hodie omnibus ut abstineas.

Sic discitur abstinentia, quando sic crebrius punitur gula. Et quid corpus, pigeritum pecus, in faginam damus? Aliter docemur a temperantia doctore Christo, aliter a Christi discipulis, aliter a sanctissimis quibusque viris. Quid memorem illos Exemi Angelos Pachomium, Hor, Apollonium, Theonem, Posidonium, Ouphrium, Macedonium, Pionem, Palamonem, Timotheum, Pambonem, Dorotheum, torque alios, quorum aliqui annis plurimis pane arcto & aqua brevi victitant, alii etiam pane abstinerunt, & herbis duntaxat crudis, aut sale & aceto leviter inspersis, vitam tolerarunt, plerique omnes vix unquam cocti aliquid gustarunt. Hinc notum illud Hieronymi: *Languentes etiam Monachi frigidâ utuntur, & coctum aliquid accepisse luxuria est.* Recens aqua Creticum fuisset non paucis, qui scilicet præter rorem, potum alium omnem ignorarunt. Apud hos nihilominus, tanquam si lautissime comessent, biduana & triduana jejunia fuerunt usitatissima. Hoc proflus est non crapulam, sed inedia inedia domare.

Isa. cap. 30. v. 20.

Hieron. epist. 22. ad Eusebium.

Aliquorum sobrietates.

Illa hic singulariter observanda. Pambo jam ultimæ lineæ admodum: Ex quo, aiebat, solitudinem habere cepi, panem gustavi nunquam. Pion quod minus blandiretur corpori, obambulando, & carptim sumebat cibum. Hilarion post occasum solem quindecim caricas edere solitus est. Hoc illi jentaculum, hoc merenda, hoc prandium, hoc & cena fuit. Sed aliquot annis sex panis uncias & oleis aliquid, sed sine oleo comedit. Annis sequentibus solum panem cum sale & aqua in mensulam admisit. Sed & hoc nimis lautum videbatur. Etate jam ingravescente herbis tantum & radialis vixit, leguminibus & pomis penitus exclusis. Ultimâ ætate cibus ei simulque potus fuerunt sorbitiuncula & farina & olere confecto, harum tamen singulæ quinque uncias non excedebant. Ante solis occubitum, nihil unquam gustavit, nec festis quidem diebus, nec quidem etiam in morbo.

Theodoretus lib. 4. hist. cap. 26. & apud Rufinum lib. 17. cap. 17.

Abraames, Theodoro teste, Carrarum Episcopus, quanto tempore Antistes fuit, eâ edendi parsimonia vixit, tantis abstinentiæ rigoribus se exercuit, ut ei panis & aqua, lectus & ignis planè supervacanea essent. Lecto non egebat, qui primam mediam noctis partem precando, alteram sedendo & nictando consumpsit. Vitam sine pane tolerari posse, diabolo responsum est à Christo. Nihil testimonii est, posse hominem sine aqua vivere: revera tamen potuit Abraames, qui nec olera, nec panem, nec legumina igni & aqua domita, sed intyba solum & lactucas, aut fructus, similiaque quæ cibus & potus essent, comedit, idque tantum vesperi. Ita pistorum & coquorum artes sibi superfluas ostendebat. In hospites autem hic ipse sanctissimus vir tam pronè liberalitatis fuit, ut iis niveum panem & primarium, vinum generosum, olus probe conditum, nobiliores pisces, & quidquid opulentus amor suggererat, apposuerit, & verò etiam assederit, ac Carpum egerit: partes distribuere, calices obrulerit, ut largitus ederent ac biberent, animaverit. Deus! tot in uno homine distinctissimas virtutes miramur: & imitari possemus, si vellemus.

§. VIII.

Porò quanti & carnibus & vino semper abstinerunt? Beatus Dominicus decennium totum amore castitatis vino carere potuit. Beata Clara diebus tantum Dominicis vinum libavit potius quam bibit, jejunium quadragintidiale sicco pane & aqua transmisit. Gregorius Lingonienis Præsul & gulam & vanam gloriam una velut jaculo confodit. Nam panes edebat ha-

Alli legunt Lingonienis. Obiit circa annum.

deaceos, crustâ tamen triticâ obductos, ne singularis hæc abstinentia plausum inveniret. In aquæ verò poculum tantillum infudit vini, ut aqua saporis sui nil perderet, & tamen colorem mutaret. Ita gulam generosissimè vicit, & tamen ostentationem effugit, soli enim Deo placere affectavit.

Franciscus Hareus die 4. Jan. Zach. Lippelo eadem die. Meminit huius Gregorius Turon. l. 3. hist. Francorum c. 19. & de vitis SS. Patrum cap. 7. b. Laurent. Sarius & Zach. Lippelo 29. Novembr.

In eandem laudem venit b Radbodus Ultrajectensis Antistes, qui vix ossibus hærens, biduanis tamen atritriduanis jejuniis non carnem sed ossa macerabat, neque solum carnibus & vino, sed omni lautiore victu penitus abstinebat: & quò tuiore coleret sanctimoniam, onyche & auro bibebat aquam, & assidue vultus serenitatem præ se ferebat. Ortho Bambergensis Episcopus, dicitur Episcopus fuit, panem ad satietatem nunquam comedit.

Philippus Nerius, anno 1622. à Gregorio XV. in Sacerdotum tabulas relatus, cum annum ageret decimum nonum, hanc sibi legem fixit, ut de die semel tantum reficeret corpus, idque non aliter quam pane in cibum, & aqua in potum admisâ, nonnunquam toto triduo his etiam tam frigidis deliciis abstinuit. In Sacerdotum ordinem coopertus, manè jentavit parcissimè; jejunus inde duravit ad cenam, quæ tamen tota plus non exhibuit quam duo sorbilia ova, vel ovorum loco leguminis aliquid aut oleris. Plura fercula eadem mensâ nequaquam sibi passus est apponi, carnibus & pisciculis rarè, pulte aut edulsiis lactariis nunquam est usus. Vinum ei modicum, & maximè dilutum. Et quod admirandum, nulli unquam ferculo arrisit. Dixi, beatum Nerium in unam mensam plus uno ferculo non admisisse; idem maximi etiam viri fecere. Illud orbis decus Angliæ Cancellarius Thomas Morus vinum non nisi dilutum bibebat, unico plerumque cibo vesceretur, carne bulbâ, cetera omnia tamen si numerosa fercula, velut lignea spectabat.

Thom. Stapleton, c. 6. in vita sua pag. 94.

Carolus Borromæus purpuratus Senator hoc etiam ævo Cælitibus adscriptus, eò demum abstinentiæ se redigebat, ut quotidianum pane & aqua jejunium servaret. Dominicis tantum ac festis diebus hac lege solutus. Et hanc vitæ rationem ad obitum usque tenuit. Imò ipsos etiam festos dies in eam frugalitatem composuit, ut solis leguminibus, aut pomis, aut oleribus vesceretur. Idcirco Gregorius XIII. Pontificum Gemma, Carolum non hortatu solum, sed & iussu monuit, rigores hos temperaret. Cui Carolus rescribens, se paratissimum obedire, sibi tamen ab experientia constare, inedia illam valetudini quoque conducere, pituitæ & lentori, quo abundaret, siccando. Quo argumento morus Gregorius suo illum arbitrio permisit. Cæptam igitur abstinentiam perseveravit Borromæus tam rigidâ constantiâ, ut in æstivis etiam caloribus & laboribus extra consuetum tempus, non tantum non vini quidquam, sed nec aquæ guttulam indulgeret sibi. Cùmque unum aliquem è familiaribus sacerdotibus vidisset aquam bibere extra mensam, & is ori tantum perluendo id factum diceret, excusationem tamen non admisit, quòd gula, ni cohibeatur, facillimè fiat licentior. Quid Borromæum miramur, qui securus est Ambrosium in eodem folio abstinentissimum?

Hieron. Platius de dignis Cardinalis. c. 13. & 16. & Gualtero sum. in vita lib. 8. c. 20.

§. IX.

In tantâ temperantissimorum hominum varietate, si animi mei sensum proferre liceat, duplex abstinentiæ genus mihi probatissimum videtur. Primum illorum est, qui corpus ita refecerunt, ut nunquam satiarent, semper jejuni, semper sobrii, qui cibum sibi potumque tam parçâ manu admensi sunt, ut semper plus appetere, quam sumpissent. Horum plurimi, inter quos Pachomius, Marcianus, Isidorus Macarius, aliique plures numerandi, qui semper famelici, nunquam saturi, licet suo tempore sint cibo refecti: abstinentiæ genus laudatissimum. Alterum est illorum, qui aut nunquam

Duplex abstinentiæ genus hominum temperantissimum.

11
di
14
21
5.
C
m
14
16
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30

*Broverus
lib. originum
Euid. cap. 8.
et cetera.*

quam pranderunt, aut nunquam cenarunt. Fuldenses Monachi toto anno cenarunt nunquam. Mediolanensis Pontifex Ambrosius nunquam prandit. Hic inter eruditos lis maxima, praeferre liberalius prandere, an cenare: quod si alterutrum omittendum, an expediat magis non cenare, quam prandere.

Ego mihi in hanc controversiam judicis partes non sumam; si quid autem in me iudicii, ex animi mei sententia, idque ob multas rationes censeo, multo satius esse, non prandere, quam non cenare: aut si alterum placeat, multo salubrius arbitror famem tenuissimo prandio ad largiorem cenam differre, quam largiore prandio famem pellere, & tenuissimè cenare. E plurimis causis has assigno.

*Rationes
cur sit salu-
brius tenuis-
simo
prandio
famem ad
largiorem
cenam dif-
ferre.*

1. Qui solum cenat, suis ille functionibus longè aptior est, seu corpus, seu ingenium sit exercendum. Quid decantatus illo, Plenus venter non studet libenter? Sed neque corpus ad agitationes & motus aptum est, cum saturum est. Corpus alimentis fartum nunquam erit agile.

2. Ad do eruditorum sensu & præceptionibus, motum paulò vehementiorem omnem officere à sumpto cibo. Per diem autem motus concitator non semper vitari potest.

3. In eo qui solum cenat, digerendi facultas à calore lecti & vicina quiete longè plus habet subsidii, quam cum carendum utroque. Hinc aliqui de prandio meridianantur, & à somno, imò aliqui etiam à lecto calorem petunt: quod tamen omnium Medicorum calculo, ut valetudini noxium damnatur. Non dicam, ab aliis, ut indecorum & turpe rejici, quòd vigilandi horæ in languorem & somnum pessimè distraherentur.

4. Accedunt exempla cum doctrinâ tum sanctimonia excellentissimorum virorum. Fuerunt in Religiosis familiis, & sunt etiamnum, quibus prandere prorsus superfluum est visum. Neque hæc exempla difficulter imitabilia sunt, nisi cum leges, aut Præsidum auctoritas aliud volunt. In quo genere unus mihi Plato, unus Ambrosius instar mille sunt. Sapientissimè, ut diximus, Plato censuit, bis in die saturari sine noxâ non esse: Ambrosius temperatissimè cenans prandii tempus labori & precibus consecravit, necessaria corpori minimè subtrahenda existimans, si liceret cenare. Neque veterum Romanorum infantiam hic jure damnabimus, qui lautitias quidem non repudiârunt, sed prandia. Itaque & jucundissimum iudicamus & saluberrimum, si cenam liberaliorem aut tenuissimum, aut nullum præcedat prandium. Sed legibus & consuetudinibus durum est alias leges figere.

*Ioan. Sub-
diaconus li-
bell. 4. n. 18.*

*Pelag. libell.
5. num. 31.
& Rufin.
num. 62.
Vide Nicet.
lib. 1. c. 4. &
lib. 2. c. 7. Et
hic repetere
in animo non
est.*

Prolixiorem hanc dissertationem Macarii dictis consigno: Vir iste sanctissimus: Viginti annis, ajebar, nunquam satis panis comedi, nunquam satis aquæ bibi, nunquam satis omni admisi. Panem ad libram, aquam ad mensuram accepi, somnum non nisi parieti acclinis admisi. Idem alius in eremo senex de se dicebat: Ex quo monachus sum factus, nec panis, nec aqua, nec somno unquam satiarus sum. Et hoc est, quod cogitationibus malis aditum ad me interclusit. Abstinencia morborum & malorum pæne omnium remedium. Sed addo abstinenciae actiones.

ACCIÓNES ABSTINENTIAE.

1. Abstinencia est, non prius edere, quam fames imperet: utimur multis, non quia debemus, sed quia habemus: quoties mensam accubimus iam antè saturi, & famem dapibus pellendam, in dapibus velut sepultam quaerimus, & anxie effodimus?

2. Abstinencia est sic edere ut semper esurias, sic bibere, ut non omnem omnino sitim extinguas. Nam quod Hieronymus verbis & factis docuit, parcus cibus & venter semper esuriens triduanis jejuniis præfertur:

Tom. I.

A Verissimum est jejunium, perpetua indigentia.

3. Abstinencia est, magnos sumptus in victum & irritamenta gulae, & quidquid necessitatem excedit odiosè ac fugere, nec unquam oblectationis, aut tantum voluptatis causâ cibum potumque sumere. Abstinenciae amantes ingemuerunt, aut etiam fleverunt, quoties huic necessitati succumbendum fuit. Augustinus: *Hoc me docuisti, Domine, inquit, ut quem admodum medicamenta, sic alimenta sumpturus accedam.*

4. Abstinencia est, non tantum superfluis, sed etiam quandoque necessariis, nec solum cupidis, quæ haberi vix possunt, sed iis etiam quæ ante oculos, & permissa sunt, Dei causâ sponte & libenter carere, sive illa pretiosa sint, sive vilia. Qui enim pulvis magis oblectatur quam perdicibus, pomis quam pullastris, abstinencia agit si pulvis & poma, quam si perdices & pullastros non tangat. Hinc

5. Abstinencia est, effrenem cibi potisque appetentiam in rebus etiam vilissimis coercere. David aquam malè concupitam effudit. Esau deliquit non quia spadonem gallum, sed quia lenticulae edulium, gulâ tam infreni appetivit.

6. Hominis verè abstinencia est appetitum coercere, non ut morbus & invaletudo caveatur, non ut marispio parcatur, non ut inanis gloria obrineatur, non ut oblectatio fugiatur, nec ut gratia vel dignitas acquiratur, sed virtutis amore, & ob solum Dei ampliorem honorem.

7. Insignis est abstinencia, de qua B. Leo: *Paullulum, inquit, esuriamus dilectissimi, & aliquantulum, quod juvenis possit prodesse pauperibus, nostræ consuetudini subtrahamus.* Da pauperi, quod abstinendo subtrahis tibi. Jejunium, inquit Chrysologus, *tunc viget, tunc vincit, tunc triumphat, cum duce Misericordiâ pugnat.*

8. Abstinencia est, dies suos intercalares nôsse, quibus totis nihil nisi minimum cibi admittat, ut quidquid in corpore eruditatis hæret, expugnetur, quidquid in animo mali æstus est, dometur. Hos autem intercalares dies singulis hebdomadibus, aut certè semel iterumque singulis mensibus rigidè observare utilissimum est; & magnorum virorum exemplo traditur.

9. Quisquis ad veram cupit pervenire abstinencia, paullatim & moderatis progressibus seipsum exploret quotidie; quod hac ratione fiet: si minus atque minus admittat tam cibi quam potus; & super eâ se seipsum non fallaciter examinet, dicatque; an non suffecerit natura, quod proximè datum est? si suffecisse comperitur, ergo plus aliquantulum subtrahi potest: idque tamdiu faciendum, dum ad certam ac stabilem vitæ rationem & velut ad dimensum pervenitur: Maximi refert ventriculi sui modum ac mensuram nôsse, ut quantum satis est, non ultra sumatur.

10. Verè abstinencia est ad mensam structissimam, inter lautissimas epulas accumbere, & nihilominus esurire ac sitire posse; aut ea certè, quæ gula magis appetit, non tangere. Sic Pænorum Dux Hannibal siti maximâ, ad fontem stat;

Exercetque sitim, & spectato fonte recedit,

Silius.

nec gutturâ quidem libatâ. Hoc est famem aut sitim reddere docilem. Ita senex Asceta nactus cucumerem, cujus appetentissimus fuerat, ante oculos eum suspendit, & ne gula vinceret, cucumerem nec quidem attigit, seipsum insuper gravissimè objurgans, quòd tam impudenter gulosis has tales delicias aunderet appetere. Sic alius senex Asceta, sitim quadrâginta diebus macerans omni potu negato, lagenulam aquâ plenam ante oculos appendit. Rogatis quid hoc faceret? Ut aquâ conspectâ, inquit, & non gustatâ, plus sentiam supplicii, & ob id, quod spero, plus accipiam præmii. Abstinencia gnatus inter tercula esurit, sitit inter poeula:

*Ruffinus
num. 70. &
Pelagius li-
bell. 4. n. 60.
Pelag. libell.
cod. n. 67.*

CAPVT XII.

Rosa Plumea, seu, Contemptus mundi, & spiritus Recollectio.

THOMAS Aquinas Theologiae Phœbus, de Deo sic ratiocinatus est: Potest Deus, cum possit omnia, & plures caelos pluresque mundos, illis & caelis & mundis longè pulchriores condere. Tria tamen vix possunt fieri meliora. Primum est beatorum gloria. Nihil ad omnem voluptatem vel fungi potest beatius, quam inter aeternas delicias intueri Deum, nec hoc intuitu unquam privari posse.

Alterum est Humanitas filii Dei. Absolutissimum est hoc opus & perfectissimum. *Vidimus*, inquit Joannes, *gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à Patre, plenum gratiae & veritatis.*

Tertium est, cum placuerit Deo è Virgine facere Matrem virginitate penitus illasâ, non potuit majori honore afficere hanc virginem, quam cum illam esse voluit Dei Matrem. Hinc eam Collyridiani, Epiphonio teste, velut Deam coluerunt, eique collyram placentam uxorum operâ sacrificarunt.

Rectius beatus Anselmus: *O Domina, inquit, nihil tibi aequale omne quod est, aut infra te, aut supra te est. Supra te solus Deus, infra te omne illud quod Deus non est.* Et istud Hebraea huic virgini ab immensâ Dei misericordiâ concessum. Hæc una ex omni humanâ gente electa omnigenis virtutibus effulsit, ut demonstrare cepimus. Virginitatis abstinentiam priori capite sub oculos posuimus, ejus symbolum esse volumus Rosam gypseam. Hanc plumea Rosa sequitur, quâ Mundi contemptum, seu recollectum animi statum explicabimus.

§. I.

DE Virgine divinâ dici potuit verissimè: Erat in mundo, sed de mundo non erat. Hoc encomii divinus Magister suis discipulis assignans: *Vos, inquit, de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.* Virgo beatissima intra suos parietes se clausam continebat, nec se publico committebat, nisi cum id necessitas flagitaret. Hebraeus Isaïas: *Ecce, inquit, virgo concipiet.* Hieronymus, aliique Hebraei idiomatis periti, hinc virginem ritu solenni clausam significari ajunt.

Ad hoc exemplum Ambrosius: *Discite, inquit, virgines, in publico non commorari.* Et quia caelestis hæc virgo aliorum consortium, cognatorum etiam & parentum declinabat, ideo ad Angeli quoque ingressum pavebat: non quod Angeli non sapius ad eam reviserint, sed quod tali sub sehemate non venerint. Et quamvis Elisabetha virgo trimestri se se famulam exhibuerit, partus tamen tempore cum frequentior vicinorum accursus, domum reversa, suo se conclavi abdidit. Omnium tunc sermo erat: Modestissima puella mundi vanitatibus nil penitus afficitur. Et hoc etiam virginis vestes loquebantur, quas Epiphanius & Nicephorus fuisse ajunt non è lanâ quam murex infecit, sed quæ colorem nativum retinuit. Quâ de re Cedrenus: *Vestes inquit, amplexus nullo colore tinctas.* Damascenus his accedens: *illi vestitus, inquit, honestus, mollitiem omnem ac luxum fugiens.* Atque hunc non nemo columbini coloris fuisse asserit. Hæc frugalitate Romani veteres vestitum suum commendârunt, quem non alterius quam nativi coloris esse voluerunt. Candidatis tantum & mundulis illis toga ineretata & recens à fullone in usu fuit.

Virgo divina sole amicienda, sideribus coronanda, non hoc vestium ornatu eguit, ut quæ omnia detrimentum fecit, quod sibi nobisque lucrificeret Christum.

Mundum contemnere, nec dolere à mundo contemni, artis est rarissima. Hanc nemo efficacius docuit,

quàm ille optimus è cælo magister Christus. Dum enim terram divinitus suis concionibus formaret, mundi contemptum sæpe sapius inculcavit. Eò spectant cum consilia, tum præceptiones illæ sanctissimæ: *Sine ut Luc. cap. 9. mortui sepeliant mortuos suos. Nemo mittens manum suam ad aratum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.* Et illud longè apertissimum: *Vade, vende omnia quæ habes, & habebis thesaurum in cælo; & veni sequere me.* Et jam vicinus morti ad supremam cenam suis unice mundi odium commendans: *Si mundus vos odit, scitote, inquit, quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret. Quia verò de mundo, non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Amen, amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit.*

Ita sollicitus præceptor odium mundi altissimè suis impressum voluit, unde nec illecebras, nec minas, nec blandimenta, nec tormenta metuerent.

Utroque excelluerunt, non duodeni solum Apostoli, sed innumeri alii horum discipuli, quos verissimo nomine contemptores mundi appelles. Scripserat Arcadius Imperator Arsenio, quem olim præceptorem habuit. Erant hæc literæ humanitatis & officii plenissimæ, quibus Imperator cum preces tum consilia expectabat Arsenii. Neque erubuit Arcadius jam Augustus suum scelus, quod olim in Arsenium conceperat, fatentur; ejusque veniam infamis precibus rogare: adjecti super munus verè regium, totius Ægypti vectigalia. Hac objectâ offâ, non solum placandum Arsenii animum speravit, sed ipsam etiam ad Imperii administrandi societatem evocandum. Ita Imperator Eremicolam rogavit, dignaretur unâ secum, & Imperii oneribus gravari, & honoribus frui. Sed Arsenius, eremi dulcedine jam gustatâ, hæc omnia tam generosè contempsit, ut Cæsari nec scripto quidem responderit, licet id impensè cupienti, sed hæc paucula jusserit renuntiari: *Det veniam Deus nostris erroribus. Ego quidem mundo mortuus sum; pecuniam construere mei muneris non est, neque enim mortui nummos tractant. Eterna cogitare, id unum ad me spectat. Hoc ad Imperatorem relatum. En nobilissimum mundi contemptorem, qui nec rogatus quidem, & rogatus ab Imperatore pristinam sortem ne sperneret, manum tamen ad aratum missam, minimè revocavit: Mundum res sibi suas habere jussit, cælum ipse oculis, cælum animo expetit.*

Egè hoc tulit stygius coluber: quare alio usus est stratagemate, ut hunc mundo mortuum ad vitam evocaret. Venit ergo Magistrianus è paternâ domo, qui patris jam mortui testamentum afferens ad Arsenium: *Pater tuus, ajebat, senator nobilissimus jam fato functus est: & en testamentum, quo te hæredem ex asse scripsit. Arsenius testamento manum injiciens, jam jamque illud laceraturus erat. Cum alter ad pedes ejus provolutus: Oro te, inquit, per omnia sacra, ne id facias, quod mihi capite luendum foret. Cui Arsenius: Ego prius, inquit, mortuus sum quam pater meus: quâ ergo ratione mortuum mortuus hæredem scribit? Tolle, quidquid hoc scripti est, & abi. Ita testamentarias tabellas Arsenius remisit, quas nec inspicere quidem dignatus est. Hoc est mundo medium digitum ostendere.*

Huic ita mortuo maximus aliorum præcipue religiosorum virorum numerus accensendus, quibus voluptati est non tantum spernere mundum, sed & sperni à mundo. Ex ore omnium horum pronuntiat Paulus: *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Perinde si diceret: *In unâ eademque cruce mundus & ego confixi sumus.* Mundus mihi tergum obverrit, & ego mundo. Par pari. Alter alteri amicum oculum impendere nec vult, nec potest. Simul quidem & conjuncti, sed tamen etiam distractissimi sumus; neutri cum altero commercium est. Me mundus, ego mundum odi & detestor; alter alteri crucifixus

Tria vix possunt fieri meliora.

1. Beatorum gloria.
2. Humanitas filii Dei.

Joan. cap. 1. v. 14.

3. Majore honore non potuit afficere virginem Mariam quam cum voluit eam esse matrem Dei.

† Epiph. hæc res 78.

1. Joan. c. 15. v. 19.

Isa. cap. 7. v. 14.

Vestitus B. Mariæ fuit honestus.

Seu cinerem.

Philip. c. 3. v. 8. Christus mundum contemnere præcepit.

Zachar. Lip. pelo 19. Julii. Arsenii contemptus mundi.

Pelagius libell. 6. n. 2.

Gal. cap. 6. v. 14.

crucifixus est. Paulum plurimi etiamnum felicissimè a
 æmulantur.

§. II.

Fit in Sicilia in Mamertinâ tirocinii domo Vincen-
 tius Morellus, qui mortuâ uxore cum duobus filiis
 religioni se addixerat. Hic certè rei causâ in patriam
 missus, tertium filium in publico carcere invenit, cui
 opem imploranti negavit id sibi jam religioso licere.
 Posse ipsum, si vellet, ex iis quæ inopibus ferret, par-
 tem capere; plura prætare non esse sui juris. Profectò &
 iste tam mundo quàm affectui mortuus, sanguinis ne-
 xum, quod difficillimum est, perripit. Huic addendus
 & ille, ad quem cum consanguineus reviseret, nec ta-
 men agnosceret quem videbat, ille occasione arreptâ
 mortuum esse dicebat qui quæreretur. Cum verò pa-
 rum credulum haberet hominem, eum in templum
 traxit, & mortuorum cavernam insitens: Hic, inquit,
 illius sepulchrum est: ubi scilicet sepeliendus. Ita pio do-
 lo prolixiora cum cognato colloquia præcidit.

Non tacendus nobis contemptor mundi maximus,
 & impostor religiosissimus Senatorii ordinis Alexius.
 Hic cælo admirandus juvenis in ipsiis ædibus paternis
 immite sustinuit exilium, inter opes inopum & mendic-
 orum postremus, inter delicias famelicus, in herili do-
 mo fervorum ultimus, in oculis sponsæ castissimus, in
 manu parentum orphanus, in patriâ exul & peregrinus,
 in viciniâ honoris abjectissimus, annis septendecim no-
 tus & ignotus, dum Romæ agebat, Româ profugus, ir-
 risor mundi artificiosissimus. Hic verissimè de se dixit:
Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

Neque verò difficile illi est contemnere mundum,
 qui didicit contemnere seipsum: neque ille unquam in-
 dignabitur, & fremet contemni se ab aliis, qui sui ipsius
 contemptor est maximus. Nihil hoc novi est, sapientem
 sperni ab infans. Sprevit Achillem Therites, Homerum
 Zoilus, Augustum Antonius, Virgilium Evangelus, Cice-
 ronem Calvus. Et quod ex Evangelio discimus, quod-
 que est maximum, Servatorem Christum Herodes ho-
 minum pessimus sprevit. Quid hoc contemptis nocuit,
 vel contemptoribus profuit? Nihil gloriosius est, quàm
 à mundo aut mundi amatoribus contemni. Hos con-
 temptus sanctissimi viri cum curâ & studio ambive-
 runt. Dulcius illis fuit in domo Dei abjici, quàm habitare in
 tabernaculis peccatorum, & cælo attolli.

Quiritium alii villas, porticus, theatra, thermas, aliâ-
 que insana ædificia struxerunt; Gregorius prius Sena-
 tor, dein Romanus Pontifex, non populari aurâ, sed
 pietatî & sanctimonîæ adductus, in Siciliâ sex condi-
 dit cœnobîa; unum Romæ, in eum usum vertendo
 paternam domum. Vistur hodièque is locus in moun-
 te Cælio, inter vetustatis vestigia. Hoc ille sibi fabrefecit
 gymnasium exercendæ pietatî, hîc sacris operatus,
 hîc & mundum, & quod difficilium est, seipsum didicit con-
 temnere, hîc sua omnia pauperibus impendit; calcavit
 terram, ut possideret cælum. Multa quidem multis di-
 largitus, sed plura omnino & meliora est adeptus.

Gregorio hîc adnumerandus omni jure Ovinius
 Gallicanus vir consularis longè illustrissimus, post Cæ-
 sares & Augustissimos Imperatores proximus. Nam
 privatæ fortunæ renunciare facile est; sed à divitiarum
 culmine honorumque fastigio sponte decedere, diffi-
 le proflus & arduum. In quo genere multò maximam
 consecutus est laudem Gallicanus, qui Romani Dux
 exercitûs post Sauromatas, Gothos, Thraces, Dacos
 Scythasque armis domitos, Constantiam Constantinî
 Augusti filiam sibi matrimonio locatam, ac bene con-
 venientem cum immensis opibus reliquit, contemptor
 mundi generosissimus. Quod ipse, quem contempfit
 mundus, non potuit non vehementissimè mirari. Nam
 Gallicanus ex Urbe ad ostia Tiberina secedens, homi-

num infimorum servitûs se totum consecravit; paupe-
 rum pedes abluit, mensam iis posuit, aquam manibus
 infudit, agris sollicitè ministravit, ceteraque pietatis of-
 ficia exhibuit. Cujus rei famâ orbe toto divulgatâ, multi
 undique illuc confluerunt, ut liceret vel videre virum
 Patritium, Consularem, Triumphalem, Imperatoris ge-
 nerum ad infima ministeria sponte suâ abjectum. Quo
 mundi contemptu Gallicanus id effecit, ut palmam co-
 ronamque Martyrum Alexandriæ felicissimè sit conse-
 cutus. O Gallicane, ô rétrque quaterque vel hoc uno
 mundi contemptu beatissime Gallicane! Desisti gener
 esse Cæsaris Constantinî Magni, & factus es miles
 Christi crucifixi: fuitque tibi multò & utilius & glorio-
 sius, cælesti subesse militiæ, quàm præesse Romanæ.

§. III.

Sed instituti mei non est omnes mundi contempro-
 res in censum redigere. Quis enim verò id possit?
 Hos tales triumphos quotidie spectamus. Grandi nu-
 mero quotannis nobilissimi adolescentes ac juvenes pa-
 rentibus valedicunt siccis oculis, vultu constanti: rela-
 dia deserunt, purpuram abijciunt, aurum aliis relin-
 quunt, honori nuntium remittunt, omnes mundi deli-
 cias non tam præcindunt, quàm abrumpunt, patriæ me-
 moriam excutunt, mortalia omnia fastidiunt, evolvunt
 que sub signa Christi, ubi pro charitulis laboris librum,
 pro torque & annulis flagella & saccum, pro lautioribus
 mensis jejunium, pro plumis & molli toro rigidum lecti-
 sternium, pro largiore somno matutinum pervigilium,
 pro cessatione ac feriis laborem assiduam, denique pro
 deliciis amplexantur crucem volentes lubentes: nec ha-
 bent, quod minus doleant quàm mundi delicias evasif-
 se; jamque illis unica est voluptas, omnibus carere pos-
 se voluptatibus.

Nisi quotidiana hæc essent, esse miracula diceterius.
 Sunt hodièque in oculis viri principes, qui in Regum ac
 Imperatorum aulis eminebant paullò antè, plurimis
 iisque honorificentissimis per Europam & Asiam Le-
 gationibus perfuncti, nunc lacernâ tritâ induti inter
 adolescentes tirones vilissima quæque ministeria cum
 voluptate obeunt, & tenui salino ac brevissimâ cenulâ
 contenti suavius esuriunt, quàm olim sint epulati. Vidi
 ego ipse meis oculis virum Jurisconsultissimum in reli-
 giosâ domo infra mensas genibus reprimere, micæ ex
 more studiosissimè converterre. En mundi contem-
 ptum. Nam eraditus vir iste (quod facillè crediderim)
 dum ei Bartolus & Baldus in manu erant, si quis aureos
 plenâ manu sub mensam abjecisset, nec quidem aureos
 ita collegisset, ut postea collegit micas, cum pavimen-
 tum perreperet.

Sed hic animum subit, quod Paschasius, Rufinus & Paschasius
 Pelagius narrat de duorum Afcetorum colloquio. Al-
 ter illorum dixerat: Ego jam mortuus sum mundo. Quem
 socius memorando dicto concutiens: Amabo
 te, inquit, circumspice, ne tibi ipse præsidas, & in foveam
 ruas. Nam etsi videaris tibi jam mortuus mundo, diabo-
 lus tamen nondum est mortuus. Hic non septem dunta-
 xat artium magister est, sed innumerabilium.

Sic est profectò. Nec possum hîc, quin altum ingemi-
 scam, cum secretâ affirmatione penso, quanti contem-
 ptor mundi, qui sibi jam Samsones videbantur, à Dalilâ
 turpiter attonsi inter amplexu mundi miserè perierint.

§. IV.

Avdate adolescentes audite juvenes & viri, audite
 senes. Si qui vestrum fortasse dixerint. Ego mundo
 jam sum mortuus: idem ego vobis, quod Afceta ille so-
 cio, in aurem infufurravero: Sed diabolus nondum est
 mortuus. Puerunt non pauci, qui mundum à se con-
 spurum paullò post blandissimis oculis salutarint, &
 ejuratas delicias toto amplexu receperint. Suave illis
 videba-

Anno 1597.

Gal. cap. 6. v. 14. Contem-
 ptus mun-
 di est faci-
 lis ei, qui
 seipsum
 contem-
 nit.

Psal. 83. v. 11.

Cæsar Baro-
 ninus Anno
 330. & An-
 no 362. post
 mod.Paschasius
 cap. 1. l. 7. s.
 Rufinus
 num. 116.
 Pelagius li-
 bell. 11.
 num. 38.

videbatur bis perire. O inconstans mundi contemptor, quam cœpisti bene, quam malè finisti, non finiendo bene! Audite ex innumeris unicam, quod dicta sumet exploratâ fide.

Anno millesimo quingentesimo septuagesimo octavo, in Brasiliâ in urbe Sebastianensi homo minime plebeus à Josepho Anchietâ enixè petiit in Societatem Jesu admitti. Id verò se promissit facturum Pater, modò is negotia, quibus etiamnum implicitus tenebatur, transgressisset. Transiit. Interim humanæ prosperitatis & mundi amor cor hominis suavissimè perentare; religionis onera, ut intolerabilia, exaggerare; obedientiam strictissimam, paupertatis & castitatis leges difficillimas representare; subjicere sensibus intermortuos honores, & æternam voluptatis fugam; continuos labores amplificare, menti omnia ut asperrima objectare; sic sensum omnem religiosæ vitæ cogitationem abolere & extirpare. Haud ita multò post Josephus homini sit obviâ, & humaniter quærit: Ecquid ex humanis se triticis expediisset? Ille malè sibi conficius ore trepido verba componere, effugium quærere, mutatum animum vel le tegere. Quod ut tectius faceret, amplioribus titulis, quam par erat, Patrem compellans, se quidem impedimentis ait jam esse liberum; ceterum statuisse in Lusitaniam redire: Illic in patriâ denud Societatis se candidatum fore, & verò etiam in Societate moriturum. Frons bona, verba speciosa, mens alia. Intellexit Josephus hominis inconstantiam, vultusque ad severitatem compositus, humerum proximè assistentis manu leniter pulsans: Sodes, inquit, quod de professione, ais, venies quidem in Lusitaniam, tamen neque in patriâ, neque in Societate, sed in Brasiliâ morieris, & eo mortis genere, quo dignus est qui Deum invitantem spernit. Si habuisset fidem monitis, nâ ille sibi optimè consuluisse. Sed debebatur aliis, opinor, inconstantiæ documentum. Rediit ille in Lusitaniam, & inde Brasiliam repetiit. Dum iter per montes facit, à comitibus se destitutus, seu quo casu abjunctus, nusquam comparuit. Evolutò demum anno cadaver ejus arefactum ad ingentis rupis radicem reperit & agnitus est. Res tristissima est infinitis ejusmodi tragœdiis.

Hæc is præmia debentur, qui mundum, quem cœperant contemnere, denud amplectuntur; qui Deum, quem cœperant amplecti, denud contemnunt. Fidem Deo datam fregisse impunè fuit nemini.

Addo. Juvenis non solum mihi notissimus, sed etiam quia è discipulis meis, familiarissimus, animi modesti, sed tristioris vultus, nec ingenii multò lætioris, mundum nauseare cœpit ingenti spiritu: dixisses sub prima melioris vitæ initia inter cælites referendum. Nam ubi longo itinere tirocinii locum attingit, hospitem illius turbis monuit, epulum quàm posset lautissimum pararet, mox optimates adfore convivas, & ne falleretur, grandi numero. Juvenis ipse quaquaversum excurrens è triviis undique mendiculorum infimos cœgit. Hos ipse velut signifer omnium in hospitium adducens, & patri-familias sistens: Atque hi sunt, inquit, oprinatæ mei; curemus, ne quid desit ad omnem lautitiam. Accumbitur, estur, bibitur, fami ac siti libertas summa permittitur; principes, non mendicos diceres. Postquam exempta fames epulis, convivator omnes ad patientiam brevi cohortatione instructos cum libetali stipe dimisit, ipse ad tirocinii domum abiit. Hic prima omnium rudimenta ponebat, mundi & sui ipsius contemptum exitium: hic calum & æternitatem ita versabat animo, ut eum edita magnarum virtutum exempla (& nihil affingo) plerisque charum conspicuumque fecerint, atque si de meo sensu fatendum est, potuit is mihi, ut condiscipulo suo, in paucis sanctus videri. Eum annis compluribus sacra familia eduxit; post autem, ubi minimùm meruebat, amisit. Quippe in itinere campestri animum

A nescio quæ tristitiæ nubes obruit; quæ repe utè omnem hominis sanctitatem ita expugnavit, ut induvis curtatis, certè muratis, fugam denique in patriam adornârit. Ubi pristini omnis instituti, aut immemor, aut contemptor, paucis à fugâ mensibus vindicem Numinis iram excepit. Malis enim cœpit se non solum moribus, sed & artibus dedere: ita ut cum vera illum pecunia deficeret, adulterinam furtim producere, eaque Republicam polluere cœperet. Verùm ut nemò unus, nec diu, nec omnes fallit, in principe quadam urbe comprehensus, luereque justus, inter licetorum carnificumque manus, cum ducretur, ausus est veterem suam præsentemque fortunam conferre: ac palàm illacrymatus, ab edito pegmate, sive (ut sancti erant) à funeralibus illis corvorum rostris ad populum perorare: se perfidiæ suæ, desertique nuper Numinis pœnas solvere: ac jam tum, ubi vitæ illius insignia exuisset, visum se sibi, omnem honestatem, Deumque abjecisse. Factum proin detestatus ferrum recepit & occubuit.

§. V.

O Munde immundissime quàm fallax es, etiam cum verissimus videris. Quòd Judas Iscariotes in oliveto particidarum agmini dixit: *Quemcumque oscularis* Matt. c. 26. suero, ipse est, tenete eum; idem suis immurmurat mundus: v. 48. Hunc invadite, hic ipse est in victimam trahendus, quem amico osculo saluta vero; hunc tenere, & ducite cautè, ne evadat. Sed mundum nemo gloriosius vincit, quàm qui contemnit. Mundi illices sunt, aurum, gloria, delicia, veneres. Contemnite. Quid enim aliud ista sunt nisi terrarum ilia, canorus aër, popina vermium, picta & bella sterquilinia? Spernite. Christus dies est, qui vos aler: Rex est, qui ornabit: lautus est, qui satiabit: speciosus est, qui felicitatum omnium cumulos largietur. Mundi gratia

Vitrea est, quæ, cum splendet, frangitur.

C Omnia mundi fluxa & instabilia; amicitia illius infidiosissima. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Mundus Ecclesi. c. 1. v. 2. *Prodigus & stultus donat, quæ spernit & odit.* Flor. lib. 5. c. 1. ad *Diruit, adificat, mutat quadrata rotundis.* Mecenas. c. 7. *Quod petiit, rennit, repetit quæ nuper omisit.*

Aman nuper ex infimo loco evectus ad summa in Africa regi potentissimus, & pæne ipsius regis rex. Sub- videm. itò mutavit dolus, & Aman illustre pependit funus in alto. Christus suos è cruce in paradisi, mundus suos è paradiso in crucem transfert, & crucem plerumque altam æternamque. Ite nunc, & mundo fidite. Sejanus alter Tiberius & ipsius pæne Imperatoris Imperator, omnia potuit quæ voluit. Brevi favor & amor in odium verterunt. Tandem Sejanus ab ipso Tiberio, potentiam ejus auctiorem metuente, desertus & proditus, ad Germanias scalas abjectus & unco tractus est. Ocellus antè Cæsaris, nunc hostium primus: nunc omnium pedibus calcatur, quem prius nemo non adorabat.

Ardet adoratum populo caput, & crepat ingens

Sejanus: — sed quæ praelara & prospera tanti

Ut rebus latis par sit mensura malorum?

Juvenal. sat.

10. v. 63.

& 96.

Belisarius quid? post ingentes de barbaris victorias à Belisario. Justiniano Imperatore oculis orbatus, è tuguriolo stipem à prætereuntibus emendicans: Viator obsecro, clamabat, da obolum Belisario, quem invidia cæcavit, non culpa. Ite nunc, & mundo fidite.

Thomas Morus vir longè integerrimus ad Henrico Thomam Anglorum Rege præmium laboris sui tulit securum, Morum quæ cæsus est. Ite nunc, & mundo fidite. Nostro hoc ævo Henrico illustrium exemplorum plena sunt omnia. Non desunt VIII. oculi, nunquam deerunt hæc talia spectacula. Nimirum mundus constantissimè inconstans est; hoc uno sibi semper simillimus, quia semper perfidus. Ite nunc, ite ò mundi alumnuli, & clientuli beati, ite, & mundo fidite. Ita scilicet feles in speciem mites & ludibundæ, postquam

postquam plusculè cum musculis colluserint, eosdem A ipsos & necant, & devorant. Hæret hedera tenui ramusculo? vitis & cucurbita ulmo? brevi cernes ruinam. Omnia in mundo tremula, lubrica, pendula:

Et subito casu, quæ valere, ruit.

O vitreos mundi favores! Hodie mundus delicias offert, cras aut perendie quisquiliis; hodie mollissimum cervicali subicit, cras ad rigidum tribunal rapit: hodie se protectorem gerit, cras impugnatorem senties; hodie donariis te auget, cras ipsâ libertate spoliaberis. Mundo fidat, qui suaviter decipi desiderat. Verissimè dixit sapientissimus scriptor: *Ista est summa sapientia, per contemptum mundi tendere ad regna caelestia.*

Non ego hic auctiore syllabo Calybitas, aut Franciscos, aut Columbanos, aliisque mundi contemptores illustrissimos, non Catharinas, non Agnetes, non Caciilias perensebo. Unum addo, & finio.

Anno Christiano millesimo quingentesimo octogésimo tertio, unus aliquis è primariis Jurisconsultis, in religiosam sese familiam dicavit: cumque is iter necessarium per patriam haberet, mater cum magnâ matronarum catervâ, atro habitu, passis crinibus obviam iit filio, cuiusque pedibus advoluta rogavit, ne matrem desereret. Sed & viri graves eundem ad aliquot milliaria comitati sunt, ut aliam ei mentem injicerent. Sed ite miles Christi inconcussus, divum Columbanum æmulatus, qui matrem in limine jacentem & plorantem Hieronymi, imò Christi consilio, transit. Vox Domini est: *Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Verissimè hæc summa est sapientia, per contemptum mundi tendere ad regna caelestia.

§. VI.

Nemo veriùs contempsit mundum, quàm qui à mundo maximè cultus, hunc cultum omnem generosâ indole irrisit. Hic ego aliam Mariam summi nominis feminam Imperatricibus, Reginis, Principibus feminis ideam, imò & omnibus Deiparæ cultoribus imaginem exactissimam sub oculis collocare operæ prærium existimo. Periculosa laus quæ vivis impenditur. Laudare mortuos Siracidæ consilio, non tantùm ad commendationem tutissimum, sed etiam sæpe ad imitationem saluberrimum.

Mariae Archiducis Austriae in matrem Domini cultus & pietas:

Maria Archidux Austriae, Rheni Palatina, utriusque Bavariæ Dux, & quondam Serenissimi Austriae Archiducis Caroli conjux, Augustissimi Imperatoris Ferdinandi II. mater, &c. singulari cultu ac pietate (quod hoc loco maximè observandum) in matrem Domini ferebatur. Hinc quotquot sanctimoniâ & religione nobiles per orbem ædes Matri virgini sunt dicatae (sunt autem quamplurimæ) tot pæne suâ munificentia coluit & ornavit Archidux Maria. Testis in Bavariâ jam ipsis in cunabulis virgunculæ adhuc religiosus studiis cultus *Mons sanctus*. Testis *Oeringa*, divinæ Virginis prædico ac beneficiis clarissima. Testes in Styriâ *Celle Mariana*. Testes remotiores illæ, & orbe toto nominatissimæ, *Lauretana domus* in Italiâ, *Montis Serrati* in Hispaniâ, *Chastocovæ* in Poloniâ, & aliæ denique, quas illustribus suæ liberalitatis monumentis præfens, absens Archidux Maria illustravit. Testes demum religiosæ Partheniorum Sodalium Congregationes, vel quæ in Bavariâ, vel quæ Græciæ florent. Hic certè Augustum suum nomen Princeps est professa, hic Serenissimos liberos censerit voluit, ad eoque magnâ voluptate præsidere vidit, hic omnes Sodalium statas ac solennes religiones ita constanter & exactè tenuit, obivit, excoluit, hic tot suæ magnificentia pignora reliquit, ut vel ab unâ hac Mariam Sodalitii gratiâ, amore, cultu, *Mariae* nomen meruerit.

Res gestas hujus Heroïnæ alibi locorum carmen eruditum & emblema varium celebravit. Nos hic solum gradimir pede, quem paullulum lubet protollere, non

tantùm ut ubique gentium suus stet virtuti honor post funera, sed etiam ut nostris miscemus Rosis Archiducem Mariam, omni virtutum genere fragrantissimam Rosam, & reverâ dignam, quæ ad accendendum imitationis studium oculis omnium proponatur. Numere-tus tam odoriferi floris foliâ.

I. *Humilitas*, seu animi submissio, & modestia in sensu, inter virtutes si non summa, certè prima & dux aliarum. Hic Cassiodori optimam vocem exaudio: *Sic est in Principibus Humilitas gloriosa, quemadmodum in mediocribus odiosa jactantia.* Probè se Archidux Maria circumspiciebat, in seipsam descendeat, pernocebat mortalem se natam, utique & mortuam deprehendebat, cavebat ne alterutris fortuna vel splendore vel caligine pius ille perstringeretur intuitus; impressum altè prælagium animo aiebat, quod Pfaltes comminabundus occinuit Principibus: *Ego dixi, Dii estis; vos autem sicut homines moriemini.* Denique his cogitationibus

ad omnem sui despicientiam se componebat, & cum in aliis officiis Christianis vinceret æquales, in hac humilitatis contentione quotidie superabat seipsam. Ex hoc fonte incredibilis in despicibiles ac miseros homines facilitas, pari cum charitate juncta emanabat. Nosocomia & pauperum tabernas frequentius an studiosus adierit, desuare non ausim. Ibi verò tanquam in regno suo triumphabat Humilitas. Non vultum obducebat, non avertēbat oculos, non pellibus aut manicis involvebat manus. Neminem horrebat, non scabiens, non foediores morbos declinabat. Solabatur singillatim, præferebat etiam non minùs serid ac benevolè, quàm parentes solent suos liberos. Nunc ulcera suis ipsa digitis contrectabat, quod in sanctissimis viris ac feminis miramur, nunc puris eluviem comprimebat. Cibum deinde Princeps instruebat ipsa, dividebat, pauperumque trepidas manus ad patinam ducebat. Famulabantur matris exemplo filii & filie, & sollicitum in hos egerentes Christos amorem à Serenissimâ parente suavitè & efficaciter dicebant, oculis & auribus hac disciplina imbutis. Peigebat interim mater, quadras & lances, & opsonia subiciebat, pocillabatur, lectos postmodum non levi brachio adornabat: verbo, ancillabatur. Jis etiam, qui à fortunâ vel miseriâ pejus multati, pecuniam sine teste, velut aliud agens, cautè ac præter ordinem in sinum conjiciebat aut in manum, ut & suæ gloriæ, & alienæ simul invidiæ unâ fidelitè obstrueret Humilitas: Neque hæc tantùm in mendicorum tuguriis, sed & domi egit semper Archidux Maria, & à Serenissimis liberis agi voluit. Tantum aberat à primo ejus limine omnis fastus & superbia. Nimirum hoc est mundum contemnere, hæc illa fides oculatissima, quæ Christum in suis agnoscit; hæc vera sui despicientia, hæc Humilitatis illustrissima sunt paradigmata. Humilitas honorata Bernardoque grande fuit miraculum. In Rosam vel ab unico eoque primo folio æstimandam.

II. *Religionis amor*. Divinas ædes assidue frequen-
bar Archidux Maria, ad sacras aras prolixè ac palam adolvebatur, supplicationes solennes sæpissime deducebat, in quibus ita cum liberis Serenissimis aderat, ut hoc spectaculi à peregrinis miraculum, à vulgo stuporem, à piis subinde lacrymas, à sequioribus etiam approbationem extorqueret, ut denique Augusto pietatis exemplo commoveret universos. Placet etiam verbum ore aureo dignissimum, in immortalis memoriæ tabulis ad amante signandum adjicere. Movebatur res quæpiam non summi momenti, iis tamen, qui nomen præfere religio-nis saluum vellent, offensionem non levem paritura. Hic Archidux Maria velut murum athenum pro do-
mo Dei sese objiciebat, & cum imperio non satis posset, opem à Constantiâ sumebat. Sanctè igitur ac graviter palam etiam affirmabat, se potius compositis in dorso aram coram liberis, iisque in humeros assum-
ptis, avi-

Virtutes:
1. Humil-
tas.

Psal. 97.
v. 6. & 7.

Erga pau-
peres &
ægros ob-
sequium

2. Religio-
nis amor.

Erga fidem
Catholicâ
constantia.

ptis, avitas Bavariz terras repetituram, vel solam, quam ut aliquid admitteret, quod Catholicę integritatis amātes ullā offensioncūllā posset turbare. Verbum bonum, neque fide magis ac religioe quā constantiā venerandum. En Rosam foliis nequaquam deciduis vernantem.

3. Zelus animarum.

Studium ut in vitę aut religionis pravitatē homines ad Dei cultū converteret.

Iacob. c. 5. v. 20.

4. Cultus & usus frequens SS. Eucharistie.

Cura ut liberi ad communionem accesserent.

5. Modestia in cultu.

III. *Zelus animarum.* Singulare in hominibus Christo conciliandis ā singulari charitate profectum studium adhibebat Archidux Maria. Quosenim pravę religionis aut vitę morbo fontico tactos intelligebat, omnibus piis artibus, ad mentem ut redirent, moliebatur. Appellabat comiter, conferebat graviter, familiariter proponebat meliora dogmata, mores sanctiores. Denique ut homines errore captos ā salutis æternę naufragio vindicaret, cum Apostolo omnibus omnia fiebat, in omnes sese formas inducens: majestatis nonnunquam immemor, charitatis semper tenacissima, idque soletet priorus intelligens, pro variā laborantium habitudine, variā tentanda esse remedia. At enim ubi pervicaciorē quempiam sentiebat, sacram etiam movebat anchoram; adibatur; solabatur, optulabatur, commonefaciebat, rogabat denique & obtestabatur. Sed & exorari interea Deum nūcupatis clam piis votis ac precibus, tum interpositis inveniēti sacrificiū sacrosanctis mysteriis, curabat. Quę verō & quanta mulier? Eo nomine, eā dignitate, tanto jam natu Princeps. Ita verō illustra curabat capita, ut nec viles quidem homines & pars vulgi ultima ab his studiis excluderentur. Nimirum ut animos ā vitę aut religionis pravitatē ad Dei cultum converteret, voto, suavis, consilio, ope, auctoritate, modis omnibus satagebat. Nec enim illud Apostoli nesciebat: *Si quis ex vobis erraverit ā veritate, & converterit quis eum, scire debet, quoniam qui converterit fecerit peccatorem ab errore via sue, salvabit animam eius ā morte, & operiet multitudinem peccatorum.* Archiduci Marię summi momenti labor fuit, lucrari animam vel unicam.

S. VII.

IV. *Cultus & usus frequens SS. Eucharistia.* Mirum est, quanto, quā divino cultu augustissimum hoc mysterium Dominici corporis & sanguinis completeretur Archidux Maria. Germanam Rudolphi I genitricis Austriacę conditoris, ac Romanorum Imperatoris prolem tanto post intervallo cognosceres. Cujus Herois inter eximias alias virtutes, ea est immortalitati litteris ac memoriā omnium commendata, quod incredibili religione sacrosanctam Eucharistiam coluerit. Majorum non dissimilis Princeps Maria, Gręcii in Sodalitio Corporis Christi annumerari voluit. Aspectum mysterii hujus non aliter semper expebat, quā anhelus aliquis viator mediis æstibus peroptat gelidum fontem. Singulis quibusque Dominicis diebus noxas ritę confessa, sacram synaxin instituto non religioso magis quā constanti frequentabat. Ut omittamus intercurrentes divorum nominatorum anno verrente celebriorēs festos dies, quibus eandem sacrę Exomologeseos ad Communionis religionem non obire religioni sibi duxisset. Jam verō Serenissimos liberos, ubi primū per artem licuit, divinę huic mensę admovebat, ut maturē ad eandem pietatis palestram assuecerent. Sed & universum illum aulę suę familiarem populum quā posset frequentissimē divini panis fieri participem studebat. Quā jucundum fuit hoc piis olim spectaculum, cūm præeunte ad celeste hoc epulum Serenissimā Archiduce, liberisque unā comitantibus, succederet ordine prolixo aula univrsi! Optimē Vellejus dixit: Facere rectē cives suos Princeps faciendo docet. En iterum Rosam non solum speciosam oculis ad voluptatem, sed & fructuosam animo ad sanitatem.

V. *Modestia in cultu.* Cultus vestium Archiduci Marię semper infra mediocritatem omnis fuit, maximē ab illo fatali divortio, quod cum Serenissimo conjuge mors ei

A fecerat. Sed & antea, velut altera Esther Deum affari poterat: *Tu scis necessitatem meam, quod abominer signum superbia, quod est super caput meum in die ostentationis meę, & quod nunquam letata sit ancilla tua, ex quo huc translata sum usque in presentem diem, nisi in te Domine Deus.* A conjugis morte Archiduci Marię labor omnis (nam hostis infensissima inertis orti semper extrit) & industria, & colus, & fusi, & flamina, & acus, & purpura, & aurum, & gemmę ad sacrificas vestes, ad altarium frontalia, ad suppellectilem sacram, ad cultum denique sacrorum ex affectu translata sunt. Ut nihil augustis illis manibus elaboraretur, nisi sacrum mox futurum. Eodem hoc stylo Serenissimę Archiduces filię apud matrem educebantur. Labor & opus urgebatur, segni ortio penitus excluso. Atque hinc factum, ut nulla Gręcii, nulla in illarum provinciarum ullis civitatibus templa, pauca etiam in pagis fortassis obscurioribus reperirentur, quę non præ se ferrent & venerarentur Augustę illius Archiducalis mænismōnimenta. Taceo vicinas provincias, ad quarum aedes sacras simili operosā largitate cohonestandas illa eadem & industria & beneficentia se prorogavit: ut meritō multis miraculo fuerit, Principem sui splendoris ac cultūs tam negligentem, cumalando sacrorum apparatus tam effusē studuisse. Fuerit ergo in elogijs Regiņę Olympiadis, quod ea maternis manibus chlamydem, aliāque regia ornamenta filio Alexandro texerit atque adornarit, certē in laudibus Marię Principis immortalibus ea semper enitescet, quod illius labore ac operā Numinis arę ac templa, dignitatem ac lucem novam non mutis Marianę virtutis argumentis acceperint. Hanc in cultu modestiam mirificissimē commendavit illa, quā paulō antē laudavimus, modestia in sensu. Inaudita fuit Archiducis Marię in feminas parturientes benevolentia, facilitas, officium, opera. Sanē ab hujus Principis præsentia solatium, ā memoriā beneficium puerperę Gręcii pæne omnes exposcebant. Nec votis inanibus. Cui enim vel vilissimā mulierculę vocata reculavit præsentiam, consilium, imō etiam, si peterentur, ulnas & manum? Aut quas non in vilissimas casas, omisso aulę ministerio, cum familiaribus matronis ad signum & votum advolvit? ut se vel obscurissimę cuique matrifamilias in pariendo præstitem daret. Quoties interclusā sibi atque interdictā quiete solidas noctes his officiis condonavit? Quamvis contingebat aliquando, ut longā expectatione (quod fit) defessa Princeps, corpusculum in vile aliquod angustū rugurioli stratum conjiceret, ut ad manum laboranti puerperę, & ejus aspectum suspiranti semper adesset. Vidit hoc, & auditv Gręcium; vidit & erubuit tantam in suā Principe cum charitate tantā junctam animi submissionem, & in sensu modestiam.

VI. *Vigilantia.* Monens suos graviter Christus: *Sint lucerna ardentes in manibus vestris: ut iis instructi Dominum adventantem multo cū lumine prætolarentur, ex-ciperent, deducerent.* Audierat hoc frequenter Archidux Maria. Sed & illud Salomonis de muliere forti: *Non extinguetur in nocte lucerna ejus.* Quid ergo? Statuit, ut in ceteris, ita hoc in genere Heroïdem illam sibi æmulandam. Igitur lucernam eo sibi artificio concinnari voluit, ut in eā lumen, citra cujusquam operę aut manus adminiculum, etiam sine periculo nocte totā perseveraret indefessum. Quorsum hoc? inquis. Non paupertas solum, sed & pietas ingeniosa est. Tam ardens precandi studium in Archiduce Marię semper viguit, ut id neque die exhauriri neque de nocte posset extingui. Quotidianum erat duarum, vel amplius, horarum matutinis precibus sacrosanctum Missę sacrificium antevertere; illi deinde, quod diebus singulis ex more ter offerebatur, religiosē interesse, nisi forsitan itineris difficultas rem divinam bis duntaxat pateretur peragi. Duarum horarum precibus & triplici sacrificio piorum librorum succede-

Labor ejus & industria ad suppellectilem sacram concinnandam.

In feminas parturientes officij & opera.

6. Vigilantia. Luc. cap. 12. v. 35.

Prov. c. 31. v. 18.

Ardens precandi studium.

Noctetur hęc, obsecro,

In 8. in la. et

S. I. me. de.

Alia. de. de. de. de. de. de. de. de. de.

succedebat lectio huic Principi familiarissima æquæ ac
 jucundissima, quam etiam inter epulas, cum corpus pri-
 vatim reficeret, sibi voluit adhiberi. A prandio discul-
 sis negotiis statim ac dilucida redibat orationum inter-
 valla; ad noctem rediit illa pervigil, de qua loquimur;
 lucerna, & cum illâ præterita diei discussio, examen
 conscientiæ, precatationes alia, ex propriâ Principis reli-
 gione assumptæ, piæ illæ ac diuturnæ. Inde noctis conti-
 cinium & quies; tenebræ nunquam: pervigilabat enim
 constans lucerna, neque oleum & operam perdebat fe-
 lix hæc pietatis adminitra. Nam ubi de more Archidux
 Maria expergisebatur, mox ad precum libellum, qui
 semper ad manus, & ad oratoriolum, quod imminabat
 lateri, se lectulo subducens, conferebat. Hinc vota, hinc
 gemitus & suspiria, hinc precatationes & sancta deside-
 ria, hinc ea quorum fidelis lucerna illa & taciti parietes,
 & muta noctis silentia fuerunt conscia. Simili religionis
 nomine Gregorius Magnus laudat Symmachi Romani
 Consulis filiam. Hæc marito mortuo religiosissima jam
 vidua noctu geminâ candelabra ad lectum habuit lu-
 centia, quæ nocturnas preces adjuvarent; neque enim
 solum spirituales, ait Gregorius, sed & corporales tene-
 bras amica lucis oderat. Laudent alii Aristophanis, Epi-
 cæti, Cleanthis, Demosthenis lucernas; extollant Theo-
 dosium Orientis Imperatorem, cui ad historicas lucu-
 brationes lucerna fuit, quæ suo se artificio movebat &
 alebat, oleumque sibi imer affundebat, ut quod flamma-
 la pastu assiduo hauserat, instauraret, ne ministri ob no-
 cturnum famulatum insomniâ vexarentur. Laudanda
 hæc omnia; his tamen omnibus, si quid rectè judico, Ma-
 rianæ lampadis jubar videri debet illustrius, quodd illud
 non ad eruditionem profanam, sed ad solidam Chri-
 stianamque pietatem Archiduci Mariæ præluxerit.

Amanitate & clementiâ commendatur Archidux Maria;
 hæc facillima fuit aditu, qui ad eam pronus semper &
 patens, iis etiam qui aliâ solo tenuitatis, miseriarum ac
 vilitatis suæ meritò à Principum limine adæoque aspe-
 ctu solent arceri. Nihil illa ferebat iniquis; quàm Ma-
 jestatem suam inhumano factu afflatam. Procul ô pro-
 cul toto cælo ab Archiduce Mariâ typhus ille Perficus.
 Meminerat, Principes, & qui in summo Magistratu
 sunt, tam studiosè inferioribus accedere debere, quàm
 benevolè ipsi vellent à Deo admitti. Sciverat illa Prin-
 cipum accessus miseris non obstruendos, aures neuti-
 quam obsepiendas, si quidem: & ipsi cuperent propiti-
 um & facile Numen invenire. Reverè hoc in genere
 Deus plerumque mores humanos induit; repellit eos,
 quia se alios repulerant; non audientes nec ipse audit.
 Quod inter plura sapienter Justinianum Imperatorem
 admonuit Agapetus. Hinc Imperator iste singulari præ-
 ditus comitate cuius facillimè adeundi & compellandi
 se potestatem faciebat. Adrianus Imperator erga hu-
 millimos etiam mirè civilis & humanus, detestabatur
 eos, qui dicerent: Principis Majestatem ubique servan-
 dam. Trajanus Imperator monentibus amicis, quod
 parum memora Imperatoris Majestatis, nimium sese
 omnibus exponeret: Talem, ajebat, præstabo Impera-
 torem privatis, qualem optarem ipse privatus. Memi-
 nerat Archidux Maria, à Maximiliano I. Austriaco,
 Principe humanissimo, verecundos & timidus ita quan-
 doque animatos, ut ii liberè velut filii cum parente,
 quod vellent, pertractarent. Meminerat, Rudolphum I.
 Cæsarem Austriacum hæc verba ad suos usurpare solitu-
 rum: *Sinite homines ad me accedere; neque enim ideo ad im-
 perium erectus sum, ut arcu à circumclusus delitescam.* Memi-
 nerat, janitoribus Imperatoris Antonini, ideo Pii, plus
 olim laboris fuisse in admittendis hominibus tenuissi-
 mis, quàm in submovendis pondum. Meminerat
 hæc Archidux Maria, eaque omnia uno suo exemplo
 præstabat. Admittebat supplicabundos ad lecticam, &
 ad manum cum Stratrà, ad conspectum & ad aures
 cum Rudolpho, ad domum & ad penetralia cum Anto-
 nino; nec tantum admittebat, sed ad Serenissimos Ar-
 chiduces Carolum maritum, Ferdinandum filium ad-
 ducebat, interpretem agebat, anxie, velut suam ipsâ caus-
 sam peroraret, miseros commendabat. Subinde gemitus,
 piæque inter singultus & suspiria querelæ, ipsæ et-
 iam lacrymæ obstantibus comites nonnunquam ac-
 cedebant. Quandoque, quod ob stupefascas, flexis genibus
 Archidux lentam paululum ac difficilliolem misericor-
 diam extorquebat. Non hic ad calculum revocandum,
 quoties & quibus Archiducis Mariæ benignitas saluti
 fuerit, quàm multos omnis ordinis ac sexus à incero-
 re ac luctu, à capitis & famæ dimicatione ad vitæ & exist-
 mationis, lætitiæque integritatem revocavit. Habemus
 Rosam florum omnium verè Reginam.

Accessus ad eam omnibus patens.

Patronam se gerebat pro pauperibus.

Eleemosynarum largitas.

Tob. cap. 4. v. 8.

Seneca de beatâ vitâ cap. 24. mibi pag. 247.

§. VIII.

VII. Cura pudicitia. Pudicitiam inter aulae delicias
 & luxum ueri integram, difficile negotium.
 Ubi mollior vestitus, liberalior somnus, copiosior vi-
 ctus, ubi licentiores excurrunt oculi, minus adstrictæ
 sunt manus, & ipsa vivendi ratio delicatior, ibi cura
 pudicitia longè difficilior. Ea enim virtuti huic indoles, ut
 inter dura & aspera servari possit sanctiis, quàm inter
 mollia & amœna. Flos est tenerimus pudicitia, solo ra-
 men gaudet asperiore & minus pingui. Et olim certè ja-
 ctabatur vulgatum illud: Exeat aula, qui vult esse pius,
 qui pudicus. Hoc igitur illustre, hoc aureis gemmeisque
 notis dignum, tantum in unâ hac Heroinâ virtutis & in-
 dustriæ fuisse, ut in amplissimo suo Parthenone, gynæ-
 ceo nobilissimo, ætate, formâ, opibus, deliciis, omni-
 bus denique nominibus regium in morem florente, in-
 violatam integritatis existimationem possideret; eam-
 que tantam quantum vix inter pauperitatis angustias sit
 reperire. Hoc Archiducis Mariæ fuit ingenium, ea vi-
 guit domestica disciplina, ut provocare liceat ad ipsam
 famam, quæ Archiducalis gynæcei alumnas virgines
 tam prolixè simul ac gloriosè semper est profecuta, ut is
 felicissimum se matrimonium contraxisse crederet, qui
 ex illâ Palatinâ familiâ domum duxisset uxorem. En
 Rosam pudicitia laude insigniter odoriferam.

VIII. Cura pudicitia. Pudicitiam inter aulae delicias
 & luxum ueri integram, difficile negotium.
 Ubi mollior vestitus, liberalior somnus, copiosior vi-
 ctus, ubi licentiores excurrunt oculi, minus adstrictæ
 sunt manus, & ipsa vivendi ratio delicatior, ibi cura
 pudicitia longè difficilior. Ea enim virtuti huic indoles, ut
 inter dura & aspera servari possit sanctiis, quàm inter
 mollia & amœna. Flos est tenerimus pudicitia, solo ra-
 men gaudet asperiore & minus pingui. Et olim certè ja-
 ctabatur vulgatum illud: Exeat aula, qui vult esse pius,
 qui pudicus. Hoc igitur illustre, hoc aureis gemmeisque
 notis dignum, tantum in unâ hac Heroinâ virtutis & in-
 dustriæ fuisse, ut in amplissimo suo Parthenone, gynæ-
 ceo nobilissimo, ætate, formâ, opibus, deliciis, omni-
 bus denique nominibus regium in morem florente, in-
 violatam integritatis existimationem possideret; eam-
 que tantam quantum vix inter pauperitatis angustias sit
 reperire. Hoc Archiducis Mariæ fuit ingenium, ea vi-
 guit domestica disciplina, ut provocare liceat ad ipsam
 famam, quæ Archiducalis gynæcei alumnas virgines
 tam prolixè simul ac gloriosè semper est profecuta, ut is
 felicissimum se matrimonium contraxisse crederet, qui
 ex illâ Palatinâ familiâ domum duxisset uxorem. En
 Rosam pudicitia laude insigniter odoriferam.

IX. Eleemosynarum largitas. Hic multa paucis licebit
 exequi. Infinitas eleemosynas in pauperes erogavit Ar-
 chidux Maria. Senferat hæc beati Pontificis Leonis mo-
 nitum, & sibi imer quasi totidem syllabis imperatum ac-
 ceperat: Idcirco te Deus abundare voluit, ut per te alius
 non egeret. Quâ in re auream Tobia præceptionem
 fidelissimè servavit: *Quomodo potueris, ita esto misericors.*
Si multum tibi fuerit, abundanter tribue. Non damnavit
 opes teuebris, nec antris abdidit divitias, sed in multos,
 Senecæ dicto, liberalitatem suam censuit dividendam;
 nec legnis aut lenta id facitavit, prompto liberòque
 animo in egentium turbam sua munera effudit; abun-
 danter tribuit. Nec domi tantum & in urbe liberalita-
 tis hujus fontes sunt enati, peregre quoque cum fret,
 munificentia suæ retinens dispersit, *dedit pauperibus: Vbi-
 cunque,* ait Seneca, *homo est, ibi beneficio locus est.* Hic verò
 dicere licebit: ibi beneficio locus fuit, ubicunque Ar-
 chidux Maria fuit. Quamquam & (solis instar ibi sapius
 arcanâ

Greg. lib. 4. dialog. c. 13.

Aula sancti Mathæi Raderi c. 6. mibi p. 36.

7. Cura pudicitia.

Lucanus lib. 8. Pharsaliar. Hic, inter in aulam, qui vult esse pius.

8. Humanitas & clementia.

Alii Memo. Vis, à laude Memoriae Alexand. Neapol. l. 2. c. 11. dier. Gen.

Omnia pietatis instrumenta, vel necessitatis amuleta inter elemosinas numeravit.

arcana & beneficâ vi sentitur, unde splendore ac majestatem plurimum abesse. Nec solum pecunias & argentum, sed etiam vestes, esculenta, poculenta, medicinas, pharmaca, precum libellos, icones sacras, omnia denique vel pietatis instrumenta, vel necessitatis amuleta inter elemosinas numeravit. Quoties ii, quos pœdore, fame, pudore jam propè enectos privati parietes sepelierant, inopinato tanquam Dei beneficio lucem antea exotam, jamque fugientem animam tenuerunt? Quoties aliqua vilis anima, cunctis nuper opibus destituta; mox per Archiducem restituta, vindicti suæ atque assertrici acclamavit: Ad te, Princeps, dona revixi? Denique familiaris adeo ac germana fuit Archiduci Mariæ misericordia, ut cum Hulfæo Principe liceret illi dicere: Ab infantia meâ crevit mecum miseria, & de utero matris meæ egressa est metum. Si despecti pereuntem, * eod quod non habuerit induimur, & absque operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera ejus, & de velleribus ovium mearum calefactus est. Ita ceterè multis post annis ipsa egenorum et gastula, ipsi fontium carceres, ipsa prothochochia, ipsa pauperinæ plebis pryanea & orphanotrophia non alio quam Matris nomine Archiducem Mariam appellarunt, & ejus mortem antea communi sensu ac lacrymis veluti suam orbitatem ac solitudinem deplorarunt. O Rosam non pulchram solum & formosam, sed innumeris perutilem & fructuosam!

Job cap. 31. v. 18. & seqq. * Præter eum.

Egenorum mater appellata.

10. Prudentia.

Chrys. tom. 3. hom. 60. in cap. 10. Joas. mibi pag. 247.

Prov. c. 19. v. 14.

X. Illustris ac prædicanda semper fuit Archiducis Mariæ Prudentia. Cujus fructum, ut decuit, primum ac maximum percepit olim Serenissimus Carolus Archidux Mariæ conjux, qui magnâ voluptate animi expertus est, quam verè dixerit Chrysolomus: Nihil potentius muliere bonâ & prudenti, ad instruendum & informandum virum quodcumque voluerit: neque tam leniter amicos, neque magistrōs, neque Principes patietur, ut conjugem admonentem atque consulentem. Habet enim voluptatem quandam admonitio uxoria, cum plurimum amet, cui consulit. Multos possunt asserre viros asperos & invidiosos, per uxorem mites redditos & mansuetos; ipsa enim si prudens erit & diligens, omnes vincet; & conjugis superabit diligentiam. Hoc igitur non solatii tantum, sed & emolumenti est marito ab uxoris prudentiâ. Salomonis effato: Domus & divitiæ dantur à parentibus; à Domino autem propriè uxor prudens. Quid porro in illo interregno, antequam Serenissimus Ferdinandus Archidux solenni ritu inauguraretur Princeps, quamnam prudentiam in Serenissimâ Mariâ tunc gubernante desiderarunt provincie, quam non repererint? Quamvis enim justo & gravimæore configeretur, quamvis domesticarum curarum non leve pondus incumberet, quamvis Turcarum vicinia ferrum, flammam, vastitatem indiceret, adeoque inferret, quamvis interea tot tempestates coquerentur, Maria tamen semper illud in muliere admitit, Prudentiam, eamque tam integram & exactam, ut in eâ unâ provincie alias destituta felicitatem suam mirarentur. Et quantum Ferdinandus Archidux etiamnum juvenis ad gubernaculum adnotus in unâ Matris sapientiâ, præsidii semper collocatum esse judicavit? Quoties hæc ipsa mater intricata negotiorum volumina mirâ consiliorum suorum dextérité retexit? Quoties altâ quadam mente im-

pendentes rerum adversarum turbines ac procellas prævidit, & quantum homini fas, etiam anteverit? Prudentissima profecto ac solertissima fuit Princeps, cujus ea vigilantia & sagacitas animi semper eminebat, ut pro omnium incolumitate perennes sibi vigilias ipsa videretur indixisse. Sapiens mulier edificat domum suam. Prov. c. 14. v. 1.

XI. Justitia. Salomone teste, Initium via bonæ, facere justitiam: accepta est autem apud Deum magis, quam immolare hostias. Justitia, virtuti regis, plurimum semper fuit Maria Princeps, inimica litium, pacis ac tranquillitatis amantissima. Hinc istud genus hominum, qui linguas litibus exercent, & sua foro vendunt jurgia, ad æquissimas, quas potuit, juris leges semper revocatos esse voluit. Senferunt hujus vim virtutis infelices illæ anime, quas prolississime fori concertationes in annos & pane sæcula protraxerant, omnibus propè fortunis solent evertere. Senferunt plurimum opem pupilli, viduæ, egeni, qui adversus omnem vim, fraudem, injuriam certissimum semper ac tutissimum in Archiducis Justitiâ repererunt asylum. Patebant semper Augustæ fores non ad querelam modò deplorandam, sed etiam ad reportandum solatium, ad impetrandum auxilium. Neque id solum eâ tempestate egit Maria, cum devoluto ad se potestatis & imperii falces sustineret, Serenissimo Ferdinando filio nondum rerum potente; verum etiam eo jam feliciter imperante cursum eundem tenuit, & quasi novam Græcio Pulcheriam dedit, singulari simul pietate ac justitiâ universam informans aulam. Titus Imperator, quod Tranquillus memorat, justitiæ tenax nulli civium quidquam ademittit, alieno proflus abstulit. In ceteris verò desideris omnium hominum id obstinatissimè tenuit, ne quem sine spe dimitteret. Quin & domesticis admonentibus, quasi liberalius polliceretur, quam præstare posset: Non oportere, ait, quempiam à sermone Principis tristem discedere. Hæc Archiduci Mariæ ex æquo convenire affirmaverim: neque verò tantum nemini quidquam ademittit, & alieno abstulit, quod Justitiæ, sed & sua ultrò dedit, quod liberalitatis est; ita porro suum cuique jus distribuit, ut ab eâ nemo læsus recesserit. Optimè dixit Cyprianus: Injustitia regis (nos, Justitia Archiducis) gentis munimentum, gaudium hominum, egenorum solatium. En Rosam mille usibus paratam.

Prov. c. 14. v. 1. Justitia. Prov. c. 26. v. 5.

Pupillis, viduis egenis tutissimum archiducis. Maria fuit asylum.

Sueton. in Titio cap. 8. mibi p. 447. & seqq.

XII. Fortitudo & Constantia. Quot Fortitudinis & Constantiæ, quamque illustris vivens moriens Maria Archidux trophæa sibi posuerit, viderunt multi, dixerunt nonnulli, mirati sunt universi. Stetit hæc Herois media inter tot suorum funera. Stetit Archidux, nec ad parentum, fratrum, sororum mortes concidit. Vidit hæc mater sex liberos suorum obitu immaturo tolli, clausitque iis oculos inversâ lege naturæ, à quibus suos extremum claudi cupiebat; hæc quidem acerbè sensit, nec tamen in saxum obrigit, mariti manes composuit; nec luctu indecoro victa est, nec in flammam desiluit, ut Indorum femine ad maritum mortuum jam cremandum; nec parietem caput impexit, nec ejulatus nunquam desituros edidit, ut Pericles filio Paralo defuncto; nec ardentes ore carbonem hausit, ut Portia M. Catonis filia; nec cineres extincti conjugis bibit, ut Mausoli Artemisia. Quid hæc dico? Nihil à sanguinis dignitate, nihil à virtutis opinione, nihil à religionis gravitate alienum admittit aut indignum. Prætermitto calamitates publicas, insultus hostium, incursionem Turcarum, patriæ pericula, finium vastationes, munitio-nes occupatas, expeditiones nostrorum inausultas, intestina diffidia, flammarum & sanguinis confusionem, tumultus propinquos, & ceteram malorum Iliadem, ad quæ velut ad Lydium lapidem Mariæ constantia præclarum sui periculum fecit. Quidquid enim vel ad castigandas noxas, vel ad virtutem extimulandam, vel ad probandam patientiam vi superum in illam immisit, totum

Cyprianus de divitiis abusibus.

12. Fortitudo & Constantia.

a Valer. L. 1. cap. 6. mibi pag. 81.

b Alex. Neapol. l. 3. Genial. diar. c. 7. sine mibi pag. 131.

c Valer. L. 1. c. 6. mibi pag. 175.

Inter omnes publicas calamitates constantis fuit.

totum ejus Constantia & Fortitudo excepit, toleravit, A
 vicit. Quamvis enim non ad omnem malorum varietatem prorsus occalluerit, quod & Job de seipso fassus; *Job cap. 6. vers. 12.*
Nec fortitudo lapidum, inquit, fortitudo mea, nec caro mea aenea est; animum tamen præsentissimâ sibi semper fortitudinē ita obfirmavit Maria, ut in adversis omnibus cum eodem Jobo tam fortiter quàm constanter dixerit: *Sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum.* Tot scilicet decimanum fluctus in scopulum Marpesium illidebantur. Solùm in tanto tor ærumnarum impetu generosus interdum gemitus excutiebatur: *Aten! ut gravior hic casus me premit!* Premebar tantùm, non opprimebar. Animus invictus inter tot obstantia elustabatur ad alta, & ad sui originem Deum, cui se se suamque voluntatem omnem pientissima Princeps ex toto submittebat. Hanc infractam Christianæ fortitudinis palmam non tantùm toto vitæ circulo, sed etiam inter acutissimos letalis morbi dolores retinuit Maria. Horrorem mortis jam antè diurnâ, ut opinor, consuetudine deposuerat. Quâ in re illud argumentum est: Mortualem vestem, quâ operiri voluit moribunda, annis aliquot ante mortem in obseratâ arculâ, quocunque tandem terrâ marive pergeret, secum circumferrebat, ut nunquam non in oculis & ad manum esset certum mortis speculum atque hortamentum. Quod & Maximilianum I. Austriacum Imperatorem fecisse constat, qui triennio ante mortem capulum fanebrem quacunque iter faceret, circumvenxit, ut assiduo hoc spectaculo ad cogitationem mortis identidem se revocaret. Quod Archiducem Mariam emulari voluisse non ambigendum. Sed multos ea ci-stula decepit, qui cum observarent eam suæ dominæ ad eodè cordi esse, nescio quid auri & cimeliorum latitare suspicabantur. Cum interim in illâ unum suæ mortis instrumentum & ornamentum frequenter Archidux intueretur, & ad hoc speculum meditabunda, de supremâ vitæ periodo seipsam commonefaceret, unâque has exuvias exosculata cælum suspiraret. Felicissima vitæ clausula hanc mortis præmeditationem secuta est. Etenim fugiente jam animâ contentè rogavit, ut sibi voce præiretur illa precatio: *Anima Christi sanctifica me.* Precatiuncula tota hæc est: *Anima Christi sanctifica me, corpus Christi salva me, sanguis Christi inebria me, aqua lateris Christi lava me, passio Christi conforta me. O bone IESU exaudi me, intra tua vulnera absconde me; ne pernitias me separari à te, ab hoste maligno defende me, in horâ mortis meæ voca me, & jube me venire ad te, ut cum sanctis tuis laudem te in sæcula seculorum.* Hæc suprema fuerant orantis & expirantis verba. a Vespasianus Cæsar olim dixerit, Imperatorem stantem mori oportere. b Non rectius affirmamus, Christianum orantem, & ad regnum Christi aspirantem oportere mori.

Huc, Lector, nostram dictionem c duxit Contemptus Mundi. Mundum Archidux Maria sui semper simillima, tum totâ vitâ, tum etiam post mortem ipsam generosissimè contempsit. Nam viva distinctè jussit cadaver suum altâ nocte pauculis deducentibus, unâ alterâve face prælucente, obscuro atque obducto carpeno, in ades divæ Claræ tumulandum deportari. Religio fuit à supremis ejus imperiis discedere. Ita vel mortua inanissimas mundi pompas exemplo taciturno damnavit. Nam avitas majorum imagines, regia utriusque gentis stemmata, pullatos Palatinorum cuneos, Serenissimos vero luctu palam atratos, omnem denique Augustalis funeris apparatus Humilitas & Mundi Contemptus excluderunt. Totum hoc officii genus notâ & silentio commissum. Repeto, quod supra dictum: Hæc verè summa est sapientia, per Contemptum Mundi tendere ad regna caelestia. Sed jam ad Actiones, quas Mundi Contemptus parit, progredimur.

Hanc constantiam & fortitudinem inter letalis morbi dolores retinuit.

a Obiit anno Christiano 1609. mense Maio, atatis 57.
 b Sueton. in Vespasiano c. 24. mibi pag. 441. c Hæc bonâ fide narratâ. Si me nosti, Lector, hæcenus non consuevi palpo me alere. Charior mihi veritas, quàm ut eam vitæo picto divendam.

ACTIONES CONTEMPTVS MVNDI.

1. Contemptus Mundi omnium primò vinculum cognari sanguinis conatur rumpere: Mundum non sprevit, qui partem aut matrem, qui fratres aut sorores, qui cognatos aut amicos plus Christo diligit: Hoc vinculum arctum & robustum est, sed omnino rumpendum est ab eo, qui spernere vult mundum, & sequi Christum. Nota vox Domini est: *Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non est me dignus, & qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus, & qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus.* *1. Præcis contemptus mundi. Math. c. 10. v. 37. & 38.*
2. Contemptor Mundi conscientiam curat, non famam: non enim attendit quis ab aliis dicatur esse, sed quis sit. Contemptor Mundi occasionem & causam malæ famæ non præbet, si tamen ea nihilominus mala sit, parum id curat, modò conscientia sit bona. Non enim famæ vivit, sed conscientia; & magnis passibus Apostolum sequitur præeuntem *per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam.* *2. Cor. c. 6. vers. 8.*
3. Contemptor Mundi in rebus omnibus pompam & odit & fugit. Sunt qui suæ supellectili, qui suis vestibus, qui suis actionibus, qui rebus suis omnibus pompam induant. Has pompas contemptor mundi detestat & ardet. Nec nuptiarum, nec funerum, nec sacrorum, nec triumphorum pompas laudat; plerumque nec spectare quidem dignatur. Et quemadmodum mundi amatores hoc unice ambiunt, sui muneris fundio ut pompæ plena sit, ut illustris, ut splendida, ut habeat summam speciem ac dignitatem: ita mundi contemptores planè contrarium omni studio quærunt, splendorem ac magnificentiam remis & velis fugiunt. Et hinc
4. Contemptor mundi cupit latere, amat nesciri, & Quartæ nihili fieri. Sint, ait, alii corpora, modò ego sum umbra taciturno pede inserpens parieti: Bene vixit, qui bene latuit.
5. Contemptor Mundi tamen claris ac splendidis natalibus sit ortus, non solum tamen generis sui claritudinem & splendorem non effert, non ostentat, non prædicat, sed nec mentionem illius facit, nisi cogatur; non ille avorum & proavorum, non abavorum aut atavorum, non tritavorum aut teratavorum facinora unquam in digitos mittit; quidquid profapiam & stemmata spectat, tanquam superbia ramum amputat. Quòd si familiæ sit obscuræ & abjectæ, non ideo minores gerit animos; nec rusticos aut mendicos parentes erubescit. Gaudet se plures modestiæ causas habere.
6. Contemptor Mundi nec aurum acervat, nec Sextæ gemmis insidiatur, nec alia, quibus hominum opinione pretium ponitur, anxie conquirunt. Intra paupertatis suæ limites se conriner, illudque sibi assidue occinit: *Sar dives est, cui bona conscientia est.*
7. Contemptor Mundi putidas carnis voluptates ut Septimæ fœdissimam nocentissimamque pestem execratur & repellit. Scit enim, quos soleat habere comites voluptas. Nam ubi hæc pestilens domina, ibi & famuli & ancillæ illius, mœsticia, dolor, pœnitentia, morbus, utripitudo, dedecus, & omne vulgus malorum. Habeat hunc comitatum cui placet. *Cui Christus incipit dulcescere, ei necesse riam, mibi est amarescere mundum.* *5. Bernard. ser. in illud: Sapia mibi vincti malitatum cui placet. pag. 1726.*
8. Verus Mundi Contemptor nec mulcetur blanditiis, nec terretur minis; non laude nec vituperio moveitur, non odio nec favore trahitur. Gratia Dei est illi omnium loco, & longè chatior omnibus. Cum Paulo talis liberè proclamat: *Hæc omnia arbitratus sum ut ster- cora, ut Christum lucrificarem. Mibi mundus crucifixus est, ego mundo.* *Philip. c. 3. vers. 8. Gal. cap. 6. vers. 14.*
9. Verus Contemptor Mundi, illud corde & ore promptissimum habet: *Portio mea in terrâ viventium.* Hic talis in mundo supra mundum esse didicit, & ut mundum constanti odio declinet, animo assidue versat hæc Apostolorum monita: *Nolite diligere mundum, neque ei.* *1. Ioan. c. 2. vers. 15.*

Jacob. c. 4. quæ in mundo sunt. Quicumque voluerit amicus esse sæculi hu-
verf. 4. jus, inimicus Dei constituitur. Exola mundo, chara Deo.

CAPVT XIII.

Rosa Cornea, seu, Fortitudo.

Prov. c. 31. S Alomon olim anxiâ sedulitate proclamat: *Mulierem*
verf. 10. sorrem quis inueniet? Et perinde ac si reperisset quæ-
fitam: Procul, inquit, & de ultimis finibus pretium ejus, non
de terrâ, non de infimo & terris proximo cælo, sed de
ibid. v. 25. summo & supremo. Addit: Fortitudo & decor indumen-
tum ejus.

S. Tho. 2. 2. Theologorum Sol Thomas Aquinas: Fortitudo, in-
q. 123. art. 3. quit, principaliter est circa timores difficultum rerum, quæ re-
trahere possunt voluntatem à sequela rationis. Oportet autem
hujusmodi rerum difficultum impulsu non solum firmiter to-
lerare, cohibendo timorem, sed etiam moderatè aggredi. Hinc
conuenienter admodum Fortitudini duo assignamus
B brachia, osseum & ferreum: ex osse lævum, è ferro dextrum
est; illud Aggressus, istud Tolerantia dicitur. Labores om-
nes, omniæque aduersa, cruciatus omnes, ipsamque
mortem Tolerantiâ perferimus, atque hoc dextrum est
brachium, id quæ ferreum, & subinde & adamantinum.
Siniſtrum autem osseum Aggressus est, quo difficulta
quæque ardua viriliter suscipimus perficienda. De ge-
minis his brachiis, quorum differentia probissimè no-
tanda, post inspectum regniæ Virginis exemplat plura
erunt dicenda.

§. I.

B. Maria **V**irgo Deipara his brachiis supra humanam condi-
tionem longè robustissima quæ non fecit, tulit-
que. Ferreo quidem dextræque brachio paupertatem
pertulit voluntariam, & sanè ærumnosam tum domi,
tum peregre. Quam laboriosa fuerunt Virginis beatif-
simæ itinera per Judææ montes in Hebron, inde in
Nazareth, Capharnaum, Bethlechem, Ægyptum; toties
in Galilæam, toties in sanctam civitatem Hierusalem?
quid doloris non sensit è consensu seu miseratione in fi-
lium? Audiit atrocissimas in filium voces jacitari, audiit
illum contumeliis, irrisionibus, probis affici: nec solum
audiit ab universâ plebe *Crucifige, Crucifige* clamari, &
furiosè ad mortem postulari, ipsa etiam suis oculis vi-
dit suum sanguinem, filium suum ex alto spectandum
sisti, flagellis cæsum, spinis redimitum, ludicro ostro ami-
ctum; vidit ipsa sub cruce fatiscentem, in Golgothâ con-
fidentem; vidit denique in cruce pendentem, undi-
que vulneratum, morientem. Hic illa sub cruce non fra-
cta iacuit, sed pectore virili stetit. Clarissimè ille ocellus
Domini Joannes: *Stabant autem, inquit, juxta crucem*
JESV mater ejus, &c. Ruere tunc videbantur omnia, ste-
tit tamen Maria. Ipsæ olim columnæ cæli tuebant Ang-
geli, stetit Maria: corruit ad arborem Adam, stetit ad
crucem Maria: primores Martyrum Apostoli corue-
runt, stetit Maria. Sol extingui, sidera mori, montes ca-
edere, terra deficere, totum tunc cælum videbatur ruere,
stetit Maria; omnia irati Numinis manu fulminari cre-
debantur, stetit tamen Maria. Fractus putabatur illabi
orbis, stetit nihilominus Maria. Virgineo pectore hære-
bat gladius & torquebat, & tamen stetit Maria. Stantis
in cælo Solis maximo olim prodigium fuit, sed ma-
jus hîc matris juxta patibulum stantis, cui fixus pen-
debat filius.

B. Maria **V**irgo Deipara his brachiis supra humanam condi-
tionem longè robustissima quæ non fecit, tulit-
que. Ferreo quidem dextræque brachio paupertatem
pertulit voluntariam, & sanè ærumnosam tum domi,
tum peregre. Quam laboriosa fuerunt Virginis beatif-
simæ itinera per Judææ montes in Hebron, inde in
Nazareth, Capharnaum, Bethlechem, Ægyptum; toties
in Galilæam, toties in sanctam civitatem Hierusalem?
quid doloris non sensit è consensu seu miseratione in fi-
lium? Audiit atrocissimas in filium voces jacitari, audiit
illum contumeliis, irrisionibus, probis affici: nec solum
audiit ab universâ plebe *Crucifige, Crucifige* clamari, &
furiosè ad mortem postulari, ipsa etiam suis oculis vi-
dit suum sanguinem, filium suum ex alto spectandum
sisti, flagellis cæsum, spinis redimitum, ludicro ostro ami-
ctum; vidit ipsa sub cruce fatiscentem, in Golgothâ con-
fidentem; vidit denique in cruce pendentem, undi-
que vulneratum, morientem. Hic illa sub cruce non fra-
cta iacuit, sed pectore virili stetit. Clarissimè ille ocellus
Domini Joannes: *Stabant autem, inquit, juxta crucem*
JESV mater ejus, &c. Ruere tunc videbantur omnia, ste-
tit tamen Maria. Ipsæ olim columnæ cæli tuebant Ang-
geli, stetit Maria: corruit ad arborem Adam, stetit ad
crucem Maria: primores Martyrum Apostoli corue-
runt, stetit Maria. Sol extingui, sidera mori, montes ca-
edere, terra deficere, totum tunc cælum videbatur ruere,
stetit Maria; omnia irati Numinis manu fulminari cre-
debantur, stetit tamen Maria. Fractus putabatur illabi
orbis, stetit nihilominus Maria. Virgineo pectore hære-
bat gladius & torquebat, & tamen stetit Maria. Stantis
in cælo Solis maximo olim prodigium fuit, sed ma-
jus hîc matris juxta patibulum stantis, cui fixus pen-
debat filius.

Vespasiani scitum est, Imperatorem decere stantem
mori. Nec aliter dixerit. Et Imperatricem decet mori
stantem. Stetit hæc virgo inter omnes feminas verè Im-
peratrix, stetit cum filio crucifixâ, cum filio mortua. Ita
nimirum animo dolores filii combiberat, ita cruciatus
illius sentiebat, ut dici potuerit filio suo commori. Ad
arborem scientiæ boni & mali sic stetit Eva, ut nos po-
steri ceciderimus omnes: stetit Maria ad arborem mor-
tis, & fructum nobis præbuit vitæ, stetit discipulis &

Statio Evæ
ad arbore
scientiæ bo-
ni & mali
fuit nobis

amicis aliis, qui tanta promiserunt, dilapsis. Stetit, in quâ
causa mor-
dolor & amor pugnabant: dolor dejecisset, occidisset; statio
amor vicit, erexit, stare fecit. Etenim non tantum sum-
mus, sed fortissimus hic amor extitit, & constantissimus,
spe redituri in vitam filii plenus. Stetit publicè, stetit in-
ter tot hostes, stetit non eminus, sed juxta crucem, ut ab
omnibus agnosci potuerit crucifixi mater. Et quomo-
do tandem geminæ hæc spicæ, Maria & Joannes, horri-
bilissimam hanc grandinem, quæ concussit orbem, eva-
ferunt?

Stetit hæc virgo, dum illius pectus rimaretur non
unus gladius. Quotquot in corpore filii spinæ, clavi, vul-
nera, cruoris rivuli, tot gladii per matris oculos & aures
penetrarunt. Dictum Calignæ fuit: Sic feri, ut mori se
sentiat. Mori se sensit & filius, & mater: cuius si animum
spectes, cum filio flagris cæsa, tubis cincta, in crucem
elata, lanceâ confossa est, & tamen juxta crucem stetit.

Expende quæso stationem istam, aspice stantem non
sedentem, non discursantem, non jacentem; stetit, &
oculos per omnia filii membra, per omnia vulnera at-
tentissimos volutabat, stetit tanquam depictura filium:
depinxit certè in suomet pectore, & hanc morientis ef-
figiem semper retinuit.

Stetit non murmurans, neminem accusans, nec vin-
dictam spirans, nec verbulo Dei providentiam violans,
nec signum impatientiæ vel minimum monstrans, nec
mali quidquam mortalium ulli imprecans. Stetit non
tam in monte Calvariæ quàm Æternæ; mediis stetit igni-
bus, præsertim cum illud audiret, *Ecce filius tuus, ecce ma-*
ter tua. Hic ignis, hic gladius cor virginis partiti, ignis
amoris, gladius doloris.

Stetit & vidit, non tam filium, quàm hominem le-
prosum, & percussum à Deo, virum despectum & novissi-
mum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem, cu-
jus vultus absconditus & despectus. Stetit, ut mater astare
soler filio ægrotanti. Æterna Sapientia Deo se adstitisse
C commemorans in mundi fabricâ: *Quando, inquit, præ-*
parabat cælos aderam, quando certâ lege & gyro vallabat
abyssos. En mater in orbis restauratione adest, cum in
cruentâ trabe referaret cælum filius, cum ruinosa mun-
di fundamenta triplici clavo firmaret, adstuit mater, &
adstuit inconcussa.

Quætere hîc liceat. O mater verè fortis, verè admi-
rabilis, quomodo tandem astare potes ad hoc mæstif-
simum spectaculum? Nunquid oculi tui firmiores sunt
& ardentes quàm oculi Solis? Sol oculos suos aver-
tit, ne Dominum suum cernat morientem, tu verò tuos
aperis, ut videas filium cum morte luctantem. Nun-
quid, ô mater, tu minùs cognata es huic crucifixo viro,
quàm Luna? hæc, velato vultu, lugubrem induta pallam
currit avia, ne conditorum videat expirantem, tu ac-
curris, & sanguinem tuum intueris stillantem deficien-
tem. Tremis terra, dissiliunt saxa, ad ruinam inclinant
omnia, tu tamen stas erecta. Nunquid cor tuum terrâ
D insensibilis, saxis durius?

§. II.

Stetit itaque hæc mater, & talia vidit auditque,
squalia non vidit & audiit ulla mater. Stetit, ut eam
nec vita nec mors dejicere aut inde avellere potuerit.
Non eam Judæorum furor, non militum Romanorum
sævitia, non plebis impudentia potuerunt à cruce aver-
tere. Mille telis impetebant eam linguæ, mille audiit
maledicta, & tamen stetit inter tot molossos, tot inter
leones, qui unicum illius agnellum maledicis dentibus
lacerarunt.

Stetit hæc mater in irato mari mediis cruciatuum
procellis. Stetit solo Deo nixa, cui & gratias egit pro
tanto acerbissimi doloris cumulo, quem ut certissimum
singularis ac eximii favoris signum agnovit. Stetit divi-
næ voluntati devotissima, ad hanc oculos constantiâ
immobili affixit, divinæ se voluntati centies iterumque
centies

gratius, nihil imò sanctius est gratiâ. Dirissimâ mortis genus est, vivere in aulâ, & excidisse gratiâ. Quisquis aulicorum anxio semper ac sollicito est animo, ne collectam gratiam effundat, officium interim atque unquam facit, hic quidem sedulus est, fortis non est. Est alius in eadem aulâ homo deses & officii sui negligens, nec tamen gratiam fortes sunt. Non primus, quia nimium timet, ne gratiam amittat; non ultimus, quia nimium dolet ob amissam gratiam. At verò medius ille non fortis, sed audax & temerarius est.

Discrimen inter divinos & humanos favores.

Hic observemus, inter divinos & humanos favores discrimen esse longè maximum. Humanus favor cum definit, aulâ excludit. Et quamdiu? Annis pauculis. Favor divinus cum repellit, gehennâ includit. Et quamdiu? In omnes sæculorum æternitates. Ah, quam hæc non capimus? Ideo cæpi dum humani favoris umbras sequimur, gratiam humanam perdimus, & divinam non obtinemus. Deinde uti melius est gloriôsè mori, quam ignominiosè vivere, sic longè satius est gratiâ privari, sed sine amissâ culpâ, quam culpam admittere, & sibi gratiam stabilire.

Et quamvis infons gratiâ omni excidas, nec primus es, nec ultimus, quem aura hæc afflat. Idem ante te plurimis evenit: idem plurimus eveniet, qui etiam in alto stant. Hæc tempestatum vices sunt in aulis, nec novæ, nec miræ. Hæc David, hæc Daniel, hæc Baptista subiit. Quisquis es, quod Josue Duci, tibi dictum crede: *Confortare igitur. Et esto robustus valde.* Hoc pati & sustinere, pars Fortitudinis est, & quidem præstantior. Sed hoc ferreum Fortitudinis brachium magis spectandum damus, ne ulli desit, quod in hoc genere imiteretur.

Josue cap. 1. vers. 6.

E septem Africanis Martyribus, qui ad Regem Agarenorum è carcere producti, fortissimè locuti sunt, præcipuus fuit Daniel, qui ingenti animo: Ure, ajebat, tunde, lania; idola tua non adorabimus, quò magis nos affligis, hoc digniores vitâ æternâ efficis. Tua sævitia, nostra est gloria. Ejecti è terrâ in cælum admittimur. Mortem evadit nemo. Momentum est, quo animus à corpore divellitur. Mors inferorum mors longissima, quia æterna. Hæc eos manet, qui Christum deserunt. Pro Christo mori nos omnes paratissimi sumus. Ita dixit, ita fecit. Neque aliter alii.

Audeamus nos idem; audeat pro se quisque mundo sic insultare: Tunde, ure, lania, idola tua non adoro; non Platum, non Venerem, non Bacchum. Audeamus & Deum ipsdem affari verbis: Tunde, ô Deus, lania, ure, seca, modò in æternum parcas; quò magis me deprimis, hoc magis me attollis: ejectus terrâ cælo recipior. Nam Fortitudo hæc difficilis sit Christiano? In idololatris eam cernimus.

§. II.

A Naxarchum Abderiten Philosophum Cypri tyrannus Nicocreon comprehendi, & in grandi mortuario jacentem pistillo ferreo contundi iussit. Hoc ita fortiter tulit Anaxarchus, ut etiam exclamare ausus sit: Tunde, tunde Anaxarchi sollem, Anaxarchum enim non tundis. Cùmque minaretur illi Nicocreon linguam quoque imis ab radicibus evellendam, mox illam Philosophus ipse sibi præmordit, & in regium os cruentam evomuit. Audeat hæc & Christianus, Deò que dicat: Tunde, ô Deus, tunde, de corporis solum exuviis agitur, modò spiritus tibi firmus adhæreat. Hæc vera Fortitudo, hoc ferreum illud brachium est, quo fortiter sustententur universa.

Marci & Marcelliani fratrum fortitudo

Marcus & Marcellianus fratres gente Romani, Religione Christiani, à Duce Fabiano grandibus clavis ad stipitem sunt affixi. Hos judex allocutus: Respicite

A miseri, ajebat, & vosmet his cruciatibus subducite. Ad quæ illi constantissimè responderunt: Hoc quaecumque est supplicium, nobis est laurissimum convivium. Jucundius nunquam epulati sumus. In gratiam Christi etiam graviora pati minimè horremus. Nunc in amore Domini Jesu fixi esse cæpimus. Utinam ad supremum usque halitum hæc perferamus! Diem unum noctemque in his tormentis perdurarunt, & veluti non in cruce, sed in oede essent, hilares cantarunt. Demum jaculis confixi evolarunt ad cælum. Imitemur obsecro: & licet trabalibus clavis figamur cruci, hoc ipsum nihilominus cantemus Domino gloriosè: Nunc incipimus esse fixiores in amore Christi.

Hoc animi robur, hæc fortitudo vera, quam Augustinus ait esse consideratam periculorum susceptionem, & laborum perpersionem.

Perpessio laborum, ut jam supra demonstratum, pars primaria Fortitudinis. Propter eam cum catenati se se ingerunt labores, cum ærumnarum undique plurimum est, illud animum subeat: *Confortare, et esto robustus valde. Manus fortium dominabitur.* Prisci Poëtæ fortissimorum heroum clypeos cecinerunt septemplexes. Ita Homerus, ita Maro:

Et clypei extremos septemplexes orbes.

Virg. lib. 12.

Ita illud roboris prodigium Samson, cùm septem novis funibus ligaretur, eos rupit quasi fila telarum. Septemplex clypeus est nobilissimum illud effatum Jobi: *Sicut Domino placuit. Vel: Quamdiu Deo visum.*

Jacob Labano focero homini fraudulento & mendacit septem annis servivit rigidam proflus servitorem. In præmium accepit Liam conjugem. Idem aliis septem annis servivit obtinendæ Racheli. Idem iterum aliis omnino sex annis servivit, pecori, quod antè suum erat, impetrando. *Et videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine.* En tibi septemplexes clypeos. Cùm Jacob labores suos solaretur, & illud utique usurpabat identidem: *Quamdiu Deo visum. Sicut Domino placuit.* Et noster clypeus heu quam non septemplex est! cùm horulam, cùm aut dieculam, aut

angustum explevimus annum,

Virg. lib. 9.

mox fessi & arma & animos abjicimus; si quid labore collectum est, impatientiâ effundimus. O viri, aut potius, ô verè Phrygiæ, neque enim Phryges, ubi clypeus, ubi septemplex scutum est tibi illud: *Quamdiu Deo visum? ubi ferreum animosæ virtutis brachium? Sic stultus estis, ut cùm spiritu cooperitis, nunc carne consummemini?* Pars Fortitudinis præstantissima. Atque hoc dextrum illius brachium. Sinistrum, ut diximus, est *Aggredi,* quod jam explicandum.

§. VI.

A Nimus verè generosus & fortis, non *Patitur* tantum quod durum est, sed & *Aggreditur* quod arduum est: utrinque sudore opus. Prout autem animus agentis est, sic & actiones. Si quid ardui suscipiam pro Republicâ vel patriâ, Theologi actum pietatis vel justitiæ legalis nominant: si quid pro religione & sacris tuendis, Confessionem fidei: si meo solum bono & cômmodo agam, Amorem sui: si audaciâ ductus & impetu, Temeritatem: si verò quid aggrediar virtutis amore, Fortitudinem appellant. Huc in actus, quos heroicos vocamus, pertinent. Ab equi alacritate res patebit.

Job equum bellicosissimum velut coloribus effingens: *Terram, ait, ungulâ fodit, exultat audaciter, in occursum pergit armatus, contemnit pavorem, nec cedit gladio. Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hasta & clypeus. Fervens & tremens sorbet terram, nec reputat tubæ sonare clangorem. Vbi audierit buccinam, dicit, Vab! procul odoratur bellum; exhortationem ducum, & ululatum exercitus.* En hominis à virtute animos effigiem. Aggressu impavidus est, & velut equus certamine primus

Si quā sonum procul arma dederunt,
Stare loco nescit, micat auribus, & tremis artus,
Collectūque premens volvit sub naribus ignem;
Primus & ire viam, & fluvius tentare minaces
Audet, & ignoto sese committere ponto:
Nec vanos horret strepitus:

Jámque personante classico fervet, fremit, exilit, lituo-
rum clangori adhinnit, tormentorum curulium frago-
res patitur, in hostem cominus evolare gestit, jámque
datis frenis in aciem erumpit, & hostium & vulnerum
contemptor: sic homo in aggressu fortis seipsum inflam-
mans: Aggredere, ait ipse sibi, aggredere opus: Christo
laboras. Confortare, & esto robustus valde: Christo militas.
Christo pugnas, Christo vincis. Quid famem metuis,
quid mortem horres? Christo abstines. Christo more-
ris. Aggredere igitur, aggredere hydram tricipitem, &
conscice. In alto fulget præmium: Aggredere.

Iosue cap. 1.
vers. 6.

Tob. cap. 6.
vers. 4.

Tobiam in itinere cælestis comes adversus cetum
animat & vociferatur: *Apprehende branchiam ejus, & tra-
he ad te.* Perinde si diceret: Aggressionem hęc opus, Tobia;
invade pelagi monstrum, & domuisti; aggredere, &
viciisti.

Quid ergo cessamus? Heroas plurimos, aggressionem
fortissimos non cernimus? ipsi nos idololatræ in ruo-
rem dant. Leander illustris ex Abydo juvenis, hem quan-
ta aggressus? Nam ut amoribus suis indulgeret, Helle-
sponium mare sapius tranavit, non sine certo vitæ pe-
riculo. Fuit ut furibundum mare transitum omnem ne-
garet, tunc juvenis motæ impatiens, hebdomadem
unam annale tempus reputans, ait:

Ovid. epist.
Heroidum.

Parcite dum propero, mergite dum redeo.
Quid ad hæc ais Christiane? tunc tam fortis non ob
amorem Erūs virginis, sed Christi conditoris & repara-
toris? Ubi heroici actus tui? Scis inter præcipuos nume-
rari istos:

Actus ad
quos forti-
tudo cu-
julque
examinan-
da est.

1. Ignoscere lædenti,
2. Judicium proprium submittere,
3. Divinæ voluntati suam conformare,
4. Ambitionis alas sibi met præcidere,
5. Oculos ab iis quæ placent abducere,
6. Gulam, in iis quæ sapiunt, coercere,
7. Linguam silentio frenare,
8. Manum à rei charæ contactu continere,
9. Cupitâ te quacumque genium fraudare.

Ergo teipsum explora, num facilem des veniam in te
peccanti: num possis cedere & aliorum sequi judicium:
num voluntatem tuam in omnibus divinæ subjicias:
num valvas oculis emissitibus obicias: num gulam inter
pabulandum substringas: num linguam periculosè lo-
cuturam objectis clathris reprimas: num manum avi-
dam revocare scias: num genium in mollia & curiosa
effusum vi avellere valeas. Ad hos actus velut aurum
ad cotem examinanda est cuiusque Fortitudo. Ne for-
tem se putet, qui in his succumbit. Nec ferreum ille bra-
chium, nec osseum habet, qui difficilia sustinere, aggre-
di ardua recusavit. Paulus ad ignaviam nostram ingemi-
scens: *Omnis, inquit, qui in agone contendit, ab omnibus se
abstinet: & illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant,
nos autem incorruptam.* Quanti, ut hosti herbam eripe-
rent, & ferreum & osseum explicarunt brachium, gra-
vissima passi, obstupescenda aggressi?

1. Cor. c. 9.
vers. 25.

§. VII.

Egnatius
lib. 3, cap. 2.

Principius & Taruns fratres Gothici temporibus
ex urbe Româ ad pugnam adversus Vitigem Go-
thorum regem, qui Belisarium obsidebat, egressi, incli-
natâ disjectâque urbanorum acie suâ, hostibus in cæ-
dem ruentibus corpora objecere, ac tamdiu pertinaci
staru barbarum remorati sunt, quoad Principius in ve-
stigio cõcidit. Alter ubi suos in tuto esse vidit, defun-

Tom. I.

Actus prælio, multisque confossus vulneribus ad Pinci-
nam portam inter suorum complexus & gratulationes
expiravit. Hoc aggredi, hoc pati est.

Cynagiri Atheniensis gloria quantis scriptorum lau-
dibus celebratur, qui Marathoniam pugnam, cum palantes
Medos Persasque ad naves compulisset, navem hostibus
onustam dextrâ manu tenuit; hac hostium ferro ampu-
tatâ, lævam navigio iniecit, idque remoratus est. Quam
& ipsam cum amisisset, nihilo remissior factus, jam-
que ore pugnant arreptam mordicus navim defixit, &
quamvis cædibus fatigatus, atque ambabus manibus
præcisus, mortu tamen & dentibus ceu rabida fera di-
micavit, quando aliâ vi non potuit.

Trogus, He-
rodotus, Val-
ler, Trima-
quillus in
Cas.

Talis nec minor fuit Acilius C. Cæsaris miles navali
bello apud Massiliam: qui amisâ dextrâ, quam in ho-
stium puppim iniecerat, in adversam navium transiit,
& umbone hostes obvios impellens velut præcipites
præ se egit, quoad Cæsariani victoriâ sunt potiri. Mani-
bus hi milites caruerint, certè brachia illis & ferrea &
ossea non defuerunt; sustinendo & aggrediendo pæne
incredibilia patrarunt.

Magna profus & admiranda Fortitudinis opera hi
tales ediderunt, sed adhuc edidit majora Marcus Ser-
gius Silus, cui fortiter in acie stanti non solum non fa-
vit fortuna bellica, sed illi vehementer fuit infesta. Se-
cundo suo stipendio dexteram manum perdidit, duo-
bus deinde stipendiis ter & vicies est vulneratus, & ob
eam rem neutram manu, neutro pede factis validus & uti-
lis militavit deinceps nihilominus, uno tantum servo
usus. Bis ab Annibale captus, bis vinculorum ejus pro-
fugus, viginti mensibus nullo non die in catenis & com-
pedibus custoditus, sinistrâ manu solâ quater præliatus
est, duobus equis eo insidente suffossis. Dexteram sibi
ferream fecit, eaque ut suâ pugnavit manu. Cremonam
obsidione exemit. Placentiam tutatus est. Duodena
hostium castra cepit in Gallia. Innumeras haud dubiè

coronas congesturus, si tanta Fortitudinis insoles in
meliora tempora incidisset, & non in ea, quæ populo
Romano fuerunt iniquissima. Vicerunt alii, sed vicere
homines, Sergius etiam ipsam vicit fortunam. Nec mi-
rum, manu pugnavit ferream. Hinc Plinius major tantam
fortitudinem dilaudans: M. Sergio, ut quidem arbi-
tror, inquit, nemo quemquam hominum jure prætule-
rit. *Et isti quidem, inquit Paulus, ut corruptibilem coronam
accipiant, nos autem incorruptam.*

Plinius l. 73
hist. natur.
cap. 28.

1. Cor. c. 9.
vers. 25.

Epictetus
cap. 35. &
cap. 36. En-
chirid.

Sapienter & ad rem eruditè Epictetus: *Vis, inquit,
Olympia vincere? Considera quid antecedere, quid sequi so-
leat, atque ita rem gerendam suscipito. Oportebit te conser-
vare ordinem, edere ingratis, abstinere bellariis, exerceri ne-
cessariè & certo tempore, in asu, in frigore: non frigidam bi-
bere, non vinum, nisi presinito. Ad summam, tamquam medi-
co, sic lanista te tradas oportet. Deinde in certamen descendere,
aliquando manum ledere, calum distorquere, multum pulve-
ris deglutire, interdum flagris cedi, & vinci post hæc omnia.*

Quinquercio esse vis, aut palastrica? brachia tua intuere, fe-
mora & lumbos considera. Putasne te hæc aggressum, equè
posse edere, aquè bibere, aquè sustinere? Vigilandum est, labo-
randum, à tuis recedendum. A puero contemni, in omnibus de-
riori conditione esse oportebit. Et isti quidem ut corruptibi-
lem coronam accipiant. Pro incorrupta, quæ nostra sunt
Fortitudinis opera? Neque verò hęc opus ut hiemes sub
pellibus actas, ut ætates inter bella sudatas, ut dies no-
ctesque præliando consumptas numeremus: cupiamus
sustinere ac pati, & princeps Fortitudinis munus jam
implevimus.

1. Cor. c. 9.
vers. 25.

Minutius
Felix in
Octavianum
proprios sine,
sibi ante illa

De hac Christianorum non simulatâ Fortitudine
elegantè Minutius ita disserit: *Quid corporis humani vi-
tia sentimus & patimur, non est pœna, militia est, fortitudo
enim infirmitatibus roboratur, & calamitatis sapientis disciplina
virtutis est. Virtus denique mentis & corporis sine laboris exer-
citatione corpescent: omnes aded vestri fortes, quos in exem-
locis citatis.*

Y y 3

plum

plum predicatis, &rumnis suis inclyti floruerunt. Itaque & nobis Deus nec non potest subvenire, nec despicit: cum sit & omnium rector, & amator suorum; sed in adversis unumquemque explorat & examinat: ingenium singulorum periculum persequitur: usque ad extremam mortem, hominis voluntatem sciscitatur, nihil sibi posse perire securus. Itaque ut aurum ignibus, sic nos discriminibus arguimur. Quam pulchrum spectaculum Deo, cum Christianus cum dolore congruitur, cum adversum minas & supplicia & tormenta componitur: cum strepitum mortis & horrorem carnisificis irridens consultat: cum libertatem suam adversus reges & principes erigit: soli Deo, cuius est, cedit: cum triumphator & victor, ipsi qui adversum se sententiam dixit, insultat: Vicit enim, qui quod contendit, obtinuit. Quis non miles sub oculis Imperatoris audacius periculum provocet: nemo enim primum percipit ante experimentum: & Imperator tamen quod non habet, non dat: non potest prorogare vitam, potest honestare militiam. At enim miles nec in dolore deservit, nec morte finitur. Sic Christianus miser videri potest, non potest inveniri. Vos ipsi calamitosos viros fertis ad calum. Mutium Scævolum, qui cum errasset in regem, perisset in hostibus, nisi dextram perdidisset. Et quot ex nostris non dextram solam, sed totum corpus iri, cremari sine ulla ejulatione pertulerunt, cum dimitti presertim in sua haberent potestate? Viros cum Mucio vel cum Atilio regulo comparo: Pueri & muliercula nostra cruce & tormenta, feras & omne suppliciorum terribilamentum inspirat: patientia doloris illudant. Nec intelligitur, id miseri, neminem esse, qui aut sine ratione velit penam subire, aut tormenta sine Deo possit sustinere: Nisi forte vos decipit, quod Deum nescientes divitiis affluant, honoribus floreat, possent potestatis. Miseri in hoc alius tolluntur, ut decedant aliis. Hi enim ut victima ad supplicium saginantur, ut hostia ad penam coronantur: In hoc addo quidem imperii ac dominationibus eriguntur, ut ingenium eorum perditæ mentis, licentia potestatis liberè mundantur. Absque enim notitia Dei, quæ potest esse solida felicitas, cum sit somno similis: & antiquam tenerur, elabitur. Rex est tam times quam timeris: & quamlibet sis multo stipatus comitatu, ad periculum tamen solus es. Dives es, sed fortuna male creditur, & magno viatico breve vitæ iter non instruitur, sed operatur. Es cibus & purpuræ gloriari: vanus error hominis, & inanis cultus dignitatis, fulgere purpurâ, mente sordescere. Nobilitate generosus es, parentes tuos laudas: omnes tamen pari sorte nascimur, solâ virtute distinguimur. Et en luculentum ignavia & Fortitudinis paradigma.

Felicitas non est solida absque notitiâ Dei.

Iob cap. I. vers. 21.

Priscum lambus.

Est, cui domus incendio deflagrat. Huic, cum Fortitudine careat, non tantum omnia pereunt, sed & ipse seipsum perdit: questibus & ejulationibus impler omnia; mortem sibi met precatur, & pene etiam infert. O scdam & imbecillum in homine Christiano ignaviam! quam non ardentem hic pati pro Christo desiderat; brachium ferreum penitus illi amputatum est. Sanctius illi & fortius, qui & domo & omnibus amissis Deo gratias agunt, velut si beneficium accepissent; & acceperunt certè, modò non desit perferendi Fortitudo.

Non multis abhinc annis eximius Juvenis Dolæ à D Parthenio beatissimæ Virginis cætu, cum ex agro reversus & domum, & quidquid in eâ chari aut pretiosi habuerat, sortuito incendio absumi vidisset, consilii non inops, mox in genua procumbens: Dominus, inquit, dedit, Dominus abstulit: sit nomen Domini benedictum. Qui Jobi linguam tam expeditam, ac in promptu habuit, ejusdem fortissimum animum suo jam dudum concepisit debuit. Fortium virorum est adversos casus ex-cello pectore tolerare.

§. VIII.

Democritus, quidnam Fortitudo efficeret, interrogatus, optime respondit: Dispensia minuit. Incendia, naufragia, pecunia, famæ jactura, valetudinis & vitæ damna incredibiliter minuuntur à Fortitudine.

Nullum malum est, quod ferre fortis non queat.

A Neque enim vir fortis est, Bernardi sensu, cui non crescit animus in ipsâ verum difficultate. Magnanimus seipso fit major in maximis cladibus. Ferrum & ignes adverso pectore fortis excipit.

Victoriani fortitudo & constantia in sufferendis tormentis!

Victorianus civis Adrumetinus, honesto loco natus, consulari dignitate excelluit inter Carthaginienses. Hunc ob prudentiam & in rebus gerendis industriam singularem Hunnericus rex magnis honoribus affecit, familiariter eo usus. Quem etiam blanditiis demulsit, ut ei scilicet persuaderet Arrium. Cui magno animo Victorianus: Adversus me, inquit, extrema quævis experire: bestiis objice, flammis absume, tormentis quantiscunque affice, scito tamen me quidvis perpeti malle, quam fidem Christo Servatori datam fallere.

Honestâ mors forti viro vita altera est.

Ad hoc dicendi robur exardescens tyrannus, Victorianum verberibus aliisque tormentis sædè laceratum justit interfici. Nihil agis Hunnerice: libertas forium nullo præmio venalis, nullo supplicio expugnabilis est. Vir fortis non annos numerat, sed victorias.

B Vincentium videte in candenti craticulâ jacentem. Vincentium Etiam illi robur, & æs triplex circa pectus fuit. Etiam illi & ferreum fuit brachium & osseum: Aggressus multa, plurima passus. Credebatur, & igne timido membris omnibus affabatur; sale fricabantur vulnera, non jam membra; utulari artus ferreis uncis ac pectinibus lacerabantur, ut jam plus inveniretur vulneris quam corporis. In his cruciatibus perferendis si consideretur humana patientia, incipit esse incredibilis; si agnoscat divina potentia, desinit esse mirabilis. Interim fortissimus Athleta, cum sanguine generosissimas quoque voces sparsit. Optimus Vincentii encomiastes Augustinus: Tormenta, inquit, defecerant, & adhuc membra durabant. Iudex ferox, tortor cruentus, martyr invictus. Tanta grassabat crudelitas in Martyris corpore, & tanta tranquillitas proferebatur in voce, tanta panarum asperitas scribebat in membris, & tanta securitas sonabat in verbis, ut miro modo putarem Vincentio patiente, alium, non loquentem torqueri. Et verè, fratres, ita erat: prorsus ita erat. Alius loquebatur. Præmiser enim & hoc testibus suis Christus, quos ad hujusmodi certamina preparabat: Nolite præmeditari, quomodo aut quid loquamini, non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. Caro ergo patiebatur, & spiritus loquebatur, & loquente spiritu non solum convincebatur impietas, sed etiam confortabatur infirmitas. Nam rabidi hostis, atque in Christum sevientis insaniam interventus adiit, modestus sustinuit, securus irrisit, sciens paratus esse, ut resisteret, nesciens elatus esse, quò vinceret. Sed jam illa omnia transierunt, & ira Daciani & pena Vincentii. Nunc autem poena Daciano, corona verò manet Vincentio. Verissimè Dextera est Deus telumque misile imperterritis.

Aug. to. 10. serm. 12. & 13. de sanctis.

Matt. c. 10. vers. 19.

Troch. vet.

§. IX.

V Idete Cæciliam virginem Romanam, quæ animosè brachio cum ferro est usa, tum osseo. Rem summè arduam aggressa, virginitatem inter gentilitatis tenebras vovit, Valerianum juvenè idololatram Christo adjunxit, eique eundem colendæ virginitatis animum injecit, idque primâ nuptiarum nocte, quâ Thalassius & Hymeneus totâ domo personabant. Insuper seipsam, & Valerianum conjugem, ejusque fratrem Tiburtium ad mortem pro Christi nomine subeundam animavit. En osseum quoque puellæ brachium.

Cæciliæ Virginis.

Quanta non rarò possemus, si auderemus aggredi: multa non possumus, quia nos non posse putamus; non aggredimur ardua, quia benignâ nimium credulitate ignaviam nostram fovemus. Quælibet difficultas animum nobis excutit, & molle brachium frangit. Hinc illæ ignavorum voces: Leo est in viâ, & leana in itineribus. Leo est fortis, in medio platearum occidentus sum. Confortare ô imbellis cessator, & esto robustus valde. Fortitudo ignem

Prov. c. 20. vers. 11. Prov. c. 22. vers. 13.

ignem experitur in Laurentio, lapides in Stephano, tormenta varia in Vincentio, exilium in Joanne, paupertatem in Francisco, venenum in Benedicto. Quid tu habes, quod in te experiat Fortitudo?

Unus aliquis olim è priscis Patribus ob Solis æstum meridie in vicinam specum declinavit, reperitque leonem, qui hospitem salutavit rugitu. Cui senex: Quid rugis, mi paterfamilias, sar ambobus hic spatii est. Quod si tibi displiceam, exi, & abi quod vis, ego te melior sum, Dei imago sum, tu bellua es. Non multum ab simili modo cum leonibus ac lænis (quas nobis sæpe fingimus) fermocinandum: Mi Leo, ne fævis moremur simul, non omnia, quæ molesta & difficilia toleratu, continuo tanquam intolerabilia sunt repudianda. Fortitudinem in calamitatibus, in periculis exploramus: at verò pericula nec provocat Fortis, nec timet, mortem magis contemnit quam vitam oderit: aliquando & vivere, præsertim in ærumnis, Fortitudo est. Promptè mori plerumque fortius est quam vivere.

Videte tot centena millia fortissimorum Martyrum. Hieronymus censeat, si quovis per annum die quinque millia Martyrum cohererent, numerum eorum uno anno neutiquam absolventum. Hos, inquam, purpuratos exercitus numerosissimos aspiciate; quanta in passis, aggressi quanta, quam foriter & ferreo usi sunt brachio, & osseo! omnes tyrannidis apparatus, bojas, fiduculas, virgas, peccines, flagra, faccs, taureas, plumbatas, scorpioncs, unguilas, forcipes, murices, equuleos, trochleas, sagittas, culeos, pelves, lebetes, ollas, sartagine, tympana, torcularia, terebra, rotas, ferras, craticulas, cruces, ignes, rogos, crepidas, chirothecas, mánicas, scillas, subulas, laminas, lecticas, galeas, tunicas igitas, hæc omnia & plura ingeniosæ crudelitatis instrumenta, tot Martyrum myriades fortissimè superârunt ferreo brachio, hoc est, *Sustinendo manus fortium dominabatur.*

Hieron. ad Chromasti.

Prov. c. 12. vers. 24. August. 10. 5. serm. 12. de Sanctis. Dux mundi duplicem aciem producit Mundus contra milites Christi: Blandiri & tervere.

Recolite, inquit Augustinus, Martyrum regem cohortes suas armis spiritualibus instruentem, bella monstrantem, adjutoria ministrantem, premia pollicentem. *Adverte fratres, adverte fratres, adverte fratres. Munda duplicem aciem producit Mundus contra milites Christi. Blanditur, ut decipiat; terret, ut frangat. Non nos teneat voluntas propria, non nos terreat crudelitas aliena, & victus est Mundus: ad utroque aditus occurrit Christus, & non vincitur Christianus.*

Habemus quidem & nos nostros scorpiones, torcularia & sartagine nostras. Sed confortamini, & estote robusti valde. Sustinentum & Aggrediendum: & ferreum brachium & osseum expediendum est. Præstantis roboris est osseum aggrediendum; præstantioris est ferreum sustinendo. Confortemur igitur, & ad crucem Domini stemus unâ cum Domini matre. Pugnantes ille non tantum spectat, sed & adjuvat, qui vincentes coronat.

ACTIONES FORTITVDINIS.

I. Praxis fortitudinis.

1. Christianæ Fortitudinis est, pravas animi cupidines omnes edomare & frangere. Samson leonem domuit, & asini mandibulâ mille viros occidit, ab imbelli mulierculâ domitus, & omni robore spoliatus est. David rex ursum & leonem etiamnum juvenis discerpit, Goliathum interfecit, & tamen oculos suos non satis fortiter custodivit. Sunt qui jejuniis, vigiliis, flagris, ciliis corpus atterant, aures tamen & oculos, manus & linguam non contineant. O Samsones, & Davides! sed quos Dalila aut Bethsabea sub jugum mittit.

Secunda.

Alexander Mammae filius. Hieron. lib. 6.

2. Fortitudinis est prosperis non extolli, adversis nequaquam dejici. Læto rerum successu non insolecere; sed nec turbari quantumcunque tristi eventu. Uti præclare dixit è priscis quispiam: Fortes atque moderatos viros optima quidem optare decet, sed ferre etiam quantumcunque accidunt contra animi votum.

Tertia.

3. Fortis est, quem merus mortis statu non moverit,

A neque ad puerilem trepidationem aegerit. Vir fortis exit è vitâ, ignavus fugit. Vir fortis cum mors ad ostium pulsar, ita secum ipse loquitur: Quid juverit hic trepidare aut tergiversari? serius aut citius; moriendum est. Omnes urget lex ista. Nunquid hoc semper animo verfabas, *Quando Domino visum?* Nunc Domino videtur, ex mortuis transferre te ad vivos. Cur non annus toto capite? Dominus est, qui te vocat. Satis vixisti; quia è atatis pervenisti, quod satis esse Domino visum est. Ergo claude oculos, & è turbis abi ad quietem, è luctu, quod speras, ad gaudia. Ergo morere, viro forti totus orbis pro sepulchro est.

4. Fortitudo via regia est, à quâ declinat ad dexteram, qui temerarius est aut pertinax; ad sinistram exerrat, qui formidolosus est, aut pavidus. Medio tutissimibis. Qui verâ virtute fortis est, nec temere audent, nec inconsultè timet.

5. Biliosus & magnanimus infinitè differunt. Fortitudini non est opus bile, his armis non pugnat. Ennodii erudita vox est. Novimus virum fortem non posse dici, quem ira vicerit & indignatio. Satis est magno pectori rectè fecisse. Cetera omnia bono Deo committit. Ruar orbis, non indignabitur, non excandescet vir fortis.

6. Verissima Fortitudo ea est, quæ & Ferreum, ut diximus, & Osseum habet brachium, quæ *Pati* novit & *Aggredi*. Hoc præclarum, sed illud præclarior, & magis proprium Fortitudini. Ferreum brachium perpetitur difficilia, Osseum aggreditur ardua. Utrumque Fortitudini necessarium.

7. Virum fortem probant injuriæ, monstrant ærumnæ, calamitates evehunt.

CAPVT XIV.

Rosa è succino, seu, Fiducia in Deum.

§. I.

Primum est, quod hic moneam: Hæc virtus, Fiducia in Deum, nunquam satis laudari, nunquam inculcari satis potest. Totos dies de hac virtute differuisse, parum fuerit. Catharinam Senensem in hoc non rari miror, quam veneror, quod ea, cum sermo incidisset de fiducia in Deum, nunquam satiare, non tædio affici, non somno superari potuerit: diu non tædique steterit, nec unquam hæc audiendo fatigata fuisset, aut satiata. Agendum, divinæ Virginis summam in Deum fiduciam compendio sub aspectum subjiciamus.

Deus quidem in edendis miraculis parvus & restrictus liberalitatis est, nihilominus tanta fuit divinæ matris in Deum fiducia, ut eam Deus miraculo firmârit, & quantum illa sibi placuisset, per Angelum significârit. Imò hæc Virginis fiducia miraculis omnibus superior est.

B. Mariæ fiducia miraculis firmata.

Cum Virgo è Zachariæ domo rediisset, Josepho conjugi visa est gravis esse utero. Hic vir sanctissimus hæere nonnihil, nec tamen pejus suspicari aut iudicare velle, sed omnia divino potius arbitrio commendare, & fugam modestam circumspicere. Observavit hæc Virgo, Josephum conjugem altis cogitationibus mergi, & tamen tacuit. Sciverat illum de Angeli salutatione & altissimo illo mysterio nil scire, & tamen tacuit; solum Deum aspexit, cui & hoc, aliæque omnia commisit submississimâ patientiâ & summâ fiducia, certa istud Deo esse curâ, nec divinam providentiam suo muneri defuturam.

Egregiè de hac Virginis fiducia Seraphinus Firmianus: *Propriam, inquit, non fuisset causa prosteri innocentiam, nisi eam Deus ipse comprobasset. Tacebat Virgo, sed Deo maxime confidebat, honorisq, sui curam in Deum iactabat.* Prout nimirum Apostolorum Princeps monuit, *Omnes sollicitudinem vestram projicientes in eum, quoniam ipsi curâ est de*

Firmianus de oratione mensis c. 12.

1. Pet. cap. 5. vers. 7.

Psal. 54. vers. 23. **vobis.** Eodem vatis Hebraei monitum spectat: *Tacta super A Dominum curam tuam: non dabit in aeternum fluctuationem iusto.* Non fluctuabat Virgo, non titubabat, sed sponfus. Hæc stabat immobilis divinæ providentiæ anchorâ firmata. *Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion non commovebitur.*

Psal. 124. vers. 1. Socrates stare-solitus dicitur, pertinaci statû perditus & pernox à summo lucis ortu ad solem alterum orientem, inconnivens, immobilis, iisdem in vestigiis, & ore atque oculis in eundem locum directis, cogitabundus tanquam quodam scesselis mentis atque animi facti à corpore. Liceat ima summis non conferre, sed hæc per illa explicare. Stabat Virgo fræta Deo, stabat immobilis & oculo irretorto Deum spectabat, divinam expectans opem, quæ nullius hominis fiduciam eludit aut frustratur.

Dan. cap. 13. vers. 35. Susanna cum duceretur, *flens suspiravit ad caelum: erat enim cor ejus fiduciam habens in Domino.* Magna hæc fuit fiducia Susannæ, longè major Virginis divinæ, non flentis, sed omnia Deo hilariter committentis. Sed cur ea Josepho conjugii arcum, quod ignorarat, non detexit? Scivit utique, famam & honorem suum in discrimen adduci. Scivit, nec tamen illud nesciit, se suumque honorem, suaque omnia Deo commendatissima esse. Hinc cor ejus erant summam habens fiduciam in Domino. Hinc nulla trepidatio, nulla lacrymæ, perturbatio nulla in Virgine. Viderat Josephus serenissimam ejus faciem tranquillæ mentis indicem; mirabatur & indubiè secum ipse hæc loquebatur: Hic ne minimum quidem signum ullius criminis adverto: conjux mea non expallefcit, non tegit, non fugit, uterus tumet, sed nihil timet conscientia. Ideo Marthæus conceptissimis verbis: *Hæc eo, inquit, cogitante.* Nil mali suspicatus est, nil cogitavit sinistra: hoc unum visum est factu optimum, abire; cetera divinis nitibus committere. Sed tempori Deus adfuit, & Angelum misit, qui Josephum doceret tumentis uteri cælestis arcum.

Matth. c. 1. vers. 20. Sed qualis insuper ea Virginis fuit in Deum fiducia? Virginitatem vovit, & viro nupsit, hoc utique volvens animo: Quod Deus in me cæpit, perficiet, solidabitque. Eam utriusque aspirabit gratiam, ut simul habiturus velut Angeli duo, securâ tutâque castimoniâ.

Psal. 31. vers. 10. Quâ in re cælestis Virgo divinâ bonitate nos niti docuit: cui enim Deus animum inspirat, ut statuat, huic etiam auxilia subministrat, ut quod statuit, in opus producat. *Sperantem in Domino misericordia circumdabit.* Ita scilicet ex omni parte proteget, ut adversus omnem insultum sit munitissimus. Nam quod major hominis in Deum fiducia, hoc major Dei in hominem misericordia. Insigniter dixit Theodoretus: *Gubernatorem habeas Deum & aurigam, & res tua ab illâ providentiâ pendeant, hoc enim modo inconcussum manebis.* Res certa: Falli non potest, qui sic potest Deo fidere.

§. II.

Incostantia est initium omnium malorum tentationum. **D**icite, quæso, unde in animo nostro tot trepidationes, tot turbines, tot fluctuationes & Euripi, tantus in agendo languor & mutabilitas, tantus in patientia horror & imbecillitas? Deo non satis fidimus, nec toti à divinâ providentiâ pendemus. E tripode oraculum cenleamus, quod ille scriptorum religiosissimus dixit: *Initium omnium malorum tentationum, incostantia animi & parva ad Deum confidentia.* Quoties Deus suam nobis fidem obligat de curâ & providentiâ suâ, de patrocínio & auxilio suo in rebus omnibus, modò nos nostro non desimus muneri, permittamus Deo cetera. Cuius nostrum affiduè instillandum est metro, ut tenaciùs hæreat:

Horat. epist. 1.1. epist. 11. ad Bulla- Tu, quamcumque Deus tibi fortunaverit horam, Gratâ sume manus, permitte & cetera Divis. Prudenti futuri temporis exitum

Caliginosâ nocte premit Deus, Ridetque, si mortalis ultra Fas trepidat. Quod adest, memento Componere æquis: cetera fluminis Ritu feruntur.

Sed hæc meliore calculo firmamus. Disertissimus Græcorum Chrysostomus ad hanc in Deum fiduciam strenuè quemvis hortatus: *Noli, ait, de rebus tuis curare, sed omnia tua Deo commenda: cura enim tua, cura hominis est, Deo autem de omnibus tuis committe providentiam. Noli tu, majoribus prætermisus, de illis curare, ne Deus minus de illis provideat. Ut igitur magnâ curâ tuas res complectatur, ipsi soli universa committe.* Et nunquid curas facile sepelimus, si nostra viro honesto commiserimus, qui suam insuper fidem nobis obstrinxerit, res nostras perinde ut suas à se curandas? Hic certe lætus in præsens animus, quod ultra est, odit curare, cum se suaque omnia viro fidelissimo commissa nôrit. Quin ergo idem cum Deo facimus? an non sat bonus, sat fidelis, sat sollicitus, sat potens, sat providus est, qui nostra amantissimè curat, sapientissimè gubernat? Quin ergo cessatum ducimus curas? Deus jam pridem conquectus: *Portabam eos, inquit, in brachiis meis, & ipsi nescierunt quòd curarem eos.* Quapropter Augustinus hoc ipsum ingerit his verbis: *Constanter Deo, eis, te totum committe, quantum potes: nihil tibi evenire permittet, nisi quod tibi proficiat, etiamsi nescias: portabit te in brachiis suis, licet non animadvertas quòd curet te.* Subinde panem arctum & aquam brevem ingeret calamitatis. Sed tu ne trepida, ne diffide, hæc omnia Deus ad libellam, & vel ad ultimam unciam partem examinavit. Non patieris ab ullo vel minimum, quod non velit Deus te pati. Omnia nobis ad dimensionem veniunt. Hebræus vates ejus rei certus: *Cibabis, inquit, nos pane lacrymarum, & potum dabis nobis in lacrymis, in mensurâ.* Et quidem mensurâ tam definitâ certâque, ut eam non excedat vel guttulâ. Quod Augustinus, ut solet, excellentissimè interpretatur: *Quid est, inquit, in mensurâ? Apostolum audi.* Fidelis Deus, qui vos non permittit tentari supra id, quàm potestis ferre. *Ipsa est mensura, ut erudiaris, non ut opprimaris.* Cùm verò liberalissimus Deus voluptates & delicias partietur, mensuram bonam, confertam, coagitatam, supereffluentem dabit in sinum nostrum: *Replebit in bonis omne desiderium nostrum.*

Ergo expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Cave vel modum unquam, vel tempus ponas divinis miserationibus. Deus subinde non priùs opitulatur, quàm extremè laboremus, jam ultimâ lineâ admoti, jam in extremâ tentans regulâ. Mediis sæpe hostibus, mediis flammis, mediis fluctibus, Deus opifer & hospitalis est: & has opitulandi vices sapientissime cum Matre participat.

§. III.

Narrant optimi ac præcipui scriptores, Eusebius, Gregorius Turonensis, Evagrius, qui eâ ætate vixit, puerum Hebræum Constantinopoli Christianis adolescentibus immixtum venisse in templum beatissimæ Virginis Mariæ. His more illius ævi dabatur abstinentium, quod superfuerat à distributâ Eucharistiâ. Parens pueri vir sævæ bilis, & Hebrææ perfidie tenacissimus, ubi hoc rescivit, Christianorum sacra accessisse filium, & verò etiam ea sumpsisse, amens itâ redeuntem puerum in virtuariâ domi officinâ excepit, & mox arreptum in medios ignes præcipitavit, clausitque fornacis ostium. Mater, ignara rei, filiolum triduo non sine lamētis quaesivit. Demum ad fornacem vitriarium delata, gemitus & lacrymas domesticâ libertate laxavit. Hic puer etiamnum sanctissimus se vivere, sed clausum teneri respondit. Exemptus ex hoc carcere affirmavit, Dominam veste purpureâ præsignem sibi opitulatum venisse, prunas sopuisse, & verò etiam cibum attulisse. Atque hic adolescens unâ

tium & l. 3. Carmin. odo 29. ad Mecanatem.

Dei providentiæ omnes res committendæ.

Isaie c. 30. vers. 20.

Isaie c. 30. vers. 20.

Ps. 79. v. 6.

August. in dictum psalmum ante med.

1. Cor. c. 10. vers. 13.

Ps. 102. v. 5.

Ps. 26. v. 14.

Euseb. lib. 4. c. 36. Greg. Turon. lib. 1. mirac. c. 10. qui paulò aliter rem narrat.

Evagr. lib. 4. hist. Eccl. c. 24. Præter hos etiam Nicephor. lib. 17. c. 24. Naucler. tom. 2. generat. 19. Baron. 10. 7. anno 552.

una cum matre lustrali fonte tinctus est. Patrem Justinianus Imperator Christianae religionis pertinacissimum hostem ad fidei suspendi iussit, uti Callistus memorat. Verè Deus adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. Et quanto magis quis hanc Dei Providentiam agnoscit, tanto majorem in Deum fiduciam gerit. Nimirum

Fortis ille est, qui non in se fortis est, sed in Deo.

Post Domini reditum in caelum Petrus & Joannes Apostoli templum ascendebant precaturi. Ad templi portam, quae Speciosa vocabatur, homo claudus ab ortu sedebat stipem colligens. Is cum vidisset Petrum & Joannem jam jam ingressuros templum, elemosynam ab iis petinde ut à ceteris petebat. Negavit Petrus pecuniam sibi esse, id porro daturum pollicitus, quod dare posset. Mendicis spe laetus avidis oculis ac manibus beneficium praestolabatur. Hic Petrus: *Argentum, inquit, & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula. Et apprehensa claudi dextera, in pedes hominem erexit.* Ille jam commode non solum stare, sed & ambulare, currere, exilire, latifissimus quod usum pedum, quo semper caritur, accepisset. Res admiranda. Porro illud Apostoli dictum, *Quid autem habeo, hoc tibi do*, singulariter expendendum. Aurum, inquitur, & argentum quod è terræ visceribus eruitur, non habeo; sanandi gratiam, quae caelo submittitur, hanc largior. Crumenam utor Fiducia in Deum. Ex hac multis millibus beneficia impertiri difficile non est. Fiducia in Deum nemini non praesto est, omnes opulentat, neminem, juvari volentem, deserit. Quisquis hac Fiducia caret, crumenam licet habeat, non nisi pertulam habet. *Et qui mercedes congregavit, misit eas*, inquit Aggeus, *in sacculum pertusum.* Qui virtutes colligit, & Fiduciam hanc negligit, in sacculum illas pertusum mittit. Qui sibi suisque viribus vel opibus, vel arti aut homini fidit, quamvis ingentia edat opera, omnia tamen in crumenam mittit pertusam; multum laboris, ferè fructus vix quidquam reperit. Nimia virum fiducia & Milonem, & innumeros alios perdidit. Fiducia in rem creatam quamcunque inanis, pertusus sacculus est. Fiducia in Creatorem, gazophylacium est in exhaustum.

Ad erigendam in Deum Fiduciam, assidue obvertentur animo illa Domini verba: **Ego SVM, NOLITE TIMERE.** Ad quae nos nihil amantius respondebimus, quam illud: *Dominus est, quod bonum est in oculis suis, faciat.* Illi fido, illi me totum penitissimè trado.

Prorex Aegyptius Joseph postquam fratres suos, ut Augustinus loquitur, medicabili tribulatione decoxit, ut illos corrigeret, demum velut personam positam: Ego, inquit, sum Joseph frater vester. Cumque iis pavor nimis vocem intercluderet, ille iterum clementer: *Accedite*, inquit, *ad me: nolite pavere.* Hæ Christi voces sunt ad suos in calamitatibus constitutos: *Ego sum Christus pro vobis cruci affixus: nolite pavere.* Ego sum, confidite, ego vici & mundum & diabolum. Vestrum est, uti D

meis victoriis: Confidite. Sic olim in Isaac Deus: *Ego sum, ajebat, Deus Abraham patris tui, noli timere, quia ego tecum sum. Considera*, inquit Chrysostomus, *Dei sollicitudinem, ut illum respicillet ac fidentorem faciat, Ego sum, ajebat, Deus Abraham patris tui, qui patrem tuum glorificavi, & peregrinum ac advenam, illustriorem omnibus incolis feci. Ego sum ille, qui hunc ita credere feci, & in omnibus curam ejus gessi. Ego sum, ne igitur timeas, ne te istud perturbet, & mirum videatur, quod ab Abimelech sis expulsus, quod à pastoribus sis injuriâ affectus. Multa talia & pater tuus pertulit, & inde gloriosior effectus est. Ne igitur hoc te terreat: Ego enim tecum sum. Idcirco hoc fieri permitto, simul volens & declarari tuam virtutem, & manifestari mentis illorum pravitatem, ut & propter hoc te coronem. Tecum enim sum, ideo & invictus eris, & insistentibus potentior, & invadentibus fortior. Et tantam tui curam ha-*

A bebo, ut invidiosus illis sis futurus: Ego enim tecum sum.

En Deus omnium conditor, hominis unius se Dominum vocat, Ego sum Deus Abraham. Ita, inquit, eum mihi feci proprium, ut apud me reputerer tanti quanti alii omnes. Quisquis toto animo divina fident providentia, is Deum tam sibi benevolam, tam sui sollicitum habet ac providum, ac si Deus se solum in orbe ac unicum habeat, quem curet. Huc illa spectat promissio. *Firmabo super te oculos Psal. 31. v. 8. meos.* Ita te tuasque res cordi habeo, ac si præter te mortalium alius in terrâ non sit. Ergo confide filii. Ego sum, noli pavere.

§. I V.

Cum regina Esther vitam populo suo exoratura ad Assuerum regem ingressa, illum in sublimi solio, auro & gemmis prænitentem cerneret, subito tam terrificæ majestatis aspectu expalluit, obmutuit, corruit. *Convertitq. Deus, ut sacrae paginae loquuntur, spiritum re-* *gis in mansuetudinem: & festinus ac metuens exiit de solio* & *sustentans eam ulnis suis, donec rediret ad se, his verbis blandiebatur: Quid habes Esther? Ego sum frater tuus, noli metueri, non morieris.*

Dominus Jesus rex orbis jam redivivus non solum salutaris suos voluit, & quidem his ipsis verbis: *Ita, nuntiate fratribus meis: sed & ipse illorum medius stetit,* quos & suavissimè affatus: *Ego sum, ajebat, nolite timere.* *Discipulis amantissimus Magister, hoc nobis famulis mitissimus Dominus, hoc omnibus in se sperantibus providentissimus pater assidue instillat: Ego sum, nolite timere, habete fiduciam. Et quemadmodum Deus Josue Imperatorem his verbis animavit: Sicut fui cum Mo-* *se, ita ero tecum: non dimittam neque derelinquam te.* Ita nos omnes & singulos ad fiduciam Christi extimulat: Sicut fui cum amicis meis omnibus, ita ero tecum, non dimittam nec derelinquam te: Tu modò mihi fide. Et quò magis adversa urgent, hoc magis fide. Auxilium meum plerumque tanto vicinius est, quanto creditur esse remotius.

Hoc Bernardus clarissimè: *Ego autem dico, inquit, si deli homini magis & inter flagella fidentum.*

Theodorus ævo Constantini Imperatoris dux belli strenuissimus, antequam ab impio Licinio jugularetur, somniavit, ignea caelo jacula in caput suum delabi, sed illius facit & una vocem audivit: *Confide Theodore, ego enim tecum sum.* Non multò post à satellibus ad Licinium pertractus. Et quia Christum ejurare noluit, immanissimè flagellatus, & unguibus ferreis laceatus, globis plumbeis contentus dentes, latera facibus adusta; nec tamen conres horribili stantissimus heros animam mutavit. Ubi famem & squalorem carceris diebus quinque pertulit, affixus est cruci. Atque ut tormentum simul & ludibrium esset grandium, adductum est puerorum agmen, qui Theodorum infelici arbori suspensum, sagittulis certatim confingerent. Inter hæc cum ludibria tum tormenta Theodorus exclamans: *O Domine, inquit, an non dixisti, Ego tecum sum? Nunc verò cur recessisti à me? Omnia in me properant ad mortem: tu spiritum meum suscipe. Huic Angelus suppetias missus: Quid quereris, inquit, Theodore, Deum à te recessisse? Ecce tecum esse, consumma cursum. Consummavit feliciter. Nam post complures suorum spectatorum Chulto adjunctos plexus est capite. Ita Deus sæpe proximus est, cum abesse longissimè putatur.*

Theodoro jungendus Procopius, qui antè Neanias dicebatur. Huic Christus visendum se præbuit, sed vulneribus deformem & in cruce pendentem, dixitque: *Ego sum Jesus crucifixus Dei filius.* Profuit beato Procopio hæc vidisse. Horribiles namque cruciatus subiit constantiâ ingenti. Demum capite plectendus, dum precaretur, audita est vox: *Confide, ego tecum sum.*

Quomodo

Ahor. cap. 3. v. 6. & 7.
Agg. c. 1. vers. 6.
Luc. cap. 24. vers. 36.
1. Reg. cap. 3. vers. 18.
Augustinus serm. 82. de Tempore.
Gen. c. 45. v. 4. & 5.
Gen. c. 26. vers. 24.
Chrysost. in Genes. homil. 52.
Dei sollicitudo erga Isaac.

Esther c. 15. vers. 9.
Ibid. v. 11.
Ibid. v. 12.
Math. c. 28. vers. 10.
Luc. c. 24. vers. 36. & 39.
Iosua cap. 1. vers. 5.
Bernard. epist. 26. ad Eugen. init. Anno 316. mentionem Caesar Baro-nius, qui & subulis in secretiores corporis par-tibus immis-sus, tom. 3. mibi p. 150.
Anno 308. Caesar Baro-nius tom. 3. ad hunc an-num 308. mibi p. 28. ubi fiduciam ignes, las. ignes, Ego sum Jesus crucifixus Dei filius, fa-cies, tormen-ta maxima ab eo tolerata narrat.

Quomodo igitur Christianus timidus ac remissus animo cadat, si ferid expendat: En hic adest, qui momento juvare potest: quid patiar, & quantum patiar, scire exactissime, nec auxilium subtrahit, sed abscondit: Nemo mihi vel pilum læserit, si ille nolit. Si Deus pro me, quis contra me? Quidquid patior, ab ipso est, & à paternâ ipsius manu. Etenim certissimus sum, nihil me unquam passum, nil pari aut passurum, quod non ipse velit ut patiar. Quid igitur mihi ab ipso mali metuo? omnia curat providentissimè, omnia disponit amantissimè, omnia potest absolucissimâ, immensâ potentia. Nihil illum effugit, nihil latet, nihil præterit. Illi perfectè fidere, est rebus omnibus superiorem, insuperabilem esse.

Evagrius lib. 4. cap. 6. Theoph. Miscell. 1. 16. Cedren. in Annal. Niceph. lib. 17. cap. 3.

Luc. 2. 24. vers. 36. Hier. cap. 1. vers. 19.

Antiochia terræ motibus creberrimè quassata, præsertim anno quingentesimo vigesimo octavo, quo tempore Deus viro sancto id consilii dictavit, ut ædium fortibus inscriberetur: CHRISTVS NOBISCVM; STATI. Quicumque hos suis domibus inscripserunt, iis terræ tremores nihil obsuerunt. Inde urbs sunt Evagrius, Theophanes, Cedrenus, Nicephorus. Idem de homine illo affirmaveris, cuius pectori altius inscriptum: CHRISTVS MEVCVM; STO, ET ILLI FIDO. Ubi hæc ædium fons est, ibi Christus propugnator est, qui calamitatem omnem amantissimis illis vocibus solatur, *Ego sum, nolite timere, ne hostem illum nec ulla adversa. Ego sum adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. Bellabunt adversum te, & non prevalebunt, quia ego tecum sum, ait Dominus, ut liberem te.* Hic civitas munita, hic columna ferrea, hic murus æreus est.

§. V.

I. Lipsius lib. 1. monit. polit. cap. 7. num. 10. Magna in Deum fiducia fuerunt: Carolus V. Imper. Francisc. Robertel. in orat. funeb. Bononia dicta.

Pf. 90. v. 11.

Corozelus de dictis memorabilibus. Ludovicus XII. Galliarum rex.

Pelagius libell. 7. m. 9. Macarius Ægyptius.

Carolus V. augustissimæ memoriæ Imperator, cum in Germaniâ ad Ingolstadtium copias haberet, cinxissentque eum ingenti exercitu fœderati hostes, & æneorum tormentorum copiâ ferream grandinem in castra ipsa non sine gravi pernicie immitterent; amicis monentibus, sibi prospiceret: Caesar immutato vultu & loco, ardens dixisse ferrur: Confidite, nullus unquam Imperator tormenti ictu interit. Hic idem Imperator cum intra vallum jam armatus staret, in hostem proditurus ad prælium, magnâ eum balistarum vi repellere conabatur hostis. Itaque iterum monebatur, saluti suæ consulere, quibus animosè respondit: Canes, qui valde latrant, non sunt valde metuendi. Nec est quod timeamus, cum præsidio Dei satis vallati sumus. Nimirum *Angelis suis mandavit Deus de se, ut custodiant te in omnibus viis tuis.* Nec quisquam Deo minùs fedit, quàm qui divinam providentiam non agnoscit. Agnosce illam, & habebis in Deum fiduciam.

Ludovicus XII. Galliarum rex, ingentis Fiduciæ heros cum exercitu Mediolanum ibat. In itinere nuntium accepit, oppidum, quod in transitu erat, ab hoste jam occupatum. Quare serum nimis fore, hospitium illic quaerere. Ad hos fiducia incredibili Ludovicus: Aut ego, inquit, in tergo illorum hospitium accipiam, aut illi in meo.

Quæ Ludovico in hostes, hæc Macario fiducia fuit in cacodæmones. Macarius Ægyptius à præcipiti nocte deprehensus sepulchretum subit, ubi ossa cadaverum in acervum fuerant aggesta. Hic, quod somnum vir sanctus haberet benigniorem, loco cervicalis cadaver unum capiti supposuit. Egrè tulerunt dæmones tantam hominis fiduciam, & ut illum terrerent, cadaverosis offibus affixerunt voces, quibus alter alterum provocabat ad abitum. Illud præcipuè cadaver, cui Macarius indormiit, articulatè hoc respondit: Venirem, si possem, sed incubantis premo pondere. At senex impavidus suo capite corpus subjectum tundens: Surge, inquit & abi, si potes: ego hic vel te nolente pernoctabo.

Ingens viri animus & fiducia, quæ divinis subsidiis & bonâ conscientia nixa nihil admittebat pavoris.

Sed vix ullus (quod sciam) hac in re audacior fuit Hilarione. Hilarione, fortissimè dæmonum fraudes contempserit: quippe qui in solitudine sæpius interpesta nocte jam voces infantium, jam balatus ovium, jam mugitus boum, nunc planctus mulierum, nunc rugitus leonum, modò strepitus armorum, variarumque portenta vocum audit & irrisit. Ceterum ausus aliquando has ex orco larvas explorare, Dominicæ crucis signo instructus ad lumen lunæ tugurio egreditur, sollicitèque circumspiciens, ecce currum directis in se equis volentem conspiciatur. Hic ille Iesv Nazareni nomine vocato, presso manit vestigio, eventum rei expectans. Tum verò terrificâ illa bigarum species subitò terrâ hiatu ante oculos absorpta est. Parturiebant montes, & natus est ridiculus mus.

Hæc diaboli vasa, hæc illius stratagemata Diaboli sunt. Merum injicit, pavore incutit, horrore afficit, difficultatum montes opponit, ærumnarum maria effundit, modis omnibus perterrefacere satagit. Nos, si viri sumus, si Deo fidimus, hæc omnia uno spiritu diffilamus: modò illud assidue animo versetur: *Ego tecum sum, nolite timere.* Tu mihi aded es curæ, perinde ac si solum te curem: quæ pateris, mea providentia ab æterno prævidit; quantum tibi, & quamdiu patiendum sit, voluntas mea decrevit; quibus auxiliis omnia pari possis, sapientia mea constituit; ut utiliter patiaris, meus amor disposuit. Ergo timere noli: ego sum, ego ipse sum, & tecum sum. Tu mihi tantum modò fide, & quæ tui officii sunt, age, cetera omnia providentiæ meæ securissimus committe. Nulla hic fallacia, nulla rerum jactura, ubi mea in honore est providentia. Fide mihi.

§. VI.

Rægem ajunt ingenti apparatu epulum navale proceribus regni dedisse. Maris portus regio huic convivio delectus, nec ullis sumptibus parsum. Omnia hilaritatem & magnificam admirationem spectabant. Ornabantur triclinia, firmabantur mensæ in ipsâ aquarum instabilitate. Epulæ, epularum disci & patinæ, vinum viniq; cadi & pocula; modi musici, menfarum argentei triumphi, bellaria oculorum fercula, omnia hic regia. Nec silvæ in aquis decrant, nec hortorum & Veris honores desiderabantur. Omnium gratiarum concordiam huc commigrasse diceres. Nova hæc & mira, sed illud longè mirissimum & omnibus post seculis memorandum; non dominorum tantum, sed & famulorum gula vino & epulis sepulta. Et quod omnibus retrò annis inauditum, mare ipsum hic convivam egit, nam plus convivis omnibus perhausit. Quidquid enim tollebat è mensâ; mittebatur in mare, orbes disci, lances, paropside, scutellæ, pocula, scyphi, chrysendeta, & omnis abacorum argentea supellex post brevem usum in aquas excutiebatur. O liberalitatem; aut potius, sit verbo venia, prodigaliter nimis augustam, æternis dignam annalibus! Sed expectate, quæso; nondum audistis omnia. Substringite iudicium, & non præproperè nimii luxûs convivatorem arguite. Rex iste, quem dixi, non liberalissimus tantum atque magnificentissimus, sed & summè providus fuit. Nam in apparando aquatili hoc convivio, id ante omnia curavit, ut amplissima retia sub aquis expanderentur, quæ latenti sinu exciperent, quidquid in aquas dejiceretur. Ita non tantum nihil supellectilis argenteæ periit, sed cum attraherentur retia, ingens piscium numerus est inventus, velut fœnus dejecti thesauri.

Sed quis iste rex tam magnificus, tam potens, tam liberalis, tam & providus? Supremus rex cæli, bonus Deus. Et videte quàm omnia exactè congruant. Jusserrat Deus in Hussai principis Jobi supellectilem & bona indicem

Job cap. 1.
v. 2. & 3.

indicem scribi. Scriptus est iste: *Iob nati sunt septem filii & tres filiae. Et fuit possessio ejus septem millia ovium, & tria millia camelorum, quingenta quoque joga boum, & quingenta asinae, ac familia multa nimis.* Sed quorsum hic index & apographum? Jam audietis, quâ ratione omnia illa in mare præcipitata. Igitur Jobi opulencia ad incitas hoc modo redacta est. Adfuit Deus, vastavit, demolitus, maectavit, depopulatus est omnia. Ventus liberos, ignis partem pecoris, hostis cetera rapuit. Job ipse in finem tum è solio ejectus est. O prodigalitas incredibilis! Itane, mi Deus, amicos tuos, itane illorum bona dissipas & prodigis? Nolite pavere, ait Dominus, & expectate finem: Jobi nil penitus peribit, nam ego amplissima providentiæ meæ retia expandi. Hæc ubi attrahentur, omnia cum ingenti fœnore redibunt. *Dominus autem benedixit novissimis Iob magis quàm principio ejus.*

Job cap. 42.
vers. 12.

Audite denuò indicem bonorum Job. *Et facta sunt ei quatuordecim millia ovium (pro septem millibus) & sex millia camelorum (pro tribus) & mille joga boum (pro quingentis) & mille asinae,* cum antea quingentas solum habuerit: geminato fœnore omnia redierunt. Imò & liberi sunt redditi. Nam iterum *fuerunt ei septem filii & tres filiae.* Sed, quâlo, cur Deus omnem pecoris numerum duplicatum reddidit, tantum in liberis dandis contrahior, non viginti sed decem liberos concessit? Imò verò viginti liberos Job habuit. Nam priores decem, quorum animus immortalis, in Abraham sinu servabantur patri illuc descensuro; & alii, sed decem solum sunt additi, ut & hi, ait Gregorius, qui extincti fuerant, vivere demonsrentur. * In jumentis longè alia ratio. Pecudes cum pereunt, totæ moriuntur. Quapropter omne pecus geminato numero restitutum est. En amplissimum divinæ providentiæ rete sub aquis latenter expansum!

Eod. cap.
vers. 13.

Cur Deus omne pecoris numerum duplicatum reddidit? Jobo, & in liberis fuit contrahior. * En luculentum testimonium.

Quidquid perire nobis videtur, non sanè perit, sed in abditam divinæ providentiæ fagenam cadit cum amplo fenore restituendum; nos modò fidamus Deo. Ita Jonas excussus est in mare, sed cetus instar retis excepit Jonam, ut redderet. Ita Deus cum unoquoque nostrum nihil perdimus. Nam perditur, aut hic, aut loco meliorem recipimus. In hac vitâ sèpissime monstravit Deus, quid sit facturus post hanc vitam. Amissa forsan est pecunia? si fidas Deo, thesauros pro eâ recipies, aut hic, aut loco meliorem. Amissa est valetudo? fide Deo, reddetur auctior, vires æternùm.

Psal. 70.
vers. 20.

Amissa omnia perdidit Joseph ob fratrum invidiam, sed omnia recepit & plura. David ob Absalonis filii rebellionem omnia amisit; sed hic quoque omnia, & plura recuperavit, quia cum suis omnibus in divinæ providentiæ rete cecidit. Hinc illud lætissimum carmen: *Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & conversus vivificasti me, & de abyssis terræ iterum reduxisti me.*

Amissa fama? Fide Deo, non est fama perditâ, sed in verriculum divinæ providentiæ delapsa: Immortali gloriâ circumflues. Quidquid denique amissum conqueraris, si Deo fidas, non est amissum, sed in providentiæ divinæ fundam conjectum. Reddentur omnia cum ingenti fenore, modò tu noris Deo fidere. Benedicet Deus novissimis tuis magis quàm principio, recipies universa. Non igitur expavesce, nec vanissimis lamentis te confice. Frustrâ & in perniciem tuam conquereris, doles & angeris frustrâ; superfluo luctu inania hæc deploras, quæ longè auctiora, si Deo fidas, ad te redibunt. Nunc dum vivimus, medio mari sumus & fluctuamus; ejiciantur nostra in fluctus, nos ipsi denique ejiciemur. *Quantas nobis ostendit Deus tribulationes multas & malas? Sed confidite: conversus vivificabit nos, & de abyssis terræ iterum reducet nos.*

Firmemus animum in tam lætas & planè ridiculas rerum jacturas: omnia in aquas excutienda sunt: opes, valetudo, honores, vita ipsa, & quidquid in vitâ cari aut

pretiosi est; mare hoc glutit omnia. Nos si sapimus, & extensum divinæ providentiæ rete cogitamus, ridebimus ad hos jactus, & ore hilari dicemus: Deiciantur ista, pereant, mergantur: nihil perit, nihil submergitur iis, qui fiduciam habent in Domino. *Qui confidunt in Domino, intelligent veritatem.* Hanc scilicet, quæ divinæ providentiæ omnia quàm integerrimè & summâ fiduciâ docet esse committenda. Audiat orbis universus: cum Siracide proclamo: *Scitote, quia nullus speravit in Domino, & confusus est.*

De Sap. cap. 3.
vers. 9.

Ecdi. cap. 2.
vers. 11.

ACTIONES FIDUCIÆ IN DEVM.

1. Veræ in Deum Fiduciæ est, in rebus omnibus, præsertim adversis, non sollicitum esse, dubitatione non æstuarè, non angere, non sese afflictere, non animis pendere ac discrucari, sed hoc uno fundamento erectum stare: Deus & potest & vult juvare. Et fidelis & omnipotens est, qui suos nunquam deserit: suis enim semper præfens est, & auxiliari semper paratus est, ut omnia suorum ad finem optimum dirigantur. Nemo unquam speravit in Domino frustra.

1. Praxis
fiduciæ in
Deum.

2. Vera fiducia divinum illud promissum, EGO TECUM SYM, EGO TECUM ERO, sibi altissimè gerit impressum. Sic enim Ilias loquitur: *Noli timere, quia redemi te. Cum transferis per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: Cum ambulaveris in igne, non comburèris, & flamma non ardebit in te.* Sic fuit cum Noë in Arcâ, sic fuit cum Daniele in leonum foveâ: sic fuit cum Josepho in carcere & cisternâ: sic fuit cum tribus Hebraeis juvenibus in fornace Babylonicâ: *Novit Dominus pios de tentatione eripere.*

Secunda.

Isa. cap. 43.
v. 1. & 2.

2. Pet. c. 2.
vers. 9.

3. Qui veræ fiduciæ est, eo semper animo precatur, ut nihil dubitet suas preces, si quidem justa petat, certò exaudiendas. Nam instar oraculi habet illud à Chrysostomo dictum: *Si cum hoc studio mentis accesseris, & dixeris: Nisi accipero, non recedam, prorsus accipies: si modò talia postuleris, quæ & illum, qui rogatur, dare deceat, & accipere tibi, qui precaris, expediat.*

Tertia.

Chrysost.
hom. 14. in
Matth.

4. Qui cupit habere veram in Deum fiduciam, is curet ante omnia, ut habeat conscientiam peccatis gravioribus non contaminatam. Res certa divino testimonio. *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quidquid petierimus, inquit Joannes, accipiemus ab eo.* Susanna tantò fidentior, quantò innocentior.

Quarta.

1. Ioan. c. 3.
v. 21. & 22.

5. Magnæ in Deum fiduciæ luculentum indicium est, injurias quascumque, seu graves illas, seu minutulas & leviores, exporrecto animo condonare, insuper auctarii loco, preces pro iis, qui injurias intulerunt, adjicere. Optimè dixit Tobias: *Fiducia magna erit coram summo Deo elemosyna omnibus faciendis eam.* Nam elemosyna (præsertim hæc spiritualis) ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Falere nequit Domini promissio: *Dimittite, & dimittimini.*

Quinta.

Tob. cap. 4.
v. 11. & 12.

Luc. cap. 6.
vers. 37.
Sexta.

6. Qui verò pecunias in egenos tribuit, etiam si liberalissimus sit, non tamen ideo victum sibi defuturum unquam diffidit: imò semper robustius sperat, tantò se fore ditiozem, quantò pauperes se senserint liberaliorem. Hoc enim Deus in more positum nunquam habuit, ut pateretur se vinci beneficiis.

7. Qui Deo in omnibus verè fidit, ita loqui consuevit: *Quidquid in re sit, spem atque fiduciam mihi nullus hominum, diabolorum nullus eripiet. Etiam si Deus occiderit me, in ipso tamen sperabo. De futuris nil angor, Deus providebit. Quamvis adversa sint omnia, minentur omnia ruinam, Deus providebit. Quod præfens est, momentaneum est; futura licet terribilia sint, me tamen non terrent, Deus providebit.* Porro mea in aquas dejici non tantum pariat, sed ea ipse dejiciam, quia certissimus sum, omnia quæ mihi vel hostis ademerit, vel mea

Septima.

Job cap. 13.
vers. 15.

Gen. c. 22.
vers. 8.

vel mea
manus

manus in egenos spargerit, à divinâ providentiâ reti excipienda. Redibunt ad me omnia, & auctiora. Scio sanè, scio, quia nullus speravit in Domino, & confusus est.

Ecclesi. cap. 2. vers. 11.

CAPUT XV.

Rosa è Chalybe, seu, Perseverantia.

§. I.

FERREA & chalybea est hæc Rosa, quâ designamus PERSEVERANTIAM virtutum omnium coronam. Alii flores hiemem odèrunt & abdunt se; non caput, non brachia, non pedes efferunt. Stat hæc ROSA æstatis & hiemis patiens; non ut ficus tegitur, non ut vitis operitur, non ut amatacus, aur libanoris * coronaria transfertur. ROSA hæc nivem fert & solem, inter æstatis blanditias & injurias hiemis perdurat.

* Ros-amarinus.

B. Maria in prosperis & adversis perseverantissima.

Virgo beatissima verè rosa, verè florum Regina, in prosperis & adversis perseverantissima: stetit ad conciones, stetit ad crucem filii: adfuit miracula patranti, adfuit & in patibulo expiranti: æstate perfans & hieme, inter luctus & gaudiorum vices, admirabilis perseverantiæ exemplum.

Ætas B. V. Mariæ quæ, & quot annis filio fuerit superstes.

Ut autem divinæ matris perseverantiâ sublimem penitus capiamus, quot annos extra cælum egerit, indagemus. De hujus Virginis ætate lis varia. Fuerunt, qui dicerent, Virginem post filii abitum, uno solum anno & aliquot mensibus terræ relictam. Parum hoc vero simile. Alii censent Virginem ad annum alterum Claudii Imperatoris pervenisse, qui à Domini morte fuit undecimus. Neque hos sequimur. Invaluit plurimorum sententia, Virginem obiisse, cum annum ageret sexagesimum tertium. Hanc Turrianus opinionem vulgi nominat. Non contradicimus, nec tamen placet vulgum hæc duce agnoscere. Utinque constat, Virginem matrem, cum filius in cruce moreretur, annum egisse quadragesimum octavum. Nam cum inter paleas in specu Bethlehemiâ Christum orbi pareret, annum egerat decimum quintum, At Christus ætatis anno trigésimo quarto inchoato in crucem actus est. Inde certiore plurimum consensu asserimus, divinam hanc matrem ad annum septuagesimum secundum ætate progressam, eaque ratione viginti quatuor annis filio superstitem vixisse. Ita Epiphanius, Cedrenus, Baronius, ita alii.

Franciscus Suar. tom. 2. in part. 3. D. Tho. disp. 21. scilicet. 1. Baron. 10. 1. Annal. 48. Delvius in Paneg. de Assumpt. B. V.

Atque hinc liquet, quam patiens fuerit cælestis Virginis Perseverantia, quæ septuaginta duos annos in tantis & filii & suis ærumnis ad beatissimum finem perduxit. Hoc quidem tempore, quo inter homines erat, sapius in cælo & cum Angelis quam cum hominibus agebat; omne reliquum divinæ Matris vivere tranquillum potius mori nominemus, quam vivere; in terrâ hætebat corpore, orbes cælestes & Angelorum ordines peragrabat animo: cupiebat emori, & esse cum filio; suis tamen desiderii totius Ecclesiæ bonum præferabat, suam divinæ voluntati perfectissimè subjiciebat. Fluebant ex oculis lacrymarum gemmulæ, ex imo pectore suspiria & gemitus erumpebant, sed dulces gemitus, mellita suspiria, quæ Perseverantiâ provocabat, quæ amor edulcabat.

S. Tho. 2. 2. q. 137. art. 1. conclus. Differentia inter perseverantiâ & constantiam.

Perseverantia Thomæ Aquinati virtus est, per quam homo in operibus honestis persistit. Constantiam porro & Perseverantiâ sic ait differre. Perseverantia docet hominem bonis actibus inhærere, contra omnes difficultates ex actu dururnitate provenientes: at verò Constantia munit hominem adversus difficultates è quibuscumque aliis impedimentis emergentes. Hinc Perseverantia principalior pars Fortitudinis est, quàm Constantia. Adeoque illa demum vera est Perseverantia, quæ continuum perfectionis studium, & indefessam virtutis exercitationem ad supremum usque habitum conservat.

Veritatis oraculum est: Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Ad hanc Perseverantiâ suavisimè invitavit, qui perseverantiâ præmium monstrans: Ego, inquit, fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

Tres ajunt esse gradus Perseverantiæ. Primus est Velle ac cupere Perseverare. Virtutis cultor seipsum excitans: Cur, inquit, tam stultus sum, ut cum cæpserim spiritu, consummam carne? Nolo esse arundo ventis agitata; nolo mutari cum lunâ. Progrediamur. Alter est, Firmiter velle, quod rectè cæptum est, seseque curæ obstatulis acriter opponere. Perseverantiâ cupidus cum Paulo proclamat: Omnia possum in eo, qui me confortat. Pergamus, ut ei placeamus, cui nos probavimus. Tertius est, Cum gaudio perdurare ad finem. Fatigationem quies, laborem sequitur merces. Sic igitur curamus, inquit, ut comprehendamus.

Augustinus seipsum ad Perseverantiâ cohortatus: Tu, inquit, non poteris quod isti & ista? An verò isti & ista in semetipsis possunt, & non in Domino Deo suo? Quid in te stas, propius si & non stas? Projice te in eum, noli metuere, non se subtrahere, ut cadas. Projice te securus, excipiet te, & sanabit te. Hoc sibi sapius quisvis occinat: Tu non poteris, quod isti & ista? Nihil ad constantem rerum asperarum tolerantiam efficacius, quàm cogitare eadem multos fortibus animis fuisse perpeffos. Pudet enim generolum spiritum non posse unum, quod potuere innumerabiles. Quæ cogitatio non in laboribus solum, qui difficiles, sed in doloribus etiam & cruciatibus, qui miserimi videntur, in ipsâ demum morte profuerit. Tu ergo durare non possis, cum cernas tot alios constantissimè duravisse? vel idololatrias intueri.

§. II.

Q. Fabius Maximus laudatissimæ in bello gerendo Perseverantiæ fuit. Cum enim Romanum Imperium Cannensî prælio fractum vix sufficere ad exercitus restaurandos videretur, Fabius frustrari & eludere Pe-

norum vires, quàm cum iis acie totâ confligere, longè conducibilis existimavit. Idcirco pluribus Hannibalis comminationibus irritatus, spe quoque bene gerendæ rei oblatâ, nunquam tamen à consilii salubritate recessit, ne parvi quidem certaminis discrimine. Et ita, quod difficillimum est, irâ & spe ubique superior apparuit. Ergo ut Scipio pugnando, ita hic non dimicando, Romam servavit: alter enim celeritate suâ Carthaginem oppressit, alter cunctatione ita egit, ne Roma obrui posset à Carthagine. Et tu homo Luna, non poteris quod isti?

Non minus singulare Perseverantiæ specimen dedit Ephialtes vir efficacis facundiæ. Hic Athenis iustus est publicè accusare, & inter ceteros deferre uomen Demo-

strati, cujus filius Demochares excellentis formæ adolescens fuit, Ephilati longè charissimus. Venit ergo adolescens oraturus Ephilatei ut parcius patris criminibus insisteret. Persuasisset hoc utique vel mutus solâ fatis loquente formâ, nisi se, qui rogabatur, virum gessisset. Nam Ephialtes accedentem ad se Democharem neque ferociter repellere, neque supplicem suis genibus advolutum intueri sustinuit. Sed, ut sibi constaret, operato capite gemens passus est expropi preces. Nihilominus cæpti perseverans Demonstratum sincerâ fide accusatum damnavit. Victoriâ nescio laude an tormento majore partam, quoniam prius quàm fontem oppressit, seipsum Ephialtes vicit. Et tu homo inconstantissime, non poteris quod isti & ista! num etiam puerorum ac puellarum Perseverantiâ vis superari?

Hebræi adolescentes duo in Mauritanâ Tingitanâ educati, Lufitano mercatori, ob æs alicuius nexi, à patre sunt dati. Eam ob causam Mazagani (urbis est Lufitanorum in Africâ) atrinebantur. Horum alteri nocturno visu senex ore eulcûque venerandus persuaderet, ut exuta

Beneus in Annalib. An. 1488. in Provinc. Lufitan.

ut exuta

ut exutâ superstitione Judaicâ Christum induat, & Petri nomen assumat. Experrectus adolescens socio narrat somnium, & monstrat salutis viam. Jamque idem utriusque consilium erat: hoc unum metuebant, si fugerent, ne creditorem jure suo fraudarent. Igitur differunt & celant, dum illi à patruo satisfactum. Jam liberati, abeunt urbe cum cognato. In viâ animo votoque Christianos se profitentur, & redituros unde discesserant. Proinde ille aut abeat solus, aut addat se ipsis comitem, parentis loco futurus. Hæc illos simulare, initio censet patruus. At ubi videt, rem agi seriò, promissis onerat, terret minis, ut injectam mentem à nescio quo excuriat: obstructis adolescentum auribus, postremò in lacrymas & in preces itum. Sed frustra & hoc. Sic ambo in urbem revertuntur, deserto patruo. Alter paucis post diebus Olisiponem navigat, ad Catechumenorum eedes, manet alter in Africâ, sed morbo implicitus, ut illustrior esset ipsius Perseverantiâ. Nam adolescentis pater & patruus homines pecuniosi, & atroces irâ, quandam Maurorum ducem præmiis expugnant, ut equitum turmam Mazaganum ducat, se fore comites. Ducuntur, sed obviam eunt in armis Lusitani, & utrinque stant acies ad prælium instructæ. Maurus impetrato alloquio, non se pugnatum eo die venisse affirmat, sed tantummodo rogarum, ut Hebræo patri filium videre liceat & alloqui. Permissum; prius tamen obsidibus acceptis. Hic pater omnibus quibus poterat & artibus & machinis pugnabat. Sed frustra fuerunt & artes & machinæ; filius discessit victor. Licet enim grandævus pater, augendæ miserationi, Deum hominésque contestans questus ac ploratus diu duxerit, barbam sibi ac crines vullerit, vestem etiam gentis ritu considerit, nec quidquam omiserit intentatum, nihil tamen profecit. Nam animosus adolescens, & cæpti tenacissimus, sermone & spem omnem præstendens: Si me, inquit, diligeres, pater, gauderes haud dubiè filii bono, nec differeres agnitâ veritate in meam ire sententiam, quâ unâ re nihil tibi nec utilius foret, nec gloriosius. Ego quidem ad consilium adjiciam & exemplum: hoc si feceris, agnoscam parentem meum & amore tuum: tu verò quibuscunque in rebus habebis filium non repugnantem. Sin aliud velle pertendas, majorem habebis matrem Deum, cui magis obtemperandum est, quàm hominibus. Ita liberè dico, me omnibus modis cupere Christianum esse. Tam præclarum nomen aut aquâ promerebor, aut sanguine; ut scias esse vile corpus iis, qui gloriam animæ quarunt.

His auditus pater, irritus consilii mœrensque, neque enim turbidus animus vera dijudicat, cum Maurorum equitatu discessit. Juvenis admirandæ Perseverantiæ dato specimine, à Lusitanis intra mœnia receptus est. Et tu non poteris quod isti & istæ, homo Euripe?

§. III.

Idem in Annal. an. no 1190. in Provinciâ Polonicâ.

Sed sequior etiam sexus, & Virgines in hanc Perseverantiæ laudem veniunt. Puella Hebræa in templum invitata à feminâ Christianâ curiosè circumspicit, diversa interrogat, aras omnes circuit, nec tamen præcellsum Eucharistiæ pegma, quamvis monstratum, videt. Miratur, & causam quarit, cur res tanta, quanta dicebatur, oculos effugeret. Subjecit Christiana (indubiè Dei monitu) grande hoc arcanum, & rem maximè sacram esse, proinde oculos, qui Christi luce perfusi non sunt, aspectu ejus arceri. Ex eo tempore Hebræa Christianæ religionis studio exarsit, & clam matre Orationem Dominicam, & Angeli salutationem didicit. Ceterùm eâ suscipiendi baptismi curâ flagrabat, ut domo profugerit, sed incautiùs quàm ut posset fallere. Nam mater illam affectura, verberibus affectam inclusit domi, fugam iterum tentantem, duritiùs coërcuit. Sed urebat interior Deus. Itaque tertius conatus fuit prosperior,

Tom. I.

A quo ad oppidi sacerdotem pervolavit, & ut aquâ saluari ablueretur, magnopere petiit. Perseverantiâ illius firmavit sacerdos, & quia divinum hinc instinctum sensit, virginem illam in illustri simâ feminâ Cracovicis Palatini conjugis fidem & manum tradidit. Apud hoc commodè instructa, cæptorum perseverantissima (quod in hac gente rarum) Christo renata est. En homo volubilis & inconstans, pueri & puellæ Perseverantiâ nobis præeunt: Tu non poteris quod isti & istæ?

Sed audiant, qui unicam nõrunt Perseverantiâ in veniâ, cum læsi sunt, negandâ. Caravaci in agro Tolitano adolescens quatuordecim annorum Musis dabat operam. Huic quidam oculum excussit pugno. Parentes nil magis scire cupiebant, quàm facti auctorem. Sed adolescens nec minis ullis, nec promissis adduci potuit, ut nomen proderet lædenti, aded nullum vindictæ, nec igniculum quidem spiraverat. Nec diu merces abfuit. Paucis post diebus gravi correptus est morbo, quem eo tulit animo vultuque, ut nunquam ingemiscere, nunquam esse tristior sit visus. Cùmque morbus vites sumeret, die quodam repentina lux in cubiculum se infudit, eorumque qui aderant, oculos præstrinxit, simul adolescens æger loquendi potestatem amisit. Ita res ipsos dies sentu motuque caruit: iis elapsis quasi excitus somno, & clarâ voce iterans hæc verba: Expectate, inquit, jam eo. Verè abiit ab humanis & fluxis, ad immortalia & beata gaudia, siquidem cum magnâ liquidæ voluptatis significatione decessit.

Et tu ventosi ingenii homo non poteris quod isti & istæ? Tu sæpius immortalem spiras vindictam, hac unâ Perseverantiâ clarus, quòd ad dandam lædenti veniam es inflexibilis & obtinatus. At longè satius est, hinc esse variabilem, quàm Perseverantiâ tam improbâ constantem. Sed dicta confirmo.

Calatajeronæ in Siciliâ filius erat unigena, sine quo mater vitam omnem injucundam putabat & acerbam. C Filii ei omnia erat. Sed hic ipse ab insidiatoribus inimicis miserè confossus est. Exanime corpus recenti eruore oblitum, vulneribus deformatum, in maternas ædes illatum est. Spectaculum sanè atrox & luctuosum, quod lacrymas non modò ei quæ genuit, sed ipsis etiam barbaris extorserit. Mater tamen aspectu tam dîro perculsa, non immodicis angoribus, nullis se dedit ejulati-bus, nec inutiles feminarum plangores ac lamentationes imitata, sexum & naturam fortiter vicit. Nam ultionis genus exactissimum esse censuit, injurias beneficiis remunerari. Sic animo constituta (quod in matre obtupescendum) non judicum subsellia imploravit, nec auctorem facinoris conquiri voluit, unum omnium judicem æquissimum accessit, qui vindictam injuriosorum sibi reservavit, non quidem ut auctorem cædis ad pœnam suppliciumque deposceret, sed ut impunitatem ei precaretur & veniam, quod certè fecit animo ad incredibilem Perseverantiâ conformato. Nam & templum adiit, vitæque noxis pœnitentiâ deletis Dominicum corpus accepit. Et quoniam semel in Christum liberalis esse cœperat, viribus quoque ab eo est aucta majoribus, ut quammaximos ad virtutem progressus fecerit. Ita quæ aureâ non frequentissimè Sacramentis animum expiaverat, deinceps persequenter id medicinæ genus usurpavit.

Aded multum facit vel unicus generosior actus ad exactam in virtute Perseverantiâ. Et tu homo versatilis & vage, pila sparsiva & lusoria, tu non poteris quod isti & istæ?

§. IV.

I Vre merito priori matri verè heroidi, & hanc junge- Francisus mus, quæ in Cataceni urbe Provinciæ Neapolitanæ haud inferioris virtutis specimen dedit. Filius ejus qua- tior vulneribus confossus, semianimis in maternam do- mium

Franciscus Bencius ad an. 1591.

Nicolaus Orlandinus ad an. 1584.

Franciscus Bencius ad an. 1587.

num relatus, in conspectu matris expiravit. Filii necem tam forti ac constanti animo tulit mater, ut victo gemitu funus profecura, posttridie sacra mysteria susceperit in templo, miserique, qui nuntiarent parricidis, se filii cædem doloremque suum Christi causâ, jam illis condonâsse. Hæc profecio heroica sunt & admirandæ Constantiæ nobilissima prototypa. Quin imitatur, & viam nobis sternimus ad supremam in mortem Perseverantiam. Præire potuerunt isti & istæ, nos sequi non possumus?

Nec desunt in alio virtutis genere illustria Constantiæ paradigmata, inter barbaras etiam & incultas gentes spectanda.

Annal. N. r. colsi Orled. anno 1585.

In Mexico vir impudens constantis pudicitiae feminam aggressus, omnem movit lapidem, ut eam ad obsequium sui pertraheret. Pudicum autem animum nec minis nec muneribus expugnare potuit. Sed lasciviae morbus nil intentatum, nil relinquit inausum. Flagitii opportunitatem diu quæsit. Reperit demum in loco ab arbitris remoto feminam quam deperibat, Hic ei quam blandissimè flagitium suadere, abnuentem hortari, reluctanti vim & minas intentare. Apprehensis denique capillis resistentem humi raptare, pugnis cedere, pedibus conculcare ac proterere. Ubi nihil, quod sui voti erat, imperavit, feminam arbori alligatam verberibus crudeliter accepit. Ad extremum cum furor lascivientis cresceret, educto è vaginâ gladio præsentem mortem atrociter minatus est. At illa invicto semper animo, & decreti sui perseverantissima: Malo, inquit, corporis vitam per quoslibet cruciatus prodigere, quam creptum pudicitiae florem cum sempiterno dedecore deplorare. Aude in me, quod potes. Mori paratam habes: animus tuo vulnere non cadet. Erat quod vefana & nefaria hominis audacia posset progredi; sed quò progredere tur mulieribus constantia, non erat. Tempori Deus adfuit, & aliorum interventu vires suas cogitatum scelus perdidit.

O Christiani, vos non potestis quod isti & istæ? Hi homines Christiana sacra vix primoribus labris gustarunt, & tantos constantiæ spiritus gerunt! mors illis in levi est, & charior pudicitia quam vita. Ubi nostra Perseverantiæ specimina? quid armorum gerimus castimoniam tuendam? Quis sanguinis torrens nostro salit de pectore? Quas pugnas excipimus? quæ conferimus prælia?

Notum illud Lucretii: Est mihi qui saltat casto de pectore torrens Sanguinis.

Sed addo miram in eodem genere Perseverantiam virginis. Precibus eam & muneribus corrumpere cupiebat Mexicana adolescens. Cum frustra essent omnia, vim & unâ fraudem censuit adhibendam. Noctè quâdam cum abesse sciret virginis parentes, transmisso pariete janis que effraetis penetravit se in conclave, ubi erat virgo. Sed erat ea sibi præsentissima, Etenim constanti animo millies se mori malle, quam pudorem amittere, non cunctanter professâ est. At juvenis impotens sui ac feròx gladium stingit, vel sic sua vota extorsurus. Frustra. Nec orationem mutat pudica, nec mentem. Ille tam amore quam irâ incensus, os pugnis cædit, & vultus virgineos cruentat. Tum virgò postis humi genibus Dei matrem pudicitiae præsidem, quanto potest nisu, inclamar. Sic infestus pudicitiae latro, seu fatigatione, an timore accurrentium absteritus, sine prædâ discessit. Er tu homo ignave non possis quod isti & istæ? Recense vulnera, ediffere confictus pro castitate initos, monstra sis experientem tuæ Perseverantiæ. Ergo isti & istæ caelum rapiunt, & nos inter carnem & sanguinem volutati raptabimur in tenebras?

Annales Francisci Dentii anno 1591.

Hic non miserim, quod priori fati affine. Nec enim laudè suâ fraudanda est virgo altera ejusdem gentis. Hæc amore virginitatis & magno cæli desiderio tenebatur. Enim verò eam sibi sponsam ambitiosè cupiebat adolescens. Cùmque his precibus vix obsisti posset,

quatuor sibi dies ad deliberandum virgo petiit. Hoc omne tempus & precibus & jejuniis divinæ voluntati explorandæ consumpsit. Die quarto cum Angelorum pane pridianam famem solata fuisset, animum conditori reddidit ad cælestes migratura nuptias. Hoc ubi auditum fuerit, renovatum, puto, videbitur Petronillæ vetus exemplum.

Er quia hic omnia quæ dissertatione nostrâ completimur, ad Virginis beatissimæ cultum referimus, & quantum alii exemplo illius ad virtutem profecerint, docemus; Constantia illa silentio non involvenda, quæ Virginis æternæ festos dies vel extremâ fame coluit.

Fuit in Angliâ anno millesimo quingentesimo nonagesimo vir pius & simplex, cui Georgio nomen. Hic annis compluribus in obsequio latentium Catholicorum duravit. Assiduâ demum operâ suâ est proditus. Multæ loco in pitrinum detrusus, cum labore atque inedia pugnare habuit. Molam trufatilem circumagebat

quotidie impiger, velut damnatus longi Sisyphus laboris. Nec ferias ambiebat ullas, nisi Dominico die publicum opus ex se quievisset. Illud tamen admirabili Perseverantiâ tenuit; omnes dies beatissimæ Virginis Mariæ sacros ita coluit, ut nec precibus, nec promissis, nec minis, sed neque verberibus ad opus adigi potuerit: post minas & verbera hoc etiam in hominem tentare placuit, omnis ei detractus est cibus. Sed pia cogitatio sic

Horat. lib. 2. Carm. ode 14.

animum occupavit, ut omnem corporis injuriâ inlevis haberet, malleque esurire ac verberari, quam dies festos minis religiosè venerari. Pluribus diebus hoc tenore transactis, ubi viderunt domestici nihil agi, constantiam, quam ipsi amentiam vocabant, ulterius lacessere neglexerunt. Hic illud meum repto: Tu non poteris, homo mobilissime, quod isti & istæ? Incausam, ait

Gregorius, bonum agitur, si ante terminum vite deseratur; quia & frustra velociter currit, qui prius, quam ad metas veniat, desicit. Hinc electis suis Veritas dicit: Vos estis, qui

Gregor. l. 1. Mor. c. 20. & ultim. mibi p. 330. Luc. cap. 1.

permanistis mecum in tentationibus meis. Hinc Ioseph, vers. 28. qui inter fratres usque in finem justus perseverasse describitur, solus talarem tunicam habuisse perhibetur. Nam quid est talaris tunica, nisi actio consummata? Bene igitur cepta cunctis diebus agenda sunt, ut cum malum agendo repellitur, ipsi boni gloria constantia manu teneatur. Cor frustra ad caelum erigit, qui non erectum stabilis.

S. V.

Infulam narrat inventam in mari proflus admirabilem; Hiberni ad eam naves appellere nitentur. Cum verò nauræ exfensum in terram facere molientur, insula velut impatiens tangi recessit & aufragit. Sæpius idem tentatum; eodem semper modo fugitiva terra in alium sese locum recepit. Quid aliud, obsecro, nostrum, quam fugax insula, quæ cogitationibus inquistissimis huc illuc impellitur. Quod Siracides observans: Sicut parturientis, inquit, cor tuum phantasias patitur, nisi

ab Altissimo fuerit emissa visitatio: ne dederis in illis cor tuum.

Ergo domum tuam, quod Veritas monet, supra petram ædifica; ut etiam si descenderit pluvia, & venerint flumina, & flaverint venti, & irruerint in domum tuam, non cadat. Quod si ædificaveris domum tuam super arenam, descendent pluvia, & venient flumina, & stabunt venti, & irruent in domum tuam, & cadet, & erit ruina illius magna. Quid autem mirum est, nubes aquâ vacuas, arundines vento plenas variè agitari? quid novi est, homines modicæ virtutis, exiguæ stabilitatis concuti? Mirum est, sed planè non novum, Davides, Petros, Salomones, terras, ut videbantur, solidas, velut insulas fugitivas, tentationis vento miserimè jactari. Inmobilis sibi videbatur David; cùm exclamaret: Ego dixi in abitudine mea, non movebor in æternum. Vix verbum ore abiit, mox subjecit: Avertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Videat ergo, qui stat, ne cadat. Sterit pulcherrimus

Gyraldus Cambrensis l. de Topographiâ Hiberniæ. Sæpius idem tentatum; eodem semper modo fugitiva terra in alium sese locum recepit. Quid aliud, obsecro, nostrum, quam fugax insula, quæ cogitationibus inquistissimis huc illuc impellitur.

Sicut parturientis, inquit, cor tuum phantasias patitur, nisi ab Altissimo fuerit emissa visitatio: ne dederis in illis cor tuum.

Matth. c. 7. vers. 24. & seqq.

Ps. 29. v. 7. Ego dixi in abitudine mea, non movebor in æternum. Vix verbum ore abiit, mox subjecit: Avertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Videat ergo, qui stat, ne cadat. Sterit pulcherrimus

rimus Angelorum, steterunt cum eo innumeri pæne Angeli, sed ceciderunt, non horribili tantum, sed & irrevocabili casu. Stetit Tertullianus, stetit Origenes, summis ingenii viri, sed ceciderunt. Stetit Saul, Salomon stetit. Principium in iis laudabile fuit, Perseverantia defuit. Ponamus, mi homo, te Dei servum esse, ponamus esse Angelum; servi deficiunt, Angeli cadunt. *Ecce, inquit Job, qui servavit ei, non sunt stabiles, & in Angelis suis reperit pravitatem.*

Enimverò non tantum insulæ sunt, quas fugitivas appellamus: sunt etiam quas saltantes aut saltatorias nominant, quæ ad motus insulæ aut saltus & moventur & saltant, solo pedum concussu agitata. Hinc origo fabulæ, esse alicubi terram, quæ cantu ac fidium dulcedine moveatur. Tales nos sumus, quos ubi mali genii aut focii mali, testudine suâ citharæve pellexerint, mox in motus saltusque inconditos effundimur. Sanctè proponimus, castè incipimus, aliquamdiu persistimus, paulatim inreperimus, proposita omitimus, decreta rescindimus, cœpta invertimus, consueta negligimus, ita cadimus, denique jacemus. Priora omnia, antiqua omnia, imò sæpe pejora. Quis, quæso, hanc insulam, ad hos saltus tam inconditos movit? Fidium modulatio, seu voluptatis titillatio. Cùm accedit negligens sui custodia, actum est de Perseverantiâ.

Sæpe nivem imitamur, candidissimi sumus. Hebræus rex David seipsum pœnitentiæ thermis solatus: *Lavabis me*, inquit, & *super nivem dealabor*. Earum virium pœnitentiæ fons est; Lavamur, nivei sumus, imò super nivem dealbamur, animum induimus candidissimum. Sed tamdiu candida est nix ista, quamdiu recens est. Hoc hiems nobis ostendit in urbibus. Quâ nocte nix cælo defuit, eo mane candidissimæ sunt civitatis viæ, omnia compita vestit albo, sed hiberna, & ideo non diuturna. Nam expecta sis ad vesperam, & matutinam albedinem quæres, sed non invenies. Nix in lutum abiit. Nam hominum & jumentorum pedibus toties calcata, & niveum colorem perdidit, & in lutulentas sordes diffluxit. Videre mihi hominem pœnitentiæ thermis ablutum: niveus est totus, quantus est; ô amœnam, & divinis oculis gratissimam nivem! Sed heu, vix dies unus alterque abeunt, & jam lutum est nix ista, sordes & atrorem contraxit. Pius erat hic homo quem cernitis, castitatis amans, nec laboris fugitans, precum assiduus, eleemosynæ largus, in seipsum rigidus, super nivem dealbatus: paulatim ista evanuerunt: jam laborem fugit, castimoniam non ut ante colit, raro stipem, raro preces fundit. Candida nix fuit, jam lutum est. Adeò rara inter homines Perseverantia est. Nimirum spiritus immundus exit quidem ab homine, sed sæpissime in eandem, quâ exierat, domum revertitur, sicutque novissima hominis illius pejora prioribus. Ejecit hic homo diabolo, sed eisdem cum sœnore admisit: nam pro uno, quem expulerat, nequiores septem recepit. Nimirum

Matth. c. 12. vers. 45.

Prov. cap. 11. vers. 18.

Equus manusior.

Verbum vetus est: Cantherius in portâ. Hoc indetatum, Sulpitius Galba Provinciam exiurus Cantherium adhibuit, qui cùm ad ipsam portam cecidisset: Rideo, inquit Galba, te jam lassum, ô Cantheri, & cùm iter vixdum bene ingressus sis, sub ipsâ portâ concidere. Heu quot fessi sumus Cantherii! viam virtutis vix ingredimur, & mox fatigati non subsistimus tantum sed corruiamus, desperato Perseverantiæ præmio. Neque credendum tantam esse viæ difficultatem, sed cordis inopiam. Homo fatuus & mentis inops in cerebro pedes, & in pedibus habet cerebrum. Perseverantiam non æstimat, hinc ad obtinendam illam frigidissimè laborat. Quanta plurimorum in castris Perseverantia,

Tom. I.

& sæpe sub puro ac frigido Jove? Quot vani amatores cum fidicine totas noctes etiam rigente cælo obambulant, & fidium cantu domos celebrant? At in templo hieme unam alteramve horulam durare, acerbum nimis videtur.

Virtutum omnium fundamentum Perseverantia est; uti columna sine basi, sic virtus sine Perseverantiâ ruit. Standum, & perseverandum, usque ad mortem.

§. VI.

C Olophonius olim (Aliano teste) proficiscebatur ad Ticas nudinas; itineris comites habuit servum cum marsupio, & custodem canem. In itinere servus, solvendæ alvo nonnihil de viâ decessit; hunc securus est canis, qui servo in viam regresso, marsupium, quod servi oblivio reliquerat, fidelissimè custodivit. Perdius & pernox pecuniæ affedit. Ubi ad hospitium ventum est, dominus marsupium à servo reposcere, servus illud à domino clam subtractum sui experiundi causâ credere, demum memoriam suam interrogare, & in loco avio derelictum non diffiteri. Itaque ambo viam relegunt, locum indagant, ubi marsupium cum cane putabatur relictum. Inveniunt demum incubantem marsupio canem, sed præ fame vix spirantem. Hic ubi herum ac famulum agnovit, à marsupio se removet, blanditias facturus hero. Sed miserum animal letali fame jam exhaustum, uno eodemque tempore & custodiâ & vitâ excessit. En Perseverantiæ doctorem canem! vel saltem ab hoc magistro, si aliter nolimus, Perseverantiam discamus.

Thesaurus nobis commissus est, quem Deus corpore velut vili crumenâ clausum tradidit servandum. Hunc non fideliter solum, sed & perseveranter custodire convenit. Nec prius ab eo tollenda est custodia, quam ponenda vita. Dominicum imperium sic jubet: *Esto fidelis usque ad mortem*. In Salomone Regum fasti prædicant: *Edificavit Salomon domum, & consummavit eam*. Tamen annos quatuordecim universum Salomonis ædificium tenuerit, nihilominus consummavit eam, quam inchoaverat structuram. Sic & Paulus cursum, quem cœperat, consummavit; fidem, quam dederat, servavit. *Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit*. Legitimè certare illud est, certando non deficere. Ei demum victoria debetur, cui licet cum Paulo & Iaiâ proclamare: *Cursum Idem consummavi, fidem servavi*, retrosum non abii. Quem locum mandato Ducis sortitus sum, hunc aut mortuus aut vulneratus occupo. Quod Catilinæ milites strenuè fecisse narrat Sallustius. Ferè quem quisque pugnando locum vivus ceperat, eum amisâ animâ corpore tegebat. Animo militi probrosum est obijci, inconstantem & nullius fidei fuisse, locum & aciem deseruisse, in pedes & fugam se coniecisse. Quicumque vivit, militiæ degit; aciem deseruit, quisquis virtutem. Nec Christiano quidquam indignius, quam cœpisse bene vivere, nec perseverasse. Hoc quisque exigit à se, ut qualem se præstare instituerit, talem se ad exitum servet. Beata vita in excelso est, sed perseverantiâ penetrabilis est. In optimo instituto perseverare, virtutum omnium diadema est.

Vide, mi Lector, quæ in hunc ferè sensum tam in Trismegisto quam in Heliotropio docemus. Ea hic crambe reperitâ ingerere non visum est. Quæ hoc loco tradimus, in aliorum confirmationem dicta volumus. Res hæc non dicam nimium, sed nec quidem satis inculcari potest. Innumeri pereunt, non quia malè cœperunt, sed quia malè finiunt.

A C T I O N E S PERSEVERANTIÆ.

1. Qui Perseverantiam ferè desiderat, singulis eam 1. Praxis horis à Deo postulat, idque precibus quam potest calidè Perseverantiam.

Zzz 2

Perse-

De condi- gno.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

1. Machab. cap. 2. v. 19. & seq.

Quinta. Stimuli perseve- rantia.

Enseb. lib. 8. preparat. Evangel. cap. ult. Cant. cap. 5. vers. 10. Vt supra dem- onstratum ex Plutar- cho cap. 1. ante §. 1.

Perfius sat. 3. mediâ.

Aristot 10. 7. sect. 12. prob- lem. 8. mili. pag. 476.

Perseverantiâ metissimam Dei donum esse, nec eam ullis promeritis velut mercedem posse obtineri.

2. Ad Perseverantiâ seipsam quotidie modis omnibus extimulare. Hâc iuverit ea; quæ toties apud animum suum proposuit, in memoriâ revocare; quod si hæc in chartâ relata sint, suo se chirographo convincere in hunc serè modum: En inertissime cessator, quàm longè sit aliud statuerè, aliud statuta exequi. An non cœteris, an non millies & hoc, & istud, & illud facturum te recepisti? Hæc scilicet honoris verba fuerant; ubi tandem sunt opera? Fac quod decrevisti, persevera quod cœpisti. Cælum perdidit, quisquis Perseverantiâ neglexit.

3. Attentis oculis sæpius intueri horribilem ruinam plurimorum, qui quidquid virtutis collegerant per annos plurimos, id omne uno instantiâ actu turpissimè abjecerunt. Dita divites, momento mendici, quia Perseverantiâ oblitii. Exemplo sint & terrori inter Angelos Lucifer, inter homines Saul, Salomon, Tertullianus, Origenes, in ille alii. Non potest esse Paradisi hæres, cui defuerit Perseverantiâ comes.

4. Verè Perseverantiâ est, nec amore vitæ, nec timore mortis, sed nec minis ullis aut promissis à fide rectè que averti aut flecti possit. Ita constantissimus Princeps Mathathias: *Esse aut, omnes gentes Regi Antiocho obedunt, ut didicard unusquisque à servitute legis patrum suorum, & consentiant mandatis ejus: ego & filii mei, & fratres mei obedimus legi Patrum nostrorum. Propitius sit nobis Deus, non est nobis utile relinquere legem, & justitias Dei. Jucundus fuit Mathathias mori, quàm à lege desciscere, & in Perseverantiâ peccare. Speciosum mentis suæ rigorem flecti non sustinuit.*

5. Quorundam Sapientum voces assiduè auribus ingerendæ, velut stimuli Perseverantiæ. Quales sunt: Annofa quercus icu non cadit uno: Persta & feri. Rem inchoare bonam, nemo non potest: Tu perge porro, perge & persevera, perge, perge: præmium est in exitu, perseverantis est corona. Exordium est inane, cui suus non apponitur epilogus. Frustra cucurrit, qui ante metas deficit: In virtutis semitâ necessarium est progredi: qui stat, retrorsum tendit. Pachomius suis sæpissime inculcabat: Frustra ad salutis bravium currimus, nisi sic curamus ut comprehendamus. Frustra cum hoste confligimus, nisi certemus, ut vincamus.

Deiparam hætenus comparavimus Rosæ, quæ toto pæne orbe nascitur. Illius præcipuè laudes à Colore, Odore, Medicinâ petuntur. Sapienter Eusebius tradidit, Rosam non voluptatis tantum, sed & utilitatis causâ creatam à Deo. Color Rosæ pulcherrimus, ruber vel candidus, quos colores sponso suo, qui se Rosam vocarat, sponsa tribuit in Canticis. Nil fuit ardentius Deiparæ charitate, nil candidius ejus castitate. Rosæ Odor se longè suaviterque diffundens nomini causam præbuit apud Græcos ab odoris largo effluvio. Deiparæ laus & vitæ totius odor talis semper fuit, ut Matrem Dei omnes, animo saltem suspicere ac collaudare cogerentur. Medicinæ laus longè verius Deiparæ quàm Rosæ tribuitur. Quor illa corporis morbos, quot animi pestes olim repulit, & quotidie repellit sanctissimis patrociniis? innumerati in scelere suorum sordibus computrescerent, nisi eos floris istius odor reficeret & solidaret. Salutis semper plurimum à cælesti hac Rosâ nobis obvenit.

Precaur olim alumnulo suo Persiana nutrix:

Quidquid calcaverit hic, rosa fiat.
Hoc Domino Jesu soli proprium, & ab ipso matris concessum: si loqueretur, rosas ore spargeret; si quid ageret, manibus rosas funderet; si quid pergeret, gressibus nascentes rosas premeret.

Docet Aristoteles, suavius olere rosas, quibus umbilicus asper est. Eum opinor veteres Bonum umbilicum vocasse: quas enim volebant dicere frangantissimi esse

odoris, aiebant bonum habere umbilicum. Umbilicus incontinentiam in sacris paginis adumbrat. Qui umbilicus hunc pœnitentiæ spinis & abstinentiæ aggerere vallant atque obsepunt, sectanturque carnis continentiam; iis saris asper & spinosus, ac proinde optimus est umbilicus, eorum castitas oler suavitati, illi optimæ sunt Rosæ. Quod de illibarissimâ divinâ matris Virginis castimoniâ jam supra demonstratum est, hic verbo dixerim: Virginum Virgo fuit, Flos Florum, Rosarum Rosâ, absolutissimâ castitatis idea, terribissimum virginitatis speculum; inter spinas lilium fragrantissimum.

Ajunt Rosas, si juxta fetores alii conferantur, odoris fieri efficacioris, ita profectò hac ipsâ viciniæ graveolentiâ rosaceo flori benevolentiam aspirari. Maria cæli terræque bono prognata, fetoribus alii crescebat undequaque cincta. Erant aut illius virgines ceparum & alliorum instar, virginitatis decus non aestimabant, ad nuptias convolabant universæ, pretiosam illam carnis continentiam ignorabant: Hæc una Virgo castitatem ab aliis neglectam coluit quàm integerrimè. Aliorum media stetit hæc Rosa.

Theophrastus auctor est, Rosas, quibus pauca sunt folia, iis quæ pluribus luxuriant, esse præstantiores: quæ quinque duntaxat folia habent, optimas, quæ centifoliæ dicuntur, vilissimas. Folia nostra, verba nostra sunt; eorum, etiam bonorum, vitanda redundantiâ. Domini Jesu matrem vix quinquies in Evangelio locutam legitimus: semel Angelo, semel Elisabethæ, semel mensaministris, bis filio. Nonne hæc Rosa pentaphyllis, adeoque præstantissima?

Sed forsitan hoc loco dixerit nonnemo: Velim ea, quæ de laude beatissimæ matris Virginis uberius sunt explicata, conferri ad compendium. Non invitus, quantum licuerit, parebo, & dicta revocabo ad summam non meis, sed præcorum Patrum verbis. Ita breviter summarimque describam, quid multis retro sæculis Christiana, quid præca & erudita pietas de matre Domini Jesu senserit.

Hic ergo, Lector, observa,

Præcos Patres, præsertim Græcos, in elogiis divinæ matris tribuendis fuisse disertissimos. Quiddid demum dixissent, ad tantæ dignitatis apicem minus dignè censebant dictum. Non falso judicio Dei matrem infinitæ laudis pelagus æstimabant, ad cujus ultimos fines ac metas nunquam daretur enavigare. Hinc copiosissima in Virginem hanc encomia congesterunt. Ea nos sub unum posituri aspectum, in Romani Alphabeti ordinem digessimus. Atque hanc operam divinæ Matris cultoribus non ingratam fore speramus. Singulis laudum epithetis more nostro librum, caput, paginam scriptoris adnotare, res non solum infiniti, sed superflui laboris sit. Meam tibi fidem, amice Lector, non ignotam censeo.

Si quid porro à sacris scriptoribus his dictum, quod Christo potiùs, orbis Reparatori, quàm ejus Matris convenire videatur, id optimo scriptorum affectui condonandum, & interpretatione miti ac congruâ explicandum. Unus unicus est humanæ gentis Servator Dominus Jesus. At hujus esse matrem, supremæ inter omnes dignitatis est. Nemo vicinior Filio quàm Mater. Ordiamur ab elogio principie.

MARIA Mater Domini IESU.

Aaronis Virga de radice Jesse geminans.
Abyssus miraculorum, & virtutum omnium.
Abyssus misericordiæ profundissimæ.
Accra aurea.
Accervus tritici vallatus liliis.

Cap. 10. de Rosâ. Ar- geneâ.

Ita supra docuimus cap. 3. §. 1.

v. g. Luc mundi, spt unica peccatorum, solatium unicum in terrâ, &c.

Elogia B. Mariæ Virginis è priscis Patribus.

Adæ reparatrix.
 Aditus recuperationis.
 Adjutrix desitutorum.
 Advocata Evæ, & omnium iniquorum ad te confu-
 gentium.
 Ager Dei amplissimus.
 Agna immaculata.
 Alabastrum unguenti.
 Alimentum inopum.
 Anchora sacra & inconvulsa, his qui tempestate ja-
 ctantur.
 Ancilla Domini & Mater.
 Aquæ ductus cælestium gratiarum.
 Aquila grandis magnarum alarum.
 Ara anjmarum, & panis vitæ.
 Arca Dei nova & animata.
 Arca novi Testamenti.
 Arca sanctificationis, quæ cæleste manna portavit.
 Arca fœderis divinis manibus fabricata.
 Arcus fœderis in nubibus cæli.
 Armarium vitæ.
 Asylum tutissimum omnium.
 Assêctatrix Jesu perpetua.
 Aula divinorum mysteriorum.
 Aula Filii Dei, quæ sola Verbum portas, quod por-
 tat omnia.
 Aurora prænuntia dici sempiterni.

 Baculus cæcorum.
 Balsamum non mixtum.
 Balsamo suavior.
 Benedicta illa, & super omnes benedicta.
 Benedicta in mulieribus, quam beatam dicunt omnes
 generationes.
 Borus Cypri.
 Bottus vitis.
 Bonorum amantissima.

 Candelabrum inauratum.
 Canticum Cherubim.
 Castellum Jesu.
 Causa salutis generis humani.
 Cælum, in quo Sol gloriæ respundet.
 Cæli portarum maxima.
 Charta divinissima.
 Cinnamomum aromatizans.
 Circumscripcio incircumscripcii.
 Circumdatrix infiniti.
 Cisterna Bethlehemitica.
 Civitas Dei animata.
 Clavis cælorum.
 Claustrum pudotis integrum.
 Clibanus, in quo sacrificium coquitur.
 Clypeus omnibus in te sperantibus.
 Collegium sanctitatis.
 Columba Noë fidelissima.
 Columba speciosa desuper rivos aquarum.
 Columba unica à Christo Jesu electa.
 Columba, populum Dei, ne in mundi hujus deserto
 erret, deducens.
 Concha Gedeonis florida.
 Conciliatrix universi terrarum orbis.
 Confortatrix Martyrum.
 Consolatio infirmorum, Salus universorum.
 Continens eum, qui nusquam contineri potest.
 Contritio pravitatis hæreticæ.
 Crates tornatilis.
 Crux, quæ in ulnis Dominum portasti.
 Cubiculum ortus Christi purissimum.
 Cupressus in monte Sion.
 † Curatio vulnerum immedicabilium.

Tom. I.

A Currus igneus Eliæ.
 Currus triumphalis.
 Custos in vineis.
 Custos vigilantissima omnium te diligentium & pio
 affectu coletitium.

 Dapifera deliciarum.
 Decora sicut Hierusalem.
 Decus Patriarcharum & Prophetarum.
 Delectatio terrigenarum omnium.
 Desertum speciosum.
 Desiderata gentibus.
 Dioptra perspectiva.
 Dispensatrix gratiarum liberalissima.
 Domicilium cælo præstantius.
 Domicilium verbi sacratissimum.
 Domina Angelorum.
 Domina cæli & terræ, ac rerum omnium.
 B Domina Dei capax.
 Domina regum.
 Dominatrix unica super choros Angelorum exaltata.
 Domus David perbeata.
 Domus Dei gloriosa.
 Domus impleta gloriâ Domini.
 Domus septem columnarum à Deo facta.
 Domus Sapientiæ.
 Dulcedo credentium animarum.

 Electa à Deo antequam genita.
 Electa ex millibus.
 Erectio ruentium.
 Eva nova, mater vitæ.
 Excelsior Cherubim, ab omnibus collaudanda.
 Exemplar perfectionis.
 Exemplar totius Ecclesiæ.
 Exemplar totius puritatis & sanctitatis absolutum.
 C Exordium humanæ salutis.
 Expectatio præmiorum nostrorum.
 Expultrix tenebrarum.
 Exultatio generis humani.

 Fax fidelium.
 Fenestra cæli.
 Ferculum Salomonis.
 Festivitatis magnæ principium & finis.
 Filia Dei Partis.
 Filia Hierusalem pulchra & decora.
 Finis dolorum.
 Firmamentum dividens aquas ab aquis.
 Firmamentum fidelium.
 Flos florum & Gemma mulierum.
 Fluvius de loco voluptatis progrediens.
 Fons Fontis vivi.
 Fons gratiæ & consolationis.
 Fons humanitatis Filii.
 D Fons immortalitatis semper scaturiens.
 Fons perennis curationum. †
 Fons signatus, à quo manant fluentia purissima.
 Fons uberrimus totius Trinitatis.
 Fons univerfam terram irrigans.
 Forceps Seraphica prunæ mysticæ.
 Forma disciplinæ Christianæ.
 Fructus honoris & honestatis.

 Gaudium semper & in æternum ineffabile.
 Gaudium totius mundi.
 Gaudium totius Trinitatis.
 Gazophylacium donorum omnium opulentissimum.
 Gazophylacium thesauri, quo sumus redempti.
 Gemma orthodoxorum.
 Genitrix tui Creatoris.
 Germen iustorum Joachim & Annæ.

Z z z 3

Gloria

Gloria & corona justorum.
 Gloria & lætitia sacerdotum.
 Gloria Prophetarum.
 Gloria fervorum tuorum.
 Gloria virginum & omnium piorum.
 Gloriatio orbis terrarum.
 Gratiâ Dei plena.

Habitaculum incomprehensibilis naturæ amplissimum.
 Habitaculum Verbo Dei dignum.
 Hannus Divinitatis.
 Hæster populum liberans.
 Hierarchiarum cælestium ornamentum præclarissimum.
 Honor Martyrum.
 Honoratior Cherubim, sanctior Seraphim, & omnibus superis exercitiis gloriosior.
 Hortus non seminatus & conclusus.
 Hortus plantationum.
 Humilitatis forma.
 Humilitatis speculum.
 Hymnus Angelorum.
 Hymnus in solitudine degentium.
 Hymnographorum omnium oratio.

Janua Paradisi.
 Janua Regis alti clausa.
 Janua Salutis.
 Illuminatrix cordium.
 Imago veri Solis expressa.
 Infirorum solatium.
 Innixa super dilectum.
 Instrumentum lætitiæ, per quod tristis execrationis sententia in lætum gaudii judicium commutatur.
 Interemptrix cunctarum hæresion.
 Interemptrix maledictionis.
 Interitus corruptionis.
 Inventrix gratiæ magnifica.
 Judith pulcherrima.

Lactatrix Salvatoris.
 Lætitia generis humani.
 Lætitia nostræ initium, medium, ac finis.
 Lætitia renascentis mundi.
 Lætitia tribulatum.
 Lampas æternum gestans lumen.
 Lampas inextinguibilis.
 Lampas orbis lucidissima.
 Lapis abscissus sine manibus.
 Largitrix vitæ.
 Lectulus Dei floridus.
 Lectulus Salomonis.
 Liberatio maledicti.
 Liber sanctissimæ Trinitatis sigillo obsignatus.
 Lignum Libani, ex quo sibi Salomon ferculum præparavit.
 Lignum plantatum fecus decursus aquarum.
 Lignum vitæ singulis mensibus reddens fructum suum.
 Liliium convallium.
 Litus tranquillissimum.
 Lucerna à Deo illuminata.
 Lucerna micantissima.
 Lumen cæcorum.
 Luna plena.
 Lux illustrissima carens fuligine culpæ.
 Lux mundi.

Magisterium Fidei.
 Magistrorum, hoc est, Apostolorum Magistra.
 Magistra virtutum.
 Majestas, & gloria Cherubimorum, Thronos & Seraphimorum splendorem longè præcellens.

A Mansio cælestis Imperatoris.
 Mare gemmis plenissimum.
 Mare pacificum.
 Margarita pretiosa, cælestis.
 Martha excipiens Christum in domum suam.
 Mater Domini præ omnibus gloriosa.
 Mater Filii Dei.
 Mater immaculata & digna tali Filio.
 Mater luminis, cujus pulchritudinem Sol & Luna mirantur.
 Mater matrum, Stella stellarum.
 Mater misericordiæ.
 Mater omnium fidelium universalis.
 Mater purissima, quam nulla unquam sequior invasit cogitatio.
 Mater tui Patris.
 Mater timoris & magnitudinis.
 Mater vitæ.

B Mediatrix Dei & hominum, per quam post Deum totus vivit orbis terrarum.
 Mediatrix mundi gloriosissima.
 Mediatrix salutis.
 Medium terræ.
 Mensa, in quâ vitæ panis propositus.
 Microcosmus omnem capacitatem excedens.
 Miraculorum effeatrix.
 Miraculum mundi ingens, & portentosum.
 Miraculum orbis præstantissimum.
 Mons Ephraim.
 Mons, à quo abscissus est lapis, qui replevit orbem.
 Mons myrrhæ & thuris.
 Mons pinguis.
 Mons umbrosus, in quo habitare placuit Verbo.
 Mortis destructio & vitæ introductio.
 Mulier amicta sole, duodecim stellis coronata.
 Mundi oculus.

C Munimentum inexpugnabile.
 Myrtus electa.

Navis mercibus referta.
 Nescia viri, nuptiarum experta.
 Norma castitatis.
 Norma rectæ Fidei.
 Nubes diei splendidissima.
 Nubes Israël deducens semper lucida, & semper à tenebris aliena.
 Nubes levis, quæ super Cherubim sedentem gestat.
 Nutrix panis cælestis, & omnia nutriendis salutis.

Obfes Fidei nostræ apud Deum.
 Odor agri pleni.

+ Officina medicinæ.
 Oliva in domo Dei fructifera.
 Oliva speciosa in campis.
 Omnium Dux.
 Omnium Princeps, ob fulgorem inaccessa.
 Omnium intactissima.
 Omnium purissima.
 Omnium sanctissima.
 Opus digitorum Dei.
 Ordinata ab æterno.
 Organum virginalis.
 Origo principii.
 Ornamentum clarum naturæ nostræ.
 Ornamentum & decus virginitatis singulare.
 Ornamentum sola mortalium.
 Orphanorum susceptio.
 Ortus solis nullum ferens occasum.

Palatium regis Angelorum animatum, & consecratum.
 Palatium Regis æterni sacrosanctum.

Palma florens.
 Palma in Cades.
 Palmes vitis veræ.
 Paradisus deliciarum & immortalitatis.
 Paradisus spiritualis & rationalis secundi Adam.
 Parentis omnium parens.
 Patrocinium nostrum.
 Patrona vexatorum.
 Pavor spiritualibus nequitiis.
 Pax & gaudium mundi.
 Perflugium conciliationis inter Deum & homines.
 Pincerna cælestis curiæ.
 Plantatio Rosæ in Hiericho.
 Platanus juxta aquas.
 Plusquam gloriosa.
 Pons ad vitam.
 Porta fulgida lucis & vitæ.
 Porta impervia.
 Porta orientalis Ezechielii Prophetæ prævisâ.
 Porta semper clausa.
 Portus naufragantium.
 Portus tranquillus afflictorum.
 Pratum totius fragrantia Spiritûs sancti.
 Præconium Prophetarum & Apostolorum.
 Præses vitæ nostræ.
 Princeps regum & regnorum.
 Principium consolationis.
 Prodigium cæleste.
 Promptuarium divinæ charitatis.
 Propitiatio delictorum.
 Propitiatorium laborantium.
 Propitiatorium universæ terræ.
 Propugnaculum fidei Christianæ.
 Pudicitia ornamentum.
 Pulchritudo Martyrum.
 Purior solis radiis & splendoribus.
 Purgatrix criminum.
 Purpura regia.
 Radix bonorum omnium.
 Radix Jesse.
 Radix prima, ex qua mundo lux est orta.
 Raprix cordium.
 Rebecca pulcherrima, sanctitate opulentissima.
 Receptaculum omnis puritatis.
 Reconciliatrix benedictionis.
 Redemptio captivorum, liberatio damnatorum.
 Refugium in omni periculo tutissimum.
 Refugium peccatorum & hospitium.
 Refugium tui gregis.
 Regali ex progenie exorta.
 Regeneratrix nostra.
 Regina à dextris Filii stans, quæ libero arbitrio nullam suscepit maculam.
 Regina creaturarum omnium.
 Regina misericordiæ.
 Regina mundi, quam laudant astra matutina.
 Reparatrix Adæ.
 Reparatrix parentum, & posterorum vivificatrix.
 Reparatrix sæculi.
 Resurrectio progenitoris illius Adam.
 Revocatrix Evæ.
 Revocatio lapsorum.
 Rosa mystica.
 Rosa recens ac redolens sine spinâ.
 Rosa paradisi prima.
 Sacrarium Spiritûs sancti sanctissimum.
 Salus desperantium.
 Salix virens.
 Sancta sanctorum.
 Sanctissima omnium sine omni maculâ.

A Sanctis omnibus sanctior, & omnis sanctissima sancti-
 tatis thesaurus.
 Sceptrum rectæ doctrinæ & fidei orthodoxæ.
 Scabellum Dei.
 Scala ad cælos.
 Scala peccatorum & sanctorum omnium.
 Sceptrum & norma fidei.
 Secretum Verecundiæ.
 Sepulchrum novum & signatum Christi.
 Signum vitæ.
 Signum magnum.
 Sion sancta.
 Solatium in terra unicum.
 Solatium peregrinationis nostræ.
 Solatium solitariorum.
 Solium Divinitatis.
 Soror & Sponsa Christi.
 Species Jacob & Spes nostra.
 B Speculum Angelorum.
 Speculum Passionis Christi.
 Speculum sanctitatis.
 Speculum torius integritatis.
 Spes delinquentium.
 Spes unica peccatorum.
 Spes patrum.
 Spes universorum.
 Sponsa Dei Parris.
 Stella fulgentissima, è qua Christus prodiit.
 Stella mundi.
 Super omnes Angelos glorificata.
 Super omnes creaturas prope tuum Filium in cælesti-
 bus exaltata.
 Tabernaculum Altissimi sanctificatum.
 Tabernaculum Testamenti.
 Tabula scriptam legem ferens mortalibus.
 C Templum Dei animatum.
 Templum devotionis.
 Templum divinæ gloriæ ornatissimum.
 Templum Salomonis sanctificatum.
 Templum Spiritûs sancti indissolubile.
 Terra sancta & desiderabilis, è qua orta est Justitia &
 Veritas.
 Terra virginea, ex qua novus Adam formatur.
 Testamenti novi thesaurus.
 Thalamus à Deo fabricatus.
 Thalamus Dei, & cælestis sponsi.
 Thalamus divinæ humanitatis.
 Thalamus fragrans virginitatis.
 Thesaurus cælestis divinitatis.
 Thesaurus vitæ immortalis.
 Thronus Creatoris gloriosus.
 Thronus & sedes Dei.
 Thuribulum aureum.
 D Tota mitis, tota ferena, tota suavitas, tota benigna.
 Triclinium divini consilii.
 Tutela potens.
 Typus verecundiæ.
 Vallis benedictionis.
 Vallum Fidelium.
 Vas admirabile.
 Vas Dei splendidissimum ac luculentissimum.
 Vaticanum Prophetarum.
 Vellus mundum cælitus humectatum, in qua & per
 quam ovem indutus est Pastor.
 Vehiculum regium.
 Velum animatum, quod in se celavit divinitatem.
 Vestimentum Dei impollutum.
 Vexillum Fidei.
 Via errantibus.
 Via regia Salvatoris.

Virga Sacerdotalis, quæ absque irrigatione florem A
produxit.
Virga virtutis Dei.
Virgo virginum.
Vitæ ordo, morum disciplina.
Vitis uvarum ferax.
Umbraculum Spiritûs sancti.
Urbs fortitudinis, & molestiarum omnium levamen.
Urna aurea.
Urna cæli manna gestans.
Urna inclita ac gloriosa.

En Nomenclaturam Elogiorum, quæ Patres præci à
Græciâ, certantibus præque studiis in Domini Jesu Ma-
trem derivarunt. Quin multa ejus generis, meorum
oculorum noctem effugerint, non dubitem; Hæc pla-
cuit in specimen dare. Singula verò encomia, nisi me
valde fallo, singulis concionibus amplam dicendi ma-
teriam subministrant. Infecunda & sterilis sit fecundia,
quæ in hujus Matris laudibus exhaustam se fateatur.
Beatam dicent hanc Matrem omnes generationes.
Nullus encomiorum finis.

B.V. Mariæ E Patribus Latinis unicus sanè Bernardus in Deipa-
clogia è D. ræ laudes nunquam non effusus, syllabum ingentem
Bernardo. porrigit encomiorum, è quibus hæc pauca delibasse
juverit in exemplum:

Mariâ mysticis multò jam ante miraculis præfigurata.
Profundissimam divinæ sapientiæ abyssum intuens.
E cælo Patribus promissa, è progenie regum orta.
Intacta concipiens, incorrupta partiens.
Sine gravamine gravida, sine dolore puerpera, Virgo
pariter & secunda.
Omni veneratione major, omni laude ac præconio di-
gnissima.
Affectus æternorum ab affectibus temporalium, ut
aquis ab aquis dividens.
Virginali puritate astris omnibus præfulgens.
Omnibus maternam opem poscentibus succurrens,
omnia omnibus facta.
Serpenti venenato caput conterens, Mulier amicta So-
le, Lunam pedibus premens.
Nostris cum Christo nuptiis gaudens.
Verè stans juxta crucem, videns patientem Christum
filium, vivens mortua, dolorem morte sæviorem
perferens.
Virago cælestis, & mater pulchritudinis.

Misericordiæ porta, Exemplum consummatæ pœni-
tentia.

Fons vitæ, Dulcedo nostra, Maris stella, cæli Regina.
Se diligentes diligens, verecundiæ Typus.
Salomonis lectulus, Civitas Dei.
Archangelo Gabrieli ab initio servanda commissa.
Per quam Deus, quidquid creavit, recreavit.
Duodecim gratiarum prærogativis decorata.
Cujus privilegia ineffabilia.
Sanctitate ac dignitate supra omnem creaturam tranf-
scendens.

Dei paradisi lignum vitæ mundo proferens.
Virtutum auctrix, inter homines ut sol inter cetera
cæli luminaria irradians.

Pro universo genere humano sollicita.
Utrique sexui salutis antidotum propinans, &c. &c.
B In æternum & ultra non deficit laus tua de ore homi-
num & Angelorum, &c. &c.

Denique ut omnia augustissimæ Matris ornamenta
& elogia, quæ & copiosissimè Bernardus, quæ & ceteri
præcorum Patrum suggerunt, verbo complectamur,
unum hoc affectione, quâ possumus, devotissimâ pro-
nuntiamus:

M A T E R D E I.

Nec enim, ait Bernardus, amplius potuit elevari, quàm ut Bernar. 10. 2.
Mater Dei vocaretur. Magna fuit sanctificatio Hierer-
miae, major Joannis Baptistæ, maxima Virginis Mariæ. seper Salve
Regina, mi-
hi pag. 472.
quâ potuit vitare, imò vitavit omne peccatum. Proin-
de omnia laudantium encomia deficiunt.

Nemo satis laudaverit vitam nullis sæculis moritu-
ram; nemo satis acculaverit mortem nullis æternitati-
bus victuram. Atqui per feminam mors, quod Augustinus August. 10. 9.
canit, per feminam vita; per Evam interitus, per Mariam sa- de. simbolo
lus, illa corrupta, secuta est seductorem, hæc integra peperit ad Catechu-
men. l. 3. c. 4.
Salvatorem. Dei Matrem esse, dignitatis est tantæ, ut hu-
manas laudes excedat. Quod Gregorius Magnus cum
veneratione suspiciens: *Mons fuit Dei genitrix*, inquit, Gregor. in
l. 1. Reg. c. 1.
*omnem electæ creaturæ altitudinem electionis suæ dignitate
transcendit.*

Quidquid porrò ad actuosum Matris beatissimæ
cultum pertinet, id ante me complures alii solerter &
eruditè docuerunt. Ego Lectori meo hoc unicum in-
stillo: *Collige Rosas; Virtutes Matris Virginis imitare, &
illam amplissimè coluisti.* Sed finiamus primam Rosarum
partem; laudes Rosæ mysticæ, Virginis puerperæ, nun-
quam finituri.

F I N I S.



ROSÆ

R O S Æ

SELECTISSIMARVM VIRTVTVM,

QVAS DEI MATER ORBI EXHIBET,

P A R S I I.

C A P V T P R I M V M.

Rosa Trachinia, seu, Prudentia.

S. Thomæ Aquinatis erga Domini matris affectus.



THEOLOGORVM antistes Thomas Aquinas à teneris unguiculis miro affectu in Domini Matrem ferebatur, quem in ipsis etiam cunis exhibuit. Mater etiamnum infantulus, cum lavandus esset, chartulam humi temere abjectam arripuit, eamque manu arte compressit. Nutrix schedulam lavando è manu sub-

trahere nitebatur, sed frustra. Nam infans, quantis potuit lacrymis, chartam defendit. Ita lotus est. Mater ve cognitâ infanti post adhibitum balneum blandâ & tamen difficili dexteritate è digitis chartulam subtraxit. In hac percripta erat Angeli ad beatissimam Virginem salutatio. Nec cessabat infans: ademptam chartulam constanti fletu repetiit, redditam mox deglutivit.

Id porro nec miraculo nec mysterio vacare plerisque visum est, quod eximius olim futurus Ecclesiæ Docteur in eam chartulam primus incidisset, tanto eam conatu retinuisse, non dimissurus, nisi vis inferretur. Quod quidem non obscurum fuit argumentum, huic infantulo post aliquot annos & scientiæ laudem, & virginitatis florem à virginum Virgine impetrandum. Et verò Thomas suos in hanc Matrem amoris plenissimos sensus, cum libris aliis, tum præcipue opusculo de Angeli ad Virginem salutatione, insignitissime declaravit. Ita maturè urunt urticae, ita vix natæ redolent Rosæ. Ita pietas & prudentia subinde annos prævenit nec in morte moritura. Virgo beatissima illud è cælo Ave humanæ genti impetravit, quod ad cælestem nos sapientiam & prudentiam erudiret. Siquidem Virgo ab Angelo inauditibus laudibus affecta, & Dei Mater jam pronuntiata, prudentissime quæsit: *Quomodo fiet istud?* quomodo, Angele Dei, quomodo & Mater & Virgo sum? Interrogatio prudentissima. Nam sui propositi sibi conscia non prius cælesti nuntio assensa est, quam edocta sit, futurum ut virginitate pareret inoffensa.

In hac igitur Parte alterâ, prima Matris Virginis virtus occurrit explicanda *Prudentia*. Et de hac, more jam instituto differemus.

§. I.

Prudenciam Rosæ, quæ Trachinia dicitur, non immeritò comparamus. De hac naturæ scrutator Plinius: Illius, inquit, genera nostri fecere celeberrima, Prænestinam & Campanam: proximam ei *Trachiniam* minus rubentem, albicantibus foliis. Huic simillima est Prudentia: non ea nimium rubens; pallidula est, quia semper circumspècta & cauta. *Prudentia in ratione practica*, inquit D. Thomas, *constitit*. A dicit: *Sicut ille qui ratiocinatur*

A bene ad aliquem finem particularem, puta ad victoriam, dicitur esse prudens, non simpliciter, sed in hoc genere, scilicet in rebus bellicis: ita ille, qui bene ratiocinatur ad totum bene vivere, dicitur Prudens simpliciter. Prudentia porro, ut sanctus Doctor affirmat, est recta ratio agibilium, seu, Sapia in rebus humanis. Hinc Aristoteles: Prudentia, inquit, in sensu interiori consistit, qui perficitur per memoriam & per experimentum ad promptè judicandum de particularibus.

Prudentia virtutum omnium gubernatrix: nam, ut princeps Theologus loquitur, *virtutes omnes adjuvat, & in omnibus operatur*. Hoc illud divinum animi aurum est, hæc illa virtutum princeps, quæ reliquis omnibus utitur, atque ipsarum ordinem, modum, & occasionem tanquam oculus mentis undequaque perspicacissimus ostendit.

Beatus Ephrem Domini Matrem laudaturus, Principem omnium prudentissimam & sagacissimam vocat. Damascenus, Sapientiæ thesaurum nominat. Illa paradisi hortulana Eva nimium credulâ simplicitate & inexpiabili pæne imprudentiâ serpentinæ faciendiæ cessavit. Hanc imprudentiam Matrem Domini correxit, cum ad Angeli affatus prudentissimè subjecit: *Quomodo fiet istud?* Hinc Ecclesiæ Virginem in cælum evectam velut interrogans: *Quòd, inquit, progredieris Virgo prudentissima? Quòd si, Salomone teste, qui moderatur labia sua, prudentissimus est, Virgo præ omnibus prorsum hominibus longè prudentissima erit dicenda. Imò verò si in hac Virgine, quod miremur, aliud non sit, quàm quòd tam prudenter loqui, tam opporunè sciverit tacere, posset ea nihilominus Miraculorum miraculum, prodigiorum Mundi prodigium maximum appellari.*

Bernardus Virginis cultor eximius soletter ad cælum revocavit, quoties Virgo ab Evangelistis memoretur locuta, ter cum Deo, bis cum Angelo, bis cum hominibus. Verè *diffusa est gratia in labiis illius*. Ergo quæ labia sic moderari potuit, planè prudentissima fuit: nam antequam loquebatur, cogitabat qualis illa esset salutatio. De unâ & pæne solâ hac Virgine jure meritisimo cantabunt templa: Hæc est Virgo sapiens, & una de numero prudentium. *Quid enim, inquit Bernardus, non sapiebat Maria, in quâ Dei Sapientiæ latebat? Hæc abditissima mysteria nec Apostolis, nec Prophetis, sed neque Angelis satis cognita intelligebat. Apostolos certè in plurimis erudit, iis præcipue, quæ ad Christum in utero conceptum, in stabulo natum, in Nazarethana domo educatum pertinebant. Prophetas eo superavit hæc Virgo: nam illorum aliqui de præteritis vaticinati. Ita Moses: In principio creavit Deus cælum & terram. De futuris aliqui. Sic Isaias: Ecce, inquit, Virgo concipiet. De præsentibus alii. Ita Joannes: Ecce, agebat, ecce Agnus Dei. Mater Domini hanc triplicem gratiam conjunctim habuit. De præterito namque sic vaticinatur: *Suscipit Israël puerum*. De futuro: *Beatam me dicent omnes generationes*. In nuptiis Canæ præcæcia miraculo: *Quocunque, ait, dixerit vobis, facite*. De præsenti: *Fecit mihi magnas, qui potens est. Latentem utero filium monstravit, Agnum suum in præsepi decumbentem orbi universo exhibuit.**

Porro

Quod editum minore formâ. Vido Anton. Spinell. c. 35. pag. 515.

Luc. cap. 1. vers. 34.

Plin. lib. 21. natur. hist. c. 4. initio.

S. Tho. 2. 2. q. 47. art. 2. cõcl. & ad 1.

Idem q. ead. Arist. 1. 2. & 8. lib. 6. Ethic. cap. 8. fine.

S. Thom. di. 1. q. 1. ad 2.

Luc. cap. 1. vers. 34.

Prov. c. 10. vers. 19.

Is. 44. v. 3.

Gen. 1. v. 1.

Isa. cap. 7. vers. 14.

Joan. cap. 1. vers. 36.

Luc. cap. 1. vers. 34.

Ibid. v. 48.

Joan. cap. 2. vers. 5.

Luc. cap. 1. vers. 49.

Porro Angelos superavit, quia supremi Angeli arcum illum Christi in utero concepti, per insulam inspirationem, ut Theologi loquuntur, à Deo hauserunt, medii à superioribus per traditam illuminationem, infimorum saltem aliqui ab Apostolis cognoverunt. Non obscure divinus Paulus id significans: *Ve imoretur, inquit, principibus & potestatibus in caelestibus per Ecclesiam, multiformis sapientia Dei.* Hoc gentis humanæ decus Maria excellentissimè cognovit modo triplici. Primo quidem per afflatum divinum: quod pulchrè dixit Bernardus illi soli datum nôsse, cui datum est experiri. Deinde per Angelum, qui virgini dixit: *Spiritus sanctus superveniet in te.* Perinde si diceret: Scies utique illo doctore, quo & actore: Hunc interrogabis, & respondebit tibi. Tertio per experientiam prorsus felicissimam: siquidem æternam sapientiam corpore vestitam suis spectavit oculis, suis tractavit manibus, suis appressit uberibus. Hinc verè Rego prudentissima.

Ephes. cap. 3. vers. 10.
Triplici modo B. Maria cognovit mysterium incarnationis.
Luce. cap. 1. vers. 35.

1. Reg. c. 27. vers. 18.

IN Regum fastis commendatur Abigail mulier prudentissima & speciosa. Sed nihil illa ad hanc Virgineam, sub cuius linguâ mel & lac; favus distillans labiâ illius: non enim effundebat verba, sed stillabat. Cujus restis Ambrosius: *Corde humilis, verbis gravis, animi prudens, loquendi parcius, legendi studiosior.* En quàm sibi familiariter jungantur verborum parsimonia & laudabilis prudentia. Judith ipsi hostes curiosius contemplati, mirabantur ad sapientiam ejus, & dicebant alter ad alterum: *Non est talis mulier super terram in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborum.* Hæc longè verius de Heroïde illâ dicuntur, quæ Holofernem ab inferis sub jugum misit, quæ stygii serpentis caput contrivit, quæ Apostolorum magistra fuit. Hæc illa Sapientie domus est, in quâ sibi sapientia columnas septem excidit, cum in eâ septem Spiritus divini munera collocavit.

Judith c. 11. vers. 19.

Ezech. c. 43. vers. 12.

Hebraeus Ezechiel: *Ista est, inquit, lex domus in summitate montis, omnis finis ejus in circuitu sanctum sanctorum est.* Omnia in Virgine sanctissima. In Regum fastis prædicatur Thecutis, quod Abalonem filium prudenter in gratiam restituerit apud parentem. Laudatur Bethsabea, quod prudentiâ suâ Salomonem plurimum juverit, ut paternum solium adipisceretur. Rebecca quoque prudentia effertur, quæ filio modum tradidit impetrandæ à patre benedictionis. At omnis harum solertia cum Prudentiâ Mariæ conferenda non est, quæ omne humanum genus Deo reconciliavit, quæ nostræ mortalitatis pelle Filium Dei vestivit, ut à Patre benedictionem largissimam impetraret.

Prudentia triplex tépus complectitur.
1. Præteritum.
Prov. c. 10. vers. 5.

2. Præsens.
Prov. c. 13. vers. 20.

3. Futurum.
Imit. Christi lib. 1. cap. 23.

Tertium tempus futurum, de quo piè monemur à religiosissimo scriptore: *Memento semper finis, & quia præteritum non redit tempus. Age, age nunc, quicquid agere potes. Dum tempus habes, congrega tibi divitias immortales.* Boëthii scitum est: *Rerum exitus Prudentia metitur.* Itaque si prudens fuerit animus tuus, præterita cogita, præsen-

tia ordina, futura provide. In tria hæc tempora vita dividitur: quod est, quod fuit, & quod futurum est. Ex his, quod agimus, breve est: quod acturi sumus, dubium: quod egimus, certum. Homo frugi præteritorum meminisse, agere præsentia, futura cavere debet. Nos plerumque circa præsentia occupati sumus. Ad tempora malè exacta inviti revocamus animum. Ille qui ambiciosè multa concupivit, superbè contempsit, insidiosè decepit, avarè rapuit, prodigè effudit, libidinosè invasit, necesse est memoriâ suam timeat & fugiat. Huic ergo primis Prudentiæ vultus deest, quo respiciat præterita. Fortassis & tertius quoque deest, quo prospiciat futura, & imminetem consideret æternitatem. Non enim tam videndum, quid in præterita blandiatur, quàm quid deinceps è re futurum sit. Eò nos impellens Augustinus: *Prudentia, inquit, docet te ut quæ non potes perpetuò tenere, fructuosè permittas abire. Prudentia docet, ut in cunctis semper idem sis, tam in prosperis, quàm adversis. Prudentia promissa accelerat, & amplius quàm promissit, præstat.* Ab exemplis res patebit.

In tria hæc tempora vita dividitur.

August. *serm. 4. ad fratres in eremo.*

§. III.

Moses, antequam Hebrai agminis Dux esse juberetur à Deo, regis Ægyptii Pharaonis exercitum contra Æthiops duxit. Quâ in re illud excogitavit, quod non vulgarem hominis prudentiam argueret. Nam ut hostem opprimeret, priusquam is de adventu suo cognosceret, non per fluminis ripam, sed per interiora terra expeditionem fecit. Quâ in re satis declaravit, quantum ingenio polleret ac prudentiâ. Fuit difficillimum hoc iter præ serpentum copiâ. Eorum plurimos hic tractus gignit, aliquot etiam genera, quæ nusquam alibi reperiuntur, noxios omnes, & ipso aspectu horrendos, & in his quosdam volucres, ut non solum humi latentes insidientur, sed & sublimes ex improvise noceant. In hostem hunc venenatum Moses strata gema prudens & omnino dignum admiratione commentus est. Vim ibidem ingentem comparare pro magno habuit negotio. Est avis hæc serpentibus inimica: Ibides namque mansuetæ alites, contra solos serpentes, feroces. Curaverat autem Moses caveas non paucas in arcæ formam, quas ibidibus completas securum deferebat, & sic exercitus iter à serpentibus securum reddebat. Specimen hoc fuit excellentis prudentiæ, quæ hoc potissimum suggerit, ut suum cuique malo antidotum maturè prævideamus.

Sed apparuit hominis ejusdem prudentia non vulgaris in Aaronis dignitate vindicandâ, cui cum sacerdotium tumultuosè à populo abrogaretur, ille ut motus sævientis multitudinis, qui in horas gliscēbat, cohiberetur, nec frater temere spoliaretur sacerdotio, disquisitionem rei non ad multitudinis studium, cujus proprium est, nihil sapere, sed ad Numinis voluntatem relegavit: cujus assensu dignitas fratri stabilita est, & competitorum impietas graviter vindicata.

Amasis Regis prudentiam quis non miretur? Fuit is pæne ultimus eorum, qui præcis temporibus Ægypti regnum tenuere. Prudentiæ specimen Rex iste hoc etiam dedit. Cum omnia Samiorum tyranno Polycrati prosperrimè fluerent, isque fortunam in cunctis indulgentissimam experiretur, Amasis illi per litteras (ut fertur) jus omne veteris amicitie remisit, testatus, abique dubio fortunam ei truculenter insidiari, cui tam indulgentè obsequeretur. Prævidit Rex prudentissimus Polycratis exitum. A primis certè diffidebant ultima. Nam Oroëtis Darii Regis satrapa Polycratem victum captumque, nec eâ communi, affecit, sed in cruce altâ suspensum, mirabile & miserabile orbi spectaculum subjecit. Proprium Prudentis est, oculos in ventura mittere; qui de futuro nihil præmeditatur, in omnia incautus incidit.

Er in ruenda Aaronis dignitate.

Amasis regis.

Epimeni-
dis Cre-
tenfis.

Epimenides Cretenfis (de cuius ætate ac somno fabulas Græcas non tangimus) cum Munichiam locum Athenis naturâ magis quam opere munitionum vidisset, multis audientibus testatus est, nescire Athenienses quantas ille locus clades civibus esset allaturus; quod si futura prævidere ac pericula cavere vellent, dentibus eum locum demolituros, si manibus non liceret. Præfagium hoc fuit, aut certe præmonitus prudentissimi. Nam eventus (quod fati constat) prædictioni non defuit. Nimirum murus athenes est homini Prudentia.

§. IV.

Sed quid profit, ô Christiani, ruituros parietes solenter inspiceret, & fulcra iis apponere, præcipitium ad inferos aut prævidere, aut sedulo cavere nolle? Fuerunt, qui aliena mala prudentissimè præviderint, in prævidendis suis minus oculati.

Fabii Ma-
ximi.

Fabius ille Maximus, qui Punicos in Italiâ successus non pugnando magis quam cunctando fregit, ferociâ Varronis Consulis animadversâ, collegam ejus Paulum Æmylium multum diutius precatus dicitur, ne temere quippiam à Varrone fieri pateretur: cavere se, nisi conatibus illius ireretur obviam, brevi fore, ut aliquis in Italiâ locus supra Trasimenum & Trebiam Romanâ clade insigniretur. Prudentissimè prævidit vir iste, sed aliena potius mala quam sua.

Scipionis
Naficæ.

Non minus prudens illud sapientiæ corculum Scipio Nafica. Romæ inter Patres agebatur de Carthagine funditus delendâ; exiitque ea consultatio in longam & difficilem disceptationem. Portius Cato, cui antea Prisci nomen, cenſebat Carthaginem evertendam, ut Roma staret incolumis. In hanc sententiam multi pedibus ivêre. At contra Scipio Nafica identidem contestatus est, viderent illi qui tam cupidè vellent Carthaginem excidam, ne populus Romanus æmulâ civitatis metu liberatus in domesticam incideret discordiam, aut certe peritiam militandi perderet. Multò priùs prospexit Scipio, prædixitque hoc malum non sibi, sed urbi obventurum. Inter Christianos prudentior est, qui suis ante omnia, dein alienis malis studet occurrere.

Hannonis
Carthagi-
nienfis.

Prævidit & Hanno, nobilissimus Carthaginiensis Senator, secundi belli Punici eventum suæ civitati fore calamitosum. Cum autem Mago Annibalis frater in curiâ referret, ducenta millia Romanorum intra biennium ab Annibale cæsa, quatuor Consulares exercitus deletos, magnam Italiæ partem ad Pænos defecisse, & quod major fides iis, quæ dicebantur, accèderet, tres annulorum modos in curiæ vestibulo effudit, & simul Hannonem interrogavit, an belli, quod in Italiâ gererent, adhuc pœniteret? Hanno vicissim percuratâus est Magonem: Equis ex urbe Româ post tot clades acceptas ad Annibalem venisset petiturus pacem? & an Romæ ulla pacis mentio facta diceretur? Negavit utrumque Mago. Ergo bellum, subjungit Hanno, tam integrum & periculosum hodie, quam à principio fuit, cum Romanis habemus. Hinc maxime verëor, si (quod nolim) fortuna variare cœperit, frustra pacem imploremus victi, quam nobis etiam vincens nemo detulit.

Prudenter omnino & in rem civitatis, si aures reperisset tam excoctæ prudentiæ capaces. Verum & Hanno non tam sibi quam aliis optima quæque prudentissimè suaſit. Prudentiâ Christiana omnium primò sibi ipsi consulit, & hoc partem sui arbitrat, sic curare aliena, ut non negligantur propria: sic corpori providere, ut tamen magis animo, parti hominis longè digniori.

Rom. cap. 8.
vers. 6.

Seriò monet divinus Paulus: *Prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus, vita & pax.* Hæc imminencia mala non solum prospicere novit, sed & cavere; nec ulla putat esse mala, nisi ea quæ malos efficiunt, uti sunt peccata.

Hæc Prudentia bona fallacia à solidis acutè inter-noscit, hæc futura vigilanter prospicit, proinde fluxis æterna cupidissimè præponit.

Palmographi vaticinium est: *Simul insipiens & stultus proficiunt.* Super his verbis Augustinus differens, & simul August. 10. 8. Prudentiam Christianam exhibens noscendam: *Quis est in insipiens? inquit, qui non sibi prospicit in futurum. Quis est insipiens? qui non intelligit in quo malo sit. Tu verò intellige in quo malo sis modò, & prospice, ut in bonis sis in posterum. Intelligendo in quo malo sis, non eris insipiens; prospiciendo tibi in futurum, non eris imprudens.*

§. V.

Hac Prudentiâ caruerunt illi Philosophorum, qui, ut Augustinus loquitur, de virtutibus & vitiis subtilia multa tractantes, dividentes, desinentes, ratiocinantes, acutissimè concludentes, libros implentes, suam sapientiam ventilantes, plurimum laboris adhibuerunt assequendæ Prudentiæ, eam tamen nunquam assecuti. Hieronymus illorum conatus explicans: *Reliquerunt, inquit, frequentias urbium, & suburbanos hortulos, ubi ager irriguus, & comæ arborum, ubi susurrus avium, rivus immurmurans, & fontis speculum, ubi illecebræ plurimæ cum aurium, tum oculorum. Ne igitur luxu & rerum videndarum copiâ, vigor animi remollesceret, procul his omnibus degere voluerunt. Ita Pythagorei, quorum Musis solitudo visa est commodior, quam cæcus hominum. Fuerunt qui ipsam sibi oculorum usum interdixerunt; quò mens Prudentiam induta cerneret acutiùs.*

Sed irriti fuerunt conatus isti: Prudentiam illam non assecuti sunt, quam Bernardus hoc afficit elogio: *Ista regit affectus, dirigit actus, corrigit excessus, componit mores, vitam honestat & ordinat. Postremo humanarum pariter & divinarum rerum scientiam confert. Hæc est, quæ confusa discernit, hiantia cogit, sparsa colligit, secreta rimatur, vera vestigat, verisimilia examinat, ficta & fucata explorat. Hæc est, quæ agenda præordinat, acta recogitat, ut nihil in mente resisteat, aut incorrectum, aut egens correctione. Hæc est, quæ in prosperis adversa præsentit, quod & fortitudinis & prudentia est.*

Atque hæc Prudentia à Bernardo sic laudata non otiosa & marcens, actuosa est & multi laboris, fatagit, ut fiat quod rectè fieri judicavit. Hic plerique capite valemus, sed caremus manibus. Annos atque dies deliberramus, tandem nihil fit. Consilia conferimus de optimo vitæ statu, sed nulla consilii opera succedunt: faciendâ quidem cum ratione statuimus, & tamen nihil fit: prudenter optima quæque decernimus, diceres uno die ad perfectionis culmen evolaturus, & demum, heul nihil fit.

Fuit, ut in comitis provincialibus varia esset consultatio, & nulla ferè conclusio. Id homo ingenii non infaceti observans, id commentus est. Chartam virginem puramque sine scripturâ, nullis in eâ syllabis, nec ullis quidem litteris exaratis, in litterarum tamen formam convolvit, & fronti hoc unum inscripsit: *Comitiorum acta.* Complicatâ signatâque chartâ, candidus campus sine ullâ nigellâ pecude repertus est. Inde rumor emanavit: Hæc esse proluxæ consultationis acta, quodd. nihil actum sit. Talibus plerumque clausulis nostra sepelitur prudentia. Statuimus prudenter multa, tandem urceus exit, currente rotâ, cum tamen amphora cœperit inliri. Seriam emendationem vitæ emendamus? Nostra proposita comitorum sunt acta, hoc est, de multis consultamus, nihil exequimur. Nimirum difficultatibus fracti aut territi manum retrahimus, ita in pristinam relabimur ignaviam.

At verè prudens malis non premitur, sed utitur: novit enim æquè tam in adversis quam in secundis rebus virtutem suam explicare. Bonus scriba quovis calamo pulchros efformat characteres. Virtutem Prudens inter opes,

Idem tra-
ctatu 45 in
Joan. post
init.Bernard. l. 1.
de Consil.
cap. 7. fine.
Lauda præ-
dentiæ.Annum stu-
dio racemus.Horat. de
arte Poët.
post initium.Prudens tã
in adversis
quam in
prospicis
rebus non
mutatur.

ter opes, si liceat, monstrabit, si minùs, in paupertate; si possit, in patriâ præceller, si minùs, in exilio: si possit, dux militiæ, si minùs, miles: si possit, firmus & integer, si minùs, debilis, quamcunque sortem acceperit, aliquid ex illâ memorabile efficiet. Ferarum domitores sævissima animalia, elephantes, tigrides, leones jugum pati docent, imò usque in contubernium mitigant: ita prudens artifex omnia sibi mala attemperat, ut profint; dolor, egestas, ignominia, & alia quæcunque horrenda, cum ad prudentem perveniunt, mansueta sunt, & profunt. Ita prudens in adversis & prosperis semper idem est, uti eadem est manus, & quæ in palmam extenditur, & quæ in pugnum constringitur. Eâ causâ Prudentem verè beatum hoc ratiocinio asserimus: Qui prudens est, & temperans est, qui temperans est, & constans est, qui constans est, & imperturbatus est; qui imperturbatus est, sine tristitiâ est, qui sine tristitiâ est, beatus est. Ergo Prudens beatus est, & Prudentia ad beatam vitam laetis est.

ACTIÖNES PRUDENTIÆ.

- i. Actio prudentiæ est triplex.
- i. Actus Prudentiæ plerumque tres principales Theologi assignant. Primus horum est, *Consilium*, nam sine, ad quem tenditur constituto, voluntas intelligentiam impellit, ut ea viam inveniat, quâ ad finem illum perveniat. Siracides monet: *Fili, sine consilio nihil facias, & post factum non poenitebis*. Sed parum est, in me consilii. Nil interest, si ve tuo, si ve alieno consilio utaris: eo enim utendum est, & sæpe tutius alieno uteris quam tuo. Quocirca, quod Tobias jubet, *consilium semper à sapiente perquire*.
- ii. Alter Prudentiæ actus est *Judicium*: cum quis rationem inir, quâ illud obtinendum sit quod humana Prudentia obtinere cupit. Exempli causâ: Est, qui Castitatem ambiat. Quis modus virtutis hujus assequendæ? Judicium hos suggerit modos. Primus omnium est, nunquam ortari. Alter, oculos coercere. Tertius, omnes ad lasciviam occasiones, malos socios, feminarum commercium, impuros libros, mensarum luxum amoliri. Quartus, precandi ac lectitandi studium conjugere. Quintus, diversis corporis rigoribus, præsertim incediâ, exercere. Sextus, Sacramentorum usum identidem iterare. Septimus, Dei præsentiam & æternitatis præmium assidue cogitare. Atque hos tales modos *Judicium*, alter Prudentiæ actus, suggerit. Eadem in aliis virtutibus obtinendis ratio est.
- iii. Tertius Prudentiæ actus est, *Imperium*, cum intelligentia imperat voluntati, ut id, quod rectè judicatum est, illa exequatur studiosè. Augustinus de Prudentiâ mentionem injiciens; *Hujus*, inquit, *excubiæ, atque diligentissima vigilantia est, ne subrepente paulatim malâ suasionem fallamur*. Et ad Hieronymum: *Certe hinc persuadent, inquit, qui unam virtutem habuerit, habere omnes & omnes deesse, cui una defuerit, quod Prudentia nec ignava, nec injusta, nec intemperans potest esse*. Prudentia doctrix motum, ordinatrix affectuum, moderatrix & auriga virtutum; murus tutissimus Prudentia.
- iiii. Prioribus tribus Prudentiæ actibus jungendi sunt & isti. Homo Prudens scopulum illum, ad quem alter offendit, solertissimè declinat. Ipsæ pecudes locum fugiunt ubi læsæ sunt, viam non repetunt quæ in foveam deduxit; tenaces laqueos avis pæne capta prætervolat, rete piscis suspectum non innatat. Multò magis Prudentia cladibus alienis fit cautior, & inter mala non sua discedit sapere. Imò quod plus est, Prudentia Christiana è malis omnibus cum suis tum alienis aliquid boni elicit, bene usi utendo. Hinc verus ac verum verbum est: *Malis bene uti, nervus est Prudentiæ*.
- v. Nobilissimum Prudentiæ opus est, potuisse nocere, sed noluisse. Quemadmodum stulti proprium est, non posse, velle tamen nocere. Mitissimus, sed & pru-

dentissimus David, nondum Rex, Regi Sauli, cujus infidiis assidue fatigabatur, sæpius nocere potuit, nunquam voluit. Potuisset capitali huic insidiatori & vitam adimere, si voluisset: sed quia Prudens fuit, constanter noluit: *Propitius sit mihi Dominus*, inquit, *ne faciam hanc rem*. Et quotquot illum ad hoc facinus instigârunt, acriter sermone cohibuit. Nempe Prudentiæ est, posse, sed nolle nocere.

6. Prudentia simplicitatem non tantùm non excludit, sed illi se sociam jungit æterno fœdere. Luculentum Domini pronuntiatum est. *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columba*. Simplicitas Prudentiæ juncta sic temperat hominem, ut nec fallere velit, nec falli possit, nisi in rebus quæ damnum animo non inferunt. Hinc optime Hieronymus dixit: *Prudentia absque bonitate malitia est, & simplicitas absque ratione stultitia nominatur*. Ita Prudentia & simplicitas, si jungantur, plurimum possunt; nullarum virium sunt separatae. Imò omnis virtus sine prudentiâ periculosa temeritas est.

7. Prudentiæ est, omnia in homine ordinare & componere; Cogitationes, ne extra Deum temere vagentur; Affectus, ne circa res conditas nimium occupentur; Voluntatem, ne à Deo avertat; Intentionem, ne illi mala misceatur; Suspicionem & judicium, ut in bonum convertantur. Sic & verba factaque omnia, gestus omnis & incellus à Prudentiâ ad moderationem reducendus est, ut omnia, quod Paulus monet, *honestè & secundum ordinem fiant*. *Sapientia hominis luceat in vultu ejus, affirmat Salomon*.

8. Prudentiam quotidiana conscientiæ discussio seu examen mirè auget. *Beati qui custodiunt judicium, & faciunt justitiam in omni tempore*. Optimus hic monitor Bernardus: *Integritatis tue, inquit, curiosus explorator, vitam tuam in quotidianâ discussione examina. Attende diligenter, quantum proficias, vel quantum deficias: qualis sis in moribus, & qualis in affectibus, quam similis Deo, vel quam dissimilis: quam propè vel longè, non locorum intervallis, sed morum affectibus. Stude cognoscere te, quia multò melior & laudabilior es, si te cognoscis, quam si te neglecto cognosceres cursus fiderum, vires herbarum, complexiones hominum, virtutes gemmarum, proprietates aquarum, naturas animalium, & haberes omnium caelestium & terrestrium scientiam*. Redde ergo te tibi. *Stave te ante te, tanquam ante alium, & sic temetipsum plange*. Hæc est optima Prudentiæ actio.

9. Verè Prudentiæ est prudentiam carnis studiosissimè declinare. *Carnis prudentia est*, Magno Gregorio teste, *cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, que falsa sunt, verè ostendere, que vera sunt, fallacia demonstrare, irrogata ab aliis mala multipliciter reddere, cum vires suppetunt, nullis resistens cedere*. E diverso verè Prudentia actus sunt, *nil per ostensionem fingere, sensum verbis aperire, vera ut sunt diligere, falsa devitare, bona gratis exhibere, mala libentius tollerare quam facere, nullam injuria ultionem quarere, contumeliam pro veritate lucrum putare, pro maledicentibus orare*. Hæc vera est Prudentia, hanc Dominicum præceptum exigit: *Estote prudentes*.

CAPUT II.

Rosa Flava, seu, Lectio sacra.

§. I.

Lectio mirificè facit ad sacram contemplationem, cui Virgo nostra longè deditissima, Cedreno teste: Litteras Hebræas etiamnum superstitie Joachimo patre didicit, linguæ scilicet sacræ mytheria, & illius, quam nos in libris veneramus notitiam. Atque hinc, in quod Origenes affirmat, habebat Maria legis scientiam, & vaticinia quotidianâ meditatione cognorat. Hinc etiam, ut Ambrosii loquamur ore, nunquam minus sola, esse videbatur, quam cum sola esset. Nam quomodo

1-Reg.e.24: vers. 7.

Sexta. Matt. c.10. vers. 16.

Septima.

1-Cor. c.14. vers. 40. Eccles. cap. 8. vers. 1.

Octava. Psal. 109. vers. 3.

Bernard. l. medii. c.5.

Prudentia augetur quotidiana conscientiæ examine.

Nona. Gregor. l. 9. Moral. c. 16.

Qui sine verè prudentiæ actus.

Math. c. 10. vers. 16.

Legerat hos
Maria, ideo
credidit fu-
turum; sed
quomodo fie-
ret, ante non
legerat.
Aug. serm.
21. de Nat.
S. Virginis.

quomodo sola, cui tot libri adessent, tot Archangeli, tot Prophetæ? Legerat quia Virgo conciperet, non legerat quemadmodum Virgo generaret, ideo sciscitatur ab Angelo, quod in Prophetâ non inveniebat.

E Græcis Andreas Cretensis: *Consentaneum*, inquit, erat eam uti nobilem & Davidi filiam Scripturæ non ignaram esse. Augustinus singulari fiducia velut familiaris sanctissimæ Virginis: *Revolve*, ait, *ô Maria, propheticam lectionem, quæ ipsam plenitudinem paritura est Prophetarum: recole in libro Isaiæ Virginem quam legisti, & gaude quia tu esse meruisti.*

Ildefonsus studiosissimus Virginis cultor: *Vnum profecto scimus*, inquit, *quia omnis ejus vitæ & actio intentata fuit sermone Dominico; corpore erat in domo parentum, spiritu in illo divina contemplationis intuitu.* Nimirum ab ore Dei pendebat. Nemo divinam hanc Virginem otiosam aut feriantem unquam somniet, quam aut lectionis, aut precatationis, aut laboris assiduitas semper occupatissimam tenuerunt. Nam à nonâ dici horâ ad primam faciem quotidie divinos libros lecitavit: profuitque plus uni virgunculæ singularis lectio ad beatitudinem & decus, quam omnibus sapientibus omnes bibliothecæ. Subinde Virgo divina tanto lectionem ardore complexa est, ut eam ad mediam usque noctem perduceret. Nam Simon Cassianus, pluresque alii censent Angelum mediâ nocte in Virginis sacratissimum musæum venisse, & vel precauti, vel lectioni exoptabilem cælo nuntium attulisse.

Neque tantum ipsa Virgo Lectionem sacram ardentissimè sicut, sed insuper illatribus miraculis testata est, quam cæ sit grata Deo.

Edmundus Cantuariensis Pontifex in adultam usque noctem Bibliis inhaerens lucubraverat. Subitò lumen deficiens attentissimo lectori se negavit. Doluit religiosissimus lector legendi occasionem sibi præreptam: noluit tamen opum occasiones domesticorum quietem turbare: ita ad Domini Matrem versus fidentissimè rogavit igniculum redderet extendendæ lectioni. Hic ceteris denuò spirare cœpit, & vivere, ad nutum Lectioni sacræ futurus famulus. Edmundus Deo Matrique Virginis gratias egit, quòd tam impensè sacris lucubrationibus faverent. Arcanum hoc prodigium non dissimili sic confirmatum.

Edmundus ad multam noctem in libris vigilabat. Tandem oculi tantè pertinaci lectione fatigati claudi cœperunt & nictare, ceteris interim, duobus oculis velut custodiibus sopitis, in libri paginas delapsus, eas tamen penitus illætas reliquit, & potius seipsum consumpsit: nam flamma ceram devoravit, chartam non adusit, ad eòdè virum suarum oblitus est ignis, ut noluerit literas illas delere, quas Dominus extare voluit ut legerentur.

§. II.

Sur. tom. 6.
in vitâ S.
Edmundi die
16. Novemb.

Pia lectio
est medi-
tationi ne-
cessaria.

Quisquis nonnunquam meditari & pensulatiùs quiddam cogitare; quisquis jacta virtutis semina in se fovere desiderat, necesse est omnino, ut piàm lectionem non intermittat; eamque quantum fieri potest, statò tempore urgeat. Si nequeat totas paginas, integra rerum capita perlegere, unam saltem alteramve periodum legat, idque quotidie si ullo modo possit. Absque hac lectione, nec ille unquam exactiùs meditari, nec conceptam animo pietatem nutrire poterit. Oratio una est, quâ ad cælum subvolamus, ala, Lectio altera: una non tollit in auras; geminis volatur alis.

Sed quid facient, inquis, ii, qui legerè non nòrunt, aut quibus negotia lectionem non permittunt? Priores illi audiendo sarciant, quod negligunt non legendo. De aliis mihi nemò persuaserit, rantam esse negotiorum molem, quin quotidie unam alteramve capitis partem perlegant. Nimirum se negotiis permittunt, nec sua po-

Lectio &
oratio sunt
duæ alæ
quibus ad
cælum sub-
volamus.

Tom. I.

A testatis sunt, qui hoc tale non possunt: nec ab eis solida pietatis quidquam expectes, qui toto die nunquam sibi vacant, nunquam sui sunt. Rectè illos dixeris nunquam domi suæ esse, tametsi nec pedem domò effugerant.

Tales nunquam se sibi vendicant, sed inter occupationes vitam exigunt velut mancipia; vix unquam liberiùs respirant ad Deum. Afinos dixeris, non homines. Quotiescunque illis animi salutem ingereris, illud unum respondebunt semper: *Non vacat.* Equidem otii fugam & occupationes commendamus, nimias illas & quæ hominem sibi ipsi farentur; quis laudat? Ergo ad nutriendam in animo virtutem ea sapius non audienda tantum, sed & legenda sunt, quæ amorem ac cultum doceant virtutis. De hac tali piâ Lectione, mi Lector, Nicetas noster disserit; sed hic alium callem insistimus. Patere, orò, tibi hoc idem saluberrimum legendi studium pluribus rationibus persuaderi.

B Et quæso, num ab Idololatriis hoc in genere nos sine minus vincit? Quantum illi temporis, Deus bone, quantum oculorum consumperunt in vanissimis nugis & scribendis, & legendis? Nec alii ex eis, qui valde ferii, multò sanctioribus studiis vitam exegerunt. Virtutis umbram vix allecuti ad arcaniora illa vivendi documenta, ad Humilitatis penetralia, ad Castitatis adyta, ad sui ipsius odium, ad secreta illa quotidianæ mortis exercitia nunquam penetrarunt; & tamen dies noctesque chartis involuti, hoc impetrarunt, ut doctiores morerentur, non ut sanctiores.

Fuit tam inter Romanos, quam Græcos suis lectionis affectus. Plato sapientiæ, sed humanæ longè princeps, tantum Pythagoricæ disciplinæ tribuit, ut Philolai Crotoniatæ Pythagorici tres libros quadràginta milibus sestertiùm, seu mille Philippis emerit, emptos tanto studio lecitavit, ut ad ejus defuncti caput sint perterriti. Quis nostrum, ô juvenes, ô viri, sic sacra Biblia sic Augustinum, sic Chrysostomum, sic Bernardum, sic librum de Christo imitando scriptum lecitavit?

Ceterum, quantum Plato vir summus Philolaum miratus est, tantum, nec minus, Platonem Tullius Cicero, qui usque ad eòdè ejus copiam legendò imbibit, dicendo effinxit, ut pæne ille ipse sit factus. Pari affectu Ifoeratis jucunditatem, ac vim Demosthenis ita legendò hausit, ut eorum virtutes aut exequâtur, homo ad eloquentiam natus, aut propria vi natus superârit.

§. III.

Nec inter Reges hoc sedulum legendi studium inusitatum. Didicit Alexander Macedo non pauca ab Aristotele, sed pter: adultus verò mediòque gerendæ rerum ardore, Homerici carminis lectione capere, tanto ejus rei studio tenebatur, ut aureum scrinium in Darianâ prædâ repertum, gemmis opulentissimè variegatum, illi usui destinârit, ut Homeri opera eo inclusa bellicis gestarentur expeditionibus. Silent alioquin inter arma & leges & libri, sed vocales eos fecit, præ ipso tubarum fremitu, tantum in Rege studium legendi. Quid agimus, ô Sodales Parthenii, ô viri Religiosi, qui non inter lituos in pulvere & sole, sed in silentio amœno fastidimus sanctissimos quosque scriptores? Fabulis nonnunquam optimas horas ducimus: collatiunculas non Cassiani, sed Aviani; aliorumque talium fabulatorum quærimus, diem ludo frangimus, è fenestris prætereuntem turbam numeramus, colloquia sterilissima miscemus, omnia agimus, ut nihil agamus. Quin ergo partem horulæ lectioni damus, & saluberrima vitæ monita haurimus, Regum etiam ac Imperatorum exemplis accensit?

Tiberius Imperator tanti Parthenium, Arrianum & Tiberis Euphorionem fecit, ut horum Poëtarum carmen, & Imperatorum imagines inter verusta & illustria varum nomina omni-

A a a a

bus bi-

Nicetas l. 2.
cap. 3.

Idololatra-
rum in le-
gendo stu-
dium.

Platonis:
Ita Gellius
lib. 3. Noct.
Atticar.
cap. 17.

M. T. Ci-
ceronis:

Alexandri
Macedo-
nis;

Virgilii
Maronis.

Ennii.

bus bibliothecis religiose propemodum dicant. Quos nisi frequenter legisset, tam impense iis favisset nunquam. Quid Virgilii Maro, qua indagine, quantâ solertia censendus est Ennium legisse, quoties repetiturum dextrâ laevâque pertractasse, rerum pondera exegisse, verba pensitasse? Qui forte rogatus quid ageret, ex Ennii luto se aurum dixit colligere. Jam verò ipse Ennius nisi Homerum miratus frequenter quoque lectitasset, nunquam illius se sortitum animam testatus esset: Ad eod scriptoris, quem assidue legerat, sensa spiritumque comberat, ut illius animum induisse censeret poterit. Ita fit: Ciceroniani sunt qui Ciceronem; Catulliani, Propertiani, aut Ovidiani evadunt, qui Catullum, qui Propertium, qui Ovidium diestris et sicque volunt: sic omnino Ambrosiani aut Augustiniani, vel etiam Gregoriani sunt, qui Ambrosium & Augustinum, qui Gregorium diurnis nocturnisque lectionibus exhauriunt. Eorum animas sortiuntur, quorum libros legendo devorant. Sed quantum honestius est, & Christiani, Bellarmini potius quam Tibullianum dici, qui scilicet Bellarmini Principem Christianum, Gemitum Columbinum, Mortendi artificium, Æternam felicitatem Sanctorum, Ascensionem mentis in Deum potius quam spurcum Tibullum, aut impurum Venusinum, aut similibus farinae librum legendo contriverit. Bellarminus et eius generis scriptores, aurum & gemmas, alimentum & salutem animi propinquant: illi alii cænum & fordes, venena & mortem insullant. Qualis rerum lectio, talis & legentium profectus. Non tam legenda sunt varia, quam utilia.

§. IV.

Christia-
norum in
lectione
studium.
Aurelii
Augustini.
B. Thomæ
Aquinas.

Dicitur multumque Antelius Augustinus inter Dialecticos Sophistas verum indagavit, at non solum id non invenit, sed a verò longè aberrans in Manichæum delirium incidit, nec à lapsu tam gravi prius erigi cupivit, quam Tarfensis Pauli divina monumenta legit.

Fuit beati Thomæ Aquinatis Lectio ad eod diligens & pensiculata, ut illius oculi libris assidue affixi, nec in proximo quidem stantes viderent, neque interpellantium vocibus turbarentur aures. Nullum fuit meliorum scriptorum genus, in quo non esset studiosè ac multum volutatus. Collationes Patrû assidue pervolvebat. Hinc illud cum doctrinam sanctimoniam jubar emicuit:

Circa fidem proditum videri potest, quod de Bernardi Abbatis solertia narratur, qui nullo unquam præceptore usus, ceterum lectione assidue ita profecit ut in mysticis scriptis explicandis nullus hodie sagacior numeretur. Hinc nihil miri, Lectionem sacram à Bernardo tantopere omnibus esse commendatam. *Beata vite dulcedinem, inquit, Lectio inquirat, meditatio invenit, oratio postulat, contemplatio degustat. Lectio quasi solidum cibum orationem apponit, meditatio masticat & frangit, oratio saporem acquirit, contemplatio est ipsa dulcedo, quæ jucundat & reficit. Ex his possumus colligere, quod Lectio sine meditatione arida est, Meditatio sine Lectione erronea. Hauriendus est sapor de Lectionis serie assensus, & forinandas oratio, que Lectionem interrumpat, & non tam impediatur interrumpendo, quam puriorem continuo animum ad intelligentiam lectionis restituat. In omnibus autem scripturis initium legendi debet esse timor Domini, ut in eo primo solidetur intentio legentis, & ex eo ordinetur, & exurgat totius lectionis intellectus & sensus.*

Idem ibid.

Lectio &
oratio sunt
arma, quibus
diabolus expug-
natur.

Hinc ejusdem Bernardi verbis rectissime asseritur: Valde nobis necessaria est lectio divina. Nam per lectionem discimus quid facere, quid cavere, quod tendere debeamus. Per lectionem sensus & intellectus augetur. Lectio nos ad orationem instruit, & ad operationem. Lectio & oratio sunt arma, quibus diabolus expugnatur; hæc sunt instrumenta, quibus æterna beatitudo acquiritur. Per orationem & lectionem vitia destruntur, & virtutes in animâ nutriuntur. Lectio demit erro-

rem vitæ, subtrahit hominem à vanitate mundi. His utile profuit documentum subnectens Bernardus: *Certis hominibus, inquit, certe lectioni vacandum est. Fortuita enim & varia lectio, & quasi casu reperta non edificat, sed reddit animam instabilem: & leviter admitta, levius recedit à memoriâ. Sed certis ingenis immorandum est, & assuesciendus est animus. Quo spiritu scriptura facta sunt, eo spiritu legi desiderant; ipso etiam intelligenda sunt. Nunquam ingredieris in sensum Pauli, donec huius bene intentionis in lectione ejus, & studio assidue meditationis, spiritum ejus imbiberis. Nunquam intelliges David, donec ipsa experientia ipsos Psalmorum affectus inveniatis. Sed & de quotidianâ lectione aliquid quotidie in ventrem memoria demittendum est, quod fidelis digeratur, & sursum revocatum crebrius ruminetur, quod proposito conveniat, quod intentioni proficiat, quod detineat animum, ut aliena cogitare non libeat.*

§. V.

TRactantur alii divinarum rerum lectionem solertius fortasse, suntque ob eam rem majus nomen adepti, sed qui Hilarione religiosius id fecerit, vix quisquam fuit. Quippe qui Davidicum carmen, & aliorum sacra vaticinia tanquam presente Numine recitabat, sæpe ac multum testatus, consideratè ac religiosè ea profuit esse legenda, quæ à divino spiritu essent profecta:

Hinc non infeliciter æmulatus Servulus à Gregorio Magno plurimum laudatus. Fuerat hic homo mendicus & morbidus, gravi paralyti sic lecto affixus, ut nec movere se posset, omnisque litterariæ disciplinæ insuper ignarus. Sed eo legendi & audiendi studio ardebat, ut & pecuniolâ emendicatâ sacrarum litterarum opusculâ mercatus sit: quandoquidem autem lectorem nactus est, ea illi legenda, sibi auscultanda & ediscenda tradidit, usque ad eod lectioni sacra intentus, ut assiduitate audiendi, curâ & diligentia percipiendi ea quæ legerentur, sanctioris doctrinæ oppidò gratus evaserit. Tanti est animum iis, quæ leguntur, seridè intendere. Hinc ea memoriter recitabat, quæ ipse legere nesciebat: hinc opibus inopiam, argutudinem valetudini præferrebat: hinc omnem calamitatis impetum ridendo perferrebat.

Hic multis non possum non indignari, qui librorum copia abundant, sed nec ipsi eos legunt, nec aliis legendos permittunt, verè canes, ut ajunt, in præsepio; qui quidem fœnum ipsi non comedunt, eos autem, qui fœno imminet, rictu invadunt. Nam ut quidam disciplinæ, sic alii voluptati & jactantiæ libros colligunt. Sunt qui libris non alter quam Corinthiis vasis, aut pictis tabulis, sculpsitque statuis utantur, & hæc supellectilis parte conelavia exornent, quæ exornandis animis est inventa. Sunt qui libros egregios & multos habent, sed eos in vinculis tenent, qui si forsitan erumperent & loqui posset, ad judicium privati carceris suos dominos evocarent. Nunc stent taciti, & queruntur, illud præcipue, quod aliqui stupores avari libris affluant, quibus multè adolecentes ingeniosi egeant.

Calvisius Sabinus ævo Senecæ dives auri, sed certe non ingenii fuit. Huic memoria tam infida & mala, imò tam nulla erat, ut illi modò nomen Ulyssis excideret, modò Achilles, modò Priami, quos tam bene noverat, quam nos pædagogos nostros novimus. Nihilominus eruditus volebat videri. Hanc itaque compendiarum artem excogitavit: magnâ pecuniæ summâ servos emit, unum qui Homerum teneret, alterum qui Hesiodum; novem præterea Lyricis singulos assignavit. Postquam hæc familia illi comparata est, cæpit convivas suos inquietare. Habebat autem servos ad lecti fulcrâ cum cenaret, ut illos aspicere, itaque innuere posset. Ab his subinde cum peteret versus, quos referret; sæpe in medio versu excidebat. Ille tamen in eâ opinione erat, ut putaret se scire, quod quisquam in domo suâ sciret. Ita Sabinus servorum suorum scientiâ gloriabatur, tu tuorum libro-

Idem ibid.

Hieron in
eius vita
cap. 5.
Hilarionis.Servuli.
Greg. lib. 4.
diat. c. 14.

Senec. ep. 27.

rum librorum. Quid inter te atque illum interest, nisi quod aliquantulum tu stultior; equidem uterque alieno, verum ille fervoribus, & certè suoribus, at tu librorum nil ad te pertinentium ingenio gloriaris. Quod si librorum copia doctos faceret aut bonos, doctissimi omnium atque optimi esse possent, qui ditissimi, cujus sæpe contrarium videmus. Qui gloriam, è libris quærit, huic libri non habendi solum, sed noscendi; neque bibliotheca tantum, sed & memoriæ committendi; cerebro non armario concludendi sunt, alioquin vel bibliopola, vel bibliotheca nemo erit gloriosior.

Ptolemæus Philadelphus Ægypti rex, Alexandrinâ bibliothecâ quadraginta millia selectissimorum librorum conclusit: qui diversis ex locis diu magno studio quæsti simul arserunt. Regium hunc apparatus Serenus Samonicus vir ingentis doctrinæ privatis fortunis superavit. Nam sexaginta duo millia librorum doctissimis curis collegit, quos omnes Gordiano Juniori, cujus patri familiarissimus erat, moriens reliquit. Magna proorsus hæreditas, & multis suffectura ingenii.

S. VI.

Sunt & alii prioribus illis planè contrarii, qui nullâ librorum, & quod sequitur, nullâ lectionis curâ tanguntur. Inter eruditos censeri volunt, sed totis quandoque mensibus, imò annis pæne integris vix librum aperiant, vix paucos versus legunt. Musæa illorum scrutare, raros illic còdices, rarissima volumina reperies: eorum loco restudinem aut chelyn, fistulâsq; aneas, fritillum & abacum lusorium, omnèque aleatorum choragium primo aspectu cernes. Hic ingemiscunt Musæ velut captivæ, sub tam indoctâ tyrannide.

Regi Ptolemæo tot nobilissimos libros ignis abstulit: hic pæne contrarium imperat fatum. Paucos eosque neglectos libros pulvis consumit. Ita multorum ignavia, solius pæne culinæ sollicita, litterarum negligens, coquos examinat non scriptores.

Quam longè aliter Basilius Magnus, qui à principio Philosophiæ studiis incensus, ubi verò sanctioris scientiæ dulcedinem gustavit, humanas artes, & disciplinas aspernatus, divina solum studia mirari, eaque tanto affectu complecti cepit, ut panis viniq; usui omni sibi interdicto (sic ajunt) perditus & pernox lectioni sacræ inhæserit, dum salubrioris sapientiæ compos fieret. Hic cocum & culinam in libris reperit, totos dies noctes totas sine fastidio epulaturus.

Huic non multum impar Equitius Abbas Valerius, qui, ne sibi unquam deesset quod legeret, quocunque ibat scortas manticas libris refertas secum deferbat. Nec illi hoc visum est onus, quod lectionis tam multiplex utilitas pensaret. Ita militem strenuum non lorica, non gladius, non galea, non alia gravant arma, quibus defendenda est vita. Non aliter qui sacrâ se lectione armat, cacodæmonis insultus non tantum faciliè sustentat, sed illius machinamenta expugnat. Nam, quod Bernardus dixit, *lectio & oratio sunt arma, quibus diabolus expugnatur*

Gervasius & Protasius sanctissimi martyres, gemelli fratres, qui se uno partu editos, non formæ magis quam morum similitudine probârunt, cum tyrannidem declinarent, decennio toro latuerunt, quod quidem tempus omne orationi & lectioni sacræ studiosissimè impenderunt. Quam autem hoc vitæ institutum Numini gratum exiterit, cacodæmonis confessione patuit. Hic per idolum consultus, non prius se responsum dixit, quam Gervasius & Protasius thura sibi adoleviscent. Sed qui legendo fidem, precando constantiam ingentem hauserant, occidi potuerunt, cogi ut Christum negarent, non potuerunt. Ita cacodæmonis doli in contrarium cessere: quos enim perditos cupiebat, eos coronâ martyrii donatos vidit. Sic itis omnino armis, quæ mani-

bus eorum extorquere cogitaverat, victus ipse succubuit, hoc est, oratione & lectione.

Eandem orationis & lectionis panopliam etiam femina induerunt, eaque omnes diabolorum exercitus non tantum sustinuerunt, sed & profligârunt; sexu ac lectionis fortiores.

S. VII.

Cæcilia Romana patricii generis virgo clarissimam profapiam castissimis moribus longè superabat.

Hæc Evangelicæ historiæ librum aut legit, aut in sinu obvolutum gessit, ut quocunque iret, & quotiescunque veller, lectione sacrâ identidem refici posset. Sic castimoniam defendit, sic martyrii palmam obtinuit, sic supplicii acerbiter pertulit. Nimirum ad Christum festinabat, qui virginem toties allocutus est, quoties illa lectionem de Christo exorta est. Notissimum illud Augustini: *Oratio tua locutus est ad Deum: quando legis, Deus tibi loquitur; quando oras, cum Deo loqueris.* Idem Hieronymus asseverans: *Oras inquit, loqueris ad sponsum: legis ille tibi loquitur.*

Hinc Sylvia Ruffina herois nobilissima per assiduam lectionem id didicit, ut sciret etiam in solitudine non esse sola. Nam toties secum loquentem Christum habuit, quoties lectioni sacræ operam navavit.

Par ferè legendi studium studiique affectus in Marcellæ nobili viduâ vigeat. Hæc incredibili curâ divinas paginasolvebat. Inde hoc denique assecuta est, ut carmen illud Davidicum assidue secum ipsa repeteret: *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.*

LECTIO sacra semper fructuosa, nonnunquam non sine prodigio salutaris exitit. Dederat Burdigalæ magister discipulo libellum pium stato tempore legendum. Vidit hunc in adolescentis manibus, qui à multo tempore familiaris fuit illi ipsi adolescenti. Atque ut est curiositas, humanæ gentis vitium videndi avidissima, sic iste amicitia nomine: Quæso, inquit, tu mihi hunc libellum penitus inspiciendum præbe. Cæpit legere, cæpit probare, & illo affici. Sed ut hunc hominem discipuli amicum & socium noveritis, erat is religiosæ familiaritatis defensor, sed occultus, poteratque hunc suæ perfidia bolum induratâ jam conscientia glurire & concoquere. Libellum ergo commodatum à socio paullo prescius legere, nonnunquam insistere, varias lectioni cogitationes miscere, subinde ingemiscere, sentire se tangi, agnoscere se peti, vulnerari se non negare, sed etiam num dissimulare, & vulnus tegere, nec tamen posse quiescere, librum illum & amare & odisse, nihilominus lectionem sibi terrificam curiosius repetere, & inde gravius lauciari. Eò demum hæc una lectio hominem adigit, ut primo ad seipsum, deinde etiam ad vitam, quam turpiter deseruerat, priorem redierit. Huic sanè profuit in lectione tam piâ curiositati frena laxasse. Fructuosa semper lectio sacra, non animo solum, sed ipsi etiam subinde corpori, quod eventu longè mirissimo testor, & hæc finio.

Fuit ut vir religiosus Turnonum è viâ diverteret in domum honestissimam sibi que notam. Suscepit hunc hospitem perhonorificè matrona nobilis, cui duo erant filii, & alter quidem jam sacerdos. Hi cum matre in iisdem ædibus degebant. Religiosus hospes tam humaniter habitus, ut aliquam grati animi symbolam relinqueret, fratri natu majori librum, *De consolatione afflictorum* inscriptum, obtulit dono, amplam insuper gratiarum actionem adjiciens, quod tam lautè licuerit diversari: sibi porro ad manus non esse nisi librum illum, tenuè quidem munusculum, sed pronissimæ voluntatis tesseram. Hoc igitur unum rogare, hanc hominis religiosi inopiam dignetur non spernere. Animo proorsus benevolo acceptus est liber, cujus prima frons placuit. Ita hospes abiit. Non multo post, cum ille filiusfamilias

Sacerdos Societatis Jesu. Franc. Benedictus in Annal. anno 1587. in Provincia Lugdunensi.

Basilius Magnus.

Equitius Abbas.

Gervasius & Protasius martyrum. Ambros. epist. 85.

eum ipsum librum attentius voluaret, rixas audiit fratris cum matre altercantis. Mox libro, ut fit, reme in sinum coniecto, litem compositurus accurrit. Et quia in fratrem natu minorem plusculum sibi juris ab ætate concessum credidit, germanum paulò acerbùs oburgans: Tunc, inquit, cum matre digladiari? hoc genus iurgii tam imparis & indecori non erubescis? Sed frater prolixâ reprehensionis impatiens, & impotens iræ, iamque furorè geminato æstuans, arreptum calente impetu cultum in fratris pectus defigit. Sed providentissimus Deus letalem plagam prodigio luculento avertit. Si quidem ille ipse, quem diximus, liber in sinum abditus contra ferrum, velut scutum obiectus vitam servavit fratri. Nam eam pectoris partem petebat culter, quam tegebat liber. Fidem fecit, quòd inventum est volumen totum pæne trajectum, ut parum abfuerit, quin cutis per ipsum stringeretur. Ira compertum est, piorum libellorum usum non animis solùm esse utilem, sed interdum corporibus etiam salutarem. Idcirco Cyprianus optimè monet: *Sit tibi vel oratio assidua, vel lectio: nunc cum Deo loquere, nunc Deus tecum.*

Cyprian. lib.
2. Epist. 2. ad
Donatum.

ACTIONES LECTIONIS S A C R Æ.

1. Actio
lectionis
sacræ.

1. Quamvis ipsa lectio virtutis actus sit, habet tamen hæc sui exercitii certam rationem. Prima est, sacra lectio quantum quidem fieri potest certum sibi statumque diei tempus assignari, sicut & oratio. Hi enim tales sunt labores, qui non quovis semper tempore rectissimè fiunt. Sicut arborum fructus qui statim anni temporibus proveniunt, paulatim aucti dulcescunt, si autem præcoces sint aut serotini, plerumque decidui sunt, nec atatem ferunt, sed priusquam ad maturitatem pervenerint, corrumpuntur: sic orationis ac lectionis exercitium, ordine servato juvat; confuso illo, tedium sui facit, & mentis affectum languere cogit.

Secunda.

2. Non nimis multa simul eodemque tempore legenda, ne obruatur memoria. Plinii Secundi documentum id fuit, qui utiliter suadebat, multum esse legendum, sed non multa: Rectè dixeris virum prudentem voluisse, multum quidem legendum unâ hebdomade, aut mensè uno, sed non unâ horâ. Quemadmodum stomachus in prandio cenâve unâ non obruendus est cibis, sic memoria & intellectus non impediendus est monitis, cum serâ est lectio, & animi salutem spectat. Ex isto loquens præceptum deducitur.

Tertia.

3. Non obiter & perfunctoriè, non festinanter, sed consideratè ac meditâtè legendum. Subinde subsistendum, & quæ lecta sunt, paulò attentius expendenda: eò prorsus modo quo gallinæ bibunt, quæ ubi aliquid liquoris rostro hauserint, mox erigunt se, haustum liquoris per breve guttur demissuræ: iterum mergunt rostrum, iterumque attollunt, dum sitim expleverint; ita nos aliquot perlectis versibus, mentem erigamus cælo, & quid in rem nostram sit, dispiciamus. Sed iterum legamus, iterumque perpendamus lecta. Sic altius hærebunt quæ legerimus, nec unquam sine fructu erit lectio. Hoc fecit Martinus Delirius lectionis longè studiosissimus, qui totos dies etiam impransus, idque ex more, usque ad seram cenam affixus libris hæbebat. Cum scriptorem arripuit, non antè dimisit, quàm attentè atque integre perlegisset, & quæcunque in capedunculas litterarii sui thesauri referenda judicasset, ea seite descripsisset. Ita plus simplici vice omnia Tostati Abulensis volumina (sunt quindecim) non suspensò aut volante, sed presso vestigio perlegit.

Quarta.

4. Sacra lectionis est, non quovis a dmittere scriptores, sed cum delectu. Eruditè sapiens Romanus monet: *Lectio multorum auctorum, & omnis generis voluminum, habet aliquid vagum & instabile. Certis ingenis immorari & intrinsece operet, si velis aliquid trahere, quod in animo fideliter*

Senec. ep. 2.

A *sedeat. Nusquam est, qui ubique est. Idem & Hieronymus a Hieron. commendans: Post Scripturas sanctas, inquit, doctorum christ. ad En. hominum tractatus lege, eorum duntaxat, quorum fides nota est. a Nos cum eodem Hieronymo, ineptas & aniles subulas, quod Paulus monet, b semper exclusas volumus. Fada item apocrypha & dicta, inanis genealogia, miranda ficta, historiarum commentarias, oracula ptam dare veniam graviter ledenti. Hic ego mecum ipse effulato, disquiro: Cur ergo tot nobilissimas occasiones negligo, cur præmium facillimè obtinendum sperno? Cur non omnibus inimicis meis, & quisquis me unquam laesit, non quàm promptissimè veniam tribuo? Ita lectio actioni attemperanda. Pari modo legenti occurrit, quàm abstinentia animum & corpus juret; quàm nobile sit fenus Eleemosyna; quàm cælestis & Deo digna sit vita ac castimonie leges instituta. Hic novis me stimulis impello: Cur ergo non exactius abstinentiam servo? cur non liberalius eleemosynam spargo? cur non ardentius castimoniam colo? doleo tantum à me virtutis & præmii neglectum, jamque statuto conatu omni omnibusque viribus deinceps facturum, cuius me sacra hæc moner lectio. Ita fiunt è vocibus actiones. Nimirum lecta esse voluntaria regulam convertenda. Tunc enim est utilis non vitæ litterarum, cum in actum transit, sèque ipsam rebus approbat, non verbis. Hinc optimè dictum ab Hieron. d Omnis profectus ex lectione & meditatione procedit: quæ enim nescimus, lectione discimus: quæ didicimus, meditatione conservamus.*

B *apocrypha & dicta, inanis genealogia, miranda ficta, historiarum commentarias, oracula ptam dare veniam graviter ledenti. Hic ego mecum ipse effulato, disquiro: Cur ergo tot nobilissimas occasiones negligo, cur præmium facillimè obtinendum sperno? Cur non omnibus inimicis meis, & quisquis me unquam laesit, non quàm promptissimè veniam tribuo? Ita lectio actioni attemperanda. Pari modo legenti occurrit, quàm abstinentia animum & corpus juret; quàm nobile sit fenus Eleemosyna; quàm cælestis & Deo digna sit vita ac castimonie leges instituta. Hic novis me stimulis impello: Cur ergo non exactius abstinentiam servo? cur non liberalius eleemosynam spargo? cur non ardentius castimoniam colo? doleo tantum à me virtutis & præmii neglectum, jamque statuto conatu omni omnibusque viribus deinceps facturum, cuius me sacra hæc moner lectio. Ita fiunt è vocibus actiones. Nimirum lecta esse voluntaria regulam convertenda. Tunc enim est utilis non vitæ litterarum, cum in actum transit, sèque ipsam rebus approbat, non verbis. Hinc optimè dictum ab Hieron. d Omnis profectus ex lectione & meditatione procedit: quæ enim nescimus, lectione discimus: quæ didicimus, meditatione conservamus.*

CAPUT III.

Rosa Milesia, seu, Diligentia.

S. I.

MILESIA ROSÆ, cujus ardentissimus est color, rectè confertur secundissima omnium virtutum Diligentia, sive Accuratio in rebus omnibus. Illustrissimis exemplis hæc in re Mater Dei præluget. Vix enim nuntium accepit è cælo Elisabetham cognatam uterutur ferre, mox, ut Lucas testatur, *Exurgens Maria abiit cum festinatione in montana. a Arduum fuit hoc iter, & longum. Nam optimi Auctoris b sensu & calculo è Nazareth in Hebron civitatem, ubi Zacharias habitabat, Mater Domini triginta duas leucas c confecit. Hoc iter Virgo cælestis alacritate mirâ objit, siquidem cum festinatione abijt in montana, moras in viâ trahere, notos salutare, superfluum censebat, festinabat. Alterum industriæ exemplum præbuit Virgo divina quærendo filio. Diligentiam Virginis turbare potuisset hæc cogitatio: Jam duodecennis est, imò Deus est meus filius, amissus esse non potest, absque meâ operâ seipsum sifter inventum inventor rerum omnium. Obvium erat hæc cogitare, & domi desiderare. Sed alia fuit mens Virginis, singularis diligentie specimen præbere voluit; triduo quæsit, cum curâ & luctu invenit.*

D *rebus omnibus ac curata: 1. In visitatione Elisabethæ cognatæ a Luc. cap. 1. v. 39. b Christi q. de Casp. in hist. Virg. miki p. 226. c Singulis horam assignando. 2. In quæstione filio. Diligentia plurimis nostrorum laborum deest. Negotiamur, agimus, laboramus, sed frequenter parum accuratè ac diligenter. Subinde omnia nostra languent, frigent, jacent, multi laboris plerumque non sumus, plurima solutè ac negligenter facimus. Ad eò rara est in rebus omnibus diligentia. Hæc una quæcunque actiones, tam interiores quàm exteriores, mirificè commendat. Verissimè dicitur: Homo diligens & accuratus dios meretur panes, cum alius detes & marcidus vix dimidium. Considerate mihi, obsecro, veterum pictorum opera, quàm accurata, quàm artificio plena, quàm elaborata,*

B. Maria in rebus omnibus accurata: 1. In visitatione Elisabethæ cognatæ a Luc. cap. 1. v. 39. b Christi q. de Casp. in hist. Virg. miki p. 226. c Singulis horam assignando. 2. In quæstione filio.

borata, quam ea denique absoluta sint. Quid, obsecro, causa, quod ævo nostro vix ulli tales sint pictores? An colorum, an artis, aut potius accuratioris est defectus? Sunt è nostris pictoribus, qui respondeant, non artem sibi futuram, si adforent æstimatores artis, ævi nostri genium nimis in luxum excurrere, hinc artes nimiam parumoniã sepeliri. Et ubi jam, inquit, Candaulus Rex Lybiæ, qui Bularchi tabulam auro repensam emit? Ubi hodie Julius Cæsar, qui Timomachi duas tabulas, Medeam & Ajacem, octoginta talentis seu quadraginta octo millibus philippæorum emit? Ubi Rex Artalus, qui unicam Aristidis pictoris Thebani tabulam centum talentis, seu sexaginta millibus philippæorum licitatus est? Ubi hodie qui tabulam, quantumvis artificiosam & grandem, decem millibus philippæorum emat? Et hinc, ajunt, artis neglectus; hinc nos penicillo pingimus volante nec multum sollicito; hinc nunquam ad sui perfectionem veniet pictura. Si quid exactius fiat, sunt qui mirentur & laudent; qui verò dignum arti præmium rependat, nemo hominum est. Equum aliquot philippæorum millibus mercari in levi habent, tantundem pro absolutissimã picturã dare, extremæ prodigalitatæ specimen censent. Sic torpet industria. Sic aeres jacent. Nam licet laudatores forsã habeant, non habent largitores.

Quam hæc verè dicantur, non disputem. Hoc assero: De laboribus nostris, quos Deo largitori munificentissimo vendimus, id neutquam assumari posse. Abrahamo dictum: *Ego sum protector tuus, & merces tua magnã nimis.* Deus operum nostrorum non æstimator solum benignissimus, sed restitutor liberalissimus est. Idcirco nimium sibi ipsi invidet, qui quidquid huic Domino facit, non id studio, quam potest, contentissimo facit. Rectissime dixit religiosus ille scriptor: *Multum facit, qui rem benefacit: sine sollicitudine & diligentia nunquam acquirit virtutes: homo servidus & diligens ad omnia est paratus.*

Quæri potest, quæ ars, quodue officium maximã desideret diligentiam. Videtur sanè labor typographicus summam exigere industriam. Nam futor unum alterumve acis errorem facile teget; typographus, si vel litterulam unicam non suo loco, non ordine recto, intervallo non congruo ponat, in centum & plures annos errorem mittit. Nunquam non errasse dicitur: tanti est, vel semel, vel levissimum quid neglexisse. Dum in orbe hoc agimus, in officinã typographicã sumus; formas ponimus, prælum ducimus, volumina excudimus. Erramus? in omnem æternitatem abire error. Cum Zeuxide pictore quivis nostrum dixerit, *Æternitati pingo*; quidquid demum faciam, Æternitati cuncta facio. Hinc jure meritisimo non mediocri, non mollis, sed summa exigitur diligentia, idque in rebus omnibus, cum omnia Æternitati faciendã sint. Nos sæpissime, quod apud typographos frequens est, formulas peritè collocamus, sed ignaviter imprimimus; bene statuimus, sed malè ac segniter exequimur: deest nervus, diligentia deficit, languor omnia corrumpit.

§. II.

REx Ezechias omnibus sui regni administris solertiam persuasurus exhortatione quam maximè seriã: *Videte, ait, quid faciatis, &c. Sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite.* Nunquam enim bene fit, quidquid honeste rei negligenter fit. Huc omnino spectant vivacis documenta diligentia, quæ Septimius Severus & Helvius Pertinax Imperatores Romani posteris dedere. Uterque septuagenario jam major erat. Pertinax cum ad Imperium elatus, Severus cum morte sublarus est. Ætatem bellicis laboribus uterque contriverat. Et Helvius post suscepta rerum gubernacula, ubi primum Tribuno militarem tesseram de more dedit, eam esse voluit hanc vocem, *Militemus.* Septimius verò jam

A animam acturus, ejus ipsius tesseræ, quam Pertinax dederat, non immemor, hoc ipse signum edidit, *Laboremus.* Hæc germana diligentia sunt symbola, *Militemus & Laboremus.*

Nunquam triumphabit diligentia, ubi labori parcitur, cui omnia vendunt superi. Eam ob causam Paulus laboris & ipse amantissimus hortatur: *Labora sicut bonus miles.* Ingenuos animos labor nutrit.

Præclare Musonius apud Stobæum: *Ut facilis ac promptius labores illos sustinemus, inquit, quos virtutis & honestatis gratia subitari sumus, hæc animo reputare secum utile fuerit: Quam multi multa tolerent propter malas cupiditates, ut qui amant flagitiosos, qui otia consecretantur, qui honores venantur & gloriam.* Non est ad magna facilis ascensus, Absque diligentia nihil sui perfectionem obtinet. Grandis est labor? Præmium multo erit grandius. Sed labor forsã est assiduus? Quam tamen & brevis & nullus ad æternitatem?

B Clodius Albinus Cæsar omnium, qui ante eum fuerunt, bellicosissimus exiit, ac et ingenio, ad quaerendum diligens, ad omnia, quæ intendisset, in finem perseverans. Hunc Aurelius Victor tam prudentem ac industrium fuisse ait, tamque felicem armis præcipuè, ut nullo cum hoste congressu nisi victor discesserit. Nos cælum ascendere molimur; sed à cælitibus sanè ridemur, nisi assiduè adversus ignaviam pugnemus. Hunc hostem nisi quotidianò congressu vincimus, frustra speramus cælum. Tam immensum beatitudinis præmii desideriosus ac frigidus obtingere non potest. Verissime dixit Chrylostomus: *Mala res est ubique remissio, charissime; propterea ab initio Adæ dictum est: In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Omnia obsequuntur diligentia. Hæc in rebus omnibus summo studio secunda, idque plures ob causas.

§. III.

P Rima causa. Quod diligenter fit, altero tanto melius est eo, quod oscitanter & obiter est factum. Scripturam aspice duorum scribarum, diligentis & torpidi: quam ille primus characteres format æquales, terfos, elegantes; quam alter impares, curvos, deformes! Sociordia in causã est tam fœdæ scripturæ. Omnium opificum fabriles operas considera, aurifabrorum scyphos, pictorum tabulas, sculptorum statuas, cultrarioꝝ gladios, bibliopægorum libros, sartorum vestes, textorum pannos, futorum calceos. Quidquid in omnibus cura diligentiaque confectum est, laudem fert, statã mercede dignissimum; quidquid indiligenter & levi brachio factum, ab omnibus ut res nihili repudiatur. M. Crassus eam à mechanicis diligentiam requirebat, ut ipse etiam servos suos in iis artibus institueret non erubesceret. Quidquid cura fit, etiam diligenter fit.

Alter a causa. Diligentia omnium voces & elogia meretur, omnes ad emendum invitat. A rebus vilissimis id patet. Fuit in maximã civitate homo mechanicus, futor, sed tantæ industriæ, ut ex illius unius officinã cives plerique omnes nec sine ambitu calceos sibi confici voluissent, si is unus omnibus satisfacere potuisset. Corium hic opifex non aliud, quam alii cerdones, habuit, nec formis ferè aliis est usus, sed diligentia longè aliã calceos confecit. Hinc emptorum ad hunc unum accursus maximus. Jure merito: nam in rebus etiam vilibus eximum quid est, & appetendum, diligentia.

Tertia causa. Si spectetur is, cui omnis hominum labor consecrandus est, jure merito quam diligentissimã omnia sunt faciendã. Diligentia cum virtute conjuncta seipsum sæpius examinat: Ecce hæc facit? cui laboras? si Deo, cui certè labor omnis debetur, nihil ei nimis diligenter & exactè fiet. Hic illud veterum, Ne quid nimis, valere jubemus. Nulla nimia est cura, quæ Deo impenditur.

Plin. lib. 35. nat. hist. c. 8. Idem lib. 35. c. 10. & 11.

Thom. 1. v. 1.

Thom. de Kemp. lib. 1. cap. 25.

Vide Consid. de Æternitat. Consider. 9. §. 3. initio.

2.ª anal. cap. 19. vers. 6. & 7.

Vide supra in parte 1. cap. 8. §. 2.

2.ª Tim. c. 2. v. 3.

Chrystom. 5. hom. 54. ad Antioch. mibi p. 306. Gen. c. 3. v. 19.

1.ª Causa cur diligentia in rebus omnibus adhibenda sit.

Plutarch. in ejus vitã.

Tertia

Hibad in vi-
ta s. Ighna-
cii lib. 5. cap.
10. fin.

Sanctus Ignatius Lojola cum hominem de suis remif-
fuis agentem cerneret, sic eum allocutus est: Quasote,
quid spectas? quod tuae actiones eunt? cui laboras? Ille
Deo se laborare respondit, Deum sibi finem esse, cujus
causa omnia faceret. Cui denuo Ignatius: Tunc Deo,
inquit, haec facis tam languide, tam negligenter? Mun-
do tam seigniter servire, nil magni criminis sit: in Dei
obsequiis fociordius rem agere, error est intolerabilis:
Maledictus qui facit opus Domini frivulenter. Hic illud
Ezechiae milles rer millicies ingerendum: Cum diligentia
cuncta facite.

Hier. 4. 48.
v. 10.

Quarta.

Quarta, Nunquam sine praemio est diligentia. Recte
Gregorius: Studio, inquit, tarditas ad praemium proficit,
desiderio velocitas ad supplicium crescit. Imo pars praemii est, di-
ligenter scisse quod faciendam erat. Nam suavissime conscien-
tiam afficit, debitam rei diligentiam adhibuisse.

Quinta.

Quinta, Decus omnium virtutum diligentia, nec ear-
rum ulla sine hoc ornamento perfecta. Quod Theologiae
princeps Thomas Aquinas optime dixit: Diligentia
requiritur in qualibet virtute. Et concludit: Negligentia spe-
ciale vitium est, quae sollicitudinis debita defectum importat. In-
de diligentiam recte appellabimus, debitam in quovis opere
sollicitudinem, quae quidem singularis virtutis actus est. Ex
quo non possumus non plurimum mirari, cum omnia libris
plena sint, & scribendorum librorum necdum ullis fi-
nis, cumque plurimi scriptores omne genus virtutum
commendare, sui esse instituti, profiteantur, eorum tam-
men plerique omnes de diligentia altissime silere, &
muros esse. An non haec omnibus ingerenda, & quovis
modo inculcanda? An non omnibus elogiis longe di-
gnissima? sed ea jam plerumque scribendi ratio obri-
nuit, ut, cum unus tacet, omnes illum sequentes taceant.
Ovium aut cervorum ritu incedimus: quod primus viam
signat, haec ceteri sequuntur; & cum flumen tranant,
alter alterius tergori caput imponit: sic ferè scribimus;
quod priores non docuere, hoc & ceteri silendo transeunt.

S. Thom. 2.
2. 2. 1. 4. art.
1. ad 1.

Diligentia
ad omnem
virtutem
& actione
necessaria
est.

Isocras proe-
mio orat ad
Nicoctem de
regno.

Sexta,
Fer. 5. in Ce-
na Dom.
noct. 3. lect.
2.

Sed ad rem. Cum diligentia, seu debita sollicitudo,
re etiam obsequendam requiratur, par est, eam virtutis cultor-
ibus quam commendatissimam esse. Quod etiam Iso-
crates discipulorum suorum auribus instillans: *Ut in ci-
curandis feris, aiebat, cura & diligentia plurimum momenti,
sic ad virtutem adipiscendam vires habet maximas.*

§. I V.

Sexta causa. Quanta plurimorum in suam peniciem
est diligentia, quam recte nimiam aut vitiosam ap-
pellemus. Ecclesia Christum Dominum in Oliveto cum
discipulis sic introducit loquentem: *Vna hora non potui-
sus vigilare mecum, qui exhortabamini mori pro me: vel tu-
dam non videtis, quomodo non dormit, sed festinat tradere me
Iudeis.* Idem licebit dicere de plurimis ad excuriendum
torporem: Vel non videtis impuros amatores, avaros
Eucliones, ambitiosos Alexandros, quomodo non dor-
miant? illi ut amoribus suis indulgeant, isti ut pecunias
suas augeant, hi ut per altiores honorum gradus ascen-
dant. Nimirum dulce est, vigilare, cum numi crescunt,
cum honores exsurgunt, cum amores incendunt. Ah
quam saepe solertes sumus, & industrii in nostrum exit-
ium! Quoties vigilamus, cum longè sanctius in utram-
que aures dormiremus!

Horat. epist.
lib. 1. ep. 2.
ad Lolium.

Septima.

*Ut jugulent homines, surgunt de nocte latrones;
Vt respicum servos, non exasperaveris?*
Ignavissime amator caeli, necis mereri quod amas,
quod optas; alii inveniunt, quo prius beneficium asse-
rant, quam possant. Vel improbum quemque non vi-
des, quomodo non dormiat, sed omnem moveat lapi-
dem, quomodo manibus pedibusque obnixè omnia fa-
ciat, ut voris potiat, & tu dormis, qui ascendere mo-
liris caelum?

Septima causa. Priscorum sapientum vox erat: Dili-

gens industria utilior, quam bonum ingenium. a Ratio in
promptu est: *Ingenia bona plerumque exorbitantia, nec un-*
quam ferè sine mixtura dementiae. b Hinc saepissime quanto
meliora ingenia, tanto periculosiora, nisi patiantur se
regi. Sed quis hic communem paene omnium stultitiam,
imò furorem usitatissimum non obstupefacit? Ingenio-
si videri malumus, quam diligentes & industrii. c Insa-
nia profus luculenta, & quae auriculas Midae longissi-
mè exporrigit. Imò quod amplius, otiosos quandoque
nos esse fingimus & laboris fugitantes, modò videamur
ingeniosi. Nam ea ferè opinio invaluit, ingeniosos
esse pigros. Ergo ut ingenii laudem feramus, viruperium
pigris non horremus. Vestram fidem, o mortales, quid
esse, aut fingi potest stultius? Quis unquam ingenium
sua sibi virtute comparavit? at nemo aliter diligentiam.
Ingenio bono saepe nequissimus quisque est, & eo non-
nunquam ad artes pessimas abutitur. At diligentiam ha-
bere non potest, nisi homo frugi, & virtuti pronus. De-
inde quid ingenio re aliena, velut alienis plumis corni-
cula, vanissimè gloriamur? Diligentia nostra est; indu-
stria in nostro censu reponenda est, illic adnumeranda,
quae fecimus ipsi. Adeoque non rutiis solum atque
utilius, sed & reverè laudabilius est, diligentia quam in-
genio praestare: quod si utrumque jungatur, mixtura
fiet longè nobilissima. Ingenium vel mediocre ad
maximam dignitatem evehet ea, quam commendamus,
diligentia.

a Apud Sto-
bann.
b Aristoteli
nullum ma-
gnum inge-
nium sine
mixtura de-
mentiae fuit.
Senec. de
Tranquill.
sine libri.
c Vide de hac
re Phae-
thontis par-
tem 2. cap.
13. §. 4. de
observatione.

Hanc Valerius jure meritissimo dilaudans: *Quid cof-*
so, inquit, vires industria commemorare? cuius alacri spiritus stu-
pendia militia roborantur, forensis gloria accenditur, cuncta stu-
dia fido sine recepta nurruntur: quidquid animo, quidquid ma-
nu, quidquid lingua admirabile est, ad cumulum laudis perducit-
ur diligentia. Neque hic opus ingenti textum catervà.

Valer. lib. 8.
cap. 7.
Diligentia
encomia
& ejus pa-
radigmata.

Q. Roscius histrio, industria scenicae notissimum
exemplum, tantum in rebus suis accuracione fuit, ut nul-
lum unquam spectanti populo gestum, nisi quem domi
meditatus fuerat, proponere sit ausus. Quapropter non
ludicra ars Roscium, sed Roscius ludicram artem com-
mendavit: nec vulgi tantum favorem, verum etiam
Principum familiaritates amplexus est. Haec sunt attentis
ac sollicitis, & nunquam cessantis studii praemia. Atque
haec etiamnum ubique fulgent. Aulas, Curias, aliaque
domos opulentas ingrediamur, videbimus hic illic plu-
rimos, qui nullo naturalium splendore, nullo numerorum
subsidio, sed solis diligentiae ac industriae experimentis
ad amplissimas dignitates è loco humiliter everserunt. Hos
tales nobilissimi quique, vel quia inertes & stupidi, vel
quia segnes & pigri, coguntur sequi, & vestigia eorum
longè adorare. Illos industrius viri Principes & in oculis
& in peccore ferunt; aliorum opulentam & magnificam
seignitiam pro ornamento habent, sed inutili ac sterili.
Atque adè ultro divitiae & nobilitas in manu diligen-
tiae sunt. Tu modò industrium ama, & ultro te ambient
cum opulentia, tum prospera.

1. In Q.
Roscio.

§. V.

Q. Vanus olim notissimus orator Demosthenes, ho-
mo antea balbus, blaesus, exilis spiritus, acerba vo-
cis; sed ille oris sui vitium, ceteramque naturam maligni-
tatem tanto studio expugnavit, ut & vocem sonoram,
& lateris firmitatem, quam corporis habitus negaverat,
à labore ac diligentia sit mutuatus. Multos enim versus
uno spiritus impetu complexus, dum adversa loca scan-
deret, pronuntiabat: ad oblectantes fluctuum fragores
declamabat, ut aures patienti jam duratae ad concita-
tae concionis fremitus nil moverentur. Infertis etiam in
os calculis multum diu loqui solitus est: quae quidem
exercitatione continuè vocem asperam ad maturum &
edere sic didicit, ut eam nemo expressius referret. Con-
suetum illi angusto cubare lecto, ut citius expergiscere-
tur: in

2. In De-
mosthene.

tur: in specum etiam descendere, ibique philosophari dimidiâ capitis parte abrasâ, quò facultas egrediendi præriperetur. Ferunt etiam speculum Demostheni fuisse æquale ipsi, ad quod seipsum exercebat, gestus & vitia corrigeret. Cùmque inter declamandum, inconvenienter movere soleret humerum, suspensò è lacunari veru aut gladio, cujus metu se continebat, id defuisse. Quis nostrum, animi vitia sedulitate tantâ corrigat? Itaque alterum Demosthenes mater, alterum diligentia enixa est. Plurique omnino diligentia, quàm matris debuit Demosthenes. Mater hominem edidit, diligentia Oratorem, & quidem tantum, qui omnem Atheniensem populum, quò veller, duceret, quem omnium & voces & digiti loquebantur: En, hic ille Demosthenes est. Absque diligentia fuisset, Demosthenes cultellarius inter opificum sordes consensisset.

Non est, quòd Platonem divini eloquii virum memorem. Hic altero & octogesimo ætatis anno decedens sub capite Sophronis numeros habuisse ferunt. Ita nec extrema quidem ejus hora agitatione studii fuit vacua: idemque illi vitæ finis qui diligentia, Democritum Philosophum non immeritò veneramur, qui quanto animo sprevit opulentiam, tanto diligentiam amplexus est. Democriti pater iis opibus florebat, ut Xerxis exercitui epulum præbere facile potuerit. At Democritus, parvâ admodum retentâ summâ, reliquum patrimonium patriæ donavit. Ipse Athenas migrans, annis compluribus sic ibi moratus est, ut omnia temporum momenta ad percipiendam & exercendam doctrinam contulerit. Hic profectò diligentia genium est, nullas temporis particulas etiam minimas negligere.

Carneades tam diligens & laboriosus, quàm diuturnus sapientia miles, nonaginta expletis annis eundem vivendi ac philosophandi finem habuit. Doctrinæ operibus eâ se contentione addixerat, ut cùm cibi capiendi causâ recubivisset, cogitationibus inhærens manum ad mensam porrigere oblivisceretur. Quis nostrum, obsecro, sic calum cogitat, quis æternitatem sic animi mendallis haurit, ut laudatissimam Carneadis oblivionem æmuletur?

Porro fructuosam Archimedis industriam, quâ Marcelli conatus tamdiu sustinuit, aliunde notâ silico. Cleanthis filere non possum. Quis enim unquam tam laboriosè hausit, tam pertinaciter tradidit sapientiam, ac Cleanthes, ipsâ pæne diligentia. Nam cùm inops adolescens esset, nocturnum tempus trahendæ aquæ, diurnum studii impendit. Enimverò tam solerter didicit, ut ad annum nonagesimum ætatis nonum auditores suos attentissimâ curâ doceret. Ita studiosissimus senex duplici labore unius sæculi spatium occupavit, incertumque reddidit an discipulus, an præceptor fuisset diligentior ac laudabilior. In parando victu non ab similibus Cleanthi Plautus, ille festivissimus fabularum parens. Hic dies noctesque in paupertate pugnavit diligentia: Interdium fabulas exarabat, noctu pictori operam locabat, & molas trufatiles agitabat. Industria nihil nimis difficile.

Non possum, quin hæc addam incredibilem pæne diligentiam Themistoclis, qui rerum maximarum curis districtus, omnium tamen civium suorum (uti Rex Cyrus omnium suorum militum) nomina memoriâ comprehendit. Per injuriam patriâ pulsus, & ad Xerxem, quem paulò antè devicerat, confugere coactus, priusquam in conspectum ejus veniret, Persico sermone se assuefecit, ut regis auribus familiarem vocis sonum adhiberet. Hem, quid non potes diligentia? omnia tibi velut Numini obsequuntur.

Sed nefas Diodorum Siculum exactissimæ diligentia virum tacere. Nam Diodorus ne in descriptionibus orbis faceret quod alii, & sapius erraret, bonam Asiæ Europaque partem non sine gravibus incommodis pera-

gravit. Gorgias Leoninus Isocratis magister, centum & septem exegit annos, nec tamen tam longæ ab opere & industria unquam cessavit.

Sed ut longæ felicisque industriae velut in æcervum unum, exempla redigamus, Isocrates cùm quattuor & octogesimo annum ageret, opus composuit nobilissimum ardentis spiritus plenum. Ex quo apparet, senescentibus eruditorum membris, in animo florem juvenæ, beneficio industriae, retineri. Nimirum diligentia non tantum facit eruditum, sed partem eruditionem etiam conservat & auget. Omnia diligentia proposuit Deus. Estque Tullianum illud etiamnum verissimum: *Diligentia subjiciuntur omnia*. Diligentia nobilissimum cujuscunque artificis instrumentum est, hinc omnibus officinis, museis omnibus necessarium. Nobile, inquis, instrumentum diligentia, sed pretio tam levi non paratur: meâ indolis est, malarare & agilerem facere i operi morosius immorari non possum. Atudio, & cum Ambrosio respondeo: *Vince naturam diligentia: naturam nobis formare non possumus, possumus diligentiam.*

§. VI.

Neque verò tantum in gravioris momenti rebus nulli opere parcendum, nil omitrendum industriae, sed in quibuscunque aliis etiam vilioribus. Sapiens Polycreti dictum est: Etiam lurum ad unguem elaborandum. Quòd si lurum accuratè tractandum, multò magis marmor & ferrum, multòque magis argentum & aurum; quæ tandem diligentia gemmis dabitur? atqui ea quæ divino sunt obsequio, pretiosiora sunt marmore, & ferro, argento & auro, gemmisque omnibus. An non ergo convenit, ut ea usque ad unguem, & quantâ possumus diligentia elaboremus?

Narrant Annales prisici, à Sebastiano Ziano Venetorum Principe architectum Constantinopoli evocatum, qui eodem divi Marci educeret. Architectus omnem operam ad hoc ædificii largiter promisit, eâ tamen lege, ut in templo à se struendo statua sibi locaretur ad propagandam nominis memoriam. Annuit Senatus. Ædificio finito Architectus linguæ paululum solutioris non usque quaque se accuratum fuisse dixit, & potuisse quædam aut firmius aut venustius strui. Rescivit hoc Princeps, & vocatum hominem objurgans: Iræne, ajebar, stetit pollicitis: cur opus, quod immortalæ cupimus, parciore diligentia conficisti? Ergo neque nos pactis stamus. Statua tibi ponetur, sed extra templum. Stat illa hodièque digito labris imposito, æternum diligentiae munda exactæ & linguæ intemperantiis solutæ monumentum.

Ergo illud Ezechia Regis monitum assidue ingereendum: *Sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite*. Non potest justè unquam reprehendi diligentia: quod veterum testimoniis abundè confirmatum.

Romanus scriptor rem scitu dignam narrat industriae plurimum extollendæ. C. Furius Cresinus è servo liber, cùm in parvo admodum agello largiores multò fructus perciperet, quàm ex amplissimis vicinitas, in invidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficiis. Quamobrem in jus vocatus, dictâ die instrumentum rusticum omne in forum attulit, unaque adduxit filiam validam atque bene curatam, ac vestitam, ferramenta egregie facta, graves ligones, vomeres ponderosos, boves faturos. Ipse sibi paronus: Hæc inquit, ò Quirites, mea sunt veneficia: neque possum vobis ostendere, aut in forum adducere industriam, sudores, vigilias. Sententia omnium absoluitur est.

Ita est profectò: tam agrorum quàm animi cultura non impensis, sed diligentia constat. Hinc optimè dictum à prisicis: Arator nisi incurvus prævaricatur. Agilis est & flexilis diligentia, neque molestias horret, imò eas ut suarum laudum materiam amplectitur. Neque aratores solum, sed & Imperatores & Reges in sui

3. In Platone.

Fuit hic Poeta Syracusanus qui Mimos scripsit.

4. In Democrito.

5. In Carneade.

6. In Archimede, Cleanthe,

Plauto. Gell. lib. 3. cap. Noct. Attic.

7. In Themistocle.

8. In Diodoro Siculo.

9. In Isocrate. b. Hæc. b. Hæc. b. Hæc.

Ambr. lib. de Joseph.

2. Paral. cap. 19. v. 7.

Plin. lib. 18. nat. hist. cap. 3.

commercium trahit diligentia. Julius Cæsar consumptis A
re bellicæ diebus, noctes nihilominus ad tripartita di-
videbat officia, quietis scilicet, publicæ rei, & musarum.

Adrianus Imperator Geometriæ gnarus, Arithmeti-
cæ peritissimus; egregiè pinxit, Musicæ tenuit, Astro-
nomiæ scientiâ omnes illius ævi facile superavit. Al-
phonsum Aragonium Siciliæ Regem, non septem re-
gnorum administratio, non innumera curæ, non bella
ingentia, quæ gessit, retinere potuerunt, quod minus Rex
tantis jam annum agens quinquagesimum litterario
præceptorum se submitteret; ne Latinè loquendi usû ca-
reret, ita suam acui volebat industriam. Ne verò Hispani
litterarum expertes Livianâ lectione fraudarentur,
ipse Livium è Romano in Castulonense idioma tran-
tulit.

§. VII.

E Tanto industriorum ac diligentium hominum nu-
mero, plurimos admiror, omnes veneros & lau-
do, plerisque imitando censeo. Si quis tamen ex me
quærat, quem ex omni hoc numero, non prædicandum
duntaxat, sed & imitandum arbitretur; dicam quod sen-
tio, idque ex animi mei sententiâ. E priscis neminem
non laudandum magis quam imitandum arbitror, exem-
plar diligentia longè illustrius C. Plinium. Secun-
dum. Erat huic viro acre ingenium, incredibile studium,
summa vigilantia. Erat somni parcissimus, hinc nonnun-
quam etiam inter ipsa studia instantis; nam ille quoque
noctibus ad studia utebatur, & minimùm dormiebat.
Quod verò maxime diligentiam sapit, quodque omni-
bus, qui litteras tractant, imitandum censeo, istud est.
Nihil unquam legit vir iste, quod non exciperet, nec in
museo solum aut bibliothecâ, sed etiam in mensâ, in le-
cticâ: sed & equitans quoque vel scribebat, vel scribend-
um dictabat. Ita totos dies usque ad cenæ tempus in-
harebat libris. Ne quid verò de studiis decerneret cena,
super eam liber legebatur, interim adnotabat ipse & ex-
cerpebat. Fuit ut unus aliquis amicorum lectorem in
mensâ, cum quædam perperam pronuntiasset, repetere
coegerit. Huic Plinius: Intellexeras nempè agebat. Cum-
que ille annuisset; Cur ergo revocabas? inquit: decem
amplius versus hac tuâ interpellatioe perdidimus. Tan-
ta erat parsimonia temporis. Perire autem omne tem-
pus arbitrabatur, quod studiis non daretur. Hac inten-
tissimâ diligentia tot volumina conscripsit, commenta-
rios electorum centum sexaginta reliquit, quos in Hispaniâ
Largius Licinius emisit quadringentis millibus HS.
si venditorem reperisset Plinium. Illud præ ceteris om-
nibus placet, quod temporis longè avarior quam auri &
gemmarum (hujus enim unius avaritia laudabilis) nihil
unquam legerit, quin exciperet & adnotaret. Hoc &
studia & virtutem acuit, accenditque. Sine excerptis ne-
mo unquam, meo iudicio, eruditus, sine sanctorum
exemplorum observatione nemo unquam solidè pius.

1000. Phi-
lipporum.

Plin. lib. 18.
nat. hist. c. 5.

S. Augusti-
ni.

Priusquam finiam, vera diligentia miracula subjiciam.
Aurelius Augustinus cum jam octogenarius esset,
non minus operose divinarum litterarum studia exer-
cuit. Scripsit itaque plura, quam quisquam legerit, si fi-
des est Posidonio, cui jure merito esse debet, qui Au-
gustino familiarissimus, omnia ipsius arcana potuit ar-
bitrari. Neque nostrum ullus gloriatur omnia Augustini
scripta à se lecta, cum sermones, epistolæ ac libri am-
plius ducenti vel temporum voragine absumpti, vel in-
juriâ abdit delitescant. Incredibile videri posset, quo-
modo vir iste sanctissimus, inter amplissimas curas, in-
ter negotia gravissima, in munere concionandi assiduo,
tot divina scribere volumina potuerit. Sed nihil nimis
arduum diligentia.

Ambrosius in sacris Augustini præceptor, morbo se-
nioque confectus, tantum non animam agens, nihilo-
minus ne sibi prius diligentiam, quam vitam extor-
queri pateretur, Psalmum 43. interpretari cœpit. Ita in
eodem lectulo, & spiritus ejus, & egregiorum operum
cursum extinctus est.

Origenis immortale ingenium, ut Hieronymus lo-
quitur, non miror, sed miror diligentiam incredibili-
lem. Nam eò industria scribendi in hoc viro excurrit,
ut, teste beato Hieronymo, quidam plurimâ fratrum
multitudine audiente sex millia librorum Origenis se-
legisse sit confessus. Superi! quod diligentia portentum
est hoc? Auxerunt aliorum studia bibliothecas, ac per
partes complevere. Unus & solus Origenes ingenii felici-
tate bibliothecam unam quamvis ingentem implere
potuit. Quid nos, quæ nostra est diligentia? somnium &
umbra ad talium virorum ingeniosissimam industriam,
in quibus sæpe ingenium & industria vel diligentia in-
ter se certant ambigua victoriâ. Verissimum illud
Tullianum; *Diligentia in omnibus rebus plurimum valet: hæc
colenda est nobis; hæc semper adhibenda; hæc nihil non
asssequitur, quâ unâ virtute reliquæ omnes continentur.* Illud
igitur Ezechie Regis vel milles occinendum, assidue
obversetur animo: *Sit timor Domini vobiscum & cum di-
ligentiâ cuncta facite.*

ACTIONS DILIGENTIÆ.

1. Prima diligentia regula est, quam exactissimè ob-
servat: *Nulla dies sine lineâ*, nulla, nulla. Desidia securi
animi est, etiam si dies & hebdomades, & menses sine
ullâ perdat lineâ. Solon vir summæ industria dicere so-
lebat, se quotidie aliquid addiscentem fenescere. Idque
supremo vitæ die confirmavit, cum assidentibus amicis
& sermonem inter se conferentibus, caput jam morte
pressum erexit. Interrogatus quid hoc faceret? Ut cum
istud, inquit, de quo disputatis, sciero, doctior moriar.
Migrasset sanè jam pridem ex hominibus negligentia, si
eo animo vitam ingrederemur, quo eam Solon egres-
sus est.

2. Diligentia est, omnia suo quæque tempore facien-
da disponere, nec ullam diem partem ab opere immu-
nem dimittere. Temporis & actionum confusio, dili-
gentiam plurimum retardat. Sunt qui de die vagantur,
aut stertant, noctu ad oleum aut serum fastidiosè labo-
rent. Sunt qui profectis ac negotiosis diebus amplissimè
feriantur, feriatis operi assideant. Perturbatus ac præpo-
sterus est hic rerum ordo. Hoc lepores in mari, pisces in
pratis, hoc cancos in ramis, hoc poma in rivis est qua-
rere. Ordine omnia, & suo tempore facit diligentia.

3. Diligentia non solum assiduum vorum, sed etiam
nonnunquam factum est, totas pæne noctes aut precan-
do aut laborando transmittit. Seridè diligens homo
sæpissime suspirat, & ait: O si possem penitus non dor-
mire; quàm ego promptè ac hilariter noctes cum preca-
tionibus tum lucubrationibus impenderem, cum nul-
lum tempus studiis & colloquiis cum Deo sciam aptius.
At quia non valco totas pervigilare noctes, de iis, quan-
tum licuerit, decerpam, meliori occupationi, quam
fomno, impendendum. Ita in lucro ponam, quidquid
horis somni ademerò.

4. Diligentia minimas etiam particulas temporis ve-
lut ramenta auri colligit, & in suum usum redigit. Nul-
lus alterius rei jactura major est, quam temporis,
quam vis nec vilior est, sed apud ignavos. Apud Lacedæ-
monios summa temporis parsimonia fuit, nec ulli ci-
vium permissum vel otio vel ludicris diem frangere.
Hinc ab Eporis magistratu Laconico ambulationes et-
iam non utiliter, nec ad exercendum corpus instituta-
puniebantur. Nemo seipsum inter diligentes numeret,
qui minimam horulæ partem vel otando, vel inutilia
faciendo pudet comburere. Diligentia mavult aurum
aut etiam

Origenis.

Hieron. tom.
1. in catal.
scripsit. Eccles.
mihip. 126.
Idem tom. 9.
in Apolog.
Russin. pro
Origene mi-
hi pag. 133.

Cicero de
orat.

1. Actio di-
ligentia.

Secunda.

Tertia.

Quarta.
Temporis
nulla ja-
ctura ma-
jor.
Ælian. l. 1.
par. hist. c. 5.

aut etiam gemmas quam tempus perdere. Homo ex al-
se diligens mavult sua scripta, Aristophanis aut Clean-
this lucernam, quam Vitellii patinam, aut Promachi la-
genam oleant. Hinc quinta diligentia actio.

Quiata.

5. Diligentia studiosissime fugit homines illos otiosos
temporis fures, qui & ipsi parum agunt, & laborantes
impediunt. Diligentia, colloquia vana abruptit, sym-
posia non accedit, ne paulatim malus contrahatur habi-
tus temporis male collocandi. Ita omnem occasionem
perdendi temporis pro viribus declinat, nec damnum
æstimat neglexisse lusum aut ludicra, amisisse sine sua
negligentia pecuniam, perdidisse sine culpa suam gratiam;
modò non male perdidit tempus omnium thesaurorum
maximum.

CAPVT IV.

Cæli Rosa, seu, Desiderium cælestis
Patriæ.

§. I.

NON opus hic interprete; res loquitur. Rosa illa
Germanis non ignota, quam illi à coloris amœnitate
Cæli Rosulam vocant, *cælestis patriæ desiderium* signifi-
cat. Hoc animi ardore in patriam mirifice Mater Do-
mini excolluit.

Exod. c. 24.
v. 1. & 9.

Deus olim præcipiens Mosi: *Ascende, inquit, tu & Aa-
ron. Ascenderuntque Moses & Aaron, & viderunt Deum
Israël: & sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & qua-
si oculum cum serenum est.* Petrus Galatinus Hebræum lau-
dat doctorem Rabbi Haccados, qui Messiaë matrem
hic designari ait. Hæc illa sedes sapphirina quam Dei fi-
lius seipso implevit. Neque in orbe simile opus est vi-
sum, Non primam similem visa est, nec habere sequen-
tem. Hinc illæ Anselmi voces: *O Domina, nihil tibi egua-
le est: omne quod est, aut infra te, aut supra te est. Supra te solus
Deus; infra te omne illud, quod Deus non est.* Eam Virgo pu-
ritatem animi habuit in terrâ, quam beati nanciscuntur
in cælo. Erat Virginis beatissimæ, ut Paulus loquitur,
conversatio in cælis. Ita nobilissimam agentis & contem-
plantis vitæ mixturam fecit: cælo inhærebat desideris,
terram illustrabat sanctissimis exemplis.

Galatin. de
arianis Ca-
tholicæ veri-
tatis d. fon-
tib. Hebr. lib.
7. cap. ult.
Anselm. de
excellentiâ
B.V. seu in
contempla-
tione idio-
ta cap. 2.
Philip. c. 3.
v. 20.

Bonav. in
medit. vitæ
Christi c. 3.
medio.
B. Mariæ in
templo tri-
plex peti-
tio.

Psalm. 38.
v. 8.
Psalm. 103.
v. 34.

Beatus Bonaventura cliens Virgini devotissimus, suo
stilo Virginem sic sistit loquentem: Surgebam semper
noctis medio, & quantâ poteram affectione in templo
petebam: Primò gratiam, quâ dilectionis præceptum
implerem, & Deum toto corde diligerem. Petebam
deinde gratiam amandi & proximum, secundùm Dei
voluntatem ac beneplacitum. Tertiò petebam, ut vi-
tam mihi Deus ad illud tempus prorogaret, quo nasce-
retur Virgo, quæ Deum esset paritura mater: desidera-
bam itaque, servaret mihi Deus oculos quibus illam in-
tuerer, linguam quâ illam laudarem, manus pedesque
quibus ei servirem. *Et nunc quæ est expectatio mea, nomen
Dominus, & substantia mea apud te est? Alii in aliis sua qua-
rant gaudia; ego verò delictabor in Domino.*

Neque solùm Virgo beatissima ad Domini pedes
cum Magdalena sedit æternas felicias contemplata, sed
etiam Marthæ obsequiis se addixit: nam & filium & se-
ipsam operâ suâ aluit. Itaque contemplantem & agen-
tem vitam mixturâ temperavit laudatissimâ. Vox sa-
pientum est, vitam actuosam esse bonam, meliorem
contemplativam, optimam ex utraq; mixtam. Atque
hanc in Domini matre veneramus. Ut autem hæc in
oculis esset, & æternâ coleretur memoriâ, anno mille-
simo quadragintesimo octogesimo quarto, quod Au-
bertus Miræus refert, in honorem beatissimæ Virginis
Conceptæ institutus est Ordo. Huic Toleti dedit origi-
nem Beatrix à S. Ivâ nobilissima Lusitana femina, Ponti-
fice Innocentio VIII. Vestis religiosa hæc fuit, Tunica

In hono-
rem B. Ma-
riæ Ord-
nes insti-
turi:
Ordo Vir-
ginis Con-
ceptæ.

A erat candida, velum capitis cæli colorem æmulabatur.
Habitus sanè pulcherrimus, & qui vel ipso colore Vir-
ginis beatissimæ puritatem, & vitam cælo inhærentem
repræsentabat. Plurimæ aliæ eaq; diversæ religiose
familiaë Virginis honori sunt instituta. Exemplo sint iste.

Anno millesimo ducentesimo trigesimo tertio Gre-
gorio I X. Pontifice tranquillandis Italiaë civitatibus
Ordo militaris initium habuit, auctore Bartholomæo
Vicetino. Ordini nomen S. Mariæ Gloriosa. Nobilissi-
mi quique huic religioni sese addixerunt. Muneris sui
esse volebant pupillos & viduas defendere, concordiam
inter dissidentes conciliare.

Ordo mili-
taris.

Anno 1252. septem Florentini cives initium fecerunt
Ordinis Servorum B. Mariæ, Martino IV. Pontifice.

Ordo Ser-
vorum B.
Mariæ.

Anno 1501. nobilissimus Ordo in honorem divæ Vir-
ginis ab eventu cœpit mirabili. Ludovicus XII. Rex
Galliarum suam conjugem Joannam Caroli VIII. foro-
rem repudiavit, duxitque Annam Principem; nec fa-
cto color defuit: matrimonium scilicet fuisse violentum,

Ordo An-
nuntiatæ-
rum.

Ludovico XI. patre Joannæ imperiosius, quam par fuis-
set, agente; deinde virginem, quam acceperat, à se red-
di. Joanna nihil se opponens, in Christi thalamum de-
nupsit, & pro honore Matris Christi initium dedit Or-
dini novo, Pontifice Alexandro VI. Julius II. & Leo X.
Ordinem illum litteris confirmarunt. In eo Virgines
Annuntiatæ debebant. Harum vestis cinerei coloris
fuit, ut penitentiaë moneret. Candidum velum à capite
ad pedes defluebat, quod virgineam puritatem oculis
ingerebatur: pectore ad imos quoque pedes crux purpu-
rea descendebat, quæ Christi in crucem acti memoriam
affiduaë objiceret. Leges hujus Partbeniæ familiaë fuerunt
omnino decem, nec plures. Nempe beatissimæ Virginis
primariæ virtutes, quarum nomina ex Evangelis hæc
recitantur: Prudentia, Humilitas, Paupertas, Veritas, Pa-
tientia, Obedientia, Pietas, Cōpassio, Castitas, Caritas.

Tot alios Ordines honori Virginis beatissimæ insti-
tutos, nimis hic longum sit perenumerare. Illud non omit-
tendum. Sanctus Rupertus Germaniæ Apostolus anno
591. Duce Bavariæ Theodeberto Virginum cœnobium,
condidit sub patrocinio æternæ Virginis Mariæ. En reli-
giosam familiam nobis tam vicinam à mille & amplius
annis institutam!

§. II.

EST & alius Ordo longè amplissimus, in quem multa
millia virorum ac feminarum per totum orbem
sunt adscripta. Hujus Ordinis lex unica ista: Matrem
Domini femel quolibet horâ verbis Angeli salutare. Egi-
mus hac de re in Trismegisto, & Amulsi hos libros ob-
fecero, mihi Lector, adi & illic dicta in memoriam revoca.
Hic addo: Mos iste quot horis divinam Virginem salu-
tandi, totâ Lusitaniâ receptissimus est. Omnes cuius-
cunque ordinis & statûs homines mox caput aperiant,
aliique omnibus sepositis æternam Virginem salutant.

Trismegis-
to lib. 2. cap. 3.
§. 2. Et lib.
eodem c. 10.
§. 2.

Quam verò id Deo gratum sit, non obscure palàm fe-
cit anno Christiano 1614. Atque hinc nemo non intelli-
get, quam cordi Deus habeat suæ Matris honorem.
Conimbricæ (civitas est Lusitaniæ, eruditionis domi-
cilium) quidam capitalem hostem in insidiis luce dubiâ
expectabat, in hanc unam curam intentus, ut transru-
rum sclopo trajiceret. Ita vigilantissimis oculis inimici
adventum excepit, collineavit, glandem ejaculatus est,
fragore viciniam omnem exterruit, sed conatu proflus
irrito. Res mira, & post homines natos pæne inaudita.
Nam alter audito horæ pulsû repente constitit, ut pro-
more Matrem Domini saluaret, nec ad illud loci pun-
ctû pervenit, quod nefarius insidiator oculis designarat.

Videte restatissimum divine bonitatis argumentum,
& quam Deo placeat suam Matrem inter mortales ef-
se venerationi, his præsertim horariis preceationibus.
Præfata etiam Christianis usitatissimum fuit in horas sin-

Anton Ba-
lingdom. l. 3.
de iaculator.
cap. 6.

SS Narcis- sum & Fel- cem. Vide Marci Velsi Au- gustam Vir- nelicorum.

gulas frontem cruce signare. In actis Augustanæ mar- tyris Afræ, missus à Cajo iudice explorator: Cognovi, ait, eos serò ad te venisse, & scio, quia Christiani erant, nam in omni horâ signabant fontem cruce, in quâ Christus eorum passus est.

Hæc quot horis animi ad Deum elevatio incredibili- ter accendit cælestis patriæ desiderium, quod in Virgine cælesti veneramur. Nec aliis hîc impensis, non aliâ vi opus est quàm consuetudine. Assuece, quod facillimum est, & magis ac magis cæli desiderio incalcesces. Neque hoc solum: viam quoque signabant tibi tui gemitus & quotidiana suspiria. Non difficile illuc itur, quò nuntius tam frequens præmittitur. Cæli desiderium in homine sincerè Christiano quotidie crescat, ut non tantùm in omnes horas prompti parati simus hinc migrare, sed cupiamus etiam carceris huius angustias effringi; nec ul- la res creata ita demulceat, ut præ eâ insuaves videantur illæ deliciae.

3. Reg. c. 11. v. 17 & 18.

Ibid. v. 19.

Ibid. v. 22.

Mundi ob- jectatio- nes.

Narrant Regum fasti, Adadam adolescentulum cum aliquor Idumæis sui parentis famulis è Judæâ in Ægyptum profugisse Joabi meru. Rex Pharaeo benevole- profusus nobilissimum hunc adolescentem excepit, am- pliam ei domum præbuit, lautam mensam adject, agros assignavit. Arque quod divinæ paginæ testantur, Inve- nit Adad gratiam coram Pharaone valde, in tantum ut daret ei uxorem, sororem uxoris suæ germanam Taphnes Regina. Ex hoc conjugio natus est Adado filius Genubach, qui in Pharaonis palatio cum regiâ prole velut regis filius no- bilissimam educationem habuit. Itaque Adado plus fa- vebat exilium, quàm patriâ: cum longè felicior fuerit in peregrino, quàm unquam esse potuisset in natali solo, fa- vore regio & opulentia eximius. Nihilominus ubi Ada- dus inaudit Joabum & Davidem regem vitâ sanctos, Pharaonem adiens. Liceat mihi, ait, cum veniâ tuâ in terram patriam reverti. Cui Pharao: Quâ enim re, inquit, apud me indiges, ut reditum urgeas in patriam? Nullâ, re- spondet Adad, nihilominus obscuro te, ut dimittas me: patrii soli prædulcis amor ad eò inhaeret, ut potentius me tra- hat, quàm magnes ferrum.

Quod Adado Rex Ægyptius, hoc nobis sæpissime objectat mundus. Quâ enim re apud me indiges? Nomen geris & decus, in pretio es, omnia tibi feliciter succe- dunt. Qui autem serio patriam cælestem amat, respon- det quod Adad: Dimitte me. At opes tibi non desunt, & victu abundas & fortunis: Dimitte me, obscuro. Sed mun- dus variâ amoenitatis memoriam replicans: Et volu- ptatibus etiam fructis, inquit, sunt tibi gaudiorum so- cii, sunt convivia, sunt tripudia, sunt jucundi lusus, sunt alia hilaritatis invitamenta, quid tibi deest? Fac nihil de- esse, cum tamen desint plurima: nihilominus, obscuro te, ut dimittas me. Non possum, ait mundus: est tibi uxor, sunt liberi, est familia; non possum dimittere; & quò tan- dem ire cogitas? Si cælum amori est, respondebit pro se quisque: Vadam in terram meam, malo in patriâ civium esse infimus, quàm hîc in exilio primus. Vadam in ter- ram meam, cælestem patriam, illuc desiderii feror; hic magnes me ferrum licet frigidissimum trahit, illuc an- helo. O munde immundissime jam pridem vale: ruis fal- lactis jam dudum satur sum. Pollicitis ditissimus es, re vix Codrus. Sed verum esto, sis dives, sis fidus, multa do- nes, & plura donatum spondeas; in Regis aut Cæsa- ris solum me evehas; domum Neronis auream, duplex Davidis regnum, summas Salomonis voluptates, opu- lentiam Cæsi, magnificentiam Cyri, fortunas & vi- ctorias Alexandri Magni, centum & viginti septem provincias Assueti offeras, quamvis trecentas Helenas, Estheres septingentas, in conjuges mihi sitas; vale mun- de, vale non me tenes; Vadam ad terram meam.

Nisi sic Christiani sentiamus, indigni sumus, qui cæ- lo, qui Beatorum consortio, qui Deo fruamur.

Non verissimè solum, sed & nervosissimè locutus mihi videtur Augustinus: Tanta est, inquit, pulchri- tudo & jucunditas lucis aeternæ, ut etiam si non liceret amplius in eâ manere, quàm unius diei morâ, propter hoc solum innume- rabiles anni huius vitæ pleni deliciis, & circumfuentiâ tempo- raliū bonorum restè meritoque contemnerentur. Non enim falso aut pravo affectu dictum est, Quoniam melior est dies una in atriis tuis super millia. Cujus ergo desideria non accendant, non dicam dies unus, sed aeternitas in cæle- stibus deliciis?

Hieronymus Cardanus vir oppidò doctus, rari arti- ficii instrumentum, quo quis seipsum non difficili nisi sursum trahat, curiosè describit. Si res corporis ad ani- mum transferamus, desiderium beatitudinis, ipsissimum hoc instrumentum est, quo quis seipsum quotidie sa- pius ad immensam pertrahat altitudinem. In cælum vis evehit? teipsum sapius in cælum attrahe desiderii. Hoc penes te est. Negligis? tibi uni culpam impinge. Nemo cælum nausendo diripit, sed vehementer desiderando & acriter pugnando. Ponderis sui molestissimum sensit, qui dixit: Supra modum gravati sumus; supra virtutem: In- gemisimus gravati. Nihilominus tractorio illo instru- mento seipsum in sublime pertrahens: Cupio, inquit, dis- solvi, & esse cum Christo.

Beatus Nicolaus Tolentinas sex totis mensibus arte obitum singulis noctibus Angelorum symphoniam au- diit, quæ illi velut gustulum aeternitatis beatissimæ præ- bebatur. Quo igitur desiderio beatitudinis aruisse hunc virum credimus, qui ad illam tam suaviter invitabatur? nimirum illo eodem, quo Paulus, tractorio instrumento usus, & seipsum ad astra pertrahens frequentissimè dice- bat: Cupio dissolvi, & esse cum Christo. Cumque jam ferreus somnus oculos urgeret, collectis spiritibus extremi voci- bus in lætitiâ erupit insolitum. Ubi causam tam inu- sitati gaudii quaesissent qui aderant morientis, Ille: Do- minus meus Jesus, inquit, sanctissimæ Mariæ suæ inni- xus ita me alloquitur: Euge, serve bone & fidelis, intra in gau- dium Domini tui. Sub hæc verba exhalavit animam.

Sanctus Ignatius Lojola tam ardeni desiderio æstua- bat ex his vinculis evolandu ad Christum, ut quoties mortis suæ meminisset, temperare à gaudiorum lacry- mis non posset. Nam illo eodem proliis tractorio in- strumento ad sidera seipsum attollens: Cupio, aiebat, dis- solvi, & esse cum Christo, multo mihi melius. Neque id eò solum quò summum sibi bonum fruemum obveniret, sed ut gloriâ Christi tantopere amari coram intueretur.

Beata Monica divi Augustini duplici nomine mater, jam vicina morti cum filio cœpit colloqui. Sermo erat prolixus & igneus, & omnis de cælesti æternitate. Eò his colloquiis mater & filius extollebantur, ut sibi vide- rentur perambulare cælum, vilescere inter verba mun- do. Hinc optima mater: Fili, aiebat, quantum ad me, nihil hîc amplius me delectat, res nulla me afficit. Illud erat unicum, cur diutius vellem vivere, ut te Christia- num Catholicum viderem. Vota transcendendi mea: Et Catholicum te video, & Dei servum. Quid hîc ulterius facio? migremus in terram meliorem.

Beatus Macarius cæli desiderio apud se statuerat, quinque omnino diebus ita mentem componere cum Deo, ut aliud non cogitaret quàm cælum & Deum. Eo fine tugurium obsecuravit, nulli nec interroganti nec pulsanti responsurus. Initio tam ardæ contemplatio- nis seipsum cohortatus: En, inquit, ascendis cælum: ca- ve, ante constitutum tempus relinquoas cælum. Hîc ordi- nibus Angelorum interer, hîc Deo frueris, hîc mane: nec inferiora repete ante constitutum diem. Biduum ita exegit. Sed non tulit cacodæmonis invidia tam ar- duam contemplandi virtutem. Nam die tertio casam Macarii sic populari cœperunt flammæ, ut etiam flo- rea, quam

Aug. tom. 1. lib. 3. de libe- ro arbit. cap. 25. & ult. p. 299.

Psalm. 83. v. 11.

Cardanus lib. 17. de subtili. milii pag. 332.

2. Cor. cap. 11. v. 8. & c. 5. v. 4.

Philip. c. 1. v. 23.

B. Nicolai Tolentini aeternæ ci- vicitatis de- siderium:

Math. c. 23. v. 11. & 13.

S. Ignati Lojole. Ribad. lib. 5. de vitâ illius cap. 1.

B. Monicæ. Aug. lib. 9. Confes. c. 10. & 11.

B. Macarii. Pallud. in visiâ d. Leon- rii junioris cap. 17.

2
v
ti
fi
p
h
d

O
Pa
T
P
e

tæa, quam vir sanctus inſiſtebat, cœperit ardere.

Quod Macarius geminos dies geminalque noctes ardore incredibile perſeveravit, utinam nos ſubinde geminis horis aut horarum partibus faciãmus, eã quidem ratione, ut quis ipſe ſibi dicat: Humiles ac fordidas cogitationes pelles; relinque terras paululùm; aſcende cælum, Angelorum chorus temet inſere, Deo fruere; diſſipice, quo loco manſurus ſis æternùm.

Sunt qui totis menſibus vix unquam ſerò cælum cogitent, velut Ægyptii aratores, quorum nemo cælum aſpicit. Nilus Ægypti nominatiſſimus fluvius, Philone teſte, quod aliis regionibus cælum, hoc ipſe præſtat Ægypto. Nam uti cælum pluviis ſuperne deſluentibus terram irrigat, ita Nilus aquis ex imo aſcendentibus inundat agros. Hinc aliarum regionum incolæ cælum, Ægyptii Nilum aſpiciunt, à quo pluviã expectant. Hinc reſtiſſimè Seneca: *In Ægypto, air, nemo aratorum aſpicit cælum.* Simillimè hęc dixerim: Nemo amatòrum mundi cæleſtia conſiderat. Cælum iis inane nomen eſt; terram intuentur, ad cælum nati ſe gerunt.

Olim Iſtaëli Moſes: *Terra, inquit, ad quam ingredieris poſſidendam, non eſt ſicut terra Ægypti, ubi jacto ſemine, horrorum in morem aque ducuntur irrigue: ſed montuoſa eſt & campeſtris, de celo expectans pluviã.* Illi nimium quibus cæleſtis patria promiſſa eſt, quidquid ſolidæ voluptatis percipiunt, e cælo trahunt, inde iis ros fluat optatiſſimus.

Peregrinatio eſt vita noſtra: cùm diu ambulaverimus, deinde redeundum eſt. Nemo peregrinus patriam non deſiderat: etiam fumum

Optat de patriis poſſe videre focis.

Nefcio quã natale ſolum dulcedine cunctos Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

Atque hoc quidem accidit etiam iis, quibus extra patriam bene eſt. Quis jam eorum erit ſenſus quibus male eſt? Sed & aliis rebus patriæ deſiderium inſitum. Beſtiæ ad naturales latebras ac ſilvas properant. Aves ipſæ, quamvis albi ſaginatæ, ad patrios nidulos revertuntur: aſſueta leones antra petunt. Arboreſ transplantatæ ſolum malunt nativum. Ad ſuum centrum præcipitant faxa, ad ſuos fontes & ad mare peregrinata diu flumina recurſunt. Ad ſphæram ſuam evolatiſſimis. Homo ſolus è peregriniis, quamvis in exilio miſerrimus, reditum in beatam patriam non aſſidue cogit? Hic dum ſumus in corpore, peregrinamur à Domino. Animus è cælo oriundus, terræ inquilinus cælum ſuſpiret. Hoc uno beatoris vitæ deſiderio probi improbiſque maximè differunt. Probi ut generoſa ſemina in ortus exſurgunt ſuos, redire cupiunt, unde animo, portore ſui parte, deſcenderunt. Improbi ortus illius oblit, præter terram vix quidquam ſapiunt. Bonum eſt illis hęc eſſe. Cælum eis deſipit, quibus terra ſapit. Nimitum terrigenæ terram; cælum aſſeſtant cæligenæ; nec ullus abit dies, quin mente illic ſint. Hoc iter obſtrui nequit.

Omnia poſſideat, non poſſidet æthera Minos;

Gratia Dî; animo quolibet ire licet.

Inveniunt hi Dædali alas, quibus in cælum, quoties volunt, evolent. *Converſatio eorum in celo eſt.* Has alas forſan, & volandi artem non nemo deſiderat? Juvabimus; & quæ licet, ſignabimus cæleſtem hanc ſemitam. Ergo ſtemus ſimul, (ut Iſaias loquitur) ardenteſque gemitus ad cælum & ad Cælitres mittamus hoc modo.

S. IV.

Quam ego hodie ad vos, ô beatiſſimi Cælitres, ſuſpirioſum (ah) ex intimo peçtore prorumpo? Ah! quam me gemere docent mala mea innumera, & innumera veſtra, quæ nunquam amittetis, bona. Vos, ô Divi Divaque, diem lætius jam finiſtiſtis; vobis ultra ſol veſter non occidet, & luna veſtra non minuetur, quia Deus vobis eſt in ſempiternam lucem. Olim quidem, ſed olim tantum

A ſleviſtiſ, & acerbas lacrymas ut largiſſimam ſementem effudiſtiſ, nunc verò ab hac tam trifti ſemente quam lætos referiſ manipuloſ? lacrymati omnem abſterſit Deus ab omni facie veſtrâ. Fui, cùm etiam in voſ ſuam pharetram mors exoneraret, & animum vobis extorqueret, non uno vulnere. Nunc verò ubi mors aut moriſ toxicata ſpicula? Præcipitavit mortem in ſempiternum iſ; qui morte ſua mori cœgit mortem, eamque propriâ juſſit cadere tricalentia. Vos contra ſtatis in monte ſublimi, & felici, in monte; in quo Dominus exercituum convivium populis faciet æternum.

Fui, heu! fuit cùm mœroribus, angoribus, ac doloribus oppreſſi tabeſceretis, non auſi niſi madidoſ in cælum oculos emittere. Abijt mœror, evanuit angor; dolores fugerunt, oblivioni tradita ſunt anguſtia priores ubi verſa. Quam mutata ſors eſt inter voſ & illoſ, qui voſ olim calcârunt, lætârunt, jugulârunt! lacrymæ veſtræ in illorum cachinnioſ tranſferunt, triumphuſ illorum in veſtraſ lacrymas mutavit. Eſt nunc, qui omnium veſtrum loco tyranniſ omnibuſ inſclamet altum: *Ecce ſervi mei comedent, & voſ eſurietis: Ecce ſervi mei bibent, & voſ ſitietis: Ecce ſervi mei letabuntur, & voſ confundemini: Ecce ſervi mei laudabunt præ exultatione cordiſ, & voſ clamabitis præ dolore cordi�, & præ contritione ſpirituſ ululabitis.* Ecce enim ego creo caloſ novoſ & terram novam, & non erunt in memoria priora.

Hęc Regiſ veſtri, ô cælitres, cui ſerviviſtiſ, vox eſt in improboſ illoſ, qui ſervituteſ, quam conditori ſuo debebant, ſuo ſeductori præſtare maluerunt, cui imperare poterant. Eant tunc, & ex imo Tartarorum ſpælæo cachinnioſ voſ imperant, ſannioſ & ſibilioſ proſcendant. Non obſunt ampliùſ colubrorum horum vibrantes linguaſ, ſed nec olim oberant iis, quibuſ Deus etat clypeuſ, & munimen, & omnia. Ipſi ſuiſ ſe dentibuſ lacerant, quos in aliorum fixerunt ulcera; & veneno perimi ſe jam dolent, quòd in aliorum viceſa putârunt tranſfundere; nemini magiſ noxi, quam ſibi. Voſ jam, ô beataſ phalangeſ, extra omnem teli jactum in alto ac ſecuro triumphatiſ, & quidem ſine flagello ad triumphalem currum appenſo, ſine nolâ & aſſiſtente carnifice. Brevis erat, imò uniuſ erat momentuſ mœſtitiã veſtra; nunc gaudetis & exultabitiſ in ſempiternum, & non audietur in vobis ultra vox ſteruſ & vox clamorib. Felicitas veſtra hoc tino invidenda maximè, quòd invidiam omnem neſciat. Ambitio, livor; contentio ab Elyſiſ illiſ domiciliuſ procul exulant.

Sed eheu! quam miſere mortaleſ noſ exercent hæ peſteſ, quibuſ in immortaleſ jurioſ nihil eſt. Vix hæc ulluſ honor ſine ambitione; nulla hęc ſine livore gloria, ſine contentione nec inſima quidem felicitas; & abſint hæc mala, quamdiu tamen honoſ, quamdiu ſtat fama? ut ſimus evaneſcant omnia, neque ſub ſole eſt; quòd æternet. Voſ illi æterni ſoleſ, ô ſancta agmina; quos nulla unquam ſepelient nubeſ: voſ illæ ſtellæ nunquam occaſura. A vobis dieſ eſt, quem nox nulla excipit, quem nulla dividit ſollicitudo & cura. Ah! quam jure alium traho ad alta illa viridatia ſuſpirium! & tamen ad ignota ſuſpiro gaudia; quid ſi ea guſtaſſem, quid ſi fuiſſem illa expertuſ? certum mihi eſt, ſolo illorum deſiderio, velut ab igne cera, tabeſcerem, & vel millieſ in vitam vocatuſ non horrerem, vel iterum millieſ ac millieſ è vitâ tormentiſ ejiçii; ſolâ cupidine ac fame cæleſtium deliciarum illeçtuſ. Nunc verò cùm eaſ nec oculoſ viderit, nec aurioſ audiverit, ardeo tamen & aſtuanti ferò deſiderio ad voluptateſ nec auribuſ nec oculiſ unquam libat. Hoc ſcio, quam ſua ve ſore, quam & jucundum, non poſſe eſurire ampliùſ, non ſitire, non frigere, non dolere; non poſſe ampliùſ mori. Quotidiana hæc mala ſunt, quæ vitam humanam incuriunt. Et quota tamen hæc beatitudiniſ pars eſt, malis carere; imò beatitudo non eſt, ſed ut hæc ſic mala illa non eſſe neceſſe eſt.

Philo de proſop.

Deut. 1. 11. v. 10. & 11.

Ovid. lib. 1. de Ponto ſeg. 4.

2. Cor. 1. 5. v. 6.

Vita beatoruſ deſiderio probi & improbi differunt.

Ovid. Metamorph. & Trift. Philoſ. c. 3. v. 20.

Iſa. cap. 60. v. 20.

se est. Ergo verè beatum esse, non tantùm est à miseris A
procul esse, & nescire mala, sed & inter voluptates esse,
atque deliciis affluere.

§. V.

Gaudium
beatorum
est ineffa-
bile,

ET illas vestras, ô cæli cives, quas esse dicam? Grân-
dia sunt volumina, quæ illas conentur oculis subji-
cere. Sed & piorum voces de illis crebræ sunt, plenæque
sensûs & affectûs. Ah! infantum balbuties est; & malè
narratum somnium, quidquid scribitur, quidquid dici-
tur, quidquid canitur de beatorum gaudiis. Vel illorum
umbram cogitationes nullæ assequuntur, nedum voces.
Arque hinc est, quòd voluptatis tam incomprehensæ
cupidò, tam faciliè, tam sæpe interpescit. Nimirum unus
aliquis è silvâ carbonatius, tuguriolum solum quod habi-
tat, vel amplissimis palatiis, quia ignotis, anteposit.
Ita nos sæpe carceres nostros, quos incolimus, stellatis
illis regionibus præferimus; oblectatiunculas nostras,
quibus fallimur, futuræ anteponimus voluptati. Eheu
bis miseri! quibus necdùm, nec sine dolore frui licet peri-
turis gaudiis, nec assequi duratura illa, ob malè cupita
peritura. Sic cælum amittimus, & terram non retine-
mus! Beatos vos ô cæli Reges Reginaeque, qui maluistis
jacturam omnium facere, ut unus vobis esset omnia
Deus, qui vos jam innumeris cumulat bonis.

Et incom-
parabile.

Ah! ô Deus, ah! quid est, te frui, te intueri, te amare,
& amari abs te! formam suam in unum conferant for-
mosi homines omnes, suum splendorem omnes stellæ,
suam venustatem omnes flores, omnes gemmæ suam
elegantiam, suam pulchritudinem pulchra omnia: hæc,
inquam, in unum conferantur universa, colligentur,
& unum quid fiat; ad Deum collatum quid erit? non
tantum, quantum nox ad diem, ad solem candela, ad
mare una est guttula; adeò venusta omnia, pulchra om-
nia, bona omnia, præ uno illo pulchro & bono, non
rem tantum, sed & nomen amittunt. Hujus boni æter-
no intuitu beantur omnes cælestes: hujus aspectû sic sa-
tiantur, ut fatietas eos captura sit nulla, nullum fasti-
dium. Torrenscent sincerissimæ voluptatis inebriabuntur,
nec sitire desinent; sed neque desinent inebriari, & re-
perierit ab ubere consolationis; nam Dominus illorum de-
clinabit super eos, quasi fluvium pacis.

Isa. cap. 66.
v. 11.

O quæra securitas, ô quies secura, quam ingemisco,
cum cogito de te in hoc turbulento Oceano! O cælestes
epulæ! longè suavius est vel miculas vestras libare, quam
annos plurimos saginari è mensis Siculis. Beati, qui esu-
riem non longam æternis convivii mutarunt, brevem
sitim non defecturo nectare solantur, æstum & algor-
em jucundissimâ temperie, labores omnes non perituro gaudio exclu-
dunt. Ah! quam jucundum est exilii meminisse in pa-
trîâ, tormentorum recordari in gaudiis? Gaudete, ô
beati cælestes, nullæ vobis amplius erigentur cruce, nul-
læ volentur rotæ, nullæ induentur molestæ tunicæ,
nullæ in vos immittentur bestiæ, nullæ vos lacerabunt
ungulæ. Ignes, securæ, gladii, & omnis feralis supellex
in auctores suos rediit, illos æternum excarnificatura, à
quibus in infantum carnificinam usurpata est. Gaude-
te, victores Christiani: prunæ, quas calcâstis, jam rosæ
vobis sunt; unguæ, quas purpurâstis, lilia; columnæ, ad
quas cæli estis, trophæa; craticulæ, in quibus affati estis,
refrigeria; cruce, quas vestistis, thalami; saxa, quæ cruen-
tâstis, gemmæ; faces, quas sustinuitis, Favonii; carceres
quos habitâstis, Elysi campi vobis sunt.

Heb. cap. 11.
v. 37. & 38.

Probi ab
improbis
semper op-
pelli.

De his omnibus verissimè pronuntiavit orbis con-
cionator Paulus: *Circumierunt in melotib, in pelibus caprinis
angustissimi, afflicti, egentes, quorum dignum non erat mundus.*
Nec est, quòd quisquam meritò miretur, adeò probos
semper vitæque integros, ab improbis fuisse oppressos.
A primordio namque religio & innocentia vim parit-
ur. Qui Deo placuerat, occiditur, & quidem à fratre;

quòd proclivius impietas alienum sanguinem infectare-
tur, à suo est auspiciata. Helias fugatur, Hieremias lapi-
datur, Isaias secatur, Joannes legis clausula, in puellæ
sacrificis lucra, trucidatur. Eadem reperies omni ævo.
Quanti Cæsariano gladio ceciderunt? quanti aggeres
campique Christiano fatiscences sanguine, flumina ter-
rò egerunt? quàm multi dispersi, & palabundi in alias
alio sole calentes terras ejecti? sed felix Ecclesia, post tor-
pælia victrix & triumphans, omnis jam doloris & an-
gustia secuta, quia innixa dilecto suo, sponsa sponso: à
cujus labris medicamina, tanquam à lacteo puer ubere,
fugat in medelam; à cuius pectore, tanquam à fonte
perennaturo, restinguat sitim in æternæ dulcedinis au-
gmentum.

§. VI.

H sunt, qui Prophetiæ spiritu inundati, qui vitæ
sanctimoniâ clari, qui dispersi, qui vagabundi, pa-
trique soli extorres, conversationem suam quærebant
in cælo, æternitatis candidati. Itaque oculos attollamus
cælo. En Sionis gloriam pro luctu. Etenim hi sunt, qui
porum steru, panem cinere miscuerunt, gulam Deo suo
mactantes: hi qui animam suam, victis castigatione,
Deo immolârunt; qui carnibus & vino sæpe etiam pa-
nie abstinentes, leguminum pabulo, & aquæ potu, car-
ni frenos induerunt. Ex his Paulus, Anthonius, Hilation,
Macarius, Stylites, Paphnautius, Arsenius, Theodorus;
Daniel, Benedictus, Maurus, Placidus, Damascenus;
Bernardus, Dominicus, Franciscus, Bruno, Ignatius, om-
nem sui amorè ad cælum cælique Regem transfulerunt.

Post hos, Virgines nubere nescientes, quasi perpetuâ
carnis oblivione ad paradisi delicias jam adlectæ: faciem
frugi & oculos condignos divinæ disciplinæ arctissimâ
mancipârunt custodia. Hæ Apostoli exemplum & mo-
nita secutæ, nullum vitium noverunt præter Christum,
cui maturitatem suam sponsârunt; & in cuius volunta-
tem totæ concesserunt, soli Deo notæ; adeoque univer-
sim composuit, ut nec alios admiserint, nec suos emi-
serint oculos, soli libidini cæcæ.

Horum omnium animo magnum non fuit, ignem
risisse ut plumam, rotam amasse ut culcitram, bestias
provocasse ut muscas, flammæ calcasse ut rosas; ma-
gnum tamen fuit corpori, fuit ossibus, fuit nervis. Ma-
gna igitur merces manet tantorum suppliciorum victo-
ribus. Cruore, vibicibus, flagris, livore negotiati sunt co-
ronas. Ostende jam illis livores, negabunt esse suos. Siste
sanguinem, crudelem te dicent, quòd hunc fontem velis
stare, qui cælum referat; sudorem mirate, contemnent
tanquam viltoris mancipii donativum; vulnera com-
miserare, pellem dicent integram, quam integrit æterni-
tatis gloria. Magni omnes, sed post pugnam magni. Fe-
lices animæ, quæ ne caderent, cadebant quotidie mor-
tuæ, ne morerentur æternum. Bonus Deus, nec tantum
pater, sed & pia mater, quæ ut æternum lactet, modico
abstinthio infantem terret. Ah! sim & ego ex illis fi-
liis; imò ab hac matre juguler, ut filius fiam: perque gla-
dium fidei & veræ virtutis experimentum, transcribar
in meliorem vitam, imò in pacem Deo coævam. Nam
quid aliud à primordio fides & probitas, quam juguli debitoris;
hoc debitum exsolvam tibi.

Jaceat hic inhonoris cinis: animam tantum nunc
junge tibi, ô Deus, quam non pariteris æternum esse vi-
duam, & paradisi exulem.

Sed ad Divos redeo, qui arca cendenti veste induti,
mollis in hac triumphali, quamvis molestâ tunicâ,
quam in Milesiis, purpureis, aut coccineis steterunt ovi-
bus. Ita virtus duritiâ extruitur: ita plurimi cum Boni-
facio, Vito, Modesto, ferventi plumbo, oleo, resinâ,
pice, sulphure, tanquam balsamino perfusi rore, omne
crudelitatis ingenium contempserunt. Bene Cyprianus:
Quis, inquit, non omnibus viribus elaboret, ut cum Christo sta-
tim gau-

tim gaudeat ? ut post tormenta & supplicia terrena ad premia divina perveniat : Clauduntur oculi in persecutionibus terræ, sed patet cælum; minatur Antichristus, sed Dominus Christus ruetur; mors inferitur, sed immortalitas sequitur; occiso mundus eripitur, sed restituito paradisi exhibetur; vita brevis extinguitur, sed æterna reparatur.

Magna est dignitas inter presuras & angustias gloriosum exire.

Pf. 41. v. 3.

Augusti, in Pfal. 43. in Pfal. 39.

i. Actio cælestis desiderii.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

a Pfal. 54. req. 7. b Pfal. 119. v. 5. Sic legit Hieron. e Rom. c. 8. petii a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini, omnibus diebus vite mee c. Beati habitant in domo tua, Domine, in secula seculorum laudabunt te f. Letitia sempiterna super capita eorum; gaudium & exultationem obtinebunt g. 1. fa. c. 35. Hieron. 10. 1. epist. 22. ad

Quanta est dignitas, & quantâ fecitritas, exire hinc lætum, exire inter pressuras & angustias gloriosum; claudere in momento oculos, quibus homines videbantur & mundus, & aperire eodem statim ut Deus; videatur & Christus! Tam velociter migrandi quanta felicitas, ut terris repente subtraharis; & in regnis cælestibus reponaris! O regna! ô beatitudinem! ô delicias sine fine duraturas! Eô totus aspiro, eô mei anhelant gemitus: *Hæc mihi quia incolatus meus prolongatus est.*

Ecquando veniam, ô Domine Jesu, & apparebo ante faciem tuam? Nec enim usquam quidquam invenio melius quam te videre. Et mecum sentiens Augustinus: *Si invenis melius, inquit, quam videre faciem Dei, illuc te prepara. Væ tali amori tuo, si vel suspicaris aliquid pulchrius, quam est ille à quo est omne pulchrum. Qui fecit omnia, melior est omnibus; qui pulchra fecit, pulchrior est omnibus; qui fortis, fortior est; qui magna, major est. Quidquid amaveris, ille tibi erit: disce amare, in creaturâ Creatorem, & in facturâ factorem: ne teneat te quod ab illo factum est, & amittas eum, à quo & ipse factus es.*

His talibus suspiciis nutriendum est cæli desiderium. Nunc actiones hominis cælum desiderantis in paucâ confereo.

ACTIONES CÆLESTIS DESIDERII.

1. Prima omnium actio est hominis cælum animo desiderantis, mundum spernere. Pro thesauro non colliget plumbum, qui auri pretium cognoverit; deformem Vetustinam non amabit, qui Helenam spectaverit; facile contemnet mundum, qui paullo attentius consideravit cælum.

2. Cæli desiderium difficillima quæque non facilia tantum; sed & jucunda reddit. Qui cælum serid desiderat, laborare, precari, vigilare, inedia tolerare, humi cubare, carnem variis rigoribus atterere, inter sua via numerat. Carnis amor amore cæli superatur. Desiderium desiderio restinguitur: quidquid inde minuitur, hinc crescit. Illa omnia, quæ dixi, dura videbuntur ei, qui beatitudinem non expendit. Qui cælum desiderat, ingenti spiritu, toto pectore proclamat: *Quid mihi, & voluptati, quæ momento perit?*

3. Qui cælum ardentè desiderat, seipsum sæpius sic affatur: *Nonne melius est brevi tempore dimicare, ferre vallum, arma sumere, famem sitimque perpeti, lassescere sub lorica; ridete ad vulnera, & postea gaudere victorem; quam impatientiâ unius horulæ servire perpetuò? Quare age, labora; curre, vigila, opus fac Christiani, ministerium tuum imple, sobrius esto. Jam pugna; tempus est; sequetur victoriæ non tempus, sed æternitas. In præmium tibi promissum est cælum; aude illud rapere. Nihil amanibus durum est; nullus difficilis cupienti labor.*

4. Qui cæli cupiditate inflammatur; dies noctesque clamat: *Quis dabit mihi pennas sicut columba, & volabo, & requiescam a?* Heu me quia peregrinatio mea prolongata est b! Sed non sunt condigne passionis hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis c. Domine dixi de corem domus tue, & locuti habitationis glorie tue d. *Vnam petii a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini, omnibus diebus vite mee c. Beati habitant in domo tua, Domine, in secula seculorum laudabunt te f. Letitia sempiterna super capita eorum; gaudium & exultationem obtinebunt g. 1. fa. c. 35.*

5. Qui cælestis patriæ desiderio ardet, Hieronymi præceptum exactissime observans, egreditur quotidie de carcere, & presentis laboris ante oculos sibi pingit mercèdem. *Quo-*

tiocumque in mundo pulchri aliquid aut amoni, grati saporis Enstich. aut rare delectationis viderit, audierit, gustarit, contrectarit, esp. 18. sibi ad paradysum mente transgreditur. & esse incipit, quod futurus mihi p. 65. est. Et millies sibi ipse dicit: Hæc omnia & plura cum infinitè majori voluptate possidebimus in cælo.

5. Qui gloriam cælestem sitienter ambit, quietæ noctis silentium observat: hinc stelligerum cælum firmè suspiciens, seipsum Bonaventuræ verbis alloquitur: *O Bonaventuræ anima; quid dicere valeo, cum futurum gaudium aspicio? Tam pane præ admiratione defecio, quia gaudium erit intus & extra, subis & supra, circum & circa. Gaudebis in omnibus, gaudebis de omnibus. O anima, qualis tibi erit dies illa, cum supra omnes has stellas, ad felicissimas illas choreas fueris assumpta, cum tibi tormentum (si jam patienter id sustinueris) convertetur in æternum jubileum? Tunc de omnibus his laudabis Dominum Deum tuum. Misericordias Domini cantabis in æternum.*

7. Qui cælum in votis habet, quanto magis adversa sentit, & quanto gravioribus percussitur ærumnis, tanto ille ardentius ad patriam suspicans vociferatur: *O domus Dei æterna, tu esto lætitiæ & consolatio mea: dulcis memoria tui beati nominis, sit, revelatio mæroris mei & tædiorum omnium. O bone Jesu, doce me facere voluntatem tuam; ut à spiritu tuo bono deductus; ad illam beatòrum civitatem perveniam, ubi est dies æternus, certa securitas, secunda æternitas. Da quæso, Domine Jesu, ut illuc totis desiderijs & omnibus studiis constanter tendam, quò te ascendisse credo; ut in præfenti quidem miseriâ, solo tenear corpore, tecum autem semper sum in cogitatione; & ibi sit cor meum, ubi tu es thesaurus meus.*

CAPUT V.

Rosa Silvestris, seu, Patientia.

§. I.

Silvestri Rosæ Patientiæ conferimus. Virtus hæc necessaria, non tamen summè ardua: tribus solum gradibus ad eam pervenitur. Primo nomen PATIENTIÆ, alteri LIBERTER, tertio HILARITER.

Singulos explicamus. Primus Patientiæ gradus est, Patienter, seu, velle potius pati quam peccare; agrotare in alle quam magum consulere. Atque ita qui non murmurat, non queritur, non indignatur; qui manus dat, seque miseriis permittit; hic in primo Patientiæ gradu consistit.

Alter Patientiæ gradus est Libertèr, cum quis ad perferenda adversa promptus, nec gravatè collum submittit jugo, aptat se oneri, attemperat se doloribus sine lamentis in montem Golgotha evadit. Hic gradus primo longè altior est.

Tertius Hilarièr. Cupere adversis fatigari, eaque cum gratiarum actione velut donum è cælo admittere.

Videte quàm dispari conatu, alii atque alii hos gradus conscenderint. Non malè Heli, sed melius Jobus; sed optimè Andreas Apostolus; optimè Paulus, optimè Ignatius Antiochenus, Smyrnenis Antistes Polycarpus; optimè alii innumeri. Heli Sacerdos in primo velut gradu constitit. Nam cum ei Samuel divino jussu imminentem malorum seriem prædixisset, subjunxit Heli patiens auditor: *Dominus est, quod votum est in oculis suis i. Reg. cap. 3. faciat.* Jobus altior ivit, datus piscæ legi in speculum Patientiæ. Et an non quævis animo libenti pertulisse censendus, qui dixit: *Si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non suscipiamus? Sit nomen Domini benedictum.*

En volentem & lubentem Jobi animum in adversa omnia. Hæc tamen à Deo non petiit, neque enim illum ulcerum thesaurum desideravit, neque illum liberorum stragem optavit. At verò in lege novâ discipulus Christi Andreas crucem omnibus votis expetiit, eminus conpectam amiceffimè salutavit, *Salve, ô bonæ crucis.* Depo-

Rom. cap. 9.
vers. 3.

nendus è cruce, nequaquam se inde solvi passus est nisi mortuum. Hoc nimirum est, hilariter pati. Ita Paulus doluit non posse vel centum cruces uno vestire corpore; voluisset mille animas habere, quò eas liberaliùs pro Christo posset per varia supplicia prodigere; insatiabilis erat patiendi. Nam ubi quotidie pæne mortuus & innumera passus, *Optabam, inquit, ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis.* Beatus Bonaventura licentissimus patiendi: *Nolo, inquit, esse sine vulnere, & bone Iesu, cum te sic vulneratum videam. Non convenit, Domine, ut ego gregarius miles, cuticulâ non sauciâ & bene curatâ triumphem, tu verò dux in oculis meis pæne unum, sed grande ac lacrymabile vulnus pendes & expires.*

Moris erat olim pæne omnia vestium dissecta gerere: ocellatus thorax, ocellatæ manicæ, tibialia, caligæ, fenestrati calcei, perforata omnia censebantur pulchra. Si quis ejus rei causam sciscitatus objecisset, eum sibi morem probari non posse, ob plures ac superfluos sumptus, prolixiorẽ sartoris operam, pannos subditios, & breviorẽ vestis usum: huic nemo non respondisset: Ita moris est; hæc vestium forma jam omnibus placet, ideo nec operæ, nec crumenæ hic parcendum: novis vivendum moribus est. Nunquid argumentum nostrum videtur probum? cur ergo non optimè ratiocinetur Bonaventura: Hoc quidem asperum nec facile toleratu, res sudoris & arduæ virtutis est, sed quia in te, Domine Jesu, hoc novum vestimenti genus contueor, omne corpus tuum ocellatum, & vulnus hæret vulnere, nullum membrum non saucium est: & ego pro meo in te amore hunc habitus modum amplectar; ardentè cupio crucifixo Domino meo, quâ licet, exæquari. Puder jam integro esse corpore. Dominus meus Jesus fel bibit, nec ego hoc salernum respuiam: Dux meus spinas pro galeâ gerit, ergo facessite rosâ à meo capite, inter orbiculatum senticetum ero formosior.

§. II.

B. V. Mariam primum patientiæ gradum conscendisse,

Atque hi sunt Patientiæ tres gradus: Nunc porro videndum, qui eos Virgo beatissima conscendit, cui plurima semper Patientiæ seges fuerat in manu. Atque ut hæc summatim libemus: Anceps Josephi animus, & oculi abiit molitio, quantum mæroris habuit? Tacuit Virgo, & rem Numini commisit. Puerperium in spelæo, pæcudum hospitio, in extremâ rerum omnium penuriâ, quantum incommodorum tulit? Tacuit Virgo, & pertulit. Filium octavo die cruentari, non potuit non esse acerbum huic matri vulnus. Hunc ipsam filium Herodis gladio destinatum ad necem quæri, mors utique fuerat huic parenti. Sequitur fuga in Ægyptum, & totius septennii exilium. Quæ omnia Virgo patientissimè tulit. Filium duodennem cum triduo amisset, quantis eum suspiciis, quantis doloribus quæsisse censenda est? nec tamen hic quidquam habuit impatiencia. Joannem Baptistam aulicum Herodis concionatore capite plexum esse, acerbis quoque nuntius huic Virgini fuit. Quantum deinde amaritudinis cumulus in virgineum pectus descendit, cum filius plebem miraculis & concionibus formaret, sæpe tamen non referret nisi contemptum, irrisionem, convitia, calumnias. Hæc matris animum compunxerunt, simul tamen patientiam accenderunt.

Quod verò pelagus doloris & mæroris in Virginis animum sese infudit, cum filius vale mælestimum matri diceret subiturus crucem? Hic mæror ex merore, alia atque alia doloris acerbities secuta. Brevi adfuit de filio capto nuntius, quem nox utique acerbissima excepit. Postera lux omne crudelitatis ingenium in virginem Patientiam explicavit. Quidquid ulli unquam Martyres pertulère, hoc eo die unâ Virgo pertulit, & ditiora. Quæ enim in Virginis auribus tempestas fuit infantibus populi clamor, tolle hunc, crucifige: O quale &

quàm luctuosum in maternis oculis spectaculum, filius flagris cæsus, spinis coronatus, in ludicrum regem vestitus, damnatus ad crucem! Ecquis, oro, sensus Virgini, cum illam funestissimam pompam prodeuntis inter latrones filii suis oculis spectavit? Quis denique acerbissimum oceanus mentem Virginis vallavit, cum filium in trabe jam pendentem, jam morientem vidit, ultima morientis verba audiit, mortuum suo sinu excepit?

Post filii verò ad Patrem reditum duo maximè torquebant matrem; Judæorum horribilis pertinacia, & sui obitus dilatio. Nihilominus hanc ærumnarum molem non patientissimè solum pertulit, sed & alterum tertiumque Patientiæ gradum superavit: quod demonstramus hoc modo.

Tantò erectior & illustrior est in homine Patientia, quantum in eodem amplior est divinæ Voluntatis, Sapientiæ, Providentiæ, Bonitatis ac Justitiæ cognitio: at qui Virgo beatissima præ aliis omnibus notitiam illam habuit; ergo se semper & in omnibus divinæ Majestati cum perfectissimâ patientiâ subjecit. Noverat illa excellentissimè mærores suos ac dolores omniumque hominum à divinâ voluntate, & velut à Dei manu submitti. Itaque quidquid adversi sentiebat, summi beneficii loco habebat. Quâ quidem ratione generosissimis Martyribus exellebat, in quibus non genus supplicii, sed ardor patiendi attendendus.

§. III.

Patientia cibario pane magis necessaria est: quia cum panis deest, aur illius non satis, nunc Patientia ejus vicem subeat. Adeoque Tarsentis Paulus multò quàm verissimè dixit: *Patientia vobis necessaria est.* Hominem cetera imbecillum, patientia tamen eum & diaboli & sui victorem efficit. Homo ad patientiam composuit omnem Acherontis exercitum tutò ad certamen provocat. Philistæus gigas: *Dato mihi virum, clamabat, & ineat mecum singulare certamen.* Talis athleta Jobus, omni armorum genere cum diabolo congressus est, & semper palmam tulit. Patientia virtutum omnium munimen est. Quod Gregorius affirmans: *Patientia, inquit, est radix custoque rerum omnium.* Nec verò quidquam est, quo Deum quis potètiùs demereatur, quàm patientiâ: sed nec ullum certius amoris in Deum est argumentum, quàm multa pro Deo patienter ac libenter tolerare.

Ludovicus Blossius peritissimus magister spiritus vel mediocrem, vel etiam in parvis patientiam illustri ac digno profusè elogio commendat; nec pulem alium facile scriptorem esse, qui rem oculis tam nativâ & propriâ dictione subjiciat. Auctoris verba quàm integerrimè recito. Hæc Blossius est institutio: *Neque enim aliquid utilis, inquit, homini accidere potest, quàm tribulatio, sive fit externa sive interna. Et nullum certius signum divinæ electionis habetur, quàm si quis tribulationem humiliter patienterque propter Dei amorem sustineat. Illa enim est pretiosus & præclarus amicus, quo Deus animam sibi desponsat. Patri pro Deo, res tantæ dignitatis est, ut homo jure se reparare debeat indignum eo honore. Etiam exigua molestia propter Deum æquanimiter tolerata, incomparabiliter præstantior est, quàm sint multa & grandia bonorum operum exercitia. Quodvis gravamen imaginem aliquam excellentissime Passionis Domini nostri Jesu Christi refert, & in eo homo promereri potest perfectam ejusdem Passionis Domine participationem.*

Atque hinc est, quòd Christus iis, qui virtute jam multâ sunt exerciti, calamitates varias in præmium mittit: perinde ut Domini probatissimis famulorum præturas & præfecturas muneris loco committunt. Ergo labor, inquit, laboris merces sit? Ita omnino; si labor aut magnæ dignitatis, aut excellentis lucri sit. Sapienter nihil suavis his laboribus. Hoc Christus luculentè facis calamo beati Marci explicans: *Nemo est, inquit, qui reli-*

Secundum & tertium superasse demonstratur.

Hebr. c. 10. vers. 36.

1. Reg. c. 17. vers. 10.

Patientia virtutum omnium munimen est.

Blossius in spiritu. cap. 8. circa med. mibi pag. 389.

Tribulatio utilis, inquit, homini accidere potest, quàm tribulatio, sive fit externa sive interna. Et nullum certius signum divinæ electionis habetur, quàm si quis tribulationem humiliter patienterque propter Dei amorem sustineat.

Et est imago aliqua passionis Christi.

Et est imago aliqua passionis Christi.

Marci c. 10. c. 29. & 30.

tamen aliter non ultus est, quam ut Brictium voce placidâ compellens: Num ego, inquit, Bricti, delirus tibi videor? Cùmque ille in ruborem datus, id à se dictum negaret, Martinus addidit: Cùm hæc loquereris, aures meæ ori tuo hærebant. Et en, obtinui tibiâ Domino, ut primus post me Pontifex sis. Sed scias variis te tempestatibus in eo munere exagitantum. Hæc Præsulis Martini ultio erat, convitiatore plus ceteris juvare precibus. Hunc Antistitem nemo iratum, mœrentem aut ridentem nemo vidit unquam: talis semper fuit, qualis sol est supra nubes. Vale Socrates, vale; habemus viros probatoris patientiæ, quamvis eam ab uxore tuâ Xantippe non acceperint.

3. In Columbanus. *Pythag. Apsid. viobam. serm. 19.*

4. In Constantino & Theodosio. *Inpp. Chryf. 10. 1. hom. 20. ad pap. Antioch. sub finem.*

Dubitaverat secum beatus Columbanus, an injurias hominum, an sævitiam potius bestiarum perferret. Visum est denique satius esse homines quam feras tolerare. Imperitissimus enim est, qui aliorum imperitiam, & planè fatuus, qui fatuitatem aliorum perferre nescit.

Hinc regiæ illæ Constantini & Theodosii Imperatorum voces. Fuerat Constantini statua à nescio quibus furiosis hominibus vulnerata faxis. Non defuerunt, qui optimum Imperatorem acriter instigarent, ut in reos animadverti placeret, præsertim cùm Imperatoriam faciem sædè vulnerârent faxis. Constantinus, ut ei promptum ingenium erat, manu faciem oberrans & subridens: Ego verò, ait, nihil vulneris in vultu deprehendo. Magna virtus est, si non lædas, à quo læsus es: magna virtus, si ei parcas cui nocere possis. Nobilissimum vindictæ genus est, ignoscere. Hæc Christiana est ultio; hæc cordatissima Patientiâ, illi Philosophorum pictæ longissimè antestans.

Theodosius familiariter rogatus, cur neminem eorum, à quibus injuriam accepisset, securi addiceret. O usinam, inquit, vel mortuos ad vitam revocare possim; cur vivos ob injurias morte mulctem? Hæc Patientiam sapiunt Christianam, his præmium primum aut inter primos debetur.

5. In duobus religiosis fratibus. *Ruffin. Aquis. lib. 3. num. 23.*

Nec omiserim illustre factum, quod Ruffinus Aquilejensis recitat. Duo religiosi fratres habitabant unâ, ab omnibus de Patientiâ commendati. Fuit, cui animus esset tam laudatam Patientiam curiosus explorare. Ergo ad eos revisens amicum hospitem se gerebat. Ingressus hortulum absque arbitro, quidquid ibi oleris erat, fuste ita contudit, ut nulli esset usus. Hanc illi mensæ suæ stragem viderunt, nec tamen animum aut vulvum in hostem mutârunt; certi omnem isthanc injuriam constanti silentio conçoquere. Cùm verò cenulæ tempus appeteret, nec esset quod mensæ inferretur, hospitem allocuti à Domine, ajunt, vis, ut caulem illum, qui in hortulo remansit, in cenam paremus? urget hora, nec aliud ad manum est. Hic hospes in genua ruens, & rarissimam patientiam exosculatus: Deo, inquit, gratias ago, à quo vobis tam eximium patientiæ donum est. Augete hoc, etiâ me hortatore: regiam ad cælum viam insistitis. Patientiæ constantiam adjungite, & vestrum est cælum. Patientiâ secundum fluvium navigat, nec unquam aberrat ab optato portu.

6. In Stephano Reatino.

Geminis illis fratribus jungendus Stephanus Reatinus in Sabinis sacerdos. Hic defectam segetem è modico agro in proximam aream congeslerat, totius anni solatium. Eò improbus quis subrepsit, & ignem subdidit frumentario acervo. Nuntiativè hoc trepidè discipulus Stephani, & Væ tibi, clamitabat, væ Pater, area incensa est. At Stephanus ore imperturbato: Væ illi, respondit, cujus malitiâ id nobis accidit. Persuasum habuit vir patientissimus, nihil malum dici oportere, nisi peccatum. Vera patientiâ eum sibi amicum credit, qui molestiam irogat, aut injurias; adversarios pro adiutoribus habet, contumelias gratias reddit, damnum pecuniarium inter lucra numerat. Eversis aut perditis rebus omnibus; cùm consilio profici videretur nihil, una

A superest ratio, quidquid venerit, ferre moderatè ac patienter.

Verùm non satis est Christianæ patientiæ, ut diximus, in primo alteròve gradu consistere, ad tertium etiam elucatur; ut quod ferendum est, non patienter tantum & libenter, sed & hilariter perferatur.

§. VI.

Petrus Clarævallis Abbas, gravi morbo affectus, & oculo altero captus fuerat. Ceterùm tantum ab-Claræval-
fuit, ut ob eam cladem conceperit mœrentem, ut testa-
retur etiam vehementer se gaudere, quòd ex duabus-
corporis partibus sibi inimicissimis, alterius molestiâ liberatus sit.

Gaudebat & Pignenius Romanus presbyter, quòd 8. In Pi-
ambobus esset oculis orbat, ne hostes Ecclesiæ cog-
neretur cernere. Occurrit ita illi aliquando Julianus *gmenio.*
Apostata, & blandè, sed nequiter: Diis, inquit, gratias habeo, ò Pigneni, quòd te videam. At Pignenius se-
verè ac fortiter: Et ego, inquit, Deo meo gratias habeo, ò Juliane, quòd te non videam. Jacturam corporis vir iste tam pacato & hilari animo tulit, quàm generoso & forti tyrannum omnibus formidolosum & terrificum contempsit.

Non desunt exempla patientiæ, modò sint qui imitari velint. Illud è multis millibus illustrissimum tam Christianæ liberalitatis quàm patientiæ sidus emicat, *9. In Elisa-
betha.*
Elisabetha regiæ stirpis vidua. Hæc defuncto conjugè, *Ludovico
Thuringie
Principe.*
cognatis provinciam occupantibus, cum liberis ejecta, inops, vaga, exul, ærumnis omnibus pressa; ab iis etiam, in quos olim beneficia contulerat, deserta & contempta, tam constanti animo cuncta sustinuit, ut eo ipso tempore, & in hac ipsâ extremâ mendicitate hymnum, *Te Deum laudamus,* decantari voluerit: eam ob causam cœnobium Fratrum Minorum adit, infimis precibus hanc sibi gratiam fieri, & Canticum, quòd dixi, decantari rogavit.

Uidetè regii sanguinis feminam fortunis omnibus *Franciscus
Flaratis
die 19. No-
vembris,*
evolutam, & tamen patiens est, ab omnibus deseritur, illa tamen non deserit Deum: ad mendicos detruditur, quæ tot millibus mendicorum subvenit, nemini tamen malè precatur. Vix quicquam vel hospitio eam dignatur, & tamen gratias agit. O grandem patientiam! voluntariè Deo sacrificavit, quisquis in ærumnis gratias egit. Hæc via est ad cælum: viam ire potes aliam, cælum per aliam invenire non potes.

Hinc optimè responsum à religioso senè. Rogabat *Ruffin. A-
quis. lib. 3.
Pelag. li-
bell. 15. n. 83.*
illum juvenis, & Quæso te, mi Pater, ajebat, juvâ imperitiam meam; memoria mihi nec capax, nec firma; præceptionibus onerari se non finit. Eam ob rem unum atque unicum mihi documentum penitus velim instillari, cujus per omnem vitam oblivisci non liceat; ejus tamen generis sit, quòd rectâ semitâ ducat ad cælum. Huic senex: Bene mones, inquit, unicum tibi monitum, id què brevissimum suggeram, Sed dic, oro, potes convitiis & injuriis affici? Possim, respondet. Senex iterum: Potes silere? Possim, ait, sed non semper. Potes injurias atque convitiâ ferre & conçoquere? Hoc difficultius, sed conabor posse. Denique senex: Hoc igitur, inquit, monitum cape: *Salutis via, injuriarum tolerantia.* Hoc monitorum monitum, hoc præceptionum epitomen puta. Nihil verius: Nam quòd Augustinus dixit: *Veram humi-
lem patientiâ ostendit injuria.* *August. ad
Proban.*

Atque hæc injuriarum tolerantia sæpe fructuosissi-
ma est. Spiridionem virum sanctissimum: Constanti-
nus II. Imperator è Cypro ad se in aulam, evocaverat. Ille abjectissimo quo solebat habitu, lagenulam fictilem è collo pendentem, & baculum manu præferens in aulam venit. Fuit ex aulicis, qui hunc tam abjecti hominis ingressum, aulæ contemptum interpretatus, colaphum incureret. Spiridion dicti Dominici memor altera-
ratu

ram quoque genain promptissimè obvertit. Tanta viri patientia turgidum percussorem ad eò attonuit, ut repentè facti veniam supplex peteret. Neque illum Spiritio negavit: hoc unum addidit, deinceps injuriis abstineret; aut certè cunctantius inferret.

11. In aliquo è Societate Jesu, pro foribus hominis idololatæ filiolam baptisimâ percupidam reperit, eamque Christianis facris imbuerè cœpit. Ut hoc sensit mater, primùm alapam, dein pugnâ faucibus incaussit, imò & fuste rem egit furiosa. Sed ea fuit hominis religiosi submissio & patientia; ut illa ipsa mulier (tanta virtutis vis est) cum omni familiâ Australi fonte sic expiata. Priscis instar miraculi fuit, quod subjungo.

12. In Marco Catoni causam in foro agentis, Lentulus attrita pingui salivâ mediam dicentis frontem conspuit. Cato sui minimè oblitus, vultu modestè absterfo: Omnibus, inquit, ô Lentule, affirmabo, eos plurimùm falli, qui te negant os habere. Joco profusus ingenioso tam fœdam injuriam digessit.

13. In Joanne Ferdinando Verbi est Japonia. Sed Catoni parem aut superiorem adstruo: è cujus patientiâ plus consecutum est emolumentum. Joannes Ferdinandus, beati Francisci Xaverii in Japonem comes, Amangurii publicâ, ut solebat, viâ concionabatur. Hic præteriens è plebe nescio quis, attrita præpingui salivâ, repentè in mediam inspuit faciem: ille sine perturbatione ullâ spurum linteo abstergit: ac ne verbo quidem reddito, cœptam orationem eodem profusus tenore vultuque profequitur. Id contemplatus ex auditoribus quidam haud imperitus rerum æstimator (ex quo facile intelligas, ad permovendos animos facta dictis quantò antecellant) caput cogitare apud se; profectò nobilissimum atque ad eò divinum philosophiæ genus esse, quod homines ad tantam æquitatem animi constantiamque perduceret. Dimissâ dein concione, domum ad Fernandum venit, præcipua Christianæ fidei capita legè que probè cognoscit: postremò certis præcationibus, Moysi que Decalogo ac Symbolo Apostolorum è cathecismi formulâ memoriter haustis, Amangurianorum omnium primus antea vitæ detestatus peccata, sacro fonte renascitur. Hunc alii deinceps divino impulsu imitati, quorum ad quingentos brevi pervenit numerus; & quidem ita in proposito sumi stabilesque, uti per varias deinde clades & bellica infortunia, & nefarias Bonziorum conspirationes, magistris ac pastoribus haud semel orbat, suis tamen ipsimoribus ac vitæ ratione, Christianam fidem & disciplinam in hoc usque tempus religiosè coluerint. Origo messis tam copiosæ in solo sterili, Christiana fuit patientia.

§. VII.

Narrant Principem pro simbolo habuisse pictum struthiocamelum, additâ inscriptione: *Durissima coquit spiritus*. Struthiocamelus (res nota) ferream rostro soleam præfert, ut sui stomachi vires ostendat, qui etiam ferro digerendo valeat. Vir è solido patiens nullum non ferrum concoquit. Corpus hominis istius spectas: stomachum plerumque non robustissimum habet, utpote jejuniis & inediâ fractum. Animum inspicias? Struthiocamelum dices; colaphos, saxa, clavos, gladios, catenas, lanceas, omnem mortis suppellectilem spiritus patientiæ consumit.

Fit nonnunquam ridiculi causâ, ut scortus thorax seu colobium minutum concisum adjecto pipere ita coquatur, ut & comedi possit, & digeri. Cibi olim durissimi erant injuriæ, calamitates, calumniæ, luctus, dolores, mors: at præduros hos cibos Christus patientissimo amore ita fregit, ita concoxit, ut eos jam stomachus etiam imbecillior possit digerere. Pueri puellæque & & fessi ævo senes, tam crassos bolos non solum glutiunt, sed & concoquunt. Ad carcerem Agatha velut ad epu-

Tom. I.

lum saliare properat. Laurentius inter prunas jocatur. Invitat bestias Ignarius. Crucem & saxa Philippus Apostolus amplectitur. Ita spiritus durissima coquit: Gaudet patientia duris.

Fastidiosi nimium & imbecillis stomachi est, qui nec verbulum quidem aut injuriolam potest concoquere; quin obgannat, & obluetur, quin cibum pæne prius revomat, quàm admittat. Væ huic homini cum hoc tali stomacho: *væ his, qui perdidervnt sustinentiam*. Hinc omnis generis morbi, hinc misera & præmatura mors. Optimè dixit Hugo: *Qui dolorem capitis non patimur benignè, quomodo pro Christo capitis abscissionem patiemur?*

O delicati nimium & impatientes! militia agimus, quid hic lautitiam & cupedias sectamur? arma potius, arma quaramus, & ante omnia clypeum patientiæ. Et sciamus victoriam omnem esse sitam in perferendo. *Virg. Quid quid erit, superanda omnis fortuna forendum.* Omni hominum ordini, ætati, sexui patientia non decora tantum, sed & necessaria est. Juvenes es? sustine; plus virium & roboris habes. Senes es? sustine; major tibi prudentia, longior est experientia, quæ vires suggeret. *do est, lib. 5. Vir es? sustine, & eum age quem proferis. Femina es? sustine, & Christianam esse te memento, quæ etiam in ignibus daret. Servus es? sustine, ut saltem animi tui sis dominus. Pauper es? sustine, ne malum tibi geminet impatientia. Dives es? sustine, ut tibi tuus etiam in celo thesaurus crescat. Tui juris es? sustine; nemo verè liber est, nisi qui patiens est. Religiosus es? sustine: nam id eò viam arctam ingressus es, ut quamplurima pariaris. In conjugio vivis? sustine, & cogita conjugium metropolitin esse omnium molestiarum. Cælebs es? sustine; satis tibi sit uxor ac liberis carere, molestissimis oneribus. Virgo es? sustine: nam virginitas, ut Ambrosius vult, facit Martyres, sed non sine pugnâ. Vidua es? sustine, afflictionum magnus est viduitas. Doctus es? & tu quoque sustine, ne non tantum indoctus sed & fatuus habearis. Quisquis impatiens est, stultus est. Indoctus es? æquum est, ut non minus sustineas, quàm docti. Ergo remigem te cogita in procellosissimo mari. Sanus es? sustine, ut sanus maneas: morborum omnium deterrimus est impatientia. Egrotus es? jam maximè sustine: prima patientiæ opportunitas est morbus.*

Consummatissima Christianorum Philosophia est, *Christiana Bona facere, & mala pati*. Et quod mireris, ad ipsam impatientiam opus est patientiâ, & sæpe magnâ. Expectat quis inimicum in insidiis, famem perfert, negligit somnum, tolerat frigus, exponit se periculis. Ecquid tandem meditatur hic homo, tot incommodorum tam patiens? *Christiana non est bona facere, & mala pati.* Ut acceptæ injuriæ impatientiam potenter exerat in adversarium. Saul Hebræus rex impatientissimus, Davidem à cantatricibus puellis sibi prælatum, quàm prolixâ usus est patientiâ, ut illius, quam sibi fingeat, injuriæ impatientiam insignitè proderet. Absalon patientissimus nequam, sic loquar, patientiam biennem exhibuit strenuè, ut tandem impatientiam, quàm è violatâ sorore conceperat, insigni flagitio patefaceret. De his talibus appositissimè dixit Hieremias vates: *Et iniquè agerent, laboraverunt. Conceperunt dolorem, & pepererunt iniquitatem.* Calicem mundi biberunt, & amici diaboli facti sunt. Bibunt calicem, absinthium potant, calamitates etiam gustant, sed amarum hoc poculum aliis propinant; uti Theramenes venenum in carcere hausturus: Propino, inquit, hoc Critiæ: reddensque poculum servo publico: Vide igitur, ait, ut hoc ad eum continuo perferas. Fuerat autem Critias è triginta tyrannis crudelissimus, & causâ Theramenis necati.

§. VIII.

Ita illi hominum impatientissimi suas calamitates in alios etiam, quantum licet, derivant, ne soli sint miseri. Ita contemptis legibus divinis malum pro malo, maledictum pro maledicto reddunt.

B b b 3

Quam

est; acerbissimè tractatus à satanâ, omnes tamen satanæ vires infregit patientiâ.

Paulus non rorans tantùm nubeculas; sed nimbos, cataractas, grandines tulit; tam crebris impetibus fulminibus, ac si omnes in eum unum diaboli collineassent: tam genes, quàm Judæi suam in illum seviriam acuebant. Hinc longissimum ærumnarum catalogum, tenens: In laboribus, inquit, plurimis, in carceribus, in plagis, in mortibus quotidianis. Ter virgis casus, semel lapidatus, iter naufragium passus, in vigilis multis, in frigore & nuditate, in fame & siti, in jejuniis multis suam Orbi patientiam probavit.

2. Cor. c. 6. vers. 5. Ibid. cap. II. vers. 25. & seqq.

Nullus Sanctorum sine luctu & patientiâ coronatus est.

Franciscus Ribera in ejus vita lib. 4. c. 17. propius finem.

Quis Sanctorum sine luctu & patientiâ coronatus est? Abel justus occiditur, Noë plurifariam exagitur, Abraham ærumnis multiplicibus cõsistat. Et ne in immensum extendam volumen, quære, & invenies singulos adversa passos. Solus in deliciis Salomon fuit, & forsitan ideo corruit. Amici Dei quotidie aliquid pro Deo tolerant; nulla eis sine nubeculâ præterit dies.

Beata Teresa, illud Hispaniarum sidus, virgines suas ad omnigenam virtutem identidem hortabatur, ad nullam verò magis quàm ad constantem pro Christo tolerantiam, Erubesceret proinde, si aliud iter cuperent insistere, quàm quod sponsum signâset cruentis vestigiis. Hoc Teresa à Christo didicit, qui eam sic fertur allocutus: Meritum non in fruendo, charissima, sed in operando, patiando, amando situm est. Vitam meam alpicere dolore & passione plenam. Semel duntaxat in monte Thabor gloriæ scintillam edidi. Nec mater mea sine maximis doloribus fuit. Nam ex quo illam Simeon perferendi doloris commonuit, id luminis à Patre meo accepit, ut omnia, quæ ego decursu vitæ passurus eram, viderit. Plurimi amicorum; qui in eremo vixerunt; quamvis assidue cum diabolo ac secum ipsi luctarentur, tamen multo tempore omni solatio caruerunt. Crede mihi filia, quem Pater meus majori amore prosequitur, hunc majoribus etiam laboribus exercet, & his responderet amor. Hoc iter est veritatis. Me respice & mea vulnera: dolores tui nunquam hæcenus huc pertigerunt. Hæc filia Christus. Inde Teresa patiendi cupidissima, non aliam vivendi causam sibi esse dicebat, quàm ut Dei nomine quamplurima pateretur. Hinc sapius toto animo ita solita est precari: Domine Jesu, non aliud à te flagito, quàm aut mori, aut pati. Perinde si diceret: Tandiu patiendi tempus est, quamdiu moriendi non est. Ergo mori vult, qui pati amplius non vult.

Ioan. c. 19. vers. 30.

Luc. cap. 23. vers. 46.

Certe Servator jam morti proximus, Consummatum est, exclamat. Quod debui, pertuli: ad omnem Patris voluntatem passus sum omnia mihi patienda. Subjunct: Pater in manus tuas commendo spiritum meum, & quem commendavit, emisit: nihil enim, quod ulterius pateretur, fuit; omnem calicis amarorem ad guttulam exhaustit. Cum ergo defuit Pati, secutum est Mori. Quisquis inter animosus Christi amicos censeret cupit, hoc idem calidis suspiriis sapius roget: Domine Jesu, aut Pati, aut Mori. Si nondum dignus sum mori pro te, dignus sum pro te Pati.

ACTIONES PATIENTIÆ.

1. Actio patientiæ actio est Tolerantia injuriarum, cum non solum reus, sed & innocens cum Job de se affirmat: Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Oraculum est ab Apostolorum Principe: Melius esse beneficientes, quàm maleficientes pati.

Secundâ.

1. Prima, & altera, tertiâque, adeoque primaria patientiæ actio est Tolerantia injuriarum, cum non solum reus, sed & innocens cum Job de se affirmat: Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Oraculum est ab Apostolorum Principe: Melius esse beneficientes, quàm maleficientes pati.

A transferbere: Faciat Deus, quod bonum est in oculis suis. Ferendo & cedendo vincimus.

3. Verè patiens, injurias non solum non vindicat in inimico, sed inimicum etiam amat, pro inimico orat, imò etiam beneficia in inimicum collocat. Atque ut hoc ritè faciat, occasiones id faciendi sedulo captat: Patientia vera, inquit Gregorius, ipsum amat quem patitur. Nam tolerasse & odisse, non est virtus mansuetudinis, sed velamentum furoris.

4. Verè patiens (quod probissimè observandum) in omnibus quæ angunt, turbant, urunt; in quibuscunque demum adversis se quamprimum ad Christum crucifixum, velut præsentem sibi convertit, eumque his talibus vel sexcentis vel millies uno die alloquitur: Domine Jesu, da mihi veram patientiam. Subinde solis duabus vocalibus: Domine Jesu, affectum suum applicat. Hæc alloquia roborant, hi affectus calefaciunt, hæc ad Christum conversiones solantur & erigunt.

5. Verè patiens proponit sibi diversa eorum exemplâ, qui singulariter excelluerunt hac virtute. His inspectis ita secum ratiocinatur: Tu non poteris quod isti & istæ? En tot millia beatorum cælitum, quantâ patientiâ eò se penetrarunt per arctam semitam, per ostium angustum. Imò tot etiamnum superstites in oculis sunt, qui mirabilem in adversis tolerantiam exercent. Quid tu horum impatientissime mortalium? Illi præcunt magnis passibus, tu non sequeris? exemplâ vides, non imitaris? Num cogitas cælum ascendere non probè contusus, sine vulnere, salvâ pelle, pede inoffenso? Ad paradysum non per paradysum, nec per viridaria itur, sed per dumeta. Patientiâ in rebus omnibus maximâ est opus. Calamitatis cujuscunque remedium est patientia.

6. Verè patiens quotidie primo manè Deo se quàm integerrimè offert ad omnia toleranda, undecunque demum ea proveniant; simul ingens in animo patiendi desiderium excitat, & unâ firmissimè apud se statuit adversa omnia velut è manu Dei suscipere. Hic idem vesperi Deo gratias agit, non tantum ob beneficia, & ob res secundas, verum etiam ob adversas & tristes, quas itidem beneficii loco numerat.

7. Verè patientiæ est, non tantum manus à verberibus, sed etiam linguam à verbis impatientiam olentibus, imò & oculos à torvo aspectu, imò & cor, atque hoc maximè à furiosis cogitationibus cõtinere. En Matrem Domini, quæ ad eò nihil vindictæ spirabat, nemini malè precata; ut si filii sui crucifixores & hostes uno omnes fulmine potuisset sternere, rogasset potius cum filio: Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt.

8. Verè patiens non fugit consortium eorum, quos sibi sentit adversarios; imò quærit, ut semper præsto sint à quibus exerceatur ad patientiam. Ita Alexandrina dives matrona ab Athanasio Antistite viduam sibi in domo suâ gratis alendam petiit; non morigeram, & placidis moribus obsequiosam, sed iracundam, garrulam, rixosam. Atque hanc demum impetravit, & magnas præfuit gratias egit, quòd occasionem nata esset exercendæ patientiæ. Rem fulius narrat Cassianus collatione 18. c. 14.

9. Verè patiens omnem impatientiam, quam in seipso deprehendit, quamprimum punit, & interim sibi ipse concionatur: En delicate martyr, en hominum impatientissime, hoc jam lucraris, quod ipse sentis. Res adversas impatientiâ tuâ non sustulisti, sed auxisti. An necis? Impatientia malum malo cumulat. Ergo Perfer & obdura; dolor hic tibi proderit olim.

Leniter ex merito, quidquid patiari, ferendum est. Quando autem negare non potes, quòd inferortum cruciatus vel certius sis meritus, tolera igitur minutas has seu molestias, seu injurias, & gratias age pro tam brevi & miti inferno.

Tertia.

Gregor. in Ezech.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Septima.

Luc. cap. 23. vers. 34.

Octava.

Nona.

Ovid. lib. 3. Amor.

Decima. 10. Verè patiens selectissimus è sacrâ paginâ sententiarum se armat: Quales sunt:

1. Si bona susceperimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus?

2. Patientia pauperum non peribit in finem.

3. Doctrina viri per patientiam noscitur.

4. Ne dicas: Reddam malum pro malo. Expecta Dominum: & liberabit te.

5. Usque in tempus sustinebit patiens, & postea reddidit iucunditatem.

6. Si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram.

7. In patientiâ vestrâ possidebitis animas vestras.

8. Si sustinebimus, & conregnabimus.

9. Quoniam servasti verbum patientiæ meæ, & ego servabo te ab horâ tentationis.

Nec veterum gnomas spernit patiens, sed eas sibi applicat, in rem suam convertit, & amplum ex iis fructum consequitur. Quales sunt:

1. Non quid faras, sed quemadmodum faras, interest.

2. Speremus quod volumus, sed quod acciderit feramus.

3. Feras, non culpes, quod vitari non potest.

4. Tanto quisque minus doctus est, quanto minus patiens.

5. Patientia tam non est in prosperis, quam fortitudo non in mollibus, quam luctus non in latis ac jocularibus est.

6. Ille verè patiens est, qui adversis conteritur, nec tamen ab animi tranquillitate dimovetur.

7. Non minor est victoria hostem tolerare, quam vincere.

8. Melior est conditio patientis iniuste, quam facientis.

9. Sapientiæ comes patientia.

CAPUT VI.

Rosa Centifolia, seu, Resignatio, vel Indifferentia.

Rosa Centifolia Campaniæ potissimum nota, numeroso gaudet foliorum ordine. Huic flori eam virtutem, quam Resignationem seu Indifferentiam vocant, conferimus. Virtus longè nobilissima, de qua quinque libris Heliotropii egimus, nihilominus hic alia occurrunt super hac virtute differenda. Sed nostri hoc loco instituti est summam rem complecti, & in pauca conferre. Istud jam agimus.

§. I.

B. Virgo Resignationis virtute prædita. Antonin.

cap. 4. tit. 15.

cap. 41. §. 1.

Rom. cap. 8.

vers. 32.

Duplex voluntas.

Virgo beatissima hac Resignationis virtute prædita fuit modo prorsus incredibili. Testem hic laudodivum Antoninum, qui de hac Virginis Resignatione obstupescendum quid, & piis auribus vix credendum asserens: O Domina, inquit, ita divina voluntati conformis fuisti, ut audeam dicere, si nullus fuisset qui filium crucifigeret, ut adimpleretur voluntas Dei, ipsa illum in cruce posuisses, & clavus affixisses. Neque enim minoris te obedientiæ fuisse credendum, quam Abraham, qui proprium filium propriis manibus Deo obtulit occidendum & comburendum. Nec aliter eâ de te locutus Gerson: Ipsa, inquit, si Deus jusserit, filium crucifixisset. Nam quod divinus Paulus de cælesti Patre asserit: Proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum; idem de Matre asserendum: Proprio filio non pepercisset, sed illum pro nobis tradidisset. Sed nunquid hæc Mater, dum filii tormenta spectabat, non inter ingentes dolorum fluctusolvebatur? Quantis enim lacrymis Hieremias vates Hierosolymæum excidium deflevit? utique divinum in eâ clade arbitrium agnovit. Hic duplicem cum Theologis voluntatem ita-

tuimus. Primam illi Pietatis seu Conditionatam: alteram Decreti seu Absolutam vocant. Ad rem Virgo beatissima vicem filii, Hieremias vicem civitatis doluit gravissimè. Nec malus aut inanis hic dolor fuit, quia fuit rationi conformis. Nihilominus illa decreti & Absoluta stetit summissima, quia divinæ Voluntati juncta, indissolubili nexu. Hac voluntate filium crucifigi Virgo Maria, hac eadem Hieremias, Propheta civitatem everti voluerunt, & quidem ideo, quia id divinæ placuit Voluntati. Inde Bernardinus, eximius Virginis cultor, verissime affirmat: Intemerata Virgo semper habuit continuum aspectum ad Dei beneplacitum promptumque consensum.

Birgitta sanctissima vidua, in iis quæ vidit cælestibus ostentis Virginem introducit loquentem. his omnino verbis: Quando considerabam loca clavorum in manibus & pedibus (filii) quos secundum Prophetas crucifigendos audivi, tunc oculi mei replebantur lacrymis. Et cum filius meus inspexit oculos meos lacrymantes, tristabatur quasi ad mortem. Cum verò considerarem potentiam Deitatis ejus, consolabar iterum, sciens quòd ipse sic velle, & sic expediret, & omnem voluntatem meam conformavi voluntati ejus. Sic semper erat læritia mea mixta cum dolore.

Mirabimur fortasse, qui potuerit Virgo filium in crucem actum suismet oculis spectare, & non animo linguæ, ac corruere sub cruce. Da matrem, quæ hæc talia in unico eoque amantissimo filio cogatur cernere, cujus tamen cor mærote non contabescat. Quomodo igitur Virgo spectaculum tam infandum in unigenâ suo exhibitum & oculis & auribus accepit: & tamen stetit, tamen animo non concidit, tamen ad ultimum usque actum tam cruentæ tragediæ duravit: una atque unica Resignationis virtus in statu Matrem tenuit. Probabilissimum est, virgineam hanc Matrem, quod per omnem vitam solenne habuit, tum maxime fecisse. Indubiè ad omnia illa tam oculorum quam aurium acerbissima vulnera illud assidue secum ingeminavit. Ita Pater, ita mi Pater, quoniam sic placitum fuit ante te. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum, secundum voluntatem tuam. Hæc millies, bis millies, & sæpius vel uno die dixisse animo credibile est.

Voluisset illa quidem omnes filii cruciatus suo corpore exhaurire, sed quia Deum cognovit velle ut eos perferret filius, suam voluntatem divinæ perfectissimè subiecit, illud identidem suspirando: Fiat, mi Deus, fiat voluntas tua.

§. II.

VT hujus Virtutis, quam Indifferentiam seu Resignationem vocamus, indolem penitus exploremus, hæc nobis consideranda

Primò. Hæc virtus principium ac fundamentum est omnium virtutum. Absque hac nulla virtus ad sui perfectionem pervenit: per hanc miracè firmantur omnes. Neque fieri potest, ut quis ullam animi tranquillitatem obtineat, nisi in hujus virtutis palæstrâ sit exercitatus. Semper claudicat, qui non in omnibus divinæ voluntati resignatissimus vivit, ut quovis momento possit dicere: Mihi perinde est, prout Deus voluerit. Velle divinum, ac meum, velle unum est.

Deinde, vis hujus virtutis & natura in hoc consistit, ut homo seipsum totum cum rebus suis omnibus in Dei manu reponat velut pilam, quâ Deus arbitrio suo datatim ludat. Exempli gratiâ. Quærat Deus ab homine: Dives an pauper mavis? Domine prout tu vis. Ægotare an bene valere desideras? Domine, quod tu mihi judicaveris fore expedire magis. Contemni an honorari ac suscipi potius aspiras? Domine tu scis quia amo te, & ob istum in te amorem in æquilibrio sdo. Honorem aut contemptum da, prospera an adversa, æquè parato animo suscipiam. Non nego, si meam naturam

Conditionata, & Absoluta.

Voluntas absoluta in B. Virgine stetit summissima.

Bernardin.

S. Birgitta in Revelat. lib. 1. c. 10. circa med.

10. 2. ser. 51.

Matth. c. 11. vers. 26.

Luc. cap. 1. vers. 38.

In Resignatione quedâ consideranda.

1. Est principium ac fundamentum omnium virtutum.

2. Ejus natura consistit ut homo seipsum totum cum omnibus in Dei manu reponat.

turam ac propensionem spectem, honorari solum cupio; si tuam voluntatem respiciam, contemni non refugio. En habes me ut pilam, modò in manu tuâ sum.

3. Effectus est facilitas ad omnia seu faciendâ seu perferendâ.

Tertiò, Effectus hujus virtutis sunt; jucunda facilitas ad omnia seu faciendâ seu perferendâ, magnum animi lumen, continua mentis tranquillitas. Quisquis non eodem modo, quem hic expressimus, divinæ Voluntati deditur est, tenebris sapius circumfundetur, plurima difficillimè faciet, solidam mentis tranquillitatem nunquam obtinebit.

4. Ad acquirendam hanc virtutem unice facit seipsum amore sui exuere. Qui semet tam calidè amat, qui suis commodis tam studiosè invigilat, qui suum judicium tam promptè adorat, nunquam seridè poterit affirmare: Volo quod vult Deus. Talis in rebus adversis timidus, in secundis rurgidus, in neutrâ malè quietus est.

Quartò: ad acquirendam hanc virtutem unice facit seipsum amore sui exuere. Qui semet tam calidè amat, qui suis commodis tam studiosè invigilat, qui suum judicium tam promptè adorat, nunquam seridè poterit affirmare: Volo quod vult Deus. Talis in rebus adversis timidus, in secundis rurgidus, in neutrâ malè quietus est.

Ille unus felix & tranquillus, qui in unâ atque unâ Dei voluntate conquiescit: quidquid enim agit, ad pendiculum divinæ voluntatis velut aurum ad libellam examinat. Et quia se in omnibus divinæ providentiæ ac voluntati plenissimè committit, nihil anxie facit: scit enim, quàm providum habeat, quàm & benevolam etiam in minimis curatorem, de quo sibi securissimè polliceri auser, res suas longè meliùs quàm ab ullo mortalium, quàm etiam a seipso curandas. Qui in alto mari navigant, undeque nunc nisi aliud nisi mare vident:

Virgil. lib. 2. Æneid. ver. 12. paginâ post. in. Et l. 5. Æneidos initio.

Calum undique & undique pontus: itaque sese ex integro divinæ Providentiæ & arbitrio committunt, Deum undique & undique Deum, & in Deo sapientissimam simul & amantissimam eorum suarum, quàm omnium aliarum dispositionè cernunt. Hi velut infantes felicitè, & à terricis curis alieni vivunt; neque querunt, quânti frumentum in foro veniat. Hoc curarum Patri optimè relinquunt, qui non dabit pro pane lapidem, pro pisce scorpionem, pro pharmaco venenum. Ita fit, ut hominis istius ita Deo fidentis,

Horat. lib. 2. carm. 16. v. 16.

Latius in presens animus, quod ultra est Oderit curare: & amara lato Temperet risu. Deus & in hoc, & in illo, & in isto, & in omnibus providebit.

§. III.

Aug. tom. 8. in Psal. 63. mibi p. 266. Qui sunt recto corde,

EGO mihi certus persuadeo, si paullò altiùs humanæ menti posset imprimi, quàm hæc Resignationis virtus & Deo accepta, & nobis supra modum fructuosa sit, neminem Christiani sanguinis futurum, qui non nervis omnibus & toto pectore huic sese virtuti dederit. Hoc enim est & in Deum, & in homines cor rectum gerere. Augustinus id discretissimè docens: Qui sunt, inquit, recto corde? Qui omnia quæcunque in hac vitâ patiuntur, non ea tribuunt insipientiæ, sed consilio Dei ad medicinam suam, nec presumunt de justitiâ suâ, ut patrent se injustè pati quod patiuntur, aut idè esse Deum injustum, quia non plura patitur qui plus peccat. Aliquid sentis, sive secundum corpus, sive secundum dispendum rei familiaris, sive per orbitatem aliquam charissimorum tuorum; noli respicere eos, quos nosti iniquiores te. Non enim fortè rudes dicere justum te, sed nosti peiores te, & florere in istis, & non flagellari, ut displiceat tibi consilium Dei; & dicas: Ecce puta peccator sum, & propterea flagellor: quare ille non flagellatur, cujus novi tanta flagitia! Quantumcunque mali fecerim ego, nunquid ego tantum feci, quantum illè? Distortum est cor tuum. Quam bonus Deus Israël, sed rectis corde! Tui autem labuntur pedes, quia zelus in peccatores, pacem peccatorum intuens: Sine curare, novit Deus quid agat, qui vulnus novit. Non fecatur alius. Quid si desperatur: quid si propter te tu secaris, quia non desperaris? Patere ergo, quidquid pateris; recto corde: novit Deus, quid tibi donet, quid tibi subtrahat. Quod tibi donat, ad consolationem valeat, non ad corruptionem: & quod tibi subtrahit, ad tolerantiam valeat, non ad blasphemiam. Si autem blasphemias, & displicet tibi,

Et qui perverto,

A bi Deus, & tu tibi places, perverso corde & distorto es: & hoc pejus, quia cor Dei vis corrigere ad cor tuum, ut hoc ille faciat quod tu vis, cum tu debeas facere quod ille vult. Quid ergo? Vis detorquere cor Dei, quod semper rectum est; ad pravitatem cordis tui? Quamò meliùs ad rectitudinem Dei corrigis cor tuum? Duo tibi modò propostâ sunt, elige, cum tempus est. Si recto corde fueris, ad dextram eris, & laudaberis. Quomodo? Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Perverso autem corde si fueris, si subsannaveris Deum, si providentiam ejus irriseris, si dixeris in animo tuo: Verè non curat Deus res humanas: si curaret res humanas, ille latro tantum haberet, & ego innocens indigerem? Perverso corde factus es: veniet judicium illud apparebunt omnia, propter quæ ista omnia faciatis Deus: & tu qui voluisti in hac vitâ corrigere cor tuum ad rectitudinem Dei, & te ad dexteram preparare, ubi laudabuntur omnes recti corde eris ad sinistram, ubi tunc audies: Ite in ignem æternum, qui preparatus est diabolo & angelis ejus. Et nunquid eris tunc tempus corrigere cor? Peccas, & parcat, adhuc peccas, adhuc parcat, & adhuc addis. Quam diu patiens est Deus? Senties & justum Deum. Ecce, cum loquor, muta cor, & factum est, quod tibi sepe & tam diu clamatur ut fiat, & quod æternam penam parturit si non fiat.

Math. c. 25. vers. 34.

Ibid. v. 41.

Questiones subinde scribitur sterilissimas, & quæ non tantum ad farinam nil faciant, sed nec ad doctrinam quidquam adjiciant. Quid ad me, & scire quid juverit, quæ mater Evandri, quæ Hecubæ nutrix fuerit? Penelope an Cleopatra verba sæculo suo dederit? Num Didymus grammaticus quatuor millia librorum scripserit? Num Ulysses extra notam veteribus orbem tam diu frecto jactatus sit? Quoræ Acestes annos vixerit? Quam patriam Homerus habuerit. Quid hæc ad mores, quid ad cælum? His non multum absumiles sunt, & subinde, magis nocivæ, anxie indagare, quinam Sanctorum aliis sint in cælesti palatio sublimiores. Hunc talem curiosissimum optimè monens religiosissimus scriptor: Noli, ait, inquirere, nec de meritis Sanctorum, quis alio sit sanctor, aut quis major fuerit in regio calorum. Talia generant sapientes & contentiones inutiles, nutriunt quoque superbiam & vanam gloriam: unde oriuntur invidia & dissensiones, dum iste illum sanctorum, & alius alium superbiè conatur præferre. Eodem spectat, cum diversæ religionum virorum familiæ odiosissimis sententiis inter se conferuntur. His sanctitas & virtutum omnium chorus, his panè: sola eruditio assignatur, illi ob religionis ævum & annorum centurias, isti ob tot præsertim & Pontificum tias & suâ familiæ eductas alis præferendi videntur. O mortales vanissimi! Ad tribunalæ Cesaris stamus, illic nos oportet judicari. Quid hæc in quæstionem & contentionem adducimus, quæ mores depravent magis, quàm emendent? Si quæstionibus libet vacare, hoc potè agamus, & quæstionem illam longè utilissimam ponamus, quæ una omnium virtus maximè faciat ad cælum.

Thomas de Kempis l. 3. imit. Christi cap. 58. num. 2.

Azor. c. 25. vers. 16.

§. IV.

VERITUT, in quo demum Christiani & Religiosi hominis vera sanctitas consistat. Quæstio omnium optima & scitu dignissima. Responsum ad hanc non ab uno alterove petendum, sed à pluribus. Igitur Theologorum omnium ore sic respondemus: Vera hominis Christiani sanctitas consistit in conformitate cum lege æternâ, quæ est in mente Dei.

Vera hominis Christiani sanctitas consistit in conformitate cum lege æternâ.

Lex æterna est: Voluntas divina: quidquid enim in specie per omnem sæculorum seriem operatur, hoc simul & semel ab æterno voluit & decrevit. Is autem exitus in perfectione, is verè sanctus est, cujus voluntas; & ab eâ procedentes actiones, æternæ legi, hoc est, menti ac voluntati Dei exactè conformantur. Nam Dei voluntas cum reipsâ sit eadem cum intellectu divino, & idè legi æternæ necessariò conformis, cui ex æquo responderet, hinc ipsa pariter: mensura est & regula sanctitatis: Et quia

quia hæc conformitas in Deo est infinita, hinc pariter infinita est ejus sanctitas: in homine verò, in quo omnia sunt finita, suos illa limites habet; ita tamen, ut semper possit crescere. Hinc tanto sanctior est homo, quanto æternæ legi, seu divinæ voluntati conformior. Res liquidissima.

Deinde, Sanctitas consistit in amore seu conjunctione cum Deo, quæ origo est sanctitatis. Hinc luculentè cernimus, in homine illo majorem esse sanctitatem, in quo deprehendimus arctiorem cum Deo divinæque voluntate conjunctionem. Qui Deo conjunctior, is & sanctior.

*Dionysius
c. 12. de di-
vinis nomi-
nibus.*

Tertio, Sanctitas, ut eam beatus Dionysius depingit, est omnimoda puritas. Atqui quotidiana nos docet experientia, mentis impuritatem contrahi à contractu & adhesionem ad res infimas & sordidas, quæ terram & lutum olent; ad pecuniam, ad epulas, ad Veneres, ad alias corporis delicias, ad diversas ostentationis pompas, ad pietas honoris & dignitatum prædas. Quemadmodum ergo ab his infimis & sordidis bonis contrahitur impuritas, ita è contractu & adhesionem ad sublimia, divina, cælestia, conciliatur puritas. Ita purus & sanctus est, qui toto affectu toraque voluntate Deo adhæret; & quod magis omnem affectum omnemque voluntatem in Deum transfundit, eò in dies fit purior & sanctior, dum omnia cogitata, dicta, facta, & quidquid voluntate complectitur, ad amissum divinæ voluntatis examinat, & ad Deum dirigit. Nil certius; & divino oraculo firmatur: *Qui facit voluntatem Dei, manet in æternum.* Et quid opus testibus? Vox Domini est, & æternæ Veritatis oraculum: *Qui fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, & soror, & mater est.* Atque hæc illa sanctitas est, quam jure Deus exigens: *Sancti estote, inquit, quia ego sanctus sum.*

*1. Joan. c. 2.
vers. 17.
Matth. c. 12.
vers. 50.
Levit. c. 11.
vers. 44.*

Voluntas nostra Chamæleonti ¶ simillima. Nam sicut animalculum illud chamæleon * rerum omnium quibus se applicat, aut ab aliis applicatur, colorem induit, præter rubrum & croceum: sic & voluntas humana in omnes sese formas transmutat; omnium recurrit faciem induit, quibus sese per amorem jungit. Si ergo voluntas humana divinam assidue contempletur, illi se semper applicet, non potest non induere divinæ Voluntatis cæruleum, sic loquar, seu cælestem colorem.

*† Chamæ-
leontem ex-
a. & describit
incompara-
bilis: heros,
illus, Tristi-
mus Dux,
oculatus re-
sis, Christo-
phorus Ni-
colaus Rad-
zivil. ep. 2.
Itineris sui
in Palesti-
nam, mihi
pag. 119.
* Plin. lib. 8.
natur. hist.
c. 33. excipit
rubrum &
candidum.
Aug. ep. 52.
ad Maccedon.
Sen. lib. 2. de
ira cap. 12.*

Inde Christiani sapientis dictum: *Quod per voluntatem resolutè & efficaciter vis, hoc absolute es.* Vis ex animi tui sententiâ esse humilis: hoc ipso jam es. Vis esse temperans, obediens, castus, patiens: Si delibæratum tibi est, hoc esse, si istud efficaciter vis, jam temperans, jam obediens, jam castus, jam patiens es. Eò referendum Augustini scitum: *Non faciunt bonos vel malos mores nisi boni vel mali amores.* Nec aliter Anæus: *Quodcumque, ait, sibi impervavit animus, obtinuit.* Hominis ergo voluntas divinæ se jungat, & divinam induet.

§. V.

Hæc unum aliquid difficile videtur: Voluntas Dei aut amabilis, jucunda, suavis, benefica est, aut verò dura, tristis, aspera, severa. Priorem illam obviis ulnis, toris brachiis, pronissimo amplexu excipimus. Vult nos Deus bonâ valetudine gaudere, opibus abundare, honoribus fulgere, pleraque omnia optare & ex sententiâ obtinere? Hanc nos voluntatem cupidissimo nexu stringimus: ad hanc toto capite annuimus: hanc toto pectore amplectimur: hic erumpimus in promptissimas has voces: *Volumus, Domine, Volumus, omnino Volumus.* Bonum est hic esse: hic Dei Voluntatem ingenti suavitare sequimur quocumque duxerit. At ubi voluntas Dei contrahit frontem, inò aliam induit faciem, rugosam, rigidam, minacem, mæstam, lacrymosam, hic nobis accidit quod pueris. Hi quos amant, quibus affueverunt, quibuscum ludunt, si personatos vident, expa-

vescuntita nos cum Dei Voluntatem sub aliâ velut personâ, sub alio vultu in valetudinis, ignominia, paupertatis cernimus, innox ut pueri terremur, & clamamus: Non est hæc Voluntas Dei, non est, ut iste me nebulo iniquissimè criminetur, ut hic trifurcifer tor me injuriis oneret, ut homo ille cæli & terræ odium tot me damnis afficiat: non est Dei Voluntas istud, non est. O pueri, & ô infantes! detrahimus terrificam hanc personam, vultu hunc austerum Deo demamus, & ipsissimam Dei Voluntatem sub tristiore schemate latentem videbimus. Eadem Dei Voluntas est, quæ mulcet, & quæ pungit, quæ muneratur, & quæ punit; eadem est, quæ morbum & sanitatem, quæ opes & paupertatem, quæ gloriam & ignominiam immittit. Placet prior illa mitis & benevola, hilis & benigna: placeat & hæc altera, tristis & adstricta, acris & auster; eadem proflus est cum priori. *Si bona suscipimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus?* Deus æquè Pater est, & æquè bonus ac liberalis Pater est, cum negat, & cum annuit; cum recreat, & cum flagellat; cum vulnerat, & cum sanat: sive blandus, sive ferus sit, Pater est; nec amantissimam in nobis voluntatem mutat.

Angustinus hoc sæpissime suis inculcans: *Matres, inquit, quomodo fricant in balneis ad salutem filios? Nonne parvuli clamant inter manus earum? Ille ergo crudeles sunt, ut non parcant, non exaudiant lacrymas? Nonne plena sunt pietate? Et tamen clamant pueri, & non eis parcitur. Sic & Deus noster plenus est charitate. Sed ideo videtur non exaudire, ut sanet & parcat in sempiternum.*

*Eadè Dei
voluntas
est in pro-
speris &
adversis: &
æquè am-
plectenda.
Job cap. 2.
vers. 10.*

Non est igitur Resignationis virtus, quæ Dei voluntatem, tam dulcem illam quam asperiorum alteram, non æquè prompta amplectitur. Sanctissimus rex David luculentius hoc nobis ingerit: nam & beneficium petendo, & ob beneficium gratias agendo: *Emitte, inquit, manum tuam de alio, eripe me, & libera me de aquis multis.* Et dexteram sibi vult porrigi, & è periculis educi. At verò gratias agens: *Tenuisti, ait, manum dexteram meam, & in voluntate tuâ deduxisti me, & cum gloriâ suscepisti me.*

Fit nonnunquam ut adolescens viâ cænosâ, declivè ac lubricâ viâ ducem sequatur præeuntem, eique jam jam lapsurus, dexteram porrigat, suam tamen ductor non porrigat; aut quia adolescens opem non feridè possit, aut nimis serò, aut certè quia magis vult non cadere, quam manu teneri ne cadat. Cum ergo in cænuna corruit, suâ culpâ cecidit; quia teneri non voluit. Simillimum hîc. Afflicti manum divinam poscimus, gravio-rem casum metuimus. Dextram quidem porrigit Deus, sed nihilominus cadimus. Et quo tandem modo id fieri dicendum? Respondet David: *Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tuâ deduxisti me.* Quod isti & isti cadant, in promptu causâ est: voluerunt illi quidem divinam manum tenere, sed ab eadem teneri & duci noluerunt. Et audite, obsecro, istorum hominum preces. Est, qui sicoret: *Domine, da mihi bonam valetudinem.*

Alius: *Da mihi, Domine, liberalem victum.* Tertius: *O bone Domine, tu es omnium conditor, da mihi uxorem bonam & formosam.* Est qui dicat: *O Deus, in manu tuâ sita sunt omnia, da mihi præfecturam opulentam.* Alius: *O Christe Sacerdos summe, da mihi pingue sacerdotium.*

Liceat hos omnes interrogare: *Quò vos, ô boni, divinam Voluntatem trahere nitimini? Ille quidem, ut audio, in viam bonæ valetudinis, & non aliò: iste in viam liberalis victus; hic in viam formosæ conjugis, nec aliam vult ingredi; alii verò in viam opulentæ præfecturæ & pinguis sacerdotii. Hac ratione vos non Dei sed vestri estis, Resignati non estis. Itaque quantum jam liquet, ducere vultis divinam voluntatem, non duci ab illâ: Dei manum tenere cupitis, teneri ab illâ recusatis. Adeoque in voluntate suâ non deducet vos Deus. Ita miseri cæcis ferimur desideris, & in damna nostra properamus.*

Liberos

Liberos Rachel petiit anxîa pietate, & impetravit: sed pœnituit voti: nam alter filius mortem matri attulit nascendo. Rebecca quoque filios beari voluit: sed jam proxima partui, si, aiebat, sic mihi futurum erat, quid necesse erat concipere? Ita plurimi lætam valerudinem possunt, quos soli à vitii sanarent morbi. Ita divitias rogant, quæ ipsi semitam planant ad inferos; ad cælum extulisset pauperies. Ita tiaras & scepra impetrant nonnulli, sed suo malo, à quo illas petasus & ligo immunes præstitissent. Heu in nostram perniciem calemus! ducere volumus divinam Voluntatem, sed duci detrectamus.

§. VI.

Longè aliter precatur, qui Resignationis virtute pollet: hoc illius unicum votum est: Duc me, Domine, quò tu ipse vis; promptissimè sequor: modò viam voluntatis tuæ (quod unicè capio) inlitam. Vis me valere? bona via. Vis ægrotare me? non deterior est prior; plerumque etiam melior. Vis me abundare? semita bona est. Vis me in egestate esse? & hæc æquè bona est, quamvis non æquè jucunda. Vis me honorari? trames altus, & nemini non gratus. Vis me contemni & despici? Trames depreffus quidem, sed tutus. Ita, Domine Jesu, ita: in voluntate tuâ deduc me; tene dexteram meam, & ego tenebo tuam.

En iste Dei, & Deus manum illius apprehendit, deducitque illum in voluntate suâ securissimè. Hic Indifferens, de quo loquimur, hic Resignatus est. Quid ergo magis in rem hominis est, quàm posse & velle toto animo dicere: O Domine, quia ego servus tuus, & filius ancillæ tuæ? Præ omni diademate gratum mihi est, Dei servum esse, à divinâ Voluntate duci ac regi.

Utrum, oro, sublimius est, Dei matrem an Dei ancillam esse: nam beatissima Virgo ab Angelo Dei mater salutata, ancillam sese nominavit. Hoc, dices, virginæ submissionis fuit: nam Elisabetha eodem Virginem, quo

Luc. cap. 1. vers. 43. Angelus compellans nomine, Et unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me? Fateor: ancillam se dicere, submissionis fuit; sed his ipsis verbis Virginem ad gloriam

Luc. cap. 11. v. 27. & 28. Cur major sit dignitas esse ancillæ Dei quàm matrem. Major enim dicenda est ancilla Domini, quæ Dei Voluntatem ad unguem perficit. Hinc mulierculâ sub concione Domini exclamante: Beatus venter qui te portavit, & custodivit illud. Major enim beatitudo

Aug. tom. 6. de sanctâ Virginitate c. 2. & 10. 9. tract. 10. in Evâg. Ioan. est, uti Augustinus interpretatur, divinæ voluntati obsequi, quàm Dei Matrem ferri: nam & beata Maria, ut sanctus Pater loquitur, beatorum fuit concipiendo & gestando Dei filium corde, quàm carne. Hoc enim in eâ magnificavit Dominus, quia fecit voluntatem Patris, non quia caro genuit carnem.

Aristotele auctore, amicitia non potest esse inter eos, inter quos magna est distantia, seu divitiarum & honorum, seu virtutis. Hinc inter opulentum & egenum, inter dominum & servum, inter sapientem & fatuum, nec longa erit amicitia, nec fida. Quid ergo inter Deum & hominem poterit esse amicitia? Sapientissimus est Deus, homo & ignorans, & fauus. Omnipotens est Deus, homo ipsa debilitas. Omnium thesaurorum reconditorium est Deus, solâ vivit mendicitate homo, heu mendicissimus. Quæ igitur familiaritas Deum hominèque copulabit? Atqui Hebræus Psalter ex hominum numero Dei amicos designans: Nimis, ait, honorificati sunt amici tui Deus. Equinam, ô Regum optime, sunt hi amici? Ille verò affirmatius hoc asserens, & horum amicorum esse innumerabiles pronuntians: Diminuerabo eos, inquit, & super arenam multiplicabuntur. Quinam isti tandem? Ad hæc quæstionem ipse Dei filius respondens: iam non dicam vos servos, inquit, quia servus nescit quid faciat dominus ejus: vos autem dixi amicos. Quos illos, obsecro? nimirum eos, quos sub ipsa concione, lo-

Psal. 138. vers. 17.

Ibid. v. 18.

Ioan. cap. 15. vers. 15.

quente manu commonstrans: Ecce, ait, mater mea, & fratres mei (utique & amici) Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est: ipse meus frater, & soror, & mater est. Si hac unâ conditione non difficili servatâ postumus esse fratres Dei & sorores, quomodo non amici?

Quocirca qui in omnibus vult quod Deus vult, jam in amicitiam divinam transit, jam cum hoc amico suo sapiens, jam dives & immortalis, jam æternus, jam Deus est. Tanti venit, & non pluris amicitia divina. Qui idem in omnibus vult quod Deus, jam Dei amicus; jam pæne Deus est.

Narrat Joannes Taulerus, piissimus ille concionator, ut cum maximi viri nominant, fuisse hominem, qui maximis votis desideraverat doceri, quosies & quâ præparatione animi epulum cælesti adendum esset. Huic à Domino, ut Taulerus loquitur, responsum est hoc patet: Qui non habet quod suum est, & qui appetit quod suum non est, & cui satis placeat quæ à me sunt, us me, quando volet, percipere poterit. Hæc hominis Resignati verissima effigies est: hic enim non habet quod suum est. Ea dicimus nostra, quæ nobis charissima. Hinc voces illæ, Hic meus cibus, hoc canticum meum, hoc pratum meum, hæc mea voluptas. Prima Resignationis pars est, hæc sua habere nolle. Altera, quod suum non est appetere. Hæc, quid minus nostrum est, quàm sui ipsius odium, & quotidianâ mors deteriorum affectuum! Hæc tamen homo Resignatus appetit. Pars Resignationis tertia est, omniâ quæ Deus vel permittit, vel immitit, rectissima, optima, sanctissima censere: Huic homini placeant omniâ quæ à Deo fiunt, læta, tristia, prospera, adversa, & tam ea quæ sibi, quàm quæ aliis eveniunt, velut à manu Dei accipit, animo ad divinam voluntatem semper erecto.

Tres resignationis partes.

§. VII.

Anthe Hierosolymæi templi structuram, Tabernaculum cum Arcâ vicem illius subit. In Arcâ Moyses ac scipio, & in aureo eratere manna servabatur. Voluntas Virginis beatissimæ velut Arca, fuit divinæ Voluntatis. Hic tota lex servabatur vigilantissimè. Nam in lege Domini voluntas ejus, & in lege ejus meditatus est die ac nocte. De Virgine hac dixerim: tota unum aut unus apex non præterit à lege, donec omnia fierent. Minima, maxima mandata servavit exactissimè: nullo unquam vel levissimo peccato afflata Virgo, tota erat in Dei voluntate.

Ab hac Matre Virgine non minimo profectu didicit suæ cum divinâ Voluntate conformationem mater aliâ. Fuit superiori ævo Recineri nobilis Matrona, quæ filium (Paulus is andiebat) Romam miserat instituentum. In studiis adolescens procefferat, nec mediocrem sui spem concitârat. Interea domi desponsa ei nobilis virgo cum dote amplissimâ viginti millium aureorum: Hanc altera tanta pecunia seqüebatur lege hæreditatis. Videbantur familiæ munimenta, si futurum prospiceret, præclare constituta. Hæc erant consilia mortalium, hæc vóta magnarum cogitationum. Mors media intervenit, & turbavit omniâ.

Ferendus erat nuntius ad miseram matrem, jam filio orbatam. Né autem graviore icthi prosterneretur, vel etiam ut solatorem magis præsentem haberet, suscepit hanc provinciam Collegii Rector. Hunc ubi vidit mulier, prælagio malorum divinavit quod erat. Et quantum dolore percussa, antequam quidquam audiret, precibus effusus ante imaginem Crucifixi, muliebrem animam firmat. Surgit deinde, & accepto tristi nuntio nihil imbutata, iterum procumbit in genua, presentium oculos eo majore afficiens misericordiâ, quò fuit animo fortior. Tum presso mœnore aut victo: Pater, inquit, (referam ipsius verba) nihil ad aures poterat gravius accidere. Sed quoniam depositum suum repetit Deus, ita me ad ejus voluntatem conformo, ut si commodaret iterum, ejus voluntatem antelata sim cupiditatâ

cupiditatâ

capiditati meæ. Neque hoc ostentationi datum, aut solus verborum color fuit. Nam postmodum cum tota familia, gratis Deo actis; ad sacrum epulum in templo se stuit.

Hoc est resignatum esse, & totis brachiis divinam Voluntatem in luctu etiam maximo amplecti. Sed huius rei specimen longè recentius subjungo.

Studio filii nominis;

Iustus est Princeps omni agro suo, totoque Principatu unâ cum conjuge atque liberis abire, & bona sua omnia cedere alteri. Fulmen horribile, & forsitan improvisum. Sed animus sibi præsens excepit hoc admirando robore. Siquidem Dux ille jam pronuntiat exul non tergiversari, non excusare multa, non sortem deplorare, non ad aliud tribunal provocare, sed hoc unum dicere: *Libentissimè Nam mea omnia illius sunt, qui jam iis decedere me jubet. Dixit, & fecit. Nil promptius, nil cordatius homine Resignato:*

in vita illi.

Animus verâ Resignatione imbutus, inter cæli terræque ruinas stat impavidus: Satis ei fulcri est, Voluntas Dei. Hinc beata Catharina Genuensium unicum illud optimæ ac religiosissimæ vitæ fundamentum habuit; *Fiat Voluntas tua;*

ACTIONES RESIGNATIONIS.

1. Actio Resignationis.

1. Nullus Astrologorum tam accuratè stellas numerat, tam attentè cælum observat, atque homo Resignatus divinam Providentiam considerat. Hanc ille in rebus omnibus mirabilissimè resurgentem obitum assidue adorat. Et hoc est præcipuè, quod verè Resignatum efficit, perpetua divinæ Providentiæ in rebus omnibus tam publicis quam privatis, tam suis quam alienis observatio. Divinam Providentiam ubique agnoscere, est Deo semper fidere; qui Deo nunquam non fides, divinæ Voluntati non agrè sese subjicit, & omnia Deo tribuit, omnia cum Deo transigit, Deo adscribit omnia, vel volenti, vel certe permitenti.

Secunda;

2. Homo Resignatus multò quàm persuasissimus est, omnia, quæcunque sunt (solum peccato excepto) fieri nutu & voluntate Dei. Hic idem homo securitatè suavi certissimus est, omnia quæ sibi demittit, quantumcumque acerba, in suum nihilominus emolumentum cessura. Hinc ipse sibi hæc polliceri aude: Nihil tibi potest contingere, quod nociturum sit: fide Deo, & omnis hominum iniquitas tibi serviet, tibi que proderit quamplurimum.

Tertia.

3. Homo Resignatus non satagit, non æstuat, non sævit, non angitur, non furit, non turbat, nec turbatur quocunque rerum eventu, sed eodem semper ac placido tenore animi progreditur, oculos suos in Dei Providentiâ, voluntatem suam in Dei Voluntate fixam habet. Quidquid evenit, Dei Voluntate scit evenire, idque in suum, & omnium eorum bonum, qui diligunt Deum. Homo Resignatus ita se in divinæ Voluntatis manu composuit, ut si terra rueret, si cælum deflagraret, ille imperturbatus diceret: Ita Deo visum est: Sic placuit Deo. Potens est Deus & aliam terram, & aliud cælum condere. Sed quia sunt qui calamitosos rerum eventibus turbantur, fremunt, indignantur, furunt, his Resignatus liberè concionatur: Quid facitis infanti? Voluntas Dei errare non potest, non potest falli, nec fallere. Hæc ab æterno & prævisa & decreta sunt: Hæc Deus permittit, vel ut puniat nos, vel ut castiget, vel ut exerceat nos. Improbos punit, lapsos castigat, bonos exercet.

Quarta.

4. Homo Resignatus brevem sed suavem hanc cantionem assidue cantat: Domine Jesu, fiat Voluntas tua. Parum ei est hoc carmen centies uno die repetere: millies, bis millies vel uno die, toto animo, nec sine gaudio cantat: Domine Jesu, fiat Voluntas tua. Quotidianis his exercitiis eò suaviter homo Resignatus pervenit, ut serio ac verè affirmet: Nil prorsus est in orbe hoc inferiore, quod me valde delectet. Unicum meum gau-

diu est, in omnibus Voluntati divinæ obsequi. Tolle divinam Voluntatem, & cetera omnia tribus obolis vendiderim.

5. Homo Resignatus seipsum sæpius velut in umbra exercet ad palum hoc modo: Quid faceres, qui te geres, si quod tibi charissimum est, Deus auferret? Si hæc tibi commoda, si hanc tibi pecuniam eriperet? Dicerem: Fiat Voluntas tua. Si liberis & conjuge te orbaret? Dicerem: Jure repetisti mutuum, qui dedisti; fiat Voluntas tua. Si ereptis opibus ad factum & mendicitatem te detruderet? Non aliud quàm prius possem dicere. Si omnibus te honoribus spoliaret, ludibrio exponeret omnium? Acerbum hoc & insuave pulmentum, sed & divinam Voluntatem inspergerem pro saccharo. Quod si Deus variis te morbis dies noctesque torqueret, idque viginti, triginta, & pluribus annis, quid tu ad hæc? Hoc unum respondere haberem: Domine Jesu, fiat Voluntas tua. Tu figulus es, ego vasculum in manu tuâ. Figuli est scire, quamdiu olla clibano duranda. Ita Resignatus animum multiplici Resignatione præmutat in omnia adversa.

6. Homo Resignatus suam devotionem, quam divinæ Voluntati assidue approbat, statis de die temporibus renovat. Etenim præterquam quod assidue per diem suum illud, Fiat Voluntas tua, animo verset, nihilominus manè, meridie, vesperè, horis deinde singulis, jam solenni formulâ precatur: Domine Jesu, fiat Voluntas tua. Et simul se, suaque omnia divinæ Voluntati ac Providentiæ imperissimè commendat: certus, nec in tempore, nec in æternitate se deserendum à Deo, nisi prior ipse deserat Deum. Hinc semper lætanti animo canit: *Dominus regit me, & nihil mihi deerit.*

7. Quodcumque homo Resignatus novi morosis causam advertit, mox ad divinam Voluntatem, ad tutissimum suum asylum sese recipit. Verbi gratiâ, famines, sitis, æstus, frigus cruciant; cibis insullus obtruduntur, ipse immerito reprehenditur, petenti aliquid negatur, labor odiosissimus imperatur, à quibusdam despicitur, & irritètur, inique accusatur, pecunia illi aut fama eripitur, ab æmulis exagitur, à doloribus corripitur, homo ei amicitissimus subtrahitur, &c. Mille talia sunt, quæ in singulos dies expectanda. Ubi horum quid homo festit resignatus, mox ante Deum vel præsentem sese abjicit cum his dictis: An non ego, mi Deus, aut Domine Jesu, an non ego me decies millicies, vicies millicies & amplius sanctissimæ Voluntati tuæ obtuli? quid jam tergiverfer aut resistam? Nam quod ego modo patior, hoc ab æterno decrevisti (certus sum) ut illud hoc modo, hoc tempore, hoc loco, ab his hominibus paterer, prout illud nunc patior. Fiat ergo in me Voluntas Domini mei: Ecce adsum, ad omnia, quæ Dei Voluntas ab æterno in me statuit, perferenda paratus. Sit nomen Domini benedictum.

CAPUT VII.

Rosa Candida, seu, Sacræ Communionis devotio.

§. I.

IN Arcâ quam Mosi Deus construendam dicitur; quod paulò antè diximus, tabulæ legis & baculus Mosi, simulque manna recondebatur. Matrem Domini cælestem Arcam rectissimè nominavimus: hic legis tabulæ, hic virga thaumaturga, hic manna.

De legibus ritè servatis, gloriosus Princeps Hebræus: *Hæc omnia, inquit, custodivi à juventute meâ. Humanâ conditione hic Virgo longè sublimior affirmare potuit: Hæc omnia custodivi ab utero, imò & in utero matris meæ. En tabulas Mosi religiosissimè custoditas: en arctissimè custoditam divinæ humanæque voluntatis concordiam. Sed neque*

Luc. cap. 18. vers. 21. omnia enim perfecta sunt ratio fuerat.

A
B
C
D
E
F
G
H
I
K
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
U
V
X
Y
Z

G
F
C

B. Virgo communi facit fuit devotissima.

neque manna defuit in caelesti hac Arcâ. Erat Virgo sub illud Christianæ disciplinæ initium devotissima Communioni sacræ. Hoc nobis niveum manna, hoc Rosa candida representat. Sunt, qui quærant: Quenam est septem Ecclesiæ Sacramentis à Domini Matre sunt adhibita. Brevissimè respondemus.

Euthymius in c. 3. Ioan. à Christo baptizatum asserit: Scribunt Apostolorum scripturas proximis, ait, quod Christus Matrem & Petrus baptizaverit. Antoninus par. 4. tit. 15.

Primò, Baptismate abluta est: non ut primæva labes in eâ extingueretur, quam nunquam habuit, sed quia fons iste ad alia Sacramenta velut ostium est, & omnem Christianum populum insignit. Deinde Confirmationis Sacramentum de Pentecostes accepit in Apostolorum societate. Tertio, Pœnitentiæ Sacramentum non eguit, quæ omni peccatorum labe caruit. Utrum in eâ Pœnitentiæ virtus fuerit, eruditi disputant. Sunt, qui affirmant fuisse, non quidem dolorem de commissis propriis, sed detestationem de alienis peccatis, cum stabili decreto nunquam peccandi. Ejus animi est divus Antoninus. Quarto, cum Joseph nupsit, nondum lex nova fuit, quæ Matrimonium Sacramentis annuerat. Quintò, Virginem sub vitæ finem sacro oleo unctam ajunt, cum in gratiæ augmentum, tum nobis in exemplum. Sextò, sanctissimam Eucharistiam percepit, ut dicto Domini pareret: Amen, amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

Ioan. cap. 6. vers. 53.

De primis illis Christianorum floribus testatur Lucas: Quotidie perdurantes unanimiter in templo, & frangentes circa domos panem. Si Christianorum ceteri in sacrâ Communionem frequentandâ tam assidui, tam quotidiani, ergo etiam Virgo beatissima quotidie sacrâ mysteria obivit, corpore filii sui refecta, quem præ ceteris omnibus ardebat. Quin imò ipse Christus Dominus hoc suum caeleste ferculum sumpsit. Quod præci Patres clarissimè docent. Basilii verba sunt: Benedixit, sanctificavit, ac gustavit. Dilertè Chrysostronus: Ipse quoque bibit ex eo, inquit, ne auditis verbis illius dicerent: Quid ergo sanguinem bibimus? Idem & Hieronymus affirmans: Christus Dominus ipse, ait, convivit & convivium, ipse comedens, & qui comeditur.

Athor cap. 2. vers. 46.

Basil. in Anaphorâ Chrysostr. homil. 3. in Matth. Hieron. q. 2. ad Hebr.

An ipso die cenæ ultimæ Virgo beatissima sacratissimam Eucharistiam sumpserit, non vanè quærent eruditi. Sumpsisse, complures asserunt. Metaphrastes motum explicat. In eâdem prosus domo, ait, in quâ cum discipulis Christus accubuit, in conclavi tamen diverso, Mater Christi eas feminas, quæ filio ministraverant, excepit. His ad edendum Pascharis Agnum collectis Christus Dominus sanctissimam Eucharistiam per Petrum misit. Sic eis, inquit Metaphrastes, gratiam referens pro ministerio. Opinio probabilis, cui accedunt Didacus Vega, Sebastianus Barradius, Joannes Walterius. Ita Mater Domini (si fides illis testibus) ita etiam sanctissimum illud gynæceum, etiam pridè Dominici funeris, Dominico corpore refectum est.

Metaphrastes. de vitâ d. Desipra agnâ Surium die 15. Augusti. Didacus de la Vega in conc. Quindrag. Fer. 6. hebdomadis Majoris conc. 1. mihî pag. 568. Barrad. tom. 4. lib. 1. c. 17. fine. Valerius de triplici cenâ cap. 11. med.

Beata Mechthildis, caeleste hoc epulum accessura, Virginem Matrem quinque verbis Angeli salutare solita est. Quo quidem more hoc egit, ut suavissimam memoriam revocaret primò Numinis Virgineo utero clusi, & unâ Dei notitiam petiit. Deinde sanctissimi infantis è præsepi in brachia suscepti; hinc sibi Humilitatem petiit. Tertio recordata est, quomodo æterna Mater singulis momentis, dum vixit, augmentum gratiæ receperit; hinc sibi veram cum divinâ Voluntate conformitatem petiit. Quarto, quâ devotione Virgo caelestis sanctissimum corpus filii suscepit; petiitque sibi gratum animum. Quintò, obitum, Virginis consideravit, petiitque felicem vitæ clausulam, & ardentem in sacrâ Communionem affectus.

Gregorius epist. 47. c. 50.

Exercitium non minùs utile ac pium quàm breve. Gregorius VII. Pontifex ad eandem beatam Mechthildem pro beneficiis in Ecclesiam collatis litteras dedit, iis hoc institutionis inferens: Inter cetera arma, inquit,

A qua tibi contra Mundi principem contuli, potissimum est, ut corpus Dominicum frequenter accipias, & ut certâ fiducia matris Domini te committas.

§. II.

E Sacris ipsâs beatissimæ Virginis plurima numerantur. Cum primis domus quam habitavit, vestes quas gestavit: sic vela, cingulum, vitra, lecticula, sic & promibus & sponalitiis annulus, qui Perusia religiosissimè asservarur. In ejus rei testimonium liber editus anno Christiano M. DC. XXVI. Hic liber aliud sibi non sumpsit dicere, quàm illum unum Virginis pronubum annulum. His annumeranda pars quedam suppellectilis, uti sunt sellula, colus rotata, cereus, fascia, oleum, feretrum, velamina sepulchralia; imò etiam virgine lactis & capillorum. Quibus hæc locis asserventur, docet accuratè Ferreoli Locii Maria Augusta.

Reliquiis. Lactis de his reliquiis. Mariæ Augustæ lib. 5. cap. 21. 22. & seqq.

Si quis autem operosius sciscitetur, quâ regione, quâ civitate, primariæ Virginis reliquiæ serventur, hunc ego ad proximum templum censo ducendum, eique Dominicum corpus sanctuario, clausum monstrandum cum dicto: En primarias reliquias à beatissimâ Virgine acceptas; pretiosiores non habet hic orbis noster. Non anulum, non effigiem, non epistolium, aut solum aliquod vestimentum memoriæ reliquit. Christus; seipsum, corpus, sanguinèque suum pignori Servator tradidit. O pretiosum, & ô carum pignus! Quanti est inter amantes libellum, vel anulum, vel chirotheculas, vel pictam tabellam amori accendendo relinquere? Ardentior hic amor est: dedit, quo nec plus, nec majus, aut pretiosius dare potuit.

Hic, suaserim, omisissis verbis, animo & cogitationibus indagemus: Quo sensu fuerit Virgo beatissima, quibus lætitiis incesserit, quantis desideris æstuavit, quibus affectibus arserit, cum illum ipsam filium suum, quem brachiis gestarat, non jam brachiis, sed ore susciperet, & (quod inauditum amoris inventum) in viscera demitteret. Hic, ut dicebam, vix verbis locus est, cogitationibus est: hæc eloqui non possumus, possumus cogitare, imò debemus, si quidem placeat imitari.

Obstupefendum sanè & nimis quàm tremendum est, Dei filium, hominis esse cibum. Movit, tremuitque terra, mortuum Domini corpus susceptura: non tremat Christianus suscepturus vivum? Matthæus: Terra nota est, inquit, & petra scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Ingentibus fissuris rupes sese aperuerunt, non tam dolore Dominicæ mortis, quàm cupiditate mortui corporis in se recipiendi. Paruerunt tumuli non tam ut redivivis cadaveribus egressum darent, quàm ut Dominicum corpus invitarent ad ingressum. Nos homines, tamen jam pæne in lapides obduruerimus, nihilominus par esset dissilire ac rumpi, ut sanctissimo corpori, ut tanto hospiti daretur locus. Spirabant saxa pietatem, & inhiabant cibum tam pretiosum: quid homines faciant, quos ab Orco revocavit, quos ad caelum redaxit Dei Filius hominem indurus, & propter homines in cruce extinctus? Evigilet hic pietas, exurgat lætitia, vigeat pœnitentia, ardeat amandi suavitas, stringantur amplexus, optimorum affectuum impetus solvantur, sentiant lapides, & emolliantur hunc calem hospitem suscepturi.

Matth. c. 27. v. 51. & 52.

* Christus ex Oliveto in caelum rediturus pedum vestigia sic saxo impreffit, ut ea tot jam sæculis durarint, hodièque peregrinorum oculis conspicua. Licet saxum dazporicum sit peccus nostrum, qui sit tamen, cum illud toties Dominum Jesum suscipiat, non ejus impreffa sibi vestigia tenaciùs retineat? Heu quàm citò friget noster amor, quàm facilè pietas omnis evanescit, quàm leviter mentis affectus dilabuntur? Hic saxum indicat, ut hanc ad multa,

* Vide S. Hieronym. de locis Hebraicis ex Actibus Apostolorum. ipse spectato annos non ad multos, Nicol. Christoph. Rad. 102. quæ pag. 78.

mana mens vestigia Domini, & imitationem Christi altissime impressam sibi non dimittat.

§. III.

Isaia cap. 6.
v. 5. 6. 7.

Hebraus vates Isaia ostento caelesti recreatus: Regem Dominum exercituum, inquit, vidi oculis meis. Et volavit ad me unus de Seraphim, & in manu ejus calculus, quem forcipe tulerat de altari. Et terigit os meum, & dixit: Ecce terigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. Si praeis Patribus fides, ignitus iste calculus, Verbum aeternum carne velatum, Christum Dominum panis formam intectum nobis representat. Super prodigio hoc caelesti tria potissimum capita exactius consideranda. Primum est: E summo Angelorum ordine missus est Seraphim. Alterum: E prunis igneum tulit calculum. Tertium: Non nudam manu, sed forcipe exceptum attulit.

1. Seraphicus legatus.

Plurarch. l. 8. symposiacon qu. 6. initio.

Luc. cap. 14. vers. 17.

Prov. cap. 1. vers. 24.
Luc. cap. 14. vers. 24.
Esai. cap. 1. vers. 12.

Variè ad caeleste epulum à Deo vocatur.

2. Igneus calculus, in quo duo spectanda.

Joan. cap. 13. vers. 1.

Gan. cap. 1. vers. 14.

Primum hic: Seraphicus è caelo legatus mittitur, qui vivum carbonem labris imponat, & urgeat, ut recipiatur quod allatum est. Haec plurimorum desidia est: sacra mysteria non obveniunt nisi pane vi adigantur, ad cenam hanc magnam non veniunt, nisi saepius vocentur. Polycharmus civis Atheniensis, Plutarcho teste, orator bonus, nec ignarus tractandae Republicae, cum vitæ aeternae rationem redderet, pro concione sic dixit: Praeter alia, viri Athenienses, nunquam vocatus ad cenam ultimus veni. Hoc enim videtur admodum populare: sicut contra eos, quos tardè venientes convivæ ceteri praestolari coguntur, insuaves & imperiosos judicant, molestèque ferunt. Satis est ad cenam, ad convivium semel vocatum esse, superbiam facit contumaciam, saepius vocari, neque tamen se sistere vocanti. Caelestis convivii fructor, seu, Modimperator Christus humanissime vocat, amantissime invitat, cenam suavissime commendat, quia jam parata sunt omnia. At convivarum plurimi aut tardè veniunt, aut omnino non veniunt.

Quibus olim aequissime respondebit: Vocavi, & tenuisti: Nemo vivorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cenam meam. Vocabatur olim ad Assueri conjugis mensam Regina Vasthi, qua renuit, & ad Regis imperium venire contempsit. Non impudè hoc feceris, ô mulier superba, & contemptrix! Reginam exuere cogèris, & inter ancillas stare. Diadema tuum portabit alia, te dignior. Idem animæ cuiusque caelestem hanc cenam negligenti opprobriandum: O caeca & misera, ô tui negligens! Cælum perdis, antequam acquitas. Vocaris, & renuis. Variè vocat Deus ad cenam hanc magnam. Et primò quidem oraculis divinis, voluminibus sacris, libellis piis, exhortationibus spirituum excitantibus. 2. Vocat sanctioribus aliorum exemplis. 3. Occasione commodâ, quam subministrat. 4. Arcumnis subinde & calamitatibus huc impellit. 5. Instinctu caelesti. 6. Nunquam periculosis morbis compellit intrare. 7. Nonnullos trahit imminenti aeternitatis formido. 8. Quosdam sanctissima Eucharistiae admirandi affectus evocant. Plurimos impellit desiderium Deo placendi. Ejuscemodi Deus vocatores mittit, qui convocent ad epulum caeleste. Hoc nobis Angelus representat, qui adest candentem calculum ingesturus ori. Sed ipsum jam calculum consideremus, quod erat alterum caelestis ostenti caput.

Duo sunt in hoc calculo spectanda, ignis, & carbonem: neque enim hæ naturæ miscetur. Candidum Eucharistiae velamen divinum & humanam naturam tegit: utriusque ignis conjunctus est, amor ardentissimus. Id Joannes Domini oculus edisserens: Cum dilexisset suos, inquit, usque in finem dilexit eos, sive in finem amoris, interprete Chrysostomo. Caelestis sponsa gratulatur sibi, & ait: Botrus Cyprî dilectus meus mihi. Agathius Hebraicè & Graecè doctus hæc verba substituit, Racemus camphoræ dilectus meus mihi. Camphora genus est arboris

aromaticæ, quæ vitæ emulatur, fertque botros non multum vis absmiles. Et quod admirandum, hic camphoræ partus, hic talis botrus, si ignem conceperit, eadem ardere pertinet, ut in aquam missus, non tantum non extinguatur, sed incendium suum sic nutrit, ac si mero nater oleo.

En Christum Dominum, ipsissimum Camphoræ botrum in ipsis aquis vivacissime ardentem. Quacunquè divinissimum hoc mysterium spectemus, meros merissimos amores cernimus: amoris ignis hic spirat, sive tempus, sive locus, sive donum hoc, sive eum qui donavit, cogitemus. Paulus hoc è caelo arcanum commendaturus: Ego enim accepi à Domino, inquit, quod & tradidi vobis: quoniam Dominus IESUS in quâ nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite & manducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Si placuit Christo mysterium tam tremendum, donum tam pretiosum omnibus post sæculis commendare, an non convenientissimum fuisset, id die solenniori, quo in rupe Thaboris cum sole fulsit, vel quo rediivus ad vitam, vel quo gloriosus in cælum rediit? Cur convivium latissimum die celebrat tam luctuoso? quocunquè id die fecisset, amoris semper maximi fuisset. At verò id eadem nocte aggredi, quâ Ilicariores prodicionem aperiebat, quâ Domino fel & acetum coquebatur, quâ crux & flagra parabantur, hoc amoris longè quàm maximi fuit. Eo nimirum vespere caelestem hunc cibum nobis tribuit, quo saevissimis hostibus tradebatur ad flagella, ad spinas, ad clavos, ad probra infinita, ad mortem turpissimam. Obstupescendum. Cum lupi jam dentes acuerent in agnum brevi lacerandum, agnus vitale pabulum subministrat lupis. Nam qui manducat hunc panem, vivet in aeternum. O amorum amor! ô flammæ Deo dignas! ô incendium nullis aquis sopiendum! Verissime, ô sponsa, botrus camphoræ dilectus tuus tibi, qui in aquis tot dolorum, tot injuriarum, tamen acerbæ mortis vivacissime ardebat. C

Plenus admirationis David: Panem Angelorum manducavit homo, ait, cibaria misit eis in abundantia. Quem defecitum querimus, cum sic abundemus? Quomodo has dapes nauseamus, cum Panis sit Angelorum? Incredibilis prorsus amor Davidis fuerit in Jonathan, cuius filio Miphibosetho adolescenti claudo benevolentissime pollicitus David: Restituam tibi amnes agros Saul, & tu comedes panem in mensa meâ semper. Qui adorans eum, dixit: Quis ego sum servus tuus, quoniam respexisti super canem mortuum semilem meum? Ingens hic affectus regis in hominem membris pane omnibus captum: sed major fuit Christi in nos debiles ac mancos. Heu canes mortui sumus, & tamen regiae mensæ admovemur, quotiescunquè ipsi volumus, ignitum calculum ab Angelo accipimus ad nostrum libitum.

§. IV.

Sed tertium caput hic considerandum est, forceps, quæ calculum ignitum ab Angelo delatus. Ignis impetu plenus, majestatem suam omnibus vult esse terrore, nec tangi se patitur, manibus non velatis. Hinc & Angelus forcipe utitur deferendo calculo, quem è prunis excerpserat. Quo satis docemur, quantâ hic reverentiâ excerpserat, cum Eucharistia ignitus iste calculus vel fumenus, vel etiam adorandus proponitur. Columen ac decus Ecclesiae aut rei Ecclesiastice Chrysostomus, Angelus ad hoc sacrificium venerabundus adistere affirmans: Non cogitas, inquit, ipsum hic invisibiliter adeste Dominum, qui uniuscujusque motum metitur, & conscientia rationem habet? Non cogitas, quod Angeli huic stupenda assistunt mensa, cuiusque reverentiâ hanc circumvallant? Ubi enim Christus

Id oculis suis
se visum
restatur
Franciscus
Labata.

Joan. cap. 6.
vers. 58.

Cam. cap. 8.
vers. 7.
2. Cor. 1. 5.
vers. 14.

Psal. 77.
vers. 25.

2. Reg. 6. 9.
v. 7. & 8.

Eucharistia cum summâ reverentiâ sumenda & adoranda.
Chry. 10. 1.
serm. in verbis Isaia. Vi. di Domini.
num. &c.

C
h
P

D.
P:

mibi p. 121. Et tom. 2. in e. 14. Math. hom. 50. sine. Casar. hom. 30. Christus est, ibi Angeli sunt, ibi caelum, ibi lux hac solari luce fulgentior.

Florimundus Remit. l. 6. de ortu herese. c. 5. in 3. sub inna specie communitatis, quod & alias semper fecit. Casarius Arelatenſis Antistes: *Quemadmodum viator, vit, à pellucido, illimi, ac planè crystallino rivulo non biber, nisi se prius ad illum inclinet, ita fons omnis gratie labra non humectabit nisi viatoris sese ad hunc fontem inclinantis.*

Henricus VIII. Rex Angliæ post vitam non sine flagitijs exactam, in fatali tamen lecto erga divinam Eucharistiam reverentissimum se præstitit. Nam cum rem divinam fieri jussisset, sub eâ Domini corpus in vaticum sumpturus è sellâ lauræxit, ut genibus humi defixis hoc mysterium adoraret. Hic adstantium unus suggestit, posse regiam majestatem valetudine præteritam tam imbecillè sedentem corpore divino refici. Hic rex grandi spiritu: Si me penitus, inquit, in terram abicerem, aut infra terram, nè sic quidem huic regum Regi fatis exhiberem honoris, qui omnia mihi dedit, repetiturus omnia. Ita Catholico instructus viatico migravit è vitâ.

Cur corpus Christi sit adorandum. Præclarè dixit Athanasius: Corpus hoc proptereâ adorari debet, quia per unionem factum est Corpus filii Dei, annuntiarum per Angelos, formatum à Spiritu sancto. Quantum obsecro Magnatum vel solum vestimentis reverentiæ habetur? quinam sunt ii domini, quorum vestibus tantum honoris deferunt? Homines. Quid sericæ illorum vestes sunt? Vermium textura. Sed nunquid hic Christi pallium, aut tunica, aut lintheum, quo in cenâ præcinctus proponitur, spectandum? An non ipsissimum hic Christi corpus, quod pro nobis traditum, flagellatum, in crucem elatum? Chrysoſtomus plurimorum piam curiositatem retundens: *Quot nunc dicunt, ait, vellem ipsius formam aspicere, figuram, vestimenta, calcamenta. Ecce eum vides, ipsum tangis, ipsum manducas. Et tu quidem vestimenta cupis videre: ipse verò tibi concedit non tantum videre, verum & manducare, & tangere, & intra te sumere. Igitur accedat nemo cum nausea, nemo resolutus, omnes accensi, omnes ferventes & excitati.*

Chryf. 10. 5. hom. 60. ad pop. Antioch. Perseæ regis sui sellam tam exitio cultu venerantur, ut in eâ quemquam alium sedere capitale sit. Hinc illud Alexandri regium dictum. Sedebat Alexander, & admoto igne refovebat artus. Fortè gregarius miles agrè incedens & frigore pæne enectus, ut qui vix arma & seipsum sustentaret, ad castra tamen pervenit. Eo viso rex è sellâ suâ quamprimum exilivit, torpentemque militem, & vix compotem mentis, demptis armis in suâ sede jussit considerare. Ille diu nec ubi requiesceret, nec à quo esset exceptus, agnovit. Tandem recepto calore vitali, ut regiam sedem, regemque vidit, territus surrexit. Quem intuens Alexander: *Ecquid intelligis miles, inquit, quantò meliore sorte quam Perseæ, sub rege vivaris? Illis enim in sellâ regis consedisse, capitale foret, tibi salutari fuit.*

Curius l. 8. hist. cap. 9. sine. Sed quantò nos, ô superi! meliore conditione sumus quam miles iste, quantò sub Rege vivimus benigniore? Non sellam tantum regiam occupamus; ipsius Regis gremio amantissimè fovemur. Rex nobis seipsum donat; Rex nobis est omnia. *Hæc mihi, succlamat Chrysoſtomus, quot ad salutem nobis sunt via? Nobis corpus suum communicavit, nos corpus suum effecit, & horum nos nihil à malis avertit. Quenam igitur erit nobis excusatio, cum talibus passi talia peccemus; cum lupi fiamus Agnum comedentes, cum tanquam oves reſecti more leonum diripiamus? Hoc non est calculum ignitum forcipe, sed nudâ & irreverenti manu diripere.*

Chryf. hom. 60. ad pop. Antioch. Iis qui sordidâ & minimè nuptiali veste hanc cenam accedunt, decentissimè, Cypriani sensu, ad collum appenderetur molare saxum, ut sic in altum pelagus antè abriperentur, quam illotâ conscientia ignem tangerent tam purum. Neque verò satis est, de noxis præteritis dolere, nisi firmissimum animi decretum fiat, futuras cavere. Baali

simul & Christo, Pudicitia ac Veneti eâdem arâ litare dolere, & non possumus: ignes nimis diversi, diversa nimium sunt sacrificia; aut hæc aut illa ejuremus necesse est. Rex Ozias thuribulum & prunas tractare voluit ausu temerario, sed ab offenso Numine in præmium retulit lepram. Non tangat hunc panem nisi purus à noxis. Nam quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem inigne, reus erit corporis & sanguinis Domini.

Insignissimè hic Chrysoſtomus hortatur, &: *Qui hujus, inquit, sanguinis sunt participes, cum Angelis & Archangelis, & supernis Virtutibus commorantur: ipsam regiam Christi solum induci, spiritualibus armis muniti. Sed nihil dixi, imò ipsum induci sunt regem. Sed sicut magnum est & admirabile; ita si purè accesseris, ad salutem accessisti, sin pravâ conscientia, ad poenam & supplicium. Qui enim manducat & bibit indignè, judicium sibi manducat & bibit. Nam si qui regiam purpuram coinquant, haud secus, quam qui semdunt, puniuntur: quid mirum si, qui immundâ conscientia Christi corpus accipiunt, idem supplicium subeant, quod, qui cum clavis cruci affixerunt? Vide quam formidandam poenam his minetur Paulus. Irritam quis faciens legem Moſi, sine ullâ miseratione duobus vel tribus reſibus moritur: exquand magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcaverit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est? Consideremus igitur rem nostram, cum tantis fruamur bonis, & cum turpe aliquid animum subit, cum irâ vel re, vel verbis rapimur, quid mereamur, quem spiritum acceperimus, nobiscum reputemus, & irrationabiles nostros cobibeamus affectus. Hæc cogitatio nostra sit: Quousque rebus præsentibus incumbemus? Quousque nullam salutis nostræ curam adhibebimus? Intelligamus, quot in nos beneficia contulit Christus.*

De noxis præteritis Tom. I.

1. Cor. c. 11. vers. 27. *Chryf. 10. 5. hom. 60. ad pop. Antioch.* *1. Cor. c. 11. vers. 29.*

1. Cor. c. 11. vers. 27. *Chryf. 10. 5. hom. 60. ad pop. Antioch.* *1. Cor. c. 11. vers. 29.*

1. Cor. c. 11. vers. 29. *Chryf. 10. 5. hom. 60. ad pop. Antioch.* *1. Cor. c. 11. vers. 29.*

1. Cor. c. 11. vers. 29. *Chryf. 10. 5. hom. 60. ad pop. Antioch.* *1. Cor. c. 11. vers. 29.*

1. Cor. c. 11. vers. 29. *Chryf. 10. 5. hom. 60. ad pop. Antioch.* *1. Cor. c. 11. vers. 29.*

1. Cor. c. 11. vers. 29. *Chryf. 10. 5. hom. 60. ad pop. Antioch.* *1. Cor. c. 11. vers. 29.*

1. Cor. c. 11. vers. 29. *Chryf. 10. 5. hom. 60. ad pop. Antioch.* *1. Cor. c. 11. vers. 29.*

1. Cor. c. 11. vers. 29. *Chryf. 10. 5. hom. 60. ad pop. Antioch.* *1. Cor. c. 11. vers. 29.*

1. Cor. c. 11. vers. 29. *Chryf. 10. 5. hom. 60. ad pop. Antioch.* *1. Cor. c. 11. vers. 29.*

1. Cor. c. 11. vers. 29. *Chryf. 10. 5. hom. 60. ad pop. Antioch.* *1. Cor. c. 11. vers. 29.*

1. Cor. c. 11. vers. 29. *Chryf. 10. 5. hom. 60. ad pop. Antioch.* *1. Cor. c. 11. vers. 29.*

1. Cor. c. 11. vers. 29. *Chryf. 10. 5. hom. 60. ad pop. Antioch.* *1. Cor. c. 11. vers. 29.*

est; hinc illud messoribus olim usitatum. Panis caelestis nunquam accipiendus, quin aliqua de Christi cruciati- bus, meditatio addatur. Christus Dominus in supremâ cenâ id se velle, testatus expressissimè: *Quotiescumque, ait, haec feceritis, in mei memoriam facietis*. Agnus olim com- edendus erat *cum lactucis asyresibus*. Amaror Dominicæ mortis in hoc epulo suavissimo gustandus.

Exod. c. 12. vers. 8.

Hæc omnia eò dicta, ut calculum illum ignitum, san- ctissimam Eucharistiam excipiamus forcipe, hoc est, reverentiâ quantâ possumus maximâ. Hoc faciunt Ange- li, quantò magis homines vermiculi? Væ homini, qui manibus profanis & impuris tam grande contrectat mysterium. Variis ad hoc miraculis erudimur. Unum è millibus idque testatissimæ fidei huc sisto.

Anno millesimo quadringentesimo trigesimo tertio. Philippus Burgundiæ Dux sacrosanctam Hostiam Di- vionensi sacello misit, quam ab Eugenio IV. summo Pontifice impetravit, atque ejus rei literas testes in hunc sensum accepit: *Dono mitimus Hostiam à Judæo pluribus locis gladio confosam, & multo sanguine conspersam, in sacrario nostro hæcenus reconditam. Hoc autem volumus, jubemus, ut eam in templo, aliò- ve celebri loco, honore illo ac reverentiâ reponas futuri- us post sæculis venerandam prout majestas tanti Sa- cramenti desiderat.*

Duo hæc miranda, primum est: Illud hominis flagi- rium. Judæus Hostiam sacram toties repetito vulnere, tamque confuso appetiit, ut certus iniri numerus non possit, distinetè plures quindecim majoribus icibus cernuntur. Alterum: Extat Divione epistola Regis Gal- liarum Ludovici XI. data Blefis die 21. Aprilis ad De- canum & Clericos sacri Divionensis sacelli. Hoc scripto Rex testatur, se gravissimo morbo laborantem, sani- tati ex integro restitutum, quam primum Divionensem Hostiam animò veneratus, Eucharistiam lumpfisset. In ejus rei fidem, & gratam beneficii memoriam, mittere se illam ipsam auream coronam, quam Rhemis in so- lenni inauguratione accepisset, sanctissimæ Hostiæ offe- rendam. Oblata est, hodièque annuâ & publicâ sup- plicatione illa ipsa regis corona sanctissimum Sacra- mentum innumbrans visitur.

Jacobus Gualterius in tabulis suis chronographis, mihî p. 719.

In oculis est hic ipse Dominus, *Ignis verè ardens & con- sumens*, suam quisque coronam, & quidquid inter cha- riora habet, huc submittat, addat insuper & animam suam, præcipuè voluntatem fleæti recusantem. Christus Dominus amantissimè nobis pro nobis dar corpus, dar sanguinem, dar animam, dar & divinitatem. Jus priscae legis fuerat: dentem pro dente, oculum pro oculo, &c. Hoc jure Christus exigit corpus pro corpore, sangui- nem pro sanguine, animam pro animâ: quid porò da- bimus pro divinitate? Hic nihil nec proprii, nec alieni suppetit.

Thales è prisca sapientibus, Mandraytum Prienen- sem nova quadam & subtilia de cælo, de sole, ac sideri- bus docuit. Hic doctore suo quantum vellet pecuniæ obtulit. At verò Thales: Non aliud, inquit, peto præ- mium, quam ut Thaletem non celes auctorem, cum ho- rum injiceret mentio. Christus Dominus, si liceat ima summis conferre, pro caelesti hoc dono, pro corpore & sanguine suo, pro animâ & divinitate, non aliud quam sui memoriam petiit: *Quotiescumque haec feceritis, in mei memoriam facite.*

Deus in- venit quâ ratione Deus fieret homo, & quâ ratio- ne Deus- homo fie- ret cibus homini. Isaiâ c. 66. vers. 8.

Duo quedam Sapientia æterna invenit, quæ non dico hominum nullus, sed nec ullus Angelorum, non tan- tum non invenire, sed nec inventa satis intelligere potest. Invenit Deus, quâ ratione Deus fieret homo: sed & hoc invenit, quâ ratione Deus-homo fieret cibus homi- ni. Inventio utraque pro nimium obtupefenda! *Quis audivit unquam tale, aut quis vidit huic simile?* pro- clamavit Isaias. Quibus igitur obsequiis hanc inventio- nem remunerabimur? Si animo grato fateamur hoc

A ipsum: *Deus invenit, Deus est auctor*. Illud interim cavea- mus, ne admittendum hoc inventum, ne divinum hunc cibum, nudis, ut dixi, aut impuris manibus tangamus.

S. VI.

A Ltè vociferatur Paulus: *Probet autem seipsum homo*, 1. Cor. c. 11. & sic de pane illo edat. Præparatione hæc opus est, eaque accuratâ. Hebræus Rex David ædificaturus tem- plum: *Opus grande est, inquit, neque enim homini preparatur habitatio, sed Deo. Ego autem totis viribus meis præparavi im- pensas domus Dei mei*. Quid obsecro impensarum huc contulit? Summatim dixerò. Præter ferri ac cedrorum præter & gemmarum immensam, incredibilem copiam, auto præsentem dedit 274551666. hoc est, duo mil- lia septingentos quadraginta, quinque milliones Hispa- nicorum ducatorum, insuper unum & quinquaginta millia sexcentos sexaginta sex ejusdem moneta. Idque è divinis litteris constat. Verè aurea & præfusa gemmea fuit Davidis præparatio ad templum struendum. At nihilominus hoc optimi regis affectui exiguum erat: *vitam & Toris, ait, viribus meis præparavi impensas*. Censebat enim eum Dominum, cui domus ædificanda, his omnibus longè dignissimum. Quibus ergo viribus, quibus studiis præparanda domus illa, quæ non Arcam, sed ipsum Ar- cæ Dominum est receptura? *Probet igitur seipsum homo*, scripsit

B Gratia per hoc Sacramentum largienda respondet præparationi: ubi major & exactior præparatio, ibi am- plior gratia. Non aliter quam sicut is è fonte publico plus aufert aquæ, qui vas adfert capacius. Ita hæc om- nino. Quisquis enim plus stipis expendit, plus charitatis & humilitatis hæc exerit, plus gratiæ recipit, non tantum ex opere operato, ut Theologi loquuntur, sed etiam ex opere operantis. Cera mollior facilius signum recipit, aridius lignum citius ignem concipit, animus ad hunc cibum præparator, plus gratiæ accipit. De Agno Paf- chis lex prisca præcepit: *Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aquâ, sed assum tantum igni*. In Eucharistiâ, inquit Gregorius, *crudum agnum edunt, qui Dei præsentiam non satis expendant*. Probet igitur seipsum homo.

C Et quantæ, obsecro, in rebus sæpe vilissimæ præpa- rationes fiunt? Narrat Plutarchus, inter Sybaritas mo- ris fuisse, ut eorum femine toto antè anno ad sacrificium aut convivium invitarentur, quò eis liceret, per id temporis spatium, vestem & omnem muliebrem mun- dum exactius parare, itaque ornatiores seu sacra, seu ce- nam adirent. Difficile hoc foret creditu, sed factæ paginæ confirmant. Reges Persarum nullam admirebantur feminam, nisi prius per annum excultam. Hinc virgines Assuero regi sistendæ *sex mensibus oleo ungebantur myrti- no, & aliis sex, quibusdam pigmentis & aromatis urbantur*. Hæc humanis fiebant oculis; quid fieri par erit divi- nis? Et nonne Hebræos adolescentes Nabuchodono- sori representandos elegerunt eos, in quibus nulla esset *macula, decoros formâ, & eruditos omni sapientiâ, cautos scientiâ, & doctos disciplinâ, & qui possent stare in palatio regis*? Et nos repræsentandi Christo nil præmittamus stu- dii? Absint saltem maculæ, quas animus sciens volens retinet. Adsit sapientia, quâ profanum cibum ab hoc caelesti distinguerè sciamus. Et quia hæc nutrimur, ut convivium caeleste semper accumbamus, discendum est idioma cæli, gratiarum actio. Usitatissima cælo lingua est, assiduam habere gratiam. *Probet igitur seipsum homo, & sic de pane illo edat.*

D Pericles Philosophus, ut Ammianus memorat, cum longè cultior, quam aliàs soleret, ad nuptias veniret, in- terrogatus est, quid hoc faceret contra morem, tam ni- tidâ veste? In gratiam sponsi, respondit, ut pulcher ad pulchrum veniam. Si quæratur è Christiano, quid noxas tam sollicitus expungat, in egenes stipem conferat, je- junia inear, preces fundat, optime responderit. Ut pulcher ad pulchrum veniam: ipsa pulchritudo Chri- stus est, nec impuros aut fædos amare potest.

Lupus, ut fevur, cum favā urgetur fame, nec tamen vivam reperit, quam optat, prædam; terram vorat: nihilominus si paullo post carnes acquirat, terram revomit, & cibo locum facit delicatiori. Qui totos dies, hebdomades totas rem terre tractat, & negotiis invigilat, vix fieri potest, ut non aliquid terræ glutiat, sed terram necesse est revomat, cum Agnus in cibum datur. Animus à fallacissimis mundi nugis, imò etiam ab honestis alioqui negotiis abstrahendus est. Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat.

§. VII.

Suidas mihi pag. 418.

Vitruvianus Imperator, quod Suidas testatur, in palatio suo non sine regio sumptu arcum triclinium condidit. Si ullus usquam triclinio tam nobili ac pretioso dignus est, hic certe amoretis, plus veri auri est. Ubi autem plus casti amoris, plus veri auri est. Quisquis è Christianis hunc panem recipit, sit vivum Christi ferculum: quod si aureum & gemmis distinctum non sit, saltem non ferreum, non plumbeum, sed argenteum sit. Cor hominis plumbeum est, quod rebus perituris miserè affixum; cor ferreum est, quod prioris vitæ vitis induruit; cor argenteum est, quod purè in omnibus sincerè intentionis est.

Diversissimus est animantium cibis, aëre pascitur chamæleon, igne salamandra, veneno aranea, larido felis, carduo ahinus, fursure porcus, muribus milvus, sæno taurus, avenâ equus, melle ursus, ovibus lupus, mari salso cerus, serpens terrâ, castor & lutra lignis; sic & animantia cetera diverso gaudent pabulo, omnia tamen buccellam mortis plurimum horrent, quam sepe primo deprehendant mortu. Hominis cibis est agnellus tenerimus in cruce affatus; ne autem sub hoc tam delicato pastu buccella Judæ, mortifve bolus delitescat, probet seipsum homo, & sic de pane illo edat.

Apud Longobardos veteres illis fuit, ut regis filius non prius paternam mensam accumberet, quam in bello alteri regi servivisset: Optima ad divinam Christi mensam præparatio est, virtutem suam militiæ probasse. Neque enim nescire possumus hominis vitam esse militiam, in quâ pulcherimum victoriæ genus est vincere seipsum. Ad hoc sese animet, qui hoc convivium frequentat, dicatque sibi ipsi: Hodie summi Regis conviva es, & ut spero, post obituum, aut post dies quatuordecim vel mensem idem hoc convivium inibis, interea temporis ærumnæ ac tentationes diversæ te incutiant, sed videamus quem interea te militem geras, quomodo ærumnas sis toleraturus, tentationes superaturus, quò dignior huc venias conviva. Proba igitur teipsum, & sic de pane illo ede.

Sed objicis: Quis tandem dignus hoc convivio? Promptissime respondemus: Mortalium nemo, si quidem convivii spectem dignitatem. Neque nos hic Leuthericum Senonensem Archiepiscopum imitamur. Oderat quosdam hic Antistes, eosque in ipsâ Communione sacrosanctâ terruerat hoc modo. Recepti olim moris fuerat, dum corpus Dominicum porrigeretur, dicere: Corpus Domini nostri JESU Christi sit tibi salus animæ & corporis. Leuthericus autem, quâvis hac loquendi formulâ, eos, quos terrores volebat, sic alloquebatur: Si dignus es, accipe. Ob hoc à Roberto Rege Galliarum epistolâ severiore non immeritò reprehensus est. Quis enim tam terribæ conscientiæ, aut tam robustæ invrecondiæ, ut dicere ausit: Dignus sum; accipio. Igitur conviva huc accessurus, hoc unum duntaxat unice caveat, ne os vinum ardens aut allium oboleat. Hoc ajo: Modò nullus ad priores noxas affectus in animo resideat. Sunt enim qui ore satis aperto vulnera conscientiæ detegant, nec eorum quidquam, quæ memoria vel schêda suggerit, subiceant, nihilominus latentissimas alunt cogitationes, quibus prioris vitæ for-

San Leuthericus. Bavonius tom. II. ad annu 1004. num. 3.

Vini sublimatum.

des non penitus displiceant, latet etiamnum ad eas affectus: commissa piacula exponere volunt, ea deinceps penitus cavere non statuunt, aut certè non firmiter statuunt. Hoc, ajunt intra se, & istud penitus cavere, has delicias meas omnino deserere non est animus, nec possum. Faciamus interim quod lex & tempus exigit. En os impurum, quod ardentis vini aut fætor allii contaminat. Hic quantis possum viribus vociferor: Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat. Sincerissime statuatur ea omnia & singula, quibus Deum gravius læset, totâ mente, omniq; curâ cavere.

Huc sanè plurimum facit crebrior Communio, & animosior sui abnegatio: Primum optima plerumque præparatio est. Multa pejus facimus, quia: rariùs facimus. Multi malè orant, quia rarissimè orant: multi in iis, in quibus maximè deberent, vincere se nequeunt, quia nimis rarò se vincunt. Ita prorsus multi se malè præparant ad synaxin, quia nimis infrequenter convivium hoc celebrant.

Ecclesiastes ille longè religiosissimus hanc tradens præceptionem, Quisquis, ait, securè accedere cupit, non multum curet quid sentiat, sed quid velit & intendat. Affectum & voluntatem suam ad Deum ex toto corde convertat, omnibus illis quæ Deo displicent, cum humili voluntatis suæ in Dei voluntatem resignatione valefaciat ex ipso fundo. Sanè qui ejusmodi est, nunquam Dominici corporis sacramentum accipit; quin singularem & magnam reportet gratiam, & quò sæpius accedit, eò plus inde gratiæ adipiscitur. Addit dignum observatu: Imò posset hic, ait, tantâ semel cum devotione ac desiderio, taliq; intentione accedere, ut si ad infimum Angelorum ordinem prædestinatus foret, ad secundum, imò etiam ad octavum vel nonum chorum procheretur. Unde si duo æquè perfecti, æquè sancti, in omni vitâ sint, quorum tamen alter frequentius altero sacramentum Dominici corporis dignè percipiat, ob hoc ipsum velut fulgentissimus sol præ illo altero perenniter fulgebit, singulari q; & admirabili unione Deo copulabitur.

§. VIII.

Alterum præparationis optimæ caput est, generosior sui abnegatio. Cùm Rex Syriæ Benadadus Samariam premeret obsidione arctissimâ, ingens in urbe fames eò grassabatur, ut quarta pars cabi, seu quadrans stercoris columbini quinque argenteis, seu, duobus florenis & decem baciis, caput asini argenteis octoginta, seu, quadraginta duobus florenis & decem baciis venderetur. Cùmque Hebræus Rex Joram obiret mœnia, mulier ad eum succlamans: Salva me, inquit, Domine mi Rex. Cui Rex, Salvet te Dominus, inquit, ego non possum. Quid enim vis? Hic mulier causam suam exponens: Inter me, inquit, & vicinam meam ita convenit, ut suum utraque det filium coquendum & epulandum. Ego filium meum fide optimâ dedi, coximus illum & comeditus. At illa nunc filium suum abscondit, & frangit fidem.

Non absimili modo injuriarum nos agit cælestis Pater, qui omnes cælestis epuli convivas inclamat: En ego dedi filium meum, & comedistis illum; da & tu, ô homo, & tu, & tu quoque filium tuum, date vos omnes & singuli filios vestros. Vos verò malâ fide absconditis illos. Hæc æterni Patris in nos querela est.

Quisnam, obsecro, hic filius noster? Aspiciete, digitum intendo. Suus cuique filius est, quidquid illi charissimum est. Explico. Est, qui unice delectetur auro; hominis istius filius aurum est. Est, qui formosum hominem plus æquo amet, & depercat: est, qui epularum lautitiis & vino; est, qui titulis & honore plurimum afficiatur: sunt, qui picturâ, alii qui Musicâ præcipuè oblectentur: illi pictorum miracula, huic Musicam tolle, &

1. Præparationis optimæ caput: Crebrior communio.

Joan. Taur. lertus in favis Instructur. cap. 38. mihi p. 73. & seq.

2. Generosior sui abnegatio. 4. Reg. 6. 6. vers. 25. & seq.

Suus cuique filius est, quidquid illi charissimum est.

ambobus sustulisti filium: Sunt qui chartarum lusu, sunt qui equis & amplo famulatio, sunt qui venatione & canibus insanè gaudeant: extendat quis paulullum manum suam, & tangat hos homines: eripiat illi formosum hominem; huius epulas; jam utrique suum eripuit filium; subtrahat illi honorem, isti lusum, huius venationem, gravius dolebunt, quam si mortuos lugerent filios: Nimis acerbum est illis hæc talia Dei causa: deserere; sic abscondunt filios suos. Filium suum liberalissimè dedit Deus, & non abscondit illum: Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret; daret autem eam lege; ne quisquam nostrum negaret suum. Hic Abrahami sumus; & Isaacum atimosam doctera matremus Deo. Clamat Dominus: Nisi quis renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Christus reliquit omnia sua; renuntiare omnibus iussit. Ita saltem parati sumus, id quod charissimum est, offerre Deo. Hic clamat Paulus: Probet autem seipsum homo. Profecto, nemo melius seipsum probaverit, num amet Deum, quam si exploret; passusne sit semetipsum etiam charissimam Dei causam deserere; præcipue si illud, quod tam charum est, simul etiam sit noxium. Hic omni modo laborandum, ne quis filium suum malignè abscondat. Vide, mi Christiane, hoc aut hoc aut istud tibi vitium inhæret, amor ille lascivus & improbus velut filius animo tuo agglutinat: hic vir esto, & iugula hunc filium tuum, ut tibi Deus per Eucharistiam det suum.

Joan. cap. 3. vers. 16.

Deo non negandus.

Luce. cap. 14. vers. 33.

ACTIONES COMMUNIONIS SACRÆ.

I. Actio communionis sacrae.

1. Ante omnia requiritur hæc bona & sincera intentio. Sunt, qui panem Angelorum crebriò percipiant, nihilominus peccatis immeriti vivant, nec vitam impuram corrigere, sed eam hoc velamine tegere contentur. Hi se non probant, nec corpus Domini dijudicant. Apage hos Judæ fratres ab hac mensa. Nec etiam bona intentio est, convivium hoc frequentare ob majorem in rebus caducis prosperitatem, vel ob suaviores affectus & dulces animi sensus, vel ob solam consuetudinem, vel ne ceteris negligentior habeatis, vel quia hoc imperatur. Hæc talia præ intentionis sunt. Optima hæc est intentio, intime conjungi Christo.

Secunda.

2. Verè in factam Communionem devotio est, apud animum suum decernere, octavo quoque die, minimum semel singulis mensibus hanc mensam accumbere. Ultra mensam differre, animi semet negligentis & frigidi signum est. Omnibus autem æqualem hæc legem figere difficile est. Quapropter hæc in re Confessarii iudicio standum, qui ordinis, status, ætatis habitum ratione non difficulter judicabit, quid optimum factu. Augustinus hæc in re suasor optimus: Omnibus, inquit, Dominicus diebus communicandum suadeo & hortor. Semel iterumque mensibus (non tamen sæpius) intra hebdomadam ab homine profano cæleste hoc convivium iniri potest, si festi dies invitent.

August. 10. 3. l. de dogmatibus Eccles. l. 3. Alii tamen auctoritate hic liber tribuitur.

Tertia.

3. Sacerdotibus ea vitæ ratio instituenda, ut quotidie possint rem divinam peragere. Rariùs sacris operari, aut peioris vitæ aut culpandæ negligentia plerumque indicium, rarissimè sanctitatis signum est. Patres familias, & quibus herilis potestas est, famulos suos ceterosque domesticos cum verbis tum exemplo urgeant ad piam sæpius communicandi consuetudinem, ut saltem quot mensibus id fiat. Possunt etiam in familiam eam lege admittere, ut singulis mensibus sacrosancta mysteria percipiant, si quidem velint domesticum morem non negligere. Sciendum namque dominis est, tantò servos fideiiores futuros sibi, quantò fideiiores fuerint Deo.

Quarta.

4. Verè in Communionem sacram devotionis est, quotidie spirituali ritu Angelorum panem accipere. Animo desiderata cælesti hoc pane refici, & jam refectus es. Hic solarius grande suggerens Taulerus: Spiritualiiter potest quis, inquit, ubicunque sit, sanus & infirmus, vel

Tauler. in sacris instr. cap. 38.

A millenis vicibus in die aut sæpius etiam, tantam cum fidelitate ac devotione, tam sitienti animo ipsum suscipere, ut præ cunctis hominibus divinam gratiam copiosius dirigeret. Sacer Communioni verè devotus intra hebdomadam seipsum sic alloquitur: Ante biduum aut triduum Christum hospitem suscepisti, & jam iterum tam incertus, tam petulans, tam effusus, tam lascivus es? Hi maiores huic hospiti probari non possunt. Vel de futuro agens: Post biduum, ait ipse sibi, aut triduum Christum regem in domum tuam introduces, nec aliter te præparas? Proba te ipsum & præpara, ne sumpturus pharmacum, reperias venenum; ne comesturus escam vitæ, glutias holym mortis. Cave de te dixerit Aggæus: Comeditis & non estis satiati, bibistis & non estis inebriati. Cave ne mercedem quam congregas, in sacculum mista pertusum.

Quinta.

Aggæi cap. 1. vers. 6.

Sacer Communioni verè devotus in ipso ad aram accessu quam fieri potest compostissimus est, veste ad mundiciam & honestatem facta, oculis modestè dejectis, manibus deorè junctis, genibus reverenter submissis, cogitationibus ad pietatem collectis, lingua & ore quieto, corde solo loquente. Hoc tibi non observant, qui ornate insolentiore nimium compti velut ad choreas, aut profanissimum convivium accedunt; qui oculis emissiis, manibus ac moribus incompotitis, cogitationibus vagis ad magnam hanc cenam irruunt, nec cogitant, se in sui iudicis conspectu stare.

7. Circa summum hoc mysterium fides sæpius exercenda, ita quidem ut convivium hoc aditurus dicat animo: Credo hic sub candido orbiculo, inò sub miculâ minimâ verissimè corpus & sanguinem, animum & divinitatem Christi esse abditam. Non hic sensus, neque argutatix ratio audienda, sed fides. Hoc fidei mysterium est. Hoc Isaias vociferatur: Si non credideritis, non permanebitis. Crede, crede, & intelliges. Nec enim stans in terrâ, manu continges cælum; nec pelagus immensum transfundes in serobiculum; nec palpitantes oculos in flagrantissimum defiges solem. Crede veritati apertissimè affirmanti: Hoc est corpus meum. Et: Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vitâ.

Sexta.

Septima. Isaiæ cap. 7. vers. 9. * Mat. c. 26. vers. 26. sic Marcus, sic Lucas, sic Paulus & Joannes c. 6. vers. 51. Octava.

8. Quilibet hic conviva non ingratus esse cogitat, suæ Humilitatis & Charitatis veste non accedat. Humilitas ubique necessaria, hic maxime. Præclarissimè hic monet Augustinus: Qui foris tumescit, intus tabescit. Luc ante Deum se projecit, à Deo erigitur: qui adversus Deum hom. 50. c. 1. se erigit, à Deo projicitur. Dic ergo cum Chananaea: Ita Domine, canis sum; imicas desidero. Dic cum Centurione: Non sum dignus, ut intres sub tectum meum. Quando humilior, tantò capacior, tantò plenior. Colles repellunt aquam, implentur valles. Nimirum altus est Deus; erigis te? recedit à te: humilias te? accedit ad te. Ante omnia hæc opus Humilitate, cui tamen Charitas jungenda. Tibi dictum puta: si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo. Alienatio & aversio à quocunque homine vel minima prius tollenda, quam mensa hæc accedenda. Vade ergo prius reconciliari fratri tuo. Humilitas & Charitas hæc gratissimum te facient convivam.

9. Cum hospes Christus Dominus susceptus est, non Nona mox è templo abeundum, non statim profanus labor resumendus, sed nec statim preceationis linguâ recitanda. Cor loquatur, lingua fileat. Tunc amantissima cum Christo instituenda colloquia, tunc opportunum est, defectus suos deplorare, miseria & ærumnas suas omnes novo hospiti exponere, auxilium ad agenda & perferenda omnia implorare. Traeta, mi Christiane, cum Domino tuo familiarissimè omnia negotia tua, velut cum amicorum tuorum optimo: præcipue verò divinæ Voluntati te quam plenissimè totum committe. Hic ipsa te opportunitas monet. Quapropter die animo: Duc me, ô Domine, quò ipse vis per læta & tristia: jumentum

Nona.

mentum suum apud te; tu domus istius sis Dominus: tibi claves trado, in terra.

Decima.

Ad hoc epulum dignius frequentandum non tantum letales, sed etiam minores nocte studiosissime cavenda. Quisque suam interioret conscientiam, & illa non muta defectus plurimos accensabit. Quales sunt in multis negligentia, in plurimis vana gloria, in omnibus pene impatientia; arrogantia ob vires, formiam, genus, scientiam, officium, &c. Aut faties nimia, nimia cura in rebus fluxis, vigilans sui amor, molestiarum & curarum horror, odium & invidia, societas non laudanda; in cibo, potu, somno, risu, colloquiis intemperantia, sensuum exteriorum libertas, libidinis licentia, actionum confusio: non stillet identique conscientia, se rarissime inspicit, vix unquam audit; nullam sui curam haberi.

Aug. 10. 10. l. de Ecclesiast. dogmatibus loc. cit. supra, mibi p. 383.

Hic ubi oblecto, divinitus iram continent, qui convivium quidem caeleste non omnino negligunt, vitiorum tamen nihil corrigunt: Hic ebrietati, hic libidini, hic vitio alteri, qui assuevit, pertinaciter inhæret: hodie Christiano, eras iterum Baalim diabolo sacrificat. Hic Augustinus intorquens fulmen: *Habentem, inquit, voluntatem adhibe peccandi gravari magis dico Eucharistia perceptione quam purificari.* Probet igitur seipsum homo.

CAPUT VIII.

Rosa Coroneola, seu, Spes.

S. I.

Spes est corona, quæ Deus humane voluntati imponit.

Rosa, quæ Autumnalis vel Coroneola dicitur, Spem recte conferimus. Spes sanæ coronæ est; quam Deus humane voluntati imponit, ut ea in cunctis actionibus erecta & hilaris nulli succumbat oneri. Spes lynceus habet oculos, imò lynceis longè acutiores, cælum omnè pervidit, velut vitrum pellucidissimum.

Psal. 129. vers. 7. 1. Joan. c. 3. v. 21. Fides in spes firmata.

Spes ita depingitur: Certa expectatio æternæ salutis, nata à bonorum operum conscientia, & intimo gustu sensuque paternæ prorsus benignitatis in Deo. Hinc illud regis Hebræi solatium: *Speret Israël in Domino, quia apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio.* Domini amor Joannes: *Si cor nostrum, inquit, non reprehenderit nos, fiduciam habemus apud Deum.* Fides in intellectu, Spes sedem in voluntate habet. Fides intrinsecus etiam quod averfatur, inferos & alterius orbis supplicia; Spes ed solum respicit, quod omnium vota eunt, ad Deum & ad beatitudinem, quam in dies expectat cum gaudio. Vox Apostoli est: *Spe gaudentes, in tribulationibus patientes.*

Rom. c. 12. vers. 12.

Elegantiter dixit Augustinus: *Spes est beatitudo vite mortalitatis.* Tolle spem, & nullam, dum vivimus, gustamus cælum. *Spes non confundit.* Et: *Beatus vir, qui sperat in Domino.* Chrysostomus letanti animo dixit: *Quando Deus promittit, nulla promissionibus variatio adiungitur.* Promissa Dei certiora sunt his quæ videntur, modò oculos Fidei habemus. Atqui hoc loco non de informi Spe loquimur. Alberto Magno *Spes sine meritis, non est Spes, sed presumptio.* Ideò hortatur regius vates: *Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino.* Qui sperat, & pravos mores non emendat, spem habet, sed qualis à Sapientiâ depingitur: *Spes impii tanquam lanugo, quæ à vento tollitur, tanquam spuma gracilis, quæ à procellâ dispergitur, & tanquam fumus, qui à vento diffusus est, & tanquam memoria hostis unius diei prætereuntis.* Qui metuit, ne quid sibi ad obtinendam beatitudinem desit, in Spem non delinquit. Spes & Deigratiam, & hominis conatum spectat. Si cor nostrum non reprehenderit nos, Spem habemus. Nimirum suus cuique animus ex conscientia Spem præbet. Magnum Spei argumentum est, noxis omnibus viriliter sese opponere.

B. V. Maria perfectam spem habuit.

Beatissima Virgo, quæ luculentam divinæ bonitatis noticiam, & summam misericordiæ divinæ experien-

tiam habuit, & nunquam non purissime vixit, quantum obsecro non solum æternæ vitæ, sed & omnia, quæ rogaret, impetrandi Spem habuerit? nec nescire poterit se gratiâ pleam, & in gratiâ esse stabilitam. Hinc certa fuerat beatitudinis, quam Spem perfectâ expectabat. Ad hanc Virginem refert sanctus Antoninus ab Ecclesiastico dictum: *Ego Mater pulchra dilectionis, timoris, agnitionis, & sanctæ Spei.* Nos quidem speramus, sed & simul trepidamus, *contemplanres ne quis desit gratia Dei.* Quod Paulus conceptis verbis iurgens: *Cum metu,* inquit, *& tremore salutem vestram operamini.*

Ecclesi. c. 24. vers. 24.

Heb. cap. 12. vers. 15. Philip. c. 2. vers. 12.

Virgo beatissima, quæ immensissimam Dei bonitatem penitissime perspexit, Spem habuit excellentissimam, sed timore metique liberam. Malè metuere non poterat, quæ de beatitudine securæ erat.

Ab eadem Virginis Spem ortum, quod cum aliis feminis ad filii monumentum non ierit. Erat quidem Virgo in defunctos maximæ commiserationis, in filium summi amoris, cum ceteris tamen unctura non venit. Spes certa rediivi filii matrem domi continuit. Quid ungeret, quem vivum post horas non multas vitura esset? Ita cruci adstitit, ad sepulchrum non rediit.

S. II.

Dum nos in hac vitâ, velut in mari iactamur, speculæ quidem ad beatitudinis portum inter procellas pervehendos. At subinde ingens emergit cerus, velut iam iam navigium mersurus. Hic spes vigilet, hic sese attollat cælo, dicatque sibi ipsa fidentissime: *Aderit Deus, & juvabit.* Et quamvis conscientia non nihil nos turber, clametque: *Non dignus es, ut iuveris;* tu tamen responde conscientiæ: *Cum Dei iustitiâ non contendam, si dignus qui deserat, ego tamen usque & usque & usque in infinita Dei misericordiâ sperare non desinam, quam hominibus etiam perditissimis non subtrahit.* Christi nitore non meis promeritis, in Christi sanguinem, velut in amoris flumen me præcipito. Hic nemo perit, nisi qui servari noluit: *Mors Domini Jesu me optime sperare iubet.* Et etiam: *occiderit me, ego tamen in Domino sperabo.* Tamen Deus mecum sic agat, ut desertus, rejectus, omni gratiâ excussus videar, ego tamen in Domino sperabo. *Si consistant adversum me castra, si exurgat adversum me prelium, si totus in me unum ruat exercitus, ego tamen in Domino sperabo.* Et si proximus ire videar ergastulis inferorum, ego tamen in Domino sperabo. Hæc spes mea me non fallit; hæc denique in patriâ, quam anhelo, me sistet. *Quidquid in re sit, spem mihi nullus eripiet.* *In Deo speravi, non timebo.* *quid faciat mihi homo.* *In te Domine speravi, non confundar.* *in æternum.* Juvat spe vivere, juvat sic mori. *Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.* Laboris est quidem expectare, sed dulcis est expectatio, quæ certam promittit beatitudinem.

In hac vitâ semper infinita Dei misericordiâ sperandum.

Hoc Deo ingenium est. Solet is nonnunquam permittere, ut iis miseriarum fluctibus involvamur, unde Spes emergendi alluceat nulla; ubi sola mors & desperatio in oculis: si nihilominus homo Spem habeat positam in Domino Jesu, & illius sese sanctissimæ voluntati totum committat, indubiè tandem eluctabitur, & vel post mille naufragia enatabit salvas.

Manasses famosissimum scelus (scelustum dicere parum est) post tot annos inter flagitia exactos, Spe demum ac submissione & catenas rupit, & noxas delevit. Spes mulieris Chananæ imperterrita filiam cadæmonis imperio subtraxit. Spes Magdalensæ liberalissimam noxarum omnium veniam impetravit. Ecclesiasticus proclamatur: *Respicite filii nationes hominum, quia nullus speravit in Domino, & confusus est.*

Ecclesi. cap. 20. vers. 12.

Verè bona Spes, quæ de vero bono ritè concepta est. Hanc qui habet, stringat, teneat, neque abire eam vel in ultimis sinat, & suas illi sorores, Fidem & Charitatem jungat.

jungat. Hæc vera Spes, dulcis, verax, felix est, quæque nec sperantem fallit, neque confundit, sed ad optimum provehit, animum interim sperati boni anticipatione lætificat.

Spes vitæ æternæ una omnium optimâ;

Bernard. in P sal. 90. serm. 9. militi pag. 537.

Stob. serm. 109.

Quia spes quæ non aspirat ad vitæ æternæ fallacis plena est. Lipsius in Comment. Senec. cap. 8. de tranquill. animi. mibi p. 188.

Aug. 10. 10. serm. 29. in Math. mibi pag. 44.

Gen. cap. 19. vers. 26.

Rom. cap. 8. vers. 24.

Valer. lib. 1. cap. 7.

Non est major, non est pulchrior, non sanctior spes quam æternam sperare vitam, modò ea non cæca sit vel præceptis. Sunt enim, qui semper malè agendo bonum sperent, quò nihil est stultius. Qui vitam æternam sperat, vitam, quam agit, corrigat: hæc ad illam pergatur. Spes vitæ æternæ una omnium optima: & sola Spes vera est, quæ & felicem faciet, & jam facit. Eximie, quod solet, Bernardus: *Ve quid enim, inquit, si hæc sapiamus, ut quid cunctamur abjicere omnino spes miseræ, vanas, inutiles, seductorias, & huic uni tam solide, tam perfecte, tam beata Spei totâ devotione animi, toto fervore spiritus inharere?*

Mundus spe plenissimus est, sed heu plerumque, quod Bernardus dixit, spes misera, spes vana, inutilis, seductoria est. Adeòque Thales sapienter censuit spe nihil esse communius: hæc enim etiam illi habent, qui aliud nihil habent. Et quia spes sæpe fallacissima est, merito eam somnium vigilantium appellavit Plato. Spes, quæ non æternam aspirat vitam, volatica & fallacis plena est.

Cato Uticensis, quod Plutarchus memorat, Antiochiam ivit, & vidit extra portam in utroque. viae margine, compositè stantes viros, juvenes, pueros, cum discrimine ætatum, in fæsto omnes habitu & veste: magistratus præterea candidatos, sacerdotes etiam ipsos coronatos. Cato stomachari, & putare, sui honoris causâ factum, & succensere iis, quos præmiserat, tanquam indicassent. Itaque jam propior descendit vehiculo, & luos idem facere & pedibus ire iussit; tanquam salutandus, & pompâ illâ deducendus. At ecce senex quidam, coronâ & virgâ insignis (designator is erat) ne salute quidem dictâ rogavit: Ubi Demetrium reliquisset, & quando venturus? Demetrius is erat Pompei libertus, & multum apud illum poterat, in quem omnes mortales tunc oculos habebant conjectos. Itaque hæc comites Catonis & indignati, & rifu emoti. Cato nihil aliud prolocutus quam: O miseram civitatem!

Tales omnino sunt plurimæ spes hominum, ridiculæ, inanæ, temerariæ, stultæ fallæ; verbo, somnia vigilantium, quæ nescio quid promittunt ut decipiant. Verissimè dixit Augullinus: *Nihil tam inimicum spei, quam retrò respicere: id est in eis rebus, quæ præterlabuntur & transierunt spem ponere: sed in his que nondum datæ sunt, sed danda tenentur, quæ nunquam transibunt. Quando autem sciet tentationibus mundus, velut pluvia Sodoma sulfurea, merendum est exemplum uxoris Loth: Retro enim respexit, & ubi respexit, ibi remansit. In salem conversa est, ut prædentes condiret exemplo. Apostolus Paulus de hac Speita loquitur: Spe enim salvi facti sumus. Spes autem, quæ videtur, non est Spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus.*

Carthaginienſium Dux Amilcar, cum obsideret Syracusas, inter somnium vocem exaudisse credidit, nuntiantem futurum ut proximo die in eâ urbe cenaret. Lætus igitur perinde ac divinitus promissâ victoriâ, pugnam paravit exercitum. In quo inter Siculos & Pœnos ortâ dissensione, castris ejus Syracusani subitâ eruptione oppressis, ipsum intra mœnia sua vincitum pertraxerunt. Ita magis Spe, quam somno deceptus, cenavit Syraculus captivus, non, ut animo præsumpserat, victor. En dormientis & vigilantis somnium Spem magnam, sed falsam.

§. III.

ERomano exercitû quidam gloriosior miles apud Scipionem natu minorem scutum elegans & affabile factum, & quod putabat telis impenetrabile, ostentaverat. Cui Scipio, Tuus, inquit, clypeus, ô mi juvenis,

& firmus & venustus est, sed virum Romanum decet non in lævâ, quæ clypeum, sed in dextrâ, quæ gladium gerit, Spem habere positam. Cum Scipione dixerit: Virum Christianum decet non in lævâ rerum caducarum, sed in dextrâ rerum, immortalium & æternarum Spem collocare. Spes ceteræ pæne omnes & vanissimæ sunt & fallacissimæ. Quid enim?

Bonam speras valetudinem? ergo in spe habes mortalitatis oblivionem, & vitiorum amicitiam. Prolixiorrem speras vitam? ergo diuturnum speras carcerem, in quo multa feras, multa videas quæ nolis. Prosperos speras annorum exitus? ergo dolendû ac pudendû copiosam speras materiam. Peccandi expectas licentiam? An quam infelix gaudium, & quam longævam speras penitentiam! Ultionis speras occasionem? Crede mihi, ô homo, tu speras quod alii timent, hoc est, tuum ipsius interitum. Divitiarum speras cumulum? O fæue! prægrandem ex lappis & tribulis speras sarcinam. Sed honores forsân, dignitates & famam speras? Invidiosam ergo miseriam, opulentam inopiam, pavidam superbiam, pulverem & inanem auram, fumum & mendacem umbram speras. Honestas filio filiæve speras nuptias? Ut video nondum didicisti, nec tuo nec alieno sapere malo. Hoc scias, vix ullâ res est, quæ tam crebro tamque graviter fallit, quam hilares nuptiæ, quas sæpissime tristes sine numero sequuntur tragœdiæ. Sed forsân vetulæ jamque tussientis uxoris funus, & novæ nuptæ thalamum expectas? O miser & infâne! attrito uno laqueo dissolvi gaudes, ut novo & validiore vinciaris. Sed speras post mortem gloriam, & apud posteros nomen, & amplam in funere laudationem? O spes mortalium inanæ! Quid picta domus caeco? quid philomela profuerit surdo. Quid aura felix post naufragium, quid amplum ab ignotis testimonium te juverit? præsertim si crucieris ubi es, & lauderis ubi non es. O quanta pars mortalium vento pascitur, & insomnis gaudetis quàm multi mortalium inter spes optimas ad æternam ruunt penuriam, à gaudiis momento ad supplicia delati!

Hæc vitæ quantitas spes aliis planè improbas!

Spes hominum fallacissimas sub oculos ponit hæc mythologorum narratio. Bubulcus, ajunt, stabulum ingressus boves mirè lætos reperit; causam igitur insolentis lætitiæ sciscitatus est. Cui boves: Speramus, inquit, hunc diem in pinguisſimis pascuis absque opere transigendum. Quis, obsecro, ait bubulcus, in Spem istam penitus inanem vos impulit? Respondent: Hoc ita futurum somniavimus. Ad quæ statim bubulcus: Nolite quæso, mei boves, nolite his somniis habere fidem, quæ mox fuisse falsissima deprehenderis. Ego reverâ longè aliud somniavi, vos scilicet hodie araturos. At, ut nostis, somnia hominum certiora, quàm brutorum esse consueverunt.

Eruditè nostros nobis mores objicit hic apologus, Quoties cum brutis animantibus prata pinguisſima speramus; quoties opes, honores, voluptates ita somniamus, ut mox in robustam Spem convalescant somnia? Tandem Metelli fortunam sperant plurimi, pauci obrirent: spes omnis ad aratrum paupertatis, vel ignominie, vel calamitatis pertrahitur jugulanda.

§. IV.

SAracenorum principi, cui Zizit nomen, Judæus magus annorum quadraginta dominatum polliceri est ausus, si sacras imagines è toto regno tolleret: sustulit; sed & ipse princeps paulò post repentina morte sublatuſ est. O Spes hominum vanissimas! Chrysoſtomi avo primaria femina maritum suum consulem futurum speraverat. Verùm spes ista destituit, maritus mortuus est, & consulatus alteri datus est. Chrysoſtomus spe laſtam consolaturus. Primum fac tecum cogites, inquit, licet valde explorata esset hæc spes, atamen humanam

spem

Lamb. vet.

Apologus spes hominum fallacissimas sub oculos ponens.

Sigebert. in Chron. anno 724. Genebrard. in Greg. 18.

spem fuisse, quæ sepe fallere solita sit, & multa hujusmodi in hac vitâ quotidie cernimus evenire, eum ea, quæ valde sperantur, minimè exitum inveniant. *A manè usque ad vesperam immutabitur tempus.* Incerti & inexpectati rerum exitus sunt. Inter os & offam multa intervenire solent. Imò quod Augustinus dixit, *Nihil tam inimicum spei, quam retro respicere: id est, in eis rebus, quæ præterlabuntur & transeunt, spem ponere.*

Eccli. c. 18.
vers. 26.

Augustinus
rom. 10. de
Verb. Dom.
ser. 29. c. 5.

Teren. in
Adolph.
Act. 2.
Scen. 2.

Piscator, ut in fabulis est, pisciculum reti traxerat. Pisciculus homini persuasurus, ut in aquas remitteretur: Optime vitorum, inquit, quid te animalculum juvet tam minutum? Quod si me manu mitteres, è pisciculo piscis fierem, atque tunc & fagenam tuam & emptoris mensam ornarem. At piscator: Amplissimè, inquit, deliravero, si incertissima certis præponam. Ut scias, spem ego tam vanam pretio non emo.

Sapienter: Atque hoc quisvis de omni spe humana dixerit: Nec terancio emerim spes istas omnes quantumcumque optimas: vanæ, falsæ, nullæ sunt. Spes una

August. 10. 8.
in Psal. 123.
init. p. 595.
Et tom. 10.
serm. 6. de
Ascensione
Domini init.
pag. 434.

felicitates æternæ oculata, firma, certa est. *Gaudium nostrum, inquit Augustinus, nondum est in re, sed jam in spe. Spes autem nostra tam certa est, quasi jam res perfecta sit. Cum credimus, spes est in isto seculo: cum videbimus, res erit in futuro seculo. Capitis præfatio, spes membrorum est.*

Spem in re caducâ collocatam præfici sic depingebant. Arborem procerissimam ad fluminis marginem stantebant, quæ prona in flumen brachia expanderet, qualis plerumque ulmus est ad amnis ripam sita. In arboris vertice virguncula miserè hærebat, aurèâ cæternâ colligata. Hæc imminentem arboris ruinam, ex continuâ fluminis alluvione certens, descensum ex arbore tam periculosâ omnibus viribus moliebatur, ne trunco radicibus subtrito præceps in aquas raperetur; sed aurea vincula vel invitam retinebant. Hæc caducæ Spei pictura; interpretatio est ista. Homo Platoni arbor est: hæc ad tempus velut ad fluxum rapacissimum consistit, in dies ruinæ vicinior inclinatur: puella in hac arbore, Spes est rebus humanis nixa; hæc suum ipsa casum utcumque prospicit, sed quia vinculis tenetur aureis, hoc est ingentibus promissis, libertatem, quam cupit, non obtinet. Hic Hieremias vates proclamatur: *Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor ejus. Benedictus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia ejus. Beatus ergo cujus Deus Jacob adiutor ejus, Spes ejus in Domino Deo ipsius.* Non Abrahami, non Isaac, sed tantummodo Deum Jacob nominati mysterium est. Ingentis spei symbolum Jacob. Hic paternâ domo abiit solus, exul, egenus, vix operatus palliolo: illius & suppellex & arma baculus fuit. Animum tamen bonum & spem omnem in Deo positam habuit. Nec frustra. Rediit Jacob in patriam grandi familiâ & opibus auctus maximis. O ergo beatus, cujus Deus Jacob adiutor, & spes ejus in Domino Deo ipsius. Hæc una spes multo exploratissima est.

Hier. c. 17.
v. 5. & 7.

Ps. 145. v. 5.

Jacob spei
symboli.

S. V.

Spes una omnium bona, una omnium optima est spes vitæ æternæ. Spes ceteræ omnes vanitatis plurimum, subinde turpitudinis & mæroris non modicum habent. Ergo quod vates Venulinus monet:

Ne te semper inops agiter vexetque cupido;

Ne pavor & rerum mediocriter utilium Spes.

Beatus Zeno Veronæ præsul à rerum, ut dixi, mediocriter utilium spe, ad illam felicitatis æternæ spem veram gradatim ascendens: *Tolle spem, inquit, corpus humanitas tota. Tolle spem, artes virtutesque universe cessabunt. Tolle spem, & interempta sunt omnia. Quid facit apud litteratorem puer, si litterarum non sperat fructus? Quid ratem Mavyris Veronæ edidi profundo gurgiti nauta committit, si ei nunquam lucrum, nunquam portus desideratus occurrit? Quid miles, non dicam horrida hiemis, aut torrida æstatis injurias, sed seipsam contem-*

Horat. lib. 1.
epist. 18. pro-
prios sinem.
Zeno serm. de
Fide, Spe,
Charitate.
Sermones
hujus Epi-
scopi &
Mavyris
Veronæ edidi
profundo
anno 1586.

nit, si gloria spem futura non gerit. Quid agricola semina spergit, si sudoris sui præmium non colligit messem? Quid Christianus credit in Christum, si promissum sibi ab eo perpetuæ felicitatis tempus non sperat esse venturum.

In rebus humanis omnia spes futurorum agit, sine spe nil unquam arduum tentatur. Spe messis coluntur agri, spe vindemiæ sudatur in vineis, spe lucri navigantur maria, spe pacis geruntur bella, spe gratiæ frequentantur & teruntur aulae. Dulcis est epistola, sed usque dum veniat ipse qui cam misit, necessarium. chirographum, sed usque dum dissolvatur æs alienum: grati sunt flores, sed usque dum Autumnus proferat fructus; ægroto dum anima est, spes est; dum spirat, sperat. Exulem spes reditus in patriam solatur. Damnatum ad crucem vota facere, & libertatem precari spes jubet. Civis Rhodius cavè clausus alebatur, velut bestia, præcis naviibus, truncatis auribus, torâ facie deformatâ. Huic amici suadebant, ut voluntariâ inediâ suas ipse, miseras finiret. Quibus ille respondit: *Hominem omnia sperare posse, quamdiu possit vel tantum vivere: sic vita præsens & misera est toleranda, sed usque dum affligat æterna. Quoniam, inquit Paulus, debet in spe, qui arat, arare, & qui triturat, in spe fructus percipiendi.*

Spes futuri
omni
nia agit in
rebus hu-
manis.

Nescit Spes vera titubare, nescit cadere. Ipsa sibi quotidie dicit: *Quod hodie non est, cras erit. Duremus, & cælum animo perambulemus, dum nondum licet corpore: pauculos numerabimus dies, & illud beatissimum Cras aderit, nunquam recessurum, nullo vesperare pellendum.*

1. Cor. c. 9.
vers. 10.

Huc igitur omnia consilia nostra sunt referenda. Hoc unum tandem aliquando non adipisci, malorum omnium supremum & maximum malorum est. Hoc unum demum obrinere, spes nostræ omnes elaborent.

Rectè nunc dixerimus, *Speremus* non fertiles annos, non marcupia tutgentia, non horrea stipata, non distentas nectare cellas, sed cælum. *Speremus & gloriemur in spe gloria filiorum Dei, Spe gaudeamus, Spe Salvi semus.* Ergo speremus. Præclare Augustinus: *Viator, inquit, quando laborat ambulando, ideo labore tolerat, quia sperat. Tolle illi spem perveniendi, continud franguntur vires ambulandi.*

Est adolescens fortunæ tenuis, quem vidua sine liberis & opulenta hæredem ex asse scribit; ille lætitiis omnibus incedit, gaudet, & triumphat, & clausos viduæ oculos non sine dulci spe patientissimus expectat. At quæ nos hæreditas, ò bone Deus, expectat in cælo! Paulus lætitiâ exultans: *Insufficit gratiâ ipsius, inquit, hæredes sumus secundum Spem vitæ æternæ.*

Rom. cap. 5.
vers. 2.
Rom. c. 12.
vers. 12.
Rom. cap. 8.
vers. 24.
Aug. 10. 10.
de verbis A-
post. ser. 16.
pag. 132.

Adopratur quispiam terræ filius ab opulento & nobili viro in filium. Hic jam nubes inambulat, & sidera sibi videtur tangere, licet optimi parentis gazas nondum pro libitu partiat. Et nos non accepimus spiritum servitutis iterum in timore, sed accepimus spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: *Abba, Pater.* Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei.

Tit. c. 3. v. 7.

Miles ob fortem operam militiæ navatam à Duce honoratur, & coronam vel muralem, vel civicam, vel castrensem, vel obsidionalem, vel etiam auream, aur, quod melius, agrum ac latifundium accipit. Hic ingens gaudium, & de honore & de præmio. Sed quid hæc ludicra, hæc fluxa ad coronam justitiæ, quam speramus, quæ reposita est nobis, quam reddet nobis Dominus in illâ die iustus iudex?

Rom. cap. 8.
v. 15. & 16.

Triumphat Imperator, effunditur obviam civitas, comitatur Senatus, omnium ordinum homines deducunt, felicissimus, augustissimus, invictissimus acclamatur. O umbrarum umbras, quantilli pars ista gaudii est? Quid crepundia hæc & nuces, ad æternæ gloriæ triumphos, ad immortale jubileum? Et hoc, & illos speramus.

2. Tim. c. 4.
vers. 8.

Sed epularis opiparè, & ad Siculas mensas omnigenâ voluptate perfunderis. Sed quid hoc ad ambrosiam illam, ad illud nectar in cælo? quid furfures ad selestifimam

simam fatinam? quid vappa ad Falernum aut Creticum? Denique omnia, quae hic nobis bona videntur aut suaavia, illecebrae sunt, quibus excitemur ad meliora illa & aeterna speranda. Quidquid in hoc orbe sitivitate est, ad aeternas voluptates levis gustulus est; eò spes evolet, & futuri dulcedine sese implet. Aeterna promissa aeternus, si credidero, ait Augustinus, ex mortali suam aeternus. Felicitatem aeternam sperant crucifixi regis amici : Spes illorum immortalitate plena est.

Aug. 10. 10.
ser. 29. c. 6.
de verbis
Domini.
Sap. c. 3. v. 4.

§. VI.

Sed horum, inquis, futurorum nihil dum videmus. Homo ridicule & angusti animi, quis spei locus est, ubi res in oculis est? An nescis effatum Pauli? *Spes, quae videtur, non est spes; nam quod videt quis, quid sperat?* Illud spei est, quod non videmus sperare, & simul per patientiam expectare. Vide, obsecro, tot aulicorum incredulitatem, sed saepe palliatam spem ac patientiam: non verba tantum, sed & colaphos subinde concoquere sciunt; invident & invidentur, muris tormentis, mordent & mordentur (aularum sacra non constant aliter) lacertant & lacertantur assiduus paene intemperis; acerbissimos non raro bolos, velint nolint, glutire debent. Quid illos, obsecro, tam ferreos reddit & aheneos? Unius Spei gratia vel sibi vel liberis tribuenda: Tolle spem istam, & multos domi suavius esurire cernes. Et nos pro caelo, hem pudor, quam saepe scilicet, quam saepe mortui sumus? Zacharias clamat: *Convertimini ad munitionem, vincti spei.* Ad munitionem, inquit, sive ad munitissimum beatitudinis locum erectos vultus, animosque vertite, vos omnes, quos vinxit spes, cui serviris, & qua velut ab herâ & dominâ sustentamini. Vincti estis a spe velut captivi non inviti, sed voluntarii: nam ipsi vos ultra in carceres & vincula, in labores innumeros conjecistis ob unam spem immortalis gloriae. Hanc ipsam spem Paulus cum anchorâ contendens: *Qui confugimus, inquit, ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animae, tutam ac firmam, & incidendam usque ad interiora velaminis.* Anchora medio irati maris navigium firmat, ne à ventis aut fluctibus abrepta in scopulos agatur; ita nos in concitato vitae hujus oceano inter procellosos laborum fluctus spes una retinet, ut firmi perduremus. Ideo hanc anchoram Apostolus, ad interiora velaminis, in sancta sanctorum, in caelum, tanquam in locum tutissimum hortatur jaciendam, ut ob remunerationis spem laboribus nullis cedamus. Proprium certe, ut sanctus Thomas loquitur, & principale spei objectum est ipsa aeterna beatitudo. In beatis spes non est, sicut nec fides, cum eorum beatitudo non jam futura, sed praesens sit. Nec in damnatis spes illa est, cum certi sint aeternas poenas se nunquam evasuros.

Rom. cap. 8.
vers. 24.
Quae sperantur per patientiam expectanda.

Zach. cap. 9.
vers. 12.

Hebr. cap. 6.
vers. 18.

Spes est anchora qua inter vitam hujus fluctus firmi perduramus.

S. Tho. 2. 2.
qu. 17. ar. 2.
conclus. 6.
qu. 18. ar. 2.
ad 3. conclus.

In Prodro-
mo Aeterni.
c. 1. §. 25.

Aug. 10. 10.
serm. 29. de
verb. Dom.
cap. 5. §. 6.
mibi p. 44.
& 45.

A spera, ad hoc totis viribus anhela. Eleganter dixit Petrus Chrysologus: *Laborans messor, quod in semine non videt, videri debet in messe, & quod in sulco desit, gaudebit in fructu.* Hodie promissionis tempus est. Audi, crede, expecta, crede creditori tuo, qui tibi credidit debitori suo, expecta parumper, ut veniat, qui te diu sustinuit ut venires: da illi inducias de promisso, qui tibi, quidquid erat debiti, jam donavit. Quare tu fatigaris spe Dei, cum genus omne hominum subsistat spe, fide vivat?

Chrysolog;
Laborans messor, quod in semine non videt, videri debet in messe, & quod in sulco desit, gaudebit in fructu. Hodie promissionis tempus est. Audi, crede, expecta, crede creditori tuo, qui tibi credidit debitori suo, expecta parumper, ut veniat, qui te diu sustinuit ut venires: da illi inducias de promisso, qui tibi, quidquid erat debiti, jam donavit. Quare tu fatigaris spe Dei, cum genus omne hominum subsistat spe, fide vivat?

Sextus Julius narrat, Scipionem Africanum ex Italiâ in Africam cum militaribus copiis trajecisse, sed in navis ascensum in terram prolapsum esse. Cumque militum animi ad hoc omen consternari haerent, Scipio ipsum casum in spei memoriam trahens: Videte milites, inquit, omen optimum; Oppressi Africam. Confamilii paene modo Cajus Caesar ascensurus navim in terram pronus corruit: milite non nihil perterritus: Teneo, te, ait, ô terra mater, teneo te.

Julius Sex-
tus l. 1. str.
tagem c. 1.

§. VII.

EA est humanae vitae ratio, ut errare ac labi pronissimum. At si sapimus, ipsi nobis lapsus materiam spei praebent. Itaque ipso in lapsu pro te quisque dicat: O terra mater viventium, spe teneo te, nec dimittam te. Spes non confundit. Nullus speravit in Domino, & confusus est. Optimè dixit Ambrosius: *De divini misericordiam tunc sperandum, cum humana praesidia desiciunt.* Omnes, qui sperant in eum, non infirmantur. Nam bonus Dominus, & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se.

Rom. cap. 5.
vers. 5.
Ecclesi. cap. 2.
vers. 11.
Ambrosius in
Hexamer.

Spes ista, divo Gregorio teste, in aeternitatem animum erigit, & idcirco nulla mala exterius, quae tolerat, sentit.

1 Mach. c. 1.
vers. 61.
Nabum. c. 1.
vers. 7.
Gregor. l. 6.
Moral. c. 13.
mibi p. 445.
Iamb. vet.

Spes omnis obliviscitur periculis.
Educat omnem optima spes molestiam.
Speres meliora; quidquid accidit, feras.

Adhuc caelum volvitur, quod hodie non est, cras erit: qui vidit florem oleae, & baccam se visurum sperat. Propterea fortissimum solatium habemus, ait Paulus, qui confugimus ad tenendam propositam spem.

Hebr. cap. 6.
vers. 19.

Spes facit ut videat cum terras undique nullas
Naufragus, in mediis brachia jactet aquis.
Spes etiam valida solatur compede vincum:
Crura sonant ferro, sed canit inter opus.

Ovid. l. 1. de
Pato. eleg. 7.
Tibull. lib. 2.
Eleg. 6.

Spes praemii, solatium laboris; vulnere dolore mitigat spes coronae. Spes in adversis alit animos.

Symmachus
lib. 2. ep. 52.
Troch. vet.

Cui boni spes est futuri, praesens non sentit malum.
Verissimè dixit Chylostomus: *Nihil mentem hominis adeo virilem facit, & ad omnia audentem, ut spes bona.* Dic, oro, si quis te ad regnum terrestre & imperium vocaret, atque ante ingressum ejus civitatis, in qua coronandus esses, in stabulum divertere necesse esset, ubi luci ac fumi plurimum viatorumque turbae multi esset, & latronum perturbatio, summaque pressura & angustia: num ad illa tristitia cogitatione convertereris? an illa omnia, quasi nihil essent, gaudio & spe regni contemneres? Perquam igitur ineptum & indignum est, terrenis mortalibusque rebus positurum, nihil his qua interim inciderint, contrahi; aeterni autem regni spe elatum & erectum, atque ad calos accersitum, per singula, quae in diversorio contingunt tristitia, decidere atque perturbari.

Chrysol.
homil. 22. in
ep. ad Rom.
& rom. 5. l. 3.
de Provi-
dentia Dei.

D Robusta spes extrema quaeque perferat.

Iamb.

Spem tam robustam dat Christus, qui factus est spes nostra. In illo, inquit Augustinus, vides & laborem tuum, & mercedem tuam; laborem in passione, mercedem in resurrectione. Sic ergo factus est spes nostra. Habemus enim duas vitas: sed unam, in qua sumus, alteram, quam speramus. In qua sumus, nota nobis est: quam speramus, ignota nobis est. Tolerata in qua es, & habebis quam nondum habes. Quomodo toleras? ut non vincaris a tentatore. Laboribus suis, tentationibus, passionibus, morte sua demonstravit tibi vitam Christus, in qua es: resurrectione sua demonstravit tibi vitam, in qua eris. Nos enim non noveramus nisi nasci hominem & mori: resurgere hominem & vivere in aeternum non noveramus. Suscepit quoad

noverat.

noverat; & demonstravit quod non noveras. Ideo ergo factus est spes nostra in tribulationibus; in tentationibus;

Esprit. l. 2. 2. P. 1. in Fabio. Valer. Max. lib. 3. cap. 4. Populus Rom. Terentio gratias egit quod non desperavit de Repub.

Livius & Plutarchus memórant, Terentio Varroni de Cannensi clade infelicissimè redeuntis, Senatúm populúmque Romanum quasi re bene gestá occurrisse, gratiasque egisse, quod de Republicá Romaná non desperáset; sed quantum erat exercitús; reduceret, quamvis in acie quinquaginta millia hominum cecidissent, quamvis Aufidus fluvius juxta Cannas Romano sanguine rubuisset; quamvis jam tot Romanorum millia interpeccioni data essent, ut eorum capitalis inimicus & hostis Hannibal misericordiá motus, dixerit: Satis est, *Parce ferro*: quamvis Romanorum cadaverum ea copia fuisset, ut in torrentem conjecta pontem Carthaginensibus straverint, per quem de castris in castra commearé possent: quamvis ex nobilitate & equestri ordine tot millia cecidissent, ut detractis annulis modicum unum impleverit Annibal, ut narrat Livius, vel duos, ut Florus, vel tres, ut Plinius, ac Carthaginém transfuderit, quamvis tot arma à fugientibus abjecta & mortuis detracta essent, ut cum cladem hanc reparare conarentur Romani, arma non invenirent, quibus muniti hosti occurrerent. Nam, ut ait Florus: *Arma non erant; detracta sunt templis*. Denique quamvis Roma post obsessum à Brenno Capitolium, nullam unquam majorem cladem sensisset, & jam in servitutem Carthaginensium incidere verebatur, tamen consulem suum Terentium Varronem, qui Italé contra consilium collegæ sui Pauli Æmilii in prælium descenderat, & infeliciter pugnaverát, gratulabunda excepit, idè solúm, quod de Republicá non desperáset.

Tam bonus, tam & mitis est Deus & Spei humanæ favens, ut post omnem hominis nequitiam, post optimos dies pessimè consumptos, post acervata fœdè flagitia, nihilominus omnia bene habeant, modò ad ipsum recurramus, modò peccáste pœniteat, modò spem non abjiciamus. Promissum Dei certissimum est: *Quoniam in me speravit, liberabo eum; eripiam eum, & glorificabo eum*. Deus pæne gratias agit per amplissima beneficia, quod post plurima naufragia mari terræque facta, de ope divinâ, de felicitate sempiternâ non desperaverimus. *Nul lus speravit in Domino, & confusus est. Bonus est Dominus sperantibus in eum*.

Et quamvis nimia spes seu præsumptio, & nimius timor seu desperatio duo sint præcipua in gehennam, minús tamen formidandum est excedere sperando nimium, seu præsumendo; quàm nimium timendo & desperando. Quod si homines tantum nitèrentur ut salvi essent, quantum nituntur ut pereant, jam pridem vacuus ploraret Orcus. Ergo speremus; & iter ad cælum instauratis vitibus prosequamur.

§. VIII.

Am cæli fores sunt pateatissimæ, ex quo eas Christus crucis clave, suoque ingressu referavit. Cruci fixus latro eo omnino die, quò è cruce abiit, in paradysum transit. Verùm si fas interrogare: *Quæso, Domine Jesu, cur cæli fores prius latroni, quàm Patriarcharum alicui panduntur*? Pro quo Chrysofostomus responderet, id ideo factum, ut esset manifestum, cæli portas jam omnibus patere. Nam, ut beatus hic Doctor asserit, eâ ipsâ die quâ Christus mortuus, & latro liberatus, Adam fuerat paradysò expulsi: *Hodie, inquit, Adam ejectus è paradysò, & hodie latro paradysum ingreditur, exiit sur, & introiit sur*. Quo fine? Illo utique, ut sicut primo fure in exilium misso, cæli aditum obseptum scivimus, ita nunc sciremus, fure alio seu latrone in cælum admisso, omnibus rectè sperantibus cæli januas esse referatas. Neque enim una tantum aperta est, sed multæ; tres ad Austrum, tres ad Aquilonem, & tres ad Orientem, tres ad Occidentem parent, ut constaret cælum nemini nisi ingredi nolenti clausum esse.

Psal. 90. v. 14. & 15. Eccli. cap. 2. v. 11. Thap. 6. 3. vers. 25.

Cur cæli fores prius latroni, quàm Patriarcharum alicui panduntur. Chrysof. hom. 2. de cruce & latrone.

Ad emendam valem; inquit Augustinus, dandum esset. *Aug. 10. 16. quidquid haberes, etiamsi totum mundum possideres. Et tamen venale est: eme si vis. Nec multum excessives de re magnâ propter pretii magnitudinem: Tantum valet, quantum habes. Noli querere quid habere, sed qualis sis. Resista te valet. Tantum valet, quantum es tu. Te da, & habebis illam. Quid excessivas? quid turbas? Numquid quæsturus es te, aut empturus es te? Ecce tu qui es, qualis es; da te illi rei, & habebis illam. Sed malus sum, inquit, & fore te non accipit. Dando te illi, bonus eris. Ut huic fidei promissioni, te des, hoc est bonum esse. Ac quihuc promissioni se dare, hoc unum est, de quo loquitur, Sperare.*

Et idè Deus felicitati præsentis multas commiscet. Præsentis amaritudines, ut alia speretur felicitas; cuius dulcedo non est fallax. Porò hanc spem modis omnibus eripere conatur Mundus, aut certe corrumpet. Idèrò Augustinus spem ovo conferens, & in Mundum velut exeat descendens: *Quid strepis*, inquit, *ò Munde immunde, quid strepis*? *Quid avertere conaris? Tenere vis periens, quid faceres si mares? Quem non deciperes dulcis, si amarus alimenta mentis? Ergo si habeo spem, si teneo spem, ovum meum non est à scorpionè percussum. Spes mea ovum est testudine telum, & nondum pullus est; non videtur, quia operitur. Quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna, in illa ergo quæ non videntur, extende spem, expecta, sustine; noli retro respicere, Ovo tuo scorpionem time, quia caudâ percutit. Non ergo scorpionem perimat ovum tuum, Mundus isto spem tuam. Quantâ tibi loquitur mundus, quantâ post dorsum tuum strepit, ut retro respicias? id est, ut in rebus præsentibus, nec præsentibus (non enim dicenda sunt præsentia, nunquamstantia) spem tuam ponas. Christiani sunus, Christiani estis, fratres. Figite spem in Deum, æterna concupiscite, æterna expectate. Non ad delicias. Christus in carnem descendit: toleremus potius præsentia, quàm diligamus prosperorum falsa est blandities. Time mare, etiam cum tranquillum est. Omnino non frustra à audiamus, *Servum cor. Quid ponimus cor in terrâ, cum videamus quia evertitur terra?* Ponamus nos Ovum nostrum, id est, spem nostram, sub alis illius Evangelicæ gallinæ, quæ clamat: Hierusalem, Hierusalem, quoties volui colligere filios tuos tanquam gallina pullos suos, & noluiti. Non nobis dicatur: *Quoties volui, & noluiti*.*

Bernardus hoc ovum suum, id est, spem suam summa industria, si quidquam, custodivit. Omnia perdere jacturam non putabat, modò spem retineret. Hinc illæ Bernardi cum Palste voces: *Quoniam tu es Domine spes mea*. Et addit ingenti spiritu: *Quidquid igitur agendum sit, quidquid declinandum, quidquid tolerandum, quidquid optandum, tu es Domine spes mea. Hæc una mihi omnium promissionum causa, hæc tota ratio mea expectationis. Prætendat alter meritum, sustineat se jactet pondus dei. Si estis, jejulare bis in sabbato dicat, postremò non esse sicut ceteros hominum gloriatur: Mibi autem adherere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam. Sperent in aliis alii, forte hic in scientiâ literarum, hic in astutiâ saculi, ille in nobilitate, ille in dignitate, ille in aliâ qualibet vanitate confidat: propter te omnia derimentia feci, & ut sterora arbitror, quoniam tu es Domine spes mea. Speret, qui vult, in incerto divitiarum. Ego verò ne ipsa quidem, nisi abs te, victus necessaria spero; nimirum verbo tuo confidens, in quo abieci omnia. Si mihi præmia promittuntur, per te obtinenda sperabo. Si insurgant adversum me prælia, si læviat mundus, si femat malignus, si ipsa caro adversum spiritum concupiscat: in te ego sperabo. Fratres, hoc sapere, ex fide vivere est nec aliud ex sententiâ dicere potest: *Quoniam tu es Domine spes mea, nisi cui intus sit persuasum à spiritu, ut (quem admodum monet Propheta) jactet cogitatum suum in Domino, sciens quod emutendus sit ab eo: juxta illud quoque Petri Apostoli: Omnem sollicitudinem vestram projicientes. 1. Pet. cap. 5. in eum, ipsi enim cura est de vobis. Ut quid enim, si hæc sapimus, ut quid cunctamur abjicere omnino spes miseræ, vanæ, inutiles, seductorias: & huic uni tam solidâ, tam per-**

Aug. 10. 16. ferm. 64. ab verbis Domini, cap. 3. mibi p. 90.

Aug. 10. 10. ferm. 28. de verbis Domini, mibi p. 90.

Aug. 10. 10. ferm. 28. de verbis Domini, mibi p. 90.

Aug. 10. 10. ferm. 28. de verbis Domini, mibi p. 90.

Aug. 10. 10. ferm. 28. de verbis Domini, mibi p. 90.

Aug. 10. 10. ferm. 28. de verbis Domini, mibi p. 90.

Aug. 10. 10. ferm. 28. de verbis Domini, mibi p. 90.

Aug. 10. 10. ferm. 28. de verbis Domini, mibi p. 90.

Aug. 10. 10. ferm. 28. de verbis Domini, mibi p. 90.

Aug. 10. 10. ferm. 28. de verbis Domini, mibi p. 90.

Aug. 10. 10. ferm. 28. de verbis Domini, mibi p. 90.

Aug. 10. 10. ferm. 28. de verbis Domini, mibi p. 90.

Aug. 10. 10. ferm. 28. de verbis Domini, mibi p. 90.

Aug. 10. 10. ferm. 28. de verbis Domini, mibi p. 90.

fecta, tam beata spei tota devotione animi, toto fervore spiritus inherere?

Cui Deus non derelinquit sperantes in se.

Planè non derelinquit sperantes in se. Quare? quibus meritis? Audi quod sequitur: quia speraverunt in eo. Dulcis causa, aramen efficax, aramen irrefragabilis, dummodo spes in eum. Unde: obsecro tam multum spei Bernardo? Optimum habuit in prælectione hac magistrum, psalten Hebræum. Suavissimum hoc carmen (Quoniam tu Domine spes mea) facillimè didicit Bernardus: nec mirum, nobilissimus præcentor citharæodus regius voce illum præcit.

Veridè & audite regem Sionis David optimâ spe adeò plenum, ut de illo non malè dixerim, totus pæne spes fuit. Evolvite omniâ Psalmorum carmina, vix crebrùs, vix ardentius quidquam commendatur quàm vera spes. Hinc illæ Davidis assiduæ voces: Quoniam tu

Psalm. 4. v. 10. Domine singulariter in spe, constituisti me. Latentur omnes, Psal. 5. v. 12. qui sperant in te: in æternum exultabunt. Sperent in te, qui noverunt Nomen tuum: quoniam non dereliquisti querentes te Domine. Spes mea ab uberibus matris meae. In te Domine speravi, non confundar in æternum. Spes omnium finium terra, & in mari longè. Ego autem semper sperabo, & adjiciam super omnem laudem tuam. Dominus virtutum, beatus homo, qui sperat in te.

Philomela suavem sed eundem pæne cantum iterat. Nec ferè aliter David spem usque & usque ingerit, qui quantus quantus, pæne totus spes fuit. Ego autem, inquit, sicut oliva fructifera in domo Dei. Speravi in misericordiâ Dei in æternum. Cum olivâ se contendit, ubi de spe suâ differit. Oliva semper viret, assimilâ suaragdo gemmæ nobilissimæ; spes nunquam deficit, nisi spes fallâ sit.

Atque hinc Bernardus, quem dixi, in spem erectus incòcussam: Tria sunt, inquit, quae sic roborant & confirmant cor meum, ut nulla me penuria meritorum, nulla consideratio propria voluntatis, nulla aestimatio celestis beatitatis ab altitudine spei dejicere possit in eâ firmiter radicata. Tria, inquam, considero, in quibus tota spes mea consistit. Charitatem adoptionis, Veritatem promissionis, Potestatem redditionis. Murmuret jam, quantum voluerit, insipiens cogitatio mea, dicens: Quis enim es tu, aut quanta est illa gloria, quibus spe meritis hanc obtinere speras? Et ego fiducialiter respondebo: Scio, cui credidi, & certus sum, quia in charitate nimis adoptavit me, quia verax in promissione, quia potens in exhibitione. Licet enim ei facere, quod voluerit. Hic est funiculus triplex, qui difficile rumpitur, quem nobis à patriâ nostrâ in hunc carcerem usque dimissum firmiter, obsecro, teneamus: ut ipse nos sublevet, ipse nos trahat & pertrahat usque ad conspectum gloriae magni Dei. Speremus: Spes non confundit. Haec pauldò copiosius dicenda erant, quantò res majoris momenti, & alii de illâ steriliùs loquuntur.

Bernard. ferm. 3. de fragmentis 7. misericordiarum, sine, mihi pag. 233. Tria cor in spe radicatum confirmantia, Charitas adoptionis, Veritas Promissionis, & Potestas redditionis.

ACTIONES SPEI.

1. Prima Spei actio, eiq̃ue propria est, Expectare, non lætum nuntium, non pecuniae acervum, non Assueri epulum, sed caeleste, sed æternum gaudium. Pulchrè dixit Ambrosius: Spes commodi furatur labores, & metum abscondit periculi. Dulcis & brevis expectatio est, cuiuscunq̃ue sit moræ, cum bonum expectatur nunquam destitutum.

2. Spes nunquam sine patientiâ forore suâ est. Spes vera non est, quæ impatientis est. Per patientiam, inquit Paulus, expectamus. Ad hoc ipsum beatus Jacobus hortatur: Patientes igitur estote, fratres, usque ad adventum Domini. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ; patienter ferens donec accipiat temporaneum & serotinum. Patientes estote & vos, & confirmate corda vestra, quoniam adventus Domini appropinquabit. Dubitas, ait Augustinus, quod tibi dabit bona sua, qui non designatus est suscipere mala tua?

Aug. 10. 10. ferm. 37. de verbis Domini, v. 1.

3. Spes vera non est temeraria, neque enim solam Dei misericordiam, sed & justitiam considerat, illudq̃ sibi assiduè occinit: *Universe via Domini misericordia & veritas, seu judicium.* Itaque spes utrumque Christi pedem, sicut Magdalena, & amplectitur & osculatur: pedem misericordiae & pedem justitiae. Terret te Dei justitia? spera misericordiam. Erigit te misericordia? metue justitiam. Joannes Apostolus: *Omnis, inquit, qui habet hanc spem, sanctificat se, sicut & ipse sanctus est.*

4. Hoc cautissimè spes agit, ut quantumvis rectè agat, suis tamen meritis nil penitus adscribat; Spes vera, solâ Dei largitate nititur. Bernardus: *Periculosa, inquit, habitatio eorum, qui in meritis suis sperant, periculosa, quia ruinosa. Tota spei salus, & omne ipsius meritum Christi crucifixus est.* Hinc illæ Bernardi voces: *Frenit mundus, Bernarda, premit corpus, insiliatur diabolus; non cadam, fundatus enim sum supra firmam petram. Peccavi peccatum grande, turbatur conscientia, sed non perturbabitur, quoniam vulnerum Domini recordabor. Ego fidenter, quod ex me mihi deest, usurpo mihi ex visceribus Domini, quoniam misericordiâ assutum, nec desunt foramina per quae assuant. Meum proinde meritum, miseratio Domini. Non planè sum meriti inopis, quando illi miserationum non fuerit. Domine memorabor justitiae tuae solius.*

5. Spes vera cum Oratione Dominicam recitat, Quintingenti spiritus dicit: *Adveniat regnum tuum.* Neque enim tantum orat ut adveniat, sed etiam adventurum sperat. Joannes Apostolus attestatur: *Haec est fiducia, quam habemus ad eum, quia, quodcumque petierimus secundum voluntatem ejus, audit nos.* Atqui divinae voluntatis maxime est, æternum illud regnum à nobis assiduè postulati.

6. Spes vera tam viriliter agit, ut ferrea videatur aut adamantina, neque enim ulli unquam succumbit operi. Et quamvis fatiscat nonnunquam & labatur, generosior tamen resurgit, & vires sumit è lapsu, nec viam, quam cepit insistere, unquam deserit. Eò regii vatis cohortatio spectat. *Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino.* Sic agendum: Esti lassissime cadamus, via tamen nunquam deserenda, spes nunquam deponenda est: quoties cadimus, toties resurgamus: millies cadimus, millies resurgamus. Appositissimè Augustinus: *Optimus ergo ille, inquit, qui viam tenet, & bene ibi ambulat: Sequentis autem spei est, qui est aliquantulum claudicat, non omnino errat, aut remanet, sed progreditur, est paulatim.*

7. Spes vera inter Desperationem & Præsumptionem seu Temeritatem media prudenter graditur. Sunt, qui in seipsis sperant, in vigiliis, in labore, in jejniis, in virtutibus suis. Sunt, qui desperant; dum enim considerant suam imbecillitatem, obruantur à pusillanimitate. Sunt, qui sperant quidem in Domino, sed frustra: quia sic de misericordiâ ejus sibiipsis blandiuntur, ut à peccatis suis non emendentur. De his Bernardus: *Be-neplacitum est, inquit, Domino super timentes eum, & in eis, qui sperant super misericordiâ ejus.* Dicitur. Qui sperant, signanter præmisit, *Super timentes eum. Frustra siquidem sperat, qui contemptu suo gratiam à se repellit, & spem suam prorsus evacuat. Nullus horum trium habitat in adjutorio Altissimi. Primus enim habitat in meritis suis, secundus in pænis, tertius in vitiis. Immunda habitatio tertii, anxia secundi, stulta & periculosa primi.* Spes vera non nimum, aut temerè, non in seipsâ sperat, sed seipsam in Domino fundat.

Septima. Est nimis spes Præsumptio.

Bernard. in Psal. 90. ferm. 1. med. mihi p. 515.

CAPVT IX.

Rosa Græca, Lychnis, seu, Paupertatis amor.

§. I.

Rosa Lychnis non excedit quinque folia, odore nullo est, & violæ magnitudine. Paupertas huic rosæ non absimilis.

Nec foliis gaudet, nec gratum spirat odorem.

Vix quidquam habet orbis contemptibilis Paupertate. Nec cuiquam acerbior est Paupertas, quàm divitiis innutrito.

Mariæ Virginis parentes & divites fuerunt & nobiles, hæc unica illorum filia, sic tamen Paupertatem, sic virtutes ceteras amavit, ut potuerit hoc elogio compellari: Tu tota es Charitas, tota Castitas, tota Humilitas, Paupertas tota es. Multæ filie congregaverunt divitias, tu supergressa es universas. Evangelii leges, imò & consilia, priusquam promulgarentur, jam Virgo exactissimè servavit. Et ex amore Paupertatis: Fabro, qui fortunæ inops manu toleravit vitam, non gravatè nupsit. Sciverat hunc vitam virtute pulentum esse.

Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.

Hæc insuper Virgo beatissima complures vestiarum artas non habebat: duplex ei vestis fuerat, quam in obitu vicinis & pauperibus viduis reliquit. Epaminondæ ajunt principi Thebano unicam fuisse vestem, quæ si fuisset reficienda, domi se continere debuit Epaminondas. Hic rem magnam præstitisset, si hoc amore Paupertatis fecisset. Virgini, Virginique filio unius generis vestes fuerunt, coloris, ut multi putant, nativi. Deinde, restandæ paupertati, manibus victum paravit Virgo.

Basilii id affirmans: Totam, inquit, familiam constituebant Christus, Maria, Joseph, qui ne offensionis essent otio, præsertim cum pauperes essent, in assiduis corporis laboribus versari sicut soliti, & hac ratione quotidianum victum queritare. Cum Christus pauperibus his parentibus subiectus esset, laborando etiam suam in parentes obedientiam testatus est Epiphanius Constantinopolitanus de moribus divinæ Virginis: Docilis, inquit, & amans doctrinam, lana, lino, serico, & bysso laborabat. Quod de illo potissimum tempore asserit credimus, quo Virgo etiamnam in templo inter Virgines educabatur.

Antonium, Euthymius, alii existimant Christi togam inconsutilem, de qua milites fortiti sub cruce, Virginis opus textile fuisse. Assentitur doctissimus Cæsar Baronius, cum in Oriente generis ritu seminarum officium fuerit vestes conficere. Eldras Sacerdos id confirmans: Ipsæ, inquit, faciunt solas omnium hominum. Augustus Imperator non aliâ usus est veste, nisi quam domi fecissent conjux, soror, filia, neptes.

Potè Paupertatem Virginis quæ oratio satis explicet? In stabulo inter pecudes, idque Decembri hieme, partum edere, cunardum loco præsepe adhibere, extremæ Paupertatis non fallax argumentum est. Omnes alios diversitiores hospitium capiebat, huic uni pauperculæ hospiti nec vilissimum quidem cubiculum patebat; ad bestiarum specum amandabatur. Neque brevi tempore, sed ipsos quadraginta dies, dum scilicet lustranda prodit, hoc cavum Virgo habitavit. Nec omni reliquâ vitâ ditior esse voluit, tamen potuerit. Tres ab oriente Dynastæ ex apertis thesauris utique non vile aut minutum quid divino Infanti obtulerunt; regium fuisse minus nemo dubitaverit. Hi namque orientales Principes eo animo iter incenderunt in Berthelem, ut novum Messiam & stellæ Dominum regî munificentia & quantis possent muneribus velut dediti subiecti venerarentur. Quod clarissimè Matthæus explicans: Et apertis, inquit, thesauris suis obtulerunt ei munera. Magnum quid

A daturi, thesaurum dicimur expronere. Ita hæc profusis B. Mariæ regî liberalitate cælestem puerum esse salutarum, illud aurum à apertis thesauris argumento est. Nihilominus Virgo beatissima voluntariæ Paupertatis suæ minimè oblita, dona quidem, mysterii gratiâ, non recusavit, sed ea paullo post in pauperes erogavit. Quod divus Antoninus explicatè asserens: Aurum, inquit, sibi oblatum à Magis non modicum, non sibi reservavit in posterum, sed pauperibus per Joseph dispersit. Idem plurimum testimonii firmatur.

Aur certè, quod forsitan aliis placeat, divina Virgo regis gazas verecundissimâ manu libaverit tantum, & à singulis donis exiguum quid accepit. Alterutrum horum jam exploratè veritatis esse credimus.

Quod si Virginis lustrationem spectemus, mira Virginis paupertas cogitanda occurrit. Legis erat, ut agnus, aut certè, si facultates decissent, duo rutures pro infante substituerentur. Virgo mater eâ fuit Paupertate, ut non habuerit, unde agnum emeret aut offerret; ita columbas duas atulit hominum egenorum sacrificium.

Et quantum Paupertatis habuit tristissima fuga in Ægyptum? Nullæ hæc præparationes præmissæ, nihil supellectilis in viam assumptum, nulla viatici mentio. Accepto tristi nuntio, mox ipsâ nocte fugiendum, & iter duorum mensium ingrediendum. In itineribus non pauca patiuntur vel divites, qui plenâ perâ urgentique marturio viæ molestias solati queunt. Quid jam pauperibus fiet, quos nec crumena, nec focus, nec cella sequitur? Hinc itinera pauperum molestissima, laboris & miseriarum plena: nec enim uspiam grati adventores sunt.

Nec in viâ tantum Paupertas Virginem comitatur, quàm in Ægypto ipsâ septennio toto nunquam defecit. Cogiretur obsecro, quantum penuriæ, quantum & ceterarum ærumnarum fuerit tolerandum inter gentes tam barbaras, quarum diu crescent in hortis, aut in pratris pascunt. Hic continua stabuli Paupertas, imò durior, tot annis Virginem exercuit.

Ad paupertatis culmen gradibus vatis ascenditur summus est, non superfluis tantum, sed & necessariis carere posse. Huc mater Domini pervenit, quæ sibi vel necessaria deesse non patienter solùm, sed & hilariter tulit. Addidit semetipsam. Nec enim ipsa sibi perperit, quæ inter alia relinquenda seipsum quoque numeravit, deditque humanæ genti verè de suo viaticum ad cælum, panem vivum.

Atque hanc paupertatem Virgo ritu hominum religioforum promissio etiam votòque confirmavit, si sanctæ Birgittæ fides, quæ Virginem matrem sic loquentem sistit: Omnia, quæ habere potui dedi indigentibus, nihilque nisi victum tenuem, cum matrem vi. Nulla mihi, nisi Deus, placuerunt. Ego semper in corde meo optavi, ut viverem ad tempus nativitatis ejus, si fortè fieri mereret ancilla indigna matris Dei. Vovi etiam in corde meo, si esset ei acceptabile, observare virginitatem, & nihil unquam possidere in mundo. Si autem aliter vellent Deus, fieret voluntas ejus, & non mea: quia credebam ea omnia posse, & nihil velle nisi mihi utile, ideo ei omnem meam voluntatem commisi.

Potuerunt itaque omnes sanctissimæ hujus familiæ, & ex eâ singuli, Christus, Mater, Joseph dicere: Pauper sum ego, & in laboribus à juventute meâ. Atque hanc suam paupertatem Christus suæque matris in monte Golgothæ orbi universo spectandum dedit; tum suas vestes pauperinas carnificum turbae reliquit, cum matrem discipulo pauperi commendavit. Fuit Josephus Arimatheus dives, fuit Nicodemus, fuerunt & alii, qui donum hoc mente gratissimâ suscepissent. Sed voluit Christus thesauri tanti custodem pauperem esse piscatorem.

Post filii reditum in cælum mater in domo non sua precario habitavit. Reditus ipsius annui fuerunt è col-

Plinius loc. cit.

B. Mariæ paupertatis amantissima fuit. Prov. r. 31. v. 29.

Basil. monast. Constit. cap. 5.

Epiphanius in vitâ Deipara.

Toga Christi inconsutilis opus fuit B. Virginis. 3. Esdræ c. 4. v. 17.

Bonav. in vitâ Christi. c. 9. Tostatus Abulensis cap. 2. Mart. qu. 47. B. Mariæ paupertas: 1. In partu.

Math. c. 2. v. 11.

B. Mariæ aurum à Magis oblatum in pauperes erogavit.

2. In lustratione:

3. In fugâ in Ægyptum.

4. In Ægypto.

Revelationes S. Birgittæ lib. 1. c. 10. post initium.

Pselm. 87: v. 17. * Ajunt fuisse domum domini in Hierosolymis, quæ fuit mater Icanis Marci. Hierosolymis c. 12. v. 12.

laticā stipe Christianorum, quam Apostoli per septem A. diaconos viduis, aliisque egentioribus distribui curā-
runt.

§. II.

Hanc filii, hanc & matris Paupertatem imitantur, quibus & filius & mater in amoribus est. Paupertas, ut eam Annæus depingit, minimè truci vultu, sed humanissima est: neque enim aliud Paupertas, quam parvi possessio: Pauper enim est, non qui pauca possidet, sed qui multa non possidet.

Hoc mirum, & meritò culpandum, paupertatem & pauperes tam exosos esse divitibus, cum tamen divites velut oves boves, è rēculis pauperum tanquam è paciscis pinguecant. Ecclesiasticus disertissimè hoc affirmans: *Venatio leonis*, inquit, *onager in eremo sic & pasua divitum sunt pauperes*. Non hinc pauperes illos deploro, quos opulenti opprimunt, & velut onagros leones devorant. Eò non expatiabimur, nimis amplius dicendi campus est. Jam olim Abacuc id lugens: *Taces*, inquit, *devorante impio justiorum se, & facies homines quasi pisces maris*. Sicut enim minutus pisciculus lupus, & pullos gallinaceos accipiter necat: Sic, ut divus Jacobus Apostolus loquitur, *divites per potentiam opprimunt egenos*. Quotus enim quisque, ait Salvianus, *juxta divitem pauper aut intactus aut tutus est*. Nimium

Dei te timetur aper, defendunt cornua cervum,

Imbelles clama quid nisi prada sumus?

Tondere pecus non deglubere oporteret; hi autem ferarum ritu & pellem diripiunt, & ossa comminuunt. Sed istud hinc non agimus; hoc unum cum Siracida monstramus, paupertatem & pauperes iniquissimè proflus divitibus exosos esse, cum divites non sint, si desint pauperes. Siste mihi vel unius pagi dominum: Unde huic viro divitiarum, nisi à pauperibus pagi incolis? Tolle mappam rusticorum & horrea, & hic dominus non erit dominus, sed utri, à quibus accipit, mendicus. Examina mihi rusticorum dictum, a non verum sit: Pauperes plus diviti dant, quam ab illo accipiant. Ita proflus pacifica divitum sunt pauperes.

Argentum & aurum sunt duo magna mundi luminaria. Argentum luminare minus, luminare majus aurum est. Solem olim & lunam adorabant Ægyptii, Persæ & Græci: argentum & aurum jam nemo non adorat. Hæc illa duo sunt luminaria, quæ non clarum duntaxat, sed & formosum, sed & sapientem, probum potissimum & sanctum efficiunt.

Scilicet uxorem cum dotē, fidemque & amicos,

Et genus & formam regina pecunia donat.

Quinimus caret, cui parvi est possessio, is nec nobilis, nec formosus, nec probus, nec sapiens, nec sanctus habetur. Hæc solis conveniunt divitibus; pauperis est, omnium pedes extergere.

*Nil habet infelix, paupertas durius in se,
Quam quod ridiculos homines facit —
Quantum quisque sua numerum servat in arcâ,
Tantum habet & fidei. —*

Hoc ipsum Hebræi sapientes indignantur: *Sapientia pauperis contempta est, quia verba ejus non sunt audita*. Nempe vox aselli, quod Italus verbum est, non tollitur in cælam, nisi asellus sit aureus, hoc est dives, quantumvis sit indoctus & badius. Nam testibus istis: *Pauper locutus est sensatè, & non est datus ei locus*. Dives locutus est, & omnes tacuerunt; & verbum illius usque ad nubes perducent; oracula loquitur, pauper locutus est, & dicitur. *Quis est hic & si offenderit, subvertent illum*. Hinc demum illud divitis fastidium erga pauperes: Nam sicut abominatio est superbi humilitas; sic & execratio divitis pauper: omnes enim res,

*Virtus, fama, decus, divitiarum humanaque pulchritudo
Divitibus parvit: quas qui construxerit, ille*

*Clarus erit, fortis, justus, sapiens etiam & rex,
Et quidquid volet. —*

Tanti est pauper, quanti est census quem habet: cum ergo parum aut nihil habeat, nihil erit. Id oculi fati loquuntur. Adest pauper ad cauffidici, ad judicis fores, & causam suam audiri rogat, jubetur expectare. Quamdiu dies, hebdomades, menses totos, nonnunquam & annos. Adest dives: jubetur mox ingredi; auditur quam primum. Hoc solum? hinc pauper plerumque cadit, evincit dives: Siquidem, quod Ecclesiastes dixit, *Ecclesiæ. 10. Pecunie obediunt omnia*. Hæc divitis, & pauperis fors est v. 19. in rebus pene omnibus; illum extollit, hunc dejicit.

In pretio pretium nunc est, dat census honores,

Census amicitias, pauper ubique jacet.

*Ovid. lib. 1.
Fastor.*

Sed non jacebit semper: stabit olim jacente & ardente divite. Eleganter & acutè de opulenti Augustinus in illud Psalmi: *Laborabit in æternum, & vivet in finem*. *Labor ejus sine fine erit, vita ipsius habebit finem*. Pauperes nostri cum viderint divites in epulis quotidianis, in splendore & nitore auri & argenti, quid dicunt? *Isti verè vivunt*. Vivat; finietur vita, labor non finietur. Quomodo vivebat ille, qui induebatur purpurâ & bysso, & epulabatur quotidie splendide, & jacentem ulcerosum tumidus contemnebat. *Mutaverunt vices ambo: ille à janua divitis sublevarus est in Abrahæ sinum; ille ab epulis splendidis missus est in flammam*. Ille requiescebat, ille ardebat; satiabatur ille, iste striebat. Ille laboraverat in finem, vivet in æternum: ille vixerat in finem, laborabit in æternum.

Hæc Christi leges sunt: illi qui hinc volunt habere vitam, vivent in finem, & laborabunt in æternum; ii qui hinc laborant, in finem laborabunt, & vivent in æternum.

§. III.

Verè nunc laborant pauperes. Paupertas febris est continua, quam hæcticam appellant. Ita Sophocli visum, qui egestatis molestias expendens: At mihi, ait nullus videret, quia pauper sit, vacare morbo, sed ægrotare perpetim. Cum enim pauperes affiduus labor urgeat, jam æstuant, jam algent, ita semper februnt; hinc amaras sæpe forbitunculas coguntur sumere: pauper ubique jacet. Hinc rapacium, avarorum, aliena invadentium, innocentes opprimuntium adagio est: *Quantum habebis, tantus eris*.

Hoc divus Jacobus graphicè ponens ob oculos: *Si introierit in conventum vestrum, inquit, vir aureum annulum habens in veste candida: introierit autem & pauper in fordidò habitu & intendatis in eum, qui indutus est veste præclarâ, & dixeritis ei: Tu sede hic bene, pauperi autem dicatis? Tu sta illic aut sede sub scabello pedum meorum: nomen facti estis iudices cogitationum iniquarum? Quæ cogitationes istæ?*

Hæc sunt: Opes ad omnia conducunt, inopia omnibus exosa: ergo inops opulento cedat. Deinde, dives juvare, commendare, extollere, ditare me potest, non pauper: illum ergo colam, non istum. Tertio, sui contemptum dives ulcisci potest, non pauper: illius igitur metuenda offensio, non hujus. Quarto, quid expectem à paupere? Igitur vale, mi pauper; tu dives salve. Quinto & oneri pauper & dedecori esse solet perpetuâ mendicitate: dives honori est, & commodo: hinc ergo sequor, illum fugio. En cogitationes iniquas, en ratiocinationes falsissimas.

Epictetus eas insigniter refellens: *Orationes hæc, inquit, non coherent: Ego sum te locupletior, ergo sum te melior: Ego sum te eloquentior, ergo sum te præstantior. At illa magis coherent: Ego sum ditior, mea ergo pecunia tua præstat. Ego sum te eloquentior, mea ergo dictio tuam excellit. Tu verò nec pecunia es, nec dictio. Totus in hanc sententiam Seneca concedens: *Navis, inquit, bona dicitur non quæ pretiosis coloribus picta est, nec cui argenteum & aureum rostrum est, sed stabilis, & firma, & juncturis æquam excellentibus fissis, ad ferendum incursum maris solida, gubernaculo parens, velox & conscientis**

*Sen. r. ep. 87.
fimo.*

*Divites è
reculis
pauperum
pingue-
scunt.
Ecclesi. c. 13.
v. 23.*

*Abac. cap. 1.
v. 13. & 14.*

*Jacob. c. 2.
v. 6.*

*Salvian. de
Provident.*

*Ita eas
Martialis
appellat epi-
gram. lib. 4.
epigr. 74.*

*Vide cap. 1.
Genes. v. 16.*

*Horat. lib. 1.
epistol. ep. 6.
ad Numi-
num.*

*Juvenal. sat.
3. circa med.*

*Ecclesi. 9.
v. 16.*

*Ecclesi. c. 13.
v. 27. & 28.
v. 29.*

Ibid. v. 24.

*Horat. lib. 2.
serm. sat. 3.*

*Psal. 48.
v. 9. & 10.
Aug. tom. 3.
in Psal. 48.
med. ser. 48.
milit. p. 183.*

*Aug. in Psal.
51. post med.*

*Inc. cap. 2.
v. 2. 3. 4.*

*Cogitatio-
nes homi-
num inno-
centes opprimentium.*

*Epictet. En-
chir. cap. 6.*

*Senec. ep. 74.
muse. med.*

tiens vento. Gladium bonum dices, nec cui deauratus est baltheus, nec cui vagina gemmis distinguitur, sed cui ad secundum subtilis acies, & mucro munimentum omne rupturus. Regula non quam formosa, sed quam recta sit queritur. Eo quodque laudatur, quod illi proprium est. Ergo in homine quoque nihil ad rem pertinet, quantum avertet, quantum feneret, à quam multis saluteretur, quam pretioso incumbat lecto, quam pellucido bibat poculo, sed quam bonus sit.

Stultus est, qui equum empturus, non ipsum inspicit, sed ejus stratum, phaleras, frenum attendit: sic est, qui hominem de veste aut conditione putat æstimandum. In homine laudandum est, quod ipsum est. Etsi familiam habeat formosam, & domum pulchram, & arcam bene nummatam, nihil horum in ipso est sed circa ipsum. Lauda in ipso quod hominis proprium est, quod etipi non potest. Nemo nascitur dives: quisquis in lucem exit, iustus est lacte & panno esse contentus: ab his initiis nos regna non capiunt.

Doctissimus Judæorum Philo, in illud Exodit Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis. Videtur mihi subesse hic, inquit, & aliud præceptum utile moribus, avaros valde arguens, undecunque argentum & aurum sibi querentes, & acquisitum tanquam Numen reconcentes in penetralibus, totam suam felicitatem acceptam illi ferendo. Quin & illos reprehendens, qui cum non possint proprias divitias colere, quod his careant, alienas mirantur, non minus avari, quam illi priores: quos adoraturi manè ad ades eorum tanquam ad sanctissima templa cursitant. bona petunt ab his quasi Numinibus.

Hebræus rex Salomon è puro puro auro fusiles sex gradus fecit, ad regale solum conscendendum. Atque ut Regum fasti loquuntur: Non est factum tale opus in universis regnis; si pretium simul & ars spectetur. Quamvis & alios reges, eos maxime, quibus argentum & aurum fuerat vernaculum, ex argento & auro fecisse, scelas memoriae proditum sit. Solum speramus in cælo sublimè, deliciis plenum, in omnem æternitatem stabile. Ad hoc tutissimè itur per argenteos & aureos gradus, sed calcatos. Qui aurum & argentum non petente gestat, sed pedibus calcat ad veræ Paupertatis leges, si securissimus ad illud excellens cæleste solum pertinget. Beati pauperes.

Ut autem veras Paupertatis divitias exactiùs inspiciamus, eas ordine sub aspectum ponam. Hoc agam, ut quantum boni sub Paupertatis sordido palliolo lateat, nemini non perspectum sit. Per cetera capita ibo, & compendio rem summam complectar.

§. IV.

I. Paupertas nil mali habet. Hic vulgi sensus est, nescio quid mali paupertate additum latere. Error est, & falsissima calumnia, & Romanis sapiens luculentè: Paupertas, inquit, nulli malum est, nisi repugnanti. Plurimis parvè divitias, non finis miseriarum fuit, sed mutatio. Hoc ipsum confirmatiùs asserens in paupertate, ait, nil mali esse intelligit, quisquis modò nondum pervenit in insaniam omnia subvertentis avaritiæ atque luxuriæ. Quantulum est enim, quod in tutelam hominis necessarium sit, & cui deesse hoc potest, ullam modò virtutem habenti? Sed nec ulli paupertas dedecori est. Minutius Felix verissimè. Quid plerique, ait, pauperes dicuntur, non est insaniam nostra, sed gloria; nec pauper est, qui non eget, qui non inhiat alieno, qui Deo dives est. Paupertas nullis in vitis ac reculantibus non gravis & indecora. Er ille verè pauper est, qui nescit paupertatem ferre. Non malum est pauperem esse, sed nolle esse. Enimvero tam non solum pretiosa, sed & formosa vasa est pretiosæ sapientibus Paupertas, ut Rex Macedo pæne orbis dominus dixerit: Si Alexander non essem, Diogenes esse vellè. Dolio eoque parum integro Cynicus iste philosophus pro domo suâ usus est; supellex domûs istius vile poculû fuit. Sed cum Diogenes rusticum cavis manibus bibentem vidisset, se ipsum superflue supellectilis damnans, poculum quo-

que abjecit tam rerum omnium egenus, quam omnium dominus. Omne tulisset punctum hic paupertatis cultus, modò causam habuisset meliorem.

At in his videre est, quam pulchra sit virtus ipsa, cuius vel umbra tantum habet pulchritudinis. Hinc plurimi Philosophiæ sectatores, nec obscuri nominis, usque divitiarum ad eò divitias contempserunt, ut non modò aliunde contemoblatas non admiserint, sed eas etiam quas à parentibus prore: jure habuissent, sponte publicârint. Inter hos Democritus Abderites nihil demum præter ingenium possedit. Unde aliis quidem pauper videri potuit, sibi reverè divitissimus fuit.

Nec tantùm in Philosophorum scholis hæc virtus hæsit: maximos belli duces (quod alioqui rarissimum) sui amore implevit.

Phocion Atheniensis inter maximos Imperatores numerandus, usque ad eò divitias sprevit, ut grande auri pondus quod Alexander dono miserat, pertinaciter repudiârît, testatus se non egere auro regio. Hinc inter Græciæ sapientes diu de hoc viro quæsitum, majore Alexander esset, an Phocion, qui aurum Alexandri contempserat.

Non imparè vir iste seque dignam nactus est conjugem. Huic cum matrona nobilissima è suis cimeliis torques, annulos, monilia, ceteraque muliebris mundi ornamenta monstrâset: modestè Phocionis conjux subridens: At meus, inquit, ornatus non talis; ab auro & gemmis pauper est; sed Phocion me ornât jam vicies Atheniensium Imperator.

Jam verò si malum ullum in Paupertate esse aut vitium arbitrati essent maximi viri, non Publicolæ, non Menenio funeris sumptus defuisset, non Curius aurum Samnitium, non Fabius, quod Pyrrhus dabat, recusâset. Peperit continentia illa Romanorum Imperium, luxus & avaritia perdidit.

II. Paupertas læta est & hilaris. Is, quem paulò antè laudavi, illustrissimus testis. Si vis scire, inquit, quam nihil in paupertate malis sit, compara inter se pauperum & divitum vultus. Sapius pauper & fidelis ridet: nulla sollicitudo in alto est: etiam si qua incidit cura, velut nubes levis transit. Horum, in imo qui felices vocantur, hilaritas ficta est, aut gravis, & suppressa profundo tristitia: & quidem gravior, quia interdum non licet palam esse miseros, sed inter arumnas cor ipsum excedentes necesse est agere felicem.

Bene paupertas Humili recto contexta latet; Quæritur alta sæpe procella.

Senec. Thyestes.

Licet hîc paulò prolixiùs sinceram Paupertatis lætitiæ aspectum ponere.

Fuit urbis primas, qui è regione fabri ferrarii habuit. Faber summo mane è antelucio incudem urgere, malileum rotare, ferrum tractare, tundere, limare, levigare, inter eà unà cum servis lætissimus esse, ridere læpissime, cantillare assiduè. Contrâ summas ille secum seridè purare, ecquid tandem id causæ esset, quòd ipse, divitiis cum abundaret, deliciis afflueret, honoribus excelleret, rarè tamen lætus esset, ratiùs rideret; ille verò è Vulcani profapia sterops in tantâ egestate læpius & sincerius rideret, cachinnaretur, etiam & risu diffunderet: in tantis porrò laboribus cantitaret perpetim, in tantâ cibi somniq; parsimoniâ nunquam non hilaris esset, nullâ sollicitudine concuteretur, quem & curæ velut nubes transirent. Quare fabrum hunc tacito suffragio beatiorem judicavit seipso, hominibusque adeundi & colloquendi quæsitivè opportunitatem. Igitur in opus certum manus illius conducturus, ipse lemmiam officinam adit, adfat, sermones varios miscet. Faber brevia responsa cantiunculis subinde distinxit. Quærit tandem otiosus ille stator, ecquid posset totos soles ita lætus, ita & musicus transigere? Cui faber: Mi domine, inquit, nulla mihi cura curæ est, præter meum hunc laborem,

Paupertatis lætæ paradigma. D. Guarino. nius lib. 2. de abominand. humana gentis cap. 5. sine.

Exod. c. 20. v. 23. Philo lib. 1. de monar. chiâ init. mih. p. 628.

Reg. c. 10. v. 26.

Paupertatis divitiæ.

1. Paupertas nil mali habet. Senec. epist. 123. seu penult. sine. Idem Consol. ad Helviam c. 10.

Minut. in Octavio.

Plutarch. orat. 1. de fortuna Alexandri.

quo ubi defungor, mercedem recipio; die festo me vi-
no plufculum in vitro: cetera omnia Deo Divifque com-
mitto. Et quia ego pœdas habeo quas augeam, nul-
las etiã habeo quas perdam. Ita nec bella metuo, nec fu-
res nec latrocinia: panis meus à muribus tutus est: opes
meæ nec naufragia timet nec incendia: ego, conjux, libe-
ri, ferro lanãque vivimus. Ergone, ait dives ille, Plurum
& Igitram in conjugium non poffe convenire putas? San-
dè, ait faber, nam divitem, qui ferò rideat, rarò videas:
curis ille uti vermiculis cafeus; canis pulcibus, pediculis
mendiculus, ufque & ufque fatigatur, obfideatur; corro-
ditur. Tacet ad hæc dives; domum redit, fibique de in-
ventã tandem veritate gratulatur: die poftero ad ean-
dem officinam redit, refalutat, colloquitur; dùmque homi-
nem labori maxime intentum putat, marfupium,
quod numis turgidum adferebat, occultã & lentã manu
juxta fedentis fcammum in terram fubmittit, fic demum
domum repetit. Manè deinceps faber, dum ad lucu-
lentum focum fudar, cafu crumenam cernit aureã mo-
netã prægnantem. Expavit primo auri afpectu, ur qui
ferrum tantum, tueri didiciffet hæcenus: dubitat, unde
aurea illa fortuna in illas fefe latebras infinuaffet, dein
& cum uxore deliberat, quid faciendũ tam inexpecta-
to fortunio, in quos ufus tantum auri erogandum: Ita
varias in curas, Suffetti inftar, faber ille difterahit, at-
que animum nunc hæc celerem, nunc dividit illuc,

Virg lib. 4.
Æneid. ante
med.

In partefque rapit varias, pœrque omnia verfat.

Sed & metus alternantem fubit, ne forfan per hanc
fortunam, fi illa patefiat, devolvatur in magnum infor-
tunium. Atque ita dum has curas coquit fub animo, fo-
litarum cantionum oblivifcitur, & jam aliquot dies con-
fuetã fymphonia à vicino non eft audita; dixiffes eliã-
guem aut mutum reddidit, inftar ranã, quæ certo ani-
mi decurfu conticefcunt. Dives ad fabrum redit, reperit-
que hominem cogitationibus & curis immerfum, fepul-
tumque, fubindeque etiam altè ingemifcentem. Querit
tandem, quid id effer contra morem morofior, magif-
que tetricus? Subitum, inquit, fortunium afflixeritne
an beãrit, nondum fatif difpicio. Et me, inquit optimas,
fubitum infortunium maclavit: peram perdidit plenã
auro. Et hanc ipfam, ait faber, in officinã meã, aut huic
fimillimã reperi, nec fcivi anxius & anceps quid illã
agerem, & cum dicto in manus domini reftituit, & pro-
tinus vocem recepit, cantavitque ut antè liberrimè;
meruitque tam fincera fides ut marfupium fuum primas
non nihil depleret apud tam candidum in tantã fuligine
fabrum. Nemo jam miretur Anacreontem Philofo-
phum, qui poft acceptum à Polycrate Samiorum tyran-
no pecuniarium munus tres noctes in fomnis egit, ideò
que pecuniam retulit, cum dicto: Pecunia malo quã
fomno carere. O mortales quid indigefto per acervos
auro, quid avatis fertiliũ annorum curis confiditis,
futuri beatiore, quò paucioribus contenti? Lata eft
Paupertas & fincerè hilaris.

Gucciardin.
in horã re-
laxat. p. 216.

3. Pauper-
tas fciẽti-
tũ & arti-
bus aptiffi-
ma.

De Attilio
Colatino
Valerius
Max. lib. 4.
cap. 4.

III. Paupertas fciẽtũ & artibus aptiffima. Jam notum
illud: Paupertas non tantum excolit, fed & excogitat ar-
tes. Non erravit Diogenes qui Paupertatem grande ad
Philofophiam effer prædidit dixit. Orbem obi, & vix
ullos divites ferò doctos reperies. Ubi imperant divi-
tiae, ibi plerumque exulcat litterã. Ipsi jam infantes &
pueri in fcholis hoc ignaviz fuã mantelium habent: Non
ftudemus, inquit, farinã. Aulas & curias obi, & vi-
debis, doctiffimum quemque fuiffe olim pauperem; in-
genio & indultã emerfiffe. Optimè fentit Themifto-
cles qui maluit virum pecuniis indigentem, quã pecu-
nias viro. Philofophiã nutrix, fciẽtiam, & artium
mater Paupertas. Optimè dixit Romanus fcripitor: Po-
teft confolari pauperes Attilius, fed multò magis docere locu-
pletes, quã non fit neceffaria folidã laudis cupidini, anxia di-
vitiarum comparatio.

§. V.

IV. Paupertas dives eft. Paradoxum hoc videatur non
nemini; fed iftud ad veri regulam examinemus, & fuus
affertioni color ftabit. Veriffimè dixit Annæus:
Cui cum Paupertate bene convenit, dives eft. Non qui parum
habet, fed qui plus cupit, pauper eft. Quid enim refert, quantum
illi in arcã, quantum in horreis jaceat, quantum pascit, quæ-
tum feneret, fi non acquifita fed acquirenda computat? Quis
fit divitiarum modus, quæris? Primus, habere quod neceffe eft:
a proximis, quod fat eft. b Cui quod fatis eft, fatis non eft, nihil ei
felices na-
tura requi-
rit, ut poffit
vivere.

De Concionatore ditiffimo. verba faciens Augufti-
nus: Nunquid ipfe Paulus, inquit, non habebat divitias. Ha-
bebat plane. Quas divitias? De quibus dicit alia loco fcriptura: de poffis vi-
Fideli homini Mundus totus divitiarum eft. Audi & ipfum
conftitem: Tanquam nihil habentes, & omnia poffi-
dentes: d Qui vult ergo effer dives, non hereat parti, & totum
poffidebit: illi inhæreat, qui totum creavit.

Lydwina virgo non folum ipfos triginta octo annos
ægrota, e fed etiam pauperrima pauperiem ejus mife-
rantibus dicere folebat: f Satis abundat, qui eo, quod
habet, contentus eft. Et fi mihi cum hominibus com-
munes non funt divitiæ & delitiæ, funt tamen cum mul-
tis communes paupertas & miferiæ. quibus ego abun-
dans Deo gratias ago, & conquefco.

Ergo veriffimè dictum: Nunquam parum eft, quod
fatis eft; nunquam multum, quod fatis non eft. Et certè
fi Chryfoftomo credimus: Avarus dives à paupere tan-
tum differt curis, neglectu Dei, corporis inquinacione,
& animi perdicionem: Nam ventrem æque uterque fariat.
Fames non eft ambitiofa; contenta eft definere; quo de-
finat, non nimis curat. Hæc tormenta funt luxuriæ: qua-
rit illa quomodo poft faturitatem quoque efuriat; quo-
modo non impleat ventrem, fed faciat; quomodo fi-
tim primã portioe fedatam revocet. Si non nifi domi-
nicum panem, & fartilem caponem in cibum admittis,
fanè non efuris. Sed neque fitis, fi pertinere ad te judi-
cas quã eleganti manu, aut quã perlucido poculo vi-
num tibi miniftretur. Fami & fiti panis etiam cibarius
& aqua medentur. Si ad naturam vivas, nunquam eris
pauper. Quifquis fe ad id, quod natura exigit, compo-
fuit, non tantum extra fenfum effer paupertatis, fed ex-
tra merum. Pecunia fola non facit divitem, imò contrã,
nulli non majorem fui cupiditatem incutit. Vis fugere
Paupertatem? exue cupiditatem. Non inveniffet Beda: Dada in 2.
Pauper in cellã, dives in confciẽtiã ferior dormit in terrã,
quã auro dives in purpurã.

V. Paupertas fanitatis mater. Optimè dixerunt vete-
res: Pauperi ut ægrotet, non eft otium. Divites vix un-
quam è toto fani funt. Nec mirum. Cum pace veftã, ò
divites, dicam vobis, unde tot morbi vos infeftent. Ni-
mius fomnus, nimius cibus, nimius potus, & otium, hæc
morborum funt origine, hæc fœminaria continue in-
valetudinis. Medicorum fcitum eft: Somnus humefcat.
Quando jam adè liberaliter & in multam lucem dor-
mitur, corpora nimis fluida, & humoribus malignis ob-
noxia redduntur. Taceo alia fomni prolixioris damna.
Medicis non ignota. De cibo potuque nimio res longè
certiffima eft. Et Siracides apertiffimè pronunciat: In Eccl. c. 37.
multis efus erit infirmitas. De otio jam pridem omnis Me-
dicorum fenatus ftatuit: Vbi laboris & exercitacionis defe-
ctus, ibi copia morborum. At verò divites plerumque mul-
tum vorant, parum aut nihil laborant, hinc neceffariò
fæpius ægrotant. In egenorum ædibus vix femel iterum-
que per annum ridet benignior Phœbus, & menfa ftru-
ctior invitat. Et quamvis tunc pauperes plus æquo inge-
rant, & obbibant largiùs, id omne tamen poftero die
laboribus difcutitur; non eft illis otium, ut ægrotent.
Vide ferrarios & lignarios fabros, vide fectores, cæ-
mentarios, viatores, aliòfque mechanicos opifices, qui
vix

5. Pauper-
tas fanita-
tis mater.

D Quando jam adè liberaliter & in multam lucem dor-
mitur, corpora nimis fluida, & humoribus malignis ob-
noxia redduntur. Taceo alia fomni prolixioris damna.
Medicis non ignota. De cibo potuque nimio res longè
certiffima eft. Et Siracides apertiffimè pronunciat: In Eccl. c. 37.
multis efus erit infirmitas. De otio jam pridem omnis Me-
dicorum fenatus ftatuit: Vbi laboris & exercitacionis defe-
ctus, ibi copia morborum. At verò divites plerumque mul-
tum vorant, parum aut nihil laborant, hinc neceffariò
fæpius ægrotant. In egenorum ædibus vix femel iterum-
que per annum ridet benignior Phœbus, & menfa ftru-
ctior invitat. Et quamvis tunc pauperes plus æquo inge-
rant, & obbibant largiùs, id omne tamen poftero die
laboribus difcutitur; non eft illis otium, ut ægrotent.
Vide ferrarios & lignarios fabros, vide fectores, cæ-
mentarios, viatores, aliòfque mechanicos opifices, qui
vix

2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

vix unquam egrotat; et verò pæne semper õpulenti. Et nunquid non ipsi quosdam novimus, qui ubi divitias perdidierunt, è divitum albo in mendicorum numerum transcripsi, simul & sævam arthriticidem aut podagran infestam felicissimè amiserunt.

Chryf. tom. 3. bon. 2. r. in c. 2. Ioan. mibi pag. 91. * For. ecco-dera.

Quod Chrystostomus è cathedrâ sapiens inculcans: Satietas, inquit, tum corporis robur, tum animi minuit fortitudinem. Neque in a sterualium fluctuanti vix ripas excedere * & convellere solet, ut delicia lascivique bonam valetudinem, & vires omnes facillè subtrahit. Quod si Medicos interrogaveris, omnium prope morborum causas inde ortas invenies. Vitis, & tenuis, & simplex mensa (qualis est pauperum) bone valetudinis mater est, ita eam Medici appellarunt: & non ad satietatem crapulari, sed sobriè vesci, sanitatem & sanitatis parentem, contrà satietatem morborum ipsâ medicâ arte incurvabiliu causam dixerunt. Quod perspicuum est. Siquidem pedum, capitis, oculorum, manuum ægritudines, paralytis, hydropisis, icteros, febres longa & acuta, & plures id genus morbi, neque enim vacat in presentia omnes enumerare, non ex modico & temperato victu, sed voracitate & crapulâ ingenerantur.

Idem tom. 3. bon. 10. in cap. 1. Gen. mibi p. 51.

His confirmandis: An non videtis quotidie, inquit, ex sumptuosis mensis & immodicâ ingluvie, infinita morborum genera induci? unde podagra? unde capitis dolores? unde corruptorum humorum abundantia? unde innumeri alii morbi videntur ab intemperantiâ & largiore vini ingurgitatione?

Ab hoc malo egenotum hominum plurimi planè immunes sunt, cum anno toto non plus vini gustent, quàm quantum Cereri libabatur, cui nefas vinò facere: In ditiorum ædibus plus vini effunditur, quàm multi pauperum aliquot annis videant.

Nihilominus valetudo in pauperum quortuamque turguis & casis suavius habitat, quàm in opulentis domibus. Et quamvis opulenti homines tota pæne pharmacopolia exhauriant, nihilo tamen saniores sunt, quàm quibus fames est familiarissima, qui plerumque non magis pharmaco quàm vino utuntur. Plerumque nemo minus sanus est, quàm qui continuo pharmacorum usu fulcire vult sanitatem. Sanitatis mater Paupertas.

§. VI.

VI. Paupertas virtutum nobile gymnasium. Ad beatè vivendum longè aptior Paupertas quàm largæ affluentèsque divitiæ. Id cum ipse vitæ usus facillè demonstrat, tum sapientium virorum documenta qui neque habuerunt quidquam, nec habere voluerunt: vel quia id tutius sit ad securitatem, vel quòd ad virtutem aptius.

Senec. epist. 17. med.

Audacter dixit Seneca & verè: Si vix vacare animo, aut pauper sis oportet, aut pauperi similis. Non potest studium salutare fieri sine frugalitatis cura. Tandè rectius sensisse credendus Diogenes, cujus effatum illud est: Compendiosa legum observatio, Paupertas. Sed multò amplioribus titulis, neciis inanibus, gaudet hæc virtus de quâ disserimus. Prisci sapientes, ut meritò prorsus, sed tamen succinctâ

Elogium paupertatis.

laude Paupertatem afficerent, hoc illi scripserunt elogium: Magistra morum & consanguinea virtutum Paupertas. Paupertas omnigenas virtutes docet, maximè tamen manufactudinem & patientiam. Pauperum manufactudini in testem se offerens Salomon: Cum obsecrationibus, inquit, loquitur pauper, & dives effabatur rigide. Addit: Melior est pauper, qui ambulat in simplicitate suâ, quàm dives torquentis labia sua, insipiens. Patientia magistræ esse paupertatem, res testatissima. Christus suos animans: Beati eritis, inquit, cum vos maledixerint homines, & persecuti vos fuerint. Sed quo clypeo, Domine, tuos munis ad injurias omnes tolerandas? nec enim illis eneam corpus, nec ferrea genæ, nec adamantinum pectus est? In patientiâ vestra, inquit, possidebitis animas vestras. Sit ita, sed quo pacto tam patientes erunt?

Prov. cap. 18. v. 23. & c. 1. v. 1.

Matth. c. 5. v. 11.

Luc. cap. 21. v. 19.

Si discant esse pauperes:

Tom. I.

A Cantabit vacuum coram latrone victor. Undè, obsecro, tam læta rot Matryrum patientia? Râpinam bohorum suorum, ut divus Paulus loquitur, cum gaudio susceperunt: Qui didicit opes contemnere, jam novit calamitates perferre. Castissimus Josephus, ut pudicitiam retineret, pallium dimisit: Christianus animus pecuniam mavult perdere quàm patientiam. Et quemadmodum is, qui cum tauro in Circo composuit, hoc laborat, ut pallio in bestia capto objecto primùm oculos expugnet, tharior enim illi est vita quàm pallium: ita qui contra diabolum luctatur, omnium primò suam sibi pallium detrahit, divitias spernit: hinc hilaris patientia, hinc facilis pugna, hinc illustris victoria.

Invenial. sat. 10. v. 22. Hebr. c. 10. v. 34.

In Hispaniâ fieri solet.

Tres Hebræi juvenes, quòd statum auream, quam Nabuchodonosor erexerat, prono corpore venetari nolissent, in accensum rogam precipitati sunt. Tam autem familiarem sibi habuerunt ignem, ut non tantùm non corpora, sed nec vestes, sed nec capillos eorum vel leviter ignis libaverit. Eleganter istud, ut solet, Chrystostomus explicat hoc sensu: Qui auream statum Mamonæ non adorant, qui divitias non desiderant, qui paupertatem amant, hi profectò in afflictionum flammis tuta sunt; in patientiâ suâ possident animas suas. Patientia pauperum non perbit in finem. Sic magistra morum, sic consanguinea virtutum est paupertas.

Chryf. hom. 2. 2. ad populum.

Psal. 9. v. 19.

Sed objicias: Paupertas multis in vitia precipitanti fuit. Multarum castitas in turo fuisset, nisi eam prodidisset paupertas. Ut famem vincant, pudicitiam vendunt. Nihil evincis vane arguator, hoc enim non paupertatis vitium, sed pauperum, eorum maximè, quibus malè convenit cum paupertate, qui otiosi malant quàm non esurire. Sed & illud veterum nôsti:

Plus opum causâ delinquunt divites quàm pauperes. Certissimum est, divitias longè pluribus ad vitia monstrare viam, quàm egestatem. Nec ferè dubium illud, è centum divitibus vix unum vitæ integræ reperiri; contrarium exhibet Paupertas, quæ centum suorum sistit, inter quos vix unus improbæ vitæ sit immixtus.

Trochate. vet. Divitiæ monstrant viam ad vitia.

Iter fecerat sanctus Antoninus Florentinorum Archiepiscopus, cum in viâ tèm miram conspicere est. Vile rugurium transeuntem se objecerat, in cujus recto Angeli spectabili formâ se visendos præbuerunt Antonino. Hanc domum omnino sibi lustrandam censuit vir sanctus. Ita ingressus, viduam & tres unâ filias reperit; omnes veste lacerâ & nudis pedibus instabant operi. Hic animus Antonini, ut solèbat, totus in miserationem liquescere, & de largiore stipe cogitare, priùs tamen in pauperum illius familiæ mores inquirere; ubi è vicinis intellexit honestas & oppidò laboriosas esse virgines, sed egenas, largissimis elemosynis subvenit non levandæ solum inopiæ, sed vitæ deinceps commodiùs instruendæ. Post aliquantum temporis illac iterum transeundum fuit Antonino, cum ecce aliud spectaculum, & priori longè dissimillimum objicitur. Neque jam Angeli, sed dæmones rectum insidebant. Hoc ab inferis prodigium causâ fuit Florentino Pontifici studiosius in eam familiam indagandi. Igitur à vicinis sciscitatus est, qui se gererent viduæ illius filia. Omnium eadem vox erat, sic enim vicini loquebantur: Bonæ virgines largissimis elemosynis adjunctæ ad otium deflectere cœperunt, laudicium negligunt, in veste delicias quærunt, mensam subinde lautiorè instruunt, pietatem minùs colunt, templa rariùs adeunt; verbo, iam aliæ sunt, neque amplius cum inopiâ pugnant, sed otio admissò sectantur vitia. En quales hospites exclusâ paupertate domum subeant; sopor, luxus, omne genus vitorum.

Ad hoc paupertas radigma.

VII. Paupertas casti domina. Ex ore Christi res liquet: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum. Ceteris promittitur quidem præmium, sed futurum; post debuit terram, consolabuntur, saturabuntur filii Dei vocabuntur, &c. At pauperibus velur presentissimum datur.

7. Paupertas celi domina. Matth. c. 5. v. 3.

D d d d 3 Ipsorum

Bern. ser. 4.
de Advent.
Dom. med.

Ipforum est regnum calorum. Hinc ausus dicere Bernardus: Paupertati non tam promittitur, quam datur: Regnum calorum est ipforum. Nam est hereditatem hanc opulentissimam post mortem, prout ceteri beatorum, addeant, ob maximam tamen illius certitudinem jam dari, jam data dicitur: Ipforum est regnum. Attende, quæso, Domini verba, quam ea Paupertati favent. Nos hominis Hispani, Galli, Poloni terram patriam expressuri, recepto more dicimus: Est de regno Gallie, de regno Polonie, de regno Hispania; de solo Philippo IV. dicitur, ipse est regnum Hispania; de solo Sigismundo III. recte affirmatur, ipse est regnum Polonia; de solo Ludovico XIII. asseri potest, ipse est regnum Gallia: de aliis omnibus etiam Dynastis & Principibus hoc solum licet dicere: sunt de regno seu Gallia, seu Polonia, seu Hispania. Tantum autem in ea re discriminis est, quantum inter regem & subditum. Ut ergo Christus pauperes non esse cives solum, sed esse reges cæli ostenderet, non eos esse de regno calorum, sed eorum ut regem, calorum regnum esse pronuntiavit. Hinc & illud Christus summo pauperum honore dixit: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum desereritis, recipiant vos in æterna tabernacula.*

Hi reges in his regnis erant, cum hæc scriberem.

Luc. cap. 16. v. 9.

Sed quid ais hic, Domine? ipse alios recepturi sunt in cælum? Hoc quidem tui muneris est; aliorum verò recipi à te. Id sanè negari non potest. Verùm ad eam pauperes evecti sunt gloriam, ut veluti reges in cæleste regnum eos admittant, quos bene de se meritos agnoverint. Neque verò Christus dixit, ambite Pauperum gratiam, ut, postquam mortui fuerint, recipiant vos illic, quò ipsi ante vos prævenerint. Non hoc; sed postquam vos desereritis, ipsi etiamnum superstitres, ipsi adhuc in terrâ gementes, & mortis debitores in regnum introducant immortale. Quid jam amplius egemus testibus? *Paupertas calis domina.* Ambrosii dictum est: *Qui contemnit secularia, merebitur æterna.* Ejus rei veluti causam assignans Augustinus: *Est enim, inquit, paupertas regni cælestis premium.*

Aug. tom. 10. serm. 28. de verb. Apostoli.

8. Paupertas Christo charissima. Bern. ser. 1. in Vigilia Nat. Dom. sine.

Epsal. 4. v. 3. Matth. c. 11. v. 29. Psal. 87. v. 16.

1. Cor. c. 8. v. 9.

† Luc. c. 4. v. 18. Christus ut amorem paupertatis persuaderet pauperibus esse voluit.

Matth. c. 3. v. 20. & Luc. cap. 9. v. 58.

Bern. ser. 3. de Nat. Christi.

in ed.

VIII. **P**aupertas Christo charissima. Hanc enim primo in orbem ingressu tâquam matrem arctissimè complexus. De quo Bernardus: *In calis, inquit, paupertas non inveniebatur: porro in terris abundabat & superabundabat hæc species, & nesciebat homo pretium ejus. Hanc itaque Dei filius concupiscens, descendit, ut eam eligat sibi, & nobis quoque sua estimatione faciat pretiosam. Sic nascens Christus de præsepè velut de cathedrâ concionatur, & clamat: Filii hominum, ut quid diligitis vanitatem? hic vel ab infante discite divitias, fastum, delicias contemnere. Discite à me, quia pauper sum & humilis corde: pauper sum ego, & in laboribus à juventute meâ. Discite cor calis figere, ambire caelestia.*

Rupem induit, qui concionem infantis hujus negligit. *Quoniam propter nos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia nos divites effemus.* Sedebat in cælo imperii Romani folio Augustus, jacebat in vilissimo Berthelemi stabulo Christus; at celsior in stabulo Christus, quam in folio Augustus. Atqui ditissimus hic mendicus, infans divinus ideo in orbem venit, ut pauperes divinis suis concionibus ad omnem morum sanctitatem formaret. Testis ipse: *† Spiritus Domini super me, inquit, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus.* Atque ut iis amorem paupertatis constantiorem persuaderet, ipse omnium pauperissimus esse voluit. Videte nascentis cupinas, videte lectulum morientis; aqua calida nascenti deest, frigida morienti. Reliqua omnis vita inter Paupertatis amplexus acta: *Nimirum vulpes foveas, & volucres celsimidos habebant, non habebat rerum conditor, quò caput reclinaret. Hic ego cum Bernardo voce quam possum contentissimâ proclamo: AVT ISTE FALLIVR, AVT MUNDVS ERRAT.* Falli non potest Chri-

stus paupertatem complexus, ergo errat mundus paupertatis inimicus.

§. VIII.

IX. **P**auperes Deo singulariter commendatissimi, ut rectè dici possint peculium Dei. Idcirco regum maximus ingenti fiducia Deum allocutus: *Tibi, ait, derelictus est pauper, orphano tu eris adjutor.* Et tanquam certus hujus in pauperes favoris: *Oculi ejus, inquit, in pauperes respiciunt.* Rarissimi sunt in orbe, qui pauperum curam gerunt. Nec tacuerunt hoc humanæ gentis vitium Poëta, qui pauperum sortem variè deploravit. Vetus Sætyricus jure sic queritur:

Ultimus autem
Ærumma cumulus, quod nudum, & frustra rogantem
Nemo cibo, nemo hospitio rectè que juvabit.

Invenal. sat. 3. v. 210.

Nec Biblicianus vates hanc erga pauperes inhumanitatem siluit, dum prædixit:

Semper eris pauper, si pauper es, Æmiliane,
Dantur opes nullis nunc, nisi divitibus.

Martialis l. 5. epigr. 78.

Abi pauper, abi, abi; exclusissimus es: omnium nausea & fastidium es, cui curæ sis, nemo est.

Ergo, mi Deus, cum pauperum curam vix ullus habeat, tibi derelictus est pauper. Artifex suæ arti fidit, sapientia suæ sapiens, suis divitiis dives, viribus suis robustus, formæ suæ formosus. Sunt, qui amicis fidant & gratiæ: neminem habet, cui fidat pauper, nisi tibi, ô Deus, cui derelictus est. Tu tibi derelictum curabis, nam reverà Tibi, tuæ curæ ac providentiæ, tuæ bonitati ac sapientiæ, tuæ misericordiæ atque omnipotentia derelictus est ab omnibus.

Infantem considera desertissimum à natura: nescit se vivere, nec se induere, nec cibum capere, sed nec petere potest. At mater præstat illi omnia; mater admovent ubera, cibum & potum unâ porrigit, mater induit, ab æstu & frigore defendit, in lectulum reponit, blanditiis sopit, dormienti canit, cunas movet, plorantem mulcet, ridenti arridet, ægrotanti dies noctesque affidet, jugi vigilantia, summâ curâ. Talis in pauperes mater est Deus, hæc illis omnia, & fidelius quam ulla mater infanti exhibet. Ipsi derelictus est pauper, ipse illos enutrit, tantò salubrius, quantò parcius. Et verò istud pauperibus à se præstandum pollicitus: *Nunquid oblivisci potest mulier Israhel. cap. 49. infantem suum, inquit, ut non misereatur filio uteri sui? Ego v. 15. tamen non obliviscar tui.*

Videntur Deus & Mundus fortiti, quis pauperum, quis divitum haberet curam. Hic Mundo fors ea obtigit, ut curas & cogitationes conferret in opulentos, ita Deus pauperes suæ curationis esse voluit: Illi derelictus est pauper. Jacobus Apostolus hac de re luculenter: *Audite, inquit, fratres mei dilectissimi; Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo? Beatus ergo qui intelligit super egenum & pauperem. Nil facilius quam videre pauperes; ubique sunt obvii: Paupertatis pretium intelligere, difficile: arcanum est, & ignotum Orbi, Paupertas, clavis cæli aurea, sed occulta.*

In oculis omnium sunt, qui clave hac aureâ dexterimè sint usi. Videte Christi discipulos, verè sapientia cultores, qui Magistri optimi exemplum secuti, nihil rerum habuerunt. Pauperes erant, cum sese Domino adjunxerunt, sed mox pauperiores facti, aurum & quidquid inter homines pretiosum est, aspernati, unâ duntaxat amici tunicâ, terram pertæsi, cælum suspirabant. Tenuis rerum facultas erat, sed potestas ingens referando cælo, & obserando ad arbitrium: sic & regnum inferorum piscatoribus ad nutum parebat.

Hos multa millia hominum divertit ordinis & sexus secuti.

§. IX. Abra-

§. IX.

Paupertatis sectatores: Abrahamus anachoreta. a. Ita matulas suas vocabant. A. f. c. Ephrem. in ejus vita cap. 3. Hilarion. c. S. Hieron. vita ipsius cap. 7.

Abrahami anachoretæ omnis supellex fuit, catinum, & vestis ciliciana, sagum rusticum, & psalterium; b. seu rude textum e junctis cui indormiret. Hoc ille apparatu, his delictis vixit, dum in humanis fuit. Hoc enim maximum viri studium fuit, ab omni re terræ cor abducere. Quæ quidem re ad divinorum meditationem nihil habilis est.

Hilarionem e Paupertatis filium dixeris, qui matris ingenium habuerit. Hic etiamnum adolescens cum latrones in se grassantes intrepidus exceperit, interrogatus est ab eis, quid hominis esset, quod vim non formidaret? Nudus, respondit, hæc non formidat. Neque verò ullus tam pauper vivit, quam natus est. At illi: Vulnera profecto, ajunt, & mortem inertes. Hæc Italia, inquit Hilarion, non timeo; qui morti paratus est. Fuit & illud in Hilarione sollicitæ Paupertatis argumentum singulare. Socius illi fuerat, qui hortuli fructus observaret intentius, & conspando peculiolo studebat. Hunc loco submovit, & res sibi suas habere jussit, ne quid cum ejusmodi homine consuetudinis haberet. Contagiosos namque censebat eorum mores & aliorum contubernio indignos, qui pecuniæ studerent.

Paphnutius quem Cephalam nominabant, inopiam tam amans fuit, ut annis octoginta nunquam duas simul tunicas habuerit.

Illud prisca Paupertatis specimen nobilissimum non tacendum. Ad Abbatem Joannem de Petra viri duo religiosi venerant Moschus & Sophronius, & ad mores sanctiùs componendos documentum rogabant. Quibus optimus senex: Amate, inquit, nuditate rerum omnium & continentiam. Atque ut effari sui rationem redderet, subjunxit: Mihi credite, rem pene incredibilem narranti. Cum ego adolescens in Scirhi degerem, quidam e senibus splene laboravit. Ur huic malo medicina fieret, modicum acetii in quatuor ejus loci monasteriis quassatum, & nihil inventum est; cum tamen in iis cœnobiis ter mille & quingenti monachi habitarent. Ex hoc uno arctissimæ paupertatis specimine de aliis conjecturam facere licebit. Si nihil in amplissimis quatuor monasteriis fuit acetii, quid putandum est fuisse vini, quid aromatum, quid butyri aut olei; quid poro carniùm aut piscium? En veterem frugalitatem. Ah quantum ab his moribus divertunt nostrum. Vix aliquam paupertatis umbram retinuitis: reviviscant hi prisca patres, & posterum suos immo dicite luxus accusabunt.

Quod dicitur. Palladius cap. 9. Hilarionis in supradictis cap. 35. Ian. Moschus in Sophronio cap. 113.

Horat. lib. 3. carm. odâ 4. ad Roman. Cæc. sine.

Damnosa quid non immittit dies? Etas parentum pejor avis, tulit Nos nequiores, mox daturos Progeniem vitiosorem.

Exurgamus ergo animis, & neglectu Paupertatis debitatos spiritus pristini temporis memoriâ recreemus.

Sed prioribus illis accensendus Epitem, imago Paupertatis, qui testamentarias tabellas scripsit his verbis: Nec crumena mihi, nec baculus, nec pera fuit. Nunquam aurum aut argentum, aut aliam rem ullam possedi. Nam bonum regem ad suos discipulos in Evangelio dicentem audivi: Nihil in terrâ possederitis. Quamobrem nulla me rerum ejusmodi cepit cupiditas.

Sed nimis sit laboris, omnia solitudinis antra excutere, & sanctissimos quoque viros simul & pauperimos inde in publicum educere. Franciscus Assisias tanto affectu in paupertatem arsit, ut eam vix quisquam arctius complexus fuerit, diligentius foverit, sanctius custodiverit. Hic invito & reclamante patre, convicia insuper ingente, inopiam omnibus orbis thesauris pretulit, nudus nudum Christum secutus. Cumque paternis bonis sponte renuciasset: Jam demum, inquit, animo hilaris & serio precari poterò: Pater noster qui es in celis. Nimirum laudis loco posuit Franciscus, quod pauper esset;

S. Ephrem. Greg. Nyss. in vita S. Ephrem.

S. Franciscus Assisias.

ignominia & probo sibi ipsi daturis, si quemquam se pauperiorem nactus esset. Felix Paupertas quæ unius ductu tantum profecit, ut pene jam plures sint qui eam sponte colant quam qui divitias adorant.

Sed non tacendus mihi Paulinus Præsul Nolatus, vir Paulinus a prisca Patribus laudatissimus; quia inter pauperes præsul paupertissimus: Alii ut haberent quod pauperibus darent, sua vendiderunt; hic verò vendidit seipsum. Hinc illa Paulini voces: Domine, non ego propter aurum excrucier: ubi enim sint mea omnia, tu scis. Ibi enim (inquit Augustinus) habebat omnia, ubi eum condere & thesaurizare Christus monuerat.

Ang. lib. 1. de Civit. c. 20.

Nec Paulino multum inferior Gregorius Nebecensis Pontis Episcopus, qui hoc posteris de se narrari voluit, quod vivus nullius loci possessor fuerit, & mortuus alieni sepulchri habitator sit. Insuper ipsas idololatricæ tenebras aliquid ejusmodi lucis affudit. Nam Flamini Diali olim, seu Jovis sacerdoti hederam non modo tangere, sed & nominare nefas fuit, quandoquidem prisca hedera tenacitatem & adhesionem significabat, ut quæ textili silvula parietibus aut arboribus inseperet. Atqui virtum Deo dicatarum rebus caducis inescari & adherescere turpe censebant prisca. Luculentum ejus rei specimen mox addo:

Gregorius. Thaumaturgus. Zach. Lippen. loo 17. No. vembr.

Ad Ephestionem anachoretam Ægyptium Melania nobilis matrona reviserat, & viri penuriam miserata furtim pecuniã in ejus domunculâ deposuit. Hanc ubi Ephestion vidit, eam aurum ad dominam suam redire jussit. Cum verò dives femina redeuntem ad se pecuniã nullo modo admitteret; Ephestion prompto consilio, quidquid argenti & auri fuerat, in flumen abjecit, maluitque natate aurum, quam vendere paupertatis cultum.

Ephestion. S. Melania. 1. in vita S. Melania.

Spiridionem, virtum celo notissimum, evocarat se Constantius Imperator morbo pressus, siquidem speraverat per viri sanctitatem, valerudinem sibi pristinam restituendam. Restituta est. Hostimenti loco magna vis auri oblata: At Spiridion seculo vultu: Non sic oportet, ô Imperator; inquit, amicitiam odio remetiti. Ego ut tibi parerem, longum & asperum iter suscepi; tu mihi jam aurum reddis, malorum omnium causam.

Spiridion. Sur. tom. 6. in vita Spiridionis.

Verum enim verò nulla unquam femina tam stitens auri exiit, quantumvis avarissima esset, quam amans voluntariæ paupertatis fuit illustrissimum illud feminarum sidus Elisabetha. Hæc cum regis adhuc fortunis fulgeret, inter ancillas ad mendicantium morem sese composuit, vestem nativi coloris, rustici textus habuit; victum sibi suis ipsa manibus paravit lanificio, Marchionis conjux, regis filia. Neque paupertatem tantum, sed & pauperes omnes affectu intimo complexa est: Ideo hunc sibi præcipuum sumpsit laborem, sua omnia in pauperes utraq; manu effundere. Nec unquam, dum vixit, lætior fuit Elisabetha, quam cum fortunis omnibus provoluta, jamque inter mendicos censa hospitium & panem quaerit, tantò similior Christo, quanto in tantâ paupertate patientior.

Elisabetha.

§. X.

Paupertas primâ quidem fronte subtristis ac rigida, ac cum in familiaritatem admittitur, minimè sumptuosa, facilis, secuta, ac etiam benigna est. Ut enim resistentibus permolesta, sic ultra eam admittentibus pervigil excubitriz; adversus vulgi morsus & insulsa judicia cultos optima. Nam prodigalitas & avaritia plerumque divitum ædes obsident. Si quam domum Paupertas immigravit, jam in eâ vix ullus superbæ locus, nec invidiæ, nec gravioribus damnis, nec damnorû expectationi, nec insidiis, nec mille suspicionibus, nec naufragæ, nec podagræ locupletum hospitibus. His exclusis, plus loci erit quieti, plus tranquillitati & virtuti, quanto minus fuerit

Fuerit fortuna. Sape animo etiam reluctanti modestiam A
persequat, paupertas, quodque philosophia nunquam
confecisset, id inopia effectum reddidit. Sententia Chri-
sti dilucidissima, immutabilis: *Facilis est camelum per se-*
ramen acus transire, quam divitem intrare in regnum calo-
rum. Credis hæc, ô pauper, & non exultas? Credis hæc
ô dives, & non trepidas? Naufragium fugis, & plum-
bum amplecteris? Quid vanius eo, qui putat plus valere
numum, quam Deum?

Quid igitur mendicam pauperiem quasi præcipuum
generis humani malum diuturnis conviciis laceramus,
quæ ut non abundantibus, ita fides uberibus, Paulos,
Antonios, Macarios, hisque paria robora virtutis aluit,
aliquæ etiamnum hodie tot hominum religiosorum
millia. Thesaurus certissimus patiens Paupertas.

ACTIONES PAUPER TATIS.

1. Actio
Paupertatis.
Cassian. lib.
4. de institutis
venen-
tiant. c. 20.

Secunda,

Plutarch. de
vitand. usur.

Tertia.

Senec. epist.
18. initio.

Idem ep. 20.
in fine.

Idem conso-
lat. ad Hel-
viam c. 12.

Horat. lib. 3.
carm. odâ
29. ad Ma-
cen.

Senec. epist.
110. med.

Quarta.

1. Paupertas parsimoniam in rebus etiam minis præ-
tiosis adhibet, neque id divitiarum amore, sed virtutis.
Hinc Cassiano teste, gravissimè punitus est, & aliorum
consortio indignus habitus, qui tria tantum lenticule
granula cum aquâ neglectim effuderat. Nunquam mo-
dica spernit Paupertas. Nam facultates etiam magnæ
dilabuntur, cum ad exiguas accesserit neglectus. Hinc
etiam in minimis laudanda Paupertatis parsimonia.

2. Paupertatis actio est, consortium pauperum non
aversari, non fugere, non fastidire, non declinare; pa-
rentes & cognatos pauperes non erubescere: imò ubi-
cunque licuerit, pauperibus patrocinari, eos faciliè ad
colloquium admittere, humaniter cum iis agere, illis
bene velle, illos ampliori quam alios benevolentia com-
plecti. Nobile Plutarchi dictum est: *Æquum esse leges fa-*
vere indigentia. Hinc exemplum Domine nostræ meritò
ingerimus. Beata Maria nobiles & locupletes habuit
parentes, ipsa tamen nec pastores, nec piscatores, nec
illos alios pauperes grandi supercilio, ut solent divites,
à se removit. Illud profus est intolerabile, si homines
religiosi Paupertatem professi, pauperes fastidiant aut
spernant, divites demulceant, & iis adulentur.

3. Paupertas experiendam sese ingerit; gustari vult &
sentiri. Hoc ditissimis quibusque sapius faciendum, cre-
bris monitis suavit Seneca, qui suo Lucilio; *Ex præcepto*
magnum virorum, inquit, *tibi quoque præcipio: interponas*
aliquot dies, quibus contentus minimo ac vilissimo cibo, durâ
atque horridâ veste dicas tibi: Hoc est, quod timebatur? Hoc
ipsum denudò suadens: Necessarium ergo, inquit, *judico id,*
quod tibi scripsi magno viros sepe fecisse, aliquos dies interpo-
nuere, quibus nos imaginariâ Paupertate exerceamus ad veram:
quod ed magis faciendum est, quod deliciis permadimus, &
omnia dura ac difficilia judicamus. Potius excitandus è somno
& vellicandus est animus, admonendisque naturam nobis mi-
nimum constituisse. Idem repetitis monitis inculcans: Su-
mant, inquit, *quosdam dies, cum illos jam divitiarum radium*
cepit, quibus humi cenent, & remoto auro argentoque scitili-
bis utantur.

Plerumque gratæ divitiibus vices,
Mundæque parvo sub lare pauperum cenæ,
Sine aulais & ostro, sollicitam explicuere frontem.
Ergo dispicias tecum ipse, quid sit necessarium, quid superva-
cuum. Non est autem, quod te nimium laudes, si contempseris
aureos lectos & gemmeam suppellectilem: que est enim virtus, su-
pervacua contemneret tunc te admirare, cum contempseris ne-
cessaria. Tunc te admirabor, si non contempseris panem etiam
sordidum: si tibi perjaseris herbas, ubi necesse est, non pecori tantum,
sed homini nasci.

4. Paupertas vera & Domini Jesu imitatrix, non
tantum opes contemnit, neque solum superflua abjicit,
sed quandoque necessaria etiam sibi subtrahit. Nam
quod Albertus Magnus asserit: Ubi plena est necessitas,
ibi non est vera Paupertas. Christo & ipsius discipulis
panis etiam defuit, cum eos fames docuisset spicas vel-

lere. Christus in cruce nec frigidam siti, nec asserem vel
faxum capiti supponendum habuit.

5. Vera paupertas non est sollicita nec anxia de cibo, Quinta,
potu, amictu. Habeamus aquam, habeamus potentiam
& pannuciam, jamque cum ipsis, inquit, regibus de fe-
licitate certamus. Cui parum non sufficit, ei nihil suffi-
cit. Corvorum pulli, quia nondum nigri, à parentibus
non agnoscuntur pro filiis, & ideo deseruntur; cum au-
tem etiamnum implumes sint, cibum sibi querere non
possunt. Nihilominus vel rore, vel muscis & culicibus
pascuntur à Deo: *Qui dat jumentis escam ipsorum, & pullis*
corvorum invocantibus eum. Qui dat escam omni carni. Ita-
que Paupertas se plenissimè committit Deo, qui avi-
culis, & ipsis etiam vermiculis providet, & necessaria
liberaliter subministrat.

6. Varii sunt Paupertatis gradus, hinc & variæ actio- Sexta,
nes. Primus sit, opes non appetere. Alter, nihil laboris
impendere acquirendis opibus. Tertius, eas ultrò obla-
tas respicere, nec admittere nisi coactum. Quartus, pas-
sim omnibus, seu salario, seu victu quotidiano, seu ve-
stitu plebejo contentum esse. Quintus, exclusis super-
fluis necessariâ tantum admittere. Sextus, necessariis et-
iam, subinde saltem, carere velle. Septimus, quotidia-
no uti viliora eligere, & verò etiam gaudere, cum de-
sunt necessaria. Hinc jam Paupertatem amantis est sei-
psum examinare: Dic, bone vir, in quo tu gradu consti-
stis? An in primo, an in tertio, an in quinto, an fortassis
in nullo?

7. Non infrequens Paupertatis actio inter homines Septima,
etiam politicos hæc est: Alterius curæ se committere
pascendum, & vestiendum, & eo cibo, potu, ac vestitu
contentum esse, qui ad alterius arbitrium datur. Id
Thomas Morus fecit, qui uni suorum famulorum hanc
sui curam delegavit; atque hunc tutorem suum voca-
vit. Hic illi pileum, hic caligas, hic calceos, hic pallium,
ceteraque necessaria ex ære dominico dedit. Hinc cum
à familiari quopiam ob calceos nimium attritos mone-
retur: Roga, inquebat tutorem meum, ut alios mihi
emam.

8. Paupertas munera, præsertim si ea adulationem Octava,
aut corruptelam vel minimum oleant, non tantum non
ambit, sed etiam oblata constanter respuit. Nec enim
Philosophi dictum ignorat: Munera accipere, est liber-
tatem vendere. Id agit Paupertas, ut possit cum Abra-
hamo dicere: *Levo manum meam ad Dominum Deum ex-*
cessum possessorem cali & terra, quod à filo subteginis usque
ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt.
Et cum Samuele: *Si de manu cuiusquam munus accepi, &*
contemniam illud hodie restituamque vobis.

9. Quisquis paupertatem amat, sua omnia, quæ pos- Nona,
sudet, annis singulis recenset, & scrutatur accuratè, quid
superflui aut nimis curiosi habeat, quid injustè retineat,
num ære alieno laboret, quibus rebus nimium adhære-
reseat, velut polyptus scopulo. Cor hominis plerumque
in satiabile nunquam dicit, SYFFICIT. Cogitandum
ergo sæpius serium illud Domini estatum: *Qui non renun-*
tat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Non
quidem relinquere omnia, sed certè renuntiare iustis
omnibus; ne scilicet instar hederæ affectu per hæc fluxa
serpatum, siquidem, qui ex virtute pauper est, non tan-
tum caret opibus, sed etiam amore opum. Quid tibi
prodest, si egres facultate, & ardes cupiditate?

10. Paupertas summo studio curat, & frugalem tem- Decima,
perantiam in mensâ, & decentem modestiam in veste,
ac omni suppellectili: quod verò vel gula, vel ostentatio-
ni & pompæ subtrahit, id omne Christi membris im-
pendit, & mavult esse nudos domi parietes, quam malè
vestitos pauperes. Cum verò temporis ratio & status
dignitas vestem postulant splendidiorem, id artificii
paupertas invenit, ut ea, quæ latent, villa sint aut etiam
aspera, Quanti Principes, quanti Reges & Regiæ, Cæ-
sares &

fares & Pontifices sub veste Aतालica hispida gestarunt A
cilicium ?

CAPVT X.

Rosa Purpurea, seu, Mortificatio.

§. I.

ROSA Purpurea Pharmacopolis notissima: huic conferenda notissimi nominis, et si parum venusti, Mortificatio, seu Abnegatio sui. Vitiis omnibus ruditius evellendis instrumentum aptius ac potentius non est Mortificatio. Summa perfectionis, seipsum odisse posse. Virgo caelestis licet maceratione carnis ad tuendam castitatem non eguerit, ea tamen usa est, ut posteros doceret, qua ratione cupiditates frenandae, & inferiores animae vires restaurandae sint. Itaque ibi perfectionis coepit virgo, ubi alii desierunt, eamque vitae rationem tenuit, qua in se melior, quamvis ipsi non fuerit necessaria. Potuit Domini mater cum filii discipulo gloriarī: *Semper mortificationem IESVS in corpore nostro circumferentes, ut & vita IESVS manifestetur in corporibus nostris.*

Mortificatio est contra vitia pharmaci.

1. Cor. c. 4. v. 10.

Hac omnes sancti uti sunt.

Hic ego studiosissimum lectorem compello, ut ea omnium Sanctorum res gestas propono, & hortor, ut ea cum cura evoluat. Illud denique de Sanctis omnibus, sit scio, affirmatissime pronuntiabit: Revera hi omnes nec unico quidem excepto, in seipsum rigidissimi fuerunt. Hoc uno sibi omnes simillimi, quod eorum nullus in seipsum non noverca fuerit. Horum nemo sibi met indulserit, nemo semet palpavit, mortificationem Domini Iesu in corpore suo circumferabant omnes.

Et quemadmodum paedagogus quammaxime austerus, aut Orbilius plagosus omnes pueri nutus attendit, & quam primum exerrans oculos, vel lingua promittit, vel manus incomposita, vel gestus non decorus deprehenditur, mox oburgatrix adest ferula, mox oris tonitru percussit; vel minima quaeque castigantur: Tales omnino in seipsum fuerunt Sancti omnes, sui ipsorum rigidissimi paedagogi, imo hostes acerrimi, quorum hoc unum studium erat, adversarium laedere: hic omnium Sanctorum triumphus fuit, corpus sub jugum missis, & incommodis affectis quam plurimis.

B. Mariae duplex genus mortificationis. *Matth. c. 11. v. 18.*

Virgo beatissima geminum Mortificationis genus sic exercuit, ut de illa tunc dici potuerit: Non comedit, non dormit. Quod Servator de suo prodrogo Baptista asseruit: *Venit Iohannes neque manducare neque bibere.* Adeo namque modici cibi potusque fuit, ut nec comedis, nec bibisse censei potuerit. Idem de Domini Matre asserendum. De vigiliis illius jam supra demonstratum est. Sicut enim Filius complures noctes pervigilavit precibus, idque secundum consuetudinem, ita Mater minimi fuit somni, & plerumque dimidiam noctem diurnis laboribus assignavit. Nec somni tantum, sed & cibi parcissima fuit Domini Mater, qua non quadragintidiale, sed septuaginta duorum annorum jejunium celebravit.

Luc. cap. 22. v. 39.

Triplex mortificationis genus in paradiso.

Triplex Mortificationis genus in paradiso coepit, cilicia, vigiliae, jejunia. Fames quidem & jejunium est indictum; nam Adamus talem edit boletum, post quem nihil amplius edit in paradiso. Vigiliae coeperunt, nam somnos timor abstulit, & laesa conscientiae vulnus. Cilicia in usu esse coeperunt; vix enim Adam cum uxore pomum admorderat, & mox unde cilicium fumeret, circumspexit; ficus illud suppeditavit. Nam folia de sicu plane aspera contexuerunt in duos baltheos, iisque corporis rebellionem velarunt.

Gen. c. 37. v. 34.

3. Reg. c. 21. v. 27.

Jacob cruentam tunicam filii Iosephi visam, indutus est cilicio. Achabus rex ceteroqui non optimus regum ad Eliaminas: *Operuit cilicio carnem suam, jejunavit, & dormivit in sacco.* Regum sanctissimus David, tam ciliciis, quam

vigiliis ac jejniis in suum corpus pugnavit. Testis ipse dignissimus fide: *Ego autem, inquit, cum mihi molesti essent, induer bar cilicio, humiliabam in jejunio animam meam. Vigilavi, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Anticipaverunt vigiliae oculi mei.* Haec carnem tacitis insultibus frangunt, haec a Deo laudata sunt; idque hoc consilio. *Psal. 34. v. 13. Psal. 101. v. 8. Psal. 76. v. 5.*

§. II.

CVM aliquid nobis amantissimus hic Pater subtrahit, joculari nobiscum & ludere videtur, nam saepius triplo fenore restituit ablatum. Rem oculis subijcio. Herus famuli sui aedes animi causam ingressus, forte accumbens mensam, crassissimas librales placentas reperit, & Quae, inquit, quod hoc deliciarum genus est, massam tam male coctam vorare non hoc valetudini facit, seponite, & lignario sectori date, qui ferreo stomacho hoc genus massae digerat; mittam alias e mea domo. Hac lege nemini gravis est abstinentia a cibo tam illaudato. Elapsis aliquot diebus misit hic Dominus e sua culinam collyras tribus aureis incoctas. Haec popanorum mutatio domesticis omnibus, & jucunda, & utilis fuit. Ad do huic non dissimile.

Amicum aegrum & lecto decumbentem invisit quispian & sincerissimis amicis, cumque jam abitum pararet, cervicali, tanquam aegrum levaturus, aliquot aureos clam supposit. Aegroti pronissimum fuit irasci & vociferari, sed amici reverentia continuit se. Cum autem aegroti grabatam erigeretur, inventum est aurum amicissimo furto suppositum. Et nunc, ajebar aeger, intelligo non ad vexandum me pulvinar morum. Sic Arcefilas fecit, qui cognito Apellis: Chii duplici morbo, hoc est, paupertate & in valetudine, viginti drachmas secum attulit, & aegroti assidens: Hic nihil est, ait, praeter Empedoclis elementa,

Ignis, Aqua, & Tellus, atque Aetheris ambitus almi.
Et tu etiam, mi Apelles, incommodae cubas. Et una cum dicto culcitram movens, pecuniam subiecit. Hanc anas, Apellis famula, cum lectum sterneret, invenit, & cum admiratione ostendit. Ad quae subridens Apelles: Hoc est, inquit, Arcefilai furtum.

Hic ego cum Christo interrogem: *Intellexistis haec omnia?* Sic amantissimus Deus, sic omnino nobiscum agit. Quidquid subtrahit, modo non invitis, id grandi reddidit fenore; vult optimus Pater, ut etiam nos ipsi aegre faciamus carni, eique modo cibum, modo potum, modo vestium aliquid, jam aliquid voluptatis, jam & partem somni subducamus, idque cum ingenti emolumento. Nec enim unquam tale quid nobis demimus, quin plura decuplo, centuplo millecuplo reddatur. Nusquam lucrosior est jaectura: perdendo acquirimus.

Quod si hoc hominem ratione agentem non moveat, nihil agent omnia sanctorum Patrum volumina, qui omne genus Mortificationis, praecipue jejunium, miris laudibus extulerunt. Omnium loco sit Augustinus, qui adversus Pelagianos: *Nullus, inquit, sine jejunio vicit diabolum.* Jobum Origenes septem continuos dies jejunio traduxisse asserit. Novae legis Hesperus Joannes Baptista omnem vitam jejniis exegit. Discipulis suis Dominus Iesus jejunium commendavit his verbis: *Hoc genus demoniorum non ejicitur nisi per orationem & jejunium.* Videre charissimi, ait Hieronymus, quanta sit jejunii virtus, Hieron. l. 2. ut id facere jejunium valeat, quod Apostoli nequiverunt. Mortificationis exterioris caput jejunium. Pharmacis & Pharmacopoliis omnibus longe salubrius est jejunium. Hoc spiritum vegetat, hoc corporis delicias fractum restaurat, hoc illud rationabile & Deo placens obsequium.

Perfuasissimus sum, si reipsa, & quod dicimus, praeterea sciretur, quam moderatum jejunium Deo atque Angelis complacitum, quam hoc valetudini salubre, quam animo fructuosum sit, plurimi aut prandere tantum, aut tantum cenare assuecerent. Initium hujus consuetudinis

Psal. 34. v. 13.
Psal. 101. v. 8.
Psal. 76. v. 5.

Matth. c. 11. v. 18.

Aug. lib. 4. Hypog. post Pelag. post inii.

Math. c. 17. v. 21.
Hieron. l. 2. contra 10. vian.

Rom. c. 12. v. 1.

fuerat dñis paulò difficilior est, & sentiri solet. Sed eo superato jucundissimi progressus sunt. Et sanè plus voluptatis percipitur ab hoc tali jejuniò, quàm si corpus quotidie farciatur ad fastidium. Optimè Cyprianus dixit: *Quotquot viros virtutum vidimus, sine jejuniò non legitimus ascendisse: nec enim aliquid magnum nitiri sunt, nisi abstinentia præcessisset.*

Eam ob causam viri feminæque sanctitatis eximæ, sed & summiæ dignitatis, jejuniò sabbatino Domini Matrem colere conluerunt: duos tresve nominasse scerit, ut in ore duorum aut trium restum ster omne verbum.

S. Nicolaus Tolentinas omnigenâ virtute, sed abstinentiâ cum primis clarissimus, quavis sextâ feriâ & sabbato semel tantum admittit cibum, panem solo & fonte contentus, idque in æternæ Virginis honorem.

S. Didacus Complutensis a omni sabbato & divinæ Matris pervigiliis panem iterum & aquâ jejuniùm toleravit.

S. Elisabetha Lusitanæ Regina, & præter vernum aliaque jejuniâ pæne quotidiana, diebus quadraginta ante diem Virginis in cœlùm Assumptæ jejuniò peregit, singulis insuper sextis feriis, divinæ Matris pervigiliis, æ quovis sabbato, panem solum & aquâ inediã solabatur. Ita mediam ferè anni partem aquâ & panem solo tolerabat.

Idem fecerunt & faciunt hodièque plurimi, omnis ordinis & dignitatis homines.

§. III.

DÀ veniam, lectôr, voci non in Latio natæ: seipsum abnegare, seu Mortificare, est alium fieri quàm antea fuerit. Sic alius à seipso evadit timidus, qui fortitudinem induit: sic lascivus, & libidini debitus castimoniam amplexus, priorem se esse nescit: sic gulæ mancipium aut ebriosus, ubi abstinentiam sequi cœperit, priori homini sic dissimilimus, sit novus, sit alius homo. Hæc Mortificationis ratio est.

Psalm. 80. v. 3. Hortatur Psalter regius: *Sumite psalmum & date tympanum.* Perinde si diceret: Accipite eruditionem carminis, & reddite Mortificationem carnis. Congrua commutatio, & pæne necessaria. Quod Origenes acumen confirmat his verbis: *Psalmum divinam doctrinam vocat. Tympanum porro organum est & pellibus confectum. Tubet igitur divinis oraculis sonum congruentem reddere. Accipite spiritualem doctrinam, & reddite mortificationem membrorum.* Optima igitur psalmi & tympani cohesio, optimus doctrinæ & mortificationis nexus. Ad rem Isidorus Pelusior: *Ex carne nostrâ, inquit, tympanum efficiamus; sic nempe ut nullum præposterum affectus motum habeat, verum terrenis membris mortua & extincta sit.* Divinas litteras rectè versat & meditat, qui corpus castigat, & Deo seipsum mactat.

Id exemplo suo sanctissimus Moyses firmavit, qui legis divinæ tabulas accepturus quadraginta dies jejuniò consecravit. Ipse de se: *Perseveravi, ait, in monte quadraginta diebus ac noctibus, panem non comedens & aquam non bibens.* Opportunus sanè recipiendæ legi apparatus jejuniùm carnisque Mortificatio. Atque hoc est pro psalmo tympanum exhibere. Eleganter Augustinus: *Noli, ait, extrinsecus pecus, quod mactas inquirere, habes in te quod occidas.* Macta clatum superbiæ taurum, macta gibberum avaritiæ camelum, jugula olentem luxuriæ hircum, sacrificia faginatum gulæ vitulum, obrunca mordacem invidiæ mollossum, dilacera pugnacem iracundiæ arietem, concrema ignavum pigritiæ asinum. Has pecudes occide, & ritè licasti Deo: his enim victimis delectatur.

Bene ageretur cum homine, si corpus hoc, quo verus homo tegitur, tam promptum inhæreret virtuti quàm voluptati: hanc sponte suâ sequitur, illam, non nisi imperio coactum. Ceterùm quò contumacius est, magis in vicia propensum, eò fortius sapientiùsque fe-

cisse videri possunt illi, qui illud ut nequissimum mancipium inediã, labore, verberibus affligentes, rationis jugo subjecerim.

Nec pauci suere, qui gentilitatis quidem tenebris oppressi, virtutis tamen studio aut necessitate adacti, aut gloriæ aucupandæ in suum corpus imperium planè rigidum exercuerunt. Socratem hac in re laudatissimum dicerem, modò ei disciplina Christiana non defuisset. Solebat is perdius & perniox à primo solis ortu, ad solem alterum orientem stare immobilis, isdem vestigiis, eodèque obtutu defixus. Hæc ratione ad fortuitas vires fortiter perferendas corpus animùmque sic firmavit obduravitque, ut quidquid tandem eveniret, patienter ferret. Hoc sui vincendi studio non solum insignem patientiam, sed & temperantiam prorsus laudabilem affectus est. Atque hac alterâ virtute tantum sibi ipse profuit, ut omne vitæ tempus inoffensâ valetudine traduxerit.

Illo non multum inferior Diogenes Sinopæus ad eam Diogenes Sinopæus. corpus patientiam assuefecit, ut capite semper aperto, nudis pedibus incederet, solòque tegetetur pallio, calor & frigoris æquè patiens, doli inquilinus, nullius quidem supellectilis, sed sui Dominus. Sub extrema vitæ tempora crudis etiam carnibus vesci conatus est, ut nihil esset, in quo ministerio alterius egeret sobrius naturæ cultor. O illustra mortificationis exempla! ò virentes viros sui victores, modò magistrum habuissent Christum!

Nec in plumâ & epularum luxu nata est Attilii Reguli constantia prorsus admiranda, & contemptus mortis generosissimus. Crebræ fuimur victoriæ, magnisque virtutum habitus, tam facile illi viam fecere ad mortem, ut captus jam & vincetus, non magis Pœnorum sevitiam, quàm in acie stans eorum arma pertimuerit.

Caro Uticensis vir quantus, quàm edomitis, & ut loquimur, mortificatis animi corporisque sensibus! calores & nives & nudo capite toleravit, iter pedibus fecit, amicis equo sedentibus. Quoties febre laboravit, solus esse voluit, nec quemquam admisit, nisi morbo levatus. Per hæc Mortificationis specimina virtus illa adolevit, quam Reipublicæ civili bello præstitit. Hic ille Caro est, qui septem continuos dies per loca serpentibus infesta ducebat exercitum, non equo, non vehiculo adjunctus, sed pedibus, & in primo agmine iter faciens, nec unquam sedens, nisi cum cibum caperet aut somnum.

Hoc prorsus est omne in corpus imperium tenere, nec illi blandiri, sed ut par est pro servo tractare. Quod ubi fit, tum demum animus potestatem suam salutariter explicat. Atque hinc nobilissimum animi temperamentum & moderatio laudatissima subsequitur, quæ in præcis idololatris ad Christianorum ruborem crebrius eluxit.

§. IV.

FAbius Maximus cum à se quinquies & à patre, avo, proavo, majoribusque suis septennero Consulum gestum animadverteret, comitiis, in quibus filius suus summo consensu Consul creabatur, quàm potuit constanter cum populo egit, ut aliquando vacationem hujus honoris Fabiæ genti daret: non quòd virtutibus filii diffideret, (erat enim illustris) sed ne maximum imperium in unâ familiâ continuaretur. Quid hac moderatione efficacius aut valentius, quæ etiam patrios affectus, qui potentissimi habentur, superavit?

Quòd si affectus verè mortificatos spectemus, Fabius vincit M. Bibulum vir amplissimæ dignitatis, qui cum in Syriâ moraretur Provinciâ, duos egregios indolis filios suos à Gabinianis militibus occisos cognovit. Filiorum interfectores ad parentem vincetos Cleopatra regina misit, ut gravissimæ cladis ultionem suo arbitrio exigeret. At ille oblato beneficio, quo nullum majus

Cyprian. de jejuniò & tentat. Christi.

Matth. 2. 18.

v. 16.

Sist. tom. 5.

in ejus vita.

a Orat. in

Minorum, &

Sisto V. Ca-

litis ad-

scriptis.

Chron. Mi-

nor. part. 3.

lib. 5. cap. 5.

b Sen. Por-

tingillæ.

c Anno in-

ditat. 1625.

ab Urbano

VIII in al-

bum Divo-

rum relata.

d Petrus

Perpinianus

orat. 1. in

eandem Re-

ginam.

Psalm. 80. v. 3.

Origenes in

dicium

Psalmum.

Isidor. Pelus.

l. 1. ep. 364.

Deut. cap. 9.

v. 9.

August. in

Psalm. 50.

Gentilium in suum corpus imperium exercere. tium paradi- gmatâ. Socrates.

Medici censent, eum qui à pœno crudis carnibus vescitur, robustiorem longè futurum, quàm si licet com- edat.

Attilii Regulus.

Caro Uticensis.

M. Bibulum vincit M. Bibulum vir amplissimæ dignitatis, qui cum in Syriâ moraretur Provinciâ, duos egregios indolis filios suos à Gabinianis militibus occisos cognovit. Filiorum interfectores ad parentem vincetos Cleopatra regina misit, ut gravissimæ cladis ultionem suo arbitrio exigeret. At ille oblato beneficio, quo nullum majus

tribui poterat lugenti, dolorem moderatiori cedere coegit, & nefandos sui sanguinis carnifices, è vestigio ad Cleopatram reduci iussit cum dicto: Potestatem hujus vindictæ non suam, sed senatus esse debere.

Superius quid in Christianorum optimo desideremus moderatius? quantâ hæc affectuum mortificatio, nec quidem filiorum iniquissimam eadem vicisci velle, nisi ratione prorsus æquissimâ? Nec alii è veteri Româ huic dissimiles.

Metellus Macedonicus cum Scipione Africano acerrimè dissenserat, quorum à virtutis emulatione profecta contentio ad graves testatæque inimicitias progressa est. Nihilominus cum Metellus interemptum Scipionem audisset conclamari, in publicum se proripuit, mæstôque vultu & voce confusâ: Concurrite, clamabat, concurrite cives, mœnia nostræ urbis everta sunt. Nam Scipioni Africano intra suos penates quiescenti, nefaria vis allata est. Idem filios suos monuit, ut funebri ejus lecto humeros subjicerent, nec enim fore ut id officium ab illis majori viro præstari possit. O Rempublicam pariter Africani morte miseram, & Macedonici tam humanâ tamque civili lamentatione felicem! Eodem enim tempore, & quantum amisisset Principem, & quantum haberet, recognovit.

Illis minimè cedit hominis verè *Mortificati* obstupescendum exemplar, M. Marcellus, qui primus & Hannibalem vinci, & Syraculas capi posse docuit. Cùm Siculi eum, licet tunc Consulem, accusaturi Romam venissent, Marcellus, quia collega suus Valerius Lævinus fortè aberat, senatum haberi noluit, ne absente altero Consule, timidiores in accusando essent Siculi. Ubi Valerius rediit, Marcellus de audiendis Siculis ultro retulit, eosque de se conquerentes patientissimè sustinuit. Lævinus auditis eorum querimoniis, loco eos tantisper iussit cedere, dum etiam accusatus audirentur, & Patres sententiam dicerent. At Marcellus illos remanere, ut defensionem suam interessent, coegit. Utrâque parte perorata excedentes curiâ subsecutus est, quòd liberius sententiam ferret senatus. Improbatis ac rejectis querelis suis Siculi orantes & supplices Marcellum adierunt, veniamque petierunt, quòd suæ provinciæ iussu executi fuissent, atque ut ab eo in clientelam porrò reciperentur, rogarent. Marcellus quamvis recentissimè læsus, tamen velut jam omnium oblitus, Siculos clementer exceptos tutelâ suâ neutiquam exclusit. Super hæc Siciliam sortitus, cum accusatores premere poruisset, eam Provinciam collegæ cessit. O Marcelle, quam nos sanctioribus disciplinis imbutos in ruborem das? Date mihi Christianum, qui in adversarios atque accusatores suos tam benevolus sit, & mox eum inter cælitè referemus.

Marcello accensendus jure merito Valerius Publicola, qui ad illud animi temperamentum pervenit, tam victor sui, tamque sibi ipse imperiosus, ut domum suam, licet magnificam, ne malignas suspensiones aleret, totam diruerit, quod loco positâ celsiore arcis speciem populo habere videretur. Nonne quantum domo inferior, tantum victoria sui superior evaluit?

Quærit Poëta vetus: Quisnam igitur liber? sibi que responderet ipse:

— Sapiens, sibi qui imperiosus:

Quem neque pauperies, neque mors, neque vincula terrent:

Responsare cupidinibus, contemnere honores Fortis, & in seipso totus teres atque rotundus.

Talis omnino est homo sui potens, quem nos Mortificatum vocamus, ad omnes labores subeundos teres, ad omnem fortunam tolerandam rotundus. E septem Græciæ Sapientibus Bias: Ille, inquit, beatus est, qui nil concupiscit.

Aliæ sunt hominum profanorum voces. Beatus est,

cui fortuna favet, qui dulci fruitur otio, qui genio servit, & cuncta ex animi sui sententiâ gerit. Affirmant hoc illi, negat constantissimè sapiens Bias, & eos laudat beatos, qui cupidinibus suis respondent & obstitunt, qui animum frangunt, qui nihil concupiscunt. Aliter profecto nulla in hoc orbe felicitas, tranquillitas nulla est. Quis enim tam felix, cui ex sententiâ succedat omnia? solus ille qui in se ipso totus teres atque rotundus, aut rebus utitur secundis, aut adversis exercetur. Illis fruatur, dum Deo placet, his sese attemperat, imò & gaudet varium sibi mortificationis genus offerri. Hoc animi sui pabulum credit, cum à seipso tum ab aliis mortificari.

§. V.

LAncea, quæ Christi crucifixi pectus aperuit, vulnus quidem intulit, sanguinem eduxit, sed dolorem nullum attulit, quia jam mortuum læuicavit: sic ille qui se à corpore abstraxit, & *Mortificatus* habet animi cupiditates; probris convelli, injuriis affici potest, sed ad impatientiæ querelas excitari non potest, jam mortuus est.

Democritus Philosophus, ut Stobæus memorat: Fortis est, ajebat, non solum hostium, sed voluptatum victor. Fortassis rectius eum dixisset fortem, qui non solum voluptates vinceret, sed & omnes animi cupiditates domaret. Tale sapientissimi Salomonis effarum est: *Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore urbium.* Nimirum

Ardua res vicisse alios; victoria major Est, animi fluctus composuisse sui.

Multò enim multòque operosius est, seipsum quam hostem superare, nec propter festinationem fugiendo ad versa, nec effuso gaudio secunda sectando.

Beatus Gregorius appositè dixit: *Ego David saltantem plus stupeo, quam pugnantem: pugnano quippe hostes subdit, saltando coram Domino seipsum vicit.* Hic ipse David longè fortior fuit, cum injurias à Saule illatas, etsi posset, non vindicaret, quam cum leones & urfos discerneret, gigantem Goliathum fundâ sterneret, gladi ojugularet. Venusinus igitur cecinit verissimè:

Lævis regnes avidum domando Spiritum, quam si Libyam remotis Gadibus jungas, & uterque Penus Serviat uni.

Nam, ut Ambrosius loquitur: *Graviores inimici sunt moribus pravi, quam hostes infesti.* Ita castissimus Joseph Aegypti prorex grandius quid fecit, cum adulterium repudiaret, quam cum toti regno imperaret. Ideo Sitacides fidelissimè commonefaciens: *Si præstes, inquit, anima tua concupiscentias ejus, faciet te in gaudium inimicis tuis.* Cupiditates sibi obsequentem eò pertrahunt, quòd nec omnes inferiorum machinæ possunt.

Nobilissimum præci scriptoris dictum est: *Tantum proficies, quantum tibi ipsi vim intuleris.* Est non nemo, qui apud seipsum dicat: *Ego precibus, jejuniis vaco, conciones audio, Sacramenta frequento, stitem in egentibus confero, divina sæpius cogito, consilia generosa suscipio, optima quæque propono; sed interim vix quidquam proficio: idem sum, qui ante sex, ante duodecim & plures annos fueram, in eodem luteo hæreo, eadem vitia identidem repeto, non melior fio, nihil proficio, nihil. Simillimus sum ægroto, qui molitur surgere, & mox in lectum recidit: Sic ego sapius è vitiis conor emergere, sed in eadem identidem relabor.* Quid obsecro causa est? Vis, mi Christiane, ut tibi candidissimè respondeam? Ideo nihil proficimus, quia nobis ipsi vim non inferimus. An nescis illud Domini clarissimum: *A diebus Ioannis Baptiste regnum calorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Nihil proficies, nec teipsum vinces, nec calum rapies, si violentus non es. Saulus in Paulum, & in alium

Merellus Macedonicus.

M. Marcellus. Livius l. 6. Decad.

Valerius Publicola. Valer. lib. 4. cap. 1.

Horat. lib. 2. serm. sat. 7. post med.

Stob. ser. 7.

Prov. c. 16. v. 32.

Mantuanus.

Greg. l. 37. moral. c. 27. & ult. mibi pag. 934.

Horat. lib. 2. carm. od. 2. ad Crispum Sallust.

Ambros. serm. 87. de Eliaso.

Ecclesi. c. 18. v. 31.

Thom. de Kemp. lib. 1. cap. ult. fine.

Sibi vis inferenda ut proficiatur.

Matth. c. 18. v. 12.

alium planè virum mutandus, à Christo violenter de-

Matth. 2. 17. Marc. 1. 9. Luca 6. 9.

Christus gloriæ suæ gustulum exhibiturus, tres è suis duxit in montem excelsum seorsum. Cur non in amplo cœ-

Act. 1. 2. v. 2.

Die Pentecostes, factus est repente de calsonis, tanquam adveniens spiritus vehementis. Nescit enim lenta molimi-

Matia Magdale-

na vi eme-

dationem vitæ ag-

gressa est.

Aug. lib. 4. o.

homil. hom. 23.

Matia Magdalena quânta vi emendationem vitæ aggressa est? In Pharisei domum ubi Medicum suum esse cognôrat, non in vitata venit, & ut Augustinus loquitur, irruens importuna convivio, opportuna beneficio, piâ impudentiâ sanitatem appetit. Non ad caput Domini, sed ad pedes accessit: & quæ diu malè ambulaverat, vestigia recta quasi vit. Capillos solvit, locynias fudit, pedes lavit, capillis terisit, balsamo inunxit, oculis lacessivit, ita noxarum veniam impetravit. Conscientiæ labes uni patefacere, supplicium est. Publicè & coram multis id facere, omni supplicio acerbius est. Hoc Magdalena fecit. Pecuniam olim ad Apostolorum pedes abjecisse, Christianæ violentiæ opus fuit; Magdalena omni pecuniâ chariora, unguentum, os, oculos, manus, capillos velut linteam ad Domini pedes abjecit, quâ in re vim magnam utique sibi ipsa intulit. Putem ego Magdalenam, dum ad convivium non epulatura, sed ploratura iret, in viâ sepius substituisse, & forsân aliquoties redire cœpisse, dum secum cogitaret hæc talia: Quid facio? res hæc nimio pudori mihi est. Quid dicent convivæ? quid magis cogitabunt? Per urbem vulgi fabula ero. Vultus aspicientium me non feram. Tandem; audendum est, sic pergo. Ita vi magnâ sese impulit: cœpit, egit, peregit. Tantum profecit, quantum sibi ipsi vim intulit; maxima vis, maximus profectus. Ideo nos non proficimus, quia nobis ipsi vim non inferimus.

§. VI.

Apinius eleganter narrat, quâ ratione tela è vulneratorum plagis sint extracta,

Stat. in Thebaide.

Tela manu parcente trahunt. Plerique nos esse vulneratos non ignoramus, sed molli & nimis parcente manu agimus: omnia remissè & sine vi aggredimur; suspensio gradu & nimium placidè ad cœlum inus. Fallimur: Violenti rapiunt illud. Audite facerdotem Heli mollissimum patrem, quàm languidè filios nequam objurget: Nolite, aiebat, filii mei, non est enim bona fama, quam ego audio. Verborum tonitru eos percillere debuisset. Quòd si verbis nil profecisset, fustibus agendum, vis fuisset exerenda. Tales nos sumus in nos ipsos; sanari volumus, sed quàm mollissimè. Non utri, non secari sustinemus.

Matth. c. 11. v. 12. 1. Reg. c. 2. v. 12.

Virginem regiam maligno ulcere laborasse ajunt, sed sectionem omnem abhoruisse. Voluisset illa quidem necis fluere, sed ferrum admoventi noluit. Ideo chirurgus scalpellum spongiâ tectum intulit, & uber incidit. Hæc

nostra mollities est; sanitatem appetimus, mortificationem fugimus; nemo secet, nemo urat, nemo nos mortificet, tangi nolumus; vim, à nobis etiam profectam abhorremus. Hinc nunquam curamur. Tantùm enim quisque proficit, quantum sibi ipse vim infert. Nulla vis, nullus profectus; exigua vis, profectus exiguus. Profectus spiritualis mensura, Mortificatio. Si scire vis quantum ad virtutem profeceris, attende quantum hæc tunc te ipsum fregeris, quantum cupiditates tuas domueris. Descende in te ipsum, & vide quid humilitatis & modestiæ, quid mortificationis & patientiæ domi tuæ habeas, quantum te ipsum oderis, & contemnas. Hac cote hoc autum probatur. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis.

Mensura profectus spiritualis est mortificatio.

Gal. cap. 5. v. 24.

Cervus naturâ colubris infensus, ubi eos deprehenderit, necat, sed inde ingentem scim contrahit, tantòque cupidius ad fontem currit, quantò vehementius sitit. Serpentes, inquit Augustinus, vitia tua sunt; consume serpentes iniquitatis, tunc amplius desiderabis fontem veritatis. Nam augmentum charitatis, diminutio cupiditatis.

August. in Psal. 41.

Res gestas omnium sanctorum hominum evolite, & quòd sibi ipsi quisvis vim maximum intulerit, comperiatis. Regnum cœlorum violenti rapuerunt. Quod Tharsensis Paulus, hoc sanctorum quisque pro se dixerit: Ego igitur sic curro, non quasi in incertum; sic pugno non quasi aërem verberans, sed castigo corpus meum, & in servitium redigo. Non auras, sed carnem percutio, jejuniis domo, vigiliis artero, ne insolentiis in me infurgat. Nimirum terra, si sibi relicta, sinitur quæ vult producere, spinas & carduos profert: qui triticum expectat, terram aratro vulnerat, & variis eam versat laboribus; sic natura sui juris & arbitrii in vitia exuberat. Virtutem expectas? quotidianis eam mortificationibus exerce, aut segetem spinarum colliges.

Omnes sancti sibi ipsi vim intulerunt, 1. Cor. c. 9. v. 26.

Sed quæ demum hæc violentia est? Violentum est, quod contra naturam est. Atqui scimus quàm à naturâ infinitum sit, adversarium odisse, pecuniam & lucrum amare, laudari ac honorari cupere, id amplecti quod jucundum est ac suave, contemptum fugere, jugum excutere, subijci nolle, labores declinare, feriari velle. Hæc natura corruptior studiosissimè sectatur. Enim verò qui inimicos amat, eos beneficiis ornat, Deo precibus commendat; qui aurum spernit, pecuniam in egenos spargit; qui laudes fugit, contemni non metuit, imâ & humilia ambit; qui labores quærit, qui aspera & difficilia non refugit, qui aliis sese subjicit, hic sanè contra naturam agit, hic violentus est, hic cælum rapit. Nempe tantum proficiunt, quantum sibi ipsi vim inferunt. Idcirco David hortatur: Viriliter agite, & confortetur cor vestrum. Cælum est præmium, quod nemo aufert, nisi qui tibi ipse vim infert.

Vide Imitatione Christi lib. 3. c. 9. Quis dicatur contra naturam aliquid facere.

Psal. 30. v. 25.

Aperitissimè Christus: Qui vult venire post me, abneget semetipsum. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam; qui autem perdidit animam suam propter me, inveniet eam. Magna & mira sententia, inquit Augustinus, quemadmodum sit hominis in animam suam amor ut pereat, odium ne pereat. Si malè amaveris, tunc odisti: si bene oderis, tunc amasti. Felices qui oderunt custodiendo, ne perdant amando. Noli amare in hac vitâ, ne perdis in aeternâ vitâ.

Matth. c. 16. v. 24. & 25. Aug. tract. 11. in 10m.

Ejusdem Augustini sensu, aliam vitam vivunt bestia, aliam homines, & Angel aliam. Triplex hoc vivendi genus, brutorum, hominum, Angelorum dissimillimum, sic loquar, similitudinem habet. Brutorum vita in pastu est. Vita Angelorum sine cibo & Venere, Deo ac celestibus deliciis aeternum sine satietate satiatur suavissimè. Hominum est media; quam cum illis & istis participat: si ducem habeat rationem & spiritum, communionem vitæ cum Angelis sortitur; si carnem & corporis appetentias sequatur, in consortium jumentorum transit. En, mi Christiane, tui jam arbitrii res est; selige, quam velis

Dissimillima vivendi ratio in brutis, hominibus, & Angelis.

Rom. cap. 8. vers. 13.

Bernar. c. 3. Medit.

velis vitam vivere : ad bestias non difficilis est transitus : Mortificationem fuge, & brevi migrabis in bestiam. Sed neque ad Angelos difficile transibis : Vive, quod Paulus præcipit, non secundum carnem, sed spiritu facti accersis mortificatio, & jam in Angelorum certus transisti. Quid autem ingenitæ ad Dei similitudinem efformati nobilitate in dignius, quàm ad vitam bestiis simillimam reduci? Eadem prorsus imperium, ubi ancillatur domina, cum Bernardo loquor, & ancilla dominatur. Grande mendacium, ubi humana facies furorem regit bestia.

§. VII.

Galenus lib. de cognoscendis curandi & a-nimi morbis.

Refert Medicorum princeps Galenus, visum à se hominem, qui ad ostium clave referandum manibus ac pedibus properabat. Cum verò sera clavi non responderet, atque sic ostium referari non posset, homo in rabiem actus, clavem dentibus commorsam abiecit, in januam toto corpore arictavit, demum calcibus quassatam pertundere frustra conatus. Hic furibundus ore spumas vomere, impias voces in Deum jacere, scintillantes oculos huc illuc celerrimè circumferre, instar canis rabidi latrare, vix à seipso manus abstinere, nec jam hominem agere, sed pantheram, aut catulis raptis tigridem repræsentare. Hoc tam tetrum furiosi hominis spectaculum sic attenuit spectatorem, ut ingenti odio adversus iram concepto, iræ motus tam religiosè omni vitâ caverit, ut eum nemo mortalium unquam deinceps viderit iratum.

Èò nimirum insaniam progredimur, cum Mortificationis frenum excutimus : ita in bestias degeneramus, qui possemus Angelis esse simillimi. Jamque ab experientia certum est, ab unico quandoque indomito affectu totum hominem pessundari. Id in re musicâ videre est. Pulsanti cithara malignè responder, si unica fidium vel rupta sit, vel discordet. Horratur Pfalteris sapius : *Psalte Domine in cithara. In psalterio decem chordarum psallite illi.* At si fidium vel minima non affonet, concētus perit : ita prorsus si hominis affectus omnes in concordiam conspirent, unicus tamen iracundiæ, vel libidinis, vel avaritiæ, aut invidiæ nondum sit perdomitus, jam extincta est omnis suavitas cantūs, nulla est harmonia.

Eadem est valetudinis ratio. Medicorum omnium vox non ignoratur, sanitatem ab humorum temperie ac symmetriâ petendam; cum illa solvitur, vel ab unico humorum jam sanitas intercidit : ita salutem animæ in temperamento cupidinum consistit. Fortassis gulæ ac libidinis impetus jam frenasti; amorem auri, livoris rabiem, torpentis ignaviam jam emendasti; sed tibi forsitan etiam nuntium domitatur ambitio, & nimium honoris desiderium : ohe nondum sanus! in omnibus licet bene habeas, tamen in uno delinquis, adhuc ægrotas : nec unquam dici poteris rectè valere, nisi hunc etiam morbidum affectum persanaveris.

Idcirco si tibi ipse consultum velis, nullas vincendi tui occasiones negliges; ubi ubi mortificationis opportunitas se obtulerit, obviis eam ulnis amplectere. Fortasse tibi aliquis præponitur : En optimam occasionem ; tu tuam ambitionem hic mortifica. Cibus deest, aut insulsus & malè coctus apponitur? hic gulam impugna. Vestis corpori non ad amussim quadrat? hic superbiz gliscentes igniculos extingue. Est qui tibi acriter contradicat? hic lingua insolentiam frange. Est qui te reprehendat, aut conviciis impetret? hic animi submissi specimen ostende. Pecuniæ jacturam pateris? hic philargiæ victoriam monstra. Forma elegans & oculus blandiens ad aspectum aut contractum te provocat? O quisquis es, hic virum te gere, oculos & manus continentes exhibe : illos claude, has attrahe : mortificationem Domini Jesu in corpore tuo circumfer. Hic Domini pro te crucifici stigmata porta. Servorum frons olim vario charactere, imò & verbis, aut etiam versibus inurebatur.

Tom. I.

A Hinc litterati & stigmatæ dicti. Sic & sanctorum hominum vultus à tyrannis multiplici stigmatè inustus. Circumtulere servi stigmata, & suorum dominorum notas, nobis Domini Jesu placent stigmata. Crux & Mortificatio stigma nobilissimum : hoc recipe, & castiga corpus tuum, sed & voluntatem tuam.

Atque quò melius hoc possis, à parvis incipe. Magnum est in minimis se vicisse. Innumera suadet curiositas, quæ Mortificatio vetat. Juber curiositas per fenestras prospicere : non prospice. Occurrit in colloquio quod ostentationi faceret & pompæ si id diceres : ne dic. Occasio est alterum verbis ferendi : ne feri. Dicit cogitatio ut coquam adeas, & quid opsonii paret interrogas : ne interroga. Adest hospes, tu verò quis sit, unde veniat, quò eat, quid rerum hic agat, scire cuperes : ne scire malis. Hortum ingrederis & invitatur flosculus, ut se carpas : ne carpe. Transis arborem & generosum pomum arder, vultque gratis à te emi & gustari : ne eme, ne gusta. In mensâ ferculum miris blanditiis ad esum allicit : tu manus contine, gulam substringe, & aut non tange, aut obiter tactum mox dimitte. Mihi crede in his non ad eò magnis semet vicisse, est res maximas fecisse, idque cum ingenti promerito. Hæc Deo, hæc cælitibus mirificè placent, hæc amplissimis præmiis pensabuntur. Et quamvis nihil peccati foret hæc videre, hæc tangere, hæc audire, his frui, his oblectari, his vesci; magnæ tamen virtutis est, & mercedis longè maximæ, hæc non videre velle, illa non tangere, his vesci nolle. Nam ut tantò cautius illicitis abstinemus, à licitis etiam nos nonnunquam contineamus.

§. VIII.

Quapropter qui Deo cupit eximie placere, sapius has voces iterat : Domine Jesu, hoc tui amore non intueri, istud non gustare, illud ad aures non admittere statuo. Hic linguam propter te, hic manus, hic pedes coercere : hæc in te judicium meum, in illâ voluntatem meam propter te deseram. Hæc Christiana, hæc sancta sunt, argumenta minime fallacia mentis bonæ; & licet in se minuta videantur, hominis tamen mortificati illustria sunt specimina.

Aqua, quam tres milites in galæâ Regi Davidi attulerunt, intercupedias & delicias regias numerari non potuit, sed quia Rex David sibi suæ imperavit, & aquam effundens libavit illam Domino, rem grandiorum fecit, plus virtutis exercuit, quàm si cellam vino Falerno & Cretico plenam in pauperes dividit justisset. Tanti est Mortificationis studio vel aquâ abstinere.

Pelagus illustre Mortificationis specimen in te non grandi commemorans : Senex in Thebaide, inquit, unâ rationis specimen discipulo exploratæ patientiæ, speluncam habitavit. Atqui consueverat senex sub vesperam discipulum sacris præceptis imbuere. Finitâ dictione precabantur unâ ex more, & sic demum cedebant somno. Eventit autem, ut ad senem homines peregrini reverserent, miram illius abstinentiam coram veneraturi. Hos senex humaniter exceptos, ne vanitatem miseris succumberent, prolixè solatus est. His adventoribus dimissis, suum sibi discipulum sero vespere instruendum sumpsit. Sed quia dicendo jam antè fatigatus fuerat, inter loquendum nictare cæpit, & in somnum solvi altiorum. Stabat discipulus, & dormientem senem taciturnus spectabat. Altè sopitum excitare viti reverentia non sinebat. Visum est ergo expectare, dum expergisceret ipse. Hic juvenem non somnus tantum, sed & cogitationes ejusmodi sollicitabant : Quid hic agis? abi si lens & dormi. Inaniter præstolaris. At juvenis suggestiones hæcè repulit, & somnum exausit pro viribus. Sed rediit importunus exactor somnus, redierunt & cogitationibus & somno. Idque septies fecit singulari

E c c c

lari

Pf. 97. v. 5. & Psal. 32. vers. 3.

Salus animæ in temperamento cupidinum consistit.

Mortificationis opportunitas amplectenda.

Avaritia.

Vide Lipsiū in Electis lib. 2. cap. 15. Novorum in Electis ja-

eris lib. 3. 2. 1. & Electis 24. num. 487.

Castigatio corporis & voluntatis à parvis incipienda.

1. Paral. c. 11. v. 17. & 18.

Mortificatio rationis specimen Pelagius libell. 7. num. 432.

lari victoriâ sui. Jamque nocte ad umbilicum deductâ, senex evigilans, & discipulum in somnium cernens: Quid hic agis, ait, non interim dormitum abisti? Cui juvenis sedate: Non Pater, inquit, quia me non dimissum credidisti. Cur ergo, ait senex, me non excitasti? Non ausus sum id facere, respondit juvenis, ne importunitas turbarem te, Pater: Ita post mediam noctem matutinas preces simul persolverunt. Quibus finitis discipulus demum iustus est dormire. Sed & senex aliquid quietis addidit priori somno. Seni ostentum cæleste objectum est hoc modo: Videbat solum sublime splendore multo vestitum, in eo septem coronas: cernebantur repôsita. Hic senex interrogare sibi visus est eum, qui hæc monstrabat, Cuinam hæc essent parata. Responsum est, Discipulo tuo; Sedes quidem priori vitæ sanctiis exactæ destinata est: septem coronas hac ipsâ nocte promeruit. Obstupuit senex, & expavit. Mox discipulum accersens: Dic mihi, obsecro, inquit, quid fecisti hac nocte? Juvenis nonnihil territus: Da veniam, Pater, ait, nisi me valde fallo, nihil mali feci. Senex modestiam interpretatus hoc responsi: Ut scias, inquit, mi fili, percunctari non desinam, dum fatearis, quid egeris, vel etiam quid cogitaris hac nocte. Hic optimus juvenis conscientiam suam interrogans, nec ream sentiens, vix inveniebat quid diceret; hoc unum subjecit: Ignosce, Pater, quod sciam, nil feci, nisi quod sexies aut septies à somno graviter impugnatus sum, illudque identidem menti occurtebat, Abi & dormi; sed quia nondum à te dimissus eram, perstiti. His auditis senex continuò intellexit, quod quoties cogitationibus & somno restitisset, toties novam coronam promeruisset. Hæc dicere tamen è re discipuli non futurum censuit. Ergo dissimulans quid vidisset, aliis Patribus rem ordine narravit. Pelagius hæc omnino verba subjiciens: Discamus, inquit, quia & pro parvis cogitationibus Deus nobis coronam tribuit. Bonum ergo est, ut quis propter Deum in omnibus seipsum sibi extorqueat. Nam regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

Hoc Seraphico Francisco Christus significans: Si me desideras, inquit, dulcia tibi amarecant, & amara dulcescant. Amarum quid est Mortificatio; tunc verò dulcescit, cum Christi causâ suscipitur. Dulcia videntur mundi gaudia, sed amarecant deliciis cælestibus collata.

§. IX.

Mortificatio non honesta solum, nec utilis tantum, sed planè necessaria est, nec in unam tantummodo diem aut hebdomadam, nec in unum dumtaxat mensem aut annum, sed in omnem vitam extendat sese necesse est. Quod Bernardus graviter affirmans: Quis enim, inquit, ita ad unguem omnia à se superflua reseravit, ut nihil se habere puter putatione dignum? Credite mihi 741. Cæca sine, hi, & putata repullulant, & effugata redeunt, & reaccendantur ex extincta, & sopita demò accendantur. Parum est ergo semel putasse*, sæpeputandū est, imò (si fieri possit) semper, quia semper, quod putari oporteat (si non dissimulas) invenis. Quantumlibet in hoc corpore manens profeceris, erras, si vitia putas emortua, & non magis suppressa. Addit: Vnum in tanto discrimine consilium est, observare diligenter, & mox ut rearscentium vitiorum capita apparebunt, promptâ severitate succidere. Non potest virtus cum vitis pariter crescere. Ergo ut illa vigeat, ista crescere non sinantur. Tolle superflua, & salubria surgunt: utilitati accedit quicquid cupiditati demis. Demus operam putationi*. Putetur cupiditas, ut virtus roboretur. Nobis putationis semper est tempus, sicut semper est opus.

In hortis cultioribus rem oculis est cernere. Solent hortulani myrti aliaque que herbarum ductibus diversas imagines in arcibus efformare, ut hic quidem herilia insignia, illic leo vel cervus, illic aquila vel struthio-camelus exprimat: at verò nisi olitor industrius sit, &

A pæne quotidie luxuriantem herba comam attondeat, brevi nec leonem amplius, nec cervum, nec aquilam, nec struthio-camelum silvescentes fructus repræsentabunt. Idem proflus hic evenit: si leo licet vel aquila, fortis tibi videat, ac tui victor, si tamen non assidue quod excreseit refecet, si cesser Mortificationis studium, brevi nec leo, nec aquila, sed monstrum teris non abimile Satyro Faunòque, hoc est, homini effreni & pravis affectibus pleno.

Cum dixisset Christus: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum; continuò adjunxit: Et tollat crucem suam, & sequatur me. Mat. c. 16. vers. 24. quotidie. Non tantum semel iterumque in hebdomade aut mense, aut anno: Quotidie. Nulla dies abeat sine hac Mortificationis lineâ. Romanus Imperator Titus, quo die in neminem beneficium contulisset, dicere solebat: Amici, diem perdidimus. Non minus ille diem eum perditum credat, quem nullâ sui victoriâ insignierit.

Franciscus Borgias Dux Gandiæ, è Duce Societatis Francisci Borgiæ in corpore affectus. JESU Generalis tertius, cibum eo die insuavem sibi dicebat, quo corpus nullâ mortificatione affecisset. Nec quidem extremum vitæ diem ab hac lege mortificationis eximium volebat. Ita corpori semper bellum movebat, neque unquam deerat, quo sibi malè faceret, juratus sui hostis. Hinc amicos nominabat, quæ nos incommoda vocamus. Pluvias, ventos, frigora, ætus, omnemque cæli intemperiem exceptit lætissimè. Podagræ dolores, acerbos obrectatores, & quoscumque demum mortificationis auctores sustinuit patientissimè. Nec hostem sibi capitaliorem esse censuit quàm corpus. Huic magis vexando, arenam calcei & scrupulos injecit, ut eundo pedes offenderet; brumâ ferviente caput & calviriam aperuit; fervente sole, quò plus ureretur, eò lentius incessit. Continuis imbribus iter faciens: Quàm bellè, agebat, amici mei me juvant, atque ad edomandam hanc belluam (sic corpus vocabat) adigunt! Deum rogavit sæpius, ut quicquid vita jucundi habet, in supplicium sibi verteretur: hæc ei amaritudo fuit dulcissima. Noctes insomnes ducere, inter lucra numeravit. Quin & in morbo mortificationis usum non intermisit. Catapotia seu pilulas non glutire, ut alii, sed mandere consuevit, ut os & palatum amarore cruciaret; portiones medicas tantò promptius sumpsit, quanto plus horruit: ut, ubi plus olim voluptatis, jam plus sentiret tormenti; & ut gula tot prius deliciis imbuta, suos jam carnicifex experiretur.

Hoc Sanctorum omnium contentissimum fuit studium, seipfos Mortificationibus assidue frangere. Et enim probè sciebant, non decere sub spinoso capite membra esse delicata.

Neque verò quisquam tetteatur, licet hinc multum Difficultat sentiat difficultatis, licet indolem nactus sit calidam, rates in ferocem, asperam, & domari difficilem: non hæc Mortificationis impedimenta, sed sæpe adjumenta sunt. Quanto prolixior lucta, quanto difficilior pugna, tantò major gloria, tantò illustrior corona. Huc illud Jobi aptavero: Vocem exactoris non audit. Quod explicans Gregorius: Clamorem exactoris non audire, inquit, est violentis tentationum motibus minimè consentire. Sunt quos improbi exactores identidem vellicant, hunc gula, illum iracundia, istum luxuria vehementius invadit, & velut exactor jus suum postulat. Obtunde aures, & tam constantem uega, quam petunt. Nemo est indolis tam indomitæ, quin eam, si velit, vincere possit, & sub jugum mittere. Sed victoriâ forsan rara est? Nullus hic animo cadat, prælat vel semel tantum vincere quàm nunquam. Succumbis hodie? refume animum: cras vinces. Nihil hic turpius quàm clypeum abjicere, & pugnare nolle. Hortatur Augustinus, & cum ascendente Domino pariter in altum nos erigens: Ascendamus etiam post illum, de Ascensu, inquit, per vitia & passiones nostras. Et ne quisquam hoc fieri non posse arbitretur, subjungit: De viciis nostris scalam.

Mortificatio in omnem vitam extendere debet.

Bernard. serm. 58. in Cæca sine, hi, & putata repullulant, & effugata redeunt, & reaccendantur mihi p. 741.

* Putare, amputare, mortificare hic idem.

* Sæpe, mortificationi.

Aug. serm. 2. de Ascensu, inquit, per vitia & passiones nostras. Dm.

lam nobis facinus, si vitia ipsa calcamus; attolent enim ipsa nos, si fuerint infra nos. His gradibus adjecti, plurimi magnos ad virtutem progressus fecere. Sapiens dominatur astis, naturæ impetus coëcet, sentit in se malignam indolem, non consentit. Neque verò sensus noxam contrahit, sed consensus.

§. X.

Socratem nescio quis Medicorum curiosus insperxit, & hominem libidini ac crapulæ pronum pronuntiavit. Vix manus continuerunt Socratis discipuli, quibus Magistri sui sobria continentia jam pridem perspectissima erat. Hos Socrates repressurus: Sententiam, inquit, ne præcipitate, ð boni; talis enim, qualem hic me depinxit, fuisset, nisi me alium philosophia & virtus fecissent. Miseros nos, ð Christiani, ð Religiosi, si minus virium & animi ad hanc rem adferamus quàm idololatræ!

Alexandrum Macedonem Plutarchus aliis Monarchis longè cenfer antecellere, quandoquidem alii tales sunt nati, ille talem suâ se dextrâ, vi, gladio, vulneribus, cruore fecerit. Ita profusus multò majorem illi gloriam assequuntur, qui naturæ suæ malignitatem fortiter conantur vincere, quàm qui mississimam indolem sortiti ad omnem virtutem faciles ducuntur. Nihil proficit, qui nihil in se sperat.

Receperat in familiam suam sanctus Ignatius Lojola juvenem acri ac vehementi ingenio, quem sæpius ut pater hortatus: Vince te, ajebar, vince te. Si enim te ipsum viceris, cæleste præmium multò etiamulatius feres, quàm qui animam sortiti sunt virtuti pronissimam. Cùmque hunc ipsum juvenem unus è Patribus, ut minus tractabilem ac turbatorem domûs accusâset, Ignatius non ad vulgi trutinam, sed ad prudentiæ stateram dicta examinans: Quæso, inquiebat, mitius, mi Pater: equidem hunc ipsum, quem tu acriter objurgandum putas, plus ego paucis mēsis profecisse arbitror, quàm duos illos anno integro. Erant duo illi suavitatem morum & candore nemini non amabiles. Ex quo liquet, solidi profectûs rationem non ab ingenio sedato, sed à conatu sui vincendi ac studio petendam. Nemo igitur desperet: plus proficit, qui sibi ipse plus resistit.

Coronidis loco, duplex hoc consiliùm suggero planè necessarium: Si maligniores affectûs velis eradicaum ire, *Parva non negliges, & Ulcus tange*. Parva, inquam, non negliges: nam si muscam nollis aut non possis confingere, crede mihi nec elephantum confodies: si nec uno quidem alteròve bolo fraudare gulam, si oculorum curiositati nihil, nisi quod turpissimum est, negare audeas, si non leviora etiam linguæ delicta corrigas, si non etiam scintillas cupidinum Mortificatione sopias, brevè cernes incendium. Aut ergo in minutis etiam te vince, aut in magnis nunquam tui dominus eris.

Deinde, quod dixi, *Ulcus tange*. Sunt qui mortificando se, vitalia nunquam feriant, Ulcus nunquam tanguant. Famem aut sitim mortificas? optimè facis: sed magis deberes appetitum honoris. Tergum flagellis pullas? Ah cur linguam non flagellis nocentissimam? Verbis & velle humilitatem præfers: Animum oro, animum humilitate imbue. Argenteas lampades aliave munera templis consecras? Rectè hoc quidem, sed interim non tangis Ulcus, libidines tuas non desinis. Argentum tuum non displicet Deo, sed magis placeret tua castimonia. Hic ulcus tuum est, hoc tange, hic Mortificationis scalpellum applica, parti læsæ adhibe malagma, non sanæ. Sacris peregrinationibus te fatigas? Non malè. Sed melius faceres, si tu domi tuæ maneres, & avaritiam à te aut invidiam in exilium ejceres. Vigiliis tollerare discis? Optimè. Sed quæso te, discas simul injurias ferre, &c. Ita moneo, Ulcus tange, & cum è tuis defectibus mortificatione perpetuâ sanare stude, qui profectum tuum magis impedit. Pharisæi, ut scimus, superfi-

ciem radebant, ad interiora vix unquam penetrabant. Idcirco Medicus cælestis ulcus eorum tangens: Pharisæe Matt. 2. 23. cæce, inquit, munda prius quod intus est, calicis & purpûridis, vof. 26. ut fiat id, quod desoris est, mundum.

In regum factis narratur, Amalecitis devictis imperatum à Deo Sauli regi, ne cuiquam parceret; viros, feminas, juvenes, senes, pueros, lactentes & omne pecus gladio meteret: sic enim Deus jussit: *Vade & percute 1. Reg. 2. 15. Amalec; & demolire universa ejus*. Sed divinis justis obtemperatum non est. Nam *pepercit Saul & populus 1. Reg. 2. 15. vof. 3. optimis gregibus ovium & armorum, & vestibus, & arietibus, & universis qua pulchra erant, nec voluerunt disperdere ea. Quidquid verò vile fuit & reprobum, hoc demoliri sunt. Hoc Deo nimis quàm displicuit. Ideo ipse Samuel Agagum regem Amalecitarum ad se adductum in frustra concidit.*

Haud aliter aliqui se mortificant in iis quæ non valde sentiunt; nil refecant de vivo, ulcus non tangunt, Agagum non jugulant. Quid igitur tibi blandiris de tuis mortificationibus? Rex Agag etiamnum vivit, superbia tua & impatientia tua nondum finierunt, libidines tuæ nondum expirant, ultionis appetitus spirat adhuc. Agagus Deo in sacrificium offerendus est, hunc macta. Illud in te vitium expugna, quod te potissimum abstrahit à Deo. Mortificationis ferrum in eam animi affectionem stringe, quæ plurimum puris habet aut veneni. Hoc moneo; Ulcus tange.

ACTIONES MORTIFICATIONIS.

1. Prima omnium est, quàm modò explicavi, Ulcus tangere. Itaque Mortificationem quâ parte maxime delicatus es aut vivax, eò potissimum dirige. Gargulus es? frena linguam. Gulosus es? coëce gulam. Libidinosus es? exteriores sensus omnes cohibe. Fastuosus es? amputa supercilium. Ambitiosus es? ad villam te demitte. Avarus es? pecuniam ut hostis invade. Desidiosus es? ad labores, ad industriam te urge. Eadem de ceteris est ratio.

2. A parvis ad majores se mortificationes assuefacere. Qui militiam aspirant, prius arma tractant ludicra, decuriones equestres celebrant, pugna simulacra cient, sic bello se parant. Pari modo ut totas noctes pervigilare discas, unam alteramve horam vigila; ut totos dies esurire possis, prius mitioribus te jejuniis exerce: ut maximas injurias tolerare nòris, patientiam in minimis obfirma, Frange voluntatem etiam in licitis, ut eam tantò potentius abstrahas ab illicitis. Judicium tuum desere in levioribus, ut in feris eò minus illius sis tenax. A mitioribus ad mortificationes insigniores facilis est semita.

3. Cùm duplex sit Mortificatio, exterior corporis, interior voluntatis, judicii, pravarumque affectionum; Exterior his ferè actionibus se exerit. 1. Sabbatum, aut pervigilia beatissimæ Virginis jejunio solet colere. Beatus Franciscus à festo die Apostolorum Petri & Pauli usque ad diem Virginis in cælum Assumptæ jejunium quadragesimale iniiit: Lustranæ regina Elisabetha à die S. Joannis Baptistæ ad diem festum jam dictum pane tantum & aquâ jejunavit. 2. Ab uno saltem alteròve sereno his talibus diebus abstinere. 3. Cilicinam vestem aut cingulum gestare. 4. Aliquid fontino decerptum vigiliis addere. 5. Indormire asseri, aut lectum solito duriorern sternere. 6. Funiculis dorso incussis Christi flagra nonnihil gustare. 7. Ad urbicum aut suburbana beatissimæ Virginis templa revisere; peregrinationem, præsertim vicinam, ad ejuscemodi ædes instituere.

4. Mortificationis vigilans solertia studiosissimè cavet, ne voluptas necessitatis formosam larvam induat, & ita quæ aperta non posset, tecta tam honesto schemate subrepat. Sed tandem deprehenditur hoc surtum.

Ratus ab exteriori fronte id sibi constare.

Majorem gloriam assequitur, qui sibi plus resistit. Ribadineir. in vita illius lib. 5. cap. 10. post init.

Duplex consiliùm eradican-dis malis affectibus: Parva non negliges, & Ulcus tange.

D

1. Mortificationis actio.

Secunda;

Tertia; Actiones quibus exterior mortificatio se exerit.

Quarta;

Nam fraus ista hinc patet: Necessitas vilibus & paucis contenta est: voluptas delicatam ambit affluentiam; multis & exquisitis etiam ægrè satiatur.

Quinta.

5. Qui stigmata & Mortificationem Domini Jesu in corpore suo circumferre cupit, is cum Paulo seipsum sæpius accuratè scrutatur, ubinam lateat quod mortificandum sit, num Voluntas, num Intellectus seu Judicium ægroret, num sensus exteriores cautè cohibendi, num carnis petulantia severitè castiganda, &c. Notitia morbi, principium salutis. Nam qui scit ex stomacho se laborare, pedem sibi non patietur amputari: ita qui in voluntate vitium deprehenderit, illi remedium adhibebit, non intellectui aut iudicio.

Sexta.

6. Mortificatio subinde certo numero gaudet. Sunt, qui trigésies in die mortificare se soleant, sunt qui sexagies; sunt qui crebrè, alii raritè. Aliqui in his insigniora quinque Christi vulnera, alii septem sancti Spiritus dona, alii novem Angelorum ordines, alii ætatem Christi, aut Virginis Matris observant, & pio cultu Mortificationum suarum numerum ad aliquid horum referunt, laudabili prorsus Arithmetica: nam quemadmodum David, ut regiam virginem Michol in conjugem impetraret, tamdiu Philistæos insecutus est; dum centum eorum capita colligeret; ira ei, qui beatitudinem velut sponfam ambit, non difficile est, ad numerum suos hostes, pravas affectiones jugulare. Neque enim hæc Deo velut venditores merces adnumeramus, sed legitimum nostram hac numerandi ratione excitamus. Quod idem fit in precibus.

Septima.

7. Mortificationem in se nonnihil amaram multà perfundit dulcedine, si omnes ejuscemodi actus conjungantur Christi cruciatibus, velut obolus thesauro infinito. Exempli causâ: Sub initium aut finem, aut dum in actu est Mortificatio, brevi precatiunculâ is, qui seipsum mortificat, id omne sic offerat: *Domine Jesu, hanc ego guttulam in mare acerbissima Passionis tuae defero. Placeat tibi propter te, quod ego hic amore tui facio.*

CAPUT XI.

Rosa Græcula, seu, Misericordiâ
& Eleemosyna.

S. I.

Rosa, quam Græculam, vocant, latissimis est foliis, sed convolutis foliorum paniculis, nec dehiscens nisi manu coacta, semperque nascenti similis. Huic rectissimè, putem, Misericordiam conferimus, quæ foliis valde latis in plurimorum salutem semet expotrigit, nec unquam alios juvando lassescit, semper recens, semper similis nascenti.

B. Maria omnibus fuit benigna: Prov. c. 31. vers. 26. Damasc. de dorm. Virg. Gen. cap. 36. vers. 24. Bern. ser. de Assumpt. beatiss. Virg. mihîp. 256. Invocantibus in necessitatibus non defuit.

Beatissima Domini Mater, quanto sibi ipsa severior, tanto benignior fuit aliis. Nam quod Salomon ait, *lex clementie in lingua ejus*. Damascenus eam jure merito *Curationum pelagus* appellat. Illam paradisi arborem, *Lignum vite*, malè conciliando concoximus; pro illo Deus suppeditavit *Venam Vitæ*, è quâ Christus aqua viva, & omnis Misericordia nobis ac gratia profluxit. Moses Sebeonis filium laudans: *Iste est Ana*, inquit, *qui aquas cavilas invenit in solitudine*. Nos rectius: *Ista est mulier, quæ reperit Misericordiam thermas*. Bernardus illarum saluberrimum calorem sentiens, & ideo ingenti affectu exclamans: *Silcat Misericordiam tuam*, inquit, *Virgo beata, si quis est, qui invocam te in necessitatibus suis sibi meminerit desuisse. Nos quidem servuli tui ceteris in virtutibus congaudemus tibi, sed in hac potius nobis ipsis. Laudamus virginitatem, humilitatem miramur: sed Misericordia miseris sapit dulcius. Misericordiam amplectimur charitè, recordamur sapienter, crebrè invocamus. Hæc est enim, quæ totius Mundi reparationem obtinuit, salutem omnium impetravit. Constat enim pro universo genere humano fuisse sollicitam, cui*

dictum est: Ne timeas Maria, invenisti gratiam, utique quam querebas. Quis ergo Misericordia tua, à benedicta, longitudo & latitudinem, sublimitatem & profundum queat investigare? Nam longitudo ejus usque in diem novissimum invocantibus eam subvenit universis. Latitudo ejus replet orbem terrarum, ut tuâ quoque Misericordiâ plena sit omnis terra. Sic & sublimitas ejus civitatis superna invenit reparationem, & profundum ejus sedentibus in tenebris, & in umbra mortis obtinuit redemptionem. Per te enim calum repletum, infernus evacuatus est; insaurata ruina caelestis Hierusalem; expectantibus miseris vita perditæ data. Sic potentissima & piissima charitas, & affectu compatiendi, & subveniendi abundat effectu, aquè locuples in utroque. Ad hunc igitur fontem sitibunda properet anima nostra. Ad hunc Misericordie cumulum totâ sollicitudine miseria nostra recurvat.

Olim ab arcana Dei Curia, ab editâ justitiæ sententiâ nulla fuit appellatio. At verò nunc est ad solum gratiæ & ad tribunal Misericordiæ, nunc *superexaltat Misericordia iudicium*. Quod insigniter Bernardus explicans: *Si criminum, inquit, immanitate turbatus, conscientia feditate confusus, iudicii horrore perterritus, barathro incipias absterberi tristitia, desperationis abisso, cogita Mariam. Quam enim clemens nunc erit in cælo, quæ tam misericors fuit in terrâ? Gregorius Nicomedienfis: Quotidie, inquit, videbatur ei Angelus loqui & quasi charissima sorori vel matri obtemperabat ei, quæ ambrosium nutrimentum de manu Angeli accipiebat, eoque reficiebatur: victum verò, quem à Pontificibus templi accipiebat, pauperibus erogabat.*

Eliæ cibum subministrat corvus, Danieli Angelus, Judæis manna effundunt nubes: quid de Domini Matre dicemus? Palladius, qui vixit ævo Theodosii Majoris, asserit, Apollo & Anuph sanctissimos viros dies noctesque precibus exegisse, atque hinc alimoniam quotidianam ab Angelo accepisse. Atqui nullam gratiam fas est credere concessam servis, quæ negata sit Matri. Habuit ergo divina virguncula suos veluti convictores in templo menduculos, quos etiamnum parvula ingenti Misericordiâ reficiebat. Potuit hæc virgo dicere, quod Jobus: *Ab infantia meâ crevit mecum miseratio, & de utero matris meæ egressa est mecum.*

Misericordiam itaque cum eâ adolevisse, jamque illam in cælo nobis veniam & gratiam deprecere, Ecclesiæ consensus & nostra fides asserit. Pro hominibus, dum vixit, supplicavit. In nuptiis Canæ id factum constat, ubi Filium rogavit, tenuioribus sponis subveniret, idque impetravit. Id ergo jam multò magis faciet in patriâ. Pro aliis supplicare ab amore provenit, atqui amor in patriâ perfectior est, ergo illic pro viatoribus magis supplicatur.

Eruditè Thomas Aquinas: *Charitas, inquit, hoc requirit, ut pro aliis oremus. Quod confirmans Chrysostomus: Pro se orare, ait, necessitas; pro altero charitas fraternitatis hortatur. Dulcior autem ante Deum est oratio, non quam necitas transmittit, sed quam Charitas fraternitatis commendat. Neque aliter Hieronymus: Si Apostoli, ait, & Martyres in corpore constituti, quando adhuc pro se debent esse solliciti, pro aliis orant, quanto magis post coronas & triumphos dat. Neque aliter Hieronymus: Si Apostoli, ait, & Martyres in corpore constituti, quando adhuc pro se debent esse solliciti, pro aliis orant, quanto magis post coronas & triumphos Atqui Virgo beatissima à primo, quo vivere cœpit momento, plus Charitatis habuit, quàm omnes simul & sancti homines & beati Angeli, ergo illa etiam ardentius pro nobis deprecatur: ita prorsus, ut si illa una & sola quippiam rogaret, & omne calum reclamaret, uti Angulum Angelo restituisse narrat Daniel, potentior tamen esset Virginis matris oratio, quàm cælitum ceterorum omnium.*

Huc pius ille scriptor animum attendens: *Mediatrix est, inquit, inter nos & filium, qui nihil illi petenti negat, cum sit illius mater, sed etque ad ejus dexteram, super omnes creaturas exaltata, & ipsi proxima. Seraphinus Firmianus, dubium velut problema ponens: Cur, inquit, audacioris fiduciam in matrem quàm in filium erigimus?*

Mox

Luc. cap. 1. vers. 30.

Iac. cap. 2. vers. 13. Bernard. hom. 2. super Missus est, &c.

Gregor. Nicomed. de oblatione Mariæ.

Iob cap. 37. vers. 18.

B. Maria dum vixit pro hominibus supplicavit.

S. Tho. 2. 2. qu. 83. ar. 7. Chryl. 10. 2. homil. 14. in imperfecto, circa principium.

Hieron. lib. contra Vigilantium. Collectivè sumpti, ut in scholis loquuntur.

Vide Suarez tom. 2. in p. D. Tho. dispur. 23. sect. 2.

Iohannes Rufinobochius libell. de 7. a. moris gratiarum, c. 8. medio.

Cur audacior sit filius?

ducia in matre quam in filio.

Mox è Bernardo & Anselmo respondens: Quia in Matrem, inquit, à Filio divina pietas derivatur, absque justitia terrore. In filio licet attrahat pietas, terret tamen potestas. Scimus judicem eum esse ad eod exactum, ut rationem de verbis etiam otiosis vel singulis sic exacturus. Ecquid volumus? infantie mores hinc exhibemus, læsus infans accurrit matrem.

§. II.

Græcis mos erat, ut injuriam à se defensurus templum, aram, vel statuam accurreret. Mos hic Imperatorum ævo migravit Romam. Hinc ingenui & servi non in templis solum, sed ad quamlibet Imperatorum imaginem aut statuam asylum sibi repererunt. Imò, quod Philostratus testatur, si servus monerem tantum Cæsaris imagine signatam manu tenuisset, eum cedere nefas fuisset. Hinc capitis quispiam damnatus, quod servum percussisset, qui argenteam drachmam Tiberii imagine inscriptam tenebat.

Philostratus lib. 1. in vitâ Apollonii cap. 11.

Mater Dei asylum est & templum gratiæ.

Psal. 35. v. 8.

Chronicon S. Dominici. Sur. Bzov. tom. 13.

Mariæ. 2. Catharina Senensis in pauperes liberalis fuit.

B. Mariam habuit adjutricem.

Securius nobis asylum est Mater Dei, templum gratiæ, ara misericordiæ: si vel verbulo vel gemitu tangamus hanc aram, longè tutiores sumus, quam si omnium Romanorum Cæsarum effigies manu teneamus. Sub alis Phœnicis istius omnes afflicti plurimum subsidii reperiunt. Jure de hac matre dicimus: Filii autem hominum sub regimine alarum tuarum sperabunt. Affectu magno pro fe quisque dixerit: Inhabitabo in tabernaculo tuo, protegeat in velamento alarum tuarum.

Sancti omnes in Misericordiam proni velut olivæ in hortis consistæ fuerunt. At Virgo beatissima velut oliva totum orbem complexa, olivas alias omnes in-umbravit.

Beatus Dominicus, familiâ suâ nondum confirmatâ, vidit velut diducto cælo, quâ ratione Christus stans in gentem humanam tres lanceas vibraret, orbem iræ suæ metam convulsurus. Hic mater ad filii pedes provoluta, veniam impetravit orbi. Hic utique mater idem sensit quod filius, qui famelicæ plebis misericordiâ commotus: Misereor, inquebat, super turbam.

Cum Senis annona incredibiliter oneraretur, Catharina virgo modicum farinæ jam putidæ in panes pinsit. Hos deinde in egenos distribuit liberalissimè, nec tamen deesse cœpit quod daretur: quantò enim largiùs erogabat, tantò plus supererat. Imò quod mirius, gratissimi saporis erant hi panes, nec à dominicâ etiam gulâ spernendi. Sed adjutricem habuit Catharina è cælo Virginem divinam, quæ visâ est suis manibus è malsâ formare panes coquendos. Nimirum plena est Misericordiæ Virgo celestis, verus balsami hortus, uberrimum salutis promptuarium; verbo, Mater misericordiæ.

Meo sensu, petire nequit, quisquis Angelos & Angelorum Dominam in suas partes traxerit. Sed illud, obsecro, non nesciamus, à Pythagorâ sapienter dictum; Similia non nisi à similibus comprehenduntur. Misericordiam tibi postulas? nec tu eam alteri nega: gratiam ambis? hanc & alius à te impetret. Misericordiam pro misericordiâ, gratiam pro gratiâ consequemur. Quales nos sumus in similes nobis, talis in nos est Deus.

§. III.

Hic instituto quo cœpimus, non incongruum erit, si latissima hujus rotæ folia paulò explicatiùs proponamus. Misericordia omnibus non tantum noscenda, sed penitis medullis combibenda est. Eleemosyna porrò nihil aliud est quàm Misericordia transiens in effectum & opus.

Matth. 6. 5. vers. 7.

Coloss. 3. 3. vers. 12.

Veritatis oraculum est: Beati Misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Misericordia beatis omnibus ad eod innata censeri potuit, ut eorum sortorem dixerim. Hortatur Paulus: induite vos ergo sicut electi Dei,

Tom. I.

A sancti & dilecti, viscera Misericordiæ. Sancti omnes ex hac familia sunt, quæ vix certiore signo noscendam se præbet, quàm quod omnes hujus stemmatis viri feminæque viscera Misericordiæ habent. Huic familiæ naturâ insitum, misericordiam non è crumenâ solum, non è manu cistæque tantum, sed ex intimo pectore largiit sua, & cum opus, etiam seipsum. Toti nonnunquam familiæ agnatum est, litteram caninam * non posse commodè pronuntiare; subinde in vultu aut oculis, aliòve membro ingenitam habent maculam, aut hereditarium morbum: quandoque omnibus ejus familiæ agnata docilitas & humanitas. Ita Paulus loquitur, electis omnibus ab orru impressa est hæc nota Misericordiæ. Ergo & vos, o mei Colossenses, sicut electi alii, sicut sancti, sicut dilecti hanc notam in vobis cer-nendam exhibete, induite viscera Misericordiæ. Misericordia testabitur, inquit Anselmus, vos Dei sapientiâ præcognitos, à massâ perdendorum separatos, ad vitam æternam præordinatos.

Ita prorsus Misericordia amicis Dei omnibus altissimè impressa est. Evolvat quis omnium Sanctorum res gestas, quos Lipomannus, Surius, Lippelous scriptis complexi, nec unicum, putem ego, ex omni numero reperiet, cui non non hæc nota Misericordiæ infixæ. Quod de seipso Job, id illorum quisque dicere potuit: Ab infantia meâ crevit mecum miseratio, & de utero matris meæ egressa est mecum. Si negavi, quod volebant, pauperibus; si oculos viduæ expectare feci. Si comedi buccellam meam solus, & non comedi pupillum ex eâ. Oculus sui cæco, & pes claudis, pater eram pauperum. Tantâ scilicet egenorum miseratione tangebatur, ut non tantum cæcis & claudis stipem dederim, sed conatus sim etiam, quantum licuit, oculos & pedes dare. Pater eram pauperum, cum ipsis pauper, quando eorum paupertatem ad eod sensi, perinde si eâ ego ipse laborarem. Cum illi alitiùs dormirent, ego huc illuc animum versabam, quâ ratione pupillis providendum, succurrendum viduis, unde panem, lectulos, vestem haberent. Reverâ Sancti omnes affectu tales fuere, qualis Job esse potuit censu & manu. Atque hoc in Sanctis, qui etiamnum superstites sunt, observare licet. Hinc illum nemo facillè sanctum pronuntiaverit, qui ab egenis averso est animo, & in eorum causam neutriquam propenderet; qui subinde dat aliquid, sed amorem non redoleat data; Misericordiam non sapiunt ipsius munera.

Equis negaverit, quin omnes sancti spiritu sapientiæ imbuti decesserint? nam cælo nullus admittitur, qui spiritum stultitiæ deserit ad tumulum. Atque spiritus sapientiæ spiritus humanus est & suavis. Ipsam audi sapientiam: Benignus est, inquit, spiritus sapientiæ. Ideo Pa-læstinus Rex David aperte proclamat: Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem, in die malâ liberabit eum Dominus. Sunt qui in rebus physicis sint peritissimi: Vinum vix gustant, & ex quâ patriâ sit nõrunt; ostrea primo mortu, ex quo lacu sint, deprehendunt; omne maneræ genus exactissimè distinguunt, suum corio, suum panino, serico & holoserico pretium statuere nõrunt optimè, discernunt omnia intelligenter: Super egenum & pauperem vix intelligunt, inopiam horum non satis inspicunt, non æstimant paupertatis miseras, & inde misericordia non magna sequitur. Beatus ergo qui intelligit super egenum & pauperem. Quisquis enim hac in re intelligens est, is Augustini & Cassiodori sensu, pauperi etiam non petenti offert, tacentem intelligit, de remedio pauperis, affectu pietatis cogitat. Non intelligens, dum petatur expectat; post multas preces vix deum lentus & serus, quod petebatur, præstat.

O verè jucundus homo, qui miseretur & commodat; in æternum non commovebitur! Siquidem beati Misericordes. Sed ubinam, quæso Domine, beati sunt? Pauperibus promissum est regnum. Sed & hi quoque reges erunt

Eccc 3 qui

Omnes sancti ex familia misericordiæ.

Omnibus sanctis nota misericordiæ infixa est.

Job cap. 31. v. 18. 16. 17. Idem c. 29. v. 15. & 16.

Sap. 6. v. 6. Ps. 40. v. 11.

Iuvenal. de Mithrae gulatione sat. 4. vers. 140. Nulli major fuit usus edenti, tempestate mediæ Ostrea calcabat primo deprehendere morsu. An ex Luciano nunc Brutupino lacu forent; Ps. 111. v. 5.

qui Misericordiâ excelluerint. Nam egentibus non mansupium tantum & manum, sed & pectus aperient; cur eis Deus cælum clauderet; cum stipem largiuntur, si possent, cor adderent; largiri omnibus cum non possent, saltem volunt. Quando igitur Misericordia Deum detraxit cælo, & mortalitatis sacco induit, poterit etiam hominem in cælum attrahere.

§. IV.

Quicumque igitur Misericordes sunt, reges sunt legitime uncti. Oleum ad hanc unctionem ipsi suppeditantur; cetera regni insignia meritis Dei favore sunt affecuti. Elisæus olim adolescenti lenticulam olei committens: *Vade, inquit, in Ramoth Galaad, & introduce in interioribus cubiculum Iehu, tenensque lenticulam olei fundes super caput ejus, dicens: Hæc dicit Dominus: Vni te regem super Israël. Aperiesque ostium, & fugies.* Facta omnia, ut imperatum erat. Quibus auditis qui aderant, contumud suum quisque pallium Jehu pedibus subjecit, ut ea congesta tribunalis aut solii formam referrent. Quam facili apparatu salutatus rex Jehu? Quanto sanguine, quot centenis millibus capitum coronæ regum ac diademata non raro steterunt? His ipsis annis, quibus hæc scribo, corona Bohemæ cretore quanto, quot hominum millibus vindicata est? Ut rex cæli ungaris, vix ullius est laboris, aut impendii; tu modò Misericordiæ oleum adfer, & regnum illud jam tuum est.

August. in Psal. 36. an. te med. mibi pag. 123.

Eleganter hoc Augustinus exprimens: *Da, inquit, modica, & accipe magna. Vide, quam late crescat sensus tuum. Da temporalia, accipe aterna: da terram, accipe cælum. Vide quid sis accepturus: Percipite regnum, quod vobis paratum est ab initio mundi. Terrena dedisti, quæ si non dedisses, in terrâ putrescerent. Quid enim inde facturus esses, si non dedisses? Quod periturum erat in terrâ, servatum est in cælo. Ergo quod servatum est, hoc accepturi sumus. Servatum est meritum: factus est thesaurus tuus meritum tuum.*

3. Reg. c. 6. vers. 31.

Ad arcanissima templi penetralia, ad sancta sanctorum, non cedro, non cupressu, aut nobiliori ligno, cur imò non ex auro fabricata est janua, præsertim cum id loci sanctitas postularer? Sciamus architectum hinc fuisse Spiritum sanctum, qui non loci majestatem, sed rei mysterium spectavit. In illa sanctorum sanctissima, in aureum Dei palatium nemo admittitur, nisi per oleaginum ostium ingrediatur, per alterum certe ingrediendum est. Qui misericordiam exhibere nequit, consilio, manu, auxilio, voluntate saltem miserescat aliorum & affectu.

Chrysost. de duabus viduis, & Misericordiâ.

Salomon (quod regum facti memorant) ad ingressam tabernaculi fecit duo ostiola de lignis olivarum. Hic non immeritò quis quaerat: Cur, quælo, ad arcanissima hæc templi penetralia, ad sancta sanctorum, non cedro, non cupressu, aut nobiliori ligno, cur imò non ex auro fabricata est janua, præsertim cum id loci sanctitas postularer? Sciamus architectum hinc fuisse Spiritum sanctum, qui non loci majestatem, sed rei mysterium spectavit. In illa sanctorum sanctissima, in aureum Dei palatium nemo admittitur, nisi per oleaginum ostium ingrediatur, per alterum certe ingrediendum est. Qui misericordiam exhibere nequit, consilio, manu, auxilio, voluntate saltem miserescat aliorum & affectu. Chrysostomi sententia: *Nullus miser est, nisi qui noluerit misereri.* Et ne ullus, quamvis plurimum dederit, vel minimum eo gloriatur: *Divites, ait, ex multo modicum, vidua ex modico totum dedit. Quid ingemiscatis, ò non minus avari quam opulenti, cum stipem erogatis? è pecunie vestre acervo non quidem millesimam partem donatis: vidua illa omnes opes suas, totum arariolum suum, quidquid thesauri habuit, dedit; hæc multum dedit.*

In ultimo iudicii die misericordiæ opera prædicabuntur.

Beati qui Deo donant sine gemitu, beati misericordes. Hic, obsecro, paulò altius penetremus, quid demum Misericordia tam affabile habeat & decorum, unde divinis oculis tantopere placeat. Quæ enim alia virtus, nisi Misericordiæ cognata Caritas, aded rapit Deum atque Misericordiâ? In orbis ultimo conventu, in totius humanæ gentis concilio supremo, die illo decretorio & judiciali, parentibus ad tribunal universis Angelis, cum de summâ rerum omnium decerneret, iudex omnium non explicabit quòd Abel primus martye & virgo fuerit, quòd Abrahamus speculum obedientiæ extiterit, quòd Noëmus orbem asseribus clausum servavit: Davidis lacrymas & pœnitentiam silebit; quid Moses & Elias in Thabore secum locuti, non exponet: quòd Pe-

trus primus post se crucem conscenderit, quòd multa millia Martyrum in eundem suggestum sint secuti, non prædicabit: Sed illud publicè recitabit cum laude maximâ, velut gratias agens; quis sibi fragmentum panis dederit, quis frigidam porrexerit, quis defloccatum palliolum donarit, quis hospitio se foverit, quis ad ægrorum, quis ad detentum carcere reviserit. Supremum hunc iudicem Misericordiæ filii prerogativâ singulari alloqui audebunt, *disponent sermones suos in iudicio;* voces illorum erunt: *Da, Domine, quia dedimus; da Te, quia tuâ causâ dedimus, miseri sumus aliorum, tu nostri miserere: fecimus quod iussisti, redde quod promissisti. At ille totius regni se debitorem promptissimè professus: Meum, dicit, promissum agnosco; misericordiam vestram laudo; Venite, possidete regnum: pro panis fragmento epulum cæleste nunquam finiendum, pro attrito palliolo vestem immortalitatis reddo, pro hospitio civis Angelorum vos constituo: Venite, possidete regnum.*

Pf. III. v. 5.

Math. c. 25. vers. 34.

Verè singularissimum quid habet Misericordia præ ceteris virtutibus. Hæc enim una omnium maximè Orbis fatali die triumphabit. Idcirco Christus: *Euntes, inquit, discite, quid est Misericordiam volo, & non sacrificium.* Perinde si dixisset: *Nondum satis capitis, quantum virum sit Misericordia. Eia, ergo discite, quid sit super egenum & pauperem intelligere, & quam hoc ipsum incredibiliter Numini supremo placeat. Pater meus cælestis cælum non referat nisi sui similibus. Atqui vos potentiam divini Patris, sapientiam, & in omni loco præsentiam imitari non potestis. Estote ergo misericordes, sicut Pater vester cælestis misericors est, & quidem in omnes.*

Luc. cap. 6. vers. 36.

§. V.

Romæ olim Censores obierunt domos, ut in rem præsentem venirent, scirentque, quâ ratione res familiaris administraretur, num fortè in ferinam vermes, in panarium mures; in vestes tineæ grassarentur, non levi reè domesticæ damno.

Utinam hodièque talis censura sit, reperirentur qui mures, tineas, vermes malint pascere, quam pauperes, qui laborem parietes potiùs quam egenos malè vestitos operire. Sed his multò plures sunt, quorum non panem aut vestem, sed vermes pectus exedunt, & omnem miserationis affectum corrumpunt, ut neminis egestatem aut miseras facili commiserentur.

O ergo beati Misericordes, quoniam misericordiam consequentur. Deum misericordiâ vestrum commoveri vultis? vos ipsi priùs misericordes estote. Ad vestrum Deum exemplum sese componet; quem vos illi modum monstraveritis, eum sequetur: *Dare, & dabitur vobis. Datis alacriter & promptè? promptissimè dabitur & vobis, Datis liberaliter & copiosè? liberalissimè vobis retinebuntur.*

Math. c. 5. vers. 7.

Dialecticorum præceptio est, Syllogismus in *Dati* negari non potest; hunc Syllogismus nos Christus docuit, quo utendum est iis, qui nolunt negari sibi quæ poscunt. Syllogismus est iste: *Dare, & dabitur: Estote misericordes, & misericordiam consequemini. Nimirum in hoc vitæ mercatu triticum tritico, oleum oleo comparandum, sed ita ut tritici pugillus totum modium, lecythus olei centum librarum dolium lucretur.*

Syllogismo, *Dare & dabitur, utendum iis, qui nolunt sibi negari, quæ poscunt.*

Quæri potest, quæ omnium artium sit quæstuosissima. Num fortè maximum facit lucrum gemmarius, qui gemmas interpolat, ut plures revendat? Fors Juris prudentia omnium lucrosissima est, quæ cum consilia subministrat, pro singulis pagellis laxissimè scriptis singulos poscit aureos. Fors mercatura plurimum lucratur, quæ centenos expendit florenos, & trecentos aut quadringentos recipit. Quid si usura sit, quæ senus ex triente, ex centesima fecit besibus, aut ex assè? Num agricultura maximos facit quæstus? magnos facit, sed modestos, & pæne omnium honestissimos. Num ars Typographica

graphica plurimum habet lucelli? multum habet, præfertim si sedulo tractetur. Belgarum quosdam apice è typographiis prodeuntes ditissimos. Verùm nec usura, nec mercatura, nec jurisprudentia, nec agricultura, sed, si Chrysofomo credimus, ars omnium artium optima, ars artium omnium quaestuosissima est cleemofyna. Agricultura pascit, textoria vestit, architectonica protegit, typographica instruit. Artium quæque alterius artis indiget: cum oporteat misereri, nihil aliud nobis opus est, sed sola voluntas est necessaria. Si des panem, eum habens solum, ad perfectionem artis venisti. Hanc itaque suscipiamus artem & scientiam, & obeamus. Melius enim est hanc scire, quam esse regem, & diademate coronari. Hæc namque te docet, quomodo possis Deo similis fieri, quod est omnium summa bonorum.

Eleemofyna est ars artium quaestuosissima. Chrysof. 10. s. hom. 33. mibi p. 216. & seqq.

Misericordia est gazophylacium inexchaustum.

Gazophylacium est Misericordia, & quidem inexhaustum. Gazophylacium seu ararium Salomoni fuit multò amplissimum, hinc enim templum pæne aureum totum prodiit: sed hoc tam amplum & locuples ararium tandem exhaustum est. Cæpit & Salomon egere, idè & subditos inmodicis tribuitis premere. Ditissimum fuit ararium Cræsi, sed direptum est. Non minùs dives fuerat Darius, sed dissipatum est. Opulentissimum Sardanapalus palatium habitavit, sed combustum est. Misericordia gazophylacium est, quod non exhaurit, nec dissipari, neque comburi, neque diripi, neque suffodi potest, æternum, inexchaustum. Hoc Christus digito monstrans: Nolite, inquit, thesaurizare vobis thesauros in terrâ, ubi erugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in celo, ubi neque erugo, neque tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur. Bona omnia quæcumque extra cælum reconduntur, vel putredini, vel rapinis, vel aliis mille periculis subiecta, adeòque peritura sunt omnia. Rationi autem minimè consentaneum, ut illic sua quisque bona locet, ubi vel corrumpantur, vel à furibus rapiantur.

Math. c. 6. v. 19. & 20.

Cælum est locus thesauri commo-
dissimus.

En ergo cælum, reponendi thesauri locum commodissimum, qui nulli corruptioni obnoxius, nulli furum accessit expositus, nulli pereundi vel amittendi periculo subiectus; omnia illic reposita æternùm tuta sunt. Tu forsitan arbitraris tuas tibi pecunias perire, si eas in stipem erogesto: toto cælo erras; pereunt servatæ, servantur erogatæ. Ego verò, inquit, fures nullos merito, pecunias tutissimo loco repositas, centum feris custoditas. Imò verò merendum est quam maximè fur ille, quem ego tibi optimâ fide monstrabo. Vide, obsecro, & audi: Si sciret paterfamilias, quâ horâ fur veniret, vigilaret utique, & non sinneret perfidii domum suam. Et vos estote parati, quia quâ horâ non putatis, filius hominis venire. Noctine hunc furem? Nôsti, scio, sed forsitan non caves? Latentissimè subrepat fur iste, idèòque ipsemet præmonens: Ecce, inquit, venio, sicut fur. Nec inimis venit: mortem præmittit cum telo quo vitam omnium haurit, & thesauros omnes diripit: Tu autem qua parâsti, cujus erunt? Quamvis igitur æruginem & tineas, & suffosionem, & incendia, & latrones à pecuniis tuis arceas, hunc furem non effugient. Heu quam habes tibi visus est, & curta providentia, qui vitæ consulis tam caducæ, & non consulis æternæ! Imò si consulisses futuræ, consultum etiam fuisset præsentis. Pulchrè castigat te Deus, ut ruus tu ipse tibi fur sis. Nam opes congregas & recondis, tenebris illas ac carcere claudis & damnas, quid aliud expectes à fure, quam quòd tu ipse facis? Ergo per bajulos fidos, homines egenos, pecunias tuas in cælum transmittes, in cælo repones, æternæ vitæ prospice; hodierno vel crastino vel perendino migrandum est; opes tuæ te non sequentur; si eas non præmiseris, amissisti.

Aug. 10. 10. hons. 2. 9. c. 2. dedi tibi. De meo quero, & mihi non donas? Da mihi, & redmibi p. 180. do. Habuisti me largitorem, facito me debitorem, habeam te

A generatorem. Pauca mihi das, plura reddam. Temporalia mihi das, æterna restituum. Prebe tecum, & accipe calum; da mihi p. 269. numum, & accipe regnum. Quid avarè congeris & recondis?

S. VI.

AT dices: Mihi non recòndo, sed servo filiis, sed hæredibus aliis. Hic Augustinus solidissimè respondens: Relinquent, ait, alienis divitias suas. Quid filii ipsius? Et ipsi servant, quod eis reliquerunt parentes sui. Patrum est quia servant, & augent. Quibus & ipsi servant? Filiis suis, & illi filijs, & tertii filijs. Quid Christo? quid anime tuæ omnia filijs. Inter filios suos quos habent in terrâ, computant unum fratrem quem habent in celo, cui totum dare debebant; vel dividant cum illo. Quomodo autem alieni sunt filii? Si quis tuorum tibi nil prodest, alienus est. Iam attendamus illos divites, qui malè vixerunt, qui superbè egerunt, mortui sunt, & reliquerunt, non dico extraneis, sed filijs suis reliquerunt divitias suas; & filii ipsorum viam parentum suorum sequuntur. Sicut illi superbi, ita & isti; sicut illi rapaces, ita & isti, ut illi avari, & isti, alieni ab illis sunt. Quid dives in flammâ clamat? Habeo quinque fratres. Unum fratrem amicum non feci, qui jacebat ante januam: Illi mihi fratres subvenire non possunt, qui possident divitias meas, alieni à me facti sunt.

Ergo fac tibi amicos de mammonâ iniquitatis. Fortassis ea, qua acquisivisti, de iniquitate acquisivisti, aut fortassis ea ipsa est iniquitas, quia tu habes, & alter non habet, tu abundas, & alter eget. De istâ mammonâ iniquitatis, de divitiis istis fac tibi amicos, & prudens eris. Noli timere. Poniunt pueri in thesaurario, & securi sunt: ponis in manu Christi, & times. Esto prudens, & prospice tibi in posterum, in celo. Esto prudens, imitare formicam, recònde æstate, ne esurias in hieme. Hiems est dies novissimus, dies tribulationis. Collige, quod tibi tibi proficit in posterum; si autem non facis, simul imprudens & insipiens peribis.

Prudentissimus cerèe atque sapientissimus fuit Sabaudia Dux III. Amadæus, qui benignus aded & liberalis fuit in pauperes, ut hos omnium suorum propugnaculorum defensores diceret, subisque commilitones appellaret. His ille cibum potumque, his ille vestes suo detractas corpori suâ manu dedit, pranderentes adedit, cibum anteposuit, ad edendum humanissimè invitavit. Fors fuit ut Legatus externus quispiam de canibus venaticis quæreret. Crastino, inquit Dux, ostendam. Interim pro more ingentem pauperum turbam coegit, cui cibum præbere solitus erat. Proximo die oratorem illum in triclinium suum duxit, è quo in subjectam planitiem prospectus. Infra vitæ sunt menâ oblongæ, mendiculis stipatæ. Atque jam dux ad Legatum: Hi, inquit, canes sunt, quibus ego cælum venor: panem ego illis expedito, illi mihi olim, ita spero, calesce manna. Atqui, ait Legatus, hoc genus hominum vasrum, & sæpe otiosum est. De hoc, ait Dux, ego non laborem. Quòd si Deus ita nostra examinet, quis illi probus sit?

Liceat de herodè hoc canere, quod de Probo Claudianus:

Hic non divitias migrantibus abdidit antris,
Nec tenebris damnavit opes, sed largior imbro
Sueverat innumeras hominum ditare catervas.
Quippe velut densa currentia munera humbo
Cernere semper erat, populis undare penates,
Asiduos intrare inopes, remeare beatos.
Præcepit illa manus fluvios superabat iberos.
Aurea dona vomens.

Huic verè perillustri Comiti adjungo non disparis exempli & sanguinis Imperatorii feminam Leonoram Leonoræ Austriæ Imperatoris Maximiliani I. sororè. Hæc pietissima herois, ut Collegium Societati Jesu stabiliret, pecuniam è suis vestibus & gemmis rededit. Omnem insuper vestem linteam, ipsius etiam culinæ usus necessariam, suis etiam manibus paravit, habuitque pedis-

sequas in cã re nobiles adjunctices. Neque unam tantum religioſam domum, liberaliſſima hæc benignitas pro theatro habuit: latius patebat, per omne genus hominum pervagata. Nullum tempus opitulãdi miſeris prætermiſit. Publica noſocomia privatorumque ædes, in quibus ægros eſſe competi, creberimè intervifiſit: idque tanto ſtudio & alacritate, ut nemo unquam vel tenuiſſimus ejus oprãrit officium, cui non illa perbenignè contulerit. Sæpè nocte intempèſtã de cubili ſurrexit, ut ægris adeſſet; cum ſis non raro triduum quadratumve traduxit. Fuit, ut viro religioſo, cum ille fortè prodeunti forã interveniret, ingenuè conſiteretur, ſe quidem auræ captandæ gratiã ſumulare exitum, re verã tamen ad feminam prodire graviter affectam: Quæ quoniam, inquit, in me ſecundum Deum ſpes ſuas habet, bonæque, ut audio, exiſtimationis mulier habetur, faciendum mihi eſt, ut eam hodie conviſam. Multa præterea ad ægros è ſua domo miſit, quæ in eorum uſus ſuis ipſa manibus apparavit. Nam & bellariorum, & aquarum, & olei complura genera ægrotorum cauſã domi conſecit: ſæpèque factum eſt, ut longos ac pertinaces morbos abigeret, ægròſque diuturnã medicorum arte deluſos domeſticis tantum præſidiis ac curationibus ad priſtinam revocaret firmitatem. Hoc itaque contentiſſimum Leonoræ ſtadium fuit, ægrotis ac pauperibus benefacere, ſuis non ſolùm pecuniis, ſed & obſequiis. Quod quidem in feminã regiã vix factis laudari poteſt.

Ejuſdem laudatiſſimi exempli viros feminãque omnes alias omitto. Res infinita ſcriptionis foret. Ubi de eleemoſynã egerimus, laciniã magis deducemus. Unicuique hoc loco nominem: Eberhardus gente Boius, genere Comes, Biburgeniſis Antifites, inde Saliburgeniſis Pontifex, nulli unquam quidquam, dum vixit, Mariæ nomine perentî negavit. Hic illud dixiſſe factis ſit: Non videri vitã eſſe perſcriptam ullius ſancti hominis, qui non ſingulariter hunc Miſericordiæ affectum induerit, ut proinde Taſſenſis Paulus congruentiſſimè hortetur: *Induite vos ergo ſicut electi Dei, ſancti & dilecti, viſcera Miſericordiæ*. Nihil tam divinum habet homo, quàm de aliis bene mereri.

S. VII.

Hinc in pauperes amorem Gregorius Nazianzenus oratione illuſtri explicans: *Charitatis*, inquit, præcipuam partem in eo ſitam eſſe comperio, ut pauperes amare ac Miſericordiã complectamur. Pauperes & afflictos Deus eſſe vult, ut nos infirmitatis noſtræ ſubmoneant, illudque nobis eſſe perſuadeant, ut nulli rerum præſentium atque in oculis cadentium velut firma ac ſtabili animum adſciamus. Cum igitur nil ſit ſtabile in præſenti vitã, de opibus in tuto collocandis cogitandum eſt. Beneficentia in pauperes infinita ſunt commoda.

Addit quod ſingulariſſimè notandum. Nullus omnino cultus Deo perinde gratus eſt, ut Miſericordiã erga pauperes. Nihil tam Deo proprium eſt, quàm Miſericordiã & Beneficentiã. Imitandus eſt nobis Deus. Quid enim eſt dare beneficium? Imitari Deum. *Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter caeleſtis miſericors eſt.*

Sed vix ulli encomiaſtæ plus debet Miſericordia quàm Salomoni, qui hanc unã virtutem jure merito luminis laudibus extollens: *Miſericordiã*, inquit, & veritate redimitur, iniquitas. *Veneratur Domino, qui miſeretur pauperis, & viſiſitudinem ſuam reddet ei. Nam facere Miſericordiã & iudicium magis placet Domino, quàm victima. Qui autem obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur.* Idcirco Daniel Nabuchodonofori: *Peccata tua, inquit, eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiã pauperum. Ignem ardentem extinguit aqua, & Eleemoſyna reſiſtit peccati. Conclude igitur Eleemoſynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cum ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillam conſervabit. Særa nimis eſt interrogatio illa;*

A Domine, quando te vidimus ſurientem, aut ſitientem, aut hoſtravimus tibi, & non pavimus te? *Judici tuo ſub pauperis formã obeunti nunc miſtra, Chriſtum ſub egeni ſchemate latentem nunc paſce. Nemini non expaveſcendum illud: Si non pavifti, occidiſti. Qui enim habuerit ſubſtantiam hujus mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & claſerit viscera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Indiciũ ſine Miſericordiã illi, qui non fecerit Miſericordiã. Eant ergo, diſcite, quid eſt: Miſericordiã vobis, & non ſacrificium. Beneficentia & communionis nolite obliſiſci, talibus enim hoſtis promeretur Deus. Bona eſt oratio, bona proſus, ſed cum Eleemoſynã & Jejunio. Optimè dixit Publius: Homo, qui in hominem miſericors eſt, meminifti ſui. Sic demus, quomodo vellemus accipere. Demus, & dabitur nobis.*

Quapropter millies occinendum: *Date, & dabitur vobis, date, date. Beatius eſt magis dare, quàm accipere. Anima, que benedicit, impinguabitur. & qui inebriat, ipſe quoque inebriabitur. Veruntamen quod ſuper eſt, date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis.*

ACTIONES MISERICORDIÆ.

1. Primum eſt, quod Miſericordia ſolertiſſimè obſervat, ut, quod datur, affectu magno detur. Hic certe majoris pretii eſt pronus in pauperes affectus, quàm aureus è crumenã numus. Si plura non potes, da frigidam, da æra duo minuta, ſed da ingenti affectu, & plurimum dediſti.

2. Miſericordiã eſt pauperimos quoſque in ſchedã deſcriptos habere, memoriã monendã & ad Miſericordiã, ſi ea langueat, excitandã. Idcirco juvenit hanc ſchedã ſæpius inſpicere, & nomina deſcriptorum ſibi ipſi lentè recitare. Talem catalogum habuit illud Miſericordiã ſpeculum Joannes Eleemoſynarius, Patriarcha Alexandrinus, qui quotidie ultra ſeptem millia & quingentos pauperum aluit. Si quis autem non ipſemet det eleemoſynam, ſæpius ſic interroget: Num iis quibus juſti, & prout juſti, fideliter datur quod juſti?

3. Miſericordia eſt cum pauperibus humaniter & benignè loqui. Optimum eſt adſicere bona verba rebus bonis, & vultu humano benignoque commendare, que præſtas. *Siracides monet: Declina pauperi ſine triſtitiã aurem tuam, & redde debitum tuum, & reſponde illi paciſicè in mansuetudine.* Congregationi pauperum affabilem te facito. Neque etiam rigidè ſerutandi ſunt pauperes & examinandi, num eleemoſynã ſint digni. Quàm abſurdum eſt, argenteis numis liberalem eſſe, & verbis bonis tam parcum. Et quæ iſta eſt, & homo, eleemoſyna? obolum prociſis, & probis afficiſ; das panem, & vocas impoſtorem. Nunquid tibi ſupplicanti Deus unquam dixit: *Recede impoſtor? Ergo meritis ne contumeliam inferas, ſuper omnia vultus accedat bonus commiſerationem ſpirans, non indignationem: verba ſunt benigna, & humanitatis plena, ut, quod deest tibi, non deſit ſermoni. Beneficia non ſunt exaſperanda.*

4. Miſericordiã eſt citò dare. Ingratum eſt beneficium, quod diu inter manus dantis hæſit. Graſtiſſima ſunt beneficia parata, facilia, occurrentia, ubi nulla eſt mora. Veriſſimè bis dedit, qui citò dedit. Quod Publius eleganter dixit: *Bis inopi beneficium dat, qui celeriter dat, & minus decipitur, cui negatur celeriter.* Hoc ipſum Salomon inculcans: *Nec dicas, ait, amico tuo; Vaſe & revertere, & cras dabo tibi, cum ſtatim poſſis dare.* Hac in re plurimum peccatur à multis, qui nihil à ſe impertrari ſunt, niſi poſt moleſtiſſimas dilationes. Hoc aliud non eſt, quàm omne beneficium corrumpere, differendo. Tardè velle, nolentis eſt. *Beneficium moroſè aut lentè datum panis lapidoſus eſt, quem ſurienti accipere quidem neceſſarium, ſed comedere, acerbum.*

5. Miſericordiã aſtuoſa vult, ut ipſe deſt ſtipem, ſi potes,

P. Provine.
Soc. JESV,
Mantua 176
agenti,

Paſſi Ma.
riami par 2.
die 1. Julii,
de hoc eodẽ
Bavaria
Sanctæ vo.
lum. 1. mihi
pag. 132.
Eberhardi
Biburgeniſis
Antifitiſis.
Coloſſ. c. 3.
verſ. 12.

Gregorius
Naz. 16. de
pauperum
amore.
Charitatis
præcipua
pars ſita eſt:
in amore
erga pau-
peres.
Nullus
cultus Deo
gratior mi-
ſericordiã.
Luc. cap. 6.
verſ. 36.
Salomonis
encomium
de miſeri-
cordiã.
Prov. c. 16.
v. 6. cap. 19.
v. 17. c. 21.
v. 3. & 13.
Dan. cap. 4.
verſ. 24.
Eccle. cap. 3.
verſ. 33. &
c. 29. v. 15.
& 16.

Matth. c. 25.
verſ. 44.
Matth. c. 9.
verſ. 13.
Heb. cap. 13.
verſ. 1.
Tob. cap. 11.
verſ. 8.
Publius
Mimus in
ſentent.
Act. c. 20.
verſ. 35.
Prov. cap. 11.
verſ. 25.
Luc. cap. 11.
verſ. 41.
Actio
miſericor-
diã.
Secunda.
Tertia.
Senec. l. 2. de
benef. c. 3.
Eccle. cap. 4.
verſ. 8.
Quarta.
Prov. cap. 3.
verſ. 28.
Senec. l. 2. de
benef. c. 7.

potes, non per alios. Germani veteres liberorum manibus stipem inferebant, ut sic eos affluerent ad promp-
tè dandum. Pannoniæ rex Stephanus in egenos largis-
simus, non tantum Eleemosynas plurimum dedit,
sed & ipselet plerumque dedit. Hinc venit, ut sub no-
ctem egressus pinguissimum marsupium in pauperes
effusus, redierit evulsâ barbâ, & bene contulit à pau-
peribus, qui tamen hanc regis injuriam minime cogita-
bant, sed pecuniam manibus nimium avidis invola-
bant. Hoc autem Stephanus triumphum suum inter-
pretatus est, & ob id singulares Deo gratias egit. Mar-
gareta Hispaniarum regina ita suos, quos in Christiani
orbis solatium pepererat liberos, erudit, ut illi à tene-
ris unguiculis suâ etiam manu Eleemosynas erogarent.
En obsecro, cujus non puduit tantos Principes, nos
tantillo pudebit?

Sexta.
Circum-
spiciendum
quibus;
quomodo;
& quare
dandum.

6. Misericordia actiuosa gnave circumspicit, quibus
der, quomodo der, & quare. 1. Quibus der, nam egenis
vult dare, non opulentis; in vasa fundit vacua, non ple-
na. Contrarium fit ferè nostro ævo: multum effunditur,
sed in vasa jam antè plena; multum donatur, sed divi-
tibus, quorum est largiri, non accipere dona. Inter eos
autem quibus dandum, meo iudicio, primi sint Adoles-
centes pauperes, qui Musis vacant, & panem non habent.
2. Attendit Misericordia, Quomodo der. Inter
modos dandi, de quibus hinc agimus, is etiam præclarus
est, cum conditur testamentum, non oblivit paupe-
rem Christum, si Christum non vis hæredem ex asse
scribere, saltè in hæreditatis partem admittit. 3. Quare
der, omnia scilicet propter Deum, idque non verbis
solum, sed factis. Quod sollicitè beatus Joannes monet:
Filioli mei, non diligamus verbo neque lingua, sed opere & ve-
ritate. Idem beatus Jacobus ingerens: Si frater aut soror
nudi sunt, inquit, & indigeant victu quotidiano; dicat autem
aliquis ex vobis illis: Ite in pace, calefacimini & saturamini;
non dederitis autem eis que necessaria sunt corpori, quid pro-
derit?

1. Joan. e. 3.
vers. 18.
Iac. cap. 2.
v. 15. & 16.

Septima.

Rom. e. 12.
vers. 8.
2. Cor. e. 9.
vers. 7.
Eccli. e. 35.
vers. 11. 12.
& 13.

7. Verâ Misericordiæ est, & largiter & hilariter da-
re. Eum namque dicemus Misericordem, qui, ut beatus
Paulus loquitur, miseretur in hilaritate. Hilarem enim
datorem diligit Deus, qui non ex tristitiâ aut necessitate lar-
gitur. Quod Siracides oculis subjiciens: In omni dato,
inquit, hilarem fac vultum tuum, & in exultatione sanctifi-
ca decimas tuas. Da Altissimo secundum datum ejus, & in bo-
no oculo adventionem facito manuum tuarum, quoniam
Deus retribuens est, & septies tantum reddet tibi. Hæc utique
credimus, sed etiamnum trepidamus, nec satis fidimus
pollicitis divinis. Ergo mendax Deus? ergo promissit,
quod præstare aut nollit, aut non poterit? Fidamus se-
curissimè, & demus Altissimo secundum datum ejus, quo-
niam septies tantum reddet nobis.

Octava.

Matth. e. 6.
vers. 2. 3.
& 4.

In benefi-
cio vitanda
jaçtantia.

8. Sine omni ostentatione ac pompâ, & quantum
fieri potest occultè dare eleemosynam Servatoris mo-
nitionem est: Cum facis eleemosynam, noli tubâ canere ante te,
sicut hypocritæ faciunt in synagoga, & in vicis, ut honorificentur
ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.
Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid fa-
ciat dextra tua, ut sit eleemosyna tua in abscondito, & Pater
tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Nihil æquè vitan-
dum in beneficio quàm jaçtantia. Res satis loquetur,
vel tacentibus nobis. Ecquid opus nomen aut insignia
sua donis omnibus affigere? Hadrianus Imperator id
fecit, & ob id Herba parietina dictus est, quòd ejus no-
men per omnes parietes serperet. Satis est à Deo sciri
quòd damus, tamen nemo sciat mortalium.

Nona.

9. Certam pecuniæ partem seponere in egenos tri-
buendam. Exempli causâ sic suademus. 1. Est qui an-
nis singulis post omnes expensas centum florenos sibi
reponat, est qui reponat mille. Primus si quinque, alter
si quinquaginta florenos der in stipem, non nimium
dabunt. Hoc enim dimidium duntaxat decimarum est.

A Idem iudicium esto, proportione hac servatâ, de om-
nium opibus, censu, annuisque proventibus. 2. Est qui
sepius in anno pecunias recipiat. Hic præclare fecerit,
si accepti semper primitias Deo confecerit; Verbi gra-
tiâ, quindecim, aut octodecim, aut viginti florenos reci-
piat: quid si medium seponat, aut saltem viginti lester-
tios, seu quinque bacios? Nam istud hinc consilium est, ut
quotiescunque pecuniæ summa capitur, aliquid inde,
primitiarum loco, pauperibus seponatur. Quisquis hoc
prudenter fecerit, damnum nullum sentiet, sed om-
nium rerum suarum incrementum experietur. 3. Con-
venit in iis non tenacem ac sordidum esse, quæ vix un-
quam amplius venduntur pretio, ut sunt vestes deitæ,
ciborum reliquiæ, ligna in silvis decedua. Et cur Deo
non demus promptè, quod libenter daremus assecu-
ratori?

Sic nobilis mercator Hispali felicissimè negotiatus
est: sic alius Olyssipone hanc consuetudinem suam ab-
rogans onuitas naves in ipso portu perdidit; has cum
mercibus tempestas, illum fortunis omnibus evertit
paupertas, imò Deus, in quem tam restrictus & tenax
esse cœperat. Hæc lucra nostra sunt, cum tam illiberales
& immunifici sumus in rerum omnium largitorum.

10. Convivium mendicis, aut tenuis fortune homi-
nibus subinde instruere, cujus nobile foret auctarium,
iis etiam ministrare. Ignorant plurimis aut exosum il-
lud Christi monitum videtur: Cum facis prandium aut
cenam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque co-
gnatos, neque vicinos divites; ne forte te & ipsi revertent, &
fiat tibi retributio. Sed cum facis convivium, voca pauperes,
debiles, claudos & cæcos: & beatus eris, quia non habent reci-
buere tibi, retribuetur enim tibi in Resurrectione iustorum.
Faciant hoc aliquot nobiles familiae, faciunt hoc Prin-
cipes, Reges, Pontifices. Nemo hinc dixerit, non esse hoc
moris amplius. Alioqui dicemus, nec illud esse moris
amplius, homines ad divina monita tam surdos celo
admittere.

11. Unum aliquem è pauperibus, quemcumque tan-
dem, perpetuo, velut Christum alere. Ita Clemens VIII,
Pontifex Maximus fecit, qui honorando Christi col-
legio non numerofo, tredecim pauperes quotidiano vi-
ctu ac vestitu sustentavit.

12. In omni prandio & cenâ, si mensa sit opimior,
scutellam vacuum apponere, quæ scutella Dei appelle-
tur; hanc autem è diversis ferculis, hinc & hinc desum-
ptis partibus implere, eo fine, ut hæc miscellanea den-
tur pauperibus. Aliquid sibi adimi vis sentiet mensa di-
tior, at sibi plurimum impendi valde sentiet egeni.
Hoc è viris nobilibus non neminem constat facere.
Quò etiam illud referendum. Nobilis familia quovis
sabbato in honorem beatissimæ Matris Mariæ omne
lac armenti in pauperes gratis dispensat. Huc illius mo-
nasterii mos spectat, in quo quotiescunque è cœnobitis
unus concedit fato, toties per dies triginta, omnia illi
fercula in locum mensæ, ubi vivus federat, deferuntur.
Post mensam omnia pauperibus dantur.

CAPUT XII.

Rosa Alabandica, seu, Verecundia, Modestia, Pudicitia.

§. I.

Alabandicæ Rose non immeritò conferimus hanc
virtutem: sive illam appellemus Verecundiam,
seu Modestiam, seu Pudicitiam: diversa nomina, res
eadem.

Beatus Ambrosius divine Virginis Verecundiam ar-
tificioso penicillo sub oculis ponens: Verecunda sermone,
inquit, arbitrium mentis solita non hominem, sed Deum qua-
rere. Quando iste vel vultu læsæ parentes? quando discessit à
propinquis?

Decima.

Luc. cap. 14.
vers. 11. 13.
& 14.

Undecima.

Duodeci-
ma.

Ambros. k. 16
Offic. e. 18.
rom. 1. mib.
pag. 12.
Elogia B.
Mariæ à
verecundia.

propinquis quando fastidivit humilitatem quando derisit debilem quando vitavit inopem...

Idem lib. 2. de Virginitate...

Laudat hic quidem Mediolanensis Præsul hanc vitam Dei domum ab exteriore formâ...

Damasceus orat. 1. de Nativitate Virginis.

Damasceus pæne simili elogio caelestem hanc domum extollens: Honestus, inquit, vestitus mollitiam omnem...

Philipp. c. 4. vers. 5. Ambrosius loco citato.

Modestia probi hominis pars maxima, quâ ideo Paulus tantopere commendans: Modestia vestra, inquit...

Ambrosius l. 1. Offic. c. 18. c. 20.

B. Maria homines & Angelos in modestiâ superabat.

Quo in genere omnes omnino & homines & Angelos hæc una Virgo superabat. Loquebatur, inquit Nisephotus...

Gregorius l. 4. dial. cap. 7.

Bonaventura dicitur viis Christi, c. 3.

Ita omnis Modestiâ ac Verecundiâ speculum Dei parentem statuimus. Dicta & dicenda omnia confirmamus illâ ratione...

Ratio confirmans Dei matrem fuisse modestiâ speculum & electam ex omnibus.

Ex omni numero humanæ gentis, ex omni mulierum ac virginum cœtu, et tot centenis millibus, imò de tot millionibus hominum...

A ex his omnibus hanc Virginem elegit in Matrem, ergo absque omni dubio castissimam, ergo Verecundiâ ac Pudicitia, omniumque virtutum laude cumulatissimam...

Bernardus epist. 174. ad Longinenses post illud.

4. E. str. c. 5. vers. 21. c. 99.

Chrysostomus homil. 1. in c. 1. Math. mibi p. 633.

Ecclesi. c. 26. vers. 19.

§. II.

Ferunt, Aristotelis filiam interrogatam, quis ei color in vestem maximè placeret, respondisse, vultus purpuram, quam spectatori exhibemus cum erubescimus...

Aristoteles l. 4. ethic. cap. 9. sed aliis verbis.

Valerius l. 4. cap. 5. initio. Verecundiâ propriâ est proprias laudes vitare.

Luc. cap. 11. v. 18. c. 19.

ibid. v. 42. c. 45.

B. Mariæ modestiâ in audientiâ filii concionibus.

Luc. cap. 8. vers. 20.

Bernardus hæc luculentius dissertans: Gratissima sanè gemma in diademate, inquit, micans in capite stella, rubor in facie hominis verecundi. An verò quis putat, quòd hæc caruerit gratiâ, quæ gratiâ plena fuit? Pudibunda fuit Maria. Ex Evangelio id probamus...

Bernardus sermo de verbis Apocalypsis signum magnum, mibi pag. 266.

Quater B. Maria est loquuta.

ginalis Verecundiæ fuit. Vt nobis qui spiritum habemus in natura...

mus, & Filium Mariæ videamus, ut saltem tanto tempore releveremur. Equè tamen mirandum est, quod nostri ævi Theologus affirmat, Non solum preces ad Matrem...

laudate. Carbo 10. 24 Theolog. præf. p. 13 cap. 15.

Rectè Bernardus sanctioris vitæ principium à Verecundiâ ducendum existimans: Ordo vitæ, inquit, tenendus est. Et à Verecundiâ prima quadam fundamenta ducuntur...

Bernard. l. de ordine vitæ, mibi pag. 1116. Verecundiâ S. Tho. Aquin. virtus nō est. 2. 2. q. 144. Nos hic emm mibi p. 364. Philop. c. 4. vers. 5. Verecundiâ prædicit Archycas Tarentinus.

Archycas Tarentinus philosophus modestissimus ab omni verborum ac morum turpitudine quàm maximè abhorrebat.

Cosconius ævo Domitiani verecundissimus poeta, Cosconius nil nisi castum & pudicum cecinit: eam ob rem irrisus poeta. est à Marciali, quòd illius poemata pueris tantùm & virginibus convenirent.

Publius Virgilius

Publius Virgilius poeta, tam non verecundi, tam animo quàm ore ac moribus impudici, ut eos in prostibulo educatos diabolis longè similiores censeas, quàm Angelis. Horum summo die accusator erit nobilissimus Hetruscus juvenis Spurina, quem supra nominavimus, qui eò profecit verecundiâ, ut cum plurium oculos suâ formâ sollicitari cognosset, oris decorem vulgæribus suâ manu factis confunderet, mallèque deformitatem pudoris sui testimonium, quàm formam alienæ libidinis esse irritamentum.

Hujus germanus frater censi potuit adolescens, Adolescens qui super pudicitia causâ in populi Romani rostra productus, oculis in terram defixis, rubore pudibundo & silentio pertinacissimo pudicitiam suam vehementius populo probavit, quàm longis & accuratis orationibus oratorum disertissimi potuissent. Hunc si Diogenes vidisset, idem illi quod adolescenti laudabiliter crubescenti suggestisset: Bono animo es, fili, istiusmodi virtutis tinctura est.

Romanus, Lycurgus

Lycurgus Spartanorum legislator Modestiam ac pudorem commendaturus imperavit, ut adolescentes maxime manus in viâ intra pallium continerent, silentio incederent, nusquam circumspicerent, oculos humi defixos gererent. Optima lex non pueris, sed viris, præcipuè religiosis, lata.

O Christiani, quoties in legem Verecundiæ turpissimè peccamus tam oculis, quàm ore, ac manu. Prima diaboli sagitta, oculus. Qui non capitur oculis, facilius resistit verbis. Samson, David, Salomon pro mille testibus sunt. Jam pene veniam damus Democrito, qui oculos sibi eruens, & excecando semetipsum, ut Tertullianus loquitur, incontinentiam emendatione proficetur. Christianus oculos non effodit, sed claudit, quotiescunque lædendam metuit verecundiam, quam non tantùm excellens forma, vestis lasciva, sed petulantior picturâ...

Tertull. Apo. log. c. 46.

Galatin. h. 7. de Arcanis Catholica veritatis cap. 5.

Nullum hominum decore vultus sui læsit:

Sed Virginis intuitu sensus castiores sensit & hausit. Aded omnem maligniorem flammam in spectatoris pectore extinxit. Sanctus Bernardinus multiplicem istius gratiæ causam assignat in hac Virgine, & cujus oculis velut temperatissimus ros effluit.

Omnes sanctæ virginis colatæ cum B. Virgine fuerunt spinæ.

Pf. 44. v. 3.

Revelat. S. Birgitta lib. 4. c. 70. ad finem.

§. III.

Dionysius illud Salomonis carmen, Sicut lilium inter spinas, sic interpretatur: Innumera sanctarum virginum sibi mundæ, sibi rosæ, sibi fuerunt castæ; si tamen illas cum hac Virgine conferas, rectè dixeris fuisse spinas, neque enim prohibere poterant, quin alii earum aspectu pungerentur, & ignes conciperent non aded puros. Hoc tamen potuit hæc Virginum Virgo, cujus hoc singulare donum fuit, sine vulnere oculorum, alios non tantùm aspicere, sed & ab aliis aspicì. Quo in genere hæc mater plurimum habuit filii, qui speciosus forma præ filiis hominum, formosissimus omnium tam antæno vultu radiabat, ut nemo turbatus aut tristis eum aspexerit, quin continuè hærentem animo tristitiam ejecerit. Inde Hierosolymis proverbium enatum, ut mæsti seipfos hortarentur, & dicerent: Eamus ad Filium Mariæ, qui lætificabit nos.

Hæc sanctæ viduæ Birgittæ cælestibus ostentis cognita. Ipsa ejus verba hæc recito: Tam pulcher facie erat, quòd nullus videbat eum facie, qui non consolabatur in aspectu ejus, etiamsi præcordialiter dolorem haberet. Unde & dolentes dicere consueverunt: Eamus ad Filium Mariæ, qui lætificabit nos.

pictura facillimè offendit. Hinc Persarum instituto, quod A
Xenophon narrat, capite luebatur, nudum hominem
aspexisse, tanquam si scelus immane foret perpetratum.

Xenophon
in institut.
Cyri, lib. 1.

Martia
Varronis
filia.

§. IV.
M^Artia Varronis filia summè laudanda hic sese ultro ingerit. Hæc sculpendi & pingendi arte insignis, ne virginitatis candorem, quem cupiebat illæsum tueri, offenderet, à fingendâ virili figurâ semper abstinuit. O pictores & sculptores! ô quoties nec vestrâ nec alienæ verecundiæ consulitis, neque Persicum duntaxat institutum, sed & naturæ legem violatis, quando prætextu artis, in vestem hominem innumeris spectatoribus propinatis, ipsissimam oculorum pestem & venenum pudicitia? Scalprum aut penicillum tam inverecundum, lascivam manum, & animum impudicum arguit. Martia vos reos aget. Quod Servator de Austri Regina, hoc ferè de virgine illâ, rôtque aliis verecundis adolescentibus poterit affirmari. Spuria, Persa, Martia, plurimique alii surgent in iudicio cum viris generationis hujus, & condemnabunt illos.

Philippus
Macedo.

Illud Verecundiæ simul ac Patientiæ nobilissimum documentum hic minimè tacendum. Philippus Macedo, cum sub hastâ venderetur captivi, pro tribunali sublimis federat, sed parum decorè, & veste reductiore. Vidit hoc quispiam è captivis, & clamare cœpit: Injuriâ se afficit, esse enim patrum suorum se Philippi cognatum. Quod cum miraretur Philippus, & verò dicere hominem ac docere, si quid veri habeat, juberet; Apud te solum, ait captivus, accedensque ad tribunal, in aurem insurrat: Domine rex, dimitte vestem, nam sic parum decorè sedes. Rex nihil offensus, imò & gratiam retulit: Et verè, inquit, iste mihi amicus est; mitte hominem simulque aliter se composuit.

Sigismundus
I. Poloniae
rex.

Eleonora.
Maffieus
lib. 16. hist.
Ind. ante
mnd. mihi
pag. 457.
sibi naufragium
longè
invenissimè
describitur.

Quidquid adversus honestatè aut decorum fit, placere non potest. Hinc eruditè præci fixerunt Minervam tibias abjecisse ob verecundiam, cum eas ad pellicidum fontem inflaret, & genarum tumorem velut in speculo videret. Cato major præclare docuit, & sensu profusus religioso: Unumquemque seipsum maximè revereri debere, neminem enim unquam sine seipso esse.

Observavit hoc sedulo Sigismundus I. Poloniae Rex, qui summâ & pæne virginali verecundiâ fuit, dum vixit. Nudus aut minùs compositus aspici non sustinuit.

Huic merito suo jungenda Eleonora illustrissima femina, Emmanuelis Sosa Lusitani Principis conjux, quæ cum marito & sexcentis comitibus naufragium passa, post arma & opes à barbaris direptas, jamque pedes iter faciens in armatos Æthiopes incidit. Hi Sosa ipsam & ceteros utriusque sexûs nullo discrimine vestibus nudare sunt aggressi. Adeo ablatis armis animi omnium ceciderant, ut jam prædonibus his etiam obnoxii contrâ nec hiscere quidem auderent. Eleonora tantum generis memor, ac pudoris retinens; obniti acriter, quin etiam pugnis colaphisque barbaros ultro ad necem irritare: quoad mariti denique; hortatu, & deficientibus jam planè viribus, abstulit. Nec mora: detractâ direptaque vestes naufragis metu ac pudore confusis, atque ab tantâ rerum indignitate oculos avertentibus. Tum verò castæ matronæ tristi omni morte lux visa, cumque aliud non suppeteret, è vestigio sese arenis defodit; quidquid corporis extabat, soluto raptim fusòque crine obtexit. Mox ad comites voce supremâ: Vos quidem, inquit, Duci vestro fidem egregiam præstitistis, optimi viri; nil ultra opus est. Ite, vobisque ipsi consilite. Hic altus omnium mærorum ac dolor vocem inleserat. Eleonora verò in hoc ipso tumulto, quem ipsa sibi fecerat, seque ipsam velut exanimem in eo collocata, fletu & jejuniò longo exhausta, jamque prius sepulta quam mortua, diem suum obiit. O magnam heroidem, quæ potius vitam quam verecundiam exuere sustinuit!

§. V.

N^On desunt quibus in ipsâ etiam morte modestia & pudor cordi fuerunt. Julius Cæsar conjurato-
rum strictis pugionibus appetitus in curiâ, jamque multis vulneribus confectus, caput togâ obvolvitur, simulque manu sinistra sinum ad ima crura deduxit, quò honestius caderet, etiam inferioris corporis parte velatâ.

Sic & Olympias Alexandri Macedonis mater, cum eam Cassander interim jussisset, id unice cavet, ne minùs verecundè caderet, pudorem mortis suæ testem optimum arbitrata.

Sic & Panthei Lacedæmonii uxor post viri mortem, quem in Ægyptum secuta fuerat, à Prolomæo inter Lacedæmonas ceteras occidi jussa, priusquam ferrum reciperet, pedes diligenter obvolvitur veste, omnemque aliam corporis partem velavit; jugulum duntaxat nudum præbuit, ut honestissimè cadens, pudorem, quem per omnem vitam servaverat, relinqueret inviolatum.

Sed obstupescendum illud femina factum, omne fidei ac verecundiæ exemplum longissimè superat. Ab omni ævo vix simile quidquam posteris memoria tradidit. Anno Christiano millesimo trecentesimo sexagesimo septimo, Petrus Castellæ rex post primum cum Henrico fratre congressum, victor Hispalim rediit. Inter complures quos triumpho insolentior jussit periri, nobilissima matrona Urraca Gufmania Joannis Alfonso Gufmani mater fuerat. Hanc in celeberrimâ urbis plateâ flammis exuri vivam voluit, crudelis Princeps. Ad Gufmaniae rogum adstitit famula Isabella Ubedia, virgo honestissima: cumque domina in igne ob acerbissimos dolores impatientius sese jactaret, ita ut vestis incomposita, & pes nudus cerneretur, famula animi plena in ipsos ignes insiluit, disjectam vestem composuit, eamque tamdiu tenuit, dum & ipsa (quod pæne fidem superat) cum dominâ conflagraret. Quid jam Romanos heroes animus? Mutios Scævolas, & Attilios Regulos miramur: non impar hic feminae animus, aut major. Factum non laudo, sed ancillæ fidem, sed Verecundiæ prodigium obstupescit. Mori maluit hæc virgo, quam dominam minùs verecundè morientem cernere.

Christiana Modestia ubique pulchra, ubique decora est Verecundia, in congressibus, in colloquiis, in conviviis, in itinere, in commerciis, domo, foris; coram civibus, coram magistratu, coram Regibus, coram servis ac liberis, coram notis & ignotis, in luctu & lætitiâ. Tam igitur necesse est hac virtute non carere, quam inter homines vivere. Verecundia moderatè cupiditatum, virtutis ac famæ custos, & laus naturæ. Virginitatis ferè atque Innocentiæ dos Verecundia, Ubi illa est, spes magna boni est; unde illa exultat, spes virtutis nulla est.

Christiana Verecundia & Modestia primum affectus, deinde mores exteriores componit: hæc ab illâ originatur, sine quâ, non perpetua, non diuturna est. Quod Gregorius affirmans: Intus, inquit, est custodia, que composita servat exterius membra. Que ergo statum mentis perdit, foris in inconstantiâ motus fluit, atque exteriori mobilitate indicat, quòd nullâ interiori radice subsistat. Hinc Invere-
cundia hominum perditorum nota. De desperatè malis dictum est: Quin imò confusione non sunt confusi & erubescere nesciunt: idcirco cadent inter currentes. Timidè primum ac verecundè turpitudinem admittimus: mox majus aliquid mens aude: paulatim minima facit maxima. Inde ad præcipitium itur, ubi prius Modestia sic exiit.

Videte mihi Julianum Apostatam, hominem ex affe-
nequam. Non semper talis fuerat, sed futurum talem, mores illius incompositi maturimè prodebant. Gregorius Nazianzenus ejus contubernalis * hoc monstrum
sic

Sueton. in
Julio Cæ-
sare.

Historia
Hispalensis
lib. 1. cap. 14.
Mentionem
facit Ioan.
Mariana
lib. 17. Hist.
Hispa. c. 10.
Barthol. de
Scobar. tomo
Cone. Qua-
drag. ser. 2.
de diluvio,
ante med.

Christiana
modestia
ubique
pulchra.

Affectus
primum
componit,
deinde
mores ex-
teriores.
Gregor. p. 3.
passor. c. 24.

Hier. cap. 8.
vers. 12.

Greg. Naz.
orat. 1. in
Julian.
* in acad.
miâ Athe-
nienfi.

fic depingit: Nil boni, ait, ominari videbantur cervix non scata & erecta, humeri subsultantes, & ad equilibrium subinde agitati, oculi leves, vagi, furiosèque intuentes, pedes instabiles & iutubantes, natus consummellium & contemptum spirans, vultus lineamenta ridiculi idem significantia, risus perulans & effrenis, natus & reventus temerarii, lingua salax, lubrica, volubilis, sermo harenis, spiritalique concisus, interrogaciones stulta & precipites, responsiones his nihilo meliores, postulatæ immatura, facilitas projecta ad idem eodèmq; tempore negandum simul & concedendum, colloquia temeraria sine ordine, sine fundamentum, sine oratione. *Ut hæc conspexi, stridit!* Optabam equidem dum hæc dicerem, alienum quid à veritate dicere, & falsus esse vates. Id enim fatius fuisse, quam hunc ignem grassari per Orbem, totque inde tantæque oriri mala, quanta vix unquam Romanum sensit imperium. Huc

Prov. cap. 6. ex asse quadrat illud Salomonis: Homo apostata, vir imitator, graditur oro perverso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, pravo corde machinatur malum, & omni tempore jurgia seminat.

Ecl. cap. 19. v. 2. 6. & 27.

Ita speculum mentis est facies. Nam quod Siracides dixit: Ex visu cognoscitur vir, & ab cursu faciei cognoscitur sensatus. Amictus corporis & risus dentium, & ingressus hominis enuntiant de illo. Adjunt hominem superbum signo minimè fallaci posse deprehendi, si quis à tergo incessum ejus observet: quam enim jactuosus sit, quam magnificè incedat, quamque se libet in utramque partem facile apparebit. Nec oculos talis infra stationem suam continet. Nam oculi stultorum in finibus terra.

Prov. c. 17. vers. 2. 4.

S. VI.

Isai. cap. 3. vers. 16.

Gravissimè per Isaiam questus est Deus: Pro eo quod elevata sunt filia Sion, & ambulaverunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plangebant, ambulabant pedibus suis, & composito gradu incedebant. Hæc non maxima vitia erant, sed latentium vitiatorum argumenta. Nemo ergo dixerit: Quid ab exterioribus & minutis labeculis istis tam rigidè censor? mea me conscientia defendit.

Ignosces nobis, mi homo, quod te hominem esse improbum credamus. Qualem te videmus, talem te judicamus. Verba tua, gestus tui, vestes tuæ, tua omnia exteriora perulantiam olent & improbitatem. Quid ergo miraris, quod te intus & in cute inverecondum censemus, quando te talem foris cernimus? Ubi Modestia & Verecundia non est, ibi compositæ mentis argumentum nullum est: aviculas à plumis & cantu, multas animantes à pilis & incessu, campanam à mole & tinnitu, hominem à verbis & gestu nosse possumus. Bona, inquit, conscientia mihi est. Quælo te, cura, ut bona etiam sit tibi fama: Nobis enim, inquit Augustinus, necessaria est vita nostra, alius fama nostra. Hoc sanè sensu Tarfensis Paulus: Rogamus, inquit, vos fratres, ut abundantius magis: & operam detis, ut quieti sitis, & ut vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis: & ut honestè ambuletis ad eos, qui foris sunt. Providentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. De cetero quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque justa, quæcumque sancta, quæcumque amabilia, quæcumque bona sciant: si qua virtus, si qua laus discipline, hæc cogitate.

Aug. l. 1. de bono viduitatis c. 22. 1. Theff. c. 4. v. 10. 11. & 12. Rom. c. 12. vers. 17. Philip. c. 4. vers. 8.

Nimirum exterior hominis compositio testis est non facile mendax delitescens in animo virtutis aut vitii. E colore vultus non difficulter noscitur, sanus an æger sis. Si quem plures movent,

Perf. sat. 3.

Hæc bone, tu palles, surgit tibi lætae pellis; hic certè valetudinis offensæ argumentum vix dubium habet. Eadem est morum ratio. Hominem inverecondum verbis aut gestibus, valde pudicum animo quis credat?

Nucleus spiritus cortice modestiæ rectè regitur &

A servatur. Ubi Christus est, modestia est. Verè modesti homines lucernæ sunt ardentes & lucentes, ardentes Deo, lucentes mundo. Hinc omnes Religionum conditores suis Modestiæ leges scripserunt, eaque ut rem magni momenti religiosissimè observari voluerunt. Quod Franciscus Assisius vir sanctissimus exemplo suo eximie confirmavit. Nam die quodam ad socium conversus: Eamus, inquit, concionem habituri. Ivir, sed quantâ potuit modestiâ, dejectis humi oculis, manibus quietis, incessu moderato aliquot urbis plateas obiit, ita demum rediit domum. Hoc socius pæne oblivione interpretatus, nec sine admiratione: Ubi, ait, mi Pater, est concio ad populum, de quâ dixerat? Cui Franciscus: Et verò, mi Frater, ait, jam concionari sumus: dictum prudentibus factum est. Ut scias, modestè per urbem incedere, concionari est. Parum agunt verba, si desit Modestia. Plerique omnes plus oculis credimus quam auribus; neque tardiùs tantum, sed & minùs penetrant animum audita quàm visâ. Facunda concio, Modestus homo.

Segnibus irrisit. *Et mi minus dixit. Mi per aures, Quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus, Et quæ ipsæ sibi tradit spectantur.* Horat. de arte poetica post initium.

ACTIONES MODESTIÆ, SEU VERECUNDIÆ.

1. Modestia est, aliis loquentibus tacere, & eos, quibuscum loquendum, demissè, reverenter, verecundè alloqui, oculis non directè in colloquentis vultum, sed humi ut plurimum defixis: cum foras procedendum, per plateas immoto capite, manibus quietis, gradu non præcipitante, veste decenter compositâ, oculis in præteritantes non curiosè projectis incedere. Hæc autem multò magis observat in templo Modestia, præcipue verò coërcet oculos, in quos sibi plurimum sumit imperii. Nam uti lascivia, si quem occupet, suam plerumque sedem in oculis figit: sic & Verecundia, si quem sibi vendicet, ad oculorum portam pervigiles agit excubias.

1. Actio Modestia.

2. Risi etiam moderatur Modestia: risum effusum aut cachinnos solertissimè cavet. Neque enim illud Siracidae ignorat: Fatuus in risu exultat vocem suam: Vir autem sapiens vix tacitè ridebit. Homo sine spiritu, in omnibus caret modo. Itaque sine causâ, aut è causâ leviculâ in cachinnos solvitur. Christus risisse nunquam, ter stetit memoratur. Intemperativus, frequens, effusus risus à Modestiâ semper alienus fuit.

2. Secunda. *Eccl. c. 21. vers. 23.*

3. Modestia quietem amat, vagam discursationem odit, & non tantum sine necessitate per plateas non vagatur, sed nec domum pererrat, loco sibi assignato contenta. Monachus qui toto cœnobio vagatur, non magnum præber specimen Modestiæ. Paulus suos hortatus: Corripite, inquit, inquietos. Et suos Christus emittens: In quamcumque domum intraveritis, inquit, ibi manete, & inde ne exeatis. Nolite transire de domo in domum. Inquietus discursus vagæ mentis indicium.

1. Theff. c. 5. vers. 14. Luc. cap. 9. vers. 4. & c. 10. v. 7.

4. Modestiæ præceptum est. In multis esto sine auribus, sine oculis, sine linguâ, perinde ut surdus, cæcus, mutus. Magni hoc artificit est, ea quæ nocitura sunt, posse non audire, non videre, non loqui. Magnus in hoc genere artifex vates regius: Ego autem, inquit, tanquam surdus, non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones. Hoc Modestiam juvat, oculos in terrâ, cor in celo defigere.

Quarta. *Ps. 37. v. 14. & 15.*

5. Denique hoc agit Modestia, ut vultus, incessus, sermo, status, habitus, ut gestus, omnique motus corporis, intra decori ac decencie limites contineantur. Rugas in fronte, & multò magis in naso cavet. Serenitatem in vultu, maturitatem in aliis omnibus, quæ sub aspectum cadunt, exhibere conatur. Hinc rectè Priscorum metro dicitur,

Corona virtutum omnium Modestia.

CAPUT XIII.

Rosa Hierichuntina Germanicâ,
seu, Obedientia.

§. I.

Tanti est hæc virtus, ut eam non immeritò Hebræus vates victimis longè prætulerit. *Melior est enim, inquit, Obedientia quàm victima, & auscultare magis, quàm offerre adipem arietum.* Tam verò artificiosa est hæc virtus, ut plumbi vilitatem ad dignitatem auri extolleret, ut silices in gemmas mutare possit. Obedientia divinæ Matris eâ perfectione fuit, ut illo solo ad Angelum verbulo FIAT, quo divinæ voluntati quàm integerrimè assensu est, eam fidei atque obsequii actionem exhibuerit, quâ plus promeruerit, quàm omnes sanctorum hominum omnibus suis actibus. Ita Bernardinus Senensis sentit. Eo namque actu meruit, saltem de congruo, dignitatem matris, quæ major est quàm si ei totius Orbis regimen fuisset commissum. *Elevabatur (Bernardini verba sunt) ad infinitatem perfectionum ac gratiarum, ad imperferatibilem abyssum charismatum Spiritus sancti.*

Eandem Obedientiam quam Angelo, præstitit etiam parentibus, quos, ut beata Mechthildis loquitur, nullâ re unquam offendit aut contristavit. Eandem verò & Sacerdotibus in templo exhibuit, nam ut beatus Bonaventura sentit: Inter alia specialem gratiam petiit quotidie parendi omnibus mandatis Pontificis. Josepho sponso, quamvis eum & gratiâ & dignitate præcelleret, tamen ut suo se capiti submisit in omnibus, velut ipsi Deo, idque annis circiter triginta, seu Nazarethum, seu Hierosolyma, seu Bethlehenum iret, seu in Ægyptum contenderet. Quin imò Imperatori Augusto idololatras, jamque partui vicina promptissimè, nec justâ quidem excusatione usâ, obtemperavit.

Quæsierit quis eo tēpore: Quid agis Maria? teipsam & infantem periculo exponis? Ita Imperator jubet.

Mane domi, jam novem menses elapsi sunt, jam instat partus; mane domi. Aliud Imperator jubet.

Augusti arrogantia censerit vult orbem, non Deus. Nihilominus Augusto ut Imperatori, ut Præfecto Dei parendum est.

At paupertas obstat; nam quocunque veneris, omnia ubique hospitia oppleta reperies; cognati non admittent, ignoti excludent. Quid facies? in viâ parienti tempus te opprimet. Quidquid hoc sit, Imperatori parendum est.

At hiems vetat, quò properas tempore tam alieno? Sic Imperator præcipit: alienum tempus Obedientiæ nullum est.

At prægnantes & puerperas lex ista non urget. Non est obedientis, sed imperantis gratiam legis facere, & exceptionem dare.

Rectè hæc quidem omnia diceret, ô Maria, si quidem Dei Voluntas hæc esset, describi Orbem, & capita hominum in censum redigi. At reverà, ut dixi, non est hoc aliud quàm Augusti superbia, inimica Deo. Augustus vult orbis Dominus videri, hinc exosissima hæc descriptio. *Falleris, ait Virgo, quisquis ita sentis. Hoc omne ab æterno Dei decretum est, hæc ipsissima Dei Voluntas est, quæ Romano fastu velut instrumento utitur. Vult Deus describi orbem, vult singulos in natale solum terramque patriam, ut iustum est, proficisci. Hac autem occasione vult optimus Deus suum Filium, ut prædictum est, nasci Bethlehemi. Ergo Imperatori hæc talia jubenti obtemperandum est.*

Hæc demum vera, hæc integra est Obedientia, imperium remotis excusationibus toto amplexu recipere. Receipt hoc modo beatissima Virgo.

Quò illud quoque referendum, quòd Josephum

A sponsum ac conjugem omni reverentiâ coluerit. Christo filio, post mortissimum triduum invento, poterat mater dicere: Ego & pater tuus dolentes quærebamus te. Non ita dixit (quod Augustinus accuratè observat) sed illum verborum ordinem invertens: *Pater tuus, inquit, & ego dolentes quærebamus te.* Virtutis est, legi obnoxium parère; majoris est à lege eximium, nihilominus parère, quod Virgo fecit, cum sese, quamvis mundissima, inter immundas puerperas lustrandam sisteret. Magni est promeriti in re etiam levi ac facili obedire; multo majoris est in ardua. Nil acerbius fuit huic Matri quàm absentia filii: at cum sciret divinæ hoc Voluntatis esse, obedientissimè divinis nutibus se subiecit: Ecce ancillam Domini. Cum filius triduum à parentibus abesset, cum solitudinem jejuniis frequentaret, cum suis se hostibus offerret, cum in cruce demum expiraret. Ecce ancillam Domini, quæ divinæ Voluntati nec verbulo contradicat.

§. II.

Inobedientia reginæ Vasthi omnibus fuit offendiculum, Virginis Mariæ Obedientia omnibus est exemplum. Ita Religionis speculum purissimum non casta tantum & pauper, atque obediens, sed Paupertatem, Obedientiam, Castitatem voto etiam firmavit. Docemus id argumentis.

Apostoli se Votis obligantes: *Ecce nos, inquit, reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Non facultates tantum, sed & uxores deseruimus, non pauperes solum, sed & continentes, sed & obediens futuri. Et en adsumus, quidquid præceperis, quocunque duxeris, secuturi paratissimè, & voto ad istud nos obligamus. De his Apostolorum Votis luculentè prorsus Augustinus: *Dimiserant, inquit, potentes illi: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Hoc Votum potentissimi voverant. Sed unde hoc eis, nisi ab illo, de quo hic continèd dictum est: Datus Votum voverit? Non enim Domino quisquam quidquam rectum voveret, nisi qui ab illo acciperet quod voveret.* Non minùs clarè Thomas Aquinas: *Intelliguntur, inquit, Apostoli vovisse pertinentia ad perfectionis statum, quando Christum relicti omnibus secuti sunt.* Atque hoc Pelagius Alvarus suffusè demonstrat.

Quòd si Apostoli his Votorum vinculis obstrinxerunt se Christo, non idem de Christi Marre, potiore jure dicendum? Quòd Castitatem voverit, res certa patris Patribus, divo Thomæ ac Theologis. Beata Birgitta visis cælestibus erudita Virginem sic locuram asserit: *Vovi etiam in corde meo, si esset ei acceptabile, observare Virginitatem, & nihil unquam possidere in mundo.*

Obedientia verò Virginis, Obedientiam Abrahami, omniumque religiosorum hominum longè superavit. In eam cæleste carmen convenit: *Collum tuum sicut turris eburnea.* Obedientiæ symbolum est collum, quod illa flectit, premitque ut præcepti onus admittat. Quia verò Virgo beatissima in rebus arduis, & quæ videbantur non posse fieri, sese fortissimam exhibuit, quia prægnans Bethlehenum contendit, quia cum filio in Ægyptum migravit, quia sub filii patibulo stetit, quia difficilia omnia superavit, rectissimè turris vocatur eburnea. Geminæ sorores istæ Patientia & Obedientia vincunt omnia. *Vir obediens loquitur victoriam.* Victoria est nobilissima quam adipiscimur parendo; iis etiam qui acerba imperant & severa.

Tanti æstimat Gregorius obediendo sic vincere, ut dixerit, ceteris quidem virtutibus hæmones impugnari, Obedientiâ verò vinci. Quid hoc autem miri? Deum vincit Obediens. Huic tali victori illud Angeli accendendum: *Quoniam si contra Deum fortis fuisti, quamò magis contra homines prævaleris?* Rectè igitur Augustinus, *Sola, inquit, Obedientia tenet palmam; sola inobedientia invenit pernam.*

Jobo

* Drosin von Hiericho dicitur, nostris hortis non ignota, odorifera, tigillis illigari solita.

1. Reg. c. 15. vers. 22.

Excellentiâ B. Mariæ in obedientiâ.

Bernardinus, serm. 15. de festiv. B. V.

Mechthild. de arcanis, lib. 7. c. 5.

Sine justâ excusatione Imper. Augusto obtemperavit.

Luc. cap. 2. vers. 48.

B. Virgo, etiam eximia à lege, legi paruit.

Obedientiâ B. Mariæ fuit omnibus exemplum.

Math. c. 19. vers. 27.

August. 10. 5. lib. 17. de civit. c. 4. post med. mibi hoc eis, nisi ab illo, de quo hic continèd dictum est: Datus Votum voverit? Non enim Domino quisquam quidquam rectum voveret, nisi qui ab illo acciperet quod voveret.

pag. 207.

S. Tho. 2. 2. q. 88. art. 4. sine articulo. Alvarus de planctu Eccles. c. 16.

S. Birgite. 1. 1. Revelat. cap. 10. post init.

Superavit obedientiâ Abrahami, omniumque religiosorum hominum.

Cant. cap. 7. vers. 4.

Prov. c. 25. vers. 28.

Gen. cap. 12. vers. 28. August. in Psal. 70.

Jobo post ærumnas omnes exantlatas singuli cognatorum ovem unam aureamque in aurem donarunt. Quod eleganter exponens Gregorius: Justa, inquit, excipiunt aures, auditum postulat Obedientia, & hoc in auribus representabat: At si huic muneri desit ovis, non prompta, non facilis erit Obedientia. Hoc nimirum Obedientiam commendat, paratè, libenter, integrè, quod justum est, exequi. Subinde, sed rarè tales Judæi: *Omnia, inquit, quæ præcepisti nobis, faciemus, & quocumque miseris, ibimus, sicut obedivimus in cunctis Moysi, ita obedivimus & tibi.*

Ios. cap. 1. v. 16. & 17.

Cur Joannes Apostolus videtur obedientiam Marianæ esse oblitus: *Joan. c. 19. vers. 27. * Aut, in suam.*

Joannes Domini oculus, Obedientiæ suæ describendæ non inmemor, Obedientiæ Marianæ videtur esse oblitus: Nam cum è cruce Dominus suam illi Matrem commendasset, donum tam nobile acceptate non distulit, quod & factis Evangelii scripto inseruit; *Et ex illâ horâ accepit eam discipulus in sua.* * Cur, obsecro, se tantum obedisse narrat? Cur non illud etiam adjunxit, Ex illâ horâ accepit ipsa discipulum in filium? Hic Joannes vi altiore sic regebatur, ut illud silendo perfectissimam Virginis Obedientiam, & summam cum divinâ voluntate conjunctionem ministrè prædicârit. Cum enim Joannes, ejusque frater ad regnum Christi solium assessores esse cupivissent, idque per matrem non obscurè petivissent, à ceteris Apostolis amiribus sunt damnati. Nec illud nesciebatur, quod ad olivarium montem cum ceteris primò dormiret, deinde & fugerit; inter illos etiam fuerit, quos Dominus ut incredulos ante suum è terris abitu increpavit. His itaque nonnihil mitigandis necessariò videbatur dicendum, se Domini mandatis quamprimùm obediisse. De Virgine hoc asserere planè supervacaneum fuisset, cum omnibus constet, eam nihil unquam & nec minimum quidem, quod divinæ Voluntati adversaretur, fecisse: Nil igitur opus ab Obedientiâ eam commendare, cujus obsequendi studium semper exploratum ac certum fuit.

§. III.

Theopompus olim cum interrogaretur, quæ disciplina potissimum exerceretur Spartæ; Pericia, inquit, jubendi, & obediendi. Cumque esset, qui diceret, omnem Spartanorum salutem in eo consistere, quod reges haberent ad imperandum; Non sola hæc causa est, inquit, sed quod cives obedire nôrint.

Meliùs Respublica Christiana, sanctius administrarentur cœnobîa, si Obedientia, quam vel ipsi idololatræ à suis exigebant, fidelius præstaretur.

Gellius l. 1. Noë. Attic. cap. 13. Architecti Meleatensis inobedientia puniuntur.

Exemplo sit Publius Crassus Mucianus, quem Romanæ historie scriptores tradunt quinque habuisse rerum præcipuarum maxima; quod esset ditissimus, quod nobilissimus, quod eloquentissimus, quod jurisconsultissimus, quod Pontifex maximus. Hic cum in Consulatu Asiæ provinciam obtineret, & urbem Leucas pararet oppugnare, opusque esset firmâ & procerâ trabe ad fabricandum arietem, quo urbis muri quaterentur, ad Meleatenium architectum scripsit, ut è duabus arbotibus, quas apud eos vidisset, grandiore mitteret. At architectus ultra obedientiam sapiens, ubi comperit cui usui trabem peteret, non majorem, ut jussus erat, sed minorem misit, quam faciendæ arietis aptiorem, & portatui faciliorem existimabat. Crassus enim mox acciri jussit, accitumque interrogavit, cur non, quam jusserat, misisset. Architectus prudenter à se factum censere, causas & rationes adferre, & multa pro se dicere, jamque etiam sui facti commendationem sperare. At Crassus vito vestimenta detrahi, & acriter cædi virgis imperavit. Et ne hoc ulli videretur sævum: Omne imperantis officium, ajebat, corrumpitur atque dissolvitur, si quis ad id, quod facere jubetur, non obsequio debito, sed consilio non desiderato respondeat.

Audite hoc, homines religiosi, audite, quotquot

Tom. I.

A Obedientiam abjicitis: Obedientis est non ingenium, non prudentiam, non consilium adferre, sed obsequium. Prudentia, dicebat sanctus Ignatius, non obtemperantis est, sed imperantis. Cum obediendum est, multum velle sapere, est prorsus delipere. Infelix semper est etiam sapiens inobedientia, etiam inter felicissimos successus.

Inobedientiam Deus severissimè ac rigidissimè sapientius punivit. Ejus rei specimèn proponit Cameracensis Proepiscopus hac tali narratione. Jacobus de Vitriaco Legatus & orator Pontificis expeditionem crucis contra Albigenes per Flandriam promulgaturus, locum adsciscere cupiebat Fulconem Canonicum Insulensem. Recusavit ille: rogatus iterum, recusavit iterum. Rejctis precibus, jussus est id facere. Quod tamen aperte derectavit. Cui Jacobus: Posses, ajebat, à sacris te amovere, & contumaciam hanc anathemate persequi, sed acerbius non agam; tam refractarios mores Deo puniendos transcribo. Vox ingens pondem habuit, nam

Inobedientia à Deo puniatur:

In Fulcone canonico Insulensi. *Thomas Cantuar. lib. 1. c. 22. m. 1. de miraculis sui avi.*

B statim Fulco quartanâ febri & simul sædo alvi profusio correptus, viginti quinque annis ad usque ultimam vitæ horam, quod deliquerat, luit. Sapiamus vel alienis malis, & obedire dicamus.

Illud terrificum simul & jucundum. Fuit è religiosis viris, qui per urbem vagari assueverat, quod ut licentius faceret, varias exendi causas confinxit; jam ægros invensos, jam dissidentes conciliandos; jam nescio quæ alia curanda dixerat. Nunquam tamen sine præfatis sui veniâ domo exiit. Hic ipse quadam die à pluribus rogatus est, ut hominem à diabolo insectum, precibus consuetis liberaret. Istud obsequii genus refugere non potuit. Ergo manus admovet, precari incipit, Evangelium sancti Joannis legit. His religiosè præmissis subjungit: Præcipio tibi per virtutem sanctæ Obedientiæ, hoc hospitium deseras. Ad quæ diabolus promptissimè: Quid tu, inquit, homo ridicale, mihi præcipere habes per virtutem sanctæ Obedientiæ, qui nunquam verè Obediens es? Desine hæc, ait te invadam. Erubuit miser, & irritò conatu abiit. I nunc, & obedire discere: Vis esse sapiens? esto Obediens.

Jordan. Saxi lib. 2. c. 2. In Religioso.

C Recentissimum est, quod addo. Inobediens & contumax quispian juvenis Ingolstadio Augustam venerat, in Gymnasio Sôcietatis Jesu discipulus futurus. Verùm ob infrequentiam, aliâque culpas, cum jubere

In juvene studioso,

tur dare pœnas, recusavit, idque pertinaciter; ita Gymnasio seipsum exolesti. Eo ipso die in proximum pagum egressus, hilariter perpotavit, in regressu incidit in nescio quem adversarium, cum quo digladiatus, & lethaliter vulneratus est. Réceptus in tugurium vicinum, & stramineum lectum, manè ubi & crapulam edormiit, & sanguinem pœne omnem amisit, sacerdotem acciti voluit, à quo præsentem identidem petiit, versum illum sibi sæpius repeteret: Sub tuum præsidium confugimus sancta Dei genitrix, nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus nostris, sed à periculis cunctis libera nos semper Virgo gloriosa & benedicta. Atque ita Sacramentis perceptis illo ipso die obiit. Fons plurimorum malorum Inobedientia.

§. IV.

Ergo subditi estote omni humane creaturæ propter Deum. Et mementote, quod Christus, ne perderet Obedientiam, perdidit vitam. Ex his ergo, ait Bernardus, discimus, quanta nobis, qui puri homines sumus, oporteat pro Obedientiâ perpeti, pro quâ is, qui & Deus erat, non dubitavit mori. Nemo autem inobedientiam suam honesto nomine velet, dicatque: Dominus meus, aut qui mihi imperat incogitans est, & nihil habet prudentiæ, nimis asper, nimisque rigidus est: quis tam insano capiti obediatur? Huic Petrus jam pridem occurrens: Servi, ait, subditi estote in omni timore domini, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis. Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam

1. Pet. cap. 2. vers. 13.

Bern. de 12. gradib. obedientiæ perpeti, pro quâ is, qui & Deus erat, non dubitavit mori. Nemo autem inobedientiam suam honesto nomine velet, dicatque: Dominus meus, aut qui mihi imperat incogitans est, & nihil habet prudentiæ, nimis asper, nimisque rigidus est: quis tam insano capiti obediatur? Huic Petrus jam pridem occurrens: Servi, ait, subditi estote in omni timore domini, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis. Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam

1. Pet. cap. 2. vers. 13.

1. Pet. cap. 2. vers. 13.

F f f f 2

Mala ex inobediencia profecta.

Bernard. de precept. & dispens. c. 9. mihip. 92. 6.

Inobediencia ab Idololatriâ punita.

A Posthumio Tiburtio.

T. Manlio Torquato. Valer. lib. 2. cap. 2. Coll. lib. 9. No. Attic. c. 13. sine.

Epaminonda. Plutarch. in paral. ex Ctesiphato lib. 3. vorum Baor.

Xenoph. 1. 4. de disciplina Cyri, relatus à Plutarcho tomo 1. in Marcello.

Plutarch. rom. 1. in Aristide.

Abrahami obedientia in sacrificado filio.

tiam sustinet quis tristitias patiens injuste. Lex vetus sacerdotis imperio detrectantes obsequi, morte multandos; filios contumaces & paternorum jussuum protervos. contemptores lapidibus obruendos statuit. Adam cum posteris Inobediencia paradiso exturbavit. Inobediencia. Lothi conjugem in statuam mutavit. Inobediencia Onam Judæ filium immaturâ morte sustulit. Inobediencia Dathan & Abiron cum sociis terræ hiatu haustus in tartara demisit. Inobediencia Saul regem & regno & vitâ spoliavit. Inobediencia Amasiam aliosque complures reges hostibus vincendos objecit. Inobediencia Prophetani Jonam immani ceto glutientium exposuit. Eadem Prophetam alium, levissimè, ut videbatur, delinquentem, leoni. necandum dedit. Rectè dixit Bernardus: Nullam prorsus inobedienciam dico paravi ducendam: Innumerorum interitus Inobediencia.

Neque verò in cœnobiis tantum rigidè punitur Inobediencia, sed etiam in castris, etiam inter idololatrias, etiam inter conjunctissimos, etiam capitis supplicio leve inobedienciæ delictum expiatur.

Posthumius Tiburtus Dictator Aulum Posthumium filium, quem unum ad generis successionem propagandam habuerat, cujus infantiam sinu atque oculis fovérat, quem puerum litetis, quem juvenem armis instruxerat, sanctum, fortem, sui pariter ac patriæ amantem, quia tamen non suo jussu, sed suâ sponte, præsidio progressus hostes fuderat, victorem securi jussit feriri. Quo filii supplicio monstravit, infelicitissimam esse victoriam, quæ contra obediendi leges obtenta esset.

Æquè rigidus exactor Obedientiæ T. Manlius Torquatus, qui bello Latino Consul suum itidem filium, quod à Tusculanorum Duce Geminio Metio ad emimicandum provocatus, se ignato descenderat, gloriosam victoriam & speciosa spolia referentem, abripi à licore, & in modum hostiæ mactari jussit; sarius esse judicans patriæ forti filio, quam patriam obtemperandi exemplo, aut militari disciplinâ exercitum carere.

Simillimum est, quod Plutarchus commemorat. Epaminondas Thebanus Dux contra Spartanos pugnans, in urbem ad comitia est regressus, prius filio Stenimbrotro injungens, ne cum hoste confingeret. Spartani, patris absentia cognita, juveni timiditatem exprobrarunt: quod ille indignè ferens, paterni mandati oblitus est, & conflixit, & vicit etiam; pater autem inobedienciæ iratus coronam illi victoriæ detrahit, & caput cervicibus præcidi jussit. Ita me Deus! severa sunt hæc obedientiæ documenta.

Xenophon de Chrysanthâ milite. Hic cum elatâ jam ac vibratâ bipenni hostem esset percussurus, ut rubam receperit catentem inaudire, acturum ab hoste illato, placidè ac compositè recessit.

Hic addendus Pausanias Græci agminis Imperator. Hic cum inter sacrificandum, Mardonius Dux Persarum inexpectatus intrueret, suos omnes abjectis ad pedes clypeis jussit quiescere, nec prius hostem repellere, quam pugna signum daretur. Tanta omnium fuit Obedientia, ut suo quisque ordine persisteret immobilis, jamque repulsi ab hoste cæsis vim tamen illorum nemo repulsi, ad unum pugna signum, quod expectabant, attentissimi.

Sed exemplis longè perfectioribus urgemur.

S. V.

Considerate mihi, obsecro, Obedientiam Abrahami nunquam satis laudandam. Si Abrahamus alium in pariete picum Abrahamum filii cervicibus imminentem vidisset, rem utique laude dignissimam fecisset, tam promptè obediendo. At nullo Abrahamus simili exemplo impellebatur, primus erat, quem imperium tam rigidum premebat. Non uno vulnere paternum pectus lauciabatur, nam pluribus præceptis one-

rabatur. Principio Deus imperat: Tolle filium tuum. Rec. Sic aliqù sponderit Abrahamus: Ecce adsum, obsequi paratus; sed explicam: duos habeo filios. Deus iterum: Tolle filium tuum unigenitum. Domine, uterque suæ matris unigenitus est. Di-

vina vox iterum: Tolle unigenitum, quem diligis. Utrumque diligo, dixerit Abrahamus. Ita demum præcepti gladius altissimè defigitur: Tolle Isaac. Ah, quale hoc imperium, quam cruentum, quam horrendum patri! Jubetur pater in victimam mactare filium, quem ex ingenuâ & liberâ Sarâ unicum, lectissimum, ac dilectissimum singulari favore Numinis accepit. Jubetur non alienâ, sed suâ manu eum occidere, quem semper obedientissimum habuit. Hoc omni morte durius est parenti. Jubetur triduanum iter cum eodem conficere, ut ipsâ morâ temporis affectus cresceret, & difficilior fieret Obedientia. Quid hoc triduo cogitasse credendus est Abraham, quoties filium non sine altis suspiciis, non sine acerbissimis lacrymis aspexit? Quid hoc triduo cibi, quid somni ceperit mœstissimus pater, imò vix pater, & nec homo quidem ob nimiam mœroris acrimoniam? Sed plura hîc consideranda.

Jubetur filium adolere in holocaustum, ut nihil relinqueretur, quod suo solatio inferat in sepulchrum. Jubetur filium jugulare in alto montis vertice, quem veluti crucem oculis defixam ante & post cadem filii in conspectu haberet. Prioribus accedit: Filium facem lignorum, velut suum ipse patibulum porrat, quod aliâ jumenta gestarent: famuli, ne sacrificium vivæ hostiæ interpellent, ad montis radices subsistere jubentur. Solus cum solo filio pater formidabile montis jugum ascendit. Quor hîc patris gemitus, anhelitus quam graves, qui mutui aspectus? Quid ultima filii interrogatio: Pater mi, ubi est victima holocausti? His vocibus

paternum pectus velut candenti forcipe disceperetur. Quo demum colore vultus, quo sensu animi suum illud pronuntiavit pater: Fili mi? Quæ denique palpatorio cordis, quod letale gelu occupârit Abrahamum, cum velut filii carnifex, Isaacum amantissimum ligaret, ligatum aræ imponeret, dextram ferro armarer, vibraret gladium, jamque filii jugulo immineret? Hæc omnia una potuit Obedientia.

Deus summe! quam mascula hæc virtus! quanta sui victoria! Maluisset utique Abrahamus ipse millicies mori, quam suum sanguinem, suas delicias, amorem suum matrisque gaudium, quam omnem posteritatis spem, quam innocentiam tam amabilem suâ manu trucidare. Si Abrahamus, ut dixi, alium ante se Abrahamum simile quid audentem vel in picturâ unquam vidisset, exemplo animosior hoc aggredi potuisset. At ille hoc primus audere jussus est. Nihilominus constantissimè adversus omnem naturæ sensum obedivit, usque ad montem, usque ad aram, usque ad gladium, ad usque filii jugulum.

Huc omnes, huc sacri & profani ad hoc spectaculum seu potius miraculum Obedientiæ oculos & animum advertite, quicumque vel dominis, vel parentibus aut majoribus obedientiam debetis. Ah quantum, mi Deus, ab hac Abrahami, nostra divertit Obedientia! In minimis tricamur, excusationes centum, moræ ac tergiversationes sexcentæ, obmurmurationes mille intercurrunt, dum jussa veniant ad obsequium perfectum.

En Abrahamum! non tergiverfatur, non excusatur, non hæret, nihil moratur, omnem naturæ sensum expugnat, ut jussa expediat. Illud Bernardi de Abrahamo

verissimè dicitur: Fidelis obediens nescit moras, fugit crastinum, ignorat tarditatem, præcipit præcipientem, parat oculos visui, aures auditui, linguam voci, manus operi, itineri pedes, totum se colligit, ut imperantis colligat voluntatem. Addit: Ostendunt plerumque voluntatem animi signa exteriora, & difficile est, ut vultum non mutant, qui mutant voluntatem. Nubilosa corporis compositio, & facies, tenebris tristitia obscurata.

Genes. c. 22. vers. 2.

libid. v. 7.

Ejus constantia adversus omnem naturæ sensum.

Bern. serm. de Obedientia, mihipag. 1744.

scata, devotionem ab animo recessisse signant. Hinc facile conjectare est, quâ naturâ, quibus viribus polleat Obedientia.

§. VI.

EA vis est Obedientiæ, ut prunas manibus illæsis ferre, ut aquas veluti pavementum marmoreum calcare, ut immanissimas feras velut oviculas loro ducere, ut arbores exsuccas mortuâsq; fronde & flore vestire potuerit. Affirmat Severus Sulpitius, ex aridissimo illo storacino virgulto, quod obedienter triennio rigatum aquis in novos se flores induit, enatam arbusculam à se visam esse. Ad hanc irrigandam obedientissimus juvenis aquam è Nilo petiit, eamque per duo millia passuum suis humeris deportavit.

Sulpit. lib. 1. dial. cap. 13. Felg. li. bell. 14. m. 3. Obedientiæ paradigmati:
1. In Beato Adelhardo.

2. In Beato Thomâ Aquinate.

3. In Beato Lamberto.

4. In Beato Mauro. Greg. lib. 2. dial. c. 7.

5. In Beato Murio.

6. In Beato Dositheo.

Climacus gradus 4. de Obedientiâ propriis suis mibi p. 80.

7. In Achatio.

Alii vocant Innocentium.

Beatus Adelhardus Caroli Magni consobrini, ubi monachum induisset, jussus hortulanum agere, non promptè tantùm, sed & hilariter paruit, tamcti & artis illius penitus ignarus, & laboris infuctus esset.

Beatus Thomas Aquinas, ille sol Theologorum, jam grandævus & doctor, velut ex Obedientiâ se socium præbet fraterculo ignoro foras prodeunt. Cùmque ductorem suum nonnihil properantem ægrius allequeretur, aliquoties objectâ tarditate reprehensus patientissimè id tulit, itaque Obedientiæ junxit patientiam.

Beatus Lambertus adolescens nobilissimus, non profapia solum, sed & Obedientiâ, quia Landoaldo promptissimè parere didicit, prunas, quò jussus erat, illasâ veste derulit.

Beatus Maurus S. Benedicti discipulus, ad imperantis vocem per aquas tutis vestigiis currit, & Placidum à morte servavit.

Beatus Mutius filiolium suum manibus comprehensum, jamjam in aquas projecturus properabat, nisi eum eadem vox, quæ id mandarât, à rigidissimâ hac Obedientiâ revocasset.

Beatus Dositheus sancti Dorothei discipulus, juvenis olim delicatus & vanitatum plenus, omnique sanctioris disciplinæ ignarus, ad perfectionis apicem per unam atque unicam obedientiam tam constanter quàm feliciter enisus, post mortem inter beatos cælestes visus est.

Minissimum quid narrat Climacus, & ne quisquam historiæ fidem desideret: Non ero, inquit, oculator iniquus, nec fraudator inhumanus, ut ea apud vos sic leam, quæ silere omnino nefas est.

Joannes Opanii Sabbaites, vir ab affectibus liber, à mendacio alienissimus, ista mihi memoratu dignissima narravit. Erat in monasterio meo, ajebat, morosus plane ac terribis senex, & quod pejus, rerum suarum negligentiissimus, quod in gratiam veritatis dixerim. Huic commissus est discipulus (Achatius audiebat) juvenis prudens & mirè obtemperans. Hic indigna quæque & protus incredibilia passus est ab illo senex, qui eum non probris tantùm, aut conviciis aut contumeliis, sed & verberibus quotidie afflictebat. Ego frequenter illi obvius quarebam: Ut vales Achatii, quo statu res tuæ sunt? Bono, ajebat ille. Aliud tamen loquebatur vultus.

Nam modò viventem tumidumque oculum, modò faciem sædè laceratam, modò caput tuber aut cruentum exhibebat. Ego patientissimæ obedientiæ non ignarus: Mi optime frater, ajebam, pugna viriliter, & sustine non duratura æternùm. Novennium totum sub sene tam immitti ac sævo exegit, & obiit, Patrum cæmeterio inhumatus. Quinto ab obitu die acerbus ille senex, aliò profectus discipulum suum esse mortuum nuntiavit.

Fuit hic è senioribus, qui valentem illum juvenem jam obuisse persuaderi non potuit. Cui Achatii magister: Veni ergo, ajebat, illius tumulum monstrabo. Cùmque jam ambo in cæmeterio starent ad illius juvenis sepulchrum, tunc alter: Ergone, ait, mi Achatii, ergone mortuus es? Mox defunctus è tumulo respondit: Obediens

non potest mori. Hic Achatii rigidissimus magister territus, procurrentibus lacrimis in terram se abjecit, petiitque supplex à cænobii antistite, liceret sibi ad tumulum sui discipuli cellulam construere. Quod & impetravit. Jamque aliis moribus vixit, illud sæpius ingeminans: Homicida sum, eheu homicida sum. Hac optimâ fide Climacus. Et verè mori non potest Obediens. Hoc sanctissimis quibusque hominibus probè cogitatum fuit. Hinc illi tam obedientes.

Beatus Joannes Damascenus vir olim clarissimus, dein Monachus, corbes venales per multa milliaria ex Obedientiâ Damascum tulit, & pretium, prout jubebatur, duplo grandius indicavit: & quamvis ab omnibus largiter irideretur, ab Obedientiæ tamen præscripto nec latum unguem abiit.

Beatus Franciscus Assisias tam uberem asserbat Obedientiæ fructum, ut iis qui collum huic jugo submitterent, nihil temporis sine lucro abiret. Hinc seipsum in ordinem redigens supremum officium alteri cessit, eique se gubernandum commisit. Duorum porro Tironum Obedientiam sic exploravit. Plantulas in horro feri voluit radice sublimes, capite in terram defixo. Eum qui obedenter noluit desipere, repudiavit, altero retento.

Beatus Guilielmus olim Aquitanie Dux, dein monachus, jussus pistorem agere, & panes coquere, cùm cenæ tempus urgeret, ne muneri, quod illi mandarum erat, defuisse videretur, ingenti animo furnum influit, & prunas convertit veste. Ab aliis sæpius hoc factum memoratur. Nimirum Obedientia in periculis tuta, in infimis excelsa, invicta in adversis.

Antonii Magni discipulus Paulus Simplex, jussus est haurire aquam, eamque mox iterum effundere; & con-

textas sportulas dissolvere, ac denuò contexere; vestem dissuere, eandemque iterum consuere: nunquam non paratissimus obedivit. Quâ quidem ratione Antonium magistrum suum parandis miraculis superavit.

Beatus Lambertus Strabulensis monachus, dein Trecentensis Episcopus, & martyr, cùm in cænobio noctu clam ad preces è lecto surgens calceorum altero è manibus elapsò alios è somno excitasset, Abbas illi taliquicunque esset, imperavit ad crucem ex more se converteret, & expectaret dum revocaretur. Fecit id promptissimè, & solo cilicio tectus per totum nocturnum officium summo frigore pane obrigit, dum omnibus finitis, & ad calorem properantibus Abbas monitus, flens illum & culpam deprecatus revocavit.

Beatus Genebaldus Laudunensis Episcopus in cænobii cellulam à S. Remigio conclusus, ut septennio toto expiabilem susciperet vitam, cùm Angeli voce ante septennium nondum penitus expletum moneretur egredi, in formam crucis prostratus respondit: Etiam si ipse Dominus Jesus ad me indignissimum venire dignaretur, pedem tamen prius hinc foras non efferrem, dum ille, qui me illius nomine hoc ergastulo conclusit, advenerit.

Elstanus in Wintoniensi cænobio coquam agebat, miræ simplicitatis & Obedientiæ. Ad hujus obedientiam cùm exercendam, tum penitus explorandam præcipiens Abbas: Mi frater, ajebat, hanc mihi operam gratificare, & carni partem ex lebe imo extrahe. Ille has voces non aliter ac divinas adorans, manum

12. In Paulo Simplicio.

13. In Beato Lamberto Strabulensi monacho. Lippeloo 17. Septemb.

14. In Beato Genebaldus. Lippeloo 1. Octob.

15. In Elstano.

16. In Beato Joanne Damasceno.

17. In Beato Francisco Assisiate.

18. In Beato Joanne Damasceno.

19. In Beato Joanne Damasceno.

20. In Beato Joanne Damasceno.

21. In Beato Joanne Damasceno.

22. In Beato Joanne Damasceno.

23. In Beato Joanne Damasceno.

24. In Beato Joanne Damasceno.

25. In Beato Joanne Damasceno.

26. In Beato Joanne Damasceno.

impigram in ahenum bulliens immisit eduxitque illas, quod fuerat imperatum.

16. In B. Rogerio monacho.

Beatus Rogerius monachus, jam animam acturus Arsenium Abbatem sic fertur allocutus: Quæso te Pater (vides enim quid patiar) ex Obedientiâ me mori jubere, ut etiam moriendo merear; siquidem jam annis sexaginta hoc unice Deum rogavi, ne mei præssidis injussu morerer. Ergo, ait Arsenius, mi frater, nunc moreret Mors Domini Jasv te vivis & beatis conjungat. Dicitum factum. Desiit Abbas loqui, & Rogerius vivere; imò cæpit: nam eadem nocte Rogerius se spectandum Arsenio præbuit, dixitque mortem sic õbitam pluris à Christo estimatam, quam ullam totius vitæ actionem. Nescio quid sacrificis omnibus majus est obedire. In illis de alienâ pelle agitur, hæc de propriâ.

§. VIII.

17. In Elisabethâ Regis filiâ.

Elisabetha Regis filia ita excelluit obedientiâ, ut in conjugis sui palatio ad arbitrium religiosi senis Conradi viveret. Jussa quodam die in templo interesse concioni, at illa ob improvisam Principis femine adventum, id omittere pæne necessarium judicabat. Non admisit excusationem Conradus, sed inobedienciæ culpam flagellis aboleret, præcepit. Promptè obediit Regina; illustrissimo tam obedientiæ quam patientiæ documento.

18. In Euphrosinâ.

Euphrosina virgo Alexandrina, quæ virili habitu Smaragdî nomine in cœnobium admissa, quoniam illi multus in ore decor inerat, ne cujusquam è viris religiosi animum labefactaret, in cellulâ inclusâ, humanis pariter diviniisque officiis defungi jussa est. Paruit non minus libenter quam constanter, annos triginta octo carcerem passâ perpetuum. Tamdiu veste sexum, cellulâ seipsam rexit obedientissimè; ita Christo servivit, cœnobiarchæ obtemperavit. Paruit tandem obtuspendenda virtus Virginis. Cùm enim monoculus cadaveri daret osculum, recepit visum. Sic ea quæ obediendo omnium sese oculis subtraxerat viva, amissos oculos reparavit jam mortua.

19. In Euphrosinâ.

Euphrasia virgo Constantinopolitana, Theodosii junioris cognata, religiosam pauperatam amplexa, jussu antistitæ ad furnum saxa derulit, reulitque in locum pristinum sine cunctatione, ipsos triginta dies labori sterili, imò tam fructuoso insudans. Nullus enim obedienti labor infecundus. Eadem in culinâ eluendis scutellis, abstergendis ollis, sordibus exportandis occupata, se filiam Senatoris esse inter obediendum felicissimè oblitâ est.

Hæc specimina sunt Obedientiæ non servilis, non mercenariæ, quarum alteram timor elicit, alteram cupiditas; neutra laudatur. Nos obedientiam commendamus filiorum, qui non tam metuunt patris severitatem, quam voluntatem amant.

Rom. cap. 13. v. 1. & 2.

Hortatur Paulus, & ad Obedientiam instigans: Omnis anima, inquit, potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas, nisi à Deo. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem accurrunt. Igitur obedite prepositis vestris, & subjacete eis.

Hebr. c. ult. vers. 17. Ratione carentia exercent obedientiam.

Obedientiam porrò veletiam ratione carentia, imò etiam sensû destituta exercent. Sol & luna obedierunt Josue; cælum, terra, & mare Mofi, cùm illud tenebras offunderet, hæc Dathan & Abiron, istud Pharaonem hauriret. Aër & grando Samuclî paruerunt, pluvia & ignis Eliæ, venti & procellæ, diaboli, & morbi, ac ipsa mors Christo, serpentes & colubri Apostolis, beato Antonio & aliis plurimis feræ, beato Francisco Assitiati aves, beato Josepho Anchiætæ pisces & aliæ animantes; beatus Sergius Abbas leone, beatus Gallus urso, beatus Norbertus lupoad obsequium est usus; beata Theodora crocodilo velut nauigio vecta est. Scilicet cùm homines nolunt, bestię fiunt obsequiosæ.

Omnia creata obediunt. Conditori, solus homo reluctatur. O miser quid resistis? aut obediendum, aut moriendum est. Ubi nihil obedientiæ, nihil divini gratiæ.

Memorantur duo Turcarum principes, Mustapha, qui Cyprum expugnavit, & Mahometes, in colloquio cum oratoribus Christianis dixisse: Mirari se in Europâ non se verius in rebelles ac seditiosos cives animadverti. Suum quidem Dominum uti pro simbolo his verbis: Aut obediendum, aut moriendum. Et hanc legem ab omni principe inviolatam esse servandam.

Reverâ Deus in servandis legibus suis hoc ipsum exigit, Aut obedi, aut morere. Ita Deus cum Adamo & ejus posteris est pactus: Aut obediendum, aut moriendum; aut hujus arboris fructus non gusta, aut mortem tolera. Quod Augustinus insignissimè oculis subjiciens: Homo, inquit, postus sub præcepto, audit à Domino Deo: Noli tangere. Quid? hanc arborem. Quid est enim illa arbor? Si bona est, quare non tango? si mala est, quid facit in paradiso? Prorsus ideo est in paradiso, quia bona est: sed nolo, tangas. Quare non tango? Quia obedientem te volo, non contradicentem seruum. Serve, audi prius Domini jussum, & tunc jubentis disce consilium. Bona est arbor: sed nolo tangas. Quare? Quia ego Dominus sum, & tu servus es. Hæc tota causa est. Quid autem tibi expedit, nisi esse sub Domino? Quomodo eris sub Domino, nisi fueris sub præcepto? Sola Obedientia tenet palmam, sola inobedientia invenit penam.

Ita sæpissime non aded malum est quod prohibetur, sed melius est quod præcipitur. Obedientia, ut Climacus loquitur, est tuta navigatio, tutum periculum, iter dormiendo confectum. At videamus articulatim & distinctè, sed breviter, quibus notis Obedientia vera dignoscatur.

§. IX.

Notæ obedientiæ: vera: Si

Primo omnium Obedientia, si vera est, Cæca est, seu simplex: non enim imperantis vitia considerat, sed præcepta. Sanctam cæcitatem istam Servator injungens: Super cathedram Mofi, ait, sederunt Scriba & Pharisei: omnia ergo, quæcunque dixerint vobis, servate & facite; secundum opera verò illorum nolite facere. Obedientia icidem cum laude cæca est, quæ præcepti causas non scrutatur. Non est Obedientis quætere, Cur hoc? quamobrem illud? quare istud imperatum est? cur mihi, non alteri? quare isto, non alio tempore? Apage sis colubrinum Cyr istud. Non sic Abraham, qui exiit nesciens quò iter. Ad rem dixit Gregorius: Nescit judicare, quisquis perfectè didicit obedire. Pessimè oculatus est, qui rationes exigit, quare hoc, quare illud faciendum sit. O bone, quam multò cernereres acutiùs, si minùs esses oculatus! Tui oculi te talpam faciunt. Cùm præcepti rationem exigis, non subditum sed parem te geris, aut superiorem eo qui præcipit. Optimè hæc Bernardus: Quidquid vice Dei præcipit homo, ait, quod non sit certum displicere Deo, haud secus accipiendum est, quam si præcipiat Deus. Divi Benedicti dictum est, & verissimum: Obedientia, quæ majoribus præbetur, Deo exhibetur. Ita Christus aperitissimè: Qui vos audit, me audit.

Matth. c. 23. v. 2. & 3.

Luc. cap. 10. vers. 16.

Bernard. l. 1. de præcept. & dispensat. cap. 6.

Luc. cap. 10. vers. 16.

Secundò, Obedientia vera est Prompta & Velox. Hic illud est instillandum: Quod facis, fac citò. Obsequia morosa veltarda, tam ingrata sunt, ut sæpe nulla sint. Tardè velle, nolentis est. De voluntate promptâ Bernardus differens: Sola, inquit, voluntas est, quæ totius operis ornat effectum, sine quâ etiam nec bene aliquid agitur, etiam si bonum esse videatur. Audi quid Dominus de simplici promptaque populo protestetur: In auditu, inquit, auris obedivit mihi: Vt videlicet ostenderet, uno eodèque momento processisse & imperantis imperium, & obsequium obedientis. Citò voluisse, est bis obedivisse. Obedientia verò non expectat strictum præceptum, non differit, non tergiversatur, non excusat, non segniter nec cùm torpore opus suscipit.

1. Prompta & Velox.

1. Reg. c. 22. vers. 45.

Silvanus

De p[ro]p[ri]a obedientia paradi- gma.

Silvanus Abbas discipulum habuit Marcum, com- mendatiorem ceteris & chariorem, ob insignem Obedientiam. Hoc ceteri, ut solet, livore uisti aegrius tulerunt. Ideo etiam vicini senes ad Silvanum venerunt, amicitiae gratia, reipsa singularis illius in Marcum amoris causam exploraturi. Hos Silvanus assumens & circumducens singulorum cellas obiit, atque ad cuiusque januam, pulsans ad laborem singulos evocavit. Plerique omnes nonnihil cunctati morosius demum egrediebantur. Ubi ad Marci cellulam pervenit, illud unicum pronuntiavit, *Marce*. Vix vocem Marcus audiit, & mox provocans: Adsum, aiebat, quid imperas Pater? ubi quid fieri veller mandavit, versus ad hospites: Videtis, inquit, mei Patres, diversitatem Obedientiae. Ceteri quam leni, & cunctabundi, ubi haerent? Etiamnum, puto, delibent. Quo dicto Marci jam absentes cellam ingressus, reperit in charta litteram P. incaptam quidem, sed non finitam. Et en, inquit, promptissimae Obedientiae testimonium, characterem ceptum, nondum absolurum; vox mea interrupit. Mirati hospites. Dignissima est, ajunt, tam prompta Obedientia, quae singulariter ametur. O filium perfectae Obedientiae, exclamat Trithemius, qui maluit scriptiorem illico interrumpere, quam Obedientiam vel momento differre.

Trithemius in c. Regul. S. Benedicti. §. Hi tales.

3. Fortis est & robusta. Philip. c. 2. vers. 8. Franc. Suarez tom. 2. in 3. p. D. Tho. q. 28. sect. 8. Est ergo, inquit, probabile, Christiana in primo instanti Conceptionis sua se voto consecrasset Deo ad redimendos homines, & in hunc finem omnes actiones ac passiones vitae suae voto obligasset. † Psal. 30. vers. 25. * Bernar. de Obed. som. 2. p. 435.

Terriò, Obedientia vera, Fortis est & Robusta, difficulta non detrectat, aggreditur ardua. Videte Abraham, naturam vici. Videte Dominum JESUM, nec crucem reculavit, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Imò quod amplius & notat dignissimum, Christus in utero Virginis Matris, ut optimi Theologi sentiunt, voto se Patri obstrinxit moriendi in cruce. Ergo † viriliter agite, & confortatur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino. * Bernardus hortatur: Si tribulatio innotat, si persecutio resultat, si peccatores tibi laqueum ponunt, si maligni tuum iter impediunt, tu obedientia viam non deseras, sed Paratus sum, & non sum turbatus, ut custodiam mandata tua. Missi manum tuam ad fortia? agendum est instanter, obediendum est fortiter. Aegyptii ut fortiter obedientem sub oculos constituerent, canem Gallicum venaticum Laelapem pingebant, qui velocissimo impetu sequeretur leporem, voce tamen domini unicòque audito sibilo naturae suae velur oblitus, subito cursum siteret, atque ab inquirendo lepore abstineret. Haud aliter homo obediens, etiamsi jubeantur inclinationi suae adversantia, etiamsi voluntas reclamet, appetitus recalcitret, caro acriter repugnet, ille tamen vim sibi faciens, nihilo se- cius mandata exequitur.

§. X.

Qvartò, Obedientia nulla est, si Humilis, non est. Dicat obsequendi studiosus: Nōne Deo subiecta erit anima mea? Vi jumentum factus sum apud te. Isidorum Alexandrinum civem primarium, non prius cœnobio receptum affirmat Climacus, quam submississimam sponderet Obedientiam. At ille: Sicut ferrum, inquit, subiectum est fabro, ita & ego meipsum Obedientiae expono. Jussus est igitur ad monasterii fores habitare, & ad omnium tam ingredientium, quam egredientium genua sese proolvere, diceretque: Ora pro me, quoniam peccator sum. Fecit hoc septennio toto submissione incredibili. Janique post tanta tamque diuturna Obedientiae & Tolerantiae experimenta ceteris annuerandus, & ad sacros ordines admittendus erat. At ille maximis precibus cum ipse, tum per alios hoc unum petiit, permitteretur eo loco, quo dignus esset, permanere. Permissum. Nec Deus praeium distulit, post diem decimum vocatus est à portâ Cœnobii in aulam caeli. Septimo post die mortuus est & ipse janitor. Nam obedientissimus hic Isidorus promiserat janitori, si ad divinum conspectum admitteretur, illum brevi Beatitudinis socium vocandum. Vocavit, ut constaret omnibus, perfectae Obedientiae, & divinæ Humilitatis, præ-

mium (ita Climacus loquitur) non fuisse dilatum. Et addit scriptor: Interrogavi ego ipse virum hunc, dum in vivis esset, quo tandem animo ferret tam acerbum vivendi genus? Ad quae ille: Principiò quidem, inquit, putabam ob peccata mea me venditum. Quà unâ re nihil acerbius mihi contingere potuisset, & nisi me summâ vi adegissem, nunquam ad aliorum pedes accidissem. Sed evolutò anno id mihi non amplius fuit difficile, quod prius censebam fieri non posse. Exacto anno altero, cum assidue praeium & Obedientiae & Patientiae cogitarem, suave mihi fuit sic abjici, & ego me ipsum aliorum affectu & contubernio indignum judicabam. Nimirum Obedientia cum vera est, seridò submissa est.

Quintò, Obedientia non minus Hilaris est quam Humilis. Divini Pauli monitum est: Non ex tristitia aut ex necessitate, Hilarem enim datorem diligit Deus. Bernardo teste, serenitas in vultu, dulcedo in sermonibus multum colorant Obedientiam obsequentis. Quis enim locus Obedientiae, ubi tristitiae cernitur agritudo? Si Obedientiam tuam cupis esse commendatam, super omnia vultus accedat bonus. Acerba & austera facies insuave facit omne obsequium. Obedientia vera non tantum manus & pedes, sed & alas subinde habet, quas ei hilaritas aprat. Obedientia it, currit, volat ad exequendum quod iustum est. Enimverò non iret non curreret, non volaret, si dolenter & maeste obtemperaret. Mærot plumbeum caput, manus pedesque facit plumbeos. Quod Augustinus de Eleemosynâ, idem de Obedientia dici poterit: Si panem dederis tristis, & panem & meritum perdidisti. Si bona semina sunt bona opera, quare seminantur cum lacrymâ? Pari modo dixerim, Si Obedientiam praestes in vitis & tristis, laudem Obedientiae perdidisti & praeium.

5. Hilaris est. 2. Cor. c. 9. vers. 7.

August. in Psal. 42. & in Psal. 45.

Sextò, Obedientia vera Perseverans est. Non qui coepit, sed qui perseveravit, salvus erit. Multorum est incipere, perseverare paucorum. Perseverantia, inquit Bernardus, singularis est filia summi regis, virtutum fructus, earumque consummatio. Quid enim currere prodest, & ante metam cultus deficere? Dominus Prophetarum dicit: Si conversus fuerit iustus à justitia sua, & fecerit iniquitatem, omnium justitiarum ejus non recordabor. Vides ergo quam profunda oblivione virtutes illae sepeliantur, quas Perseverantia non insigniverit. Hæc sola Obedientiae amatorem ad regis cubiculum introducit, ut eum videat in decore suo. Sed de Perseverantia egimus Parte primâ, capite ultimo. Obedientiae Actiones nunc consideranda.

6. Perseverans est.

Exech. cap. 3. vers. 20.

ACTIONES OBEDIENTIAE.

- 1. Obedientia non expectat, dum iterum accertitum aut severe aliquid imperetur, satis est illi scire, quid is velit fieri cui parendum est: Christo Domino Patris Voluntas summum fuit præceptum.
2. Obedientia non dicitur quid sibi præcipiendum sit, neque præcepta ad suum sensum detorquet. Augustinus id exprimens: Optimus, inquit, minister tuus est, qui non magis nititur hoc à te audire quod ipse voluerit, sed potius hoc velle quod à te audierit.
3. Obedientia parentum, præceptorum, majorum iusti studiosè in minimis etiam exequitur. Atque in eo maximè laborat, ut, quod imperatum est, perfectè ac integrè fiat, nec tantum id quod præcipitur, sed eo etiam modo quo præcipitur, perficit. Prout Christi nutritius, Joseph obedivit, fecit, sicut præcepit ei Angelus Domini. Prout beatus Paulus docuit: Filii obedite parentibus per omnia.
4. Obedientia unicam habet exceptiunculam. Si quidem tunc solum tergiversatur, cum id quod manifestè malum est, imperatur. In aliis omnibus sine excusatione Simpliciter, Promptè, Fortiter, Hilariter, Submissè, Perseveranter, ut diximus, obsecundat.

Secunda.

Aug. lib. 10. Confess. cap. 26.

Tertia.

Matth. c. 1. vers. 24. Coloss. c. 3. vers. 20.

Quarta.

Quinta.

5. Obedientia vera non tetretur, nec retrocedit, etiam si duriter, etiam si stultè, verbisque contumeliosis, & sine spe probandi obsequii difficilia & ardua imperentur. Beata Catharina Bononiensis Obedientiam illam, ut præcipuam & saluberrimam æstimabat, cum arduum quid moroso vultu præcipitur.

Sexta.

6. Obedientia non tantum manum operi admovet, sed intellectum quoque ac voluntatem subjicit, ut etiam velit quod vult ille qui præcipit, judicetque rectè imperari, quod exequendum est. Sunt enim quatuor Obedientia gradus. Primus, exequi reipsà quod præcipitur.

Quatuor obedientia gradus.

Alter, voluntatem suam, imperantis voluntati subijcere, ita ut propter Deum, quod præceptum est, libenter faciat. Tertius, suum quoque judicium imperantis subijcere, idque melius factu censere quod imperatum est. Quartus denique, hæc non solum observare in iis quæ strictè præcipiuntur, sed in illis etiam quæ non significantur faciendi. Hos omnes gradus ascendit Obedientia.

C A P U T XIV.

Rosa Spineola, seu, Humilitas.

S. I.

SPINEOLAM ait Plinius utilissimam, foliis plurimis, sed minutissimis. Humilitas beatissimæ Virginis, ut verbo multa complectar, prodigiosa fuit Humilitas, quæ aliorum etiam sanctissimorum hominum Humilitatem plurimum excellit. Nec mirum: tot annis domi suæ excellentissimum Humilitatis magistrum audiit, & quæ docuit, facientem vidit. Ab hoc tam arcana Humilitatis mysteria didicit, ut jam magistra Humilitatis, mera in hoc genere artificia exhiberet: horum jam monstro septem.

Artificia humilitatis in B Maria exhibitæ:

1. Verbis & reipsâ sese ancillam professæ est. Luc. cap. 3. vers. 38.

Bernard. hom. 4. super Missus est, post med. mibi p. 44.

2. Numinis mater effecta velut famula minima in ædes Zachariæ ministratura properat.

Luc. cap. 1. vers. 48.

Ibid. v. 49. 3. Romani Cæsaris imperio se subdit.

Primum: Et verbis & reipsâ ancillam sese professæ est: quod accuratius ei Angelus Dei benevolentiam, futuræ matris conditionem, filii nascituri potentiam exposuit, tanto illa constantius respondit: *Ecce ancilla Domini*. Sententiam non mutò, tanti monarchæ esse ancillæ gestio: *Ecce ancilla*. Ad eò divinis oculis hæc Virgo sese commendaverat, ut ad eam nomine ac jussu sanctissimæ Triados, è cælo mitteretur Legatio. At illa tantæ cæli benevolentia indignam se rata, ad omne imperium promptissima, hoc unum responderet: *Ecce ancilla Domini*; quidquid Dominus ac Deus meus mandavit, exequatur ut ancillatam infima. Nobile Humilitatis & artificium & specimen. De quo Bernardus: *Quæ est hæc, ait, tam simplicis humilitas, quæ cedere non novit honoribus, insolescere gloriæ nescit? Mater Dei eligitur, & ancillam se nominat. Non mediocris reveræ humilitatis insigne, nec oblatâ tantâ gloriâ oblivisci humilitatem. Non magnum est esse humilem in abjectione: Magna prorsus & rara virtus humilitas honorat.*

Alterum: jam mater Numinis effecta, jam filio Dei gravida, nihilominus velut famularum minima in ædes Zachariæ properat, ministratura. Cui tandem? Reginae forsân, aut Principi, aut Imperatrici Augustæ? Anni unice. Et quamvis maximis hic laudibus excepta fuerit, illa tamen Humilitatis suæ minimè oblita, mox omnem laudem à se removens, in Deum derivavit. Nam cognatæ verbis provocata; Tu quidem Elisabeth Domini matrem, inquit, magnificas, at ego matris Dominum, quia respexit Humilitatem ancillæ suæ: optimus Deus oculos suos dignatus est in minimam ancillarum suarum flectere. Idcirco jure merito bonorum omnium fonti gratias ago, quia fecit mihi magna, qui potens est.

Tertium: Romani Cæsaris imperio, ut subditam se stitit Bethlehemi, censum pendit. Nemo dicentem audiit: Quid ad me Romanus Imperator? majorem gesto Dominum. Cùmque in oppido Bethlehem, omnibus undique angulis excunaretur, non offensâ, non

excandescens, nemini malè precata submissimè atrum subiiit, & inter pecudes habitavit Virgo illa, quæ quatuordecim reges itemmatis sui majores & avos numeravit.

Quartum: Post purissimum ac divinissimum puerperium, inter puerperas immundas & à Pontifice lustrandas se collocavit. In sacrificium tulit quod solebant ferre pauperes; non agnum, sed duos turtures, unâ & Humilitatem & Paupertatem professâ; tanquam si nec ditior esset ceteris feminis, nec purior, aut sanctior. In numerum & ordinem aliarum non tantum se redigi passa est, sed ipsa sese ceteris adjunxit, velut una ex illis.

Quintum: Non solum sustinuit se fabro nuptum collocari, sed ab eodem se gubernari permisit, vicium quotidianum manibus ac labore parare adjuvit. Hunc ipsum fabrum lignarium, velut familiæ caput omni reverentiâ profecta est, illi proinde in omnibus, quæ familiam spectant, obtemperavit.

Sextum: Pauperibus & vilibus cognatis submissivè mirâ sese atemperavit. Homines abjecti & increduli erant, qui fratres Domini dicebantur, illa nihilominus cum iis ad filii concionem venit. Sed nec Magdalene nondum emendatæ consortium averfata est. Et ne cognatos pauperes videretur spernere, nuptis etiam interesse & causam illorum agere non detrectavit.

Septimum: Post Domini in cælum abitum, in cenaculo ultima nominatur Mater Christi, ut quæ postremo loco confederit. Nam Lucas post Apostolorum expressa nomina; *Hi omnes*, inquit, *erant perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, & Mariâ Matre Jesu*. Quam illa Filii monitum servasse dicenda: *Vade & recumbe in novissimo loco? Quia igitur se submisit infra omnes homines, evecta est supra omnes Angelos*. Congruè hoc divinis oraculis: *Qui se humiliat, exaltabitur*.

En septemplex Humilitatis artificium. Sed præter dicta, quàm eadem hæc Virgo, tam loquendo, quàm silendo, tam gestu quàm veste aliisque rebus omnibus submissa? Vestis illi è lanâ aut lino nativi coloris.

Porro arcanissimum illud mysterium Dei hominis nemini detexisset, nisi Angelus id aliis patefecisset. Quantâ verò modestiâ Cæus in nuptiis vinum impetravit? Nec enim matris auctoritatem interposuit, sed ut famula preces allegavit. Christo Filio tot miracula patratante, nulli unquam in aurem dixit, se hujus hominis Matrem esse. Admirande in omnibus submissivis & modestiæ fuit. Idcirco respexit Deus humilitatem ancillæ suæ.

S. II.

QVANDO igitur Deus tantopere hanc unam virtutem amat, voluit in utroque sexu eos præficere, qui humanam gentem tam ignotâ Humilitatis disciplinâ imbuerent: imò ut Bernardus loquitur, voluit altissimam matris Humilitatem prædicari, ut omnes filium matri, matrè que filio simillimam dicerent. Porro ex hac Virginis humilitate nora est summa æqualitas animi tam in adversis, quàm prosperis. Viderat illa matris Evangelii successus, audiit filii miracula: populi ad concionem accursum lata spectavit, simul tamen etiam in oculis erat ingrattissimus Judæorum animus, & summa cæcitas, Pharisæorum invidia, magistratûs injustitia, discipulorum inconstantia, plebeculæ discordia, cùm alii bonum, malum alii dicerent Christum Filium. Hæc Virgo omnia, quia verè humilis fuit, æquanimitate summâ toleravit. Perinde illi erat accursus opinionum, & adventus regum; Simeonis fastissimam precationem & penetrantem gladium nullo discrimine accepit. In omnibus sanctissimam Dei voluntatem respiciebat, cui se submissimè inclinabat, quidquid deum offerretur perperendum.

4. Inter puerperas immundas à Pontifice lustrandas se collocat.

5. Fabro nubit & ab eodem se gubernari permittit.

6. Pauperibus & vilibus cognatis sese atemperat.

7. Post Domini in cælum abitum, in cenaculo ultima nominatur.

Luc. cap. 1. vers. 48.

Ex humilitate nora fuit æqualitas animi B. Mariæ tam in adversis, quàm prosperis.

Ambrosius Virginis discretissimus encomiastes: Cor-
de humilis, inquit, *et in prece pauperis spem reponens*. Ea ni-
mirum in egenorum turbâ spem suam collocat, quam
tota gens humana cupit sperareque sibi patrocinaturam.
Ludovicus Blossius de hac ipsâ Dominicâ Matris
humilitate differens: *Intemerata Dei genitrix, inquit, Virgo
Maria, cum ab omni peccato sit à Deo preservata, majorem
se humiliandi causam habet; quam beata Maria Magdalena,
que divina bonitate à peccatis liberata fuit à majus enim veni-
nescium est à vulneribus permanere illasum; quam ab insuetis
vulneribus sanari: itaque præclarior est, & majori dignum
gratiarum actione, servari à peccatis, quam de admissis con-
sequi veniam.*

Blossius in
vitiis Pa-
vrum, mibi
pag. 615.

Aristot. l. 4.
Physic. c. 6.
et seqq.

Aristotelis scitum est: *Locus proportionari debet locato*.
Atqui Philosophorum animo duplex est infinitum, Pri-
vativum, ut loquuntur, & Privativum. Pectus enim, Deus
Privativum, nihilum, seu non ens. Virgo beatissima, ut
infinitam Dei majestatem se totâ reciperet, seipsam
privativâ quodammodo infantitæ induit, suam agno-
scendo nihilum. Hinc Vatablus illud celeste carmen sic
interpretatur: *Respexit nihilitatem ancillæ suæ.*

Cælius l. 7.
Antiq. Lect.
cap. 31. mibi
pag. 274.

Affirmat Cælius Rhodiginus, sententiâ omnium fa-
pientum, inter omnia temporis mala; malum maxi-
mum numerari servitutem. Virgo divina, ut altissimum
humilitatis gradum conscenderet, ancillæ æservæ con-
ditionem sibi tribuit, teste omni cælo: perinde si dice-
ret, ut Theophylactus loquitur; *Eccæ tabula sum picto-
ria, pingat in me pictor quod voluerit.*

En arborem pomis aureis plenissimam; quæ quo fru-
ctuum est ditior, hoc terræ vicinior: quare enim ma-
gis abundat, tantò te magis inclinat. Hæc sui despicientia
& Humilitas cælo Deum detraxit; imò & vulnera-
vit. Nec verò vulneratum se dissimulat celestis sponsus:
*Tota pulchra es, inquit, amica mea; & anacula non est in te.
Vulnerasti cor meum; soror mea, vulnerasti cor meum; in una
oculorum tuorum, & in uno crine colli tui.* Rupertus hoc
crine Humilitatem designari adstruens: *Quid gracilius,
inquit, quid flexibilis crine unico? Quid subtilius & contra-
ctius Humilitate? Capillum unicum vix oculi deprehendant.
Humilitas eò deprimit hominem, ut vix sese inter homines
numeret.*

Humilitas
B. Mariæ
cælo Deum
detraxit.
Cant. cap. 4.
v. 7. & 9.

Hier. c. 46.

Hebræus vates Hieremias: *Fortis, inquit, impogit in
fortem, & ambo pariter considerunt.* Justissimus Deus, &
Virgo humillima pugnârunt, sed pariter conciderunt:
Virgo ad terram; hæc enim caderentis verba sunt: *Eccæ an-
cilla Domini.* At verò Deus, Dominus fortis; Dominus
potens in prælio, sponte sua de lapsus cælo in uterum
Virginis, in uno colli crine, unicâ Humilitatis virtutis
victus est. Ancilla sum, ait divina mater, *fiat mibi secun-
dum verbum tuum.* Non ait: *Faciam* secundum verbum
tuum. Id enim de se judicavit, quidquid unquam fecisset
notæ melioris, aut factura esset, id rotum Deo adscri-
bendum; seipsam à se nullarum esse virium, præsertim
ad opus tam immensum. Fiat ergo, fiat, fiat mihi. Dei
est jubere & imperare, Dei est facere; mentem est exequi,
& Deo maxima patranti non resistere.

Bernard.
hom. 4. super
Missus est.

Hinc verissime Bernardus de divinâ Virgine: *Etiamsi
ait, ex Virginitate placuit, tamen ex Humilitate concepit.* Au-
gustinus perinde si cælestem Virginem coram alloque-
retur, affectu præcipuo: *Dic mihi, ait, è Mater Sancti
Sanctorum, quid, quæso, boni egisti, quid donorum ob-
tulisti, quos patronos adhibuisti, per quos reges am-
bituisti, quâ cogitatione, quo spiritu eò pervenisti, ut ve-
nerit in uterum tuum Filius Dei? Virginis responsum
additur. Quæris à me, quod obtulerim munus, & unde
sum effecta mater creatoris? Oblatio mea, humilitas
mea. Respexit Deus, non vestem, non gemmas, non
formam, non stirpem, sed humilitatem ancillæ suæ. *Dum
esset rex in accubitu suo, Nardus mea dedit odorem suum.* Ab
omni ævo Dei Filius in sinu Patris velut in accubitu fuit.
Hunc virginæ Humilitatis nardus velut depressa herba*

Cant. cap. 1.
vers. 12.

bula odore tam suavi demulit, ut eò tractus descende-
rit ad hortulanam hanc, in cuius horro nardus illa fue-
rat educata.

§. III.

Hic quaestio nobis nascitur, non facilis: *Quid est
Humilitas?* In re omnium notissimâ vix reperio
responsum, quod indequaque satisfaciat: Narrat Cli-
macus, religiosissimorum hominum, convenisse, sena-
tum, in quo hæc ipsa quaestio ponebatur discutenda:
Quid est Humilitas? Varii super eâ re varia. Primus sen-
tentiam rogatus dixit: *Humilitas est rectè factorum in-
sentissima oblivio.* Alter: *Humilitas est animi conju-
lensus.* Tertius dixit: *Humilitas magnum opus est, &
divinum via autem Humilitatis hæc est, ut seipsum quis
subiectum omnibus ponat. Hoc verò est subiectum esse
omnibus; ut non attendat aliena peccata, sed sua sem-
per aspiciat, & pro iis Deum sine intermissione depre-
cet. Alii, alii: Demum unus, aliquis: Humilitas, in-
quit, est gratia sine nomine, ubi nominis aliquid acqui-
rit, ubi noceatur. Præceptor, è cælo, Humilitatis, magi-
ster: *Discite, inquit, non ab homine, non ab Angelo, sed
à me, non aurum aut gemmas creare, non Mundum fa-
bricare, vel in Mundo mirabilia facere, non mortuos
suscitare, sed quia miris sum & humilis corde, & invenietis
requiem animabus vestris.* Bellorum ac litigiorum finis nul-
lus est, qui à solâ Humilitate petendus est.*

Climacus
grad. 25.

Definitio
humilita-
tis.

Matth. c. 11.
vers. 29.

Ænigma duplex Climacus, quem dixi, propõnens:
Unicus est, inquit, inter omnia creata locus, quem sol
tantummodo semel aspexit. Unicus est dies, quo torus
planè Orbis in tripudio fuit. Geminum, hoc mysterium
sic erudendum, Cùm mare rubrum Israël's populus sicco
vestigio vadisum haberet, fundus maris eo solùm die
solaribus radiis patuit. Dies ille unicus tripudii dies fuit,
quo Noëmus cum omni familiâ ex anno. Atcæ sepul-
chro proditit. Quo certè die affirmari potuit: *Torus ho-
die Orbis exultat.* Sicut ergo locus, & dies unus præ-
ceteris hæcenus eximii fuerunt, sic una atque unica Hu-
militatis virtus tam est eximia, ut eam solam diabolus
imitari non possit. Quò quis minus humilitatis habet,
tantò apostatæ angelo charior & conjunctior est.

Diabolus
non potest
esse humi-
lis.

Hinc ad illam quaestionem: *Quinam è numero hujus-
modi maximi censendi sint, responsum hoc videtur dan-
dum: Qui humillimi.* Homo humilis semper cautissimus
est, & nil æquè ac vanam gloriam, & suam voluntatem
timet. Voluntas propria velut astutissimus furum &
exercitatissimus incredibili fallaciâ zonam fecat. Hinc
Humilis: *Mihi ipsi, ait, & meæ voluntati nunquam satis-
facio: decies decipior, prorsusquam festel id oblerem.*
Pœnitentiâ magnarum virium est; luctus seu perse-
verans pœnitentiâ majorum est; utrumque superat Hu-
militas. Pœnitentiâ flagitiis indormientem suscitât, lu-
ctus cælum pulsât, Humilitas aperit & introducit. Hu-
militas ex hominibus, imò ex diabolis facit Angelos.
Priscis ad Dialecticæ leges rectè videbatur dici: *Super-
bia ex Angelis fecit diabolos, ergo Humilitas ex diabo-
lis poterit facere Angelos.*

Manasses Rex impiissimus, diabolum potius quam i. *Præ-
hominem dixisset, multa mala operatus est coram Do-
mino, juxta abominaciones gentium, seduxit Judam & ha-
bitatores Jerusalem, ut facerent malum super omnes
gentes.* Annis quinquaginta quinque regnavit. Tandem
Deus Humilitatem hujus diaboli, sic loquar, expectare
sustinuit. De eo Climacus: *Invenio, inquit, Manassen
ceteris amplius & perniciosius peccasse, pro quo si Mun-
dus totus jejunasset, nullam sceleribus ejus dignam pœ-
nitentiâ inferre potuisset: valuit tamen Humilitas in-
sanabilia ejus vulnera curare.* Per Humilitatem factus
Manasses è diabolo Angelus; ex abyssu flagitiorum per
Humilitatem attractus est in cælum.

cap. 15. v. 22.
et seqq.

Fabris lignariis machina tractoria est, succulam Ve-
getius

Philipp. c. 2. vers. 8.

Domino die Palmarum.

Deus. cap. 8. vers. 15.

Paschasius cap. 14. n. 1.

Ruffinus num. 12. 6. Paschasius cap. 13. n. 7. Pelagius libell. 15. n. 22. Et num. 63. Et num. 74. Et num. 86.

Ruffinus num. 29.

genus nominat; cuius maximus est usus in atollendis A
trabibus: Huic instrumento simillimam recte dixero
Humilitatem, quâ Christus molem pæne imensam,
Orbem flagitiis opertum caelo attraxit. *Humiliavit se-
metipsum.* Si unicum poplitem vel semel submisisset
Christus, Orbem è malis eructe potuisset: tanti est Hu-
militas.

Hinc illa Ecclesie præcatio inter omnes nobilissimas:
*Omnipotens sempiternè Deus, qui humano generi, ad imitan-
dam Humilitatè exemplum. Salvatorem nostrum carnem sum-
mere & crucem subire fecisti; concede propitius, ut & patienti-
æ ipsius habere documenta; & Resurrectionis consortia me-
reamur: Non horruit Servator Orbis in crucem suffigi,
modo vel sic disceremus Humilitatem.*

Quid ergo demùm est Humilitas? Gratia Dei, sine
homine: Si venum mihi liceat aperire sensum, Humili-
tatem ego esse dixero; aurum malleatum quod pagellis
interitur. Unicus autem hac arte in-subletem adeoque
tenuem lamellam diducitur, ut pæne mensam obtegat.
Humilitas summe ductilis omnes malleorum ictus to-
lerat; & in lamellas deducitur tam amplas, ut totum Or-
bem integant. Nihil in Orbe est, quod homini verè de-
missio nimis vile sit: In omnibus & erga omnes se sub-
mittere, aut omnium pedes se abjecturus, si Deus vel nutu
id postulet.

§. IV.

O Aurum omnino auro nobilius, & quod unum at-
que unicum in caelo summi est pretii. Sed illud
non habendum; tanta subtilitatis esse aurum, ut
ad hauritum robustiorem unicum è libello avolet. Vide-
re Pharisæum hominem totum aureum; tot jejuniis,
tot eleemosynis, tot aliis præclaris actionibus præstan-
tem; iterum aurum. Sed ubi hoc afflavit vana gloria,
mox aurum omne diffilatur evanuit. Minatur olim
Deus: *Erit serpens statim adurens.* Ubi vana gloria est, ibi
nidus est adurentium horum serpentium. Hinc maxime
est artificii, & plane rari, hoc malleatum subtilissimum
aurum inter tot inanès gloriosæ status illæsum, tueri.
Hinc Pimenius Abbas, aliquè viri sanctissimi miracu-
la, etsi reverà potuerint edere, noluerunt, eam solum
ob causam, ne subtilissimum Humilitatis aurum dif-
flaretur.

Vanissimus est sine Humilitate omnis labor. Humi-
litas præcursor Charitatis est, ajebant veteres, sicut
Joannes Domini Jesu. Et uti navigium sine clavo non
gubernari, ita nemo sine Humilitate potest beati. Pelagius
Græcus interpres in testimonium venit his oratio-
nis verbis: Dixit Abbas Joannes: *Quia janua Dei est
Humilitas; & patres nostri per multas contumelias acti,
gaudentes per hanc januam intraverunt in civitatem
Dei. Quia Humilitas & Timor Dei, superant universas
virtutes. Eodem teste cum quidam interrogaret senem:
Quid est Humilitas? Respondit ei senex: Ut beneficias
his qui tibi malefaciunt. Melius est vinci cum Humili-
tate, quam vincere cum Superbiâ.*

Hinc ille notissimus caelo Eulalius, quia vinci maluit
cum Humilitate, quam cum Superbiâ vincere, omnibus
superior evasit. Quidquid in cœnobio culpabile fuerat
admissum, Eulalius velut omnium negligentiarum reus
accusabatur. Ille verò non negabat, sed humi se proster-
nens deprecabatur negligentiam. Cùmque ei biduana
etiam ac triduaana jejunia ob culpas, quas non commu-
serat, indicerentur, ille patientissimè toleravit. Tanta
tamen Humilitas latebat ignota. Ita demum hoc age-
batur, ut cœnobio excluderetur velut inutilis fucus, ut
qui vix aliud sciret, quam fruges consumere, & vasa
frangere. At verò Cœnobiarcha rem pensulatus exa-
minandam arbitratus, divinos nutus super eâ impen-
sissimè expetiit. Arque ubi à Deo edocatus est, quid fa-
ctu foret optinum, suis omnibus convocatis: Credite

mihî, ajebat, ego hujus unius cum Humilitate mattu-
lam malo, quam vestras omnes cum superbiâ. Nullius
pretii est labor, quem murmur fœdar, aut jactantia. Ve-
rùm ut hæc oculis cernatis, vestras omnes mattas in
acervum congerite, ferat suam & Eulalius. Factum, ut
jusserrat. Tunc cœnobii pater ignem adinoveri jussit.
Mox labor omnium arsit, unius Eulalii mattula per-
mansit à flammis intacta. Hic demum in theatro spe-
ctabatur Humilitas Eulalii, ad cujus genâ omnes ad-
voluti veniam rogârunt, aliter in posterum de tanto
Dei amico locuturi. At Eulalius lugens cellulam ingres-
sus: *Væ mihi, ait, infelici, quia Humilitatem meam per-
didi, quam multo tempore conatus sum acquirere. Ex
eo igitur loco in vastam solitudinem secessit, cœlitibus
notior futurus quam hominibus; nec dubitavit verum
omnium jacturam facere, modò unam retineret Hu-
militatem.* Verissimè dixit Abbas Pastor. Tam necessa-
ria est homini Humilitas, quam halitus, quem assidue
recipit emitendo. Profectus hominis est Humilitas;
tantò plus addes profectui, tantò plus Humilitati.

Hæc illa sunt artificia, quæ nos ad immortale regnum
evehunt: hæc via est ad vitam: Humilitatè ac Patientiâ
caelum emeremur.

Priscorum certè Patrum sollemnissimum dictum fue-
rat: *Hominis perfectio Humilitas, quam diabolus nec
tolerare potest, nec imitari.*

Palmarum ramos tulerat Macarius ad domunculam
suam texendis corbibus. Huic dæmon messoris habitu
cum falce occurrit: jamque impetum facturus videba-
tur in Macarium, & graviter percussurus. Sed minæ fue-
runt irritæ. Mox cum indignatione vociferari cepit sty-
gius messor: *O Macari, non possum te ledere, quan-
tumvis te longè sim robustior, & in exercendis arduis
operibus multò exercitior. Tu crebrò jejunas, ego
nullo reficior cibo. Tu sæpe vigilas, ego semper. Tu
multis te laboribus fatigas, ego nunquam quiesco. Ve-
rùm re unâ, fateor, me vincis. Quidnam illud est? in-
quit Macarius. Mox cadodæmon: Humilitas, exclamat,
& cum voce oculis sese subducit.*

Narrationem sequentibus testimoniiis firmamus.

§. V.

In Thebaidem deportatus est homo à malo genio
infessus. Sed vix demum optimus senex Anachoreta
persuasus est facere quæ ad rem spectare videbantur.
Demum: *Desere, inquit, hoc hospitium, & exi. Exibo,
ait nequissimus hospes, sed tu prius ad unicum hanc in-
rotationem responde. Dic fodes: Hædi ad judicis
sinistram statuendi qui sunt, & quinam agni dextrâ col-
locandi? Cui senex promptè: Hædi quidem tales sunt
qualis ego: agni verò qui sunt Deus scit. Mox diabolus
horrendum exclamat: Exeo, exeo. Hostium maximus
me pellit, Humilitas. Sic purgatum est ab hoc inquilino
hospitium.*

Adde quod dicta firmat. Duo germani fratres incre-
dibili animorum concordia simul habitârunt. Egrè tu-
lit satanas unam in duobus corporibus animam, & con-
cordiam tam suavem; hanc igitur in illos tragulam strux-
it. Cùm minor natu sub crepusculum lumen infferret,
stygius insidiator candelabrum unâ cum lumine ever-
tit. Hoc alter incutiunt sui fratris interpretatus, subito
excandescens pugnis in fratrem ivit. Mox iste in genua
& in preces descendens: *Da veniam, inquit, ò mi opti-
me frater, lumen iterum accensum statim aderit. Hæc
tam prompta Humilitas cadodæmonem ditè cruciavit.
Eâdem nocte hoc ad diabolorum principem relatum
est, feminatis inter Monachos discordiis ob unius Hu-
militatens nihil effectum esse. Quod cum audisset ido-
lorum sacrificulus, qui illic locorum habitavit, ad mo-
nachos illos se contulit. Ab his facta Christiana edo-
ctus, & fonte lustrali tinctus, in eorundem numerum
coaptatus*

Matta, unde
textum à
junctis: olim
Monachorum
lectus.

Ruffinus
num. 12. 4.
Pelagius li-
bell. 15. n. 26.
Paschasius
cap. 13. n. 6.

Pelagius li-
bell. 15. n. 65.
Diabolum
vinci hu-
militate
probat
exemplis.

Pelagius li-
bell. 15. n. 89.
seu ult.
Ruffinus
num. 12.

adoptatus est, factus unus ex illis. Omnem verò indu-
striam in uno Humilitatis studio collocavit. Hinc &
dicere solebat: Humilitas solvit omnem virtutem ini-
micorum demonum. Nam ipse ego colloquentes illos
sepius audivi: Cùm turbamus Monachos, unius ple-
rumque Humilitate turbæ omnes componuntur.

Venerat Christus in Orbem, ut obiret mortem. Cur
ergo mortem sibi ab Herode mox oblatam fugere ma-
luit, quàm dicere: *Quod facis, fac citius?* Humilitas in caus-
sâ fuit: quàm ut nos verbis factisque amplissimè doce-
ret, in crucem attonsi, atque ex hoc suggestu Humilitatis
præcepta tradere voluit. Hoc igitur, inquit Hilarius, à se
disci voluit, quod virtutum omnium maximum est. Hinc jure
optimo Bernardus: *Erubescere, inquit, superbe cinis; Deus se
humiliat, & tu te exaltas? Deus se hominibus subdit, & tu do-
minari gestiis hominibus, tuo te præponis auctori? Quoties
hominibus præesse desidero, toties Deum meum præire contendo.*
O miseros nos & fatuè superbos! Theatrum in cælo ha-
bemus, & spectatores deligimus in terrâ? Deus in hu-
militem ubique benevolentissimos intendit oculos. Au-
gustinus præclarissimè: *Altus est Deus, inquit, erigis te & &
Pendamus illud: Quid miramini in hoc, aut nos quid intrueminis?*
Viri Israëlites, quid miramini in hoc, aut nos quid intrueminis?
Oculis à nobis amo-
vete, & in Deum potiùs convertite: nos gloriam aut fa-
vorem vestrum minime ambimus, qui Deum tantum-
modò spectatorem cupimus.

Hoc prorsus est non theatrum solùm, sed & specta-
tores in cælo sibi quærere, quod solertissimè semper
Humilitas facit. Jure de Homero questus est Tullius,
quod humana, nempe consuetudines, pompas & deli-
cias regum ad divina transferret, cùm potiùs fuisset, di-
vina nobis, virtutes videlicet, & cælitum mores ob ocu-
los ponere. *Humana, inquit, ad divina transferebat, divina
mallem ad nos. Quid enim opus hominum nævias & in-
sanias fallas inferre cælo? Quantè salubrius esset & op-
portunius, divina sensa, cælestesque consuetudines, ad
quas vitam fingeremus nostram, deferre ad nos?*

Videte Angelorum principem in altum ascenden-
tem: *Similis ero Altissimo.* Dixit, & cecidit. Videte primos
hominum non invitis auribus admittentes hunc sibi
lumen: *Eritis sicut dii.* Audierunt, & ceciderunt: *comparati
sunt jumentis insipientibus, & similes facti sunt illis. Quis ergo
cognovit sensum Domini? Sensum tuum, Domine, quis sciet?*
Hic Paulus opportunissimè respondens: *Hoc, inquit,
sentite in vobis quod & in Christo Jesus (sive quod sensit
Christus Jesus) qui cùm in formâ Dei esset, semetipsum
exinanivit.* Vultis fieri similes Deo? Ne quis ergo dixe-
rit: *Similis ero Altissimo;* sed: *Similis ero omnium mini-
mo, qui vermis & non homo, opprobrium hominum,
& abjectio plebis est habitus. En Dei sensum, en simili-
tudinem divinam. Dei filius inter homines agere vo-
luit, ut hominibus persuaderet, divinam ipsi imaginem,
quam superbâ perdiderat, non aliter quàm Humili-
tate restituendam. Præclarissimè dixit Basilii: Vir Hu-
militatis Deo est similis, & in templo pectoris sui gestat
eum; superbus autem, cùm sit Deo odibilis, diabolo
est similis.*

Verè simillimus est Deo submissi animi homo.

S. VI.

Athenienses adventanti Pompeio, divinosque ho-
nores recusanti, gratulabundi scripsere:

Quatenus te censes hominem, eatenus nobis es Deus.
Ita prorsus ad Christianum sensum, Deo est vicini-
mus, quisquis humillimus. Quo sensu imbutus Ambro-
sius: *Nihil, inquit, excelsius Humilitate. Humilitas nihil ha-
bet dispendii. Qui se exinanivit, plenus est.* Cui Chrysostomus
subscribens: *Quod si veram, inquit, elationem concupiscis,
hic ego te viam docebo; non enim nesci. Qui præsentibus rebus
tanquam magnis imbut, is vilis est, & abjecti animi: itaque
nunquam Humilitas est sine magnitudine animi, neque Su-
perbia sine Humilitate.*

Huc refero, quod Gregorius Magnus cuidam An-
tistiti nimis anxie pallium postulanti rescripsit: *Decora-
ti pallio volumus, forsitan moribus indecori, cùm nihil in epi-
scopalî cervicè splendidius fulgeat, quàm Humilitas. Humili-
tate sublimes, Humilitate reddimur Deo similes. Sauli
Regi dicitur: Nonne cùm parvulus esses in oculis tuis, caput
in tribubus Israël factus es?*

Ambrosius, quem paulò antè dixi: *Bona Humilitas
inquit, quæ nihil appetendo, totum quod continet, adipisci-
tur: Ipse enim Dominus Jesus se humiliavit, ut nos elevarit,
& humiliavit se usque ad crucem, propter quod exaltavit
illum Deus, ut in nomine ejus omne genua flectatur. Quanta fe-
cit Dominus, audeo dicere, & non flexi ei genua sed flexi ei,
postquam se humiliavit: sic enim per Humilitatem, per crucem
sibi Ecclesiam congregavit.*

Quod Ambrosius asserit, id nos quotidie in re divi-
nâ facimus. Hic etsi Filium Dei, Deum de Deo, lumen
de lumine, consubstantialem Patri, per quem omnia fa-
cta sunt, nominari audimus, non tamen genua flectimus.
At verò cùm *Hominem factum*, auribus insonat, & ca-
put & genua reverenti veneratione submittimus.

Idcirco Paulus in preces sese submitrens: *Obsecro vos, Ephes. c. 4.
inquit, ego vincetus in Domino, ut dignè ambuletis vocatione, quâ vocati estis. Quomodo tandem? Cùm omni Humili-
tate. Ille solus pro dignitate ambulat, qui ambulat cum
Humilitate: non in vanis ceremoniis, non in fatuis ma-
gnificentis, nec in profanis jactantiis, sed in sui con-
temptu, & jugi submissionis studio.*

S. VII.

Cum Christus pro concione de divite ac mendico
verba faceret, mendici nomen expressit, divitis
subtrahit, ne ulla hominis superbi memoria superesset:
quia *Deus, inquit Gregorius, humiles novit, atque approbat,
superbos ignorat.* Omnia Prophetarum & Apostolorum
oracula clamant: *Humiles spiritu suscipiet, Humiles
spiritu salvabit; qui Humiles consolatur, exaltabit Hu-
miles: Humilibus dat gratiam.*

De sene religiosissimo narrant, qui hebdomades se-
ptuaginta per rigidissimam inedia exegit, non enim
nisi uno solùm die quorū hebdomadibus cibum sumpsit,
idque eo fine, ut à Deo gratiam impetraret obscurius
facræ paginæ testimonium penetrandi. Non impetra-
vit quod petiit. Demum ipse secum. En, inquit, inediâ
me ipsum conficio, & frustra. Quin aliquem me peri-
torem accedo, cùmque super hac re interrogo? Sunt
complures in viciniâ, qui utique juvare poterunt. Ita
rugiolum suum superis commendatum jam clausurus
egrediebatur. Et en adest juvenis, non è Lyceo, sed è
cælo, qui senem affaus: Septuaginta hebdomades, in-
quit, quas severis jejuniis traduxisti, non te proximum
Deo fecerunt. Nunc verò quia jejuniis Humilitatem
addis, jamque in eo es, ut aliis te submittas, eoque in-
terrogas, ego ad te mittor interpret arcani, aperitque
facri ænigmatis sensum, & evanuit. Nimirum *Humili-
bus dat gratiam.* Quod carnis maceratio non potest, Hu-
militas potest. Nihil nimis difficile, nihil arduum nimis

Humi-

Hilarius in
Comment.
Psal. 118.
Bernard.
serm. 1. super
missus est.

Aug. ser. 2.
de Ascens.
Domini, qui
est 175. de
Tempore.

Agor. cap. 3.
vers. 12.

Cic. lib. 1.
Tusc. qua-
stionum.

Isaia c. 14.
vers. 14.

Gen. c. 3. v. 5.
Ps. 48. v. 21.
Rom. cap. 8.
vers. 34.
Sap. cap. 9.
vers. 17.
Philip. c. 2.
vers. 5.

Imago di-
vina non
aliter re-
stituitur
quàm hu-
militate.
Basil. in ex-
hortat. ad
solum spiri-
tualem.

Ambr. l. 8. in
c. 18. Lucæ.
Chrysof.
hom. 70. in
Joannem.

Greg. lib. 2.
epist. Indi-
cione 11.
epist. 54.

1. Reg. c. 17.
vers. 17.

Ambros. in
Psal. 118.
vers. 153.

Greg. in ca-
tenâ s. Tho-
ma.
De° humi-
les novit,
superbos
ignorat.
1. in c. 4. v. 6.

Pelagius li-
bell. 1. n. 72.
Humili-
tatem omnia
posse pro-
bante exem-
pla.

Humilitati, quæ diabolus vincit tam facili stratagemate.

Ruffinus
num. 125.
Pelagius li-
bell. 15. m. 53.

Ruffinus & Pelagius, testes mihi sæpius nominati, commemorant de homine solitudinis cultore optimo sene, qui Humilitatis luculentum testimonium præbuit hac ratione. Adductus fuerat ad illum malo genio infestus, ferox, & spumas ore agitans. Hic seni optimo colaphum incussit. Ad eum non aegrè tulit hoc senex, ut quamprimum alteram etiam genam obverterit percutienti. Dæmon hoc Humilitatis incendium non ferens, diversorium suum mox deseruit. Sic fugandæ sunt hæc muscæ ab orco. Ubi Humilitas domi suæ est, ibi caco-dæmon exulat.

Guaricus
serm. 1. de
Purificat.

Humilitas bonæ mentis proprium insignis, & evidentissima Sanctorum, quæ dignoscuntur, nota. *Atque utinam, inquit Guaricus, nos illam haberemus Humilitatem in peccatis nostris, quam verè sancti habuerunt in virtutibus suis.*

Pelagius li-
bell. 15. m. 29.

Cùm Abbas Moses factis esset initiandus, Præsul hominis experiendi gratiâ quosdam se instruxit è clericis: Ubi Moses, ait, ad aram accesserit, repellite illum, velut indignum qui ad mysteria hæc admittatur. Et audiamus; obsecro, quid dicturus sit vir iste multorum opinione sanctus. Cùm igitur adveniret Moses, mox subornati indignationem simulare ac dicere: Exi foras Athiopis. Moses nec verbulo quidem oblocutus, vel oblocutus, hæc sibi ipse occinebat: Bene tibi fecerunt cinerente & caccabate, qui cùm homo non sis, nihilominus te inferte in medium hominum es ausus.

Hæc Humilitatis phrasæ sunt, hi mores illius, non tantum seipsum contemnere & abjicere, sed & contemptu ab aliis illato gaudere. Superbus veluti bulla est, quæ per ætatem nitidâ globositate volans se monstrat, & jaçtat quasi ab omnibus suspiciendam. Ubi hanc vel culmo vel acis apice levissimè contigeris, mox concidit, abique in auras tam venusta jaçtantia. Tange superbum asperiore verbulo, vel oculo insuaviore, mox cerne vanissimum tumorem, inanissimam bullam, quæ omni vituperio aut contemptu concidit. At contra submissi animi homo perpetuâ sui despicientiâ in omnes adversos casus ad eum roboratur, ut omnem malorum impetum in lucto ponat, nec unquam magis creseat, quàm cùm maximè deprimitur.

S. Tho. 1. 2.
q. 161. art. 5.
concl.

Jure merito Theologorum caput Thomas Aquinas asserit: *Humilitas est virtutum excellentissima & potissima. In unâ atque unicâ Humilitate universa sapientiæ Christianæ disciplina consistit. Hebræi Sapientis dictum est: Vbi est Humilitas, ibi & Sapientia. Hoc sensu Leo Magnus aperitissimè pronuntians: Tota, inquit, dilectissimi, Christiane sapientiæ disciplina, non in abundantia verbi, non in astutiâ disputandi, neque in appetitu laudis, & gloriæ, sed in verâ & voluntariâ Humilitate consistit, quam Dominus IESVS ab utero matris usque ad supplicium crucis pro omni fortitudine & elegit, & docuit.*

Prov. c. 11.
vers. 2.

Leo serm. 7.
de Epiphania.

Humilitas
est Christi-
ane sa-
pientiæ di-
sciplina.

August. 10. 2.
ep. 56. mibi
rog. 101.

Viam ad caelum certissimam omnium & tutissimam indagamus? Ea est, inquit Augustinus, prima humilitas, ep. 56. mibi hoc dixerem, non quod alia non sint præcepta, quæ dicantur, sed nisi humilitas omnia, quæcumque bene facimus, & præcesserit, & coniterit, & consecuta fuerit, & proposita quam intuemur, & apposita cui adbareamus, & imposita quâ reprimamur, jam nobis de aliquo bono facto gaudentibus totum extorquet de manu superbia: vitia quippe cetera in peccatis, superbia vero etiam in rectè factis vitanda est, ne illa, quæ laudabiliter facta sunt, ipsius laudis cupiditate amittantur. Itaque sicut Rhetor ille nobilissimus, cùm interrogatus esset, quid ei primum videretur in eloquentie præceptis observari oportere, Pronuntiationem dicitur respondisse: cùm quaereretur, quid secundò, eandem pronuntiationem: quid tertio nil aliud, quàm pronuntiationem, dixisse: si interrogares, & quoties interrogares de præceptis Christianæ Religionis, nihil me aliud responderi, nisi

Demosothe-
nes.

A humilitatem liberet, etsi forte alia dicere necessitas cogeret.

Augustino sese Bernardus opportunissimè conjungens: *Obsecro proinde, inquit, & plurimum rogo, non patiamini sine causâ tam pretiosum exemplar vobis exhibitum esse, sed conformamini illi, & renovamini spiritu mentis vestrae. Studere Humilitati, quæ fundamentum est celsisque virtutum. Intolerabilis impudentiæ est, ut ubi sese exinamivit Majestas, vermiculus infletur & intumescat.*

ACTIONES HUMILITATIS.

1. Homo verè humilis nullo modo vult humilis, sed humilis videri. Bernardo teste, *Humilis non vult humilis prædicari, sed vult reputari. Gaudet contemptu sui, hoc solo sanè superbus quod laudes contemnit.* Non tantum excellentissima virtus est Humilitas, ut è sancto Thomâ demonstratum est supra, sed & subtilissima. Multi se humiles putant, sed hoc ipso quod de se talia credant, humiles non sunt. Vitutes suas scire & numerare, Humilitatem non sapit.

2. Humilitas non majori tantum, sed æquali, sed inferiori novit cedere; omnibus se subjicit: præferre se vel uni, piaculum grande credit. Nec enim ignorat, quod dixerit, *Non nocet, si omnibus te supponas: nocet autem plurimum, si vel uni te proponas.*

3. Humilitatis est, omnem ignominiam, contemptum, injuriam, suavi ac jucundâ perpessione posse digerere; imò verò hunc talem cibum etiam ultro appetere, tanquam sibi convenientissimum; tritum illud usurpando, Similis est lactuca labris. Nam, uti carduus asino, ita contemptus homini verè submissio sapit. Facile cuivis est dicere, Peccator sum, sed quàm id verè sentias, ignominia probabit.

4. Humilitatis est omnem impatientiam & iracundiam crebris victoriis expugnare. Quis unquam vidit hominem verè humilem, qui ignes & flammæ vomeret? Nemini talis nisi sibi ipsi irascitur, in neminem nisi in se fulmen vibrat. Indignari, furere, tonare, fulminare, superbiæ sunt argumenta; Humilitas sereno semper caelo, mente semper pacatâ gaudet.

5. Homo humilis discipulum se semper gerit, & jugiter cupit addiscere, etiam si Balaam asinam habeat magistratam. Superbus contra docere omnes, à nemine vult discere, tanquam ipse omnium Magister, omnibus sit sapientior. Chrysothomus oratorum facundissimus paratum se aiebat, etiam ab aniculâ moneri, & doceri de concionandi ratione. Humilitas docilis est, nulli monitori aspera, nec ullum spernit præceptorem, nisi eum qui docet vitia.

6. Humilitas illud Domini præceptum (vade & recumbe in novissimo loco) tenacissimè retinet, & fidelissimè observat. Ita quantum in se est, infimum quærit locum, infimos sodales, infimum officium, infimi pretii vestem & mensam. Humilis sibi sapius insufurrat: Nec sale quidem, quo tua tibi offa conditur, dignus es. Affectatam gravitatem, magnificos incessus, primos accubitus, salutationes honorificas, inanes pompas, ambitiosas ceremonias, ampullantia verba, laciniola splendidaque vestimenta & odit & ardet Humilitas.

7. Assiduum Humilitatis canticum est: *Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.* Vanum ac factuum est tribuere homini, quod proprium sit Numinis, ad quod bona omnia sunt referenda; omnes humanæ vitæ successus inde sunt: quidquid in Orbe nomen boni sortitur, inde velut è fonte uberrimo promanat. Nos quid sumus? pulvis, umbra, nihil.

8. Humilis laudes non tantum non ambit, sed ultro delatas fugit, velut Circes incantamenta, aut Sirenum insidiosissimam musicam. Humilis in feriâ sui ipsius despicientiâ quotidie proficit, & vix unquam se excusat. Neque tantum ex animo seipsum despicit, sed ab omnibus despici ferè appetit, gaudetque vehementer, cùm

1. Actio hu-
militatis.

Bernard.
serm. 16. in
Canticis non
procul à fine.

2. Imi. Chri.
serm. 1. c. 7.
fine.

3. Tertia.

4. Quarta.

5. Quinta.

6. Sexta.

7. Luc. cap. 14.
vers. 10.

8. Septima.

9. Ps. 113. v. 1.

10. Octava.

cum sui voti fit compos, humilis ad omnem Dei A
nutum, paratissimus, & ut loquuntur, resignatissi-
mus est.

Nona.

9. Humilitatis maximus hostis inanis astra, seu
vana gloria. Humilis gloriam contemnit exhibitam,
nec appetit exhibendam. Nullam contumeliam timet,
quia nullam gloriam amat. Vix utquam audies dicentem humilem: Ego hoc feci, ego istud elabo-
ravi; me auctore, me suatore hoc negotium con-
fectum est. Humilis, quidquid præclare ac laudabi-
liter facit, totum Deo adscribit. Ipse suas virtutes
nescit, illudque Apostoli assiduo versat ore: *Non ego
sed gratia Dei mecum.*

1. Cor. c. 15.
vers. 10.

Decima.

10. Humilis iudicat neminem, neminem spernit,
neminem condemnat, nisi seipsum, quem omnibus
inferiorem iudicat, & omni divinâ gratiâ indignum
reputat. Comis est in amicis, mitis in domesticos,
patiens in temerarios, humanus in universos.

Vndecima.

11. Vera humilitas eas actiones obviis ulnis am-
pletitur, quæ multum laboris, & minimum habent
honoris. Ad humilitatis virtutem nunquam perve-
nit, qui opera Humilitatis refugit. Humilitas hono-
ratiore cathedras non ambit, applausus non querit,
Deo se probare contendit, sine cuius singulari ope
nec minimam tentationem vincere, nec ullam cogi-
tationem bonam suscipere se posse novit.

Duodeci-
ma.

12. Humilis perpetuus suipsius accusator est, &
grandem semper catalogum imperfectionum suarum
in oculis habet. Quidquid demum enormiorum in
se congeratur, quidquid honoris deferatur, ille pau-
peratis suæ non ignarus, hæc identidem ipse sibi oc-
centat: Stulte, quid ab iis intumescis, quæ alii de te
foris prædicant; intus te apice: talis & talis es, vi-
tiis scates, nec id negare potes: corvus es, tamen
plumas cygni præ te feras. Ergo inspicere te ipsum sine
palpo, & nosce; causam non invenies, cur cristas
erigas. Nihilum es, imò quod pejus, vitiorum domi-
cilium es, & tamen à prudentiâ & à sanctimoniâ vis
censeri? Duplex nequitia; quòd virtute careas, &
tamen ob virtutem commendari appetas.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

Rosa Hierichuntina Palæstina,

seu,
Charitas Dei.

§. I.

Matth. c. 12
vers. 40.

PRINCIPIVM scriptionis duximus à Char-
tate proximi: jam finem addimus à Charitate Dei.
Quod & ipsa frons libri per geminæ Charitatis ima-
gines sub adspæctum ponit. Nimirum in his duobus
Mandatis universa lex pendet & Propheta. Majus horum
aliud mandatum non est. Atqui Charitatis altitudo sine
Humilitatis basi non consistit. Ad conficiendum spec-
ulum non satis est nitor vitri, si desit additamentum
plumbi.

B. Maria
fuit specu-
lum.

Mater Domini, Virgo beatissima, verè speculum
fuit, idque testissimum. Duo erant in hoc speculo,
vitrum & plumbum. Vitrum etsi politissimum, etsi
crystallinum, & summi pretii, si desit plumbum,
nullius rei formam reddit. Ita virtutes ceteræ, Obe-
dientia, Charitas, Patientia in Matre Domini mira-
biliter effullerunt: si tamen defuisset Humilitatis
plumbum, Deus in hoc speculo bonitatis suæ im-
mensitatem tam excellenter non vidisset. Addo:
speculum istud fuit concavum, quod oppositum so-
li concipit ignem, & inflammat sibi proxima. Ani-
mus submissus & humilis divinis amoribus facile ar-

Tom. I.

det. Pars Humilitatis est Charitas, quam hæc Hierichuntinâ rosâ foliorum centum & quinquaginta di-
vite designamus.

Petrus Damianus divinæ Matris athenam cum
aliorum amore conferens; *Quemadmodum, inquit,
stella sunt minores facule, & velut scintilla ad solem, imò
penitus sese abduunt cum sol adest: ita Virginis divina chari-
tas ad ceterorum omnium divorum charitatem collata, vel-
ut sol est inter minora sidera.* Quantum verò gratiæ est
in homine, tantum est & charitatis; eadem utriusque
mensura est. Virgo hæc, quia plena gratiâ, plena
fuit & charitate. Amor divinus singulis vitæ mo-
mentis, à primo quo vivere cepit momento, in eâ
crevit mirificis augmentis. Deus bone, quantus chari-
tatis thesaurus! Hinc non præcepta solum omnia,
sed & consilia Christi exactissimè servavit: hinc
adversa omnia, & quidquid obvenit luctus, patien-
tissimè tulit.

Ejus chari-
tas ad Sa-
ctorû chari-
tate col-
lata est vel-
ut sol inter
minora si-
dera.

Hoc habet rosâ Hierichuntina, etiam aridissima,
etiam centum annorum, cum aquæ vel leviter im-
ponitur (quod ipse meis oculis spectavi sæpius)
tunc illa sese explicat, & diffundit ramulos, perinde
ac si suæ stirpi hæeret recentissima, cum totis an-
nis arcâ claudi soleat. Vix aliter Virgo, quò plus
mœroris sensit, eò magis charitatis brachia expan-
dit. Hinc Christum inter dolores etiam & agrimo-
nias, non solum ut Deum, verum etiam ut homi-
nem omni amore dignissimum, unicumque filium,
maximūque benefactorem summè dilexit: & pa-
tris & matris officio fundè diligendo.

Quò plus
aquis mœ-
roris sen-
sit, eò ma-
gis chari-
tatis bra-
chia ex-
pandit.

Deus olim imperans: *Ignis, inquit, in altari semper
ardebit.* Tale fuit hæc Virgo altare, in quo flamma
pervigil nutriebatur. Hoc altare cacodæmones non
tantum non insulto temerare ausi, sed nec accessu.
Vti muscæ bullientes ollas & ardentes rogos fugiunt,
ita dæmones hanc aram divini amoris plenissimam
sibi tremendam declinarunt.

Levit. c. 6.
vers. 12.
Fuit altare
in quo flā-
ma pervi-
gil nutrie-
batur.

Hæc illa *mulier est amicta Sole.* Calidum profectò
pallium habet, cui concessum sole vestiri. Hæc illa
una hominum est, quæ Dominum Deum suum ex toto
corde suo, & ex totâ animâ suâ, & ex omnibus viribus suis,
& ex omni suâ mente dilexit. Hinc illæ voces amanti:
Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languo.
Nihil languoris est ab amore non magno. Delecta-
bilem hunc morbum inducit flammæ istius exun-
dantis vehementia. Matres omnes amore vicit divi-
na hæc Mater. Iunge amorem aquilarum & peli-
canorum in pullos, tigridis & leonæ in catulos, ac-
cedat amor cunctarum matrum in unigenas suos;
adde amorem & Seraphinorum & cœlestium men-
tium reliquarum, frigus erit & glacies præ amore
MARIE.

Apo. c. 12.
vers. 1.
Luc. c. 10.
vers. 27.
Cant. c. 2.
vers. 5.

Matres
omnes a-
more vicit.

Amor qui Deum spirat, cum magnus est, vix ul-
lâ re magis gaudet, quam plurima pro Deo pati.
Hinc & illæ voces amanti: *Nolo esse sine vulnere,*
cum Dominum meum in cruce sic vulneratum cœ-
no. Hinc Tarvensis Paulus generosissimè: *De cetero,*
inquit, *nemo mihi molestus sit; ego enim stigmata Domini*
in corpore meo porto. Vestigia plagarum, quas
Christi amore acceperat, amoris & testimonium &
solatium habebat. Suavissimum gaudii genus est,
amato quam simillimum esse.

Gal. c. 6.
vers. 17.

Narrat Alexander Neapolitanus, cum morem ab
Æthiopicis servatum esse, ut ii qui sese in regis fa-
miliaritatem per frequens obsequium insinuasent,
unâ cum rege ad supremos annos viverent, sum-
mumque inter amicos locum tenerent. Quod si
aliquâ corporis parte rex mancus fieret, eodem se
membro mutilarent; rege verò per mortem sub-
lato, suave ducerent moriendo sequi antecedentem
amicum. Prodeat jam Christianus, & audeat cum

Alexander
ab Alexandr.
l. 1. Gen.
dier. c. 26.

Gggg Ansel-

Anselmo dicere: *Ego sum de familia Christi; ego sum de militia regis aeterni, paratus vinceri, cedi, uri, mactari pro Domino IESU.* Hæc illa sunt amoris stigmata, hæc sinceræ amicitiae tessera est. Nimis languide amat, qui pro amato pati recusat.

§. II.

Fit nonnumquam ut homini minus noto, & nescio quæ principum mandata perferenti non satis fidei habeatur. Ille tunc litteras profert honorarias, & dicitis fidem adstruit. Haud aliter Paulus, cum fortè Galatarum quidam subdubitarent, num Paulus iis æstuarer flammis in Deum quas dicitis scriptisque jactaret, & num verus à Deo legatus esset: ille variis ad persuadendum argumentis usus: *De cetero*, inquit, *mibi nemo molestus sit, ego stigmata Domini IESU in corpore meo porto.* Perinde si dixisset, Theodoro interprete, *Non amplius ad vos scribam, sed pro litteris vibices ostendam, & plagarum signa, ut ea veritati suffragentur.* Sic Paulus Christi fuit epistola, non atramento scripta, sed sanguine; scriptus amor.

Gal. cap. 6. vers. 17.

Horat. Turfellin. lib. 5. vita cap. 10. medio vers. S. Francisci Xaverii in Deum & homines amor.

Sanctus Franciscus Xaverius eo in Deum hominè que amore ferebatur, ut subinde difficile fuerit judicare, num fortior is amor, an solèntior, exierit. Hoc igne æstuans Xaverius hominem sceleribus opertum in ipsâ navî ad peccatorum confessionem perducere conabatur, sed frustra. Incepto igitur paulisper desistit, ut securum eximproviso adoriretur. Ubi ergo in terram descensum est, statuit in exitiali morbo ultima experiri remedia. Itaque aliud se jam agere simulans, pervicacem hominem comiter, per speciem animi relaxandi in salum frequentibus palmis constitum ducit. Ut in locum ab arbitris remotum venit, subitò veste postâ, tergoque nudato, procumbit ingenua, & flagra ferreis aculeis sanè aspera promit, & in seipsum sævire incipit, simulque testatur, quidquid hoc supplicii esset, illius se causâ subire. Potuit dicere Xaverius: *Non amplius ad vos scribam, sed pro litteris vibices ostendam.* Alter qui hoc spectavit, attonito similis Francisci cruore aspergebatur. Hinc admiratione in misericordiam versâ, mox ad pedes Xaverii advoluit rogavit, alienam culpam suo tergo luere desisteret, se paratum esse sua expiare peccata. Xaverius hac victoriâ lætus, extemplo vestem induit, & auditâ confessione, hominem perditum in viam ac spem salutis reduxit.

In Logicorum Prædicamentis, ut vocant, Actio & Passio pæne ultimum & minimum locum obtinent. At verò in Prædicamentis Amoris, *Agere & Pati* principie loco sunt, & primum omnino principium. Gregorii Magni scitum est: *Probatio dilectionis, exhibitio est operis.* Agere scit, & Pati Amor, si verus est; si agere non vult, aut pati recusat, neutiquam verus Amor est. Audite amante, qui ad agendum & patiendum paratissimus: *Quis, inquit, nos separabit à Charitate Christi? tribulatio? an angustia? an jamae? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à Charitate Dei.* Hoc nimirum est Agere, hoc Pati. Adversa omnia velut ad duellum provocate; ad ardua quæque obfirmare animum.

Cam. c. 8. vers. 6.

Fortis est ut mors dilectio. Mors nunquam otiosa est, nunquam feriat, solennissimis etiam diebus Nascens & Resurgens Domini arcu & sagittis utitur, sternit, jugulat & mactat. Haud aliter amor actuosissimus est, & agendo & patiendo, nescit otari, dum amor est. Mors omnes corporis sensus extinguit, & animum jubet separatim vivere velut Angelum, omni rerum fluxarum cupiditate, illecebris omnibus rejectis: sic & amor divinus si quem occupât, dum à carnis conta-

gione abstrahit, lasciviam omnem interfecit, vitis omnibus mori præcipit, Angelum efficit. Fortis est ut mors dilectio. Mors corpus, etsi ante formosissimum, vermibus objicit, in tabem & cineres dissolvit, ipsi animo abominabile reddit: ita divinus Amor, ubi animum suâ suavitate imbuerit, carnem delicatius ante habitam facit exosam, luto ac vermibus cognatam, imò lutum & vermes esse ostendit. De iis omnibus quos Dei charitas sic afficit, dici potest: *Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo.* Fortis est ut mors dilectio: Amor, mors suavissima.

Coleff. c. 8. vers. 3.

Beata Catharina Genuensis à Spiritu sancto præceptore jussa est in fundamentum optimæ vitæ sibi sumere hæc tria: ex Oratione Dominicâ illud unum: *Fiat voluntas tua.* Ex Angeli salutatione voculam illam unicam, *JESUS.* E totis Bibliis unicam illud verbum, *Amor.*

§. III.

Ingunt Poëtæ, circa Cupidinem, tanquam dominum suum, minores alios Cupidines volitare, velut jussa & imperium expectantes. Ad rem facit Poëtis hæc & pictura. Quidquid amorum est, Amori divino subserviant oportet, atque ut famuli herum circumstant, & imperata faciant, aut ad Cypridis turpitudines ablegandi. Amor divinus velut sol inter minora sidera, amoribus & affectibus omnibus præsit.

Ecclesiastes Orbis liberè proclamat: *Si Charitatem non habuero, nihil sum. Etsi habuerim Prophetiam, inquit, & non verim mysteria omnia, & omnem scientiam, etsi habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Etsi distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, etsi tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Solâ Charitas, inquit Augustinus, discernit inter filios Dei & filios diaboli. Signent se omnes signo Crucis, respondeant omnes Amen. Cantent omnes Alleluia, baptizentur omnes, intrent Ecclesias. Sola Charitas discernit inter filios Dei & filios diaboli. Qui habent Charitatem, nati sunt ex Deo. Quidquid vis habe: hoc solam non habeas, nihil tibi prodest. Alia si non habeas, hoc habe, & implèsti te. Tolle Charitatem, & omnem sustulisti virtutem. Reginam amove, & pedissequas illius omnes expulisti. Charitate salvâ, omnium virtutum salus in integro est. Vera Dei Charitas cor Deo, & quidquid charissimum est, offert.*

Unicus erat Abrahamo filius, hunc ipsum tamen admovit aræ immolandum. Dediturque haud dubiè in holocaustum, quod in Orbe charissimum habuerat, ni voce cælesti monitus recepisset denuo donatum sibi filium, quem voluntate ac animo jam sacrificaverat. Præclarum sanè documentum, omnia quæ hominum sunt, Deo deberi, vel quia terrestrium sit bonorum auctor, vel quod æternorum pro meritis distributor.

Considerate mihi, obsecro, regem Hebræum David. Amoris Dividis in Deum. Quantis, ô superi, affectibus, quam largis, quam incensis in Deum rapiebatur! A divinis nutibus velut infans ab ubere pendeat David. Velle suum & nolle jam penitus in divinam voluntatem transfuderat. Hinc ignes & flammæ pervigiles in regio pectore ardebant; hinc gemitus & lacrymæ tam uberes, ut regius thalamus iis non aspergi tantum, sed lavari potuerit. Hos oculorum fontes ejaculatus est Amor, qui tantò fervebat potentior, quantò magis dolebat Numen à se offensum. Porro templum hic ipse rex longè augustissimum Deo destinavit, clarè inter suos testatus, nefas esse & ab omni pietate alienum, se domum habitare cedrinis trabibus sultam, monumentum verò divini fœderis, in quo caput & summa religionis tunc sita esset, sub pellibus contineri. Eam ob causam argenti & aurum prope infinitam, quod sacræ paginæ testantur, attri-

Sen, Spani attribuit: argenti quidem mille millia, auri vero A
 sicut Ducato centum millia talentorum dedit. Summam quam
 2812,008; nemo crederet, nisi sacris paginis fidem haberet.
 75. bis mil- Ioannes Baptista Villalpandus & Hieronymus Pra-
 lio octingen- dus calculum ponunt Hispanicæ monetæ congruum
 rias duode- ajuntque maximam illam argenti & auri vim fuisse
 cies centena duo mille, octingentos duodecim milliones, insu-
 millia insu- per octo millia trecentos septuaginta quinque Hi-
 per octo mil- spanicorum ducatorum. Infinito prope numero li-
 lia trecentos gnorum lapidum, æris, ferri, gemmarum ab his im-
 septuaginta pendiis penitus secluso.

Atque hos incredibiles sumptus paupertatem suam
 1. Par. c. 22. rex David appellans: *Ecce ego, inquit, in paupertate
 vers. 14. meâ præparavi impensas domûs Domini.* Nimirum tanto
 in Deum affectu æstuat, ut quidquid obtulisset
 Deo, nihil se dedisse crederet. Hinc illa tot arden-

tissimè amanti suspiria: *Quemadmodum desiderat cervus
 Pf. 41. v. 2. ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.*
 Quid enim mihi est in cælo? & à te quid volui su-
 per terram? Quis mihi placeat in cælo præter te?
 quem ego in terris amem, colam, suspiciam præter
 te? Cetera sanè omnia mihi sordent te uno excepto:
 te unum ego amplector, te unum opto, te unum su-
 spiro atque ardeo, qui unus est amandus, & colendus,
 & toto animo desiderandus. Tu mihi, mi Deus,
 es omnia. *Defecit caro meâ, & cor meum: Deus cordis mei,
 & pars meâ, Deus in æternum.* His flammis noctes atque
 dies hæc fornax tumultuabatur: intimam cum Deo
 amicitiam sitiebat rex David, vel medios ingressus
 rus ignes, modò esset cum Deo suo.

Psal. 72. vers. 26.

Amoris
 paradig-
 mata:
 1. In Me-
 tello.

§. I V.

Metellus veteris Romæ Pontifex Vestalium æde
 ab igne fortuito correptâ, per medias flam-
 mas irruens, Palladium incendio subtraxit. Cessit
 illi audax conatus prosperè, nam simulachrum Deæ
 servavit. Sed res felicius cessisset, si visum non ami-
 sisset. Fuit tamen clades illa religiois mentis, & im-
 modicæ charitatis in Deum testis locupletissima: fuit
 & ornamento: datum est enim Metello, ut curru
 veheretur in curiam, qui honor nulli ejus ordinis
 ad id tempus contigerat. Quid nos Christiani, qui-
 bus argumentis nostrum in Deum amorem afferi-
 mus? Rex Hebræus tot auri talenta divino cultui
 offert, & tanquam nihil dedisset, inopiam suam ex-
 cusat; cor insuper addit amore plenum, & optimis
 quibusque affectibus etiânum tamen frigere se pu-
 tat.

Deorum inanum sacerdos per medios ignes ruit,
 ut lignum Deæ truncum subtrahat. Quis nostrum
 pro vero & immortalis Deo id audet? Heu quàm fri-
 get noster ignis, quàm est debilis noster amor! Vix
 leviter digitulus nobis uritur, mox intepestcit amor:
 pro amore indignatio & furor se prodit: Ah quàm
 non fortis est ut mors dilectio nostra! Ab ipsis et-
 iam feminis castissimi amoris robore triumphamur.

1. In Ma-
 chabæori
 matre.
 Machabæorum mater non vulgare Charitatis ex-
 emplum edidit, in gentili pietate tuendâ: siquidem
 suis septem filiis auctor fuit, ut inter cruciatum ac
 supplicia mori mallet, quàm veri Dei cultum ab-
 negare. Illustre profus in feminâ facinus. Sed illud
 multò illustrius, quòd extremis cruciatibus talem
 sese obtulit, veritatis studio & amore incensa, quales
 eos voluit & optavit, qui ejus hortatu & impulsu tam
 pulchram mortem obierunt.

3. In san-
 cto Paulo.
 Tarfensis Paulus oraculo cœlesti monitus, futurum,
 ut si Hierosolyma proficisceretur, hostiliter acceptus
 in carceres, & in vincula raperetur. At ille nihilomi-
 nus institutum iter animosissimè prosecutus est, nul-

las ærumnas, cruciatus nullos pertimescens, divini
 amoris doctor & assertor acerrimus. Modò ille ad
 Christum suum properaret, viam sibi per hostes, per
 tela, per ignes aperire nil formidabat. Dignus vel ob
 hoc divinæ Charitatis exemplum, qui plus iti cælo
 viderit, quàm homini fas sit in terrâ loqui.

Sed quid attinet in uno alteròve hanc purissimi
 amoris flammam velut digito monstrare, qui hos san-
 nè non fatuos, sed sapientissimos ignes ad cælum
 duces secuti sunt? Petrus, & Andreas, & Philippus
 crucis patibulum non modò non recusarunt, sed vel-
 ut ad genialem lectulum votis omnibus properarunt,
 amore duce. Post hos, tot millia Christianorum,
 qui iisdem ignibus calebant, crucem patulis brachiis
 amplexati sunt, nec ab eâ prius quàm mortui potue-
 runt avelli. Telis quidam confossi, alii fustibus ad
 necem cæli, multi lapidibus obruti, non pauci à fer-
 ris discepti, aliqui ex alto præcipitati, plurimi flammis
 his dispar, sed Charitatis studium idem omnibus
 fuit. En amor fabri ferrarii munus exercuit, &
 gladios, secures, malleos, pectines, radios, crati-
 culas, ungulas, novæculas; rotas, laminas æneas, tu-
 nicas molestas fabricavit, ut animos fatiaret aman-
 tium, qui à Christo invitati mortem amoris suo liben-
 tissimè impenderunt.

Noverant hi omnes sub larvâ mortis latere vim re-
 surgendi, sub specie odii summam dilectionem tegi;
 cum ad labores trahimur, ad requiem vocari; cum
 undequaque premimur, ad cælum attolli.

Hic illud verissimum, *Amanti nihil difficile.* Hoc
 millies & usque millies inculcandum iis, qui Christi
 amatores videri volunt, difficilia tamen perferre aut
 aggredi nolunt. Cum enim adversa ingruunt, frigi-
 dissimi amatores isti manus, pedesq; & omnia mem-
 bra subducunt, velut erinacii: agere volunt, pati
 renuunt, volunt tamen inter Christi amicos nume-
 rari. Erratis, ô boni, toto cælo! *Amanti nihil difficile.*
 Qui amat, non laborat. Solus amor est, qui nomen
 difficultatis erubescit.

En Sichemum juvenem Hemoris dynasta filium,
 qui Dinam Jacobi Patriarchæ filiam deperibat. Dif-
 ficillimum quid ab hoc juvene, ejusque parente, &
 omnibus urbis civibus petebatur. Id tamen tam fa-
 cile visum est juveni, ut id etiam patri, ceterisque
 omnibus persuaserit non difficile futurum. Et en vel
 indecoro vulnere affici non recusat, modò amore
 non frustretur. Nam, ut pagina sacra loquitur, *ama-
 bat valde.*

En ipsum Patriarcham Jacob difficillima quæque
 facillimè tolerantem. Pro Rachele toto servit septen-
 nio. Spe falsus, pro eadem & altero servit septennio.
 Denique aliud etiam sexennium impendit difficil-
 limæ ac durissimæ servituti. Hanc ipsam tamen nec
 ut difficilem, ut nec duram accusavit: quin imò *visi
 sunt ei pauci dies pro amore magnitudine.* Servitus nemi-
 ni non onerosa, nemini non difficilis, à Jacobo per-
 agebatur viginti annis non sine jucundâ facilitate.
 Non est amara servitus, non est dura necessitas, ubi
 diligitur quod jubetur, *Amanti revera nihil difficile.*
 Quod & beatus Hieronymus affirmans: *Diligamus
 Deum, inquit, & facile videbitur omne difficile.* Ejusdem
 omnino sententiæ Petrus Chrysologus: *Amâ Deum, Chrysol. ser.
 ait, & amâ totus, ut possis omnia sine labore vincere peccata.* 94. p. 249.

Nil durum, nil grave, nil amarum computat verus
 amor. Amor est impenetrabilis lorica, quæ gladium
 excutit, jacula repellit, periculis insultat, mortem ir-
 ridet. Si amor est, vincit omnia.

4. In alii
 Sanctis.

5. In Si-
 chemo ju-
 vене.

Gen. c. 14.
 vers. 19.

6. In Jacob
 Patriar-
 châ.

Gen. c. 29.
 vers. 20.

Svidas apologum recitans : Sol, inquit, & Boreas certarunt inter se, uter expeditius viatorem vestibus spoliaret. Boreas initium facere, frigus & hiemes efflare, horrendum furere, & omni conatu id agere, ut viatoris capiti pileum, aut lateri pallium diriperet. Sed frustra fuit. Nam ubi hoc agi viator sensit, rei suae satagens pro viribus obniti coepit, pileum, ne avolaret, strictius sibi appressit, pallium, ne vi venti abriperetur, brachia subiecit, imò se illo involvit. Et jam eà contentione fractus animum despondit Boreas. Sol studio vincendi radios & æstum intendere, viatorem suaviter ferire, ignes occultos coepit jacere. Ardebat jam & fumabat viatoris vertex, fauces arebant, humeri languebant, per omne corpus fluebat sudor. Ipse homo jam sibi grave pondus fuerat, nequum vestis. Ergo ventilatur vertex, pileus ponitur, solvitur sinus, rejicitur penula, segregatur toga; jamque umbraculum prospectat, aut flumen quo se mergat viator. Ita penes solem stetit viatoria.

Quod sol in viatore, hoc amor in quovis homine potest. Videte hominem avarum Boreali frigore torpentem, ut sese reculis suis involvat, unde quaque atrahit; non unâ domo contentus, insulam appetit; nec unum ei prædium satis est, latifundia emit; multiplicat famulos, vestes, suppellectilem. Quid mirum? Flat Boreas, urgent Mammon & Plutus. At quos amoris sol usserit, ii longe aliter se tractant, arcas referant, stipem erogant, pauperibus vestes, cibos, pecuniam donant, viduas & pupillos juvant, templa muneribus ornant, & in medium secat pallium Martinus, indusium cum veste projicit Franciscus; amictum omnem pretiosum exiit & mendico tradit Ignatius. Innumeros alios amoris sol ita affecit, ut sua omnia darent, modò Christum retinerent. *Amanti nihil difficile.* Compendiaria ad cælum via est amor. Amor omnes in se transfert affectus: amor omnia contemnit in amati gratiam. Amantium corda locus sunt, quem amantium animæ habitant, ubi si non sunt, nusquam sunt. Emigrare illinc oportet omnia reliqua quò amor ingreditur; ille occupat, ille impellit, nunquam cohibetur.

Chrysolog.
serm. 94.

Elegantè & verè Chrysologus: *Charitas nescit peccata*, inquit, *cùm diligit; Charitas non est charitas si delinquit: Charitas Dei est custos sanctitatis.* Adeoque verissimum est illud Augustini: *Amor est omnis virtus.* Amanti nihil difficile. Petrum in Olivarum clivo aspice; senem armavit amor contra exercitum, inernem contra armatos cuncos, Apostolum contra carnifices, piscatorem contra milites, tironem contra veteranos, Galilæum contra tot Romanos, discipulum Christi contra tot vora esulpos. Vis hæc solius fuit amoris, qui unum tot centuriis armatorum opposuit.

7. In Magdalenâ.

Sed Petro pæne fortior Magdalena. Adeft illa præveniens solem, pretiosis unguentis instructa, amore munita. Sed quò tendit obsecro? num ad sepulchrum, immani saxo clausum, tot militum manipulis vallatum? Quid meditaris mulier? num infans? tunc una excubias armatas perumpere? tam grande saxum amovere? defuncti corpus ungere, imò verò & tollere? si vis tollere, quare vis ungere? Nescio, ait, neque enim aliud scio quam amare. *Ego eum tollam.* Verissimè, *amanti nihil est difficile.* Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. Amor, inquit Origenes, *facebat eam flere, & dolor coegit eam plorare.* Ab eo die per annos triginta duos plorare non desit, nec amando stare; imò etiam volare didicit amando, & de die in altum sæpius extolli.

10m. c. 2. vers. 11.

Elegantissimè Bernardus: Arcanum grande Christus detegens: *Ignem*, inquit, *veni mittere in terram.* Opus meditabatur illustre & arduum, sedes Angelorum instaurare, quos rapuit secum Lucifer. Bonum erat tibi, & nobilissimè Angelorum, si ignifer potius fuisses quàm lucifer. *Charitas tibi desuit pars optima Humilitatis.* Desuit tibi & Humilitas pars maxima Charitatis. Vult igitur Christus, ait Bernardus, *Seraphim fabricare, ut ibi stent unde tu corruisti.* Ne mireris, Christiane, hominem sublimem & volentem, hominem sex alarum, hominem Seraphim factum, nam Dominus Seraphinorum factus est homo. En Magdalenam è sordibus & flagitiis erutam amore in Seraphim mutatam. Divinæ Charitatis alis sæpius de die in altum subvehitur. Hinc inter cælum & terram lis est orta, cœlone an terrâ sit assignanda. Cùm elevaretur, eam sibi asserbat cælum, velut Angelum, velut è Seraphinis unum. At reclamans terra: *Mihi detur*, ait, *quia mulier est; quia peccatrix est.* Hic Amor velut arbiter, sententiam dixit: *Iam pridem desuit esse peccatrix, mutata in Angelum, quia dilexit multum.*

Pro superi! Inauditum est hydropicum aquâ satiatum esse! non minùs admirandum est amorem amore impletum dicere: *Satis est; dilexit multum.* Nil erat difficile amanti. Hanc amoris sententiam Apostolorum Collegium approbavit: nam cùm omnes nocte illâ mœstissimâ metus mortis occuparet, divinus ardor Magdalenam inflammavit; *dilexit multum.* Huic sententiæ applauserunt Angeli, testes oculati: *Vidimus eam, ajunt, digressis aliis ad monumentum plorantem, dilexit multum.* Eidem sententiæ beatissima Virgo Mater subscribens: *Individa doloris & amoris comes, ajebat, in gravioribus mœroribus me nusquam deseruit; dilexit multum.* In eandem sententiam ivit Ioannes Evangelista, qui sine æmulatione fassus: *Me teste*, inquit, *ad crucem amplexandam, ad osculandos Magistri pedes accurrit, penetravit, adstitit, perseveravit, dilexit multum.* Et tu ereme ac solitudo, vos quercus & invivæ rupes quam fertis sententiam? Vtique non aliam, ajunt, quàm illam amoris, *dilexit multum.* Nobis testibus modò ad cælum velut Seraphim efferebatur, modò ad terram ut penitentiam magistra demittebatur, *Amanti nil erat difficile.* Magdalena re aliâ nullâ summam amoris avaritiam exsaturare potuit, quàm amore. Vt enim rectissimè Bernardus affirmat: *Verus amor seipso contentus est.* Amor amore satiatur. Amas? satis est. Iam legem implèsti, jam amori respondisti, jam cælum obtinisti. Nescit amor mentiri, recusat tegi, prodit se ignis, & amorem suum loquitur. Amor summa gratiarum est, & præmium gloriæ non requirit, sed meretur, seipso contentus, in seipso & gratia sibi & gloria est. Amor omnia potest, & Deum vincere, & cælum rapere; *Amanti nihil difficile.*

§. VII.

Fuit olim qui se ante suam mortem quotidianâ tæbe præmori sentiebat. Itaque ob viciniam mortis non nihil anxius, quæsi vit ex homine religioso: *Quid oro faciam?* magnis passibus ad sepulchrum propero: vocor palam ad plures. Neque hinc moram licet trahere, eundem est. Tu ergo, vir optime, suade ac doce, qui multa brevi tempore queam perficere. Compendio hinc opus est. Hoc enim jam totus agam, Deum amare est, ut in viâ sim ad cælum, quò tamen non perveniunt, uti scis, nisi virtutis cultores. Huic religiosus senex: *Non est, inquit, quod trepides: AMA, & numeros omnes*

Bern. ser. 1.
de verb. 151.
c. 6. Vili
Dominum.

Bern. de diligendo Deo
cap. 3.

Deum amare est
via ad cælum.

omnes explēsti : Deum ; inquam , ama , & tuum est est cælum. Sed dices forsan : Iam amo Deum. Ergo magis ama. In dies, inò in horas, inò & in momen- ta hoc aurum augeri potest ; tantò auctiorem reddes divinam gratiam , tantòque cumulatiorem efficies cælestem gloriam , quantò magis auxeris tuum in Deum amorem. Deum nemo gratis amat : præsens redditur moneta , donum gratiæ , cui æquali gradu jungetur præmium futuræ gloriæ. Ergo si à promeritis censeris vis opulentus , Deum ama , tantò futurus opulentior , quantò Dei amantior. Vires tuæ fortas- sis impares sunt jejuniis , ciliciis , flagellis , aliisque carnis castigationibus ? exhaustum corpus graviores labores respuit ? En laborem facillimum , simul & suavissimum , Deum ama , & satis laboratum est. Plus omnibus laborat , qui Deum sincerè amat.

Nec utilior sanè , nec brevior esse potest præcep- tio , præ hac unâ , Deum ama. Plenitudo legis est dile- ctio. Ad hanc Augustinus stimulos subdens , Frumen- tum , inquit , si haberes in inferioribus , ne putresceret , leva- res ad superiora. Frumento tuo quavis mutare locum , & cor permittis in terrâ putrescere ? Frumentum levares in superio- ra , cor leva in cælum. Et unde , inquis , possum ? qui funes , que machina , que scala opus sunt ? Gradus , affectus sunt : iter tuum voluntas tua est. Amando ascendis , negligendo de- scendis. Stans in terrâ , in cælo es , si diligas Deum. Si ergo amator Dei esse vis , sincerissimis medullis castissq; suspiriis illum dilige , ipsum ama , illi flagra , illi inha , quo jucundius nihil invenis , quo melius , quo lætius , quo diuturnius. Quid enim tam diuturnum , quam quod est sempiternum ? Non times , ne aliquando à te pereat , qui facit ne tu pereas.

Quid ergo tibi placet in seculo ? Quid est quod vis amare ? Quocunque corporis sensus converteris , occurrit tibi cælum , occurrit tibi terra. Vndique pulchritudo operis tibi , commen- dat artificem. Miraris fabricam , ama fabricatorem. Non ita occupaveris in eo quod factum est , ut recedas ab illo qui fecit. Hæc enim quibus occuparis , sub te fecit , quia sub se ipso te fecit. Si hærebis superiori , calcabis inferiora : si autem recedas à su- periore , ista tibi in supplicium convertentur. Vera igitur & brevissima virtutis definitio est : **ORDO AMORIS.** Amemus charitatis miracula , quod Gregorius men- net , quæ tantò sunt securiora , quantò & occultiora ; & de quibus apud D E V M eò major fit retributio , quò apud homines minor est gloria. Dictorum om- nium clausula sit divini Pauli monitum : *Super omnia autem hæc charitatem habere.*

ACTIONES AMORIS IN DEVM.

I Divinus Paulus plures simul recenset Amoris actiones. *Charitas patiens est , benigna est. Cha- ritas non emulatur , non agit perperam , non inflatur , non est ambiciosa , non quarit que sua sunt , non irritatur , non cogitat malum : non gaudet super iniquitate : congraudet autem veritati. Omnia suffert , omnia credit , omnia sperat , omnia sustinet.*

Secunda. Plures alii amoris actus compendio hi nume- rantur. 1. Pronissimo affectu cupere Deum videre. 2. Sua Deo bona omnia velle , uti sunt sapientia , bo- nitas , potentia , &c. 3. Impensè gaudere , Deo ab Angelis , Beatis , probis omnibus serviri. 4. Vnicè de- siderare , ut res creata omnes honori divino sese im- pendent. 5. Animo dolere ob omnes in Deum inju- rias , & à se , & ab aliis commissas. 6. Aversari omnia quæ quis Deo displicere cognòrit. 7. Sua omnia & seipsum ad quævis patientiam offerre Deo. 8. Divini regiminis providentiam ubique agnoscere , & extol- lere. 9. Amoris augmentum , & perseverantiam affi- diis precibus efflagitare. 10. Vnicum in omnibus Dei Voluntatem sibi sequendam proponere. Amor cum fervet , singulis hõis aliquot ex actibus hæc nomina- tis elicit.

A 3. Princeps amoris actus , serid constituit , om- nem Dei legem exactè observare. A Christo hoc di- scimus : *Qui habet mandata mea , & servat ea , ille est qui diligit me. Si diligitis me , mandata mea servate.* Hinc Augu- stinus : *In tantum , inquit , Deum diligimus , in quantum ejus præcepta observamus.* Verissima B. Gregorii vox est : *Probatio dilectionis , exhibitio est operis.*

B 4. Amor Dei verus in omnes curas & cogitationes hominis dominatur , quas suaviter ad Deum trahit. Eodem modo totam sibi voluntatem vindicat , quam cum Deo conglutinat. Voluntas verò sic divinæ vol- untati agglutinata ceteras post se animæ vires trahit. Hinc illud Augustini : *Pondus meum , amor meus , quo- cunque feror , amore feror , Minus Domine te amat , qui ali- quid tecum amat , quod non propter te amat.* Veræ Charitatis evidens est indicium , amate rei crebra cogita- tio : ubi enim thesaurus tuus , ibi & cor tuum est. Quo sensu verissimum est Aristotelis scitum : Vnicui- que concupiscenti , delectabile est ea cogitare que conupiscit.

Quinta. Verus amor ipsas etiam pœnas amat : omne quod affligit , requiem putat , amarum omne dulce æstimat , idque in gratiam amati. Qui amat , aut non laborat , aut ipsum amat laborem. Quod Augustinus disertis- sime affirmans : nullo modo , inquit , sunt onerosi la- bores amantum , sed etiam ipsi delectant , sicut venan- tium , aucupantium , piscantium , vindemiantium , ne- gotiantium , ludo aliquo se oblectantium. Intercessit ergo , quid ametur. Nam in eo , quod amatur , aut non laboratur , aut ipse labor amatur. Et vide quam pu- dendum & dolendum sit , si delectat labor ut fera ca- piatur , ut cupa & sacculus impleatur , & non delectat ut Deus acquiratur. Omnia læva & immania , pro- priis facilia , & prorsus nulla efficit amor : nec enim mortem formidat amor , sed exire festinat , ut citius ad amatum perveniat. Dura omnia laborantibus , amantibus mitescunt.

Sexta. Amor Dei inter opprobria securus , inter odia beneficis , inter iras placidus , inter invidias tutus , inter pericula generosus , in tentatione magnanimus , inter amicos lætus , inter inimicos intrepidus , in adversis to- lerat , in prosperis temperat , in omnibus invictus est.

Septima. Verus Dei amor non est mercenarius. Amor perfectus est , cum se animus humanus cum omnibus viribus ardenter infundit Deo , adeoque summo bo- no propter illius sanctitatem , bonitatem , beatitudi- nem , perfectionem afficitur. Qui amat Deum ut sibi bonus sit , & beatitudinem communicet , hic non- dum perfecte amat. Et quavis amor præmium non ambit , non tamen sine præmio diligit. Amori causa diligendi Deum , Deus est ; modus , sine modo dili- gere. In ceteris rebus mediocritas suadetur , in amore quantò quis immoderatio , tantò est Deo charior.

Octava. Divinus amor sedulo cavere solet minimos et- iam conscientia navos , qui amorem si non exting- uunt , certè minuunt , & viam sternunt ad graviora. Divinus amor omnes actiones suas exactissimè ac perfectissimè conatur peragere , cum sincero propo- sito soli Deo placendi , nec ulli alteri nisi propter Deum : tantumque studii cuius operi impendit , ac si illud ultimum sit , & omnis ab eo salus pendeat.

Nona. Actuosus amoris divus Thomas tres præcipuè gradus statuit. Primus atque infimus est , non ad- mittere aliquid Charitati contrarium , quale foret creatori rem creatam præferre. Alter est sollester ad tollenda omnia amoris impedimenta conniti , sive peccata sint , sive alia quæcunque , uti est curarum ac negotiorum multitudo , & occasiones delinquen- di. Tertius est amor pane assiduus , qui ferè semper in actu est , quem *Unitivum* vocant , qui continuum Beatorum amorem modulo suo imitari nititur.

Rom. c. 13. vers. 10. Aug. in ps. 85. p. 184. c. 385.

Idem in psal. 145.

Greg. 2. 18. mor. c. 15.

Coloss. c. 3. vers. 14.

Terria. Ioan. c. 14. v. 15. c. 21. Aug. tract. 82. in Ioan. Greg. ho. 30. in Evang.

Quarta.

Quinta. Aug. tom. 4. de bono vi- ditatis c. 21. p. 327.

Idem 10. 10. ser. 9. de ver- bis Domini c. 2. pag. 14.

Octava.

10. Divinus amor seipsum experitur in homine, in quo Deum agnoscit & veneratur. Quidquid enim benevolentia & affectus exhibere vult Deo, id exhibet homini, perinde ut Deo, ceterè ut imagini Dei. Quà quidem ratione facit, quod in comœdiis fieri solet, quas prius in scenicis vestibus, & choragio theatri velut privatim agere solent, dein honoratissimum quemque spectatorem publicè admittunt. Ita prorsus amor seipsum explorat in Charitate proximi. Res certa, qui proximum non diligit, nec Deum diligit. Et qui nondum amare vult inimicos, Deum adhuc odisse convincitur. Si hominem tibi similem, & quem vides, non diligis, quomodo diliges Deum quem non vides? Hic Augustinus epilogi vicem testis locupletissimus: *Dilectio, inquit, sola discernit inter filios Dei & filios diaboli. Signent se omnes signo Christi, respondeant omnes, Amen; cantent omnes, Alleluia; baptizentur omnes; intrent Ecclesias, faciant parietes ba-*

Aug. 70. 9.
in 1. epist.
Ioan. 17. act. 5. crucis
m. pag. 250.

filicarum: non discernuntur filii Dei à filiis diaboli, nisi charitate. Qui habent charitatem, nati sunt ex Deo; qui non habent, non sunt nati ex Deo. Magnum iudicium, magna discretio. Quidquid vis, habe, hoc solum non habeas, nihil tibi prodest. Alia si non habeas, hoc habe, & implesti legem. Sed ubi debemus nos exercere? In amore fraterno. Potes mihi dicere: Non vidi Deum. Nunquid potes mihi dicere: Non vidi hominem? Dilige fratrem: si enim fratrem, quem vides, dilexeris, simul videbis & Deum, quia vides ipsam charitatem. Sit ergo spes nostra, Deus noster. Qui fecit omnia, melior est omnibus: qui fortior est: qui magna, major est, quidquid amaveris, ille tibi erit. Disce amare in creaturâ creatorem, & in facturâ factorem: ne teneat te quod ab illo factum est, & amittas eum à quo & ipse factus es. Væ tali amori, qui suspicatur aliquid pulchrius, quàm sit ille à quo est omne pulchrum. Ergo qui verè amat hominem, etiam inimicum debito amore prosequitur, unâ se amare Deum testetur.

Idem tom. 8.
in Psal. 39.
circa med.
m. pag. 142.

F I N I S.

Ad maiorem Dei, Virginis Mariae, Sanctorumque omnium gloriam.



INDEX RERVM

QVÆ IN HOC TOMO PRIMO CONTINENTVR

brevis & accuratus,

Vnicâ tantùm numeri paginalis obseruatione Lectorem fatigans.

A.

Abraham.

| | |
|---|---------|
| V it is sollicitus de emendo sepulchro. | fol. 41 |
| In sacrificio oblato laudabilis ejus constantia. | 390 |
| Tentamenta decem quibus probatus est. | 549 |
| Conjugem suam vocando sororem an peccaverit. | 638 |
| Singularis ejus obedientia in sacrificando filio. | 892 |
| Constantia ejus naturam superavit. | ibidem. |

Abstinencia.

| | |
|---|-----|
| Hanc obseruarunt Gentiles. | 794 |
| Exempla aliorum plurimorum. | 796 |
| Vitiis & morbis medetur. | 793 |
| Circa cibum & potum tam in recentioribus quàm antiquis. | 352 |
| Hujus virtutis obseruantia vitam prolongat. | 794 |
| Duplex abstinentia genus hominum temperatissimorum. | 796 |
| Rationes cur sit salubrius tenuissimo prandiolo ad largam cenam differre. | 797 |
| Abstinentia praxis. | 797 |
| Abstinentia castitatem fovet. | 324 |

Vide Jejunium & verbo Gula.

Actus, Actio, Agere.

| | |
|---|------------|
| Agit is rectè qui actionibus suis rectam præfigit intentionem. | 508 |
| Actus humani ab omni forde sunt excutiendi. | 393 |
| Actiones humanae bonae vel malae sunt ex intentione. | 443. & 444 |
| Actio nulla placet Deo sine rectâ intentione. | 446 |
| Actiones omnes humanae ab intentione dimanant. | 452 |
| Actionem rectae intentionis solus Deus potest præmiare. | 468 |
| Bona actionis pretium omnibus etiam Angelis præterquam Deo est insolubile. | 469 |
| Actiones nostrae conjunctae actionibus Christi sunt Deo Patri acceptae. | 495 |
| Actiones divinae voluntati obtemperantes Deo probantur. | 523 |
| Actiones humanae pretium habent à fine quem spectant. | 538 |
| Actionis simplicis transgressio minus est peccatum quàm adjunctae excusationis cum præmeditatione obstinatio. | 643 |
| Ab actione animus agentis nascitur. | 808 |
| Actus ad quos fortitudo cujusque examinanda est. | 809 |
| Actionem unicam pluribus intentionibus ad Deum dirigere amori divino dat incrementum. | 493 |
| Actiones hominis uno gaudent principio & fine. | 491 |
| Actiones plures bonas potest quis eodem tempore exercere. | 481 |
| Actionibus, quibus calum non meremur, Deus assignat extra calum remunerationem. | 479 |
| Actiones nostrae bonae quo in loco & pretio sint apud Deum. | 472 |
| Actionis cujusvis præmium decretum est infinitum. | 470 |

Vide verbo Opus & Bonitas, Bonum, Virtus.

Adam

| | |
|--|-----|
| Hereditatem nostram bolo uno hic abluiriviv. | 20 |
| Ejus transgressio cur diuturnâ severitate punita. | 479 |
| Adversa hujus vitæ. | |
| Mari mortuo ea comparantur. | 3 |
| In tolerandis adversis facilitas. | 548 |
| A Deo proveniunt tanquam à bono Patre. | 572 |
| A Deo immittuntur. | 549 |
| In his non est querendum solatium in creaturis. | 586 |
| Illa sanctior lingua qua in adversis Deo gratias agit. | 674 |
| Argumentum quo homo in adversis sese munire debeat. | 846 |

Adversarum rerum impetus non vertunt animum. viri fortis. 535
Adversa probant virtutem. 337

Vide verbo Afflictio, Misericordia, Miser, Deus.

Adversarius.

| | |
|---|---------|
| Adversarius potens in litigio declinandus. | 617 |
| Similiter si dives sit aut garrulus. | ibidem. |
| Cum iracundo Adversario non litigandum. | 618 |
| Adventum Domini versus Christianus semper operitur. | 131 |

Adulatio, Adulator.

| | |
|--|------------|
| Adulatio inter lingua vitia agnoscitur. | 589 |
| Adulatorum varii insignes & congrui tituli. | 589. & 590 |
| Eorum lex, voces, & quibus sint similes. | 590 |
| Sunt olei venditores, diaboli figuli, & eo non est exitior pestis. | 591 |
| Major pestis ex adulatione quàm ex vituperatione oritur. | 596 |
| Scelerum omnium in regibus causa est. | ibidem. |
| Inflamat ad iram, temeritatem, atque agnata vitia. | ibidem. |
| Adulatio & Adulatores depinguntur, quàmque illud vitium sit subtile & excultum ostenditur. | 592 |
| Adulator in sublime attollit ut elevatum amabili lapsu præcipiter. | 596 |

Hac ars ab ævo sumpsit exordium. 593

Adulator non est melior detractore sed pejor. 595

Potest ostendere omnia signa boni amici præter libertatem effrendam veritatis. 595

Adulatores qui dicendi. 593-594-595

Instigat adulatio ad omne genus mendacii. 597

Est vestita perpetuis mendaciis. ibidem.

Adulator fugiendus omnis velut ingens malum, absentes omnes damnat & presentes laudat. 597

Adulatorum sermo vitandus. 598

Reges præbeant sese inexpugnabiles in omne genus adulationis. ibid.

Vide etiam verbo Detractio, Detractor.

Adulterium.

Radix adulterii concupiscentia impudica. 285

Ægrotus.

| | |
|---|---------|
| Ægrotorum vitia. | 52 |
| Eorum querela plurima. | 60 |
| Ægrotis multa prælegere est caput obtundere. | 51 |
| Quinam iis prælegendi libri. | ibidem. |
| Ægrotus est patientia necessaria. | 58 |
| Ægrotus propugnanda tres theses. | 53 |
| Duplex sudarium Christus iis mittit. | ibidem. |
| Ægroti alloquium ad Amicos, mortem, morbum, &c. | 48 |
| Ægroti aliter sentimus, aliter sani. | 52 |

Æternitas.

| | |
|---|---------|
| Eam quomodo expendit Pachomius. | 17 |
| Cui ejus meditatio est summè necessaria. | ibidem. |
| Quid ea sit nemo dicere hominum potest. | 19 |
| Ea est trutinanda, ruminanda, & ingerenda. | 26 |
| Omni momento quis stat ad januam Æternitatis. | 47 |
| Ea diu nocturne cogitanda est. | 45 |
| Mente concepta nullis timer exercitur. | 62 |
| Ejus nullus est exitus. | 67 |
| Ejus est in morte clara cognitio. | 126 |
| Seneca æternitatem credit. | 146 |
| Ea cogitata sedulo durissima pectora mollit. | ibidem. |
| Æternitas apud inferos novum genus tormenti. | 169 |
| Ea est aliquibus somnium. | 171 |

Quibus

Index Rerum.

| | | | |
|---|--------------------|--|---------|
| Quibus ea sit somnium. | 172 | Intentionem rectam arietat quatuor cornibus. | ibidem. |
| Aeternitas damnatorum tormentum inexplicabile. | 174 | Est Principibus exitiabile malum. | ibidem. |
| Meditanda aeternitatis aliquot formulae. | 175 | Amor sui in tantam excrescit demeritiam ut malimus perire quam non ei servire. | 437 |
| In quorundam animis haec non descendit. | 190 | Amor Dei & Proximi. | |
| Preceptiones quinque ut aeternitatem animo imprimamus. | 265 | Amoris in Deum tendentis actus interiores. | 242 |
| Supplicium aeternitatis antidotum incontinentiae. | 361 | Ad amoris divini exercitium homo tenetur in triplici periculo. | ibid. |
| Aeternitatis nulla est mensura. | 366 | Amor omnis noster tendere debet in Iesum crucifixum. | 308 |
| Aeternitatis definitio descripta ex S. Augustino ejusque symbola. | 1 | Amor Dei & Proximi ejusdem est habitus. | 761 |
| Aeternitatis variae descriptiones & quomodo eam agnoverint Idololatre, quique ejus obliviscuntur sunt inexcusabiles. | 3 | Amor Dei & Proximi in aliis defectus omnes tolerat ac tegit. | ibid. |
| Non habet illa leges temporis. | 9 | Hic amor in gratiosos ac asperos aequè sese dispensat. | 761 |
| Ejus mensura est Semper. | 11 | Exempla amoris in proximum sacra ac profana. | 762 |
| Eam describit Cornelius à Lapide. | 12 | Amoris praxis. | 764 |
| Qui de eà non cogitat, nec calum, nec Deum cogitat. | ibidem. | Amoris veri in proximum conditiones quatuor. | 760 |
| Hujus cogitatio sedula Martyres fortes fecit, solitudinem ac monasteria replevit, & labores omnes breves esse persuasit plurimis. | ibid. | Circa amoris divini actiones duo noranda. | 242 |
| Ea comparatur duabus tubis Moysi. | ibidem. | Amor amicitiae & concupiscentiae conspecto Deo satiabitur. | 256 |
| Eam qui attentè cogitat inebriatur. | 16 | Amicus, Amicitia. | |
| Aeternitas est res alterius mundi. | ibidem. | Amici parandi ut in artibus rebus opulentur. | 132 |
| Psalmi omnes aeternitatis memorià finiunt. | 17 | Amicos familiares Deus habuit omni aeo. | 540 |
| Aeternitatis semina tria. | ibidem. | Sincerus amicus detractores omnes compefcit ut potest. | 640 |
| Aeternitatis longitudinem nemo affequitur cogitatione. | 24 | Amicitia quibus modis dissolvatur. | 718 |
| Aeternus. | | Ea non potest esse inter eos inter quos est magna distantia. | 851 |
| Aeterna supplicia ut mare salsum. | 3 | Amisio. | |
| Aeterna sunt omnia in inferno. | 4 | Amisus omnibus Bias se nihil amisisse dicebat. | 272 |
| Aeternus paenis nihil comparandum. | 9 | Amisio aeternae gloriae est virtutis neglectus. | 162 |
| Aevum. | | Amphitheatrum. | |
| Aevi brevis cur homines & incerta sint valetudinis. | 50 | Amphitheatri Romani excellentia. | 6 |
| Affectus. | | Amygdalus arborum stultissima. | 714 |
| Qui affectibus suis dominatur is est beatus. | 285 | Anachoreta. | |
| Affectibus suis servire servitus miserima. | 286 | Anachoreta quod pertulerunt leve fuit illis visum. | 254 |
| Affectus jugulandi: nam iis parcere, est eos in nos armare. | ibid. | Anachoreta factum ad abolendam memoriam mulieris. | 413 |
| In omni affectione sic affectum esse ut omnia ad majorem Dei gloriam fiant, eaque nec tumultuose, nec facile aggredi, nec anxium esse, nec aliorum judicia expiscari, nec eventum eorum minus secundo turbari, nec invidiosè tangi, omniaque hominum judicia posse contemnere, & in iis quae carni adblandiuntur moderatum esse, aequè libenter omnia agere ac si publice agerentur, nec tunc vituperis deijci, haec signa sunt bonae intentionis & habentur. | 496. 497. 498. 499 | Anchora est, in bonum voluntatis propensio. | 284 |
| Affectus qui in corpore S. Pauli certabant. | 221 | Angelus, Angeli. | |
| Afflictio. | | Per Angelos ut vicarios plurima Deus egit. | 102 |
| Afflictionibus pleni sunt omnes status. | 461 | Angelis non demandavit Deus officium judicis. | ibidem. |
| Afflictiones subsequuntur praemia beatitudinis. | 203 | Angelus bonus & malus adsunt judicio. | 104 |
| In afflictione improbus blasphematur, probus Deum laudat. | 273 | Angelorum numerus innumerabilis. | 142 |
| Agnitio. | | Cur praeter ceteris Ordinibus sint honorandi. | 301 |
| Agnitione divina veritatis suos desiderat impleri S. Paulus. | 540 | Num tot homines salvabuntur quot sunt lapsi Angeli. | 302 |
| Agnosibiles quomodo fuerint Moyses & Elias in monte Thabor. | 77 | Quomodo possimus evehi ad Angelorum caetus. | ibidem. |
| Agonizantis figura Mons Sinai. | 96 | Quid nobis Angeli praestent dum aut amant, aut irati sunt late explicatur. | 303 |
| Agonizantis figura Balaam inter angustias constitutus. | 126 | Angelorum natura & numerus. | 304 |
| Amare. | | Eorum numerus innumerabilis. | 305 |
| Amare est velle alicui bonum. | 527 | Qualis Angelorum sit facies, vestitus, &c. | 306 |
| Amare Deum est praecipua ejus servare. | 298 | Angelorum in bellis subsidium. | ibidem. |
| Ambire. | | Eorum gemina ala velocitas. | 307 |
| Ambire divinum officium ne census annui amittantur letalis est noxa. | 494 | Cur crucem laturi sint in die judicii. | ibidem. |
| Amor. | | Angelica Castitas qua & quis eorum cantus qui nunquam finitur. | 308 |
| Amor quis sit puerilis. | 761 | Quintuplex eorum officium, eorum descensus & ascensus, quid denotet, & cur tantum preces dicantur offerre. | 309 |
| Quis sit amor sanctus. | 761 | Sunt legati, Procuratores, belli Duces. | 309 |
| Quis sit amor efficax. | ibidem. | Angelorum in Christum obsequia, Deum hominem futurum nuntiant, Christum natum evulgant, esurientem ministrant, &c. | ibid. |
| Quis sit amor rectus & verax. | 760 | Christum in calum ascendentem comitantur. | 312 |
| Amore & justitiae voluntas in calo gaudet. | 236 | Venturum Christum judicem stipabunt. | 313 |
| Amor sincerus est reciprocos gustulus celi. | 242 | Angeli averfantur in homine quidquid vitium redolet, neque ferunt fumum superbiae. | 314 |
| Amor rerum fluxarum. | | Angeli sanos amant oculos, luxuriam non ferunt. | 135 |
| Amor rerum fluxarum impedit reddendam rationem & judicium extremum exasperat. | 107 | Inter Angelum & hominem discrimen. | 315 |
| Amor & gaudium faciunt miscum. | 233 | Angelorum puritas, Obedientia, Amor maximus in Deum, submissio admiranda, constantia, tolerantia, &c. | 316 |
| Amor vitiosus est blandus in homines. | 762 | Angeli nunquam in majori numero visi sunt in terris, quam in Christi nativitate. | 316 |
| Amor sui. | | In lege veteri se adorari passi sunt; at non in nova: additur & ratio. | ibidem. |
| Amor sui est radix omnium malarum actionum. | 460 | Quomodo eos debeamus venerari. | 318 |
| Rectam intentionem plurimum vitiat. | 481 | Possunt honorari ad instar aliorum Sanctorum. | ibidem. |
| | | Vita casta Angelorum cultus est. | ibidem. |
| | | Angelorum praesentiam venerari cultus utilissimus. | 319 |

Index Rerum.

| | |
|--|---|
| <p>Tabella eorum qua singulis diebus honori sanctorum Angelorum sunt prestanda. 319</p> <p style="text-align: center;">Angelus tutelarior.</p> <p>Omnes bonas actiones & cogitatus in numero habet. 317</p> <p>Angelus tutelarior qua nos doceat. 141</p> <p>Angelus tutelarior monitor non spernendus. 619</p> <p>Angelus custos adhibitus est nobis à Deo, ut inter res creatas nostra constet excellentia. 777</p> <p>Nascentes nos in tutelam suam recipit, fidem suam obligat, nos solatur, diaboli technas detegit, ab ejus insultu nos defendit, ut fratres nos habet, in periculis omnibus nos tuetur, aliis docet benefacere, omni bonorum genere nos cumulat, & in mortis luctu defendit. 310. & 311</p> <p>Post mortem inservit. 312</p> <p>Angeli tutelarior erga nos cura. 398</p> <p>Discipulum etiam refectarium à suo magisterio non excludit. ibid.</p> <p>Angelus tutelarior ad commissum sibi hominem loquens. 320</p> <p style="text-align: center;">Anguis.</p> <p>Anguis gignitur ex medullâ spinæ hominis. 436</p> <p style="text-align: center;">Anima, Animus.</p> <p>↗ Anima est Horizon eternitatis. 1</p> <p>Corpore ubi ea est soluta vel ad delicias caelestes, vel flammam eternam deputatur. 87</p> <p>De statu animarum Virgili aliorumque judicium. 89</p> <p>Anima hominis reus est in judicio particulari judicandus. 103</p> <p>Anima neminem habebit comitem in judicio. ibidem.</p> <p>Discipule cernit quidquid rectè aut perperam gessit. 104</p> <p>Anima post hanc vitam arcebitur à conspectu Dei donec satisfacere. 105</p> <p>Animus & corpus sunt fratres disjuncti. 155</p> <p>Ambo in die judicii ad judicium stentur. ibidem.</p> <p>Animus quid sit, multorum veterum sententia. 411</p> <p>↗ Animum negligunt stulti mortales, colunt reliqua. 410</p> <p>Ad excolendum animum nutrices duæ. ibidem.</p> <p>Animo doctrina & pietas necessaria est. ibidem.</p> <p>Anima suomet corpore in vitia abrumptur. 414</p> <p>↗ Nihil indignum nobilitate animæ operandum. 415</p> <p>Animus insipiens hosti suo corpori benefacit. 416</p> <p>Præcepta Pachomii animum insituentis. ibidem.</p> <p>Animum prudentem nulla premit molestia. 533</p> <p>Animus viri fortis non vertitur impetu rerum adversarum. 535</p> <p>Animus magnus qui se Deo tradit, pusillus qui resistit. 554</p> <p>Animus æquus in ærumnis se latum invenit. 555</p> <p>Animus ad Dei voluntatem formatus est Dei solium. 567</p> <p>Triplex animi facultas. 732</p> <p style="text-align: center;">Animal.</p> <p>Animalia mox suam naturam sentiunt. 35</p> <p style="text-align: center;">Annus, Anni.</p> <p>Annus 38. Lidvina morbos pertulit sexagesimos. 174</p> <p>Annos 99. habuit Tobia filius. 46</p> <p>Anni luctuosorum annorum adhuc restant Gaimo. 28</p> <p>Annis singulis in seipsum descendendum. 131</p> <p>Anni unius dum esset filius Saul cur regnare coepit. 39</p> <p>Annum se agere 45. cur Eremicole Barlaamius responderit. ibid.</p> <p>Ante annos qui senit reverentiâ dignus. ibidem.</p> <p style="text-align: center;">Antiochus.</p> <p>Antiochus cur non exauditur ut David. 281</p> <p style="text-align: center;">Appellatio.</p> <p>Appellatio nulla in inferno. 4</p> <p style="text-align: center;">Vide verbo Tempus.</p> <p style="text-align: center;">Apostoli.</p> <p>Apostoli necabantur ne religio novaretur. 451</p> <p>Inter Apostolos labes loquendi serpsit. 696</p> <p style="text-align: center;">Apparitor.</p> <p>Apparitor Tribunalis quibus mittatur. 117</p> <p style="text-align: center;">Appollo.</p> <p>Appollini cur Dianisus Siculus Rex auream chlamydem detraxit. 20</p> <p style="text-align: center;">Aranea.</p> <p>Aranea telam suam orditur laboriosè. 14</p> <p>Aranea ad instar hominis laborant. ibidem.</p> <p>Araneorum architectura vita nostra similis est. 189</p> | <p>Araneus in vino obscavit in libro. 325</p> <p style="text-align: center;">Arbor.</p> <p>Arbor nisi baccas ad maturitatem pervehat inutilis habetur. 389</p> <p style="text-align: center;">Arcanum.</p> <p>Arcana Dei non inquirenda. 516</p> <p>Arcana quinque qua nullus ratione comprehendit. 187</p> <p style="text-align: center;">Archimedes.</p> <p>Archimedis factum dum Syracusæ caperentur. 20</p> <p>Ejus speculum figura vultus irati judicis Dei. 86</p> <p style="text-align: center;">Ars, Artificium.</p> <p>Ars vel industria vitam augere non potest. 59</p> <p>Ars moriendi docetur compendio. 66</p> <p>Ars est bonum fieri & à quo datur. 378</p> <p>Artis pigmentaria auctor primus diabolus. 420</p> <p>Artificia vitiosam linguam in nostros usus vertentia. 749</p> <p>Artificium singulare quo fit ut unus omnium beatorum gaudia perficiatur. 242</p> <p style="text-align: center;">Asbestos.</p> <p>Asbestos lapis semper ardet. 3</p> <p style="text-align: center;">Aspectus Dei.</p> <p>Aspectus Dei in quo consistat. 255</p> <p style="text-align: center;">Asperitas.</p> <p>Asperitas Sanctorum in corpora sua. 344</p> <p>Ad asperitatem vitam sese Sancti damnarunt. ibidem.</p> <p style="text-align: center;">Vide verbo Sancti.</p> <p style="text-align: center;">Aspernatio.</p> <p>Aspernatio divina gratia. 162. 163</p> <p style="text-align: center;">Assanus.</p> <p>Assani avari mirabile avaritia commentum, ejusdem vindicta. 40</p> <p style="text-align: center;">Assuerus.</p> <p>Assueri convivium cur Spiritus sanctus voluit describi per partes. 227</p> <p style="text-align: center;">Avaritia.</p> <p>Avarita vita qua. 60</p> <p>Avaritia est hostis beatitudinis. 205</p> <p>Avari sua perdunt appetendo plurima. ibidem.</p> <p>Avarorum & Ambrosiorum ascensiones. 212</p> <p>Avaritia solius temporis est honesta. 42</p> <p style="text-align: center;">Auditus.</p> <p>Vicia per auditum venientia. 354</p> <p>Auditio verbi Dei signum est electionis. 274</p> <p style="text-align: center;">Vide verbo Concio, Concionator, Prædicare verbum Dei.</p> <p style="text-align: center;">Avernalis Ætna.</p> <p>Avernalis Ætna quomodo concipienda. 165</p> <p style="text-align: center;">Aversio.</p> <p>Aversio & Conversio sunt in omni peccato. 449</p> <p style="text-align: center;">S. Augustinus.</p> <p>Regulas tradit obtinenda vera felicitatis. 6</p> <p>S. Augustini dictum ad mortis nuntium. 74</p> <p>S. Augustinus metu judicii conversus. 142</p> <p>S. Augustino profuit S. lectio Epistoliarum D. Pauli. 340</p> <p>S. Augustini à carnibus abstinentia. 355</p> <p>S. Augustini scripta fuerunt rursus ab igne non tamen à calumniatoribus. 679</p> <p>S. Augustinus non potuit converti nisi lectione Epistolæ D. Pauli. 630</p> <p style="text-align: center;">Augustus Cæsar.</p> <p>Augustus Cæsar suo sumptu ludos fecit. 6</p> <p style="text-align: center;">Aula.</p> <p>In aula amicitia & sincerus amor rarum nomen est. 717</p> <p>In aula Regum occurrunt calumniatores. 675</p> <p>In aula dissimulare & simulare est quotidianum. 455</p> <p>In aula sine patientiâ non est felicitas. 402</p> <p style="text-align: center;">Aureola.</p> <p>Aureola quid sit. 250</p> <p style="text-align: center;">B.</p> <p style="text-align: center;">Bacchus.</p> <p>Bacchus & Venus sunt comites. 351</p> <p style="text-align: center;">Balaam.</p> <p>Balaam fuit figura agonisantis. 126</p> <p style="text-align: right;">Beatus,</p> |
|--|---|

Index Rerum.

| | |
|--|---------|
| Beatus, Beati. | |
| Beati quamdiu erunt beati, | 3 |
| Beatorum discrimen sedulo noscendum. | 206 |
| Beatorum discrimen est calcar ad virtutem. | 206 |
| Beatos nos faciunt duae virtutes. | ibidem. |
| Beatorum sedes caelum propriè est. | 214 |
| Beatorum amor & labor quis? | 223 |
| Beati omnes è propinquo se invicem videbunt. | 224 |
| Beatorum oculis non erit molestus splendor caelestis. | 225 |
| Beati tormenta vertentur in gaudium. | 840 |
| Beatorum gaudium est ineffabile. | ibidem. |
| Beati in caelo magis letantur de divina voluntatis executione, quam de magnitudine suae gloriae. | 526 |
| Beatus est qui hoc mare vitae rectè enavigavit. | 268 |
| Beati cur peccare non possunt, & nos roties cadamus. | 248 |
| Beati non tam de sua quam aliena felicitate letantur. | 242 |
| Beati ad multitudinem damnatorum collati pauci. | ibidem. |
| Beatorum memoria omnia sciet quae gesta sunt ab orbe condito. | 236 |
| Beati totam vitam suam sic afficiunt velut comprehensam unicam pagellam. | ibidem. |
| Beati altissima mysteria cognoscunt. | 234 |
| Beatorum corporum dotes quatuor. | 236 |
| Beati suavissimum odorem spargunt. | 228 |
| Beatorum aliquot corpora instar balsami fragrantia. | ibidem. |
| Beatus qui quàmque lucem non redituram consummat. | 33 |
| Beatorum sedes omnium gaudiorum compendium. | 168 |
| Beatus non vivere est via ad mortem. | 78 |
| In beatis tria observanda. | 224 |
| In beatorum domo tria consideranda. | 238 |
| Beati vident in Deo omnia, & omnes ejus perfectiones. | 259 |
| Beatorum sensus post resurrectionem congruas habebunt delectationes. | 232 |
| Beatus est qui suis dominatur affectibus. | 282 |
| Vide verbo gaudium. Vita beata. Sancti. | |
| Beatitudo. | |
| Beatitudo est laboris filia & virtutis. | 196 |
| Sudore emenda & sanguine. | 199 |
| Ante mortem est incerta. | 86 |
| Beatitudo est status omnium bonorum aggregatio perfectissima. | 248 |
| Beatitudinis estimatio. | 199 |
| Beatitudo describitur estque thesaurus absconditus. | ibidem. |
| Beatitudo multis est somnium. | ibidem. |
| Vna Beatitudo gaudia mille. | 201 |
| Ad eam obtinendam per ignem & aquam transcendendum. | ibidem. |
| Cogitari potest, explicari non potest. | ibidem. |
| Beatitudo gaudet ingenuis, inventoribus. | 200 |
| Beatitudo sui appetentem trahit. | ibidem. |
| Est expensis & laboribus dignissima. | 202 |
| Gustulum beatitudinis Deus amicis mittit. | ibidem. |
| Beatitudo facile nondum obtenta amittitur, imò uno momento. ibid. | ibid. |
| Post afflictiones ignis ipsa sequitur. | 203 |
| Beatitudinis contemplatio castitatis mater. | ibidem. |
| Beatitudinis amor invincibilis. | 203 |
| Ad beatitudinem angusta ducit semita. | 204 |
| Beatitudinis falsum simulachrum averfandum. | ibidem. |
| Beatitudinis hostes sunt duo odium hostile & prava cupiditas. | 205 |
| Beatitudinis desiderata actiones & praxis. | 841 |
| Quanto beatitudinis desiderio Sancti arferint. | 838 |
| Exempla plurima. | ibidem. |
| Beatitudinis desiderium est instrumentum quo in caelum attrahimur. | 838 |
| Beatitudinis gloria discrimina. | 250 |
| Beatitudinis memoria triplici modo innovatur. | 212 |
| Serid cogitata est victoria omnium tentationum. | 207 |
| Beatitudinis desiderium nullis laboribus frangitur nec succumbit, minis non terretur. | ibidem. |
| Beatitudo pravorum emendatio, solatium afflictorum. | 206 |
| Beatitudinis spes thesaurus maximus. | ibidem. |
| Beatitudo non obinetur joco. | ibidem. |
| Beatitudo detestatur avaros & immundos. | 205 |
| Beatitudinis perfectio & tormentorum quae ratio? | 188 |
| Beatitudinis certa tessera posse gaudere in tribulationibus. | 272 |
| Vide verbo Gaudium. Caelum. | |
| Beneficium. | |
| Beneficia Dei in nos sunt innumera. | 56 |
| In beneficii genere opulenta liberalitas non tam, quam pia voluntas attenditur. | 485 |
| Bene agere. | |
| Bene agere dicitur qui actionibus suis rectam praesigat intentionem. | 508 |
| Benevolentia. Benevolus. | |
| Benevolentia divina quibus modis acquiratur. | 717 |
| Benevolum se alteri praeberè nobilissimum misericordiae genus. | 491 |
| S. Benedictus. | |
| S. Benedictum corvus tentat. | 337 |
| Eum libidine diabolus oppugnat, at ille se armat. | ibidem. |
| S. Benedictus nudum corpus spiritus involuit. | 338 |
| S. Bernardus. | |
| S. Bernardi pro felici morte oratio quotidiana. | 47 |
| Moriens S. Bernardus tria docuit salutaria monita. | 72 |
| Bilinguis. | |
| Bilinguis duplici graditur via, & adulatorem superat, estque instar ranae. | 602 |
| Blasphemia. | |
| Blasphemia quam grave sit peccatum quàmque graviter puniunt. | 602 |
| Legis divinae decretum in blasphemos. | 603 |
| Blasphemi quomodo apud Hebraeos expiabantur. | ibidem. |
| In blasphemos vindicta repentina. | 604 |
| Blasphemus est in suum conditorem ingratus. | ibidem. |
| Lex Ecclesiastica & civilis statuit in blasphemos poenam. | ibidem. |
| Blasphemi sunt Turci & Iudaei dereriores, Haeretici & Idololatrii peiores. | 605 |
| Vindicta Dei praesentissima in blasphemos. | ibidem. |
| Blasphemia est vitiorum omnium inutilissimum. | 606 |
| Est idioma orcinum. | ibidem. |
| Blasphemia est libellus famosis in Deum. | 607 |
| Vindicta Dei in blasphemos. | 607 |
| Pauci blasphemant lingua, viri plurimi. | 608 |
| Bonitas Dei, & patientia erga blasphemos. | ibidem. |
| Bonum. | |
| Bonum nullum cui non est admixtum malum. | 74 |
| Bonum non est, quod eripi potest. | 272 |
| Bonum inestimabile est in seipsum habere potestatem. | 391 |
| Bonum est, quicquid conforme est divinae voluntati. | 539 |
| Summum bonum vitae est conformatio humanae voluntatis cum divina. | ibidem. |
| Bona & mala dempto peccato à Deo proveniunt. | 519 |
| Bona & mala non casu eveniunt, sed Dei providentiâ. | 587 |
| Bona fortuna non angunt justum. | 533 |
| Boni operis tres conditiones. | 500 |
| Vide verbo Actio, Virtus, Opus. | |
| S. Birgitta. | |
| S. Birgitta visio de judicio filii Dei. | 136 |
| S. Bruno. | |
| S. Bruno quâ occasione conversus. | 98 |
| Bruta. | |
| Bruta divinae voluntati obsequuntur. | 546 |
| C. | |
| Cain. | |
| Caino anni luctuosorum annorum adhuc restant. | 28 |
| Cadaver. | |
| Cadaver à cadendo dicitur. | 421 |
| Superstitio erga cadavera Indorum regum. | 423 |
| Calamitas virtutis est thalamus & calum reserat. | 255 |
| Vide verbo Adversitas. | |
| Calcei, Calceamenta. | |
| Calceorum forma quotannis nova excogitantur. | 417 |
| Calceorum luxus magnas delictorum causas praebet. | 418 |
| Calceamentorum luxus damnatur. | 417 |
| Caligula. | |

Index Rerum.

| | | | |
|---|---------|--|---------|
| Caligula pontem extruxit trium miliarium. | 6 | Choreæ sunt castitatis hostes & diaboli aucupium. | 351 |
| Calumniari. Calumnia. Calumniator. | | Christianus. | |
| Calumnia definitio. | 674 | Verus Christianus semper operitur Dei adventum. | 131 |
| Calumnia imago describitur. | 675 | Christianus si aternitatem non possideat, nihil se habere putat. | 171 |
| Calumniator tribus damnosus est. | ibidem. | Christiani voluntaria paupertate thesaurizant. | 226 |
| Calumniator per veritatem viam sternit ad mendacium. | ibid. | Christianus est qui diligit inimicum. | 279 |
| Calumniatores occurrant in aulis Regum. | ibid. | Qui discors est cum Christiano non habet concordiam cum Christo. | 300 |
| Calumnia ab invidia sumit principium. | ibid. | Christiani primi quod pejus tractabantur, eo animosius exultabant. | 692 |
| Calumnia habet adjutricem assertionem. | 676 | Christiani modestia ubique pulchra. | 888 |
| Calumnia in medio foro grassatur. | 677 | Christus Iudex. | |
| Calumnia oris impudentie mater. | ibidem. | Christus iudex est omnium. | 100 |
| Calumniatorum punitio. | ibidem. | An moribundus iudicandus appareat. | 101 |
| Calumniis justos Deus exponit. | 678 | Quomodo tunc anima loquatur spia opinio. | ibid. |
| Pro Calumniatoribus orandum. | 679 | Christi de transtru ad ejus tribunal monita. | 111 |
| Animadversio Romanorum in Calumniatores. | ibidem. | Christi de iudicio monita. | 117 |
| Vide verbo Vitium. | | Christus iudicaturus leo rugiens. | 139 |
| Captivus. | | Vt ascendit in caelum sic veniet ad iudicium. | 140 |
| Captivum Dei esse est quid magnum. | 49 | Christus patiens. | |
| Carcer. | | Gustavit mortem, ut eam nos gustare non timeremus. | 296 |
| Carcer vocatus thesaurus. | 27 | Christum conscendentem montem Calvaria pauci sequuntur. | 287 |
| Carcer Actolini cum inferno collatus. | ibidem. | Christus crucifixus debet esse speculum Christiani hominis. | 419 |
| Carcer apud Persas Lerne dictus. | ibid. | Crucifixentium peccata excusavit. | 487 |
| Carcer foetidissimus apud Iapones, in quo annis quatuor sedit Carolus Spinola & Societate IESV. | 157 | Crebra & iniqua subiit iudicia. | 488 |
| Quibus carceres Barbarorum collati cum inferno cur sint delicia. | 158 | Christi lectus crux, cubiculum Golgotha, cervical spina. | 19 |
| Carceri conveniunt angustie. | 165 | Oppetit mortem ignominiosissimam, & quare. | ibidem. |
| Caracotta. | | In omnibus suppliciiis non est questus. | 58 |
| Caracotta audax factum. | 208 | Ejus dolores fuere veri, nostri vero tantum doloris imagines. | ibid. |
| Caro. | | In Christo nullum membrum cruciatibus vacat. | 55 |
| Caro animam dolere necat. | 342 | Ejus lectus nocte illa, qua fuit in horto Oliveti, qui fuerit. | 54 |
| Vt caro regnet animam occidimus. | 343 | In hoc horto flores legere quid sit. | ibidem. |
| Caro remigis instat castiganda. | ibid. | Toto plorabat corpore. | ibid. |
| In carnis castigatione Divi imitandi. | 400 | Christo parum fuit inter latrones expirare. | ibid. |
| Vide verbo Corpus. | | Ejus quiete rara, itinera perpetua. | 90 |
| Castus. Castitas. | | Additur & ratio. | ibidem. |
| Non est castus cui est oculus impudicus. | 298 | Duplicem habuit purpuram. | 199 |
| Prisca castitatis servate exempla. | 323 | Pro sua & nostrâ gloriâ sustinuit omnes cruciatu. | 207 |
| Castitas fovetur abstinentiâ. | 324 | A blasphemis vulneratur. | 607 |
| Castitas & Continentia vitam facit longevam. | 333 | Christi imago in monte Calvaria fuit Eliseus à 42. pueri habitus ludibrio. | 658 |
| Castitati tuende assidue pugnandum. | 789 | Christus in Passione sua de Discipulis interrogatus cur siluit. | 736 |
| In illum finem omnia ad libram examinanda. | ibid. | Christi patientis quotidiana contemplatio laudabilis. | 748 |
| Castitas in hoc mortalitatis loco representat statum quandam immortaltatis. | 791 | Fuit flagellatus lingua Iudeorum. | 756 |
| Castitatis praxis. | ibid. | Christus resurgens. | |
| Modi acquirenda castimonia. | 828 | Christus resurgens Matri prius apparuit quam aliis. | 767 |
| Castitatis hostes sunt choreæ. | 351 | Christus in caelum ascendens. | |
| Castitatem quomodo impetret oratio, & qualis oratio ea sit. | 345 | Vt ascendit ad caelum, sic veniet ad iudicium. | 140 |
| Caussa. | | Eum in caelum abeuntem vidisse profuit maxime Apostolis. | 213 |
| Caussa formidati exitus evanescent spe beatoris vita. | 50 | Christi natura humana non potuit magis evehî quam quod Deo unita sit. | 252 |
| Caussa vero in Ionâ. | 551 | Varia de Christo. | |
| Caussa dissensionis voluntatum in Ionâ & Deo. | ibidem. | Christi colloquium cum Samaritanâ. | 4 |
| Ceremoniæ. | | Fecit unum preceptum ex sexcentis & tredecim preceptis. | 320 |
| Ceremonias moribundis cur Ecclesia adhibeat. | 125 | Docuit cultus sobrietatem. | 429 |
| Censor. Censores. | | Confirmavit sese voluntati Patris. | 468 |
| Censores Romani erant morum Magistri. | 735 | Cur preceperit jejunantibus ritu patrio unguentis uti. | 475 |
| Censorem agere in rebus qua non sunt sui officij non licet. | 736 | Non est tantum certaminis spectator sed & adiutor. | 59 |
| Censores & vituperatores sunt omnino odibiles. | ibidem. | Christus agoro duplex sudarium mittit. | 55 |
| Censures dabit Christus Pharisæos & alios. | ibid. | Est pignus futurae integritatis. | 77 |
| Quæ sibi censor esse debet. | 637 | Quo affectu sit prosequendus. | 90 |
| Charitas. | | Methodus pia & excicatoria ad Christi amorem. | ibidem. |
| Charitate non est pretiosius indumentum. | 136 | Vita Christi habuit tenuissimum in omnibus principium. | 199 |
| Charitatis lex non tantum scripta sed nata. | 763 | Cur solus sit verus Mercator. | 202 |
| Charitas complectitur omnes nobis similes & dissimiles. | ibid. | Grammatica Christi & mundi. | 207 |
| Charitas tolerat defectus proximi. | ibidem. | Vera Astrologia Doctor. | 213 |
| Charitatis precipua pars sita est in amore erga pauperes. | 884 | Christus in mundum veniens pauper, caelum dives monstravit. | 226 |
| Vide verbo Amor. | | Osseo brachio Deum traxit in uterum. | 807 |
| Cham. | | Pauperrimus esse voluit & cur. | 870 |
| Cham impius cur fuerit in Arca cum paucis salvandis. | 287 | Cur non dederit suam gloriam spectandâ in amano viridario. | ibid. |
| Christophorus Columbus. | | | |
| Christophorus Columbus primus novi orbis inventor. | 200 | | |

Index Rerum.

| | |
|--|---|
| <p><i>In Christo est labor & merces nostra.</i> 862
 <i>Cur in rupe Thaborae discipulos sine Matre, & in monte Calvaria Matrem sine discipulis adiecit.</i> 807
 <i>Mundum contemnere precepit.</i> 798
 <i>Toga Christi inconsutilis à B. V. Mariâ elaborata.</i> 728
 <i>Cur potius ficui maledixerit quam aliis arboribus.</i> 642
 <i>Cilicium.</i>
 <i>Cilicij primus usus.</i> 344
 <i>Cilicij usus apud Sanctos.</i> 343
 <i>Cives.</i>
 <i>Civium supernorum nota.</i> 207
 <i>Clades.</i>
 <i>Clades orbis suum finem sortiuntur.</i> 149
 <i>Clades & calamitas à Deo.</i> 340
 <i>Clementia.</i>
 <i>Clementia fucus quis.</i> 281
 <i>Cælestis Hierusalem.</i>
 <i>Non est spoliolum bellatorum sed mansuetorum.</i> 297
 <i>Cæcites.</i>
 <i>Cælitum invitatio.</i> 71
 <i>Eos esse venerandos nullus Catholicorum negavit.</i> 395
 <i>Cælitum cultus asseritur, opiniones contraria destruantur.</i> 396
 <i>Cælitum nulli crebris quam Angeli in S. Scrip. laudantur.</i> 398
 <i>Cælum.</i>
 <i>Est locus thesauri commodissimus.</i> 883
 <i>Est in eo lux perpetua.</i> 2
 <i>In eo locanda est sella nostra non in terrâ.</i> 1
 <i>Quâ arte sit referendum.</i> 119
 <i>Gaudia suis propinat incolis, tormenta inferis.</i> 154
 <i>Cæli fundamenta.</i> 197
 <i>Auditu solo non capitur, opus est ut accedat intellectus & seria meditatio.</i> <i>ibid.</i>
 <i>De celo vix ulla exaggerationes timenda.</i> 19
 <i>Vt illud obtinerent Sancti plures ad inventiones excogitarunt.</i> 101
 <i>In celo sunt diversi gradus premiorum.</i> 206
 <i>Cæli memoria omnium malorum pharmacum.</i> 268
 <i>Ejus memoria idololatrias ad cruces latos animavit.</i> 209
 <i>Quotidie ejus memoria instauranda.</i> <i>ibidem.</i>
 <i>Quibus modis ea sit instauranda.</i> 211
 <i>Cæli aspectus,</i> 213
 <i>In celo stabilis est sedes beatorum.</i> 214
 <i>Cur pro eo laborens triplex premiorum.</i> 217
 <i>Per ardua & abrupta est ad cælum via.</i> 218
 <i>Causæ cur illud ita frigidè desideremus.</i> 219
 <i>Cælo nihil desiderabilis.</i> <i>ibid.</i>
 <i>Homo rarissime de eo cogitat.</i> <i>ibidem.</i>
 <i>Hujus desiderio martyres animati.</i> 222
 <i>Quibus laboribus emendum sit.</i> 225
 <i>In eo omnis voluptas percipitur.</i> 232
 <i>In eo quilibet Sanctorum constituit Symphoniam:</i> 283
 <i>Est regio voluptuosissima.</i> 238
 <i>De celo considerando tria pulchra notabilia.</i> <i>ibidem.</i>
 <i>Cælum cur dicatur domus.</i> 239
 <i>Quaedam notanda de amplitudine loci cælestis.</i> <i>ibidem.</i>
 <i>In celo non deicit corpus spirabile.</i> <i>ibidem.</i>
 <i>In celo tria conjunctissima.</i> 240
 <i>In celo que societas.</i> 241
 <i>In eo nulla dominatur invidia, licet diversa sint premia.</i> 242
 <i>Est fons voluptatum.</i> 244
 <i>Rime per quas cælum aspiciunt sunt meditationes.</i> 244
 <i>Cur in celo nemo tollet à nobis gaudium.</i> 249
 <i>Premiorum in celo disparitas homines in solitudinem agit.</i> 251
 <i>Cogitatio.</i>
 <i>Cogitatio qua moribundum fatiget.</i> 125
 <i>Cogitare ac ratiocinari solius hominis est.</i> 145
 <i>Quid cogitandum ab homine.</i> <i>ibidem.</i>
 <i>Cogitationes hominum opprimentiam innocentes.</i> 866
 <i>Cogitatio prima quam amor noster in Angelos inspirat.</i> 306
 <i>Cogitatio æternitatis cui necessaria.</i> 17
 <i>Cogitatio hora decretoria abstinere facit à scelere.</i> 23
 <i>Columban solam cur Deus non voluit in sacrificio.</i> 450</p> | <p style="text-align: center;"><i>Collocutio.</i></p> <p><i>Collocutio Christi cum Samaritanâ.</i> 5
 <i>Concio.</i>
 <i>Praxis audiendi concionem.</i> 774
 <i>Qui sit ut post tot conciones homines non meliores.</i> 459
 <i>Conciones frequenter ac sedulo audienda.</i> 773
 <i>Demonstratur exemplo.</i> <i>ibidem.</i>
 <i>Conciones non sunt negligenda.</i> 774
 <i>Concio est necessaria virtuti.</i> <i>ibid.</i>
 <i>Ad conciones audiendas mens predestinati urget.</i> 274
 <i>Conciones audire cur omnibus necessarium.</i> 275
 <i>Concionis oportet se meminisse ut memoria sit efficax.</i> <i>ibid.</i>
 <i>Conciones multi audiunt, at pauci sunt qui à concione desiderant redire emendatior.</i> 274
 <i>Conciones audiunt Christiani ut in afflictionibus pascantur.</i> 275
 <i>Concionatorem castigantem qui execratur Deum non diligit.</i> 275 & 276. <i>Ibidem graviter tales notantur.</i>
 <i>Vide verbum Dei.</i>
 <i>Concordia.</i>
 <i>Concordiam non habet cum Christo, qui est discors cum Christiano.</i> 300
 <i>Concupiscentia.</i>
 <i>Concupiscentia quis lusus.</i> 308
 <i>Confessio.</i>
 <i>Confessio est incontinentia antidorum, parit munditiam cordis, mentem illuminat, gratiam auget, animo quietem repræsentat frequenter frequentata.</i> 348
 <i>Contra tentationes juvat.</i> 349
 <i>Quod crebrò sordescit sæpius mundandum.</i> <i>ibidem.</i>
 <i>Ea sepe usi sunt Sancti.</i> <i>ibid.</i>
 <i>Confessio crebra optima vigilia.</i> 350
 <i>Confessio bona requirit examen conscientia.</i> 363
 <i>Quaedam notanda volenti rectè confiteri.</i> 492
 <i>Conformatio.</i>
 <i>Pro cõformatione humana & divine voluntatis notanda septè.</i> 295
 <i>In conformatione divine voluntatis cum humanâ versatur omnis cardo Christiana vita.</i> 548
 <i>Quod conforme divine voluntati est, bonum est.</i> 539
 <i>Vide verbo Voluntas.</i>
 <i>Conscientia.</i>
 <i>Cur in monasteriis ante quietè cõscientia examen pramittatur.</i> 140
 <i>Conscientia delictorum summa anima tribulatio, & sextum apud inferos tormentum.</i> 161
 <i>Conscientie inquinata nullum datur solatium apud inferos.</i> 162
 <i>Conscientia in hoc mundo suas habet ferias, at in inferno nullas habet.</i> <i>ibid.</i>
 <i>Quare torqueat damnatos conscientia, rationes varia.</i> <i>ibid.</i>
 <i>Conscientia incredibilis vis post mortem.</i> 164
 <i>Vrens conscientia tormentum maximum.</i> 183
 <i>Laniena conscientia est apud inferos.</i> 363
 <i>Conscientia examinanda quot & que sunt partes.</i> 380
 <i>Conscientia reticere non novit.</i> 381
 <i>Examen conscientia impediunt fabula & somnus.</i> 384
 <i>Omnia querenda ut examini conscientia incumbamus.</i> 384
 <i>Unicuique sua conscientia liber est.</i> <i>ibid.</i>
 <i>In conscientia examine errores tollere, est meminisse errorum cum dolore.</i> 386
 <i>Examini conscientia triplex finis.</i> <i>ibid.</i>
 <i>Conscientia scrutanda est.</i> 391
 <i>Mala si sit, est delictorum testis, iudex, tortor & carcer.</i> 393
 <i>In examine conscientia opus est constantiâ.</i> <i>ibidem.</i>
 <i>Conscientiam agram peccato mortali ad lectum deducere audacia inexplicabilis.</i> 394
 <i>Conscientia mala figura villæ iniquus.</i> 96
 <i>Cõscientia agro à vitis animo æqualeus est, sano autè thalamus.</i> 377
 <i>De conscientia examini utilitatibus vide fol. 378. 379. usq. f. 383.</i>
 <i>Vide verbo Examen.</i>
 <i>Consilium.</i>
 <i>Consilium Castiani ante omnes actiones.</i> 528
 <i>Nullum consiliū dedit Pambò quin rem antè Deo cõmendaret.</i> <i>ibid.</i>
 <i>Consilia non sequenda cum consiliariis reclamant conscientia.</i> 615
 <i>Con-</i></p> |
|--|---|

Index Rerum.

| | |
|--|------------|
| Consiliarius. | |
| Consiliarii omnibus Potentatibus necessarii. | 611 |
| Consiliarius linguam aulicam abhorreat. | 612 |
| In curiis sunt consiliarii triplicis discriminis. | 612 |
| Eorum audacia in quo laudanda. | ibidem. |
| Consiliario sunt septem observanda. | 611 |
| Declinare debet ab ancipiti lingua. | 612 |
| Lingua pervicaciam vitet, constantiam amet. | 613 |
| Consiliario maximè necessaria est constantia. | ibidem. |
| Adulatorum execretur, veracem sectetur. | ibidem. |
| Linguam oderit argenteam. | 614 |
| Linguam habeat liberam. | 615 |
| Modestia & reverentia Consiliario necessaria est. | ibidem. |
| Consiliarii munus est liberè & ingenue sententiam ferre. | 616 |
| Conspectus. | |
| A conspectu Dei abjici ploratu dignissimum. | 192 |
| Consortium. | |
| Consortia mala casto fugienda. | 331 |
| Etiã omnibus. | 332 |
| Conspicium. | |
| Duplici conspicio utendum ceruleo & purpureo. | 146 |
| Quomodo ceruleo & purpureo utendum. | ibidem. |
| Omnes boni hoc duplici genere utuntur. | 147 |
| In omnibus rebus us utendum. | ibidem. |
| Contemnere. | |
| Contemnere alios arbor est. | 17 |
| Contemnere seipsum minimum semen. | ibidem. |
| Contentio. | |
| Contentionis indoles multiplex. | 617 |
| Contentientie stratagemata. | 322 |
| Contritio. | |
| Contritionis tres actus. | 290 |
| Contritio delet noxas prateritas & cavet à futuris. | 382 |
| Contumacia. | |
| Contumacia voluntatis in damnatis extrema miseria. | 551 |
| Contumelia. | |
| Contumelia nos acuit aliquando ad hostia. | 621 |
| Conviciam. | |
| Convicia patienter toleranda. | 621 |
| Convicia in auctorem recidunt. | 621 |
| Convivium. | |
| Convivium Assueri & lautitia. | 178 |
| Cur Conviva olim partem cœnule in mensâ relinquebant. | 155 |
| Convivium Assueri cur Spiritus S. per partes describi voluit. | 227 |
| Cor. | |
| Cor hominis est liber S. Scripturæ aptus. | 16 |
| Stylus verd ferreus seria meditatio. | ibidem. |
| Qui sint recti corde. | 547. & 849 |
| Cor habet ut profundam specum vitii plenam superbus. | 278 |
| Corona. | |
| Corona cali è quibus floribus plectatur. | 218 |
| Corpus. | |
| Gentilium in suum corpus imperium exercentium paradigmata. | 834. |
| Corpus est vivarium in quo alitur mors. | 37 |
| Non est domus, sed hospitium. | 43 |
| Est obnoxium variis morbis. | 48 |
| Est equus pallidus. | 94 |
| Est cythara. | 286 |
| Corporis afflictatio incontinentie remedium. | 342 |
| Quid sit corpus, undèque tam dignum coli. | 412 |
| Corporis elogia. | 413 |
| Qui illi servit non est liber à vitiiis. | 414 |
| Corpus & animus dua hominis partes. | ibidem. |
| Tantum indulgendum corpori quantum valetudini satis est. | 415 |
| In gratiam corporis omnia sunt. | ibidem. |
| Corpus & animus ad Tribunal Christi stabunt. | 415 |
| Corporis cultus superbia vexillum & nidus luxuria. | 416 |
| De cultu corporis quid sacra pagina sentiant & sancti Patres. | 421 |
| Studium ornandi corporis internam indicat fedtatem. | 422 |
| Corpus humanum est simile pomo Gomorrhæo. | 423 |
| In cultu Corporis quorundam modestia. | 424 |
| Modestia in cultu corporis quorundam magnatum nostri ævi. | 425 |
| Corporis cultus nimis est causa multorum peccatorum. | 429 |
| Cultus corporis exterior animi neglectus certum indicium. | 430 |
| Est origo multorum malorum. | ibidem. |
| Colere corpus est dispendium corporis. | 431 |
| Cultus corporis querit vanam gloriam. | 431 |
| Cultus corporis nimos dissipat. | 432 |
| Nimium studium ornandi corpus est pejus ebrietate vitium. | 433 |
| Est jactura nominis & fame. | ibidem. |
| Est vanitatis in animo latentis indicium. | ibidem. |
| Tutelam corporis homo gerere debet, sed non inservire. | 443 |
| Corporis afflictiones omnes à Deo proveniunt. | 574 |
| Correctio duorum aut trium dierum non prodest. | 283 |
| Cras, Crastinum. | |
| Cras causa amissionis aternæ beatitudinis. | 20 |
| Crastinum pollicentem nemo adè sibi divos habuit faventes. | 34 |
| Crastinus cur vocatus Sigismundus. | 44 |
| Cruce, Cruciatu. | |
| Cruciatu omnes omnino sustinuit Christus. | 207 |
| Qui crucis est socius erit & Paradisi. | 54 |
| Cruciatu hujus mundi cur dicantur umbra veri cruciatu. | 165 |
| Cruciatu inferni æterni. | ibidem. |
| Vide verbo Adversitas, Infernus. | |
| Capla. | |
| Capla in peccato mortali est infinita. | 5 |
| In capla lethali duo spectanda. | 149 |
| Cupiditas. | |
| Cupiditatis tres motus. | 205 |
| Cupiditas facilis excluditur quàm expellitur. | ibidem. |
| Vide plura verbo vitium. | |
| D. | |
| Dalila. | |
| Dalila insidiis captus Sampson. | 93 |
| Damnatus, Damnatu. | |
| In damnatis extrema miseria est contumacia voluntatis. | 550 |
| Damnati jacent in inferno, sicut haleces in dolio. | 4 |
| Sunt æterni Tributarii Dei. | 5 |
| Nunquam in gratiam cum Deo redituri sunt. | ibidem. |
| Damnatis est sublata omnis spes. | 21 |
| Damnatis nulla lex permittit Deum videre. | 149 |
| Damnatos quid maximè excruciet. | 151 |
| Ve, Ve, sunt damnatorum cantilena. | ibidem. |
| Damnati quid acerbis deplorant. | ibidem. |
| Damnati jure seibunt. | 152 |
| Damnati à malâ societate liberari non possunt. | 166 |
| Damnati sunt sicut ficus maledicta. | 179 |
| Non possunt dicere, Miserere mei. | 187 |
| Nallum finem sortiuntur suppliciorum. | 194 |
| Damnatorum vana querele. | 364 |
| Locus damnatorum destabilis. | ibidem. |
| Damnatis deslenda temporis jactura. | 351 |
| Vide verbo Infernus, Eternitas. | |
| Damnum. | |
| Damnum tantu majus est quantu plus bonorum eripit. | 148 |
| Vide verbo Peccatum, Vitium. | |
| Daniel. | |
| Danielis in orando perseverantia. | 610 |
| Es propter innocentiam qualiter fuerit inter leones tutus. | ibidem. |
| Darius. | |
| Darius in quo constituerit æternitatem. | 8 |
| David. | |
| David duo tempora cordi habuit, & æternitatè jugiter fuit meditatus. | 10 |
| David in ultimâ suâ concione optime vite capita recitavit. | 77 |
| In suis actionibus multos affectus diversos copulavit. | 481 |
| David cur à manu canis petiit liberari. | 634 |
| David cur mortem Amnonis filii ita deploraverit. | 263 |
| Ejus subjectio erga divinam providentiam. | 570 |
| Defectuosa non resurgent Beatorum corpora. | 234 |
| Defunctus. | |
| Defuncti animus reus est in judicio. | 103 |
| H h h h | |
| Delectatio | |

Index Rerum.

| | |
|---|---|
| <p style="text-align: center;">Delectatio morosa.</p> <p>Delectatio que dicatur morosa. 4. & 5
 <i>Quale sit peccatum.</i> ibidem.
 <i>Sub hac delitescit pœna aeterna.</i> ibidem.</p> <p style="text-align: center;">Delitiæ.</p> <p>Delicias mundi celestibus anteferre summa Dei est injuria. 256</p> <p style="text-align: center;">Derisor, Derisio.</p> <p>Derisores tribus coloribus insigniuntur, ex iis cognoscuntur. 622
 <i>Quatuor mala à derisione derivantia.</i> 625
 <i>Derisorum natura describitur.</i> ibidem.
 <i>Quadrupliciter huic vitio minatur S. Scriptura.</i> 625
 <i>Derisor non est instruendus.</i> ibidem.
 <i>Derisor ejiciendus è societate.</i> 626
 <i>Derisores quàm sint graviter puniit.</i> 627</p> <p style="text-align: center;">Desperatio.</p> <p>Desperatione nihil pejus. 55
 <i>In inferno est continua.</i> 167
 <i>Quid in inferno desperationem augeat.</i> 168
 <i>Desperatio unde nascatur.</i> 168
 <i>Portæ inferi cœca desperatio.</i> ibidem.
 <i>Olla succensa signum desperationis.</i> 169
 <i>Desperatio damnatorum.</i> 364</p> <p style="text-align: center;">Detestatio.</p> <p>Detestatio præteritorum peccatorum signum Prædestinationis. 282</p> <p style="text-align: center;">Detraçtio, Detraçtor.</p> <p>Detractionis definitio. 629
 <i>Duobus modis de alterius peccato sermo misceri potest.</i> ibidem.
 <i>Quale sit discrimen inter detractionem & convicium.</i> 619
 <i>Octo modis fit detraçtio.</i> 629
 <i>Detraçtio est subtilis, ubique regnat.</i> 630
 <i>Detraçtio est difficillima curationis.</i> 631
 <i>Quantorum malorum fit mater.</i> 632
 <i>Omnis detraçtio cavenda.</i> ibidem.
 <i>Quinam sint comites detraçtionis.</i> ibidem.
 <i>Detractionem plurima mala sequuntur.</i> 633
 <i>Summè fugienda, propter obligationem restitutionis.</i> ibidem.
 <i>Detractione multi damnantur.</i> ibidem.
 <i>Detraçtores exacuunt linguam ut gladium.</i> 634
 <i>Intendunt arcum ut sagittent, firmant sibi sermonem nequam.</i> ibid.
 <i>Detraçtorum varia sunt nomina.</i> 635
 <i>Os detraçtoris est aquimmarium diaboli.</i> ibidem.
 <i>Detraçtor est canis, porcus, &c.</i> ibidem.
 <i>Detraçtor est summè execrabilis.</i> 636
 <i>In detraçtores vindicta divina.</i> 636
 <i>Discrimen quale fit inter detractionem & contumeliam.</i> ibidem.
 <i>Detractione tres vulnerantur.</i> 638
 <i>Detraçtor & ejus auditor graviter delinquant.</i> ibidem.
 <i>Detraçtorum Auditores vari.</i> 639
 <i>Detraçtor & auditor diabolum gestant, alter in ore, alius in aure.</i> ib.
 <i>Auditoribus detraçtorum duplex documentum.</i> 639</p> <p style="text-align: center;">Deus.</p> <p>In suis permissionibus est admirandus & multarum permissionum divinarum causa. 512. & 513
 <i>De aranis Dei non inquirendum.</i> 516
 <i>Deus differt postulatam opem ut constantiores preces copiosius remuneretur.</i> 518
 <i>Quidquid decrevit Deus debemus ferre.</i> 519
 <i>Deus cum affligit non sevit, sed fortiores reddit.</i> 528
 <i>A Deo omnia tribui discimus quotidiano rerum defectu.</i> 530
 <i>Magna est Dei liberalitas erga homines & quare.</i> 532
 <i>Deus peccatores secretis impulsibus ad se trahit.</i> 546
 <i>Deus tres habet claves.</i> 567
 <i>Deus amicorum suorum deterrimos eventus latissimis successibus commutat.</i> 570
 <i>Deus non solum bonis, sed etiam malis ad bonum utitur.</i> ibidem.
 <i>Deus non vult, nec potest velle, nisi quod nobis bono sit.</i> 572
 <i>Deus nos ducit per varios anfractus ad celum.</i> 572
 <i>Cur Deus hunc evibet ad dignitatem cum sciat eum eâ malè usurum.</i> 573
 <i>Cur Deus omnia crimina statim non punit, nec omnia relinquit impunita.</i> ibidem.</p> | <p>Deus non vult culpam sed pœnam. 583
 <i>Deus Israël's populi murmura castigavit.</i> 693
 <i>Deus levem jactantiam etiam in amicissimis punit.</i> 710
 <i>Deo nil temere promittendum.</i> 713
 <i>Deus vult homines agere inter se sincere.</i> 715
 <i>Deus vult ut inter homines alter alteri se subjiciat.</i> 774
 <i>Dei sollicitudo erga Isaac.</i> 813
 <i>Quid de Deo senserint veteres.</i> 1
 <i>Iuste punit peccatum mortale eterno supplicio.</i> 4
 <i>Deo nihil temere promittendum.</i> 14
 <i>Deus homini reprobato ordinat omnia feliciter in hac vita.</i> 14
 <i>Deus, quos diligit, castigat.</i> 15
 <i>Dei sagitta quæ sint.</i> ibidem.
 <i>Deus volentibus non deest.</i> 16
 <i>Deus minima obsequia in pretio habet.</i> 29
 <i>Deus est habitaculum omnium proborum.</i> 31
 <i>Deo fidendum & quid sit Deo fidere.</i> 46
 <i>Ad Deum in omnibus recurrendum.</i> ibidem.
 <i>Ad Deum mittendus est primus gemitus.</i> 47
 <i>Deus hominem cancellis morbi sepit.</i> 49
 <i>Dei esse captivum est quid magnum.</i> ibidem.
 <i>Deo gratum est sacrificium dolor cum patientiâ.</i> 52
 <i>Ad timendum Deum dua præceptiones.</i> 109
 <i>Dei judicia abyssus multa.</i> 128
 <i>Deus cur sibi familiares etiam in morte permittit concuti magnis pavoreibus.</i> 129
 <i>Quomodo à Deo præmium æternum obtinendum.</i> 209
 <i>Dei potentiam tria docent.</i> 133
 <i>Est exactissimus Iudex.</i> 137
 <i>Deus omnes ad iudicium vocabit.</i> 138
 <i>In hoc mundo unâ manu sevit, in altero utraque.</i> 160
 <i>A conspectu Dei abjici ploratu dignissimum est.</i> 197
 <i>Scire se habere Deum inimicum in æternum, horrendum scitu est.</i> 195
 <i>Deum nullus ante mortem vidit.</i> 210
 <i>Cur Deus vult preces nostras sic ordiri Pater noster, &c.</i> ibidem.
 <i>Cur preces nostras non exaudit.</i> 211
 <i>Deus nihil stabile esse voluit præter seipsum.</i> 214
 <i>Cur Deus cali voluptatem celet.</i> 216
 <i>Deus vult ut homines se calo non prabeant indignos.</i> 217
 <i>Dei visio quanti aestimetur à diabolo.</i> 220
 <i>Væ illis qui Dei visionem sibi nequitia æternaliter perdunt.</i> ibid.
 <i>Deum videre omnia bona cali & terra complectitur.</i> 223
 <i>Deus potest creare hominem formosorem formosissimo totius mundi.</i> 224
 <i>Deus creavit tantam rerum varietatem ut esset in eâ gustulus cali.</i> ib.
 <i>Deum in summo pulchritudinis gradu collocant Theologi.</i> 225
 <i>Deus admittitur labores omnes & lacrymas & pro eis dat pretium immensum.</i> 226
 <i>Cur Deus sinat etiâ viris integerrimis aliquid labecula inharere.</i> 230
 <i>Cur hominem permisit labi & à lapsu revocari.</i> 237
 <i>Deus noluit habitare solus in calo.</i> 241
 <i>Deus habet tres contignationes in domo universi, & earum differentia.</i> 244
 <i>Deus proponit nobis tanquã adumbrationem aliquã orbis beati.</i> 274
 <i>Dei aspectus est verissima hominis beatitudo.</i> 252
 <i>Deum vocantem aversari ferarum est, non hominum.</i> 270
 <i>Deus hominem probum in deliciis non nutrit.</i> 273
 <i>Deum non diligit qui pia monita non esurit.</i> 276
 <i>Deus vult servos suos promptos ad omne præceptum.</i> 284
 <i>Cur Deus pro lapsis angelis non factus est angelus, uti pro lapsis hominibus factus est homo.</i> 302
 <i>Deus ut naturarû est conditor ita malarû voluntarû est ordinator.</i> ib.
 <i>Deum oraturo duo sunt necessaria.</i> 309
 <i>Dei præsentia assiduè cogitata incontinentia antidotum.</i> 356
 <i>Deus omnibus adest præsens, & Dei oculo omnia aperta sunt.</i> 357
 <i>Dei præsentis memoria ad sanctitatem juvat.</i> 358
 <i>Detinet nos à scelere.</i> ibidem.
 <i>Dei præsentia animat ad bene agendum.</i> 359
 <i>Oculum Dei nemo potest effigere.</i> 360
 <i>Deus omnia videt.</i> ibidem.
 <i>Deus querendus quantâ possumus industria.</i> 382</p> <p style="text-align: right;">Deus ha-</p> |
|---|---|

Index Rerum.

| | |
|--|---|
| <p>Deus habet amicos triplici classe distinctos. 395</p> <p>Deus debet esse causa omnium actionum nostrarum. 441</p> <p>Cur Deus exigit manuum impositionem ut sacrificium sit acceptabile. 445</p> <p>Deus cur non vult columbam solum in sacrificio offerri. 450</p> <p>Deo placuisse summa merces factorum. 454</p> <p>A Deo flagella nostra. 512</p> <p>Deus illo vindicta rigore in nos utetur quo nos usi fuerimus in alios. 641</p> <p>Quatuor Dei perfectiones. 645</p> <p style="text-align: center;">Deo gratias.</p> <p>Deo gratias dictum in arumnis quantum valeat. 62</p> <p style="text-align: center;">Desiderium.</p> <p>Desiderium Deum videndi S. Ignatii Lojola. 222</p> <p>Desideria humana ad triplex bonum excurrunt. 240</p> <p style="text-align: center;">Diabolus.</p> <p>Diabolus pictor falsus. 44</p> <p>Diabolus in ultimo morbo est importunissimus. 94</p> <p>Conatur agrum in desperationem trahere. <i>ibidem.</i></p> <p>Viventes blandiendo decipit, morientes saviendo rapit. 11</p> <p>Diaboli spina qua. 134</p> <p>Est Geographus peritissimus. 213</p> <p>Laborat ut hominem retrahat à Confessione & Communione. 270</p> <p>Cur diabolus semper insidiatur perseveranti. 308</p> <p>Diaboli primus & ultimus ardes est retardare à bene coeptis. 389</p> <p>Diabolus extremè laborat ut subtrahat rectam intentionem. 445</p> <p>Omnia tentat ut intentionem violat. 454</p> <p>Diabolus si opus nostrum contingat pravâ intentione totum erit perversum. 459</p> <p>Affidè insidiatur anime in gratiâ constituta. 470</p> <p>Tribus modis opera nostra inquinat. 471</p> <p>Diabolica circa intentionem rectam insidia. <i>ibidem.</i></p> <p>In diei ac noctis consuetudo maximè tentat. 492</p> <p>Diabolus Cerafite similis est. 497</p> <p>Diaboli aliquot callidissima quaestiuicula solvuntur. 582</p> <p>Diabolus sine permissu divino nihil potest nobis facere. 587</p> <p>Diabolus temere non nominandus. 662</p> <p>Diabolus primus omnium mentitus est. 684</p> <p>Diabolus otiosarum fabularum fautor. 696</p> <p>Diaboli vestimenta. 814</p> <p>Summè estimat Dei intuitum. 220</p> <p style="text-align: center;">Dicitaria.</p> <p>Dicitaria per jocum etiam tantum prolata Deus gravissimè punit. 608</p> <p style="text-align: center;">Dies.</p> <p>Dies omnes observandi, suspecti sunt & cur. 41</p> <p>Dies qua dicatur repentina. 118</p> <p>Dies tribulationis qua dicatur. 136</p> <p>Dies vite in noctem vergit. 76</p> <p style="text-align: center;">Differre, Differens, Differentia.</p> <p>Differentia inter temporalia & eterna. 5</p> <p>Differentia inter sententiam latam in concilio Hierosolymitano & caelesti concilio de Christo. 447</p> <p>Differentia inter Vaniloquium, Multiloquium, & Stultiloquium, & Turpiloquium. 729</p> <p>Differentia inter cogitationem, meditationem, & contemplationem. 785</p> <p>Differentia inter perseverantiam, & constantiam. 819</p> <p style="text-align: center;">Diffidentia.</p> <p>Argumenta quibus nostram diffidentiam Christus arguit. 567. & 568</p> <p>Quanta sit plurimorum hominum de Deo diffidentia. 575</p> <p>Triples diffidentie genus. <i>ibidem.</i></p> <p>Duplex Moysi diffidentia. 577</p> <p>Diffidentia Israël populi & punitio ejusdem. <i>ibidem.</i></p> <p style="text-align: center;">Dilatio.</p> <p>Dilatio penitentiae quanta iactura. 126</p> <p style="text-align: center;">Diligentia.</p> <p>Diligentia cur in rebus omnibus sit necessaria. 833. & 834.</p> <p>Diligentia encomia. 834</p> <p>Diligentia paradigmata. <i>ibidem.</i></p> <p>Diligentia actiones. 836</p> <p style="text-align: center;">Diogenes.</p> <p>Diogenis merx qua. 98</p> | <p style="text-align: center;">Discrimen.</p> <p>Discrimen inter Beatos quale & quod sit. 250</p> <p>Discrimen inter hominem spe sua falsum & damnatum. 149</p> <p>Discrimen inter prudentem & fraudulentum. 718</p> <p>Discrimen inter Orationem, Meditationem, & Contemplationem. 785</p> <p>Discrimen inter pati & sustinere. 807</p> <p>Discrimen inter divinos & humanos favores. 808</p> <p style="text-align: center;">Disciplina.</p> <p>Disciplina ne laboretur Lacedaemonii furcas, Deus verd ignes inrentat. 167</p> <p style="text-align: center;">Distinctio.</p> <p>Distinctio misericordiae & iudicii secundum tempora. 130</p> <p style="text-align: center;">Disparitas.</p> <p>Disparitas praemiorum in calo homines in solitudinem & caenobia agit. 251</p> <p style="text-align: center;">Divitiæ.</p> <p>Divitiæ post hanc vitam reum tueri non poterunt. 118</p> <p>Iudicem non molliunt. <i>ibidem.</i></p> <p>Ab illis nihil parocimii sperandum. <i>ibidem.</i></p> <p>Nihil in iudicio proderunt uti nec honores. 126</p> <p>Divitiis scientiam & patriam pretulit Anaxagoras. 218</p> <p>Tutius servari non possunt quam in manibus pauperum. 276</p> <p>Eas spargere, est colligere. 276</p> <p>Divites à reculis pauperum quiescunt. 866</p> <p>Divitiæ monstrant viam ad vitia, & ad hoc paradigma. 869</p> <p>Divitiarum contemptores fuerunt plurimi veteres. 867</p> <p style="text-align: center;">Diuturnum.</p> <p>Diuturnum hic nihil. 476</p> <p style="text-align: center;">Documentum.</p> <p>Documenta complectentia quid voluntas divina exigit à sui cultoribus. 518</p> <p>Documenta duo tanguntur non tangenda de beatitudine. 231</p> <p>Documenta decem ad virtutem exercendam. 302</p> <p style="text-align: center;">Doctrina.</p> <p>Doctrina amussa recte intentionis. 443</p> <p style="text-align: center;">Dolor, Dolores.</p> <p>Dolores praeteritos retrahere miserum est. 60</p> <p>Dolores nostri iudicium qui ad aeternitatis supplicia. 161</p> <p>Dolor cum patientiâ gratum Deo sacrificium. 52</p> <p>Dolores Christi & nostri imagines sunt doloris. 58</p> <p style="text-align: center;">Domus.</p> <p>Domus cura arcanum conscientiae. 393</p> <p>Domus nostra est sepulchrum. 68</p> <p style="text-align: center;">S. Dominicus.</p> <p>Tutius hic vir sanctus, creditur habitare inter odia hominum, quam inter blandimenta. 478</p> <p style="text-align: center;">Donum.</p> <p>Donum Constantini Magni Imperatoris. 307</p> <p style="text-align: center;">Dotes.</p> <p>Dotes corporis beati quomodo nominentur, & qua sint. 234</p> <p style="text-align: center;">Dos Beatorum.</p> <p>Dos Beatorum quadruplex. 354</p> <p>Dos, Beatorum profecticia & eventitia. 234</p> <p style="text-align: center;">E.</p> <p style="text-align: center;">Ecclesia.</p> <p>Ecclesia aquilam imitatur in die cinerum. 35</p> <p>Similiter & in exequiis defunctorum. <i>ibidem.</i></p> <p style="text-align: center;">Edere.</p> <p>Edere & bibere quomodo quis potest ad gloriam Dei. 448</p> <p style="text-align: center;">Eleemosyna.</p> <p>Eleemosyna agit partes patroni in iudicio. 119</p> <p>Eximit à gehennâ ignis. <i>ibidem.</i></p> <p>Eleemosyna quomodo etiam aliquando ingrata Deo. 276</p> <p>Eleemosyna est ars artium quaestuosissima. 883</p> <p>Quomodo danda & quibus. 884. & 885</p> <p>Eleemosyna symbolum Praedestinationis. 276</p> <p>Quinam eleemosynam dent malignè. <i>ibidem.</i></p> <p style="text-align: center;">Electus.</p> <p>Electus continuâ adversitate deprimitur. 273</p> <p style="text-align: center;">Hhhh 2</p> <p style="text-align: right;">Elogium.</p> |
|--|---|

Index Rerum.

| | |
|--|--|
| <p style="text-align: center;">Elogium.</p> <p>Elogiorum series in litteris olim premissa. 35
 Emendare, Emendatio. 168
 Emendatio nunquam sera. 292. & 297
 Emendatio vite non differenda. 383
 Emendatio debet esse seria. 714
 Emendatio vite à pluribus promittitur quæ tamen non præstatur. 714
 Vide verbo Pœnitentia.
 Epitaphium. 69
 Novem Epitaphia pulchra. 31
 Epitaphium omnium nostrum generale. 25
 Epulo. 25
 Epulo cum esset in tormentis, tum primùm, serius tamen oculos levavit ad Deum. 382
 Error. 501
 Errores nostri puniendi sunt. 745
 Error in tribus Magis fuit ipsis bono. 674
 Eruditio. 674
 Eruditio & pietas à bonorum societate & familiaritate provenit. 806
 Eva. 685
 Tribus modis verba Dei depravavit. 806
 Eva statio ad arborem scientiæ boni & mali fuit nobis causa mortis; at S. V. Maria ad mortis arborem statio præbuit fructum nobis vite. 806
 Eucharistia. 270
 Eucharistiam non sumere est dementia. 270
 Eam non sumendo nemini magis quam nobismetipsis sumus damnosiores. ibidem.
 Eucharistia frequenter sumenda est. ibidem.
 Eucharistia peccata leviora delet, armat contra diabolum, dat futuræ gloriæ pignus. ibidem.
 Eucharistia est fons puritatis & animi morborum antidotum. ibid.
 Ariditas animi non est legitima excusatio abstinendi ab eâ. ibidem.
 Eucharistiam crebrò sumere est signum prædestinationis. 271
 Eucharistiam sumpturo quedam observanda. 492
 Varia invitatio ad hoc celeste epulum. 854
 Eucharistia cum summâ reverentiâ sumenda & adoranda. 854
 Eucharistia cur sit adoranda. 855
 Eucharistiam sumpturo necessarium est dolere de præteritis & cavere de futuro. 855
 In Eucharistiâ Deus invenit quâ ratione ipse fieret homo, & quâ ratione Deus-homo fieret cibus homini. 856
 Eucharistiam sumpturus seipsum præbet. ibidem.
 Quæ Eucharistiam sumpturo sint observanda ut ad eam præparatio accedat. 857
 Actiones & praxis Communionis sacre pulchra. 858
 Eucharistia multi effectus. 270
 Eventus rerum. 524
 Eventum omnem divinæ providentiæ adscribere summi momenti est. 507
 Eventus contemnentur si sæpe cogitentur. 301
 Examinare, Examen conscientiæ. 371
 Examinanda conscientia capita. 371
 Examinare conscientiam res est utilissima. 372
 Examen conscientia est malagma omnis animi morbi. ibidem.
 Negligere hoc examen est suspensus accusatio. 374
 Senecæ examen conscientia quotidianum. 374
 Vespertini examinis commoda latè. 374. 375 & 376
 Quanta sit necessitas examinis conscientia. 377
 Quovis vespere examinanda conscientia. 377
 Nihil periculosius omissione examinis conscientia. ibidem.
 Ut examen conscientia integrè fiat assignandum tempus. 378
 Apostoli in cenâ conscientiam suam examinarunt. ibidem.
 Conscientia examen debet esse accuratum & dolens. 378
 In conscientia examine constantè agendum. 379
 Conscientia accommodatè medendum. ibidem.
 Vide verbo Conscientia.
 Exercitium. 492. 493
 Exercitia quedam faciliora pro totâ die. 83
 In extremis quale esse debeat. 492
 Exercitium utilissimum se Deo ac Matri ejus commendare. 492</p> | <p style="text-align: center;">Exitus.</p> <p>Exitus & ingressus omnium similis. 436
 Exitus Pharaonis & Nabuchodonosoris cur dispar fuerit. 514
 Excusatio. 641
 Excusatio vulgare est vitium. 643
 Inter lingue vitia hoc est postremum malorum omnium. ibidem.
 Quadruplex excusationis vasities. 644
 Excusatio bellissima quâ Hebræi manna naufragant. 487
 Excusavit Christus crucisgentium malitiam. 72
 Expoliari. 72
 Expoliari carne S. Paulus cur voluerit. 645
 Exprobratio, Exprobrare. 645
 Exprobratio omnibus molestâ. ibidem.
 Exprobrare beneficia est ea perdere. 645
 Odiosum est genus hominum exprobrantium beneficia. ibidem.
 Deus nulli beneficia exprobrat. 645
 Quomodo Davidi per Nathan, per Moysen, Israëlitis iusserit beneficia collata exprobrari. ibidem.
 F. 674
 Facetia. 722
 Facetia à Christianâ integritate arcenda. 426
 Facies. 186
 E facie & veste non judicandus homo. 208
 Factum. 633
 Factum egregium Iosephi, & Susannæ. 637
 Factum audax Caracottæ. 720
 Fama. 50
 Fama est unicuique homini pretiosissima. 153
 Graviter peccant qui famam alterius imminuunt. ibidem.
 Vindicta divina tales prosequitur. 154
 Intra fauces commoriendum quidquid famam alienam inscit. 228
 Fames. 352
 Fames fuit Zenoni amicissima, & cur. 262
 Fames inter maxima mala reputatur. 559
 Fames tertium apud inferos malum. 7
 Tormentum est incomprehensibile. 7
 Fames nostra ad cenam illam magnam differenda. 7
 Fames vitiorum omnium antidotum. 7
 Fames & sitis continua inferorum supplicium. 7
 Famulus, Famula. 559
 Famulorum Dei celeritas ad subveniendum nobis. 7
 Famula sapientiæ sunt duæ. 7
 Fallacia. 858
 Fallaciarum artifex Nicolaus Machiavellus. 274
 Fastidire. 46
 Fastidius nil magis quam divina. 46
 Fatum. 423
 Fatum Ægyptiorum. 424
 Favor. 424
 Qui favores humanos pro virtute desiderant rem magis pretii vili vendunt. 457
 Favor divinus ante omnia expetendus. 529
 Femina. 423
 Quantus sit feminarum luxus. 424
 Luxus carum paradigmata. 424
 Femina veste varii coloris non licebat uti lege Oppiâ. 437
 Feminarum comptus est res infinitæ observantiæ. 431
 Pambus occurrens Femine ornata cur steterit. 810
 Felicitas. 863
 Nulla felicitas solida sine notitiâ Dei. 226
 Felicitati amaritudo hic miscetur, ut alia à nobis desideretur felicitas. 9
 Felicitas & infelicitas, in quibus olim consistebat. 6
 Felicitas mundi angustis cancellis clausa. 559
 Ad felicitatem veram obtinendam regulæ quedam observandæ. 6
 Fidere. 46
 Fidere Deo quid sit. 576
 Fidendum soli Deo. 83
 Fidendum non est hominibus. 559
 Fidendum maxime Deo in multis. 559</p> |
|--|--|

Index Rerum.

| | | | | |
|---|---------|--|---|---------|
| | Fides. | | | |
| <i>Fides nostra, quâ eternitatem credimus, est somnolenta.</i> | 191 | | <i>Fortitudo & casu nil usquam sit in orbe.</i> | 565 |
| <i>Fidei defectus in nobis aperitur cum patientiam abjicimus.</i> | 521 | | S. Franciscus. | |
| <i>Fides est vite Christiana fundamentum.</i> | 770 | | <i>Fuit asiduus eternitatis contemplator.</i> | 10 |
| <i>In tribus rebus summè necessaria.</i> | ibidem. | | Frates. | |
| <i>Miracula aliquot patrata fidei virtute.</i> | ibidem. | | <i>Frates Pontii Pilati qui sint.</i> | 8 |
| <i>Supplicium repudiata fidei in Pharaone.</i> | ibidem. | | Frænum. | |
| <i>Fidei domus propriè est cor.</i> | 772 | | <i>Fræna lingue ac judiciis nostris injicienda.</i> | 505 |
| <i>Fidta Fides hominum.</i> | ibidem. | | Fraus, Fallacia. | |
| <i>Fidei praxis & actiones.</i> | ibidem. | | <i>Fraudis quedam è S. Scripturâ exempla.</i> | 648 |
| | | | <i>Fraude acquisitas victorias Romani non amabant.</i> | 649 |
| | | | <i>Fraudis & fallaciarum artifex Nicolaus Machiavellus.</i> | ibidem. |
| | | | | |
| | | | G. | |
| | | | Garrulitas. | |
| <i>Fiducia in Deo præ ceteris virtutibus habet aliquid singulare.</i> | 75 | | <i>Garrula lingua quæ sit.</i> | 650 |
| <i>Sine magnâ in Deum fiduciâ, non consistit conformatio humane voluntatis cum divinâ.</i> | 555 | | <i>Quatuor garrulitatis noxe.</i> | 651 |
| <i>Fiduciam in Deum inculcat Christus.</i> | 556 | | <i>A garrulo melioris vite non sunt expectanda documenta.</i> | 652 |
| <i>Fiducia in Deum in quo consistat.</i> | 557 | | <i>Nimîa verborum profusio signum est imprudentie.</i> | 656 |
| <i>Fiducia in Deum est arcus cor Dei penetrans.</i> | ibidem. | | Gaudere, Gaudium. | |
| <i>Duo fundamenta firmanda in Deum fiducia.</i> | 558 | | <i>Gaudere est Christum videre.</i> | 77 |
| <i>Quâ ratione in adversis firmanda & erigenda sit in Deum fiducia. ib.</i> | ibidem. | | <i>Gaudiorum fallacium propositio.</i> | 42 |
| <i>In periculis maximè fiducia in Deum innotescit, & est asyllum securissimum.</i> | 559 | | <i>Verum gaudium quo loco querendum.</i> | 23 |
| <i>Sex documenta fiduciam in Deum erigentia.</i> | ibidem. | | <i>Quibus in rebus sit gaudium verum.</i> | ibidem. |
| <i>Fiducia in Deum debet firmari patientiâ & perseverantiâ.</i> | 561 | | <i>Gaudium spiritus unde nascatur.</i> | 776 |
| <i>Quantis præmiis hanc in se fiduciam remuneretur Deus.</i> | 563 | | <i>Quoddam sit verum gaudium.</i> | ibidem. |
| <i>Nobilitas Christiana est Deo in arduis fidere.</i> | 561 | | <i>Fons veri gaudii est cogitare calum.</i> | 777 |
| <i>Exempla varia fiducia.</i> | 561 | | <i>Fons omnis gaudii immortalitas animi.</i> | ibidem. |
| <i>Fiducia remuneratio neminem fallit.</i> | 563 | | <i>Gaudii spiritualis praxis insignis.</i> | 778 |
| <i>Fiducia in Deum maxima vite tranquillitas.</i> | ibidem. | | Vide verbo Cælum, Beati, Beatitudo. | |
| <i>Fiducia in Deum est robur in adversis, immunitas à pluribus vitiis, redditus honorum omnipotentem.</i> | 364 | | Gehenna. | |
| <i>Fiducia in Deum sine cogitatione divine providentia vacillat.</i> | 565 | | <i>Gehenna quomodo potest extingui.</i> | 546 |
| <i>Magna fiducia in Deum quosdam fuisse exemplis probatur.</i> | 814 | | Vide verbo Infernas, Damnati. | |
| <i>Praxis fiducia in Deum.</i> | 815 | | Gloria. | |
| | | | <i>Pro gloria cælesti nulli labor durus.</i> | 18 |
| | | | <i>Glorie inordinatus appetitus damnatus.</i> | 476 |
| | | | <i>Quis sit inordinatus appetitus gloria.</i> | ibidem. |
| | | | Vide plura verbo Vana gloria. | |
| | | | Grammatica. | |
| | | | <i>Grammatica Christi quæ?</i> | 209 |
| | | | <i>Grammatica mundi quæ?</i> | ibidem. |
| | | | Gratia. | |
| | | | <i>Gratia Dei nos Deo jungit ut sponsam.</i> | 469 |
| | | | <i>Divina gratia aspernatio torquet inferos.</i> | 162 |
| | | | Vide plura verbo Deus, Christus. | |
| | | | Gratiarum Actio. | |
| | | | <i>Gratiarum actio inter adversa est musica Deo.</i> | 62 |
| | | | <i>Deo gratias in ærumis dictum quantum valeat.</i> | ibidem. |
| | | | Gratulatio. | |
| | | | <i>Gratulationes non sunt venanda.</i> | 476 |
| | | | Vide verbo Vana gloria. | |
| | | | Grues. | |
| | | | <i>Grues in excubiis lapillum pede sustinent.</i> | 35 |
| | | | Gubernatio. | |
| | | | <i>Gubernatio Dei occulta sed ordinatissima.</i> | 577 |
| | | | <i>Yria pulchra gubernationi cuique necessaria.</i> | 741 |
| | | | Gula. | |
| | | | <i>Gula reddit judicium extremum formidabile.</i> | 108 |
| | | | <i>Gula noxa varia.</i> | 153 |
| | | | <i>Gulam qui coërcet voluptatem gustus percipiet in celo.</i> | 227 |
| | | | <i>Gula descriptio.</i> | 153 |
| | | | <i>Insania magna est nihil gula negare.</i> | 228 |
| | | | <i>Gula est invitamentum incontinentie.</i> | 324 |
| | | | <i>Gula vituperia.</i> | 350 |
| | | | <i>Gula est patens iter ad omne vitium.</i> | 793 |
| | | | <i>Gula, fornicatio, & avaritia sunt tres feneratores.</i> | 795 |
| | | | Vide verbo Luxus, Luxuria. | |
| | | | | |
| | | | H. | |
| | | | Hebraei. | |
| | | | <i>Hebraeorum felicitas & infelicitas.</i> | 226 |
| | | | Hhhh 3 | |
| | | | Hære- | |

Index Rerum.

| | |
|--|--|
| <p style="text-align: center;">Hæreticus.</p> <p><i>Hæreticis non est danda causa religionem & Deum vituperandi.</i> 606</p> <p><i>Hæreticorum solemnissimum est sancta omnia irridere.</i> 626</p> <p style="text-align: center;">Herodes.</p> <p><i>Herodes exstitit intentionis mala idea.</i> 462</p> <p><i>Herodes libenter audivit Ioannem Baptistam vitia sua castigantem.</i> 275</p> <p><i>Herodis concionatoria oburgationis patientia.</i> 275</p> <p><i>Herodis turbatio & Rabbiorum consultatio non potuit Magos in errorem trahere.</i> 463</p> <p style="text-align: center;">Herodianismus.</p> <p><i>Herodianismus quid sit.</i> 712</p> <p style="text-align: center;">Hæres.</p> <p><i>Hæres decernere & conscientiam obiter inspicere fatuum est.</i> 104</p> <p style="text-align: center;">Holocaustum.</p> <p><i>Holocaustum inter sacrificia cur primas olim habuerit.</i> 445</p> <p style="text-align: center;">Homo.</p> <p><i>Hominis omnis perfectio consistit in conformatione voluntatis suæ ad divinam.</i> 538</p> <p><i>Hominum pars maxima damnanda.</i> 4</p> <p><i>Homo bone voluntatis simillimus est Salvatori nostro.</i> 541</p> <p><i>Hominis labores sunt instar araneæ.</i> 14</p> <p><i>Homo sui arbitrii est alius noxius.</i> 585</p> <p><i>Hominum mundanorum questio quæ.</i> 14</p> <p><i>Homo bilinguis detractorem superat.</i> 601</p> <p><i>Homo bilinguis est monstrum.</i> 602</p> <p><i>Homo pro æternâ salute est negligens.</i> 22</p> <p><i>Hominis probi encomium.</i> 717</p> <p><i>Hominum magna pars æternitatem gehenna non credunt.</i> 25</p> <p><i>Homo incipit aliquid esse cum se nil esse cognoscit.</i> 34</p> <p><i>Homo non addicitur fidem potestati.</i> 642</p> <p><i>Homo quid sit.</i> 35</p> <p><i>Hominis varia elogia.</i> <i>ibidem.</i></p> <p><i>Homo cum nascitur lacrymatur.</i> 36</p> <p><i>Cur homines sint brevis vita & incerta valetudinis.</i> 50</p> <p><i>Homines multos quid decipiat.</i> 46</p> <p><i>Homines à morbis ut folia agitantur.</i> 48</p> <p><i>Homo est navis quassa.</i> <i>ibidem.</i></p> <p><i>Homini nil timendum præter peccatum.</i> 58</p> <p><i>Homo mortem contemnit cum convalescit.</i> 59</p> <p><i>Hominis moribundi consideratio.</i> 67</p> <p><i>Homini se Deus debitorem constituit.</i> 71</p> <p><i>Homo cur mortem exhorrescat.</i> <i>ibidem.</i></p> <p><i>Homo dum vivit gerit oculos cucullatos.</i> 148</p> <p><i>Hominibus libidinosus calum est lascivire.</i> 204</p> <p><i>Hominum avarorum & ambitionum ascensionem.</i> 212</p> <p><i>Homo inconstans in proposito servando.</i> 389</p> <p><i>Homines quomodo sunt pictæ imagines.</i> 391</p> <p><i>Hominis constantia levi morula languescit.</i> <i>ibidem.</i></p> <p><i>Homo non est iudicandus à facie & veste.</i> 426</p> <p><i>Hominis inconstantia in bono proposito.</i> 439</p> <p><i>Homo solus Deo resistit.</i> 519. & 588.</p> <p><i>Homines sunt diversi sensus & vita.</i> 16</p> <p><i>Homo potest partiri suas curas, at intentio non est dividenda.</i> 445</p> <p><i>Homo debet intentionem suam in Deum assidue dirigere.</i> 446</p> <p><i>Hominis partes duæ, corpus & animus.</i> 414</p> <p><i>Homo fortune ludibrium.</i> 35</p> <p><i>Homo bone intentionis cur non contemnat iudicia hominum.</i> 498</p> <p style="text-align: center;">Vide plura verbo Christianus.</p> <p style="text-align: center;">Honor.</p> <p><i>Honor ut res sacra à multis defenditur.</i> 161</p> <p><i>Pro virtute honorem querere est rem magnam vili pretio vendere.</i> 457</p> <p><i>Qui honorem & seipsum spernit magnanimus est.</i> <i>ibidem.</i></p> <p><i>Honore, quo afficiuntur homines, in Deum est referendus.</i> 474</p> <p style="text-align: center;">Vide verbo Gloria, Virtus, Vana gloria.</p> <p style="text-align: center;">Hospes.</p> <p><i>Hospites suos quis dederit equis suis devorandos.</i> 157</p> <p style="text-align: center;">Hostis.</p> <p><i>Nullus habet periculosorem seipso hostem.</i> 286</p> <p><i>Hosti cur sit resistendum etsi bellum sit à Deo.</i> 512</p> <p style="text-align: center;">Vide verbo Inimicus, Injuria, Ira, &c.</p> | <p style="text-align: center;">Horologium, Hora.</p> <p><i>Nullum est horologium quod supremum diem aut extremam horam subindicat.</i> 291</p> <p><i>Horis omnibus discendum mori.</i> 290</p> <p><i>Horrendum scire Deum sibi æternum fore inimicum.</i> 195</p> <p style="text-align: center;">Hortus.</p> <p><i>In horto Christi flores legere est actus patientiæ varios conjugere.</i> 54</p> <p style="text-align: center;">Humanus.</p> <p><i>Humana desideria ad triplex bonum concurrunt.</i> 240</p> <p><i>Humane sortis quæ conditio.</i> 190</p> <p style="text-align: center;">Humilis & Humilitas.</p> <p><i>Ad humilitatem bene exercendam quadam exactè observanda.</i> 240. & 241.</p> <p><i>Humilitas & Charitas sunt duo brachia, quibus stringendus est Deus.</i> 520</p> <p><i>Humilitatis definitio.</i> 897</p> <p><i>Humiliter non potest diabolus.</i> <i>ibidem.</i></p> <p><i>Humilitate vincitur diabolus.</i> 898</p> <p><i>Humilitate & non aliter restituitur imago divina.</i> 899</p> <p><i>Humilitatem omnia posse probant exempla.</i> <i>ibidem.</i></p> <p><i>Humilitatis est Christiane sapientiæ disciplina.</i> 900</p> <p><i>Humilitatis actiones & praxis.</i> <i>ibidem.</i></p> <p><i>Humiles Deus novit, ignorat superbos.</i> 899</p> <p><i>Humilis non vult videri humilis, sed vilis.</i> 300</p> <p style="text-align: center;">Hyena.</p> <p><i>Hyena cur vicina morti tristis sit, Olor vero hilaris.</i> 106</p> <p style="text-align: center;">Hypocritis.</p> <p><i>Hypocritis iudicium extremum reddit grave & impedit rationem reddendam.</i> 107</p> <p><i>Hypocritica lingua quæ sit.</i> 653</p> <p><i>Hypocritis Herodis.</i> 654</p> <p><i>Hypocritæ cur excludentur à conspectu Dei in æternum.</i> <i>ibidem.</i></p> <p><i>Hypocritæ lingua insanabilis.</i> <i>ibidem.</i></p> <p><i>Hypocritæ est currus falcatus.</i> 655</p> <p><i>Hypocritæ plus nocet haste aperto.</i> <i>ibidem.</i></p> <p><i>Hypocritica lingua precipitavit Absalonem in omne malum.</i> <i>ibidem.</i></p> <p><i>Hypocriticâ linguâ usus est Anastasius ut esset Imperator.</i> 655</p> <p style="text-align: center;">I.</p> <p style="text-align: center;">Jacob Patriarcha.</p> <p><i>Pro conjugæ suæ obtinendâ annis septem servivit.</i> 18</p> <p><i>Pro conjugæ suæ obtinendâ annis septem servivit.</i> 18</p> <p><i>Visto illi ostensa mirabilia.</i> 220</p> <p style="text-align: center;">Jejunium.</p> <p><i>Jejunium est incontinentiæ antidotum.</i> 350</p> <p><i>Jejunii elogia.</i> <i>ibidem.</i></p> <p><i>Jejunii encomia rara.</i> 351. & 352.</p> <p style="text-align: center;">S. Ignatius Lojola.</p> <p><i>Singulari arte desiderio videndi Deum.</i> 222</p> <p><i>Rara ejusdem S. P. lingua continentia.</i> 653</p> <p style="text-align: center;">Ignavus.</p> <p><i>Ignavi militis est Ducis exemplo non moveri.</i> 58</p> <p style="text-align: center;">Ignis Inferni.</p> <p><i>Ignis infernalis ardendi necit terminum & ratio ejusdem.</i> 22</p> <p><i>Ignis infernalis non lucet.</i> 148</p> <p><i>Ignis infernalis suppliciorum infernalium ultimum.</i> 159</p> <p><i>Ignes Venæ toto orbe grassantur.</i> 204</p> <p style="text-align: center;">Ignorantia.</p> <p><i>Laborans ignorantia voluntaria à culpâ est inexcusabilis.</i> 439</p> <p style="text-align: center;">Imago.</p> <p><i>Imago S. Pauli aurea lacrymatur.</i> 15</p> <p><i>Imago à Christianis propostâ ad explorandum profundum æternitatis.</i> 19</p> <p style="text-align: center;">Imprecari, Imprecatio mala.</p> <p><i>Imprecans lingua gravissimum orbis malum.</i> 658</p> <p><i>Imprecationis factæ mali eventus.</i> 659</p> <p><i>Imprecationis vitium Idololatris exosum.</i> <i>ibidem.</i></p> <p><i>Imprecari alicui malum vetitum est, & exemplo Christi repugnat.</i> <i>ibidem.</i></p> <p><i>Improbi plerumque potentior.</i> 88</p> <p style="text-align: right;">Incon-</p> |
|--|--|

Index Rerum.

| | |
|---|--|
| <p style="text-align: center;">Inconstantia.</p> <p>Inconstantia damnosior est in bonis moribus quam in aliis. 387</p> <p>Inconstans Pharaoni assimilatur. <i>ibidem.</i></p> <p>Inconstantia hominis in rebus gerendis. 388</p> <p>Inconstantia est initium omnium malarum tentationum. 812</p> <p>Inconstantia hominis pulchro discursu describitur. 818</p> <p style="text-align: center;">Indi.</p> <p>Indorum superstitio erga cadavera suorum majorum. 423</p> <p style="text-align: center;">Inducia.</p> <p>Inducias nullas concedit mors. 59</p> <p style="text-align: center;">Infernus.</p> <p>Infernus quo loco sit. 164</p> <p>Inferni ingens capacitas. 165</p> <p>In inferno damnati ob angustiam loci non poterunt se movere. <i>ibidem.</i></p> <p>Inferni tormenta aeterna. <i>ibidem.</i></p> <p>Inferni cruciatus his vite cruciatibus collati differunt, ut res vera & ejusdem pictura, & cur. <i>ibidem.</i></p> <p>Infernum quomodo quis mente possit concipere. <i>ibidem.</i></p> <p>In inferno continua desperatio. 168</p> <p>Infernus est epitome omnium dolorum & malorum. 168</p> <p>Infernus habet omnia poenarum genera. 169</p> <p>In inferno nullum horologium. 194</p> <p>Infernus quomodo exstingui possit. 546</p> <p>In inferno nulla excusatio, aut accusatio vite capit locum. 18. & 16</p> <p>In inferno continua est nox. 2</p> <p>Vna hora in inferno poenalius erit, quam hic centum anni in poenis amarissimis. 4</p> <p>Infernus est terra oblivionis. 27</p> <p>Inferiora terra qua.</p> <p style="text-align: center;">Ingenium.</p> <p>Ingenium bonis artibus applicatum bona est suppellex. 707</p> <p>Ingenium malis artibus excultum exosissimum. <i>ibidem.</i></p> <p style="text-align: center;">Inimicus.</p> <p>Inimici nostri duplicem personam sustinent. 513</p> <p>Inimicos omnes sibi vectigales habet qui Deo fedit. 529</p> <p>Inimico qui non remittit ad inferos properat. 282</p> <p style="text-align: center;">Injuria.</p> <p>Injuria fit duobus modis, vi scilicet & fraude 649</p> <p>Injuriis tolerandis regula utilissima. 734</p> <p>Injuria non est ulciscenda. <i>ibidem.</i></p> <p>Injuriolam aliquam qui sustinere non potest & concoquere imbecillus est stomachi. 845</p> <p>Non homo injuriam alicui inferens, sed Deus injuriam permittens inferri, metuendus est. 514</p> <p style="text-align: center;">Innocentia.</p> <p>Innocentia opitulatrix & liberatrix fuit Danielis, Susanna, & Iudeorum quorundam afflictorum. 610</p> <p style="text-align: center;">Inspiratio.</p> <p>Inspiraciones bonas plurimas Deus etiam impiis immittit. 13</p> <p style="text-align: center;">Intellectus.</p> <p>Intellectus noster cur ita difficulter adducatur ad cogitandam aeternitatem. 25</p> <p style="text-align: center;">Intemperantia.</p> <p>Intemperantia animo & corpori nocet. 792</p> <p>Temperato victu prolongatur vita. 793</p> <p style="text-align: center;">Intentio bona, vel mala.</p> <p>Qua sit recta intentio, & cur ea vocetur oculus simplex. 441</p> <p>Intentio recta Deum ubique observat. 442</p> <p>Intentio recta tribus modis ad Deum dirigitur. <i>ibidem.</i></p> <p>Intentio quanam optima. 443</p> <p>Intentionis recte amussus, Doctrina. <i>ibidem.</i></p> <p>Intentio recta homini necessaria. 444</p> <p>Intentio nunquam dividenda. 445</p> <p>Intentio tota in Deum dirigenda. 446</p> <p>Sine intentione recta quaevis etiam opera difficillima sunt nullius momenti. 447</p> <p>Intentio recta à S. Script. cor dicitur. <i>ibidem.</i></p> <p>Intentio alia actualis, alia virtualis. 448</p> <p>Vnica matutina intentio non sufficit ad consecrandas Deo omnes actiones. 449</p> | <p>Cur bona intentio non possit opus malum reddere bonum. 450</p> <p>Intentionis rectae tres gradus. 452</p> <p>Intentio mala optimam actionem depravat. 454</p> <p>Mala intentioni non desunt omnigeni praetextus. 459</p> <p>Discrimen inter bonam & malam intentionem. 460</p> <p>Mala intentio se pingit, ut bonam, variis coloribus. <i>ibidem.</i></p> <p>Idea male intentionis existit Herodes. 462</p> <p>Quid sit intentio indifferens, & quid sit intentio nulla. 464</p> <p>In quo consistat nervus rectae intentionis. 472</p> <p>Recta intentionis hostis est vana gloria. 473</p> <p>Nil minus potest exigere à nobis Deus quam rectam intentionem. 481</p> <p>Recta intentio commendat ea quae sunt etiam estimationis vilissimae. 482</p> <p>Recta intentio de die creberrimè formanda & determinanda. <i>ibid.</i></p> <p>Quinque tempora observanda ad renovandam de die intentionem. 483</p> <p>Recta intentionis septemplex emolumentum. <i>ibidem.</i></p> <p>Recta intentio est ars lucrandi panem Angelorum. 484</p> <p>Ed intentio est purior quod quis minus seipsum querit. <i>ibidem.</i></p> <p>Sola intentio in rebus plurimis afficitur supplicio aut premio. 485</p> <p>Ex intentione culpa & merita discernuntur. 486</p> <p>Intentio formanda contra res desperatas. 494</p> <p style="text-align: center;">Plura sparsim vide in libris de recta intentione.</p> <p style="text-align: center;">Invidi.</p> <p>Invidi damnatorum mores induunt. 153</p> <p style="text-align: center;">S. Joannes Baptista.</p> <p>S. Joannis Baptistae rigiditas & asperitas in vestitu. 439</p> <p style="text-align: center;">S. Job.</p> <p>Liberi S. Job alteri alteros invitabant. 15</p> <p>S. Job etiam felicissimus existens nunquam tamen immemor fuit mortis. 132</p> <p>S. Job fuit flagellatus linguis conjugis & cognatorum insigante eos demone. 756</p> <p>Cur Deus pecorum ejus numerum duplicavit, & in liberis fuit contractior. 815</p> <p style="text-align: center;">Jocus.</p> <p>Duplex jocandi genus. 721</p> <p style="text-align: center;">Jonas.</p> <p>Jonas est exemplum hominis recusantis divinae voluntati suam subjungere. 550</p> <p>Variè fuit afflictus. <i>ibidem.</i></p> <p>Ejus inobedientia fuit duplex. <i>ibidem.</i></p> <p>Causa cur à Deo dissenferit. 551</p> <p>Cur irascebatur. <i>ibidem.</i></p> <p style="text-align: center;">S. Joseph Sponsus D. V.</p> <p>S. Joseph nunquam malè suspicatus fuit de Sponsa sua D. V. gravida. 487</p> <p style="text-align: center;">S. Joseph Patriarcha.</p> <p>Principium gloriae S. Joseph fuit ipsum odium fratrum. 570</p> <p style="text-align: center;">Ira.</p> <p>Ira affectus cur tyrannicus nominetur. 161</p> <p>Quo igne affectus ira & libidinis expurgetur. <i>ibidem.</i></p> <p>Ira est relum quod vix retrahitur emissum semel. <i>ibidem.</i></p> <p>In irâ celeritas pernitiosa. 505</p> <p style="text-align: center;">Irreverentia.</p> <p>Irreverentia linguae est cognata blasphemiae. 655</p> <p>Irreverenter sermonem dignioris interpellare grave est vitium. <i>ibid.</i></p> <p>Quae sit lingua irreverens. <i>ibidem.</i></p> <p style="text-align: center;">Irrisor, Illusor.</p> <p>Tria tempora irrisoribus constituta. 627</p> <p>Tribus modis quis irridetur. <i>ibidem.</i></p> <p>Irrisores quomodo animadvertit Gedeon. <i>ibidem.</i></p> <p>Gaudentes irrident Francos, sed suo malo. <i>ibidem.</i></p> <p>Irrisores & Illusores in gente Christianâ noxii. 626</p> <p style="text-align: center;">Isaias.</p> <p>Isaias ferrâ lignâ fuit dissectus. 217</p> <p style="text-align: center;">Iter.</p> <p>Iter ad Superos quodnam facilius. 56</p> <p style="text-align: center;">Judex.</p> <p>Index optimus Christus ex sententia Ethnicorum. 88</p> |
|---|--|

Index Rerum.

| | | |
|--|---------------|--|
| Rhadamanthus. | | |
| Rhadamanthus Index mortuorum apud Ethnicos. | ibidem. | |
| In Christum iudicem debemus ferri omni devotione. | 102 | |
| Iudex Christus corrumpi non potest. | ibidem. | |
| Iudex Christus illis erit benignior qui proximo fuere benigniores. | 110 | |
| Iudicis Christi sententia erit certissima. | 125 | |
| Vide Christus Iudex. | | |
| Iudicare, Judicium temerarium. | | |
| Iudicare vel damnare aliquem sceleris summa temeritatis est. | 486 | |
| Iudicandi libido totum orbem infatuat. | 487 | |
| A temerarius Iudicis totus pene orbis ad interitum trahitur. | 488 | |
| Iudicium temerarium tam grave quam commune est vitium. | 489 | |
| Iudicis temerarius magna irrogatur Deo injuria. | 490 | |
| Temerarii iudicii damna. | ibidem. | |
| Iudicaria temeritatis noxa, est icterus animi & ejus noxa medicina. | ibidem. | |
| Iudicium temerarium censetur inter graviora flagitia. | 491 | |
| Ante tempus non est iudicandum. | 578 | |
| Iudicasse neminem maxima erit securitas in die iudicis. | 143 | |
| Judicium. | | |
| Judicia Dei & hominum sunt diversa. | 96. & 128 | |
| Judicium Dei erit exactissimum. | 137 | |
| Judicium est α & ω S. Scripturae. | 139 | |
| Judicium extremum, particulare & universale. | | |
| Judicium particulare esse est de fide. | 86 | |
| Ad hoc iudicium quadruplici modo vocatur. | 88 | |
| Quale sit discrimen, inter iudicium particulare & universale extremum. | ibidem. | |
| De iudicio hoc particulari vel universali extremo quomodo locuti fuere Gentiles, Plato, Trimegistus. | 89 | |
| Iudicium cur voluit Deus esse insperatum. | 91 | |
| Iudicii locus, dies, sunt incerti. | ibidem. | |
| Quis terror & angor iudicium precedet. | 93 | |
| Iudicii satellites qui. | ibidem. | |
| Serum est sese ad iudicium preparare dum dolores ultimi ad-sunt. | 96 | |
| Tria tempora iudicii. | 98 | |
| Iudicium brevi tempore peragetur. | 99 | |
| Iudicii locus. | ibidem. | |
| In iudicio omnis praesentia infructuosa erit ex S. Augustino. | 100 | |
| In iudicio quis sit futurus Iudex. | ibidem. | |
| Quomodo hoc iudicium sit tribus personis commune, & quis ante Christum olim iudicavit. | 101 | |
| Quis in iudicio foret reus & quis futurus sit accusator. | 103 | |
| Quomodo iudex sit pronuntiaturus sententiam, & quis rationem sit redditurus. | ibidem. | |
| Lata sententia in iudicio nihil opis supererit. | 104 | |
| Quenam iudicii diem exasperant. | 106 | |
| Quenam iudicii diem mitigent. | 109 | |
| Iudicii quinam sint mortui. | 117 | |
| Iudicii diem futurum varia confirmant monita Christi. | ibidem. | |
| Ad iudicium hoc varii etiam pii lesi provocarunt. | 119 | |
| Quare iudicium metuendum. | 124 | |
| Tres cause quare sese homo debeat ad iudicium preparare. | 125 | |
| Iudicium hoc quomodo sancti viri formidarunt. | 128 | |
| Preparatio ad iudicium duplex. | 130. & 131 | |
| Iudicium & iustitia Dei laudibus extollenda. | 144 | |
| Plura vide de Tribunali Christi sparsim ab Auctore conscripta. | | |
| Jurare, Juramentum. | | |
| Quam noxius sit affectus jurandi. | 664 | |
| Detestanda est assiduitas jurandi. | ibidem. | |
| Ex levi causa non est jurandum. | ibidem. | |
| Per res creatas non licet jurare, nec diabolus etiam in testem ad-vocare. | 665 | |
| Duplici de causa juramentum non est extorquendum. | 666 | |
| Juramentum reverenter adhibendum licitum est. | ibidem. | |
| Quinque modi consuetudinem jurandi coercentes. | ibidem. | |
| A juramenti facile ad perjuriam devenitur. | 667 | |
| Juramentum sine necessitate non postulandum. | ibidem. | |
| Ex consuetudine jurandi mala plurima obveniunt juranti. | 668 | |
| Jurandi consuetudo facile corrigi potest. | ibidem. | |
| Juramenta quomodo soleant excusari. | 669 | |
| Jurantes tam sibi quam aliis nocent. | ibidem. | |
| Objectiones aliqua pro juramentorum defensione recitantur & diluuntur. | ibidem. & 670 | |
| Remedia contra consuetudinem jurandi. | 671. & 672 | |
| Jus. | | |
| Ius illud aequum est, quod omnibus laetum est. | 506 | |
| Justitia. | | |
| Iustitia & Misericordia sunt duo brachia Dei. | 169 | |
| Iustitia patria complectitur pene virtutes omnes. | 236 | |
| Iustus Lipsius. | | |
| Iustus Lipsius consueverat facilem optare mortem & obtinuit quod optavit. | 13 | |
| Judas Proditor. | | |
| Judas Proditor quaesivit malum, quo veheretur dum ambiit Pontificum favorem. | 215 | |
| Judith. | | |
| De Judith quomodo verum sit nullum de ea dictum verbum malum & ejus laus. | 749 | |
| L. | | |
| Labor. | | |
| Labor nullus durus quo acquiritur gloria eterna. 121. & 31. | | |
| Laboribus qui succumbit desinitur spe cali. | 209 | |
| Incatio ad labores consideratio premii. | 251 | |
| Labor est antidotum continentiae. | 352 | |
| Labor est tentationum remedium. | ibidem. | |
| Labor non est gravis, quando Deum respicimus. | 4 | |
| Labor non est fugiendus. | 783 | |
| Laboris praxis. | 784 | |
| Labor duces Romanos illustravit, & reddidit celebres. | 785 | |
| Labor est virtutis arena, & vitiorum, & male voluptatis sepultura. | ibidem. | |
| Labore sine effectu, nullus est molestior. | 465 | |
| Laboris pretium ex intentione prodit. | 444 | |
| Laboribus vanis vite nostra tempus exercetur. | 14 | |
| Laboribus ut aranea se homines exhauriunt. | ibidem. | |
| Qui se frustra laborare putat nisi habeat spectatores stultus est. | 457 | |
| Labores omnes pro Christo sustinere plurimi viri pii parati fuerunt. | 527 | |
| Vide Sancti Beati. | | |
| Lacedaemonii. | | |
| Lacedaemonii ne laboraretur eorum disciplina furcas & secures intendant. | 167 | |
| Lacrymae. | | |
| Lacryma pia sunt pretiosus liquor & delicia Angelorum. | 150 | |
| Lacrymarum fructus qui. | 152 | |
| Primus gemitus ad Deum mittendus. | 47 | |
| Lacrymas solatur Deus. | 36 | |
| Lacryma eternitati sacra. | 365 | |
| Lacrymatur homo cum nascitur. | 36 | |
| Lacryma Damnatorum omnem respuunt mensuram. | 12 | |
| Lampas. | | |
| Lampas cur ardeat ante S. Eucharistiam. | 11 | |
| Laniena. | | |
| Laniena conscientiae, vide Conscientia. | 63 | |
| Laquci. | | |
| Laqueos pluere quid sit. | 136 | |
| Lascivus, Lascivia. | | |
| Lascivus sermo est Basiliscus. | 357 | |
| Lascivi os est patens. | 680 | |
| Lascivi oris sordes sunt spuma diaboli. | ibidem. | |
| Lasciva lingua secum plurimos in perniciem trahit. | ibidem. | |
| Lasciva sua scripta mulci damnarunt. | 326 | |
| Lascivia comitatur epulas. | 324 | |
| Latere. | | |
| Latendi fiducia magna vitiorum occasio. | 357 | |
| Latro, | | |

Index Rerum.

| | |
|---|--|
| <p style="text-align: center;">Latro, Latro bonus.</p> <p>Latro bonus plus profecit unâ horâ in scholâ Christi, quàm Iudas annis tribus. 83</p> <p>Parum Christo fuit inter latrones expirare. 54</p> <p>Latro in diris supplicii cepit esse religiosissimus 53</p> <p>Latroni bono cur prius celi fores panduntur quàm Patriarchis. 863</p> <p style="text-align: center;">Laurentius.</p> <p>Laurentius Martyr pro lecto habuit cratem ferream & ignitam. 54</p> <p style="text-align: center;">Laus.</p> <p>Laude hominis uti & frui vanissimum est. 431</p> <p>Laudis humane appetitus est hostis recte intentionis. 501</p> <p>Laudandus Deus tam in adversis, quàm prosperis. 548</p> <p style="text-align: center;">Vide Gloria inanis.</p> <p style="text-align: center;">Legere, Lectio Sacra.</p> <p>Lectio sacra est pharmacum incontinentiæ. 340</p> <p>Lectio sacra semper est fructuosa. 831</p> <p>Id confirmatur exemplis. ibidem.</p> <p>Christianorum in Legendo studium. 630</p> <p>Idololatrarum in Legendo studium. 829</p> <p>Lectio pia est meditationi necessaria. ibidem.</p> <p>Lectio & oratio sunt arma, quibus diabolus expugnatur. 830.</p> <p>Lectiois sacre praxis. 832</p> <p>Lectio pia profuit multis contra libidinem. 340</p> <p>Feminarum in Legendo studium. 381</p> <p>Lectiois sacre studium Divis placet. 401</p> <p>Lectio pia plurimis profuit. 342</p> <p>Lectio sctæ & oratio sunt dua ale, quibus in calum evolamus. 829</p> <p>Legens sacra debet esse similis edenti & voranti. 341</p> <p style="text-align: center;">Lectus, Lectulus.</p> <p>Lectus Smyndiridis mollitie vita infamis. 54</p> <p>Lectulus Christi Cruc. 19</p> <p>Lectulus Christi in olivifero vireto quis? 54</p> <p style="text-align: center;">Leo.</p> <p>Leones inter se non dimidiunt. 35</p> <p style="text-align: center;">Lex.</p> <p>Leges paucas cur Lycurgus Lacedæmonis dedit. 747</p> <p>In lege veteri & lege novâ quidam ad Dei tribunal provocant. 119</p> <p style="text-align: center;">Liber, Libri obscæni.</p> <p>Libri boni egrotis prelegendi. 51</p> <p>Libri obscæni qui, & quid sint. 325</p> <p>Librorum obscænorum scriptores, quibus jure assimilantur. 325</p> <p>Libri pii qui, & quomodo legendi. 341</p> <p>Libri obscæni sunt incontinentiæ invitamentum. 325</p> <p style="text-align: center;">Vide lingua Turpilioqua, Libido, Luxuria, Lascivia.</p> <p style="text-align: center;">Liberalis.</p> <p>Liberalis est Deus erga homines, ut eos ad omnia promptiores reddat. 532</p> <p style="text-align: center;">Vide Eleemosyna, Virtus.</p> <p style="text-align: center;">Libido.</p> <p>Libido, & Latro. 335</p> <p>Libido est vitiorum omnium amica. ibidem.</p> <p>Libido est insatiabilis & immedicabilis. 367</p> <p>Libido quibus optime assimilatur. 369</p> <p>Libidinis funestus exitus. 370</p> <p>Libido vitium emendatu difficillimum. 367</p> <p>Libidinosi hominibus lascivire calum est. 204</p> <p>Libidinis vis quomodo coëscenda. 156</p> <p>Libido ipsa febre sugrantior. 286</p> <p>Libido celerrimè animam necat. 334</p> <p>Libidinis & incontinentiæ effectus. 333</p> <p>Libido est vitium communissimum. 367</p> <p>Libido est vitium Angelis exosum. 368</p> <p>Libido est Mantichoræ similis. 369</p> <p>Libido vitium damnosissimum, sugacissimum & salacissimum. 368</p> <p style="text-align: center;">Vide verbo Lingua Scurtilis, Vitium.</p> <p style="text-align: center;">Lignum.</p> <p>Lignum vite in calo Christi. 232</p> <p style="text-align: center;">Lingua in genere.</p> <p>Lingua est latentium vitiorum Index. 687</p> | <p style="text-align: center;">Congruè ea vocatur mordax. 698</p> <p>Tria lingua vitia frequentia. 708</p> <p>Lingua est indomabilis. 727</p> <p>Cur custodienda sit arctè satis lingua. 739</p> <p>Lingua nocumenta nullis numeris comprehendi possunt. 739</p> <p>Quatuor medicamenta quibus sanantur vitia lingua. 742</p> <p style="text-align: center;">& 743. usque ad numerum 746.</p> <p>Lingua imbuta Spiritu sancto docet, delectat, & monet. 747</p> <p>Dammorum à linguâ provementium attentæ consideratio. ibidem.</p> <p>Lingua si negligatur omnium malorum est causa. 748</p> <p>Lingua est instrumentum diaboli. ibidem.</p> <p>Lingua sordes innumerabiles. 749</p> <p>Lingua est sterilis ad encomium celi. 197</p> <p>Lingua injiciendum est frenum. 595</p> <p>Linguarum vitiosarum triplex genus. 599</p> <p>Lingua & cor in homine bilingui minimè conveniunt. 601</p> <p>Lingua sibi obsecundantes ducit in precipitium. 627</p> <p>Lingua dolus à mundi exordio sumpsit initium. 646</p> <p>Quæ fuerit prima lingua vitiosa. 649</p> <p>Non debet prodire lingua nisi prævio antecessore intellectu. 656</p> <p>Lingua est nuntius & Index cordis. 663</p> <p>Quenam linguarum sit sanctissima. 672</p> <p>Quenam linguarum princeps. 673</p> <p>Lingua est donum natura. ibidem.</p> <p>Quid sit lingue donum. ibidem.</p> <p>Lingua est congeries omnium vitiorum. 754</p> <p>Omnia vitia excepto lingua vitio cum suis dominis moriuntur. 755</p> <p>Lingua vitium totum orbem tumultibus implet. ibidem.</p> <p>Lingua improbitas tanta est ut nominari non possit. 756</p> <p>Lingua Phaëton est calum & terram brevi momento pervolans. 757</p> <p>Causa cur lingua adeo sit custodienda. 738</p> <p style="text-align: center;">De linguarum vitiis in particulari, Index particularis & brevis.</p> <p>Quæ sit lingua Adulatoria, quibus Adulatores assimilantur, quomodo & intulentur, quanam Adulatores jure vocentur, ac demum quantum Adulator, & Adulatio ejus noceat, & in quantum ea fuit fugienda, lato & pulchro discursu ostenditur: à fol. 589. usque fol. 599</p> <p>Quæ sit lingua Bombilans, Blæsa, Bacchea, Temulenta, de quibus Auctor agit à fol. 599. usque fol. 601. & vitium ebrietatis pulchrè describit unâ.</p> <p>Quæ sit lingua Bifida, quàm ea sit noxia, de quâ dum Auctor agit, sinceritatem laudat, & Bilingues latè describendo vituperat: à fol. 601. usque fol. 602</p> <p>Quæ sit lingua Blasphema, quantum sit Blasphemia peccatum, quàm variè & presenti penâ punitum, quomodo olim Blasphemi expiabantur apud Hebræos, & plura alia de Blasphemiis referuntur: à fol. 603. usque 608</p> <p>Quæ sit lingua malè Consulens quam dum legis descriptam, leges quàm sit ea nociva præsertim in Aulis Principum, quare & bonorum Consulariorum docet & tradit qualitates requisitas, certè, jucundè, & accuratè: à fol. 609. usque fol. 616</p> <p>Quæ sit lingua Contentiosa, cujus descriptionis occasione & litium, & litigii, & litigantium natura, & indoles traditur simul, & damna inde provenientia: à fol. 617. usque 619</p> <p>Quæ sit lingua Convicians, quæ cum satis in hominibus sit frequens, docet Auctor eam patienter tolerandam, cum Convicians sibi maximè noceat: à fol. 619. usque 622</p> <p>Quæ sit lingua Deridens, quibus solis Derisorum & Derisionis vitium damnatur, dum eorum vitiosas qualitates & damna inde provenientia simul & penas Derisoribus inflictas describit concinnè: à fol. 622. usque 629</p> <p>Quæ sit lingua Detrahens, ratione cujus totum Detractionis vitium anomatisat, & dein de restitutione fama discurret, aliâque Detractionis plurima damna enumerat, & Detractorum Auditores non minùs culpât: à fol. 629. usque 641</p> <p>Quæ sit lingua Excusans, quàm hominibus docet naturalem, dein modos excusandi conscribit: à fol. 641. usque 644</p> <p>Quæ sit lingua Exprobrans, ubi de pessimâ beneficiorum exprobratione</p> |
|---|--|

Index Rerum.

| | |
|--|--|
| bratione discurrit, & refert quàm id sit insolitum & exosum Deo & ingratum hominibus vitium : à fol. 645. usque 646 | |
| Quæ sit lingua Fraudulenta, Fallax, Fucata, cujus dum vitia refert, leges Fallacium enumerat, & Fraudulentorum, quibus se suiq. sequaces astrictos volunt, quas & diaboli catalogum nominat, vide fol. 646. usque fol. 650. Pulchra & rara omnia. | |
| Quæ sit lingua Garrula, quàm & quibus noceat : à fol. 651. usque 653 | |
| Quæ sit lingua Hypocrita, & Hyperbolica, quo in loco vitium Hypocrysis describitur & taxatur : à fol. 653. usque 655 | |
| Quæ sit lingua Imprudens, Importuna, Ireverens, cujus dum lingua incommoda refert, inhibet verborum multiplicatam, & loquendi celeritatem : à fol. 655. usque 658 | |
| Quæ sit lingua Imprecans, seu, Maledica, & Maledicorum natura, & pæne maledicentium, & damna : à fol. 658. usque 663 | |
| Quæ sit lingua Juramentis afflueta, quid de eâ SS. Patres senserint, quàm Deus eam oderit, quàm hac etate sit frequens, quomodo excusetur, & jurandi quasi necessitas invehatur, ac demum remedia ut talis jurandi consuetudo deponatur : à fol. 663. usque fol. 672 | |
| Quæ sit lingua Calumnians, quibus sit eâ damosa, unde sumat principium, ejus definitio, pervagatum rever à quàm sit vitium, & quâ ratione solitum sit puniri refertur : à fol. 674. usque 680 | |
| Quæ & quàm detestabilis sit lingua Lasciva : à fol. 680. usque 681 | |
| Quæ sit lingua Mendax, quo in loco Mendacii omne vitium detegit, Mendacia distinguit, enarrat quàm sint odiosa & excruciosa, & quàm sint puniata, quomodo quidam ea tueantur : à fol. 684. usque 690 | |
| Quæ dicatur lingua Mordax : à fol. 690. usque 692 | |
| Quæ sit lingua Murmurans, Quodve sit Murmurationis vitium, quàm sit puniunt, ejus natura, &c. : à fol. 692. usque 695 | |
| Quæ sit lingua Nugigerula, quomodo ea sit affinis mendacio sitq. Canobitis sepe familiaris, & eorundem eversio : à fol. 695. usque 697 | |
| Quæ sit lingua Otiosa, quàm sit nociva, & ejus pæna : à fol. 697 usque 701 | |
| Lingua quæ sit Objurgans, & objurgatur : à fol. 701. usque 702 | |
| Quæ sit lingua Ostentatrix, ejus Elogia, de quibus se potissimam efferat, ejus pæna : à fol. 703. usque 710. quibus in foliis vanam gloriam detestandam pulchrè docet. | |
| Quæ sit lingua Politica, & de venis ejus quatuor venenatissimis, ubi arguit præter ceteros Phariseos & Machiavellistas : à fol. 710 usque 713 | |
| Quæ sit lingua Promittens, quibusve malis ea se implicet : à fol. 713. usque 714. | |
| Quæ sit lingua Querula, quo in loco nimis iste, & de minimis rebus querela exploduntur : à fol. 715. usque 718 | |
| Quæ sit lingua Secreti Revelans, & quibus nos malis afficiat, ac providè docetur secreta & arcana silentio tegenda : à fol. 718 usque 721 | |
| Quæ sit lingua Scurrilis, quæ nominatim à S. Paulo est vetita, in cujus descriptione agitur de loco : à fol. 721. usque fol. 723 | |
| Quæ sit lingua Sublannans, quibusve Sublannator rectè dicatur : à fol. 723. usque fol. 725 | |
| Quæ sit lingua Sufurronum, quàm ea sit pestilens : Quis sit Sufurro : Quale sit ejus officium : à fol. 725. usque fol. 727 | |
| Quæ sit lingua Tumultuosa : à fol. 727. usque 729 | |
| Quæ sit lingua Turpiloqua : à fol. 729. usque 731. & detestatio Turpiloquii. | |
| Quæ sit lingua Vindicans, eam certè latè & satis doctrinaliter describit Auctor; nimirum ejus damna, injuriam, quam infert Deo, ejus mores, excusationes, & objectiones volentium vindicare, diluendo. &c. lege à fol. 729. usque 735 | |
| Quæ sit lingua Vituperans, seu, Cenforia : à fol. 735. usque 737 | |
| Litigium, Lis. | |
| Litigium Ioannis Alexandrini cum Nicetâ patricio pulchrum. 21 | |
| Vide plura de Litibus latè verbo lingua Contentiosa. | |
| Locus. | |
| Locus & societas damnatorum detestabilis. 364 | |
| Loqui, Colloquium. | |
| Eorum quæ loquimur dijerimen. 608 | |
| Modi & circumstantiæ rectè loquendi. 40. & 41 | |
| Loquela moderamen laudatur. 746 | |
| In loquendo imitandus Pamenius Abbas. 743 | |
| Colloquia pia laudantur. 745 | |
| Vide verbo lingua Importuna, Nugigerula, Silentium. | |
| Lucifer. | |
| Luciferi peccatum, quod & ejus punicio. 181 | |
| Lucifer & ejus afflicta divinitatis picturam non aspexerunt. 253 | |
| Lumbi præcincti quid sint. 131 | |
| Lucerna ardentis quid sint. ibidem. | |
| Lumen Gloriæ, Justitiæ, Intelligentiæ, Rationis. | |
| Lumen gloria format aciem oculorum & humanam mentem extendit. 257 | |
| Lumen Justitiæ est cuius rei congruam assignare estimationem. 267 | |
| Lumen Rationis docet nos Deo esse similes. ibidem. | |
| Lumine Intelligentiæ cuius patet non pluris faciendos homines quàm Deum. 268 | |
| Lumen rationis Conditoris Dei ostendit opera. 267 | |
| Ex hoc lumine in voluntate nostrâ suboritur ingens latitæ, docet- que in quo nostra sit sita felicitas. ibidem. | |
| Luxuria. | |
| Luxuria fetores non tolerat Angeli. 314 | |
| Luxuria reddit iudicium extremum suis cultoribus formidabile. 108 | |
| Luxuria est malum insanabile. ibidem. | |
| Vide verbo Libido, Lingua Scurrilis, Turpiloqua, Lasciva. | |
| Luxus. | |
| Luxus Regum inopia. 29 | |
| Luxus priscorum in calceis varius. 417 | |
| Luxus vestium & innumera novitates. 419 | |
| Luxus feminarum & virorum olim 423 | |
| Luxus rerum magnas præbet delictorum causas. 418 | |
| Vide singula Capita libro de Cultu vestium, seu, Corporis. | |
| Vide verbo Gula. | |
| Lux. | |
| In lucis exordio laudem Dei sonare deberet prima vox, & ejus rei ratio. 491. & 492 | |
| M. | |
| Machiavellus. | |
| Q Valis & quid sit Machiavellismus. 712 | |
| Machabæi. | |
| Machabæorum Ducum ante omne prælium Dei invocatio. 528 | |
| Magnanimus. | |
| Magnanimus est qui seipsum & honores spernit. 457 | |
| Magus. | |
| Nullus Magus S. Ambrosio nocere potuit. 579 | |
| Deus permittit maleficis artibus homines à magis devinciri. ibidem. | |
| Maledicus, Maledictum. | |
| Maledici sunt homicidæ. 660 | |
| Maledicta quomodo excipiendâ. 751 | |
| Sunt incolæ inferni. ibidem. | |
| Totum hominem inscit lingua maledica. 661 | |
| Maledica lingua damna testimoniis consignantur. 661 | |
| Maledicta & contumelia precibus ardentibus sunt retundendæ. 751 | |
| Optimum est contemnere linguæ maledicentis vulnera. 257 | |
| Exempla veterum Maledicta contemnentium. ibidem. | |
| Vide verbo Injuria, Lingua Maledica, Contumelia. | |
| Malus, Malum. | |
| Malus est tot Dominorum servus, quot vitiorum. 286 | |
| Malorum præmeditatio eorum adventum lenit. 505 | |
| Malum solus pæna vult Deus non per se, sed per accidens, quatenus aliquid ei bonum conjungitur. 511 | |
| Duo malorum genera. 512 | |
| Nullum malum à Deo permittitur, nisi ex eo bonum eliciat. 574 | |
| In malis non est desperandum. 578 | |
| Duodecplex malum quibus monasteria turbantur. 696 | |
| Malum non est faciendum ut eveniant bona. 451 | |
| Malis duo robustiora uno bono. 450 | |
| Malus esse vult qui spontè recusat esse bonus. 55 | |
| Malitia | |

Index Rerum.

| | | | |
|--|----------------------|---|------------|
| <i>Malitia unius peccati mortalis nullo bonarum actionum cumulo redimi potest.</i> | 118 | <i>S. M. reliquia ubi sint.</i> | 853 |
| <i>Malis aliis delectari non est hominis, sed diaboli voluptas.</i> | 498 | <i>S. M. sub cruce fuit professa fides.</i> | 771 |
| <i>Malum confortium.</i> | | <i>S. M. gratiam & favorem jejuniis & assiduis precibus ambit S. Cutholus Borromaeus.</i> | 400 |
| <i>Malum confortium est contagiosum libidinis invitamentum.</i> | 331 | <i>S. M. optimè & propriè vocatur Rosa aurea.</i> | 758. & 759 |
| <i>Malum confortium est fugiendum.</i> | 332 | <i>S. M. sex modis testata est amorem erga nos homines.</i> | 759 |
| <i>Malum confortium infamat.</i> | 333 | <i>S. M. fuit in omni sermone provida.</i> | 768 |
| <i>Manna.</i> | | <i>S. M. septem verba.</i> | ibidem. |
| <i>Manna Sabbatho collectum & servatum in alios dies id omne corruptum est.</i> | 496 | <i>S. M. firmis credit omnia fidei mysteria quàm ullus hominum.</i> | 770 |
| <i>Manfuetudo.</i> | | <i>S. M. fuit concionum auditrix, nec in his audiendis ullo unquam est affecta radio.</i> | 772 |
| <i>Manfuetudine quinam excelluerint in S. Script.</i> | 765 | <i>In S. M. nihil aequè admirandum quàm altum illud circumlophium silentium.</i> | 767 |
| <i>Manfuetudo sanctis propria.</i> | 766 | <i>S. M. constantia & robur in Passione filii.</i> | 806 |
| <i>Manfuetudinis documentum.</i> | ibidem. | <i>De S. M. admiranda quedam.</i> | 787 |
| <i>Manfuetudinis praxis.</i> | ibidem. & fol. 767 | <i>S. M. in matris utero donum orationis habuit.</i> | 785 |
| <i>Mantile.</i> | | <i>S. M. lectioni sacra fuit devotissima.</i> | 823 |
| <i>Mantile Neronis incombusibile.</i> | 3 | <i>S. M. primum patientia gradum conscendit, secundum verò & tertium superasse videtur.</i> | 342 |
| <i>Manus.</i> | | <i>S. M. communioni sacre fuit deditissima.</i> | 853 |
| <i>Manum petulantem in sinum mitte.</i> | 231 | <i>S. M. semper fuit pauperrima & ubique.</i> | 865 |
| <i>Manum leprosam ex sinu extraxit Moses.</i> | ibidem. | <i>S. M. fiducia fuit miraculis firmata.</i> | 811 |
| <i>Manum ponere super os & peccus quid sit.</i> | 731 | <i>S. M. assidua fuit in exercitatione.</i> | 782 |
| <i>A Manu Dei omnia acceptare fundamentum est sanctioris vite.</i> | 542 | <i>S. M. duplex genus mortificationis.</i> | 865 |
| <i>S. Maria.</i> | | <i>S. M. vestitus fuit honestus.</i> | 798 |
| <i>S. Maria invocanda cum aliis Apostolis ut nobis subveniat in die Iudicii.</i> | 132 | <i>S. M. peregrinatio tam ante, quàm post ascensionem filii.</i> | 779 |
| <i>A S. M. semper petendum auxilium.</i> | 133 | <i>S. M. fides eam erexit super Angelorum ordines.</i> | 770 |
| <i>S. M. auxilio non destituitur qui sese illi quotidiano obsequio commendant.</i> | 133 | <i>S. M. solitudinis fuit amantissima.</i> | 767 |
| <i>S. M. nullius orationes aspernatur.</i> | 397 | <i>S. M. à nona die hora usque primam facem libros sacros legit teste Sabellico.</i> | 342 |
| <i>S. M. imaginem aspicere est remedium contra omnes illecebras.</i> | ibid. | <i>S. M. superavit obedientià Abrahamum & omnes Religiosos.</i> | 890 |
| <i>S. M. singulari veneratione afficienda.</i> | 398 | <i>S. M. fuit excellens in virtute resignationis.</i> | 848 |
| <i>Recitare singulari veneratione Anglicam salutationem utilissimum ad honorem S. M.</i> | 399 | <i>S. M. perfectam spem habuit.</i> | 859 |
| <i>S. M. in omnibus suis angustiis fuit taciurna.</i> | 530 | <i>S. Mariæ Virginis virtutes in particulari latè conscriptas habes: fol. 757. & seqq.</i> | |
| <i>S. M. Chronologia.</i> | 757 | <i>S. Maria Magdalena.</i> | |
| <i>S. M. Empyreum calum.</i> | 760 | <i>Magdalena obsequium pedibus Christi impensum quàm gratum.</i> | 7 |
| <i>S. M. nihil in orbe Deo similis.</i> | 765 | <i>Magdalena vi aggressa est vita emendationem.</i> | 878 |
| <i>S. M. omnibus in rebus fuit honesta.</i> | 767 | <i>S. Martinus.</i> | |
| <i>S. M. sublime Incarnationis mysterium credit.</i> | 770 | <i>S. Martinus cali suspex nominatur & cur.</i> | 214 |
| <i>S. M. gaudium in Nativitate filii.</i> | 775 | <i>S. Martinus mortuus corpore fragrabat.</i> | 228 |
| <i>S. M. XV. gaudia & merores.</i> | ibidem. | <i>Martyres.</i> | |
| <i>S. M. assidua fuit in exercitatione.</i> | 782 | <i>Martyres aternitatis consideratione cruciatus tolerarunt.</i> | 12 |
| <i>S. M. Vita ratio.</i> | 782 | <i>Medicina.</i> | |
| <i>S. M. altare Thymiamatis appellata.</i> | 785 | <i>Medicine spiritalis nulla nobis est cura.</i> | 21 |
| <i>S. M. familiaritas cum Deo.</i> | ibidem. | <i>Meditatio.</i> | |
| <i>S. M. Post filii sui ascensum in calum ab Evangelistis & S. Script. ultima nominatur.</i> | 896 | <i>Meditatio cali diabolo valde molesta.</i> | 255 |
| <i>S. M. fabro nubit & ab eodem se gubernari permittit.</i> | ibidem. | <i>Memoria.</i> | |
| <i>S. M. collocavit se inter immundas puerperas.</i> | ibidem. | <i>Memoria beatorum complectitur omnia quæ ab orbe condito facta sunt.</i> | 237 |
| <i>S. M. se ancillam professa est & ministranti se exhibuit Elisabetha. ib.</i> | 890 | <i>Memoria mortis & metus.</i> | 94 |
| <i>S. M. exempta fuit à lege & legi tamen paruit.</i> | 881 | <i>Mendacium, Mentiri, Mendax.</i> | |
| <i>S. M. asyllum est & templum gratiæ.</i> | 881 | <i>Omne Mendacium est vitium.</i> | 451 |
| <i>In S. M. cur audacior sit fiducia quàm in filio.</i> | 881 | <i>Quarum filiarum Mater sit Mendacium.</i> | 646 |
| <i>S. M. in templo triplex petitio.</i> | 832 | <i>Mendacium quid sit.</i> | 689 |
| <i>S. M. triplici modo cognovit mysterium Incarnationis.</i> | 826 | <i>Septem classes Mendacii.</i> | ibidem. |
| <i>S. M. etas & quot annis filio fuerit superstes.</i> | 816 | <i>Mendacium est larva diaboli.</i> | 688 |
| <i>S. M. vita mera fuit Quadragesima.</i> | 792 | <i>An omne Mendacium sit peccatum.</i> | 683 |
| <i>S. M. quanti estimaverit Virginitatem.</i> | 788 | <i>Mendacium semper cavendum.</i> | ibidem. |
| <i>S. M. prima est qua voto Virginitatem illigavit.</i> | ibidem. | <i>Mendacia deliberata sunt pessima.</i> | ibidem. |
| <i>S. M. sola est qua fuit fecunda & virgo: quo miraculo majus non est expectandum.</i> | 832 | <i>Mendax habet cor duplex.</i> | 684 |
| <i>S. M. in omnibus fuit accurata.</i> | 851 | <i>Mendacium exitiosum arguitur.</i> | ibidem. |
| <i>S. M. voluntas fuit arca divina voluntatis.</i> | 865 | <i>Mendacii nocumenta.</i> | 685 |
| <i>S. M. fuit amantissima paupertatis.</i> | 880 | <i>Cælestes mine in omnem mentientem.</i> | ibidem. |
| <i>S. M. omnibus fuit benigna.</i> | ibidem. | <i>Mendacium catena vitiorum.</i> | 686 |
| <i>S. M. invocantibus in necessitatibus non desuit.</i> | ibidem. | <i>Mendax perdit fidem.</i> | ibidem. |
| <i>S. M. dum vixit pro hominibus supplicavit.</i> | 890 | <i>Inter mendacem & veracem differentia.</i> | 686 |
| <i>S. M. sine justâ excusatione semper Imp. Aug. obtemperavit.</i> | 792 | <i>Mendacia sunt causa maximarum injuriarum.</i> | ibidem. |
| <i>S. M. quibus mediis tanta dona promeruerit.</i> | 782 | <i>Mendacium est omni mali compendium.</i> | 687 |
| <i>S. M. vite ratio.</i> | 821, 822. usque. 824 | <i>Mendaces sunt alieni à veritate & regno Dei.</i> | ibidem. |
| <i>S. M. varia elogija.</i> | | <i>Mendacium complurium morborum initium aut argumentum. ibid.</i> | ibidem. |

Index Rerum.

| | | | |
|---|---------|--|------------|
| <i>Mendacium jocosum & officiosum est peccatum.</i> | 688 | <i>Morbus & mors quietis initia.</i> | 56 |
| <i>Mentientium signa.</i> | ibid. | <i>Morbus judicii denuntiatio.</i> | 91 |
| <i>Mentiri, ut iram alicujus declinemus, peccatum est.</i> | ibid. | <i>Morbus lethalis rubicem judicii.</i> | 127 |
| <i>Mendacij pena diversa.</i> | 689 | <i>Morbus est magnum beneficium.</i> | 62 |
| <i>Auctor mendacij averfandus.</i> | 690 | <i>Morbus non potest eripere velle operari.</i> | 61 |
| <i>Menfura.</i> | | <i>Morbus gravior afidulam vult patientiam.</i> | 53 |
| <i>Menfura aeternitatis nulla.</i> | 366 | <i>Morbus est monitor aeternitatis.</i> | 51 |
| <i>Mercenarius.</i> | | <i>Morbus est fchola virtutum.</i> | ibidem. |
| <i>Mercenarius non vult diem ullum ab opere vacuum.</i> | 45 | <i>Moribundus.</i> | |
| <i>Meretricium.</i> | | <i>Moribundo qua orationes praeligenda.</i> | 83 |
| <i>Meretricij actus merces prodigiofa.</i> | 334 | <i>Moribundus Latronem in monte Golgotheo imitetur.</i> | ibidem. |
| <i>Meridies.</i> | | <i>Moribundi cereus & verba ultima.</i> | 82 |
| <i>In meridie quibus fol occidat.</i> | 118 | <i>Moribundi vera in Deum fiducia.</i> | ibidem. |
| <i>Miles.</i> | | <i>Moribundum refrigerantia & ad Deum fufpiria.</i> | 81 |
| <i>Miles de fortiffimo milite Epaminonda judicium.</i> | 86 | <i>Moribundo quinque fingulariter observanda.</i> | 80 |
| <i>A minimis ad magna prolapsus.</i> | 371 | <i>Moribundum quid faciendum e Blofo.</i> | ibidem. |
| <i>Mirogenes.</i> | | <i>Moribundo quid corde & ore verfandum.</i> | ibidem. |
| <i>Mirogenis prudens fupplicatio.</i> | 10 | <i>Moribundus fe armet fide, fpe, & charitate.</i> | ibidem. |
| <i>Mifer.</i> | | <i>Moribundus, animatur.</i> | 77 |
| <i>Miferis est utilius exringui quam fupereffe.</i> | 36 | <i>Moribundo cur Ecclefia preces adhibet.</i> | 125 |
| <i>Mifera valetudo comes injucunda.</i> | 51 | <i>Moribundi tentationes varia.</i> | 94 |
| <i>Mifer est qui fortunam aliquid in fe poffe credit.</i> | 520 | <i>Moribundis in quo loco nidus eligendus.</i> | 132 |
| <i>Miferia.</i> | | <i>Moribundi cogitatio fatigant.</i> | 125 |
| <i>Miferia pars magna est res orbis alterius ignorare.</i> | 715 | <i>Moribundi cavere debent fcorpulum.</i> | 79 |
| <i>Miferias cum indignatione deplorare non est fapientum.</i> | ibidem. | <i>Moribundi & fani de morte & judicio fententia.</i> | 133 |
| <i>Mifericordia Dei.</i> | | <i>Mori, Mors mala, Repentina, Bona.</i> | |
| <i>Mifericordia Dei est major omni peccato.</i> | 55 | <i>Morti ut occurramus tria comparanda.</i> | 321 |
| <i>Diffrictio mifericordiae & judicij fecundum tempora.</i> | 130 | <i>Mors non timenda cum liberet ab omni timendo.</i> | 268 |
| <i>Mifericordia.</i> | | <i>Mortē guffavit Chriftus ut Chriftianus non horreret eā guffare.</i> | 269 |
| <i>Mifericordia est unicum Afylum ab ira Dei.</i> | 61 | <i>Mors habet innumeros aditus ad capiendam vitam.</i> | 300 |
| <i>De mifericordia operibus rigidum erit in die judicij examen.</i> | 277 | <i>Mortis hora incerta.</i> | 301 |
| <i>Mifericordiae opera in judicio proclamantur.</i> | 296 | <i>Moriendum ut homo fruatur Deo.</i> | 200 |
| <i>Opus nobiliffimum mifericordiae est nihil judicando fe alteri benevolunt praebere.</i> | 491 | <i>Nullus moritur eodem modo quo alius.</i> | 133 |
| <i>Mifericordiae operibus additi fuere Sancti omnes.</i> | 881 | <i>Mortis lob nunquam fuit oblitus.</i> | 132 |
| <i>Ex familia mifericordiae funt Sancti omnes progeniti.</i> | ibid. | <i>Mors & vulnera Chrifti folatium hominibus.</i> | ibidem. |
| <i>Reges funt mifericordes.</i> | 882 | <i>In morte clara cogitatio aeternitatis.</i> | 126 |
| <i>Mifericordia janua est per quam caelum ingredimur, & probatur figuris multis.</i> | ibidem. | <i>Ante mortem pro noxis fatisfaciendum.</i> | ibidem. |
| <i>Dare & dabitur vobis fyllogifmus est, & quoniam hoc fyllogifmo uti debent.</i> | ibid. | <i>Mors imponit finem omnium promeritorum.</i> | ibidem. |
| <i>Mifericordia est Gazophylacium inexhaustum.</i> | 883 | <i>In moriente qua horribilia figna oculorum, aurium, &c.</i> | 124 |
| <i>Mifericordiae exempla.</i> | ibid. | <i>Moriuntur lati triplicis generis homines.</i> | 113 |
| <i>Actiones & mifericordiae praxis.</i> | 884 | <i>Mors de virtute hominis djudicat.</i> | 106 |
| <i>Mifericordiae encomium a Salomone confcriptum.</i> | 10 | <i>Mors peccatorum peflima.</i> | 105 |
| <i>Mifericordiae cultus nullus est Deo gratior.</i> | ibid. | <i>Mors horrenda quorundam.</i> | 99 |
| <i>Mifericordes qui dicantur.</i> | 276 | <i>Mors bona multorum proborum.</i> | 112. & 113 |
| <i>Miffa.</i> | | <i>In morte quibus obvenerat oblivio fui.</i> | 95 |
| <i>Quaedam audituro Miffam observanda.</i> | 492 | <i>Morientium difcrimen.</i> | ibidem. |
| <i>Moderatio.</i> | | <i>De Morientium tentationibus Iobi fententia.</i> | 94 |
| <i>Moderatio affectuum quam fit jucunda cythara.</i> | 285 | <i>Mortis varie via.</i> | 93 |
| <i>Modica qua videntur.</i> | 16 | <i>Moriendi poena equalis.</i> | ibidem. |
| <i>Modi quibus nomina fua olim eremitati Romani confecrabant.</i> | 6 | <i>Morti mores verecundos induere error est.</i> | 92 |
| <i>Modi querendi Beatitudinem ex S. Bernardo defumpti.</i> | 8 | <i>Mors est latro hominis.</i> | 91 |
| <i>Modi obrinendi Beatitudinem ex S. Auguftino.</i> | ibidem. | <i>Mors judicis apparitor.</i> | 90 |
| <i>Moleftia.</i> | | <i>Mori decet Chriftianum ftantem.</i> | 67 |
| <i>Moleftia non potest effecere prudentem.</i> | 533 | <i>Mortis genus quod optimum.</i> | 68 |
| <i>Moleftia fpe praemy condicenda.</i> | 53 | <i>Mortem beatam non faciunt purpurea exuvie.</i> | 70 |
| <i>Monitio, Monitum.</i> | | <i>Cur moriendum equo animo caufa varia.</i> | 70. & 71 |
| <i>Monitio & correctio cum immoderatione verborum jugum intolerabile.</i> | 702 | <i>Mori turpiter quale malum.</i> | 71 |
| <i>Monitum duplex ad bene vivendum.</i> | 321 | <i>Mors tributum omnibus pendendum.</i> | ibidem. |
| <i>Monita Chrifti de tranfitu ad tribunal.</i> | 111 | <i>Mortis metus caput omnium malorum.</i> | ibidem. |
| <i>Momentum.</i> | | <i>Mortem cur exhorrefcat homo.</i> | ibidem. |
| <i>Momentum est unicum rerum omnium fepulchrum.</i> | 67 | <i>De morte non male fentit, qui bene vivit.</i> | 72 |
| <i>Ab uno momento pendet omne bonum & malum.</i> | 85 | <i>Mors talis qualis vita.</i> | 73 |
| <i>Morbus, Morbi.</i> | | <i>Mors optima qua.</i> | ibidem. |
| <i>Morbi tria gravia.</i> | 50 | <i>Mortis prodromi.</i> | ibidem. |
| <i>In morbo femper orandum.</i> | 52 | <i>Mors est certiffima.</i> | 74 |
| <i>Morbi condimenta qua.</i> | 53 | <i>Morti qua aditum pandunt.</i> | 75 |
| <i>Morbo ultimo demon impertuniffimus.</i> | 94 | <i>Mori in Domino quid fit.</i> | ibidem. |
| | | <i>Mortis beatitudo.</i> | ibidem. |
| | | <i>Morientium testamentum & extrema monita.</i> | 76 |
| | | <i>Mors est ad immortalitatem tranfgreffus.</i> | 77 |
| | | <i>Mors est mortakum portus.</i> | ibidem. |
| | | | Mortis |

Index Rerum.

| | | | |
|--|---------|--|---------|
| <i>Mortis solatia novem.</i> | 78 | <i>Mortuus.</i> | 67 |
| <i>Mori ferium est negotium.</i> | 79 | <i>Mortui plurimi fuere stantes.</i> | ibidem. |
| <i>Mortem amicam quis habeat.</i> | ibidem. | <i>Mortui plurimi etiam ante mortem.</i> | 68 |
| <i>Mors felix que.</i> | 82 | <i>Mortui plurimi à seipsis sepulsi.</i> | 40 |
| <i>In morte sententia pronuntiatur.</i> | 87 | <i>Mortuorum ostium contemplatio Pestem animi sanat.</i> | 75 |
| <i>Mortem mox præmia vel supplicia sequuntur.</i> | ibidem. | <i>Mortuus est Moses servus Dei.</i> | 504 |
| <i>Mortis evocatio.</i> | 90 | <i>Mortui qui in orbe vivere credantur.</i> | ibidem. |
| <i>Mortis minimo impulsu sumus in æternitate.</i> | 2 | <i>Moses.</i> | |
| <i>Morientium salutatio que.</i> | 44 | <i>Quomodo noverint. Apostoli in monte Mosen.</i> | 77 |
| <i>Ars moriendi prius discenda, quàm vivendi.</i> | ibidem. | <i>Quinque defectus in lingua Mosis.</i> | 682 |
| <i>Mors oculis nostris quotidie proponenda.</i> | ibidem. | <i>Manum Mosis cur Deus voluit leprosam.</i> | 703 |
| <i>Ad mortis paribulum ducimur omnes.</i> | ibidem. | <i>Moses fuit mansuetudine clarissimus.</i> | 765 |
| <i>Mortis quod solatium.</i> | ibidem. | <i>Mosis prudentia in tuenda Aaronis dignitate.</i> | 816 |
| <i>Ad mortem quibus gradibus pervenitur.</i> | ibidem. | <i>Moses bis à petrâ fecit aquas scaturire.</i> | 502 |
| <i>Mortis negotium moram non fert.</i> | ibidem. | <i>Moses cur non in utroque facto Deo placuit.</i> | ibidem. |
| <i>Mortem cogitat sapiens cum tranquillitate.</i> | 41 | <i>Mundus.</i> | |
| <i>Mors expectando insidiatur.</i> | 7 | <i>Mundi calamitas brevis.</i> | 9 |
| <i>Mortem æternam ut Christus arceret mortem appetiit.</i> | 19 | <i>Mundi voluptas que.</i> | 13 |
| <i>Mors sepe initium æternarum ærumnarum.</i> | 20 | <i>Mundo que sit lex dicta æterna.</i> | 85 |
| <i>Mors vestem veterem eripit, & dat sepulchralem.</i> | 40 | <i>Mundo que sit lex dicta æterna.</i> | 85 |
| <i>Mortis memoriam inferunt mensis Ægyptii.</i> | ibidem. | <i>Mundus est carcer.</i> | 93 |
| <i>Mors mortalium tributum.</i> | ibidem. | <i>Mundi Grammatica.</i> | 109 |
| <i>Mortis ostiola pars corporis.</i> | 38 | <i>Mundi fallacie.</i> | 114 |
| <i>Mortis via nulla tam tarda quàm repentina.</i> | 21 | <i>Mundus crudelis bestia.</i> | 115 |
| <i>A morte dividimur uno gradu.</i> | ibidem. | <i>Mundi contemptus præcix.</i> | 805 |
| <i>Mors eadem Regine & ancille.</i> | 33 | <i>Mundi erga quosdam instabilitas.</i> | 800 |
| <i>Mors nulli ætati parcat.</i> | ibidem. | <i>Mundi objectiones variæ.</i> | 838 |
| <i>A morte multi occupantur in medio scelere.</i> | ibidem. | <i>Melius est in hoc mundo solvere quàm posse.</i> | 16 |
| <i>Mors est ubique.</i> | 36 | <i>Mundana caduca omnia, cælestia æterna.</i> | 30 |
| <i>Mors caret auribus.</i> | 36 | <i>In hoc mundo unumquodque suum habet hostem.</i> | 248 |
| <i>Moritur nemo qui non vixerit, nec vivit, qui non sit moriturus.</i> | 37 | <i>In hoc mundo omnia nobis auferuntur.</i> | 249 |
| <i>Mors omnes vocat.</i> | 45 | <i>Qui mundo serviunt debent glutire omnis generis convitia.</i> | 466 |
| <i>Mors omnium par est, diversa sunt ea, per que venit.</i> | ibidem. | <i>Mundo serpentes boves sunt triturantes.</i> | ibidem. |
| <i>Mors est mitis sit, tamen aliquid horrois adfert.</i> | ibidem. | <i>Mundani labores suos pro premio habent, non habituri aliud.</i> | ibid. |
| <i>A morte quid nos alienet.</i> | ibidem. | <i>In hoc mundo nihil magni sperandum.</i> | ibidem. |
| <i>Mors optatissima sine metu mori.</i> | 46 | <i>Mundi sapientia est cor regere machinationibus.</i> | 626 |
| <i>Mori nolle mala ad mortem præparatio.</i> | ibidem. | <i>In mundo nil tam perfectum quod vituperari non possit.</i> | 736 |
| <i>Mortis nuntius equo animo admittendus.</i> | 48 | <i>Mundi contemptus est facilis ei, qui seipsum contemnit.</i> | 799 |
| <i>Mortem qui non contempsit, vitam non bene vexit.</i> | 49 | <i>Mulier.</i> | |
| <i>Mors in omnes grassatur.</i> | ibidem. | <i>Anachoretæ factum ad abolendam memoriam mulieris.</i> | 413 |
| <i>Mortis metus malum est.</i> | ibidem. | <i>Mulierem ornatam videns Pambus Eremita flevit, & cur.</i> | 431 |
| <i>Mors debellavit majores hostes, quàm Alexander Magnus.</i> | ibid. | <i>Mulier pregnantis à S. Ioanne visa animam significat, que est in gratiâ constituta.</i> | 470 |
| <i>Mori metuunt qui vivere nesciunt.</i> | 50 | <i>Multi & Pauci.</i> | |
| <i>Mors non est timenda.</i> | 56 | <i>Multi & pauci verba formidanda.</i> | 9 |
| <i>Mortem homo contemnit, cum extra periculum se credit.</i> | 59 | <i>Murmur, Murmurare.</i> | |
| <i>Mori est rectum iter ad præmium.</i> | 60 | <i>Que sit lingua murmurans</i> | 692 |
| <i>Mori pena improbis, portus probis est.</i> | 61 | <i>Quid sit murmurare.</i> | ibid. |
| <i>Mors mala error pessimus.</i> | 66 | <i>Maria soror Mosis ob murmur puniitur.</i> | 693 |
| <i>Mortem bonam quaque faciunt.</i> | ibidem. | <i>Irem Datban, Core & Abiron.</i> | ibid. |
| <i>Mors felicitum difficilima.</i> | 71 | <i>Murmurationes adversus Deum sunt causa necis, famis, aliterisque supplicii.</i> | 694 |
| <i>Mortis repentina antidotus.</i> | 38 | <i>Murmuratio in præceptis egit Iudam Iscariotem.</i> | 695 |
| <i>Moriendi ardens studium Martyrum.</i> | 71 | <i>Musica.</i> | |
| <i>Mors quedam dulcis, sed pessima.</i> | 74 | <i>Musica nil magis calo cognatum.</i> | 132 |
| <i>Morientis valedictio ad viventes.</i> | 76 | N. | |
| <i>Mortificatio.</i> | | <i>Nabuchodonosor & Pharaon.</i> | |
| <i>Mortificatio est pharmacum contra vitia.</i> | 873 | <i>Nabuchodonosoris & Pharaonis exitus dispar & cur.</i> | 514 |
| <i>Mortificatione usi sunt Sancti omnes.</i> | ibidem. | <i>Nasci.</i> | |
| <i>In paradiso erat triplex mortificationis genus.</i> | ibidem. | <i>Nascentis est flere.</i> | 62 |
| <i>Vis mortificationis inferenda ut proficiatur.</i> | 869 | <i>Nascitur nullus nisi moriturus.</i> | 127 |
| <i>Mortificatio est mensura profectus spiritualis.</i> | 876 | <i>Nasci est tributo mortis subjici.</i> | 292 |
| <i>Quid sit contra naturam aliquid facere.</i> | ibidem. | <i>Nascimur pares omnes & morimur.</i> | 436 |
| <i>Mortificationis opportunitas amplectenda.</i> | 877 | <i>Idem omnibus nativitatibus domicilium.</i> | ibidem. |
| <i>In mortificatione salus anime consistit.</i> | ibidem. | <i>Natura.</i> | |
| <i>Mortificatio à parvis est incipienda.</i> | 876 | <i>Natura meliôrne homini mater, an tristior noverca fuerit.</i> | 35 |
| <i>Mortificatio in omnem vitam se extendere debet.</i> | 876 | <i>Natura mater est, non noverca.</i> | 50 |
| <i>In mortificatione difficultas non est impedimentum, sed adjumentum.</i> | 879 | <i>Natura primam curam corpori exhibet.</i> | 411 |
| <i>Qui sibi plus restitit majorem assequitur gloriam.</i> | 879 | <i>Natura docet hominem leges vestiendi.</i> | 427 |
| <i>Duplex consiliû mortificandis & eradicandis malis affectibus.</i> | ibid. | <i>Natura mala que.</i> | 510 |
| <i>Actiones mortificationis.</i> | ibidem. | Iiii | Nauta |

Index Rerum.

| | |
|--|--|
| <p style="text-align: center;">Nauta.</p> <p>Nautæ bolide maris profunditatem explorans. 19</p> <p style="text-align: center;">Nefas.</p> <p>Nefas est contra Deum queri. 52</p> <p style="text-align: center;">Negligentia.</p> <p>Negligentia horæ extrema irreparabilis. 55</p> <p>Qui negligit sumere Sacramenta, asperum erit illi iudicium. 106</p> <p>Neglectus virtutis torquet inferos. 162</p> <p>Negligentes sunt homines in rebus æternis, industrii verò in fluxis. 163</p> <p>In nullo negotio, quàm salubris sumus negligentiores. 270</p> <p>Negligens custodiam vitæ, sibi ipsi præsens non est. 392</p> <p>Ad omnia vacamus præterquam ad salutis negotium. ibidem.</p> <p>Homo sæpe negligit æternam salutem. 22</p> <p style="text-align: center;">Negotium.</p> <p>Ante negotium quodcumque quadam observanda. 494</p> <p>Negotiorum omnibus rectè præsidet assidua sui observantia. 508</p> <p>Cuius negotio intentio præmittenda. 494</p> <p style="text-align: center;">Nemo.</p> <p>Nemo tam Divos habuit faventes, ut sibi crastinum polliceretur. 34</p> <p>Nemo moritur, qui non vixerit. 37</p> <p style="text-align: center;">Nequitia.</p> <p>Nequitia non differtur. 43</p> <p style="text-align: center;">Nero.</p> <p>Neronis mantile incombustibile. 3</p> <p>Nero theatrum illevis auro. 6</p> <p>Neronis donum datum gregario militi. 6</p> <p style="text-align: center;">Nictetas.</p> <p>Nictetas pugna & victoria carmine descripta. 339</p> <p style="text-align: center;">Niger habitus.</p> <p>Nigri habitus Monachos quis excluderet funeri suo, & cur. 36</p> <p style="text-align: center;">Nihil.</p> <p>Nihil sibi de futuro promittendum. 34</p> <p style="text-align: center;">Notitia.</p> <p>Notitia peccati salutis iutium. 292</p> <p style="text-align: center;">Novissima.</p> <p>Novissima quare in mente habenda. 124</p> <p style="text-align: center;">Nox.</p> <p>Nox & somnus nunquam ordiendus sine examine. 52</p> <p>Noctis filii qui. 78</p> <p>Nox que longissima. 147</p> <p style="text-align: center;">Nundinatrices.</p> <p>Nundinatrices lapidum S. Stephani. 468. & 469</p> <p style="text-align: center;">Nutrices.</p> <p>Nutrices due pro excolendo corpore, Pallas & Pietas. 412</p> <p style="text-align: center;">O.</p> <p style="text-align: center;">Obedire, Obediens, Obediencia.</p> <p>Obediens oratio exauditur. 291</p> <p>Obediencia demon vincitur. ibid. & fol. 890</p> <p>Obediencia laudatur. 890. 891. & 892</p> <p>Obediencia paradigmata varia. 893</p> <p>Vera obediencia nota. 894</p> <p>Obedienciam etiam exercent ratione carentes. ibid.</p> <p>Obediencia vera cæca est. ibid.</p> <p>Obediencia vera & prompta paradigmata. 895</p> <p>Obediencia vera conditiones. ibidem.</p> <p>Humilis obediencia exemplum. 895</p> <p>Obediencia praxis. ibid.</p> <p>Quatuor obediencia gradus. 896</p> <p style="text-align: center;">Oblatio.</p> <p>Oblatio sui in divinam voluntatè causâ est sufficientissima pacis. 541</p> <p style="text-align: center;">Oblivio.</p> <p>Oblivio sui ignorantia turpissima. 35</p> <p>Oblivio sui quibus in morte oveniat. 95</p> <p>Oblivio iudicii voluntaria asperat iudicium. 106</p> <p>Oblivio bilaris sepelit priorem sanetatem. 191</p> <p>Oblivio presentis Dei causâ est omnium peccatorum. 361</p> <p style="text-align: center;">Objurgare.</p> <p>Objurganda credidit, ne simus prompti ad credendum & iudicandum. 489</p> | <p style="text-align: center;">Observatio.</p> <p>Observatio sui assidua omnibus negotiis rectè præsidet. 508</p> <p>Observanda quadam humilitati ac patientiæ exercenda. 240</p> <p style="text-align: center;">Oculus, Oculi Dei.</p> <p>Oculi cura conscribitur fol. 328. 329. 330</p> <p>Oculus divini iudicis timidus. 140</p> <p>Oculorum voluptas quæ. 224</p> <p>Magna erit oculorum voluptas videre post hanc vitam tot Beatorum agmina. 225</p> <p>Oculorum Dei boni effectus. fol. 356. 359. 360.</p> <p>Oculo Dei aperta omnia. 357</p> <p>Oculos Dei nemo potest effugere. 360</p> <p>Oculum simplicem qui habeant. 441</p> <p>Oculi cordis affectus & intentio, capilli verò cogitationes sunt. 445</p> <p>Oculos defixos habuit S. Paulus in divina voluntatis sole. 545</p> <p>Oculos Deo placentes Spiritus sanctus comparat piscinis, & oculis columbarum, & cur. 446</p> <p>Humanus oculus facit ne peccemus, quandò magis divinus. 360</p> <p>Oculorum incautè & malè custoditorum pena. 329</p> <p>Ab occasione abire optima oculorum custodia. ibidem.</p> <p>Lucia oculos eruentis facinus. 329</p> <p>S. Alipius oculis vincitur. 328</p> <p>Oculi vitiorum omnes duces. ibid.</p> <p>S. Ephrem docetur oculos custodire. ibid.</p> <p>Oculi Naptha similes. 327</p> <p>Oculi vagi, curiosi & emissivi incontinentiæ invitamenta. ibid.</p> <p style="text-align: center;">Occasio.</p> <p>Occasiones peccatorum fugiendæ. 746</p> <p style="text-align: center;">Occulta.</p> <p>Occulta tria: illicita actio, dolosa intentio, & impudica affectio. 502</p> <p style="text-align: center;">Occupatus.</p> <p>Occupati fuerunt semper Partiborum Reges. 354</p> <p style="text-align: center;">Odoratus.</p> <p>Bene oluisse quibusdam nocuit. 355</p> <p>Odiu est soboles lingua hypocritica. 654</p> <p>Inter odia habitare melius est, quàm inter blandimenta. 476</p> <p>Odiu quæ sunt signa. 184</p> <p style="text-align: center;">Offero.</p> <p>Offerre oportet se, suamque voluntatem in die Deo pluries. 536</p> <p style="text-align: center;">Olfactus.</p> <p>Olfactu qui peccent. 158</p> <p style="text-align: center;">Olor</p> <p style="text-align: center;">Omnia, Omnium.</p> <p>Olor cur morti vicina bilaris, Hyena verò triftis. 106</p> <p>Omnium introitus similis & exitus. 436</p> <p>Omnia qua videmus, modica sunt. 16</p> <p>Omnia de manu Dei acceptare fundamentum est vitæ sanctioris. 542</p> <p>Omnia quæ nobis eveniunt, vitæ sunt tributa. 554</p> <p>Omnia redduntur facilia propriâ voluntate in divinam transmissata. 555</p> <p>Omnia præmittenda ut examini conscientie incumbamus. 384</p> <p>Omnia etiam rationis expertia Deo obtemperant. 587</p> <p>Omnia molesta spe præmiu condenda. 53</p> <p style="text-align: center;">Opus, Opera.</p> <p>Opus unum iusti iustum æternisat. 8</p> <p>Opera mortalium sunt mortalia. 7</p> <p>Eorum aliqua recensentur. ibidem.</p> <p>Omnia opera in æternitatem transmittenda. 30</p> <p>Opus illud est monstruosum, cuius principium est ratio, & finis libido. 390</p> <p>Opera nostra ponderanda sunt è cordis intentione. 445</p> <p>Que opera sint & dicantur medullata. ibidem.</p> <p>Bene operantibus triplex documentum observandum. 458</p> <p>Opera bona, vanâ gloriâ sedata Deo sunt ingrata. 461</p> <p>In omni opere duo reperiantur, utilitas & dignitas. 473</p> <p>Opera bona non sunt faciendâ quia aliis placent, sed quia Deo. 462</p> <p>Opus iusti æternam gloriam promeretur si à rectâ intentione imperetur. 449</p> <p>Opus bonum bonâ intentione omitti potest. 484</p> <p>Operis boni tres conditiones. 600</p> |
|--|--|

Index Rerum.

| | | | |
|---|----------------|---|----------------|
| <i>Opus nullum merè naturale meritorium est vita aeterna.</i> | 483 | <i>Ovum colores omnes recipit.</i> | <i>ibidem.</i> |
| <i>Opus ab intentione ferventissimè gratissimum.</i> | 482 | <i>Cur ova duo Schveppermarino data.</i> | <i>ibidem.</i> |
| Oratio. | | <i>Ovum aspidis quis alteri supponat cui incubet.</i> | 718 |
| <i>Oratio cordis vera est oratio.</i> | 302 | P. | |
| <i>Orantis cor Deus afficit.</i> | <i>ibid.</i> | Palus. | |
| <i>Oratio sine alis jejuniè & stipis decidit antequam ascendat.</i> | 311 | Palus. | 151 |
| <i>Oratio est incontinentia antidorum, tentationum remedium, & castitatis donum impetrat.</i> | 343 | Paradisus. | |
| <i>Qualis oratio castitatis est impetratrix.</i> | <i>ibid.</i> | <i>In paradiso caelesti lignum vite est IESVS, arborès Sancti.</i> | 233 |
| <i>Oratio est epistola petitoria auxilij in obsidione animi.</i> | 846 | Pati, Patiens. | |
| <i>Oratione Iosaphat fuit victor.</i> | <i>ibidem.</i> | <i>Pati est levamentum dolorum.</i> | 36 |
| <i>Oratione conciliamus nobis Divos.</i> | 399 | <i>Pati nostrum est dum vivimus.</i> | 218 |
| <i>Orare pro se necessitas, pro aliis charitas exigit.</i> | 405 | <i>Pati non poterunt Beatorum corpora ab ullo.</i> | <i>ibidem.</i> |
| <i>Oratio Ezechia cur Deo placuit, & non Pharisaei.</i> | 455 | <i>Pati aliquid sine recta intentione nihil promeretur.</i> | 466 |
| <i>Orare etiam quomodo possumus dormientes.</i> | 482 | <i>Pati mala & facere bona vita est Christianorum.</i> | 843 |
| <i>Quomodo orandum, Fiat voluntas tua.</i> | 526 | <i>Patientis animi non est ad calculum dies aut annos revocare.</i> | 62 |
| <i>In oratione quadam attendenda.</i> | <i>ibidem.</i> | <i>Quidam passi plurima, tamen patientia gradus non ascenderunt.</i> | 843 |
| <i>Orandum intentione purissima, & perseveranter.</i> | <i>ibid.</i> | Patientia. | |
| <i>Oratio triplex: tepida, timida, & temeraria.</i> | 557 | <i>Patientia insignis Olympij.</i> | 30 |
| <i>Oratio est remedium ad sanandum lingua vitia.</i> | 742 | <i>Patientia opprimit dolorem.</i> | 57 |
| <i>Orandi vel precandi diversa ratio.</i> | 785 | <i>Patientia Philippi II.</i> | 58 |
| <i>Orare attentè fuit studium sanctissimorum hominum.</i> | 786 | <i>Patientia necessaria infirmo.</i> | <i>ibidem.</i> |
| <i>Orationis, meditationis & contemplationis praxis.</i> | 787 | <i>Patientia armatus nec mortem nec dolorem timet.</i> | 59 |
| <i>Oratio triplex.</i> | 291. & 292 | <i>Patientia nulla est si desit constantia.</i> | 62 |
| <i>Ex hac oratione triplici potest triplex ad Deum intentio renovari.</i> | 292 | <i>Exempla ad patientiam animantia.</i> | 229 |
| <i>Oratio requirit quatuor.</i> | 516 | <i>Vbi vera est patientia ibi nullus est clamor.</i> | 59 |
| Orbis. | | <i>Patientia augeat vim animi.</i> | 57 |
| <i>Orbis hic terrarum est adumbratio orbis caelestis.</i> | 247 | <i>Patientia typus.</i> | <i>ibid.</i> |
| <i>Orbem & se Deo offerre studuit B. Paulus.</i> | 536 | <i>Patientia est virtutum omnium munimen.</i> | 842 |
| Ordo. | | <i>Tres patientia gradus.</i> | 841 |
| <i>Ordines instituti in honorem B. M. Virginis.</i> | 837 | <i>Patientia est thorax ferreus.</i> | 290 |
| Origenes. | | <i>Patientia actio.</i> | 847 |
| <i>Origenes credidit Angelos beatos aliquando damnandos.</i> | 10 | <i>Sententia S. Scripturae, quibus ad patientiam adhortamur.</i> | 848 |
| Osculum. | | <i>Ad augendam & acquirendam patientiam oratio verbum Pauci.</i> | 63 |
| <i>Osculum Matris Christi, Magdalena & Iuda idem, sed intentio diversa.</i> | 455 | <i>Verbum Pauci multos è vitio revocavit.</i> | 287 |
| Os, otis. | | <i>Pauci Christum sequuntur Calvaria montem scandentem.</i> | 287 |
| <i>Os hominis verbo est receptaculum variarum sordium.</i> | 651 | <i>Paucitas salvandorum omni aeo proposita.</i> | <i>ibid.</i> |
| <i>Duo lapilli quibus os obstruendum.</i> | 653 | S. Paulus. | |
| <i>Ab ore Christiano sermones turpes sunt arcendi.</i> | 731 | <i>S. Pauli imago auro exornata flevit, dum Andronico immineret exitium.</i> | 15 |
| Os, ossis. | | <i>S. Paulus cur carne expoliari timuit.</i> | 72 |
| <i>Quodlibet os in homine quadraginta scopos habet in usum corporis.</i> | 566 | <i>Qui affectus S. Pauli in corpore certabant.</i> | 221 |
| Ostentatio. | | <i>S. Pauli ad caelum via quomodo dicatur recta.</i> | 443 |
| <i>Ostentant & gloriantur homines de forma, robore, gentis nobilitate, victu, vestitu, operibus, ingenio, eruditione, virtute, & quod pessimum est etiam de vitio vide fol. 703. 704. 705. 708.</i> | | <i>S. Paulus de sua doctrina consuluit alios Apostolos.</i> | 517 |
| Otiosi. | | <i>Sanctus Paulus desiderabat omnes impleri agnitione divina voluntatis.</i> | 540 |
| <i>Otiosi maxime fugiendi.</i> | 332 | <i>S. Paulus habuit oculos fixos in sole divina voluntatis.</i> | 545 |
| <i>Otiosorum verborum damna plurima.</i> | 697 | Pauper, Paupertas. | |
| Otium. | | <i>Paupertas gravis morbus.</i> | 57 |
| <i>Otium est primum incontinentiae invitamentum.</i> | 323 | <i>Paupertas multos caeli mercatores fecit.</i> | 271 |
| <i>Otium olim capite mulctatum.</i> | <i>ibidem.</i> | <i>Paupertas conservat humanam gentem & ornat.</i> | 568 |
| <i>Otium & Venus individui sunt comites.</i> | <i>ibidem.</i> | <i>Paupertas nihil mali habet.</i> | 867 |
| <i>Otium est via ad vitia.</i> | 324 | <i>Paupertatis divitiae, & paupertatis latae paradigma.</i> | <i>ibid.</i> |
| <i>Otium est causa omnis nequitiæ.</i> | 353 | <i>Paupertas scientiis & artibus aptissima.</i> | 868 |
| <i>Otium est etiam vana occupatio.</i> | 352 | <i>Paupertas est sanitatis mater.</i> | <i>ibid.</i> |
| <i>Otium & virium, cognata sunt nomina.</i> | 782 | <i>Paupertas est virtutum nobile gymnasium.</i> | 869 |
| <i>Ne otio locus esset Sancti operari sunt.</i> | 783 | <i>Paupertatis elogia.</i> | 870 |
| <i>Israëlitæ ne otio torperent Deus dedit illis incoctos panes.</i> | 783 | <i>Paupertatem coluit Christus, ut nos ad amorem ejusdem provocaret.</i> | <i>ibid.</i> |
| Ovum. | | <i>Actiones & praxis paupertatis.</i> | 871 |
| <i>Ovum omnium ciborum optimus cibus.</i> | 198 | <i>Pauperes sunt Deo commendatissimi.</i> | 870 |
| <i>Ovum sine igne coqui potest.</i> | 201 | <i>Pauperes mundus despiciit pulchre & late.</i> | <i>ibid.</i> |
| <i>Ova fragrantia Deus in amicis caelo dejecit.</i> | 202 | <i>Pauper non solum est qui opes suas amittit, sed etiam qui paratus est pro Christo eas dimittere.</i> | 271 |
| <i>Cur ex ovo prodixisse dicantur Beati.</i> | 203 | <i>Pauper est nemo, cum superbia negotium agitur.</i> | 432 |
| <i>Ovi geminum cacumen in lobo quod.</i> | <i>ibid.</i> | <i>Paupertas Christiana voluntaria parat innumeros thesauros.</i> | 26 |
| <i>Ovum quatuor velut elementa continet.</i> | 204 | <i>Pauper & eger tam opulenta possunt ferre Deo munera, quam dives & sanus.</i> | 485 |
| <i>Ovum cur dicatur optimum ferculum, paratissimum.</i> | <i>ibid.</i> | | |
| <i>Ab ovo lauta Romanorum caena incubabantur.</i> | 199 | | |

Index Rerum.

| | | | |
|--|----------|--|-------|
| Peccatum. | | S. Petrus. | |
| Peccati voluptas brevis cantio est habens longissimū epiphonema. | 25 | S. Petri ambulatio super aquam indutus veste est imago vita ac mortis nostræ. | 136 |
| Peccati stipendium mors æterna. | 32 | S. Petrus inter malos improbus. | 332 |
| Peccato summum bonum læditur. | 180 | S. Petrus non obtinuit officium pastoris nisi ter pronuntiasset quod cor oculi & intentio irent. | 453 |
| Peccatum est abyssus suppliciorum. | ibid. | Pharaismus. | |
| Peccato nihil est formidabilius. | ibidem. | Pharaismus quid sit. | 711 |
| Peccatum nullis inferorum ignibus potest expiari. | 181 | Pharaismus est vena una è quatuor venis lingua politica. | ibid. |
| Peccatum est coluber venenatissimus, gratiam & anteriora merita adimens. | ibidem. | Pictor. | |
| Peccati artificia. | 183 | Pictoribus lascivis dignum supplicium. | 326 |
| Peccati vires incredibiles. | ibid. | Pictores obscæni miseri. | 327 |
| Peccatum omnium miseriarum causa. | ibid. | Picturæ inhonestæ. | |
| Peccatum nullum impunitum. | ibid. | Pictura inhonestæ sunt invitamenta libidinis. | 326 |
| Ob peccatum omnia mortis instrumenta inventa. | 184 | Pietas. | |
| A peccato bella & fames. | ibid. | Ad pietatem conducentia observanda duo. | 216 |
| Peccatum nos calo excludit. | 184 | Piger, Pigritia. | |
| Peccati opera diaboli malum invehunt in homines. | 186 | Pigra dilatio excusatione caret. | 56 |
| In peccato existens mortali miserior cane est. | ibid. | Pigritia & malitia subvertunt bonum propositum. | 387 |
| Peccatum æternum levit in hominem. | ibid. | Pigmentum. | |
| Peccati circumstantia qua sit pessima. | 187 | Pigmentis utentes opus Dei reprehendunt & Deum contumeliâ afficiunt. | 440 |
| Peccati mortalis duplex malitia. | 188 | Artis pigmentaria diabolus est inventor. | ibid. |
| Peccati nubeculam aliquam cur Deus permittit in viris integerrimis. | 230 | Plorare. | |
| Peccati notitia initium salutis. | 292 | Plorabat Christus toto corpore. | 54 |
| Peccati voluptas brevis cantuuncula. | 317 | Pomum. | |
| Peccato cur decreta sit pena æterna. | 366 | Poma Gomorrhæa, cum franguntur, in pulverem fatiscunt. | 35 |
| Peccatum non purgatur honesto fine. | 451 | Poma vetera cum novis Deo offerenda. | 448 |
| Peccata levia sunt gravia, si fiant intentione improbâ. | 483 | Pontifex. | |
| Præter peccatum nihil sit in mundo sine Dei voluntate. | 510 | Pontifici inaugurando ingerebatur æternitatis memoria. | 10 |
| In omni peccato sunt duo spectanda. | 510. 511 | Pontius Pilatus | |
| Peccatum nullam bonitatem acquirit, etiam si alicujus boni tribuat occasionem. | 514 | Pontij Pilati fratres qui dicantur. | 8 |
| Peccata inde in homine originentur. | 2 | Porta cœli. | |
| Peccatum facit hominem Salamandram. | 4 | Porta cœli ultrâ quinque millia annorum occlusa. | 20 |
| Peccatum Luciferi quod, & ejus punitio. | 181 | Porus. | |
| Peccatum hominem in diabolum transmutat. | 184 | Pori corporis sunt mortis ostiola. | 38 |
| Peccatum Deus odit, & odij signa. | ibidem. | Potentia, Potens. | |
| Peccata quomodo Sancti viant. | 186 | Potentiam Dei tria ingerunt. | 133 |
| Peccati malitia nullo bonarum actionum cumulo redimi potest. | 188 | Potentis plerumque sunt improbi. | 88 |
| Peccati odium ut majus fiat in nobis conandum est indies. | 387 | Pœna. | |
| Peccatum mortale est ambre divinum officium, ne census amittantur. | 494 | Pœna damnatorum maxima. | 178 |
| Peccatum hominem infra hominem dejicit, virtus verò elevat. | 184 | Pœna damni est suppliciorum summum. | 148 |
| Peccator. | | Pœna lethalis peccati quomodo infligatur. | 188 |
| Peccatores Deus secretis impulsibus ad meliora trahit. | 546 | Pœnarum æternitas apud inferos inexplicabilis. | 195 |
| Peccatores resurgent ut in tormentis permanent. | 16 | Pœnitere, Pœnitentia. | |
| Peccatores multi veniam desperant. | 55 | Pœnitet est cantilena ad finem actionis prave commissæ. | 103 |
| Peccatores dupliciter aliquando puniuntur. | 148 | Pœnitentia in hac vitâ sanabilis, in alterâ verò cruciabilis. | 144 |
| Cur peccatores quidam ita quiescant in peccatis perseverant. | 150 | Pœnitentia dilata pœna. | ibid. |
| Peccatoris culcitra qua sit. | 385 | Pœnitentia tempestiva vis. | 163 |
| Peccator peccans diabolo se vendit. | 187 | Pœnitentia non solùm agenda, sed habenda & retinenda. | 282 |
| Peccator peccando diabolum Deo præstare dicit. | 180 | Pœnitentia debet esse stabilis. | 283 |
| Peccator factio suo fidem negat. | 357 | Pœnitentia agenda est non verbis, sed actû. | 10 |
| Pecunia. | | Pœnitentia in inferno sera est. | 21 |
| Pecunie fames ad omne scelus egregium calcat. | 286 | Pœnitentiam colere est prædestinationis signum. | 282 |
| Peregrinatio. | | Pœnitentiam fugiens tartari pœnas incurrit. | 10 |
| Peregrinationes sacra quorundam Sanctorum. | 779 | Preces. | |
| Peregrinatio frequens fuit ad Bethlehem. | 780 | Preces ad Deum sunt nostri præcursores. | 80 |
| Peregrinatio vaga non est salutaria. | 781 | Preces quomodo eas vult Deus exordiri. | 210 |
| Peregrinatio debet esse pia & religiosa. | 781 | Preces nostras cur Deus non exaudiat. | 211 |
| Peregrinatio pia tam in veteri quam novo nostro sæculo istitata. | ibidem. | Præcepta. | |
| Peregrinationis praxis. | 781. 782 | Præcepta sexcenta & tredecim in Moysi libris continentur, ex quibus omnibus Christus unum fecit. | 320 |
| Perseverantia. | | Præcepta Christi consideranda. | 131 |
| Perseverantia nullū virtutum obsequium promereri potest. | 390 | Præcepta Pachomij instituentis animum. | 416 |
| Perseverantia est virtutum baculus. | ibidem. | Prædestinatus. | |
| Perseverantia in bene institutâ vitâ tutissima. | 391 | Prædestinati cura est, ut quotidie cytharâ affectuum examinet. | 286 |
| Inter perseverantiam & constantiam differentia. | 816 | Prædestinatis non placet quod Deo displicet. | 284 |
| Perseverantia tres gradus. | ibidem. | Prædestinati ad beatitudinem igni similes. | 222 |
| Perseverantia praxis. | 819 | Prædestinati sæpius sumunt Eucharistiam. | 271 |
| Perseverantibus & bene sineptibus cedit præmium virtutis. | 391 | Prædestinatus amat contemni. | 278 |
| | | Prædestinati Dei semel offensi nunquam obliviscuntur. | 284 |
| | | Prædesti- | |

Index Rerum.

| | |
|--|-----------|
| Prædestinationis symbolum quod. | 222 |
| Prædestinationis signum est defectio inimicorum. | 278 |
| Prædestinationis signa compendiosè. | 289 |
| Præmeditatio. | |
| Præmeditatio malorum adventum lenit. | 505. 506. |
| Præmium. | |
| Premium à Deo quomodo obtinendum. | 209 |
| Ad præmià magna pervenitur per magnos labores. | 31 |
| Premium caeleste potest augeri omni momento. | 45 |
| Præparatio. | |
| Præparatio duplex arcano iudicio præmittenda. | 131 |
| Præparationis propinqua ad iudicium capita. | 13 |
| Præsentia. | |
| Præsentia eorum, qui causa damnationis fuerunt, oculos damnatorum torquebit. | 166 |
| Præsentiam Angelorum semper venerari est utilissimus cultus. | 319 |
| De præsentia Dei cultus. à fol. 358. usque fol. | 381 |
| Præsumptio. | |
| Præsumptio est sine meritis sperare. | 82 |
| Ex præsumptione nascitur desperatio. | 168 |
| Præmium. | |
| Pretium laboris ex intentione desumendum. | 444 |
| Principium precum, & finis qualis esse debeat. | 52 |
| Probus. | |
| Probi & improbi differentia. | 222 |
| Probitas hominem supra homines extollit. | 184 |
| Probi ab improbis semper oppressi. | 840 |
| Probitas nostra ad aliorum oculos se fingit. | 439 |
| Procrastinare. | |
| Procrastinando multi ad inferos descenderunt. | 144 |
| Profectus. | |
| Profectus noster consistit in humana divinaq; voluntatis conformatione. | 510 |
| Promissio. | |
| Promittens lingua qua dicatur. | 713 |
| Nulla promissio habens turpem exitum adimplenda. | 714 |
| Promittendum Deo nil temere. | 14 |
| Promptus, Promptitudo. | |
| Promptus vult Deus servos suos ad omne bonum. | 284 |
| Promptitudo ad mortem. | 268 |
| Promptitudo in nobis debet esse ad ea, à quibus natura abhorret. | 543. 545. |
| Prompta voluntas ad omnem obedientiam provenit ab oratione & meditatione. | 527 |
| S. Iosephi promptitudo ad Angeli monitum. | 543 |
| Promptitudo humana nihil efficit absque divino auxilio. | 573 |
| Propositum. | |
| Propositum pro tempore futuro fundendi preces. | 405 |
| Profpera. | |
| Profpera habent omnia reprobi. | 14 |
| Providentia. | |
| Quanta Dei providentia sit in amicis. | 570 |
| Quanta Dei providentia circa vitæ nostræ necessaria. | 567 |
| Dei providentia quanta sit in amicis & inimicis. | 572 |
| Ea providentia Deus gubernat universos, quæ singulos. | 574 |
| Dei providentia res omnes committenda. | 812 |
| Divinam providentiam agnoscere sancti omnes studuerunt. | 580 |
| E cognitione divina providentia nascitur in Deum fiducia. | 578 |
| In divina providentia scripti sunt eventus hominum. | ibid. |
| S. Francisci Xaverij in divinam providentiam fiducia. | 580 |
| Providere debent omnes sua domui. | 130 |
| Providentia necessaria in iis quæ semel tantum fieri possunt. | 50 |
| Prudentia. | |
| Prudentia serpentina in cunctis excutienda. | 131 |
| Prudentissimus habetur qui à se & non ab alio consilia mutatur. | 508 |
| Prudentia varia exempla. | 826 |
| Prudens tam in prosperis quam adversis non mutatur. | 827 |
| Prudentiæ actio triplex. | 828 |
| Prudentia quotidiano examine augetur. | ibid. |
| Prudentia triplex tempus complectitur. | 826 |

| | |
|--|-------|
| Punitur. | |
| Punit hic Deus ut post parcat. | 14 |
| Q. | |
| Quæ. | |
| Quæ questio hujus mundi hominum. | 14 |
| Quæ dicantur poma vetera Deo offerenda. | 448 |
| Quæcunque. | |
| Quæcunque sunt, ad Dei beneplacitum aut ex ejus permissione sunt. | 566 |
| Querelæ. | |
| Querela lingua qua dicatur. | 715 |
| Querela quorundam murrurorum. | ibid. |
| Querela nulla effundenda nisi ex iis speretur auxilium. | 717 |
| Querulosus omnium hostis est, omnesque accusat. | 735 |
| Quies. | |
| Via ad quietem est nihil velle contra Dei voluntatem. | 532 |
| Nemini est occlusum ostium quietis. | 533 |
| Duo capita ad quietem conducentia. | ibid. |
| Animus quietus est divina voluntati conformatus. | 534 |
| Quies æterna venalis est brevi labore. | 29 |
| Cur quiet à in statione plurimi etiam sint in turpissimis vitiis. | 159 |
| Quomodo. | |
| Quomodo quis potest edere & bibere ad Dei gloriam. | 448 |
| Quomodo res appetantur maximi refert. | 465 |
| Quotidiano rerum defectu discernimus omne bonum à Deo tribui. | 530 |
| R. | |
| Radix | |
| Radix adulterij concupiscentia impudica. | 285 |
| Ratiocinari. | |
| Ratiocinari solius hominis est. | 145 |
| Ratio. | |
| Ratio & conscientia in merito non sunt mali consiliarij. | 517 |
| Rationem omnes soli reddemus. | 96 |
| Ratio de quibus erit reddenda. | 97 |
| Reddenda est nobis ratio de minutissimis. | 98 |
| Varie monuit nos Christus de reddenda ratione. | 117 |
| Verba Ecclesiasta ultima nos monent de reddenda ratione. | ibid. |
| Rationis reddenda exemplar. | 136 |
| Reddenda rationis nunquam obliviscendum. | ibid. |
| Ratio erit reddenda de singulis horis. | 97 |
| Ratio ubi reddenda. | 98 |
| Ratio reddenda cuilibet homini. | 96 |
| Vide Examen conscientia, & verbo Conscientia. | |
| Recordatio. | |
| Recordatio cruciatuum Christi solatum est morituro. | 128 |
| Recta intentio. | |
| Recta intentionis duodecim signa. à fol. 496. usque fol. 499 latè. | |
| Recti corde qui sunt. | 547 |
| Regio, Regnum. | |
| Regionum ac gentium mutatio est vicissitudo. | 262 |
| Regna mundi non possidentur, sed solum ostenduntur. | 215 |
| Regni Hebraeorum mutatio. | 261 |
| Regni Romanorum finis. | ibid. |
| Regna Christi duo qua sunt. | 262 |
| Regnum Salomonis quamdiu duraverit. | 7 |
| Regula. | |
| Regula Christiana fidei omnibus rebus applicanda. | 150 |
| Regula quibus divina voluntas explorari potest. | 516 |
| Regula divina voluntatis est sine exceptione. | 545 |
| Relapsus. | |
| Relapsus in vitia est oblivio sui ipsius damnosissima. | 388 |
| Religiosus. | |
| Religiosi quomodo ita facile mundo valedicant. | 11 |
| Religiosus totus in Dei gloriam intendere debet. | 495 |
| Religiosorum gaudium verum in monasteriis. | 11 |
| Religiosi nulli in quodam olim monasterio non infirmabantur. | ibid. |
| Religiosus avis cantu delectatus longissimum tempus breve putavit. | 13 |
| Renuntiatio. | |
| Omniium rerum renuntiatio signum est prædestinationis. | 271 |
| Vide Resignatio. | |

Index Rerum.

| | | | |
|--|--------------|---|---------------|
| <i>Requies.</i> | | <i>Chalybea.</i> | 816 |
| <i>Requies habet pro pretio laborem.</i> | 254 | <i>Rosa è Succino.</i> | 811 |
| <i>Res.</i> | | <i>Crystallina.</i> | 792 |
| <i>Res è contrariis composita interitui est obnoxia.</i> | 40 | <i>Cereæ.</i> | 765 |
| <i>Res aliqua quomodo appetatur attendendum.</i> | 465 | <i>Lignea.</i> | 767 |
| <i>Res fortuitas & liberis necessitati tribuere est impia stoliditas.</i> | 642 | <i>Gypsea.</i> | 772 |
| <i>In rebus prosperis & aduersis cum diuinâ voluntate nos circumagere debemus.</i> | 522 | <i>Smaragdina.</i> | 778 |
| <i>Rerum omnium eventus diuinis iudiciis adscribendi.</i> | 513 | <i>Aromatica.</i> | 784 |
| <i>Resignatio sui.</i> | | <i>Et plura alia de præstantiâ Rosæ vide fol. 758.</i> | |
| <i>Resignatio sui in Deum est principium tranquillitatis.</i> | 538 | <i>Rumores.</i> | |
| <i>In resignatione quedam consideranda.</i> | ibidem & 848 | <i>Rumores consecrari est humana gentis vitium.</i> | 695 |
| <i>In quo consistat resignationis natura.</i> | 848 | <i>Rumores aucupari in rebus animi turpe & noxium.</i> | 458 |
| <i>Tres resignationis partes.</i> | 851 | <i>Vide Lingua nugigerula.</i> | |
| <i>Aktiones & praxis resignationis.</i> | 952 | S. | |
| <i>Resignatio sui optimum in morte exercitium.</i> | 554 | <i>Sacerdos.</i> | |
| <i>Qui se resignat Deo optimè moritur.</i> | ibidem. | S acerdos summus ab omnibus cur afficiebatur, ipse verò neminem aspicere possit. | 446 |
| <i>Nihil à Deo petendum sine maximâ resignatione.</i> | 558 | <i>Sacerdotes debent honorificare statum suum bonis operibus.</i> | 428 |
| <i>Preces cum debita resignatione non sunt irritæ.</i> | ibid. | <i>Salomon.</i> | |
| <i>Responsum.</i> | | <i>Salomon plures Deos est veneratus.</i> | 395 |
| <i>Responsum insigne scriptum pro tribunali.</i> | 536 | <i>Saluari, Salus.</i> | |
| <i>Responsum acutum pictoris Zeuxis.</i> | 30 | <i>Salvandorum paucitas omni ævo est proposita.</i> | 287 |
| <i>Resurrectio.</i> | | <i>Salutis remora tollenda est non procrastinanda.</i> | 320 |
| <i>Resurgent peccatores ut in penis maneat.</i> | 16 | <i>Salutis negotium differre fatuum est.</i> | 321 |
| <i>Resurrectionis spes.</i> | 77 | <i>Salutem non omnes assequuntur, & cur.</i> | 519 |
| <i>Resurrectionis spes solatium maximum.</i> | ibid. | <i>In salutis negotio plurimi negligentissimi.</i> | 271 |
| <i>Resurrectio & beatitudo excedunt omnem sapientiam.</i> | 197 | <i>Pro salute æternâ homo negligens.</i> | 22 |
| <i>Resurrectio & beatitudo multis est somnium.</i> | 199 | <i>Sancti.</i> | |
| <i>Reverentia.</i> | | <i>Sancti excogitarunt admirandas inventiones ut cæli præmium obtinerent.</i> | 291 |
| <i>Reverentiâ dignus est qui ante annos senuit.</i> | 39 | <i>Sanctos colendi quinque incitamenta.</i> | 402. 403 |
| <i>Rex, Reges.</i> | | <i>Sanctos venerari debemus imitando.</i> | 398 |
| <i>Reges impij sunt flagellum Dei.</i> | 511 | <i>Sanctorum veneratio constat oratione, carnis castigatione, & sacre lectionis studio.</i> | 394. 400. 401 |
| <i>Regum statue in mansoleis componebantur sedentes.</i> | 1 | <i>In Sanctorum cultu cuiusdam adolescentis inconstantia.</i> | 407 |
| <i>Rex defenditur à sua custodia, rex cælestis defendit suam custodiâ.</i> | 305 | <i>Sancti sibi res omnes à Deo evenire firmiter crediderunt.</i> | 513 |
| <i>Reges Parthorum semper erant occupati.</i> | 354 | <i>Sanctis omnibus est infixa nota misericordie.</i> | 881 |
| <i>Rima.</i> | | <i>Sanctorum nullus sine luctu & patientiâ est coronatus.</i> | 847 |
| <i>Rima, quibus calum inspicendum datur sunt meditationes.</i> | 244 | <i>Sancti omnes sunt ex familia misericordie.</i> | 881 |
| <i>Risus.</i> | | <i>Sancti plurimi duxerunt aspernam vitam.</i> | 195 |
| <i>Risus in hac vitâ importunus.</i> | 142 | <i>Sancti carnem suam castigant.</i> | 343 |
| <i>Lazarus post resurrectionem nunquam risit.</i> | ibid. | <i>Sancti usi cilicio.</i> | ibid. |
| <i>Rixæ.</i> | | <i>Sanctorum in corpora asperitas.</i> | 344 |
| <i>Rixas comitantur magna damna.</i> | 618 | <i>Sanctorum menstrua sortitio & institutionis origo.</i> | 402 |
| <i>Vide Lingua contentiosa.</i> | | <i>Sanctorum gesta bonum est exquirere.</i> | ibid. |
| <i>Romani, Roma.</i> | | <i>Sanctos honorare Eucharisticâ communionem pium est.</i> | 403 |
| <i>Romani Diis templa edificabant rotunda.</i> | 1 | <i>Propositum honorandi sanctos est illis gratum.</i> | 405 |
| <i>Roma fuere pene tot statue, quot homines.</i> | 6 | <i>In honorem sancti alicujus aliquam virtutem crebrâ actione exercere utile est.</i> | 406 |
| <i>Rome erant cloacæ ad evehendas fordes civitatis.</i> | ibid. | <i>In sanctorum veneratione opus est constantiâ.</i> | 409 |
| <i>Romani scientiis, artibus & bellis ceteris excellentiores.</i> | ibid. | <i>Vera sanctitas in quo consistat.</i> | 849 |
| <i>Romanorum legatorum temperantia & incorruptibilitas.</i> | 614 | <i>Vide Beati.</i> | |
| <i>Rom. Teren. Varr. gratias egerunt quod non desperavit de Rep.</i> | 683 | <i>Sanitas.</i> | |
| <i>Rosa, quæ, cuiusve virtutis symbola sint.</i> | | <i>Sanitas quando malum, & quando bonum est.</i> | 48 |
| <i>Rosa Aurea.</i> | 758 | <i>Vide Valetudo.</i> | |
| <i>Rosa Spineola.</i> | 896 | <i>Sannarum modi.</i> | |
| <i>Albanica.</i> | ibid. | <i>Sannarum modi quo veteres utebantur.</i> | 723 |
| <i>Purpurea.</i> | 873 | <i>Sannatores non virtutes sed vitia attingunt.</i> | 724 |
| <i>Græca.</i> | 865 | <i>Vide Lingua subfannans.</i> | |
| <i>Candida.</i> | ibid. | <i>Sapiens, Sipientia.</i> | |
| <i>Centifolia.</i> | 848 | <i>Sapiens cum tranquillitate de morte cogitat.</i> | 41 |
| <i>Rosa cali.</i> | 837 | <i>Sipientia duæ famulæ æternitas & gloria.</i> | 7 |
| <i>Plumea.</i> | 798 | <i>Sapiens cui sit similis.</i> | 42 |
| <i>Cornea.</i> | 806 | <i>Satietas.</i> | |
| <i>Hierichuntina.</i> | 896 | <i>Satietas gloriæ nullum tedium affert.</i> | 247 |
| <i>Albastrina.</i> | 770 | <i>Satietas & fames quomodo in celo conjunctæ.</i> | ibidem. |
| <i>Rosa è saccharo.</i> | 775 | <i>Saul.</i> | |
| <i>Rosa acu picta.</i> | 782 | <i>Saul quomodo dicatur filius unius anni cum regnare cæpit.</i> | 39 |
| <i>Silvestris.</i> | 841 | <i>Saul quomodo ad nuntium mortis horruerit.</i> | 117 |
| <i>Coroneola.</i> | 859 | <i>Saulis defectio perseverantiæ suis regni perditio.</i> | 408 |
| <i>Milesia.</i> | 832 | | Saul |
| <i>Flava.</i> | 828 | | |
| <i>Trachinea.</i> | ibid. | | |
| <i>Argentæa.</i> | 820. 787 | | |

Index Rerum.

| | | | |
|--|-----------------|--|----------------|
| <i>Saul quomodo pervenit ad regnum Israël.</i> | 573 | <i>Silentium odisse est ad nocitura facilis decursus.</i> | <i>ibid.</i> |
| <i>Saul habuit nuntium mortis sue Samuelem.</i> | <i>ibidem.</i> | <i>Silentij documenta & praxis.</i> | 770 |
| Scientia. | | <i>Silentium Licetis in se defendendo.</i> | 103 |
| <i>Scientia hujus mundi exigua est respectu sanctorum.</i> | 236 | Simulare. | |
| <i>Scientiam patriæ & divitiis prætulit Anaxagoras.</i> | 228 | <i>Simulare & dissimulare in aulis Principum quotidianum est.</i> | 455 |
| Scientia Beatorum. | 236 | Sinai Mons. | |
| <i>Scire qui se dicit que Concionator dicturus, suam prodit superbiam.</i> | 275 | <i>Sinai Mons figura est Agonisantis.</i> | 96 |
| Secretum non revelandum. | | Sinceritas. | |
| <i>Secretum fidelissimâ taciturnitate tuendum.</i> | 611 | <i>Sinceritatem vult Deus honorari.</i> | 602 |
| <i>Secreta revelantium apud Ægyptios pœna.</i> | <i>ibid.</i> | Sitis. | |
| <i>De secreto servando lex Curia Spirensis.</i> | 612 | <i>Tormentum tam vivo, quàm defuncto in tormentis horribile.</i> | 154 |
| <i>Ex secretorum revelatione mala plurima proveniunt.</i> | 718 | Socius, Societas. | |
| <i>Secreta revelans ovum aspidum alteri supponit.</i> | 718 | <i>Socius qui est crucis, erit & paradisi.</i> | 54 |
| <i>Secretum quoddam dicitur.</i> | <i>ibid.</i> | <i>Societas Christi, & sanctorum Beatis adfert voluptatem.</i> | 166 |
| <i>Secretum ob quas causas revelandum.</i> | 719 | <i>Damnatorum societas execrabilis.</i> | <i>ibid.</i> |
| <i>Secreta revelans fidem & amicum perdit.</i> | <i>ibid.</i> | <i>Societas que in celo.</i> | 241 |
| Vide plura verbo Lingua revelans. | | Vide verbo Consortium. | |
| Sella. | | Soli. | |
| <i>Sella non in terrâ, sed in celo locanda.</i> | 1 | <i>Solem orientem nec occidentem vidit antiquam Smyndirides.</i> | 50 |
| Senectus. | | <i>Sol quibus occidit in Meridie.</i> | 118 |
| <i>Senectus dotibus quis dives fit.</i> | 60 | Solitudo. | |
| <i>Senes qui non imitandi.</i> | 53 | <i>Solitudo etiam in medio urbis quaerenda.</i> | 385 |
| Sensus. | | <i>Solitudo est Metropolis Spiritus sancti.</i> | 768 |
| Sensuum oblectatio. | 23 | <i>In solitudine auditur loquens Deus.</i> | 768 |
| <i>Sensus omnes post hanc vitam vel gaudebunt, vel torquebuntur.</i> | 232 | <i>Solitudinem qui non amat, virtutem quoque odit, & ejus ratio redditur.</i> | 769 |
| <i>Sensuum custodia incontinentie antidotum.</i> | 354 | Somnus. | |
| <i>Sensus vitiorum sunt janua.</i> | <i>ibid.</i> | <i>Somnus est timendus.</i> | 73 |
| <i>Sensuum porta non aperienda voluptati.</i> | <i>ibid.</i> | <i>Somnus est mortis frater.</i> | <i>ibidem.</i> |
| <i>Sensus sunt animi proci.</i> | 356 | Sors. | |
| Sententia. | | <i>Sors decem Virginum.</i> | 46 |
| <i>Sententia triplex in Dei hostes.</i> | 104 | <i>Sortis humana conditio qua.</i> | 190 |
| <i>Sententia in amicos Dei.</i> | 105 | Spatium. | |
| <i>Sententiâ semel post hanc vitam latâ nihil supererit opis.</i> | 204 | <i>Spatium ab infantia in senectute in alium partem naturæ nos sumit.</i> | 62 |
| Sepelire, Sepulchrum. | | <i>Spatia hujus vite imparia & incerta sunt.</i> | 60 |
| <i>Sepeliuntur Reges & Cæsares sedentes.</i> | 1 | Spargere. | |
| <i>Sepulchrum emendi Abraham sollicitus.</i> | 41 | <i>Spargere est novus modus colligendi.</i> | 276 |
| <i>Sepulchrum momentum unicuique rerum omnium.</i> | 67 | Spes. | |
| <i>Sepulchrum est proprius locus hominis.</i> | 41 | <i>Spes in hac vitâ solatur hominem.</i> | 22 |
| <i>Sepulchri sui plurimi in vivis fuisse cultores.</i> | <i>ibid.</i> | <i>Spes vitæ æterna tollit metum mortis.</i> | 50 |
| <i>Sepulchri consideratio.</i> | 68 | <i>Spes celi.</i> | 78 |
| <i>Sepulchrum est domus nostra.</i> | <i>ibid.</i> | <i>Spes omnium levamentum laborum.</i> | 167 |
| Sermo impudicus. | | <i>Spes duo spectat præcipue.</i> | <i>ibidem.</i> |
| <i>Sermones impudici sunt spûta diaboli.</i> | 330 | <i>Spes gaudium est ante gaudium.</i> | 208 |
| <i>Sermones impudici sunt invitamenta libidinis.</i> | <i>ibidem.</i> | <i>Spes est corona, quam Deus humana voluntati imponit.</i> | 859 |
| <i>Sermo impudicus est viscus.</i> | 681 | <i>Sperandum in hac vitâ in Dei misericordiâ, idq; semper.</i> | <i>ibid.</i> |
| <i>Sermones impudici non sunt audiendi, & punitio eorum.</i> | 331 | <i>Spes vitæ æterna una omnium optimum, & ratio ejusdem.</i> | 860 |
| Vide verbo Lingua turpiliqua, Lascivia, Luxuria. | | <i>Spes hominis fallacissima probatur apologo.</i> | <i>ibid.</i> |
| Servari. | | <i>Spes nescit titubare.</i> | <i>ibid.</i> |
| <i>Servari tutius non potest, quàm quod est depositum in manibus pauperum.</i> | 276 | <i>Spes futurorum omnia agit in rebus humanis.</i> | 861 |
| Servire, Servitus. | | <i>Quæ sperantur per patientiam expectanda.</i> | 862 |
| <i>Servire natura non vult gratis.</i> | 238 | <i>Spes est anchora, quâ firmi perduramus in hujus vitæ fluctibus.</i> | <i>ibid.</i> |
| <i>Servire Deo propter Deum est verè servire.</i> | 443 | <i>Sperantes in se Deus non derelinquit, & cur.</i> | 864 |
| <i>Serviant quibus Deo suis expensis.</i> | <i>ibid.</i> | <i>Tria cor in spe radicatum confirmantia.</i> | <i>ibid.</i> |
| <i>Qui Deo serviunt sunt triplicis generis.</i> | 453 | <i>Actiones spei.</i> | <i>ibid.</i> |
| <i>Servire Deo ad emendam dulcedinē animi exigua laudis est.</i> | 480 | <i>Plura alia vide verbo Fiducia in Deum, & fol. 860.</i> | |
| <i>Ex quibus signis deprehendi possit aliquem tali intentione Deo servire.</i> | <i>ibid.</i> | Spinæ. | |
| <i>Servitus non est miserior, quàm suis servire affectibus.</i> | 286 | <i>Spinis se involvit S. Benedictus.</i> | 338 |
| Serra. | | Stagnum. | |
| <i>Serrâ sectus fuit Isaius.</i> | 217 | <i>In stagno qui mergentur.</i> | 156 |
| Signum. | | <i>Stabile nil Deus voluit esse præter se.</i> | 214 |
| <i>Signum humana voluntatis in divinam transfusa.</i> | 529 | S. Stephanus. | |
| <i>Signa voluntatem nostram pendere à divinâ qua. §28. §29. & §30</i> | 528. 529. & 530 | <i>S. Stephano oranti calum panditur, & cur.</i> | 279 |
| Signa prædestinationis vide verbo Prædestinatio. | | <i>S. Stephani lapides, qui emere voluerint.</i> | 468. 469 |
| Silentium. | | <i>S. Stephanus lapides suos Christo donavit.</i> | 469. |
| <i>Silentium laudatur.</i> | 747 | <i>Stratagemata insigne continentia.</i> | 322 |
| <i>Silentium regule S. Brunonis est caput.</i> | 699 | Studium. | |
| <i>Silentium est injuriarum remedium probatissimum.</i> | 753 | <i>Studium in ornando corpore internam indicat deformitatem.</i> | 422 |
| <i>Silentij duo documenta.</i> | 769 | <i>Non studeamus placere hominibus, quia actioni nostræ merces æterna est decreta.</i> | 470 |

Index Rerum.

| | | | |
|--|----------------|---|-------|
| Stultus. | | <i>Tenebrae apud inferos primum supplicium.</i> | 148 |
| <i>Stultus est qui se frustra laborare putat nisi adsint spectatores.</i> | 457 | <i>Tenebrarum cruciatus magnus.</i> | 362 |
| <i>Stultus est, qui ea audet, quae mortem adferunt aeternam.</i> | 33 | Vide verbo Infernus. | |
| <i>Stultitia cuiusdam servi.</i> | 46 | Tentatio, Tentamentum. | |
| Superbus. | | <i>Tentationum remedium oratio.</i> | 345 |
| <i>Superbus est invidiae supplicii obnoxius.</i> | 277 | <i>Tentamenta decem Abrahami.</i> | 549 |
| <i>Superbia sedes varia.</i> | ibid. | <i>Tentationum turba triplex.</i> | 94 |
| <i>Superbia est virtutum omnium ruina.</i> | 278 | Terra. | |
| <i>Superbus est vita aliena Censor.</i> | ibid. | <i>In terra nullum firmum habitaculum.</i> | 214 |
| <i>Cum superbia negotium agitur nemo egenus.</i> | 432 | <i>Terrarum spatia ad caelorum infinitatem comparata brevia sunt & angusta.</i> | 24 |
| <i>Superbus diaboli mores venuste exprimit.</i> | 277 | <i>Terra gaudia brevissima.</i> | 264 |
| Superfluitas. | | Vide Mundus. | |
| <i>Superfluitatem vestium cur puniat Deus, causa septem & quomodo.</i> | 430. usque 434 | <i>Terreat cur Deus bonos.</i> | 129 |
| <i>Superiorum voluntas est Dei voluntas.</i> | 517 | Testamentum. | |
| Susplicari. | | <i>Testamentum male & fatue conditur in extremo morbo.</i> | 104 |
| <i>Susplicatus nunquam male fuit S. Ioseph de B. Virgine.</i> | 487 | <i>Testamentum quid sit condere.</i> | 104 |
| Suspirium. | | <i>Testamentum condere noli differre.</i> | 134 |
| <i>Suspiria pia ad Deum homini egro ad Deum dirigenda.</i> | 52 | <i>Testamenta novem.</i> | 69 |
| <i>Suspiria ad caelum varia.</i> | 78 | <i>Theophilus rosas quas à Dorothæa petierat, recepit.</i> | 229 |
| Sufurrare, Sufurratio, Sufurro. | | Thefaurus. | |
| <i>Sufurratio est peccatum mortale.</i> | 725 | <i>Thefaurus absconditus est beatiudo.</i> | 199 |
| <i>Sufurro amicitiam inter duos pluresve disuit.</i> | ibid. | <i>Theodorus juvenis Egyptius iudicij arcana pertractat.</i> | 114 |
| <i>Differentia inter sufurrationem & obrectationem.</i> | ibid. | S. Thomas de Aquino. | |
| <i>Sufurronis officium.</i> | ibid. | <i>S. Thoma pro castitate certamen.</i> | 346 |
| <i>Sufurrones etiam inter religiosos inveniuntur.</i> | 726 | <i>S. Thoma erga B. V. Mar. singularis affectus.</i> | 825 |
| <i>Sufurrones quibus sunt similes.</i> | ibidem. | Timor. | |
| <i>Sufurronum os est armamentarium diaboli.</i> | 727 | <i>Timor Domini dat vitam & benedictionem.</i> | 56 |
| <i>Sufurronis lingua ex veraci & mendaci est composita.</i> | ibid. | <i>Timor iudiciorum Dei.</i> | 96 |
| Symbolum. | | <i>Ad timendum Deum duae preceptiones.</i> | 109 |
| <i>Symbolum Rudolphi II. Imperatoris.</i> | 235 | <i>Que timuerit Elias.</i> | 129 |
| <i>Syncretismus quid sit.</i> | 710 | Titulus. | |
| <i>Syncretismus est una è quatuor venis lingua politica.</i> | ibid. | <i>Tituli speciosi non sunt venandi.</i> | 476 |
| T. | | <i>Tituli vana gloria.</i> | 478 |
| Tabella. | | Vide Vana gloria. | |
| Tactus, Tango. | | <i>Tobias filius fuit annorum 99.</i> | 46 |
| <i>Tactus vitia.</i> | 355 | Tolerantia. | |
| <i>Tangendi omnis usus claudicat in hoc mundo.</i> | 231 | <i>Tolerantia constantissima.</i> | 316 |
| <i>Duo documenta ne tangantur non tangenda.</i> | ibidem. | Vide Patientia. | |
| <i>Tactus quartum in celo gaudium.</i> | 230 | Tranquillitas. | |
| Taciturnitas. | | <i>Ad tranquillitatem ducentia capita duo.</i> | 533 |
| <i>Taciturnitatem coluit B. V. Maria.</i> | 530 | <i>Ad tranquillitatem nemini optium est clausum.</i> | ibid. |
| Vide Silentium. | | Vide Quies. | |
| Tartarum. | | Transgressio. | |
| <i>Tartarum luctui domus est destinatissima.</i> | 192 | <i>Transgressio protoplastorum cur diversâ severitate punita.</i> | 479 |
| Vide Infernus. | | Transitus. | |
| Temerarium iudicium. | | <i>Transitus Petri veste induti super aquas ad Christum est imago vita ac mortis nostrae.</i> | 136 |
| <i>De temerariis iudiciis multa. à fol. 488. usque</i> | 490 | Vide Mors. | |
| <i>Temerarium iudicium censetur inter gravissima scelera.</i> | 491 | Três, Tria. | |
| Vide Iudicium temerarium. | | <i>Tres caliculi meri sapienti olim permisi.</i> | 599 |
| Temperantia. | | <i>Tria vix possunt fieri meliora.</i> | 798 |
| <i>Temperantia rebus omnibus ponit mensuram.</i> | 292 | Tribunal. | |
| Vide Abstinencia, Ieiunium. | | <i>Ad tribunal Dei multi provocaverunt.</i> | 119 |
| Templum. | | <i>Ad tribunal Dei postulat Ferdinandus.</i> | 120 |
| <i>Templa rotunda cur Diis structa.</i> | 1 | Vide Iudicium Dei. | |
| Tempus. | | Tribulatio. | |
| <i>Tempus pretiosum non est perdendum.</i> | 354 | <i>Tribulatio perpetua cum patientiâ signum est predestinationis.</i> | 227 |
| <i>Temporis pretium est inestimabile.</i> | 296 | <i>In tribulatione gaudere certa beaurudinis tessera.</i> | ibid. |
| <i>Tempus nullum exceptum est ab acerbo eventu.</i> | 506 | <i>In tribulatione impius blasphematur, probus verò Deum laudat.</i> | 273 |
| <i>Tempus est res velocissima.</i> | 43 | <i>Quò quis virtuosior, eò tribulatio.</i> | ibid. |
| <i>Tempus non est redimendum fabulis, sed precibus.</i> | 28 | <i>Tribulatione homini nihil potest accidere utilis.</i> | 842 |
| <i>Temporis jactura est omnium turpissima.</i> | 784 | <i>Tribulatio est imago aliqua passionis Christi.</i> | ibid. |
| <i>Tempus non est sinendum effluere sine fructu.</i> | ibid. | <i>Tribulationes sunt cause amplioris premij.</i> | 843 |
| <i>Temporis jactura deploranda.</i> | 698 | Vide Adversa, Adversitas, Misericordia, Afflictio. | |
| <i>Temporis jactura à damnatis deseritur.</i> | 151 | Trititia. | |
| <i>Tempus male impensum quomodo recuperandum.</i> | 66 | <i>An fieri possit, ut quis nunquam tristetur.</i> | 533 |
| <i>Temporis avaritia est honesta.</i> | 43 | Tumultuosus. | |
| Tenebrae. | | <i>Tumultuosi quis.</i> | 727 |
| <i>Tenebrae interiores & exteriores.</i> | 362 | <i>Tumultuosa lingua malleus est.</i> | 729 |
| | | Vide Lingua tumultuosa. | |

Index Rerum.

| | | |
|--|------------------|--|
| V. | | |
| Vafrities. | | |
| V Afrities Affani. | 40 | |
| Vide verbo Fraus, Dolus, Lingua fraudulenta. | | |
| Valetudo. | | |
| Valetudo misera comes injucunda. | 51 | |
| Valetudinem Wolfgangus offensorem habere maluit, quam Ec- | 567 | |
| clesiam. | | |
| Vide Sanitas, Vita. | | |
| Vana gloria. | | |
| Vana gloria vitium est periculossimum. | 446 | |
| In celo pane vana gloria tendit pedicas. | ibid. | |
| Vana gloria nascitur ex femine recenti & generoso. | 447 | |
| Novit se vana gloria abdere & occultare. | ibidem. | |
| Vana gloria est vitium nocentissimum. | 473 | |
| Vana gloria nihil est trulentius. | 474 | |
| Vana gloria ed plus sevit, quod plus colitur. | ibidem. | |
| Vana gloria appetitus damnatur. | 476 | |
| Vana gloria est scopulus immanis. | 478 | |
| Vana gloria maximè applaudit, cum res est strenuè gesta. | 480 | |
| Vanam gloriam jugulat qui Deo vult placere. | ibidem. | |
| Vana occupatio. | | |
| Vana occupatio est otium. | 352 | |
| Væ. | | |
| Væ, væ, væ damnatorum cantilena. | 151 | |
| Velle. | | |
| Velle quod vult Deus nihil utilius. | 55 | |
| Velle nostrum est simile egrorum conatibus. | 191 | |
| Quomodo quis potest velle & non velle. | 386 | |
| Veneratio Sanctorum. | | |
| Veneratio Sanctorum triplici constat capite. | 399 | |
| Vide Sancti, Cœlestes, Beati. | | |
| Venti. | | |
| Venti cum vehementissimè flant vim suam efflant. | 34 | |
| Venus. | | |
| Ignes Veneris toto orbe grassantur. | 204 | |
| Vide Luxuria, Libido, Lascivia. | | |
| Verbum. | | |
| Verborum obscœnitas. | 680 | |
| Verba spurca grave damnum inferunt pluribus. | ibidem. | |
| Verba pauca per otium prolata in maximos sese errores diffun- | 699 | |
| dunt. | 701 | |
| Verba hominis mitis sunt virtutis argumentum. | | |
| Vide Obscœna verba, Otiosa verba. | | |
| Verbum divinum, seu, Concio. | | |
| Verbum divinum libenter audire est signum predestinationis. | 274 | |
| Ab audiendo verbo Dei predestinatus se non excusat. | ibid. | |
| Verbum Dei negligere signum est pereuntis. | ibidem. | |
| Multi desiderant verbum Dei audire, & pauci ex auditione illius | ibidem. | |
| redeunt meliores. | | |
| Verbi Dei sic oportet meminisse ut memoria sit efficax. | 275 | |
| Qui dicit se scire qua Concionator dicturus est, superbiam suam | ibidem. | |
| ostendit. | ibidem. | |
| Cur necessarium sit omnibus verbum Dei audire. | ibidem. | |
| Verbi Dei Concionatorem aliqui execrantur. | ibidem. | |
| Verbum Dei excipit Christianus, ut eo in afflictione pascatur. | 275 | |
| Vide Concio. | | |
| Verecundia. | | |
| Verecundia ubique pulchra. | 888 | |
| Verecundia componit primum affectus, dein mores exteriores. | ibid. | |
| Actiones & praxis verecundie. | 889 | |
| Veritas. | | |
| Veritas cum libertate promenda est. | 616 | |
| Veritas ubique amatur. | ibid. | |
| Veritas potest aliquando celari. | 688 | |
| Vestis. | | |
| Vestis è purpurâ & Byssu stravit viâ ad infernû diviti Epuloni. | 421. | |
| Vestes pellucidas Deus fecit primis parentibus. | 422 | |
| Qua fuerit & qualis prima Protoplastorum. | 427 | |
| Qua & quales fuerint vestes quorundam Sanctorum. | 428 | |
| Veste utendum ad tucelam corporis non ad ostentationem. | 440 | |
| Vestis rigiditas S. Joannis Bap. | 439 | |
| Vestium cultus secum multa trahit vitia. | 434 | |
| Vestium superfluitatem cur ita punit Deus. | 430 | |
| Vestiendi libido quorundam. | 432 | |
| Vestium cultorum elogia. | 434 | |
| Qui à vestibus ornamentum querunt, sumi primi in stultorum nu- | ibidem. | |
| mero. | | |
| Vestium luxu & innumera novitates. | 419 | |
| Vestitus modestia quorundam. | 424. 425. & 426. | |
| Vestibus quibus homo uteretur natura & Christus docuit. | 427 | |
| Causæ cur Deus puniat vestium superfluitatem. | à fol. 430. | |
| isque fol. 434 | | |
| Vestium luxus quorundam. | 432 | |
| Vestium pulchritatum ambitio vanitatis in animo latentis est in- | 433 | |
| dicium. | | |
| Vestitus modestia Thoma Mori. | 435 | |
| Vestitus ad hujus ævi molliem factus, castimoniam, tempus, pecu- | 438 | |
| niam occultis viribus suffuratur. | | |
| Vestitus insolentia causæ perditionis Palestina. | 438 | |
| Vetustus. | | |
| Quid sit vetustam pellem, aut pennam projicere, & alas ad Au- | 131 | |
| strum expandere. | | |
| Via, Viator. | | |
| Via ad cœlum varia. | 13 | |
| Via ad mortem diverse. | 51 | |
| Via ad inferos expeditissima. | 192 | |
| Via que ad cœlum rectissima. | 189 | |
| Via nulla longior quam mori. | 50 | |
| Via ad iudicium varia. | 109 | |
| Via ad inferos facilissima. | 171 | |
| Dua via nobis proposita. | 178 | |
| Via spatiosa qua ducit ad perditionem. | 24 | |
| Via crucis est tutissima via ad cœlum. | 273 | |
| Viatoris temeritas. | 172 | |
| Victima. | | |
| Cur Deus veteris edis victimæ sanguinem, jufferit, ad aram ef- | 445 | |
| fundi. | | |
| Vigilia. | | |
| Vigilandum & orandum. | 46 | |
| Vindicta. | | |
| Vindicta est Deo relinquenda. | 280 | |
| Qui se vindicat servus est peccati. | 281 | |
| Qui inimico non remittunt, ad inferos properant. | 282 | |
| Ad vindictam homines sunt promptiores, quam ad alia. | 551 | |
| Quæ dicatur lingua vindicans. | 732 | |
| Vindicantium mores. | ibidem. | |
| Vindicta seu ultio non continuo paranda. | ibid. | |
| Vindictam petere est signum delictis veniam non dedisse. | 733 | |
| Vindictam sentiet qui eam expedit. | ibidem. | |
| Excusationes, quibus vindicta licita videtur, repelluntur. | ibidem. | |
| Veterum patientia & cœditas in vindictam. | 734 | |
| Vindicta duabus incedit viis. | 735 | |
| Virga. | | |
| Virga amoris indicium, olla succensa desperationis. | 169 | |
| Virginitas. | | |
| Virginitas triplex est. | 787 | |
| Virgini quedam sunt assidue cogitanda. | 789 | |
| Praxis virginitatis. | 791 | |
| Vide Castitas. | | |
| Virtus. | | |
| In virtute quis dicatur progredi. | 17 | |
| Virtus post mortem comes. | 34 | |
| Virtuti locus est in lectulo. | 60 | |
| Virtutis thalamus est calamitas. | 235 | |
| Virtutis proprietas. | 295 | |
| Virtus & veritas sunt dua res inter se concordæ. | ibid. | |
| Ad virtutem exercendam modi decem. | 302 | |
| In quavis virtute duo sunt consideranda. | 450 | |
| Virtutum omnium summarum quod. | 583 | |
| Virtus & veritas ubique amantur. | 616 | |
| Virtus | | |

Index Rerum.

| | | | |
|---|---------|----------------|--|
| <i>Virtus semper passa est inimicos ab orbe condito.</i> | 753 | | |
| <i>Virtus sola praestat gaudium securum.</i> | 778 | | |
| <i>Virtute tenuisse gloriosus est quam tempore.</i> | 39 | | |
| <i>Virtutis iter decrevit sequi Hercules praemy causâ.</i> | 220 | | |
| <i>Virtus recipitur ut hospita in mundo.</i> | 288 | | |
| <i>Virtutes illas probat Deus quae sunt pura intentione.</i> | 459 | | |
| <i>Virtutum omnium tenera sunt principia, & tempore robur eis accedit.</i> | 308 | | |
| Vires. | | | |
| <i>Vires colligenda instante morte.</i> | 56 | | |
| Visio Dei. | | | |
| <i>Visio Dei quovis peccato mortali perditur.</i> | 148 | | |
| <i>Visione Dei privari dolor est inexplicabilis.</i> | ibidem. | | |
| <i>Visio Dei est occasio omnis voluptatis.</i> | 149 | | |
| <i>Visionis Dei privatio est primum tormentum damnatorum.</i> | ibidem. | | |
| Vita humana. | | | |
| <i>Vita nostra in tria tempora dividitur.</i> | 826 | | |
| <i>Vita humana cum tabulâ lusoria comparatio.</i> | 192 | | |
| <i>In vitâ beatâ querendâ cur erretur.</i> | 199 | | |
| <i>Vita aspera effectus.</i> | 200 | | |
| <i>Vita nostra est similis pompae.</i> | 214 | | |
| <i>Vita est mare miseriarum.</i> | 298 | | |
| <i>Vita est forum in quo venditur & emitur.</i> | 647 | | |
| <i>Vita brevitatis asidue cogitanda.</i> | 275 | | |
| <i>Vita nostra tempus vanis laboribus exercetur.</i> | 14 | | |
| <i>Vitam longam pars maxima hominum desiderat.</i> | 16 | | |
| <i>In vitâ homines sunt diversi sensus.</i> | ibid. | | |
| <i>Vita longitudo modicum & punctum est.</i> | 18 | | |
| <i>Vita hominis sunt dies pauci.</i> | 27 | | |
| <i>Vita est nomen laudis.</i> | 28 | | |
| <i>De vitâ singulis momentis aliquid delabitur.</i> | 33 | | |
| <i>Vita brevitatis à diversis declaratur.</i> | 34 | | |
| <i>Vita cuius sit brevissima.</i> | ibid. | | |
| <i>Vita quibus asimiletur, & quid sit.</i> | 42 | | |
| <i>Vita optima quae honestissima.</i> | 43 | | |
| <i>Vita via est ad caelum.</i> | 39 | | |
| <i>Vita principium mortis exordium.</i> | 285 | | |
| <i>Dies vita pauci & mali.</i> | 39 | | |
| <i>Vita nostra crescendo decrevit.</i> | 34 | | |
| <i>Vita amplissimum spatium quod.</i> | 43 | | |
| <i>Vita tempore non est metiendâ.</i> | ibidem. | | |
| <i>Vivere bene totâ vitâ descendendum est.</i> | 44 | | |
| <i>Vita non ex annis sed actionibus ponderanda.</i> | 46 | | |
| <i>Vitam non bene rexit, qui mortem non contempserit.</i> | 49 | | |
| <i>Vita navis est iactata in mundi pelago.</i> | 51 | | |
| <i>Vita amor catena est ponderosissima.</i> | 45 | | |
| <i>Vita spatia imparia & incerta sunt.</i> | 60 | | |
| <i>Vita nostra hospitium est.</i> | 59 | | |
| <i>Vita dies hominis adnumerati sunt.</i> | ibidem. | | |
| <i>Vitam ars non potest augere.</i> | 59 | | |
| <i>Vita dies extremus aeterni natalis est.</i> | 62 | | |
| <i>Vita brevis quomodo extendenda.</i> | 66 | | |
| <i>Vita qualis talis mors.</i> | 73 | | |
| <i>Vivere bene est laboris, mori bene felicitatis.</i> | ibidem. | | |
| <i>Non bene vivere est via ad mortem.</i> | 78 | | |
| <i>Vita dies nubilus est mors.</i> | 83 | | |
| <i>Vita humana similis picture.</i> | 86 | | |
| <i>Vivendi ratio varia.</i> | 94 | | |
| <i>Vita humana tribus diebus comparata.</i> | 96 | | |
| <i>Vitam longissimam multi sibi promittunt.</i> | 117 | | |
| <i>In hac vitâ alter in alterius exitium collimit.</i> | 153 | | |
| <i>Vita hominum est paries ruinosis.</i> | 172 | | |
| <i>Vita melioris principium est attentâ consideratio aeternitatis.</i> | 190 | | |
| <i>Distinillima ratio vivendi in brutis hominibus & Angelis.</i> | 876 | | |
| Vita beata. | | | |
| <i>Vita beata stat vili pretio.</i> | 24 | | |
| <i>Vita illa beata quae est aeterna.</i> | 28 | | |
| <i>Vita omnibus placet.</i> | 30 | | |
| Vide gaudium Beatorum, Gaudium, Caelum. | | | |
| | | Vitium. | |
| <i>Vitia intermittimus potius quam abdicamus.</i> | 191 | | |
| <i>Ad vitiorum circulum non oportet redire.</i> | 283 | | |
| <i>Vitium unum mortale qui extirpat, tollit radicem aliorum multorum.</i> | 379 | | |
| <i>Ad domesticum vitium extirpandum industria omnis transferenda.</i> | 380 | | |
| <i>Vitiorum radices extirpanda.</i> | 392 | | |
| <i>Vitium abducit à Deo hominem.</i> | 412 | | |
| <i>Vitium nullum est sine patrocinio, & hinc late diffunditur.</i> | 507 | | |
| <i>Vitia difficulter ejiciuntur, cum inoleverint.</i> | 554 | | |
| <i>Tria vitiorum genera clades causantia.</i> | 606 | | |
| <i>Vitia lingua tria frequentia.</i> | 708 | | |
| <i>Vitium lingua lingua punitum.</i> | ibidem. | | |
| Voluntas humana | | | |
| <i>Voluntas apud Deum pro facto sumitur.</i> | 39 | | |
| <i>Voluntas amoris sedes.</i> | 236 | | |
| <i>Voluntas post hanc vitam in celo gaudebit.</i> | ibid. | | |
| <i>Quid sit voluntas bona.</i> | 468 | | |
| <i>In voluntate bonâ consistit pax.</i> | ibid. | | |
| <i>Voluntas bona est caelum extra caelum.</i> | ibid. | | |
| <i>Voluntas attenditur maximè in genere beneficij.</i> | 485 | | |
| <i>Quae voluntas prompta ad omnia provenit ab oratione.</i> | 527 | | |
| <i>Quae sint signa voluntatis humana cum divinâ conformata.</i> | 528 | | |
| <i>Voluntas nostra in quod exitium nos pertrahat, nisi moderetur & frangatur.</i> | 545 | | |
| <i>Voluntas humana luna simillima.</i> | 547 | | |
| <i>Quomodo subjuganda sit voluntas propria divina in rebus adversis.</i> | 548 | | |
| <i>Nulla voluntas bona nisi consentiat cum divinâ.</i> | ibid. | | |
| <i>Voluntate propria non expugnata nihil Deo gratum.</i> | 551 | | |
| <i>Quae voluntatis propria contumaciam maximè confirmat.</i> | ibid. | | |
| <i>Voluntas nostra est domus lutea.</i> | 552 | | |
| <i>Voluntatem propriam roborant consuetudo prava.</i> | ibidem. | | |
| <i>Contumacia voluntatis apparet in jacturâ rei magna.</i> | 553 | | |
| <i>Voluntate nihil liberius in homine.</i> | ibid. | | |
| <i>Voluntas est radix omnium malorum.</i> | ibid. | | |
| <i>Bona voluntas virtutum omnium fundamentum.</i> | 584 | | |
| <i>Voluntas ed est perfectior quod est divina subjectior.</i> | 584 | | |
| <i>Voluntas humana non consentiens cum divinâ est summum hominis malum.</i> | 586 | | |
| <i>Voluntas prompta Deum quovis modo colendi vera est devotio.</i> | 778 | | |
| <i>Voluntas quae sit idonea, ut divina conformetur.</i> | 521 | | |
| <i>Voluntas hominis quomodo sit ad Dei conformanda.</i> | 523 | | |
| <i>Voluntatis sua cum divinâ conjunctio est curanda.</i> | ibidem. | | |
| <i>Tanta voluntatis, quanta est vultuum dissimilitudo.</i> | 524 | | |
| <i>In voluntatis nostra cum divinâ conformatione consistit profectus noster.</i> | 510 | | |
| Voluntas divina. | | | |
| <i>Sine Dei voluntate nihil sit in mundo praeter peccatum.</i> | 510 | | |
| <i>Dei voluntas cur hoc illudve permittat.</i> | 512 | | |
| <i>Voluntas Dei est cooperatrix in omni re quam permittit.</i> | 513 | | |
| <i>Voluntas Dei quomodo cognoscenda.</i> | 514 | | |
| <i>Regulae quibus Dei voluntas exploratur.</i> | 516 | | |
| <i>Voluntas Dei est homini instar legis.</i> | ibidem. | | |
| <i>Voluntas Dei quotuplex.</i> | 518 | | |
| <i>Voluntas in quibus sibi velit nos conformari.</i> | ibid. | | |
| <i>Voluntas Dei quid à nobis exigat.</i> | ibid. | | |
| <i>Voluntas Dei duplex signi & beneplaciti.</i> | 519 | | |
| <i>Voluntati divinae etiam bruta obsequuntur.</i> | 546 | | |
| <i>Voluntatis divinae studium in Noëmo & aliis.</i> | 579 | | |
| <i>Voluntatis divinae causa non est assignanda nec querenda.</i> | 581 | | |
| <i>Voluntas Dei ac honor in omnibus querenda.</i> | ibid. | | |
| <i>Voluntatis divinae scrutatio est tuta.</i> | 582 | | |
| <i>Quis modus cognoscenda divina voluntatis.</i> | 583 | | |
| <i>Deum velle scimus ex permissione.</i> | ibid. | | |
| <i>Voluntas duplex conditionata & absoluta.</i> | 848 | | |
| <i>Voluntas Dei eadem est in prosperis ac in adversis, ac proinde eque amplectenda.</i> | 850 | | |
| <i>Divinae voluntatis regula est sine exceptione.</i> | 545 | | |
| | | Volu- | |

Index Rerum.

| | | | |
|--|-----|--|-----|
| <i>Voluptas mundi & cæli.</i> | | <i>Voluptas è perfectissimorum desideriorum sarietate undecimum cæli</i> | |
| <i>Voluptas est glacies candida & fallacissima.</i> | 152 | <i>gaudium.</i> | 245 |
| <i>Voluptas lingue est secundum in cælo gaudium.</i> | 226 | <i>Voluptas ex Aureolis decimumtertium cæli gaudium.</i> | 250 |
| <i>Voluptas odoratus tertium in cælo gaudium.</i> | 228 | <i>Voluptas est diaboli, & non hominis alienis malis delectari.</i> | 498 |
| <i>Voluptas tactus quartum in cælo gaudium.</i> | 230 | <i>Voluptas extra Deum variis terroribus plena est.</i> | 778 |
| <i>Voluptates hujus vite sunt uve acerbe.</i> | 231 | <i>Vox.</i> | |
| <i>Voluptas intellectus, memorie & voluntatis septimum est gaudium</i> | 236 | <i>Vocis humana terribilitas.</i> | 139 |
| <i>cæli.</i> | 238 | <i>In lucis exordio prima vox sonare debet laudem divinam.</i> | 491 |
| <i>Voluptas è loco beatitudinis octavum gaudium cæli.</i> | 243 | <i>Vulgus.</i> | |
| <i>Voluptas ex omni deliciarum affluentia decimum in cælo gau-</i> | 244 | <i>Nulla prouior ad precipitium via, quàm per vulgi vestigia.</i> | 708 |
| <i>dium.</i> | | <i>Vulgari opinione nihil à veritate remotius.</i> | 707 |
| <i>Voluptas sine amore nulla extra calum.</i> | | | |

F I N I S.

